
0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35
Baltra



Del Colegio mayor de Cuenca

R. 10932

D. AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI,

OPERVM TOMVS X.

CONTINENS SERMONES AD POPVLVM ET CLERVM:

Vetustissimorum exemplarium subsidio per THEOLOGOS LOVANIENSES emendatus, & multorum Sermonum accessione auctus.

Cum Appendice eiusdem Tomi, quæ est aliorum auctorum.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

PARISIIS,

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO.

INDEX TOMI DECIMI.

Sermones de verbis Domini,	*Pag.3.*
Sermones de verbis Apostoli,	93.
Homiliæ L.	156.
Homiliæ de Tempore.	208.
Homiliæ de Sanctis.	404.
Sermones septemdecim à Parisiensibus additi,	431.
Sermonum de Diuersis partes duæ, per Louanienses additæ,	446.
Fragmenta quædam.	615.

APPENDIX.

Auitus, Lucianus, & Euodius, de reuelatione Stephani protomartyris,	630.
Appendix Sermonum,	641.
Sermones ad Fratres in eremo,	712.

CENSVRA GENERALIS.

De singulis sermonibus in particulari censere est difficile. Quare secuti serè sumus iudicium doctissimi viri Martini Lipsij, piæ memoriæ. Iis qui certò visi sunt esse B. Augustini, nomen eius asscripsimus, & ex Beda, aut aliunde, prout occurrebat, probationem adiecimus. Qui certò deprehensi sunt non esse sancti Doctoris, in Appendicem huius tomi sunt reiecti. Reliquos, aut non satis discussos, aut ex iudicio quorundam eruditorum dubiæ authoritatis, inter B. Augustini sermones reliquimus, non tamen addito eius nomine. Neque enim voluimus nimio rigore in Appendicem reiicere, quicquid nobis videretur beati Augustini non esse, cùm & alij sensum suum habeant.

HIS ACCESSERVNT

Homiliæ 13. nunc primùm editæ, è Carthusianæ maioris Bibliotheca desumptæ,

1. *In natali Martyrum.*
2. *De Susanna.*
3. *In illud Euangel. Ioannis, Vsque nunc nihil petiistis in nomine meo.*
4. *In natali S. Casti & Æmilij Martyrum.*
5. *Tractatus in vigiliis Pentecostes.*
6. *De lectione Exodi, de Rubo in quo flama erat, & rubus non comburebatur.*
7. *De verbo, & voce: & de Ieiunare, & Esurire.*
8. *In illud Ioan. Ego non ascendo ad diem festum istum.*
9. *De arbore, cui maledixit Dominus, & aruit, quia fructũ in ea non inuenit.*
10. *De Apostol. Nihil in hunc mundum intulimus, verùm nec auferre aliquid possumus.*
11. *In illud Pauli, Qui gloriatur, in Domino glorietur.*
12. *In Peruigilio, in illud Exodi, quando in Ægypto agnus immolatus e.*
13. *In Psal. xlj. ad Neophytos.*

ITEM.

Commonitorium ad vniuersam Ecclesiam.
Forma Epistolæ de quodam Episcopo Manichæorum sectæ.
Collatio Trinitatis B. Aug. à seipso ad semetipsum.
Miscellaneæ sententiæ à quopiam collectæ.
Tractatus de xij. lapidibus, de quibus in Apocalypsi.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI, SERMONES DE VERBIS DOMINI SALVATORIS.

Hos sermones Possidius & Beda vocant De verbis Euangelij. Quibus MS. *codices consentiunt. Fuisse autem eos olim alio ordine digestos, quàm nunc sint, constat ex citationibus Bedæ, & ex eo quod quosdam habemus insertos, quos B. Augustini non esse, suis locis notabimus.*

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SECVNDVM MATTHÆVM.

Matth. 4. *De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Agite pœnitentiam: appropinquauit enim regnũ cælorum.*

TRACTATVS AC SERMO D. AVGVSTINI PRIMVS.

CENSVRA.

Hic sermo in manuscriptis inscribitur, De lectione Euangelii, vbi dicit Dominus, Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cum illo. Possidius paulo aliter habet, De Euangelio vbi scriptum est, Concorda cum aduersario tuo, cùm es cum illo in via.

Luc. 12. Matth. 16. CAP. 1. al. *Modò cùm Euangeliũ legeretur, audiuimus Dominum eos arguẽtem, &c.*

†VANGELIVM audiuimus, & in eo Dominum eos arguentem, qui faciem cæli norunt probare, & tempus fidei regni cælorũ appropinquãtis nesciunt venire. Iudæis autem hoc dicebat: sed etiam ad nos sermo peruenit. Dominus autem Iesus Christus Euangelij sui prædicationẽ ita cœpit: *Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnũ cælorũ.*] Matth. 4. Similiter & Ioannes baptista, præcursor ipius, ita cœpit: Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnũ cælorum. Matth. 3. Et modò corripit eos Dominus, qui nolunt agere pœnitentiam, appropinquante regno cælorum. Regnum cælorũ, sicut ipse ait, non veniet cum obseruatione. Luc. 17. Ibidem. Et iterum ipse ait, Regnum cælorum intra vos est. Prudenter ergo accipiat vnusquisque monita præceptoris, vt non perdat tempus misericordiæ Saluatoris, quæ modò impenditur, quamdiu generi humano parcitur. Ad hoc enim parcitur homini, vt conuertatur, & non sit qui damnetur. Viderit Deus quando veniat finis seculi: est tamen modò tempus fidei. Finis seculi vtrum hîc aliquem nostrũ inueniat, nescio: & fortasse non inueniet. Tempus cuique nostrum proximum est, quia mortales sumus. Inter casus ambulamus. Vitro fragiliores & infirmiores sumus. Si vitrei essemus, minus casus timeremus. Quid fragilius vase vitreo? & tamen seruatur, & durat per secula. Et si enim casus vitreo vasi timentur, senectus ei & febris nõ timetur. Nos ergo fragiliores & infirmiores sumus: quia & casus omnes qui non cessant in rebꝰ humanis, fragilitate vtique nostra quotidie formidamus: & si ipsi casus non accedant, tempus ambulat. Vitat homo ictum: nunquid vitat exitum? Vitat quæ extrinsecus cueniunt: nunquid quod intus nascitur pellitur? Denique nunc lumbricos gignunt interiora, nunc morbus quilibet subitò occupat, postremò quantumuis homini parcatur, nouissimè senectus cùm venerit, non est quo differatur.

CAP. 17. PROINDE audiamus Dominum, in nobis ipsis agamus quod præcepit. Videamus quis est ille aduersarius, de quo nos tertuit, dicens: Luc. 2. Si vadis cum aduersario tuo ad principem, da operam in via liberari ab illo: ne fortè tradat te princeps ministro, & mittaris in carcerem, vnde non al. exeas. exies, donec soluas nouissimum quadrãtem. Quis est iste aduersarius? Si diabolus, Iam liberati sumus ab illo. Quale pretium pro nobis datũ est, vt ab illo redimeremur? De quo dicit Apostolus, de ipsa videlicet redemptione nostra, Qui eruit nos Col. 1. de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Redempti sumus, diabolo renunciauimus: quomodo dabimus operam liberati ab illo, ne nos iterum captiuos faciat peccatores? Sed non est ipse aduersarius, de quo nos Dominus commonet. Alio enim loco alius Euangelista sic illud posuit: vt si vtraque verba iungamus, & vtraque verba Euangeliorũ duorum sibi comparemus, aduersarium istum citò intelligamus. Ecce enim hic quid dixit? cũ vadis ad principem cum aduersario tuo, da operam in via liberari ab eo. Alius autem Euangelista hoc ipsum sic posuit: Esto consentiens aduersario tuo citò, cùm es cum illo in via. Matth. 5. Cætera similia sunt: ne fortè aduersarius tradat te iudici, iudex ministro, minister in carcerẽ. Ambo Euãgelistæ similiter hoc explicauerunt: vnus dixit, Da operã in via liberari ab illo: alter dixit, Cõsenti illi. Non enim poteris liberari ab illo, nisi ei consenseris. Vis liberari ab illo? cõsenti illi. Nunquid diabolus est cui debeat consentire Christianus? QVÆRAMVS CAP. III. 7 ergo istũ aduersariũ, cui debeamus consentire, ne tradat nos iudici, & iudex ministro. Quæramus illum, & cõsentiamus illi. Ser. Dei, aduersarius noster est. Si peccas, aduersarius tuus sermo Dei est. Verbi causã, Fortitã delectat te inebriari, dicit tibi, Noli. Delectat te spectare & nugari, ille dicit tibi, Noli. Delectat te adulterari, dicit tibi sermo Dei, Noli. Vide li de decẽ chordis cap. 3. to. 9. In quibuscunq; peccatis volueris facere voluntatem tuã, dicit tibi, Noli. Aduersarius est voluntatis tuæ, donec fiat autor salutis tuæ. O quã bonus aduersarius, quàm vtilis aduersarius! non quærit nostram voluntatẽ, sed vtilitatẽ. Aduersarius est nobis, quãdiu sumus & ipsi nobis. Quamdiu tu tibi inimicus es, inimicũ habes sermonẽ Dei. Esto tibi amicus, & cõcordas cũ ipso. Non Exod. 20. homicidiũ feceris: audi, & concordasti. Non furtũ facias: audi, & cõcordasti. Nõ mœchaberis: audi, & cõcordasti. Nõ falsum testimoniũ dicas: audi, & concordasti. Nõ cõcupiscas vxorẽ proximi tui: audi, & cõcordasti. Nõ concupiscas rem proximi tui: audi, & cõcordasti. In his omnibus cum tuo isto aduersario concordasti, dic mihi qd perdidisti? Non solũ nihil perdidisti: sed & teipsum, qui pericras, inuenisti. Via, vita ista est. Si concordauerimus cum illo, si consenserimus illi, finita est via: non timebimus iudicẽ, ministrũ, carcerẽ. Quando finitur via? nõ omnibꝰ vna hora finitur. Vnusquisque habet horam, quando finiat viã. Via, vita ista dicta est: finisti istam vitam, finisti viam. AMBVLAMVS: & ipsum viuere accedere est: nisi fortè putatis, quia tempus accedit, & nos stamus. Non potest fieri, quomodo accedit tempus, accedimus & nos: CAP. VIII. Anni Domini magis decedunt quàm accedunt. & non

non recedimus, cùm liberaueris nos ab omnibus malis nostris, & impleueris nos bonis tuis. Bona das, blandiris, ne fatigemur in via: Corripis, cædis, percutis, dirigis, ne aberremus à via. Siue ergo blandiris, ne fatigemur in via, siue castigas, ne aberremus à via: Domine, refugium tu factus es nobis.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundũ eundem, Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis, &c. Itẽque de verbis Apostoli, 1. Tim. 6. Nihil intulimus in hũc mũdum, &c.

SERMO D. AVGVST. V.

Hic sermo in citatione Bedæ est octauus de verbis Euangelij.

CAP. I. IN lectione sancti Euangelij hortatus est nos Dominus ad orandum, *Petite*, inquit, *& dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & quærens inuenit, & pulsanti aperiatur. Aut quis est ex vobis homo à quo petit filius eius panẽ: nunquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscem petierit, nũquid serpentẽ porriget ei? Aut cũ petit ouum, nunquid scorpionẽ porriget ei? Si ergo vos*, inquit, *cũ sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?*) Cũ sitis, inquit, mali, nostis bona data dare filiis vestris. Miranda res, fratres: mali sumus, & bonũ patrẽ habemus. Quid euidentius? Audiuimus nomen nostrũ: Cùm sitis, inquit, mali, bona data nostis dare filiis vestris. Et quos dixit malos, videte qualem patrẽ illis ostendit: Quanto magis pater vester? Quorum pater? Certè malorũ. Et qualis pater? Nemo bonus, nisi solus Deus. Ergo, fratres, ideo mali bonum patrẽ habemus, ne semper mali remaneamus. Nemo malʼ facit bonũ. Si nemo malus facit bonum, homo malus quomodo se facit bonum?

Matth. 7.

Pater noster Deus est. Lucæ 18.

CAP. II. FACIT de malo bonum, qui semper est bonus. Sana me Dñe, inquit, & sanabor: saluũ me fac, & saluus ero. Quid mihi dicunt vani vana, tu te saluum facis, si volueris? Sana me Dñe, & sanabor. Nos boni conditi sumus à bono: fecit enim Deus hominẽ rectũ, arbitrio autem nostro facti sumus mali. Potuimus esse ex bonis mali, & poterimus esse ex malis boni. Sed qui semper est bonus, ipse facit ex malo bonum, quia ipse homo voluntate sua se sanare non potuit. Nõ quæris medicum, vt vulneres te: sed cùm vulneraueris te, quæris qui sanet te. Bona ergo secundũ tempus, bona temporalia, corporalia, carnalia nouimus dare filiis nostris, etiam cũ sumus mali. Bona sunt enim & ista, quis dubitet? Piscis, ouum, panis, pomũ, frumẽtum, lux ista, aër iste quem ducimus, bona sunt hæc ipsæ diuitiæ in quibus homines extolluntur, & pares suos homines alios non agnoscunt. In quibus, inquã, homines extollũtur, magis amantes vestẽ fulgentẽ, quã cogitantes cõmunem cutem. Ipsæ ergo diuitiæ bonæ sunt, sed ista omnia bona quæ commemoraui, à bonis & malis haberi possunt. Et cùm bona sint, bonos tamen facere non possunt. EST ergo bonum, quod faciat bonum: & est bonum, vnde facias bonũ. Bonũ quod facit bonum, Deus est. Nõ enim facit hominẽ bonũ, nisi ille qui semper est bonus. Ergo vt sis bonus, Deũ inuoca. Aliud autẽ bonũ est vnde facias bonũ: id est, quicquid habueris. Aurũ est, argentũ est: bonũ est, non quod te faciat bonũ, sed vnde facias bonũ. Habes aurum, habes argentũ: & cõcupiscis aurum, & concupiscis argẽtum. Et habes, & concupiscis: & plenus es, & sitis: morbus est, & nõ opulentia. Sunt homines in morbo, humore pleni sunt, & semper sitiunt. Humore pleni sunt, & humorem sitiunt. Quomodo ergo delectas opulentiam, qui habes hydropem cõcupiscentiã? Habes ergo aurum, bonũ est: habes nõ vnde sis bonus, sed vnde facias bonũ. Quod bonũ, inquis, facturus sum de auro?

Ecclesi. 7.

Bonũ duplex.

CAP. III.

Non audisti Psalmum? Dispersit, inquit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Hoc est bonum, hoc est bonum, vnde sis iustitia bonus. Si habes bonũ vnde sis bonus: fac bonum de bono vnde non es bonus. Habes pecuniam, eroga. Erogando pecuniam, auges iustitiã. Dispersit enim, distribuit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi. Vide quid minuatur, & quid augeatur. Minuitur pecunia, augetur iustitia. Illud minuitur quod eras dimissurus, illud minuitur quod eras relictur⁹: illud augetur quod in æternum es possessurus. CONSILIVM do lucrorũ, disce mercari. Laudas enim mercatorẽ qui vendit plumbũ, & acquirit aurum: & nõ laudas mercatorem qui erogat pecuniã, & acquirit iustitiã? Sed ego, inquis, nõ erogo pecuniã: quia nõ habeo iustitiã. Eroget pecuniam, qui habet iustitiã. Ego nõ habeo iustitiã, habeam vel pecuniam. Ergo quia non habes iustitiã, ideo nõ vis erogare pecuniam? Magis eroga pecuniã, vt habeas iustitiam. A quo enim habes iustitiã, nisi à Deo fonte iustitiæ? Ergo si vis habere iustitiam, esto mẽdicus Dei, qui te paulò antè ex Euangelio vt peteres, quæreres, pulsares, monebat. Mendicũ suũ sciebat, & ecce paterfamilias & magnus diues, diuitiarũ scilicet spiritualiũ & æternarum, hortatur, & dicit tibi, Pete, quære, pulsa. Qui petit accipit: quærens inuenit: pulsanti aperietur. Hortatur vt petas: negabit quod petis? Attende à contrario similitudinem vel cõparationẽ, sicut de illo diuite iniquo, hortantẽ nos ad orationẽ: quãdo ait Dñs, Erat quidam iudex in ciuitate, qui nec Deũ timebat, nec hominẽ reuerebatur. Quædã vidua interpellabat eũ quotidie, & dicebat, Vindica me. Et nolebat ille per multum tempus. Illa interpellare non desinebat, & fecit tædio, quod nolebat beneficio. Sic enim à contrario nos admonuit vt petamus.

Psal. 111.

CAP. IV.

Mendicus Dei.

Matth. 7.

Lucæ 18.

CAP. V. VENIT, inquit, ad amicum suum, cui hospes venerat: & cœpit pulsare & dicere, Hospes mihi venit, commoda mihi tres panes: respondit ille, Iam requiesco, & mecum serui mei requiescunt. Ille nõ cessat, astat, instat, pulsat: & tanquã amicus ab amico mendicat. Et quid ait? Dico vobis, quia surgit, & non propter amicitiã eius, sed propter improbitatẽ dat illi quantos voluerit. Non propter amicitiam, quia amicus eius sit, sed propter improbitatem. Quid est, propter improbitatem? Quia pulsare non desistit: quia & cũ esset negatum, non se auertit. Ille qui nolebat dare, quod petebatur fecit, quia ille in petendo non defecit. Quanto magis dabit DEVS bonus, qui nos hortatur vt petamus: cui displicet, si non petamus? Sed cũ aliquando tardius dat, cõmendat dona, nõ negat. Diu desiderata, dulciùs obtinentur: citò autẽ data, vilescunt. Pete, quęre, insta. Petendo & quærendo crescis vt capias. Seruat tibi DEVS quod non vult citò dare: vt & tu discas magna magnè desiderare. Inde oportet semper orare, & non deficere.

Lucæ 11.

Lucæ 18.

CAP. VI. SI ergo, fratres mei, mendicos suos nos fecit Deus, monendo nos, & hortando & iubendo vt petamus, quæramus, pulsemus: attẽdamus & nos qui à nobis petunt. Petimus nos. A quo petimus? Qui petimus? Quid petimus? A quo, vel qui, vel quid petimus? Petimus à Deo bono: petimus homines mali. Petimus autem iustitiam, vnde simus boni. Hoc ergo petimus quod in æternum habeamus: quo cùm saturati fuerimus, vlteriùs non egeamus. Sed vt saturemur, esuriamus & sitiamus. Esuriendo & sitiendo petamus, quæramus, pulsemus. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quare beati? Esuriunt & sitiunt, & beati sunt? Aliquando enim egestas beata est? Non inde beati sunt, quia esuriunt & sitiunt: sed quia ipsi saturabuntur. Ibi erit beatitudo in saturitate, non in fame. Sed præcedat saturitatem

Matth. 5.

turitatem fames, ne fastidium nõ perueniat ad panes. Ergo diximus, à quo petamus, qui petamus, quid petamus. SED petitur & à nobis: mendici enim Dei sumus: vt agnoscat ille mendicos suos, agnoscamus nos nostros: Sed & ibi etiã cogitemus, quãdo petitur à nobis, qui petũt, à quibus petũt, quid petunt. Qui petunt? Homines. A quibus petũt? Ab hominibus. Qui petũt? Mortales. A quibus petũt? A mortalibus. Qui petunt? Fragiles. A quibus petũt? A fragilibus. Qui petũt? Miseri. A quibus petũt? A miseris. Excepta substantia faculcatũ, tales sunt qui petunt, quales sunt à quibus petunt. Quã frontẽ habes petendo ad Dñm tuũ, qui nõ agnoscis parẽ tuũ? Non sum, inquit, talis, absit à me, vt talis sim. Inflatus obsericatus ista loquitur de pannoso. Sed ego nudos intertogo. Non interrogo in vestibus, quales sitis, sed quales nati fueritis. Ambo nudi; ambo infirmi, ambo miserã vitã inchoantes, ideo ambo plorantes. Ecce recole diues primordia tua: vide vtrũ huc aliquid attuleris. Iam venisti, & tanta inuenisti: dic, rogo te, quid attulisti? Dic quid attuleris: aut si dicere erubescis, Apostolum audi. NIHIL intulimus in hunc mundũ. Nihil, inquit, intulimus in hunc mũdũ. Sed fortè quia nihil attulisti, & hic multa inuenisti, aliquid hinc tecũ ablaturus es? Et hoc fortasse amore diuitiarũ trepidas cõsteri: audi & hoc, Apostolus dicat, qui te non palpat, Nihil intulimus in hũc mundũ, vtique quãdo nati sumus. Sed nec auferre aliquid possumus, vtique quãdo de mũdo eximus. Nihil attulisti, nihil hinc auferes: quid te inflas contra pauperẽ? Quãdo nascuntur infantes, recedãt de medio parentes, serui, clientes, recedãt de medio turbæ obsequentes, & agnoscantur pueri diuites flentes. Pariant simul diues & pauper: pariant simul mulier diues, & mulier pauper: non attendãt quod pariunt, discedant paululũ, redeãt & agnoscãt. Ecce diues nihil intulisti in hunc mundũ: sed nec auferre hinc aliquid potes. Quod dixi de natis, hoc dico de mortuis. Certè quãdo casu aliquo vetera sepulchra franguntur, ossa diuitis agnoscantur. Ergo diues audi Apostolũ, Nihil intulimus in hunc mundũ. Agnosce, verũ est. Sed nec auferre aliquid possumus. Agnosce, & hoc verũ est. QVID ergo sequitur? Victum & tegumentũ habentes, his contenti simus. Nã qui volunt diuites fieri incidunt in tentationẽ & desideria multa & noxia, quæ mergunt hominem in interitũ & perditionẽ. Radix est enim omniũ malorum auaritia: quam quidã sequentes, à fide pererrauerunt. Attende quid dimiserunt. Doles quòd hoc dimiserũt, vide quò se inseruerunt. Audi: A fide pererrauerũt, & inseruerunt se doloribus multis. Sed qui? Qui volũt diuites fieri. Aliud est, esse diuitem: aliud, velle diuitem fieri. Diues est, qui à diuitib⁹ natus est: nõ quia voluit, diues est, sed quia multi hæreditates dimiserunt. Video facultates, nõ interrogo voluptates. Hic cupiditas accusatur, non aurum, non argentum, non diuitiæ, sed cupiditas. Nam qui nolunt diuites fieri, vel qui nõ curant, vel non ardent cupiditatibus, non auaritiæ facibus accenduntur, sed diuites sunt, audiuit Apostolũ, hodie lectum est, Præcipe diuitibus huius mundi. Præcipe. Quid? Præcipe ante omnia, non superbè sapere. Nihil est enim quod sic generent diuitiæ, quomodo superbiam. Omne pomum, omne granũ, omne frumẽtum, omne lignũ habet vermẽ suum. Alius est vermis mali, alius pyri, alius fabæ, alius tritici: vermis diuitiarum, superbia. Ergo præcipe diuitibus huius mũdi, nõ superbè sapere. Exclusit vitiũ, doceat vsum. Nõ superbè sapere. VNDE autem non superbe sapere? De eo quod sequitur, Neque sperare in incerto diuitiarum. Qui non sperant in incerto diuitiarum, non superbè

CAP. VII.

Beda citat 1. Tim. 6.

CAP. VIII. 1. Tim. 6.

CAP. IX.

Aliud est esse diuitẽ, aliud velle diuitem fieri.

Ibidem.

Vermis diuitiarum, superbia.

CAP. X.

sapiunt. Si non altum sapiunt, timeant. Si timent, non altum sapiunt. Quã multi heri diuites, hodie pauperes: quã multi dormiũt diuites, & venientibus latronibus & cuncta auferentibus, euigilant pauperes. Ergo nõ sperare in incerto diuitiarũ sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundantẽr tẽporalia & æterna: sed magis ad fruendũ æterna, ad vtendũ tẽporalia. Tẽporalia tanquã viatoribus, æterna tanquã habitatoribus. Tẽporalia, vnde bona faciamus: æterna, vnde boni efficiamur. Ergo hoc faciant diuites, non superbè sapiant, neque sperent in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendũ. Hoc faciant. Ex eo autem quod habent quid faciant? Audi quid. Diuites sunt in operibus bonis, facilè tribuant. Habẽt enim vnde, quare nõ faciunt? Paupertas difficultas est. Facilè tribuãt, habent vnde. Cõmunicẽt, id est, pares suos mortales agnoscant. Cõmunicẽt, thesaurizent sibi fundamentum bonũ in futurum. Non enim quia dico, inquit, facilè tribuant, cõmunicent, expoliare illos volo, nudare illos volo, inanes relinquere volo. Doceo lucrum, cũ ostendo: Thesaurizent sibi. Nõ enim volo, vt pauperes remaneant. Thesaurizent sibi, non vt perdãt, dico: sed quò migrent, ostẽdo. Thesaurizẽt sibi fundamentũ bonum in futurum, vt apprehẽdant verã vitam. Hæc ergo falsa vita est, apprehẽdant veram vitam. Vanitas enim vanitatũ, & omnia vanitas. Quæ abundantia tanta hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? Apprehendenda est ergo vera vita, migrandæ sunt facultates nostræ ad locum vere vitę: vt hoc ibi inueniamus, quod hic damus. ¶ Mutat illa, qui mutat & nos. DATE ergo pauperibus, fratres mei. Victũ & tegumentũ habentes, his contenti simus. Nihil diues habet de diuitiis suis, nisi quod ab illo postulat pauper, victũ & tegumentum. Hinc tu quid plus habes ex omnibus quæ habes? Accepisti victũ, accepisti necessarium tegumentum. Necessarium dico, non inane, non superfluum. Quid plus de diuitiis tuis capis? Dic mihi. Certè omnia tua superflua erunt. Quæ sunt tua superflua, sint pauperibus necessaria. Sed ego, inquit, pretiosas epulas accipio, pretiosis cibis vescor. Pauper q̃d? Vilib⁹. Vilib⁹ cibis vescitur pauper, ego, inquit, pretiosis. Interrogo vos quando fueritis ambo satiati, pretiosus cibus ad te intrat: quid fit, cùm intraueritʼ Nónne si specularia in ventre haberemus, de omnibus cibis pretiosis erubescereemus, quibus saturatus es? Esurit pauper, esurit diues. Saturari quærit pauper: saturari quærit diues. Saturatur pauper de vilibus cibis, saturatur diues de pretiosis cibis. Saturitas æqualis est, possessio vna est: quò ambo volunt, peruenẽre. Sed ille per compendium, ille [multum] circuit. Sed melius, inquis, mihi sapiunt apparata pretiosa. Vix fastidiosus satiaris: Nescis quomodo sapit, quod fames accendit. Neque ita hoc dixi, vt diuites cogam epulis & cibis pauperum vesci. Vtantur diuites cõsuetudinẽ infirmitatis suæ: sed doleant, aliter se non posse. Melius etenim possint, si aliter possint. Si ergo nõ extollitur pauper de mendicitate: tu quare extolleris de infirmitate? Vtere cibis electis, pretiosis, quia sic consuesti, quia non aliter potes: quia si consuetudinem mutes, ægrotas. Concedũt tibi, vtere superfluis, da pauperibus necessaria. Vtere pretiosis, da pauperibus vilia. Expectat à te, expectas à Deo. Expectat illẽ manum quæ facta est secum: expectas tu manum quæ fecit te. Sed nõ solũ te fecit, sed & pauperẽ tecũ. Dedit vobis vnã viam istã vitã. Inuenistis vos comites, vnã viã ambulatis. Ille nihil portat: tu nimiũ oneratus es. Ille nihil secũ portat: tu interim plus portas quã opus est. Oneratus es, da illi de eo quod habes: & illum pascis, & onus minuis.

CAP. XI.

Exhortatio ad eleemosynas.

CAPVT XII. DATE ergo pauperibus: rogo, moneo, præcipio, iubeo. Quicquid vultis date, pauperib⁹. Nõ enim occultabo charitati vestræ, quare hunc sermonẽ necesse habui vobis promere. Ex quo hic sumus euntes ad ecclesiam, & redeuntes, pauperes interpellãt nos: & dicũt vt dicamus vobis vt aliquid accipiant à vobis. Nos monuerũt loqui vobis: & cũ se videt̃ non accipere à vobis, inaniter arbitrãtur nos laborare in vobis. Expectãt aliquid & à nobis. Damus quantũ habemus: damus sicut possumus. Nũquid tamẽ ad eorũ necessitatẽ implendã idonei sumus? Quia ergo ad eorũ necessitatẽ implẽdã idonei nõ sumus, vel ad vos legati ipsorũ sumus. Audistis, laudastis: Deo gratias. Semen accepistis, verba reddidistis. Laudes istæ vestræ grauant nos potius, & in periculũ mittunt. Toleramus illas, & tremimus inter illas. Tamẽ, fratres mei, istæ laudes vestræ folia sũt arborũ, fructus quærit ur. Cõuersi ad Dñm, &c.

De puero Centurionis, & verbis eius indignum se præsentia Domini iudicantis, in Euangelio secundum eundem.

SERMO D. AVGVST. VI.

Beda hinc multa transsumpsit 1. Cor. 8. cuius tempore erat sermo IX. de verbis Euangelij. Quædam etiam citat ad Col. 3. item ad Rom. 13. vbi quidam videtur inscriptionem mutasse: ibi enim legitur, Ex sermone de verbis Euangelij seu Domini, v 1. Meminit & Possidius: De Euangelio, inquit, vbi Centurio Dominum rogat pro puero suo.

CAP. I. VDIVIMVS cùm Euangelium legeretur, fidem nostrã in humilitate laudari. Ad domum quippe Cẽturionis cũ se promitteret Dominus Iesus iturum vt puerũ eius sanaret, ille respondit: *Non sum dignus, vt sub tectum meum intres: sed tantum dic verbo, & sanabitur.*] Dicendo se indignum, præstitit dignũ, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret. Neq; enim hoc diceret cum tanta fide & humilitate: nisi illũ, quẽ timebat intrare in domũ suã, corde gestaret. Nã non erat magna felicitas, si Dñs Iesus intraret in parietes eius, & nõ esset in pectore ei⁹. Magister quippe humilitatis & verbo & exẽplo, discubuit & in domo cuiusdã Pharisæi superbi, nomine Simonis. Et cũ in domo eius recũberet, non erat in corde eius vbi caput filius hominis reclinaret. Ita enim quendã superbũ, quantũ intelligitur ex verbis ipsius Dñi, vltrò secũ ire cupientẽ, à suo discipulatu reuocauit. Sequar te Dñe, ait, quocunq; ieris. Et Dñs in corde eius inuisibilia videns, Vulpes, inquit, foueas habẽt, & volatilia cæli nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet: hoc est, habitant in te insidiæ sicut vulpes, habitat superbia sicut cæli volatilia: filius autem hominis simplex contra insidias, humilis cõtra superbiã, nõ habet vbi caput suũ reclinet. Et ipsa reclinatio capitis, nõ erectio, humilitatis magistra est. Reuocat ergo istũ ire cupientẽ, trahit alterum recusantẽ. Eodẽ quippe loco ait cuidã, Sequere me. Et ille, Sequar te Dñe, sed sine me primò ire & sepelire patrẽ meũ. Piè quidẽ excusauit: & ideo dignior cuius excusatio remoueretur, vocatio firmaretur. Piũ quidẽ erat q; volebat facere: sed docuit magister quid deberet præponere. Volebat cũ eũ esse viui verbi prædicatorẽ, ad faciendos victuros. Erant autẽ alij, per quos illa necessitas impleretur. Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Infideles cadauer quãdo sepeliunt, mortui mortuũ sepeliunt. Illius corpus animã perdidit: illorũ anima Deũ. Sicut cũ anima est vita corporis: sic vita animæ Deus. Sicut expirat corpus, cũ animã emittit: ita expirat anima, cũ Deũ amittit. Deus amissus, mors animæ: anima emissa, mors corporis. Mors corporis necessaria: mors animæ volũtaria. Discumbebat ergo Dñs in domo cuiusdã Pharisæi superbi. In domo eius erat, vt dixi: & in pectore eius non erat. In huius verò Centurionis domũ nõ intrauit, & pectus possedit. Zachæus verò Dñm & domo suscepit, & animo. Huius tamẽ fides in humilitate laudatur. Dixit enim, Nõ sum dignus, vt sub tectũ meũ intres. ET Dñs, *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël.*] secũdum carnem. Nã & iste iam Israëlites erat secundum spiritũ. Venerat Dñs ad Israëlẽ carnalẽ, id est, ad Iudæos, ibi primũ quærere oues perditas, in quo populo, & de quo populo etiã corpus assumpserat: non ibi inueni tantam fidem, ipse dicit. Possumus nos metiri fidem hominũ, sicut homines: Ille qui interiora cernebat, illẽ quẽ nemo fallebat perhibuit testimoniũ cordis hominis, audiens verba humilitatis, pronuncians sententiam sanitatis. Vnde autem hoc præsumpsit? *Et ego,* inquit, *homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit.*] Potestas sum quibusdam sub me, positus sub potestate quadã super me. Si ergo ego, inquit, homo sub potestate, iubẽdi habeo potestatẽ: quid tu possis, cui oẽs seruiunt potestates? Erat autẽ iste de gẽtibus: erat quippe centurio. Iam Iudæa gens habebat militẽ, habebat Romanũ imperium. Ibi iste militẽ agebat, quantũ agere cẽturio poterat: & sub potestate, & habens potestatẽ: subditus obediens, subditos regẽs. Dñs autẽ (quod intẽdat præcipuè necessariò charitas vestra) quamuis in populo Iudaico esset, iam pronunciabat Ecclesiam toto orbe terrarum futurã, in quã erat missurus apostolos. Ipse à gentibus nõ visus & creditus, à Iudæis visus & occisus. Quomodo enim domũ huius Dñs corpore nõ intrauit, & eius tamẽ fidẽ atq; ipsam domũ absens corpore, præsens maiestate sanauit: sic & idẽ dñs in solo Iudæo populo corpore fuit, apud alias gẽtes nec de virgine natus est, nec passus est, nec pedibus ambulauit, nec humana pertulit, nec diuina mirabilia fecit. Nihil horum in cæteris gentibus, & tamen de illo impletũ est, quod dictũ erat, Populus quẽ nõ cognoui, seruiuit mihi. Quomodo, si non cognoui? In auditu auris obediuit mihi. Iudæa gẽs cognouit, & crucifixit: orbis terrarum audiuit, & credidit.

Matth. 8. Luc. 7. Luc. 9. Matth. 8. Luc. 19. CAP. II. Psal. 17.

HANC quodammodo absentiam corporis sui & præsentiam virtutis suæ in omnibus gẽtibus, & in illa muliere significauit, quæ fimbriã vestimẽti eius tetigerat, cũ requirit dicẽs, Quis me tetigit? Tanquã absens, requirit: tanquã præsens, sanat. Turbæ te, inquiunt discipuli, comprimũt: & dicis, Quis me tetigit? Quasi enim sic ambularet, vt à nullo prorsus corpore tangerẽtur, ita dixit, Quis me tetigit? Et illi, Turbę te cõprimũt. Et tanquã diceret Dñs, Tãgentẽ quæro, nõ prementẽ. Sic etiã nũc est corpus eius, id est, Ecclesia eius. Tãgit eam fides paucorũ, premit eã turba multorũ. Corpus eũ Christi esse Ecclesiam, tanquã filij eius, audistis: & si vultis, ipsi estis. Apostolus multis locis hoc dicit: Pro corpore, inquit, eius q; est Ecclesia. Et iterũ: Vos autẽ estis corpus Christi, & mẽbra. Si ergo eius corpus sumus, q; tunc corpus eius in turba patiebatur, hoc patitur Ecclesia ipsius. A turbis premitur: à paucis tãgitur. Caro eã premit, fides tãgit. Erigite igitur oculos, obsecro vos, qui habetis vnde videatis. Habetis eũ quod videatis. Erigite oculos fidei, tãgite extremã fimbriã vestimẽti, sufficiet ad salutẽ. Videre q; audistis ex Euãgelio tũc futurũ, nunc præsẽs est. Ideo, inquit, dico vobis, propter laudatã Cẽturionis fidem, tanquã alienigenæ carne, domestici corde. Propterea inquit, *Multi ab Oriente & Occidente venient.* Nõ omnes, sed multi: tamẽ ipsi ab Oriẽte & Occidẽte, istis partib⁹ duabus totus orbis designatur. *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recũbent*

Luc. 8. Col. 1. 1. Cor. 12. CAP. III.

bent cũ Abrahã, & Isaac, & Iacob, in regno cælorũ: filij autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores.] Filij autẽ regni, Iudæi scilicet. Vnde filij regni? Quia legem acceperũt, ad quos ꝓphetę missi sunt, apud quos tẽplũ & sacerdotiũ fuit, qui celebrabãt figuras omniũ futurorũ. Quarũ enim rerũ figuras celebrauerũt, præsentiã nõ agnouerũt.

Iudæi quare filij regni. CAP. IIII. FILII *ergo regni ibũt,* inquit, *in tenebras exteriores, ibi erit ploratus, & stridor dentiũ.*] Videmus Iudęos reprobatos, videmus Christianos ab Oriẽte & Occidẽte vocatos ad quoddã conuiuiũ cælestę, vt recũbant cũ Abrahã, & Isaac, & Iacob: vbi panis iustitia, vbi potus sapientia. Attẽdite ergo, fratres: hoc enim estis, ex hoc populo estis, iã tũc prædicto, nũc præsentato. De his vtique estis qui vocati sunt ab Oriente & Occidẽte recũbere in regno cælorũ, non in tẽplis idolorũ. Estote ergo corpus Christi, nõ † pressura corporis Christi. Habetis vestimẽti fimbriã, quã tangatis, vt à profluuio sanguinis, id est, à carnaliũ voluptatũ fluxu sanemini. Habetis, inquã, vestimẽti fimbriã quã tangatis. Vestẽ putate Apostolos, sub textura vnitatis adhęrẽtes lateribus Christi. In his Apostolis erat tanquã fimbria, minim⁹ & nouissimus Paulus: ipso dicẽte, Ego sum minimus Apostolorũ. Investe nouissimũ & minimũ, fimbria est. Fimbria cũ contẽptũ aspicitur: sed cũ salute tãgitur. Vsq; ad hãc horã & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphizamur. Quid tam extremũ, quid tam contemptibile? Tãge, si fluxũ sanguinis pateris: exiet virtus de illo cui⁹ vestis est, & sanabit te. Fimbria tibi modò tangẽda ꝓponebatur, quãdo ex eodẽ Apostolo legebatur. Si enim quis viderit eũ qui habet scientiã, in idolio recũbentẽ, nonne conscientia eius, cũ sit infirma, ædificabitur ad mãducandũ idolothyta? Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quẽ Christus mortuus est? Quomodo putatis decipi posse simulachris homines, quæ à Christianis honorari putãt? Nouit, inquit, de⁹ cor meũ; sed frater tuus nõ nouit cor tuum. Si infirmus es, caue maiorẽ ægritudinẽ: si firm⁹ es, cura infirmitatẽ fratris. Qui videt ista, ædificãtur ad idolia, vt nõ tantũ ibi mãducare, sed & sacrificare desiderent. Ecce perit infirm⁹ in tua scientia frater: Audi frater: Si cõtẽnebas infirmũ, etiam fratrem cõtemnis? Expergiscere. Quid si in ipsum Christum peccas? Attẽde enim quòd nullo pacto possis contemnere. STC autem peccantes, inquit, in fratres, & percutientes conscientiam eorũ infirmam, in Christũ peccatis. Eant nunc qui ista contemnũt & recumbant in idolio, nonne erunt prementes, non tangentes? Et cùm recubuerint in idolio, veniant & impleant Ecclesiam: nõ salutem accepturi, sed pressuram facturi. Sed timeo, inquies, ne offendã maiorẽ. Times prorsus, ne offendas maiorẽ: & non times, ne offendas Deũ? Quid enim times, ne offendas maiorem? Vide ne fortè maior sit isto quem non times offendere: Maior est certè, noli offendere. Hæc tibi regula proponitur. Nonne manifestum est, eum minimè offendẽdum, qui maior est cæteris? Discute nunc maiores tuos. Primi tibi sunt pater & mater. Si rectè educãtes, si in Christũ nutrientes, audiẽdi in omnibus, obtemperandũ eis in omni iussione, cõtra maiorẽ si nihil iubeant, & seruiatur illis. Quis est, inquis, maior eo qui me genuit? Ille qui te ipsum creauit. Generat enim homo, creat Deus. Vnde generat homo, nescit: quid generatus sit, nescit. Ille qui te vidit vt faceret, antequam † esset quem fecit, certè maior est patre tuo. Maior sit patria & ipsis parentibus tuis: vt quicquid iusserint parentes contra patriam, nõ audiantur: & quicquid iusserit patria contra Deum, non audiatur. Si enim sanari vis, si post fluxum sanguinis, si post duodecim annos in illo morbo, si post consumpta omnia in medicis, & non recepta sanitate aliquando vis sana fieri, ô mulier, quã alloquor in typo Ecclesiæ, iubet illud pater tuus, & illud iubet populus tuus. Sed dicit tibi Dominus Deus tuus, Obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui. Quo bono? quo fructu? qua mercede? Quoniã cõcupiuit, inquit, rex decorẽ tuũ. Cõcupiuit quod fecit: quoniã vt pulchrã faceret, fœdã amauit. Pro infideli & fœda sanguinẽ fudit, fidelẽ ac pulchrã reddidit, dona sua in te amauit. Quid enim spõso tuo contulisti? Quid in dotẽ à priore patre & priore populo accepisti? Nõnne luxurias & pãnos peccatorũ? Abiecit pannos tuos, discidit cilicium tuum: misertus est vt ornaret, ornauit vt amaret. QVID plura, fratres Christiani? Audistis quia peccãtes in fratres, & percutientes cõscientiã eorũ infirmam, in Christũ peccatis. Nolite cõtemnere, si nõ vultis deleri de libro vitæ. Quãdiu conamur luculenter & delectabiliter vobis dicere, quod dolor noster cogit quomodocũque dicere, & tacere nõ permittit? Quicũque voluerint ista cõtẽnere, in Christũ peccãt, videãt quid agãt. Paganos reliquos colligi volumus. Lapides estis in via, venire volẽtes offendũt & redeũt. Dicunt enim in cordibus suis, Quare nos relinquam⁹ deos, quos Christiani ipsi nobiscũ colũt? Absit à me, inquit, vt ego deos gentium colã. Noui, intelligo, credo. Quid facis de cõscientia infirmi, quã percutis? Quid facis de pretio, si cõtẽnis quod emptũ est? Vide quanti emptũ est. Perit, inquit, infirm⁹ in tua scientia, quã te dicis habere: vt scias, quia nihil est idolũ, & animo cogites Deũ, & sic recũbas in idolio. In hac scientia perit infirmus. Et ne cõtẽnas infirmũ, addidit, Propter quẽ Christus mortu⁹ est. Quẽ vis cõtẽnere, pretiũ ipsi⁹ attẽde, & cũ morte Christi totũ mundũ appẽde. Et ne adhuc reputares in infirmũ peccare, & leue duceres peccatũ ac paruipẽderes, In Christum, inquit, peccatis. Solẽt enim homines dicere, In hominẽ pecco, nũquid in Deũ? Negat Christũ Deum. Audes negare Christũ Deũ? An aliud in idolio cũ recũberes, didicisti? Nõ admittit illã doctrinã Christi doctrina: quære vbi didiceris, Christũ nõ esse Deũ. Pagani hoc solẽt dicere. Vides quid faciunt mẽsæ mæ? Vides † quomodo corrũpũt mores bonos colloquia mala? Tu ibi de Euãgelio loqui non potes: & de idolis loquẽtes audis? Amittis ibi quòd Christus Deus est. Et quod ibi bibis, in Ecclesia vomis. Fortè hic audes loqui, fortè inter turbas audes murmurare. Nũquid Christ⁹ nõ homo fuit? Nonne crucifixus est? A Paganis hoc didicisti, salutẽ perdidisti, fimbriam nõ tetigisti. Tange & in hoc fimbriam, recipe salutem: sicut eam te tangere docuimus in eo quod scriptũ est, Qui videbit fratrem in idolio recumbẽtem. Tange illã de diuinitate Christi. Et de Iudæis dicebat eadem fimbria, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnẽ, qui est sup omnia Deus benedictus in sęcula. Ecce in quẽ verum Deũ peccas, dũ discũbis apud deos falsos. Non est, inquit, Deus: quia genium est Carthaginis, quasi si Mars aut Mercuri⁹ † esset, Deus esset. Sed quomodo ab ipsis habeatur, attẽde, nõ qũid sit. Nã & ego tecũ scio, quia lapis est. Si geniũ ornamentum est aliquod, ciues Carthaginis bene viuãt, & ipsi erũt geniũ Carthaginis. Si autẽ geniũ dæmoniũ est, audisti & ibi. Quæ immolant gentes, dæmonibus immolãt, & nõ Deo. Nolo vos socios fieri dæmoniorũ. Nouimus quia nõ est Deus, vtinam & ipsi sic norint. Sed propter eos qui hoc nõ norunt infirmos, nõ debet percuti cõscientia ipsorum. Hoc monet Apostolus. Nã & illi quod numẽ habẽt, & pro numine accipiant illã statuam, ara testatur. Quid illic facit ara, si illud nõ habetur pro numine? Nemo mihi dicat. Nõ est numen, nõ est Deus. Iã dixi: vtinã: sic ipsi norint hoc, quomodo nouimus omnes nos. Sed quid

Beda. 1. Cor. 8. al. pressores. 1. Cor. 15. 1. Cor. 4. 1. Cor. 8. CAP. V. Ibidem. Beda ad Col. 3. al. esset. CAP. VI. 1. Cor. 8. 1. Cor. 15. al. quantum. 1. Cor. 8. Rom. 9. al. esses Deus. 1. Cor. 10.

habeant, pro qua re habeant, quid ibi faciāt, ara illa testatur. Conuicit omniū colentiū mentes, nō cōuincat
Cap. vii. recūbentes. Sed non premant Christiani, si premūt pagani. Corp° Christi est. Nónne hoc dicebamus, quia corpus Christi premebatur, & tangebatur? Tolerabat ille prementes, quærebat tangētes. Atque vtinā, fratres à Paganis premat corp° Christi, à quibus premi solet; Christiani non premāt corpus Christi. Fratres, ad nos
1. Cor. 5. pertinet vobis dicere, ad nos ptinet Christianis loqui. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? ipse Apostolus ait: Illos alloquimur, aliter, tanquā infirmos. Blandiendū est illis vt audiāt veritatē: in vobis secanda putredo est. Si quæritis vnde vincantur pagani, vnde illuminētur, vnde ad salutē vocentur, deserite solēnitates eorū, deserite nugas ipsorū: & si nō cōsentiunt veritati nostræ, erubescāt paucitati suæ. Bonus si fuerit qui tibi prœest, nutritor tuus est: Mal° si fuerit, tēptor
Bed. Ro. 13. tuus est. Et nutrimenta libēter accipe, & in tentatione approbare. Esto aurū, attende mundū istū tanquā fornacē aurificis. In vno angusto loco tria sunt, aurū, palea, ignis. Ad illa duo ignis apponitur, palea vritur, aurū purgatur. Cessit nescio quis minis, & adductus est ad idolū: Væ mihi quia paleam plango, cinerē video. Ali° nō cessit minis, non cessit †terroribus: adductus ad iudicē, stetit in cōfessione sua, non est flexus ad idolum.
al. terroribus. Quid facit flāma? Nónne aurū purgat? State in Domino fratres, potentior est qui vocauit vos. Minas impiorū ne timueritis, inimicos patimini. Habetis pro quib° oretis. Prorsus nō vos terreant. Hæc est sanitas, hauritе hinc in isto cōuiuio, hic bibite vnde satiemini, non illic vnde insaniatis. State in Domino. Argentei estis, aurū eritis. Ista similitudo nō à nobis est, de diuina Scriptura est: Legistis, audistis: Sicut aurum in fornace ꝓbauit illos; & sicut holocausti hostiā accepit illos. Ecce quid eritis ad thesauros Dei: Estote diuites de Deo:
Sap. 3. non eum facturi diuitem, sed de illo futuri diuites. Impleat vos, aliud non admittatis ad cor vestrum.

Capvt viii. Nvnqvid in superbiam vos erigimus, aut dicim° vobis vt aduersus potestates ordinatas contēptores sitis? Non hoc dicimus. Qui & hinc ægrotatis, tāgite & hinc fimbriā illam vestimēti. Ipse dicit Apostol°, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nō est
Rom. 13. enim potestas nisi à Deo. Quæ autē sunt, à Deo ordinatæ sunt. Qui enim resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sed quid si illud iubeat, quod non debeas facere? Hic sanè contēne potestatē, timēdo potestatē. Ipsos
al. proconsul. humanarum rerū gradus aduertite. Si aliquid iusserit† curator, nónne faciendū est? Tamē si cōtra proconsulem iubeat, nō vtique contēnis potestatē, sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si maior prælata est. Rursum si aliquid ipse procōsul iubeat, & aliud iubeat imperator: nūquid dubitatur isto contēpto illi esse seruiendū? Ergo si aliud imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributū, esto mihi in obsequium. Rectē, sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerem, il gehennā minatur. Hinc iam tibi assumenda est fides tua
Ephes. 6. tanquā scutū, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed insidiatur cōtra te potens, & molitur eōtra te potēs, acuit nouaculam vnde capillos radat, nō vnde caput incidat. Quod dixi, modò audistis
Cap. ix. in Psalmo, Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Quare dolum potentis malæ nouaculæ cōparauit? quia non admittitur, nisi ad superflua nostra. Sicut capilli in corpore nostro tanquā superflui videtur, & sine detrimento carnis radūtur: sic quicquid potest tibi facere iratus
Psal. 51. Dolus potentis malæ nouaculę cōparatur. potens, inter superflua tua numera. Tollit paupertatē tuam: nūquid tollit diuitias tuas? Paupertas tua, diuitiæ

A tuæ, in corde tuo. Superflua tua potuit tollere, damno potuit afficere, permissus & vsq; ad lędendū corp°. Etiā ista vita, cogitātibus aliā vitā; ista, inquā, vita inter superflua deputāda est. Nā & martyres contēpserūt illā. Nō
Cap. x. vitā perdiderūt, sed vitā acquisierūt. Certi estote, fratres, inimicos nō admitti aduersus fideles, nisi quantū prodest tentandis & probādis fidelibus. Certi estote, fratres, nemo aliud dicat. Omnē curā vestrā sup dñm mittite, prors° vos ipsos totos proiicite ī illū. Nō se subducit vt cadatis, ille qui nos creauit, & de ipsis capillis nostris securitatē nobis dedit: Amē dico vobis, inquit, & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Capilli
Matth. 10. nostri numerati sunt Deo, quanto magis mores nostri, cui sic noti sunt capilli nostri? Videte, quia minima nostra nec contēnit De°. Nā si cōtēneret, nō crearet. Nā & capillos nostros ipse vtiq; creauit, & numeratos habet. Sed modò cùm sunt, inquis, fortè peribūt. Et hinc audi vocē ei°: Amē dico vobis, capill° capitis vestri nō
B Luc. 21. peribit. quid times hominē, ô homo in sinu Dei posit°? Tu de illi° sinu noli cadere, quicquid ibi passus fueris, ad salutē valebit, nō ad pnicię. Laniatus mēbrorū martyres prulerūt, & timēt Christiani iniurias tēporū Christianorū? qui tibi facit iniuriā modò, timēs facit. Non
al. idolum. dicit apertè, veni ad †idolū: non dicit apertè, veni ad aras meas, ibi cōuluare. Et si dixerit, & nolueris, hoc cōqueratur, hoc in postulationē, hoc in querimoniā deponat: Noluit venire ad aras meas, noluit venire ad tēplū quod veneror. Hoc dicat. Nō audet dicere, sed alia machinatur dolosè. Parat capillos, nouaculā acuit: ablaturus est superflua tua, rasurus quicquid relicturus es. Tollat quicquid permanebit, si potest. Quid tulit potēs
C nocens? quid magnū tulit? quod fur, quod effractor, vt multū seuiat, quod latro. Si & ad ipsum corpus occidendū permissus fuerit, quid tollit nisi quod latro? Honorauī, cùm dixi latro. Nā qualiscūq; latro, homo est. quod febris, quod scorpius, quod fungus mal°. Ista tota potentia sæuientiū est, facere quod fung°. Mādūcāt homines fungū malū, & moriūtur. Ecce in qua fragilitate est vita humana, quā quandoq; relicturus es: noli
Cap. xi. pro illa sic pugnare, vt tu reliquaris. Via nostra Christus est, Christum attēde. Pati venit, sed & glorificari: Contēni, sed etiā exaltari: Mori, sed etiā resurgere. Op° te terret, mercedē vide. quare vis peruenire delicat° ad eam rem, ad quam non perducit nisi labor? Sed times ne perdas argētum tuum: quia ad argētum tuum cum magno labore peruenisti. Si ad argentum tuum quod quandoq; vel moriens amissurus es, nō peruenisti sine laborе ad vitam æternā sine laborevis peruenire? Charior sit tibi illa ad quam post omnes labores sic peruenies, vt nunquam amittas. Si hoc tibi charum est, ad q̃ post omnes labores sic peruenisti, vt aliquādo amissu-
D rus sis: quāto magis illa perpetua desiderare debemus? Verbis ipsorū ne credatis, nec timeatis, hostes nos dicunt idolorū suorum. Sic prœstet De°, & det omnia in potestate, quomodo dedit quod fractum est. Hoc enī dicimus charitati vestræ, ne faciatis ista: quando in potestate vestra nō est, vt faciatis illud. Prauorum hominum est, furiosorum circumcellionum, & vbi potestatem non habent sæuire, & velle mori. Properant sine
Deut. 7. & 12. causa. Audistis quæ vobis legimus, omnes qui nuper in mapalibus affuistis. Cùm dat avobis fuerit terra in potestatem, (Prius ait in potestatem, & sic dixit quæ facienda sunt.) Aras eorū, inquit, destruetis, lucos eorum comminueris, & omnes titulos eorum confringetis. Cùm acceperitis potestatem, hoc facite. Vbi nobis nō est data potestas, non facimus: vbi data est, non prœtermittimus. Multi Pagani habent istas abominationes in fundis suis: nunquid accedimus & confringimus?

Prius

al. corde frāgamus. Prius enim agimus, vt idola in corū† cordibus cōfringamus. Quādo Christiani & ipsi facti fuerint, aut inui-
A tant nos ad tam bonum opus, aut prueniūt nos. Modò orandū est pro illis, nō irascendū illis. Si mouet dolor magnus, aduersum Christianos mouet, aduersus fratres nostros mouet, qui sic volūt intrare in Ecclesiā, vt hic corpus habeant, alibi cor. Totū intus esse debet. Si intus est quod videt homo, quare foris est quod vi-
Capvt xii. det De°? Sciatis autē, charissimi, murmura eorū conlungere se cū hæreticis, cū Iudæis. Hæretici, Iudæi & Pagani vnitatē fecerūt cōtra vnitatē. Quia cōtigit, vt in aliquib° locis disciplinā acciperēt Iudæi propter improbitates suas, criminātur & suspicātur, aut fingūt, qa talia de illis semper quæratur: Quia contigit, vt alicubi hæretici pœnas darēt legibus ꝓ impietate & furore violentiarū suarū: iā nos dicūt per omnia quærere aliquā incommoditatē ipsorū ad pernicię. Rurs° quia cōtra Paganos placuit vt leges ferrētur, imò ꝓ Paganis, si
B sapiant. (Sicut enim pueris insensatis ad lutū ludentibus, & manus inquinātibus, pædagogus cū venit seuerus, lutū de manu excutit, codicem porrigit: ita voluit Deus per principes subditos sibi terrere corda insensata puerilia, vt abiiciant lutum de manibus, & aliquid
Esa. 58. vtile faciant. Quid est vtile de manibus? Frange esurięti panē tuū, & egenū sine tecto induc in domū tuā. Et tamen pueri euadunt ab oculis pædagogi, & redeūt ad lutum furtim: & quando inueniūtur, abscōdūt manus, ne videantur.) Quia ergo terrere eos voluit Deus, putant nos vbicūque quærere idola: quę cū inuenerimus, in omnibus locis frangere. Quare? Non ante nos sunt loca, in quibus sunt? Aut verè ignoramus vbi sint ista: Et tamen nō facimus: quia nō dedit in potestatem Deus. Quando dat Deus in potestatē? Quādo Christianus erit cuius res est modò, factū voluit cuius res est. Si nollet ipsum locū dare Ecclesiæ, & tantū iuberet in re sua, nō esse idola: puto quia debuit summa deuotione fieri à Christianis, vt a diuuaretur absens Christiana anima quę in terra vult Deo gratias agere, non vult ibi aliquid esse in contumeliā Dei. Huc accedit, quia Ecclesiæ dedit ipsa loca. Et in re Ecclesiæ idola futura erant? Fratres, ecce quid displicet Paganis. Parū est illis quia de villis ipsorū non illa tollimus, non illa frangimus: & in nostris volunt ea seruari. Cōtra idola prædicamus, de cordibus illa tollimus, sumus persecutores idolorū. Profitemur. Nūquid seruatores? Nō facio vbi non possum; non facio vbi conqueritur dominus rei. Vbi autem vult fieri, & gratias agit: reus ero, si non feccro.

De tribus, quorum vnus dixit, Domine, sequar te quocunque ieris, & reprobatus est: alius non audebat, & excitatus est: tertius differebat, & culpatus est.

Sermo D. Avgvst. vii.

Apud Bedam est sermo x. de verbis Euangelii.

Cap. i. De Capitulo Euangelij quod Dominus donauit, audite. Lectum est enim, Dominum Iesum differenter egisse, cū obtulit sevnus, vt cum sequeretur, & reprobatus est; ali° nō audebat, & excitatus est; tertius differebat, & culpatus
Matth. 8. Luce 9. est. Quod enim dixit, *Domine, sequar te quocunque ieris,*] quid tam promptum, quid tam impigrum, quid tā paratum, & quid ad tantum bonum aptissimū, sequi Dominum quocūque ierit? Miraris hoc, dicens: Quid est hoc, quòd magistro bono Domino Iesu Christo inuitanti discipulos, quibus daret regnū cælorū, displicuit tam paratus? Sed quia talis magister erat, qui futura præuideret, intelligimus, fratres, istum hominem, si sequeretur Christum, sua quęsiturum fuisse, nō quę Iesu
Matth. 7. Christi. Ipse enim dixit, Non omnis qui dicit mihi, Domine, Dñe, intrabit in regnū cælorū. Et iste de ipsis
A fuit, nec si se ipse nouerat, quomodo medicus inspiciebat. Nam si iā se fictum esse spectabat, si iam dolosum & insidiosum se nouerat, cui loquererur non nouerat. Ipse est enim de quo Euāgelista ait, Nō opus habebat, Ioan. 2.
vt quisquā ei testimoniū perhiberet de homine. Ipse em sciebat quid esset in homine. Quid ergo respōdit? *Vulpes foueas habēt, & volatilia cæli nidos: filius autē hominis* Matth. 8.
nō habet vbi caput reclinet.] Sed vbi nō habet? In fide tua. Vulpes enim foueas habēt in corde tuo, quia dolosus es. Volatilia cæli habēt nidos in corde tuo, quoniā elatus es. Dolosus & elatus, non me sequeris. Quomodo dolosus sequitur simplicitatē? Et ad alterum continuò tacentē, & nihil dicentē, nihil promittentem dicit, *Sequere me*] Quātum mali in illo, tantum boni videbat in isto. Sequere me, dicis nolēti, ecce habes hominē paratum, Sequor te quocunque ieris: & tu dicis nolēti, Sequere me? Istum, inquit, declino: quia video ibi foueas, video nidos. Quid ergo molest° es huic, quē prouocas, & excusat? Ecce iā cōpellis, & nō venit; hortaris, & nō sequitur. Quid enim dicit? *Ibo prius sepelire patrē meum.*] Fides cordis eius Domino se ostēdebat: sed pietas differebat. Dñs autē Christus quādo parat homines Euā- Euangelio quomodo homines parat Christus.
gelio, nullam excusationē vult interponi carnalis hui° temporalisque pietatis. Equidem & lex Dei habet, & al. distribuebant.
ipse Dñs arguit Iudæos, quia †destruebāt ipsum mandatum Dei. Et Paulus Apostolus in epistola sua posuit, Ephes. 6.
& dixit: Hoc est mandatum primū in repromissione. Quod? Honora patrē tuum, & matrē tuā: Deus vtique dixit. Volebat ergo iste iuuenis obtēperare Deo, & sepelire patrē suū: sed est locus, & est tēpus, & est res, quæ huic rei, huic tempori, huic loco seruiat. Honorandus Parentes quomodo honorādi.
est pater, sed obediendum est Deo. Amandus est generator, sed præponendus est creator. Ego, inquit: ad Euangelium te voco, ad aliud opus mihi necessarius es.
C Maius est hoc quàm quod vis facere. *Sine mortuos sepelire mortuos suos.*] Pater tuus mortuus est: sunt alij mortui qui sepeliant mortuos. Mortui sepeliētes mortuos Mortui mortuos sepelientes.
qui sunt? Potēstne mortuus à mortuis sepeliri? Quomodo inuoluunt, si mortui sunt? Quomodo portāt, si mortui sunt? Quomodo plangunt, si mortui sunt? Et inuoluunt, & portant, & plangunt, & mortui sunt: quia infideles sunt. Docvit nos quod scriptum est in Cā- Cap. 11. Cant. 2. Ordinare charitatē.
tico canticorum, dicēte Ecclesia; Ordinate in me charitatem. Quid est, Ordinate in me charitatem? Facite gradus: & cuique quod debetur, restituite. Nolite anteriora prosterioribus subdere. Amate parentes, sed præponite Deum parentibus. Attende martyrem Machabæorum: Filij, inquit, nescio quomodo apparuistis 2. Mach. 7.
in ventre. Concipere vos potui, parere potui: formare vos non potui. Illum ergo audite, illum mihi præponite. Nolite attendere, ne sine vobis remaneam.
D Præcepit, & secuti sunt. Quod docuit mater filios, hoc docebat Dominus noster Iesus Christus istū cui dicebat, Sequere me. Quia nunc alius discipulus misit se in medio, cui nemo aliquid dixit: *Prosequar te Domine* Lucæ 9.
ait, sed vado primùm renunciare his qui in domo sunt.] Credo hic sensus est, Nunciem meis, ne fortè quomodo fieri solet, quærant me. Et Dominus, *Nemo ponens manum super aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno cælorum.*] Vocat te Oriens, & tu attendis Occidentem? In hoc capitulo hoc discimus, quoniam quos voluit Dominus, hos elegit. Elegit autem, sicut dicit Apostolus, & secundum suam gratiam, & secundum illorum iustitiam. Talia enim sunt verba Apostoli: Attendite, inquit, quid dicit Helias: Domi- Rom. 11.
ne, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua euerterunt, Beda ad Rom. 11. citat hæc.
& ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

Sed

Sed quid dicit illi responsum diuinũ? Reliqui mihi septem milia virorũ, qui nõ curuauerũt genua ante Baal. Solum te putas esse seruũ bene laborantẽ: sunt & alij me timentes, & non pauci. Nã septẽ millia ibi habeo. Et adiũxit, Sic ergo & in hoc tẽpore. Crediderũt enim aliqui Iudæi, & multi fuerũt reprobati: sicut & ille qui vulpũ foueas gestabat in animo. Sic ergo, inquit, & in hoc tẽpore, reliquię per electionẽ gratię saluę factæ sũt: id est, idẽ Christus est qui tũc, & modò, qui & illic tũc Heliæ dixit, Reliqui mihi. Quid est reliqui mihi? Ego illos elegi, quia vidi mentes illorũ de me præsumentes, non de se, nec de Baal. Nõ sunt mutati, sic sunt vt à me facti sunt: & tu qui loqueris, nisi de me præsumeres, vbi esses? Nisi gratia mea plenus esses, nõne ante Baal etiã ipse genu flecteres? Gratia autẽ mea plen⁹ es: quia nihil de tua virtute, sed totum de mea gratia præsumpsisti. Noli ergo in hoc gloriari, vt putes te in seruitio meo non habere cõseruos: sunt quos elegi, sicut & te, de me scilicet præsumentes: sicut ait Apostolus, Et nũc reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. CAVE, ô Christiane, caue superbiã. Licet enim imitator sanctorũ sis, totum gratiæ semper reputa: quia vt esset aliquid reliquum, gratia in te Dei, non tuum meritũ fecit. De ipsis denique reliquiis dixerat propheta Esaias commemorans, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus. Sic ergo inquit, & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, id est, iam non de tuo merito extollaris: alioquin gratia iam non est gratia. Si enim de tuo opere præsumis, ergo merces tibi redditur, non gratia condonatur. Si autem gratia est, gratis datur. Interrogo nunc, Credis, ô peccator, Christo? Dicis, Credo. Quid credis? Gratis vniuersa peccata per ipsum tibi posse remitti? Habes quod credidisti. O gratia gratis data! Quid tu iuste, credis te sine Deo posse seruare iustitiam? Ipsius ergo totũ reputa, quòd iustus es, pietati: quòd autem peccator es, tuæ iniquitati ascribe. Esto accusator tuus, & ille erit indultor tuus. Omne enim crimen quod facimus, vel peccatũ, nostræ est negligẽtiæ: & omnis virtus & sanctitas, Dei est indulgentiæ. Conuersi ad Dominum.

CAP. III.

Esaiæ 1.

Rom. 11.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus: & cætera quæ sequuntur.

SERMO D. AVGVST. VIII.

In citationibus Ven. Bedę respondet numerus, ad Rom. 1. ad Ephes. 6.

CAP. I.

SANCTVM Euangelium cùm legeretur, audiuimus exultasse Dominum Iesum in spiritu, & dixisse: *Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Hucusque interim verba Domini, si dignè, si diligenter, si quod primum est, piè consideremus, inuenimus primitùs, non semper cùm in Scripturis legimus confessionem, debere nos intelligere vocem peccatoris. Maximè autem hoc dicendum fuit, & hinc admonenda charitas vestra: quia mox vt hoc verbum sonuit lectoris, secutus est etiam sonus tunsionis pectoris vestri, audito scilicet quod Dominus ait, Confiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit, Confiteor, pectora tutudistis. Tundere autem pectus quid est, nisi arguere quod latet in pectore, & euidenti pulsu occultum castigare peccatũ? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confiteor, audistis: qui confitetur, non attendistis. Nunc ergo aduertite. Si, Confiteor, Christus dixit, à quo est longè omne peccatum: non solius est peccatoris, sed etiam laudatoris. Confitemur ergo, siue laudãtes Deũ, siue accusantes nosipsos. Pia est vtraque confessio, siue cũ te reprehendis, qui non es sine peccato: siue cũ illũ laudas, qui non potest habere peccatũ. Si autẽ bene cogitemus, reprehensio tua, laus ipsius est. Quare enim iam confiteris in accusatione peccati tui? In accusatione tui ipsius quare confiteris, nisi quia ex mortuo viuus factus es? Scriptura quippe ait, A mortuo, quasi qui non sit, perit confessio. Si perit à mortuo confessio, qui confitetur viuit: Et si peccatum confitetur, vtique à morte reuixit. Si peccati confessor reuixit à morte, quis eum suscitauit? Nullus mortu⁹ est suiipsius suscitator. Ille se potuit suscitare, qui mortua carne mortuus non est. Etenim hoc suscitauit quod mortuũ fuerat. Ille suscitauit se, qui viuebat in se: in carne autem suscitanda mortuus erat. Nõ enim pater sol⁹ filium suscitauit: de quo dictũ est ab Apostolo, Propter quod eũ Deus exaltauit: sed etiam Dominus seipsum, id est, corpus suum. Vnde dicit: Soluite tẽplum hoc, & in triduo suscitabo illud. Mortuus autẽ est peccator, maximè ille quem moles cõsuetudinis premit, quasi sepultus Lazarus. Parum enim erat, quia mortuus, etiã sepultus. Quisquis igitur malæ cõsuetudinis, malæ vitæ, terrenarum scilicet cupiditatũ mole premitur, ita vt in illo iam factũ sit, quod in quodã Psalmo miserabiliter dicitur, Dixit stultus in corde suo, Non est Deus. Fit talis, de quali dictũ est, A mortuo, velut qui nõ sit, perit confessio. Quis eum suscitabit, nisi qui semoto lapide clamauit, dicens: Lazare, prodi foras? Quid est autem, foràs prodire, nisi quod occultũ erat foras prodere? Qui confitetur, foras prodit. Foras prodire non posset, nisi viueret. Viuere non posset, nisi resuscitatus esset. Ergo in cõfessione sui accusatio, Dei laudatio est.

A

Duplex cõfessio.

Eccle 17.

B

Philip. 2.

Ioan. 2.

Lazarus. Ioan. 11.

Psal. 13.

Eccle. 17.

Foras prodire.

C

DICIT ergo aliquis: Quid prodest Ecclesia, si iã cõfessor voce Dominica resuscitatus prodit? Quid prodest Ecclesia confitenti, cui Dominus ait, Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cælo? Ipsũm Lazarum attende: cum vinculis prodit. Iam viuebat confitendo, sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit Ecclesia, cui dictũ est, Quæ solueritis, soluta erũt; nisi quod ait Dominus continuò ad discipulos: Soluite illũ, & sinite abire? Siue ergo nos accusemus, siue Deũ laudẽmus, bis Deum laudamus: si piè nos accusamus, Deum vtique laudamus. Quando Deum laudamus, tanquam cum qui sine peccato est, prædicamus. Quando autem nosipsos accusamus, ei per quem resurreximus, gloriam damus. Hoc si feceris, nullam occasionem inuenit inimicus qua te circumueniat ante iudicem. Cùm enim tuipse fueris accusator, & Dominus liberator: quid erit ille, nisi calumniator? Meritò ille hinc sibi tutelam prouidit aduersus inimicos non conspicuos, carnem & sanguinem miserandam potius, quàm cauendam: sed aduersus illos inimicos contra quos Apostolus nos hortatur vt armemur, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: id est, aduersus homines quos videtis sæuire in vos. Vasa sunt, alius vtitur. Organa sunt, alius tangit. Immisit se, inquit, diabolus in cor Iudæ, vt traderet Dominum. Ait aliquis: Quid ergo ego feci? Audi Apostolũ: Neque detis locum diabolo. Tu mala voluntate locum dedisti: Intrauit, possedit, vtitur. Si locum non dares, non possideret. ERGO nos admonens ait, Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Possit quisque putare aduersus reges terræ, aduersus potestates seculi. Quare? Ipsi non caro & sanguis? Semel dictum est, non aduersus carnem & sanguinem.

Cap. II.

Matth. 16. Ioan. 11.

Laudare Deum.

Accusare nosipsos.

Ephes. 6. Beda.

Ioan. 13.

Ephes. 4.

Cap. III.

Tundere pectus quid.

Matth. 11.

Auer-

Auertere ab omni homine. Qui ergo restant inimici? Aduersus principes & potestates spiritualis nequitiæ, rectores mũdi. Quasi plus dedit diabolo & angelis ei⁹. Plus dedit, rectores mundi appellauit. Sed ne malè intelligas, exponit quid sit mundus, cuius sunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarũ harũ. Quid est mundi? tenebrarũ harũ. Quibus est rector? dilectoribus suis & infidelibus, quibus plenus est mũdus. Hos appellat Apostolus tenebras. Harũ rectores, diabolus, & angeli eius. Hæ tenebræ non naturales sunt, nõ incommutabiles sunt: mutantur & lumen efficiuntur: credunt, & credendo illuminantur. Quod cũ in eis factum fuerit, audient, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Nam quando tenebræ in te, non in Domino: Iterum quando lux, non in te, sed in Domino. Quid enim habes quod non accepisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter sunt expugnandi. Quippe hostem visibilem vincis feriendo: inuisibilem vincis credendo, Visibilis est hostis homo: visibile est & ferire. Inuisibilis est hostis diabolus: inuisibile est & credere. Est ergo pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos. Ab his inimicis quomodo se tutũ dicit quidam? Hoc enim cœperam dicere, & necesse habui de istis inimicis aliquãto cum mora tractare. IAM ergo cognitis inimicis, videamur tutelam. Laudãs inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Habes quidagas. Laudans inuoca: sed Dominũ laudans inuoca. Si enim te laudaueris, ab inimicis tuis saluus non eris. Laudans inuoca Dominũ, & ab inimicis tuis salu⁹ eris. Quia quid ait ipse Dominus? Sacrificium laudis glorificabit me: & ibi via est, vbi ostendã illi salutare meum. Vbi via? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc viã mittere. In via esto: noli à via recedere. A laude Domini nec vnguem moue, nedum pedẽ. Si enim volueris ab hac via deuiare, & ꝓ Domino te laudare, non eris saluus ab illis inimicis: quia de ipsis dictũ est, Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni te habere, abs te deuiasti à laude Dei. Quid iam miraris, si te seducit inimicus, quãdo tu ipsius seductor es? Audi Apostolum: Qui enim putat se aliquid esse, cùm nihil sit, seipsum seducit. Dominum ergo attende confitentẽ, Confiteor tibi Domine pater cæli & terræ. Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non accuso me. Quantum autem pertinet ad ipsius hominis susceptionem, tota gratia, singularis gratia, perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui Christus est, si tollis gratiam: & tantam gratiam, qua vnum oportebat esse Christum, & ipsum esse quem nouimus? Tolle gratiam istam, quid Christus, nisi homo? Quid nisi quod tu? Suscepit animam, suscepit corpus, suscepit plenum hominẽ: Coaptat sibi, vnam facit Dominus cũ seruo personam. Quanta ista gratia? Christus in cælo, Christ⁹ in terra. Simul Christus & in cælo & in terra: nec duo Christi, sed idem Christus & in cælo & in terra. Christus apud patrem, Christus in vtero virginis: Christus in cruce, Christus apud inferos subueniens quibusdã. Eo autem ipso die Christus in paradiso cum latrone confitente. Et ibi latro quid meruit, nisi quia illam viam tenuit, vbi ostendit salutare suum? A qua tibi pes non exeat. In eo enim quòd se accusauit, Deum laudauit, & vitam suam beatam fecit. Præsumpsit quidem à Domino, & ait illi: Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum. Considerabat enim facinora sua: & pro magno habebat, si ei vel in fine parceretur. Dominus autem continuò cùm ille diceret, Memento mei: sed quando? cùm veneris in regnum tuum. Amen, inquit, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit, quod miseria distulit.

Ephes. 5.

1. Cor. 4.

B

Philip. 2.

Beda. Rom. 1.

CAPVT III. Psal. 17.

Psal. 45.

Psal. 139.

Gal. 6.

Luc. 23.

CAP. V. Matth. 11.

AVDI ergo Dominũ confitentem, Confiteor tibi Domine, pater cæli & terræ. Quid confiteor? In quo te laudo? Hæc enim confessio, vt dixi, laudẽ habet. Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc, fratres? A contrario sensu intelligite. Abscondisti hæc, inquit, à sapientibus & prudentibus: & non dixit, Reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed ait, Abscõdisti quidẽ à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientibus & prudẽtibus irridẽdis, arrogantibus falsò grandibus, verè autem tumẽtibus, opposuit nos insipientes, nõ imprudẽtes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Nomine sapientiũ & prudẽtium, superbos intelligi posse ipse exposuit, cùm ait, Reuelasti ea paruulis. Ergo abscondisti nõ paruulis. Quid est, Nõ paruulis? Non humilib⁹. Quid est, No humilibus, nisi superbis? O via Domini, aut nõ erat, aut latebat vt reuelaretur nobis! Vnde Dominus exultauit? Quia reuelatum est paruulis. Debemus esse paruuli: nam si voluerimus esse magni, quasi sapientes & prudẽtes, nõ nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapientes & prudẽtes. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Habes remediũ à cõtrario. Si dicẽdo te esse sapientẽ stultus factus es: dic te stultum, & sapiẽs eris. Sed dic, dic, & intus dic: quia sic est vt dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere, & coram Deo nõ dicere; Prorsus quod ad teipsum pertinet, quod ad tua: tenebrosus es. Quid est enim aliud, esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? Denique de illis sic ait, Dicẽtes se esse sapientes, stulti facti sunt. Antequam hoc diceret, quid rursum? Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dic quia tu tibi lumen non es. Vt multum, oculus es, lumen non es. Quid prodest patens & sanus oculus, si lumen desit? Ergo dic, à te tibi lumen nõ esse: & clama quod scriptum est, Tu illuminabis lucernã meã, Domine: Lumine tuo, Dñe, illuminabis tenebras meas. † Meæ enim nihil nisi tenebræ: tu autem lumen fugans tenebras, illuminans me: nõ à me mihi lumen existẽs, sed lumen non participans, nisi in te. Sic & Ioannes amicus sponsi, Christus putabatur, lumẽ putabatur. Nõ erat ille lumẽ: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Quod autem erat lumen, erat lumen verum, quid est verum? Quod illuminat omnem hominem. Si verum lumen quod illuminat omnem hominem, ergo & Ioannem rectè dicentem, rectè confitentem, Nos autem de plenitudine eius accepimus. Vide si aliud dixit, quàm, Tu illuminabis lucernam meam, Domine. Denique iam illuminatus, testimonium perhibebat. Propter cæcos, lucerna dici testimoniũ perhibebat. Vide quia lucerna est. Vos, inquit, misistis ad Ioannem, & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accensa vt luceret. Quæ accendi potest, potest & extingui. Sed vt non extinguatur, ventum superbiæ non patiatur. Ergo confiteor tibi Domine, pater cęli & terrę, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, lumen se putantibus, & tenebræ erant: & eo quòd tenebræ erant, & lumen se putabant, nec illuminari potuerunt. Illi autem qui tenebræ erant, & tenebras se esse confitebantur, paruuli erant, non magni: humiles erant, non superbi. Rectè ergo dicebant: Tu illuminabis lucernam meam Domine. Se agnoscebant, Dominum laudabant, à via salutari non recedebãt. Laudantes Dominum inuocabant, & ab inimicis suis salui erant. Conuersi ad Dominum, &c.

C

Sapientes. Prudentes.

Paruuli.

Superbi.

Beda. Rom. 1.

Rom. 1.

Stultus, tenebrosus in corde.

Psal. 17.

ab. Ame.

Ioan. 1.

Ioan. 5.

Psal. 17.

D

De eo

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, &c.

SERMO D. AVGVST. IX.

Ad hunc sermonem & sequentem, spectat quod Possidij Indiculus habet, De Euangelio, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Item ex eadē lectione. Et hoc priori sermone nonnulla Beda habet 2. Cor. 6.

CAP. I. Matth. 11.

MIRVM quibusdam videtur, fratres mei, cū audiunt Dominum dicentem, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enim meum lene est, & sarcina mea leuis.*] Et considerāt eos qui iugū ipsum intrepida ceruice subierunt, & illam sarcinā mansuetissimis humeris acceperunt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, vt non à laboribus ad quietē, sed à quiete ad laborē vocati videantur: cùm & Apostol[s] dicat, Omnes qui volūt in Christo piè viuere, persecutionē patientur. A it ergo aliquis, Quomodo iugū lene est, & sarcina leuis: quandoquidē illud iugū & sarcinā ferre, nihil est aliud, quā piè viuere in Christo? Et quomodo dicitur, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: ac non potius dicitur, Venite qui vacatis vt laboretis? Nam & vacātes inuenit quos cōduxit in vineā, vt ferrent æstū diei. Et sub illo iugo leni & sarcina leui, audiamus Apostolū dicere, In omnibus commendantes nosmetipsos, tanquam Dei ministros, in multa patiētia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, &c. Et alio loco in eadem epistola, A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidat[s] sum, ter naufragiū feci, nocte & die in profundo maris fui: & cætera pericula quæ numerari quidem possunt, sed tolerari, nisi Spiritu sancto iuuante, nō possunt. OMNIA ergo illa quæ cōmemorauit aspera & grauia, frequentius & abundantius sustinebat; sed profectò aderat ei Spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorē renouaret de die in diē, & gustata requie spiritali in affluētia deliciarū Dei, in spe beatitudinis futuræ omnia præsentia deliniret aspera, & omnia grauia releuaret. Ecce quàm suaue iugum Christi portabat, & quā leuē sarcinā: vt omnia illa quæ superiùs enumerata dura, & immania omnis auditor horrescit, leuē tribulationē diceret: intuens interioribus & fidelibus oculis, quanto pretio tēporalium emenda sit futura vita, nō pati æternos labores impiorum, sed sine vlla solicitudine perfrui æterna felicitate iustorū. Secari & vri se homines patiūtur, vt dolores nō æterni, sed aliquanto diuturnioris vlceris acriorū dolorū pretio redimantur, in languida & incerta vacationis breuissimæ atq; vltima vita. Immanissimis bellis miles atteritur: pluribus fortasse annis in laboribus inquietus, quàm in otio quieturus. Quibus tempestatibus & procellis, quàm horribili & tremenda sæuitia cęli & maris impleti sunt mercatores, vt diuitias ventosas & perituras acquirant, maioribus quàm quibus acquisitæ sunt periculis & tempestatibus plenas? Quos æstus, quę frigora, quæ pericula, ab equis, à fossis, à præcipitiis, à fluminibus, à feris perferunt venatores: quem laborē esuriēdi & sitiendi, quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, vt bestiam capiant? & interdū nec ipsius bestiæ carnes, propter quam hæc tanta sustinent, sunt epulis necessariæ. Quanquam etsi aper ceruiue capiatur, magis suaue sit venantis animo, quia captus est, quàm comedentis palato, quia coctus est. Quantis cruciatibus propè quotidianarum plagarum tenera puerorum ætas subdicur? Quantis etiam in scholis vigiliarum & abstinentiæ molestiis exercentur, non propter discendā sapientiā, sed propter opus honorēsque vānitatis, vt numeros, & literas, & dissertas fallacias eloqui discant? Sed in his omnibus qui hæc nō amant, cadērū grauia patiūtur. QVI verò amant, cadē quidē, sed non grauia pati videntur. Omnia enim sæua & immania, prors[s] facilia, & propè nulla efficit amōr. Quāto ergo certius ac facilius ad verā beatitudinē charitas facit, quod ad miseriā, quantū potuit, cupiditas fecit? Quàm facilè toleratur quęlibet aduersitas tēporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur? Nō immeritò ille vas electionis cum ingenti lætitia dixit, Non sunt condignæ passiones huius tēporis, ad superuenturā gloriam, quę reuelabitur in nobis. Ecce vnde illud iugum suaue est, & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista, Propter verba labiorū tuorum, ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescūt amātibus. Propter quod ita diuinæ pietatis dispensatione actum est, vt interior homo, qui renouatur de die in diē, nō adhuc sub lege positus, sed iam sub graria exoneratus sarcinis innumerabiliū obseruationū, quod erat reuera graue iugum, sed duræ ceruici cōuenienter impositum, facilitate simplicis fidei, & bonę spei, & sāctæ charitatis, quicquid molestiarū exteriori homini forinsecus intulisset ille princeps qui miss[s] est foras, interiori gaudio leue fieret. Nihil enim tam facile bonæ voluntati est, quàm ipsa sibi: & hæc sufficit Deo. Quātumlibet ergo sæuiat iste mūdus verissimè angeli nato in carne Domino clamauerunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib[s] bonæ voluntatis: quia qui natus erat, suaue iugum est, & sarcina leuis. Et sicut dicit Apostolus, Fidelis Deus qui nos non sinit tētari supra id quod possumus ferre: sed facit cum tētatione etiam exitum, vt possimus sustinere.

De eo quod suprà, Venite ad me omnes, &c.

SERMO D. AVGVST. X.

AVDIVIMVS in Euangelio Dominū exhilaratum spiritu dixisse Deo patri, *Cōfiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniā sic placitū est ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo agnoscit filiū, nisi pater: neque patrem quis agnoscit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.*] In clamando laboramus, in audiendo laboratis. Audiamus ergo eum qui sequitur, & dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis.*] Quare enim omnes laboramus, nisi quia sumus homines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt inuicem angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis. Quid ergo dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, nisi vt non laboretis? Denique promissio eius in promptu est, quoniam laborantes vocauit, quærerēt forte qua mercede vocati sunt. *Et ego vos,* inquit, *reficiam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me.*] non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo † mirabilia facere, & mortuos suscitare: sed, *Quoniā mitis sum & humilis corde.*] Magnus essevis, † à minimo incipe. Cogitas magnā fabricam construere cellitudinis, de fundamēto prius cogita humilitatis. Et quātum quisque vult ædificare disponit supimponere molē ædificij, quāto erit magis ædificū, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cùm construitur, in superna consurgit. Qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimit ur. Ergo & fabrica ante cellitudinem humiliatur, & fastigium post humiliationem erigitur.

CAP. I. Matth. 11.

CAP. 118.

Psal. 93.

Rom. 8.

Psal. 15.

2. Cor. 4.

Psalm. 13.

Luc. 2.

1. Cor. 10.

CAPVT II.

QVOD est fastigiū construendæ fabricæ quā molimur? Quò peruenturū est cacumē ædificij? Citò dico, vsque ad conspectū Dei. Videtis quàm excelsum est, quanta res est, conspicere Deū. Qui desiderat, & quod dico, & quod audit intelligit. Promittitur nobis conspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonū est, videntē videre. Nam qui colūt falsos deos, facilè illos vident: sed eos vident qui oculos habent, & non videt. Nobis autem promittitur visio Dei viuentis & videntis, vt illum Deum videre concupiscamus, de quo dicit Scriptura, Qui plantauit aurem, nónne audiet? Qui finxit oculum, nónne considerat? Non ergo audit, qui fecit tibi vnde audias? Et non videt, qui creauit vnde videas? Bene in ipso Psalmo præloquitur & dicit: Intelligite ergo qui insipiētes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Multi enī propterea mala faciunt, dum putāt quòd nō videantur à Deo: & difficile est quidē, vt eū credant videre non posse, sed putant nolle. Pauci inueniūtur tātæ impietatis, vt impleatur in eis quod scriptū est, Dixit stultus in corde suo, Non est Deus. Insania ista paucorū est. Sicut enim magna pietas, paucorum est: ita & magna impietas, nihilominus paucorum est. Hoc autem quod dico, turba dicit: Ecce modò inde cōgitat Deus, vt sciat quid faciam in domo mea, & curat Deus quid velim agere in lecto meo? Quis dicit? Intelligite qui insipientes estis in populo, & stulti aliquādo sapite. Tu homo cùm sis, quia laboras, si omnia domus tuæ noueris, & pertineant ad te oīa verba, omnia facta seruorū tuorum, putas & Deum sic laborare, vt attendat ad te, qui non laborauit vt crearet te? Oculum in te non intendit suū, qui fecit tuum: Non eras, & creauit te vt esses. Non te curat, cùm iā sis, qui vocat ea quę non sunt, tanquā sint? Nō ergo tibi hoc promittas. Velis, nolis, videt te: & ab eius oculis nō est vbi abscōdas te. Si enim in cælum ascenderis, ibi est: si descēderis in infernum, adest. Laboras, nolēs recedere à factis malis, & volēs nō videri à Deo. Magnus labor. Facere vis mala quotidie, suspicaris te nō videri? audi Scripturam dicentē, Qui plantauit aurē, nōne audiet? Qui finxit oculum, nónne considerat? Vbi mala facta tua abscōdis ab oculis Dei? Si vis recedere ab ipsis, multū laboras. AVDI dicentē, Venite ad me omnes qui laboratis. Non finis laborē fugiendo. Ab illo eligis fugere; non ad illum. Inueni quò, & fuge. Si autem propterea non potes ab illo fugere, quia vbique præsens est, de proximo fuge ad Deum: qui præsens est. Vbi stas, fuge. Ecce fugiendo excessisti cælos, ibi est. Descendisti ad inferos, ibi est: quasciūque terrarum solitudines elegeris, ibi est qui dixit, Cælum & terram ego impleo. Ergo si cælum & terram ipse implet, & quò fugias, ab illo nō est: noli laborare. Fuge ad præsentē, ne sentias venientem. Præsume te visurum bene viuendo, à quo videris & malè viuendo. Malè enim viuēdo videri potes, videre non potes: bene autem viuendo & videris, & vides. Quāto enim te familiarius videbit qui coronat dignū, qui misericorditer vidit vt vocaret indignum? Nathanaël ait Domino, quem nōdum sciebat, Vnde me nosti? Ait ei Dominus, Cùm esses sub arbore fici, vidi te. Videt te Christus in vmbra tua: non te videbit in luce sua? Quid est enim, Cùm esses sub arbore fici, vidi te? Quid sibi hoc vult? Quid significat? Recordare originale peccatum Adæ, in quo omnes morimur. Quando primò peccauit, de foliis ficulneis succinctoria sibi fecit: significās in illis foliis pruritum libidinis, quò peccando peruenit. Inde nascimur, sic nascimur, in carne peccati nascimur, quam sola sanat similitudo carnis peccati. Ideo misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Inde venit, sed sic non venit. Non enim cum virgo libidine, sed fide concepit. Venit in virginē, qui erat ante virginem. Quam creauit elegit, quam eligeret creauit. Attulit virgini fœcūditatem, non abstulit integritatem. Qui ergo sine pruritu foliorum ficus venit ad te, cùm esses sub arbore fici, vidit te. Para te videre sublimiter, à quo visus es misericorditer. Sed quia magnū fastigium est, de fundamēto cogita. Quo, inquis, fundamēto? Disce ab illo, quoniam mitis est, & humilis corde. Hoc in te fode fūdamentū humilitatis, & peruenies ad fastigiū charitatis. Conuersi ad Dom.

Cōspectus & visio Dei nobis promittitur.

Psal. 93.

Hier. 23.

Ioan. 1.

Genes. 3.

Rom. 8.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro.

SERMO D. AVGVST. XI.

Aug. Enchiridij cap. 83. De qua quæstione (irremissibilis videlicet peccati in Spiritum sanctum) in quodam propter hoc solum conscripto libello enucleatissimè, quantum potui, disputaui. A Possidio inscribitur. De blasphemiis Spiritus sancti. A Beda, 1. Cor. 2. & alibi, aliquando sermo, aliquando liber de blasphemia Spiritus sancti.

CAP. I.

MAGNA quæstio est de recenti Euangelica lectione proposita; cui soluendę, quantū ad nos attinet, impares sumus: sed sufficientia nostra ex Deo est, quātū eius adiutoriū vel accipere vel capere possumus. Prius ergo magnitudinē aduertite quæstionis: vt cùm eius molem humeris nostris impositam videritis, oretis pro laboribus nostris, atque in auxilio quod nobis præbetur, inueniatis ædificationem mentibus vestris. *Cùm Domino fuisset oblatus dæmonium habens, cæcus & mutus, & curasset eum, ita vt loqueretur & videret, & stuperent omnes turbæ, dicentes: Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi audientes dixerunt, Hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub, principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorū, dixit eis: Omne regnum diuisum contra se, desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si satanas satanam eiicit, aduersum se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius?* Hoc dicens ex ipsorū confessione volebat intelligi, quòd in eū non credendo in regno diaboli esse delegissent, quod vtiq; aduersum se diuisum stare non posset. Eligant ergo Pharisæi quod voluerint. Si satanas satanam non potest eiicere, nihil contra Dominū quod dicerent, inuenire potuerunt. Si autē potest, multo magis sibi prospiciant, & recedant de regno eius, quod aduersum se diuisum stare non potest. In quo autē Dominus Christus eiiciat dæmones, ne dæmoniorum principem existiment, attendant quod sequitur: *Et si ego,* inquit, *in Beelzebub eiicio dæmones, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.* Dixit hoc vtique de discipulis suis, illius populi filiis, qui certè discipuli Domini nostri Iesu Christi bene sibi conscij erāt, nihil se malarum artium à bono magistro didicisse, vt in principe dæmoniorū eiicerent dæmones. Ideo, inquit, ipsi iudices vestri erunt. Ipsi, inquit, ipsi ignobilia & contēptibilia huius mundi, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meæ virtutis apparet, ipsi testes mei, iudices vestri erunt. Deinde subiūgit: *Si autem ego in spiritu Dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.* Quid est hoc? Si ego, inquit, in spiritu Dei dæmones eiicio, nō aliter possūt & filij vestri eiicere, quibus non malignam doctrinam, sed fidem simplicē dedi: proculdubiò peruenit in vos regnum Dei, quo subuertitur regnum diaboli, cum quo & vos subuertimini. Et quoniam dixerat, Filij vestri in quo eiiciunt, vt ostenderet in eis gratiam suam, non meritum illorum: *Aut quomodo potest quisquam,* inquit, *intrare in domum fortis, & vasa eius diripere,*

Matth. 12.

nisi prius alligauerit fortem, & sic domum eius diripiat?) Filij, inquit, vestri, qui vel credũt in me, vel adhuc crediturí sunt, & eiecturi dæmones, nõ in dęmonũ principe, sed in simplici sanctitate, qui certè vel fuerũt, vel hoc sunt q̃ etiã vos estis, id est, peccatores atque impij: & ideo in domo diaboli, & vasa diaboli, quomodo ab illo possent erui, quos præualente iniquitate fortiter obtinebat, nisi alligaretur iustitiæ meæ vinculis, & vasa eius eriperẽ, q̃ fuerant vasa iræ, & ea facerẽ vasa misericordiæ? Hoc est q̃ etiã beatus Apostolus superbis, & quasi de suis meritis gloriãtibus increpãs dicit: Quis enim te
1. Cor. 4. discernit? Hoc est, à massa perditionis ex Adã, & à vasis irę quis te discernit? Et ne quisquam diceret, iustitia
Ibidem. Ephes. 2. mea: Quid enĩ habes, inquit, quod nõ accepisti? Vnde & de seipso dicit: Fuimus enim & nos aliquando naturaliter filij iræ, sicut & cæteri. Ergo & ipse vas erat in domo illius malè fortis, cũ esset Ecclesiæ persecutor, blasphemus, iniuriosus, in malitia & inuidia, sicut fatetur, agens. Sed ille qui alligauit fortem, ab eo vas perditionis eripuit, & vas electionis effecit.

CAPVT II. DEINDE ne putarent increduli & impij aduersantes nomini Christiano, ppter diuersas hęreses & schismata, eorum, qui sub nomine Christiano greges colligũt perditorũ, etiã Christi regnũ aduersum se esse diuisum, consequẽter adiungit: *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.*) Non ait, Qui nõ est sub voce nõinis mei, aut sub specie sacramenti mei: sed qui non est mecũ, contra me est. Nec ait, Qui non congregat sub inuocatione nominis mei: sed, Qui non cõgregat mecũ, spargit. Non ergo est aduersum se diuisum regnũ Christi, & si homines conantur diuidere, quod emptũ est pretioso sanguine Christi. Nouit enim
2. Tim. 2. Dominus qui sunt eius. Et recedat, inquit, ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ Domini. Nã si ab iniquitate non recedit, non pertinet ad regnũ Christi, etiam nominans nomẽ Christi. Vt ergo aliqua, exempli gratia, commemorẽ, spiritus auaritiæ, & spiritus luxuriæ, quia ille contrahit, ille profundit, diuisi sunt aduersum se: & ambo pertinent ad regnum diaboli. Apud idolorũ cultores spiritus Iunonis, & spiritus Herculis diuisi sunt aduersum se: & ambo pertinent ad regnũ diaboli. Paganus hostis Christi, & Iudæus hostis Christi, diuisi sunt aduersum se: & ambo pertinent ad regnũ diaboli. Arrianus & Photinianus, ambo hæretici, & aduersum se ambo diuisi. Donatista & Maximinianista ambo hæretici, & aduersum se ambo diuisi. Omnia vitia errorésque mortalium inter se contrarij, diuisi sunt aduersum se & oẽs pertinent ad regnũ diaboli: ideo nõ stabit regnũ eius: iustus autẽ & impius, fidelis & incredulus, catholicus & hæreticus, diuisi quidem sunt aduersum se, sed non ambo pertinent ad regnũ Christi. Nouit Dominꝰ qui sunt eius. Nemo sibi de vocabulo blandiatur. Si vult sibi prodesse nomen Domini, recedat ab iniquitate qui inuocat nomen Domini.

CAPVT III. SED ista verba Euangelica & si habebant aliquid obscuritatis, quod, adiuuante Domino, arbitror explanatum: non erant tamen tantæ difficultatis, quantæ apparet esse quod sequitur. *Ideo dico vobis, Omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autẽ blasphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbũ contra filiũ hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.*) Quid ergo fiet de his quos lucrari cupit ecclesia? Nunquid nam correctis, & ad eam ex quocunque errore venientibus spes falsa promittitur in remissione omniũ peccatorum? Quis enim non conuincitur dixisse verbum contra Spiritum sanctum, antequã Christianus vel catholicus fieret? Primò ipsi qui Pagani appellãtur, multorum deorũ, falsorũmque cultores & idolorum adoratores, cùm dicunt Dominũ nostrum Christum magicis artibus fecisse miracula: nónne istis sunt similes, qui eum dixerunt in principę dæmoniorũ eiecisse dæmonia? Deinde cùm quotidie nostram sanctificationẽ blasphemant, quid aliud blasphemant quàm Spiritum sanctum? Quid Iudæi qui dixerunt de Domino, vnde iste exortus est sermo, Nónne vsquè adhuc verbũ cõtra Spiritũ sanctum loquuntur, sic negãtes eum esse in Christianis, sicut illi in Christo esse negauerũt? Neque enim & illi Spiritui sancto non maledixerunt: aut non eum dicentes esse, aut esse quidẽ, sed Deum non esse, sed esse creaturam: aut ad dæmones eiiciendos nihil valere: non ista indigna, non aliquid simile de Spiritu sancto locuti sunt? Sadducæi enim Spiritum sanctum negabãt: Pharisæi verò eum esse, contra Sadducæorũ hæresim defendebãt: sed esse in Domino Iesu Christo negabãt: quẽ dæmones eiicere in principe dæmoniorum putabant, cùm eiiceret ille in Spiritu sancto. Ac per hoc & Iudæi & quicunque hæretici Spiritũ sanctũ confitentur, sed eũ negãt esse in Christi corpore, quod est vnica eius Ecclesia, non vtique nisi vna catholica, proculdubiò similes sunt Pharisæis, qui tunc etiãsi esse Spiritum sanctũ fatebantur, negabant tamen eum esse in Christo, cuius opera in dæmonibus eiiciendis dæmoniorum principi tribuebant. Omitto quòd quidã hæretici ipsum omnino Spiritũ sanctũ vel non creatorem, sed creaturã esse contendunt: sicut Arriani & Eunomiani & Macedoniani: vel eum prorsus ita negant vt ipsum Deum negẽt esse trinitatem, sed tantũmodò esse Deum patrẽ asseuerant, & ipsum aliquando vocari filium, aliquando vocari Spiritum sanctum: sicut Sabelliani, quos quidam Patripassianos vocant, ideò quia patrẽ perhibent passum: cuius cùm negant esse aliquẽ filiũ, sine dubio negant esse Spiritũ sanctũ. Photiniani quoque patrẽ solũ esse dicentes Deum, filium verò non nisi hominẽ: negant omnino esse tertiã personam Spiritũ sanctum. Manifestum est igitur, & à Paganis, & à Iudæis, & ab hæreticis blasphemari Spiritũ sanctũ. Nunquid nam ergo deserendi sunt, & sine vlla spe deputandi, quoniã fixa sententia est: Qui verbũ dixerit contra Spiritum sanctum, non ei dimittitur, neque in hoc seculo, neque in futuro: & illi soli existimãdi sunt ab huius grauissimi peccati reatu liberi, qui ex infantia sunt catholici? Nam quicũque verbo Dei crediderunt, vt catholici fierent, vtique aut ex Paganis, aut ex Iudæis, aut ex hæreticis in gratiam Christi pacémque venerunt: quibus si nõ est dimissum quod dixerunt verbum contra Spiritũ sanctum, inaniter promittitur & prædicatur hominibus, vt cõuertantur ad Deum, & siue in baptismo siue in Ecclesia pacẽ remissionémque accipiant peccatorum. Neque enim dictũ est, Non remittetur ei, nisi in baptismo: sed, Nõ remittetur, inquit, neque in hoc seculo, neque in futuro.

CAPVT IIII. NONNVLLIS videtur eos tãtummodo peccare in Spiritum sanctũ, qui lauacro regenerationis abluti in Ecclesia, & accepto Spiritu sancto, velut tanto postea dono Saluatoris ingrati, mortifero aliquo peccato se immerserint: qualia sunt, adulteria, vel homicidia, vel ipsa discessio, siue omnimodo à nomine Christiano, siue à catholica Ecclesia. Sed iste sensus vnde probari possit, ignoro: cùm & pœnitentiæ quorũque criminũ locus in Ecclesia nõ negetur, & ipsos hęreticos ad hoc vtique corripiẽdos dicat Apostolus: Ne fortè det illis
2. Tim. 2. Deus pœnitentiam ad cognoscẽdam veritatem, & resipiscãt à diaboli laqueis, à quo captiui tenẽtur secundũ ipsius voluntatem. Quis enim est fructus correctionis sine vlla spe remissionis? Postremò nõ ait Dominꝰ,

Qui fidelis Catholicus dixerit verbum contra Spiritũ sanctũ, sed, Qui dixerit: hoc est, quilibet dixerit, quicũque dixerit, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Siue ergo sit ille Paganus, siue Iudæus, siue Christianus, siue ex Iudæis vel Christianis hæreticus, siue quodlibet aliud habeat nomen erroris, nõ dictum est ille aut ille: sed qui dixerit verbũ cõtra spiritũ sanctũ, id est, blasphemauerit Spiritũ sanctũ, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Porrò autem si omnis error cõtrarius veritati & inimicus Catholicæ paci, sicut suprà ostẽdimus, dicit verbũ cõtra spiritum sanctum, nec tamẽ cessat Ecclesia ex omni errore corrigere atq; colligere, qui remissionẽ peccatorũ, & ipsum quẽ blasphemauerant accipiant Spiritũ sanctũ: puto quod grãde secretũ tam magnæ huius quęstionis ostendimus. Lumẽ ergo expositionis à Dño requiramus. ERIGITE itaque fratres, erigite ad me aures, ad Dñm mentes. Dico charitati vestræ: Fortè in omnibus sanctis Scripturis nulla maior quæstio, nulla difficilior inuenitur. Vnde vt vobis aliquid de meipso fatear, semper in sermonibus quos ad populũ habui, huius quæstionis difficultatẽ molestiãmque vitaui: non quia nihil haberẽ quod inde vtcunq; cogitarẽ: neque enim in re tanta petere, quærere, pulsare negligerẽ: sed quia ipsi intelligentiæ, quæ mihi aliquantũ aperiebatur, verbis ad horã occurrẽtibus me posse sufficere nõ putarẽ. Hodie autẽ lectiones audiens, de quibus vobis esset sermo reddendus, cùm Euangelium legeretur: ita pulsatũ est cor meũ, vt crederẽ Deũ velle aliquid hinc per meũ ministeriũ vos audire. Prius ergo vt aduertatis & intelligatis, admoneo, non dixisse dñm, Omnis blasphemia spiritus nõ remittetur ei: neq; dixisse, Qui dixerit quodcunque verbũ contra Spiritũ sanctũ, non remittetur: sed, qui dixerit verbũ. Illud enim si dixisset, nihil nobis omnino remaneret vnde disputare possemus: quoniã si omnis blasphemia & omne verbũ quod dicitur cõtra Spiritũ sanctũ nõ remitteretur hominibus, ex nullo genere impietatis eorũ qui dono Christi & sanctificationi Ecclesiæ cõtradicunt vel Paganorũ, vel Iudæorũ, vel quorũlibet hæreticorũ, nonnullorũ etiã in ipsa Catholica imperitorum quenquã Ecclesia lucraretur. Sed absit vt hoc Dominus diceret: absit, inquam, vt veritas diceret omnẽ blasphemiam & omne verbũ quod contra Spiritũ sanctũ diceretur, nõ habere remissionem, neque in hoc seculo, neque in futuro.

CAP. V. CAP. VI. EXERCERE quippe nos voluit difficultate quæstionis, non decipere sententiæ falsitate. Quapropter non est necesse, vt omnẽ blasphemiam vel omne verbũ quod dicitur cõtra spiritũ sanctũ, remissionẽ quisquam existimet non habere: sed necesse est planè vt sit aliqua blasphemia, & aliquod verbum, quod si dicatur contra Spiritum sanctũ, nullam vnquã veniam remissionémque mereatur. Quia si omne acceperimus, quis nam poterit saluari? Si autẽ rursus nullũ putauerimus, contradicimus Saluatori. Est ergo sine dubio aliqua blasphemia & aliquod verbum, quod si dictum fuerit contra Spiritũ sanctum, nõ remittetur. Quod sit autẽ hoc verbum, quæri à nobis Dominus voluit, ideo nõ expressit. Quæri, inquã, voluit, nõ negari. Solent enim Scripturę ita loqui, vt quãdo aliquid sic dicitur, vt neque ex toto neq; ex parte dictũ finiatur, nõ sit necesse vt ex toto fieri possit, vt ex parte non intelligatur. Ista ergo sententia ex toto, id est, vniuersaliter pronunciaretur, si diceretur, Omnis blasphemia spiritus non remittetur: aut qui dixerit qualecunque verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo neq; in futuro. Ex parte autem, id est, particulariter pronunciaretur, si diceretur: Quædam blasphemia spiritus non remittetur. Quia ergo nec vniuersaliter nec particulariter enunciata sententia est: non enim dictum est, Omnis blasphemia spiritus, aut quædam blasphemia: sed tantũmodo indefinitè dictũ est, Spiritus blasphemia non remittetur: nec dictũ est, Qui dixerit quodcunq; verbũ, aut qui dixerit quoddã verbum, sed indefinitè, Qui dixerit verbũ: non est necesse, vt omnẽ blasphemiã vel omne verbũ intelligamus: sed necesse est planè, vt quandã blasphemiã & quoddã verbũ voluerit intelligi Dominus: quamuis id exprimere noluerit, vt petẽdo, quærendo, pulsando, si quid recti intellectus acceperimus, nõ viliter habeamus. Hoc CAP. VII. vt manifestius videatis, illud attendite quod ait idem ipse Iudæis, Si non venissem, & locutus fuisse eis, peccatũ nõ haberent. Neq; enim ita dictum est, vt sine vllo peccato omnino vellet intelligi futuros fuisse Iudæos, si nõ venisset, & locutus eis fuisset. Plenos quippe inuenit, oneratósque peccatis. Propter quod dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Vnde, nisi sarcinis peccatorum & transgressionibus legis? Quoniam lex subintrauit, vt abundaret delictũ. Cùm ergo ipse etiã alibi dicat, Non veni vocare iustos, sed peccatores, quomodo si non venisset, peccatũ non haberent: nisi quia sententia ista nec vniuersaliter nec particulariter, sed indefinite pronunciata non omne peccatum cogit intelligi? Sed planè nisi aliquod peccatum intellexerimus, quod non haberent, nisi Christus venisset, & locutus eis fuisset, falsam, quod absit, sententiã diceremus. Non ergo ait, Si non venissem, & locutus fuissem eis, nullũ peccatũ haberent, ne veritas mentiretur: nec rursus definitè dixit, Si non venissem, & locutus fuissem eis, quoddam peccatũ nõ haberẽt, ne piũ studiũ parũ exerceretur. In omni quippe copia Scripturarũ sanctarũ pascimur apertis, exercemur obscuris. Illic fames pellitur, hic fastidium. Quia ergo nõ est dictũ, Peccatũ nullum haberent, non perturbemur cùm peccatores Iudæos, etiam si Dominus non venisset, agnoscimus. Sed tamen quia dictum est, Si non venissem, peccatum non haberent: inde necesse est, etiam si non omne, aliquòd tamen eos ex aduẽtu Domini quod non habebant, contraxisse peccatũ. Illud ipsum profectò est, quod in præsentem sibiq; loquẽtẽ nõ crediderunt: eúmque inimicum deputantes, quoniã vera dicebat; insuper occiderũt. Hoc peccatũ tam magnũ, & tam horrendũ, si non venisset, & locutus eis fuisset, vtique nõ haberẽt. Sicut ergo ibi cùm audimus, Peccatũ non haberẽt: nõ omne, sed aliquod peccatum intelligimus: ita in hodierna lectione cùm audimus, Spiritus blasphemia nõ remittetur, non omnem blasphemiam, sed quandam. Et cùm audimus, Qui dicit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei: non omne verbum, sed quoddam intelligere debemus. Nam & hoc ipsum quod ait, Spiritus autem blasphemia non remittetur: vtique non omnis spiritus, sed spiritus sancti blasphemiam necesse est intelligamus. Quod etsi planius alibi non diceret, quis tam vecors esset, vt aliquid aliud intelligeret? Secundum hanc regulam locutionis, & illud accipitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Non Ioan. 3. enim aiebat, & Spiritu sancto, hoc tamen intelligitur. Nec quoniam dixit, ex aqua & spiritu, omnem spiritum quisquã intelligere cogitur. Quocirca cùm audis, Spiritus autem blasphemia non remittetur: sicut non omnem spiritum, ita non omnis spiritus blasphemiã oportet accipias. AVDIRE iam velle vos CAPVT video, quoniam non est omnis, quæ nã sit illa blasphemia spiritus, quæ non remittetur: & quod sit verbum, quoniam non est omne: quod si dictum fuerit contra

Ioan. 15. De grat. & libero arbit. cap. 2.

Matth. 11.

Matth. 9.

VIII.

Spiritum ſanctum, non remittetur, neque in hoc ſeculo, neq; in futuro. Iam & ego vellem dicere, quod intentiſſimè expectatis audire: ſed tolerate aliquantas maioris diligentiæ moras, donec, adiuuante Dño, totũ quod occurrit expediam: Alij quippe duo euangeliſtę, Marcus & Lucas, cùm de hac re loquerentur, nõ dixerunt, blaſphemiã ſeu verbũ: vt intelligeremus non omnẽ blaſphemiã, ſed quandã: nec verbum omne, ſed quoddã. Quid ergo dixerunt? Apud Marcũ ita ſcriptũ
Marc.3. eſt: Amẽ dico vobis, quoniã omnia remittuntur filiis hominũ peccata & blaſphemię, quibus blaſphemauerint: qui autẽ blaſphemauerit in Spiritũ ſanctũ, nõ habet remiſſionẽ in æternum, ſed reus erit æterni delicti.
Luc.12. Apud Lucã ita: Omnis qui dicit verbum in filiũ hominis, remittetur ei: ei autẽ qui in Spiritũ ſanctũ blaſphemauerit, non remittetur. Nunquid propter nonnullã verborũ diuerſitatẽ receditur ab eiuſdẽ veritate
al.cur. ſententiæ? Nam neque alia cauſa eſt * cùm Euangeliſtæ eadem nõ eodẽ modo dicãt, niſi vt inde diſcamus res verbis, non rebus verba præponere, nihilque aliud in loquente quærere niſi voluntatem, propter quã inſinuandã verba promuntur. Quid enim ad rem intereſt, vtrũ dicatur, Spiritꝰ blaſphemia nõ remittetur: an dicatur, Qui blaſphemauerit in Spiritũ ſanctũ, non ei remittetur? niſi fortè quòd eadẽ apertius iſto modo quã illo dicuntur, & aliũ euangeliſtã non deſtruit alius, ſed expenit. Spiritꝰ autẽ blaſphemia, clauſè dictũ eſt quia
Non quicunque ſpiritus, Spiritus ſanctus eſt. 1.Cor.14. nõ expreſſum eſt, cuius ſpiritus. Nõ enim quicunque ſpiritus, Spiritus ſanctꝰ eſt. Itẽ poteſt dici ſpiritus blaſphemia, cùm ſpiritu quiſq; blaſphemat: quomodo poteſt dici ſpiritus oratio, cùm ſpiritu quiſq; orat. Vnde dicit Apoſtolus: Orabo ſpiritu, orabo & mente. Cùm verò dictum eſt: Qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, illię ambiguitates ſolutæ ſunt. Itẽ quod ſcriptum eſt, Non habet remiſſionẽ in æternũ, ſed reus erit æterni delicti: quid eſt aliud, quàm id quod ſecũdũ Matth. legitur, Nõ remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro? Aliis quippe verbis, & alio loquendi modo eadem ipſa eſt expreſſa ſententia. Et quod eſt apud Matthæum, Qui dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, ne aliud aliquid quã blaſphemiã intelligeremus, planius alij dixerunt: Qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum. Eadem tamen res ab omnibus dicta eſt: nec aliquis eorum à loquentis voluntate diſceſſit, propter quam intelligendam verba dicuntur, ſcribuntur, legũtur, audiuntur. CAPVT IX. SED ait aliquis, Ecce accepi & intellexi, quia cũ dicitur blaſphemia, nec exprimitur omnis aut quædam, poteſt quędã intelligi, aut omnis: Sed non neceſſe eſt, vt omnis. Niſi autem quædam intelligatur, falſum, eſt quod dicitur. Ita verbum ſi non dicatur omne, ſeu quoddam, non eſt neceſſe vt omne intelligatur: ſed niſi vel quoddam fuerit intellectũ, nullo D modo poteſt verum eſſe quod dicitur. Sed vbi legitur, Qui blaſphemauerit, quomodo intelligo quandã blaſphemiam, vbi non legitur blaſphemia, vel quoddam verbum, vbi non legitur verbum: ſed tanquã generaliter dici videtur, qui blaſphemauerit? Huic contradictioni ſic reſpondemus, quia etiam hic ſi diceretur, Qui blaſphemauerit quamcũque blaſphemiam in Spiritũ ſanctũ, nihil eſſet cur aliquã blaſphemiã quærẽdã putaremus, quãdo omnẽ intelligere deberemus. Sed quia omnis nõ poteſt intelligi, ne Paganis, Iudęis, hæreticis, omnique hominũ generi, qui diuerſis erroribus & cõtradictionibus ſuis blaſphemant in Spiritum ſanctũ, ſpes remiſſionis, ſi ſe correxerint, auferatur: reſtat vtiq; vt in eo quod ſcriptũ eſt, Qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habere remiſſionem in æternũ, ille intelligatur qui nõ omni modo, ſed como

A do blaſphemauerit, vt ei nunquam poſſit ignoſci.

SICVT enim eo quod dictum eſt, Deus neminẽ CAP.X. Iacobi 1.
tentat, non omni, ſed quodam tentationis modo peus neminẽ tentare intelligẽdus eſt, ne falſũ ſit illud quod ſcriptũ eſt, Tentat vos Dñs Deus veſter: & ne Chriſtũ Deut.13.
negemus Deũ, vel dicamus falſum Euangeliũ, vbi legimus: Quod interrogabat diſcipulum tentans eũ, ipſe autem ſciebat quid eſſet facturus. Eſt enim tentatio Ioan.6. Tentatio adducens peccatum: Tentatio probans fidem.
adducens peccatũ, qua Deus neminem tentat: & eſt tentatio probans fidem, qua & Deus tentare dignatur. Ita cùm audimus, Qui blaſphemauerit in Spiritũ ſanctum, non omne blaſphemãdi genus debemus accipere, ſicut nec ibi omne tentandi. Item cùm audimus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: non vti- Mar.vlt.
que intelligimus eo modo credentem, quo & dæmones credunt & contremiſcũt, nec in eo numero bapti- Iacobi 2. Act.8.
zatos, in quo Simon magus baptizari potuit, ſed ſaluus
B eſſe non potuit. Sicut ergo cũ diceret, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, non omnes credentes & baptizatos, ſed quoſdam intuebatur: in ea ſcilicet fide conſtitutos, quæ Apoſtolo diſtinguente, per dile- Gal.5.
ctionem operatur: ita cùm dixit, Qui blaſphemauerit Mar.3.
in Spiritũ ſanctum, nõ habet remiſſionẽ in æternũ, nõ omnẽ, ſed quendam blaſphemantis in Spiritum ſanctum intẽdebat reatũ, quo quiſquis fuerit obligatus, nulla vnquam remiſſione ſoluetur. ILLVD etiam CAP.XI. Ioan.6.
quod ait, Qui mãducat carnẽ meã, & bibit ſanguinẽ meũ, in me manet, & ego in illo: quomodo intellecturi ſumus? Nunquid etiã illos hîc poterimus accipere, de quibus dicit Apoſtolus; quòd iudiciũ ſibi manducent & bibãt, cũ ipſam carnẽ manducẽt, & ipſum ſanguinẽ bibant? Nunquid & Iudas magiſtri venditor & 1. Cor. 11.
traditor impius, quãuis, primũ ipſum manibus eius cõfectũ ſacramentũ carnis & ſanguinis eiꝰ cũ cæteris di-
C ſcipulis, ſicut apertiùs Lucas euangeliſta declarat, mã- Luc.22.
ducaret & biberet, manſit in Chriſto, aut Chriſtus in eo? Multi deniq; qui vel corde ficto carnẽ illã mandu- 4. ſen. diſt. 9. cap. 1.
cant, & ſanguinẽ bibunt, vel cũ manducauerint, & bibe- Quidam modus mãducandi carnem & bibendi ſanguinem chriſti.
rint, apoſtatæ fiunt, nunquid manent in Chriſto, aut Chriſtus in eis? Sed, pfectò eſt quidã modus mãducandi illã carnẽ, & bibẽdi illũ ſanguinẽ: quomodo qui mã-
ducauerit & biberit, in Chriſto manet, & Chriſtus in
cõ. Non ergo quocunq; modo quiſquã manducauerit
carnẽ Chriſti, & biberit ſanguinem Chriſti, manet in
Chriſto, & in illo Chriſtꝰ: ſed certo quodã modo, quẽ
modũ vtique ipſe videbat, quãdo iſta dicebat. Sic igitur & in eo quod ait, Qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctũ, nõ habet remiſſionẽ in æternũ nõ quocũq; modo blaſphemauerit, reus eſt huius irremiſſibilis delicti: ſed modo quodã quẽ nos quærere atq; intelligere voluit, qui hanc ſententiã verã terribilẽmq; deprompſit.
D QVIS nam ſit autẽ iſte blaſphemãdi modus, vel po- CAPVT XII.
tius immoderatio, quæ ſit iſta blaſphemia, & quod ſit verbũ cõtra Spiritũ ſanctũ: iam, quantũ exiſtimo, ipſe ordo poſtulat vt dicamus, veſtrãq; expectationẽ tamdiu, ſed neceſſariò detentã, nõ vlteriùs differamus. NOSTIS, chariſſimi, in illa inuiſibili & incorruptibili trinitate, quã fides noſtra & catholica Eccleſia tenet & prædicat, Deũ patrẽ nõ ſpiritus ſancti patrem eſſe, ſed filij, & Deum filium nõ ſpiritus ſancti filiũ eſſe, ſed patris: Deum autem ſpiritum ſanctum non ſolius patris, aut ſolius eſſe filij ſpiritum, ſed patris & filij. Et hanc Trinitatem, quamuis ſeruata ſingularum proprietate & * ſubſtantia perſonarũ: tamẽ propter ipſam indiui- al. ſubſiſtẽtia.
duam & inſeparabilem æternitatis, veritatis, bonitatis eſſentiam vel naturam, non eſſe tres deos, ſed vnum Deum. Ac per hoc pro captu noſtro, quantum iſta per ſpeculum & in ænigmate, præſertim talibus, quales adhuc

adhuc ſumus, videre conceditur, inſinuatur nobis in A
patre autoritas, in filio natiuitas, in ſpiritu ſancto patris filiique cõmunitas, in tribus ęqualitas. Quod ergo cõmune eſt patri & filio, per hoc nos voluerunt habere cõmunionẽ, & inter nos & ſecum: & per illud donum nos colligere in vnũ quod ambo habẽt vnum, hoc eſt, per ſpiritũ ſanctũ Deũ & donum Dei. In hoc enim reconciliamur diuinitati, eáque delectamur. Nam quid nobis, pdeſſet quicquid boni noſſemus, niſi etiã diligeremus? Sicut autẽ veritate diſcimus, ita charitate diligimus: vt & plenius cognoſcamus, & beati, cognito
Rom.5. perfruamur. Charitas portò diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis. Et quia pec-
1.Pet.4. catis alienabamur à poſſeſſione verorũ bonorũ, Charitas cooperit multitudinẽ peccatorũ. Eſt ergo pater filio veritati origo verax, & filius de veraci patre orta veritas, & ſpiritus ſanctus à patre bono & filio bono effuſa bonitas: omnium eſt autem nõ impar diuinitas, B
nec ſeparabilis vnitas. Primũ ergo in nos, ad accipiendam vitã æternã, quæ in nouiſſimo dabitur, de bonitate Dei munus venit ab initio fidei, remiſſio peccatorum: illis enim manẽtibus, manẽt quodãmodo inimicitiæ aduerſus Deũ, & ab illo alienatio quæ à noſtro
Eſa.59. malo eſt, quoniã non mẽtitur Scriptura, dicens: Peccata veſtra ſeparant inter vos & Deũ. Non itaque nobis infert bona ſua, niſi auferat mala noſtra. Et in tantũ illa creſcunt, in quantũ iſta minuuntur: nec illa perficientur, niſi iſta finiantur. Iam verò quòd Dñs Ieſus ſic in ſpiritu ſancto peccata dimittit, quemadmodũ in ſpiritu ſancto dæmones eiicit: hinc intelligi poteſt, quòd poſteaquã reſurrexit à mortuis, cũ dixiſſet diſci-
Ioan.20. al.dii. pulis ſuis, Accipite ſpiritũ ſanctum, continuò ſubiecit: Si cui dimiſeritis peccata, dimittẽtur † ei: ſi cui tenueritis, tenebuntur. Nã & illa regeneratio, vbi fit omniũ
C præteritorũ remiſſio peccatorũ, in ſpiritu ſancto fit, di-
Ioan.5. cente Dño: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnũ Dei. Sed aliud eſt, naſci de ſpiritu, aliud, paſci de ſpiritu: ſicut aliud eſt, naſci de carne, q; fit cũ parit mater; aliud eſt paſci de carne, quod fit cùm lactat infantẽ; ad hoc cõuerſum vt cũ voluptate biberet, vnde natus eſt vt viueret: vt inde accipiat viuẽdi alimentũ, vnde accepit naſcendi initium.
al.credentium. Primũ itaq; † credendũ beneficiũ eſt benignitatis Dei, in ſpiritu ſancto remiſſio peccatorũ. Vnde ita & cœpit prædicatio Ioannis Baptiſtæ, qui præcurſor Dñi miſ-
Marth.3. ſus eſt. Sic enim ſcriptũ eſt: In diebus illis venit Ioãnes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudææ, & dicens: Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnũ cælorum.
Hinc & ipſius Dñi, quod ita legitur: Exinde cœpit Ieſus prædicare & dicere, Agite pœnitẽtiam, appropin-
Matth.4. quauit enim regnũ cælorũ. Ait autẽ Ioannes inter cæteta, quæ locutus eſt ad eos qui venerunt, vt ab illo ba- D
ptizarẽtur: Ego quidẽ vos baptizo aqua in pœnitentia: qui autẽ venturus eſt poſt me, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calciamenta portare. Ipſe vos bapti-
Act.1. zabit in ſpiritu ſancto & igni. Ait & Dominus: Ioannes quidẽ baptizauit aqua; vos autẽ baptizabimini ſpiritu ſancto nõ poſt multos hos dies, quẽ accepturi
Ignis, tribulatio. eſtis, vſq; ad Pentecoſten. Quod autẽ dixit Ioannes, Et igni, quamuis poſſit intelligi & tribulatio, quã pro nomine Chriſti credentes fuerant perpeſſuri; tamen non
Ignis, Spiritus ſanctus. Act.2. ab re eſt, cũdem ſpiritũ ſanctũ etiã nomine Ignis ſignificatũ videri. Propter quod & in aduentu eius dictum eſt: Viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ, velut ignis, qui & inſedit ſuper vnumquenque eorum. Hinc & ipſe Domi-
Lucæ 12. nus ait, Ignem veni mittere in mundũ. Hinc & Apo-
Rom.12. ſtolus ait; Spiritu feruentes, quoniam hinc feruet cha-
Rom.5. ritas. Diffunditur quippe in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. Cui feruori cõtrarium
Matth.24. eſt, quod Dñs ait: Refrigeſcet charitas multorum. Sed perfecta charitas perfectũ donũ eſt ſpiritus ſancti. Prius
Coloſ.1. Ioan.11. Eph.2. eſt autẽ illud quod ad remiſſionẽ pertinet peccatorũ: per quod beneficiũ eruimur de poteſtate tenebrarum, & princeps huius mundi mittitur foras fide noſtra, qui operatur in filiis infidelitatis, nulla alia re niſi ſocietate & obligatione peccati. In Spiritu enim ſancto, quo in vnum Dei populus congregatur, eiicitur ſpiritus immundus, qui in ſeipſum diuiſus eſt. Cõtra hoc donum gratuitum, cõtra iſtã Dei gratiã loquitur cor impœnitens. Ipſa ergo impœnitẽtia eſt ſpiritꝰ blaſphemia: quæ
Impœnitentia, peccatum in ſpiritum ſanctum. non remittetur neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Contra Spiritum enim ſanctum, quo baptizantur quorum peccata omnia dimittuntur, & quem accepit Eccleſia, vt cui dimiſerit peccata, dimittantur ei: verbum valde malum, & nimis impium, ſiue cogita-
Rom.2. tione, ſiue etiam lingua ſua dicit: quem patientia Dei cùm ad pœnitentiam adducat, ipſe ſecundum duritiam cordis ſui & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. Hæc ergo impœnitentia, ſic enim vno aliquo nomine poſſumus vtcunque appellare & blaſphemiam, & verbum contra ſpiritum ſanctum, quod remiſſionem non habet in æternum: hæc, inquã impœnitentia, contra quã clamabant & præco, & iudex dicentes: Pœnitentiã agite,
Mat.3.& 4. appropinquauit enim regnũ cælorũ: contra quã Dñs os Euangelicæ prædicationis aperuit, & conta quam ipſum Euangelium in toto orbe prædicandum eſſe prædixit; vbi poſteaquã reſurrexit à mortuis, ait diſci-
Luc.24. pulis: Oportebat pati Chriſtum, & reſurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. Hęc omnino impœnitentia non habet remiſſionem, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro: quia pœnitẽtia impetrat remiſſionẽ in hoc ſeculo, quę valeat in futuro. SED iſta impœnitẽtia vel cor impœ- CAPVT XIII.
nitẽs quãdiu quiſq; in hac carne viuit, nõ poteſt iudicati. De nullo enim deſperandũ eſt, quamdiu patiẽtia De nullo deſperandum eſt in præſenti vita. Dei ad pœnitentiam adducit: nec de hac vita rapit impium, qui non mortem vult impij, quantum vt reuertatur & viuat. Paganus eſt hodie: vnde ſcis, vtrum ſit futurus craſtino Chriſtianus? Iudæus infidelis eſt hodie: quid ſi cras credat in Chriſtum? Hæreticus eſt hodie: quid ſi cras ſequatur catholicam veritatem? Schiſmaticus eſt hodie: quid ſi cras amplectatur catholicam pacem? Quid ſi iſti quos in quocunque genere erroris notas, & tanquam deſperatiſſimos damnas, antequam finiant iſtam vitam, agant pœnitẽtiam, & inueniant veram vitam in futuro? Proinde, fratres,
1.Cor.4. D etiam ad hoc vos admoneat quod ait Apoſtolus: Nolite ante tempus quicquam iudicare. Hæc enim blaſphemia ſpiritus, cui nunquam eſt vlla remiſſio (quam non omnem, ſed quandam intelleximus, eámque perſeuerantem duritiam cordis impœnitentis, vel diximus vel inuenimus, vel etiam quantum exiſtimamus, oſtendimus) non poteſt in quoquam, vt diximus, dum in hac adhuc vita eſt, deprehendi. Quod non ideo videatur abſurdum: quia cùm homo vſque in finem huius vitæ in dura impœnitẽtia perſeuerans, diu multúmque loquatur aduerſus hanc gratiã ſpiritus ſancti, Euãgelium tamen tã longam contradictionem cordis impœnitentis, quaſi breue † aliquod verbum appel- al.aliquid.
lauit, dicens: Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Hæc enim quamuis prolixa

sit,& pluribus verbis contexta & producta blasphemia, solet tamen Scriptura etiã multa verba verbũ appellare. Neque enim vnũ verbũ locutus est quicunque propheta,& tamẽ sic legitur: Verbũ quod factũ est ad illũ vel ad illum prophetam: Et Apostolus, Presbyteri, inquit, duplici honore honerẽtur, maximè qui laborãt in verbo & doctrina. Nõ ait, In verbis, sed, In verbo. Et sanctus Iacobus: Estote, inquit, factores verbi, & non auditores tantũ. Nõ ait & ipse verborũ, sed verbi: quamuis tam multa verba de Scripturis sanctis in Ecclesia celebriter & solẽniter legantur, dicãtur, audiantur. Sicut ergo quantocunque tẽpore quisq; nostrũ in prædicando Euangelio laborauerit, nõ verborũ, sed verbi dicitur prædicator: & quantocunque tẽpore quisque vestrũ nostrã prædicationẽ diligenter atque instãter audierit, non verborũ, sed verbi audiendi studiosissimus nuncupatur: ita eo more quo Scripturæ loquũtur, & quẽ nouit ecclesiastica cõsuetudo, quisquis vniuersa sua vita, qua istam gerit carnẽ, quãtalibet longitudine protẽdatur, quæcunq; verba vel ore vel sola cogitatione locutꝰ fuerit corde impœnitenti, contra remissionẽ peccatorũ, quæ fit in Ecclesia, verbũ dicit cõtra Spiritũ sanctũ. Ideo autem non solum verbũ quod dictũ fuerit cõtra filiũ hominis, sed omne prorsus peccatũ & blasphemia remittetur hominibꝰ: quia vbi hoc peccatum non fuerit cordis impœnitentis contra Spiritum sanctũ, quo in Ecclesia peccata soluuntur, cuncta alia dimittuntur. Quomodo autẽ hoc dimittetur, quod etiam remissionẽ impedit aliorum? Omnia ergo dimittuntur eis, in quibus hoc nõ est quod nunquam dimittetur: in quibus est autem, † quomodo hoc nũquam dimittitur, nec alia dimittuntur: quia omniũ remissio vinculo istius impeditur. Non ergo propterea quicunque dixerit verbũ contra filiũ hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritũ sanctum, non remittetur: quia in Trinitate maior est filio Spiritus sanctus, quod nullus vnquam vel hæreticus dixit: sed quoniam quisquis restiterit veritati, & blasphemauerit veritatem, quod est Christus, etiã post tantã sui prædicationẽ apud homines, vt verbũ caro fieret, & habitaret in nobis, quod est filius hominis, idem ipse Christus, si non dixerit verbum illud cordis impœnitentis contra Spiritum sanctũ, de quo dictum est: Qui nõ renatus fuerit ex aqua & spiritu: & de quo item dictum est, Accipite spiritum sanctum, si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei: id est, si pœnituerit eum, accipiet per hoc donũ remissionem omnium peccatorũ, simul & huius, quod verbum dixit contra filium hominis: quia peccato ignorantiẽ siue contumaciæ vel cuiuscũque blasphemiæ, non addidit peccatum impœnitentiẽ contra donum Dei & gratiam regenerationis vel reconciliationis, quæ fit in Ecclesia Spiritu sancto.

1.Tim.5. Iacobi 1. Ioan.3. Ioan.20. al. quoniam.

CAPVT XIIII.

PROINDE nec illud sentiendum est, quòd quidã putant ideo remitti verbũ quod dicitur contra filium hominis, non remitti autẽ quod dicitur contra Spiritũ sanctum, quia propter susceptam carnem factus est filius hominis Christus: qua carne vtique maior est spiritus sanctus, qui substantia propria æqualis est patri & vnigenito filio secundum eius diuinitatem, secundum quam & ipse vnigenitus filius æqualis est patri & spiritui sancto. Nam si hoc propterea dictũ esset, profectò de omni cætera blasphemia taceretur: hæc sola irremissibilis videretur, quæ cõtra filium hominis dicitur, quasi cũ homo solus putatur. Cùm verò præmissum sit omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, quod etiam apud alium Euangelistam ita positum est: Omnia dimittentur filiis hominũ peccata & blasphemiæ, quibus blasphemauerint: ,peculdubiò & illa blasphemia quæ contra patrem dicitur, ista generalitate concluditur: & tamẽ hęc sola irremissibilis definitur, quæ dicitur cõtra spiritũ sanctũ. Nunquid nã & pater formã serui accepit, qua sit maior spiritus sanctus? Non vtiq; sed ideo post vniuersalẽ cõmemorationẽ omniũ peccatorũ omnísq; blasphemiæ, eminẽtius voluit exprimere blasphemiã, † quæ fit cõtra filiũ hominis: quia etiam si in illo peccato fuerint homines obligati, quod cõmemorauit, vbi ait, Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatũ non haberẽt: quod etiã in euangelio secundũ Ioannem valde graue ostendit esse peccatũ, vbi ait de spiritu sancto, cũ eum se missurum esse promitteret: Ille arguet mundũ de peccato, & de iustitia, & iudicio. De peccato quidẽ, quia non crediderunt in me: tametsi non dixerit illa cordis impœnitentis duricia verbũ contra Spiritũ sanctum, etiã hoc quod dictũ est contra filium hominis remittetur.

A al. quæ dicitur contra Spiritum sanctum. Ioan.15. Ioan.16.

CAP. XV.

HIC fortassis aliquis quærat, vtrum tantummodo spiritus sanctus peccata dimittat, an & pater & filius? Respõdemus, quòd & pater & filius. Ipse enim filius de patre dicit: Si dimiseritis peccata hominibꝰ, dimittet vobis & pater vester peccata vestra. Cui nos quoq; dicimus in oratione Dñica: Pater noster, qui es in cælis. Atq; inter cætera & hoc petimus, dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra. De se ipso autẽ ait: Vt sciatis, quòd habeat filius hominis potestatẽ in terra dimittẽdi peccata. Si ergo, inquis, & pater & filius & spiritus sanctus dimittunt peccata, cur illa impœnitentia quæ nunquã dimittetur, tantummodo ad spiritus blasphemiã dicitur pertinere: tanquã ille qui hoc impœnitentiæ peccato fuerit obligatus, dono spiritus sancti resistere videatur, quòd eo dono fiat remissio peccatorũ? Vbi & ego quæro, vtrũ Christus eiecerit dæmonia, an pater & spiritus sanctus? Si enim tantũmodo Christus, quid est quod ipse dicit, Pater autẽ in me manens, ipse facit opera? Ita enim dictũ est: Ipse facit opera, tanquã filius non faciat, sed pater manens in filio. Cur ergo alio loco dicit, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor? Et paulo pòst, Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit? Quòd autẽ alio loco dicit, Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, ita dicit quasi solus faciat. Si autẽ hæc ita dicuntur, vt tamẽ inseparabilia sint opera patris & filij, quid credendũ est de spiritu sancto, nisi quia & ipse pariter operatur? Nã in eo ipso loco vnde exorta est ista quæstio, quã discutimus, cũ filius eiiceret dæmonia, ipse tamẽ ait: Si ego in spiritu sancto eiicio dæmonia, igitur peruenit in vos regnũ Dei. HIC fortè quis dicat, spiritũ sanctũ dari potius à patre & filio, quã sua voluntate aliquid operari, & ad hoc pertinere quod dictũ est, in spiritu sancto eiicio dæmonia, quòd nõ ipse spiritus, sed Christus id faceret spiritu: vt sic intelligatur quod dictũ est, In spiritu sancto ejicio: tãquã diceretur, spiritu sancto eiicio. Solẽt quoq; ita loqui Scripturæ, Interfecerunt in gladio: id est, gladio. Succẽdẽrũt in igni: id est, igni: Et accepit Iesus cultros petrinos, in quibus circũcideret filios Israël: id est, quibus circũcideret filios Israël. Sed qui propterea demunt spiritui sancto propriam potestatem, illud attendant quòd à Domino dictum legitur, Spiritus vbi vult spirat. Illud verò quòd Apostolus ait, Omnia autẽ hæc operatur vnus atq; idem spiritus: verendũ est ne quisquã arbitretur, quòd ea nõ operetur pater & filius, cũ in eis operibus cõmemorauerit & donationes curationum, & operationes virtutũ, vbi est vtiq; & expulsio dæmoniorũ. Cùm verò adiungit & dicit, Diuidens propria vnicuique prout vult: nõnne manifestat etiam sancti spiritus potestatẽ, sed à patre & filio planè indiuiduam? Si ergo hæc ita dicuntur, vt

B Matth.6. Ibidem. Matth.9. C Ioan.14. Ioan.5. Ioan.15. CAPVT XVI. D Iosue 3. Ioan.5. 1.Cor.12.

tur, vt tamen inseparabilis intelligatur operatio trinitatis: ita vt cùm operatio patris dicitur, non eam sine filio & spiritu sancto intelligatur operari: & cùm operatio filij nõ sine patre & spiritu sancto; & cũ operatio spiritus sancti nõ sine patre & filio, satis notũ est rectè credẽtibus, vel etiã vt possunt intelligentibus, & illud ideo dictum esse de patre, Ipse facit opera, quòd ab illo sit etiam origo operũ, à quo est existẽtia cooperantium personarũ; quia & filius de illo natus est, & Spiritus sãctus principaliter de illo ,pcedit, de quo natus est filius; & cũ quo illi cõmunis est idẽ spiritus. Et illud quod ait Dominus, Si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit: nõ ad patrẽ vel spiritũ retulisse, quod ei nõ sint in illis operibus cooperati: sed ad homines, à quibus legũtur multa facta miracula, & tamẽ à nullo quæ filius fecit. Et quod ait Apostolus de spiritu sancto, Omnia autẽ hęc operatur vnus atq; idẽ spiritus: nõ ideo dictũ, quia nõ ei cooperatur pater & filius: sed quia in his operibus nõ sint multi sed vnus spiritus, & in diuersis suis operationibus nõ est à se ipse diuersus. Nec tamen inaniter, sed rationabiliter & veraciter dicitur patrem dixisse, non filiũ & spiritũ sanctũ, Tu es filius meus dilectus, in quo cõplacui. Sed hoc miraculũ de cælo sonabilis verbi, quamuis ad personã patris tantũmodo noscamus pertinere, cooperatos esse tamẽ filiũ & spiritũ sanctũ, nõ negamus. Neque enim quia tunc filius carnẽ portans cũ hominibꝰ cõuersabatur in terra, ideo non erat etiã in sinu patris tanquã vnigenitũ verbum, quando illa de nube vox facta est: aut sapienter & spiritaliter credi potest, Deũ patrẽ operationẽ verborum suorũ sonantiũ atq; transeuntiũ à suæ sapientiæ suiq; spiritus cooperatione separasse. Eodẽ modo cũ rectissimè dicamus, non patrẽ nec spiritũ sanctũ, sed filium super mare ambulasse, cuius vnius caro erat illa & plãtæ fluctibus innitentes, illud tamẽ opus tanti miraculi patrẽ & spiritũ sanctũ cooperatos esse, quis abnuat? Sic enim & solum filiũ verissimè dicimus ipsam suscepisse carnẽ, nõ patrẽ aut spiritũ sanctũ: & tamẽ hanc incarnationẽ ad solũ filiũ pertinentẽ, quisquis negat cooperatum patrẽ aut spiritũ sanctũ, non rectè sapit. Ire dicimus, nec patrẽ nec filiũ, sed solum spiritũ sanctũ, & in columbæ specie, & in linguis velut igneis apparuisse, & dedisse pronunciare illis in quos venerat, multis & variis linguis magnalia Dei: à quo tamen miraculo ad solũ spiritũ sanctũ pertinente, cooperationem patris & verbi vnigeniti separare non possumus. Ita quoq; singulorũ in trinitate opera trinitas operatur, vnicuique operanti cooperantibus duobus, cõueniente in tribus agendi concordia, nõ in vno deficiente efficacia peragendi. Quæ cũ ita sint, hinc est quod Dominus Iesus in spiritu sancto dæmones eiicit. Neque enim & solus hoc implere nõ poterat, atque illud adiutoriũ tanquã huic operi non sufficiens assumebat; sed spiritũ diuisũ in semetipsum, eo spiritu congruebat expelli, quẽ pater & filius indiuisi in semetipsis communiter habent.

Ioan.14. Ioan.15. Matth. 17. Lucæ 3. Matth. 14. Matth. 3. Act. 2. Beda ad Eph. 4. Rom. 8. Matth. 6.

CAPVT XVII.

SIC & peccata, quia præter Ecclesiam non dimittuntur, in eo spiritu dimitti oportebat, quo in vnum Ecclesia congregatur. Denique si quẽquam extra Ecclesiam suorum pœniteat peccatorum, & huius tanti peccati quo alienus est ab Ecclesia Dei cor impœnitens habeat, quid ei prodest illa pœnitentia, cùm isto solo verbum dicat contra spiritum sanctum, quo extraneus est ab Ecclesia, quæ accepit hoc donum, vt in ea in spiritu sancto fiat remissio peccatorum? Quam remissionẽ cùm trinitas faciat, propriè tamen ad spiritum sanctũ intelligitur pertinere. Ipse enim est spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater: vt ei possimus dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et in hoc cognoscimus, sicut dicit Apostolus Ioannes, quoniã Christus manet in nobis de spiritu suo, quẽ dedit nobis, ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Ad ipsum enim pertinet societas, qua efficimur vnũ corpus vnici filij Dei. Vnde scriptũ est, Si qua igitur exhortatio in Christo, si quod solatiũ charitatis, si qua societas spiritus. Propter hãc societatẽ illi in quos primitùs venit, linguis omniũ gentiũ sunt locuti: quia per linguas cõsociatio est societas generis humani. Sic oportebat per linguas omniũ gẽtiũ significari istam societatẽ filiorũ Dei & mẽbrorum Christi futurã in omnibus gẽtibus: vt quemadmodũ tunc ille apparebat accepisse spiritum sanctum, qui loquebatur linguis omniũ gentiũ, ita se nunc ille agnoscat accepisse spiritũ sanctũ, qui tenetur vinculo pacis Ecclesiæ, quæ diffunditur in omnibus gẽtibus. Vnde dicit Apostolus, Studẽtes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. QVÒD autẽ sit ipse spiritus patris, ipse filius dicit, De patre procedit. Et alio loco, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Quòd verò ipse sit & spiritus filij, Apostolus dicit, Miũt Deus spiritũ filij sui in corda nostra, clamantẽ, Abba pater: hoc est, clamate facientẽ. Nos enim clamamus, sed in illo: id est, ipso diffundente charitatẽ in cordibus nostris, sine qua inaniter clamat quicunque clamat. Vnde item dicit. Quisquis autẽ spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Ad quẽ ergo in trinitate ,pprie pertineret huius cõmunio societatis, nisi ad eum spiritũ qui est patri filióque cõmunis? Hũc spiritum quòd illi non habeant, qui sunt ab Ecclesia segregati, Iudas apostolus apertissimè declaranit, dicens: Qui seipsos segregãt, animales, spiritũ nõ habentes. Vnde in ipsa Ecclesia etiam illos qui per nomina hominũ, quãuis in vnitate eius constitutorum, quædam schismata moliebantur, Paulus apostolus arguens inter cætera ait: Animalis autem homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei; stultitia enim est illi, & non potest scire, quoniam spiritualiter diiudicatur. Ostendit quid dixerit, Non percipit: id est, scientiæ nõ capit verbum. Hos in Ecclesia constitutos paruulos, dicit, nondum spiritales, sed adhuc carnales, & lacte alẽdos, nõ esca. Quasi paruulis, inquit, in Christo lac vobis potũ dedi, non escam; nõdũ enim poteratis: sed nec adhuc quidẽ potestis. Vbi dicitur, Nondũ, vel non adhuc, ,pfectò nõ desperatur: si cò tenditur, vt sit aliquãdo quod nõdũ est. Adhuc enim estis, inquit, carnales: Et ostendẽs vnde sint carnales: Cũ enim sit, inquit, inter vos æmulatio, & contentio, nõnne carnales estis, & secundũ hominem ambulatis? Atque idipsum planius aperiens: Cùm enim quis dicat, Ego, inquit, sum Pauli, alius autem Apollo, nõnne homines estis? Quid ergo Apollo? quid autem Paulus? Ministri Christi, per quos credidistis. Hi ergo, id est, Paulus & Apollo, concordes erant in vnitate spiritus, & vinculo pacis: & tamen quia eos isti inter se diuidere, & pro altero inflari aduersus alterum cœperant, dicuntur & homines carnales & animales, non valentes percipere quæ sunt spiritus Dei: & tamen quia non sunt ab Ecclesia segregati, paruuli appellantur in Christo: quos vtique vel angelos vel deos esse cupiebat, quos arguebat, quia homines erant: id est, in his contentionibus non quæ Dei sunt, sed ea quæ hominũ sunt sapiebant. De illis verò qui sunt ab Ecclesia segregati, non dictum est, ea quæ sunt spiritus non percipientes, ne ad scientiæ perceptionem referretur: sed dictum est, Spiritum non habentes. Non est autẽ consequens, vt qui habet, etiã sciendo percipiat quod habet. Habẽt ergo istũ spiritũ in Ecclesia cõstituti paruuli in Christo, adhuc animales atque

A 1.Ioan.3. Rom.8. Philip.2. Ephes.4. CAPVT XVIII. Ioan.15. Matth. 10. Gal.14. Rom.7. Iudæ 1. Schisma citra discess. 1.Cor.1. Beda. 1.Cor.3. Beda. Et homines & animales, & animales, paruuli in Christo.

les atque carnales, quid habeant percipere non valentes: id est, intelligere & nosse. Nã quomodo essent parvuli in Christo, nisi renati ex spiritu sancto? Nec mirũ videri debet, quod quisq; aliquid habeat, & quod habeat ignorat. Vt enim taceam de omnipotẽtis diuinitate atq; incõmutabilis Trinitatis vnitate, quis facilè scientia percipit quid sit anima? & quis nõ habet animam? Postremò vt certissimè nouerim⁹ quòd paruuli in Christo nõ percipientes quæ sunt spiritus Dei, habent tamen spiritũ Dei; paulo pòst intueamur, quemadmodũ eosipsos increpans ait, Nescitis quia tẽplum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Hoc vtique nullo modo diceret ab Ecclesia segregatis, qui dicti sunt spiritũ nõ habentes. Sed nec ille dicendus est esse in Ecclesia, & ad istam societatem spiritus pertinere, qui ouibus Christi corporali tantũ cõmixtione ficto corde miscetur. Sanctus enim spiritus disciplinæ fugiet fictũ. Quapropter quicunq; in schismaticis vel hæreticis congregationibus vel potius segregationib⁹ baptizantur, quamuis nõ sint renati spiritu, tanquam Hismaëli similes, qui secundũ carnẽ natus est Abrahę, non secundũ Isaac, qui secundũ spiritũ, quia per repromissionẽ: tamẽ cùm ad catholicã veniunt, & societati spiritus aggregantur, quẽ foris proculdubiò nõ habebant, nõ eis repetitur lauacrũ carnis. Nõ enim defuit etiam foris positis ista forma pietatis: sed accedit eis quæ nisi intus nõ potest dari vnitas spiritus in vinculo pacis. Tales quippe erãt, antequam catholici essent: de qualibus dicit Apostolus, Habẽtes formã pietatis, virtutẽ autẽ eius abnegãtes. Potest enim esse visibilis forma palmitis etiam præter vitem: sed inuisibilis vita radicis haberi nõ potest, nisi in vite. Proinde corporalia sacramẽta, quæ portant & celebrãt etiã segregati ab vnitate corporis Christi, formã possunt exhibere pietatis: Virtus verò pietatis inuisibilis & spiritualis ita in eis non potest esse: quemadmodũ sensus non sequitur hominis membrũ, quando amputatur à corpore.

1.Cor.3. CAPVT XIX. Sapient. 9. Galat.4. 2.Tim.3.

CAPVT XX. Act.2.

Quæ cùm ita sint, remissio peccatorum, quoniam nõ datur nisi in spiritu sancto, in illa Ecclesia tantummodo dari potest, quæ habet spiritũ sanctũ. Hic enim fit remissio peccatorũ, ne princeps peccati, spiritus, qui in seipsum diuisus est, regnet in nobis, vt eruti à potestate spiritus immũdi, tẽplum deinceps efficiamur sancti spiritus: & à quò mũdamur accipiendo indulgẽtiã, ipsum accipiamus habitatorẽ ad faciendã, augẽdam, perficiendãmq; iustitiam. Nã & in primo eius aduentu, cũ hi qui eũ acceperant linguis omnium gentiũ loquerentur, & stupentes eos qui aderant alloqueretur apostolus Petrus, cõpuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad apostolos, Quid ergo faciemus, fratres? monstrate nobis. Et dixit Petrus ad eos, Agite pœnitẽtiam, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Iesu Christi, in remissionẽ peccatorũ, & accipietis donum spiritus sancti. Vtique in Ecclesia vtrumque factũ est: id est, & peccatorũ remissio, & doni huius acceptio, in qua erat spiritus sanctus. Ideo autem in nomine Iesu Christi: quia cũ eundem spiritũ sanctum promitteret, Quẽ mittet, inquit, pater in nomine meo. Neq; enim habitat in quoquã spiritus sanctus sine patre & filio: sicut nec filius sine patre & spiritu sancto, nec sine illis pater. Inseparabilis quippe est habitatio, quorũ est inseparabilis operatio, sed singillatim plerũque per creaturæ significationes, nõ per suã substantiã demõstrantur, sicut sua tẽporum spatia syllabis occupantibus separatim voce pronunciantur, nec tamẽ à seipsis vllis interuallis momentisq; temporũ separantur. Nõ enim vnquã dici possunt simul, cũ esse non possint, nisi semper simul. Sed vt iam nõ semel diximus, ideo remissio peccatorũ quia in se diuisũ spiritus euertitur & expellitur regnũ, ideo societas vnitatis Ecclesiæ Dei, extra quã nõ fit ipsa remissio peccatorũ, tanquã ꝓprũ est opus spiritus sancti, patre sanè & filio cooperantibus: quia societas est quodãmodo patris & filij ipse spiritus sanctus. Nã pater non cõmuniter habetur pater à filio & spiritu sancto: quia nõ est pater amborũ: Et filius nõ cõmuniter habetur filius à patre & spiritu sancto: quia nõ est filius amborũ: Spiritus autẽ sanctus cõmuniter habetur à patre & filio: quia spiritus est vnus amborũ.

CAPVT XXI. Ioan.14.

Quisquis igitur reus fuerit impœnitentiæ cõtra spiritũ, in quo vnitas & societas cõmunionis cõgregatur Ecclesiæ, nunquam illi remittetur: quia hoc sibi clausit vbi remittitur: & meritò dãnabitur cũ spiritu, qui in seipsum diuisus est, diuisus & ipse cõtra spiritum sanctũ, qui in seipsum diuisus nõ est. Hoc ipsũ & Euãgelica testimonia nos admonẽt, si ea perscrutemur attẽtius. Nã & secundũ Lucã quidẽ nõ ibi hæc dicit dñs, vbi respõdet eis qui dixerũt quòd in principe dæmoniorũ eiicit dæmones, nõ ei remitti qui blasphemauerit in spiritũ sanctũ. Vnde apparet, nõ semel hoc à dño dictũ: sed ibi quoq; non negligenter prætereundũ quo loco dictũ sit. Loquebatur enim de his, qui eũ cõfessi essent, vel negassent corã hominib⁹, vbi ait: Dico autẽ vobis, quicunq; cõfessus fuerit me corã hominibus, & filius hominis cõfitebitur illũ coram angelis Dei. Qui autẽ negauerit me corã hominibus, denegabitur corã angelis Dei. Et ne ex hoc apostoli Petri desperaretur salus, qui eũ corã hominibus ter negauit, cõtinuò subiecit: Et omnis qui dicit verbũ in filiũ hominis, remittetur; ei autẽ qui in spiritũ sanctũ blasphemauerit, nõ remittetur: illa scilicet blasphemia cordis impœnitẽtis qua resistitur remissioni peccatorũ, quæ fit in Ecclesia per spiritũ sanctũ. Quã blasphemiã Petrus nõ habuit, quẽ mox pœnituit, quando amarè fleuit, victóque spiritu qui in seipsum diuisus est, & qui eũ vòxãdũ poposcerat, cõtra quẽ pro illo dñs rogauit ne deficeret fides eius, accepit etiã ipsum cui nõ restitit, spiritũ sanctũ, vt nõ solũ ei remitteretur peccatũ, sed per eũ prædicaretur, & daretur remissio peccatorũ. Apud duos autem alios Euangelistas quod narratur, vt de blasphemia spiritus hæc sententia diceretur, causa extitit ex commemoratione spiritus immundi, qui in seipsum diuisus est. Dictum enim erat de Domino, quòd in principe dæmonum eiiceret dæmones. Ibi se Dominus ait in spiritu sancto eiicere dæmones, vt spiritus qui non est in se diuisus, eum qui in se diuisus est, vineat atque eiiciat: Ille autem homo in eius perditione remaneat, qui in huius, qui in se diuisus non est, pacem per impœnitentiam trãsire detrectat. Hoc enim Marcus ita narrat: Amen dico vobis, quia omnia dimittẽtur hominibus peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerint: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Hæc verba Domini cùm dixisset, sua deinde coniunxit dicens, Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet: vt ostenderet, hinc fuisse exortam causam, vt hoc diceret, eo quòd dixerant eum in Beelzebub principe dæmoniorum dæmones pellere: Non quia esset blasphemia quæ non remittetur, cùm & hæc remittatur, si recta pœnitentia consequatur: sed quòd hinc, vt dixi, causa extitit, vt à Domino illa sententia proferretur, facta mentione spiritus immundi: quem aduersum seipsum diuisum Dominus ostendit propter spiritum sanctum, qui non solum aduersum se diuisus non est, sed etiam quos colligit efficit indiuisos, peccata quæ aduersum se diuisa sunt dimittendo, cõsque mundatos inhabitando: vt sit, quod scri-

CAPVT XXII. Matth.12. Luc.12. Matth.22 Luc.22. Mar.3.

Act.4. Ioan.7.&8.

scriptum est in Actibus Apostolorum, Multitudinis credentiũ erat cor vnũ, & anima vna: Cui donio remissionis nõ resistit, nisi qui duritiã cordis impœnitentis habuerit. Nam & alio loco dixerunt Iudæi de Dño, quòd dæmoniũ haberet, nec tamẽ ibi aliquid dixit de blasphemia spiritus sancti: quoniã non ita obiecerunt spiritũ immundũ, vt in se diuisus ex ore ipsorũ possit ostendi, sicut Beelzebub, à quo eiici dæmones posse dixerunt. In hac verò lectione secundũ Matthæũ, multò manifestius aperuit Dñs quid hic vellet intelligi: id est, quod ipse dicat verbũ contra spiritũ sanctũ, qui vnitati Ecclesiæ corde impœnitenti resistit, vbi in spiritu sancto fit remissio peccatorũ. Hunc enim spiritum nõ habent, vt iam dictũ est, qui etiã Christi sacramenta portãtes atque tractãtes, ab eius congregatione seiuncti sunt. Nã vbi dixit diuisionem satanæ aduersus satanã, & quòd ipse in spiritu sãcto eiiceret dæmones, vtique in spiritu qui nõ est vtiq; aduersus seipsum, sicut ille, diuisus: ibi continuò ne per illos, qui sub nomine Christi extra eius ouile conuenticula sua cõgregant, quisquã putaret etiã regnũ Christi aduersum se esse diuisum: Qui nõ est mecũ, inquit, cõtra me est: & qui nõ cõgregat mecũ, spargit: vt illos ostẽderet ad se nõ pertinere, qui extrà congregãdo nollẽt cõgregare, sed spargere. Deinde subiunxit, Ideo dico vobis, omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus; spiritus autẽ blasphemia nõ remittetur. Quid est hoc? Ideo sola spiritus blasphemia nõ remittetur: quoniã qui nõ est cũ Christo, cõtra ipsum est: & qui cũ illo nõ cõgregat, spargit? Ideo vtiq;. Qui enim nõ cũ illo cõgregat, quomodolibet sub eius nomine cõgreget, nõ habet spiritum sanctum. Hic omnino, hic cõpulit nos non alibi intelligere fieri posse remissionem omnis peccati, omnisque blasphemiæ nisi in Christi congregatione, quæ non spargit. Congregatur quippe in spiritu sancto, qui nõ est contra seipsum diuisus, sicut ille immundus spiritus. Et propterea omnes congregationes, vel potius dispersiones, quæ se Christi ecclesias appellant, & sunt inter se diuisæ atque cõtrariæ, & vnitatis congregationi, quæ vera est Ecclesia eius, inimicæ: nõ quia videtur eius habere nomen, idcirco pertinent ad eius cõgregationẽ. Pertinerent autẽ, si spiritus sanctus, in quo consociatur hæc congregatio, aduersũ seipsum diuisus esset. Hoc autẽ quia non est: qui enim non est cũ Christo, cõtra ipsum est: & qui cum illo nõ cõgregat, spargit: ideo peccatũ omne atq; omnis blasphemia dimittetur hominibus in hac congregatione, quã in spiritu sancto, & non aduersus seipsum diuiso, congregat Christus. Ipsius autem spiritus blasphemia illa, qua fit vt corde impœnitenti huic tanto Dei dono vsq; in finẽ vitæ istius resistatur: nõ remittetur. Nã etsi quisquã ita sit cõtrarius veritati, vt Deo loquenti, non in Prophetis, sed in vnico filio, cũ propter nos eum, vt nobis in eo loqueretur, filium hominis esse voluit, reluctetur: remittetur ei, si pœnitendo cõuersus fuerit ad Dei benignitatẽ: qui cũ mortẽ impij nollet, quãtũ vt reuertatur & viuat, dedit Ecclesię suę spiritũ sanctũ, vt quicũque in eo peccata dimitteret, dimitteretur ei. Qui verò huic dono extiterit inimicus, vt non illud per pœnitentiã petat, sed ei per impœnitentiam contradicat, sit irremissibile; non quodcunque peccatum, sed contẽpta vel etiã oppugnata ipsa remissio peccatorũ: atque ita dicitur verbũ cõtra spiritum sanctum, cùm ex dispersione ad congregationẽ nunquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit spiritum sanctum. Ad quam congregationẽ etiamsi per malũ clericum, sed tamen catholicũ ministrũ, reprobum & fictũ aliquis accesserit corde non ficto, in ipso sancto spiritu remissionem accipit peccatorũ. Qui spiritus in sancta Ecclesia, etiam isto tempore, quo velut area cum palea trituratur, sic operatur vt nullius verã confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, vt etiã per corum † ministerium probos colligat. Vnvm ergo suffugiũ est, ne sit irremissibilis blasphemia, vt cor impœnitens caueatur: nec aliter pœnitẽtia prodesse credatur, nisi vt teneatur Ecclesia, vbi remissio peccatorũ datur, & societas spiritus pacis vinculo custoditur. Vt potui, difficilimã quæstionẽ, si tamẽ aliquatenus potui, dño miserante atque adiuuante, tractaui. Quicquid tamen in eius difficultate apprehendere non valui, nõ imputetur ipsi veritati, quæ salubriter pios, etiam cùm occultatur, exercet; sed infirmitati meæ, qui vel intelligenda conspicere, vel intellecta explicare nõ potui. De his autẽ quæ fortè potuimus & cogitãdo vestigare; & dicẽdo expedire, illi sunt agendæ gratiæ, à quo quæsiuimus, à quo petiuimus, ad quem pulsauimus, vt haberemus vnde & nos meditando aleremur, & vobis loquendo ministraremus.

Act.4. Ioan.7.&8. CAPVT XXIII. Matth.12. Ezech.33. Quod peccatum sit irremissibile.

al. *ministrationem.* CAPVT XXIIII. Suffugium cõtra irremissibilem in spiritus blasphemiam.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, &c.

SERMO D. AVGVSTINI XII.

APVD Possidium legitur, Ex Euangelio, Aut facite arborem bonam, & fructũ eius bonũ: aut facite arborẽ malã, & fructum eius malum.

CAP. I.

Admonvit nos Dñs noster Iesus Christ⁹, vt bonæ arbores simus, & fructus bonos habere possimus. Ait enim: *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonũ: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. De fructu enim arbor cõgnoscitur.*] Vbi ait, Facite arborẽ bonã, & fructum eius bonũ: hoc vtique nõ est admonitio, sed præceptũ salubre, cui obedientia necessaria est. Quod autẽ dicit, Facite arborẽ malã, & fructũ ei⁹ malũ: nõ præceptũ est, vt facias; sed monitio, ne facias. Cõtra hos enim dixit, qui putabant se, cũ mali essent, loqui bona posse, vel bona opera habere. Hoc dominus Iesus dicit nõ posse. Priùs est enim mutandus homo, vt opera mutentur. Si enim manet homo in eo quòd malus est, bona opera habere non potest. Si manet in eo quòd bonus est, mala opera habere nõ potest. Quis autẽ à Domino bonus inuentus est, cũ Christus pro impiis mortuus sit? Omnes ergo malas arbores inuenit, sed dedit potestatem filios Dei fieri, credẽtibus in nomine eius. Quisquis igitur homo hodie bonus est, id est, arbor bona, mala inuẽta est, & bona facta est. Etsi quãdo venit, malas arbores eradicare vellet: quæ remaneret, quæ nõ digna esset eradicari? Sed venit prærogare misericordiam, vt postea exerceret iudiciũ, cui dicitur, Misericordiã & iudicium cãtabo tibi Domine. Dedit ergo credentibus remissionem peccatorũ, noluit cum eis & de præteritis chartis rationem habere. Remissio enim peccatorum facit arbores bonas. Distvlit securim, dedit securitatem. De hac securi Ioannes loquitur, dicens: Iam securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. De hac securi comminatur paterfamiliãs in Euangelio, dicens: Ecce trienniũ est quò venio ad hanc arborem, & fructum in ea non inuenio. Non debeo locum euacuare? proinde amputetur. Et intercedit colonus, dicens: Domine, dimitte illam & hoc anno, circumfodiam illam, & adhibebo cophinũ stercoris: si fecerit fructum, bene; si minus, venies, & amputabis eã. Tanquam per triennium Dñs visitauit genus humanũ, hoc est, tribus quibusdã temporibus.

Matth.12. CAPVT II. Matth.3. Luc.13.

Quibus? Primũ tempus ante legẽ: secundũ in lege: tertiũ modò est, quod tempus est gratię. Nam si nõ visitauit genus humanũ ante legẽ, vnde Abel? vnde Enoch? vnde Noë? vnde Abraham? vnde Isaac? vnde Iacob? quorũ Dominũ se dici voluit: & cuius omnes gentes
Exod.5. erant, quasi triũ hominũ Deus esset, Ego sum, inquit, Deus Abraham, & Isaac, & Iacob. In lege autẽ si non visitaret, ipsam legẽ non daret. Post legem venit & ipse paterfamiliâs: passus est, mortuus est, resurrexit, spiri-
Matth.12. tũ sanctũ dedit, Euangeliũ per totũ orbẽ terrarũ prædicari fecit, & adhuc quædã arbor infructuosa permãsit. Est quædã adhuc pars generis humani, quæ adhuc se nõ corrigit. Intercedit colonus, pro plebe orat Apo-
Ephes.3. stolus: Flecto, inquit, genua mea pro vobis ad patrẽ, vt in charitate radicati & fundati, valeatis apprehendere cũ omnib⁹ sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, altitudo & profundũ. Cognoscere etiam supereminẽtem scientiã charitatis Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ Dei. Flectendo genua pro nobis inter-
B cedit apud patrẽfamiliâs, ne eradicemur. Ergo quia necesse est vt veniat, agamus vt fructuosos nos inueniat. Circũfossio arboris, est humilitas pœnitẽtis. Omnis enim fossa humilis. Cophinus stercoris, sordes pœnitentiæ. Quid enim stercore sordidius? & tamen, si
CAPVT III. bene vteris, quid fructuosius? SIT ergo vnusquisq; arbor bona: non se arbitretur habere fructus bonos, si manet arbor mala. Non erit fructus bonus, nisi arbo-
1.Tim.6. ris bonæ. Muta cor, & mutabitur opus. Extirpa cupiditatẽ, planta charitatẽ. Sicut enim radix est omnium malorum cupiditas: sic & radix omniũ bonorum charitas. Quid ergo mussitant homines inter se, vel contẽ-
Quid est bonum. dunt, dicentes: Quid est bonũ? O si scires, quid est bonum. Quod habere vis, non est valde bonum: quod esse nõ vis, hoc est bonũ. Vis enim habere sanitatẽ corporis, hoc est bonũ: nec tamẽ putes magnũ bonũ esse, quod habet & malus. Aurũ & argentũ habere vis: ecce & hoc dico, quia bonũ est: sed si bene vsus fueris. Bene autẽ non vteris, si malus fueris: ac per hoc aurum & argentũ malis malũ est, bonis bonũ est: non quia eos bonos aurũ & argentũ facit, sed quia bonos inuenit, in vsum bonũ cõuertitur. Honorẽ habere vis, bonum est: sed & hoc si bene vtaris. Quàm multis honor occasio exitij fuit: quã multis honor ministerium boni operis
CAPVT IIII. fuit. DISCERNAMVS ergo ista bona, si possumus: quia de bonis arboribus loquimur. Et hic nihil est, quod sic quisq; cogitare debeat: nisi vt in semetipsum oculos cõuertat, in se discat, se inspiciat, se discutiat, se quærat, & se inueniat: & quod displicet, necet: quod placet, optet & plantet. Cũ enim se homo inanẽ inuenerit meliorũ bonorũ, vt quid est auid⁹ externorũ bonorũ? Ecce quid prodest plena bonis arca, cũ sit inanis cõscientia? Bona vis habere, & bonus non vis esse? Nõ D vides te erubescere debere de bonis tuis, si domus tua plena est bonis, & te habet malũ? Quid enim est quod velis habere malũ? Dic mihi. Nihil omnino; nõ vxorẽ, non filiũ, nõ filiã, nõ seruum, nõ ancillã, nõ villã, nõ tunicam, postremò nõ caligã: & tamẽ vis habere malam vitã. Rogo te, præpone vitã tuã caligæ tuę. Omnia quę circa iacent oculis tuis, elegantia & pulchra tibi chara sunt: & tibi ipse vilis es, fœdus es? Si tibi possent respõdere bona, quibus est plena domus tua, quæ habere optasti, quæ perdere timuisti, nónne & tibi clamarent, Sicut tu nos bona vis habere, sic & nos volumus bonũ habere dominũ? Tacita voce interpellãt cõtra te dominũ tuũ: Ecce bona tanta dedisti huic, & ipse malus est. Quid ei pdest quod habet, quãdo eum qui omnia
CAPVT. dedit, nõ habet? QVÆRIT ergo aliquis admonitus his verbis meis: & fortè cõpunctus quærit quid sit bonum, quale bonũ, vnde bonũ. Bene intellexisti hoc te
A quærere debere. Respondebo quærẽti, & dicam: Hoc est bonũ, quod nõ potes inuitus amittere. Potes enim aurũ perdere, & nolẽs: potes domũ, potes honores, potes ipsam carnis salutẽ. Bonũ verò quo verè bonus es, nec inuitus accipis, nec inuitus amittis. Quæro ergo quale sit hoc bonũ? Psalmus quidã admonet nos rem magnã, fortè quã quærimus. Ait enim, Filij hominũ, quousq; graues corde? Quousq; arbor illa in triennio? Filij hominũ, quousq; graues corde? Quid est, Graues corde? Vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mẽdaciũ? Psal.4.
Et ad hæc ergo ait quod quærẽdũ est: Scitote quoniã Dñs magnificauit sanctũ suũ. Iã & Christus venit, iam magnificatus est, iam surrexit, & ascendit in cælum, iã nomẽ eius per totũ mũdũ prædicatur, quousq; graues corde? Sufficiant præterita tẽpora. Iã magnificato illo sancto, quousq; graues corde? Post triẽniũ quid restat, nisi securis? Quousq; graues corde? Vt quid diligitis va-
B nitatẽ, & quæritis mendaciũ? Adhuc vana, adhuc inutilia, adhuc pompatica & volatica, ita Christo sancto magnificato, adhuc ista requirũtur? Iã clamat veritas, & adhuc quæritur vanitas? Quousque graues corde?
MERITO fortiter flagellatur hic mundus. Cognouit enim iã verba Dñi mũdus. Et seruus, inquit, nesciẽs Luc.12.
voluntatẽ domini sui, & faciẽs digna plagis, vapulabit paucis. Quare? Vt quærat volũtatẽ domini sui. Seruus † ergo nesciens volũtatẽ, hoc erat mundus, antequam al.autem.
magnificaret sanctũ suũ. Seruus erat nesciens voluntatem domini sui, & ideo vapulabat paucis. Seruus autẽ iam volũtatẽ sciens domini sui, hoc est, modo ex quo magnificauit Deitas sanctũ suũ, & nõ faciens voluntatem eius, vapulabit multis. Quid ergo mirũ, si mundus † multa vapulat? Seruus est sciẽs volũtatẽ domini sui, al.multis.
& faciens digna plagis. Nõ ergo recuset vapulare multis: quoniã si nõ vult audire præceptorẽ, iniustè, iustè
C patietur vltorẽ. Vel nõ murmuret cõtra castigatorem, cùm videat se plagis dignũ, vt misericordiã mereatur: per Christũ Dñm nostrũ, qui viuit & regnat cum Deo patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

De Domino Christo ambulante super aquas maris, & Petro titubante: in Euangelio secundum eundem.

SERMO D. AVGVSTINI XIII.

APVD Posidium inscribitur, De eo quòd Petrus in mari titubauit. Partem autem huius sermonis ponit Beda 1. Corinth. 1. & 15.

EVANGELIVM quod recentissimè recitatũ CAPVT I. est de Dño Christo, qui super aquas maris Matth.14.
ambulauit, & de apostolo Petro, qui ambulans timẽdo titubauit, & diffidẽdo mersus, Marc. secundum: Petrus, Ecclesiæ typus.
cõfitẽdo rursus emersit: admonet nos intelligere mare præsẽs seculũ esse, Petrũ verò apostolũ Ecclesiæ vnicæ typũ. Ipse enim Petrus in apostolorũ ordine primus, in Christi amore prõptissimus, sæpe vnus respõdit ,p omnib⁹. Ipse deniq; Dño Iesu Christo requirẽte, quẽnnã homines dicerent eũ esse, & opiniones varias hominũ discipulis respõdẽtib⁹, rursũsq; Dño interrogãte, & dicẽte, Vos aũt quẽ me esse dicitis? Respõdit Petrus, Tu es Christ⁹ filius Dei viui. Vnus ,p multis dedit respõsũ, Matth.16.
vnitas in multis. Tũc ei Dñs ait: Beatus es Simon Bar-Iona: quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui est in cælis. Deinde addidit: Et ego dico tibi. Tanquã diceret: Quia tu dixisti mihi, Tu es Christus filius Dei viui: & ego tibi, Tu es Petrus. Simon quippe antea vocabatur. Hoc autẽ nomen ei, vt Petrus appellaretur, à Dño impositũ est: & hoc, vt ea figura significaret Ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est. Ideo Petrus à petra, non petra à Petro: quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur.

tur. Tu es ergo, inquit, Petrus: & super hanc petram
A quam cõfessus es, super hãc petrã quam cognouisti, dicens, Tu es Christus filius Dei viui, ædificabo Ecclesiã meam: id est, super meipsum filium Dei viui, ædificabo Ecclesiam meã. Super me ędificabo te, nõ me super te.
CAPVT II. NAM volentes homines ædificari super homines, 1.Cor.1. Beda. dicebant: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ: ipse est Petrus. Et alij qui nolebant ędificari super Petrum, sed super petrã, ego autem sum Christi. Apostolus autem Paulus vbi cognouit se eligi, & Christum contẽni: Diuisus est, inquit, Christus? Nũquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo nõ in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi: vt Petrus ædificaretur super petram, non petra super Petrũ. Idem ergo Petrus à petra, cognominatus beatus, Ecclesię figuram portans, apostolatus principatũ tenens, cõtinuò post paululum iam audito quòd beatus esset, iam audito quòd Petrus B esset, iam audito quòd supra petram ędificandus esset, posteaquã audiuit futurã Dominì passionem, quia prędixerat eam citò futurã discipulis suis, displicuit ei. Timuit ne perderet moriẽtem, quem confessus fuerat vię fontẽ. Turbatus est, dicẽs: Absit à te, inquit, Dñe, nõ Matth.16. fiet istud. Propitius esto tibi Dñe, nolo te mori. Petrus dicebat Christo, Nolo te mori: sed meli⁹ dicebat Christus, Volo pro te mori. Deniq; cõtinuò reprehẽdit, quẽ paulò antè laudauerat: & quẽ beatũ dixerat, satanam appellat. Redi, inquit, post me satanas, scãdalum mihi es: nõ enim sapis quę dei sunt, sed quæ sunt hominum. Quid nos vult facere ex hoc q̃ sumus, qui sic culpat q̃ homines sumus? Vultis scire quid nos velit facere? Au-
Psal.81. dite Psalmum, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Sed humana sapiendo: Vos autẽ sicut homines moriemini. Idem ipse Petrus paulò antè beatus, postea satanas, in momẽto vno, infra pauca verba. Miratis differẽ-
C tias nominũ, differentias attende causarũ. Quid miraris, quia paulò antè beatus, postea satanas? Attẽde causam quare beatus. Quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est. Ideo beatus, quia tibi non caro & sanguis reuelauit. Si enim caro & sanguis hoc tibi reuelaret, de tuo: quia verò nõ caro & sanguis tibi reuelauit, sed pater me⁹ qui in cęlis est, de meo
Ioan.16. nõ de tuo. Quare de meo? Quia omnia quæ habet pater, mea sunt. Ecce audisti causam, quare beat⁹, & quare Petrus. Quare autem illud quod horrescimus, & repetere nolumus? Quare, nisi quia de tuo? Non enim sapis quę Dei sunt, sed quę sunt hominum. HOC in-
CAPVT XII. tuentes nos Ecclesię membrum, discernamus quid de Dei, quid de nostro. Tunc enim non titubabimus, tunc in petra fundabimur, fixi & stabiles erim⁹ aduersus vẽtos, imbres, flumina, tẽtationes videlicet prędentis seculi. Illum tamen videre Petrũ, qui tũc erat figura nostra. Modò fidit, modò titubat, modò immortalẽ cõfitetur, modò timet ne moriatur. Proinde quia Ecclesia Christi habet firmos, habet & infirmos; nec sine firmis po-
Rom.10. test esse, nec sine infirmis. Vnde dicit Paul⁹ apostolus: Debemus autẽ nos firmi infirmorum onera sustinere. In eo quòd dixit Petrus, Tu es Christus filius Dei viui, firmos significat: In eo autem quòd trepidat & titubat, & Christũ pati non vult, mortem timendo, vitam non agnoscẽdo, infirmos Ecclesiæ significat. In illo ergo vno apostolo, id est, Petro, in ordine apostolorũ primo & prędipuo, in quo figurabatur Ecclesia, vtrunque genus significandum fuit, id est firmi & infirmi: quia sine vtroq; nõ est Ecclesia. Hinc est ergo, & quod modò lec-
Matth.14. tum est, *Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas.*] Si tu es, iube me: Non enim possum hoc in me, sed in te. Agnouit quid sibi esset à se: quid ab illo cuius volũtate credidit se posse, quod nulla infirmitas humana possit.
A Ergo si tu es, iube me; quia cùm iusseris, fiet. Quod ego nõ valeo præsumendo, tu potes iubendo. Et Dominus, Venit, inquit. Et sine vlla dubitatione Petrus ad verbũ iubentis, ad prędentiã sustentantis, ad præsentiã regẽtis sine vlla cũctatione † desiluit in aquas, & ambulare cœ- al. desiluit.
pit. Potuit quod Dominus, non in se, sed in Domino. Fuistis enim aliquãdo tenebrę, nunc autem lux: sed in Ephes.5. Domino. Quod nemo potest in Paulo, nemo in Petro, nemo in alio vllo Apostolorum; hoc potest in Domino: Ideo autem Paulus vtiliter se contemnens, illũ cõ-
1.Cor.1. mendans: Nũquid Paulus, inquit, pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Nõ ergo in me, sed mecum: non sub me, sed sub illo. ERGO ambu- CAPVT XIII.
lauit Petrus super aquas in iussu Domini, sciens hoc se à se habere non posse. Fide valuit, quod humana infirmitas non valeret. Hi sunt firmi Ecclesię. Attẽdite, audite, intelligite, agite. Neq; enim agendũ est cũ firmis B alibi, vt sint infirmi: sed agendum est cũ infirmis, vt sint firmi. Multos autẽ impedit à firmitate, prędumptio firmitatis. Nemo enim erit à Deo firmus, nisi qui se à seipso sentit infirmũ. Pluuiam volũtariam segregans Deus Psal.67.
hęreditati suę. Quid pręceditis, qui quod dictũrus sum nostis? Temperetur velocitas, vt sequatur tarditas: Hoc dixi, & hoc dico: audite, capite, facite. Nemo à Deo fit firmus, nisi qui se à seipso sentit infirmum. Pluuiã ergo voluntariam, sicut Psalmus dicit: voluntariam, nõ me-
Beda ritorum nostrorum, sed volũtariam. Pluuiã ergo volũ-
1.Cor.15. tariam segregans Deus hęreditati suę, etenim infirmata est: tu verò pe- fecisti eã: quia pluuiam voluntariam segregasti, non attendens hominum merita, sed tuã gratiã & misericordiam. Infirmata est ergo ipsa hęreditas, & agnouit se infirmam in se, vt firmia esset in te. Nõ firmaretur, si non infirmaretur, vt abs te in te perficere-
C tur. VIDE huius hæreditatis portiunculam, Paulũ CAP.V.
vide infirmatum qui dixit: Non sum idoneus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Quare ergo Apostolus es? Gratia Dei sum id quod sum. Nõ 1.Cor.15.
sum idoneus, sed gratia Dei sum id quod sum, Infirmatus est Paulus, tu verò perfecisti eum. Iã verò quia gratia Dei est quod est, vide quid sequatur: Et gratia Dei in me non fuit vacua; sed plus omnibus illis laboraui. Vide ne prędumptione perdas, quod infirmitatẽ meruisti. Bene hoc, bene. Non sum idoneus vocari Apostolus: gratia † eius sum id quod sum, & gratia eius in me non al.Dei.
fuit vacua. Omnia optimè, sed plus illis omnibus laboraui, quasi tibi cœpisti tribuere, quod paulo antè Deo dederas. Agnosce & sequere. Non ego autẽ, sed gratia Dei mecũ. Bene infirme, firmissimè eris exaltatus, quia non es ingratus. Tu es idẽ ipse Paulus in te paruus, in 2.Cor.12.
Domino magnus. Tu es qui ter Dominũ rogasti, vt sti-
D mulus carnis angelus satanę, à quo colaphizabaris, auferretur à te. Quid tibi dictum est? quid audisti quando hoc petisti? Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Etenim infirmatus est, tu verò perfecisti eum: sic & Petrus, Iube me, inquit, venire ad te super aquas. Homo audeo, sed non hominẽ rogo. Iubeat Deus homo, vt possit homo, quod nõ potest homo. Veni, inquit. Et descẽdit, & cœpit ambulare super aquas, & potuit Petrus, quia iusserat petra. Ecce quid Petrus in Dño. Quid in se? *Videẽs vẽtum validũ, timuit: & cùm cœpisset mergi, exclamauit, Dñe peroeo, libera me.*] prędumpsit de Dño, potuit de dño. titubauit vt homo, rediit ad Dñm. Psal.93.
Si dicebã, Motus est pes me⁹. Psalmus loquitur, sancti cãtici vox est, & si agnoscam⁹ & nostra: imò si velimus, & nostra est. Si dicebã, Mot⁹ est pes meus. Quare motus, nisi quia meus? Et quid sequitur? Misericordia tua Dñe adiuuabat me: nõ virt⁹ mea, sed misericordia tua.

Iohel.2. Nunquid enim Dominus deseruit titubantem, quem audiuit inuocantem? Vbi est illud, Quis inuocauit † Deũ, & desertus est ab eo? Vbi est illud, Et omnis qui
al. Dominum. inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit? Cõtinuò porrigens adiutorium dexterę suæ, leuauit mergentem, increpauit diffidẽtem, *Modicæ fidei, quare dubitasti?*] De me
pręsumpsisti, de me dubitasti?

CAPVT VI. EIA fratres, sermo concludendus est. Attendite seculum quasi mare, vẽtus validus, & magna tempestas.
Vnicuiq; sua cupiditas, tempestas est. Amas deũ, ambu-
al. timor. las super mare: sub pedibus tuis est † timor seculi. Amas seculũ, absorbebit te. Amatores suos vorare nouit,
non portare. Sed cùm fluctuat cupiditate cor tuum, vt vincas tuam cupiditatem, inuoca Christi diuinitatem.
Putatis tunc esse ventum contrarium, quando est huius seculi aduersitas? Quãdo enim bella, quãdo tumultus, quando fames, quando pestilẽtia, quando cuique hominum, etiam singulo euenit priuata calamitas, tũc putatur ventus aduersus, ibi putatur inuocãdus Deus.
Quãdo autẽ temporali felicitate seculũ arridet, quasi non est ventus cõtrarius. Noli hinc interrogare tẽporis tranquillitatẽ: sed interroga tuã cupiditatẽ. Vide si trãquillitas est in te: vide si nõ te subuertit ventus interior. Hoc vide. Magnę virtutis est, cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa subuertat felicitas. Magnæ, inquã, virtutis est, cum felicitate luctari, magnæ felicitatis est, à felicitate non vinci. Disce calcare seculũ: memento fidere in Christo. Et si motus est pes tuus, si titubas, si aliqua nõ superas, si mergi incipis, dic, Domine pereo, libera me. Dic, Domine pereo, ne pereas. Solus enim à morte carnis liberat te, qui mortuus est in carne pro te. Conuersi ad Dominum.

SERMO XIIII. *Erit in appendice secundus.*

De eo quod scriptum est in Euangelio secũdum eundem, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum solũ. &, De homine rege, qui rationẽ iniit cum seruis suis. Item de eo quod ibidẽ legitur, Quoties peccabit, &c. Septuagies septies.

SERMO D. AVGVST. XV.

APVD Possidium legitur, De eo quòd scriptum est in Euangelio, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, &c.

CAPVT I. ESTERNO die sanctum Euãgelium admonuit nos non negligere peccata fratrũ
Matth.8. nostrorũ: *Sed si peccauerit*, inquit, *in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem cõtempserit, adhibe tecum duos vel tres: vt in ore duorũ vel trium testium stet omne verbum. Si autem & ipsos contempserit, dic Ecclesiæ. Quòd si Ecclesiam contempserit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Hodierno etiã die ad ipsam rem pertinet capitulum quod sequitur, quod modò cùm legeretur audiuimus. Cùm enim dixisset hoc Dominus Iesus Petro, subiecit & interrogauit magistrum, quoties
Ibidem. ignosceret fratri qui in illum peccasset: & quæsiuit vtrum sufficeret septies: *Respondit illi Dominus, Non solùm septies, sed etiam septuagies septies.*] Deinde narrauit similitudinem valde terribilem. Quia simile est regnum cęlorum homini patrifamiliâs, qui posuit rationem cum seruis suis: In quibus inuenit debitorem decem miliũ talentorum. Et cùm iussisset, vt omnia quæ habebat, & omnis eius familia, & ipse venderetur, & debitum solueretur, aduolutus genibus domini sui, rogabat dilationem, meruit remissionem. Misertus est enim dominus eius, sicut audiuimus, & omne debitum dimisit illi. At ille debito liber, sed iniquitatis seruus, posteaquam egressus est à facie domini sui, inuenit etiã ipse debito-

A rem suum, qui debebat ei non decem milia talẽtorum, quãtum ipsius debitum fuit, sed centũ denarios: cœpit eum suffocatum trahere, & dicere, Redde quod debes. At ille rogabat conseruum, sicut & ipse rogauerat dominum: sed non talem iste inuenit conseruum, qualem ille dominum. Non solùm remittere illi debitum noluit: sed nec dilationem dedit: contortum rapiebat ad solutionem, iam debito dominico liber. Displicuit cõseruis: & renunciauerũt domino suo quid actum esset; & dominus fecit adesse conseruum, & dixit ei: Serue nequam, cùm mihi tanta deberes, misertus tui, omnia dimisi tibi: nónne ergo & te oportebat misereri cõseruí tui, sicut & tui misertus sum? Et iussit omnia, quę illi dimiserat, exigi. ERGO hanc similitudinem ad no- CAPVT II.
stram instructionem proposuit, & admonendo perire nos noluit. Sic, inquit, & vobis faciet pater vester cęlestis, si nõ remiseritis vnusquisque vestrũm fratri suo ex
B cordib⁹ vestris. Ecce, fratres, res in aperto est, admonitio vtilis, & valde salubris obedientia debetur, vt quod iussum est impleatur: quia omnis homo & debitor est Dei, & debitorem habet fratrem suum. Quis est enim qui non sit debitor dei, nisi in quo nullum potest inueniri peccatum? Quis est autem qui non habeat debitorem fratrem, nisi in quẽ nemo peccauit? Putas ne quisquam in genere humano reperiri potest, qui nõ & ipse aliquo peccato obstrict⁹ sit fratri suo? Debitor est ergo omnis homo, habẽs tamẽ & ipse debitorem. Ideo deus iustus constituit tibi regulam in debitore tuo, quod faciet & ipse cũ suo. Duo sunt enim opera misericordiæ, quæ nos liberant, quæ breuiter ipse dominus posuit in Euangelio, Dimitte, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis, ad ignoscendũ pertinet: Date, & dabitur vobis, ad pręstandum beneficiũ pertinet. Quod ait de ignoscendo, & tu vis tibi
C ignosci quod peccas, & habes alium cui tu possis ignoscere. Rursus quod pertinet ad tribuendũ beneficium: petit te mendicus, & tu es Dei mendicus. Omnes enim quando oramus, mendici Dei sumus: ante ianuam magni patrisfamiliâs stamus, imò & prosternimur, supplices ingemiscimus aliquid volentes accipere, & ipsum aliquid, ipse Deus est. Quid à te petit mendicus? panẽ. Et tu quid petis à Deo, nisi Christũ, qui dicit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi? Ignosci vobis vultis, ignoscite: Remittite, & remittetur vobis. Accipere vultis: date, & dabitur vobis.

Omnis homo debitor Dei est. & debitorẽ habet fratrem.

Misericordię duo opera quæ nos liberant. Luc.6.

Mendici Dei sumus

Ioan.6.

SED quid in hac aperta pręceptione mouere possit, CAPVT III.
audite. In remissione vbi venia petitur, & ab ignoscẽte Matth. 18.
debetur, hoc potest mouere, ꝙ & petrũ mouit. Quoties debeo, inquit, ignoscere? Sufficit vsq; septies? Non sufficit, ait Dominus: non dico septies, sed septuagies septies. Iam tu enumera quoties in te peccauerit frater
D tuus. Si potueris peruenire vsque ad septuagesimam & octauam culpam, vt trãseas septuagies septies, tũc molire vindictam. Itáne verum est quod dicit, & verè ita se res habet, vt si peccauerit septuagies septies, ignoscas; si autem peccauerit septuagies octies, iam licet tibi nõ ignoscere? Audeo, audeo dicere, vt & si septuagies octies peccauerit, ignoscas. Si autem peccauerit, vt dixi, septuagies octies, ignosce. Et si centies peccauerit, ignosce. Et quid dicã toties & toties? Omnino quoties peccauerit, ignosce. Ergo ego ausus sum supergredi modũ domini mei? Ille in septuagesimo & septimo numero ignoscendi limitem fixit: hunc ego limitem transilire pręsumam? Non est verum, nõ sum ausus plus aliquid. Ipsum Dãm meum audiui loquentem in Apostolo suo, vbi modus & numerus pręfixus non est. Ait Colos.3.
enim, Donãtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut Deus in Christo donauit vobis.

Audi-

audistis formã. Si septuagies septies peccata tibi Chri-
A stus donauit, si hucusq; ignouit, & vltrà negauit: pone & tu limitem, & vlterius noli ignoscere. Si autẽ Christus milia peccata peccatorum inuenit, & tamẽ omnia donauit: noli subducere misericordiam, sed posce illius numeri solutionem. Nõ enim sine causa Dominus septuagies septies dixit: cùm omnino nulla culpa sit, quã nõ debeas ignoscere. Ecce ille ipse seruus, cuius debẽtis inuentus est debitor, decẽ milia talentorũ debebat. Puto enim, quia decem milia talẽtorum, vt patum sit, decem milia peccatorũ sunt. Nolo enim dicere vnum talentũ, quod omnia peccata cõcludat. Seruus autem ille quantũ ei debebat? Cẽtum denarios debebat. Iam plus non est quàm septuagies septies? & tamẽ iratus est Dominus, quia ei nõ dimisit. Nõ solùm enim centum plus sunt quàm septuaginta septẽ: sed centum denarij fortè mille asses sunt. Sed quid ad decẽ milia talẽtorũ?

CAPVT IIII. AC per hoc omnes culpas quę in nos committuntur, parati simus ignoscere: si nobis desideramus ignosci. Si enim cõsideremus peccata nostra, & numeremus
B quid facto, quid oculo, quid aure, quid cogitatione, quid innumerabilibus motibus: nescio vtrum dormiamus sine talẽto. Ergo quotidie petimus, quotidie diuinas aures orãdo pulsamus, quotidie nos prosternimus
Matth.6. & dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quæ debita tua? Omnia, an aliquam partem? Respondebis, Omnia. Sic ergo & tu debitori tuo. Hanc ergo regulam ponis, hãc conditionem loqueris: Hoc pacto & placito quando oras, commemoras vt dicas, Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quid sibi ergo vult septuagies septies? Audite, fratres, magnũ mysterium & admirabile sacramentũ. Quãdo Dominus baptizatus est, Lucas euãgelista sanctus ibi cõmemorauit gene-
C rationes eius, quo ordine, qua serie, quo stẽmate ad illam generationem ventum fuerit, qua natus est Christus. Matthæus cœpit ab Abrahã, & venit vsque ad Ioseph descendendo: Lucas autẽ ascendendo cœpit numerare. Quare ille descẽdendo, iste ascendendo? Quia Matthæus generationẽ Christi commemorabat, qua descendit ad nos: ideo quandǫ natus est Christus, cœpit numerare descendendo. Lucas autem quia tũc cœpit numerare, quando baptizatus est Christus: ibi est initium ascensionis. Iste ascendendo numerare cœpit, numerando autem compleuit generationes septuaginta & septẽ. A quo numerabat? Intendite à quo. Exorsus est numerare vsque ad ipsum Adam, qui primus peccauit, & nos cum peccati obligatione generauit. Peruenit vsq; ad Adam, & numerantur generationes septuaginta septẽ: hoc est, à Christo vsque ab Adam, quas diximus septuaginta septem. Et ab Adam vsque ad Chri-
D stum septuaginta septem. Si ergo nulla generatio prætermissa est, nulla culpa pręteritur, vbi nõ debeat ignosci. Nã ideo ipsius septuaginta septẽ generationes enumerauit, quem numerũ Dominus in peccatorũ remissionem commendauit: quoniam à baptismo cœpit numerare, vbi omnia peccata soluuntur. ET in hoc, fratres, adhuc accipite sacramentum maius. In septuagesimo septimo numero, mysteriũ est remissionis peccatorum. Tot generationes inueniuntur à Christo vsq; ad Adã. Deinde paulò diligentiùs interroga ipsius numeri secretũ, latebrásq; eius inquire: pulsa diligentiùs, vt aperiatur tibi. Iustitia lege Dei constat. Verum est. Nam lex in decem pręceptis cõmendatur: ideo ille de-
Decalogus. bebat decem milia talentorũ. Ipse est ille memorabilis Decalogus scriptus digito Dei, traditus populo per Moysen famulũ Dei. Debebat ergo ille decem milia talentorũ, omnia peccata significat propter numerũ le-

A gis. Debebat & ille centũ denarios, nõ minus ab eodẽ numero. Nam & centies cẽtum, fit decem milia: & decies deni, fiunt centum. Et ille decem milia talẽtorum, & ille decies dena. A legitimo enim numero nõ recessum est, in quo vtroque inuenies vtraq; peccata. Vterque debitor, & vterq; veniæ deplorator & impetrator: sed ille seruus malus, seruus ingratus, iniquus, noluit rependere quod accepit, noluit præstare quod illi indigno pręstitum fuit. VIDETE ergo, fratres: Quisquis CAP. VI.
incipit à baptismo, liber exit, dimissa sunt illi decẽ milia talentorum: & cùm exierit, inuenire habet cõseruũ suum debitorem. Obseruet ergo ipsum peccatũ: quia numerus vndenarius trãsgressio legis est. Lex enim denarius, peccatum vndenariũ. Lex enim per decẽ, peccatũ per vndecim. Quare peccatũ per vndecim? Quia transgressio denarij est, vt eas ad vndenariũ. In lege autem modus fixus est, transgressio autem peccatũ est. Iã vbi trãsgrederis denarium, ad vndenariũ venis. Adeò magnum mysterium figuratum est, quando iussum est tabernaculũ fabricari. Multa ibi numerosa dicta sunt, in magno sacramento. Inter cætera vela cilicina iussa Exod.26.
sunt fieri, non decem, sed vndecim: quia per ciliciũ ostenditur confessio peccatorum. Quid autem amplius quęris? Vis nosse omnia peccata contineri numero isto septuagesimo septimo? Septuplum solet pro toto computari: quoniam septem diebus voluitur tẽpus: ET finito septenario, rursus ad caput reditur, vt eadem forma voluatur. Per huiusmodi formæ reuolutione secula transeunt: à septenario tamen numero non receditur. Omnia enim peccata dixit, quando septuagies septies dixit: quia illud vndecim duc septies, fiunt septuagies septies. Omnia ergo dimitti peccata voluit, qui ea septuagesimo septimo numero præsignauit. Nemo cõtra se teneat non ignoscendo, ne contra illum teneatur,
C quando orat. Dicit enim Deus, Dimitte, & dimittetur tibi. Si ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te: & quicquid tibi dimiserã, replicabo tibi. Non enim mentitur Veritas, non fallit, aut fallitur Christus, qui subiecit, dicẽs: Sic & vobis faciet Matth. 18.
pater vester, qui in cælis est. Inuenis patrẽ, imitare patrem. Si enim imitari non vis, exhæredari disponis. Faciet ergo vobis ista, inquit, pater vester cælestis; si non remiseritis vnusquisque fratri suo ex cordibus vestris. Ne dicas in lingua, Ignosco, & corde differas: suppliciũ enim ostendit tibi Deus, minando vindictam. Nouit Deus vbi dicas. Vocem tuam homo audiuit: conscientiã tuam Deus inspicit. Si dicis, Dimitto, dimitte. Melius est cũ clamas ore, & dimittis in corde: quàm blandus ore, crudelis in corde. IAM ergo obsecrãt pue- CAPVT VII.
ri indisciplinati, & nolunt vapulare, qui sic pręscribunt nobis, quando volumus dare disciplinã: Peccaui, ignosce mihi. Ecce ignoui & iterum peccat. Ignosce, ignoui. Peccat tertiò, Ignosce: tertiò ignoui. Iam quartò vapulet. ET ille, Nunquid septuagies septies te Neglecta disciplina, sequit impunita nequitia.
fatigaui? Si hac pręscriptione seueritas disciplinæ dormiat, repressa disciplina, sequit impunita nequitia. Quid ergo faciendum est? Corripiamus verbis, & si opus est, & verberibus: sed delictũ dimittamus, culpam de corde abiiciamus. Ideo enim Dominus subdidit, de cordib⁹ vestris; vt si per charitatẽ imponitur disciplina, de corde lenitas non recedat. Quid enim tã pium quàm medicus ferẽs ferramentũ? Plorat secandus, & secatur: plorat vrendus, & vritur. Non est illa crudelitas, absit vt sæuitia medici dicatur. Sæuit in vulnus, vt homo sanetur: quia si vulnus palpatur, homo perditur. Sic ergo ista monuerũ, fratres mei, vt fratres nostros qui peccauerint omnimodo diligam⁹, de corde nostro charitatẽ in eos nõ dimittam⁹, & disciplinã, cùm op⁹ est, demus:

ne per

ne per solutionem disciplinæ crescat nequitia, & incipiamus propter Deũ accusari: quia recitatũ est nobis,
1. Tim.5. peccantes coram omnibus corripe, vt cæteri timorem habeãt. Certè si quis quòd solum verum est, distinguit tempora, & soluit quęstionem, verum est. Si peccatum in secreto est, in secreto corripe. Si peccatum publicum est & apertum, publicè corripe: vt ille emendetur, & cæteri timeant.

De festuca & trabe. Item de eo quod scriptum est, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Et de verbis Salomonis, Annuens oculis cum dolo, congerit hominibus mæstitiam: Qui autem arguit palàm, pacem facit.

SERMO D. AVGVSTINI XVI.

Beda frequenter allegat.

CAP. I. ADMONVIT nos Dominus noster nõ negligere inuicem peccata nostra, non quærẽdo quid reprehendas, sed vidẽdo quid corrigas.
Matth.7. Eius quippe dixit acutum oculũ ad eiciendã festucam de oculo fratris sui, qui trabẽ in oculo suo nõ habet. Quid autẽ hoc sit, breuiter insinuo charitati
Festuca, ira: Trabes, odium. vestræ. Festuca in oculo, ira est: trabes in oculo, odium est. Quando ergo qui odit reprehendit irascentem, festucã vult de oculo fratris sui tollere: sed trabe impeditur, quam ipse portat in oculo suo. Festuca initiũ trabis est. Nam trabes quando nascitur, prius festuca est. Rigando festucã, perducis ad trabem: alendo iram malis suspicionibus, perducis ad odiũ. Multum autẽ interest inter peccatũ irascentis, & crudelitatẽ odio habentis. Nã & filiis nostris quandoq; irascimur: Odisse verò filios quis inuenitur? In ipsis quoq; pecoribus mater aliquãdo bucula sugentẽ vitulum tædio quodam auertit irascẽs: sed visceribus amplectitur matris. Quasi tædiũ facit, cùm impingit: quęritur tamẽ, si deest. Nec damus aliter filiis disciplinam, nisi aliquantum irascẽdo & indignando: nec tamẽ daremus disciplinam, nisi amãdo.

CAP. II. VSQVE ADEÒ non omnis qui irascitur, odit: vt aliquãdo magis odisse conuincatur si non irascitur. Fac enim puerũ in aqua fluminis ludere, cuius impetu pereat: tu si vides, & patienter permittis, odisti. Tua patiẽtia, illius mors est. Quanto melius est, si irasceris & corrigis, quàm si non irascendo interire permittis? Odium ergo ante omnia vitandum est, trabes de oculo eiciendã est. Multũ quippe aliud est, quando quisque irascẽs in aliquo verbi modũ excedit, quod postea deleat pœnitendo: & aliud est seruare insidias inclusas in corde. Multum postremò interest inter hæc verba Scripturę,
Psal.6. Turbatus est prę ira oculus meus. De illo autem quid
1. Iohan.8. dictum est? Qui odit fratrem suum, homicida est. Multum interest inter turbatum oculum, & extinctum. Festuca turbat, trabes extinguit. Hoc ergo primum nobis persuadeam⁹, vt quod hodie admoniti sumus, bene facere atque implere possimus, ante omnia non odisse. Tunc enim quãdo trabes nõ est in oculo tuo, vides rectè quicquid fuerit in oculo fratris tui: & vĩ pateris, donec eiicias de oculo fratris tui, quod vides nocere oculo fratris tui. Lumen quod in te est, nõ te permittit negligere lumen fratris tui. Nam si odisti, & vis corripere, quomodo emendas lumẽ, qui perdidisti lumen? Dixit enim & hoc apertè eadem Scriptura, vbi dictũ est, Qui
Ibidem. odit fratrem suum, homicida est. Qui odit, inquit, fratrem suũ, in tenebris est, vsque adhuc. Odium, tenebrę sunt. Non potest autem fieri, vt qui odit alterum, non sibi prius nocet. Illũ enim lędere conatur extrinsecus, se vastat intrinsecus. Quãtum enim animus nostER corpore maior est, tantum ei prospicere debemus, ne ipse lædatur. Lædit autẽ animum suum, qui odit alterum. Et quid facturus est ei quẽ odit? Quid facturus? Tollit pecuniam, nunquid fidem? Lædit famam, nũquid conscientiam? Quicquid nocet forinsecus, nocet sibi. Attẽde quid noceat. Intus enim sibi ipse inimicus est, qui odit alterum. Sed quia non sentit quid sibi mali faciat, in alterum sæuit, eo periculosius viuens, quo non sentit quid secum mali agit: quia & sæuiendo sensum perdit. Sæuisti in inimicum tuum: te sęuiente, ille nudatus est, tu iniquus es. Multum interest inter nudum, & iniquum. Ille perdidit pecuniam, tu innocentiam. Quære quis grauius damnum perpessus est. Ille perdidit rem Qualiter frater corripiendus.
perituram, tu factus es periturus. Ideo debemus amando corripere, non nocendi auiditate, sed studio corrigendi. Tales si fuerimus, optimè facimus quod hodie admoniti sumus: *Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum* Matth. 18.
inter te & ipsum solum.]

QVARE illum corripis? Quia te doles, quòd pec- CAP. III.
cauerit in te? Absit. Si amore tui id facis, nihil facis. Si amore illius facis, optimè facis. Denique in ipsis verbis attende, cuius amore id facere debeas, vtrum tui, an illius. *Si te audierit*, inquit, *lucratus es fratrem tuum.*] Ergo Beda 1. cor. 8.
propter illum fac, vt lucreris illũ. Si faciendo lucraris, nisi fecisses, perierat. Quid est ergò quòd plerique homines ista peccata contemnunt, & dicunt, Quid magnum feci? In hominem peccaui. Noli contemnere. In hominẽ peccasti. Vis nosse quia in hominem peccãdo peristi? Si te ille, in quẽ peccasti, corripuerit inter te & ipsum solum, & audieris illum, lucrat⁹ est te. Quid est, Lucratus est te: nisi quia perieras, si non lucraretur te? Nam si nõ perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo contẽnat, quando peccat in fratrem. Ait enim quo-
dam loco Apostolus: Sic autem peccantes in fratres, & 1. Cor. 8.
percutientes conscientiam eorũ infirmam, in Christum peccatis; ideo quia mẽbra Christi omnes facti sumus. quomodo non peccas in Christum, qui peccas in mẽbrum Christi? Nemo ergo dicat, quia non peccaui in Deum, sed peccaui in fratrẽ. In hominem peccaui: Leue vel nullum peccatũ est. Fortè inde dicis, quòd leue est, quia citò curatur. Peccasti in fratrẽ: fac satis, & sanatus es. Citò fecisti mortiferam rem, sed remediũ citò inuenisti. Quis nostrũm speret regnũ cælorum, fratres mei, quando dicit Euangelium, Qui dixerit fratri Matth. 5.
suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis? Magnus terror: sed vide ibi remedium: Si obtuleris mun⁹ tuum ad altare, Ibidem.
& ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, Non irascitur Deus, quia differs imponere munus tuũ. Te quærit Deus magis quàm munus tuum. Nã si malum animum gerens aduersus fratrem tuũ, adueneris cũ munere ad Deũ tuum, respõdet tibi: Tu peristi, mihi quid attulisti? Offers mun⁹ tuũ, & tu nõ es munus Dei. Plus quęrit Christus, quẽ redemit sanguine suo, quàm quod tu inuenisti in horreo tuo. Ergo relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & sic veniens offeres munus tuum. Ecce ille reatus gehennæ quàm citò solutus est. Nondum reconciliatus, eras gehennæ reus: recõciliatus, securus offers munus tuũ ad altare. HOMINES autẽ faciles sunt ad ir- CAPVT IIII.
rogandas iniurias, & difficiles ad concordiam requirẽdam. Pete, inquit, veniam ab homine quẽ offendisti, ab homine quem lęsisti. Respõdet: Nõ me humiliabo. Vel Deum tuum audi, si fratrẽ tuum cõtemnis: Qui se hu- Lucæ 14.
miliat, exaltabitur. Non vis te humiliare qui cecidisti? Multum interest inter se humiliantem, & inter iacentem. Iã iaces, & humiliare te non vis? Bene diceres, Nolo descẽdere: si noluisses ruere. Hoc ergo debet facerẽ qui fecit iniuriã. Qui autẽ passus est, quid debet? Quod audiuimus hodie, Si peccauerit in te frater tuus, corri-
pe eum inter te & ipsum solum. Si neglexeris, peior es. Matth. 18.

Ille

Ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui seipsum vulnere percussit. tu vulnus fratris tui cõtemnis? Tu eũ vides perire, vel perisse, & negligis? Peior es tacendo, quàm ille cõuiciando. Quãdo ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnã curam, non pro nobis (nam gloriosum est, iniurias obliuisci:) sed obliuiscere iniuriam tuam, nõ vulnus fratris tui. Ergo corripe inter te & ipsum solum, intendens correctioni, parcens pudori. Fortè enim prę verecundia incipit defendere peccatũ suũ, & quem vis facere correctiorem, facis peiorem. Corripe ergo eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: quia perierat, nisi faceres. *Si autem non te audierit,*]id est, peccatum suum quasi iusti-
Deut. 17. tiam defenderit, adhibe tecũ duos vel tres, quia in ore duorũ vel trium testium stat omne verbum. *Si nec ipsos audierit, refer ad Ecclesiam, si nec Ecclesiam audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.*] Noli illum deputare iam in numero fratrũ tuorum: nec ideo tamẽ salus eius negligẽda est. Nam & ipsos ethnicos, id est, gentiles, & pa- B
ganos in numero quidem fratrum non deputamus: sed tamẽ eorũ salutẽ semper inquirimus. Hoc ergo audiuimus Dũm ita monentẽ, & tanta cura pręcipientem: vt
Matth. 18. etiã hoc adderet continuò, Amen dico vobis, quęcunque ligaueritis super terram, ligata erunt & in cælo: &
11. q. 3. cap. Cæpisti. quęcũq; solueritis in terra, soluta erunt & in cælo. Cæpisti habere fratrẽ tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra: sed vt iustè alliges, vide. Nã iniusta vincula dirũpit iustitia. Cùm autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra. Cum solueris in terra, solutus erit & in cęlo. Multum præstas, non tibi, sed illi: quia multum nocuit non tibi, sed sibi.

CAPVT V. HÆC cùm ita sint, quid est quod ait Salomõ, quod hodie ex alia lectione primitùs audiuim⁹, *Annuens oculis cum dolo, congerit hominibus mæstitiam, qui autẽ arguit palàm, pacẽ facit?*]Si ergo qui arguit palàm, pacẽ facit: quomodo corripis illum inter te & ipsum solum? Metuendum est, ne sibi contraria sint pręcepta diuina. Sed in-
Manichęi. telligamus esse ibi summam concordiã, non quemadmodum quidam vani sapiamus, qui errãtes opinantur contraria sibi esse duo Testamẽta in libris veteribus & nouis, vt ideo putemus hoc esse contrariũ, quoniam illud est in Salomonis libro, hoc in Euãgelio. Si enim aliquis imperitus & calumniator diuinarũ Scripturarũ diceret, Ecce vbi sibi cõtradicunt duo Testamẽta. Dũs dicit, Corripe illũ inter te & ipsum solũ. Salomõ dicit, Qui arguit palàm, pacem facit. ergo nescit Dominus quid pręcepit? Salomon vult contundi frõtem peccãtis: Christus parcit pudori erubescentis. Ibi enim scriptũ est, Qui arguit palàm, pacem facit: hic autẽ, Corripe illum inter te & ipsum solum: non palàm, sed in secreto, & occultè. Vis nosse quisquis talia cogitas, non sibi repugnare duo Testamenta, quia illud in libro Sa- D
lomonis, hoc in Euangelio reperitur? Apostolum audi. Certè Apostolus minister est noui Testamẽti. Audi ergo apostolũ Paulum Timotheo pręcipientem & dicẽ-
1. Tim. 5. tem, Peccãtes coram omnibus argue, vt & cæteri timorẽ habeant. Iam non Salomonis liber cum Euãgelio, sed Pauli apostoli epistola videtur cõfligere. Salomonem paululum sine iniuria seponamus: Christũ Dominũ & Paulũ seruũ eius audiamus. Quid dicis, Dñe? Si peccauerit in te frater tuus, corripe illũ inter te & ipsum so-
1. Tim. 5. Beda. lum. Quid dicis, Apostole? Peccãtes coram omnib⁹ argue, vt & cæteri timorẽ habeant. Quid faciemus? Cõtrouersiam istam velut iudices audim⁹? Absit. Imò sub iudice constituti pulsemus, vti nobis aperiri impetremus: fugiamus sub alas Domini Dei nostri. Non enim Apostolo suo cõtrarium locutus est, quia & in illo ipse
1. Cor. 13. locutus est, sicut dicit, An vultis experimẽtũ eius accipere, qui in me loquitur Christus? Christus in Euange- A
lio, Christus in Apostolo: Christus ergo vtrumq; dixit: vnũ ore suo, alterum ore præconis sui: quia quãdo præco de tribunali aliquid dicit, nõ scribitur in gestis, Præco dixit; sed ille dixisse scribitur, qui præconi quod dicere imperauit. DVO ergo ista pręcepta, fratres, sic CAP. VI.
audiamus, vt intelligamus, & inter vtraq; præcepta pacati cõstituamur. Cum corde nostro nos cõcordemus, & Scriptura sancta in nulla parte discordat. Verum est omnino, vtrumque verũ est. Sed discernere debemus, aliquando illud, aliquando illud esse faciẽdum: aliquãdo corripiendum fratrem inter te & ipsum solum: aliquando corripiendum fratrem coram omnibus, vt & cæteri timorem habeant. Si aliquãdo illud, aliquando illud fecerimus: cõcordiam Scripturarum tenebimus, & in faciendo atque obtẽperando non errabimus. Sed dicit mihi aliquis: Quando facio illud, quãdo illud? ne tunc corripiam inter me & ipsum solum, quãdo debeo corã omnibus corripere: aut tunc corripiam coram omnibus, quando debeo in secreto corripere.

CITÒ videbit charitas vestra, quid quando facere CAPVT VII.
debeamus: sed vtinam facere pigri non simus. Intendite & videte: Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Quare? Quia pecca- 2. q. 1. ca. Si peccauerit.
uit in te. Quid est, In te peccauit? tu scis, quia peccauit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccauit, secretũ quęre, cùm corrigis quod peccauit. Nam si solus nosti quia peccauit in te, & eum vis corã omnibus argue-
re, non es correptor, sed proditor. Attende quẽadmo- Matth. 1.
dum vir iustus Ioseph, tãto flagitio quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequã sciret vnde illa conceperat, quia grauidam senserat, & se ad illam non accessisse nouerat. Restabat itaq; certa adulterij suspicio: & tamen quia ipse solus senserat, ipse
solus sciebat, quid de illo ait Euangelium? Ioseph autẽ C
cùm esset vir iustus, & nollet eam diuulgare. Mariti dolor, non vindictam quęsuit: Voluit prodesse peccanti, nõ punire peccantem. Cùm, inquit, nollet eã diuulgare, voluit eam occultè dimittere. Hęc eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit ei in somnis: & indicauit quid esset, quia non violauit viri thorum, quia de Spiritu sancto conceperat Dominum amborum. Peccauit ergo in te frater tuus, si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit. Nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes suę iniquitatis effecit. Dico enim, fratres charissimi, quod & vosipsi in vobisipsis potestis agnoscere. Quãdo me audiẽte, fratri meo quisque iniuriã facit, absit vt à me iniuriam illam alienam putem. Prorsus & mihi fecit: imò & mihi plus fecit, cui putauit placere quod fecit. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur corã omnibus. Ipsa verò corripiẽda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Distribuite tẽpora, & cõcordat Scriptura.

SIC agamus, & sic agendum est, nõ solùm quando CAPVT VIII.
in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciatur. In secreto debem⁹ corripere, in secreto arguere: ne volentes publicè arguere, prodamus hominem. Nos volumus corripere & corrigere: quid si i- Correptionis modus.
nimicus quęrit audire quod puniat? Nouit enim nescio quem homicidam Episcopus, & alius illũ nemo nouit. Ego volo illũ publicè corripere, at tu quęris inscribere. Prorsus nec prodo, nec negligo: corripio in secreto: pono ante oculos Dei iudicium: terreo cruentam conscientiam: persuadeo pœnitentiam. Hac charitate prędi-
ti esse debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quòd quasi non corripiamus: aut putant nos scire quod nescimus: aut putant nos tacere quod scimus. Sed fortè quod scis, & ego scio: sed non coram te

corri-

corripio: quia curare volo, nõ accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant aliquãdo, nobis produntur ab vxoribus suis plerunque zelantibus, aliquando maritorum salutem quærẽtibus nos nõ prodimus in palàm, sed in secreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus: ante omnia ostendẽtes homini in tali peccato constituto, sauciámque gerenti cõscientiam, illud vulnus esse mortiferum: quod aliquando qui cõmittunt, nescio qua peruersitate cõtemnunt: & nescio vnde sibi testimonia nulla & vana conquirunt, dicentes: Peccata carnis Deus nõ curat. Vbi est quod hodie audiuimus, Fornicatores & adulteros iudicat Deus? Ecce quod attẽde, quisquis tali morbo laboras. Quod dicit Deus audi: non quod tibi dicit fauẽs peccatis tuis animus tuus, aut eadem tecum iniquitas catena ligatus amicus tuus, vel potius inimicus tuus & suus. Audi ergo quod dicit Apostolus: Honorabiles, inquit, nuptiæ in omnibus, & thorus immaculatus: fornicatores autem & adulteros iudicat Deus. AGE ergo frater, esto correctus. Times, ne te inscribat inimicus: & non times, ne te iudicet Deus? Vbi est fides tua? Time cùm est quando timeas. Longè est quidem dies iudicij: sed vniusciuiusque hominis dies vltimus longè esse nõ potest, quia breuis est vita. Et quia ipsa breuitas semper incerta est, quãdo sit dies tuus vltimus, nescis. Corrige te hodie: Propter cras. Prosit tibi & modò in secreto correptio. Palàm enim loquor, & in secreto arguo. Aures omnium pulso: sed conscientias quorũdam conueniò. Si dicerem, Tu adulter corrige te: primò fortè dicerem quod nescirẽ, fortè quod temerè audierã, suspicarer. Non dico, Tu adulter corrige te: sed quisquis in hoc populo adulter es, corrige te. publica est correptio, sed secreta correctio. Scio, quia ille qui timuerit, corrigit se. Non dicat in corde suo, peccata carnis nõ curat Deus. NESCITIS, inquit Apostolus, quia templũ dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Quisquis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Nemo se fallat. Sed fortè ait aliquis, Tẽplum Dei animus meus est, non corpus meũ: adiecit etiam testimonium, Omnis caro fœnum, & omnis claritas eius tanquam flos fœni. Infelix interpretatio, punienda cogitatio. Fœnũ dicta est caro, quia moritur: sed quod ad tempus moritur, non resurgat cum crimine. Vis nosse apertam etiam inde sentẽtiam? Nescitis, inquit idem Apostolus, quia corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti, quem habetis à Deo? Iam nõ contemnatis corporalia peccata: ecce quia & corpora vestra templũ in vobis sunt Spiritus sancti, quem habetis à Deo. Contẽnebas corporale peccatũ, contemnis quod peccas in templũ? Ipsum corpus tuum templũ in te est Spiritus sancti. Iam vide quid facias de templo Dei. Si eligeres in Ecclesia facere adulteriũ intra istos parietes, quid te esset sceleratius? Modò autem tu ipse es templum Dei. Templum intras, tẽplum exis, templũ in domo tua manes, templum surgis. Vide quid agas, vide ne offendas templi habitatorem, ne deserat te, & in ruinam vertaris. Nescitis, inquit, quia corpora vestra (& hoc de fornicatione loquebatur Apostolus, ne contemnerent corporalia peccata) templum in vobis est Spiritus sancti, quẽ habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Si contemnis corpus tuũ, cõsidera pretium tuum. SCIO ego, & mecũ omnis homo qui paulò attentiùs cõsiderauerit, neminem Deum timẽtem sub verbis eius nõ se corrigere, nisi qui putat, quia plus habet viuere. Ipsa res est quę multos occidit, cùm dicunt, Cras, cras: & subitò ostiũ clauditur. Remãsit foris cum voce cortina: quia nõ habuit gemitũ colũbinũ. Cras,

Hebr. 13. Beda.
Hebr. 13.
CAPVT IX.
CAP. X. 1. Cor. 3. Beda.
1. Pet. 1.
1. Cor. 6.
Templum Dei, corpora nostra.
Ibid.
CAPVT XI.
Cras, cras, vox cortina.

A cras, corui vox. Geme vt columbus, & tũde pectus: sed plagas tibi dãdo in pectus, cęsus correctus esto, ne non videaris conscientiam cædere: sed malam cõscientiam pugnis pauimentare, solidiorẽ reddere, non correctiorem. Geme non inani gemitu. Fortè enim dicis tibi, Promisit mihi Deus indulgentiam, quando me correxero, securus sum: lego diuinam Scripturam: Iniquus in qua die conuersus fuerit ab iniquitatibus suis, & fecerit iustitiam, omnes iniquitates eius obliuiscar. Securus sum: quãdo me correxero dat mihi Deus indulgẽtiam de malis meis. Et quid dicturus sum, cõtra Dominum reclamaturus? Dicturus sum Deo, Noli illi dare indulgentiam? Dicturus sum hoc scriptum non esse, hoc Deum non promisisse? Si ista dixero, omnia falsa dico. Bene dicis, verum dicis. Indulgentiam correctioni tuæ promisit Deus, negare non possum: sed dic mihi, rogo te. Ecce ego cõsentio & cõcedo & cognosco: quia indulgentiam Deus promisit tibi. Crastinũ enim diem quis tibi promisit? Vbi mihi legis indulgẽtiam te accepturum, si te correxeris: lege ibi mihi quantum victurus sis. Non lego, inquis. Nescis ergo quantum victurus sis. Esto correctus & semper paratus. Noli timere diem vltimum, tanquam furem, qui dormienti effodiat parietem: sed vigila & corrige te hodie. Quid differs in crastinum? Longa vita erit: Ipsa longa, bona sit. Prandium bonum & longũ nemo differt, & vitam malam longam vis habere? Vtique si longa erit, melius bona erit. Si breuis erit, bene factum est, vt bona produceretur. Sic autem homines negligunt vitam suam, vt nolint habere malam, nisi ipsam. Villam emis, bonam quęris. Vxorem vis ducere, bonam eligis. Filios tibi vis nasci, bonos optas. Caligas locas, & nõ vis malas, & vitam amas malam? Quid te offendit vita tua, quam solam vis malam, vt inter omnia bona tua tu solus sis malus? ERGO, fratres mei, si aliquem vestrũm vellem in parte corripere, fortè audiret me. multos enim vestrum publicè corripio; omnes me laudãt: Audiat me aliquis. Non amo in voce laudatorem, & in corde contemptorem. Cùm enim laudas, & non te corrigis, contra te testis es. Si malus es, & quod dico placet tibi, displice tibi: quia si malus displicueris tibi, correctus placebis Deo, quod nudiustertius, ni fallor, dixi. In omnibus verbis meis speculum propono. Nec mea ista sunt verba: sed Domino iubente loquor, quo terrente non taceo. Nam quis non eligeret tacere, & rationem de vobis nõ reddere? Sed iam suscepimus onus, quod ab humeris nostris excutere non possumus, nec debemus. Audistis, fratris mei, cùm epistola ad Hebręos legeretur: Obedite præpositis vestris, & subditi estote: quia ipsi vigilant pro animabus vestris, tãquam rationem reddituri pro vobis, vt cum gaudio hoc faciant, & non cum tristitia; non enim expedit vobis. Quando facimus ista cum gaudio. Quando videmus homines proficere in verbo Dei. Quando laborat cum gaudio operarius in agro. Quando attendit arborem, & fructum videt: quando attendit segetem, & ex fructu areæ prospicit vbertatem: non sine causa laborauit, non sine causa dorsum curuauit, non sine causa manus attriuit, non sine causa frigus & æstũ tolerauit. hoc est quod ait, Vt cum gaudio hoc faciãt, & nõ cum tristitia: non enim expedit vobis. Nunquid dixit, Non illis expedit. Non. Sed dixit, Non expedit vobis. Nam illi præpositi quando contristantur de malis vestris, expedit illis: ipsa tristitia prodest illis, sed non expedit vobis. Nihil autem nobis volumus expedire, quod non expedit vobis. Simul ergo in Dominico agro, fratres, bonum operemur: vt simul de mercede gaudeamus.

Ezech. 18.
Correctio non est procrastinanda.
CAPVT XII.
Hebr. 13. Beda.

De eo quòd scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si vis venire ad vitam, serua mandata.

SERMO D. AVGVSTINI XVII.

Matth. 19.

DIXIT Dominus cuidam adolescenti: *Si vis venire ad vitam, serua mandata.* Non dixit, Si vis venire ad vitam æternam, sed, Si vis, venire ad vitam: eam definiens vitam quæ fuerit æterna vita. Huius ergo vitæ amorem nos primitùs commendemus. Etenim amatur & qualiscũque vita ista: & ipsam qualemcunque ærumnosam, miseram, finire homines timent, & pauescunt. Hinc videndum est, hinc considerandum, quemadmodum amanda sit æterna vita: quãdo sic amatur misera ista & quãdoque sinienda vita. Considerate fratres, quantum amanda sit vita, vbi nunquam finias vitam. Amans ergo istam vitam, vbi tantũ laboras, curris, fatagis, anhelas, & vix enumerantur quæ necessaria sunt in misera ista vita: Seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere: & post hæc omnia finire habes vitã. Ecce quæ pateris in misera ista quam diligis vita: & putas te semper victurum, & nunquam moriturum? Templa, saxa, marmora, ferro plumboq; consolidata, tamen cadunt: & homo nunquam se putat moriturũ? Discite ergo, fratres, quærere æternam vitam, vbi ista non tolerabitis, sed in æternum cum Deo regnabitis. Qui enim vult vitam, sicut dicit Propheta, diligit dies videre bonos. Nam in diebus malis mors potius optatur, quàm vita. Nónne audimus & videmus homines in aliquib⁹ tribulationibus & angustiis & conflictationibus & ægritudinibus dum sunt constituti, & vident se laborare, nihil aliud dicere, insi: peus, mitte mihi mortem, accelera dies meos? & aliquãdo venit ægritudo, curritur, adducuntur medici, solidi & munera promittũtur. Dicit tibi ipsa mors: Ecce assum, quam paulo antè à Dño petebas: quid me modò fugere vis? Inueni te falsatorẽ, & miseræ vitæ amatorem. De his autem diebus quos agimus, ait Apostolus, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Nõ sunt ergo dies mali, quos agimus in corruptela huius carnis, in tanta vel sub tanta farcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, vbi falsa voluptas, nulla securitas gaudij, timor torquens, cupiditas auida, tristitia arida? Ecce quàm malos dies: & nemo vult finire ipsos malos dies, multũmque hinc rogant homines Deum, vt diu viuant. Quid est autem diu viuere, nisi diu torqueri? Quid est aliud diu viuere, quàm malos dies malis diebus addere? Et cùm crescunt pueri, quasi accedunt illis dies, & nesciunt quia minuuntur: & ipsa est falsa cõputatio. Crescentibus enim decedunt dies potius, quàm accedunt. Constitue alicui homini nato, verbi gratia, octoginta annos: quicquid viuit: de summa minuit. Et inepti homines gratulantur plurimis natalitiis, tã suis, quàm filiorum suorum. O virum prudentem! si tibi vinum minuatur in vtre, tristaris: dies perdis, & gaudes? Mali ergo sunt dies: & eo peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hic mundus, vt nemo velit finire ærumnosam vitam. Vera enim vita & beata hæc est, cùm resurgemus, & cum Christo regnabimus. Nam & impij resurrecturi sunt, sed in ignem ituri. Vita itaque non est, nisi beata. Et vita beata esse non potest, nisi æterna, vbi sunt dies boni: nec multi, sed vnus. Ex consuetudine huius vitæ appellati sunt dies. Dies ille nescit ortũ, nescit occasum. Illi diei non succedit crastinus: quia non præcedit cum hesternus. Hunc diem, vel hos dies, & hanc vitam, & veram vitam in promissis habemus. Alicuius ergo operis merces est. Si enim mercedem amamus, in opere non deficiamus: & in æternum cum Christo regnabimus.

Sermo de caduca & æterna vita
Psal. 33.
Ephes. 5.
Viuere diu quid.
Vera ac beata vita, æterna.

De duobus cæcis sedentibus secus viam, & clamantibus: Domine, miserere nostri, fili Dauid. In Euangelio secundum eundem. Matth. 20.

SERMO D. AVGVST. XVIII.

POSSIDIO inscribitur de duobus cæcis: Bedæ ad Ephes. 5. sermo de verbis Euangelij decimus octauus. Secundæ autem epistolæ ad Cor. 6. cap. decimus nonus. sed verisimiliter altero loco est error in numero. Est autem ab hoc sermone diuersus sermo de illuminatione cæci natiuius aliquot extant fragmenta.

BENE nobiscũ nouit sanctitas vestra, Dñm nostrũ & saluatorem Iesum Christũ medicũ nostrę salutis esse, & salutis ęternę: & ad hoc eum suscepisse infirmitatẽ naturæ nostrę, ne sempiterna esset infirmitas nostra. Assumpsit enim corp⁹ mortale, in quo occideret mortẽ. Et quamuis crucifix⁹ est ex infirmitate nostra, sicut ait Apostolus, sed viuit in virtute Dei: eiusdẽ Apostoli verba sunt, Et quia iam non moritur, & mors ei vltrà nõ dominabitur. Hæc ergo bene nota sunt fidei vestræ. Simul & hoc consequẽs est, vt nouerimus omnia miracula, quæ corporaliter fecit, valere ad admonitionem nostrã, vt percipiamus ab eo q̃ non est transituru, neq; finẽ habituru. Oculos reddidit cæcis, quos erat vtiq; mors aliquãdo clausura: resuscitauit Lazarũ, iterum moriturũ. Et quęcũq; ad salutẽ corporum fecit, non ad hoc fecit, vt sempiterna essent: cùm tamen daturus sit etiam ipsi corpori in fine sempiternã salutem. Sed quia illa quæ nõ videbantur, non credebantur, per ista tẽporalia quę videbãtur ædificauit fidem ad illa quę nõ videbantur.

NEMO itaque, fratres, dicat, non facere ista modò Dominum nostrum Iesum Christum, & propter hoc præsentibus Ecclesiæ temporibus priora præponere. Quodã quippe loco ipse Dominus videntibus, & ideo credentibus, præponit eos qui non vident & credunt. Nãq; eousque illo tempore discipulorum eius nutabat infirmitas, vt quem videbant iã resurrexisse, etiam cõtrectandum putarent, vt crederent. Non sufficiebat oculis, quòd viderent, nisi & manus admouerentur mẽbris, & cicatrices recentium vulnerum tangerentur: vt ille qui dubitabat discipulus, repentè tactis & cognitis cicatricib⁹, exclamaret, Dominus meus & Deus meus. Cicatrices ostẽdebant eum, qui omnia vulnera in aliis sanauerat. Nunquid nõ poterat Dominus sine cicatricibus resurgere? Sed in corde discipulorũ vulnera nouerat, propter quæ sananda cicatrices in corpore suo seruauerat. Et quid Dominus illi confitenti ac dicenti, Dominus meus & Deus meus? Quia vidisti me, inquit, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderũt. Quos dixit, fratres, nisi nos? Non quia solos nos, sed & post nos. Post paruum enim tempus, postea quàm ab oculis mortalib⁹ recessit, vt firmaretur fides in cordibus, quicunque crediderunt, non videntes crediderunt, & magnum meritum habuit fides eorum: cui fidei comparandæ, cor tantùm admouerunt pium, nõ & palpãtem manũ. Hęc ergo fecit Dominus, vt inuitaret ad fidem. Hæc fides nunc feruet in Ecclesia, toto orbe diffusa.

ET nũc maiores sanitates operatur, propter quas nõ est dedignatus tunc exhibere illas minores. Sicut enim animus melior est corpore: sic & melior salus animi, q̃ salus corporis. Modò caro cæca nõ aperit oculos miraculo Domini, & cor cæcũ aperit oculos sermoni Dñi. Modò non resurgit mortale cadauer, resurgit anima, quę mortua iacebat in viuo cadauere. Modò aures corporis surdę non aperiũtur: sed quàm multi habẽt aures clausas cordis, quę tamẽ verbo Dei penetrãte patefiũt: vt credãt qui nõ credebãt, & bene viuant qui malè viuebãt, & obediant qui nõ obediebant: & dicimus, Ille credidit; ac miramur, cùm audim⁹ de his quos aliquãdo duros nouerámus. Cur ergo nũc miraris credẽtem,

Matth. 20.
CAP. 1. Medicus noster, Christus.
2. Cor. 13.
Rom. 6.
CAP. 12.
Ioan. 20.
Ibidem.
CAP. 13.

innocentem, Deo seruientem: nisi quia cõspicis videntem, quem noueras cæcum; conspicis viuentem, quem noueras mortuum; conspicis audientem, quẽ noueras surdum? Nã videte aliter mortuos, de quibus mortuis dicebat Dominus cuidam ideo tardanti, ne dominum sequeretur, quia sepelire patrem volebat: Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Certè † mortuos sepulturi nõ sunt corpore mortui: quia si hoc essent, mortua corpora sepelire nõ possent. Tamẽ mortuos eos vocat. Vbi, nisi int' in anima? Sicut enim etiam visibiliter plerunq; in domo integra & salua, dominus eiusdem domus mortuus iacet: sic in corpore integro multi habent intus animam mortuã: & hos sic excitat Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ipse illuminat excæcatum, qui excitat mortuũ. Eius enim voce per Apostolum clamatur ad mortuũ, Surge qui dormis. Cæcus luce illuminabitur, cùm surrexerit. Surdos autem quàm multos ante oculos suos Dominus intuebatur, cùm diceret: Qui habet aures audiendi, audiat. Quis enim ante illum sine corporis auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat? ITEM quales oculos quærebat, cùm loqueretur vtique videntibus, sed videntibus per oculos carnis? Nam cùm ei diceret Philippus, Dñe, ostende nobis patrem, & sufficit nobis: bene quidem hoc intelligebat, vt demõstratus pater possit sufficere: sed cui non sufficiebat æqualis patri, quomodo sufficeret pater? Quare autem non sufficiebat? Quia nõ videbatur. Quare non videbatur? Quia nondum erat sanus oculus, vnde posset videri. Hoc enim quod in carne Domini videbatur, his oculis nõ soli discipuli viderũt qui honorauerunt, sed & Iudæi qui crucifixerunt. Qui ergo aliter se videri volebat, alios oculos requirebat: & ideo sic respõdit dicenti, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis: Tãto tempore, inquit, vobiscum sum, & nõ me cognouistis? Philippe, qui me videt, videt & patrẽ. Et vt interim fidei oculos sanaret, prius admonetur secũdum fidem, vt possit ad speciem peruenire. Et ne sic putaret Philippus cogitandum Deum, quomodo videbat in corpore Dominum Iesum Christũ, statim subiecit: Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Iamdudum dixerat, Qui me videt, videt & patrem. Sed nõdum habebat Philippus sanũ oculum, vnde videret patrem: atque ideo nec vnde videret ipsum filium patri coæqualem. Itaque aciem mẽtis adhuc sauciam, & tantã lucem aspicere non valẽtem, sanandam atq; firmãdam fidei medicamentis fomentisq; suscepit, & ait: Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Qui ergo nondum potest videre quod demonstraturus est Dominus, non quærat prius videre quod credat: sed prius credat, vt possit oculus sanari quo videat. Sola enim forma serui exhibebatur seruilibus oculis: quia ille qui non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, si abeis quos sanari voluit, iam videri possit æqualis Deo, nõ opus haberet semetipsum exinanire, & formã serui accipere. Sed quia non erat vnde videretur Deus, & erat vnde videretur homo, qui Deus erat, factus est homo, vt id quod videbatur, sanaret illud vnde nõ videbatur. Ipse enim alio loco ait, Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbũt. Poterat vtique Philippus respõdere, & dicere: Domine, ecce te video. Talisne est pater, quale est hoc quod video, quoniã dixisti: Qui videt me videt & patrem? Antequam hoc respõderet Philippus, vel fortasse antequã cogitaret, cùm dixisset Dominus, Qui videt me, videt & patrem: continuò subiunxit, Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Illo enim oculo nondum videre poterat, nec patrẽ nec æqualẽ patri filiũ: sed vt sanaretur oculus ad videndum,

Matth. 8. al. *mortui sepultores.*

Eph. 5.

Matth. 11.

CAP. III. Ioan. 14.

inungendus erat ad credendum. Ideo antequã videas quod videre nõ potes, crede quod nõdum vides. Ambula per fidem, vt peruenias ad speciem. Species non lætificabit in patria, quem fides non consolatur in via. Sic enim dicit Apostolus, Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Statímq; subnectit quare adhuc peregrinamur, quamuis iam credidérimus: Per fidem, inquit, ambulamus, non per speciem. 2. Cor. 5.

TOTA igitur opera nostra, fratres, in hac vita est, sanare oculũ cordis, vnde videtur Deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur: ad hoc sermo Dei prædicatur: ad hoc exhortationes Ecclesiæ morales, id est, pertinentes ad corrigendos mores, ad † emendãdas carnales concupiscentias, ad renunciandum non voce tantùm, sed mutata vita huic sæculo: ad hoc agũt quicquid agũt diuinę sanctæq; literę, vt purgetur illud interi' ab ea re quę nos impedit ab aspectu Dei. Sicut enim oculi' factus ad hãc lucem temporalem videdam, & quamuis cælestem, tamen corpoream atque cõspicuam, non solùm hominibus, sed etiam vilissimis animantibus, (ad hoc enim factus est, vt hanc lucem videat): tamẽ si aliquid iniectum fuerit, vel irruerit, vnde turbetur, secluditur ab hac luce: & quamuis eum sua præsentia circũfundat, ille tamen se auertit, atq; absens est. Nõ solùm autẽ absens sit perturbatione sua à luce præsenti: sed etiã pœnalis illi est lux, ad quã videndam factus est. Sic & oculus cordis perturbatus atq; sauciatus auertit se à luce iustitiæ, nec audet eam contemplari, nec valet. CAP. V. al. *emundandas.* Oculus corporalis, cordis.

QVID turbat oculum cordis? Cupiditas, auaritia, iniquitas, cõcupiscentia secularis, turbat, claudit, excęcat oculũ cordis. ET tamẽ quomodo quęritur medicus, cùm oculus carnis turbatus est, quomodo nõ differtur vt aperiatur atq; purgetur, & sanetur, vnde lux ista videatur? curritur, nemo requiescit: nemo differt, si vel stipula in oculũ cadat. Solẽ certè, quem sanis oculis videre volumus, Deus fecit. Multo est vtique lucidior ille qui fecit: nec huius generis lux est quæ pertineat ad oculum mentis. Lux illa est æterna sapiẽtia. Fecit autẽ te Deus, ô homo, ad imaginem suam. Darẽtne tibi vnde videres solem quem fecit: & non tibi daret vnde videres eũ qui te fecit, cùm te ad imaginẽ suam fecerit? Dedit & hoc: Vtrunq; dedit tibi. Sed multùm hos oculos exteriores diligis, multùm illum interiorẽ negligis. Detritum portas atq; sauciatum: pœna tibi est, si se voluerit ostẽdere fabricator tuus, pœna est oculo tuo, antequã curetur atq; sanetur. Nã & in paradiso peccauit Adam, & abscondit se à facie † Dñi. Cùm haberet ergo cor sanũ purę conscientiæ, gaudebat ad prę̃sentiam Dei. Postquam peccato oculus ille sauciatus est, cœpit lucem formidare diuinam, refugit in tenebras atque in densa lignorum: veritatem fugiens, vmbras appetens. CAP. VI. al. *Dei.*

ERGO, fratres mei, quoniã & nos inde nati sumus, &, sicut dicit Apostolus, In Adam omnes moriuntur, omnes enim nos duo homines aliquãdo fuimus: si noluimus obtemperare medico, vt non ægrotaremus, obtemperemus, vt ab ægritudine liberemur. Dedit nobis prę̃cepta medicus sanis: dedit prę̃cepta medic', ne medico indigeremus. Non opus est, inquit, sanis medicus, sed ægrotantibus. Sani præcepta contempsimus, & experimento sensimus in quantam perniciem nostrã prę̃ceptum illud contempserimus. Ægrotare iam cœpimus, laboramus, in lecto infirmitatis sumus: sed nõ desperemus. Quia enim ad medicũ venire nõ poteramus, ipse ad nos venire dignatus est. Non contempsit saucium cõtemptus à sano. NON destitit dare alia præcepta languenti, qui prima custodire noluit, ne lãgueret: tanquam diceret, Certè experimento sensisti verum me dixisse, quãdo dixi. Noli tangere hoc. Sanare ergo tan- CAPVT VII. 1. Cor. 13. Matth. 9.

tandem, & reuiuisce. Ecce porto infirmitatem tuam: bibe amarũ calicem: tu enim tibi fecisti præcepta illa mea, quę sano data sunt tã dulcia, tã laboriosa. Contẽpta sunt, cœpisti laborare: sanari nõ potes, nisi amarum calicẽ biberis, calicẽ tentationũ, quibus abundat hæc vita, calicẽ tribulationũ, angustiarũ, passionũ. Bibe, inquit, bibe, vt viuas. Et ne responderet ei languidus, Nõ possum, nõ fero, nõ bibo: prior bibit medicus sanus, vt bibere nõ dubitaret ægrotus. Quid enim amarum est in tali poculo, quod ille nõ biberit? Si cõtumelia: prior audiuit cùm dæmones expelleret, Dæmoniũ habet, & quòd in Beelzebub eiicit dęmonia. Vnde vt & ipse cõsolaretur ægros, ait: Si patrẽfamiliãs Beelzebub vocauerũt, quãto magis domesticos eius? Si dolores amari sunt: ligatus & flagellatus & crucifix' est. Si mors amara est: etiam mortuus est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas: nihil illo tẽpore fuit ignominiosius, quàm mors crucis. Nõ enim frustràcõmendãs eius obediẽtiam Apostolus, addidit dicens: Factus obediẽs vsque ad mortẽ: mortẽ autem crucis. SED quia ipse honoraturus erat fideles suos in fine huius sęculi, prius honorauit crucem in hoc sęculo; vt terrarũ principes credentes in eum prohiberent aliquẽ nocentium crucifigi: & quod cum magna insultatione persecutores Iudæi Domino procurarunt, magna fiducia serui eius, etiam reges in fronte nũc portãt. Non tantùm apparet modò qualem mortẽ pro nobis Dominus subire dignatus est: sicut ait Apostolus, Factus est pro nobis maledictum. Et cùm ei pendenti Iudæorũ cæcitas insultaret, posset vtique descendere de cruce: qui si nollet nõ esset in cruce: sed amplius erat de sępulchro resurgere, quàm de cruce descẽdere. Hæc ergo Dominus faciens diuina, patiens humana, admonet nos corporalibus miraculis & patientia corporali, vt credamus & sanemur ad cõspiciẽda illa inuisibilia quæ carnis oculus nescit. Hoc ergo agẽs curauit cæcos istos, de quibus nunc Euangeliũ recitatum est. Et in curando videte quid admonuerit ęgrotũ interiorẽ. ATTENDITE ipsius facti exitũ & ordinẽ rerũ. Sedẽtes illi in via duo cæci, transeunte Domino exclamabant, vt eorũ misereretur: A turba verò, quæ cũ Domino erat, cõpescebantur ne clamarent. Neque hoc sine mysterio derelictum putetis. Illi autẽ cõpęscẽtem se turbã perseuerãtissimo clamore vincebãt, vt peruenirет vox eorum ad aures Domini: quasi nõ iam ille cogitata † cognosceret. Clamauerunt ergo duo cæci, vt audirentur à Domino, & à turbis comprimi nequiuerũt. Transibat Dominus, & illi clamabãt. Stetit Dominus, & sanati sunt. Nã stetit Dominus Iesus, & vocauit eos, & ait: *Quid vultis vobis faciam? At illi dixerunt, Vt aperiantur oculi nostri.*] Pro fide illorũ † fecit Dominus, instauraut oculos eorum. Si intelleximus iam interiorẽ ægrotum, interiorẽ surdum, interiorem mortuum; ibi quæramus & interiorem cæcum. Clausi sunt oculi cordis, transit Iesus vt clamemus. Quid est, Transit Iesus? Agit temporalia Iesus. Quid est transit Iesus? Agit transitoria Iesus. Attẽdite & videte quanta eius gesta transierint. Natus est de virgine Maria: nunquid semper nascitur? Infans lactatus est: nunquid semper sugit? Per ætates cucurrit vsque ad iuuentutẽ. Nũquid semper corporaliter crescit? Infantiæ pueritia, pueritiæ adolescentia, adolescentię iuuentus transeunti credentique successit. Ipsa etiam quæ fecit miracula, transierunt: Leguntur & creduntur. Quia enim talia scripta sunt vt legi possint, transibant cùm fierent. Postremò ne in multis moremur, crucifixus est: nunquid semper pendet in cruce? Sepultus est, resurrexit, ascendit in cælum: iam non moritur, & mors illi vltrà non dominabitur: & diuinitas eius semper manet, & immortalitas iam corporis eius nũquã deficiet. Sed tamẽ illa omnia quæ tẽporaliter ab eo gesta sunt, transierunt: & legenda scripta sunt, & credenda prædicantur. In illis ergo omnibus transiit Iesus. QVID duo cæci iuxta viam sunt, nisi duo populi, ad quos sanandos venit Iesus? Ostendamus hos duos populos in Scripturis sanctis. Est in Euangelio scriptũ, Habeo alias oues, quę nõ sunt de hoc ouili: & illas oportet me adducere, vt fit vnus grex, & vnus pastor. Qui sunt ergo duo populi? Vnus Iudæorũ, & alius gentiũ. Nõ sum missus, ait, nisi ad oues, quę perierunt, domus Israël. Quibus hoc dixit? Discipulis: quando illa Chananæa clamabat, quæ se esse canem confessa est, vt micas de mensa dominorũ mereretur. Et quia meruit, iam duo demonstrati sunt ad quod venerat: Iudaicus scilicet populus, de quo ait, Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israël: & gentiũ populus, cuius typũ prætendebat hæc mulier, quã primò respuerat, dicens, Nõ est bonũ, panẽ filiorũ mittere canibus: & cui dicenti; Ita Domine: nã & canes edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorũ suorũ; responderat: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Inde enim erat & ille Centurio, de quo dicit idem Dominus, Amen dico vobis, non inueni tantam fidẽ in Israël: quia ille dixerat, Nõ sum dignus vt intres sub tectum meũ: sed tãtũ dic verbo, & sanabitur puer meus. Ita ergo Dominus ante passionẽ & clarificationem suam duos iam populos designabat: vnum, ad quem venerat propter promissa patrum: & alterum, quem propter misericordiam non repellebat: vt impleretur quod promissum erat Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Propterea & Apostolus iam post resurrectionem Domini & ascensionem, vbi contemptus est à Iudæis, perrexit ad gentes. Nec tamen ecclesiis quæ de Iudæis crediderãt, tacuit: Eram, inquit, ignotus facie ecclesiis Iudęæ, quę sunt in Christo. Tantum autẽ audiebant: quia qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidẽ, quã aliquando vastabat: & in me, inquit, magnificabant Deũ. Sic & angularis lapis dicitur Christus, qui fecit vtrunque vnum. Angulus enim duos parietes copulat de diuerso veniẽtes. Quid tã diuersum, quã circumcisio & pręputiũ, habẽs vnũ parietẽ de Iudæa, alterũ parietem de gẽtibus? sed angulari lapide copulantur. Lapidẽ enim quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Angulus in ędificio non est, nisi cùm duo parietes ex diuerso venientes in vnũ conueniunt, & quadã vnitate iunguntur. Isti ergo duo parietes secundũ typũ, duo cęci erãt clamãtes ad Dñm. ATTENDITE nunc dilectissimi. Dñs transibat, cæci clamabãt. Quid est, Trãsibat? Trãsitoria opera faciebat, sicut iam diximus. Secundũ hæc trãsitoria opera fides nostra ædificatur. Credimus enim in filiũ Dei, nõ tantũ quia verbum Dei est, per quẽ facta sunt omnia: Si enim semper in forma Dei manẽs æqualis Deo, nõ semetipsum exinaniret formã serui accipiẽs: nec sentirẽt cæci, vt possent clamare: Sed cũ operaretur transitoria, id est, humiliaret se, factus obediens vsq; ad mortẽ mortẽ autẽ crucis: clamauerũt duo cæci, *Miserere nostri, fili Dauid.*] Quia & hoc ipsum quod Dñs & creator Dauid, etiam filius Dauid esse voluit, in tempore hoc egit, transiens hoc fecit. QVID est autẽ, clamare ad Christũ, fratres nisi gratię Christi cõgruere bonis operibus? Hoc dico, ne fortè simus strepentes vocibus, & muti moribus. Quis est qui clamat ad Christum, vt pellatur interior cæcitas transeunte Christo: id est, dispensante nobis temporalia sacramenta, quibus admoneamur ad ęterna capienda? Quis est qui clamat ad Christum? Qui con-

Lucæ 7. Matth. 10. Phil. 2. CAPVT IX. Crucem suam honorauit hic Christus. al. 3. CAP. X. Matth. 20. al. *præuenerit.* al. *steterit.* Iesum trãsire quid. CAPVT XI. Cæci duo, duo populi. Ioan. 10. Matth. 15. CAPVT XII. Ephes. 2. Angularis lapis Christus. Gal. 1. Psal. 117. CAPVT XIII. Clamare ad Christum, quid.

contemnit mundum, clamat ad Christum; qui spernit
Galat.6. seculi voluptates, clamat ad Christũ, qui dicit non lin-
gua, sed vita: Mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo.
Psal.111. Clamat ad Christũ qui dispergit, & dat pauperibus, vt
iustitia eius maneat in seculum seculi: clamat ad Chri-
Luc.12. stum, qui eum audit, & non surdus audit. Res vestras
vendite, & date pauperibus: Facite vobis sacculos non
veterascentes, thesaurum non deficientem in cælis.
Tanquam vestigiorum sonitum Christi transeũtis au-
diẽs clamet ad hæc cæcus: id est, faciat ista. Vox eius in
factis sit. Incipiat mundũ contẽnere, inopi sua distri-
buere, pro nihilo habere quæ homines amant, contẽ-
nat iniurias, nõ appetat vindicari, paret maxillam per-
cutienti, oret pro inimicis: si quis ei abstulerit sua, non
repetat: si quid alicui abstulerit, reddat quadruplum.

CAPVT XIIII. CVM ista facere cœperit, omnes sui cognati, affines,
amici cõmouentur. Qui diligũt seculũ, contradicũt.
Quid insanis? Nimius es. Nũquid alij non sunt Chri-
stiani? Ista stultitia est, ista demẽtia est. Et cætera talia
turba clamat, ne cæci clamẽt. Turba clamantes corri-
piebat: sed eorum clamores non vincebat. Intelligant
quid faciant, qui volũt sanari. Et nũc Iesus transit: qui
Esaiæ 29. Matth. 15. iuxta viam sunt, clamant. Hi sunt enim qui labiis ho-
norãt, cor autẽ eorũ lõgè est à Deo. Ipsi sunt iuxta viã,
quibus præcipit Dominus obtritis corde. Nã cũ recita-
tantur ea quæ fecit Dominus trãseuntia, semper nobis
exhibetur transiens Iesus: quia vsque in finẽ seculi nõ
desunt cæci sedentes adviam. Opus ergo est, vt clamẽt
illi iuxta viã sedẽtes. Turba quæ cum Domino erat,
cõpescebat clamorẽ quærentiũ sanitatẽ. Fratres, vide-
tis quid dicam? Nescio enim quomodo dicã: sed plus
nescio quomodo taceam. Hoc dico, & apertè dico. Ti-
meo enim Iesum transeuntem & manentẽ: & ideo ta-
cere nõ possum. Bonos Christianos, & verè studiosos,
volentes facere præcepta Dei, quæ in Euangelio scri-
pta sunt, Christiani mali, & tepidi prohibent. Turba
ipsa quæ cum Domino est, prohibet clamantes, id est,
prohibet bene operantes, ne perseuerando sanentur.
Clamẽt ergo illi ne deficiãt: neq; ducantur quasi au-
toritate turbarum. nec eos qui priores Christiani facti
sunt, malè viuẽtes, & bonis operibus inuidentes imitẽ-
tur. Nõ dicãt, Quomodo isti viuũt tã multi, sic viuam? Quare non potius quomodo dicit Euangeliũ? Quare vis viuere secundũ increpationem turbæ prohibentis, & non secundũ vestigia Domini traseũtis? Insultabũt, vituperabũt, reuocabũt: tu clama quousque peruenias ad aures Iesu. Nã qui perseuerauerint in faciendo talia qualia præcepit Christus, & non attẽderint turbas prohibentes, neque magnipenderint, quòd Christũ videtur sequi, id est, quòd Christiani appellantur: sed plus amauerint lucẽ quã Christus est redditurus, quàm timuerint strepitũ prohibentium: nullo modo separabũtur, & stabit Iesus, & sanabit eos. CAPVT XV. QVOMODO enim Quomodo cæcus sanatur. sanantur oculi nostri? Quomodo per fidem sentimus Christum trãseũntem temporali dispensatione: sic intelligamus Christum stantem incommutabili æternitate. Ibi enim sanatur oculus, quãdo intelligitur Christi diuinitas. Percipiat hoc charitas vestra: attendite quod dicam grande sacramentum. Omnia temporaliter gesta à Domino nostro Iesu Christo, fidem nobis inserunt. Credimus in filium Dei, non solùm in verbũ per quod facta sunt omnia; sed in ipsum verbum factum carnem, vt habitaret in nobis, natum de virgine Maria, & cætera quæ fides habet, quę nobis exhibita sunt, vt Christus trãsiret, & vt cæci vestigia transeũtis audiẽtes, clamarẽt operibus vitę, professionẽ fidei cõmemorãtes. Iã vt clamãtes sanẽtur, stat Iesus. Etenim
Stat Iesus. 1.Cor.5. iã stantẽ videt Iesum, qui dicit, Et si nouerام Christũ

secundũ carnẽ, sed iã nunc non nouimus, Christi enim
diuinitatẽ videbat, quantum in hac vita potest. Est di-
uinitas Christi, est humanitas Christi. Diuinitas stat, Diuinitatem Christi stare, quid.
humanitas transit. Quid est, Diuinitas stat? Nõ muta-
tur, nõ cõuellitur, non recedit. Nõ enim sic ad nos ve-
nit, vt à patre discederet: nec ita ascendit, vt loco mo-
ueretur. Assũmpta carne, locum mutauit: Deo autẽ as-
sumens carnem, quia in loco non est, nec mutat locũ.
Tãgamur stãte Christo, sanẽtur oculi nostri. Sed quo-
rũ oculi? Clamantiũ scilicet, cùm transit: id est, bene o-
perantium per eam fidẽ, quæ dispensata est tẽporaliter
ad erudiendos nos paruulos. Sanatis autẽ oculis, quid
pretiosius habere poterimus, fratres? Lumẽ hoc qui vi-
dent quod factũ est, quod fulget de cælo, vel quod ex-
hibetur de lucerna, gaudẽt. Et quomodo misẽti vidẽ-
tur qui hoc videre nõ possunt? Ego autẽ quare loquor,
quare ista dico, nisi vt horter omnes vos ad clamandũ,
dum transit Iesus? Lucem commẽdo sanctitati vestræ
amandam, quam fortè non videtis. Credite, dũ nondũ
videtis: & clamate, vt videatis. Quanta putatur infeli-
citas hominũ, qui lucẽ istã corporalẽ non vidẽt? Excæ-
catus est aliquis: continuò dicitur, Iratum Deũ habuit,
aliquid mali commisit. Hoc vxor Tobiæ dicebat viro. Tob.2.
Clamabat ille propter hædũ, ne de furto esset: nolebat
sonum furti audire in domo sua. Illa defendẽs factum
suum, opprobrio percutiebat maritũ: & cùm ille dice-
ret, Reddite, si de furto est: illa respondebat insultans,
Vbi sunt iustitiæ tuæ? Quã cęca erat, quæ furtũ defen- Ibidem.
debat: & quã lucem videbat, qui furtum reddi impe-
rabat. Illa erat foris in luce solis: ille erat intus in luce
iustitiæ. Quis eorum erat in luce meliore? AD hanc CAPVT XVI.
lucem, fratres, amandam hortamur dilectionem ve-
strã, vt clemetis operibus. Cùm Dominus trãsit, sonet
vox fidei: vt stans Iesus, id est, incõmutabilis manẽs Dei
sapiẽtia, & maiestas verbi Dei, per quod facta sunt omnia, aperiat oculos nostros. Idem Tobias monens filiũ suum, ad hoc monebat vt clamaret: id est, ad bona opera monebat. Dicebat illi, vt daret pauperibus, præcipiebat, vt eleemosynas faceret indigentibus, & docebat, dicens: Fili, eleemosynę non sinũt ire in tenebras. Tob. 4.
Consilium percipiendæ atque obtinendæ lucis cæcus dabat. Eleemosynæ, inquit, non sinunt ire in tenebras. Si ei filius responderet miratus: Quid ergo, pater, tu eleemosynas nõ fecisti: vt modò cæcus loquaris: tu nũc nónne in tenebris es, qui mihi dicis, Eleemosynæ non sinũt ire in tenebras? Nouerat ille de qua luce doceret filiũ, nouerat in interiore homine quod videbat. Filius patri porrigebat manum, vt ambularet per terrã: & pater filio, vt habitaret in cælo. Breuiter vt concludã, fratres, sermonem istum; ex eo quod nos plurimum tangit atque angit, videte esse turbas quę corripiant cęcos clamantes. Omnes qui in hac turba sanari vultis, non vos deterreant: quia multi sunt nomine Christiani, & operibus impij; non vos deterreant à bonis operibus. Clamate inter turbas cõpescẽtes, reuocãtes, insultãtes, malè viuentes. Nõ enim solis vocibus cõprimunt bonos Christianos mali; sed & malis operibus. Non vult bonus Christianus ire spectare. Hoc ipsum quod frenat concupiscentiam suam, ne pergat ad theatrũ, clamat post Christũ, clamat vt sanetur. Alij concurrunt, sed fortè pagani, fortè Iudæi. Imò verò tam pauci essent in theatris, vt erubescendo discederent, si Christiani ad theatra non accederent. Currunt ergo & illi, portantes sanctum nomen ad pœnam suam. Clama ergo non eundo premens in corde tuo temporalem concupiscentiam, & tene te in clamore forti & perseueranti ad aures Saluatoris, vt stet Iesus, & curet te. Inter ipsas turbas clama, ne desperes de auri-

bus

bus Domini. Non enim & illi cæci ex illa parte clama-
uerunt, vbi turba non erat, vt ex ea parte audirentur,
vbi non esset impedimentũ prohibentium. Inter ipsas
turbas clamauerũt: & tamen Dominus exaudiuit. Sic
& vos etiã inter peccatores & luxuriãtes, inter amato-
res secularium vanitatũ, ibi clamate: ibi clamate, vt sa-
net vos Dominus. Nolite per aliã partem clamare ad
CAPVT XVII. Dominum, nolite ad hæreticos ire, & ibi clamare ad
Dũm. ATTENDITE fratres: quia in illa turba quę cla-
mare prohibebat, ibi sanati sunt qui clamabãt. Nam &
hoc attẽdat sanctitas vestra, quid sit perseuerare in cla-
mãdo. Dicã quòd multi mecũ experti sunt in nomine
Christi. Nõ enim cessat Ecclesia tales parere. Cũ quis-
que Christianus cœperit bene viuere, feruere bonis o-
peribus, mundúmque contẽnere: in ipsa nouitate operũ suorũ patitur reprehensores & contradictores frigi-
dos Christianos. Si autem perseueraueri, & eos super-
auerit perdurando, & non defecerit à bonis operibus:
iidem ipsi iã nobis obsequuntur, qui antè prohibebãt.
Tãdiu enim corripiũt & perturbant & vetant, quãdiu
sibi cedi posse præsumunt. Si autẽ victi fuerint perseue-
rantia proficientium, conuertunt se, & dicere incipiũt:
Magnus homo, sanctus homo, felix cui Deus cõcessit.
Honorant, gratulantur, benedicunt, laudant, quomo-
do illa turba quæ cum Domino erat. Ipsa prohibebat
ne cæci clamarent: sed postquam illi ita clamauerunt,
vt mererẽtur audiri, & impetrare misericordiam Do-
mini, ipsa turba rursum dicit, Vocat vos Iesus. Iam &
hortatores fiunt, qui paulò antè corripiebãt vt tacerẽt.
Solus autẽ ille nõ vocatur à Domino, qui nõ laborat in
hoc seculo. Sed quis in hac vita non laborat in pecca-
Matth.11. tis & in iniquitatibus suis? Si autẽ omnes laborãt, om-
nibus dictum est, Venite ad me omnes qui laboratis.
Si autem omnibus dictũ est, quare culpam tuã tribuis
inuitatori tuo? Veni? Non tibi sit angusta domus eius:
pariter ab omnibus, totum à singulis possidetur. Re-
gnum Dei crescente possessorum numero non minui-
tur, quia non diuiditur. Vnicuique integrũ est, quod
CAPVT XVIII. concorditer habetur à multis. HOC tamẽ in myste-
rio lectionis huius cognouimus, fratres, quod aliis li-
brorũ sanctorũ locis apertissimè sonat, esse intus in Ec-
clesia & bonos & malos, quod sæpe dicimus frumẽtũ
Beda Eph.5. & paleã. Nemo ante tẽpus deserat areã, toleret paleã in
tritura, toleret in area. Quod enim toleret, in horreo
nõ habebit. Veniet ventilator, qui diuidet malos à bo-
nis. Et it etiã corporalis separatio, quàm modò spirita-
21.quest.4. A malis. lis præcedit. A malis corde semper disiungimini, ad
tẽpus cautè corpore copulamini. Nec tamen negligẽ-
tes sitis in corrigendis vestris, ad curam scilicet vestrã
quoquo modo pertinẽtibus, monendo, docendo, hor-
tando, terrendo: Quibuscunque modis potestis agite.
Nec cùm inuenitis in Scripturis & in exẽplis sanctorũ,
siue qui ante, siue qui post Domini aduentum in hac
malus duobus modis non te maculat. vita fuerunt, quòd mali bonos in vnitate nõ maculãt,
efficiamini pigri ad corrigẽdos malos. Duobus modis
non te maculat malus: si nõ consentias, & si redarguas:
hoc est, non communicare, non cõsentire. Cõmunica-
tur, quippe, quando facto eius consortium voluntatis
vel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos admonẽs
Ephes.5. Apostolus ait: Nolite cõmunicare operibus infructuo-
sis tenebrarum; magis autem & redarguite. Et quia pa-
rum erat, non consentire, si sequeretur negligentia dis-
ciplinæ: Magis autem, inquit, & redarguite. Vide-
te quemadmodum vtrunque complexus est, Nolite
communicare: magis autem & redarguite. Quid est,
Nolite communicare? Nolite consentire, nolite lau-
dare, nolite approbare. Quid est, Magis autem & re-
darguite? Reprehendite, corripite, coërcete. Deinde

in ipsa correctione vel coërtione alienorum peccato-
rũ cauẽdum est, ne se extollat qui alterũ corripit; & A-
postolica illa cogitanda sententia est: Quapropter qui 1.Cor.10.
se putat stare, videat ne cadat. Foris terribiliter perso-
net increpatio: intus lenitatis teneatur dilectio. Si præ-
occupatus fuerit homo in aliquo delicto, sicut dicit idẽ Gal.6.
Apostolus, vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite
in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum, ne & tu
tẽteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis
legem Christi. Item alio loco, Seruum, inquit, Domi- 2.Tim.2.
ni non oportet litigare: sed mitem esse ad omnes, doci-
bilem, patientẽ, in modestia corripientem diuersa sen-
tientes: ne fortè det illis Deus pœnitentiam ad cognos-
cendam veritatẽ, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo
capti tenentur ad ipsius voluntatẽ. Neque ergo cõsen- 23.quest.4. A malis.
tientes sitis malis, vt approbetis: neque negligentes, vt
non arguatis: neque superbientes, vt insultanter argua-
tis. Qui autem deseruerit vnitatẽ, violat charitatem: &
quisquis violat charitatem, quodlibet magnũ habeat,
ipse nihil est. Si linguis hominum loquatur & angelo-
rũ; si sciat omnia sacramentã; si habeat omnẽ fidem, vt 1.Cor.13.
montes trãsferat; si distribuat omnia sua pauperibus, si
corpus suum tradat, vt ardeat: charitatem autem non
habeat, nihil est, nihil ei prodest. Vniuersa inutiliter
habet, qui vnum illud quo vniuersis vtatur non habet.
AMPLECTAMVR itaque charitatem, seruare vni- CAPVT XIX.
tatẽ spiritus in vinculo pacis. Nõ nos seducant qui car-
naliter intelligunt & corporalem separationẽ facientes,
ab Ecclesiæ frumentis toto orbe diffusis spiritali sacri-
legio separãtur. Per totũ enim mundũ seminatum est
bonũ semẽ. Bonus ille seminator filius hominis, nõ in Matth.13.
Africa sola, sed vbique sparsit semẽ bonũ. Inimicus au-
tẽ superseminauit zizania. Sed tamen quid ait paterfa-
milias? Sinite vtráque crescere vsque ad messem. Per
quid crescere? Vtique per agrũ. Quis est ager? Nũquid
nã Africa? Nõ. Quis est ergo? Non interpretemur nos,
Dũs dicat: Neminẽ sinamus aliquid pro arbitrio suspi-
cari. Dixerũt enim magistro discipuli, Enarra nobis
parabolã zizaniorũ. Et enarrauit Dominus: Semẽ bo-
num, dixit, filij sunt regni; zizania verò, filij mali. Quis
ea seminauit? Inimicus autẽ, inquit, qui ea seminauit,
diabolus est. Quis est ager? Ager est, inquit, hic mundus.
Quę est messis? Messis est, ait, finis seculi. Qui sunt mes-
sores? Messores, inquit, angeli sunt. Nunquid Africa est
mũdus? Nũquid messis hoc tẽpus? Nũquid messor Do-
natus? Per totum orbem terrarũ expectate messem, per
totũ orbem terrarũ crescite in messem, per totũ orbẽ
terrarũ zinania tolerate vsq; ad messem. Nõ vos sedu-
cãt peruersę paleæ nimis leues: quæ euolant ante aduẽ-
tũ ventilatoris ex area: Nõ vos seducãt. Tenete eos ad
istã vel solã similitudinẽ zinaniorũ, neque illos sinatis
loqui amplius. Ille codices tradidit? Non, Sed ille co- D
dices tradidit. Quilibet tradiderit, nunquid infidelitas
traditorum fidem Dei euacuauit? Quæ est fides Dei? Gen.12.
Quam promisit Abrahæ, dicens: In semine tuo bene-
dicentur omnes gẽtes. Quæ est fides Dei? Sinite vtra-
que crescere vsq; ad messem. Per quid crescere? Per a-
grũ. Quid est, Per agrũ? Per mundũ. Hic illi dicũt: Cre-
uerat quidẽ vtrunque per mundũ: sed iam iam frumẽ-
ta diminuta sunt, & in istã nostrã regionẽ paucitatẽque
reuocata. Nõ te permittit Dominus interpretari
quod vis. Ipse qui exponit hanc parabolam, claudit os
tuum, os sacrilegum, os impium, os profanum, os ti-
bi contrarium. Quid contradicis testatori, etiam te ad
hæreditatem vocãti? Quomodo claudit os tuum? Di-
cendo. Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Si iã
† fuit messis, credamus esse frumenta Dei diminuta: al.finis.
quanquam ne tunc quidem minuentur, sed in horreũ

recondentur. Sic enim ait: Colligite primum zizania, & alligate fasciculos, ad comburendũ ea; frumentũ autem recondite in horreum meũ. Si ergo vsque ad messem crescũt, post messem recõduntur; improbe, impie, quãdo minuuntur? Concedo in cõparatione zizaniorũ simul atque paleatũ frumenta esse pauciora: tamen vtraque crescunt vsque ad messem. Cùm enim abundat iniquitas, refrigescit charitas multorũ: crescunt zizania, crescit palea. Sed quia toto agro deesse nõpotest frumentũ, quod perseuerãdo vsque ad finẽ salũ fiat, crescunt vtraque vsque ad messem. Et si propter abundantiam malorũ dictũ est, Putásne veniens filius hominis inueniet fidẽ in terra? hócque nomine significãtur quicunque legis præuaricatione imitantur eũ, cui dictũ est, Terra es, & in terrã ibis: tamen & propter abũdantiã bonorũ, & propter eũ cui dictũ est. Sic erit semẽ tuũ sicut stellæ cęli, & sicut arena maris: etiam illud non tacitum est, quia multi ab Oriente & Occidente veniẽt, & recumbent cũ Abrahã & Isaac in regno Dei.

Matth. 24. Lucæ 18. Genes. 3. Genes. 15. Matth. 8.

CAPVT XX.

VTRAQVE ergo crescunt vsque ad messem, & suas sententias in Scripturis habent zizania vel paleæ; suas autem frumenta. Quas qui non intelligũt, cõfundũt, & cõfunduntur: atque ita perstrepunt cæca cupiditate, vt nolint obmutescere vel pate facta veritate. Ecce, inquiunt, dicit Propheta, Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, à quibus exire & recedere iubemur, ne tangamus immundũ? Nos istã recessionem spiritaliter intelligimus, illi corporaliter. Nã & ego clamo cũ Propheta, & qualiacunque sumus vasa, vtitur nobis Deus in dispensatione vestra. Clamamus & nos, & dicimus vobis: Recedite, exite inde, & immundũ ne tetigeritis: sed cõtactu cordis, nõ corporis. Quid est enim tãgere immũdũ, nisi cõsentire peccatis? Quid est autẽ, exire inde, nisi facere quod pertinet ad †correptionem malorũ, quantũ pro vnuscuiusque gradu atque persona salua pace fieri potest? Displicuit tibi, quod quisq; peccauit, nõ tetigisti immundũ. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiã, si res exegit, congruam, & quæ vnitatem non violat, disciplinã, existi inde. Attendite in facta sanctorũ, ne fortè nostra videatur interpretatio. Quomodo hæc verba intellexerũt sancti, sic vtique intelligẽda sunt. Exite inde, inquit Propheta. Priº vsitata ipsius verbi cõsuetudine assero istã sententiã, & postea ostendo nõ meã. Plerunque accusantur homines: & cùm accusati fuerint, defendunt se. Cùm autẽ se ille qui accusatur homo rationabiliter iustẽque defenderit, qui audiũt, dicũt, Exit inde. Quò inde exiit? Manens loco, exiit inde. Quomodo inde exiit? Ratione reddita, & defensione iustissima. Hoc est quod faciebant sancti, quando excutiebãt puluerẽ de pedibus suis aduersus eos, qui sibi pacem nunciatam non accipiebant. Exiit inde ille speculator, cui dictũ est, Speculatorẽ posui te domº Israël: illi enim dicitur, Si dixeris iniquo vt auertat se, & nõ se auerterit ab iniquitate sua, iniquus ille in sua iniquitate morietur, & tu animã tuã liberabis. Hoc si facit, exit inde, nõ separatione corporis, sed defensione operis sui. Fecit enim iste quod faciendũ fuit: etiã si ille non obtemperauit, cui obtẽperandum fuit. Hoc est, exite inde. Clamauit ista Moyses, clamauit Esaias, clamauit Hieremias, clamauit Ezechiel. VIDEAMVS si hoc ipsi fecerunt, si dimiserunt populum Dei, & se ad gẽtes alias transtulerunt. Quàm multa & quàm vehementer Hieremias increpauit in peccatores & sceleratos populi sui. Inter eos tamen erat, vnũ cum illis tẽplũ intrabat, eadem sacramenta cẽlebrabat: In ea hominũ sceleratorũ congregatione viuebat, sed clamando exibat inde. Hoc est, exire inde: hoc est, immundũ nõ tãgere, & voluntate nõ cõsentire, & ore nõ parcere. Quid dicã de Hieremia, de Esaia, de Daniel, de Ezechiel, de cęteris Prophetis, qui nõ recesserũt à populo malo, ne desererẽt bonos illi populo cõmixtos, vbi & ipsi tales esse potuerũt? Moyses ipse, fratres, cùm acciperet legẽ in mõte, populus deorsum idolũ fecit. Populus Dei, populus ductus cedentibus fluctibus rubri maris, qui sequentes inimicos obruerant, post tãta signa & miracula in Ægyptiorũ plagis ad mortem, & in sua protectione ad salutẽ, tamen idolũ popofecit, idolũ extorsit, idolum fecit, idolum adorauit, idolo sacrificauit. Indicat Deus famulo suo populi factũ, & dicit eos se perditurũ à facie sua. Intercedit Moyses ad ipsum populũ rediturus, & habuit occasionẽ recedendi & excundi ab eis, sicut isti intelligunt, ne immundũ tangeret, ne cũ talibus viueret. Nõ fecit tamẽ. Et ne fortè hoc necessitate potius quã charitate fecisse videretur, obtulit illi Deus aliũ populũ: Facio te, inquit, in gentẽ magnã, vt illos deleret. At ille nõ accepit, cohæret peccatoribus, petit pro peccatoribus. Et quomodo petit? Magna probatio dilectionis, fratres. Quomodo petit? Videtcillã, de qua sæpe locuti sumus, maternã quodammodo charitatẽ. Cùm Deus minaretur sacrilego populo, pia Moysi viscera tremuerunt, oppositit se pro illis iracundiæ Dei. Domine, inquit, si dimittis eis peccatũ, dimitte: sin autẽ, dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Quàm paternis maternisque visceribus, quã securus hoc dixerit, attẽdens iustitiã & misericordiam Dei: vt quia iustus est, nõ perderet iustũ, quia misericors est, ignosceret peccatoribus. CERTE iã manifestum est prudentiæ vestræ, quomodo accipiẽda sint omnia talia testimonia Scripturarũ; vt quãdo Scriptura sonat, recedere nos debere à malis, nõ aliud intelligere iubeamur, nisi vt corde recedamus, ne maius malũ in separatione bonorũ cõmittamus, quàm in malorũ coniunctione fugiamº, sicut ipsi Donatistę fecerunt. Qui si verè boni & malos arguerẽt, ac non potius ipsi mali bonos infamarẽt, quaeslibẽt pro pace tolerarent qui Maximinianistas receperũt tanquã integros, quos tãquã perditos antea damnauerũt. Certè manifestè dixit Propheta, Recedite & exite inde, & immundũ ne tetigeritis. Ego vt intelligam quod dixit, attendo quod fecit. Facto suo mihi exponit dictum suum. Dixit, Recedite. Quibus dixit? Vtique iustis. A quibus vt recederent, dixit? Vtique à peccatoribus & iniquis. Quæro, à talibus vtrum ipse recesserit? Inuenio quòd non recesserit. Ergo aliter intellexit: Nam vtique prior faceret quod præcepit. Recessit corde, obiurgauit atque arguit. Continendo se à consensu non tetigit immundum: Obiurgando autem exiit liber in conspectu Dei: cui neque sua Deus peccata imputat, quia non fecit; neque aliena, quia non approbauit; neque negligentiam, quia non tacuit; neque superbiam, quia in vnitate permansit. Sic ergo, fratres mei, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore seculi prægrauantur, auaros, periuros, adulteros, spectatores nugarum, consultores mathematicorum, fanaticorum, augurum, auspicum, ebriosos, luxuriosos, quicquid inter vos malorum esse nostis: quãtũ potestis, improbate, vt corde recedatis: & redarguite, vt exeatis inde: & nolite consentire, vt immundum non tangatis.

Esaiæ 52. Beda 2. Cor. 6. al. correctionem. Lucę 10. Ezech. 3.

CAPVT XXI.

Exod. 32. Ibidem.

SER-

SERMO XIX. *Erit in appendice sermo* III.

SERMO XX. *Erit in appendice sermo* IIII.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, De die illo & hora nemo scit, neque angeli cælorum, &c.

Matth. 24

SERMO D. AVGVST. XXI.

POSSIDIVS inter sermones notat, De nouissimo die.

CAP. I.

FRATRES, quod audistis modò, monentem Scripturã atque dicentẽ, vt propter diẽ nouissimũ vigilemus, vnusquisque de nouissimo suo die cogitet: ne fortè cũ senseritis vel putaueritis longè esse nouissimũ seculi diem, dormitetis ad nouissimũ vestrũ diem. De die nouissimo seculi huius audistis quid dixerit: *Quia nesciunt eum neque angeli cælorum, neque filius, nisi pater.*] Vbi quidẽ magna quæstio est, ne carnaliter sapientes putemus aliquid patrẽ scire quod nesciat filius. Nam vtique cùm dixit, Pater scit: ideo hoc dixit, quia in patre & filius scit. Quid enim est in die, quod non in verbo factũ sit, per quod factus est dies? Nemo ergo quærat nouissimũ diẽ, quãdo futurus sit: sed vigilemus omnes bene viuendo, ne nouissima dies cuiuscunque nostrũ nos inueniat Imparatos, & qualis quisque hinc exierit suo nouissimo die, talis inueniatur in nouissimo seculi die. Nihil te adiuuabit quod hic non feceris. Vnũquenque opera sua iuuabũt, aut opera sua pressura sunt. ET quomodo in Psalmo cantauimus Domino, Misereri mei Domine, quoniam cõculcauit me homo? Homo dicitur, qui secundũ hominẽ viuit. Denique illis qui secundum Deũ viuũt, dicitur: Dij estis, & filij excelsi omnes. Reprobis autem qui vocati sunt, vt essent filij Dei, & esse potius voluerũt homines, id est, secundũ hominẽ viuere: Vos autem, inquit, sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Etenim quòd mortalis est homo, ad disciplinã illi debet valere, nõ ad iactantiã. Vnde se iactat vermis crastino moriturus? Dico charitati vestræ, fratres, de diabolo debent erubescere mortales superbi. Ille enim & si superbus, tamen immortalis est: spiritus est, & si malignus. Illi dies nouissimus pœnalis seruatur in finẽ: tamẽ mortem quam nos patimur, ille nõ patitur. Audiuit autem homo, morte morieris. Vtatur bene pœna sua. Quid est quod dixi, Vtatur bene pœna sua. Non inde eat ad superbiã vnde accepit pœnã, agnoscat se mortalem, & frangat elationem: audiat sibi dici: Quid superbit terra & cinis? Etiam si superbit diabolus, nõ est terra & cinis. Ideo dictũ est, Vos autẽ vt homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Nõ attẽditis, quia mortales estis, & sicut diabolº seperbi estis. Vtatur ergo homo pœna sua, fratres: & bene vtatur malo suo, vt proficiat bono suo. Quis nescit, quia pœna est, necesse esse vt moriamur: & quod est grauius, quando nescimus? Pœna certa est, hora incerta: & ista pœna sola certi sumus in rebus humanis. Cætera nostra & bona & mala incerta sunt: sola mors certa est. Quid est quod dico? CONCEPTVS est puer, fortè nascitur, fortè aborsum facit. Ita incertum est: Fortè crescit, fortè nõ crescit. Fortè senescit, fortè non senescit. Fortè diues erit, fortè pauper. Fortè honoratus, fortè humiliatº. Fortè habebit filios, fortè nõ habebit. Fortè ducet vxorẽ, fortè nõ ducet. Quicquid aliud nominaueris in bonis: respice & ad mala. Fortè ęgrotat, fortè non ægrotat. Fortè à serpente percutitur, fortè non percutitur. Fortè à bestia deuoratur, fortè non deuoratur. Et respice omnia mala, vbicunque, fortè erit, fortè non erit. Nunquid potes dicere: Fortè moritur, fortè non moritur? Quomodo medici quando inspexerint valetudinem, & mortiferã esse cognouerint, hoc pronunciant: Moritur, inde non cuadit. Ex quo nascitur homo, dicendũ est, Nõ cuadit. Quando natus est, ægotare cœpit. Quando mortuus fuerit, finit quidem ægritudinẽ: sed nescit vtrũ pergat in peiorẽ. Finierat diues ille ęgritudinẽ deliciosam, venit ad tortuosam. Pauper verò ille finiit ægritudinẽ, & peruenit ad sanitatẽ. Sed quod postea haberet hîc elegit: & quod ibi messuit, hîc seminauit. Ideo cùm viuimus, vigilare debemus, & eligere debemus quod in futuro teneamº.

Matth. 24. Genes. 2. Eccleso. Psal. 81. Psal. 55. Psal. 81.

CAP. II. Psal. 55.

CAPVT IIII.

Lucæ 16.

MVNDVM non amemus. Premit amatores suos, nõ eos ad bonum adducit. Laborandũ est in eo potius ne capiat, quàm timendũ ne cadat. Ecce cadit mũdus, stat Christianus: quia non cadit Christus. Nã quare dicit Dominus, Gaudete, quia ego vici mundũ? Respondeamus ei, si placet: Gaude, sed tu. Si tu vicisti, tu gaude. Quare nos? quare nobis dicit, Gaudete: nisi quia nobis vicit, nobis pugnauit? Vbi enim pugnauit? Quia hominẽ suscepit. Tolle quòd de virgine natº, tolle quòd semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Tolle hoc, vbi luctamen? vbi certamen? vbi tentatio? vbi victoria quã nõ præcessit pugna? In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deº erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nunquid hoc verbũ Iudæus crucifigeret? Nunquid huic verbo impius insultaret? Nũquid hoc verbũ colaphis cæderetur? Nũnquid hoc verbũ spinis coronaretur? Vt autẽ ista pateretur, verbũ caro factũ est: & ista passus resurgendo vicit. Ergo nobis vicit quibus securitatẽ resurrectionis ostendit. Dicis ergo Deo, Miserere mei Domine, quoniam conculcauit me homo. Tu te noli conculcare, & non te vincit homo. Ecce enim homo potens terret te. Vnde te terret? Spolio, damno, torqueo, occido: & clamas tu, Miserere mei Domine, quoniam conculcauit me homo. Si verũ dicis, teipsum attendis: quia times minas hominis, mortuus te conculcat. Et quia non timeres, nisi esses homo, conculcat te homo. Quod est ergo remediũ, ô homo? Hære Deo, à quo factus es homo: illi adhære, in ipso præsume, ipsum inuoca, virtus tua ipse sit. Dic illi, In te Domine virtus mea. & à cõminationibus hominũ cantabis; & quod postea cantes, ipse Dominus dicit, In Deo sperabo: nõ timebo quid faciat mihi homo.

Psal. 55. Ibidem.

SERMO XXII.

OMITTITVR, quia fuit quæstio 59. in libro 83. quæstionum, tom. 4.

De decem virginibus: in Euangelio secundum eundem.

SERMO D. AVGVST. XXIII.

CAPVT I.

ESTERNO die qui affuistis, promissionem nostram tenetis: quæ hodie non solis vobis, sed pluribus etiam qui conuenerunt, Domino adiuuante, reddenda est. Quæ sint decem virgines, quarum sint quinque prudentes, & quinque stultæ, non facilè indagari potest. Verũtamẽ secundum ea quæ continet ipsa lectio, quam charitati vestræ etiam hodie volui recitari, quantum mihi Dominus intellectum donare dignatur, non mihi videtur ista parabola vel similitudo ad eas solas pertinere quæ propria & excellentiori sanctitate virgines in Ecclesia nominantur, quas etiã visitatore vocabulo Sanctimoniales appellare consueuimus: sed, nisi fallor, hæc similitudo ad vniuersam Ecclesiam pertinet. Quamuis etsi illas solas intelligeremus quæ Sanctimoniales

Matth. 25. Sanctimoniales, quas in Psal. 71. & castimoniales appellat.

moniales vocantur, nunquid decem sunt? Absit, vt tãta virginum multitudo ad tam exiguum numerũ reuocetur. Fortè autem dicat aliquis: Quid si multę sunt nomine, & tam paucæ sunt in veritate, vtvix decem inueniantur? Non ita est. Nam si solas decẽ intelligi vellet bonas, non ibi ostenderet quinque fatuas. Si enim multæ sunt virgines quæ vocãtur, quare cõtra quinque ostia domus magnæ clauduntur?

CAPVT II. INTELLIGAMVS ergo, charissimi, ad omnes nos, id est, ad vniuersam omnino Ecclesiã istã pertinere parabolam, non ad solos prępositos, de quibus hesterno die locuti sum⁹: nec ad solas plebes, sed prorsus ad omnes. Quare ergo quinque, & quinque virgines? Quinque istæ & quinque virgines, omnes omnino sunt animæ Christianorum. Sed vt dicamus vobis, quod Deo inspirante sentimus, nõ qualescunque animæ, sed tales animæ quæ habent Catholicam fidẽ, & habere videntur bona opera in Ecclesia Dei: & tamen ex ipsis quinque sunt prudentes, & quinque fatuæ. Quare ergo appellatæ sunt quinque; & quare virgines, prius videam⁹: & deinde cætera consideremus. Omnis anima in corpore ideo quinario numero cẽsetur: quia quinque sensibus vtitur. Nihil est enim quod sentimus † ex corpore, nisi ianua quinq; partita, aut videndo, aut audiendo, aut odorando, aut gustando, aut tãgendo. Qui ergo se abstinet ab ilicito visu, ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gustatu, ab illicito tactu, propter ipsam integritatẽ, virginis nomẽ accepit. Sed si bonũ est, abstinere ab illicitis sentiẽdi motib⁹, & ideo vnaquæque anima Christiana virginis nomen accepit: quare quinque admittũtur, quinque autem repellũtur? Et virgines sunt, & repelluntur. Parum est, quia virgines sunt, & lãpades habẽt. Virgines propter abstinẽtia ab illicitis sensibus, lãpades habẽt propter opera bona. De quibus operibus Dominus dicit, Luceãt opera vestra corã hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrẽ vestrũ, qui in cælis est. Item discipulis dicit, Sint lũbi vestri accincti, & lucernę ardẽtes. In lũbis accinctis virginitas, in lucernis ardentibus opera bona.

al.in.

Matth.5.

Luc.12.

CAP. III. NON solet dici virginitas vtique in coniugatis: tamen etiã ibi est fidei virginitas, quę exhibet pudicitiam cõiugalem. Nã vt nouerit sanctitas vestra, non importunè secundũ animã & secundum integritatẽ fidei, qua etiam ab illicitis abstinetur, & bona opera fiunt, vnumquẽque vel vnãquãque animã virginẽ dici: tota Ecclesia quæ constat ex virginibus & pueris, & maritatis feminis, & vxoratis viris, vno nomine virgo est appellata. Vnde hoc probamus? Apostolũ audi dicentẽ, nõ solis Sanctimonialibus, sed vniuersæ prorsus Ecclesiæ: Desponsaui vos vni viro, virginẽ castã exhibere Christo. Et quia huius virginitatis corruptor, diabolus cauẽdus est, continuò ipse Apostolus cùm dixisset, Desponsaui vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo: adiũxit & ait, Timeo autem, ne sicut serpens Euam seduxit versutia sua, sic & vestri sensus corrũpantur à castitate quę est in Christo. In corpore virginitatẽ pauci habent: in corde omnes habere debẽt. Si ergo ab illicitis abstinẽtia bona est, vnde virginitas nomen accepit, & opera bona laudabilia sunt quę significãtur lãpadibus: quare quinque admittuntur, & quinque repellũtur? Si & virgo est, & lampades fert, & tamen nõ admittitur: vbi se videt qui nec virginitatẽ ab illicitis seruat, nec opera bona volens habere in tenebris ambulat? DE istis ergo, fratres mei, de istis potius disputemus. Qui nõ vult videre quod malum est, qui non vult audire quod malum est, ab illicitis sacrificiorum nidoribus auertit odoratum, ab illicitis sacrificiorum cibis auertit gustatum, fugit complexum alienæ, frangit panem esurienti, hospitem inducit in domum, vestit nudum, cõcordat litigiosum, visitat ægrotum, sepelit mortuum: ecce virgo, ecce habet lampades. Quid quærimus amplius? Adhuc quæro. Quid adhuc quæris, inquit? Adhuc quæro: intentum me fecit Euãgelium sanctũ. Etiã ipsas virgines & ferentes lampades, alias dixit prudentes, alias stultas. Vnde intuemur? vnde discernim⁹? De oleo. Aliquid magnũ significat oleũ, & valde magnũ. Putas non charitas est? Quærendo dicimus, nõ sententiã præcipitamus. Vnde mihi videatur oleum charitatẽ significare, dicã vobis. Apostolus dicit, Adhuc supereminentiorẽ vobis viã demõstro. Supereminentiorẽ viã quam demonstrat? Si linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatem autẽ non habeã, factus sum ęramẽtũ sonans, aut cymbalum tinniens. Ipsa est supereminens via: id est, charitas, quæ meritò oleo significatur. Omnibus enim humoribus oleũ supereminet. Mitte aquam, & superinfunde oleũ, oleũ supereminet. Mitte oleum, superinfunde aquam, oleũ supereminet. Si ordinem seruaueris, vincit: si ordinem mutaueris, vincit. Charitas nunquã cadit. QVID ergo, fratres? Iam disceptemus de quinque virginibus prudẽtibus, & quinque fatuis. Voluerunt obuiam ire sponso. Quid est, ire obuiã sponso? Corde ire, expectare eius aduẽtum. Sed ille tardabat. Dum tardat ille, dormierũt omnes. Quid est omnes? Et fatuæ & sapientes, obdormitauerũt omnes, & dormiuerunt. Putamus, bonus est somnus iste? Quid est somnus iste? Ne fortè tardante sponso, quoniam abundat iniquitas, refrigescit charitas multorũ. Siccine intellecturi sumus istum somnum? Non mihi placet: dico quare, quia sunt ibi prudentes: & vtique quãdo dixit Dominus, Quoniam abundauit iniquitas refrigescit charitas multorũ, subiecit & ait: Qui autem perseueraueritvsque in finem, hic saluus erit. Vbi vultis esse istas prudentes? Nónne in his qui perseuerauerunt vsque in finẽ? Non ob aliud, fratres, non ob aliud prorsus admitterentur intrò, nisi quia perseuerauerunt vsque in finem. Non ergo eis obrepsit frigus charitatis, non in eis refriguit charitas; sed feruet vsque in finẽ. Quia feruet vsque in finem, ideo sponsi ianuæ patuerunt: ideo eis dictũ est vt intrarent, sicut illi optimo seruo, Intra in gaudiũ Domini tui. Quid est ergo, Dormitauerunt omnes? Est enim alius somnus, quẽ nemo euadit. Non recordamini Apostolum dicentem, De dormientibus autẽ nolo vos ignorare, fratres: id est, de his qui mortui sunt? Quare enim dormientes vocãtur, nisi quia suo die resuscitantur? Ergo dormiunt omnes. Putas, quia prudens est, ideo non habet mori? Fatua sit virgo, prudens sit virgo, somnum mortis omnes patiũtur. ALIQVANDO autem dicunt sibi homines, Ecce iam dies iudicij venit, tanta mala fiunt, tantæ tribulationes crebrescunt: ecce omnia quæ Prophetæ dixerunt, penè completa sunt: iam dies iudicij instat. Qui hoc dicunt, & fideliter dicunt, tanquam obuiam eunt sponso cogitationibus talibus. Sed ecce bellum super bellum, tribulatio super tribulationem, terræmotus super terræmotum, fames super famem, gens super gentem, & nondum venit sponsus. Cùm ergo expectatur, vt veniat, dormiunt omnes illi qui dicunt, Ecce venit dies iudicij: ecce hic nos inuenit. Cùm dicit, dormit, ergo obseruet ad somnum suum, & perseueret in charitate vsque ad somnum suum, expectantem illum inueniat somnus. Puta enim quia dormit. Nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat? Dormierunt ergo omnes: & de illis prudentibus, & de illis fatuis dictum est, Dormierunt. Ecce media nocte clamor factus est. Quid est, Media nocte? Quando non speratur, quando omnino nõ creditur. Noctẽ posuit pro ignoratione: ne aliquis quasi computet sibi, & dicat, Ecce ab Adã tot anni transierũt, & ecce cõplentur sex milia annorũ: & cõtinuò quomodo quidam tractatores cõputauerunt, continuò veniet dies iudicij: & veniunt & transeunt cõputationes, & adhuc remoratur sponsi aduentus, & dormiũt virgines quæ obuiam ierant.

Matth.10 & 24.

Matth.25.

1.Thess.4.

Mortui, quare dormientes.

CAPVT V.

CAPVT VII. ECCE dum non speratur, dum dicitur sex milia annorum expectabantur, & ecce transierunt: vnde scimus iam quando veniet? Media nocte veniet. Quid est, Media nocte veniet? Dũ nescis, veniet. Quare dũ nescis, veniet? Ipsum Dominũ audi: Non est vestrũm scire tẽpora, quæ pater posuit in sua potestate. Dies Domini, ait Apostolus, tanquã fur in nocte, ita veniet. Ergo vigila nocte, ne furẽ patiaris. Nam somnus mortis, velis nolis, veniet: Sed cùm fact⁹ fuerit clamor media nocte. Quis est iste clamor, nisi de quo Apostol⁹ dicit, In ictu oculi in nouissima tuba? Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Deniq; clamore facto media nocte, quo clamabitur, Ecce sponsus venit, quid sequitur? Surrexerũt omnes. Quid est, Surrexerunt omnes? Veniet hora, dixit ipse Dominus, quãdo omnes qui sunt in monumentis, audiẽt vocem eius, & procedẽt. Ergo ad nouissimã tubã surgent omnes. Prudẽtes autẽ illæ tulerũt oleum secũ in vasis suis: stultæ verò illæ non tulerunt oleũ secum. Quid est, Non tulerunt oleum secũ in vasis suis? Quid est, in vasis suis? In cordibus suis. Vnde dicit Apostolus, Gloria nostra hæc est, testimoniũ cõsciẽtiæ nostræ. Ibi oleũ, magnũ oleũ. De dono Dei est hoc oleum. Denique homines oleũ mittere intrò possunt, oliuã creare non possunt. Ecce habeo oleũ: nũquid tu creasti oleũ? De Dei dono est. Habes oleum, porta tecum. Quid est, Porta tecum? Intus habe, ibi place Deo.

Act.1. 1.Thess.5.

1.Cor.15.

Ioan.5.

2.Cor.1.

CAPVT VIII. ETENIM ecce istæ virgines stultæ, quæ non portauerunt oleum secũ, abstinentia sua qua virgines appellantur, & bonis operibus suis, quãdo lãpades ferre videntur, hominibus volunt placere. Et si hominibus volunt placere, & ideo omnia ista laudabilia faciunt oleũ secũ nõ portãt. Tu ergo tecum porta, intus porta. Vbi videt Deus, ibi porta testimoniũ cõsciẽtiæ tuę. Qui autẽ ambulat ad testimoniũ alienũ, oleũ nõ portat secum. Si ideo abstines ab illicitis, & facis bona opera, vt ab hominibus lauderis: non est intus oleũ. Denique cum cœperint homines nõ laudare, deficiũt lãpades. Intendat itaque charitas vestra: Antequam dormirent illæ virgines, non est dictũ, quia extinguebantur lampades illarum. Sapiẽtium verò lampades ardebant de oleo æterno, de conscientiæ securitate, de interiore gloria, de intima charitate. Ardebant tamẽ & illarum fatuarum. Quare tunc ardebant? Quia nõ deerant laudes hominum. Postea verò quàm surrexerũt, id est, in resurrectione à mortuis, cœperunt aptare lãpades suas; id est, parare Deo operum suorum reddere rationem. Et quia tunc nemo est qui laudet, omnis homo causæ suæ vacat; nemo est tunc qui non de se cogitet: non ergo erant qui oleum venderent; cœperunt deficere lampades, & conuerterũt se fatuæ ad quinque prudentes: Date nobis, inquiunt, de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur. Hoc quærebant quod consueuerant: id est, alieno oleo lucere, ad alienas laudes ambulare. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur. At illæ, Ne fortè, inquiunt, non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Non consulentium, sed irridentium est ista responsio. Quare irridentium? Quia sapientes erant, quia sapientia erat in illis. Non enim sapientes de suo erant: sed illa in illis erat sapientia, de qua scriptum est in quodam libro, quę dicit cõtemptoribus suis, cùm venerint ad mala, quæ illis minata est: Et ego vestrę perditioni superridebo. Quid mirũ est, quia sapientes irident fatuas? Quid est irridere?

Prouer.1.

CAPVT IX. ITE ad vendentes, & emite vobis: quæ non solebatis bene viuere, nisi quia vos homines laudabãt, quia vobis oleum vendebant. Quid est, Oleũ vẽdebant? Laudes vendebant. Qui vendũt laudes, nisi adulatores? Quãto magis nõ acquiescẽtis adulatoribus, & intus oleũ portarẽtis, & propter bonã cõscientiã omnia bona opera faceretis: tunc diceretis, Emẽdabit me iustus in misericordia, & arguet me: oleũ autem peccatoris non impinguabit caput meum. Melius, inquit, emendet me iustus, arguat me iustus, colaphizet me iustus, corrigat me iustus: quàm impinguet caput meũ oleũ peccatoris. Quid est oleum peccatoris, nisi blandimẽta adulatoris? Ite ergo ad vendẽtes, & emite vobis: hoc facere consueuistis. Nos autem nõ vobis damus. Quare? Ne fortè non sufficiat nobis & vobis. Quid est, Nõ sufficiat? Non desperatione dictũ est, sed sobria & pia humilitate. Quamuis enim bonus habeat bonam cõscientiã, vnde scit, quemadmodum iudicet ille qui à nemine fallitur? Habet bonam conscientiam, nõ † illi ritillant crimina in corde cõcepta, sed propter quotidiana quædam vitæ humanæ peccata, licet bona conscientia sit, tamen dicit Deo, Dimitte nobis debita nostra: quia fecit quod sequitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Fregit panem esurienti ex corde, vestiuit nudũ ex corde: de oleo interiore fecit opera bona, & tamen in illo iudicio trepidat ipsa bona conscientia. Vide quid est, Date nobis oleum. Audierunt, Ite potius ad vendentes. Quia laudibus humanis bene viuere consueuistis, vobiscũ oleum non portatis: nõ autem nos damus, ne fortè non sufficiat nobis & vobis. Vix enim de nobis iudicamus, quanto minus de vobis possumus iudicare? Quid est, Vix de nobis iudicamus? Quia cùm rex iust⁹ sederit in throno, quis gloriabitur castum se cor habere? Fortè tu nõ inuenis aliquid in conscientia tua: & inuenit ille qui melius videt, cuius acies diuina penetrat altiora. Videt fortè aliquid, inuenit fortè aliquid: Quanto melius illi dicis, Ne intres in iudicium cum seruo tuo? Etiam quanto melius dicis, Dimitte nobis debita nostra? Quia & dicitur tibi propter illas faces, propter illas lampades: Esuriui, & dedistis mihi manducare. Quid ergo? Et illæ non illud fecerunt? Non fecerunt ante illũ. Sed quomodo fecerunt? Quomodo prohibet Dominus qui dixit, Cauete iustitiam vestram facere coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin non habebitis mercedem apud patrẽ vestrum, qui in cælis est. Et: Nolite similes esse hypocritis, quando oratis. Amant enim stare in plateis, & orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Emerunt oleum, pretium dederunt. Emerunt, non sunt fraudati laudibus humanis. Quæsierunt laudes humanas, habuerunt. Istæ laudes humanæ in die iudicij nõ eos adiuuant. Illæ autem quomodo fecerunt? Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Non ait, Vos. Non enim de tuo habes oleum. Iacta te, & dic, habeo. Sed ab eo. Quid enim habes, quod non accepisti? Ergo illæ sic fecerunt, illæ sic. Non est autem mirandum cùm eunt emere, cùm quærunt à quibus laudentur, & non inueniunt: cùm quærunt à quibus consolentur, & non inueniunt: aperta est ianua, venit sponsus & sponsa. Tunc glorificata est cum Christo Ecclesia, vt singula membra ad totum se colligant. Et intrauerunt cum † eo ad nuptias

Matth.6.

Pfal.140.

Matth.6.

Pfal.142.

Matth.6.

al.illo.

al.illo.

nuptias, & clausum est ostium. Et ille fatuæ postea venerunt: sed nunquid oleum emerũt, aut à quibus emerent inuenerunt? Ideo ianuas clausas inuenerunt: pulsare cœperunt, sed serò.

Cap. x. Matth. 7. Psal. 100. DICTVM est, verum est, nõ fallaciter dictũ est: Pulsate, & aperietur vobis. Sed modò quãdo tempus est misericordiæ, non quando tempus est iudicij. Non enim possunt confundi ista tempora, cùm misericordiam & iudicium Domino suo cãtet Ecclesia. Tẽpus est misericordiæ, age pœnitentiam. Tempore iudicij illam habes agere? Eris in virginibus illis, contra quas clausum est ostiũ. Domine, Domine, aperi nobis. Nunquid nõ pœnitentiam egerunt, quia secum oleum non portauerunt? Et quid illis profuit sera pœnitẽtia, quando eas irridebat vera sapientia? Clausum est ergo hostium. Et quid illis dictũ est? Non noui vos. Non illas nouit, qui omnia nouit? Quid ergo est, Non noui vos? Improbo vos, reprobo vos. In arte mea nõ vos agnosco, ars mea nescit vitia, & iudicat vitia. Nescit faciendo, iudicat arguendo. Sic ergo nõ noui vos. Ierunt, intrauerũt quinque prudentes. Quàm multi estis, fratres mei, in nomine Christi: sint in vobis quinque prudentes, sed nolite quinque homines. Sint in vobis quinque prudentes, ad istã prudentiã quinarij numeri pertinẽtes. Veniet enim hora, & quãdo nescimus, veniet. Media nocte veniet, vigilate. Sic clausit Euãgeliũ: Vigilate, quia nescitis diem neque horã. Si ergo dormituri sumus, quomodo vigilamus? Corde vigila, fide vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila: & quãdo corpore dormieris, veniet tẽpus vt surgas. Cùm autem surrexeris, præpara lampades. Tunc non extinguantur, tunc interiore conscientiæ oleo vegetentur: tunc spõsus ille incorporeis nexibus amplectatur, tunc te introducat in domum, vbi nunquam dormias, vbi nunquam possit tua lampas extingui. Hodie verò laboramus, & lampades nostræ inter ventos seculi huius tentationẽsq; fluctuant: sed ardeat in rubore flamma nostra, vt ventus tentationis augeat ignẽ potius, quàm extinguat.

al. robore.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SECVNDVM LVCAM.

Luc. 10. *De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Qui vos spernit, me spernit.*

SERMO D. AVGVST. XXIIII.

NESCIO an ad hunc sermonem, an verò ad sequentem, pertineat quod Possidius habet, Ex Euangelio vbi de diuite, qui induebatur purpura & bysso, scriptum est. In vtroque enim idem tractatur argumentum, quamuis prioris sermonis titulus editus non respondeat.

Cap. I. DOMINVS noster Iesus Christus quæ discipulis suis loquebatur illo tẽpore scribebantur, & nobis ad audiendum parabantur. Audiuimus ergo verba eius. Quid enim nobis prodesset, si videretur, & non audiretur? Nec modò aliquid obest, quia non videtur, & tamen auditur. Dicit ergo, *Qui vos spernit, me spernit.* Luc. 10.] Si solis Apostolis dixit, Qui vos spernit, me spernit; spernite nos. Si autem sermo eius peruenit ad nos, & vocauit nos, & in eorum loco constituit nos: videte ne spernatis nos, ne ad illum perueniat iniuria quam nobis feceritis. Si enim nos non timetis; illum timete qui dixit, Qui vos spernit, me spernit. Quid autem nos loquimur vobis, qui sperni

A nolumus à vobis, nisi vt de vestris bonis moribus gaudeamus? Periculorũ nostrorũ sint solatia, vestra bona opera. Viuite bene, ne moriamini malè. Nec in his verbis quæ dixi, Viuite bene, ne moriamini malè, attẽdatis eos qui fortè malè vixerũt, & in lectulis suis mortui sunt, & acta est põpa funeris eorũ, & positi sunt in pretiosis sarcophagis, in sepulchris pulcherrimè & operosissimè fabricatis. Et quia fortè dicit sibi vnusquisq; vestrũ. Sic vellẽ mori, putetis me rẽ vanã dicere voluisse: quoniã dixi velle me, vt bene viuatis, ne malè moriamini. CONTRA fortè occurrit aliquis, qui & bene vixit, & secundũ opinionẽ hominum malè est mortuus. Fortè à ruina est mortuus, à naufragio mortuus est, à bestiis mortuus est. Et dicit vnusquisq; carnalis in corde suo: Quid est bene viuere? Ecce ille sic vixit, & sic est mortuus. Redite ergo ad cor: & si fideles estis, inuenietis ibi Christum. Ipse vobis loquitur ibi. Ego enim

Vide Aug. de discipli na christiana, ca. 2. to. 6.

CAPVT II.

B clamo, ille verò in silentio plus docet. Ego loquor per sonum sermonis: ille intus loquitur per timorẽ cogitationis. Ergo ipse asserat in corde vestro verbũ meũ: quoniam dicere ausus sum, bene viuite, ne malè moriamini. Ecce quoniã fides est in cordibus vestris, & ipse est Christus, & ibi est, & ipse habet docere quod ipse cupio pesonare. Recordamini in Euãgelio diuitem illum, & pauperem illũ. Diuitem indutum purpura & bysso, & quotidianis epulis saginatum: pauperẽ verò illum iacẽtem, ante ianuam diuitis, esurientẽ, & de mẽsa eius micas requirentem, vlceribus plenũ, à canibus linctũ. Recordamini ergo. Vnde recordamini, nisi quia Christus ibi est in cordibus vestris? Dicite mihi quid ipsum intᵒ interrogaueritis, & respõderit vobis. Sequitur enim & dicit: Cõtigit mori inopem illum, & auferri ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuᵒ est autem & diues, & sepultus est in infernum. Cùm autem in tormentis esset, leuauit oculos suos, & vidit Lazarum requiescentem in

Luc. 16.

C sinu Abrahæ. Tunc clamauit, dicens: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat digitũ suũ in aqua, vt stillet in linguam meã, quia crucior in hac flamma. Superbus temporis, mendicus inferni. Pauper enim ille non perueniebat ad micam: ille verò non perueniebat ad guttam. De duobus ergo istis dicite mihi, quis est bene mortuus, & quis est malè mortuus? Nolite oculos interrogare, ad cor redite. Si enim oculos interrogaueritis, falsa vobis respondent. Multum enim splendida sunt, & seculariter fucata, quæ illi diuiti morienti exhiberi potuerunt. Quæ potuerunt agmina plangentium esse seruorũ & ancillarum? quæ pompa clientum? qui splendor funeris? quod pretium sepulturæ? Credo cum aromatibus obrutum. Quid ergo dicturi sumus, fratres, bene istum mortuum, an

D malè mortuum? Si oculos interrogatis, optimè mortuus est: si magistrum vestrum interiorem requiritis, pessimè mortuus est.

Si ergo sic moriuntur superbi rerum suarum cõseruatores, & nihil inde pauperibus largientes: quomodo moriuntur qui rapiunt res alienas? Verum ergo dixi, Viuite bene, ne malè moriamini, ne quomodo diues ille moriamini. Nõ probat malã mortẽ, nisi tẽpus post mortem. Ecõtrà attendite illum pauperem: sed nolite oculis, nam errabitis. Fides attendat, cor videat. Constituite illum ante oculos vestros iacentẽ in terra vlcerosum, venientes canes lingentes vlcera eius. Sed cùm talẽ illum reuocatis ante oculos vestros, continuò expuitis, faciem auertitis, nares obturatis. Cordis oculis videre. Mortuus est, & ablatus est ab angelis in sinum Abrahæ. Familia diuitis videbatur plangens: angeli non videbantur gaudentes. Quid ergo respondit diuiti Abraham? Memento fili, quia percepisti bona in vita

CAPVT III.

in vita tua. Nihil bonum putasti, nisi quod in ista vita habuisti. Accepisti bona; sed transierunt dies: & totum perdidisti, & torquendus in inferis remansisti.

CAPVT XIII. OPPORTVNVM ergo est, fratres, vt hęc vobis dicãtur. Attẽdite pauperes, siue iacentes, siue ambulãtes. Attẽdite pauperes, facite bona opera. Qui soletis, facite: & qui nõ soletis, facite. Crescat numerus bene operãtiũ: quoniã & crescit fideliũ numerus. Quod facitis, quãtũ bonũ sit nondũ videtis: quia & rusticanus quando seminat, segetẽ nõ videt, sed terræ credit. Tu Deo quare nõ credis? Veniet messis nostra. Puta quia modò laborãtes agimus, laborantes operamur recepturi, sicut

Psal. 125. scriptum est, Eũtes, ibãt & flebãt iactantes semina sua: venientes autem veniẽt cum exultatione portãtes manipulos suos.

Luc. 16. *De diuite & Lazaro, in Euangelio secundum eundem.*

SERMO XXV.

CAP. I. ADVERTIT sanctitas vestra charissimi, & mecum, vt arbitror, tota mentis intentione perspexit opulentiã diuitis, & indigẽtiã mẽdicantis: vnum cibis æstuantẽ, & aliũ fame deficientem. Ambo quidem homines, ambo carnales, ambo mortales: sed nõ ambo æquales. Natura vna, sed vita nõ vna. Nullus eorũ à cõditione mortis immunis: & tamẽ vnus epulatur splendidè, & alter in pannis & in ærumna sordescit. Ille delicatis escis adinuentione coquorũ gaudebat: iste, si caderẽt micæ de mensa eius, expectabat. Audiant nunc diuites, qui nolunt esse misericordes; audiant quia vna omnes nascimur lege, vna viuimus luce, vnũ spiramus aërẽ, vna quoque extinguimur morte: quæ si nõ intercederet, nec pauper ipse duraret. Hic vlcerosus & nudus iacẽs Lazarus, ad Abra-

C hæ sinum angelorum portatur manibus: Ecce diues refectus & splendidus tartareo carcere clauditur. Vbi est vestis illa byssina? Vbi vita abundans & affluens copiis multis? Nónne morte omnia transeunt tanquãvmbra?

1. Tim. 6. Nihil intulimus in hũ mũdũ, dicit Apostolus: sed nec quicquam auferre possumus. Nihil nobiscũ tollimus aut rapimus. Quòd si aliquid tolleremus, nónne viuos homines voraremus? Quę est ista auiditas concupiscẽtiæ, cùm ipsæ belluæ habeãt modũ? Tũc enim rapiunt, quando esũriunt: parcũt verò prædæ, cùm senserint satietatem. Inexplebilis est sola auaritia diuitũ. Sẽper rapit, & nunquam satiatur: nec Deum timet, nec hominem reuereturnon patri parcit, non matrẽ agnoscit:

Auaritia inexplebilis.

nec fratri obtemperat, nec amico fidẽ seruat: viduam opprimit, pupilli rem inuadit: liberos in seruitiũ reuocat, testamentũ falsum profert. Res mortui occupãtur: quasi non & ipsi qui hoc faciunt moriantur. Quæ est ergo ista animarum insania amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cælum? Sed quia nemo cogitat Deũ, ideo manet in morte iudiciũ. Meritò dictũ est diuiti, *quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.*] AVDIANT ista diuites, qui nolũt esse misericordes.

Luc. 16.

CAPVT IV.

Audiant irrogari supplicia eis qui nolunt erogare subsidia. Audiãt pauperem refrigerantem, audiant diuitẽ pœnis grauioribus æstuãtem. Pater Abraham, inquit, mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquã, & refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. At ille, *Memento*, inquit, *fili, quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.*] Pensantur pro diuitiis pœnæ, refrigerium pro paupertate, pro purpura flamma, refectio pro nuditate, vt salua sit æquitas stateræ, & non mentiatur modus illius mensuræ: In

A qua, inquit, mensi fueritis mensura, ita metietur de vobis. Ideo negatur in pœnis misericordia diuiti: quia ipse dum viueret, noluit misereri. Ideo rogans diues non exauditur in tormentis: quia rogantem pauperem nõ exaudiuit in terris. DIVES & pauper duo sibi sunt cõtraria: sed iterũ duo sibi sunt necessaria. Nullus indigeret, si inuicẽ se supportarent: & nemo laboraret, si se ambo iuuarent. Diues propter pauperem factus est, & pauper propter diuitẽ factus est. Pauperis est orare, & diuitis erogare; Dei est pro paruis magna pensare. De misericordia eius parua, magna nascitur copia. Fœcũdus est ager pauperũ, citò reddit dominantibus fructũ. Via cæli est pauper, per quãvenitur ad patrẽ. Incipe ergo erogare, si nõ vis errare. Patrimonij tui, quo es ligatus, cõpedem in hac vita resolue: vt liberè ad cælũ possis accedere. abiice abs te diuitiarum onera, abiice vincula voluntaria, abiice anxietates & tædia, quæ te

Matth. 7. CAP. 12.

B pluribus in annis inquietant. Da petenti, vt possis ipse accipere: tribue pauperi, si nõ vis flãmis exuri. Da in terra Christo, quod tibi reddat in cælo. Obliuiscere quod es, & attẽde quod futurus es. Pręsens vita fragilis est, & in mortem procliuis. Nemo potest stare: sed omnes cogimur trãsire. Nolẽtes imus, inuiti eximus, quia mali sumus. Si autem ante nos aliquid mitteremus, nõ ad inane hospitium veniremus. Quod enim pauperi damus, ante nos præmittimus; quod autem rapimus, hic totum dimittimus.

De Martha & Maria, in Euangelio secundum eundem. Luc. 10.

SERMO D. AVGVST. XXVI.

QVOD Possidius scribit De Euangelio vbi Domino Martha ministrauit, aut huc pertinet, aut ad subsequentem sermonem, aut ad vtrumque.

VERBA Domini nostri Iesu Christi, quęmodò ex Euãgelio recitata sunt, admonent nos, esse vnũ aliquid quò tendamus, quando in huius seculi multitudine laboramus. Tẽdimus autẽ adhuc peregrinantes, nondũ manẽtes; adhuc in via, nõdũ in patria; adhuc desiderãdo, nõdũ fruẽdo. Tamẽ tẽdamus, & sine pigritia & sine intermissione tẽdamus: vt aliquãdo peruenire valeamᵒ: Martha & Maria duæ sorores erãt, ambæ nõ solũ carne, sed etiam religione germanæ, ambæ Domino cohæserunt, ambæ Domino in carne præsenti concorditer seruierũt. Suscepit eũ Martha, sicut solẽt suscipi peregrini. Sed tamẽ suscepit famula Dominũ, ęgra Saluatorẽ, creatura creatorẽ. Suscepit autẽ spiritu pascẽda, in carne pascendũ.

CAP. I.

D Voluit enim Dominᵒ formã seruũ accipere, & accepta forma serui in illa pasci à seruis, dignatione, nõ conditione. Nã & ista dignatio fuit, se præbere pascẽdũ. Habebat carnẽ, in qua esuriret quidẽ, & sitiret: sed nescitis quia in eremo esuriẽti angeli ministrabãt? Ergo quod pasci voluit, pascẽti præstitit. Quid autẽ mirũ, si & de sancto Helia præstitit viduæ, quẽ priᵒ corũo ministrãte pascebat? Nũquid pascendo defecerat, quãdo ad viduã mittebat? Ne quaquã. Nõ pascẽdo defecerat, quãdo ad viduã mittebat: sed religiosã viduã per obsequiũ exhibitũ seruo suo benedicere disponebat. Si ergo susceptus est Dñs, tanquã hospes, qui in sua propria venit, & sui eũ nõ receperũt: sed quotquot receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri: adoptans seruos, & fratres faciẽs: redimẽs captiuos, & faciẽs cohæredes. Ne quis tamen vestrum forsitan dicat, O beati qui Christum suscipere in domum propriam meruerunt! Noli dolere, noli murmurare, quia temporibus natus es, quãdo

Matth. 4. 3. Reg. 17. Ioan. 1.

nuptias,& clausum est ostium. Et ille fatuæ postea venerunt: sed nunquid oleum emerũt, aut à quibus emerent inuenerunt? Ideo ianuas clausas inuenerunt: pulsare cœperunt, sed serò.

Cap. x. Matth. 7. Psal. 100. DICTVM est, verum est, nõ fallaciter dictũ est: Pulsate, & aperietur vobis. Sed modò quãdo tempus est misericordiæ, non quando tempus est iudicij. Non enim possunt confundi ista tempora, cùm misericordiam & iudicium Domino suo cãtet Ecclesia. Tẽpus est misericordiæ, age pœnitentiam. Tempore iudicij illam habes agere? Eris in virginibus illis, contra quas clausum est ostiũ. Domine, Domine, aperi nobis. Nunquid nõ pœnitentiam egerunt, quia secum oleum non portauerunt? Et quid illis profuit sera pœnitẽtia, quando eas irridebat vera sapientia? Clausum est ergo hostium. Et quid illis dictũ est? Non noui vos. Non illas nouit, qui omnia nouit? Quid ergo est, Non noui vos? Improbo vos, reprobo vos. In arte mea nõ vos agnosco, ars mea B nescit vitia, & iudicat vitia. Nescit faciendo, iudicat arguendo. Sic ergo nõ noui vos. Ierunt, intrauerũt quinque prudentes. Quàm multi estis, fratres mei, in nomine Christi: sint in vobis quinque prudentes, sed nolite quinque homines. Sint in vobis quinque prudentes, ad istã prudentiã quinarij numeri pertinẽtes. Veniet enim hora, & quãdo nescimus, veniet. Media nocte veniet, vigilate. Sic clausit Euãgeliũ: Vigilate, quia nescitis diem neque horã. Si ergo dormituri sumus, quomodo vigilamus? Corde vigila, fide vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila: & quãdo corpore dormieris, veniet tẽpus vt surgas. Cùm autem surrexeris, præpara lampades. Tunc non extinguantur, tunc interiore conscientiæ oleo vegetentur: tunc spõsus ille incorporeis nexibus amplectatur, tunc te introducat in domum, vbi nunquam dormias, vbi nunquam possit tua lampas extingui. Hodie verò laboramus, & lampa- C
al. robore. des nostræ inter ventos seculi huius tentationẽsq; fluctuant: sed ardeat in rubore flamma nostra, vt ventus tentationis augeat ignẽ potius, quàm extinguat.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SECVNDVM LVCAM.

Luc. 10. *De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Qui vos spernit, me spernit.*

SERMO D. AVGVST. XXIIII.

NESCIO an ad hunc sermonem, an verò ad sequentem, pertineat quod Posidius habet, Ex Euangelio vbi de diuite, qui induebatur purpura & bysso, scriptum est. In vtroque enim idem tractatur argumentum, quamuis prioris sermonis titulus editus non respondeat.

Cap. i. DOMINVS noster Iesus Christus quæ discipulis suis loquebatur illo tẽpore scribebantur, & nobis ad audiendum parabantur. Audiuimus ergo verba eius. Quid enim nobis prodesset, si videretur, & non audiretur? Nec modò aliquid obest, quia non videtur, & tamen auditur. Dicit ergo, *Qui vos*
Luc. 10. *spernit, me spernit.*] Si solis Apostolis dixit, Qui vos spernit, me spernit; spernite nos. Si autem sermo eius peruenit ad nos, & vocauit nos, & in eorum loco constituit nos: videte ne spernatis nos, ne ad illum peueniat iniuria quam nobis feceritis. Si enim nos non timetis; illum timete qui dixit, Qui vos spernit, me spernit. Quid autem nos loquimur vobis, qui sperni A nolumus à vobis, nisi vt de vestris bonis moribus gaudeamus? Periculorũ nostrorũ sint solatia, vestra bona opera. Viuite bene, ne moriamini malè. Nec in his verbis quæ dixi, Viuite bene, ne moriamini malè, attẽdatis eos qui fortè malè vixerũt, & in lectulis suis mortui sunt, & acta est põpa funeris eorũ, & positi sunt in pretiosis sarcophagis, in sepulchris pulchertimè & operosissimè fabricatis. Et quia fortè dicit sibi vnusquisq; vestrũ. Sic vellẽ mori, putetis me rẽ vanã dicere voluisse: quoniã dixi velle me, vt bene viuatis, ne malè moriamini. CONTRA fortè occurrit aliquis, qui & bene vixit, & secundũ opinionẽ hominum malè est mortuus. Fortè à ruina est mortuus, à naufragio mortuus est, à bestiis mortuus est. Et dicit vnusquisq; carnalis in corde suo: Quid est bene viuere? Ecce ille sic vixit, & sic est mortuus. Redite ergo ad cor: & si fideles estis, inuenietis ibi Christum. Ipse vobis loquitur ibi. Ego enim clamo, ille verò in silentio plus docet. Ego loquor per sonum sermonis: ille intus loquitur per timorẽ cogitationis. Ergo ipse asserat in corde vestro verbũ meũ: quoniam dicere ausus sum, bene viuite, ne malè moriamini. Ecce quoniã fides est in cordibus vestris, & ipse est Christus, & ibi est, & ipse habet docere quod ipse cupio
Luc. 16. pesonare. Recordamini in Euãgelio diuitem illum, & pauperem illũ. Diuitem indutum purpura & bysso, & quotidianis epulis saginatum: pauperẽ verò illum iacẽtem, ante ianuam diuitis, esurientẽ, & de mẽsa eius micas requirentem, vlceribus plenũ, à canibus linctũ. Recordamini ergo. Vnde recordamini, nisi quia Christus ibi est in cordibus vestris? Dicite mihi quid ipsum int interrogaueritis, & respõderit vobis. Sequitur enim & dicit: Cõtigit mori inopem illum, & auferri ab angelis in sinum Abrahæ. Mortu est autem & diues, & sepultus est in infernum. Cùm autem in tormentis esset, leuauit oculos suos, & vidit Lazarum requiescentem in sinu Abrahæ. Tunc clamauit, dicens; Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat digitũ suũ in aqua, vt stillet in linguam meã, quia crucior in hac flamma. Superbus temporis, mendicus inferni. Pauper enim ille non perueniebat ad micam: ille verò non perueniebat ad guttam. De duobus ergo istis dicite mihi, quis est bene mortuus, & quis est malè mortuus? Nolite oculos interrogare, ad cor redite. Si enim oculos interrogaueritis, falsã vobis respondent. Multum enim splendida sunt, & secularitẽr fucata, quæ illi diuiti morienti exhiberi potuerunt. Quæ potuerunt agmina plangentium esse seruorũ & ancillarum? quæ pompa clientum? qui splendor funeris? quod pretium sepulturæ? Credo eum aromatibus obrutum. Quid ergo dicturi sumus, fratres, bene istum mortuum, an D malè mortuum? Si oculos interrogatis, optimè mortuus est: si magistrum vestrum interiorem requiritis, pessimè mortuus est.

Si ergo sic moriuntur superbi rerum suarum cõseruatores, & nihil inde pauperibus largientes: quomodo Capvt iii. moriuntur qui rapiunt res alienas? Verum ergo dixi, Viuite bene, ne malè moriamini, ne quomodo diues ille moriamini. Nõ probat malã mortẽ, nisi tẽpus post mortem. Ecõtrà attendite illum pauperem: sed nolite oculis, nam errabitis. Fides attendat, cor videat. Constituite illum ante oculos vestros iacentẽ in terra vlcerosum, venientes canes lingentes vlcera eius. Sed cùm talẽ illum reuocatis ante oculos vestros, continuò expuitis, faciem auertitis, nares obturatis. Cordis oculis videte. Mortuus est, & ablatus est ab angelis in sinum Abrahæ. Familia diuitis videbatur plangens: angeli non videbantur gaudentes. Quid ergo respondit diuiti Abraham? Memento fili, quia percepisti bona in vita

Vide Aug. de discipl. na christia na. ca. 2. to. 6.

Capvt vii.

in vita tua. Nihil bonum putasti, nisi quod in ista vita A habuisti. Accepisti bona; sed transierunt dies: & totum perdidisti, & torquendus in inferis remansisti.

Capvt xii i. OPPORTVNVM ergo est, fratres, vt hęc vobis dicãtur. Attẽdite pauperes, siue iacentes, siue ambulãtes. Attẽdite pauperes, facite bona opera. Qui soletis, facite: & qui nõ soletis, facite. Crescat numerus bene operãtiũ: quoniã & crescit fideliũ numerus. Quod facitis, quãtũ bonũ sit nondũ videtis: quia & rusticanus quando seminat, segetẽ nõ videt, sed terræ credit. Tu Deo quare nõ credis? Veniet messis nostra. Puta quia modò laborãtes agimus, laborantes operamur recepturi, sicut
Psal. 125. scriptum est, Eũtes, ibãt & flebãt iactantes semina sua: venientes autem veniẽt cum exultatione portãtes manipulos suos.

Luc. 16. *De diuite & Lazaro, in Euangelio secundum eundem.*

SERMO XXV.

Cap. i. ADVERTIT sanctitas vestra charissimi, & mecum, vt arbitror, tota mentis intentione perspexit opulentiã diuitis, & indigẽtiã mẽdicantis: vnum cibis æstuantẽ, & aliũ fame deficientem. Ambo quidem homines, ambo carnales, ambo mortales: sed nõ ambo æquales. Natura vna, sed vita nõ vna. Nullus eorũ à cõditione mortis immunis: & tamẽ vnus epulatur splendidè, & alter in pannis & in ærumna sordescit. Ille delicatis escis adinuentione coquorũ gaudebat: iste, si cadertẽt micæ de mensa eius, expectabat. Audiant nunc diuites, qui nolunt esse misericordes; audiant quia vna omnes nascimur lege, vna viuimus luce, vnũ spiramus aërẽ, vna quoque extinguimur morte: quæ si nõ intercederet, nec pauper ipse duraret. Hic vlcerosus & nudus iacẽs Lazarus, ad Abra- C hæ sinum angelorum portatur manibus: Ecce diues refectus & splendidus tartareo carcere clauditur. Vbi est vestis illa byssina? Vbi vita abundans & affluens copiis multis? Nónne morte omnia transeunt tanquãvmbra?
1. Tim. 6. Nihil intulimus in hũ mũdũ, dicit Apostolus: sed nec quicquam auferre possumus. Nihil nobiscũ tollimus aut rapimus. Quòd si aliquid tolleremus, nónne viuos homines voraremus? Quę est ista auiditas concupiscẽtiæ, cùm ipsæ belluæ habẽt modũ? Tũc enim rapiunt, quando esuriunt: parcũt verò prædæ, cùm senserint satietatem. Inexplebilis est sola auaritia diuitũ. Sẽper rapit, & nunquam satiatur: nec Deum timet, nec hominem reueretur: non patri parcit, non matrẽ agnoscit: nec fratri obtemperat, nec amico fidẽ seruat: viduam opprimit, pupilli rem inuadit: liberos in seruitiũ reuocat, testamentũ falsum profert. Res mortui occupãtur: quasi non & ipsi qui hoc faciunt moriantur. Quæ est ergo ista animarum insania amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cælum? Sed quia nemo cogitat Deũ, ideo manet in morte iudiciũ. Meritò dictũ est diuiti, *quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò crucia-*
Luc. 16. Capvt ii. *ris.*] AVDIANT ista diuites, qui nolũt esse misericordes. Audiant irrogari supplicia eis qui nolunt erogare subsidia. Audiãt pauperem refrigerantem, audiant diuitẽ pœnis grauioribus æstuãtem. Pater Abraham, inquit, mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquã, & refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. At ille, *Memento*, inquit, *fili, quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.*] Pensantur pro diuitiis pœnæ, refrigerium pro paupertate, pro purpura flamma, refectio pro nuditate, vt salua sit æquitas stateræ, & non mentiatur modus illius mensuræ: In A qua, inquit, mensi fueritis mensura, ita metietur de vo- Matth. 7.
bis. Ideo negatur in pœnis misericordia diuiti: quia ipse dum viueret, noluit misereri. Ideo rogans diues non exauditur in tormentis: quia rogantem pauperem nõ exaudiuit in terris. DIVES & pauper duo sibi sunt Cap. iii.
cõtraria: sed iterũ duo sibi sunt necessaria. Nullus indigeret, si inuicẽ se supportarent: & nemo laboraret, si se ambo iuuarent. Diues propter pauperem factus est, & pauper propter diuitẽ factus est. Pauperis est orare, & diuitis erogare; Dei est pro paruis magna pensare. De misericordia eius parua, magna nascitur cõpia. Fœcũdus est ager pauperũ, citò reddit dominantibus fructũ. Via cæli est pauper, per quã venitur ad patrẽ. Incipe ergo erogare, si nõ vis errare. Patrimonij tui, quo es ligatus, cõpedem in hac vita resolue: vt liberè ad cælũ possis accedere. abiice abs te diuitiarum onera, abiice vincula voluntaria, abiice anxietates & tædia, quæ te B pluribus in annis inquietant. Da petenti, vt possis ipse accipere: tribue pauperi, si nõ vis flãmis exuri. Da in terra Christo, quod tibi reddat in cælo. Obliuiscere quod es, & attẽde quod futurus es. Prę sens vita fragilis est, & in mortem procliuis. Nemo potest stare: sed omnes cogimur trãsire. Nolẽtes imus, inuiti eximus, quia mali sumus. Si autem ante nos aliquid mitteremus, nõ ad inane hospitium veniremus. Quod enim pauperi damus, ante nos præmittimus; quod autem rapimus, hic totum dimittimus.

De Martha & Maria, in Euangelio secundum eundem. Luc. 10.

SERMO D. AVGVST. XXVI.

QVOD Posidius scribit De Euangelio vbi Domino Martha ministrauit, aut huc pertinet, aut ad subsequentem sermonem, aut ad vtrumque.

Cap. i. VERBA Domini nostri Iesu Christi, quę modò ex Euãgelio recitata sunt, admonent nos, esse vnũ aliquid quò tendamus, quando in huius seculi multitudine laboramus. Tẽdimus autẽ adhuc peregrinantes, nondũ manẽtes; adhuc in via, nõdũ in patria; adhuc desiderãdo, nõdũ fruẽdo. Tamẽ tẽdamus, & sine pigritia & sine intermissione tẽdamus: vt aliquãdo peruenire valeam: Martha & Maria duæ sorores erãt, ambæ nõ solũ carne, sed etiam religione germanæ, ambæ Domino cohæserunt, ambæ Domino in carne præsenti concorditer seruierũt. Suscepit eũ Martha, sicut solẽt suscipi peregrini. Sed tamẽ suscepit famula dominũ, ęgra Saluatorẽ, creatura creatorẽ. Suscepit autẽ spiritu pascẽda, in carne pascendũ. Voluit enim Dominus formã serui accipere, & accepta D forma serui in illa pasci à seruis, dignatione, nõ conditione. Nã & ista dignatio fuit, se præbere pascẽdũ. Habebat carnẽ, in qua esuriret quidẽ, & sitiret: sed nescitis quia in eremo esuriẽti angeli ministrabãt? Ergo quod Matth. 4.
pasci voluit, pascẽti præstitit. Quid autẽ mirũ, si & de sancto Helia præstitit viduæ, quẽ pri coruo ministrã- 3. Reg. 17.
te pascebat? Nũquid pasce ndo defecerat, quãdo ad viduã mittebat? Ne quaquã. Nõ pascẽdo defecerat, quãdo ad viduã mittebat: sed religiosã viduã per obsequiũ exhibitũ seruo suo benedicere disponebat. Sic ergo susceptus est Dũs, tanquã hospes, qui in sua propria venit, & sui eũ nõ receperũt: sed quotquot receperũt eũ, dedit Ioan. 1.
eis potestatẽ filios Dei fieri: adoptans seruos, & fratres faciẽs: redimẽs captiuos, & faciẽs cohæredes. Ne quis tamen vestrum forsitan dicat, O beati qui Christum suscipere in domum propriam meruerunt! Noli dolere, noli murmurare, quia temporibus natus es, quãdo

iam Dominũ non vides in carne, nõ tibi abstulit istam
Matth.25. CAPVT II. dignationẽ. Cùm vni, inquit, ex minimis meis fecistis,
mihi fecistis. Hæc de Domino pascẽdo in carne, sed
pascente in spiritu, pauca pro tempore dixerimus: ve-
niamus ad causam, quam de vnitate proposui. Martha
Dominum pascere disponens & prœparans, circa mul-
tum ministeriũ occupabatur: Maria soror eius pasci à
Domino magis elegit. Deseruit quodammodo sororẽ
suam circa multum ministerium laborantem, & sedit
ipsa ad pedes Domini, & vacãs audiebat verbum eius.
Psal.45. Auris fidelissima audierat. Vacate & videte, quoniam
ego sum Dominus, Illa turbabatur, ista epulabatur. Il-
la multa disponebat, ista vnum aspiciebat. Vtrũq; of-
ficiũ bonũ: sed tamẽ quod sit melius, quid nos dicam?
Habemus quem interrogemus, patienter audiamus.
Quid sit melius, iam cùm legeretur audiuimus, & me
commemoratẽ iterũ audiamus. Interpellabat Martha
hospitẽ, ad iudicẽ deponit postulationem piarũ que-
relarum, quòd eam soror deseruerit, & sic laborantem
in ministerio adiuuare neglexerit. Nõ respõdente illa,
sed tamen præsente, iudicat Dominus. Maria causam
suam tanquã otiosa iudici maluit committere, nec in
respondendo voluit laborare. Si enim pararet respon-
dendi sermonem, remitteret audiendi intentionem.
Respondit ergo Dominus, qui in verbo non laborabat,
quia verbum erat. Quid ergo dixit? *Martha, Martha.*]
Repetitio nominis est indicium dilectionis, aut fortẽ
mouendæ intentionis. Vt audiret attẽtiùs, bis vocata
est, Martha Martha audi: *tu circa multa es occupata: vnum
autem opus est.*] Id est, vnum necessarium est. Non vnum
opus quasi singulare opus: sed op° est, expedit, necessa-
rium est, quod vnum elegerat Maria.

CAPIT II. VNVM cogitate fratres mei, & videte in ipsa multi-
tudine si dilectat, nisi vnũ. Ecce Deo propitio quã mul-
ti estis. Quis vos ferret, nisi vnum saperetis? Vnde in
multis ista quies? Da vnum, & populus est. Tollevnum
& turba est. Quid est enim turba, nisi multitudo tur-
bata? Sed audite Apostolum: Obsecro autem vos fra-
tres. Multitudini dicebat: sed omnes vnum facere vo-
1.Cor.1. lebat. Obsecro autem vos fratres, vt idipsum dicatis
omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem per-
fecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Et
Philip.2. alio loco: Vnanimes vnum sentientes, nihil per
Ioan.17. contentionẽ, neque per inanem gloriam. Et Dominus
ad patres de suis, Vt sint vnum, sicut & nos vnum sum°.
Act.4. Et in Actibus Apostolorũ, Multitudinis autem credẽ-
tium erat anima vna, & cor vnum. Ergo magnificate
Psal.33. Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in vnũ:
quia vnum est necessarium, vnum illud supernum, v-
num vbi pater & filius & spiritus sanctus sunt vnum.
Videte nobis commẽdari vnitatem. Certè trinitas est
Deus noster. Pater non est filius, filius non est pater,
spiritus sanctus nec pater est, nec filius, sed amborum
spiritus: & tamen ista tria non tres dij, non tres omni-
potentes, sed vnus Deus omnipotens, ipsa trinitas vnus
Deus: quia vnum necessarium est.

CAPVT IIII. AD hoc vnum nõ nos perducit nisi multi habeamus
cor vnum. Bona sunt ministeria circa pauperes, & ma-
ximè circa sanctos Dei seruitia debita, obsequia reli-
1.Cor.9. giosa. Redduntur enim, non dãtur, dicente Apostolo,
Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnũ est, si car-
Hebr.13. nalia vestra metamus? Bona sunt, exhortamur ad hæc,
& in verbo Domini ædificamus vos, nolite pigri esse
ad suscipiendos sanctos. Aliquando nescientes, sus-
cipiendo quos nesciebant, angelos susceperunt. Bo-
na sunt hæc: melius est tamen quod elegit Maria. Illud
enim habet ex necessitate occupationem: istud autem
ex charitate suauitatem. Vult homo occurrere quãdo
ministrat: & aliquando non potest. Quæritur quod de-
est, paratur quod adest: distenditur animus. Nã si Mar-
tha ad illa sufficeret, adiutorium sororis non posceret.
Multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia sunt, quia tem-
poralia sunt: & si bona sunt, transitoria sunt, Marthæ
autem quid ait Dominus? *Maria meliorem partem elegit.*]
Nõ tu malã, sed illa meliorẽ. Audi vnde meliorẽ. Quia Lucæ 10.
nõ auferetur ab ea. A te auferetur aliquãdo on° neces-
sitatis, æterna est dulcedo veritatis. Nõ auferetur ab ea
quod elegit. Non auferetur, sed tamẽ augetur. In hac
autẽ vita augetur, in alia vita perficietur, nunquam au-
feretur. CÆTERVM tu Martha, pace tua dixerim, in CAP. V.
bono ministerio benedicta, pro isto labore tuo merce-
dem quæris, quietem inquiris: Modò occupata es circa
multũ ministerium, pascere vis mortalia corpora, licet
sanctorũ: nunquid cùm veneris ad illam patriã, inue-
nies peregrinum quem suscipias hospitio? Inuenies e-
furientem, cui panem frangas? sitientem, cui potũ por-
rigas? ægrum, quẽ visites? Litigantem, quem cõcordes?
mortuũ, quẽ sepelias? Omnia ista ibi nõ erũt: sed quid
ibi erit? Quod Maria elegit, ibi pascemur, non pasce-
mus. Ideo hoc ibi erit plenum atq; perfectũ, quod hic
elegit Maria. De illa mensa opulenta, de verbo Domi-
ni micas colligebat. Nã vultis nosse quid ibi erit? Do-
minus ipse dicit seruis suis, Amen dico vobis, quia fa- Luc.12.
ciet eos recumbere, & transibit, & ministrabit illis. Re-
cumbere quid est, nisi vacare? Recumbere quid est, ni-
si requiescere? Quid est, Transibit & ministrabit illis?
Prius trãsit, & sic ministrat. Sed vbi? In illo cõuiuio su-
perno, de quo dicit, Amen dico vobis, multi ab Oriẽte Matth.8.
& Occidente venient, & recumbent cum Abrahã, &
Isaac, & Iacob in regno cælorum. Ibi Dominus pascit,
sed prius † hinc trãsit. Nã vt noueritis, Pascha transitus alibi.
interpretatur. Venit Dominus, fecit diuina, passus est
humana. Nunquid adhuc conspuitur? Nũquid adhuc
flagellatur? Nunquid adhuc crucifigitur? Nunquid ad-
huc lancea vulneratur? Trãsiuit. Denique & Euãgeliũ
sic loquitur, quando Pascha fecit cum discipulis suis.
Quid dicit Euangelium? Cùm autem venisset hora vt
Iesus transiret de hoc mundo ad patrem. Ergo ille trã- Ioan.13.
siuit, vt pascat: nos sequamur, vt pascamur.

De eisdem, de quibus suprà.

SERMO D. AVGVST. XXVII.

SANCTVM Euangelium cùm legeretur, au- CAPVT I.
diuimus à femina religiosa susceptum esse Lucæ 10.
Dominum hospitio, & ipsa Martha vo-
cabatur. Et cùm esset ipsa occupata in cu-
ra ministrandi, soror eius Maria sedebat ad pedes Do-
mini, & audiebat verbum eius. Laborabat illa, vaca-
bat ista. Illa erogabat, hæc implebatur. Veruntamẽ
Martha, laborans multum in illa occupatione & nego-
tio ministrandi, interpellauit Dominũ: & de sorore
sua conquesta est, quòd eam laborantem non adiu-
uaret. Dominus autem pro Maria respondit Mar-
thæ: & ipse eius factus est aduocatus, qui iudex fue-
rat interpellatus.

Martha, inquit, *circa multa es occupata, quando vnum
est necessarium. Maria meliorem partem elegit, quæ non
auferetur ab ea.*) Audiuimus enim & interpellatio-
nẽ interpellantis, & sententiam iudicis. Quæ sententia
interpellanti respõdit, susceptam defendit. Erat enim
Maria intenta dulcedini verbi Domini. Intenta erat
Martha, quomodo pasceret Dñm: intẽta Maria quo-
modo pasceretur à Domino. A Martha cõuiuiũ Dño
parabatur, in cuius conuiuio Maria iam iocũdabatur.
Cùm

Cùm ergo Maria suauiter audiret verbum dulcissimũ, A
& corde intentissimo nasceretur, interpellato Domi-
no à sorore sua, quomodo putamus eam timuisse, ne
diceret ei Dominus: Surge, & adiuua sororẽ tuã? Mira
enim suauitate tenebatur: quæ profectò maior est mẽ-
tis quàm ventris. Excusata est, sedit secura. Quomodo
autẽ excusata? Attendamus, inspiciamus, persecute-
mur quod possumus: vt pascamur & nos. Quid enim?
Putamus reprehensum esse ministeriũ Marthæ, quam
cura hospitalitatis occupauerat, quę ipsum Dominũ
hospitio receperat? Quomodo rectè reprehẽdebatur,
quæ tanto hospitẽ lętabatur? Hoc si verũ est, dimittant
homines quòd ministrant egentibus: eligãt sibi partẽ
meliorẽ, quæ nõ auferetur ab eis: vacent verbo, inhiẽt
doctrinæ dulcedini; occupentur circa scientiã salute-
rẽ; nihil eis curæ sit, quis peregrinus in vico sit, quis e-
geat pane, quis indumento, quis visitandus, quis redi-
mendus, quis sepeliendus: vacent opera misericordiæ, B
vni instetur scientiæ. Si melior pars est, cur non omnes
hoc faciunt, quando ipsum Dominum in hac causa
patronũ habemus? Non enim timemus in hac re, ne of
fendamus eius iustitiã, cùm patronam teneamus eius
CAPVT II. sententiã. ET tamen ita non est, sed sicut dixit Do-
minus ita est. Quomodo intelligis, nõ est? est autem
quomodo intelligere debes. Ecce aduerte: Circa mul-
ta es occupata, quando vnũ est necessarium. Maria me-
liorem partẽ elegit. Non tu malam: sed illa meliorem.
Sed vnde meliorẽ? Quia tu circa multa, illa circa vnũ.
Præponitur vnum multis. Non enim à multis vnũ, sed
multa ab vno. Multa sunt quæ facta sunt: vnus est qui
fecit. Cælum, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt, quã
multa sunt! Quis ista enumeret? Quis horum multitu-
dinem cogitet? Quis hæc fecit? Deus omnia. Ecce bo-
Genes.1. na valde. Bona valde quæ fecit: quanto melior ille qui
fecit? Attendamus igitur occupationes nostras circa C
multa. Necessariũ est ministerium corpora refecturis.
Quare hoc? Quia esuritur, quia sititur. Misericordia
miseris necessaria est. Frangis panem esuriẽti: quia in-
uenisti esurientem. Tolle famẽ: cui frangis panẽ? Tolle
peregrinationẽ: cui exhibes hospitalitatẽ? Tolle nudi-
tatẽ: cui præparas vestem? Non sit egritudo, quẽ visitas?
Non sit captiuitas, quẽ redimis? Non sit rixa, quẽ cõ-
cordas? Non sit mors, quẽ sepelis? In illo seculo futuro
non erunt ista mala: ergo nec ista ministeria. Bene ergo
Martha circa corporalem Domini, quid dicam, neces-
sitatem an voluntatem? ministrabat carni mortali. Sed
Ioan.1. quis erat in carne mortali? In principio erat verbum, &
verbum erat apud Deũ, & De° erat verbũ. Ecce quod
Maria audiebat: Verbũ caro factum est, & habitauit in
nobis: Ecce Martha cui ministrabat. Ergo Maria me-
liorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc D
enim elegit, quod semper manebit: ideo non auferetur
ab ea. Circa vnum se voluit occupari. Iam tene-
Psal.72. bat: Mihi autem adhærere Deo, bonũ est. Sedebat
ad pedes capitis nostri. Quanto humilius sedebat, tãto
amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatẽ
conuallis, denatat de tumoribus collis. Non ergo Do-
minus opus reprehẽdit, sed mun° distinxit. Circa mul-
ta es occupata: porrò vnum est necessarium. Iam hoc
sibi Maria elegit. Transit labor multitudinis, & rema-
net charitas vnitatis. Ergo quod elegit, non auferetur
ab ea: à te autem quod elegisti, vtique hoc sequitur, v-
tique hoc subintelligitur, à te quod elegisti auferetur.
Sed bono tuo auferetur, vt quod melius est detur. Au-
feretur enim à te labor, vt requies detur. Tu nauigas,
illa iam in portu est. VIDETIS ergo, charis-
CAP. III. simi, & quantum arbitror, iam intelligitis, in his dua-
bus mulieribus, quæ ambæ fuerant Domino gratæ,
ambæ amabiles, ambæ discipulæ. Videtis ergo, & ma- A
gnum aliquid intelligitis, quicũque intelligitis, quod
audire & scire debetis, etiam qui non intelligitis, in his
duabus mulieribus, duas vitas esse figuratas, præsentẽ
& futuram, laboriosam & quietã, ærumnosam & bea-
tam, tẽporalem & æternã. Duæ sunt vitæ: de illis vos
copiosiùs cogitate. Quid habeat hæc vita, nõ dico ma- Duæ vitæ.
la, nõ iniqua, non nefaria, non luxuriosa, nõ impia; sed
laboriosa & ærumnis plena, timoribus castigata, tenta-
tionibus solicita: hãc ipsam innocentẽ vitã dico, qualẽ
decebat habere Martham: hanc ergo, quantũ potestis,
inspicite: & de hac, vt dixi, copiosius quam loquimur
cogitate. Vita verò iniqua aberat ab illa domo, nec cũ
Martha erat, nec cũ Maria, Et si aliquando fuit, Domi-
no intrante fugit. Remansérũt ergo in illa domo, quæ
susceperat Dominũ in duabus feminis duæ vitæ, am-
bæ innocentes, ambæ laudabiles. Vna laboriosa, altera
otiosa, nulla facinorosa, nulla desidiosa. Ambę innocẽ- B
tes, ambę, inquã; laudabiles: sed vna laboriosa, altera o-
tiosa: nulla facinorosa, quã cauere debet laboriosa: nul
la desidiosa, quã cauere debet otiosa. Erãt ergo in illa
domo istæ duæ vitæ, & ipse fons vitæ. In Martha erat
imago præsentium, in Maria futurorũ. Quod agebat
Martha, ibi sumus: quod agebat Maria, hoc speramus.
Hoc agamus bene, vt illud habeamus plenè. Nã quid
inde habemus? In quantũ habemus? Quamdiu hìc su-
mus, quantum est quod inde habemus? Nam & modò
inde aliquid agimus, remoti à negotiis, sepositis fami-
liaribus curis, conuenistis, statis, auditis. Inquantũ hoc
agitis, Mariæ similes estis. Et facilius vos intenditis
quod agit Maria, quã ego qui prærogo. Si quid tamen
dico, Christi est. Ideo vos pascit Christus, quia panis
communis est, vnde & ego vobiscum viuo. Nũc autẽ 1.Thess.3.
viuimus, si vos fratres statis in Domino. Nolo in nobis, 1.Cor.5.
sed in Domino: quia neque qui plantat est aliquid, ne-
que qui rigat: sed qui incrementum dat Deus.

SERMO XXVIII. *Erit in appendice V.*

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Quis
vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte, &c.*

SERMO D. AVGVST. XXIX.

AVDIVIMVS nos exhortantẽ Dominũ no- CAP. I.
strum cælestẽ magistrũ, & fidelissimũ consi-
liarium, eundem hortatorem, vt petamus, &
datorem cũ petimus. Audiuimus eũ in Euã- Lucæ 11.
gelio hortantem nos eum petere instanter, & pulsare
vsque ad similitudinẽ improbitatis. Proposuit enim
nobis, exempli gratia: Si quis vestrũ haberet amicũ, à
quo nocte peteret tres panes, cũ illi amic° de via veniss-
et, & quod ei apponeret non haberet: Si autẽ ille res-
pondeat, iã se requiescere, & seruos suos secum, nec de-
bere illius precibus inquietari, ille autem pulsando in-
stet, & perseueret, nec pudore territus abscedat, sed ne-
cessitate coactus imminet: surrecturum illum, & si nõ
propter amicitiã, certè propter illius improbitatẽ, &
daturũ ei quantos voluerit. Quantos autẽ voluit? Ni-
hil plus ille voluit quàm tres. In hac ergo similitudine
adiũxit hortationẽ Dominus, & omnino stimulauit
nos petere, quærere, pulsare donec accipiam° quod pe-
tim°, quod quærimus, quod pulsamus, vsus exẽplo à cõ-
trario: sicut de illo iudice qui nec Deũ timebat, nec ho-
mines reuerebatur, & tamen cùm eum quędã vidua
interpellaret quotidie, tædio victus dedit quod nõ be-
neficio potuit inuitus. Dominus autem noster Iesus Lucæ 18.
Christus

Christus inter nos petitor, cum patre dator, nõ vtique nos tantum hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia: plus vult ille dare, quã nos accipere: plus vult ille misereri, quàm nos à miseria liberari: & vtique si non liberati fuerimus, nos miseri remanebimus. Nã ille quod nos hortatur facere, propter nos hortatur. EVIGILEMVS, & hortãti credamus, promittenti obsequamur, & ad dantẽ gaudeamus. Fortassis enim & nobis aliquando venit amicus de via, & nõ inuenimus quod ei apponeremus: & necessitatẽ passi sumus, & accepimus & nobis & illi. Fieri enim nõ potest, nisi vt aliquis passus fuerit amicum aliquid interrogantem quod respondere non possit: & tunc se inuenit non habere, quando coactus est dare. Venit amicus tibi de via, id est, de vita huius seculi, in qua omnes velut peregrini transeũt, nec vllus quasi possessor manet: sed omni homini dicitur, Refectus es, transi, age iter, da vẽturo locũ. Aut fortè de via mala, hoc est, de vita mala, fatigatus nescio quis amicus tuus, non inueniẽs veritatẽ, qua audita & percepta beatus fiat: sed lassatus in omni cupiditate & egestate seculi, venit ad te, tanquã ad Christianũ, & dicit: Redde mihi rationẽ, fac me Christianũ. Et interrogat fortè quod tu per simplicitatem fidei nesciebas: & non est vnde reficias esuriẽtẽ, & te admonitus inuenis indigentem: & cùm vis docere, cogeris discere. Et dũ erubescis eum qui interrogauit, quod quærebat non in te inueniens, cõpelleris quærere, vt merearis inuenire. Et vbi quæras? Vbi, nisi in Dominicis libris? Fortassis quod ille interrogauit, in libro positum est, sed obscurũ est. Fortè dixit hoc Apostolus in epistola sua. Sic dixit, vt legere possis, intelligere nõ possis: trãsire nõ permitteris. Vrget enim interrogator, ipsum Paulũ aut Petrũ, aut aliquẽ Prophetam interrogare non sineris. Iam enim requiescit familia ista cum domino suo, & seculi huius ignorantia valida est, hoc est, nox media, & vrget amicus esuriẽs. Tibi fortè sufficiebat simplex fides, illi nõ sufficit. Nũquid deserẽdus est? nũquid de domo proiiciendus est? Ergo ad ipsum Dominum, ad ipsũ cum quo familia requiescit, pulsa orãdo, pete, insta. Non quomodo amicus ille in similitudine positus tædio victus, surget & dabit. Dare vult, tu pulsans nondum accepisti: pulsa, dare vult. Et quod dare vult, differt, vt amplius desideres dilatum, ne vilescat citò datum. Cùm autem perueneris ad tres panes, hoc est, ad cibum & intelligentiam Trinitatis, habes & vnde viuas, & vnde pascas: Nec peregrinum veniẽtem de via reformides, sed excipiẽdo ciuem domesticum facias: nec timeas, ne finias. Non panis ille finietur, sed indigentiam tuam finiet. Panis est, & panis est, & panis est: Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. Æternus pater, coæternus filius, coæternus spiritus sanctus. Incommutabilis pater, incommutabilis filius, incommutabilis spiritus sanctus. Creator & pater, & filius, & spiritus sanctus. Pastor, & vitæ dator, & pater, & filius, & spiritus sanctus. Cibus & panis æternus, & pater, & filius, & spiritus sanctus. Disce & doce, viue & pasce. Deus qui tibi dat, nihil melius quàm se tibi dat. Auare, quid aliud quærebas? Aut si aliud petas, quid cibi sufficit, cui Deus non sufficit?

CAPVT III.

CAPVT III.

tres panes.

SED op̃ est vt habeas charitatem, habeas fidem, habeas spem: vt possit tibi dulce esse quod datur. Et hæc ipsa tria sunt, fides, spes, & charitas: Et hæc ipsa dona Dei sunt. Nam fidem ab ipso accepimus: Sicut Deus, inquit, vnicuique partitus est mensuram fidei. Et spem ab ipso accepimus, cui dicitur, In quo spem dedisti mihi. Et charitatẽ ab ipso accepimus, de quo dicitur, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed hæc tria itidẽ aliquando sunt diuersa: sed omnia Dei dona. Manent enim tria hæc, fides, spes, & charitas: Maior autẽ horũ est charitas. In illis panibus non est dictus aliquis panis maior aliis: sed simpliciter petiti, & dati tres panes. Ecce alia tria: Quis est vestrũm à quo petit filius suus panẽ, nunquid lapidẽ porriget ei? Aut quis est vestrũm à quo petit piscẽ, nũquid serpentẽ porriget ei? Aut à quo petit ouũ, nũ quid porriget ei scorpionem? Si ergo vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quãto magis pater vester qui in cælis est dabit bona petẽtib̃ se? Tria ergo rurs̃ ista cõsiderem̃, ne fortè ibi sint illa tria, fides, spes, charitas. Maior autẽ horũ est charitas. Pone ergo tria, panẽ, piscẽ, ouũ. Maior autẽ horũ panis. Ideo panẽ bene intelligimus in his tribus charitatẽ. Propterea pani lapidẽ opposuit: quia duritia cõtraria est charitati. Piscem fidem intelligimus. Dixit quidam sanctus, & nos dicere delectat: Piscis bonus, pia est fides. Viuit inter fluctus, nec frangitur, nec soluitur fluctibus. Viuit inter tentationes tempestatẽsque huĩ seculi, pia fides. Sæuit mundus, & integra est. Tantùm contrariũ fidei serpentem illum obserua. In fide enim desponsata est illa, cui dicitur in Canticis canticorum, Veni de Libano sponsa mea, veniens & pertransiens ab initio fidei. Ideo & despõsata, quia desponsationis initiũ fides est. Promittitur enim ab spõso aliquid, & promissã fide detinetur. Oppositit autem Dominus serpẽtem piscí, id est, diabolum fidei. Propterea desponsatæ huic dicit Apostolus, Despõsaui vos vni viro, virginẽ castã exhibere Christo. Et timeo, ne sicut serpẽs seduxit Euã astutia sua, sic & vestri sensus corrũpantur à castitate quæ est in Christo: id est, quẽ est in fide Christi. Habitare enim, inquit, Christũ per fidẽ in cordib̃ vestris. Diabolus ergo non corrumpat fidem, non deuoret piscem. RESTAT spes, quæ, quantum mihi videtur, ouo comparatur. Spes enim nõdum peruenit ad rem: Et ouum est aliquid, sed nondũ est pull̃, Quadrupedes ergo pariunt filios, aues autem spem filiorũ. Spes ergo ad hoc nos hortatur, vt præsentia contẽnamus, futura expectemus: ea quæ retrò sunt obliuiscentes, cum Apostolo in anteriora extendamur. Sic enim dicit: Vnum autem quæ retrò oblitus, in ea quæ antè sunt extẽtus, secundum intentionem sequor ad palmã supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Nihil ergo tã inimicum spei, quàm retrò respicere: id est, in eis rebus, quæ præterlabũtur & transeunt, spem ponere: sed in his quæ nondum datæ sunt, sed dandæ quandoque quẽ nunquam transibunt. Quando autem scatet tentationibus mundus, velut pluuia Sodomæ sulfurea, metuendum est exemplum vxoris Lot. Retrò enim respexit: & vbi respexit, ibi remansit. In salem conuersa est, vt prudentes condiret exemplo. Apostolus Paulus, de hac spe ita loquitur: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Quod enim videt quis, quid sperat? Ouum est. Est ouum: & nondum pullus est, & testudine tectum est: non videtur quia operitur: cum patientia expectetur, ferueſcat vt viuiscat. Intende, extendere in anteriora, obliuiscere præterita. Quæ enim videntur, temporalia sunt. Non respicientes, inquit, quæ videntur, sed quẽ non videntur, Quẽ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. In illa ergo quæ non videntur, extende spem, expecta, sustinẽ: noli retrò respicere. Quo tuo scorpium time. Vide quia de cauda percutit, quam retrò habet. Non ergo scorpius perimat ouum tuũ, mundus iste spem tuam, vt ita dicam, veneno contrario quo retrahit. Quanta tibi loquitur mũdus, quanta

CAPVT IIII.

Fides, spes, charitas: Dei dona sunt. Rom. 12. Psal. 118.

Rom. 5.

1. Cor. 13.

Panis, charitas. piscis, fides

Eccl. 29.

Cant. 4.

2. Cor. 11.

Eph. 3.

CAPVT V. Ouũ, spes.

Philip. 3.

Gen. 19.

Rom. 8.

1. Cor. 4.

al. veneno non contrario, quo contrario.

quanta post dorsum strepit, vt retrò respicias? id est, vt in rebus præsentibus nec præsentibus (non enim dicẽda sunt præsentia nunquã stantia) spem tuam ponas: & ab eo quod promisit Christus, & nondum dedit, sed quia fidelis est, dabit, auertas animum tuũ, & velis requiescere in mundo pereunte. IDEO enim Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt alia quæratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax: & de ipsis amaritudinibus conatur mundus auertere ab eo quod intẽdis in anteriora, & retrò cõuertere. De ipsis amaritudinibus, & ipsis tribulationibus murmuras, & dicis: Ecce pereũt omnia Christianis temporibus. Quid strepis? Nõ hoc promisit mihi Deus, quòd ista nõ peribũt: non hõc mihi promisit Christus. Æterna promisit æternus: si credidero, ex mortali fiã ẹternus. Quid strepis ô munde? Immũde quid strepis? Quid auertere conaris? Tenere vis periẽs: quid faceres, si maneres? Quẽ nõ deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? Ergo si habeo spẽ, si teneo spẽ, ouũ meũ nõ est à scorpione percussum. Benedicam Dominũ in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Felix sit mũdus, euertatur mũd̃: Benedicam Dominum qui fecit mundũ. Benedicam prorsus. Secundum carnẽ bene sit, secundum carnem malè sit: Benedicã Dominũ in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Nã si benedico, quando bene est, & blasphemo, quando malè est: suscepi scorpionis aculeum, cõpũctus respexi retrò, Quod absit à nobis. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictũ. Manet ciuitas, quæ nos carnaliter genuit. Deo gratias. Vtinam & spiritualiter generetur, & nobiscum transeat ad æternitatẽ. Si non manet ciuitas quæ nos carnalitẽr genuit, manet quæ nos spiritaliter genuit. ÆDIFICANS Hierusalem Dominus. Nunquid dormitãdo ædificiũ suũ perdidit, aut non custodiendo, hostes admisit? Nisi Dominus custodierit ciuitatẽ, in vanum vigilat qui custodit eam. Et quam ciuitatem? Non dormit, neque dormitabit, qui custodit Israël. Quid est Israël, nisi semen Abrahæ? Quid est semen Abrahæ, nisi Christus? Et semini tuo, inquit, quod est Christ̃. Et nobis quid? Vos autem Christi, ergo semen Abrahæ estis; secundũ promissionem hæredes. In semine tuo, inquit, benedicentur omnes gentes. Ciuitas sancta, ciuitas fidelis, ciuitas in terra peregrina, in cælo fundata est. O fidelis, noli corrumpere spẽ, noli amittere charitatẽ, accinge lumbos tuos, accende, prætẽde lucernas tuas, expecta Dominum, quando veniat à nuptiis. Quid expauescis, quia pereunt regna terrena? Ideo tibi cælestẽ promissum est, ne cum terrenis perires. Nã ista peritura prædicta sunt, prædicta omnino. Non enim negare possumus, quod prædictum est. Dominus tũ quẽ expectas, dixit tibi: Exurget gẽs contra gentẽ, & regnũ aduersus regnum. Habent mutationes terrena regna: Veniet ille de quo dictũ est, Et regni eius nõ erit finis. Qui hoc regnis terrenis promiserunt, non veritate ducti sunt: sed adulatione mentiti sunt. Poëta illorũ quidam induxit Iouem loquentem, & ait de Romanis:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi. -- Non planè ita respondet veritas. Regnum hoc, quod sine fine dedisti, ô qui nihil dedisti, in terra est, an in cælo? Vtique in terra. Et si esset in cælo, Cælum & terra transient. Transient quẽ fecit ipse Deus, quanto citius quod condidit Romulus? Fortè si vellemus hinc exagitare Virgilium & insultare, quare hoc dixerit: in parte tolleret nos, & diceret nobis, Et ego scio. Sed quid facerem qui Romanis verba vendebam, nisi hac adulatione aliquid promitterem quod falsum erat? Et tamen & in hoc cautus fui, quando dixi, Imperium sine fine dedi, Iouẽ ipsorum induxi, qui hoc diceret. Nõ ex persona mea dixi rẽ falsam, sed Iouí imposui falsitatis personam: sicut Deus falsus erat, ita mẽdax vates erat. Nam vultis nosse, quia ista noueram? Alio loco, quando nõ Iouẽ lapidem induxi loquentẽ, sed ex persona mea locut̃ sum, dixi, *Non res Romanæ perituráque regna.* Videte, quia dixi peritura regna. Dixi peritura regna, non tacui. Peritura veritate non tacui: semper mansura adulatione promisi. NON ergo deficiamus fratres, finis erit terrenis omnibus regnis. Nũc si finis est, Deus videt. Fortè enim nondũ est, & infirmitate quadã vel misericordia, vel miseria hoc optamus, vt nondum sit: nunquid tamen ideo non erit? Figite spẽ in Deum, æterna concupiscite, æterna expectate. Christiani estis, fratres, Christiani sumus. Non ad delicias Christus in carnem descendit: toleremus potius præsentia quàm diligamus: aduersorũ manifesta est pernicies, prosperorum falsa blandities. Time mare, & quando tranquillũ est. O minino nõ frustra audiamus, Sursum cor. Quid ponim̃ cor in terra, cùm videamus quia euertitur terra? Nos non possumus nisi exhortari vos, vt habeatis quod dicatis, & quod pro spe vestra respondeatis insultatoribus, & blasphematoribus nominis Christiani. Nemo vos murmurando auertat ab expectatione futurorum. Omnes qui propter istas aduersitates blasphemãt Christum nostrũ, cauda scorpionis sunt. Nos ouũ nostrum sub alis illius gallinæ ponamus, Euãgelicẹ gallinẹ, quẹ clamat, Hierusalem, Hierusalem, illi falsæ & perditæ, quoties volui colligere filios tuos, tanquã gallina pullos suos, & noluisti. Non nobis dicatur, Quoties volui, & noluisti. Illa enim gallina diuina sapientia est: sed assumpsit carnem, vt pullis congrueret. Videte gallinã hispidam plumis, dimissis alis, voce fracta, & quassa, & lassa, & languida congruere pullis suis. Ouum ergo nostrum, id est, spem nostram, sub alis illĩ gallinæ ponamus. ANIMADVERTISTIS fortè, quomodo gallina cõcidat scorpionem. Vtinã ergo & istos blasphemãtes, in terra reptãtes, de cauernis prodeũtes, & malè pungentes, illa gallina concidat & deuoret, atque in corpus suum traiiciat, & in ouum vertat. Non irascantur: commoti videmur; sed maledicta maledictis non reddimus. Maledicimur & benedicimus, blasphemati deprecamur. Sed non dicat de Roma, dictum est de meo. Sed taceat de Roma: quasi ego insultator sim, & non potius Domini deprecator, & vester qualiscunque exhortator. Absit à me, vt insultem. Auertat Deus à corde meo, & à dolore conscientiæ meæ. Ibi multos fratres non habuimus? Non adhuc habemus? Portio peregrinantis Hierusalem ciuitatis, non ibi magna degit? non ibi temporalia pertulit? sed æterna non perdidit. Quid ergo dico, cùm de illa non taceo: nisi quia falsum est, quod dicunt de Christo nostro, quòd ipse Romam perdiderit, quòd dij lapidei Romam tuebantur & lignei? Adde pretium, æreis? adde plus, argentei & aurei? Idola gentium argentum & aurũ. Non dixit lapis, nõ dixit lignum, non dixit testa, sed quod pro magno habent, aurum & argentum. Tamen ipsum aurũ & argentum oculos habent, & nõ videt. Deus aureus, & deus ligneus ad pretium dispares sunt: ad habere oculos & non videre, pares sunt, fratres sunt. Ecce qualibus docti homines Romam custodibus cõmiserunt, habentibus oculos, & non videntibus. Aut si Romam seruare potuerunt, quare ipsi antè perierunt? Inquiunt: Tunc periit Roma. Tamen perierunt. Non, inquiunt, ipsi perierunt, sed simulachra eorum. Quomodo ergo custodirent tecta vestra, qui non potuerunt custodire simulachra sua? Alexandria olim

CAP. VI.

CAPVT VII. Psal. 146. Psal. 126. Psal. 120.

Galat. 3.

1. Cor. 3.

Mar. 13.

Lucæ 1.

Virg. lib. 6. Aeneid.

Lucæ 21.

al. his.

Georg. 1.

CAPVT VIII.

Psal. 113.

Sursũ cor.

Matth. 23.

Gallina euangelica diuina sapientia.

CAPVT IX.

1. Cor. 4.

Lucæ 12.

olim tales deos perdidit. Constantinopolis ex quo cõdita est in magnam ciuitatem, quoniã à Christiano imperatore cõdita est, olim deos ipsos falsos perdidit: & tamen & creuit, & crescit, & manet. Quãdiu vult Deo manet. Nõ enim & illi ciuitati, quia hoc dicimus, ęternitatẽ promittimus. Carthago in nomine Christi manet, & olim euersa est à scelestis: quia non fuit cælestis, sed terrestris. Et illud quod dicunt nõ est verũ, quia cõtinuò diis perditis Roma capta est, afflicta est. Prorsus non est verũ: antè simulachra ipsa euersa sunt: & sic victi sunt Gothi cũ Rhadagaiso. Mementote fratres, mementote: nõ est longũ, pauci anni sunt, recordamini. Euersis in vrbe Ròma omnibus simulachris, Rhadagaisus rex Gothorũ cum ingẽti exercitu, multo numerosiore quàm Alarici fuit, venit. Paganus homo erat Rhadagaisus. Ioui sacrificabat quotidie. Nunciabatur vbique, quòd à sacrificiis non desisteret Rhadagaisus. Tunc omnes isti, Ecce nos non sacrificamus, ille sacrificat, vinci habemus à sacrificante, quibus non licet sacrificare. Deus ostendens, quia non in istis sacrificiis est, ipsa tẽporalis salus, ipsa regna terrena, victo est Rhadagaisus, adiuuante Domino, miro modo. Postea venerũt Gothi nõ sacrificantes, & si fide Christiana, non catholici, tamen idolis inimici venerunt, idolis aduersantes, & ipsi ceperunt. Vicerunt de idolis præsumentes, & perdita idola adhuc quærẽtes, & perditis adhuc sacrificare cupientes. Sed ibi erant & nostri, & afflicti sunt: sed nouerant dicere, Benedicã Dominũ in omni tẽpore. Afflicti sunt in regno terreno: sed regnum cælorum non perdiderũt: imò ad illud capessendũ exercitatione tribulationũ melioreseffecti sunt. Et si in tribulationibus non blasphemauerũt, tanquã integra vasa de fornace exierunt, & Dominica benedictione repleti sunt. Isti autẽ blasphematores, terrena sectantes, terrena desiderantes, in terrenis spem ponentes, cùm ista velint nolint perdiderint, quid tenebunt? vbi remanebunt? Foris nihil, intus nihil, inanis arca, inanior conscientia. Vbi requies? Vbi salus? Vbi spes? Veniant ergo, desinant blasphemare, discant adorare, & scorpij pungentes à gallina comedantur, in corpus traiicientis conuertantur, in terra exerceantur, in cælo coronentur.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Nunc vos Pharisæi quod foris est paropsidis lauatis, &c.

SERMO D. AVGVST. XXX.

AVDISTIS sanctum Euãgelium, quomodo Dominus Iesus, in eo quod Pharisæis dicebat, suos vtique discipulos commonebat, ne in corporis mũdatione putarent esse iustitiã. Omni die enim Pharisæi, antequã pranderent, abluebãt se aqua: quasi quotidiana lauatio possit cordis esse mundatio. Denique quales essent, ostẽdit. Ille dicebat qui videbat: nõ enim tantũ facies eorũ, sed etiã interiora cernebat. Denique vt hoc sciatis, ille Pharisæus, cui respõdit Christus, apud seipsum cogitauit, voce nõ sonuit: & ille tamen audiuit. Apud se enim reprehendit Dominũ Christũ: quia sic venit ad conuiuium eius nõ lotus. Ille cogitabat, hic audiebat: ideo respondebat. Quid ergo respondit? *Nunc vos Pharisæi quod foris est paropsidis lauatis: intus autẽ pleni estis dolo & rapina.* Ouenire ad prandium: quomodo non pepercit homini à quo fuerat inuitatus? Magis obiurgando pepercit, vt correcto in iudicio parceret. Deinde quid ostendit nobis? Quia & baptismum quod semel adhibetur, per fidem mundat: Fides autem intus est, non foris. Vnde dicitur & legitur in Actibus apostolorum, Fide mundans corda eorum. Et apostolus Petrus in epistola sua ita loquitur: Sic, inquit, & nobis dedit similitudinẽ de arca Noë, quomodo octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Et adiunxit: Sic & vos simili forma baptisma saluos faciet, non carnis depositio sordium, sed cõscientiæ bonæ interrogatio in Deum. Hanc conscientiæ bonæ interrogationem Pharisæi contẽnebãt, & quod erat foris lauabant: intus inquinatissimi permanebant. Et quid eis ait postea? VERVNTAMEN *date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.*] Laudata est eleemosyna, facite & probate. Sed paulisper attẽdite: Pharisæis dictum est. Pharisæi isti Iudæi erant, quasi egregij Iudæorum. Nobiliores enim atque doctiores tunc Pharisæi vocabantur. Baptismo Christi abluti nõ erãt, in Christũ filiũ Dei vnigenitum, qui inter illos ambulabat, & ab eis non agnoscebatur, nõdum crediderãt. Quomodo ergo eis dicit, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis? Si audirent illum Pharisæi, & darent eleemosynas, iã secundum verbum eius mũda illis essent omnia: quid opus erat, vt crederẽt in eũ? Si autem mundari non possent, nisi credẽtes in eũ qui fide mundat cor: quid est, Date eleemosynas, & ecce omnia munda sunt vobis? Attẽdamus, & fortè ipse exponit. Cùm hæc dixisset, sine dubio cogitauerunt illi qui dabant eleemosynas. Et quomodo dabãt? Omnia sua decimabant, de omnibus fructibus suis decimam partem detrahebant, & ipsam dabant. Non facilè hoc facit aliquis Christianus. Ecce quod faciebant Iudæi. Non triticum solum, sed & oleum & vinũ: neque hoc solum, sed etiã & res contẽptibiles propter præceptum Dei, cuminũ, rutã, mentã, & anethum totũ decimabãt: id est, decimam partẽ detrahebãt, & eleemosynas dabant. Credo ergo, quia reuocauerunt ad se, & putauerũt Dominũ Christũ inaniter loqui, quasi eis qui non facerẽt eleemosynas: cùm ipsi scirent opera sua, quòd & minutissima, & contemptibilia fructuum suorũ decimabãt, & eleemosynas dabãt. Irreserunt illum apud se talia dicentẽ, quasi hominibus qui eleemosynas nõ facerent. HOC autẽ Dominus sciens, continuò subiunxit: *Veruntamen væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui decimatis mentam, cuminũ & rutam, & omne olus.*] Vt sciatis, noui eleemosynas vestras. Certè istæ sunt eleemosynæ vestræ, istæ sunt decimæ: etiam minuta quæque & cõtemptibilia fructũ vestrorum decimatis: *Et relinquitis grauiora legis, iudicium & charitatem.*] Attendite. Reliquistis iudiciũ & charitatẽ, & decimatis olera. Nõ est hoc facere eleemosynã. *Et hæc*, inquit, *oportet facere, & illa nõ omittere.* Quæ facere? Iudiciũ & charitatem, iustitiã & misericordiam; & illa non omittere. Facite illa: sed ista præponite. Si hæc ita sunt, quid est quod illis dixit, Facite eleemosynas, & ecce omnia munda sunt vobis? Quid est, Facite eleemosynam? Facite misericordiam. Quid est, facerè misericordiam? Si intelligis, à te incipe. Quomodo enim es misericors alteri, si crudelis sis tibi? Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.

FACITE veram eleemosynam. Quid est vera eleemosyna? Misericordia. Audi Scripturam: Miserere animæ tuæ placens Deo: Fac eleemosynam, miserere animæ tuæ placens Deo. Mendicat ante te anima tua, redi ad conscientiã tuã. Quicũq; malè viuis, quicũque infideliter viuis, redi ad conscientiã tuã: & ibi inuenis mendicantem animã tuã, inuenis egentẽ, inuenis pauperem, inuenis ærumnosam, inuenis fortè nec egentẽ, sed egestate obmutescentem. Nam si mendicat, esurit iustitiam. Quando inueneris animam tuam talem, intus in corde tuo illã fac prius eleemosynam, da illi panem. Quem panem? Si Pharisæus interrogaret, diceret illi Dominus: Fac eleemosynam cũ anima tua.

Hoc

Hoc enim illi dixit: sed ille non intellexit, quando illis enarrauit eleemosynas quas faciebant, & putabãt latere Christũ, & ait illis: Noui quid facitis, decimatis mentã & anethum, cuminũ & rutam. Sed ego alias eleemosynas loquor: contemnitis iudicium & charitatẽ. In iudicio & charitate fac eleemosynam cum anima tua. Quid est iudicium? Respice & inueni; displice tibi, pronuncia in te. Et quid est charitas? Dilige Dominũ Deũ in toto corde tuo, & tota anima tua, & tota mẽte tua: Dilige proximũ tuũ tanquam teipsum, & fecisti misericordiam prius cum anima tua, in cõscientia tua. Hanc autẽ eleemosynam si prætermittis, da quãtũ vis, dona quantũ vis, retrahe de fructibus tuis, non decimas, sed dimidias: nouẽ partes da, & vnã tibi dimitte: nihil facis, quãdo tecũ nõ facis, & tecũ pauper es. Anima tua vescatur, ne fame pereat. Da illi panẽ. Quẽ panẽ, inquis? Ipse tecũ loquitur. Tu si audires, & intelligeres, & crederes Domino, ipse tibi diceret, Ego sum panis viuus, qui descẽdi de cælo. Nónne istũ panẽ primum dares animæ tuæ, & faceres cũ illa eleemosynã? Si ergo credis, facere debes, vt prius pascas animam tuam, Crede in Christum, & mundabũtur quæ intus sunt: & quæ foris sunt munda erunt. Conuersi ad Dominũ Deũ patrẽ omnipotẽtem puro corde, ei quantũ potest paruitas nostra, maximas atq; vberes gratias agamus, precantes toto animo singularẽ mansuetudinẽ eius: vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum quoque à nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentẽ gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat, per Iesum Christum filium suum, Amen.

De arbore ficulnea, quæ per triennium fructum non afferebat. & de muliere, quæ decem & octo annos habebat in infirmitate: in Euangelio secundum eundem.

SERMO D. AVGVST. XXXI.

Posidius inter sermones notat, De muliere curua octodecim annos habente in infirmitate.

DE arbore ficulnea, quę triennium habebat, & fructũ non afferebat; & de muliere quæ decem & octo annos habebat in infirmitate, quod Dominus donauerit audite. Arbor ficulnea, genus humanum est. Triennium autem, tria sunt tempora: vnum ante legẽ, alterũ sub lege, tertium sub gratia. Non est autem importunũ, vt arbor ficulnea intelligatur genus humanum. Primus enim homo quãdo peccauit, foliis ficulneis pudenda velauit. Hæc velauit, vnde nati sum⁹, mẽbra. Quæ enim ante peccatum fuerant gloriãda, post peccatũ pudẽda sunt facta. Denique antea nudi erãt, & nõ cõfundebantur. Non enim erat vnde erubescerẽt, quãdo peccatũ nõ præcesserat: nec poterãt de sui creatoris operibus erubescere, qui operibus sui creatoris bonis nullũ adhuc malum opus suum miscuerant. Nõdum enim manducauerant de ligno scientiæ boni & mali, vnde manducare prohibiti erãt. Postea ergo quàm manducauerũt & peccauerũt, natũ est de illis genus humanum: id est, homo de homine, obnoxius de debitore, mortalis de mortali, peccator de peccatore. Hos ergo appellat in hac arbore, qui per omne tẽpus fructũ dare noluerunt: & propter hoc imminebat securis radicibus arboris infructuosæ. Intercedit colonus, differtur suppliciũ, vt adhibeatur auxiliũ. Qui autem intercedit colonus, est omnis sanctus, qui intra Ecclesiã orat pro eis qui sunt extra Ecclesiã. Et quid orat? Domine, dimitte illam & hoc anno: id est, tẽpore isto sub gratia, parce peccatoribus, parce infidelibus, parce sterilibus, parce infructiosis. Circũfodio ei, & adhibeo cophinũ stercoris. Si fecerit fructũ, bene; sin autẽ min⁹, venies & amputabis eã. Venies: quãdo? In iudicio venies, quãdo vẽturus es iudicare viuos & mortuos. Interim modò parcitur. Quid est autẽ fossa, quid est circũfodere, nisi humilitatẽ & pœnitẽtiam docere? Fossa enim humilis terra est. Cophinum stercoris, in bono intellige. Sordes sunt, sed fructũ dãt. Sordes cultoris, dolores sunt peccatoris. Qui agunt pœnitẽtiã, in sordibus agunt: si tamẽ intelligãt, & veraciter agant. Huic ergo arbori dicitur, Agite pœnitentiã, appropinquauit enim regnum cælorum.

QVID illa mulier decẽ & octo annos habẽs in infirmitate? Sex diebus Deus perfecit opera sua. Ter seni, decẽ & octo faciũt. Quòd ergo significauit trienniũ in arbore, hoc decẽ & octo anni in illa muliere. Curua erat, sursum aspicere non poterat: quia Sursum cor, sine causa audiebat. Sed erexit eam Dominus. Est ergo spes, sed filiis, quousque veniat dies iudicij. Multũ tibi dat homo. Et quid est homo? Iustus homo magnum aliquid est homo. Sed tamen iustus homo, gratia Dei est iustus homo. Nã quid est homo, nisi quòd memor es eius? Vis videre quid est homo? Omnis homo mendax. Cantauimus, Exurge Domine, non præualeat homo. Quid est, Non præualeat homo? Nónne Apostoli erant homines? Nónne Martyres homines erant? Ipse Dominus Iesus Deus esse non desistens homo esse dignat⁹ est. Quid est ergo, Exurge Dñe, nõ præualeat homo? Si omnis homo mẽdax, exurge veritas: nõ prẽualeat falsitas. Homo ergo, si vult esse aliquid boni, non fit de suo proprio. Si enim de suo esse voluerit, mẽdax erit. Si verax esse voluerit, de Dei, nõ de suo erit. Exurge ergo Domine, non præualeat homo. Tantum valuit mendacium ante diluuium, vt post diluuium octo remansissent homines. Per ipsos terra rursus impleta est hominibus mendacibus, & electus est populus Dei. Facta sunt miracula multa, prærogata diuina beneficia. Ad terram promissionis perductus est, ab Ægyptiorũ seruitute liberatus: Prophetę in illo excitati sunt, templum accepit, sacerdotium accepit, vnctionem accepit, legem accepit. Sed de ipso postea dictum est: Filij alieni mentiti sunt mihi. AD extremum missus est ille per prophetas antè promissus: Non præualeat homo, vel quia Deus factus est homo. Sed etiam ipse faciens diuina contemptus est, præstans tã multa beneficia prensus est, flagellatus est, suspensus est. Hucusque prẽualuit homo, Dei filium prẽdere, Dei filium flagellare, Dei filium spinis coronare, Dei filium ligno suspendere. Tantum præualuit homo. Sed quousque, nisi quousq; de ligno depositus, positus est in sepulchro? Si ibi remansisset, verè homo præualuisset. Sed prophetia ista etiam ipsum Dominum Iesum alloquitur, dicens: Exurge Domine, non prẽualeat homo, Domine, in carne venire dignatus, verbum caro factus, verbum super nos, caro inter nos, verbum caro inter Deum & hominem; virginem vnde nascereris secundum carnem elegisti, virginem concipiendus inuenisti, natus virginem reliquisti: sed non agnoscebaris. Apparebas, & latebas. Apparebat infirmitas, latebat potestas. Hoc totum factum est, vt sanguinem funderes, quod est pretium nostrum. Fecisti miracula tanta, valetudinibus ęgrotorum sanitatem tribuisti, beneficia multa præstitisti, & recepisti mala pro bonis. Insultatum est tibi, pependisti in ligno: agitatum est ante te caput ab impiis, & dictum est, Si filius Dei es, descende de cruce. Itáne tu perdideras potentiam; an potius demonstrabas patientiam? Et tamen illi insultauerunt, & tamen illi irriserunt, tamen illi te occiso quasi victores discesserunt. Ecce in sepulchro iaces.

Exurge

Exurge Domine, non præualeat homo. Nõ præualeat impius inimicus, non præualeat cæcus Iudæus. Cùm enim crucifigereris, præualuisse sibi visus est Iudæus cæcus. Exurge Domine, non præualeat homo. Factũ est, omnino factũ est. Et quid restat, nisi vt iudicentur gentes in conspectu tuo: Resurrexit enim, sicut nostis, ascendit in cælum: inde venturus est iudicare viuos & mortuos. EIA arbor infructuosa, non derideas, quia parcitur tibi: dilata est securis, noli esse secura: veniet, & amputaberis. Crede quia vẽturus est. Ista omnia quę vides nõ erant. Christianus populus toto orbe terrarũ aliquãdo nõ erat. In prophetia legebatur, in terra non videbatur: modò autẽ & legitur, & videtur. Ipsa Ecclesia sic est cõpleta. Nõ ei dictũ est, Vide filia, & audi: sed audi, & vide. Audi prædicta, vide cõpleta. Quomodo ergo, fratres charissimi, nõ erat Christus natus de virgine, promissus est, & natus est: Non fecerat † miracula, promissa sunt, & fecit: Nondũ erat passus, promissum est, & factum est: Nõ resurrexerat, prædictum est, & impletũ est: Nomẽ eius per totũ mundũ non erat, prædictũ est, & impletum est: Idola deleta & fracta nõ erant, prædictum est, & impletũ est: Hæretici impugnantes Ecclesiam non erãt, prędictũ est, & impletũ: Sic & dies iudicij nondum est, sed quia prædictus est, implebitur. An fieri potest, vt qui in tantis verax apparuit, de die iudicij mẽdax sit? Promissorum suorũ nobis chirographum fecit. Non debendo enim: sed promittendo debitorẽ se Deus fecit: id est, non mutuo accipiendo. Nõ possumus ergo ei dicere, Redde quod accepisti. Quoniã quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Non possum⁹ dicere ei, Redde quod accepisti: sed planè dicimus, Redde quod promisisti. INDE nãq; est, quòd audem⁹ dicere quotidie, Veniat regnum tuum: vt veniente regno eius, & nos cum illo regnemus. Quod nobis his verbis promissum est: Tũc dicam illis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratũ est ab origine mundi. Sed pla nè, si fecerimus quod ibi sequitur, Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Promisit patribus nostris, sed cautionem fecit, quam legerem⁹ & nos. Si faciat nobiscũ rationẽ, qui dignat⁹ est facere cautionem, & dicat, Legite debita mea: hoc est, debita promissionum mearum, & computate quæ reddidi, cõputate etiam quæ debeo: ecce quàm multa reddidi: modicũ est quod debeo: pro modico quod restat, infidelẽ me promissorẽ esse putabitis? quid respõdebimus contra manifestissimã veritatẽ? Ergo qui sterilis est, agat pœnitentiã, & faciat fructum dignũ pœnitentiæ. Qui curuus est, terram intuetur, terrena felicitate lætatur, istam solã putat esse vitam beatã, vbi beatus esse possit, aliã non credit. Quicunque tam curuus est, erigatur, si per seipsum non potest, inuocet † Dominũ. Nũquid enim & mulier illa per seipsam erecta est? Væ illi esset, si manũ ille non porrexisset. Conuersi ad Dom.

Caput iiii. — Psal. 44. — al. mirabilia. — Rom. 11. — Cap. v. Matth. 6. — Matth. 25. — al. Deum.

De eo quod scriptum est in Euangelio secũdum eundem, Domine, si pauci sunt qui saluantur: & quomodo per angustã portam pauci intrant.

SERMO D. AVGVST. XXXII.

Cap. i.

TRIA sata farinæ, de quibus Dominus loquebatur, genus humanum est. Recolite diluuiũ, vnde cæteri repararentur, tres remanserunt. Tres filios habebat Noë, de ipsis reparatũ est genus humanũ. Mulier illa sanẽta quæ abscondit fermentũ, sapientia est. Ecce clamat orbis totus in Ecclesia Dei: Ego cognoui, quia magnus est Dominus. Certè pauci sunt qui saluantur. Recolitis quæstionẽ ex Euangelio nobis modò propositã: *Domine*, dictum est. *si pauci sunt qui saluãtur?*] Dominus ad hoc quid? Non ait, Nõ pauci: sed, Multi sunt qui saluãtur? Non hoc dixit. Sed quid dixit, cùm audisset, Si pauci sunt qui saluãtur? *Cõtẽdite*, inquit, *intrare per angustã portã.* Quãdo audis ergo, Pauci sunt qui saluãtur, confirmauit Dominus quod audiuit: Per angustam portã pauci intrant. Alio loco ipse hoc ait, Arcta via est & angusta, quæ ducit ad vitã: & pauci sũt qui ingrediuntur per illã. Lata autẽ & spatiosa est via, quæ dũcit ad interitũ: & multi sunt qui ambulãt per illam. Quid gaudem⁹ ad multitudines? Audite me pauci. Scio quia multi auditis, & pauci obauditis. Arcam video, grana quæro. Et vix videntur grana quando area trituratur: sed futurum est, vt ventiletur. Pauci ergo qui saluantur in cõparatione multorũ perituroru. Nã ipsi pauci magnam massam facturi sunt. Cùm venerit ventilator ferẽs vẽtilabrũ in manu sua, mundabit aream suam, frumenta recondet in horreo: paleas autem cõburet igni inextinguibili. Non subsannet palea granum: hoc verũ loquitur, neminẽ fallit. Estote ergo inter multos multi sed in cõparatione quorundã multorum pauci. Tanta massa processura est de hac area, vt impleat horteũceli. Nõ enim cõtrarius sibi esset Dominus Iesus, qui dixit, Pauci sunt qui intrant per angustã portã, multi per latã viã pereũt: cõtrari⁹ sibi esset qui alio loco dixit, Multi ab Oriente & Occidente veniẽt. Multi certè & pauci, & pauci & multi. Alij ergo pauci, alij multi? Nõ. Sed ipsi pauci qui multi. Pauci in cõparatione multorum perditorũ, multi in societate angelorũ. Audite charissimi. Apocalypsis hoc scriptum habet: Post hęc vidi ex omni lingua & gẽte & tribu veniẽtes cũ stolis albis & palmis, multitudinẽ quãnemo dinumerare potest. Hęc est massa sanẽtorum. Quanto clariore voce dictura est area ventilata, à turba impiorũ & malorũ falsorũmque Christianorũ segregata, ad ignes æternos separatis his qui premunt, non tangunt: mulier enim quædam simbriã tangebat, turba Christũ premebat. Segregatis ergo omnibus damnandis, massa purgata stãs ad dexterã, nullũ sibi misceri timens malorum, nullum timens perdere bonorum, regnatura cum Christo, quanta siducia dictura est, Ego cognoui, quia magnus est Dominus? Si ergo, fratres mei, granis loquor, si agnoscũt quod dico prædestinati in vitam æternã, operibus loquantur, non vocibus. Cogimur loqui vobis quod nõ debuimus. Inuenire enim in vobis debuim⁹ quod laudaremus, non quærere quod admoneremus. Ecce tamẽ breuiter dico, nõ immoror. Agnoscite hospitalitatẽ, per hanc peruentum est ad † Dominũ. Suscipis hospitem, cuius & tu es comes invia: quia omnes peregrini sumus. Ipse est Christianus, qui in domo sua, & in patria sua peregrinũ se esse cognoscit. Patria nostra sũt sum est, ibi hospites non erimus. Nã vnusquisque hic, & in domo sua, hospes est. Si non est hospes, non inde trãseat. Si trãsiturus est, hospes est. Nõ se fallat, hospes est: velit nolit, hospes est. Sed dimittit illã domũ filiis suis, hospes hospitibus. Quare? Et in stabulo si esses, nõ alio veniẽte discederes? Hoc facis & in domo tua. Cessit tibi locum pater tuus, cessurus es locũ filiis tuis. Nec mansurus manes, nec mansurus relinques. Si omnes transimus, aliquid quod transire non potest operemur: vt cùm transierimus, & illò venerimus, vnde non transeamus, opera nostra bona ibi inueniamus. Custos est Christus, quid times, ne perdas quod erogas? Conuersi ad Dominum, &c. Et post sermonem, Quod nouit charitas vestra, suggerimus. Dies anniuersarius ordinationis Domini senis Aurelii crastinus illucescit, rogat & admonet per humilitatem meam

Psal. 44. — Luc. 13. — Matth. 8. — Apoc. 7. — Lucę 8. — Psal. 134. — Cap. ii. — al. Deum. — Precatio to, est supra ser. 30.

meam charitatem vestram, vt ad basilicam Fausti deuotissimè venire dignemini.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Homo quidam fecit cœnam magnam, &c.

SERMO D. AVGVSTINI XXXIII.

Luc. 14.

Cap. i.



LECTIONES sanẽtæ propositæ sunt, & quas audiamus, & de quibus aliquid sermonis, adiuuante Dño, proferamus. In lectione Apostolica gratiæ aguntur Deo de fide gentiũ, vtiq; ideo, quia ipse fecit. In Psalmo diximus, Deus virtutũ conuerte nos, & ostende faciẽ tuã, & salui erimus. In Euangelio, ad cœnã vocati sumus: imò alij vocati, nos non vocati; sed ducti: non solũ ducti, sed etiam coacti. Sic enim audiuimus: quia *Homo quidam fecit cœnam magnam.*] Quis est iste homo, nisi mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus? *Misit vt venirent inuitati, quia hora iam venerat, vt venirent.*] Qui sunt inuitati, nisi per præmissos vocati, pphetas? Quãdo? Olim ex quo mittuntur prophetę & inuitãt ad cœnam Christi. Mittuntur ergo ad populũ Israël: Sæpe missi sunt, sæpe vocauerunt, vt ad horam cœnę veniretur. Illi autẽ inuitantes acceperũt, cœnam repudiauerũt. Quid est, Inuitantes acceperunt, cœnã repudiauerunt? Prophetas legerunt, & Christũ occiderunt. Sed quando occiderunt tunc nobis cœnam nescientes prępara uerunt. Parata iam cœna immolato Christo, post resurrectionẽ Christi commendata quam sciunt fideles cœna Domini, ciũsq; manibus & ore firmata, missi sunt Apostoli, ad quos missi antè fuerant Prophetæ. Venite ad cœnam. EXCVSAVERVNT qui venire noluerunt. Quomodo? Tres fuerũt excusationes. *Vnus dixit, Villam emi, eo videre illam: habe me excusatum. Alius dixit, Iuga boum emi quinque, ea volo probare: habe me excusatum. Tertius dixit, Vxorem duxi, habe me excusatum: non possum venire.*] Putamus non istæ sunt excusationes quæ impediunt omnes homines, qui ad istam cœnam venire detrectant? Quæramus eas, discutiamus, inueniamus: sed vt caucamus. In villa empta, dominatio notatur: ergo superbia castigatur. Habere enim villã, tenere, possidere, homines sibi in illa subdere & dominari delectat: Vitiũ malũ, vitiũ primum. Primus enim homo dominari voluit, qui dominum habere noluit. Quid est dominari, nisi propria potestate gaudere? Est maior potestas, illi subdamur, vt tuti esse valeam⁹. Villam emi, habe me excusatũ. Inuenta superbia, venire noluit. Alius dixit, quinq; iuga boũ emi. Nõnne sufficeret, boues emi? Aliquid ꝓculdubio est, quod nos ad quærendũ & intelligendũ obscuritate sui prouocat. Et quia clausum est, vt pulsemus, hortatur. Quinque iuga boũ, sensus huius carnis quinq; numerantur. SENSVS carnis huius, quod omnibus notũ est, & qui fortè non aduertunt, cõmoniti sine dubio recognoscunt. Sensus ergo carnis hui⁹ quinq; inueniũtur. In oculis visus est, audit⁹ in aurib⁹, odorat⁹ in narib⁹, gust⁹ in faucib⁹, tactus in omnib⁹ mẽbris. Alba & nigra & quoquo modo colorata, lucida & obscura sentimus vidẽdo. Rauca & canora, audiẽdo sentimus. Suaue olentia & graue olẽtia, odorando sentimus. Dulcia & amara, gustando sẽtimus. Dura & mollia, lenia & aspera, calida & frigida, grauia & leuia, tangendo sentimus. Quinq; sunt, & iuga sunt. Sed quia iuga sunt, in tribus prioribus sensibus facilius apparet. Duo sunt oculi, duæ aures, geminæ nares. Ecce tria iuga. In faucibus, id est, sensu gustandi, geminatio quædã inuenitur, quia nihil gustãdo sapit, nisi lingua & palato tãgatur. Voluptas carnis quæ ad tactũ pertinet, occultius geminatur. Est enim & forinsecus & intrinsecus: ergo & ipsa gemina

Villa empta, dominatio superba. — Dominari quid. — Quinque iuga boũ. Cap. iii.

Psal. 79. — 1. Tim. 2. — Inuitati qui. — Cap. ii. Tres excusationes. — Ioan. 12. — Luc. 14. — Ioan. 6.

est. quare boum dicuntur iuga? quia per sensus istos carnis terrena requirũtur. Boues enim terram versant. Sunt autẽ homines remoti à fide, terrenis dediti, carnalibus occupati: nolunt credere aliquid, nisi ad quod sui corporis sensu quinquepartito peruenium. In eis quinq; sensibus totius voluntatis sibi regulas ponunt. Nõ, inquit, credo ego, nisi quod video. Ecce quod noui, ecce quod scio. Albũ est, nigrũ est, rotũdũ est, quadratũ est, sic vel sic coloratũ est: noui, sentio, teneo: natura ipsa me docet. Nõ cogor credere, q̃ mihi nõ potes ostẽdere, Vox est: sentio, quia vox est. Bene cãtat, malè cantat, suauis est, rauca est: noui, scio, peruenit ad me. Bene olet, malè olet: scio, sentio. Hoc dulce est, hoc amarũ, hoc salsum, hoc insulsum. Quid mihi plus dicas nescio. Tangẽdo noui quid durum est, quid molle sit, quid lene sit, quid asperũ sit, quid caleat, quid frigeat. Quid mihi plus monstraturus es? TALI impedimẽto tenebatur apostolus noster Thomas, qui de Dño Christo, id est, de Christi resurrectione nec solis oculis credere voluit: Nisi misero, inquit, digitos meos in clauorũ & vulnerũ loca, & nisi manum meã in latus eius misero, nõ credã. Et Dñs qui posset sine vllo signo vulneris resurgere, seruauit cicatrices, quæ à dubitante tãgerẽtur, & cordis vulnera sanarentur: & tamẽ vocaturus ad cœnã contra excusationẽ quinque iugorũ boũ, Beati, inquit, qui nõ vidẽt, & credũt. Nos, fratres mei, ad cœnã vocati, ab istis quinq; iugis nõ sumus impediti. Nõ enim carnis faciẽ Dñi videre in hoc tẽpore cõcupiuimus, aut vocẽ ex ore carnis illius, ꝓcedẽtẽ aurib⁹ admittere desiderauimus: nullũ in illo tẽporalẽ odorẽ quæsiuimus. Perfudit eum quædã mulier pretiosissimo vnguento, domus illa odore impleta est. Sed nos ibi non fuimus, ecce nõ olfecimus, & credimus. Cœnam manibus suis consecratã discipulis dedit: sed nos in illo cõuiuio nõ discubuimus, & tamẽ ipsam cœnã fide quotidie manducamus. Nec magnũ putetis in illa cœna quã suis manibus dedit sine fide interfuisse: melior extitit fides postea, quã tũc perfidia. Nõ ibi fuit Paulus qui credidit: ibi fuit Iudas qui tradidit. Quãm multi & modò in ipsa cœna, quamuis illã tũc mensam nõ viderint, nec panẽ quẽ Dñs gestauit in manibus, oculis suis aspexerint, vel faucibus gustauerint, tamen quia ipsa est quæ nunc præparatur, quã multi etiã nũc in ipsa cœna iudiciũ sibi mãducant & bibũt. VNDE autẽ tanquã occasio nata est Dño, vt de ista cœna loqueretur? dixerat vn⁹ de discũbẽtib⁹: in cõuiuio enim erat, quò fuerat inuitatus: Beati qui mãducãt in regno Dei panẽ. Quasi in lõginqua iste suspirabat, & ipse panis ante illũ discũbebat. Quis est panis de regno Dei, nisi qui dicit, Ego sum panis viuus qui de cælo descẽdi? Noli parare fauces, sed cor. Inde cõmẽdata est ista cœna, Ecce credimus in Christũ, quẽ fide accipimus. In accipiẽdo nouimus quid cogitemus. Modicũ quid accipimus, & in corde saginamur. Nõ ergo quod videtur, sed quod creditur, pascit. Nõ ergo etiã sensum illũ externũ quęsiuimus, nec diximus, Crediderint qui Dominũ ipsum resurgẽtem, si verum est quod dicitur, viderunt oculis, manibus palpauerũt: nos nõ tangimus, quare credimus? Si talia cogitaremus, quinq; illis iugis boum à cœna impediremur. Vt noueritis fratres, istorũ quinque sensuum non delectationem, quæ permulcet & ingerit voluptatẽ, sed curiositatẽ quandam notatam fuisse, non ait, Quinque iuga boum emi, eo pascere illa: sed, eo probare illa: qui vult probare, per iuga boum nõ vult dubitare, quomodo sanctus Thomas per iuga noluit dubitare. Videã, tangam, digitos mittam. Ecce, inquit digitos tuos mitte per latus meũ, & noli esse incredulus. Occisus sum propter te: per

Cap. iiii. — Ioan. 1. — Cap. v. — Ioan. 12. — Ioan. 6.

locum quem vis tangere, sanguinem fudi vt redimerẽ
te, & adhuc dubitas de me, nisi retigeris me? Ecce &
hoc præsto, ecce & hoc exhibeo. Tange, & crede, inueni
locũ vulneris, sana vulnus dubitationis. TERTIVS
CAP. V. Vxor, voluptas carnis. dixit, Vxorẽ duxi. Ista voluptas est carnis, quæ multos
impedit: vtinã foris, & non intus. Sunt homines qui
dicũt. Non est homini bene, nisi cui assunt carnis de-
1. Cor. 15. liciæ: Ipsi sunt quos notat Apostolus, dicẽtes: Manducemus
& bibamus, cras enim morimur. Quis hinc in-
de surrexit? Quis nobis, quod ibi agitur, dixit? Hoc no-
biscũ tollimus quod in hoc tẽpore bene est nobis. Qui
hoc dicit, vxorem duxit, carnẽ amplexatur, carnis vo-
luptatibus iocundatur, à cœna excusatur, obseruet ne
fame interiore moriatur, attendite sanctum Ioannem
1. Ioan. 2. apostolũ & euangelistã: Nolite diligere mundũ, nec ea
quæ in mundo sunt. O qui ad cœnam Domini veni-
tis, nolite diligere mundũ, nec ea quæ in mundo sunt!
Non dixit, Nolite habere, sed nolite diligere. Habuisti, B
possedisti, dilexisti. Amor rerũ terrenarũ, viscũ est spi-
Psal. 54. ritaliũ pennarũ. Ecce concupisti, hæsisti. Quis dabit ti-
bi pennas vt colũbæ? Quando volabis, vbi verè requie-
scas, quãdo hîc vbi male hæsisti, peruersè requiescere
voluisti? Nolite diligere mũdũ, tuba diuina est. Conti-
nuò huius tubæ verbis orbi terrarũ, & vniuerso dicitur
mundo, Nolite diligere mundũ, nec ea quæ in mundo
sunt. Quisquis dilexerit mundũ, non est charitas patris
in illo. Quoniã omnia quæ in mundo sunt, concupi-
scentia carnis sunt, & concupiscẽtia oculorũ, & ambi-
tio seculi. Ab imo cœpit, quo Euangeliũ terminauit.
Inde ille cœpit, vbi Euangeliũ terminũ posuit. Concu-
piscentia carnis, Vxorẽ duxi. Cõcupiscentia oculorũ,
Quinq; iuga boũ emi. Ambitio seculi, Villã emi. Ideo
autem à parte totũ per solos oculos cõmemorati sunt
isti sensus, quia oculorũ est in quinq; sensibus principa-
tus. Propterea cũ propriè ad oculos pertineat visus, ip- C
sum videre per omnes quinq; sensus solemus appella-
re. Quomodo? Primò quod ad ipsos oculos pertinet,
dicis: Vide quã candidũ est, intende & vide quã cali-
dũ est. Hoc ad oculos pertinet. Audi & vide quã cano-
rum est. Nunquid cõuersim potes dicere: Audi & vide
quã candidũ est? Hoc quod dicitur, Vide, per omnes
sensus currit: Cæterorum autem sensuũ proprietas nõ
per se recurrit. Intẽde & vide quã canorũ est: odora &
vide quã suaue est: gusta & vide quã dulce est: tange &
vide quã molle est. Vtiq; quoniã sunt sensus, sic potius
diceremus: Audi & senti quã canorũ est: odora & sen-
ti quã suaue est: gusta & senti quàm dulce est: tange &
senti quã calidũ est: palpa & senti quàm lene est: palpa
& senti quã molle est. Nihil horũ. Nam ipse Dominus
post resurrectionẽ cũ apparuit discipulis suis, cũmque
cernentes adhuc titubarent in fide, putantes se spiritũ
Lucæ 24. videre: Quid, inquit, dubitatis, & quare cogitationes D
ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pe-
des meos. Et parũ est videte, tangite & palpate, inquit,
& videte. Intendite & videte, palpate & videte, in solis
oculis videte, in omnibus sensibus videte. Quia inte-
riorẽ sensum fidei quærebat, exterioribus corporis sen-
sibus adiacebat. Nos nihil ab istis exterioribus sensib⁹
in Domino carpsimus, auditu audiuimus, corde credi-
dimus: & ipsum auditũ nõ ab illius ore, sed ab ore præ-
dicatorũ eius, ab ore illorũ qui iam cœnabant, & nos
CAPVT VI. ructando inuitabãt. TOLLAMVS ergo de medio
excusationes vanas & malas, & veniamus ad cœnam,
qua intrinsecus saginemur, Non nos impediat extol-
lẽtia superbię, nõ nos extollat, vel nõ nos terreat cu-
riositas illicita, & auertat à Deo. Non nos impediat
voluptas carnis, à voluptate cordis. Veniamus, & sagi-
nemur. Et qui venerũt, nisi mẽdici, debiles, claudi, cæ-

A ci: Illic autẽ non venerũt diuites, sani, quasi bene am-
bulantes, & acutè cernentes, multũ de se præsumẽtes:
& ideo desperatiores, quãto superbiores. Veniant mẽ-
dici, quia ille inuitat qui propter nos pauper factus est, 2. Cor. 8.
cũ diues esset, vt illius paupertate mendici ditaremur.
Veniant debiles: quia nõ est opus sanis medicus, sed Matth. 9.
malè habentibus. Veniant claudi qui ei dicãt, Cõpo- Psal. 16.
ne gressus meos in semitis tuis. Veniant cæci qui dicãt,
Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte. Psal. 12.
Tales venerunt ad horã. Illis prius inuitatis, sua excu-
satione reprobatis: venerũt ad horã, intrauerũt de pla-
teis & vicis ciuitatis. *Et respondit seruus*] qui missus erat,
Domine, factum est quod iussisti, & adhuc locus est. Exi, in- Luc. 14.
quit, *in vias & sepes, & quos inueneris coge intrare.*] Quos
inueneris vt dignentur, noli expectare, coge intrare.
Magnã cœnã, magnã domũ parauì: nõ ibi patior locũ
vacare. Venerũt de plateis & vicis gentes: veniant de De correctione Donatist. cap. 16.
sepibus hæretici, hîc inueniunt pacẽ. Nam qui cõstru-
unt sepes, diuisiones quærunt. Trahantur à sepibus, e-
uellantur à spinis. In sepibus hæserunt, cogi nolunt.
Voluntate, inquiunt, nostra intremus. Non hoc Do-
minus imperauit. Coge, inquit, intrare. Foris inueniatur necessitas, nascitur intus voluntas.

SERMO XXXIIII.

OMISSVS est, quia est beati Augustini enarratio in Psal. 70. tom. 8. Vnde & titulus parum congruebat.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Luc. 10.

SERMO D. AVGVST. XXXV.

VOD admonemur, admonere debemus.
Recens Euãgelica lectio admonuit facere CAP. I.
amicos de mãmona iniquitatis, vt eos qui
C faciunt, recipiant, & ipsi sint in æterna ta-
bernacula. Qui sunt qui habebunt tabernacula æterna,
nisi sancti Dei? Et qui sunt qui ab ipsis accipiendi
sunt in tabernacula æterna, nisi qui eorum indigentiæ
seruiũt, & quod eis opus est, hilariter subministrãt? Re-
cordemur ergo in nouissimo iudicio, Dominũ esse di-
cturũ eis qui stabũt ad dexterã eius: Esuriui, & dedisti-
mihi mãducare: & cætera quæ nostis. Et cũ illi quære- Matth. 25.
rẽt quãdo ei obsequiã ista prębuissent, respõdit: quãdo
vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Isti minimi
sunt qui † recipiuntur in æterna tabernacula. Hoc di- al. *recipiunt*
xit dextris, quia fecerũt: hoc dixit sinistris, quia facere
noluerũt. Sed dextri qui fecerũt quid acceperunt, vel
potius quid accepturi sunt? Venite, inquit, benedicti
patris mei, possidete paratũ vobis regnũ à constitutio- Ibid.
ne mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare.
D Et, quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.
Minimi ergo qui sunt Christi? Hi illi sunt, qui omnia
sua dimiserũt, & secuti sunt eũ, & quicquid habuerũt, Minimi Christi qui sint.
pauperibus distribuerũt: vt Deo sine seculi cõpede ex-
pediti seruirẽt, & ab oneribus mũdi liberatos, velut pẽ-
natos sursũ humeros tollerent. Hi sunt minimi. Quare
minimi? quia humiles, quia nõ elati, nõ superbi. Appẽ-
de minimos istos, & graue põdus inuenies. SED quid CAPVT II.
est, quòd ait eos esse amicos de mãmona iniquitatis?
Quid est, mãmona iniquitatis? Primũ quid est mãmo-
na? Verbum est enim quod Latinũ non est. Hebræum Mammona.
verbum est, cognatum linguæ Punicæ. Istæ enim lin-
guæ sibi significationis quadam vicinitate sociantur.
Quod Punici dicunt mammon, Latinè lucrum voca-
tur. Quod Hebræi dicunt mammona, Latinè diuitiæ
vocantur. Vt ergo Latinè totum dicamus, hoc ait
Dominus noster Iesus Christus, Facite vobis amicos
de

de diuitiis iniquitatis. Hoc quidam malè intelligendo
A rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiũ-
tur, & putant se facere quod præceptum est. Dicunt e-
nim, rapere res alienas, mammona est iniquitatis: ero-
gare inde aliquid, maximè egẽtibus sanctis, hoc est fa-
cere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iste
corrigendus est, imò de tabulis cordis vestri omnino
delendus est. Nolo sic intelligatis. De iustis laboribus
facite eleemosynas: ex eo quod rectè habetis dare. Nõ
enim corrupturi estis iudicẽ Christũ, vt nõ vos audiat
cum pauperibus, quibus tollitis. Si enim deprædaris a-
liquẑ inualidũ, tu validior & potentior; & veniret tecũ
ad iudicẽ hominem quemlibet in hac terra, habẽtem
iudicandi aliquã potestatẽ, vellẑtque tecũ causam di-
cere, si tu de præda & spoliatione illa inopis dares ali-
quid iudici, vt pro te iudicaret iudex ille, vel tibi place-
ret? Nẑpe pro te iudicauit, & tamen tanta vis est iusti-
tiæ, vt & tibi displiceat. Noli tibi talem pingere Deũ,
noli collocare in templo cordis tui tale idolũ. Non est
B talis Deus tuus, qualis nõ debes esse nec tu. Si tu non
sic iudices, sed iustè iudices: etiã sic melior est te Deus
tuus: non est inferior: iustior est, fons iustitiæ est. Quic-
quid boni fecisti, inde sumpsisti: & quicquid boni eru-
ctasti, inde bibisti. Laudas vas, quia habet inde aliquid,
& vituperas fontẽ? Nolite velle eleemosynas facere de
fœnore & vsuris. Fidelibus dico, eis quibus Corpus
Christi erogamus dico. Timete, corrigite vos, ne dicã
postea: Tu facis & tu facis. Et puto, quia si fecero, non
mihi debetis irasci, sed vobis, vt corrigamini: ad hoc e-
nim valet quod dictum est in Psalmo, Irascimini, & Psal. 4.
nolite peccare. Volo vos irasci, sed non vt peccetis. Vt
autẽ nõ peccetis, quib⁹ habetis irasci, nisi vobis? Quid
est enim homo pœnitens, nisi homo irascens sibi? Vt
accipiat veniam, de seipso exigit pœnam, & rectè dicit
Psal. 50. Deo: Auerte faciẽ tuã à peccatis meis, quoniã peccatũ C
meũ ego agnosco. Si tu agnoscis, & ille ignoscit: quæ
CAPVT III. faciebatis nolite facere, Non licet. SED iã si fecistis,
& pecunias tales habetis; & inde saccellos implestis,
inde thesaurizabitis. De malo est quod habetis, iam
nolite malũ addere, & facite vobis amicos de mãmo-
Lucæ 19. na iniquitatis. Nunquid Zachæus de bono habebat?
Legite & videte. Maior erat publicanorum, id est, cui
vectigalia publica conferebantur: Inde habebat diui-
tias. Multos presserat, multis abstulerat, multa con-
gesserat. Intrauit domũ eius Christus, & venit salus
super domũ eius: sic enim ait ipse Dominus, Hodie sa-
lus huic domui facta est. Sed ipsam salutẽ videte. Pri-
mò desiderabat Dominũ videre, quia statura pusillus
erat: sed turba impediente ascendit in arborem sycō-
mori, & vidit transeuntem. Ille autẽ aspexit eum, & ait:
Zachæe descende, apud te oportet me manere. Tu pẽ-
des, sed nõ te suspendo: hoc est, non te differo. Volebas D
videre trãseuntem, hodie me apud te inuenies habitã-
tem. Ingressus est ad eum Dominus: repletus ille gau-
dio ait, Dimidium rerum mearũ do pauperibus. Ecce
quomodo currit, qui currit facere amicos de mãmo-
na iniquitatis. Et ne reus aliunde teneretur: Si cui ali-
quid tuli, ait, quadruplũ reddam. Inflixit sibi condem-
nationẽ, ne incurreret damnationẽ. Ergo qui habetis
de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de ma-
lo, nolite acquirere de malo. Esto bonus tu qui bonũ
facis de malo: & cùm cœperis boni aliquid facere de
malo, noli remanere tu malus. Numi tui conuertun-
CAPVT IIII. Mammona iniquitatis. tur in bonũ, tu autem remanes malus? EST quidẽ
& alius intellectus, nec ipsum tacebo. Mammona ini-
quitatis, diuitiæ sunt seculi omnes, vndecunque sint.
Vndecunque enim congregentur, mammona iniqui-
tatis est: id est, diuitiæ sunt iniquitatis: Quid est, Diui-

tiæ sunt iniquitatis? Pecunia est, quã nomine diuitiarũ
A appellat iniquitas. Si enim veras diuitias quæris, aliæ
sunt. Talib⁹ Iob nud⁹ abũdabat, quãdo in deũ cor ple- Iob. 2.
nũ habebat, & laudes Deo perditis omnibus reb⁹ tan-
quã gemmas pretiosissimas pferebat. Ipsæ sunt veræ
diuitiæ: Istæ autem ab iniquitate appellantur diuitiæ.
Habes illas, nõ reprehẽdo: hæreditas venit, pater tuus
diues fuit, & dimisit tibi. Honestè acquisisti: de iustis
laborib⁹ plenã domũ habes, nõ reprehẽdo. Tamẽ etiã
sic noli illas dicere diuitias: nam si dicis illas diuitias,
amabis illas. Et si amaueris illas, peribis cũ illis. Perde, al. *perdas.*
ne † pereas, dona, vt acquiras; semina, vt metas. Has
diuitias noli appellare, quia veræ nõ sunt; Paupertate
plenæ sunt, & semper obnoxiæ cauſis. Quales diuiti-
æ sunt, propter quas latronẽ times, propter quas ti-
mes seruum tuum, ne te occiso auferat, & fugiat? Si
verè diuitiæ essent, securitatẽ tibi darent.

ERGO illæ sunt verè diuitiæ: quas cùm habueri- CAP. V.
mus, perdere non possumus. Et ne fortè propter illas Diuitiæ vere.
furem timeas, ibi erunt vbi nullus auferat. Audi Do-
minum tuum: Thesaurizate vobis thesauros in cælo, Matth. 6.
quò fur non accedat. Tunc erunt diuitiæ, quando eas
migraueris. Quamdiu in terra sunt, diuitiæ non sunt.
Sed diuitias vocat illas mundus; iniquitatis vocat
Deus. Ideo mammona iniquitatis, quia diuitias illas
vocat iniquitas. Audi Psalmum: Domine, libera me Psal. 143.
de manu filiorum alienorum, quorum os locutum
est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filij sicut nouellæ constabilitæ à iuuentute
sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt simili-
tudo templi: Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc
in illud. Boues eorum crassæ, oues eorum fœcundæ,
multiplicatæ in itineribus suis. Non est ruina ma-
ceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.
C Vidisti Psalmum qualem felicitatem descripsit: sed
audi quid sit, quos proposuit filios iniquitatis. Quorũ
os locutum est vanitatem, & dextera eorũ dextera ini-
quitatis: Ipsos proposuit, & dixit felicitatẽ eorũ tantũ
super terram. Et quid adiunxit? Beatũ dixerunt populũ
cui hæc sunt. Sed qui dixerũt? Filij alieni, alienigenę, &
non pertinẽtes ad semẽ Abrahæ. Ipsi dixerũt populum
beatum, cui hæc sunt. Qui dixerunt? Quorum os locu-
tum est vanitatem. Ergo vanum est, dicere beatos esse
eos quibus hæc sunt: & tamen dicitur ab eis, quorum
os locutum est vanitatem. Ab ipsis dicuntur istæ diuiti-
æ, quæ vocãtur mammona iniquitatis. Tu autẽ quid
dicis? Quia illi filij alieni, quia illi quorum os locutũ est
vanitatem, dixerunt beatum esse populũ cui hæc sunt,
tu quid dicis? Falsæ sunt istæ diuitiæ; da mihi veras. Re-
prehendis ista, ostende quod laudas. Vis vt contemnã
hoc, ostẽde quod præferã. Dicat ipse Psalm⁹: Qui enim
D dixit, beatũ dixerũt populũ, cui hęc sunt; tale nobis dat
responsum, quasi diceremus illi; id est, ipsi Psalmo: Ec-
ce hoc nobis tulisti, & nihil nobis dedisti. Ecce ista, ec-
ce ista cõtemnimus, vnde viuimus? vnde beati erimus?
Quia qui locuti sunt, ipsi de seipsis recipiẽt. Homines
enim diuitias habẽtes beatos esse dixerũt. Tu quid di-
cis? RESPONDET quasi sic interrogatus, & dicit: Illi di- CAP. VI.
cũt diuites beatos: ego dico, Beatus populus cuius Do-
minus Deus ipsi⁹. Audisti veras diuitias, fac amicos de
mammona iniquitatis, & eris beatus populus, cuius est
Dominus Deus ipsius, Aliquando transimus viam, &
videmus amœnissimos & vberes fundos, & dicimus;
Cuius est ille fundus? Asseritur illius: & nos dicimus,
Beatus homo: vanitatem loquimur. Beatus cuius est il-
la domus, beatus est cuius est ille fũd⁹, beatus est cuius
est illud pecus, beatus est cuius est ille seruus, beatus
est cuius est illa familia. Tolle vanitatem, si vis audire

veritatem. Beatus est, cuius est Dominus Deus ipsius. Non enim cuius est fundus iste, beatus est: sed ille cuius est Deus. Sed vt apertissimè beatitudinem rerum annũcies, dicis quòd beatũ te fecit fundus tuus. Quare? Quia inde viuis. Nã quando laudas pro magno fũdum tuum, hoc dicis: Ipse pascit me, inde viuo. Attende vnde viuas. Ille est vnde viuis, cui dicis, Apud te est fons vitæ. Beatus populus, cuius est Dñs Deus ipsius. O Dñe Deus meus, ô Dñe Deus noster, vt veniàmus ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro neq; de argento, nec de fundis: nolumus de terrenis istis & vanissimis, & caducæ vitæ transitoriis. Non loquatur os nostrũ vanitatẽ: Fac nos beatos de te, quia non perdimus te. Cũ tenuerimus te, nec te perdimus, nec nos perimus. Fac nos beatos de te, quia beatus populus cuius est Dñs Deus ipsius. Nec irascitur si dixeris de deo, fundus noster. Legimus enim, quoniã Dñs pars hæreditatis meæ. Magna res, fratres, & hæreditas ipsius sumus, & hæreditas nostra est: quia & colimus eũ, & colit nos. Nulla est iniuria illi quia colit nos: Quia si nos colimus illũ vt deũ nostrũ, ille colit nos vt agrũ suũ. Et vt sciatis quia colit nos, audite cũ quẽ misit nobis: Ego sum, inquit, vitis, vos estis palmites: pater meus agricola. Ergo colit nos: sed si fructũ reddamus, parat horreũ. Si autem sub tanto cultore steriles esse voluerimus, & pro frumento spinas protulerimus: nolo dicere quod sequitur, ad gaudiũ finiamus. Conuersi ad Dñm, &c.

Psal. 35.

Colimus nos Deum, & colit nos Deus.

Ioan. 15.

De iudice iniquo, qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur: in Euangelio secundum eundem. &, De duobus qui in templum ascenderunt, vt orarent.

SERMO D. AVGVSTINI XXXVI.

Cap. I.

LECTIO sancti Euangelii ædificat nos ad orandum & credendum, & non de nobis, sed de Dño præsumendum. Quæ ad orandum maior hortatio, quã vt nobis de iudice iniquo ponneretur similitudo? Iudex enim iniquus nec Deũ timens, nec hominẽ reuerens, audiuit tamen viduam interpellantẽ se, victus tædio, nõ pietate inclinatus. Si ergo exaudiuit qui oderat quod rogabatur, quomodo non exaudit qui vt rogemus hortatur? Cũ ergo nobis ista è contraria cõparatione Dñs suaderet, *Quia oportet semper orare, & non deficere:*] adiecit & ait: *Verũtamen cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?*] Si fides deficit, oratio perit. Quis enim orat quod non credit? Vnde & beatus Apostolus, cũ ad orandum exhortaretur, ait: Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et vt ostenderet fidẽ fontem esse orationis, nec posse ire riuum, vbi caput aquæ siccatur, adiunxit atq; ait: Quomodo autẽ inuocabunt in quẽ nõ crediderũt? Ergo vt oremus, credamus; & vt ipsa non deficiat fides, qua oramus, oremus. Fides fundit orationẽ, fusa oratio fidei impetrat firmitatem. Fides, inquã, fundit orationẽ, fusa oratio etiam ipsi fidei impetrat firmitatẽ. Etenim ne in tentationibus deficeret fides, propterea Dñs ait, Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationẽ. Quid est, in tentationẽ intrare, nisi à fide exire? Intantũ enim tentatio proficit, inquantum fides deficit: intantũ tentatio deficit, inquantũ fides proficit. Nam vt apertiùs nouerit charitas vestra, de fide ne deficeret & periret, dixisse Dñm, Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ: eo loco Euangelij ait, Hac nocte postulauit satanas vexare vos sicut triticũ: & ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Rogat qui tuetur, & non rogat qui periclitatur? Quod autem ait Dñs, Cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? de fide dixit, quæ perfecta est. Ipsa enim vix inuenitur in terra. Ecce plena est Dei Ecclesia. Quis huc accederet, si nulla esset fides? Quis non montes transferret, si plena esset fides? Attendite ipsos Apostolos: Dimissis omnibus suis, calcata spe seculi, Dñm non sequerentur, nisi magnã haberent fidẽ. Et tamen si plenã haberent fidẽ, nõ dicerent Domino, Auge nobis fidẽ. Vide etiã vtrũque illum de se confitentẽ. Vide fidem, & non plenã fidem. Qui cũ obtulisset Dño filiũ suum à malo dæmonio sanandũ, & esset interrogatus, vtrum crederet: Respõdit; & ait: Credo Dñe, adiuua incredulitatem meam. Credo, inquit, credo Domine: ergo est fides. Sed adiuua incredulitatẽ meã: ergo nõ plena est fides.

Luc. 18.

Rom. 10.

Luc. 22.

A

Mar. 6.

SED quia fides non est superborum, sed humilium, *Dixit ad quosdam qui sibi iusti videbantur, & spernebant cæteros, similitudinem hanc: Duo homines ascenderunt in templum orare, vnus Pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus dicebat: Gratias tibi Deus, quia non sum sicut cæteri hominum.*] Dicerẽt saltẽ sicut multi homines. Quid est, sicut cæteri homines, nisi omnes præter ipsum? Ego, inquit, iustus sum, cæteri peccatores. *Non sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri.*] Et ecce tibi ex vicino publicano maioris tumoris occasio. *Sicut*, inquit, *publicanus iste.*] Ego, inquit, solus sum, iste de cæteris est. Nõ sũ, inquit, talis qualis iste, per iustitias meas, quibus iniquus nõ sũ. *Ieiuno bis sabbato, decimas do omniũ quæ possideo.*] Quid rogauerit Deum, quære in verbis eius, nihil inuenies. Ascendit orare: noluit Deũ rogare, sed se laudare. Parum est, non Deum rogare, sed se laudare; insuper & roganti insultare. *Publicanus autem de longinquo stabat,*] & Deo tamẽ ipse propinquabat: cordis cõscientia eum remouebat, pietas applicabat. Publicanus autem de longinquo stabat: sed Dñs cũ de propinquo attẽdebat. Excelsus enim Dominus, & humilia respicit. Excelsos autem, qualis erat ille Pharisæus, à longe cognoscit. Excelsa quidem Deus à longe cognoscit, sed non ignoscit. Adhuc audi humilitatem publicani. Parum est, quia de longinquo stabat; *Nec oculos suos ad cælum leuabat.*] Vt aspiceretur, non aspiciebat: respicere sursum non audebat: premebat conscientia, spes subleuabat. Adhuc audi, *Percutiebat pectus suum.*] Pœnas à seipso exigebat, propterea Dominus confitenti parcebat. Percutiebat pectus suum, dicens, *Domine, propitius esto mihi peccatori.*] Ecce qui rogat. Quid miraris, si Deus ignoscit, quando ipse agnoscit? Denique de Pharisæo & publicano accepisti controuersiam: audi sententiam. Audisti superbum accusatorem, audisti reum humilem, audi nunc iudicem: *Amen dico vobis.*] Veritas dicit, Deus dicit, iudex dicit: *Amen dico vobis, descendit iustificatus publicanus ille de templo, magis quàm ille Pharisæus.*] Dic Domine causam. Ecce video publicanum iustificatum magis de tẽplo descendere quàm Pharisæum. Quæro quare. Quæris quare? audi quare. *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.*] Audisti sententiam, caue causam malam: aliud dico, Audisti sententiam, caue superbiam.

Pharisæus dicebat

B

Cap. II. Luc. 18.

Pharisæus

C

D

VIDEANT nunc, audiant ista nescio qui impiè garrientes, & de suis viribus præsumentes: audiant qui dicunt, Deus me hominem fecit, iustum ipse me facio. O peior & detestabilior pharisæo! Pharisæus ille superbè quidem iustum se dicebat, sed tamen inde ille Deo gratias agebat. Iustum se dicebat, sed tamen Deo gratias agebat. Gratias tibi Deus, quia non sum sicut cæteri homines. Gratias tibi Deus: gratias Deo agit, quia non est sicut cæteri homines, & tamẽ tanquã superbus & inflatus reprehenditur: non quia Deo gratias agebat, sed quia velut nihil sibi addi cupiebat. Gratias tibi, quia non sum sicut cæteri

Cap. III. Contra Pelagianos

cæteri homines iniusti. Ergo tu iustus, ergo nihil rogas, ergo iam plenus es, ergo non est tentatio vita humana super terram, ergo iam plenus es, ergo iam abũdas, ergo iam non est quare dicas, Dimitte nobis debita nostra? Quid ergo qui impiè oppugnat gratiam, si reprehenditur qui superbè agit gratias?

Iob 7.

CAPVT IIII.

ET ecce post dictã controuersiam, prolatãque sẽtentiam procedũt & paruuli, imò afferuntur & offeruntur tangendi. Cui tangendi, nisi medico? Certè insani cui offeruntur infantes tangendi? Cui? Saluatori. Sed si Saluatori, vtique sanandi. Cui, nisi illi qui venit quærere, & saluare quod perierat? Vbi isti perierant? Quantum ad ipsos propriè attinet, innocentes video, reatũ quæro. Vnde Apostolũ audio, Per vnũ hominẽ intrauit peccatũ in orbẽ terrarũ. Per vnum, inquit, hominem peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Veniant ergo paruuli, veniant: audiatur DOMINUS, Sinite paruulos venire ad me. Veniãt paruuli, veniant languidi ad medicũ, veniant perditi ad redemptorem: veniant, nemo prohibeat. In ramo adhuc nihil cõmiserunt: sed in radice perierunt. Benedicat Dñs pusillos cũ magnis: Tangat medicus & pusillos & magnos. Causam paruulorum commendamus maioribus. Loquiminì pro tacentibus, orate pro flentibus. Si non frustra estis maiores, estote tutores: tuemini eos qui adhuc causam suam agere non possũt. Communis fuit perditio, sit cõmunis inuentio. Simul perieramus, simul inueniamur in Christo. Dispar est meritum, sed cõmunis est gratia. Nihil mali habent, nisi quod de fonte traxerunt. Nihil habent mali, nisi quod de origine traxerunt. Non eos impediant à salute, qui ad id quod traxerunt multa addiderunt. Qui maior est ætate, maior est & iniquitate. Sed gratia Dei delet quod traxisti, delet & quod addidisti. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit gratia.

Rom. 5.

Psal. 137.

Rom. 5.

B

C

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones.

SERMO D. AVGVSTINI XXXVII.

Beda hinc multa citat, ad Philip. 4.

Cap. I. Beda, Phil. 4. Iacobi 4. Matth. 6.

GAVDERE nos Apostolus præcipit, sed in Dño, nõ in seculo. Quicunque enim voluerit amicus esse huius seculi, sicut scriptũ est, inimicus Dei reputabitur. Sicut autem non potest homo duobus dominis seruire: sic nemo potest gaudere & in seculo, & in Dño. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, sũtque omnino contraria. Quãdo gaudetur in seculo, non gaudetur in Dño. Quando gaudetur in Domino, non gaudetur in seculo. Vincat gaudium in Domino, donec finiatur gaudiũ in seculo. Gaudiũ in Domino semper augeatur: gaudiũ in seculo semper minuatur, donec finiatur. Non ideo ista dicuntur, quoniã in hoc seculo cũ sumus, gaudere nõ debemus: sed vt etiam in hoc seculo cõstituti, iam in Dño gaudeamus. Sed ait aliquis, In seculo sum: vtiq; si gaudeo, ibi gaudeo vbi sum. Quid enim? Quia es in seculo, in Dño nõ es? Audi eundẽ Apostolũ ad Athenienses loquentem, & in Actibus Apostolorũ dicentẽ de Deo & de DOMINO creatore nostro, In illo viuimus, & mouemur & sumus. Qui enim vbique est, vbi non est? Nõnne ad hoc nos exhortabatur? Dominus in proximo est, nihil soliciti fueritis. Magnum est hoc, quòd ascendit super omnes cælos, & proximus est eis qui adhuc versantur in terris. Quis est iste longinquus, & ,pximus, nisi qui nobis misericordia facti est ,pximus?

Iacobi 4.

Matth. 6.

Act. 17.

Philip. 4.

Beda.

TOTVM enim genus humanũ est homo ille, qui iacebat in via semiuiuus à latronibus relictus, quẽ cõtẽpsit transiens Sacerdos & Leuites, & accessit ad eum curandũ eique opitulandũ transiens Samaritanus. Vt autẽ narraret hoc, vnde causa descendit? Quendã quærentem quæ sint optima præcepta & summa in lege, admonuit duo esse: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum sicut teipsum. Ille autem, Et quis est meus proximus?* Et narrauit Dominus, *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho.*] Ostẽdit illũ quodãmodo Israẽlitam. *Et incidit in latrones.* Cũ expoliassent, & plagas ei graues irrogassent, dimiserunt eum semiuiuum in via. Transiit sacerdos, vtiq; genere proximus, præteriit iacentẽ. Transiit Leuites: & hic genere proximus, iacentẽ etiam ipse contẽpsit. Transiit Samaritanus, genere longinquus, misericordia proximus; fecitq; quod nostis. In quo Samaritano se voluit intelligi Dominus noster Iesus Christus. Samaritanus enim custos interpretatur. Ideo resurgens à mortuis, iam nõ moritur, & mors ei vltrà nõ dominabitur: quia nõ dormit, neque dormitat qui custodit Israël. Deniq; quãdo conuiciis tantis blasphemabãt Iudæi, dixerũt illi: Nõnne verum dicimus, quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes? Cũ ergo duo essent verba cõuiciosa obiecta Domino, dictũmq; illi esset, Nõne verũ dicimus, quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes; poterat respõdere Dñs: Nec Samaritanus sum, nec dæmoniũ habeo: respõdit autem; Ego dæmonium non habeo. Quod respõdit, tũtutauit: quod tacuit, cõfirmauit. Nagauit se habere dæmoniũ, qui se nouerat dæmoniorũ exclusorẽ: nõ se negauit infirmi custodẽ. Ergo Dñs in ,pximo est, quia Dominus nobis factus est in proximo.

Cap. II.

Luc. 10.

Psal. 120.

Ioan. 8.

Cap. III.

QVID tam lõginquũ, quid tã remotũ quã Deũ ab hominibus, immortalẽ à mortalibus, iustũ à peccatoribꝰ? Nõ loco lõgè, sed dissimilitudine. Nã solemus etiã ita loqui, cũ de duobꝰ hominibus dicimus, quãdo diuersi sunt mores: Iste lõgè est ab illo, Etiã si iuxtà steterint, etiã si viciniùs inhabitent, etiã si vna catena colligẽtur: lõgè est pius ab impio, lõgè est innocẽs à reo, lõgè est iustus ab iniusto. Si hoc de duobus hominibus dicitur, quid de deo & hominibus? Cũ ergo lõgè à nobis esset immortalis & iustus, tãquã à mortalibus & peccatoribus, descendit ad nos, vt fieret nobis ,pximus ille lõginquus. Et quid fecit, cũ haberet ipse duo bona, & nos duo mala? Ille duo bona, iustitiã & immortalitatẽ: nos duo mala, iniquitatem & mortalitatẽ. Si vtrunq; malũ nostrũ suscepisset, par noster factus esset; & liberari nobis cũ opus haberet. Quid ergo fecit, vt esset proximus nobis? Proximus non hoc quod nos, sed prope nos. Duo attende: Iustus est, immortalis est. In duobus tuis malis, vna est culpa, altera est pœna. Culpa est, quòd iniustus es: pœna est, quia mortalis es. Ille vt esset ,pximus, suscepit pœnam tuã, nõ suscepit culpã tuã. Et si suscepit, delendã suscepit, nõ faciendã: iustus & immortalis, longè ab iniustis & mortalibus. Peccator mortalis, lõgè eras à iusto immortali. Non est factus ille peccator quod tu: sed factus est mortalis quod tu. Manẽs iustus, factus est mortalis. Suscipiẽdo pœnam, & non suscipiendo culpam, & culpã deleuit & pœnã. Dominus ergo in proximo est, nihil soliciti fueritis. Et si super omnes cælos ascẽdit corpore, non recessit maiestate. Vbique præsens est, qui fecit omnia.

Cap. IIII.

GAVDETE in Domino semper. In seculo gaudium quod est? Gaudere de iniquitate, gaudere de turpitudine, gaudere de dedecore, gaudere de deformitate. De his omnibus gaudet seculũ. Quæ omnia non essent, nisi homines voluissent. Alia sunt quæ faciunt homines, alia quę patiuntur, & si nolunt,

Gaudium in seculo.

lunt, ferunt. Quid ergo est hoc seculum, & quod est gaudium seculi? Dico, fratres, breuiter quantũ possum, quantum Deus adiuuat, festinanter, breuiter dico. Seculi lætitia, est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur, in spectaculis nugentur, ebriositate ingurgitẽtur, turpitudine fœdẽtur, nihil mali patiãtur: & videte seculi gaudiũ. Ista mala quæ cõmemoraui, non castiget fames, nõ belli timor, non aliquis timor, non aliquis morbus, non aliquæ aduersitates: sed sint omnia in rerũ abũdantia, in pace carnis, in securitate malæ mentis: & videte seculi gaudiũ, sed non cogitat Deus sicut homo. Alia est Dei cogitatio, alia hominis. Magnæ misericordiæ est, nequitię impunitatẽ non relinquere: & ne cogatur in extremo gehẽnæ damnare, modò flagello dignatur castigare. Nam vis nosse nulla pœna quanta sit pœna, non tamẽ iusto, sed peccatori, cui est tẽporalis pœna, ne succedat æterna? Vis ergo nosse, nulla pœna quanta sit pœna? Psalmũ interroga: Irritauit Dñm peccator. Exclamauit vehementer, attẽdit, consideranit, exclamauit: Irritauit Dñm peccator. Quare, obsecro? Quid vidisti? Qui autẽ hoc exclamauit, vidit peccatorem impunè luxuriantẽ, malè facientem, bonis abũdantẽ, & exclamauit, Irritauit Dñm peccator. Quare hoc dixisti? Quid enim vidisti? Præ magnitudine iræ suæ non requirit. Intelligite fratres Christiani, misericordiam Dei. Quando castigat mundũ, nõ vult damnare mundum. Præ magnitudine iræ suæ nõ exquirit. Ideo non exquirit, quia multum irascitur. Magna est ira eius. Parcendo sæuit, sed iustè sæuit. Est enim seueritas, quasi sæua veritas. Si ergo aliquando sæuit parcendo, bonũ est nobis vt subueniat castigando. Et tamen si facta generis humani consideremus, quid patitur? Nõ secundum peccata nostra fecit nobis. Filij eius sumus. Vnde hoc probamus? Mortuus est pro nobis vnicus, ne remaneret vnus. Noluit esse vnus, qui mortuus est vnus. Multos enim filios Dei fecit, vnicus filius Dei. Emit sibi fratres sanguine suo, probauit reprobatus, redemit venditus, honorauit iniuriatus, viuificauit occisus. Dubitas quòd dabit tibi bona sua, qui nõ dedignatus est suscipere mala tua? Ergo, fratres, gaudete in Dño; nõ in seculo: id est, gaudete in veritate, nõ in iniquitate. Gaudete in spe æternitatis, non in flore vanitatis. Ita gaudete & vbique, & quamdiucunque hic fueritis: Dominus inproximo est, nihil soliciti fueritis. Conuersi ad Dom.

Impunita nequitia est seculi lætitia.

Capv. Psal 9.

Psal.102.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SECVNDVM IOANNEM.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: & reprehensione Arrianorum.

SERMO XXXVIII.

A Beda citatur ad Hebreos 1. Videtur tamen nonnullis sermo confarcinatus, & non totus esse D. Augustini.

Capi.

APITVLVM Euangelij quod lectum est, fratres dilectissimi, purum oculum cordis inquirit. Dominum enim nostrum Iesum Christum accepimus secundum diuinitatem ad condendam vniuersam creaturam, secundum humanitatem ad reparandam lapsam creaturam, euangelizante Ioanne. In ipso autem Euãgelio quantus & qualis vir Ioannes fuerit, inuenimus, vt ex dignitate dispensatoris intelligatur, quãti pretij sit verbum quod per talẽ dici potuit, imò quã nullius sit pretij quod superat omnia. Pretio enim aut cõparatur res venalis, aut subiicitur, aut excedit eam. Quando tanto quisque comparat quanto valet, æquatur pretium rei quæ comparatur: quando vilius, subiicitur ei; quando charius, superat eam. Verbo autem Dei nec æquari aliquid potest, nec ad † mutationem subiici, nec superponi aliquid. Subiici enim omnia possunt verbo Dei, quia omnia per ipsum facta sunt: non tamẽ subiiciuntur, quasi pretium sint verbi, vt quisque det aliquid, vt illud accipiat. Tamen si dici potest, & admittit nomẽ hoc ratio aliqua vel loquendi consuetudo, pretiũ comparandi verbi ipse comparator est, qui seipsum pro seipso dederit huic verbo. Itaque quando aliquid emimus, quærimus aliquid quod demus, vt habeamus rem dato pretio quam volumus emere. Et extra nos est quod damus, & si apud nos erat, fit extra nos illud quod damus, vt sit apud nos illud quod comparamus. Quicquid pretij inuenerit qui emit aliquid, necesse est vt tale inueniat, vt det quod habet, accipiat quod non habet. Maneat tamen ille à quo abscedit pretium, & accedat illud pro quo dat pretium. Qui autem vult comparare verbum hoc, qui vult habere, non quærat extra seipsum quod det, seipsum det. Quod cùm fecerit, non se amittit: sicut amittit pretium, quando aliquid emit.

A

B

al. *mutatio-nem.*

Capi i.

VERBVM ergo Dei propositum est omnibus. Comparent qui possunt: possunt autem qui piè voluerint. In illo enim verbo pax, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Ergo qui vult comparare, det seipsum. Quasi pretium est hoc verbi, si dici aliquo modo potest, quando nec se perdit qui dat, & acquirit verbum pro quo se dat, & seipsum in verbo acquirit cui se dat. Et quid dat verbo? Non aliquid ab ipso alienum pro quo se dat: sed quod per ipsum verbum factum est, hoc ei redditur vt reficiatur. Omnia per ipsũ facta sũt. Si omnia, vtiq; & homo. Si cælũ, si terra, si mare, si omnia quæ in ipsis sunt, si vniuersa creatura, vtique ille manifestius qui ad imaginem Dei factus per verbum factus est homo. Nam modò, fratres, tractamus, quomodo possit intelligi quod dictum est, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*: Ineffabiliter potest intelligi. Non verbis hominis fit, vt intelligatur verbum Dei. Tractamus & dicimus, quare non intelligatur. Nunc non dicimus vt intelligatur, sed dicimus quid impediat ne intelligatur. Est enim forma quædam, forma non formata, sed forma omnium formatorum: forma incommutabilis, sine lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco, superans omnia, eminens omnibus, & fundamentum quoddam in quo sint, & fastigium sub quo sint. Si dicis, quia omnia in illo sunt, non mentiris. Dictum est enim ipsum verbum sapientia Dei: habemus autem scriptum, Omnia in sapientia fecisti. Ergo in illo sunt omnia, & tamen quia Deus est, sub illo sunt omnia. Dicimus quàm incomprehensibile sit quod lectũ est, tamen lectum est, non vt comprehenderetur ab homine, sed vt doleret homo: quia non cõprehendit, & inueniret vnde impediturà comprehensione, & remoueret ea, & inhiaret perceptioni incommutabilis verbi, ipse ex deteriore in melius commutatus: Non enim verbum proficit aut crescit accedente cognitore: sed integrum manet, si permanseris: integrum, si recesseris: integrum, si redieris, manens in se, & innouans omnia. Ergo est forma omnium rerum: forma infabricata sine tempore, vt diximus, & sine spatis locorum. Quicquid enim loco capitur, circumscribitur. Forma circumscribitur finibus, habet metas vnde & quousque sit. Deinde quod loco capitur, & mole quadam & spatio distenditur, minus est in parte, quàm in toto. Faciat Deus vt intelligatis.

C

D

Psal.103.

Capvt iii.

QVOTIDIE autem de corporibus, quæ ante oculos nostros sunt, quæ videmus, quæ tangimus, inter quæ sumus, possumus iudicare corpus quodlibet in loco habere formam. Omne autẽ quod spatiũ loci occupat minus est in parte, quã in toto. Pars corporis humani, verbi gratia, brachium. Vtiq; minus est brachiũ, quã totũ corpus. Et si minus est brachiũ, breuiorẽ locũ occupat. Item caput, quia pars est corporis, in minori loco est: & minus est quã totũ corpus, cui caput est: sic omnia quæ sunt in loco, minora sunt in parte quã in toto. Nihil tale de illo verbo sentiamus, nihil tale cogitemus. Non de suggestione carnis spiritalia imaginemur. Non est ille sermo, non est ille Deus minor in parte, quã in toto. Sed non potes tale aliquid cogitare. Magis pia est talis ignorantia, quã præsumpta scientia. Loquimur enim de Deo. Dictũ est, Et Deus erat verbum. De Deo loquimur, quid mirum, si non comprehendis? Si enim comprehendis, non est Deus. Sit pia confessio ignorantiæ magis, quàm temeraria professio scientiæ. Attingere aliquantũ mente Deũ, magna beatitudo est: comprehendere autem, omnino impossibile. Ad mentẽ Deus pertinet, intelligendus est: ad oculos corpus, videndum est. Sed corpus oculo comprehendere te putas? Omnino non potes. Quicquid enim aspicis, non totũ aspicis. Cuius hominis faciem vides, dorsum non vides eo tempore quo faciem vides. Et quando dorsum vides, eo tempore faciem non vides. Non sic ergo vides, vt comprehendas: sed quando aspicis aliam partem, quã non videras, nisi memoria tecum faciat, vt memineris te vidisse vnde recedis, nunquam te diceres aliquid vel in superficie comprehendisse. Tractas quod vides: versas huc atque illuc, vel ipse circuis vt totum videas. Vno ergo aspectu totum videre non potes. Et quamdiu versas vt videas, partes vides; & contexendo quia vidisti alias partes, videris totum inspicere. Non autem hic oculorum visus, sed memoriæ viuacitas intelligitur. Quid ergo de illo verbo, fratres, dici potest? Ecce de corporibus dicimus subiacentibus oculis nostris: non illa possunt cõprehendere aspectu: quis ergo oculus cordis comprehẽdit Deũ? Sufficit vt attingat, si purus est oculus. Si autem attingit, tactu quodam attingit incorporeo, & spirituali, non tamẽ cõprehendit: & hoc si purus est, & homo fit beatus contingendo corde illud quod semper beatum manet: & est illud ipsa beatitudo perpetua, & vnde fit homo viuus, vita perpetua, vnde fit homo sapiens sapientia perfecta, vnde homo fit illuminatus, lumen sempiternum est. Et vide quemadmodum tu contingendo efficeris quod non eras: non illud quod contingis facis esse quod non erat. Hoc dico, Deus non crescit ex cognitore, sed cognitor ex cognitione Dei.

A

B

C

D

Capvt xiii.

NE putemus, fratres charissimi, quia beneficium præstamus Deo, quia diximus pretium nos dare quodammodo. Non enim vnde augeatur, illi damus, qui & te lapso integer est, & te redeũte integer manet, paratus videre vt beatificet conuersos, & auersos puniat cæcitate. Vindicat enim primò in anima auersa à se, exordium pœnarũ ipsa cæcitate. Qui enim se auertit à lumine vero, id est, à Deo, iam cæcus efficitur. Nõdum sentit pœnam, sed iam habet. Itaque verbum Dei, fratres charissimi, incorporaliter, inuiolabiliter, incõmutabiliter, sine temporali natiuitate, natum tamen intelligamus à Deo. Putamus ne possumus aliquo modo persuadere quibusdam infidelibus non abhorrere à vero, quod dicitur à nobis fide catholica, quæ contraria est Arrianis, à quibus Ecclesia Dei sæpe tẽtata est, cũ carnales homines facilius illud accipiunt quod videre consueuerunt: Ausi sunt enim quidã dicere, Maior est pater filio, & præcedit eũ tempore: id est, maior est filio pater, & minor est patre filius, & à patre in tempore præceditur. Et sic disputant: Si natus est, vtique erat pater antequam filius illi esset natus. Attendite. Adsit ipse nobis, adiuuantibus orationibus vestris, & pia intentione accipere cupientibus quod ipse donauerit, quod ipse suggesserit. Assit nobis, vt possimus quoquo modo explicare quod cœpimus. Tamen, fratres, antè dico si non potuero ego explicare, non rationem putetis, sed hominem defecisse. Itaque vos hortor & deprecor vt oretis: assit misericordia Dei, & ita rem à nobis dici faciat, vt vos audire oportet, & nos dicere. Hoc ergo illi dicunt: Si filius Dei est, natus est. Hoc fatemur. Non enim esset filius, si natus nõ esset. Manifestum est, admittit fides, approbat Ecclesia catholica, verum est. Adiungunt deinde: Si natus est patri filius, erat pater antequã filius ei nasceretur. Hoc respuit fides, respuunt aures catholicæ. Anathematizatur, extra est qui hoc sapit, non pertinet ad participationẽ societatémque sanctorũ. Ergo ait, Rationem mihi redde, quomodo & filius potuit nasci patri, & coæuus ei esse à quo natus est? ET quid facimus, fratres, quando carnalibus spiritalia insinuamus: si tamen & nosipsi non carnales sumus, quando carnalibus ista spiritalia intimamus, homini assuefacto natiuitate terrena, & videnti istius creaturæ ordinem, vbi successus & decessus, gignentes & genitos ætate distinguit? Post patrẽ enim nascitur filius, patri vtique morituro successurus. Hoc in hominibus, hoc in aliis animãtibus inuenimus, parentes priores tempore, filios tẽpore posteriores. Hac cõsuetudine videndi, carnalia transferre illi ad spiritualia cupiunt, & intentione carnaliũ faciliùs seducuntur. Non enim ratio audientium sequitur talia prædicantes, sed consuetudo, quæ etiam inuoluit eos vt talia prædicarent. Et quid facimus nos? Silebimus? Vtinam liceret. Forsitan enim silendo aliquid dignum de re ineffabili cogitaretur. Nam quicquid potest fari, non est ineffabile. Ineffabilis est autem Deus. Si enim raptum se dicit vsque in tertium cælum apostolus Paulus, & dicit se audisse ineffabilia verba: quãto magis ipse ineffabilis, qui talia demonstrauit, quæ fari non possit cui demonstrata sunt? Itaque fratres, melius erat, si possemus tacere & dicere: Hoc habet fides, sic credimus. Non potes capere, paruulus es: patiẽter tolerandus, donec pennas nutrias, ne cùm volare implumis volueris, non sit tibi aura illa libertatis, sed casus temeritatis. Quid illi contrà? O si haberet quod diceret, diceret mihi! Deficienti ista excusatio est. Victus est, nescit, qui respondere non vult. Ille cui hoc dicitur, si non respondeat, & si in seipso victus nõ est, vincitur tamen in titubantibus fratribus. Audiunt enim fratres infirmi, & putant tenera non esse quod dicatur: & forsitan verum putant non esse quod dicatur, non tamen non esse quod sentiatur. Homo enim nihil potest dicere, quod non etiam sentire possit. Potest etiam aliquis sentire, quod dicere non possit. Tamen seruata illius maiestatis ineffabilitate, ne cùm aliquas similitudines contra illos dederimus, putet nos aliquis per istas similitudines iam peruenisse ad id quod nec diei nec cogitari potest, certè à paruulis: & si potest ab aliquibus maioribus, potest ex parte, potest in ænigmate, potest per speculum, nondum autem facie ad faciem: demus & nos aliquas similitudines aduersus illos vnde illi refellantur, non vnde illud capiatur. Etenim cùm dicimus valde posse fieri, posse intelligi, vt & natus sit, & coæternus sit

Capvt v.

2. Cor. 12.

ei à quo natus est, vt hoc refellant, & quasi falsum esse demonstrẽt, similitudines nobis dant. Vnde? De creatura, & dicunt nobis, Homo vtiq; erat antequã generaret filiũ, maior est filio suo. Et equus erat antequam generaret filiũ, & ouis, & cætera animalia. Similitudines adhibẽt de creaturis. Cap. vi. Quid? Nobis laborandum est, vt nobis inueniamus similitudines earũ rerũ quas astruimus? Quid si nõ inuenirẽ? Nõ rectè possem dicere, natiuitas creatoris fortasse similitudinẽ in creatura nõ habet? Quanto enim superat ea quæ sunt hic, in eo quod ibi est: tanto superat ea quæ hic nascuntur, in eo quod ibi natus est. Omnia per Deũ hic sunt. Et quid tamen est cõparandũ Deo? Sic omnia quæ hic nascuntur, illo efficiente nascuntur. Et sic forsitan non inuenitur aliqua similitudo natiuitatis eius, quomodo nõ inuenitur & substantiæ eius, & immutabilitatis, diuinitatis, maiestatis eius? Quid enim simile hic inueniri potest? Si ergo forsitan nec natiuitatis similitudo inueniatur, nunquid inde oppressus sum quia nõ inueni similitudines, creatori omniũ in creatura, cupiens inuenire quod esset simile creatori? Et reuera, fratres, nõ sum inuenturus tẽporales similitudines, quas æternitati possim cõparare. Sed & tu quas inuenisti, quid sunt? Quid enim inuenisti? Quia pater maior est tẽpore quã filius, & ideo vis vt filius Dei tẽpore minor sit quàm pater æternus; quia inuenisti minorẽ filiũ patre temporali. Da mihi æternum patrẽ hic, & inuenisti similitudinẽ. Filiũ minorẽ inuenis patre in tempore, filiũ tẽporalem minorẽ patre tẽporali. Nũquid inuenisti mihi filium temporalem minorem æterno patre?

Capvt vii. V. Beda, Hebrgor. i. Quia ergo in æternitate stabilitas est, in tempore autẽ varietas: In æternitate omnia stant, in tẽpore alia succedunt, alia accedunt: Potes inuenire filiũ minorẽ in varietate tẽporis, succedentem patri, quia etiã patri suo ipse successit non æterno patri tẽporalis. Quid ergo possumus, fratres mei, in creatura inuenire coæternum, quando in creatura nihil inuenimus æternũ? Inueni æternum patrẽ in creatura, & inuenio coæternũ filium. Si autem non inuenis æternum, & vincunt se in tempore, sufficit vt ad similitudinem inueniamus coæuum. Aliud est enim coæternum, aliud coæuum. Coæuos quotidie dicimus eos, qui eandẽ habent mẽsuram temporũ. Nõ alter ab altero præceditur tẽpore, ambos tamen esse cœpisse, quos dicimus coæuos. Si potuerimus inuenire coæuum quod nascitur ei à quo nascitur: si possunt inueniri coæua duo, generans & generatus: hic inuenimus coęua, ibi intelligamus coęterna. Si hic inuenero genitũ ex eo esse cœpisse ex quo cœpit generator, intelligimus certè filiũ Dei ex eo esse non cœpisse, ex quo non cœpit generator. Ecce fortasse, fratres, inuenimus aliquid in creatura, quod de alia re nascatur, & tamen ex eo tempore esse incipiat, ex quo cœpit illud vnde nascitur, hoc ex eo ex quo illud cœpit, illud ex eo ex quo illud non cœpit. Hoc ergo coæuum, illud coæternum. Capvt viii. Arbitror sanctitatem vestram iam intellexisse quod dico, non posse cõparari temporalia æternis: sed posse ex aliqua tenui & parua similitudine coæua coæternis. Inueniamus itaque coæua, & de Scripturis admoneamur ad has similitudines. Legimus in Scripturis de ipsa sapientia, Sap. 7. Candor est enim lucis æternæ. Item legimus, Speculũ sine macula Dei maiestatis. Ipsa sapientia dicta est, cãdor lucis æternæ; dicta est imago patris. Hinc capiamus similitudinem, vt inueniamus coæua, ex quibus intelligamus coæterna. O Arriane, si inuenero genitorem non præcedere tempore illud quod genuit, si genitum non esse minorem tempore illo à quo generatus est; iustum est vt concedas mihi posse ista coæterna inueniri in creatore, quando coæua in creatura inueniri potuerunt. Iam quidem aliquibus fratribus hoc occurrere puto. Nam præuenerunt aliqui ex quo dixi, Candor est enim lucis æternæ. Ignis enim lucem fundit, lux ab igne funditur. Quid à quo existãt si quæramus, quotidie cùm lucernam accendimus admonemur rei cuiusdam inuisibilis & inenarrabilis, vt lucerna aliqua intelligentiæ nostræ in ista nocte seculi possit accendi. Attende eum qui lucernã accendit. Non accensa lucerna, nondum est ignis, nondum est fulgor qui ab igne exiit. Interrogo autem ego, & dico, Fulgor ab igne existit, an ignis à fulgore? Omnis anima mihi respondet (voluit enim Deus inseminare omni animæ initia intellectus, initia sapientiæ) omnis mihi anima respondet, & nemo dubitat quòd splendor ille de igne existit, non ignis de splendore. Ponamus ergo ignem patrem illius splendoris: quia iam prælocuti sumus coæua nos quærere, non coæterna. Si lucernam accendere cupio, nondum est ibi ignis, nondum & ille splendor. Mox autem vt accendero, simul cum igne & splendor existit. Da mihi hic ignem sine splendore, & credo tibi patrem fuisse sine filio.

Attendite: Dicta est vt tanta res potuit à nobis dici, Domino adiuuante intentionem orationis vestræ, & præparationem cordis vestri, excepistis quantum capere potuistis. Illa tamen ineffabilia sunt. Nihil dignum putetis dictum, vel eo ipso quo coæua coæternis comparantur, temporalia semper manentibus, extinguibilia immortalibus. Sed quia dictus est filius & imago patris, accipiamus & aliquam similitudinem hinc in rebus longè differentibus, vt prælocuti sumus. Imago existit de speculo hominis intuentis speculum. Non nobis potest suffragari ad euidentiam rei huius quam explicare vtcunque conamur. Etenim dicitur mihi, Ille qui attendit speculum, iam vtique erat, & iam natus erat. Existit imago mox vt aspector extiterit. Nam ille qui inspicit erat, & antequam accederet ad speculum. Quid ergo inuenimus, vnde possimus eruere talem similitudinem, sicut eruimus de igne & splendore? Faciamus à minimo. Facilè nostis quemadmodum aqua corporum sæpe reddat imagines. Hoc dicimus, quando quisque vel transit super aquam vel stat, videt ibi imaginem suam. Ponamus ergo aliquid super aquam natum, velut virgultum aut herbam, nónne cum imagine sua nascitur? Mox vt incipit existere, incipit cum illo existere imago eius, non præcedit nascendo imaginem suam, non mihi ostenditur natum esse aliquid super aquam, & postea apparuisse imaginem eius, cùm illud sine imagine prius appareret, sed nascitur cum imagine sua, & tamen imago ab illo, non illud ab imagine. Nascitur ergo cum imagine sua, & simul esse incipiunt virgultum & imago eius. Nunquid non fateris imaginem esse de illo virgulto, nõ virgultum de imagine genitum? Ergo de virgulto illo confiteris imaginem. Itaque & generans, & quod genitum est, simul esse cœperunt. Ergo coæua sunt, si semper virgultum, semper & imago de virgulto. Quod autem de alio est, vtique natum est. Potest ergo semper esse generans, & semper cum illo quod de illo natum est. Ibi enim æstuabamus, ibi laborabamus, quomodo intelligeretur sempiterna natiuitas. Ergo filius Dei secundum hoc dicitur, quòd pater est, quòd habet de quo sit: non secundum hoc, quòd prior esset pater, & postea filius. Semper pater, semper filius de patre. Et quia quicquid de aliquo est, natum est: semper igitur filius natus, semper pater, semper imago de illo, quomodo imago illa virgulti de virgulto nata est, & si semper virgultum, semper nata esset & imago de virgulto. Non potuisti inuenire coæterna genita æternis genitoribus, & inuenisti coæua nata temporalibus gignentibus. Intelligo coæternum filiũ natum æterno gignẽti. Quod enim est temporali coæuum, hoc est æterno coæternũ.

Cap. x. Hic iam modicum est quod aduertatis fratres, propter blasphemias. Semper enim dicitur, Ecce dedisti similitudines: sed splendor qui funditur de igne, minus lucet quàm ipse ignis: & imago virgulti minus vtique habet proprietatem, quàm illud virgultum vnde imago est. Habent ista similitudinem, sed non habent omnimodo æqualitatẽ: quare non videntur esse eiusdẽ substantiæ. Quid ergo dicemus? Si dicat aliquis: Talis est ergo filius ad patrem, qualis ad ignem splendor, & imago ad virgultũ? Ecce intellexi æternum patrem, intellexi coæternum filium. Tamen sicut effusum splendorem minus lucentem igne, aut sicut effusam imaginẽ minus quàm virgultum existentem dicimus? Non: sed æqualitas omnimodo est. Non credo, ait, quia non inuenisti similitudinem: sed crede Apostolo, qui potuit videre quod dixi. Ait enim, Nõ rapinam arbitratus est, esse æqualis Deo. Æqualitas omnimodo coniungitur. Et quid dixit? Non rapinam. Quare? Quia illud est rapina, quod alienum est. Tamen ex istis duabus collationibus, & generibus duobus, similitudinẽ fortassis inuenimus in creatura, quomodo intelligamus filium & coæternum patri, & nequaquam minorẽ. Sed nõ illud possumus inuenire in vno genere similitudinum. Iũgamus ambo genera. Quomodo ambo genera? Vnũ vnde ipsi dant similitudines, & alterũ vnde nos dedimus. Dederunt enim similitudines illi ex his qui nascuntur in tẽpore, & præceduntur tempore ab eis à quibus nascuntur, sicut homo de homine. Maior ille tẽpore prior natus: sed tamen homo & homo sunt eiusdem substantiæ. Homo enim hominem generat, & equus equum, & pecus pecudem. Ad eandem substantiam generant ista, sed nõ ad id tempus. Diuersa sunt tempore, sed nõ sunt diuersa natura. Quid ergo hic laudamus in ista natiuitate? Certè ęqualitatem naturę. Quid autem deest? Æqualitas temporis. Teneamus hic vnum quod laudatur, id est, æqualitatem naturæ. In illo autem genere similitudinum, quod nos dedimus de splendore ignis, & de imagine virgulti, æqualitatem naturæ non inuenis, inuenis coęuitatem. Quid hic laudamus? Coæuitatem. Quid deest? Æqualitas naturę. Coniũge quæ laudas. In creaturis enim deest aliquid q̃ laudas, in creatore deesse nihil potest: quia quod inuenis in creatura, à creatore artifice processit. Quid ergo in coęuis? Nónne hoc Deo dandum quod ibi laudas? Quod autem deest non tribuendum maiestati, in qua nullus defectus est. Ecce offero tibi genitis coæua gignentia. Laudas ibi coæuitatem, sed disparilitatem reprehẽdis. Quod reprehendis, noli tribuere Deo; quod laudas tribue: & tribuis illi ex isto genere similitudinũ pro coæuitate coæternitatem, & coæternus sit natus cum eo à quo natus sit. De alio autem similitudinum genere, quę & ipsa creatura Dei est, & debet laudare creatorem, quid ibi laudas? Æqualitatem naturę. Iam propter illam distinctionem dederas coæternitatem, da propter istam æqualitatem, & perfecta est natiuitas eiusdẽ substantiæ. Quid enim dementius, fratres mei, quàm vt in aliquo laudem creaturam, quod non sit in creatore? Laudo in homine æqualitatem naturæ, & nõ credo in eo qui fecit hominem? Quod de homine natũ est, homo est: & quod de deo natũ est, non id erit quod ille de quo natum est? Non versor in operibus quæ Deus non fecit. Laudent ergo creatorẽ omnia opera sua. Inuenio hic, coæuum, cognosco ibi coęternũ. Hic æqualitatem inuenio naturæ, ibi intelligo æqualitatem substantiæ. Totum ergo ibi simul quod hic ex partibus singulis & rebus singulis inuenitur. Totum ergo ibi simul, & non hoc solum quod in creaturis totum inuenio ibi, sed tãquam in creatore, tanto amplius quòd hæc visibilia, illa inuisibilia; hæc temporalia, illa æterna; hæc commutabilia, illa incommutabilia; hæc corruptibilia, illa incorruptibilia. Postremò in homine ipso ea quæ inuenimus homo & homo, duo homines sunt, ibi pater & filius vnus Deus. Domino Deo nostro gratias ago inenarrabiles, quòd ex hoc loco scrupulosissimo & laboriosissimo infirmitatẽ meam liberare dignatus est, petentibus vobis. Ante omnia tamen seruate hoc, quiẽ quid de creatura potuimus colligere, aut sensu corporis, aut cogitatione animi inenarrabiliter transcendere creatorem. Sed si vis illum mente contingere? purga mentem, purga cor tuum. Mundum fac oculum, vnde illud quicquid est, possit attingi. Mundum fac oculum cordis: Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5. Non autem mũdato corde, quid potuit misericordiùs procurari aut donari ab eo, nisi vt illud verbum, de quo tanta & tam multa diximus, & nihil dignũ diximus nisi vt illud verbum, per quod facta sunt omnia, fieret quod nos sumus, vt attingere possimus illud quod non sumus? Non enim Deus sumus: sed possumus mente vel cordis acie interiore videre deũ. Peccatis acies nostræ obtritæ, obtusæ, infirmitate deiectæ cupiunt videre: sed in spe sumus, in re nondum sumus. Filij Dei sumus. Hoc ait Ioannes qui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: qui supra pectus domini discumbebat, qui secreta ista de sinu illius cordis hauriebat. Ipse ait: Dilectissimi, filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Hoc nobis promittitur. Sed vt perueniamus, si nõdum possumus verbum videre Deum, audiamus verbum carnem, quia carnales facti sumus: audiamus verbum carnem factum. Ideo enim venit, ideo suscepit infirmitatem nostram, vt possis firmam locutionem capere dei, portantis infirmitatem tuam. Et verè dictum est lac. Lac enim dat paruulis, vt cibum sapientiæ det maioribus. Lactare patienter, vt auidè pascaris. Quomodo enim fit etiam lac, quo lactantur infantes? Nónne esca erat in mensa? Sed inualidus est infans ad comedẽdam escam, quæ in mensa est: quid facit mater? Incarnat escã, & conficit lac de ipsa. Conficit nobis quod capere possimus. Sic verbum caro factum est, vt lacte paruuli nutriremur, qui ad cibum quidem eramus infantes. Verùm hoc interest, quia quando cibum mater incarnatum lac facit, cibus in lac conuertitur. Incommutabiliter autem manens verbum carnem assumpsit, vt esset quodammodo contextum. Quod est, non corrupit, nõ commutauit, vt per habitum tuũ tibi loquerẽtur, non in hominem transmutatus atque conuersus. Inconuertibilis enim & incommutabilis, & omnino inuiolabilis manens, factus est quod tu ad te, quod ipse ad patrem. Ipse enim infirmis quid dicit, vt possint recuperato illo visu verbũ ex aliqua parte attingere, per quod facta sunt omnia? Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. Quid magister filius dei, sapientia Dei, per quẽ facta sunt omnia, cõcionatur? Vocat humanũ genus, & dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & discite à me. Putabas fortè dicturam sapientiam Dei,

Philip. 2.

Cap. ix.

Ioann. 1.

1. Ioan. 3.

Discite à me, quomodo cælos feci & astra: Omnia etiã in me, antequam fierent, numerata erant, quomodo in virtute rationum incommutabilium etiam capilli vestri numerati sunt. Hæc putabas & talia esse dicturam? NON. Sed prius illud, Quoniam mitis sum, & humilis corde. Ecce quod capiatis, videte fratres, certè parium est. Ad magna nos tendimus, parua capiamus, & magni erimus. Vis capere celsitudinẽ Dei? cape prius humilitatem Dei. Dignare esse humilis propter te, quia Deus dignatus est humilis esse propter eundem te: non enim propter se. Cape ergo humilitatem Christi, disce humilis esse, noli superbire. Confitere infirmitatem tuam, iace patienter ante medicum: Cùm ceperis humilitatem eius, surgis cum illo: non quasi & ipse surgat secundum quod verbum est, sed tu potius vt magis magisque à te capiatur. Intelligebas primò titubanter atque hæsitãter, intelligis postea certiùs & clariùs. NON ille crescit, sed tu proficis, & quasi B tecum videtur surgere. Sic est, fratres: Credite præceptis Dei, & facite illa, & donabit vobis robur intelligentiæ. NON præsumatis, & quasi anteponatis scientiam præcepto Dei, ne inferiores non solidiores remaneatis. Arborem attendite. Petit ima prius, vt sursum excrescat. Figit radicem in humili, vt verticem tendat ad cælum. Nunquid nititur nisi ab humilitate? Tu autẽ sine charitate, sine humilitate vis excelsa comprehendere: sine radice auras petis. Ruina est ista, non incremẽtum. Habitãte Christo per fidem in cordibus vestris, in charitate radicamini atque fundamini, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Luce 12. *De verbis Euangelij, Sint lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes, &c.*

SERMO D. AVGVSTINI XXXIX.

CAP. I. DOMINVS noster Iesus Christus & venit ad homines, & abscessit ab hominibus, & venturus est ad homines. Et tamen hic erat quãdo venit, nec recessit quãdo abscessit, & ad eos vẽturus est, quibus dixit: Matth. 28. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationem seculi. Secundum formam ergo serui, quam susceptit pro nobis, quodam tẽpore natus est, & occisus Rom. 6. est, & resurrexit: & iã nõ moritur, nec mors ei vltrà dominabitur. Secũdum diuinitatem autem, qua æqualis Ioan. est patri, In hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum nõ cognouit. De hoc audistis modò Euangelium, quod monuerit nos, cautos nos facien, & volẽs esse expeditos & paratos ad † expectan- al. expetẽte. da nouissima: vt post nouissima, quæ sunt in hoc seculo D inetuenda, succedat requies, quę non habet finẽ: Beati qui participes facti fuerint. Erunt autẽ tunc securi, qui modò non sunt securi: & iterum tunc timebunt, qui modò timere nolunt. Ad hanc expectationem & propter hãc spẽ Christiani facti sumus. Christiani quare facti sumus. Nónne spes nostra nõ est de hoc seculo? Nõ amemus seculum. Ab amore Seculum istud non amandum. seculi huius vocati sumus, vt aliud seculum speremus & diligamus. In hoc abstinere nos debemus ab omnibus illicitis cõcupiscentiis, hoc est, lumbos accinctos habere debemus: & feruere & lucere in operibus bonis, hoc est, lucernas ardentes habere. Dixit enim ipse Dñs Matth. 5. discipulis suis alio loco Euangelij, Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super cãdelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et vt ostenderet vnde dicebat, subiecit & ait: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glo- CAP. II. rificent patrem vestrũ, qui in cælis est. IDEO lum-

A bos nostros accinctos esse voluit, & lucernas ardentes. Quid est, Lumbos accinctos? Declina à malo. Quid Psal. 33. Lumbi accincti. est lucere? Quid est lucernas ardentes habere? Hoc est, Lucernæ ardentes. Et fac bonum. Quid est quod adiunxit & ait, Et vos Luce 12. similes estote hominibus expectantibus Dominum suum quando veniat à nuptiis: nisi quod in illo Psalmo sequitur, Inquire pacem, & sequere eam? Hæc tria, hoc est, abstinentia à malo, & operatio boni, & spes premij æterni, commemorata sunt in Actibus Apostolorum, Act. 24. vbi scriptum est, Quia docebat eos Paulus de continẽtia, de iustitia, & spe vitę æternæ. Ad continentiam pertinet, Sint lumbi vestri accincti: Ad iustitiam pertinet, Et lucernæ ardentes: Ad expectationem Domini pertinet, quæ est spes vitæ æternæ. Ergo declina à malo, hæc est continẽtia, hi sunt lumbi accincti: Et fac bonum, hæc est iustitia, hæ sunt lucernæ ardẽtes: Quę- re pacem & sequere eam, hæc est expectatio futuri se- culi. Ergo similes estote hominibus expectantibus DO- MINUM suum quando veniat à nuptiis.

CAPVT III. HABENTES autẽ ista præcepta & promissa, quid quęrimus in terra dies bonos, vbi eos inuenire nõ possumus? Scio enim, quia eos quæritis quando aut ęgrotatis, aut in tribulationibus estis, quæ abundant in isto seculo: quoniam quando ętas vergit ad finem, & senex plenus est querelis, & nullis gaudiis: inter omnes tribulationes, quibus conteritur genus humanum, non quærunt homines nisi dies bonos, & vitam volũt longam, quam hic habere non possunt: quia & longa hominis vita tanta breuitate constringitur ad vniuersi seculi illius latitudinem, quasi vna gutta ad vniuersum mare. Quid ergo est vita hominis, etiam illa quæ longa dicitur? Longam vitam dicunt, quæ in seculo isto breuis est, &, sicut dixi, abundat gemitibus vsque ad decrepitam senectutem. Hoc totum modicum & breue C est, & tamen quomodo quęritur ab hominibus, quanta diligentia, quanto labore, quanta cura, quanta vigilantia, quanto opere quærunt homines, vt diu hic viuant & senescãt? Ipsum autem diu viuere quid est, nisi Diu viuere, quid. ad finem currere? Habuisti hesternum diem, habere vis & crastinum diem. Sed cùm iste transierit & crastinus, minus illos habes. Ideo optas, vt lucescat dies, vt propinquet tibi quò tu non vis peruenire. Exhibes aliquam solennitatem amicis tuis, audis ibi à bene optantibus dici tibi, multos annos viuas, & veniat quod illi dixerunt. Quid? Vt veniant anni & anni, & non vis veniat finis annorum? Studia tua contraria sunt. Ambulare vis, & peruenire non vis.

CAPVT IIII. VERVNTAMEN, vt dixi, si tanta cura inest hominibus, vt quotidianis, magnis perpetuisq; laboribus cupiant, vt tardiùs moriantur: quanta cura agendum D est, vt nunquam moriantur? Inde nemo vult cogitare. Quotidie quęruntur in isto seculo dies boni, vbi non inueniuntur: & nemo vult sic viuere, vt illuc peruenìat vbi inueniuntur. Ideo eadem Scriptura, admonet & dicit: Quis est homo qui vult vitam, & diligit Psal. 33. dies videre bonos? Sic interrogauit scriptura vt sciret quid illi responderetur: sciens quòd omnes homines vitam quęrerent, & dies bonos. Pro desiderio ipsorum interrogauit, tanquam sibi de omnium corde responderetur, Ego volo. Sic dixit, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos, quemadmodum etiam ista hora, qua vobis loquor, cùm audistis me dixisse, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos: omnes respondistis in corde vestro, Ego. Nam & ego qui vobiscum loquor, vitam volo & dies bonos. Quod quęritis vos, hoc quæro & ego. Quomodo si aurum nobis omnibus esset necessarium, & ego ad aurum vnà vobiscum peruenire volens, & esset,

& esset alicubi in agro vestro in loco vestræ potestati A subdito, & viderẽ vos quęrentes aurum, & dicerem vobis, Quid quęritis? respõderetis mihi, Aurũ: & ego vobis dicerem, Aurum quęritis, & ego aurũ quæro: quod quæritis & ego quæro: sed non ibi quæritis vbi possumus inuenire. CAP. V. ERGO audite me, vbi possumus inuenire: vobis non tollo, locum vobis ostendo, imò sequamur omnes eum, qui nouit vbi sit quod quęrimus. Sic & nunc, quia desideratis vitam & dies bonos: non possumus vobis dicere, nolite desiderare vitam & dies bonos: sed illud dicimus, Nolite hic quærere in hoc seculo vitam & dies bonos, vbi boni esse non possunt. Nónne vita ipsa morti similis est? Dies autem ipsi properantes transeunt; quia hodiernus dies hesternum excluſit: Crastinº ideo nascitur, vt excludat hodiernum. Ipsi dies non stant: tu quare cum illis vis stare? Desideriũ ergo vestrum, quo vitam vultis & dies bonos, non solùm non reprimo, sed etiam vehementius accendo. B Prorsus quęrite vitam, quęrite dies bonos: sed vbi possunt inueniri, ibi quęrantur: ergo audite me, vbi possumus inuenire. Vultis enim audire mecum consilium eius, qui nouit vbi sint dies boni, & vbi sit vita? Audite non à me, sed mecum simul (ait enim nobis quidã, Venite filij, audite me) cõcurramus & stemus, & aures arrigamus, & corde intelligamus patrẽ qui ait, Venite filij, audite me, timorem, inquit, Dñi docebo vos. Et quã- Psal. 33. rem vult docere? & cui reiutilis est timor Dñi? Sequitur:

CAP. VI. QVIS est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Respondemus omnes, Nos volumus. Quod sequitur audiamus: Cohibe linguã tuam à malo, & labia tua ne loquãtur dolum. Modò dic, Ego. Iamdudũ quãdo dicebam, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? omnes respõdebamus, Ego. Eia respondeat mihi aliquis, Ego. Ergo cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolũ. Dic modò, ęgo. C Ergo dies bonos & vitã vis, cohibere linguã tuam non vis à malo, & labia tua ne loquantur dolũ? Ad mercedẽ alacer, ad opus piger. Et cui non operãti redditur merces? Vtinam in domo tua vel operanti mercedem reddas. Nam scio quia non operanti non reddis. Quare? Quia nihil operãti nihil debes. Et Deus promisit mercedem. Quam mercedem? Vitam & dies bonos, quam omnes desideramus, & ad quos dies omnes conamur Vita, & dies boni. venire. Promissam mercedem daturus est. Quam mercedem? Vitam & dies bonos. Et qui sunt dies boni? Vita sine fine, requies sine labore. Magnam mercedẽ proposuit. In tãta proposita mercede, videamus quod iussit. Iam enim mercede tantę pollicitationis & amore mercedis accẽsi, paremus iussioni eius vires nostras, latera, lacertos. Quasi iussurus est onera grandia nos portare, fortè aliquid fodere, fortè aliquam machinam e- D rigere? CAPVT VII. Lingua cohibenda. NON iussit tibi rem laboriosam, sed membrũ quod inter omnia membra citò moues, ipsum tibi præcepit refrenare, dicens: Cohibe linguam tuam à malo. Non est labor erigere fabricam, & labor est tenere linguam? Cohibe linguã tuam à malo. Noli loqui mẽdacium, noli loqui criminationes, noli loqui calumnias, noli loqui falsa testimonia, noli loqui blasphemias. Cohibe linguam tuam à malo. Vide quomodo irasceris, si quis de te malè loquatur. Quomodo irasceris alteri, quãdo de te malè loquitur: sic irascere tibi, quãdo de altero malè loqueris. Labia tua ne loquantur dolũ. Quod est intus in corde tuo, hoc dicatur foris. Non aliud pectº tegat, & aliud lingua proferat. Declina à malo, & fac bonũ. Nam quomodo dicturus sum ei, Vesti nudum, quia adhuc spoliare vult vestitum? Qui premit conciuem suum, quomodo habet suscipere peregrinum? Ergo per ordinem, prius declina à malo, & fac

A bonũ: prius accinge lũbos tuos, & tunc lucernas accende. Et cùm hoc feceris, securus expecta vitã & dies bonos: quęre pacẽ, & sequere eam: & tũc bona fronte dices Domino: Feci quod iussisti, redde quòd promisisti.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eũdem, de Nathanaẽle, Cùm esses sub arbore fici, vidi te. Ioan. 1.

SERMO D. AVGVSTINI XL.

Meminit S. Augustinus huius sermonis in sermone sequenti.

CAP. I. QVOD dictum audiuimus à Domino Iesu Christo Nathanaẽli, si benè intelligamus, non ad ipsum pertinet solùm. Ipse quippe Dñs Iesus sub ficu vidit omne genus humanũ. Isto enim loco intelligitur per arborem fici significasse peccatũ. Non vbique hoc significat, sed hoc loco, vt dixi, ea scilicet significandi cõgruentia, qua nostis primũ hominem, quãdo peccauit, foliis ficulneis fuisse subtectum. His foliis pudenda Genes. 3. texerunt, quando de peccato suo erubuerunt: & quæ DEVS illis membra, ipsi sibi pudẽda fecerunt. Nõ enim erubescendũ est de opere DEI: sed confusionem præcessit causa peccati. Si non præcessisset iniquitas, nũquam erubesceret nuditas. Nudi enim erãt, & non cõfundebantur. Nõ enim commiserant vnde confunderentur. Hoc autem quare dixi? Vt per ficũ intelligamus significatum esse peccatum. Quid est ergo. Cùm esses sub ficu, vidi te? Cùm esses sub peccato, vidi te. Et ad rẽ quidem respiciẽs gestam, recordatus est NATHANAËL se fuisse sub ficu, vbi non erat Christus. Non autem ibi erat præsentia corporali: scientia verò spirituali vbi non est? Et quoniã sciebat se solũ fuisse sub ficu, vbi Dñs Christus nõ erat, dixit ei, *Cùm esses sub arbore fici, vidi te.* Et a- C gnouit in illo diuinitatẽ, & exclamauit: *Tu es rex Israël. Dominus ait, Quia dixi: Vidi te cùm esses sub arbore fici, inde miraris, maiora horum videbis.*] Quæ sunt ista maiora? CAP. II. ET dixi, *Videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis.*] Recolamus veterem historiam conscriptam in libro sancto, id est, in Genesi. Quando Iacob in loco obdormiuit, lapidem Gen. 28. ad caput posuit; & in somnis vidit scalam à terra pertingentem vsque ad cælum, & Dominus incumbebat super eã. Angeli autẽ ascendebãt & descendebant per eam. Hoc vidit Iacob. Somnium hominis nõ scriberetur, nisi magnũ in illo aliquod figuraretur mysterium: & magnũ aliquid prophetatũ in illa visione intelligeretur. Denique ipse Iacob quia intellexit quid viderit, posuit ibi lapidẽ, & perfudit oleo. Agnoscitis chrisma; agnoscite & Christũ. Ipse est enim lapis quẽ reproba- D uerũt ædificantes, ipse factus est in caput anguli. Ipse est lapis de quo ipse dixit, Qui cunq; offenderit in lapi- Matth. 21. dẽ illum, cõquassabitur: super quem verò venerit lapis ille, cõteret eum. Offenditur in iacentẽ, veniet autẽ super eũ cùm venerit de alto iudicare viuos & mortuos. Væ Iudęis, quia cùm iaceret humiliter Christus, offenderunt in eum. Non est, dicunt, homo iste à Deo, qui Ioan. 9. Mat. 15. soluit sabbatum. Si filius DEI est, descẽdat de cruce. Insane, iacet lapis, & ideo rides. Sed cùm rides, cæcus es: Cùm cæcus es, offendis. Cùm offendis, conquassaris: Cùm quassatus fueris, illo modò iacente, postea veniẽte desuper contereris. Ergo vnxit lapidem Iacob. Nunquid idolum fecit? Significauit; nõ adorauit, Modò ergo audite, Nathaëlem istum attendite, per cuius occa- CAPVT III. sionem Dominus Iesus exponere nobis voluit visionẽ Iacob. Iacob dictus est & Israel & quare binomius. NOSTIS qui in schola Christi eruditi estis, Iacob ipsum esse & Israël. Duo sunt nomina: nam homo vnus fuit. Primum nomen Iacob quãdo natus est, acce-

Genes.25. accepit, quod interpretatur Supplãtator. Quando autem illi gemini nati sunt, prior natus est frater Esau, & inuenta est manus illius minoris, in pede maioris. Tenebat pedem fratri suo præcedenti nascendo, postea & ipse secutus est. Et propter hoc factum quia plantam tenuit fratri suo, appellatus est Iacob, id est, Supplantator. Postea verò cùm rediret de Mesopotamia, luctatus est cum eo angelus in via. Quæ virtus comparari potest angeli & hominis? Ergo mysterium est, ergo sacramentum est, ergo prophetia est, ergo figura est, ergo intelligamus. Videte etiam luctaminis modum. Dũ luctatur, præualuit angelo Iacob. Magna significatio. Et cùm præualuisset homo angelo, tenuit illum, tamẽ ipse homo eum, quem vicerat, tenuit: Et ait illi, Non te dimitto, nisi benedixeris mihi. Quando victor à victo benedicebatur, Christus figurabatur. Angel⁹ ergo ille qui intelligitur Dominus Iesus, ait ad Iacob: Iam nõ vocaberis Iacob, sed erit nomẽ tuum Israël: quod interpretatur, videns Deum. Deinde tetigit nerũ femoris eius, id est, latitudinẽ femoris, & aruit ei: & factus est claudus Iacob. Ipse est ille victus. Tantũ potuit victus, vt & femur tangeret, & claudũ faceret. Ergo si volens victus est: potestatem enim habuit ponẽdi virtutem suam, & potestatẽ habuit assumendi eam: non irascitur victus, qui nõ irascitur crucifixus. Nam & benedixit eum, dicens: Non vocaberis Iacob, sed Israël. Tum supplantator factus est, videns Deum. Et tetigit, sicut dixi, femur eius, & fecit eum claudicare. Attende in Iacob populum Iudeorum, in illa milia sequentium & præcedentium iumentum Domini, qui iuncti Apostolis adorabant Dominum, & clamabant, Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. Ecce Iacob benedictus. Iam claudus in eis remansit, qui modò Iudæi sunt. Latitudo enim femoris, significat multitudinem generis. De quibus Psalmus, cùm gẽtes credituras prophetasset, dicens, Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Non ibi fui, & auditus sum: affui, & occisus sum. Populus quem nõ cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Igitur fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Et sequitur: Filij alieni mentiti sunt mihi, de Iudeis. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt à semitis suis. Assignaui vobis Iacob, & benedictum & claudum.

Ioan. 10. Matth. 21. Psal. 17. Rom. 10.

CAPVT IIII. Vervm ex hac occasione non est prætereundum, quod potest fortasse sua sponte vestrum aliquem commouere. Quid sibi vult, quòd commutatum † est nomen Abrahæ aui huius Iacob? Nam & ipse Abram vocabatur prius, & Deus mutauit illi nomen, & dixit: Nõ vocaberis Abram, sed Abraham: ex illo non est vocatus Abram. Quærite in Scripturis, & videbitis superius antequam acciperet aliud nomen, non est vocatus nisi Abram: posteaquam accepit, nõ est vocatus nisi Abraham. Iste autem Iacob, quando accepit aliud nomen, eadem verba audiuit, Non vocaberis Iacob, sed vocaberis Israël. Quærite Scripturas, & videte, quia vtrunque vocatus est semper, & Iacob & Israël. Accepto alio nomine Abram, non aliud est vocatus nisi Abraham. Acceptoalio nomine Iacob, & Iacob vocatus est, & Israël. Nomen Abrahæ in hoc sæculo explicandum fuit. Hic est enim factus pater multarum gẽtium, vnde nomen accepit. Nomen autem Israël ad alterum seculum pertinet, vbi videbimus Deum. Populus ergo Dei, populus Christianus in hoc tempore, & Iacob est, & Israël. Iacob in te, Israël in spe. Supplantator enim fratris dicitur populus minor populi maioris. Nunquid nos supplãtauimus Iudæos? Sed supplãtatores dicimur

Genes. 17. al. esse. Genes. 32. Gen. 32. & 35.

illorum: quia nostri causa sunt supplantati. Nisi excæcati essent, Christus non crucifigeretur: Si Christus nõ crucifigeretur, sanguis ille pretiosus non funderetur. Si sanguis ille non funderetur, orbis terrarum non redimeretur. Quia ergo nobis profuit cæcitas illorum, ideo à minore fratre maior supplãtatus est, & appellatus est minor Supplantator. Sed quandiu hoc?

CAP. VI. Veniet tẽpus, veniet finis seculi, & credet totus Israël: non illi qui modò sunt, sed filij ipsorum qui tunc erunt. Nam modò isti per vias suas ambulantes ibunt ad loca sua, transibunt ad damnationem perpetuam. Quando autem factus fuerit totus populus vnus: fiet illud quod canimus, Satiabor, dum manifestabitur gloria tua: Dum venerit promissio quę nobis promittitur, vt videamus facie ad faciẽ. Modò videmus per speculum in ænigmate & ex parte: quando autẽ vterque populus iam purgatus, iam resuscitatus, iã coronatus, iam in immortalem formam & in incorruptionem perpetuam commutatus, videbimus Deum facie ad faciem, & iam non erit Iacob, sed solus erit Israël: tunc eum in persona huius sancti Nathanaël videbit Dominus, & dicet, Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Quando audis, Ecce verè Israëlita, veniat tibi in mentem Israël. Cùm venerit in mentem tibi Israël, veniat tibi in mentem somnium illius, in quo scalam vidit à terra vsque ad cęlum, † Deum superincumbẽtem, angelos Dei ascendẽtes & descendẽtes. Hoc somnium vidit Iacob. Post hoc autem appellatus est Israël: id est, post paululum veniens de Mesopotamia & agens iter. Si ergo Iacob vidit scalam, qui est & Israël appellatus: est autẽ & Nathanaël iste verè Israëlita, in quo dolus nõ est: ideo cùm miratus esset quia dixit ei Dominus, Sub arbore fici vidi te: dixit ei, Maius his videbis. Et item dixit ei somnium Iacob. Cui dixit? Ei quem appellauit Israëlitam: in quo dolus non est. Quasi qui diceret, Cuius nomine te appellaui, ipsius somnium in te apparebit: noli festinare mirari, maiora horum videbis. Videbitis cęlum apertum, & angelos Dei ascendentes & descẽdentes ad filium hominis. Ecce quòd vidit Iacob: Ecce quare perfudit lapidem oleo Iacob. Ecce quare Christum prophetam significauit, & figurauit Iacob. Illud enim factum prophetia erat.

Eccl. 10. Psal. 16. Ioan. 1. al. Dominũ. Gen. 35. Ioan. 1.

CAPVT VI. Nvnc quid expectetis, noui: quid à me velitis audire, intelligo: Dicam, & hoc breuiter, vt Dominus donat: ascendẽtes & descendentes angelos ad filiũ hominis. Quomodo si descẽdunt ad illum, hic est: si ascendũt ad illum sursum est? Si autem ad illũ ascendunt, ad illum descẽdunt, & sursum est, & hic est. Nullo pacto fieri potest vt ad illum ascẽdant, & ad illum descẽdant, nisi & ibi sit quò ascendunt, & hic sit quò descendunt. Quomodo probamus & illic eum esse, & hic eum esse? Respondeat nobis Paulus, qui primò Saulus. Expertus est illud ipse, quando prius erat persecutor, & postea factus est prędicator: prius Iacob, postea Israël: qui erat & ipse de genere Israël, de tribu Beniamin erat. In illo videamus Christum sursum, Christum deorsum. Primò ipsa Domini vox de cælo hoc ostendit, Saule Saule, quid me persequeris? Nunquid Paulus in cęlum ascenderat? Nunquid Paulus lapidem saltem in cęlum miserat? Christianos persequebatur, ipsos ligabat, ipsos occidendos trahebat, ipsos vbique latentes quærebat, ipsis inuentis nulla ratione parcebat. Cui ait Dominus Christus, Saule Saule. Vnde clamat? De cęlo. Ergo sursum est. Quid me persequeris? Ergo deorsum est. Omnia, etsi breuiter, vt potui, exposui charitati vestræ. Ergo aui quod ad me pertinet; quod autem ad vos pertinet, pauperes cogitate. Conuersi ad Dom.

Philip. 3. Act. 9.

De con-

Ioan. 2. *De conuersione aquæ in vinum, in Euangelio secundum eundem.*

SERMO D. AVGVST. XLI.

CAP. I. Scitis fratres, in Christũ enim credentes didicistis, & assiduè etiã nos ministerio nostro cõmendam⁹ vobis, quòd medicina tumoris hominis, humilitas est Christi. Nõ enim perisset homo, nisi superbia tumuisset. Initiũ enim, sicut dicit Scriptura, omnis peccati, superbia. Contra initium peccati, initiũ iustitiæ necessarium fuit. Si ergo omnis peccati superbia initiũ: vnde sanaretur tumor superbię, nisi Deus dignaretur humilis fieri? Erubescat homo esse superbus, quoniam factus est humilis Deus. Nam quãdo dicitur homini vt humiliet se, dedignatur: & vt velint homines vindicari quando lædũtur, superbia facit. Cùm humiliari dedignantur, vindicari volũt: quasi pœna cuique prodesse possit aliena. Læsus & iniuriam passus, vindicari vult, de aliena pœna sibi quærit medicamentum, & acquirit grande tormentũ. Ideo in omnibus Dominus Christus humiliari dignatus est, præbẽs nobis viã: si tamen dignemur ambulare per eum.

CAP. II. Ioan. 2. Ecce inter cætera filius virginis venit ad nuptias: qui cùm apud patrem esset, instituit nupcias. Quomodo facta est prima mulier, per quam venit peccatum, de viro sine femina: sic vir per quem deletum est peccatũ, de femina sine viro. Per illam ruimus, per hunc surgimus. Et quid in ipsis nuptiis fecit? De aqua vinũ. Quid potẽtius? Qui poterat talia facere, dignatus est indigere. Qui fecit de aqua vinum, potuit facere & de lapidibus panem. Eadem potentia erat, sed tunc diabolus tẽtauit, ideo Christus nõ fecit. Scitis enim quia quando tentatus est Dominus Christus, hoc ei suggessit diabolus. Esuriuit enim, quia & hoc dignatus est, quia & hoc ad humilitatem pertinuit. Esuriuit panis, sicut defecit via, sicut vulnerata est sanitas, sicut mortua est vita. Cùm ergo esuriret, vt nostis, ait illi tẽtator: Si filius Dei es, dic lapidibus istis vt panes fiant. Et respondit tentatori, docens te respondere tentatori. Ad hoc enim pugnat imperator, vt milites discant. Quid respondit? Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Et nõ fecit de lapidibus panes, qui vtique sic potuit facere, sicut de aqua vinum. Eiusdem enim potentię est facere de lapidibus panem, sed non fecit vt voluntatem contemneret tentatoris. Aliter enim tentator nõ vincitur, nisi contemnatur. Et cùm vicisset diabolum tentatorẽ, venerunt angeli, & ministrabant ei. Qui ergo tantum poterat, quare illud non fecit, & hoc fecit? Lege, imò recole, quod modò audisti quando fecit hoc, id est, de aqua vinum. Quid addidit Euangelista? Et crediderũt in eum discipuli eius. Nunquid tunc diabolus fuerat crediturus?

Christus & diues & pauper.

Matth. 4. Ioan. 2. CAPVT XII. al. Iste.

QVI ergo tanta potuit, esuriuit, sitiuit, fatigatus est, dormiuit, comprehensus est, cęsus est, crucifixus est, occisus est. † Ista est via, ambula per humilitatem, vt venias ad ęternitatem. Deus Christus, patria est quò imus: homo Christus via est quà imus. Ad illũ imus, per illum imus: quid timemus ne erremus? nõ recessit à patre, & venit ad nos. Vbera sugebat, & mundũ cõtinebat. In prędsepi iacebat, & angelos pascebat. Deus & homo, idem Deus qui homo: idem homo qui Deus. Sed non vnde homo, inde Deus. Deus, quia verbum; homo, quia verbũ caro factum est, & Deus manẽdo, & hominis carnem assumendo: addendo quod non erat, non perdendo quod erat. Ergo & modò iam passus per ipsam humilitatem, iam mortuus, iam sepultus, iam resurrexit, iam ascendit in cęlum, ibi est & sedet ad dexteram patris: sed hic est egens in pauperib⁹ suis: Etiam hesterno die hoc commẽdaui charitati vestræ, propter

Superiore feria.

illud quod dixit Nathanaëli, Maius his videbis. Dico autem vobis, videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descẽdentes ad filiũ hominis. Quæsiuimus quid esset, & diu locuti sumus: nunquid & eadem hodie replicare debemus? Qui affuerunt recordentur: breuiter tamen commemoro.

Ioan. 1. CAPVT III. Christus & sursum & deorsum. Act. 9.

Non diceret, Ascẽdentes ad filium hominis, nisi sursum esset: nõ diceret, Descendentes ad filium hominis, nisi & deorsum esset. Ipse sursum, ipse deorsum: sursum in se, deorsum in suis. Sursum apud patrẽ, deorsũ in nobis. Vnde & vox illa ad Saulum: Saule Saule, quid me persequeris? Non diceret, Saule Saule, nisi quia sursum erat. Sursum eũ Saulus non persequebatur. Non diceret, Quid me persequeris, qui sursum erat, nisi esset & deorsum. Timete Christum sursum, agnoscite deorsum. Habe Christum sursum largientem, hic agnosce indigentem. Hic pauper est, ibi diues est. Quòd hic pauper est, Christus pro nobis ipse loquitur, esuriui, sitiui, nudus fui, hospes fui, in carcere fui: & quibusdã dixit, Ministrastis mihi: quibusdam dixit, Nõ mihi ministrastis. Ecce probauimus Christum pauperem, Christum diuitem, quis nescit? Et hic ad ipsas diuitias pertinebat, aquam in vinum vertere. Si diues est qui habet vinum, qualis diues est qui facit vinũ? Ergo diues & pauper Christus. Tãquam Deus diues, tanquam homo pauper. Iam & ipse homo diues ascendit in cælum, sedet ad dextram patris: adhuc tamẽ hic pauper esurit, sitit, nudus est.

Matth. 25.

CAP. V. Tv quid es? diues, an pauper? Multi mihi dicũt, pauper sum: & verum dicunt. Agnosco pauperẽ aliquid habentem, agnosco & indigẽtem. Sed habet quidã multum auri & argenti. O si agnoscat se pauperem! Agnoscit se pauperem, si agnoscit iuxta se pauperem. Quid enim? Quantumuis habeas quicunque diues es, Dei mendicus es. Venitur ad horam orationis, & ibi te probo. Petis. Quomodo nõ pauper es qui petis? Plus addo, panem petis. An nõ es dicturus, Panẽ nostrum quotidianum da nobis? Qui panem quotidianũ petis, pauper es, an diues? Et tamen Christus dicit tibi, Da mihi ex eo quod tibi dedi. Quid enim attulisti quãdo venisti: Omnia quę creaui, creatus hic inuenisti: nihil attulisti, nihil hic tolles. De meo mihi quare nõ donas. Quia tu plenus es, & pauper inanis est. Primordia vestra attẽdite: ambo nudi nati estis. Et tu ergo nudus natus es. Multa hic inuenisti; Nunquid tecum aliquid attulisti. De meo quæro: da, & reddo. Habuisti me largitorem, facito debitorem. Parum est quod dixi, Habuisti me largitorem, fac me debitorẽ: habeam te feneratorem. Pauca mihi das, plura reddam. Terrena mihi das, cælestia reddam. Temporalia mihi das, æterna restituam. Teipsum tibi reddã, quando te mihi reddidero.

Matth. 8.

Ioan. 5. *De infirmo iacente ad piscinam: in Euangelio secundum eundem.*

SERMO D. AVGVSTINI XLII.

CAP. I. al. Reuerentissima. Reuerentissima fratres, in aurib⁹ nostris sonuit Euãgelica lectio, & ad cognoscẽdũ quid sibi velint quę lecta sunt, fecit attẽtos. Hoc de me expectari arbitror, hoc me pro virib⁹ expositurum, Dõo adiuuante, pollicor. Proculdubiò enim nõ frustrà fiebãt illa miracula, & aliquid nobis prò ęterna salute figurabant. Nã salus corporis quę reddita est homini, quanti temporis fuit? Quę est enim vita vestra? dicit sancta Scriptura: Vapor est, iquit, ad modicũ apparens, deinceps exterminabitur. Quòd ergo illius hominis corpori ad tempus reddita est sanitas, reddita est nõnulla diuturnitas vapori. Non itaque pro magno illud habendum est: Vana salus homini. Et illud recolite fratres, illud Propheticum & Euãgelicum, quia in

Iac. 4. Psal. 59.

Euan-

Esaiæ 40. 1. Petri 1. Euangelio legitur hoc testimonium, Omnis caro fœnũ, & omnis honor carnis vt flos fœni: fœnũ aruit, flos decidit, verbum Domini manet in æternum. Verbũ Domini etiam fœno dat honorem, & honorem non transitorium. Dat enim & carni immortalitatem.

Cap. 11. Psal. 59. Tota hæc vita tribulatio est. Sed prius trãsit tribulatio vitę huius, de qua nobis pręstat auxiliũ, cui diximus, Da nobis auxiliũ de tribulatione. Tota quippe ista vita intelligentibus tribulatio est. Sunt enim duo tortores animæ, nõ simul torquẽtes, sed cruciatu alternantes. Horum duorum tortorũ nomina sunt, Timor & dolor. Quando tibi bene est, times: quando malè est, doles. Seculi huius quem non decipit prosperitas, non frangit aduersitas? Tenenda est in hoc fœno, & in diebus fœni via tutior, verbũ Dei. Cùm enim dictũ esset, Omnis caro fœnũ, & omnis honor carnis, vt flos fœni, fœnũ aruit, flos decidit. quasi nos quæramus quæ fœno spes? quæ flori fœni stabilitas? sed verbum, inquit, domini manet in ęternum.

Tortores animæ, timor & dolor.

Ioan. 1. Et vnde, inquis, ad me verbum Domini? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum enim Dñi tibi dicit: Noli respuere promissum meũ, quia non respui fœnũ tuum. Hoc ergo quod nobis præstitit verbũ Domini, vt ad ipsum nos teneremus, ne cum flore fœni transiremus: hoc ergo quod nobis pręstitit, vt verbũ caro fieret, suscipiẽs carnem, non mutatũ in carnem, manens & assumens, manens quod erat, assumẽs quod non erat: hoc ergo quod nobis pręstitit, etiã piscina illa figuificat.

Capvt III. Ioan. 5. Breviter dico: Aqua illa, Iudaicus populus erat; quinque porticus, lex. Quinq; enim libros scripsit Moyses. Ergo aqua quinque porticibus cingebatur, sicut ille populus lege coërcebatur. Aquę perturbatio, in illo populo est Domini passio. Qui descendebat sanabatur nõ nisi vnus: quia ipsa est vnitas. Quibuscunque ista displicet Christi passio, superbi sunt: nolũt descẽdere, non sanãtur. Et ego, inquit, crediturus sum Deũ in carne, Deum natũ ex feminã, Deum crucifixũ, flagellatum, mortuum, vulneratum, sepultum? Absit vt hoc credam de Deo, indignum est. Cor loquatur, non ceruix. Superbo videtur Domini humilitas indigna, ideo à talibus lõgè fit sanitas. Noli te extollere: si vis sanari, descẽde. Expauescere pietas debuit, si Christus in carne mutabilis diceretur. Nunc autem commendat tibi veritas immutabilem Christum, quantum attinet ad verbũ. In principio enim erat verbum, & verbũ erat apud Deum: non quod sonaret & transiret, quia Deus erat verbum. Manet ergo incõmutabilis Deus tuus. O verax pietas, manet Deus tuus! Noli timere, non perit: & per ipsum nec tu peris. Manet, nascitur ex femina, sed in carne. Verbum autem & matrem fecit. Qui erat antequam fieret, fecit sibi in qua fieret. Infans fuit, sed in carne. Suxit, creuit, alimenta sumpsit, per ætates cucurrit, ad iuuentam peruenit: sed in carne. Fatigatus dormiuit, sed in carne. Esuriem sitimque passus est, sed in carne. Comprehensus, ligatus, flagellatus, contumeliis affectus, postremò crucifixus, occisus: sed in carne. Quid expaueseis? Verbum Domini manet in æternũ. Qui respuit istam Dei humilitatẽ, non vult sibi à mortifero tumore superbię sanitatem.

Capvt IIII. Præstitit ergo Dominus Iesus Christus per carnẽ suã carni nostræ spẽ. Suscepit enim quod nouerat in hac terra. Quid hic abundabat? Nasci & mori. Nasci & mori hic abundabat: resurgere, & in æternum viuere, non hic erat. Inuenit hic viles merces terrestres: attulit peregrinas cę estes. Si expaueseis mortem, ama resurrectionẽ. Dedit tibi auxilium de tribulatione sua: nam vana remanserat salus tua. Salutem itaque in hoc mundo peregrinam, hoc est, sempiternam, fratres, agnoscamus & diligamus, & in hoc mundo tanquam peregrini viuamus. Transire nos cogitemus, & minus peccabimus. Agamus potius Dño Deo nostro gratias, quia huius vitæ vltimum diem & breuem esse voluit & incertũ. A prima infantia vsque ad decrepitam senectutem, spatium breue est. Quod tam diu vixerat, quid profuisset ei, si Adam hodie mortuus esset? Quid diu est, vbi finis est? Hesternũ diem nemo reuocat: hodiernus crastino vrgetur vt transeat. Ipso paruo spatio bene viuamus, vt illò eamus vnde non transeamus. Et modò cùm loquimur, vtique transimus. Verba currunt, & horæ volant: sic ętas nostra, sic actus nostri, sic honores nostri, sic miseria nostra, sic ista felicitas nostra. Totum transit: sed non expaueseamus: Verbum Domini manet in æternum. Conuersi ad Dominum, &c.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si ego testimonium perhibeo de me, &c. & de verbis Apostoli, Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Gal. 5. *Caro enim concupiscit, &c.*

Sermo D. Augustini XLIII.

Censura.

Hunc sermonem Beda ad Rom. 5. vocat sermonem 44. de verbis Euangelij. Ad Gal. 5. vocat sermonem de verbis Apostoli. Nec malè, quia parum tractatur de Euangelio, præcipuè autẽ de verbis Apostoli. Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis.

Cap. I. Audiuimus verba sancti Euangelij, & hoc potest aliquem permouere, quod ait Dñs Iesus, *Si ego testimoniũ perhibeo de me, testimoniũ meum non est verum.* Ioan. 5. Quomodo ergo non est verũ testimonium veritatis? Nónne ipse est qui dixit, Ego sum via, & veritas & vita? Cui ergo credẽdum est, si veritati nõ est credẽdũ? Profectò enim nõ vult credere nisi falsitati, qui non eligit credere veritati. Dictũ est ergo hoc secundũ ipsos, vt sic intelligas, & ex his verbis hũc sensum cõcipias: Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meũ non est verum, id est, sicut putatis. Ille enim nouerat verum essẽ de se testimonium suum: sed propter infirmos, propter incredulos, propter non intelligentes, sol lucernas quærebat. Fulgorem quippe solis lippitudo eorum ferre non poterat. Ideo quælitus est Ioannes qui testimonium perhiberet veritati: & audistis quid ait: *Vos venistis ad Ioannem. Ille erat lucerna ardens & lucens, & vos voluistis exultare ad horam in lumine eius.* Ioan. 5. Lucerna ista ad illorũ cõfusionem parata est, quia de hoc dictum est antẽ tãtum tempus in Psalmis, Parauí lucernam Christo meo. Vt quid lucernã soli? Vt inimicos eius induã confusione: super ipsum autem florebit sanctificatio mea. Psal. 131. Denique hinc sunt confusi quodã loco per ipsum Ioãnem, quando dixerunt Domino Iudęi, In qua potestate ista facis? Dic nobis. Quibus respondit: Dicite mihi & vos, Baptismum Ioannis de cælo est, an ex hominibus? Audierunt & tacuerunt. Cogitauerũt enim apud se citò: Si dixerimus, ab hominibus, lapidabit nos populus, quia prophetam habent Ioãnem. Si dixerimus, de cęlo, dicturus est nobis, Quare ergo non credidistis ei? Quia Ioannes perhibuit Christo testimonium. Angustati in cordibus suis quæstionibus suis, & illaqueati laqueis suis, responderunt, Nescimus. Quæ potuit alia vox esse tenebrarum? Rectum est quidem homini, vt quando nescit, dicat, Nescio. Quando autem scit, & dicit, Nescio: testis est contra se. Vtiq; nouerant excellẽtiam Ioannis, & quia de cęlo erat baptismum eius: sed nolebant acquiescere cui testimonium perhibuit Ioãnes. At vbi dixerunt, Nescimus; respõdit eis Iesus? Nec ego dicam vobis in qua potestate ista facio. Et confusi sunt, & impletum est, Parauí lucernam Christo meo, vt inimicos eius induam confusione.

Matth. 21. Luc. 20.

Mar-

Capvt II. Martyres nónne testes sunt Christi, & testimonium perhibent veritati? Sed si diligentiùs cogitemus, quando illi martyres perhibent testimonium, ipse sibi perhibet testimoniũ. Ipse enim habitat in martyribus, vt perhibeant testimoniũ veritati. Audi vnum ex martyribus, ipsum apostolũ Paulũ: Nunquid experimentũ vultis accipere eius qui in me loquitur Christus? 2. Cor. 13. Dum perhibet ergo testimoniũ Ioannes, Christus sibi perhibet testimonium, qui habitat in Ioanne. Perhibeat testimoniũ Petrus, perhibeat testimoniũ Paulus, perhibeãt cæteri Apostoli, perhibeat Stephan⁹: ipse sibi perhibet testimonium, qui habitat in omnibus. Ipse enim sine illis Deus est, illi sine illo quid sunt? De ipso dictũ est, Ascendit in altum, captiuauit captiuitatẽ, dedit dona hominib⁹. Psal. 67. Quid est, Captiuauit captiuitatem? Vicit mortem. Quid est, Captiuauit captiuitatem? Mortem procurauit diabolus, & ipse diabolus de morte Christi est captiuatus. Ascẽdit in altum. Quid altiùs cælo nouimus? Euidenter & ante oculos discipulorum suorũ ascẽdit in cęlum. Hoc scimus, hoc credimus, hoc fatemur. Dedit dona hominib⁹. Quæ dona? Spiritum sanctum. Qui tale dat donũ qualis ipse est? Magna est autẽ misericordia Dei. Donũ dat æquale sibi, quia donum eius spiritus sanctus est, & vnus Deus tota Trinitas, pater, & filius, & spiritus sanctus. Quid nobis pręstitit spiritus sanctus? Apostolũ audi: Charitas Dei, inquit, diffusa est in cordibus nostris. Vnde tibi ô mendice charitas Dei diffusa est in corde tuo? Quid, aut in quo charitas Dei diffusa est in corde humano? Habemus, inquit, thesaurũ istũ in vasis fictilibus. Quare in vasis fictilib⁹? Vt eminẽtia virtutis sit Dei. Deniq; cùm dixisset, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris: ne putaret quisque à se sibi esse quòd diligit Deum, continuò addidit, Per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Ephes. 4. Act. 1. Beda Rom. 5. Rom. 5. 2. Cor. 4. Ioan. 14.

Capvt III. Vt ergo ames Deũ, habitet in te Deus, & amet te, de te, id est, ad amorem suũ moueat te, accẽdat te, illuminet te, excitet te. Lucta est enĩ in isto corpore. Quãdiu viuimus, pugnamus: quamdiu pugnamus, periclitamur: sed in his omnibus superamus, per eũ qui dilexit nos. Pugnam nostram, modò cùm Apostolus legeretur, audiuim⁹. Omnis, inquit, lex in vno sermone impletur, in eo quod est, diliges proximũ tuum sicut teipsum. Ista dilectio de spiritu sancto est. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Prius vide si iã nosti diligere teipsum, & cõmitto tibi proximũ quẽ diligas, sicut teipsũ. Si autẽ nondũ nosti diligere te: timeo ne decipias proximum tuum sicut te. Si enim amas iniquitatem, non diligiste: Psalmus testis est, Qui, inquit, diligit iniquitatem, odit animã suam. Si autem odisti animam tuã, quid tibi prodest quia diligis carnem tuã? Si odisti animã tuã, & diligis carnẽ tuam, resurget caro tua: sed vt torqueatur anima tua. Ergo prius anima diligenda est, quę Deo subdenda est, vt ordinẽ suum seruitus ista custodiat anima Deo, animę caro. Vis seruiat caro tua animę tuę? Deo seruiat anima tua. Debes regi, vt possis regere. Nam lucta ista tã periculosa est, vt si dimiserit rector, ruina sequatur. Quæ lucta? Si autẽ mordetis & comeditis inuicẽ, videte ne ab inuicem consumamini.

Lucta. Rom. 8. Galat. 5. Psal. 10. Subdenda anima Deo, animæ caro. Lucta periculosa carnis & spiritus.

Capvt IIII. Gal. 5. Dico autẽ, Spiritu ambulate. Apostoli verba dico, quæ modò recitata sunt de epistola ipsius: Dico autẽ, Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Dico autem, spiritu ambulate, & concupiscẽtias carnis: non dixit, Ne habueritis: neque hoc dixit, ne feceritis: sed, Ne perfeceritis. Quid sit autẽ hoc, adiuuãte Dño, dicam vt potero: † adeste vt intelligatis, si spiritu ambulatis. Dico autẽ, Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Sequitur. Ne fortè aliquid in hoc q̃ hic obscurũ est, in eis sequẽtib⁹ verbis facilius possit intelligi. Dixi enim non frustrà, Apostolũ noluisse dicere, Cõcupiscentias carnis ne habueritis: neque hoc saltẽ voluisse dicere, Concupiscentias carnis ne feceritis: sed dixisse, Cõcupiscentias carnis ne perfeceritis. Ipsam nobis luctã proposuit. In hoc prœlio versamur, si Deo militam⁹. Quid ergo sequitur? Caro enim cõcũpiscit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnẽ. Hęc enim inuicem aduersantur, vt nõ ea quę vultis faciatis. Hoc si nõ intelligatur, periculosissimè auditur: Ideo solicitus ne malè homines intelligẽdo percãt, suscepi hæc verba Apostoli, adiuuante dño, exponere vestræ charitati. Vacat nobis, matutina cœpimus, hora prãdij non vrget, ad istũ diẽ, id est sabbatũ, maximè hi assolent conuenire, qui esuriunt verbũ Dei.

sl. adestote. Beda prolixè citat ad Gal. 5.

Audite, attendite, dicã quantũ potero diligenter. Quid est hoc ergo quod dixi, Periculosè auditur, si nõ intelligatur? Multi concupiscentiis carnalibus & damnabilibus victi, cõmittunt quæq; facinora atque flagitia, & immũditiis tã pessimis volutãtur, quę turpe est etiã dicere, & dicũt sibi ista verba Apostoli. Vide quid dixit Apostolus, Vt nõ ea quę vultis faciatis. Nolo facere, cogor, cõpellor, vincor, facio quæ nolo, sicut ait Apostol⁹. Quia caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spirit⁹ autẽ aduersus carnem, vt nõ illa quæ vultis faciatis. Videtis quam periculosè auditur, si non intelligitur. Videtis quẽadmodũ pertineat ad officiũ pastoris, opertos fõtes aperire, & aquã purã innoxiã sitientibus ouibus ministrare. Noli ergo vinci, quãdo pugnas. Videte quale bellũ proposuit, qualẽ pugnã, qualẽ rixã, intus, intra teipsum. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ. Si nõ cõcupiscit & spiritus aduersus carnẽ, fac adulteriũ. Si autem spiritus cõcupiscit aduersus carnẽ, luctã video, victũ nõ video. Pugna est, concupiscit caro aduersus spiritũ, delectat adulteriũ. Fateor quia delectat. Sed spiritus cõcupiscit aduersus carnẽ. Delectat & castitas. Ergo vincat spiritus carnẽ: aut certè nõ vincatur à carne. Adulteriũ tenebras quęrit, castitas lucẽ desiderat. Quomodo vis innotescere, sic viue. Quomodo vis hominibus innotescere, etiã prętер oculos hominũ sic viue: quoniã qui fecit te, & in tenebris videt te. Quare laudatur castitas publicè ab omnibus? Quare nõ laudant adulteriũ nec adulteri? Qui ergo quærit veritatem, venit ad lucem.

Cap. V. Officium Pastoris. Rom. 7. Gal. 5. Ioan. 3. Capvt VI.

Sed delectat & adulteriũ: contradicatur, resistatur, repugnetur. Non enim non habes vnde pugnes, Deus tuus in te est, spiritus bonus datus est tibi. Et tamẽ permittitur ipsa caro cõcupiscere aduersus spiritũ, suggestionib. prauis & delectationibus genuinis. Fiat quod ait Apostol⁹, Nõ regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Nõ dixit, Nõ sit: Iã est ibi. Quod ideo peccatũ vocatur, quia merito peccati cõtigit. Nõ enim in paradiso caro cõcupiscebat aduersus spiritũ; aut erat ibi ista pugna, vbi pax erat sola: sed facta trãsgressione, postea quam homo noluit seruire Deo, & donatus est sibi, nec sic donat⁹ est sibi vt possit saltẽ possidere se, sed ab eo possessus, à quo deceptus, cœpit caro concupiscere aduersus spiritũ. Et hoc in bonis concupiscit aduersus spiritũ: nã in malis nõ habet contra quẽ concupiscere. Ibi enim cõcupiscit aduersus spiritum, vbi est spiritus. Quod enim ait, Caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, noli putare spiritui hominis tantũ datũ. Spiritus Dei est qui pugnat in te aduersus te, aduersus illud q̃ est in te cõtra te. Noluisti enim stare ad Dñm, cecidisti. Fractus es; quomodo vas quãdo de manu hominis cadit in terrã, fractus es. Et quia fractus es, ideo aduersus es tibi, ideo es contra te. Nihil sit in te cõtra te, & integer stabis.

Rom. 6. Gal. 5. Capvt VII. Rom. 8.

Nam vt noueris ad spiritũ sanctũ hoc officiũ pertinere; alio loco dicit Apostolus: Si enim secundum carnẽ vixeritis, moriemini: si autem

si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, In his verbis se iam extollebat homo, quasi spiritu suo facta carnis possit mortificare. Si secũdum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Expone nobis Apostole quo spiritu. Habet enim & homo spiritum ad naturã propriam pertinentẽ, quo homo est. Homo enim cõstat ex corpore & spiritu. Et de ipso spiritu hominis dictũ est, Nemo scit quæ sunt hominis, nisi hominis spiritus qui in ipso est. Video ergo & ipsum hominem habere spiritum suum pertinentẽ ad naturam suam, & audio te dicentem, Si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quæro quo spiritu: Meo an Dei? Audio enim verba tua, & adhuc ambiguitate permoueor. Spiritus enim cùm dicitur, & hominis est aliquãdo, & pecoris spiritus dicitur, sicut scriptum est, Per diluuium mortuã esse omnẽ carnem quę habebat in se spiritum vitę. Ac per hoc & pecoris spiritus dicitur, & hominis spiritus dicitur. Aliquãdo & ventus spiritus dicitur; sicut habetur in Psalmo, Ignis, grãdo, nix, glacies, spiritus tempestatis. Cùm ergo multis modis dicatur spiritus, quo spiritu dixistiõ Apostole, facta carnis mortificanda, meo an Dei? Audi quod sequitur, & intellige. Sublata est quæstio sequẽtibus verbis. Cùm enĩ dixisset, Si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: continuò addidit, Quotquot enim spiritu Dei agũtur, hi filij sunt Dei. Agis, si agaris: & bene agis, si à bono agaris. Ergo quod dixi tibi, Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: & ambiguũ tibi erat de quo spiritu dixerit, in sequẽtib' verbis intellige præceptorem, agnosce redẽptorem. Etenim ille redemptor tibi spiritum dedit, quo mortifices facta carnis. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Non sunt filij Dei, si non aguntur spiritu Dei. Si autẽ spiritu Dei agũtur, pugnãt; quia magnum habent adiutorẽ. Nõ enim Deus sic nos spectat pugnãtes, quomodo spectat populus venatores. Populus venatori fauere potest, periclitantem adiuuare non potest.

1. Cor. 2.
Psal. 148.
Gene. 7.
Rom. 8.

CAPVT VIII. Galat. 5.

SIC ergo & hic caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Et quid est, vt non ea quæ vultis faciatis? Hic enim periculum est mali intellectoris. Sit nunc officiũ qualiscunque expositoris, vt non ea quę vultis faciatis. Attẽdite sancti quicunq; pugnatis. Prœliantibus loquor. Intelligunt qui pugnãt, non me intelligit qui nõ pugnat. Nam qui pugnat, nõ dico intelligit me, sed prẽuenit me. Quid vult homo castus? vt nulla omnino surgat in membris eius concupiscentia aduersaria castitati: Pacẽ vult, sed nondũ habet. Quando enim ad illud vẽtum fuerit, vbi nulla omnino exurgat cõcupiscentia aduersanda, nullus erit hostis cũ quo † luctemur; nec expectatur ibi victoria, quia de hoste iã victo triũphatur. Audi ipsam victoriam, ipso Apostolo dicente, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cùm autẽ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriã. Audi voces triumphantiũ: Vbi est mors cõtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Percussisti, vulnerasti, deiecisti: sed vulneratus est pro me, qui fecit me. O mors ô mors, vulneratus est pro me, qui fecit me, & de morte sua vicit te! Et nunc triumphantes dicturi sunt, Vbi est mors cõtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? MODO autẽ quando caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ, cõtentio mortis est: Nõ quod volumus facimus. Quare? Quia volumus vt nullę sint cõcupiscentiæ, sed nõ possumus. Velimus nolimus, habemus illas: velimus nolimus, titillant, blãdiuntur, stimulant, infestãt, surgere volunt. Premuntur, nõdum extinguuntur, quamdiu caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Nũquid hoc etiã cùm mortuus fuerit homo? Absit. Deponis carnem, quomodo tecũ trahis concupiscẽtias carnis? Sed si bene pugnasti, reciperis ad quietem. De qua quiete coronandus es, nõ damnandus: vt postea perducaris ad regnum. Ergo quamdiu hic viuitur, fratres, sic est, sic & nos qui senuimus in ista malitia: Minores quidem hostes habemus: sed tamen habemus. Fatigati sunt quodam modo hostes nostri iam etiam per ętatem: sed tamen etiam fatigati non cessant qualibuscũque motibus infestare senectutis quietẽ. Acrior pugna iuuenũ est: Nouimus eam, transiuimus per eam. Caro ergo cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ: vt nõ ea quę vultis, faciatis. Quid enim vultis, ô sancti, ô boni prœliatores, ô fortes milites christi? Quid vultis? Vt nõ sint omnino concupiscẽtiæ malæ? Sed nõ potestis. Exercete bellum, sperate triũphum. Modò enim interim pugnatur. Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis, faciatis: id est, vt omnino nullę sint concupiscentiæ carnis. SED facite quod potestis: quod ait ipse Apostolus alio loco, quod commemorare iam cœperam. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis eius. Ecce quod nolo, mala desideria surgunt: sed noli obedire. Arma te, sume instrumenta bellorum. Prœcepta Dei, arma tua sunt. Si bene me audis, & ex eo quod loquor, armaris. Non, inquit, regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Quãdiu enim portatis mortale corpus, pugnat contra vos peccatum: sed nõ regnet. Quid est, Non regnet? Id est, ad obediendum desideriis eius. Si cœperitis obedire, regnat. Et quid est obedire, nisi vt exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato? Nihil hoc doctore prœclarius. Quid vis iam vt exponã tibi? Fac quod audisti. Non exhibeas mẽbra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi De' potestatẽ per spiritũ suũ, vt mẽbra tua teneas. Surgit libido, tene tu mẽbra. Quid factura est quę surrexit? Tu tene mẽbra. Noli exhibere mẽbra tua arma iniquitatis peccato: Noli armare aduersarium tuum contra te. Tene pedes, ne eant ad illicita. Libido surrexit, tu tene mẽbra tua. Tene manus ab omni scelere. Tene oculos, ne malè attendant. Tene aures, ne verba libidinis libenter audiant. Tene totũ corpus, tene latera, tene summa, tene ima. Quid facit libido? Surgere nouit, vincere non nouit. Surgendo assiduè sine causa, discit & non surgere. REDEAMVS ergo ad verba, quæ obscura de Apostolo proposueram, & plana iam esse videbimus. Hoc enim proposueram, quod non dixit Apostolus, Spiritu ambulate, & concupiscẽtias carnis ne habueritis: quia necesse est vt habeamus illas. Quare ergo nõ dixit, Concupiscentias carnis ne feceritis? Quia facimus eas, concupiscimus enim: Ipsum concupiscere, facere est. Sed ait Apostolus, Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Ergo quid tibi cauendum est? Hoc sine dubio ne perficias. Surrexit libido damnabilis, surrexit, suggessit: nõ audiatur. Ardet, non se compescit, & velles vt non arderet. Et vbi est, vt non ea quæ vultis faciatis. Noli dare membra. Ardeat sine causa, & consumat se. In te ergo * fiunt ipsæ concupiscentiæ: Fatendum est, fiunt. Ideo dixit, ne perfeceritis. Sed non perficiantur. Decreuisti facere, perfecisti. Perfecisti etenim, si decernas faciẽdum esse adulterium: & ideo non facias, quia locus non est inuentus: quia opportunitas non datur: quia fortè illa casta est, de qua videris esse commotus: Ecce iam illa casta est, & tu adulter es. Quare? Quia perfecisti concupiscentias. Quid est, Perfecisti? In animo tuo faciendum esse adulterium decreuisti. Iam quod

A
al. luctatur.
1. Cor. 15.
Voces triũphantium.
CAP. IX.
B
C
D
Rom. 6.
Rom. 7.
al. fiunt.

quod absit, si & membra fuerint operata, in mortẽ deuolutus es. SVSCITAVIT Christus mortuam in domo filiã archisynagogi. In domo erat, elata nõdũ erat. Sic est homo qui flagitiũ decreuit in cordę, Mortuus est: sed intus iacet. Si autẽ vsque ad mẽbrorũ perpetrationẽ peruenerit, elatus est foras. Sed & iuuenem filiũ viduæ suscitauit Dominus, quando extra portam ciuitatis mortuus efferebatur. Sic ergo audeo quid dicere: Decreuisti in corde tuo, si te reuocaueris ab actu tuo, sanatus eris antequã perpetres. Si enim egeris in corde tuo pœnitentiã, quia rẽ malam, & scelestam, & flagitiosam damnabilẽmque decreueras: ibi vbi mortuus iacebas intus, sic intus surrexisti. Si autẽ perfeceris, iam es foras elatus: sed habes qui tibi dicat, Iuuenis tibi dico, surge. Etiã si perpetrasti, ęreatur te, de proximo redi: noli in sepulchrũ venire. Sed & hic mihi tertius mortu' est, qui etiã perductus est ad sepulchrũ. Iã supra se habet consuetudinis pondus, moles eũ terrena multũ premit. Multũ enim exercitatus est in flagitiis, cõsuetudine sua nimia prægrauatur. Clamat & Christus, Lazare, prodi foras. Homo enim pessimę cõsuetudinis iã putet. Meritò ibi Christus clamauit. Nec solũ clamauit, sed magna voce clamauit. Ad Christi enim clamorẽ etiã tales, licet mortui, licet sepulti, licet putẽtes, resurgẽt tamẽ & ipsi, resurgẽt. De nullo enim iacẽte desperãdũ est sub tali suscitatore. Cõuersi ad Dom.

CAPVT VII. Mar. 5.
Lucæ 7.
Ioan. 11.
CAP. X.
A
B

De tribus mortuis, quos Dominus suscitauit.

SERMO D. AVGVST. XLIIII.

A Beda citatur ad Ephes. 5.

CAP. I.

MIRACVLA Domini nostri & saluatoris Christi Iesu, omnes quidẽ audiẽtes & credẽtes mouẽt: sed alios atque alios, aliter & aliter. Quidam enim corporalia eius miracula stupẽtes, maiora intueri non norũt: quidã verò ea quæ gesta audiunt in corporibus, nunc amplius in animis admirantur. Dicit ipse Dominus, *Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat.*] Non vtique alios filius, alios pater. sed eosdẽ pater & filius, quia omnia pater per filium. Nemo ergo dubitet qui Christianus est, etiã nũc mortuos suscitari. Sed omnis homo habet oculos, quibus videre potest mortuos resurgere, ita vt resurrexit filius huius viduę, quod modò ex Euãgelio recitatum est: Vnde autẽ videãt homines resurgere mortuos in corde, nõ omnes habẽt, nisi qui iã resurrexerunt in corde. Amplius est resuscitare semper victurũ, quã suscitare iterũ moriturũ. DE iuuene illo resuscitato, gauisa est matervidua: de hominibus in spiritu quotidie suscitatis, gaudet mater Ecclesia. Ille quidẽ mortuus erat corpore, illi autẽ mẽte. Illius mors visibilis visibiliter plãgebatur: illorũ mors inuisibilis nec quærebatur, nec videbatur. Quæsiuit ille qui nouerat mortuos. Ille sol' nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Nisi enim ad mortuos suscitãdos uenisset, Apostol' nõ diceret, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Dormientẽ audis, cùm dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Dormientẽ audis, cùm dicit, Surge qui dormis: Sed mortuum intellige, cùm audis, Et exurge à mortuis. Dicti sunt sæpe dormientes & mortui visibiliter. Et planè omnes, ei qui potest excitare dormiũt. Mortuus enim tibi mortuus est, qui quãtumlibet pulses, quantumlibet vellices, quantumlibet lanies, non expergiscitur. Christo autem ille dormiebat, cui dictum est, Surge: & cõtinuò surrexit. Nemo tam [facilè] excitat in lecto, quàm facilè Christus in sepulchro.

TRES autem mortuos inuenimus à Domino resuscitatos visibiliter, milia inuisibiliter. Quot autem mortuos visibiliter suscitauerit, quis nouit? Non enim omnia quæ fecit scriptã sunt, Ioãnes hoc dixit, Multa alia fecit Iesus: quæ si scripta essent, arbitror totũ mundũ nõ posse libros capere. Multi ergo sunt alij sine dubio suscitati: sed, non tres, frustrà cõmemorati. Dominus enim noster Iesus Christus ea quæ faciebat corporaliter, etiã spiritualiter volebat intelligi. Neque enim tantũ miracula propter miracula faciebat: sed vt illa quæ faciebat, mira essent videntibus, vera essent intelligẽtibus. Quẽadmodũ qui videt literas in codice optimè scripto, & non nouit legere, laudat quidẽ antiquarij manũ, admirans apicũ pulchritudinẽ, sed quid sibi velint, quid indicent illi apices nescit, & est oculis laudator, mẽte nõ cognitor. Alius autẽ & laudat atificiũ & capit intellectũ: ille vtique qui nõ solũ videre quod cõmune est omnibus potest, sed etiã legere: quod qui nõ didicit nõ potest. Ita qui viderũt Christi miracula, & nõ intellexerũt quid sibi vellẽt, & quid intelligentibus quodãmodo innuerẽt, mirati sunt tantũ quia facta sunt. Alij verò & facta mirati, & intellecta assecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus. Qui enim dicit Christũ propterea tantũ fecisse miracula, vt nõ essent nisi miracula, potest illũ etiam dicere nescire quod nõ esset tẽpus pomorũ, quãdo ficus quęsiuit in arbore. Nõ enim erat illius pomi tẽpus, sicut Euangelista testatur, & tamen esuriens poma quæsiuit in arbore. Christus nesciebat, quod rusticus sciebat? Quod nouerat arboris cultor, non nouerat arboris creator? Cùm ergo esuriens poma quæsiuit in arbore, significauit aliquid aliud se esurire, & aliquid aliud quærere: & arborem illam sine fructu foliis plenam reperit, & maledixit: & aruit. Quid arbor fecerat fructũ nõ afferendo? Quæ culpa arboris infœcunditas? Sed sunt qui fructũ volũtate dare nõ possunt. Illorum est culpa sterilitas, quorũ fœcunditas est voluntas. Erãt ergo Iudæi habentes verba legis, & facta nõ habẽtes, pleni foliis, & fructus nõ ferẽtes. Hoc dixi, vt persuaderem Dõm nostrũ Iesum Christũ ideo miracula fecisse, vt aliquid illis miraculis significaret, vt excepto eo quod mira, & magna, & diuina erãt, aliquid inde etiam disceremus.

Ioan. 5.
Lucæ 7.
CAPVT II.
Ephes. 5. Beda.
Lucæ 7. CAPVT III. Tres mortui à Domino suscitati.
A
B
C
D
Ioan. 21.
Apta similitudo.
Matth. 21.
CAPVT IIII.
Mar. 5.
Lucæ 7.
Ioan. 11.
CAP. V.

VIDEAMVS ergo quid nos discere voluit in tribus mortuis, quos suscitauit. Resuscitauit filiam mortuam archisynagogi, ad quã ægrotantem petebatur, vt eã de ægritudine liberaret. Et cùm pergit, mortua nũciatur, & quasi iã frustra fatigaretur, renũciatũ est patri eius, Puella mortua est, quid adhuc fatigas magistrũ? Ille autem perrexit, & ait patri puellæ: Noli timerẽ, crede tãtũmodo. Venit ad domũ, & inuenit iã obsequia funeri debita præparata, & dicit illis, Nolite flere: nõ enim est mortua puella, sed dormit. Verũ dicit, dormiebat: sed illi à quo poterat excitari. Hãc excitãs, reddidit viuam parentibus. Excitauit & hunc iuuenem, filium viduæ, de quo nunc admoniti sumus, vt hinc ista quę ipse largiri dignatur, cum vestra charitate loquemur. Modò audistis quomodo excitatus est. Appropinquabat Dominus ciuitati: & ecce efferebatur iam mortuus extra portam. Misericordia commotus, quod flebat mater vidua, & destituta vnico filio, fecit quod audistis, dicens: A dolescens tibi dico, surge. Surrexit ille mortuus, cœpit loqui: & reddidit illum matri suæ. Excitauit & Lazarum de sepulchro. Et ibi cùm ægrotãtem scirent discipuli cum quibus loquebatur, (diligebat autem illum) Lazarus, inquit, amicus noster dormit. Illi putantes, ægri somnum salubrem: Si dormit, inquiunt, Domine saluus erit. Et ille: dico vobis, apertiùs iam loquens, Lazarus amicus noster mortuus est. Vtrunque verum dicens: Mortuus est vobis, dormit mihi. ISTA tria genera mortuorum, sunt

volens vt ego ad te veniã, hîc positus dicis mihi: Nõ es
rectè baptizatus, quia ego ibi nõ fui. Vide quis ibi fuit.
Ioan.1. Quid dictũ est Ioanni? Super quẽ videris spiritũ descẽ-
dentem quasi columbã, hic est qui baptizat. Ipsum ha-
bes quærentẽ te, imò quia mihi ab ipso baptizato inui-
disti, ipsum perdidisti.

Capvt vii. INTELLIGITE ergo, fratres mei, vocẽ nostrã & il-
lorũ, & videte quid eligatis. Nos hoc dicimus; Simus
sanẽti, Deus scit: sim⁹ iniqui, & hoc magis ipse scit. Vos
1.Cor.4. in nobis spẽ non ponatis, qualescunque simus. Si boni
sumus, facite quod scriptũ est: Imitatores mei estote,
sicut & ego Christi. Si autẽ mali sumus, nec sic deserti
Matth. 23. estis, nec sic sine consilio remansistis. Audite dicẽtem:
Quæ dicunt, facite: quæ autẽ faciũt, facere nolite. Illi
autem contrà: Nisi boni fuerimus, peristis. Ecce est a-
lius qui veniet in nomine suo. Ergo vita mea ex te pẽ-
debit, & salus mea ex te religabitur? Itáne oblitus sum
1.Cor. 10. fundamentũ meum? Nónne petra erat Christus? Nón-
Matth.7. B ne qui ædificat super petrã, ipsum non deiicit ventus,
pluuia, flumina? Veni ergo mecũ, si vis super petram, &
noli mihi esse velle pro petra. Dicat ergo & nouissimũ
Ioan.5. illud Ecclesia, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi.
De me enim ille scripsit: quia corpus sum eius de quo
scripsit. Et de Ecclesia Moyses scripsit. Nã Moysi verba
dixi, In semine tuo benedicentur omnes gẽtes. Moyses
Genes. 22. hoc in libro scripsit, Si crederetis Moysi, crederetis vti-
que & Christo. Quia Moysi verba contẽnitis, necesse
Luc.16. est vt Christi verba contẽnatis. Habẽt ibi, inquit, Moy-
sen & Prophetas, audiãt illos. Non, pater Abrahã, sed si
quis à mortuis venerit, ipsum audiẽt. Et ille: Si Moysen
& Prophetas nõ audiũt, nec si quis à mortuis resurrexe-
rit, credẽt. Hoc de Iudæis dictũ est: ergo nõ dictũ de he-
Capvt viii. reticis? A mortuis resurrexerat qui dicebat, Oporte-
Luc.24. bat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die. Hoc
credo. Credo, inquit, Credis? Quare nõ credis quod se-
quitur, quia credis, Oportebat Christũ pati, & resurge-
re de tertio à mortuis? Hoc dictũ est de capite: crede, &
quod sequitur de Ecclesia, Prædicari in nomine eius
pœnitẽtiã, & remissionẽ peccatorũ per omnes gentes.
Quare credis de capite, & nõ credis de corpore? Quid
tibi fecit Ecclesia, vt eam velis quodãmodo decollare?
Tollere vis Ecclesiẽ caput, & capiti credere, corpus re-
linquere, quasi exanime corpus. Sine causa capiti, qua-
si famulus deuotus blandiris. Qui decollare vult, & ca-
put & corpus conatur occidere. Erubescunt negare
Christũ, & nõ erubescunt negare verba Christi. Chri-
stũ nec nos vidimus oculis, nec vos. Iudæi viderunt, &
occiderũt. Nos nõ vidimus, & credimus: verba ipsius
nobiscũ sunt. Cõparate vos Iudæis. Illi cõtẽpserũt pẽ-
dentẽ in ligno, vos contẽnitis sedentẽ in cælo. Illis sug-
gerentibus stetit titulus Christi, vobis stãtibus deletur
D baptismus Christi. Sed quid restat, fratres, nisi oremus
& pro superbis, oremus & pro elatis, qui se sic extollũt?
Psal.82. Dicamus pro illis Deo: Cognoscant, quia tibi nomen
Dominus: & nõ homines, sed tu solus altissimus super
omnem terram. Conuersi ad Dominum, &c.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, &c.

SERMO D. AVGVST. XLVI.

Bedæ est sermo XLIII. in 1.Cor.15.

Capv.i. SICVT audiuimus, cùm sanctum Euange-
lium legeretur, Dominus Iesus Christus ex-
hortatus est promissione vitæ æternæ ad
manducandum carnem suam, & bibẽdum
sanguinem suum. Qui audistis hæc, nondum omnes
intellexistis. Qui enim baptizati & fideles estis, quid
A dixerit, nostis. Qui autem inter vos adhuc Catechu-
meni, vel Audientes vocantur, potuerũt esse, cùm lege-
retur, audientes, nunquid & intelligentes? Ergo sermo
noster ad vtrosque dirigitur. Qui iã manducant carnẽ
Domini, & bibunt sanguinẽ eius, cogitent quid man-
ducent, & quid bibant: ne, sicut Apostolus dicit, iudi-
cium sibi manducent & bibant. Qui autẽ nondũ man- 1.Cor.11.
ducant, & nondũ bibunt, ad tales epulas inuitati festi-
nent. Per istos dies † magistri pascũt, Christus quotidie al. magi-
pascit, mẽsa ipsi⁹ est illa in medio cõstituta. Quid cau- stratus.
sæ est ô audientes, vt mensam videatis, & ad epulas nõ
accedatis? Et fortè modò cùm Euangeliũ legeretur, di-
xistis in cordibus vestris, Putamus quid est quod dicit,
Caro mea verè esca est, & sanguis meus verè potus est?] Quo- Ioan.6.
modo mãducatur caro Domini, & bibitur sanguis Do-
mini? Putamus quid dicit? Quis cõtrà te clausit, vt hoc
B nescias? Velatũ est. Sed si volueris, erit reuelatũ. Acce-
de ad professionẽ, & soluisti quęstionẽ. Quod enim di-
xit Dominus Iesus, iã fideles nouerũt. Tu autẽ Cate-
chumenus diceris: diceris Audiens, & surdus es. Aures
enim corporis patentes habes, quia verba quę dicta sũt
audis: Sed aures cordis adhuc clausas habes, quia quod
dictũ est nõ intelligis. Disputo, nõ dissero: Ecce pascha
est, da nomẽ ad baptismũ. Si nõte excitat festiuitas, duc-
at ipsa curiositas: vt scias quid dictũ sit, Qui mãducat
carnẽ meã, & bibit sanguinẽ meũ, in me manet, & ego
in illo. Vt scias mecũ quid dictũ sit, pulsa, & aperietur
tibi: Et vt tibi dico, pulsa, & aperietur tibi: ita & ego pul-
so, aperi mihi. Auribus persono, ad pectus pulso. SED Cap.ii.
si Catechumeni exhortandi sunt, fratres mei, vt ad tã-
tam gratiam regenerationis accedere non morentur:
quanta nobis cura esse debet in ædificandis fidelibus,
vt prosit eis quod accedunt, ne sibi tales epulas in iudi-
C ciũ manducẽt & bibant? Vt autẽ non iudiciũ mandu-
cent, & bibant, bene viuãt. Exhortatores estote nõ ser-
monibus, sed moribus vestris: vt illi qui nõ sunt bapti-
zati, sic festinent sequi vos, vt non pereãt imitãdo vos.
Qui coniugati estis, fidem thori seruate cõiugibus ve-
stris. Reddite quod exigitis. Vir à femina exigis casti-
tatem, præbe illi exemplum, non verbũ. Tu es caput,
quà is vide. Nec enim debes ire, quà illi sit periculosũ
sequi: imò tu ipse quàvis eam sequi, illuc debes am-
bulare. Ab imbecilliore sexu exigis fortitudinem: carnis
concupiscentiam ambo habetis: qui fortior est,
prior vincat. Et tamen quod dolendum est, multi
viri à feminis vincuntur. Seruant feminæ castitatem,
quam viri seruare nolunt: & in eo quod non seruant,
se viros videri volunt, quasi propterea sit fortior se-
xu, vt cum faciliùs subiuget inimicus. Luĉta est, præ-
lium est, pugna est. Vir fortior femina, vir caput Eph.5.
est feminæ. Femina pugnat, & vincit: tu hosti suc-
cumbis? Stat corpus, & caput iacet? Qui autem
vxores nondum habetis, & tamen ad mensam Do-
minicam iam acceditis, & carnem Christi mandu-
catis, & sanguinem bibitis, si ducturi estis vxores, ser-
uate vos vxoribus vestris. Quales eas vultis ad vos ve-
nire, tales & vos debent ipsæ inuenire. Quis iuuenis
est, qui non castam velit ducere vxorem? Et si acce-
pturus est virginem, quis non intactam desideret? Inta-
ctam quæris, intactus esto. Puram quæris, noli esse im-
purus. Non enim illa potest, & tu non potes. Si fie-
ri non possit, nec illa posset. Quia verò illa potest, do-
ceat te quia fieri potest. Et illam vt possit, Deus re-
git. Sed tu gloriosior eris, si feceris. Quare glorio-
sior? Illam premit parentum custodia, refrenat infir-
mioris sexus ipsa verecundia. Postremò leges timet,
quas tu nõ times. Ideo ergo gloriosior eris, si feceris:
quia

quia tu si feceris, Deũ times. Habet illa multa quæ ti-
A meat præter Deũ: tu solum Deũ times. Sed tu quem ti-
mes, maior est omnibus.

Capvt iii. IPSE timendus est in publico, ipse in secreto. Procedis,
videris; intras, videris. Lucerna ardet, videt te; lucerna
extincta est, videt te. In cubile intras, videt te.
In corde versaris, videt te. Ipsum time, illum cui cura est
vt videat te, & vel timẽdo castus esto. Aut si peccarevis,
quære vbi te nõ videat, & fac quod vis. Qui verò iã vo-
uistis, corpus artius castigate, & concupiscentiæ frenos
nec ad ipsa quę permissa sunt, patiamini relaxare: vt nõ
solũ à cõcubitu illicito diuertatis, sed etiã licitũ contẽ-
natis aspectũ. Memẽtote in quocũq; sexu sitis, siue ma-
Matth. 22. res, siue feminæ, angelorũ vitã ducere vos in terra. An-
geli enim non nubunt, neque vxores ducunt. Hoc eri-
mus, cùm resurrexerimus. Quanto vos meliores, qui id
quod erũt homines post resurrectionẽ, hoc vos incipi-
tis esse ante mortẽ? Seruate gradus vestros: seruat enim
B Deus vobis honores vestros. Cõparata est resurrectio
1.Cor.15. Beda. mortuorũ, stellis in cęlo cõstitutis: stella enim ab stella
differt in gloria, vt Apostolus dicit: sic & resurrectio
mortuorũ. Aliter ibi lucebit virginitas, aliter ibi luce-
Capvt iiii. bit castitas cõiugalis, aliter ibi lucebit sancta viduitas.
Diuersè lucebunt: sed omnes ibi erũt. Splẽdor dispar,
cælũ cõmune. COGITANTES ergo gradus vestros,
seruantes & professionem vestram, accedite ad carnẽ
Domini, accedite ad sanguinẽ Domini. Qui se scit ali-
ter esse, nõ accedat. Cõpũgimini magis sermone meo.
Cõgratulãtur enim qui sciũt seruare cõiugibus quòd
à coniugibus exigunt, qui sciunt seruare omnimodo
continentiã, si hãc Deo vouerunt. Qui verò audiũt di-
centem me, Quicunque nõ seruatis castitatem, nolite
accedere ad illum panẽ, contristãtur. Et ego nollẽ hoc
dicere. Sed quid facio? Timebo hominem, vt taceam
Matth. 25. C veritatem? Ergo si illi serui nõ timẽt Deũ, etiã ego non
timeam: quasi non sciam dictum esse, Serue nequam
& piger, tu dares, & ego exigerem? Ecce dedi Domine
Deus meus, ecce in conspectu tuo & angelorũ tuorum
& in conspectu ipsius plebis tuæ erogaui pecuniã tuã:
Timeo enim iudicium tuum. Ego dedi, tu exige: Et si
non dicam, facturus es. Ergo hoc potius dico, Ego de-
di, tu conuerte, tu parce. Fac pudicos qui fuerunt im-
pudici, vt simul in tuo conspectu, cùm iudicium vene-
rit, gaudeamus, & qui erogaui, & cui erogatum est. Pla-
cẽt hoc? Placeat. Quicunque impudici estis, corrigite
vos, dum viuitis. Ego enim verbum Dei loqui possum,
impudicos autem & in nequitia perseuerantes, de iu-
dicio Dei & damnatione liberare non possum.

SERMO D. AVGVST. XLVIII.

Hæc sermo ab initio vsque in finem idem est cum tractatu 33. in Ioannem: vbi eum require, tom. 9.

Ioan.8. *De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis.*

SERMO XLVIII.

Capv.i. NOVIT charitas vestra, omnes nos vnum
magistrum habere, & sub illo condiscipu-
los esse. Nec ideo magistri sumus, quia de
loco superiori loquimur vobis: sed magister
est omnium qui habitat in omnibus nobis. Ipse modò
in Euangelio nobis omnibus loquebatur, & dicebat
nobis, quod etiam ego dico vobis. Dicit autem ille de
nobis, & nobis & vobis: Si manseritis in verbo meo,
non vtique in meo, qui modò loquor, sed in eius qui
modò in Euangelio loquebatur: *Si manseritis in verbo*
meo, inquit, *verè discipuli mei estis*.] Ad discipulum
parum est accedere, sed manere. Non ergo ait, Si au-
A dieritis verbum meum: aut, Si accesseritis ad verbum
meum: aut, Si laudaueritis verbum meum: Sed videte
quid dixerit, *Si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei* Ioan.8.
estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Quid
dicimus, fratres? Manere in verbo Dei, labor est, an nõ
est? Si labor est, attende magnũ præmiũ: Si labor non
est, gratis accipis præmium. Maneamus ergo in eo qui
manet in nobis. Nos, si nõ mãserimus in illo, cademus:
Ille autem, si in nobis non manserit, non ideo domum
perdidit. Nouit enim ille manere in se, qui nunquã de-
serit se. Absit autem ab homine, vt maneat in se, qui
perdidit se. Ergo nos in illo manemus, indigentia: ipse
in nobis manet misericordia. IAM ergo si propositum Capvt ii.
est quid facere debeamus, 'quid accepturi sumus, vi- In verbo dei manere.
deam'. Indixit enim opus, & promisit mercedẽ. Quid
est opus? Si manseritis in verbo meo. Breue opus, Ver-
bo breue, magnũ opere: Si manseritis. Quid est, si man-
seritis? Si in petra ædificaueritis. O quam magnum est, Matth.7.
fratres, hoc: supra petrã ædificare quam magnum est! Ædificare supra pẽtrã magnũ est.
Venerũt flumina, flauerunt venti, descendit pluuia, &
impegerunt in domum illam, & non cõcidit: fundata
enim erat supra petrã. Quid est ergo in verbo Dei ma-
nere, nisi nullis tentationibus cedere? Præmium quod
est? Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Cõ-
patimini nobis, quia vocem meam sentitis obtusam:
Adiuuate me tranquillitate. O præmium! Cognosce-
tis veritatem. Fortè aliquis diceret, & quid mihi pro-
dest cognoscere veritatem? Et veritas liberabit vos. Si
non delectat veritas, delectet libertas. In consuetudine Liberari duobus modis dicitur.
Latinæ linguæ liberari duobus modis dicitur. Et ma-
ximè in eo consueuimus audire hoc verbũ, vt quicun-
que liberatur, intelligatur periculũ euadere, molestiis
carere. Liberari autẽ propriè dicitur liberũ fieri: quo-
modo saluari, saluum fieri; sanari, sanũ fieri: si e liberari,
B libertũ fieri. Ideo dixi, Si nõ delectat veritas, delectet li-
bertas. Hoc in Græca lingua euidentiùs sonat, nec po-
test aliter intelligi. Et vt noueritis, quia aliter intelligi
nõ potest, loquẽte Domino, responderunt Iudæi, Nos
nemini seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, Veri-
tas liberabit vos, id est, veritas liberos vos faciet? Quo-
modo dicis nobis qui nemini vnquã seruiuimus? quos
vides, inquiunt, non habere seruitutis necessitatẽ, quo-
modo eis polliceris libertatem? Audierũt quod debue-
rũt: sed nõ fecerunt quod debuerũt. Quid audierunt?
Quia dixit, Veritas liberabit vos. Attendistis vos qui
nõ seruitis homini, & dixistis, Nemini seruiuimus vn-
quam. OMNIS, Iudæus & Græcus, diues & pau- Capvt iii.
per, honoratus & priuatus, imperator & mẽdicus, om-
nis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Omnis, inquit,
qui facit peccatũ, seruus est peccati. Si agnoscãt homi-
nes seruitutem, videbunt vnde accipiunt libertatem.
D Ingenuus est aliquis, captiuatur à barbaris, ex ingenuo
factus est seruus. Audit homo miserator, considerat se
habere pecuniam, fit redemptor, pergit ad barbaros,
dat pecuniã, redimit hominem. Planẽ reddidit liber-
tatem, si abstulit iniquitatem. Sed quis abstulit iniqui-
tatẽ? Homo homini? Ille qui seruiebat apud barbaros,
à redemptore suo redemptus est. Et multũm interest
inter redemptorem & redemptum, tamen sub domi-
na iniquitate fortè conseruũt sunt. Interrogo redem-
ptum, habes iniquitatem? Habeo, inquit. Interrogo
redemptorem, habes peccatum? Habeo, inquit. Ergo
nec tu te iactes redemptum, nec tu te extollas redem-
ptorem: sed fugite ambo ad verum liberatorem. Pa-
rum est, quia qui sub peccato sunt, serui dicti sunt, &
mortui dicuntur. Quod timet homo ne faciat illi cap-
tiuitas, iam illi fecit iniquitas. Quid enim, quia videtur
vinere? Nunquid ideo errauit ille qui dixit, Dimitte Matth.8.

mortuos sepelire mortuos suos? Ergo mortui omnes sub peccato, serui mortui, seruiendo mortui, moriẽdo serui. QVIS ergo liberat à morte & à seruitute, nisi in mortuis liber? Quis est in mortuis liber, nisi interpeccatores sine peccato? Ecce venit princeps mũdi, ipse dicit redẽptor noster, liberator noster: Ecce venit princeps mũdi, & in me nihil inuenier. Tenet quos decepit, quos seduxit, quos peccatũ mortẽq; persuasit, in me nihil inueniet. veni ñe, veni redẽptor, veni: agnoscat te captiu⁹ fugiat te captiuator: tu esto mihi liberator. Ille me perditũ inuenit, in quo diabolus nihil quod caro agit inuenit. Inuenit carnẽ in illo princeps huius mũdi: Inuenit. Et qualem carnem? Mortalem, quam possit tenere, quã possit crucifigere, quam possit occidere. Erras deceptor, nõ fallitur redemptor: Erras. Vides in Domino carnẽ mortalẽ, non est caro peccati, sed similitudo est carnis peccati. Misit enim Deus filiũ suũ in similitudinẽ carnis peccati. Vera caro, mortalis caro: sed nõ peccati caro. Misit enim Deus filiũ suũ in similitudinem carnis peccati vt de peccato damnaret peccatum in carne. Misit enim Deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati in carnẽ, nõ tamẽ in carnem peccati: sed in similitudinẽ carnis peccati. Propter quid? Vt de peccato, quòd certè nullũ in se erat, damnaret peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritũ. Si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati, quomodo vt de peccato dãnaret peccatũ in carne?

Cap. 1.11. Ioan. 14. Rom. 8.

CAPVT IIII. SOLET & similitudo capere nomẽ eius rei, cuius est similitudo. Homo dicitur verus: sed etiam si pictum in pariete ostendas, & quẽras quid sit, respondetur, homo. Peccatum ergo appellata est caro, habens similitudinẽ carnis peccati, vt esset sacrificium pro peccato. Dicit idem Apostolus alio loco, Eum qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit. Eum qui non nouerat peccatũ. Quẽ qui non nouerat peccatũ, nisi eũ, qui dixit, Ecce veniet princeps mũdi, & in me nihil inueniet? Eũ qui non nouerat peccatũ, peccatũ pro nobis fecit: eum ipsum Christum nescientem peccatũ, fecit Deus pro nobis peccatum. Quid est hoc, fratres? Si diceretur, Fecit in illũ peccatũ, aut fecit illũ habere peccatũ: intolerabile videretur. Quomodo tolleramus: quod dictũ est, Fecit eum peccatũ, vt ipse Christus sit peccatum? Qui nouerunt Scripturas veteris Testamẽti, recognoscunt quod dico. Non enim semel dictum est: sed aliquoties, creberrimè. Peccata dicta sunt sacrificia pro peccatis. Offerebatur, verbi gratia, pro peccato hircus, aries, quodlibet: ipsa victima quæ offerebatur pro peccato, peccatum nominabatur. Peccatum ergo dicebatur sacrificium pro peccato: ita vt alicubi dicat lex sacerdotes ponere debere manus suas super peccatũ. Ergo eũ qui nõ nouerat peccatũ, fecit pro nobis peccatũ: id est, sacrificium pro peccato factus est. Peccatum oblatum est, & deletum est peccatum. Fusus est sanguis redemptoris, & deleta est cautio debitoris. Ipse est sanguis qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum.

2. Cor. 5. Ioan. 14. Peccata: sacrificia pro peccatis. Leuit. 4.

CAP. V. QVID est ergo quòd inspicẽter exultasti, meus captiuator; quia carnẽ mortalẽ habuit meus liberator? Si habuit peccatũ, vide: si aliquid tuũ in † eo inuenisti, tene. Verbũ caro factũ est. Verbũ creator est, caro creatura est. Quid ibi tuũ inimice? Et verbũ Dei est, & anima hominis creatura est, & caro hominis creatura est, & caro mortalis Dei creatura est. Peccatũ quære. Sed quid quæras? Veritas loquitur: Veniet princeps mũdi, & in me nihil inueniet. Nõ ergo nõ inuenit carnẽ, sed nihil suũ, id est, nullũ peccatũ. Decepisti innocẽtes, fecisti nocẽtes. Occidisti innocentẽ, peremisti quem nõ debebas, redde quod tenebas. Quid ergo ad horam insultasti, quia inuenisti in Christo carnem mortalem? Muscipula tua erat. Vnde lætatus es, inde capt⁹ es. Vbi te exultasti aliquid inuenisse: inde nũc doles quod posseras perdidisse. Ergo, fratres, qui credimus in Christum, maneamus in verbo eius. Si enim manserimus in verbo eius, verè discipuli eius sumus. Nõ enim soli illi duodecim, sed omnes qui manem⁹ in verbo eius, verè discipuli eius sumus, & cognoscemus veritatem, & veritas liberabit nos: id est, Christus filius Dei, qui dixit, Ego sum veritas, liberos nos faciet, hoc est, liberabit nos, non à barbaris, sed à diabolo: non à corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate. Solus est qui sic liberat. Nemo se liberum dicat, ne seruus remaneat. Non remanebit in seruitute anima nostra quia quotidie dimittuntur debita nostra.

al. illo. Ioan. 1. Ioan. 14. Ioan. 14.

De pastore, & mercenario, & fure: in Euangelio secundum eundem. Ioan. 10.

SERMO D. AVGVST. XLIX.

EADEM inscriptio est in Indiculo Possidij. Et hinc multa Beda citat ad Corinth. & Philipp.

CAP. I. NON ignorat fides vestra, charissimi, & vos didicisse nouimus, docẽte magistro de cęlo: in quo spẽ vestram posuistis: quia Dominus noster Iesus Christus, qui iã pro nobis passus est, & resurrexit, caput est Ecclesiæ, & est corpus eius Ecclesia, & in eius corpore vnitas mẽbrorũ, & cõpago charitatis tanquã sanitatis existit. Quicunque autẽ in charitate frigiuerit, infirmatur in corpore Christi. Sed potens est ille qui iã exultauit caput nostrum, etiã infirma mẽbra sanare; dũ tamen nõ nimia impietate prącidantur, sed hæreant corpori donec sanentur. Quicquid enim adhuc hæret corpori, non desperatæ sanitatis est: Quod autem præcisum fuerit, nec curari, nec sanari potest. Cùm ergo ille sit caput Ecclesiæ, & sit corpus eius Ecclesia, totus Christus caput & corpus est. Resurrexit iã ille. Caput ergo habemus in cælo: Caput nostrũ interpellat pro nobis. Caput nostrũ sine peccato & sine morte, iã propitiat Deũ pro peccatis nostris: vt & nos in fine resurgentes, & immutati in gloriã cælestem, sequamur nostrum. Quo enim caput, & cætera membra, Sed dũ hic sumus, membra sumus, ne desperemus, quia secuturi sumus caput nostrũ. VIDETE enim, fratres, dilectionẽ ipsius capitis nostri. Iã in cælo est, & hic laborat, quãdiu hic laborat Ecclesia. Hic Christus esurit, hic sitit, nudus est, hospes est, infirmatur, in carcere est. Quicquid enim hic patitur corp⁹ eius, se dixit pati: & in fine segregãs ipsum corpus suũ ad dexteram, & reliquos à quibus modò conculcatur segregãs ad sinistram, dicturus est his qui sunt ad dexteram, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mũdi. Quibus meritis? Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare, &c. Sic exequitur, tanquã ipse accepisset: vsque adeò vt illi nõ intelligentes, respondeant & dicant, Domine, quando te vidimus esurientem, hospitem, & in carcere? Et dicit eis, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Sic etiam in nostro corpore caput sursum est, pedes in terra sunt: tamen in aliqua constipatione & coartatione hominum, quando tibi aliquis pedem calcat, nónne dicit caput, Calcas me? nec caput tuum nec linguam tuam quisquam calcauit: Sursum est, in tuto est, nihil ei mali contigit, & tamen quia per connexionẽ charitatis vnitas est à capite vsque ad pedes, nõ se inde lingua separauit, sed dixit, Calcas me: cùm eam nemo contigerit. Quomodo ergo lingua, quam nemo contigit, dicit, Calcas me: sic Christus caput, quod nemo calcat, dixit, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Et illis qui hoc non fecerunt, dixit, Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Et quomodo cõclusit? Sic: Ibunt illi in ambustionem æternã: iusti autẽ in vitam æternã. CVM ergo nunc loqueretur, dixit se esse pastorẽ, dixit se esse & ianuã. Vtrũque ibi habes, & Ego sum ianua, & Ego sum pastor. Ianua est in capite, pastor in corpore. Dicit enim Petro, in quo vno format Ecclesiã: Petre, amas me? Respondit, Domine, amo. Pasce oues meas. Et tertiò, Petre, amas me? Cõtristatus est Petrus, quòd eũ tertiò interrogauit: quasi ille qui vidit conscientiam negatoris, non videret fidẽ cõfitentis. Nouerat illum semper, nouerat illum & quãdo se Petrus ipse nõ nouerat. Tunc enim se non nouerat, quãdo dixit, Tecũ ero vsque ad mortẽ: & quã esset infirmus, nesciebat. Quomodo plerunque reuera & infirmis cõtingit, vt ægrotus nesciat quid cũ illo agatur, medicus autem sciat: cùm ille ęgritudinẽ illã patiatur, medicus nõ patiatur. Magis dicit medicus quid agatur in altero, quàm ille qui ægrotat quid agatur in seipso. Petrus ergo tunc infirmus, Domin⁹ autẽ medicus. Iste dicebat se habere vires, quas nõ habebat. Ille autẽ tãgẽs venã cordis eius, dicebat quòd ter eũ esset negaturus. Et ita factũ est quomodo prædixit medic⁹, nõ quo modo prędumpsit ægrotus. Ergo post resurrectionẽ suã Dominus interrogauit eũ, nõ nesciens quo ille animo cõfiteretur amorẽ Christi, sed vt trina cõfessione amoris, deleret trinã negationẽ timoris. ERGO hoc Dominus exigit à Petro, Petre, amas me? Quasi, quid mihi dabis, quid mihi præstabis, si amas me, vt pascas oues meas. Per ianuam intres, nõ per aliã partẽ ascẽdas. Audistis, cùm Euangeliũ legeretur, Qui intrat per ianuã, pastor est: Qui autem ex alia parte ascẽdit, fur est & latro: Et dissipare quærit, & spargere, & tollere. Quis est qui intrat per ianuã? Qui intrat per Christũ. Quis est iste? Qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatẽ Christi: vt cùm Deus factus sit homo pro nobis cognoscat se homo non esse Deum, sed hominẽ. Qui enim Deus vult videri, cùm sit homo, nõ imitatur illũ, qui cùm Deus esset, homo factus est. Tibi autẽ nõ dicitur, Esto aliquid min⁹ quàm es, sed cognosce quod es. Cognosce te infirmũ, cognosce te hominẽ, cognosce te peccatorẽ: cognosce te, quia ille iustificat; cognosce te, quia maculosus es. Appareat in confessione tua macula cordis tui, & pertinebis ad gregẽ Christi: quia cõfessio peccatorũ inuitat medicum sanaturum, quomodo in ægritudine qui dicit, Sanus sum, non quærit medicum. Nunquid non ad tẽplum ascenderat Pharisæus ille & publicanus? Ille de sua sanitate gloriabatur, iste vulnera sua medico ostendebat. Dicebat enim ille, Deus, gratias tibi ago, quia non sum sicut publicanus iste: Gloriabatur super alterum. Ergo si publicanus ille sanus esset, inuideret illi Pharisæus: quia non haberet super quem extolleretur. Quomodo ergo venerat qui sic inuidebat? Non erat vtique sanus. Et cũ se sanũ diceret, nõ descendit curatus. Ille autẽ ad terram oculos deiiciens, & non audens in cælum tollere, percutiebat pectus suum, dicens, Domine propitius esto mihi peccatori. Et quid dicit Dominus? Amen dico vobis, quia descẽdit iustificatus de templo publicanus magis quã Pharisæus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur, Qui ergo se exaltãt, per alterã partem volunt ascẽdere ad ouile: Qui autem se humiliant, per ianuam intrant ad ouile. Ideo de illo dixit, Intrat: de illo, Ascẽdit. Qui ascendit, videtis quia alta petit; non intrat, sed cadit. Ille autem qui se submittit, vt per ianuam intret, non cadit, sed pastor est.

Christus caput Ecclesiæ, Ecclesia corpus eius. CAP. II. CAPVT III. Ioan. 21. Lucæ 22. CAPVT IIII. Ioan. 10. Lucæ 18.

CAPVT V. SED tres personas dixit Dominus, & debemus illas inuestigare in Euangelio, pastoris, mercenarij & furis. Cùm legeretur, puto quòd animaduertistis, designauit pastorẽ, designauit mercenariũ, designauit furẽ. Pastorem dixit animam suam ponere pro ouibus suis, & intrare per ianuam. Furem dixit & latronẽ ascendere per aliam partem. Mercenarium dixit, lupũ vel etiã furẽ, si videat fugere; quia nõ est illi cura de ouibus: Mercenarius est enim, nõ pastor. Ille intrat per ianuã, quia pastor est, iste ascendit per aliã partẽ, quia fur est. Iste videns eos qui volunt tollere oues, timet & fugit, quia mercenarius est, quia non est illi cura de ouibus; mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas, inuenit sanctitas vestra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis. Diligẽdus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus est latro. Sunt homines in Ecclesia, de quibus dicit Apostolus, Qui ex occasione euangelizant, quærẽtes ab hominibus commoda sua, siue pecuniaria, siue honorum vel laudis humanę: Quomodolibet volẽtes accipere munera euãgelizãt, & nõ tam salutẽ eius quærũt cui annũciant, quã commodũ suũ. Ille autẽ qui audit salutẽ ab eoqui nõ habet salutẽ, si ei crediderit quẽ ille annũciat, neq; in illo spẽ posuerit, per quẽ illi annũciatur salus: qui annunciat, habebit detrimentum; cui annũciatur, habebit lucrum.

Pastor. Fur. Mercenarius. Diligendus est pastor, mercenarius tolerandus, cauendus latro. Philip. 1. Beda.

HABES Dominum dicentem de Pharisæis, Cathedram Moysi sedẽt. Nõ eos solos significabat Domin⁹: quasi verò eos qui crederent in Christũ, ad Iudæorum scholam mitteret, vt ibi discerẽt quemadmodum iter fit ad regnum cælorum. Nónne ideo Dominus venit, vt † instrueret Ecclesiam, ipsósque Iudæos bene credẽtes & bene sperantes & bene diligentes segregaret tãquam frumenta à paleis, & faceret vnum parietẽ circumcisionis, cui coniungeretur alius paries ex præputio gentium, quibus duobus parietibus de diuerso venientibus esset ipse lapis angularis? Nónne ergo idẽ Dominus de duabus istis plebib⁹ in vno futuris dixit, Habeo & alias oues, quæ nõ sunt ex hoc ouili? Loquebatur autẽ Iudæis: Oportet me, inquit, & eas adducere, vt fit vnus grex, & vnus pastor. Ideo duę naues erãt, vt-devocauerat discipulos. † Duas personas plebis significabãt quãdo misẽrũt retia, & leuauerunt tantã vim & tantũ numerũ piscũ, ita vt penè retia rũperẽtur: Et oneraverunt, inquit, duas naues. Duę naues significabãt vnã Ecclesiã, sed de duabus plebibus factã, cõiunctã in Christo, quamuis de diuerso venientẽ. Hoc significãt etiam duæ vxores, habentes vnum virũ Iacob, Lia & Rachel. Has duas significant etiam duo cæci, qui sedebant iuxta viam, quos Dominus illuminaut. Et si aduertatis Scripturas, in multis locis inuenietis significari duas ecclesias, quæ non sunt duæ, sed vna. Ad hoc enim valet lapis angularis, vt ex duabus faciat vnam. Ad hoc valet ille pastor, vt de duobus gregibus faciat vnum. Ergo Dominus docturus Ecclesiam, & habiturus scholam suam præter Iudæos, sicut videmus modò, nunquid credentes in se, ad Iudæos missurus erat vt discerent? Sed nomine pharisæorum & scribarum significauit quosdam in Ecclesia sua futuros, qui dicerent, & non facerent: se autem figurauerat in persona Moysi. Etenim personam eius gerebat Moyses, & velum ante se ideo ponebat, quando loquebatur populo: quia quamdiu illi in lege carnalibus gaudiis & voluptatibus dediti erant, & regnum terrenum quærebant, velamen positũ erat contra faciem eorum, ne viderent Christũ in Scripturis. Ablato enim velamine, posteaquam passus est Dominus, visa sunt secreta templi. Ideo cùm in cruce penderet, scissi in eis velum

CAPVT V. Pastor. Fur. Mercenarius. Diligendus est pastor, mercenarius tolerandus, cauendus latro. Philip. 1. Beda. CAP. VI. Matth. 23. al. insinuaret. Ephes. 2. Ioan. 10. Lucæ 5. al. Duas sic fas plebes sig. Gen. 29. Matth. 20. Duæ ecclesiæ, vna. Matth. 27.

lum templi à summo vsque deorsum: & apertè dicit Apostolus Paulus, Cùm autem transieris ad Christum, auferetur velamẽ. Qui autẽ nõ transierit ad Christum, quãuis legat Moysen, velamẽ positũ est super cor eius, sicut dicit Apostolus. Cùm ergo præfiguraret quosdã tales futuros Dominus in Ecclesia sua, quid ait? Scribę & Pharisæi cathedram Moysi sedent, Quæ dicũt, facite; sed quæ faciunt, facere nolite.

1. Cor. 3.

Matth. 23.

CAPVT VII. Clerici mali peruertere nituntur Euangeliũ Christi.

QVANDO illud audiunt clerici mali quod in ipsos dicitur, volunt peruertere. Nã audiui quosdã peruertere velle istã sententiã: Nũquid nõ si illis liceret, delerẽt illã de Euãgelio? Quia verò delere illã nõ possunt, peruertere illã quærũt. Sed adest Domini gratia & misericordia, nec sinit eos facere, quia circumsepsit veritate sua omnes sententias suas, & librauit: vt quisquis inde aliquid præciderevoluerit, aut inducere malè legendo vel interpretando, ille † qui cor habet, quod præcisum est iũgat Scripturæ, & legat superiora vel inferiora, & inuenìet sensum quem volebat ille malè interpretari. Quid ergo putatis istos dicere de quibus dicitur, Quę dicunt, facite? Quia reuera à sanis laicis dicitur. Laicus enim qui vult bene viuere, cùm attenderit clericũ malũ, quid sibi dicit? Dominus dixit, Quæ dicunt, facite; quæ faciunt facere nolite. Ambulabo viã Domini, nõ sequar istius mores. Audiam ab illo, non verba ipsius, sed Dei. Sequar Deũ, sequatur ille cupiditatẽ suã. Quia si voluero apud Deũ sic me defẽdere, vt dicã, Domine, vidi malè viuẽtẽ illũ clericũ tuũ, & ideo malè vixi: nõne mihi dicturus est, Serue nequã, non à me audieras, Quæ dicũt, facite: quæ autẽ faciũt, facere nolite? Malus autem laicus, infidelis, nõ pertinens ad gregẽ Christi, non pertinẽs ad frumentũ Christi, qui tanquã palea in area toleratur, quid sibi dicit, quãdo cœperit illũ arguere verbum Dei? Exi: Quid mihi loqueris? Ipsi episcopi, ipsi clerici non illud faciũt, & me cogis, vt faciã? Quærit sibi non patronum ad causam malã, sed comitẽ ad pœnam. Nã nunquã eum ille defensurus est in die iudicij, quemcunque malũ voluerit imitari. Quomodo enim diabolus omnes quos seducit, non seducit cum quibus regnet, sed cùm quibus damnetur: sic omnes qui sequuntur malos, comites sibi ad gehennã quęrũt, non patrocinia ad regnũ cælorũ. Quomodo ergo peruertunt isti hanc sententiã, quando illis dicitur malè viuentibus, meritò dictum est à Domino, quæ dicunt, facite: quæ autẽ faciũt, facere nolite? Rectè dictum est, inquiunt. Dictum est enim vobis, vt quę dicimus, faciatis, quæ autẽ nos facimus, vos nõ faciatis. Nos enim offerimus sacrificiũ, vobis non licet.

al. ipsi.

CAPVT VIII.

VIDETE versutias hominum. Quid dicã? mercenariorum? Nam si pastores essent, ista non dicerent. Ideo Dominus vt os illis clauderet, secutus est, & dixit, Cathedrã Moysi sedent, quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciũt. Quid est ergo, fratres? Si diceret de sacrificio offerendo: diceret, Dicũt, & nõ faciũt? Faciũt enim sacrificiũ, Deo offerũt. Quid est quod dicunt, & non faciunt? audi quid sequatur: Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt ea super ceruices hominum, quæ ipsi vno digito nolũt tangere. Apertè exprobrauit, descripsit & ostendit. Sed illi quando sic volunt peruertere sententiam, ostendunt quia nhil quærunt in ecclesia, nisi commoda sua, nec Euangelium legerunt: Si enim nossent ipsam paginam, & totum legissent, nunquam hoc dicere auderent. Sed apertiùs attendite, quia habet tales ecclesia. Ne quis dicat nobis, prorsus de Pharisæis dixit, de Scribis, de Iudæis dixit. Nam tales non habet ecclesia. Qui sunt ergo illi, de quibus Dominus dicit, Non omnis qui mihi dicit, Domine

Matth. 23.

Ibi lem.

Matth. 7.

A Domine intrabit in regnũ cælorum? Et addidit: Multi dicẽt mihi in illa die, Domine Domine, nónne in tuo nomine prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, & in nomine tuo manducauimus & bibimus? Nũquid in nomine Christi. Iudæi faciũt ista? Certũ est, manifestum est, quia de his dicit qui nomen Christi habent. Sed quid sequitur? Tunc dicam illis, Nunquã noui vos. Recedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Audi Apostolum gemẽtẽ de talibus. Dicit alios annunciare Euangeliũ per charitatem, alios per occasionẽ: De quibus dicit, Annunciant Euangeliũ nõ rectè. Rem rectam, sed ipsi non recti. Quod annũciant, rectũ est; sed qui annũciãt, nõ sunt recti. Quare nõ est rectus? Quia aliud quærit in ecclesia, nõ Deũ quærit. Si Deum quęreret, castus esset; quia legitimum maritum anima Deum habet. Quisquis à Deo præter Deũ aliquid quærit, non caste Deũ quęrit. Videte fratres, si vxor amet maritũ quia diues est, non est casta. Non enim maritum amat, sed aurũ mariti. Si autẽ maritum amat, & nudum amat, & pauperẽ amat. Si enim propterea amat, quia diues est, quid si (quomodo sunt casus humani,) proscribatur, & subitò egẽs remaneat? Renunciat illi fortè: quia quod amabat non maritus erat, sed res eius. Si autem verè maritũ amat, etiã pauperem plus amat; quia cum misericordia amat.

Phil. 1. Beda.

Vxor casta.

CAPVT IX. Deus diues, nũquã pauper.

Et tamen, fratres, Deus noster nunquam pauper esse potest. Diues est, ipse fecit omnia, cælum & tertã, mare & angelos. Quicquid videmus, quicquid nõ videmus in cælo, ipse fecit. Sed tamen nõ diuitias amare debemus, sed eum qui fecit illas: Nõ enim tibi promisit nisi se. Inueni aliquid pretiosius, & hoc tibi dabit. Pulchra est terra, cælum & angeli: sed pulchrior est qui fecit hæc. Qui ergo annunciãt Deũ, amãtes Deũ, qui annũciant Deũ propter Deũ, pascunt oues, & non sunt mercenarij. Ipsam castitatem exigebat ab anima Dominus noster Iesus Christ⁹, quãdo dicebat Petro, Petre amas me? Quid est, Amas me? Castus es? Non est cor tuum adulterum? Nõ tua quęris in ecclesia, sed mea? Si ergo talis es, & amas me, pasce oues meas. Non enim eris mercenarius, sed eris pastor. Illi autem nõ castè annũciabant, de quibus gemit Apostolus. Sed quid dicit? Quid enim? Dum omni modo siue occasione siue veritate Christus annuncietur: permisit ergo esse mercenarios. Pastor veritate Christum annunciat, mercenarius occasione Christum annunciat, aliud quærens. Tamẽ & ille Christum annunciat, & ille Christum: audi vocẽ pastoris Pauli, Siue occasione siue veritate Christus annũciatur. Ipse pastor voluit habere mercenariũ. Faciunt enim vbi possunt, vtiles sunt quantum possunt. Quando autem ad alios vsus, quærebat Apostolus, cuius vias imitarentur infirmi: Misi vobis, inquit, Timotheum, qui vos commonefaciat vias meas. Et quid ait? Misi pastorem qui vos commoneret vias meas: id est, quia quomodo ego ambulo, & ipse ambulat. Et mittens pastorem, quid ait? Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. Nónne cum illo erant multi? Sed quid sequitur? Omnes enim sua quærunt, non quæ sunt Iesu Christi: id est, ego vobis pastorem mittere volui; nam multi mercenarij sunt: sed non oportuerat vt mercenarius mitteretur. Ad alias res & negotia peragenda mittitur mercenarius: ad illas autem quas tunc volebat Paulus, pastor erat necessarius. Et vix inuenit vnũ pastorem inter multos mercenarios: quia pauci pastores, multi mercenarij. Sed quid dicitur de mercenariis? Amen dico vobis, perceperũt mercedẽ suam. De pastore autẽ quid ait Apostolus? Quisquis autem mundauerit se ab huiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum

Phil. 2.

Pastores pauci, mercenarij multi.

Matth. 8. 2. Tim. 2.

catum & vtile Domino ad omne opus bonũ paratum semper. Nõ ad quasdã res paratũ, & ad quasdã nõ paratum, sed ad omne [bonũ] opus paratũ. Hæc de pastoribus dixi. De mercenariis autem iã dicemus. Mercenarius quãdo videt lupũ insidiãtẽ ouibus, fugit. Hoc Dominus dixit. Quare? Quia nõ est ei cura de ouibus. Tamdiu est ergo vtilis mercenarius, quãdiu non videt lupũ, quãdiu non videt furẽ & latronẽ. Cùm autem viderit, fugit. Et quis est de mercenariis qui non fugit de Ecclesia, quando videt lupum & latronẽ? Abundãt lupi, abundant latrones. Ipsi sunt qui ascendunt: per alteram partẽ ascendunt. Qui sunt isti qui ascendunt? Qui de parte Donati volunt deprædari oues Christi. Ipsi per alterã partẽ ascendunt. Nõ per Christũ intrãt: quia nõ sunt humiles. Quia superbi sunt, ascendũt. Quid est Ascendũt? Extollũtur. Vnde ascendunt? Per alterã partẽ: Vnde de parte dici volũt. Qui in vnitate non sunt, de altera parte sunt, & de ipsa parte ascendunt; id est, extolluntur, & volũt tollere oues. Quomodo ascẽdũt, videte. Nos, inquiunt, sanctificamus, nos iustificamus, nos facimus iustos. Ecce quò ascẽderũt. Sed qui se exaltat, humiliabitur. Potens est Dominus Deus noster humiliare eos. Lupus autem diabolus est, insidiatur vt decipiat, & qui illũ sequuntur; nã dictũ est, quòd sint induti quidem pellibus ouiũ, intus autem sunt lupi rapaces. Si viderit mercenarius aliquẽ peccare, aut sentire secundũ perniciem animæ suæ, aut aliquid facere sceleratũ & obscenum, & tamẽ tacet quia videtur habere alicuius momenti personam in ecclesia, vnde sibi sperat commoda, non reprehendit, mercenarius est. Et cùm videt hominẽ perire in peccato, videt illum sequi lupum, videt illius guttur trahi morsũ ad suppliciũ: nõ illi dicit, Peccas, non illum obiurgat, ne perdat cõmoda sua. Hoc est ergo, cùm viderit lupũ, fugit: nõ illi dicit, Sceleratè facis. Non corporis, sed animæ hæc fuga est. Quem vides corpore stare, fugit animo, cùm videt peccatorem, & non dicit illi, Peccas, cùm etiam cõsilium cum illo habet. FRATRES mei, nunquid nõ ascendit aliquãdo aut presbyter aut episcopus: & non dicit aliud de superiori loco, nisi ne rapiantur res alienæ, ne fraudes fiant, ne scelera admittantur? Non possunt dicere aliud, qui cathedram Moysi sedent, & ipsa loquitur de illis, non ipsi. Quid est ergo, Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus; Et omnis arbor ex fructu cognoscitur? Pharisæus potest bona loqui: Pharisæus spina est. Quomodo de spina lego vuã? quia tu Domine dixisti, Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. De spinis iubes me vuã decerpere, cùm dixeris. Nunquid colligunt de spinis vuã? Respondit tibi Deus, Non iussi te de spinis vuam legere: sed vide & attende bene, ne fortè, vt fieri solet, vitis cùm † circuierit per terram, inuoluta sit in spinis. Nam aliquando inuenimus illud, fratres mei, vitem positam super caricem, quia ibi habet sepem spinosam, extendit palmites suos, & inserit in sepem. † extendit in spinas botros, & qui videt botrum carpit, non tam de spinis quàm de vite, quæ circumplexa est spinis. Sic ergo illi spinosi sunt, sed sedẽdo in cathedra Moysi, inuoluit eos vitis, & pendent ad eos botri, id est, verba bona, & bona præcepta. Tu lege vuam, non te pungit spina, quando legis, Quæ dicunt, facite: sed quæ faciunt, facere nolite. Pungit autem te spina, si quod faciunt facis. Vt ergo legas vuam, & non inhæreas spinis, quæ dicunt, facere deberis: sed quę faciunt, nolite facere. Facta ipsorum spinæ sunt, verba ipsorum vua est: sed de vite, id est, de cathedra Moysi. Fugiunt

CAP. X. Ioan. 10. mercenarius.

Lupi, latrones, donatistæ, qui ascendunt alitunde.

Luc. 14.

Matth. 7.

CAPVT XI.

Matth. 7.

al. circũgirat

al. & pedes inter spinas botrus.

ergo isti, quando vident lupum, quando vident latronem. Hoc autem cœperam dicere, quia de loco superiore nõ possunt dicere isti, nisi bene facite. Nolite periurare, nolite fraudare, nolite aliquẽ circũuenire. Aliquãdo autẽ sic viuuut, vt de tollẽda villa aliena, cum episcopo consiliũ habeatur, & petatur ab ipso tale consilium. Aliquando nobis contigit, & experti dicimus: nam non crederemus. Multi à nobis consilia mala petunt, cõsilia mẽtiendi, circũueniẽdi: putantes quia placẽt nobis. Sed in nomine Christi, si Dño placet quod dicimus, nullus † talis nos tẽtauit, & inuenit quod volebat in nobis: Quia si vult ipse qui nos vocauit, pastores sumus, non mercenarij. Sed quid ait Apostolus? Mihi minimũ est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque ego memet ipsum iudico. Nihil enim mihi cõscius sum; sed nõ in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est. Nõ ideo bona est conscientia mea, quia vos illam laudatis. Quid enim laudatis, quod nõ videtis? Ille laudet qui videt; ille etiã corrigat, si quid ibi videt quod eius oculos offendit: quia & nos nõ dicimus perfectè nos sanos, sed tundimus pectus nostrũ, & dicimus Deo. Propitius esto, ne peccẽ. Tamẽ puto, coram illo enim loquor, nihil aliud à vobis quærẽs, nisi salutẽ vestrã: & gemimus plerunque in peccatis fratrũ nostrorũ, & vim patimur, & torquemur animo, & aliquando corripimus illos: imò nunquã nõ corripimus. Testes sunt omnes qui recordantur quod dico, quoties sunt à nobis correpti fratres peccantes, & vehementer correpti.

al. illud.

1. Cor. 4. Beda.

CAPVT XII.

MODO consilium nostrum tracto cum sanctitate vestra. In nomine Christi plebs Dei estis, plebs catholica estis, mẽbra Christi estis: Non estis diuisi ab vnitate. Cõmunicatis mẽbris Apostolorũ, cõmunicatis memoriis sanctorum martyrũ, diffusorũ per orbem terrarũ, & pertinetis ad curã nostrã, vt rationẽ bonã de vobis reddamus. Tota autem ratio nostra quæ est, scitis. Domine scis quia dixi, scis quia non tacui, scis quo animo dixi, scis quia fleui tibi, cùm dicerem, & nõ audirer. Ipsa puto quod integra ratio nostra est. Securos enim nos fecit spiritus sanctus per Ezechielem prophetã. Nostis enim ipsam lectionẽ de speculatore: Fili, ait, hominis, speculatorẽ posui te domus Israël. Si me dicẽte ad impiũ, Impie morte morieris, nõ dixeris: hoc est, ego enim tibi dico, vt dicas: si nõ annũciaueris, venerìtque gladius, & tulerit eũ: id est, quod minatus sum peccatori: ille quidem impius in impietate sua morietur, sanguinem autẽ eius de manu speculatoris requirã. Quare? Quia nõ dixit. Si autẽ speculator viderit gladiũ venientẽ, & cecinerit tuba, vt fugiat, & non se obseruauerit, id est, non se correxerit, vt nõ eũ inueniat in supplicio, quod minatur Deus, veneritque gladius, & tulerit aliquẽ, ille quidẽ impius in iniquitate sua mortuus est; tu autem, inquit, animam tuam liberasti. Et in illo loco Euangelij quid aliud dicit seruo, cùm diceret, Domine sciebam te molestum siue durũ hominẽ, quia metis vbi nõ seminastij, & colligis vbi nõ sparsisti: & timens abij & abscondi talẽtum tuũ in terra, ecce habes quod tuũ est? Et ille, Serue, inquit, nequã & piger, magis quia me sciebas molestum & durùm esse, metere vbi non seminauì, & colligere vbi nõ sparsi, ipsa auaritia mea debuit te docere, quia lucrum quærò de pecunia mea. Oportuit te ergo vt dares pecuniam meã numulariis, & ego veniens cum vsuris exegissem quod meũ est. Nũquid Dixit, Dares & exigeres? Nos ergo fratres, damus; veniet ille qui exigat: Orate, vt paratos vos inueniat.

Ezech. 33.

Phil. 1.

Luc. 19.

Ioa.10. *De eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Ioannem, Ego sum pastor bonus, &c.*

SERMO D. AVGVST. L.

Beda citat 1.Cor. 13.

CAP.I. AVDIVIMVS Dominum Iesum cõmendãtẽ nobis boni pastoris officiũ: in qua cõmẽdatione admonuit nos, vtique, vt intelligi datur, bonos esse pastores. Et tamẽ ne intelligeretur peruerso modo multitudo pastorũ: *Ego sum*, inquit, *pastor bonus.*] Et vnde sit pastor bonus, cõsequẽter ostendit: *Pastor*, inquit, *bonus animam suam pro ouibus ponit. Mercenarius autẽ, & qui non est pastor, videt lupũ venientem, & fugit, quoniam non est ei cura de ouibus: mercenarius enim est.*] Pastor ergo bon⁹ Christus. Quid Petrus? Nónne bonus pastor? Nónne & ipse animam suam pro ouibus posuit? Quid Paulus? Quid cæteri Apostoli? Quid eorum tempora cõsequẽtes beati episcopi martyres? Quid etiam iste sanctus Cyprianus? Nónne omnes pastores boni, non mercenarij; de quibus dicitur, Marci 6. Amen dico vobis, perceperunt mercedẽ suam? Omnes ergo illi pastores boni, non solùm quia sanguinem fuderunt, sed quia pro ouibus fuderunt. Non enim fuderunt elatione, sed charitate.

CAP.II. NAM & apud hæreticos, qui propter iniquitates & errores suos aliquid molestiarum perpessi fuerunt, nomine martyrij se iactant: vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sunt. Si autẽ vultis scire in quo numero habendi sunt, pastorẽ bonũ Paulũ apostolũ audite: Quoniam non omnes qui corpora sua in passione etiã ignibus tradunt, æstimandi sunt sanguinẽ fudisse 1.Cor.13. Beda. pro ouibus, sed potius contra oues. Si linguis, inquit, hominũ loquar, & angelorũ, charitatẽ autem non habeã, factus sum æramentum sonans, aut cymbalũ tinniẽs. Si sciero omnia sacramẽta, & habuero omnẽ prophetiã, & omnem fidẽ, ita vt mõtes transferam, charitatẽm autem non habeam, nihil sum. Magna ergo res est, postremò fides montes transferẽs. Illa quidem magna sunt: sed si ego hæc sine charitate habeam, inquit, non illa, sed ego nihil sum. Sed adhuc istos non tetigit, qui falso martyrij nomine in passionibus gloriantur. Audite vt eos tangat, imò vt transfodiat. Si distribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeam: Iam ipsi sunt. Sed vide quid sequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ecce venitur ad passionem, ecce venitur & ad sanguinis effusionem, venitur &ad corporum incẽsionem: & tamẽ nihil prodest, quia charitas deest. Adde Charitas. charitatem, prosunt omnia: Detrahe charitatem, nihil prosunt cætera.

CAPVT III. QVALE bonum est charitas ista, fratres? Quid pretiosius? qui luminosius? quid firmius? quid vtilius? D Matth.7. quid securius? Multa sunt Dei dona, quæ tamen habent & mali, qui dicturi sunt: Domine, in nomine tuo prophetauimus, in nomine tuo dæmonia eiecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus. Nec respondebit ille, Non fecistis. Non enim in conspectu tanti iudicis audebunt mentiri, aut iactare quæ non fecerunt: sed quia charitatem non habuerunt, respondebit omnibus illis, Non noui vos. Quomodo autem habet vel exiguam charitatem, qui etiam conuictus non amat vnitatem? Hanc Dominus vnitatem commendans, pastoribus bonis commendans pastores bonos, noluit multos appellare pastores. Neque enim, vt dixi iam, non erat pastor bonus Petrus, Paulus, Apostoli cæteri, & posteriores sancti episcopi, beatúsque Cyprianus. Omnes hi pastores boni: & tamen ille pastoribus bonis non commendauit pastores bonos, sed pastorem bonum. Ego sum, inquit, pastor bonus.

INTERROGEMVS Dominum qualicunque sensu: CAPVT IIII. & humillima disceptatione cum tanto patrefamiliãs colloquamur. Quid dicis Domine bone pastor? Tu enim bonus pastor, qui bonus agnus; idẽ pastor & pascua, idem agnus & leo. Quid dicis? Audiamus, & adiuua vt intelligamus. Ego sum, inquit, bonus pastor. Quid Petrus? Aut non pastor, aut malus? Videamus, si non pastor. Amas me? Tu ei dixisti Domine, Amas me? Ioan.21. & respõdit, Amo. Et tu ei; Pasce oues meas. Tu tu Domine interrogatione tua, firmamento oris tui, amatorem fecisti pastorẽ. Pastor est ergo cui pascendas oues credidisti. Ipse cõmẽdasti, pastor est. Videamus iã vtrũ nõ bonus. Ipsa id interrogatione & respõsione eius inuenimus. Quæsisti, vtrũ amet te; respondit, Amo. Vidisti cor: quia verum respondit. Non est ergo bonus, qui amat tantum bonum? Vnde illa responsio ex intimis prolata visceribus, vnde ille Petrus testes oculos tuos habẽs in corde suo, cõtristatus quod eũ nõ solũ semel, sed iterum & tertiò interrogasti: vt trina confessione amoris, deleret trinum peccatum negationis? Vnde ergo cõtristatus, quòd sæpe interrogatus esset ab eo qui sciret quod interrogabat, & donauerat quod audiebat? Vnde contristatus, talia verba retulit: Domine, tu scis omnia, ipse nosti quoniã te amo. Itáne ille talia confitens, imò profitens mentiretur? Veraciter ergo respondit amorẽ tuũ, & de intimo corde protulit amãtis vocẽ. Matth.12. & Luc.6. Tu autẽ dixisti, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Ergo & pastor, & bonus pastor, nihil quidem ad potestatẽ ac bonitatem pastoris pastorum: sed tamen etiam ipse & pastor & bonus, & cęteri tales pastores boni.

QVID est ergo, quòd pastoribus bonis cõmendas vnũ CAP.V. pastorem, nisi quia in vno pastore doces vnitatẽ? Et exponit apertius ipse Dominus per ministeriũ nostrũ, ex ipso Euangelio commemorans charitatẽ vestrã, & di- C cens: Audite quid cõmendaui, Ego sum pastor bonus, Pastor pastorũ, Christus. dixi: quia omnes cæteri, omnes pastores boni membra mea sunt. Vnũ caput, vnum corpus, vnus Christus. Ergo & pastor ipse est pastorum: & pastores multi sunt vnius pastoris: & oues cum pastoribus sunt sub pastore. Quid sunt hæc, nisi quòd dicit Apostolus? Sicut enim 1.Cor.12. corpus vnum est, & membra habet multa: omnia autẽ membra corporis cùm sint multa, vnũ est corpus; sic & Christus. Ergo si sic & Christus, meritò Christus in se habens omnes pastores bonos, vnum commendat, dicens: Ego sum pastor bonus. Ego sum, vnus sum, mecũ in vnitate omnes vnum sunt. Qui extra me pascit, cõtra me pascit: Qui mecũ nõ colligit, spargit. Ergo audite ipsam vnitatẽ vehementiùs cõmendatã: Habeo, inquit, alias oues, quæ nõ sunt de hoc ouili. Loquebatur enim primo ouili de genere carnis Israël. Erant autem alij de genere fidei ipsius Israël, & extra erant adhuc, in gẽtibus erãt; prędestinati, nondum congregati. Hos nouerat qui prędestinauerat: nouerat qui redimere sanguine suo fuso venerat. Videbat eos, nondũ videntes eũ: nouerat eos, nondum credẽtes in eũ. Habeo, inquit, alias oues, quæ non sunt de hoc ouili, quia non sunt de genere carnis Israël: sed tamẽ non erunt extra hoc ouile, quia oportet me adducere eas, vt fit vnus grex, & vnus pastor. MERITÒ huic pastori pastorũ, CAP.VI. amata eius, spõsa ei⁹, pulchra ei⁹, sed ab ipso pulchra facta, prius peccatis fœda, post indulgentiã & gratiã formosa, loquitur amans & ardens in eum, & dicit ei: Vbi pascis? Et videte quẽadmodũ quo affectu hic erigatur Cant.1. amor spiritualis. Melius [isto] multo affectu delectantur, qui aliquid ex hui⁹ amoris dulcedine gustauerint. Illi hoc bene audiũt, qui amãt Christum. In ipsis enim hoc, & de ipsis cãtat Ecclesia in Canticis canticorum:

Qui

Esaiæ 53. Qui amant Christũ, quasi fœdũ & solũ formosum: Vidimus enim eũ, inquit, & non habebat speciem neque decorem. Talis in cruce apparuit, talẽ se spinis coronatum exibuit, fœdũ & sine decore, quasi amissa potẽtia, quasi non filium Dei. Talis visus est cæcis. Ex persona quippe Iudæorũ hoc dixit Esaias, Vidimus eũ, & non Mar.15. habebat speciẽ neque decorẽ: quãdo dicebatur, Si filiꝰ Dei est, descendat de cruce. Alios saluos fecit seipsum Matth.26. nõ potest. Et percutiẽtes calamo in caput, Prophetiza nobis Christe, quis te percussit: quia nõ habebat speciẽ Rom.11. neque decorem. Talẽ Iudæi videbatis: Quia cæcitas ex parte Israël facta est, donec plenitudo gentiũ intra- 1.Cor.2. ret, donec aliæ oues venirent. Quia ergo cæcitas facta est, ideo decorũ sine decore vidistis, Si enim cognouissetis, nunquã Dominum gloriæ crucifixissetis. Fecistis autem, quia nõ cognouistis. Et tamẽ ille qui vos quasi Lucæ 23. fœdus toleranit, pro vobis formosus orauit: Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Si enim si- B ne decore, quid est quod amat ista, quæ dicit, Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea? Quid est quod amat? Cantic.1. quid est quod ardet? quid est quod tantũ ne ab illo aberret, timet? Quid est quod tantũ delectatur in ipso, cui sola pœna est, esse sine ipso? Quid esset vnde amaretur, nisi formosus esset? Verùm quomodo illa sic amaret, si ille illi sic appareret, quomodo cæcis persequẽtibus, & quid faciebant nescientibus? Qualẽ ergo illa amauit? Speciosum forma præ filiis hominũ. Speciosus forma prę filiis hominũ, diffusa est gratia in labiis tuis. Ergo de ipsis labiis tuis annuncia mihi quẽ dilexit anima mea. Annũcia, inquit, mihi, ô quẽ dilexit non caro mea, sed anima mea. Annũcia mihi vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne fortè fiam sicut operta super greges tuorum.

CAP.VII. OBSCVRVM videtur, obscurum est: quia thalami sacri mysteriũ est. Ipsa enim dicit, Introduxit me C rex in cubiculum suũ. Talis cubiculi hoc secretum est. Sed vos qui ab isto cubiculo profani non estis, audite quod estis, & dicite eũ illa, si amatis eũ illa. Amatis autẽ eũ illa, si estis in illa. Dicite, dicite omnes, & tamẽ vna dicat: quãvnitas dicit, Annũcia mihi quẽ dilexit anima mea. Erat enim illis in Deũ vna anima & cor vnũ. Act.4. Annũcia mihi vbi pascis, vbi cubas in meridie. Quid significat meridies? Magnũ feruorem magnúmq; splẽdorem. Ergo notum fac mihi qui sint sapiẽtes tui, spi- Psal.89. ritu feruentes, & doctrina fulgentes. Dexteram tuam notã fac mihi, & eruditos corde in sapiẽtia. Ipsis inhęreã in corpore tuo, ipsis socier, cum ipsis te fruar. Dic mihi ergo, annũcia mihi vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne incurram in eos qui alia de te dicunt, aliud de te sentiunt: alia de te credunt, alia de te prædicant, & greges suos habent, & sodales tui sunt: quia de mensa D tua viuunt, & mensæ tuæ sacramenta pertractant. Sodales, quasi simul edales. Sodales enim dicti sunt, quòd simul edant, quasi simul edales. Psal.54. Tales exprobrantur in Psalmo: Si enim inimicus meus super me magna locutus fuisset, abscondissem me vtique ab eo: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondere me vtique ab eo: tu verò vnanimis meus, dux meus, & notus meus, qui simul mecũ dulces capiebas cibos, in domo Dei ambu- 2.Ioan.2. lauimus cũ cõsensu. Quare cõtra domũ Domini modò cum dissensu, nisi quia ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis? Ideo, ô tu, quẽ dilexit anima mea, ne in tales incidam sodales tuos, sed quales fuerunt sodales Samson, non seruantes amico fidẽ, volẽtes eius corrumpere vxorẽ. Ergo ne in tales incurram, ne fiam super eos: id est, incidã in eos, velut operta, velut latẽs & Cant.1. obscura, nõ velut in mõte cõstituta. Annũcia ergo mihi, ô quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie; qui sint sapientes & fideles, in quib⁹ maximè A requiescis: ne fortè sicut latens incurram in greges nõ tuos, sed sodalium tuorum. Nam tu Petro non dixisti, Ioan.21. Pasce oues tuas; sed Pasce oues meas.

RESPONDEAT ergo amatæ huic pastor bonus, & spe- CAPVT VIII. ciosus forma præ filiis hominũ: respõdeat ei quam formosam fecit ex filiis hominũ. Audite quid respõdeat, intelligite, cauete quod terret, amate quod monet. Quid ergo respondet? Quam non blandè, sed blãditiis seueritatem reddit. Corripit vt constringat, vt seruet. Nisi cognoueris temetipsam, inquit, ô pulchra inter mulieres: quantumlibet enim sint aliæ pulchræ donis viri tui, hæreses sunt, ornatu non visceribus pulchræ sunt foris, & extrinsecus nitẽt, nomine iustitiæ se deal- Psal.44. bant: Omnis autem pulchritudo filię regis intrinsecus. Nisi ergo cognoueris temetipsam, quia vna es, quia per omnes gentes es, quia casta es, quia colloquio perueꝛso malorũ sodalium corrũpi nõ debes: Nisi cognoueris temetipsam, quia rectè te mihi desponsauit ille 2.Cor.11. virginem castam exhibere Christo, rectéque mihi teipsam exhibeas, ne malis colloquiis, sicut serpens Euã seduxit astutia sua, sic & tui sensus corrumpantur à castitate mea. Nisi ergo talem cognoueris temetipsam, exi. Tu exi: Aliis enim dicturus sum: Intra in gaudium Matth.15. Domini tui. Tibi nõ dicã, Intra; sed, Exi: vt sis inter eos qui ex nobis exierunt, exi tu. Sed nisi cognoueris temetipsam, exi, tunc exi. Si autem cognoueris temetipsam, intra. Si autẽ nõ cognoueris, exi tu investigiis gregum, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorũ. Exi in vestigiis nõ gregis, sed gregum: & pasce nõ sicut Petꝰ oues meas, sed hędos tuos in tabernaculis nõ pastoris, sed pastorũ; nõ vnitatis, sed dissensionis. Nõ ibi posita vbi est vnus grex & vnus pastor. Cõfirmata est, ædificata est, amata fortior est facta, parata mori pro vi- CAP.IX. ro, & viuere cũ viro. HÆC verba quæ cõmemoratuimus de sanctis Cantiois cãticorũ, de sponsi & sponsæ epithalamio quodã: spiritales enim nuptię sunt, in quibus nobis magna castitate viuẽdum est, quia Ecclesiæ cõcessit Christus in spiritu, quod mater eius habet in corpore, vt & mater & virgo sit. Hæc verò verba Donatistæ accipiũt ad sensum suũ peruersũ multo aliter. Et quemadmodũ nõ tacebo, & quid eis respondeatis, adiuuãte Dño, quantum potero, breuiter admonebo. Cũ eos vrgere cœperimus luce vnitatis Ecclesiæ diffusæ toto orbe terrarũ, & poposcerimus, vt ostẽdant ipsi de Scripturis aliquod testimoniũ, vbi Deus prædixit in Africa futurã Ecclesiã, quasi perditis cæteris gentibus, hoc solent testimoniũ in ore habere, & dicere, Africa in meridie est. Interrogans ergo, inquiunt, Ecclesia Dominũ vbi pascat, vbi cubet; respõdet ille, In meridie: vt quasi vox interrogantis sit, Annũcia mihi quẽ dilexit anima mea: Vbi pascis? Vbi cubas? Et vox quasi respõdentis, In meridie, hoc est, in Africa. Si ergo quæ interrogat, Ecclesia est, & Dñs vbi pascat, respõdet, in Africa, quia in Africa erat, ecclesia quæ interrogat, nõ erat in Africa. Annũcia, inquit, mihi quẽ dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas; & respõdet ille cuidã Ecclesiæ præter Africã, In meridie in Africa cubo, in Africa pasco, quasi te nõ pasco. Porrò si quę interrogat, Ecclesia est, quod nullus ambigit, quod nec ipsi cõtradicũt, & audiũt nescio quid de Africa: hæc ergo quæ interrogat præter Africã, & quia Ecclesia est, est prętęr Africã ecclesia. Ecce accipio in meridie esse Africã: quanquã magis in meridie sub sole medij diei Ægyptus quàm Africa. ILLIC autẽ in Ægypto quomodo pastor CAP.X. est iste, qui norunt agnoscũt: qui nõ norunt, requirant quàm magnũ illic gregẽ colligat, quantã numerositatem sanctorũ atque sanctarũ habeat contemnentium

penitus

penitùs mũdũ. Grex ille tantũ creuit, vt etiam inde superstitiones expulerit. Vt ergo omittã, quomodo inde omnẽ idolorũ superstitionem, quæ illic valida fuerat, † credẽdo fugauerit; accipio quod dicitis, ô sodales mali; accipio prorsus, assentio Africam in meridie esse, & Africã significatam in eo quod dictũ est, Vbi pascis, vbi cubas in meridie. Sed & vos æquitatẽ attendite, adhuc istaverba sponsæ esse, nondum sponsi. Adhuc sponsa dicit, Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, ne fortè sicut operta fiã. Surde, cæce, si in meridie vides Africã, quare in operta non intelligis feminam? Annuncia mihi, dicit, quẽ dilexit anima mea. Vt quemvirũ alloquitur cũm dicit, Quem dilexit: quomodo si diceret, Annũcia mihi quam dilexit anima mea, intelligerẽmus sponsum hęc loqui ad sponsam. Sic cùm audis, Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas, illuc adde: ad hæc huius verba pertinent, & quæ sequuntur, In meridie. Quæro vbi pascas in meridie, ne fortè fiã sicut operta super greges sodalium tuorũ. Audio prorsus, accipio de Africa quod intelligis, in meridie ipsa significata est. Sed Ecclesia Christi, sicut intelligis, transmarina alloquitur sponsum suũ, timens errorẽ incidere Africanũ. O quẽ dilexit anima mea, annũcia mihi, doce me. Audio enim in meridie: id est, in Africa duas esse partes, imò multas concisiones. Annũcia ergo mihi vbi pascis, quæ oues ad te pertinẽt, quod ouile illic me iubes amare, cui me debeo sociare, ne fortè fiã velut operta. Illudunt enim quasi latenti, insultãt quasi perditæ, quasi nusquã alibi existenti. Ne ergo quasi operta quasi latens fiam super greges, id est, super congregationes hæreticorũ, sodaliũ tuorum, Donatistarũ, Maximinianistarum, Rogatistarũ, cæterarũmque pestium extrà colligentium; & ideo spargẽtium, rogo te, annuncia mihi, si illic pastorẽ meũ requiram, vt non in gurgitem rebaptizationis incurram. Hortor vos, obsecro vos per sanctitatẽ talium nuptiarũ, amate hanc Ecclesiã, estote in tali Ecclesia, estote talis Ecclesia, amate pastorem bonum, virum pulchrũ, neminem fallẽtem, neminem perire cupiẽtem. Orate & pro dispersis ouibus: veniant & ipsi, agnoscãt & ipsi, ament & ipsi: vt sit vnus grex, & vnus pastor. Cõuersi ad Dominum, &c.

al. crescendo.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannẽ, Ego & pater vnum sumus.

SERMO D. AVGVST. LI.

CAP. I.

DOMINVS Deus, Christus Iesus, filius Dei vnicus, natus de Deo patre sine aliqua matre, & natus de virgine matre, sine homine patre, audistis quid dixerit, *Ego & pater vnũ sumus.*] Sic accipite, sic credite, vt meremini intelligere. Fides enim debet præcedere intellectũ, vt sit intellectus fidei præmium, Propheta enim apertissimè dixit, Nisi credideritis, nõ intelligetis. Quod ergo simpliciter prædicatur, credẽdũ est: quod subtiliter disputatur, intelligendũ est. Primitus ergo ad imbuendas vestras mentes per fidem prædicamus vobis Christũ Dei patris vnicũ. Quare additur, Vnicũ? Quia cuius est vnic⁹ multos filios habet gratia. Cęteri ergo omnes sancti filij Dei sunt gratia, solus ille natura. Qui gratia filij sunt, non sunt quod pater. Denique nulius sanctorũ ausus est dicere, quod ille vnic⁹ ait, *Ego & pater vnum sumus.*] Nunquid non & pater est & noster? Si non est pater noster, quomodo dicimus orantes, Pater noster qui es in cælis? Sed nos filij sumus quos voluntate sua filios fecit, non ex natura sua filios genuit. Genuit quidem & nos: sed quomodo dicitur adoptatos, ab adoptante, generatos beneficio, non natura. Denique & hoc dicti sumus, quia vocauit nos Deus in adoptionẽ filiorũ. Homines adoptati sumus. Ille dicitur vnicus, vnigenitus, quia hoc est quod pater: nos autẽ homines sumus, De⁹ est pater. Quia ergo ille hoc est quod pater: dixit, & verũ dixit, Ego & pater vnum sumus. Quid est, Virũ sumus? Vnius naturæ sumus: Quid est, vnum sumus? Vnius substantiæ sumus. FORTE minus intelligitis quid est vnius substãtię. Laboremus vt intelligatis, adiuuet De⁹ & me loquentẽ, & vos audiẽtes. Me, vt ea dicã quæ † vera sunt & apta sunt vobis: vos autẽ ante omnia & præcipuè vt credatis: deinde vt quomodo potestis intelligatis. Quid est ergo vnius substantiæ? Similitudines vobis adhibeam, vt quod minus intelligitur, exemplo clarescat. Vt puta aurũ est Deus, aurũ & filius eius. De terrenis si ad cælestia non sunt dandæ similitudines, quomodo scriptũ est, Petra erat Christus? Ergo quicquid est pater, hoc est & filius. Sicut dixi, verbi gratia, Aurum est pater, aurũ est filius. Nã quidicit, Nõ est ipsius substãtiæ filius cui⁹ est pater: quid aliud dicit † quã, Aurũ est pater, argẽtũ est filius? Si aurũ est pater, argentũ est filius: degenerauit à Patre vnicus filius. Homo hominẽ generat. Cuius substãtiæ est pater qui generat, ipsius substantiæ est filius qui generatur. Quid est ipsius substantiæ? Homo est ille, homo & iste: Animã habet ille, animã & iste: Carnẽ habet ille, carnem & iste: Quod est ille, hoc & iste. Sed respõdet mihi & dicit hæresis Arriana. Quid mihi dicit? Attende quòd dixisti. Quid dixi? Quia filius hominis cõparãd⁹ est filio Dei. Planè comparandus: sed non, vt putas, ad proprietatem; sed ad similitudinem. Tu autem quidvis hinc facere, Dic. Non vides dicit, quia maior est pater qui genuit, & minor est filius qui generat⁹ est? Quomodo ergo vos dicitis? Dicite mihi. Quomodo ergo vos dicitis, quòd æquales sunt pater & filius, & filius De⁹, Deus & Christus: cùm videatis, quia homo quando generat filium, minor est filius, & maior est pater? Homo sapiens in æternitate tẽpora inquiris? vbi non sunt tempora, quæris ętates? Quando maior est pater, minor est filius, ambo tẽporales sunt. Ille senescit, quia ille crescit. Nã per naturam homo pater, per naturamve dixi, non genuit minorem, sed per ætatem. Vis nosse, quia per naturam non genuit minorem? Expecta, crescat, & patri erit æqualis. Puer enim paruus vel crescẽdo peruenit ad magnitudinem patris sui. Tu autem sic dicis minorem Dei filium natum, vt nunquam crescat: & ad sui patris magnitudinem vel crescendo perueniat. Iam ergo filius hominis natus ex homine, meliore conditione natus est quàm filius Dei. Quomodo? Quia iple crescit, & peruenit ad magnitudinem patris sui. Christus autem, sicut dicitis, ideo minoratus est, vt remaneat minor, & non sit expectãdus saltem ætatis accessũ. Sic ergo dicis, quia est in natura diuersitas. Sed quare hoc dicis, nisi quia non vis eiusdem substantiæ credere filium, cuius substantiæ est pater? Postremò prius confitere ipsius esse substantiæ, & dic minorem. Attende hominem, homo est. Quæ est substantia eius? Homo est. Quid ille quem generat? Minor est: sed homo est. Ætas dispar est, æqualis natura est. Dic & tu, Quod est pater, hoc est filius: sed minor est filius. Dic, fac gradum, dic eiusdem substantiæ, sed minorem, & peruenis ad æqualem. Non enim parum accedis, non parum propinquas veritati, qua confitearis æqualem, si eiusdem substantiæ confessus fueris & minorem. Sed non est eiusdem substantiæ, hoc dicis, (aurum est & argentum.) Ergo quia hoc dicis, aurũ est & argentum: tale est quod dicis, quale si homo generaret equum. Alterius enim substantiæ est homo, alterius equus.

Ioan. 10.

Esaię 7.

Christus quomodo Dei patris vnicus.

Matth. 6.

Eph. 1.

CAP. II.

al. recta.

Quanta blasphemia dicere filium Dei alteri⁹ substantię.

1. Cor. 10.

al. nisi.

Si ergo

Si ergo filius alterius substantiæ est quàm pater, monstrum generauit pater. Quando enim creatura, id est, mulier parit quod non est homo, mõstrum dicitur. Vt autem non sit monstrũ, hoc est qui natus est, quod est ille qui genuit, id est, homo & homo, equus & equus, columba & columba, passer & passer.

CAPVT XII.

CREATVRIS suis dedit, vt quod sunt generent. Creaturis suis dedit Deus, creaturis mortalibus terrenis donauit vt hoc quod sunt generent: & putas quia hoc sibi nõ potuit ipse seruare, qui est ante secula? Qui non habet initiũ tẽporis, generaret filiũ, nõ hoc quod ipse est? generaret degenerẽ? Audite quãta blasphemia sit dicere, vnicũ Dei filiũ, esse alterius substãtiæ. Prorsus si ita est, degener est. Si dicas alicui filio hominis, degener es, quanta iniuria est? Et quomodo dicitur filius hominis degener? Vt puta pater ipsius fortis est, ille timidus & ignauus. Quicũque illũ viderit, & vult corripere, attendẽs patrẽ ipsius virũ fortẽ, quid ei dicit? Porrò vade degener. Quid est degener? Fortis vir fuit pater tuus, & tu timore cõtremiscis. Ille cui hoc dicitur, vitio degener est, natura par est. Quid est, Natura par est? Homo est, quod est & pater ipsi⁹. Sed ille fortis, ille ignauus; ille audax, ille timidus: tamen homo & homo. Vitio ergo degener est, nõ natura. Tu quãdo dicis vnicũ filiũ, vnũ patris filiũ degenerem esse; nõ aliud dicis, nisi quia non hoc est quod pater; & iã non natus degener factus est dicis, sed generatus est. Istam blasphemiã quis ferat; Qualibuscũque oculis, si istam blasphemiã videre possent, fugerent eã, & catholici fierent. SED quid dicã, fratres? Non eis irascamur: sed pro eis orem⁹ vt det Dominus eis intellectũ, quia fortè hoc nati sunt. Quid est, Hoc nati sunt? Hoc acceperunt à parentibus suis quod tenent. Præponũt genus veritati. Fiant quod non sunt, vt possint seruare quod sunt: hoc est, fiant catholici, vt possint seruare quòd homines sunt, vt non in illis pereat Dei creatura, accedat Dei gratia. Putant enim, quia patrem honorant per cõtumeliã filij. Quãdo illi dixerit, Blasphemas; respondet, Quare blasphemo? Quia dicis filiũ non hoc esse quod pater est. Et ille mihi, Imò tu blasphemas. Quare? Quia æquare vis patri filiũ. Æquare volo patri filiũ, nunquid extraneum? Gaudet pater, quãdo illi æquo filiũ vnicũ. Gaudet quia non inuidet. Et Deus quia filio vnico nõ inuidet, ideo quod ipse est hoc generauit. Tu & filio facis iniuriam, & ipsi patri, in cuius honorem vis contumeliã facere filio. Certè enim ideo dicis non esse eiusdẽ substantiæ filiũ, ne iniuriam facias patri ipsius. Ego tibi cirò ostẽdo, quia iniuriã facias ambobus. Quomodo, inquit? Si dicam filio alicuius, Degener, non es similis patri tuo: degener, non hoc es quod pater: audit illud filius, & irascitur, & dicit, Ergo degener natus sum? Audit illud pater & plus irascitur. Iratus autẽ quid dicit? Ergo ego filium degenerem generaui? Ergo si aliud sum, & aliud generaui, monstrũ generaui. Quid est, quia cùm vis vni deferre, per alterius iniuriam ambobus facis iniuriam? Filiũ offendis, sed patrem non propitiabis. Cùm de filij contumelia honoras patrem, & filium offendis & patrem. A quo fugis? ad quem fugis? Nunquid irascẽte tibi patre, fugis ad filiũ? Quid tibi dicit? Ad quem fugis, quem degenerem fecisti? Nũquid offenso filio curris ad patrem? Dicit & ipse tibi, Ad quem fugis, quem degenerem genuisse dixisti? Sufficiat vobis, hoc tenete, hoc memoriæ commendate, hoc in vestra fide cõscribite. Hoc autem vt intelligatis, ad Deũ patrẽ & filium, qui vnum sunt, preces fundite.

SERMO LII. *Erit in appendice sermo VI.*

De eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Ioannẽ, Qui credit in me, credit in eum qui me misit.

SERMO D. AVGVST. LIII.

Beda citat. 1. Cor. 8. & 13.

CAP. I. Ioan. 12.

HOc admonuit Dominus, cũ Euangeliũ legeretur, quoniã *qui credit in eũ, credit in illũ qui misit eũ.*] Missum esse ad nos Saluatorẽ mũdi, fides verissima tenet: quoniã Christũ ipse prædicat Christus, hoc est corp⁹ Christi toto orbe diffusum. In cælis enim ille erat, & sęuienti in terra persecutori dicebat, Quid me persequeris? Vbi Dominus sic expressit, & hic se esse in nobis: sic totus crescit, quia quẽadmodũ ille in nobis est hic, sic & nos ibi in illo sumus. Hoc facit compago charitatis. Ipse qui caput nostrũ, Saluator est corporis sui. Prædicat ergo Christus Christũ, prędicat corpus caput suum, & tuetur caput corpus suũ: & ideo nos mũdus odit, sicut ab ipso Domino audiuimus. Nõ enim apostolis hoc dicebat paucis, quòd odisset eos mundus, & quia gaudere deberẽt, cũ eis detraherent homines & dicerẽt omnia mala aduersum eos, quia propter hæc merces eorũ maior esset in cælis: nõ eis solis dixit Dominus, cùm hæc dixit: sed dixit vniuerso corpori suo, dixit omnibus mẽbris suis. Quicũque in corpore eius & mẽbrũ eius esse voluerit, nõ miretur quia odit eũ mundus. Corporis autẽ eius sacramentum multi accipiũt: sed nõ omnes qui accipiũt sacramentũ, habituri sunt apud eũ etiã locũ promissum mẽbris eius. Penè quidẽ sacramentum omnes corpus eius dicũt, quia omnes in pascuis ei⁹ simul pascũt: sed vẽturus est qui diuidat, & alios ponat ad dexterã, alios ad sinistrã: & vtraque pars dictura est, Domine, Domine, quãdo te vidimus, & ministrauimus tibi? vel, Quãdo tevidimus, & nõ ministrauimus tibi? Pars vtraque dictura est: vni tamẽ dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ: alteri, Ite in ignẽ æternũ, qui prępparatus est diabolo & angelis eius. NON ergo solos inimicos nostros deputare debemus, charissimi, quicunque bona conscientia Christi membra sumus: nõ solos eos inimicos nostros putare debemus, qui apertè foris sunt. Multo enim peiores sunt qui intus videtur, & foris sunt. Amãt enim mundũ: & ideo mali sunt. Et quidẽ de nobis ea sentiunt, quæ ipsi diligũt, & in huius mundi quasi prosperitatibus quibus ingemiscimus, inuidẽt nobis. Ibi nos felices putãt, vbi nos periclitamur. Felicitatem verò nostram internam nec nouerũt, quia non gustauerunt. Quia verò quicquid nobis temporaliter mundus arridet, magis est periculum, quàm ornamentum nostrum, nesciunt: quia ista distinguere gaudia nõ nouerunt. Vnde hortamur charitatẽ vestram, maximè quia vos videmus frequentius conuenisse, qui propositum altius habetis, id est, in ipso corpore Christi ex eius munere, non meritis vestris, excellentiorem locum tenetis, habentes conscientiam quæ à Deo donata est. Nam & ipsa malis & inuidis nostris in suspicionem venit. Ad hoc tamen mordetur, vt probetur. Si enim in ipsius alibi conscientiæ professione laudes quærimus hominum, deficimus reprehẽsionibus hominũ. Cùm sis castus seruus Dei, ecce te mũdus suspicatur forsitan impudicũ, & mordet & reprehendit, & libenter in tuis detractionibus immoratur. Maleuolæ quippe animæ quasi dulciter sapit, quod pessimè suspicatur. Tu autẽ si propter laudes humanas continentiam suscipere voluisti, reprehẽsionibus humanis defecisti, & totum quod tibi proposueras, perdidisti. PORRÒ autem si nosti dicere cum Apostolo, Gloria nostra hæc est, testimonium cõscientiæ nostræ, non solùm tibi reprehẽsionibus mercedem non minuit,

CAP. II.

CAP. III. 2. Cor. 1.

minuit, sed & facit ampliorem: tu tamen pro illo ora, ne tua mercede moriatur. Nã & hinc probamur, charissimi, quia si nõ haberemus inimicos, non essent pro quibus oraremus ex præcepto Domini nostri dicẽtis, Diligite inimicos vestros, & orate pro eis qui vos oderũt. Vnde probamus, vnde cor nostrũ interrogamus, vtrũ hoc facere valeamus: si nullũ inimicũ, nullũ reprehensorẽ, nullũ detractorẽ, nullũ maledicũ experiamur? Videtis ergo, quia & mali necessarij sunt bonis. In fornace quodãmodo aurifices sumus, hoc est, in hoc mundo. Si aurũ non es, simul ardes. Si autũ es, palea tua est malus. Si & tu palea es, simuleris & fumus. VERVNTAMEN primũ vt noueritis charissimi, in corpore Christi excellentiora mẽbra esse: non sola est enim cõiugalis vita laudabilis, & habet in corpore Christi locũ suũ: sicut & in nostro corpore non ea sola habent locum, quæ excellentius locata sunt, sicut sensus in facie superiorẽ corporis partẽ occupauerũt: sed nisi pedes portarẽt, quicquid sublime est in terra iaceret. Vnde Apostolus dicit, Et quę inhonesta sunt nostra, magis necessaria sunt. Deus temperauit corpus, vt nõ essent scissuræ in corpore. Nouimus autẽ mẽbra Christi quæ coniugalẽ agunt vitã, si mẽbra Christi sunt: id est, si fideles sunt, si futurum seculũ vel sperant, vel expectãt, si quare signũ Christi portent, sicut nouimus quòd honorẽ deferant vobis, nouimus quòd meliores esse vos iudicãt, quàm ipsi sint. Sed quantum vos illi honorant, tantũ & vos mutuã honorificentiã eis præstare debetis. Si enim est in vobis sanctitas, timete ne perdatis eam. Vnde? Per superbiam. Aliter perit sanctitas casti, si adulter fuerit; aliter perit, si superbus fiat. Et audeo dicere: Cõiugalem agẽtes vitam, si tenẽt humilitatẽ, superbis castis meliores sunt. Cõsideret enim charitas vestra quod dico; Diabolum attendite. Nunquid ei in iudicio Dei obiiciendum est adulterium aut fornicatio? Nihil horum facit, qui non habet carnem. Sola eum superbia & inuidia mittit in ignem æternum.

Matth. 5.

Mali bonis necessarij.

CAPVT IIII.

1. Cor. 5.

CAP. V.

SERVO ergo Dei cui surrepserit superbia, cõtinuò ibi est & inuidia. Non potest superbus esse non inuidus. Inuidia filia est superbiæ, sed ista mater nescit esse sterilis: vbi fuerit, continuò parit. Vt autem non sit in vobis, hoc cogitate, persecutionis tempore non solam Agnen fuisse coronatam virginem, sed & Crispinam mulierem: & fortè, quod non dubitatur, aliqui tunc de continentibus defecerunt, & multæ de cõiugatis pugnauerunt atque vicerunt. Vnde non frustra dicit Apostolus omnibus membris Christi: Alter alterum existimantes superiorem sibi, & honore mutuo prẽueniẽtes. Hæc etenim si cogitetis, non eritis apud vos magni. Magis enim cogitare debetis quid vobis desit, quã quidvobis adsit. Quod habes, caue ne perdas: quod nõdum habes, supplica vt habeas. In quantis sis minor, tibi cogitandum est: non in quantis sis maior. Si enim cogitas quãtum præcessisti alterũ, time tumorẽ. Si verò cogitas quantum tibi deest adhuc, ingemiscis: & cũ ingemiscis, curaris, humilis eris, tutior ambulabis, non præcipitaberis, non inflaberis.

S. Agnes. S. Crispina.

Philip. 2.

CAPVT. Charitas.

ET vtinam possint omnes de vna charitate cogitare. Sola est enim, quæ & vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia, & quæ vbicunque fuerit trahit ad se omnia. Ipsa est quæ nõ æmulatur. Quæris causam? Attẽde quod sequitur, Nõ inflatur. Prior est in vitiis superbia, vt dicere cœperã, deinde inuidia. Nõ enim inuidia peperit superbiã, sed superbia peperit inuidiam. Nõ enim inuidet, nisi amor excellentiæ. Amor excellẽtiæ, Superbia vocatur. Cùm ergo in ordine prior sit superbia, sequatur autẽ inuidia, Apostolus in laudibus charitatis noluit dicere pri°, Nõ inflatur, & postea, Nõ æmulatur: sed prius dixit, Nõ æmulatur; postea, Nõ inflatur. Quare hoc? Quia cùm dixisset, Nõ æmulatur, quasi quæsiturus eras causam, quare nõ æmulatur; subdidit, Non inflatur. Ergo si ideo nõ æmulatur, quia nõ inflatur: si inflaretur, æmularetur. Hoc in vobis crescat, & anima solidatur, quia non inflatur. Sciẽtia, ait Apostolus, inflat. Quid ergo? Scientiam fugere debẽtis, & electuri estis nihil scire potius, quàm inflari? Vt quid vobis loquimur, si melior est ignorãtia quã scientia? Vt quid vobis disputam°? vt quid ista distinguim°? vt quid quod nostis admonem°, quod nõ nostis inferim°? Sciẽtia cauẽda est, ne inflet. Ergo amate sciẽtiã, sed anteponite charitatẽ. Sciẽtia si sola sit, inflat. Quia verò charitas ędificat, nõ pmittit sciẽtiã inflari. Ibi ergo inflat sciẽtia, vbi charitas nõ ędificat: vbi autẽ ędificat, solidata est. Nõ est ibi inflatio, vbi petra est fũdamẽtũ. Quãdo autẽ tẽtat inflatio, hoc est, elatio? vtique vbi & quãdo charitas deest. NAM propter hoc vitium etiam tãtus ille Apostolus, appositum sibi esse dicebat stimulũ carnis, angelum satanæ, à quo colaphizaretur. Qui colaphizatur, tunditur caput eius ne erigatur: nã & ibi de scientia metus erat inflationis, hoc est elationis. Ait enim: In magnitudine reuelationum mearum ne extollar: ibi ergo metuenda erat elatio, vbi magnarũ rerũ erat reuelatio: In magnitudine reuelationum mẽarum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominũ rogaui, vt auferret eũ à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Petit æger, vt quod ad salutem apponit medicus, cùm voluerit ægrotus auferatur. Medicus dicit, Non: mordet, sed sanat. Tu dicis, Tolle quod mordet. Medicus dicit, Non tollo, quia sanat. Tu ad medicum quare venisti? Sanari, an molestiam non pati? Non ergo exaudiuit Dominus Paulum ad voluntatem, quia exaudiuit ad sanitatem. Nam non est magnũ, exaudiri à Deo ad voluntatem, non est magnum. Ne putetis magnũ esse hoc, quãdo quisque orat pro magno, si exauditur. Quę re quid orat, quære in quo exaudiatur. Nam non habeatis pro magno, exaudiri advolũtatẽ: habete pro magno, exaudiri ad vtilitatẽ. Ad voluntatẽ etiã dæmones auditi sunt, & ad porcos quos petierãt, ire permissi sũt. Ad voluntatem etiam princeps eorum exauditus est diabolus, à quo petitus Iob tentandus nõ est negatus, vt esset ille probatus, iste confusus. Advoluntatẽ etiam Israëlitę exauditi sunt: & cùm adhuc cibus esset in ore ipsorũ, nostis quæ cõsecuti sunt. Nolite ergo pro magno habere, ad voluntatẽ exaudiri. Aliquãdo Deus iratus dat quod petis, & Deus propitius negat quod petis. Cùm verò ea quæ Deus laudat, quę Deus prẽcipit, quę De° in futuro seculo promittit, ab illo petitis; securi petite, & incumbite, quantum potestis, orationibus, vt sumatis. Illa enim propitio Deo conceduntur: illa eius nõ ira, sed misericordia largiuntur. Quando autẽ petitis tẽporalia, cũ modo petite, cũ timore petite. Illi cõmittite, vt si profunt, det; si scit obesse, nõ det. Quid autem obsit, quid prosit, medicus nouit, non ægrotus.

1. Cor. 13. Beda.

Matth. 8.

Iob 1. Num. 11. Psal. 77.

Æterna quomodo expetende.

Tẽporalia cum modo petenda.

CAPVT VIII. Contra cõtinentes superbos. Luc. 14. 18.

SVNT ergo continentes humiles, sunt superbi. Non sibi promittant superbi regnũ Dei. Excellentior locus est, quò ducit continentia: Sed qui se exaltat, humiliabitur. Quid quæris celsiorẽ locũ appetitu celsitudinis, quem potes apprehendere retentione humilitatis? Si extollis te, Deus deiicit te: Si tu deiicis te, Deus eleuat te. Sententia Domini est: nec addi aliquid, nec detrahi potest. Vt qui adeò autẽ continẽtes homines plerunq; superbiunt, vt nõ solũ quibuscunque hominibus, sed etiam parentibus ingrati sint, & aduersus parentes extollantur. Quare? Quia illi genuerunt, isti nuptias contemp-

cõtempserunt. Vnde ingrati essent qui nuptias contẽpsissent, nisi illi genuissent? Sed melior est filius patre suo coniugato: quia ipse nõ duxit vxorẽ. Et melior est filia matre sua maritata: quia ipsa nõ quæsiuit virũ. Si superbior, nullo modo melior: si melior, sine dubitatione humilior. Si vis te inuenire meliorẽ, interroga animam tuã, si vides ibi inflationem. Vbi inflatio est, inanitas est. Diabolus vbi inane inuenerit, nidum & laqueũ deceptionis suæ facere molitur. DENIQVE, fratres mei, audeo dicere, superbis continentibus expedit cadere, vt in eo ipso in quo se extollunt humilientur. Quid enim prodest cui inest continentia, si dominatur superbia? Contẽpsit vnde nat° est homo, & appetit vnde cecidit diabolus. Nuptias contẽpsisti, bene fecisti. Aliquid melius elegisti: noli superbire. De nuptiis homo natus est, de superbia angeli ceciderũt. Si singula bona vostra considerẽ, melior es patre tuo, qui nuptias contempsisti: & tu melior matre tua, quæ nuptias contẽpsisti. Etenim melior est virginalis sanctitas, quã pudicitia cõiugalis. Ista duo simul si cõparentur, meli° est illud quàm illud, quis dubitat? Sed addẽdo alia duo superbiã & humilitatẽ: in istis duobus interrogo vos, & de his respõdete mihi. Quid est melius, superbia, an humilitas? Respõdes, Humilitas. Iunge illam virginali sanctitati. Superbia verò nõ solũ non sit in virginitate tua, sed non remaneat nec in matre tua. Si enim tu teneris superbiam, & tua mater humilitatẽ, melior erit mater quàm filia. Iterũ cõparabo vos. Iamdudũ singula cùm intenderem, meliorem te inueneram: modò bina cùm intendo, nõ dubito præferre humilẽ mulierẽ virgini superbæ. Et quomodo præferre? Videte quomodo præfero illam, quam modò comparabam. Bona pudicitia coniugalis est, melior integritas virginalis. Duo bona comparabã, non malum & bonum: sed bonum & melius distinguebã. Porrò autẽ duo illa cũ posuero, superbiã & humilitatem: nunquid possumus dicere, bonum est superbia, sed melior est humilitas? Sed quid dicim°? Superbia malũ est, humilitas bonũ: & superbia magnum malum, humilitas magnũ bonum. Si ergo horum duorum vnum est malum, & alterum bonum: iũgitur malum ad maius tuum bonum, & fit totum malum. Iungitur bonum ad matris tuæ minus bonum, & fit magnum bonum. Minorem enim locum habebit mater in regno cælorũ, quoniam maritata est, quàm filia quoniam virgo est. Maiorem enim locum filia virgo, minorem locũ mater maritata: ambæ tamen ibi, quomodo fulgida stella, obscura stella, ambæ tamen in cælo. Siverò mater tua fuerit humilis, tu superba: illa habebit qualemcumque locum, tu autẽm nullum locum. Et quis inuenit alterum locum qui ibi non habuerit locum, nisi cum illo qui inde cecidit, stantẽmque deiecit? Inde cecidit diabolus, vnde stantem deiecit hominem. Deiecit stantem: sed Christus descendens erexit iacentem. Vnde te tamen erexit Dominus tuus: Attende. Humilitate erexit, factus obediens vsque ad mortem, humiliauit semetipsum. Princeps tuus humilis, & tu superbus? Caput humile, & membrum superbum? Absit. Non vult esse de corpore capitis humilis, qui amat superbiam. Si autem non fuerit, videat vbi erit. Ego nolo dicere, ne amplius videar terruisse. Imò vtinam terruerim, & aliquid egerim. Vtinam qui sic fuerat, vel quæ sic fuerat, non sic vlterius. Vtinam verba ista infuderim, & non effuderim. Totum sperandum de misericordia Dei: quia qui tertistat, contristat; qui contristat, consolatur: sed qui † contristatus est, emendetur.

CAP. IX.

Philip. 2.

† Cõsolatus.

SERMO LIIII.

OMITTITVR, quia fragmentum est Homeliæ 34. inter 50.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Ego sum via, & veritas, & vita. Ioan. 14.

SERMO D. AVGVST. LV.

Citat Beda ad Rom. 1.

CAP. I.

INTER cætera, cùm sanctum Euãgelium legeretur, audistis quod ait Dominus Iesus, *Ego sum via, & veritas, & vita.*] Veritatẽ & vitam omnis homo cupit, sed viã nõ omnis homo inuenit. Deũ esse quandã vitam æternã, immutabilem, intelligibilẽ, intelligentẽ, sapientẽ, sapiẽtes facientem, nonnulli etiam huius seculi philosophi viderunt; veritatẽ fixã, stabilem, indeclinabilẽ, vbi sunt omnes rationes rerum omnium creatarũ. Viderunt quidem, sed de longinquo; viderũt, sed in errore positi: & idcirco ad eam tã magnã & ineffabilẽ & beatificã possessionem, qua via peruenieretur, non inuenerũt. Nam quod viderũt etiã ipsi, (quãtũ videri ab homine potest) creatorẽ per creaturam, factorem per facturã, fabricatorẽ mundi per mundũ: Paulus apostolus testis est, cui vtique debent credere Christiani. Ait enim, cùm de talibus loqueretur, Reuelatur ira Dei de cælo super omnẽ impietatẽ. Ista vt recognoscitis, apostoli Pauli verba sunt. Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnẽ impietatem & iniustitiã hominũ, qui veritatem in iniquitate detinent. Nunquid dixit eos non detinere veritatẽ? Sed veritatẽ in iniquitate detinẽt. Bonum est quod tenẽt: sed malũ est vbi tenent. Veritatẽ in iniquitate detinent. Occurrẽbat autẽ, vt diceretur ei, Vnde illi impij veritatẽ detinent? Nunquid Deus ad quenquam eorum locutus est? Nunquid legem acceperũt sicut Israëlita populus per Moysen? Vnde ergo detinẽt veritatẽ, vel in ipsa iniquitate? AVDITE quod sequitur, & ostẽdit. Quia quod notũ est Dei, inquit, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Manifestauit illis quibus legem non dedit? Audi quomodo manifestauit. Inuisibilia enim eius per ea quę facta sunt intellecta cõspiciũtur. Interroga mũdi ornatum, cæli fulgorem, dispositionẽque siderũ, solẽ diei sufficientem, lunam noctis solatium: interroga terrã fructificantẽ herbis & lignis, animalibus plenam, hominib° exornatam: interroga mare quãtis & qualibus natatilib° plenũ, interroga aëra quãtis volatilibus viget: interroga omnia, & vide si non sensu suo tanquam tibi respondent, Deus nos fecit. Hęc & philosophi nobiles quæsierunt, & ex arte artificẽ cognouerũt. Quid ergo? Quare reuelatur ira Dei super ipsam impietatẽ? Quia veritatẽ in iniquitate detinent? Veniat, ostendat quomodo. Iam enim dixit, quomodo cognouerunt. Inuisibilia eius, id est, Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, vt sint inexcusabiles: quia cũ cognouissent Deũ non sicut Deum honorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ. Apostoli verba sunt, non mea: Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Quod curiositate inuenerunt superbia perdiderunt. Dicentes se esse sapientes, id est, donum Dei sibi tribuentes, stulti facti sunt. Verba, inquam, Apostoli sunt: Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. OSTENDE proba stultitiam ipsorum. Ostende Apostole, & sicut ostendisti nobis, vnde potuerũt peruenire ad cognitionem Dei, quoniam inuisibilia eius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: ita nunc ostende quomodo dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.

Philosophi huius seculi.

Rom. 1. Beda.

CAP. II.

CAP. III.

Audi:

Audi. Quoniã immutauerunt, ait, gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Figuras enim istorũ animalium, sibi deos Pagani fecerũt. Inuenisti Deũ, & colis idolũ. Inuenisti veritatẽ, & ipsam veritatẽ in iniustitia detines. Et quod per Dei opera cognouisti, per opera hominis perdis. Totũ considerasti, cæli, terræ, maris, elementorũq; omniũ ordinẽ collegisti, istud nõ vis attẽdere quòd mundus opus est Dei, idolũ opus est fabri? Si faber idolo, sicut dedit figuram daret & cor, ab ipso idolo faber adoraretur. Quomodo enim, ô homo, faber tuus Deus est, sic homo idoli faber est. Quis est Deus tuus? Qui te fecit. Quis est Deus fabri? Qui illũ fecit. Quis est Deus idoli? Qui fecit illud. Ergo si idolũ cor haberet, nónne fabrum adoraret qui illud fecit? Ecce in qua iniquitate veritatem tenuerunt, & ad possessionem illam quã viderunt, viam perducentem non inuenerunt.

CAPVT IIII. CHRISTVS autem, quia ipse est apud patrẽ veritas & vita, verbũ Dei, de quo dictum est, Vita erat lux hominum. Quia ergo ipse est apud patrẽ veritas & vita, & nõ habebamus quà iremus ad veritatem, filiꝰ Dei qui semper in patre veritas & vita est, assumendo hominẽ factꝰ est via. Ambula per hominẽ, & peruenis ad Deũ. Per ipsum vadis, ad ipsum vadis. Noli quærere quà ad illũ peruenias præter ipsum. Si enim via ipse esse noluisset, semper erraremus. Factus ergo via est quà venias: nõ tibi dico quære viã. Ipse via ad te venit, surge & ambula. Ambula moribus, non pedibus. Multi enim ambulant bene pedibus, & malè ambulant moribus. Aliquando enim ipsi bene ambulantes, præter viã currũt. Inuenies quippe homines bene viuentes, & nõ Christianos. Bene curtunt: sed in via non currunt. Quanto plus currunt, plus errant, quia à via recedunt. Si autem tales homines peruenianꝫ ad viam, & teneant viam, ô quanta securitas est, quia & bene ambulant, & non errant. Si autem non tenent viam, quantumuis bene ambulent, heu quàm dolendum est. Melius est enim in via claudicare, quàm præter viam fortiter ambulare. Hæc satis sint charitati vestræ. Conuersi ad Dominum, &c.

Ioan. I.

SERMO LVI.

OMITTITVR, quia est fragmentum tractatus 71. in Ioannem, tom. 9.

SERMO LVII. *Erit in appendice sermo* VII.

Matth. 20.

SERMO LVIII. *Erit in appendice sermo* VIII.

De operariis in vineæ culturam à Domino conductis.

CAP. I.

SERMO D. AVGVST. LIX.

DE sancto Euangelio præsenti tempori cõsonantem similitudinẽ audistis de his qui operantur in vinea. Est enim modò tẽpus vindemiæ temporalis. Est autẽ & spiritalis vindemia, vbi Deus gaudet ad fructũ vineę suæ. Colimus enim Deũ, & colit nos Deꝰ. Sed non sic Deũ colimus, vt nos eũ meliorẽ faciamus: Colimus enim eũ adorãdo, non arando: ille autem colit nos tanquã agricola agrũ. Quòd ergo nos ille colit, meliores nos reddit: quia & agricola agrũ colendo facit meliorẽ, & ipsum fructum in nobis quęrit, vt eum colamꝰ. Cultura ipsiꝰ est in nos, quòd non cessat verbo suo extirpare semina mala de cordibus nostris, aperire cor nostrũ tanquã aratro sermonis, plantare semina præceptorũ, expectare

Vindemia spiritualis. Colimus nos Deum, & colit nos Deus.

A fructum pietatis. Cùm enim istã culturam sic acceperimus in cor nostrum, vt eum bene colamus, non existimus ingrati agricolæ nostro, sed fructum reddimus quo gaudeat. Et fructus noster nõ illũ ditiorẽ facit, sed nos beatiores. Ecce audite, quia sicut dixi, colit nos Deus. Nam quia colimus nos Deũ, nõ opus est vt probetur vobis. Omnis enim homo hoc habet in ore, quia homines colũt Deum. Quia verò Deus colit homines, quasi expauescit auditor quando audit: quia nõ est in vsũ hominũ vt dicatur, quia Deus colit homines, sed quia Deũ colunt homines. Debemus ergo probare vobis, quia & Deus colit homines, ne fortè putemur verbũ indisciplinatũ dixisse, & aliquis in corde suo disputet cõtra nos, & nesciẽs quid dixerimꝰ reprehẽdat nos. Hoc ergo cõstitutũ est demõstrare vobis, quia & Deꝰ colit nos: sed iã dixi, sicut agrũ, vt meliores nos faciat. Ioan. 15.
Dominus dicit in Euangelio, Ego sum vitis, vos estis
B farmẽta, pater meus agricola. Quid facit agricola? Interrogo vos qui agricolę estis, quid facit agricola? Puto CAP. II. quia agrũ colit. Si ergo pater Deus agricola est, habet Matth. 21. agrũ, & colit agrũ suũ, & expectat inde fructum. DENIQVE plantauit vineã, sicut ipse Dominus Iesus Christus dicit, Et locauit eã agricolis, qui redderent ei fructũ temporibus propriis. Et misit ad eos seruos suos, vt peterẽt mercedẽ vineæ. Illi autem contumeliis eos affecerũt, & aliquos occiderũt, & fructũ reddere contẽpserunt. Misit alios, talia perpessi sunt. Et dixit ille paterfamiliâs, cultor agri sui, & plãtator & locator vineæ suæ: Mittã vnicũ filiũ meum, fortè vel ipsum verebuntur. Et misit, inquit, etiã filium suum. Dixerũt illi apud semetipsos, Hic est hæres, venite occidamus eũ, & nostra erit hæreditas. Et occiderunt eũ, & proiecerunt eũ extra vineam. Cùm venerit Dominꝰ vineę, quid faciet illis malis colonis? Responsum est, Malos malè perdet,
C & vineã suã locabit alis agricolis, qui reddẽt ei fructũ in tempore suo. Plantata est vinea, lege data in cordibꝰ Iudæorum. Missi sunt prophetæ, quærentes fructum, bonam vitam eorũ. Prophetæ ab eis contumeliis affecti, & occisi sunt. Missus est & Christus vnicus filiꝰ patris familiâs, & ipsum occiderũt hæredẽ, & ideo perdiderũt hæreditatẽ. In contrariũ eis vertit malũ cõsiliũ. Vt possiderẽt, occiderũt: & quia occiderũt, perdiderũt. CAP. III.

ET modò audistis similitudinẽ ex Euãgelio sancto, Quia simile est regnũ cælorum patrifamilias, qui exiit Matth. 20. conducere operarios in vineam suam. Exiit mane, & quos inuenit cõduxit in vineam suam, & plaerit cũ eis mercedem denariũ. Exiit & hora tertia, inuenit alios, & adduxit ad opus vineæ. Et sexta hora hoc fecit, & nona hoc fecit. Exiit etiã & hora vndecima prope ad finẽ diei, inuenit quosdam vacuos & stantes: & ait illis,
D Quid hic facitis? Quare non operamini in vinea? Responderunt, quia nemo nos conduxit. Venite, inquit, & vos: & quod iustũ fuerit, dabo vobis. Mercedẽ denariũ placuit. Isti qui vna hora erãt operaturi, quomodo sibi auderent sperare denariũ? Sed tamen se aliquid accepturos gratulabãtur. Adducti sunt & ipsi ad vnã horã. Finito die, iussit omnibus reddi mercedẽ, à nouissimis vsq; ad primos. Inde cœpit reddere ab eis qui hora vndecima venerant, iussit eis dare denariũ. Illi qui prima hora venerãt, videtes illos accepisse denariũ; quem cùm ipsis placuerat, sperauerũt se plusaliquid accepturos. Ventum est & ad ipsos, & acceperunt denarium. Murmurauerunt aduersus patremfamiliâs, dicentes: Ecce nos qui sustinuimus ardorem diei, & æstum, æquasti, & pares fecisti illis qui vna hora operati sunt in vinea. Et ait paterfamiliâs, iustissimũ responsum reddens vni eorum: Sodalis, nõ tibi feci iniuriã: hoc est, te nõ fraudaui, quod placui reddidi tibi. Fraudem tibi non

non feci, quicquid pactus sum reddidi tibi. Huic non A volo reddere, sed donare. Non licet mihi facere quod volo de meo? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Si alicui tollerem alienũ, rectè reprehẽderer quasi fraudator & negator alieni. Cùm verò debitum reddo, & cui volo etiã dono, nec cui debebam potest me reprehendere, & cui donaui debet amplius gaudere. Nõ erat quod responderetur: & ęquati sunt omnes, & facti sunt nouissimi primi, & primi nouissimi: quia CAPVT IIII. tantundẽ acceperũt & primi & nouissimi. QVID est ergo, quòd à nouissimis cœpit reddere? Nónne omnes, sicut legimus, simul accepturi sunt? Legimus enim in alio loco Euangelij, quòd dicturus est eis quos ponet Matth. 25. ad dexteram, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ est ab initio mundi. Si ergo omnes simul accepturi sunt, quomodo hic intelligimus priores accepisse illos qui ab vndecima sunt operati, & posteriores illos qui prima? Si potuero sic dicere, vt B perueniat ad intellectũ vestrum, Deo gratias. Illi enim debetis gratias agere, qui vobis per nos erogat. Non enim de nostro erogamus. Si interroges de duobus, verbi gratia, quis prior acceperit, qui post vnam horã accepit, an qui post duodecimã: omnis homo respõdet, quia prior accepit, qui post vnam horã accepit, quàm qui post duodecim. Si ergo quamuis vna hora acceperint omnes, tamen quia alij acceperunt post vnam horam, alij acceperunt post duodecim horas, illi dicti fũt priores accepisse, quꝰ post modicũ tẽporis acceperũt: Primi iusti, sicut Abel, sicut Noë, quasi prima hora vocati, felicitatem resurrectionis nobiscũ accepturi sunt. Alij iusti post illos, Abrahã, Isaac, Iacob, & quicunque erant seculi ipsorum, quasi tertia hora vocati, felicitatem resurrectionis accepturi sunt nobiscum. Alij iusti, Moyses & Aaron, & quicunq; cum illis tanquã hora sexta vocati, felicitatẽ resurrectionis nobiscũ accepturi sunt. Post ipsos Prophetę sancti tanquam nona hora vocati, eandem felicitatẽ nobiscũ accepturi sunt. In fine seculi omnes Christiani tanquã vndecima hora vocati, felicitatẽ illius resurrectionis cum illis accepturi sunt. Omnes simul accepturi sunt: sed videte illos primos post quantum tempus accipiunt. Si ergo illi primi post multũ tẽpus, nos post modicũ tẽpus: quamuis simul accipiamꝰ, priores videmur accepisse, quia merces nostra non tardabit. Erimus ergo in illa mercede omnes æquales, tanquam primi nouissimi, & nouissimi primi: quia denarius ille vita æterna est, & in vita æterna omnes æquales erũt. Quamuis enim meritorũ diuersitate fulgebũt, alius magis, alius minus: quod tamen ad vitã æternã pertinet, æqualis erit omnibꝰ. Nõ enim alteri erit longius, alteri breuius, quod pariter sempiternũ est: quod non habet finem, nec tibi habebit, nec mihi. Alio modo ibi erit castitas coniugalis, a- D lio modo ibi erit integritas virginalis: alio modo ibi erit fructus boni operis, alio modo corona passionis. Illud alio modo, aliud alio modo: tamen quantũ pertinet ad viuere in æternũ, nec ille plus viuit illo, nec ille plus illo. Pariter enim sine fine viuũt, cùm in suis quisque claritatibus viuat, & ille denarius vita æterna est. Non murmuret ergo qui post multũ tempus accipit, contra eum qui post modicũ tempus accipit. Illi reddẽtur, illi donatur, vtrisque tamen vna res donatur.

Denarius vita æterna.

CAP. V. EST & in ista vita simile aliquid, & excepta illa solutione similitudinis, huius qua intelligũtur prima hora vocati Abel & ipsius seculi iusti, tertia Abraham & ipsius seculi iusti, sexta Moyses & Aaron & ipsius seculi iusti, nona Prophetæ & ipsius seculi iusti, vndecima, tanquam in fine seculi, Christiani omnes: excepta solutione ista similitudinis, & in hac vita nostra potest aduerti hæc similitudo. Tanquã enim prima hora vocantur qui recẽtes ab vtero matris incipiunt esse Christiani, quasi tertia pueri, quasi sexta iuuenes, quasi nona vergentes in seniũ, quasi vndecima omnino decrepiti, vnũ tamen vitæ æternę denariũ omnes accepturi.

SED attendite & vos, fratres mei, ne ideo quisque CAP. VI. differat venire ad vineã, quia securus est: quoniã quandocunq; venerit, ipsum denariũ accepturus est. Securus est quidẽ quòd ipse denarius illi promittitur; sed differre non iubetur. Nunquid enim & illi qui sunt ad vineam cõducti, quando ad illos exibat paterfamiliâs, vt conduceret quos inuenit hora tertia; & conduxit; verbi gratia, dixerunt illi, Expecta, non illuc imus nisi hora sexta; aut quos inuenit hora sexta dixerunt, Non imus nisi hora nona; aut quos nona inuenit dixerunt, Non imus nisi vndecima? Omnibus enim daturus est tantundem, quare nos amplius fatigamur? Quid ille daturus sit, & quid facturus sit, penes ipsum cõsiliũ est. Tu quando vocaris, veni. Merces enim cunctis æqualis promittitur, sed de ipsa hora operandi, magna quęstio est. Si enim illi, verbi gratia, qui vocati sunt hora sexta, in hac ętate corporis constituti, vbi iuueniles anni feruent, sicut ipsa hora sexta feruet; si dicerẽt illi iuuenes vocati, Expecta, audiuimus enim in Euangelio, quia omnes vnam mercedẽ accepturi sunt, cùm senes facti fuerimus hora vndecima veniemus, tantundem accepturi, quare laboraturi? Responderetur eis & diceretur, Laborare non vis, qui vtrũ viuas ad senectutem, nescis? Sexta hora vocaris, veni. Paterfamiliâs tibi quidem etiã vndecima venienti denariũ promisit: sed vtrũ viuas vsq; ad septimã, nemo tibi promisit. Non dico, vsq; ad vndecimã, sed vsq; ad septimã. Quare ergo differs vocantẽ te, certus de mercede, incertus de die? Vide ne fortè quod tibi ille daturus est promittendo, tu C tibi auferas differendo. Si hoc rectè dicitur de infantibus tanquã ad horã primã pertinentibus, si rectè dicitur de pueris, tanquã ad horam tertiã pertinentibus, si rectè de iuuenibus, tanquã in horæ sextæ flagrãtia cõstitutis, quãto magis rectè dicitur decrepitis, Ecce iam hora vndecima est, & adhuc stas, venire piger es?

AN fortè nõ exiit ad te vocãdũ paterfamiliâs; Si nõ CAP. VII. exiit, quid est q; loquimur? Nẽpe nos serui de familia ipsius sumus, cõducere operarios missi sumus. Quid ergo stas? Finisti iam annorũ numerũ, festina ad denariũ: Hoc est enim exire patrẽfamiliâs, innotescere: quoniã qui in domo in abdito est, non videtur ab eis qui foris sunt. Cũ autẽ exiit de domo, videtur ab eis qui foris sunt. Christus, quãdo nõ intelligitur, & nõ agnoscitur, in secreto est. Quãdo autẽ agnoscitur, exiit cõducere: ex occulto enim processit ad notitiã: notus est Christꝰ, vbiq; prædicatur Christus, gloriã Christi omnia quæcunq; sunt sub cælo clamãt. Fuit irrisibilis quodammodo & reprehẽsibilis inter Iudæos, visus est humilis, contẽptus est. Occultabat enim maiestatẽ; promptam habebat infirmitatem. Contemptum est in illo quod promptum erat, nec cognitum quod occultũ erat. Si 1. Cor. 2. enim cognouissent, nunquã Dominum gloriæ crucifixissent. Nunquid adhuc contemnendus est sedens in cælo, si contẽptus est cùm penderet in ligno? Agitauerunt caput qui eum crucifixerũt, & ante crucem eius stantes, & tanquã ad fructum suæ fæuitiæ peruenientes, insultantes dicebant, Si filius Dei est, descendat de cruce. Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non Matth. 27. potest? Descendat de cruce, & credimus in eum. Non descendebat, quia latebat. Multo enim facilius poterat de cruce descẽdere, qui potuit de sepulchro resurgere. Ad nostram informationem demonstrabat patientiam, differebat potentiam, & non est agnitus. Nõ

enim tunc exierat conducere operarios, nõ exierat, nõ
innotuerat, Tertio die resurrexit, demõstrauit se disci-
Act.1. pulis, ascendit in cęlũ, & misit spiritũ sanctũ. Quinquagesimo die post ascẽsionẽ missus spiritus sanctus, implevit omnes qui fuerant in vno cõclaui: centũ viginti homines. Impleti illi spiritu sancto, cœperũt loqui linguis omniũ gentiũ, & expressa est vocatio, exiit ille cõducere. Cœpit enim veritatis potentia omnibus innotescere. Nã tunc etiã vnus accepto spiritu sancto, etiã
Ecclesia loquitur omniũ gentiũ linguis. vnus loquebatur omniũ gentiũ linguis. Modò autẽ in Ecclesia ipsa vnitas tanquã vnus loquitur omniũ gẽtiũ
Psal.18. linguis. Ad quam linguam religio Christiana non peruenit? Ad quos fines nõ pertendit? Iam nõ est qui se abscondat à calore eius. Adhuc fit mora ab eo qui stat
CAPVT VIII. in vndecima. MANIFESTVM est ergo, fratres mei, omnino manifestũ est, tenete, certi estote, quoniã Deus noster Iesus Christus, quando quisq; se cõuerterit ad fidẽ ipsius, à via sua vel superflua vel nequissima, omnia illa præterita dimittuntur & omnino, iámque donatis debitis, fiunt cũ illo tabulæ nouæ. Prorsus omnia dimittuntur. Nemo sit solicitus quòd aliquid ei nõ
desperatio & peruersa spes occidunt animas. dimittatur. Sed iterũ nemo peruersè sit securus. Ista enim duo occidũt animas, aut desperatio, aut peruersa spes. De his duobus malis pauca audite. Nam sicut liberat bona spes, & recta spes, ita decipit peruersa spes. Prius attendite quemadmodũ decipiat desperatio. Sũt homines, qui cũ cogitare cœperint mala quæ fecerũt, non sibi putãt ignosci posse: & dum nõ putant posse sibi ignosci, dant animã iam perire, desperatione pereũt: dicentes in cogitationibus suis, Iam nulla nobis spes: neq; enim tanta illa quæ cõmisimus donari nobis aut ignosci possunt. Quare ergo non satisfacimus cupiditatibus nostris? Impleamus saltem præsentis temporis voluptatem, quia nullã in futuro habemus mercedẽ. Faciamus quicquid libet, etsi non licet, vt habeamus suauitatem vel temporalẽ, quia percipere nõ meremur æternam. Talia dicentes desperando pereunt: siue antequã omnino credant, siue iam Christiani, & in aliqua peccata & scelera malè viuendo prolapsi. Procedit ad eos Dñs vineæ, & tanquam desperantes & vacãtes, tergum dantes, pulsat & clamat in Propheta Eze-
Ezech.18. chiel: In quacunq; die cõuersus fuerit homo à via sua pessima, omnes iniquitates eius obliuiscar. Hac voce audita & credita, à desperatione recreantur, & ab illa altissima & profunda voragine, qua submersi fuerant,
CAPVT IX. emergunt. SED his timendum est, ne in aliã voraginẽ incurrant, & peruersè sperãdo moriantur, qui desperando mori nõ potuerũt. Mutant enim cogitationes longè quidem diuersas, sed tamen perniciosas: & rursus incipiunt dicere in cordibus suis, Si quacunque die conuersus fuero à via mea pessima, Deus misericors, sicut veraciter per Prophetã promisit, omnes iniquitates meas obliuiscitur, quare hodie conuertor, & non cras? Quare hodie, & nõ cras? Eat hodiernus dies sicut hesternus, sit in nequissima voluptate, sit in flagitiorum gurgite, volutetur in mortifera delectatione. Cras conuertar, & finis est. Respõdetur tibi, Cuius rei finis? Dicis, Iniquitatũ mearũ. Bene, gaude, quia crastino iniquitatũ tuarum erit finis. Quid si ante crastinũ tuus erit finis? Ergo bene quidem gaudes, quia
Diem crastinũ Deus nemini promisit. propter iniquitates tuas conuerso tibi indulgentiam Deus promisit: sed crastinum diẽ tibi nemo promisit. Aut si fortè promisit mathematicus, longè aliud est. Quã ô Deus multi mathematici fefellerunt, quia sibi plerunq; lucra promiserunt, & damna inuenerunt! Ergo etiam propter istos malè sperantes, procedit paterfamiliãs. Quemadmodum processit ad illos qui malè desperauerunt, & perierunt desperando, & reuocauit

A cos in spem: sic procedit etiã ad istos qui malè sperando volunt perire, & dicit eis per aliũ librum: Ne tardes Eccl.5.
conuerti ad Dñm. Quomodo illis dixerat, In quacunq; Ezech.18.
die iniquus conuersus fuerit à via sua pessima, omnes iniquitates eius obliuiscar, & tulit eis desperationem qua iam dederant animas suas perditioni, omnimodo indulgentiam desperantes: sic procedit etiam ad istos qui sperando & differendo volunt perire, & loquitur ad eos, & increpat eos: Ne tardes cõuerti ad Dñm, neque differas de die in diẽ. Subitò enim veniet ira eius, & in tẽpore vindictæ disperdet te. Ergo noli differre, noli quod patet contra te claudere. Ecce indulgentiæ dator aperit tibi ostiũ. Quid moraris? Gaudere deberes, si aperiret aliquando pulsanti. Non pulsasti, & aperit, & foris remanes? Ne ergo differas. De misericordię operibus quodam loco Scriptura dicit, Ne dixeris, Prouerb.3.
Vade & reuertere, cras ego dabo: cùm possis continuò
B bene facere. Non enim scis quid cõtingat sequẽti die. Audisti præceptũ non differendi, vt in alium sis misericors, & differendo in te es crudelis? Non debes differre panẽ daturus, & differs indulgentiã accepturus? Si miserando alterũ nõ differs, miserere & animæ tuæ
placens Deo. Exhibe & animæ tuæ eleemosynam. Nõ Eccles.30.
dicimus vt tu ei des, sed ne repellas manum dantis.

SED aliquando homines inde sibi plurimũ nocent, CAP.X.
cùm alios offendere timent. Multũ valent boni amici, ad bonũ, & mali amici ad malũ. Ideo Dominus vt pro salute nostra potentiũ amicitias contemnens, noluit prius eligere senatores, sed piscatores. Magna artificis misericordia. Sciebat enim quia si eligeret senatorem, diceret senator, Dignitas mea electa est. Si eligeret diuitem, diceret diues, Opulẽtia mea electa est. Si prius eligeret imperatorẽ, diceret imperator, Potestas mea electa est. Si prius eligeret oratorẽ, diceret orator, Elo-
C quentia mea electa est. Si eligeret philosophum, diceret philophus, Sapiẽtia mea electa est. Interim, inquit, differantur superbi isti, multũ tument. Distat autem inter magnitudinem & tumorem. Vtrunq; grande est: sed non vtrunque sanũ est. Differãtur ergo, inquit, isti superbi, aliqua soliditate sanãdi sunt. Da mihi, inquit, prius istũ piscatorẽ. Veni tu pauper, sequere me, nihil habes, nihil nosti, sequere me. Idiota pauper, sequere me. Non est quod in te expauescatur, sed multum est quod in te impleatur. Tã largo fonti vas inane admouendũ est. Dimisit retia piscator, accepit gratiã piscator, & factus est diuinus orator. Ecce quid fecit Dñs, de quo dicit Apostolus, Infirma mundi elegit Deus, vt 1.Cor.1.
cõfundat fortia, & ignobilia mũdi elegit Deus, & ea quæ non sunt tanquã quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuẽtur. Denique leguntur modò verba piscatorum, & colla subduntur oratorum. Tollantur ergo de medio
D inanes venti, tollatur de medio fumus qui crescendo euanescit, prorsus pro salute ista contẽnantur. Si quisquam in ciuitate aliquo periculoso morbo corporis ægrotaret, & esset in ciuitate peritissimus medicus amicus ægrotantis, potentibus inimicus, qui diceret amico suo, Noli eum adhibere, nihil nouit: dicerent autem, non iudicante animo, sed inuidente, nónne ille pro salutẽ sua remoueret amicorum potentium fabulas, & vt paucis diebus plus viueret, cùm illorum qualibet offensione, pellendo sui corporis morbo medicum illum, quem peritissimum commendauerat, adhiberet? ÆGROTAT humanum genus, non CAP.XI.
morbis corporis, sed peccatis: Iacet toto orbe terratũ ab Oriente vsque ad Occidentem grandis ægrotus. Ad sanandum grandem ægrotum descendit omnipotens medicus. Humiliauit se vsque ad mortalẽ carnẽ, tanquam vsque ad lectum ægrotantis. Dat salutis præcepta,

cepta, contemnitur; qui audiunt, liberantur. Contemnitur, cùm dicunt amici potẽtes, Nihil nouit. Si nihil nosset, potentia eius gentes non impleret. Si nihil esset, non esset antequam apud nos esset, prophetas ante se non mitteret. Nónne modò implẽtur quæ antè prędicta sunt? Nónne probat medicus iste artis suæ potẽtiam promissã cõplendo? Nónne per totũ mundũ perniciosi euertũtur errores, & tritura mũdi domãtur cupiditates? Nemo dicat, Antea melior erat mũdus quã modò. Ex quo cœpit iste medicus artẽ suam exercere, multa hic videmus horrenda. Noli mirari. Antequam aliquis curaretur, mũda à sanguine statio medici videbatur: imò iã tu hoc vidẽs excute vanas delicias, veni ad medicũ, sanitatis tẽpus est, nõ voluptatis. Curemur ergo fratres. Si nec dũ medicũ agnoscimus, non in eũ tanquã phrenetici sęuiamus, nõ ab eo tanquam lethargici auertamur. Multi enim sæuiendo, multi dormiẽ-
Phrenetici. do perierunt. Phrenetici sunt, qui non dormiendo in-
B Lethargici. saniunt: Lethargici sunt, qui multum dormiendo premuntur. Prorsus tales sunt homines. Cõtra istũ medicum alij sæuire in eum volunt, & quoniam ipse iam in cælo sedet, mẽbra eius in terra persequuntur. Curat & tales. Multi ex eis cõuersi ex inimicis facti sunt amici, ex persecutoribus facti sunt prædicatores. Tales etiam ipsos Iudæos, in seipsum, cùm hic esset, sęuientes, tanquam phreneticos sanauit, pro quibus in ligno pendẽs
Luc.23. orauit. Dixit enim, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Multi tamen eorum, sedato furore tanquam phrenesi oppressa, cognouerunt Deũ, cognouerũt Christum. Post ascensionem misso spiritu sancto, cõuersi sunt ad eũ quẽ crucifixerũt, & in Sacramento credentes sanguinem eius biberunt, quẽ sæuiendo fuderunt. HABEMVS exempla. Persequebatur mẽbra
CAPVT XII. eius iam sedẽtis in cælo Saulus: persequebatur grauiter in phrenesi, mente perdita, morbo nimio. At ille
C Act.9. vna voce de cælo clamãs ei, Saule Saule, quid me persequeris? percussit phreneticũ, erexit sanũ, occidit persecutorem, viuificauit prædicatorẽ. Etiam lethargici multi sanantur. Ipsis enim similes sunt qui non sæuiũt in Christũ, nec malitiosi sunt aduersus Christianos, sed tantũ differendo languescunt verbis somnolẽtis, in lucem oculos extendere pigrescunt, & qui eos excitare volunt, molesti sunt. Recede à me, inquit lãguidus lethargicus, obsecro te, recede à me. Quare? dormire volo, Sed ille, Morieris inde. Ille amore somni, Mori volo, respõdet. Et charitas desuper, Nolo. Plerunque istũ charitatis affectũ exhibet etiã filius seni patri iamiámque morituro post paucos dies, iam vtiq; ætate finita. Si lethargicũ videt, & lethargico morbo premi suum patrẽ à medico agnoscit, dicente sibi, Excita patrẽ tuũ, noli eũ permittere dormire, si vis vt viuat. Adest puer seni, pulsat, vellicat, pũgit, pietate molestus est: nec mo-
D ri citò permittit citò moriturũ, & si viderit vt aliquanto plures dies viuat, cùm decesserit successurus: Quanto maiore charitate nos amicis nostris molesti esse debemus, cũ quibus nõ paucos in hoc mũdo dies, sed apud Deum in æternũ viuamus? Ament ergo nos, & faciant quod audiunt per nos, & colant quem colimus & nos, vt recipiant quod speramus & nos.

turaliter facti sunt: siue à peccatis quæ ipsi nõ resistẽdo carnali concupiscentiæ, sed eam sequendo, eique seruiendo in flagitiis & facinoribus addiderũt: nisi per fidem coadunẽtur, & cõpaginentur corpori eius, qui sine vlla illecebra carnali & mortifera delectatione cõceptus est: nec eum in delictis mater in vtero aluit, & Psal.50.
peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In eũ quippe credentes, filij Dei fiũt: quia ex Deo nascuntur per adoptionis gratiam, quæ est in fide Iesu 1.Petri 2.
Christi nũi nostri. Quapropter, chariſſimi, meritò idẽ Dñs & Saluator noster hoc vnũ peccatũ dicit, de quo arguit mundũ spiritus sanctus, quia nõ credit in eum. *Ego*, inquit, *veritatẽ dico, expedit vobis, vt ego vadã. Si enim* Ioan.16.
ego non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eũ ad vos. Et cùm venerit, ille arguet mundũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidẽ, quia non credunt in me. De iustitia verò, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est.] DE hoc ergo vno peccato voluit mũ-
CAP.XI. dum argui, quòd nõ credunt ih eũ: videlicet quia in eũ credendo cuncta peccata soluuntur, hoc vnũ imputari voluit, quo cætera colligantur. Et quia credẽdo na-
Ioan.1. scuntur ex Deo, & filij Dei fiunt. Dedit enim, inquit, illis potestatẽ filios Dei fieri, credentibus in eum. Qui ergo credit in filiũ Dei, inquantum adhæret illi, & fit etiã ipse per adoptionẽ filius & hæres Dei, cohæres autem Christi, intantũ non peccat. Vnde dicit Ioannes, 1.Ioan.3.
qui natus est ex Deo, non peccat. Et ideo peccatũ vnde mundus arguitur hoc est, quòd non credũt in eũ: hoc est peccatũ de quo itidẽ dicit, Si nõ venissem, pec- Ioan.15.
catum nõ haberent. Nunquid enim alia innumerabilia peccata non habebant? Sed aduentu eius hoc vnũ peccatũ accessit non credentibus, quo cætera tenerẽtur. In credentibus autẽ quia hoc vnũ defuit, factum
C est vt cuncta dimitterentur credentibus Nec ob aliud apostolus Paulus, Omnes, inquit, peccauerunt, & egẽt Rom.3.
gloria Dei, vt qui crediderit in eum, nõ confundatur: sicut & Psalmus dicit, Accedite ad eũ, & illuminami- Psal.33.
ni, & vultus vestri nõ cõfundentur. Qui ergo in se gloriatur, cõfunditur. Nõ enim sine peccatis inuenietur. Ille itaque tantummodo non confunditur, qui in Domino gloriatur. Omnes enim peccauerunt, & egent Rom.3.
gloria Dei. Itaque Apostolus, cùm de Iudæorũ infidelitate loqueretur, nõ ait, Etenim si quidã illorũ peccauerunt, nunquid peccatũ eorũ fidem Dei euacuauit? Quomodo enim diceret, Si quidã illorũ peccauerunt; cùm ipse dixerit, Omnes enim peccauerunt? Sed ait, Si quidam illorũ non crediderunt, nunquid incredulitas Ibidem.
eorũ fidẽ Dei euacuauit? Vt hoc peccatum expressiùs demonstraret, quo vno clauditur aduersus cætera, ne
D per Dei gratiã relaxẽtur. DE quo vno peccato per CAPVT III.
aduentum spiritus sancti, hoc est, per donum ipsius gratiæ quod fidelibus datur, mundus arguitur, dicente Domino: De peccato quidem, quia non credunt in me. Non autem esset meritum grande credentium & beatitudo gloriosa, si semper Dominus in resuscitato corpore humanis oculis appareret. Spiritus ergo san- Spiritus sãcti magnũ munus.
ctus hoc magnũ munus attulit credituris, vt eũ quem carnalibus oculis non viderent, à carnalibus cupiditatibus mente sobria, & spiritalibus desideriis ebria suspirarent. Vnde & ille discipulus, qui se dixerat non crediturum, nisi cicatrices eius manu tetigisset, cùm contrectato corpore Domini quasi cuigilans exclamasset, Dominus meus & Deus meus; ait illi Domi-
Ioan.20. nus, quia vidisti, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. Hanc beatitudinem spiritus sanctus paracletus attulit, vt ab oculis carnis seruí forma remota, quã de virginis vtero accepit, in ipsam Dei formã;

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadã, &c.

SERMO D. AVGVST. LX.

Ioan.16.

CAP.I. MEDICINA animæ omniũ vulnerũ, & vna propitiatio pro delictis hominũ est, credere in Christum. Nec omnino quisquã mundari potest, siue ab originali peccato, quod ex Adam traxit, in quo omnes peccauerũt, & filij iræ na-

in qua patri æqualis, etiam cùm in carne apparere dignatus est permansit, purgata mẽtis acies tenderetur: vt eodem spiritu repletus Apostolus diceret, Etsi noueramus Christũ secundũ carnẽ, sed nunc iam nõ nouimus: quia & carnem Christi non secundũ carnẽ, sed secundũ spiritũ nouit, qui virtutẽ resurrectionis eius, non palpando curiosus, sed credendo certus agnoscit: Nõ dicens in corde suo, Quis ascendit in cælum, hoc est Christũ deducere; aut, Quis descendit in abyssum, hoc est Christũ à mortuis reducere: sed propè est, inquit, verbũ in ore tuo, quia Dns est Iesus: & si credideris in corde tuo, quia Deus illũ suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hæc, fratres, Apostoli verba sunt, ipsius sancti spiritus sancta ebrietate ructantis.

2.Cor.5. Rom.10.

CAPVT IIII. CVM ergo hanc beatitudinẽ, qua nõ videmus & credimus, nullo modo haberemus, nisi eam à spiritu sancto acciperemus, meritò dictũ est, Expedit vobis, vt ego vadã. Si enim non abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Si autẽ abiero, mittã illũ ad vos. Semper quidẽ diuinitate nobiscũ est. Sed nisi corporaliter abiret à nobis, semper eius corpus carnaliter videremus, & nunquam spiritualiter crederemus: quia fide iustificati & beatificati, idipsum verbũ Deum apud Deũ, per quod facta sunt omnia, & quod caro factũ est, vt habitaret in nobis, corde mũdato cõtẽplari mereremur: & sic nõ manu tangendo, sed corde creditur ad iustitiã. Rectè de iustitia nostra mũdus arguitur, qui nõ vult credere nisi quod videt. Vt autẽ nos haberemus iustitiã fidei, de qua mundus argueretur incredulus, propterea Dns ait: De iustitia, quia ad patrem vado, & iam nõ videbitis me. Tanquã si diceret, Hæc erit iustitia vestra, vt credatis in mediatorẽ, quẽ resuscitatũ ad patrẽ isse certissimè habebitis, quamuis cũ carnaliter non videatis, vt per ipsum recõciliati deũ spiritaliter videre possitis. Vnde figuram Ecclesiæ gestanti mulieri, cũ ei post resurrectionẽ ad pedes caderet, Noli me tangere, inquit: nondũ enim ascendi ad patrẽ meũ. Quod mysticè dictum intelligitur. Noli me per corporeum contactum carnaliter credere: spiritualiter autem credis, id est, fide spiritali me tãgis, cũ ascendero ad patrẽ: quia beati qui nõ vident, & credunt. ET hæc est iustitia fidei, qua mũdus carens, de nobis qui ea nõ caremus, arguitur, quia iustus ex fide viuit. Siue ergo quia in illo resurgẽtes, & in illo ad patrem venientes inuisibiliter & in iustificatione perficimur: siue quia non videntes & credẽtes ex fide viuimus, quoniã iustus ex fide viuit: propterea dixit, De iustitia, quia ad patrem vado, & iã non videbitis me. Nec inde se mundus excuset, quod à diabolo impeditur, ne credat in Christum. Credentibus enim princeps mundi mittitur foras, vt iam non operetur in cordibus hominũ, quos Christus per fidẽ cœperit possidere, sicut operatur in filiis diffidentiæ, quos ad tentandos & tribulandos iustos plerunque concitat. Quia enim missus est foras, qui intrinsecus dominabatur, extrinsecus præliatur. Etsi ergo per eius persecutiones Dns dirigit mites in iudicio, tamen iam ipse hoc ipso quod foras missus est, iudicatus est: Et de hoc iudicio mundus arguitur, quia frustrà de diabolo quæritur, qui non vult credere in Christum, quem iudicatum, id est, foras missum, & propter nostrã exercitationẽ forinsecus oppugnare permissum, non solùm viri, sed etiam mulieres, & pueri, & puellæ martyres vicerunt. Sed in quo vicerũt, nisi in illo in quẽ crediderunt, & quẽ non videntes dilexerunt, & quo dominãte in cordibus suis pessimo dominatore caruerunt? Et hoc totũ per gratiam, hoc est, per donũ spiritus sancti. Rectè itaque idẽ spiritus arguit mundũ, & de peccato,

Ioan.16. Ioan.20. CAP.V. Abac.2. Rom.1. Psal.24.

quia nõ credidit in Christũ: & de iustitia, quia qui voluerunt crediderunt, quamuis in quem crediderunt non viderunt, & per eius resurrectionẽ se quoq; in resurrectione perfici sperauerunt: & de iudicio, quia ipsi si vellent credere, à nullo impedirẽtur, quoniam princeps huius mundi iam iudicatus est.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ipse arguet mundũ de peccato, de iustitia, & de iudicio.

SERMO D. AVGVST. LXI.

IDEM titulus est apud Possidium, & Beda citat ad Gal. 3.

VM Dns & Saluator noster Iesus Christus de aduentu spiritus sancti, quẽ se missurũ esse promisit, & misit, multa diceret: ait inter cætera, *Ipse arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.*] Neque hoc cùm dixisset, sermonẽ traiecit in aliud: sed ipsa aliquãto expressiùs insinuare dignat⁹ est. *De peccato quidem*, inquit, *quia non crediderunt in me. De iustitia autem, quia ad patrem vado. De iudicio verò, quia princeps huius mũdi iam iudicatus est.*] Oboritur ergo nobis intelligendi desiderium, cur peccatũ hominũ quasi solũ esset, non credere in Christum, ita de hoc solo dixit, quòd mundũ spiritus sanctus argueret. Si autẽ manifestũ est præter hanc infidelitatem alia multa hominũ esse peccata, cur de hoc solo mundũ spiritus sanctus arguat? An quia peccata omnia per infidelitatẽ tenentur, per fidem dimittuntur. Propterea hoc vnũ præ cæteris imputat De⁹, per quod fit vt cætera nõ soluantur, dũ nõ credit in humilẽ deũ homo superbus? Sic enim scriptũ est: Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Gratia quippe Dei, donum Dei est. Donũ autẽ maximũ ipse Spiritus sanctus est, & ideo gratia dicitur. Cùm enim omnes peccassent, & egerent gloria Dei, quia per vnum hominẽ peccatũ intrauit in mũdũ, & per peccatũ mors, in quo omnes peccauerũt, ideo gratia, quia gratis datur. Ideo gratis datur: quia non quasi merces redditur post discussionẽ meritorum, sed donũ datur post delictorum veniam. DE peccato igitur arguuntur infideles, id est, dilectores mũdi: nam ipsi significantur mũdi nomine. Cũ enim dicitur, Arguet mundum de peccato, nõ alio quã quòd non crediderunt in Christũ: hoc denique peccatũ si non sit, nulla peccata remanebũt, quia iusto ex fide viuente cũcta soluuntur. Sed multũ interest, vtrũ quisq; credat ipsum esse Christũ, & vtrũ credat in Christũ. Nã ipsum esse Christum, & dæmones crediderunt, nec tamen in Christũ dæmones crediderunt. Ille enim credit in Christũ, qui & sperat in Christum, & diligit Christũ. Nã si fidẽ habet sine spe, ac sine dilectione, Christũ esse credit, non in Christũ credit. Qui ergo in Christũ credit, credendo in Christũ, venit in eũ Christus, & quodãmodo vnitur in eũ, & mẽbrũ in corpore eius efficitur. Quod fieri non potest, nisi & spes accedat & charitas. Quid sibi etiam vult quod ait, de iustitia, quia ad patrẽ vado? Et primò quærendum est, si de peccato mundus arguitur, cur & de iustitia? Quis enim de iustitia rectè argui possit? An de peccato quidem suo, de iustitia verò Christi mundus arguitur? Non video quid aliud possit intelligi: quandoquidem de peccato, inquit, quia non crediderunt in me; de iustitia verò, quia ad patrẽ vado. Illi nõ crediderũt, ipse ad patrem vadit. Illorum ergo peccatum, ipsius autem iustitia. Sed cur in eo solo voluit nominare iustitiam, quia vadit ad patrem? Num non iustitia est etiam quòd huc venit à patre? An illa potius misericordia est, quòd à patre ad nos venit, iustitia verò quòd ad patrem vadit? ITA, fratres, expedire arbitror, vt in

CAP.I. Ioan.16. Iacobi 4. Spiritus sanctus, gratia Dei dicitur, & donũ maximum. Rom.3. Rom.5. CAPVT II. Credere in Christum quid.

vt in tanta profunditate Scripturarum, in quibus fortè verbis absconditũ aliquid latet quod opportunè aperiendũ sit, tanquã simul fideliter inquiramus, vt salubriter inuenire mereamur. Cur ergo hanc appellat iustitiam, quia vadit ad patrẽ, & non etiã quia venit à patre? An quia misericordia est quòd venit, ideo iustitia est quòd vadit: vt & in nobis discamus impleri nõ posse iustitiã, si pigri fuerimus prærogare misericordiã, nõ quæ nostra sunt quærentes, sed & quæ aliorũ? Quod cũ monuisset Apostolus, continuò de ipso Dnõ coniũxit exemplũ: Nihil, inquit, per contentionem, neq; per inanem gloriã, sed in humilitate mentis alter alterum existimãtes superiorem sibi, nõ quæ sua sunt vnusquisque intendentes, sed & quæ aliorũ. Deinde statim addidit, Singuli quique hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cũ in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse æqualis Deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuentus vt homo: humiliauit se, factus obediens vsq; ad mortẽ: mortem autẽ crucis. Hæc est misericordia, qua venit à patre. Quæ igitur iustitia est qua vadit ad patrẽ? Sequitur & dicit, Propter quod & Deus eũ exaltauit & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestriũ & infernorũ, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Hæc est iustitia qua vadit ad patrẽ. SED si solus vadit ad patrẽ, quid nobis prodest? Vt quid à spiritu sancto de hac iustitia mundus arguitur? Et tamen nisi solus iret ad patrẽ, nõ alio loco diceret. Nemo ascendit in cælũ, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. Sed etiã Paulus apostolus dicit, Nostra enim cõuersatio in cælis est. Sed quare hoc? Quia item dicit: Si resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Quomodo ergo ille solus? An ideo solus, quia Christus vnus est cũ omnibus mẽbris suis, tanquã caput cũ corpore suo? Quæ autẽ corpus eius, nisi Ecclesia? Sicut dicit idẽ doctor, Vos autem estis corpus Christi, & mẽbra ex parte. Cũ ergo nos ceciderimus, & propter nos ipse descenderit, quid est, Nemo ascendit, nisi qui descendit: nisi, quia nemo ascendit, nisi † vnũ cũ eo factus, & tanquã membrũ cõpactus in eius corpore qui descendit? Sic & discipulis dicit, quia sine me nihil potestis facere. Aliter enim est vnũ cũ patre, & aliter vnũ nobiscum. Vnũ cũ patre est, quia vna substantia est patris & filij: Vnum cũ patre est, quia cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Vnus autem nobiscum factus est, quia semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens: Vnus nobiscum factus est; secundum semen Abrahæ, in quo benedicentur omnes gentes. Quod cũ cõmemorasset, ait Apostolus: Nõ dicit in seminib⁹ tanquã in multis, sed tanquã in vno, & semini tuo quod est Christus. Et quia & nos ad id pertinemus quod est Christus, nobis simul incorporatis, & illi capiti cohærẽtibus, vnus est Christus. Et quia & nobis dicit, Ergo semen Abrahæ estis, secundũ promissionẽ hæredes. Si enim vnũ est semen Abrahæ, & illud vnũ semen Abrahæ nõ intelligitur nisi Christus; hoc autẽ semẽ Abrahæ etiam nos sumus: hoc ergo totũ, id est, caput & corpus, vnus est Christus. Et ideo nos nõ debemus ab illa iustitia separatos putare, quã Dominus ipse cõmemorat dicens, De iustitia, quia ad patrem vado. Cum Christo enim & nos resurreximus; & nos cum capite nostro Christo sumus, interim ideo & spe. Cõplebitur autẽ spes nostra in vltima resurrectione mortuorum. Cùm autem complebitur spes nostra, tunc complebitur etiã iustificatio nostra. Quam completurus Dominus, quid sperare debeamus, ostendit in carne sua, hoc est, in capite nostro, in qua resurrexit & ascendit ad patrẽ: quia sic scriptum est; Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. Arguitur ergo mundus de peccato, in eis qui non credunt in Christũ: & de iustitia, in eis qui resurgunt in membris Christi. Vnde dictũ est, vt nos simus iustitia Dei in ipso. Si enim non in ipso, nullo modo iustitia. Si autẽ in ipso, totus nobiscum vadit ad patrem, & hæc in nobis implebitur perfecta iustitia. Propter hoc & de iudicio mundus arguitur, quia princeps huius mundi iam iudicatus est: id est, diabolus princeps iniquorũ, qui corde non habitant, nisi in mundo, quem diligũt, & ideo mundus vocantur: sicut nostra conuersatio in cælis est, si resurrexerimus cum Christo. Ergo quemadmodũ nobiscũ, id est, cum corpore suo vnus est Christus: sic cũ omnibus impiis quibus caput est, cum quodam corpore suo vnus est diabolus. Quapropter sicut nos non separamur à iustitia, de qua Dominus dixit, Quia ad patrem vado: sic impij non separantur ab illo iudicio, de quo dixit, Quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Philip.2. Ibidem. CAPVT III. Bedaad Gal.3. Ioan.3. Philip.3. Colossi.3. 1.Cor.12. Ioan.3. al. vnus. Ioan.15. Christus aliter est vnum cum patre, aliter vnũ nobiscum. Gal.3. Act.3. Gal.3. CAP.V. Ioan.16. Rom.4. 2.Cor.5. Ioan.16.

De trina interrogatione Domini, si Petrus se diligeret, & trina Petri responsione.

SERMO D. AVGVST. LXII.

LECTIONE hodiernã animaduertit charitas vestra, dictum esse Petro à Domino per interrogationẽ, *Diligis me? Cui respondebat ille, Scis Domine, quia amo te.*] Hoc secũdò, hoc tertiò? & ad singula verba respondẽtis dicebat Dominus, *Pasce agnos meos.*] Cõmendabat Petro Christus agnos suos pascendos, qui pascebat & Petrũ. Quid enim Petrus poterat præstare Domino, maximè iam immortale corpus gerenti, & in cælum ascensuro? Tãquam ei diceret, Amas me? In hoc ostende quia amas me, Pasce oues meas. Ergo, fratres, cum obedientia audite oues vos esse Christi: quia & nos cum timore audimus, Pasce oues meas. Si nos cum timore pascimus & timemus pro ouibus, ipsæ oues quomodo pro se debent timere? Pertineat ergo ad nos cura; ad vos obedientia; ad nos vigilãtia pastoralis; ad vos humilitas gregis: quanquã & nos qui vobis videmur loqui de superiore loco, cũ timore sub pedib⁹ vestris sumus; quoniã nouimus quã periculosa ratio de ista quasi sublimi sede reddatur. Proinde charissimi, catholica germina, membra Christi, cogitate quale caput habeatis: Filij Dei, cogitate qualẽ patrẽ inueneritis: Christiani, cogitate quæ vobis hæreditas promittatur. Non talis qualis in terra possideri à filiis nõ potest; nisi cũ mortui fuerint parẽtes eorũ. Nullus enim in terra possidet hæreditatẽ patris, nisi mortui. Nos viuo patre nostro possidebimus quod donabit: quia pater noster mori non poterit: Plus addo, plus dico, & verũ dico: ipse pater erit hæreditas nostra. CONGREVENTER viuite, maximè vos candidati Christi, recens baptizati, modò regenerati; sicut vos antè admonui & modò dico, & solitudinẽ meã pronũcio, quia timorẽ mihi maiorem ingessit præsens Euangelica lectio. Obseruate vos, nolite imitari malos Christianos. Nolite dicere, Faciam hoc, quia multi fideles hoc faciũt. Hoc nõ est defẽsionem parare animæ, sed comites ad gehennã inquirere: Crescite in hac area Dominica: in hac inuenietis bonos, qui & vobis placeant, si & vos boni fueritis. nũquid enim peculium nostrum estis? Hæretici & schis-

CAP.I. Ioan.21. C Rom.4. Hæreditas nostra, Deus noster. CAP.II.

matici, de furtis Dominicis peculia sibi fecerũt, & greges non Christi, sed suos cõtra Christũ pascere voluerũt. Planè in ipsis deprædationibus suis titulum illius posuerũt, vt prædæ ipsorum quasi defenderẽtur per titulũ potẽtis. Quid facit Christus quando tales cõuertũtur, qui foris ab Ecclesia titulũ eius baptismatis acceperunt? Eiicit prædatorẽ, titulũ nõ deponit & possidet domum: quia inuenit ibi titulum suũ. Quid opus est vt mutet nomen suũ? Nũquid attendũt quod ait Dominus Petro, Pasce agnos meos, pasce oues meas? Nunquid dixit ei, Pasce agnos tuos: aut, pasce oues tuas? Exclusis autẽ, quid dixit in Canticis canticorũ ad Ecclesiam? Loquens sponsus ad sponsam, ait: Nisi cognoueris temetipsam pulchrã inter mulieres, exi tu. Tãquam dicens, Nõ ego te eiicio, exi tu, nisi temetipsam cognoueris pulchrã inter mulieres, nisi cognoueris te in speculo Scripturę diuinæ, nisi attẽderis, ô mulier pulchra, speculum quod te falsò nitore non fallit, nisi cognoueris quia de te dictũ est, Super omnẽ terram gloria tua: quia de te dictũ est, Dabo tibi gentes hęreditatem tuã, & possessionem tuam terminos terræ: & alia innumerabilia testimonia, quæ catholicam Ecclesiam cõmendant. nisi ergo cognoueris, partẽ nõ habes, hæredẽ nõ te potes facere. Ergo exi tu in vestigiis gregum, non in societate gregis, & pasce hædos tuos, non quomodo Petro dictum est, oues meas. Petro dicitur, oues meas; schismaticis dicitur, hædos tuos. Hic oues, ibi hædos: Hic meas, ibi tuos. Recolite dexterã & sinistram iudicis nostri: recolite vbi stabunt hædi, & vbi oues: & apparebit vobis vbi dextera, vbi sinistra, cãdida & nigra, luminosa & tenebrosa, pulchra & deformis, acceptura regnum, & inuentura supplicium sempiternum.

Cantic.1.

Psal.56. Psal.1.

Matth.25.

De manifesta ostensione Trinitatis in Deo nostro, ex Euangelio de baptismo Domini apud flumen Iordanem.

SERMO D. AVGVST. LXIII.

Beda ad Gal.4. vocat sermonem de Trinitate.

CAP.I. EVANGELICA lectio proposuit nobis vnde loquamur ad charitatẽ vestram, tanquã Dñi imperio, & verè Dñi imperio. Ab illo enim expectauit cor meũ, tanquam iussionẽ proferendi sermonis, vt hinc eũ intelligerẽ loqui me velle, quod recitari ipse voluisset. Audiat ergo studiũ & deuotio vestra, & adiuuet apud ipsum Dñm Deũ nostrũ laborẽ meũ. Videmus enim & tanquã proposito diuino spectaculo contuemur, apud flumẽ Iordanis commẽdari nobis Deũ nostrũ in Trinitate. Cũ enim veniret Iesus, & baptizatus esset à Ioãne, dominus à seruo, quod fecit ad humilitatis exẽplũ: in ipsa quippe humilitate ostendit impleri iustitiam, quando dicente sibi Ioanne, Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me: respondit, Sine modò, impleatur omnis iustitia. Cùm ergo baptizatus esset, aperti sunt cæli: & descendit super eũ spiritus sanctus in specie columbæ. Deinde vox de super consecuta est, Hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi. Habemus ergo distinctam quodãmodo Trinitatem: In voce patrẽ, in homine filiũ, in colũba spiritũ sanctum. Hoc quidẽ commemorare opus erat; nam videre facillimũ est. Euidenter enim nec vllo dubitationis scrupulo cõmendatur hæc Trinitas, cùm ipse Dñs Christus in forma serui veniens ad Ioannẽ, vtique filius est: Non enim dici potest quòd pater est, aut dici potest quòd spiritus sanctus est. Venit, inquit, Iesus, vtique filius Dei. De columba quis dubitet? Aut quis dicat, quid est columba, cùm ipsum Euangelium testetur apertissimè, Descendit super eum spiritus sanctus in specie columbæ? De voce autem illa similiter nulla dubitatio quòd patris sit, cùm dicit: Tu es filius meus. Habemus ergo distinctam Trinitatem.

Matth.3.

CAP.II. ET si consideremus loca, audeo dicere, quamuis timidè id dicam, tamen audeo, quasi separabilem Trinitatem, cùm Iesus venit ad fluuium, ex alio loco in alium locum: Columba descendit de cælo ad terram, de alio loco ad alium locum: Vox ipsa patris, nec de terra, nec de aqua sonuit, sed de cælo. Tria hæc quasi separantur locis, separantur officiis, separantur operibus. Dicat mihi aliquis, Ostende inseparabilem Trinitatem. Memento catholicũ te loqui, catholicis loqui. Fides enim nostra, id est, fides vera; fides recta, fides catholica, non opinione præsumptionis, sed testimonio lectionis collecta, nec hæretica temeritate incerta, sed Apostolica veritate fundata, hoc insinuat, hoc nouimus, hoc credimus. Hoc & si non videmus oculis, nec adhuc corde quãdiu fide mũdamur, ipsa tamẽ fide rectissimè, certissimè, ac robustissimè retinemus patrẽ, filiũ spiritũ sanctũ, inseparabilem esse Trinitatẽ, vnũ Deum, non tres deos. Ita tamẽ vnũ Deũ, vt filius non sit pater, vt pater non sit filius, vt spiritus sanctus, nec pater sit, nec filius, sed patris & filij spiritus. Hanc ineffabilem diuinitatẽ apud seipsam manentẽ, omnia innouantem, creantem, recreantem, mittentem, reuocãtem, iudicantem, liberantẽ: hanc ergo Trinitatẽ ineffabilem simul nouimus & inseparabilem. Quid ergo agimus? Ecce seorsum venit filius in homine, seorsum spiritus sanctus de cælo descendit in specie columbæ, seorsum vox patris de cælo sonuit, Hic est filius meus. Vbi est inseparabilis Trinitas? Fecit vos per me Deus intentos. Orate pro nobis, & quasi aperientes sinum, donet ipse vnde quod aperuistis impleatur. Collaborate nobiscũ. Videtis enim quid susceperimus, non solũ quid, verumetiam qui, vnde volumus dicere, vbi positi, quomodo positi in corpore quod corrumpitur & aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quando ergo istum sensũ à multis extraho, & ad vnum Deũ trinitatẽ inseparabilem colligo, vt aliquid videã quod dicam, putásne in hoc corpore quod aggrauat animam, vt aliquid vobis dignè loquar, potero dicere, Quoniam ad te, Dñe, animam meã leuaui? Adiuuet me, leuet eam mecũ. Nã infirmus sum illi, & grauis est mihi. SOLET hæc quæstio ab studiosissimis fratribus proponi, solet in amatorũ verbi Dei sermone versari, solet pro hac multum pulsari ad Deũ, dicentibus hominibus. Facit aliquid pater, quod nõ facit filius: aut facit aliquid filius, quod nõ facit pater? Interim de patre & filio dicamus. Cũ autẽ hinc expedierit conatũ nostrũ, cui dicimus, Adiutor meus esto Dñe, ne derelinquas me: intelligitur etiã spiritus sanctus ab operatione patris & filij nequaquã discedere. De patre ergo & filio fratres audite. Facit aliquid pater sine filio? Respõdemus, Nõ. An dubitatis? Quid enim facit sine illo, per quẽ facta sunt omnia? Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. Et fatiatè inculcãs tardis, duris, litigiosis; addidit, Et sine ipso factum est nihil. Quid igitur, fratres? Omnia per ipsum facta sunt, intelligimus vtiq; vniuersam creaturam factam per filium, fecisse patrem per verbum suum, deũ per virtutem & sapientiam suam. Nunquid dicturi sumus, omnia quidem, quando creata sunt, per ipsum facta sunt, sed nunc non omnia per ipsum facit pater? Absit. Recedat hæc cogitatio à fidelium cordibus, abigatur à sensu deuotorum, ab intellectu piorum. Fieri non potest, vt per ipsum creauerit, & nõ per ipsum gubernet. Absit vt sine ipso regatur quod est, quando per ipsum factum est vt esset. Sed & hoc testimonio Scripturæ doceamus, non solùm per ipsum facta & creata omnia:

Psal.56.

Sapient.9.

Psal.85.

CAPVT III.

Psal.26.

Ioan.1.

omnia: sicut ex Euangelio commemorauimus, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: sed per ipsum etiam regi & disponi quæ facta sunt. Agnoscitis ergo Christum Dei virtutẽ & Dei sapientiã, agnoscite dictũ & de sapientia, Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Non ergo dubitemus per ipsũ regi omnia, per quẽ facta sunt omnia. Nihil itaq; pater sine filio, nihil filius sine patre facit. Occurrit itaq; quæstio, quã in nomine Domini & eius voluntate soluendam suscepimus. Si nihil facit pater sine filio, & nihil filius sine patre, nónne quasi cõsequens erit, vt & patrẽ dicamus natum de virgine Maria, patrẽ passum sub Põtio Pilato, patrẽ resurrexisse & in cælũ ascendisse? Absit. Non hoc dicimus, quia non hoc credimus. Credidi enim propter quod locutus sũ: & nos credimus propter quod & loquimur. Quid est in fide? Quia filius de virgine natus est, non pater. Quid est in fide? Quia filius passus est sub Pontio Pilato, & mortuus, non pater. Excidit nobis, quosdam malè intelligentes vocari Patripassianos, qui dicunt ipsum patrem natum ex femina, ipsum patrẽ passum, ipsum esse patrem qui est filius, duo esse nomina, non res duas? & reuouit istos Ecclesia catholica à cõmunione sanctorum, ne aliquẽ deciperent, vt separati litigarent. Reuocemus ergo difficultatem quæstionis sensibus vestris. Dicat aliquis mihi, Tu dixisti, nihil patrem facere sine filio, neq; filium sine patre, & testimonia de Scripturis adhibuisti, nihil facere patrẽ sine filio, quia omnia per ipsum facta sunt: nec quod factũ est regi sine filio, quia ipse est sapientia patris, attingẽs à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponens omnia suauiter. Modò mihi dicis quasi contra teipsum loquens, Filius natus est de virgine, non pater; filius passus est, non pater; filius resurrexit, non pater. Ecce teneo aliquid facere filium, quod non facit pater. Aut ergo cõfitere, facere aliquid filiũ sine patre: aut cõfitere etiam patrem natum, passum, mortuum, resurrexisse. Aut illud, aut illud dic: Elige vnum de duobus. Ego neutrũ eligo, nec hoc nec illud dico. Nec aliquid facere filiũ sine patre dico: quia mẽtior, si hoc dixero: nec patrem natũ, passum, mortuũ, resurrexisse dico: quia nihilominus mẽtior, si hoc dixero. Quomodo, inquit, explicaberis ab his angustiis? Placet vobis quæstio proposita. Deus adiuuet, vt placeat & soluta. Ecce quod dico, vt liberet & me & vos. In vna enim fide stamus in nomine Christi, & in vna domo sub vno Dño viuimus, & in vno corpore membra sub vno capite sumus, & vno spiritu vegetamur. VT ergo Dñs ab his angustiis molestissimæ quæstionis liberet, & me qui loquor, & vos qui auditis, hoc dico: Filius quidẽ, non pater natus est de virgine Maria: sed ipsam natiuitatem filij nõ patris de virgine Maria, & pater & filius operatus est. Nõ est quidẽ passus pater; sed filius: passionẽ tamẽ filij & pater & filius operatus est. nõ resurrexit pater, sed filius: resurrectionem tamẽ filij & pater & filius operatus est. De quæstione ista videmur iam expediti; sed fortè verbis meis: videamus etiam, vtrũ verbis diuinis. Pertinet ergo ad me sanctorũ librorũ testimoniis demõstrare, natiuitatẽ filij & patrẽ operatũ & filium, ita passionẽ: ita resurrectionẽ: vt cũ filij tantũ sit & natiuitas & passio & resurrectio: hæc tamen tria quæ ad filiũ solũ pertinent, nec à patre solo facta sint, nec à solo filio, sed à patre vtique & filio. Probemus singula, iudices auditis; causa proposita est, testes procedant. Dicat mihi iudiciũ vestrũ, quod solet causas agẽtibus dici, Doce quod promittis. Doceo planè adiuuãte Dño, & cælestis iuris recito lectionẽ. Intentè audistis proponentẽ, audite intentiùs iam probantẽ. De Christi natiuitate mihi primò dicendum est, quomodo eam & pater fecerit, & filius fecerit, quamuis non nisi ad filiũ pertineat, quod fecit pater & filius. Paulum recito, idoneũ iuris diuini consultũ. Nã & causidici habẽt hodie Paulũ dictantẽ iura litigatorũ, nõ Christianorũ. Recito, inquã, Paulũ dictantẽ pacis iura, non litis. Ostendat nobis sanctus Apostolus, quomodo natiuitatẽ filij pater operatus sit. Cũ autẽ venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filiũ suũ factũ ex muliere, factũ sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Audistis, & quia planũ & apertũ est, intellexistis. Ecce pater fecit filiũ nasci de virgine: Cùm enim venisset plenitudo temporis misit Deus filiũ suũ, vtiq; pater Christũ. Quomodo eũ misit? Factũ ex muliere, factũ sub lege. Fecit ergo eũ pater ex muliere sub lege. An fortè hoc mouet, quia de virgine dixi & Paulus dicit ex muliere? Non moueat, nõ immoremur: neq; enim rudibus loquor. Vtrunq; Scriptura dicit, & ex virgine, & ex muliere. Ex virgine quomodo? Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filiũ. Ex muliere autẽ, sicut audistis, nõ est contrariũ. Proprietas enim locutionis Hebrææ mulieres non corruptas virginitate, sed & feminas appellat. Habes euidentẽ Scripturam Geneseos, quãdo ipsa primò facta est tua, formauit eam in mulierẽ. Dicit etiam alio loco Scriptura, iubere Deũ separare mulieres quæ non cognorũt cubileviri. Hoc ergo iam notũ esse debet, nec teneat nos, vt alia, quæ meritò tenebunt, Dño adiuuãte, explicare possimus. Probauimus ergo natiuitatẽ filij à patre factam, probemus & à filio factam. Quid est natiuitas filij de virgine Maria? Certè assumptio formæ serui in virginis vtero. Nunquid nã est aliud nasci filio; nisi accipere formã serui in virginis vtero? Audi quia hoc & filius fecit: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse æqualis Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Cũ venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum factũ ex muliere, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnẽ, Videmus ergo natiuitatẽ filij à patre factã: sed quia ipse filius semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, videmus natiuitatẽ filij ab ipso filio factã. Probatũ est hoc, transeamus hinc: intenti aliud accipite quod ex ordine sequitur. Probemus & passionẽ filij, & à patre factã, & à filio factã. Faciat & pater passionẽ filij. Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Faciat & filius passionẽ suã. Qui me dilexit, inquit, & tradidit seipsum pro me. Tradidit pater filiũ, tradidit filius seipsum. Passio hæc vni facta est: sed ab vtroque facta est. Sicut ergo natiuitatẽ, ita passionẽ Christi nec pater sine filio fecit, nec filius sine patre. Tradidit pater filiũ, tradidit filiꝰ seipsum. Quid hic fecit Iudas; nisi peccatũ? Transeamus & hinc, veniamus ad resurrectionem. Videamus filium quidem non patrem resurgentem, sed resurrectionem filij & patrem & filium facientem. Operetur pater resurrectionem filij. Propter hoc enim exaltauit eũ, & donauit ei nomẽ quod est super omne nomẽ. Resuscitauit ergo pater filium, exaltando eum & excitando eum à mortuis. Nunquid & filius resuscitauit semetipsum? Resuscitauit planè. In figura sui corporis de templo dixit, Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Postremò sicut ad passionem pertinet, animam ponere: sic ad resurrectionem, animam iterum sumere. Videamus si filius quidem animam suam posuit, & ei animam suam pater reddidit, nõ ipse sibi. Pater enim quia reddidit, manifestũ est. Inde enim Psalmus dicit, Et resuscita me, & reddã illis. Sed quia & filius animam suam sibi reddidit, quid à nobis expectatis? Ipse dicat, Potestatem habeo ponendi animam meam. Nondum dixi quod

S. Paulus idoneus iuris diuini cõsultus.

Gal.4.

Esa.7.

Gen.2. Num.31. Iud.21.

Phil.2.

Psal.40.

Ioan.10.

Sap.8.

Psal.116. 2.Cor.4.

Patripassiani.

CAPVT IIII.

Beda ad Gal.4.

Phil.2.

Ioan.2.

quod promisi. Ponēdi dixi, sed iam clamatis, quia prēuolatis. Eruditi quippe in schola magistri cælestis, tanquā lectiones intentè audientes, piè † reddētes, quid sequatur nō ignoratis. Potestatem, inquit, habeo ponēdi animā meā, & potestatē habeo iterū sumendi eam. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eā à me, & iterū sumo eam. Exolvimvs quæ pmisimus: ppositiones nostras firmissimis, vt arbitror, testimoniorū documētis probauimus. Tenete quod audistis. Breuiter replico, & rē vtilissimā, quantū existimo, mētibus vestris collocandā cōmendo. Pater nō est natus de virgine: natiuitatē tamē istam filij & pater & filius oparatus est ex virgine. Pater non est passus in cruce: passionem tamē filij & pater & filius operatus est. Non resurrexit pater à mortuis: resurrectionē tamē filij & pater & filius operatus est. Habetis personarū distinctionē, & operationis inseparabilitatē. Nō ergo dicamus, aliquid patrē operari sine filio, nec aliquid filiū sine patre. An fortè miracula quæ fecit Iesus, mouent vos, ne fortè aliqua ipse fecerit quæ nō fecit pater? Et vbi est, Pater autē in me manens ipse facit opera? Hæc quæ diximus plana erant, tantū dicēda erant: non laborandū vt intelligerentur, sed curandū vt cōmemorentur. Aliquid adhuc volo dicere, vbi verè & actiorē intentionē vestram requiro, & deuotionē apud Deum. Etenim locis corporalibus non tenentur nec occupantur nisi corpora. Vltra locos corporales est diuinitas, nemo eam tanquā in spatio requirat. Vbiq; inuisibilis & inseparabiliter adest: non in parte maior, non in parte minor, sed vbiq; tota, nusquā diuisa. Quis videt hoc? Quis capit hoc? Cōpescamus nos, meminerimus qui vnde loquamur. Illud & illud. Quicquid est quod Deus est, piè credatur, sanctè cogitetur: & quantū datur, quantū potest ineffabiliter intelligatur. Quiescant verba, cesset lingua: cor excitetur, cor illuc leuetur. Nō enim est illud tale quod in cor hominis ascēdit, sed quò cor hominis ascendat. Attendamus creaturam: Inuisibilia enim eius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: ne fortè in his quæ fecit Deus in quibus habemus quandam consuetudinis familiaritatem, inueniamus aliquā similitudinem, vnde probemus esse aliqua tria, quæ tria separabiliter proferātur, inseparabiliter operentur. Eia, fratres, adestote toto animo. Videte prius quid promittam; ne fortè in creatura inueniā, quia creator à nobis excelsus est. Et fortè verba quisquam nostrū, cui fulgor veritatis aliqua mentē quasi coruscatione perstringit, potest dicere verba illa, Ego dixi in extasi mea. In extasi tua quid dixisti? Proiectus sum à facie oculorū tuorum. Etenim videtur mihi iste qui hoc dixit, leuasse ad Deum animam suam, & effudisse super se animam suā, cū ei diceretur quotidie. Vbi est Deus tuus, peruenisse spiritali quodā contactu ad illam incōmutabilē lucem, eámque infirmitate conspectus ferre non valuisse: & in suā quasi ægritudinē atque languorem iterum recidisse, & comparasse se illi, & sensisse adhuc contemperari non posse aciem mentis suæ luci sapientię Dei. Et quia hoc in extasi fecerat, abreptus à sensibus corporis & subreptus in Deum. At vbi quodammodo à Deo ad hominem reuocatus est, ait: Ego dixi in extasi mea. Vidi enim nescio quid in extasi, quod diu ferre non potui: & redditus mortalibus mēbris, & multis mortalium cogitationibus à corpore, quod aggrauat animam, dixi. Quid? Proiectus sum à facie oculorū tuorū. Longè sursum es, longè deorsum sum. Quid ergo dicamus, fratres, de Deo? Si enim quod vis dicere si cœpisti, nō est Deus. Si comprehendere potuisti, aliud pro Deo comprehendisti. Si quasi comprehendere potuisti, cogitatione tua te decēpisti. Hoc ergo non est, si comprehendisti: Si autē hoc est, non cōprehēdisti. Quid ergo vis loqui, quod cōprehendere non potuisti? Videamus ergo, ne fortè in creatura inueniamus aliquid, vbi probemus aliqua tria, & separabiliter de monstrari, & inseparabiliter operari. Quò ibimus? Ad cælum, vt de sole & luna & sideribus disputemus? Ad terrā, vt fortè de fructeris, de arboribus, de animalibus terrā implentibus? An de ipso cælo, an de ipsa terra, quæ continent omnia quæ sunt in cælo & in terra? Quādiu homo circuis creaturā? Ad te redi, te vide, te inspice, te discute. In creatura quæris aliqua tria & separatim demonstrāda, & inseparabiliter operantia. Si in creatura quæris, in te prius quære. Non enim tu non es creatura. Similitudinē quæris. Quæsiturus es in pecore? De peo enim loquebaris, cū quæreres quandā similitudinē. De trinitate ineffabilis maiestatis loquebaris: & quia defecisti in diuinis, tuámque infirmitatem debita humilitate confessus es, ad humana venisti, ibi discute. Quæris in pecore, quæris in sole, quæris in stella? Quid enim horū factū est ad imaginē & similitudinē Dei? Prorsus familiarius & melius aliquid horū quæris in te. Hominem enim Deus fecit ad imaginē & similitudinē suā. In te quere, ne fortè imago † trinitatis habeat aliquod vestigiū trinitatis. Et quæ? Imago facta longè distans: similitudo tamē & imago longè distans, non quomodo imago filius hoc quod pater. Aliter enim imago in filio, aliter in speculo. Multum distat. In filio imago tua, tu ipse es. Hoc est enim filij quod tu natura. Substantia hoc quod tu, persona alius quā tu. Nō ergo homo imago tanquam vnigenitus filius, sed ad imaginē quandam, & quandam similitudinē factus. Quærat in se aliquid, si possit inuenire, & tria quædam quæ separabiliter pronūcientur, inseparabiliter operētur. Quæram, quærite mecū. Nō ego in vobis, & vos in me: sed vos, in vobis, & ego in me. Quæramus cōmuniter, & cōmunem naturam atque subsistātiam cōmuniter pertractemus. Videō homo, aduerte si verum est quod dico. Habēsne corpus, habes carnem? Habeo, inquis. Nam vnde est, vnde in loco sum, vnde de loco in locum moueor? vnde verba loquentis audio, nisi per aurem carnis? Vnde os loquentis video, nisi per oculos carnis? Habes, constat, nec diu satagendum est de re manifesta. Vide aliquid aliud, vide quod operatur per carnem. Audis enim aure, sed non ab aure audis. Alius est intus qui audit per aurem. Vide per oculum, ipsum intuere. An domum agnouisti, habitatorem neglexisti? Nunquid nam videt oculus per seipsum? Nonne alius est qui videt per oculum? Non dico non videt oculus mortui, de quo constat corpore habitatorem abscessisse: sed oculus de re alia cogitantis, non videt faciem præsentis. Respice ergo interiorem hominem tuum. Ibi enim magis aliqua similitudo quærenda est quorundam trium separatim demonstratorum, inseparabiliter operantium. Quid habet mens tua? Fortè si quæram, multa inuenio. Sed aliquid proximum est, quod facilius intelligitur. Quid habet anima tua? Intus commemora, recole. Non enim quod dicturus sum id posco, vt credatur mihi: noli acceptare, si in te non inuenerit. Intuere ergo, sed primò quod exciderat, videamus: si homo non filij tantum imago est, aut patris tantum imago est, sed patris & filij: & vtique iam consequenter & spiritus sancti. Genesis loquitur: Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non ergo facit pater sine filio, nec filius sine patre. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Faciamus, non faciam, aut fac, aut faciat ille: sed,

al. credimus.

CAPVT V.

Ioan. 14.

Rom. 1.

CAP. VI.

Psal. 30.

al. similitudinis.

ille: sed, faciamus ad imaginem nō tuam, aut meam, sed ad nostram. Ergo interrogo, dissimilem rē dico. Nemo dicat, Ecce quod comparauit Deo. Iam locutus sum, & prælocutus, & cautos reddidi, & cautus fui. Longè ista distant, à summis ima, ab incommutabilibus mutabilia, à creantibus creata, à diuinis humana. Ecce primò hoc commendo, quia quod dicturus sum lōgè distat, nemo mihi calumnietur. Ne fortè ergo & ego aures quæram, & ille dētes paret, hoc me promisi exhibiturum, aliqua tria demōstrata separatim, operata inseparabiliter. Quàm sint ista similia vel dissimilia trinitati omnipotenti, non nunc ago, sed in ipsa creatura ima & mutabili inuenimus aliqua tria, quæ possint separabiliter demōstrari, & inseparabiliter operari. O carnalis cogitatio, & cōscientia pertinax atq; infidelis! Quid de illa maiestate ineffabili in ea re dubitas, quam in te inuenire potuisti? Ecce dico, ecce interrogo. Homo habes memoriam? Si non habes, quod dixi quomodo tenuisti? Sed fortè iam quod paulo antè dixi, oblitus es. Hoc ipsum quod dico, dixi: duas istas syllabas nō teneres, nisi per memoriā. Vnde enim scires duas esse, si sonante secūda oblitus esses primam? Quid ergo diutius immoror? Quare sic vrgeor? Quare sic cogor cōuincere? Manifestum est, habes memoriā. Quæro aliud, Habes intellectū? Habeo, inquis. Si enim nō haberes memoriā, non teneres quod dixi: Si nō haberes intellectū, non agnosceres quod tenuisti. Habes & hoc. Intellectū tuum ad id quod intus tenes, reuocas & vides, & vidēdo formaris, vt sciēs dicaris. Tertium quæro, Habes memoriam, qua teneas quod dicitur: habes intellectū, quo intelligas quod tenetur. De his duob' requiro abs te, volens tenuisti & intellexisti? Volens planē, inquis. Habes ergo volūtatem. Hęc sunt tria, quę me dicturū esse promiseram auribus & mentibus vestris. Tria hæc sunt in te, quæ potes numerare, & non potes separare. Hęc ergo tria, memoriā, intellectū, & volūtatem: hæc, inquam, tria animaduerte separatim pronunciari, inseparabiliter operari. Aderit Dominus, & video quòd adsit: Ex intellectu vestro intelligo eum adesse. Ex his enim vocibus vestris, quemadmodum intellexeritis, aduerto, pręsumo eum adiuturum vt omnia intelligatis. Tria promisi separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari. Ecce nesciebam quid esset in animo tuo, demonstrasti mihi dicendo memoria. Hoc verbum, sonus iste, vox ista processit ad aures meas ab animo tuo. Hoc enim quod est memoria, tacitè cogitabas, & non dicebas: Erat in te, & nondum venerat ad me. Vt autem quod erat in te proferretur ad me, dixisti ipsum nomen, id est, memoria audiui. Quatuor has syllabas in nomine memoriæ audiui. Quatuor syllabarū nomen est, vox est, sonuit, ad aurem meam processit, menti aliquid insinuauit. Quod sonuit trāsiit, vnde insinuatum & quod insinuatū est manet. Sed hoc quero quando dixisti hoc nomen memoriæ, vides certè, quia hoc nomen non pertinet nisi ad memoriam. Cætera enim duo habent nomina sua. Namque aliud vocatur intellectus, aliud voluntas, non memoria: Illud autem vnum vocatur memoria. Sed vt hoc diceres, vt quatuor istas syllabas operareris, vnde operatus es? Hoc nomen quod pertinet ad solam memoriam operata est in te & memoria, vt teneres quod dicebas, & intellectus vt scires quod tenebas, & voluntas vt proferres quod sciebas. Gratias Domino Deo nostro. Adiuuit nos, & in vobis & in nobis. Verè dico charitati vestræ, hoc discutiendum & insinuandum trepidissimè aggressus eram. Metuebam enim ne fortè lętificarem capacium ingenium, & facerem graue tardioribus tędium. Nunc autem video vos & attentione audiendi, & celeritate intelligendi, non solùm percepisse dictum; sed præuolasse dicturum, Gratias Domino.

Memoria, intellectus & volūtas, & separabiliter demonstrantur, & inseparabiliter operantur.

CAPVT VIII.

CAPVT VII.

CAP. IX.

VIDETE ergo, iam securus commendo quod intellexistis: non inculco incognitum, sed repetens commēdo perceptum. Ecce de tribus fecerunt nomen intellectus, sed nō pertinet nisi ad solum intellectū: de tribus illis vna res nominata est, vnius rei nomen dictum est. Memoria nomen est vnius ex illis tribus, & tamen nomen vnius ex illis tribus, tria ipsa operata sunt. Non potest dici sola memoria, nisi operante volūtate, intellectu & memoria. Non potest dici solus intellectus, nisi operante memoria, voluntate & intellectu. Nec potest dici sola voluntas, nisi operante memoria & intellectu & voluntate. Explicata sunt, vt arbitror, quæ promissa sunt, quod separatim pronunciaui, inseparabiliter cogitaui. Vnum horum omniū tria fecerunt: sed tamen hoc vnū quod tria fecerunt, nō ad tria pertinet, sed ad vnū. Tria fecerunt nomen memoriæ: sed hoc nō pertinet nisi ad solam memoriam. Tria fecerunt nomen intellectus: sed nō pertinet nisi ad solū intellectum. Tria fecerunt nomen volūtatis: sed non pertinet nisi ad solā voluntatem. Ita trinitas fecit carnem Christi: sed non pertinet nisi ad solum Christū. Trinitas fecit de cælo columbam: sed non pertinet nisi ad solum spiritū sanctum. Trinitas fecit de cælo vocē: sed non pertinet vox nisi ad solū patrem. Nemo ergo dicat mihi, nemo calūniosus me infirmum vrgere conetur. Quid ergo in his tribus quæ in mente nostra vel in anima esse ostēdisti, quid ex his tribus pertinet ad patrē, id est, quasi ad similitudinē patris, quid horum ad filij, quid horum ad spiritus sancti? Non possum dicere, non possum explicare. Aliquid & cogitantibus relinquamus, aliquid & filētio largiamur. Redi ad te, & ab omni strepitu tolle te. Intra te vide, si habes illic aliquod secretarium dulcę conscięntiæ tuæ, vbi nō perstrepas, vbi nō litiges, aut lites pares, vbi non dissensiones & peruicaciā mediteris. Esto mānsuetus ad audiēdum verbum, vt intelligas. Fortè dicturus es, Auditui meo dabis exultationem & lætitiam, & exultabūt ossa: nō exaltata, sed humiliata.

Psal. 50.

CAP. X.

SVFFICIT ergo quia ostendimus tria quædam separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari. Si hoc in te inuenisti, si hoc in homine, si hoc in quadam persona in terra ambulātę, corpus fragile, quod aggrauat animam, portante: crede patrem & filium & spiritum sanctum per singula quęque visibilia, per species quasdam assumptæ creaturæ posse & separabiliter demōstrari, & inseparabiliter operari. Sufficit hoc: Non dico, Pater memoria est, filius intellect' est, spiritus voluntas est: non dico quomodo liber intelligatur, nō audeo. Seruemus maiora capientibus, infirmis infirmi quod possumus. Non dico ista illi trinitati velut ęquanda, quasi ad analogiam, id est, ad rationem quandam comparationis dirigenda: Nō hoc dico. Sed quid dico? Ecce in te inueni tria separabiliter demonstrata, inseparabiliter operata, & eorum trium vnumquodq; nomen à tribus factum: quod tamen non ad tria, sed ad trium horum vnum aliquid pertineret. Crede iam ibi quod non potes videre, si hic audisti & vidisti & tenuisti. In te enim quod est, potes nosse: in eo qui te fecit quod est, quicquid est, quando potes nosse? Et si poteris, nondum potes: & tamen cùm poteris, nunquid sic poteris tu nosse Deum, quomodo se nouit Deus? Sufficiat ergo charitati vestræ: quod potuimus, diximus; exigentibus promissa reddidimus: cætera quæ addenda sunt, vt proficiant sensus vestri, à Domino quærite.

Ioan. 5. *De eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Ioannẽ, Amen, amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.*

SERMO D. AVGVSTINI LXIIII.

APVD Possidium melior est titulus, De eo quod scriptum est, Quod oculus non vidit, &c. Similiter apud Bedam, 1. Cor. 2.

Cap. 1. Beda, 1. Cor. 8.

SPES nostra, fratres, non de isto tẽpore, neque de hoc mundo est neq; in ea felicitate qua excæcantur & homines qui obliuiscuntur Deũ. Hoc nosse primitùs & Christiano corde tenere debemus, nõ ad præsentis tẽporis bona nos factos esse Christianos, sed ad nescio quid aliud quod Deus iam promittit, & homo nõdũ capit. De hoc enim bono dictũ est, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit: quę prępararit Deus diligentibus se. Ergo quia hoc bonũ tam magnum, tam pręclarum, tam ineffabile, nõ inuenit hominẽ perceptorẽ, tenebit Deum promissorẽ. Nunc enim quod ei promissum est, homo cæcus corde nõ percipit: nec ei potest ostendi in pręsenti, quid ipse cui promittitur sit futurus: quia & infans natus si posset verba loquentis intelligere, cùm ipse loqui non posset, nec ambulare, nec aliquid agere, sed sicut eũ videmus infirmũ, iacentem, indigum opis alienæ, tantũmodo intelligere posset eum qui sibi loqueretur, & diceret ei: Ecce ficut me vides ambulãtem, operantem, loquẽtem, post paucos annos talis eris: attendens se & illum, quamuis quod promitteretur, videret, tamẽ suam cõsiderans infirmitatem, non crederet, & si videret tamen quod promittebatur. Nobis autẽ tanquam infantibus in hac carne atque infirmitate iacẽtibus, & magnũ est quod promittitur & non videtur: & erigitur fides qua credimus quod non videmus, vt mereamur videre quod credimus. Quicunq; irridet hanc fidem, vt ideo putet non sibi esse credendum, quia non videt: quando venerit, quod nõ credebat, erubescit, confusus separatur, separatus damnatur. Qui autẽ crediderit, segregatur ad dexteram, & stabit cum magna fiducia & lætitia inter illos quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Conclusit autem Dominus, cùm hæc verba diceret, sic: Ibunt isti in ambustionem æternam, iusti autem in vitam æternã. Hæc est vita æterna, quæ nobis promittitur. Quia amant homines viuere in hac terra, promissa est illis vita: & quia multum timẽt mori, promissa est illis æterna. Quid amas? viuere. Hoc habebis. Quid times? mori. Non patieris. Hoc sufficere vism est humanę infirmitati: vt diceretur, habebis vitã æternam. Capit hoc mens humana, vtcunque ex hoc quod agit quod futurum est capit. Sed quantum capit ex hoc paruo quod agit? Quia viuit, & mori non vult: amat vitam æternam, vult semper viuere, nunquã mori. Sed & illi qui torquebuntur in pœnis, velle habent mori, & non possunt. Nõ ergo magnum est diu viuere, aut semper viuere: sed magnum est, beatè viuere.

Apta similitudo.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

Matth. 25.

Vita æterna nobis promittitur.

CAPVT II.

AMEMVS vitam æternã: & ex eo nouerimus quãtum pro vita æterna laborare debemus, cùm videmus homines amatores præsentis vitæ temporalis atque finiendæ sic pro illa laborare, vt quando venerit metus mortis, quicquid possunt faciant, non vt auferãt, sed vt differant mortem. Quantum laborat homo, quando mors imminet, fugiẽdo, latendo, quicquid habet dando, & se redimendo, laborãdo, cruciatus molestiásque sustinendo, medicos adhibendo, & quicquid aliud homo potest? Videte quàm cõsumptis laboribus & facultatibus suis, vt aliquantũ viuat, potest facere: vt semper viuat, nõ potest. Si ergo labore tãto, tãto conatu, tantis impẽdiis, tãta instãtia, tanta vigilantia, tanta cura agitur, vt aliquãtulum plus viuatur: quomodo agendũ est, vt semper viuatur? Et si prudẽtes dicuntur qui omnib⁹ modis agũt vt differant mortem, & viuant paucos dies ne perdant paucos dies: quàm stulti sunt qui sic viuũt, vt perdant [diem] æternum? Hoc solum ergo nobis promitti potest, vt dulcescat nobis vtcũque munus Dei, ex hoc quod habemus modò: quia de munere ipsius habemus vt viuam⁹, vt salui simus. Ponamus ergo nobis ante oculos talẽ vitam, cùm promittitur æterna, vt remoueamus ab illa quicquid hic molestũ patimur. Facilius enim inuenimus quid ibi non sit, quàm quid ibi sit. Ecce hic viuimus, viuemus & ibi. Salui sumus quãdo non ęgrotamus, neq; aliquid dolet in corpore: salui erimus & ibi. Et quãdo nobis [est] bene in hac vita, nullas pœnas patimur: nullas patiemur & ibi. Pone ergo hic hominẽ viuentem saluũ, nullas pœnas patiẽtem. Si ei donaret quisquam vt semper sic esset, & hoc bonum nõ desineret: quantum gauderet? quantum extolleretur? quomodo se nõ caperet lætitia sine pœna, sine cruciatu, sine fine vitæ? Si hoc solum nobis promitteret Deus, quod dixi, quod modò, quibus potui, verbis descripsi & commendaui: quanti erat emendum, si venale esset, quantum dandum erat, vt emeretur?

CAPVT III.

SVFFICERET quicquid haberes, etiã si totũ mundum possideres. Et tamẽ venale est: eme si vis. Nec multũ exæstues de re magna propter pretij magnitudinẽ. Tantũ valet, quantũ habes. Ad aliquid ergo magnũ & pretiosum comparãdũ parares aurum vel argentũ, vel pecuniam, vel fructus aliquos pecorũ aut frugũ, qui in tua possessione nascerentur, vt emeres nescio quid hoc magnum & præclarũ quo viueres in hac terra felix. Et hoc eme, si vis. Noli quęrere quid habeas, sed qualis sis. Res ista te valet. Tantũ valet, quantũ es tu. Te da, & habebis illã. Quid exæstuas? quid turbaris? Nunquid quęsiturus es te, aut emptorus es te? Ecce tu qui es, qualis es, da te illi rei, & habebis illã. Sed malus sum, inquies: & fortè me nõ accipit. Dãdo te illi, bonus eris. Vt huic fidei promissionią te des, hoc est bonũ esse. Cùm autẽ bonus fueris, pretiũ ipsius rei eris, & habebis, non quod dixi solũ, salutem, incolumitatẽ, vitam, & sine fine vitã, nõ hoc solũ habebis, adhuc alia tollo. Non ibi erit lassari & dormire: nõ ibi erit esurire & sitire: nõ ibi erit crescere & senescere, quia nec nasci erit, vbi numeri integri manẽt. Numerus qui est, ipse est, nec opus est vt augeatur, quia nõ ibi fit vt minuatur. Ecce quãta tuli, & nondũ dixi quid ibi erit. Ecce iam vita est, iam incolumitas est, iã nulla pœna, nulla fames, nulla sitis, nullus defectus: nihil horũ, & tamen nondũ dixi, quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit. Si enim dixi, falsum est quod scriptũ est: Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit. Vnde enim ascenderet in cor meum, vt dicerem, quod in cor hominis non ascendit? Creditur, & non videtur: non solùm non videtur, sed nec dicitur. Quomodo ergo creditur, si non dicitur? Quis credit quod nõ audit? Si autẽ audit aut credit, dicitur: si dicitur, cogitatur: si cogitatur, & dicitur, & in auribus hominum intrat. Et quia nõ diceretur, nisi cogitaretur, & in cor hominis ascẽdit. Itẽ ecce ista quęstio tãtę rei conturbat nos, vt nõ posimus verbis explicare quęstionẽ. Quis explicat rẽ?

1. Cor. 2.

CAPVT IIII. Ioan. 5.

ATTENDAMVS itaq; Euangelium, modò dñs loquebatur, & faciamus quod ipse dixit: *Qui credit in me, inquit, transitũ facit à morte in vitã, & in iudiciũ non venit. Amẽ dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso.*] Generando dedit: quia genuit, dedit.

Filius

Filius enim de patre est, pater non est de filio: sed pater filij pater est, & filius patris est filius. Verũtamen filius de patre genitus, nõ pater de filio, & semper filius: semper ergo genitus. Quis hoc capiat, semper genitũ? Omnis enim homo cùm audit genitum, occurrit illi: Ergo erat tempus, quando nõ erat iste qui genitus est. Quid ergo dicimus? Non sic erat tempus ante filium, quia omnia per ipsum facta sunt. Si omnia per ipsum facta sunt, & tempora per ipsum facta sunt: quomodo possent esse tempora ante filium, per quem facta sunt tempora? Tolle ergo omnia tempora, semper cum patre filius. Si semper cum patre filius, & tamen filius semper genitus. Si semper genitus, semper cum genitore erat qui genitus est. Nũquam hoc vidi, inquies tu, aliquem generantem, & semper cum illo quem generauit: sed pręcessit ille qui generauit, & secutus est tẽpore ille qui generatus est. Bene dicis, nunquam hoc vidi: quia hoc ad illud pertinet quod oculus non vidit. Quartis quomodo dicatur? Non potest dici: quia nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, Credatur & colatur. Cùm creditur, colitur; cum colitur, creditur; cùm creditur, capitur. Adhuc enim in ista carne quamdiu peregrinamur à Domino, ad angelos sanctos, qui hoc vident, infantes sumus, lactandi fide, pascẽdi specie. Sic enim dicit Apostolus: Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Dño. Per fidẽ enim ambulamus, non per speciẽ. Venturi sumus ad speciem, quæ nobis sic promittitur per Ioannem in epistola eius: Dilectissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Filij Dei sumus per gratiam, per fidem, per sacramentum, per sanguinẽ Christi, per redemptionem Saluatoris: filij Dei sumus, & nõdũ apparuit quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, ei similes erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

Ioan. 1.

2. Cor. 5.

1. Ioan. 3.

CAP. V.

ECCE ad quid nuttrimur capiẽdum, ecce ad quid nuttrimur percipiendũ, comedendum: vt tamẽ q̃ comeditur non minuatur, & qui comedit vegetetur. Nam modò cibus vegetat comedendo, sed minuitur cibùs qui comeditur. Quando autẽ cœperimus comedere iustitiam, comedere sapientiam, comedere illum immortalem cibum, & nos vegetamur, & cibus ille nõ minuitur. Si enim nouit oculus pasci luce, nec tamen minuit lucem: non enim minor erit lux, quia videtur à pluribus, pluriũ oculos pascit, & tamẽ tanta est quanta erat, & illi pascũtur, & illa nõ minuitur. Si Deus dedit hoc luci, quã fecit ad oculos carnis, quid est ipse lux ad oculos cordis? Si ergo laudaretur tibi aliquis cib⁹ magnus quẽ pransurus esses, parares ventrem: Laudatur tibi Deus, para mentẽ. Ecce quid tibi dicit Dñs tuus: Veniet hora, inquit, & nũc est. Veniet hora, & ipsa hora nunc est. Quando? quid? Quando mortui audient vocem filij Dei; & qui audierint, viuent. Qui ergo non audierint, non viuent. Quid est, Qui audierint? Qui obedierint. Quid est, Qui audierint? Qui crediderint & obtemperauerint, ipsi viuẽt. Ergo autequam crederent & obedirent, mortui iacebant & ambulabant, & mortui erant. Quid valebant, quia ambulabant mortui? Et tamen si quis inter illos moreretur corpore, curerent, sepulchrum pararent, inuoluerent, portarent, sepelirẽt mortui mortuum: de quibus dictum est, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Tales mortui sic suscitãtur verbo Dei, vt viuãt in fide. Qui mortui erant in infidelitate verbo excitantur: de ipsa hora dixit Dñs, Veniet hora, & nũc est. Verbo enim suo suscitabat mortuos infideles: de quibus dicit Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Hæc resurrectio mẽtiũ est, hęc resurrectio interioris hominis est, hęc resurrectio animę est. SED nõ ista sola est, restat & corporis. Qui resurgit in anima, bono suo resurgit in corpore. Nõ enim omnes resurgũt in anima: omnes resurrecturi sunt in corpore. In anima, inquam, nõ omnes resurgunt: sed qui credunt & obediũt: quia qui audierint, viuent. Sicut autem ait Apostolus, Non omnium est fides. Si ergo non omnium est fides, non omnes resurgũt in anima. Cùm venerit hora resurrectionis in corpore, omnes resurgent. Boni sint, mali sint: omnes resurgẽt. Sed qui prius resurgit in anima, malo suo resurgit in corpore. Qui non resurgit in anima, malo suo resurgit in corpore. Qui resurgit in anima, resurgit in corpore ad vitã. Qui nõ resurgit in anima, resurgit in corpore ad pœnam. Quia ergo Dñs commendauit nobis resurrectionem istam animarum, ad quam omnes debemus festinare, in qua laborare vt viuamus, & viuendo vsque ad finẽ perseueremus: restabat vt cõmendaret nobis etiam resurrectionem corporũ, quæ futura est in fine seculi. Sed audite quomodo & ipsam commendauit. Cùm dixisset, Amen dico vobis, quia veniet hora, & nunc est, quãdo mortui, id est, infideles audient vocem filij Dei, id est, Euangelium; & qui audierint, id est, qui obedierint, viuent, id est, iustificabũtur, & infideles iam non erunt: cùm ergo hoc dixisset, quoniã vidit docẽdos nos esse & de resurrectione carnis, non sic relinquendos, secutus est & ait: Sicut enim habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Hoc ad suscitandas mẽtes, hoc ad viuificandas mentes. Deinde adiecit, *Et potestatem dedit ei & iudicium facere, quoniam filius hominis est.* Iste filius Dei, filius hominis est. Etenim si filius Dei, filius Dei maneret, & filius hominis nõ fieret: filios hominũ non liberaret. Ipse qui fecerat hominem, factus est quod fecit: ne periret quod fecit. Sic autem factus est homo, vt maneret filius Dei. Factus est enim homo suscipiendo quod nõ erat, non perdendo quod erat. Manens Deus, factus est homo. Accepit te, non consumptus est in te. Talis ergo ad nos venit, filius Dei filius hominis, faciẽs & factus, creator & creatus, creator matris, creatus ex matre. Talis ad nos venit. Secũdum id quod filius Dei est, ait: Veniet hora, & nunc est, quando mortui audiẽt vocem filij Dei. Non dixit, filij hominis: veritatem enim commendabat, in qua æqualis est patri. Et qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Non participando, sed in semetipso. Nos enim non habemus vitam in nobisipsis, sed in Deo nostro. Ille autem pater vitam in semetipso habet, & talem genuit filium qui haberet vitam in semetipso: Non fieret vitæ particeps, sed ipse vita esset, cuius nos vitæ participes essemus: planè vt haberet vitam in semetipso, & esset ipse vita. Vt autem fieret filius hominis, à nobis accepit. Filius Dei in semetipso, filius hominis vt esset, à nobis accepit. De suo filius Dei, de nostro filius hominis. Quod minus est, à nobis suscepit: quod plⁿ est, nobis dedit. Nã & mortuus est ex illo quod filius hominis est, nõ secundum illud quod filius Dei. Mortuus est tamẽ filius Dei: sed secundũ carnem mortuus, nõ secũdũ verbum quod caro factũ est, & habitauit in nobis. Ergo q̃ est mortuus, de nostro mortuus est, quod viuimus, de ipsius viuimus. Nec ille potuit mori de suo, nec nos viuere de nostro. Hoc ergo tanquã Deus, tanquam vnigenitus, tãquã generanti æqualis, commẽdauit nobis dñs Iesus, quod si audierimus viuemus. SED & potestatẽ, inquit, dedit ei & iudiciũ facere, quoniã filiⁿ hominis est. Ergo ad iudiciũ illa forma vẽtura est. Forma hominis ventura est ad iudiciũ: ideo ait, Potestatẽ dedit ei & iudiciũ facere, quoniam filius hominis est. Iudex hic erit filius hominis, forma illa hic iudicabit quę iudicata est. Audite & intelligite: iã hoc Propheta

2. Thess. 3.

Matth. 8.

Ephes. 5. Resurrectio & mẽtiuui, & interioris hominis, & animæ.

CAP. VI.

CAPVT VII. Ioan. 5.

Ioan. 1.

dixe-

Zach.12. Ioan.19. dixerat, Videbũt in quem pupugerunt. Ipsam formam videbunt quam lancea percusserunt. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice. Dãnabit veros reos qui factus est falsus reus. Ipse veniet, forma illa veniet. Hoc & in Euangelio habes: Cùm ante oculos discipulorũ suorum iret in cælum, stabant illi & attendebant, & sonuit vox Act.1. angelica, Viri Galilæi, quid statis? &c. Hic Iesus sic veniet, quomodo vidistis eum euntem in cælum. Quid est, Sic veniet? In ipsa forma veniet. Potestatem enim dedit ei & iudicium facere, quoniam filius hominis est. Videte autem qua ratione hoc oportebat, & hoc rectum erat, vt iudicandi viderent iudicem. Iudicãdi autem erant & boni & mali. Matth.5. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Restabat vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostenderetur: forma Dei solis bonis seruaretur. Quid enim accepturi sunt boni? Ecce iam dico quod paulo antè non dixi, & tamen dicendo non dico. Dixi enim, quia erimus illic salui, erimus incolumes, erimus viuentes, erimus sine pœnis, erimus sine fame & siti, erimus sine defectu, erimus sine orbitate oculorum nostrorũ. Totum hoc dixi: & quid habebimus plus, nondum dixi.

Deũ videre, summa felicitas. CAPVT VIII. VIDEBIMVS Deũ. Hoc autẽ tantũ erit, & tãta res erit, vt in eius cõparatione nihil sit totũ. Dixi quòd viuentes erimus, quòd salui & incolumes, quòd famem sitimque non patiemur, quòd in lassitudinem nõ cademus, quòd somnus non nos premet. Totum hoc quid 1.Cor.2. est ad illam felicitatẽ qua Deum videbimus? Quia ergo Deus ipse vt est, modò ostendi non potest, quem tamẽ videbimus, ideo quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, hoc videbunt boni, hoc videbũt pij, hoc videbũt misericordes, hoc videbũt fideles, hoc videbũt qui habebunt bonam sortem in resurrectione corporis: quia habuerunt bonã obedientiam in resurrectione cordis. Ergo & malus Deum visurus est: de quo dicit Esaias, Esa.26. secũdum 70. Tollatur impius ne videat claritatem Dei. Ergo & pij & impij videbunt formã illam: & cùm fuerit dicta sententia, tollatur impius ne videat claritatem Dei: restat vt circa pios & bonos impleatur quod Dominus ipse promisit, cũ hîc in carne esset, & videretur non solùm à bonis, sed etiã à malis. Loquebatur inter bonos & malos, & conspicuus omnibus, Deus occultus, homo manifestus: Deus regens homines, homo apparens inter Ioan.14. homines: loquebatur ergo inter illos, & dicebat: Qui diligit me, mãdata mea custodit: & qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Et quasi diceretur illi, & quid ei dabis? Et ostendam, inquit, meipsum illi. Quando hoc dixit? Quando ab hominibus videbatur. Quando hoc dixit? Quando & ab eis videbatur, à quibus non diligebatur. Quomodo ergo se ostensurus erat dilectoribus suis, nisi quia talẽ, qualem nõ videbãt dilectores sui? Ergo quia forma Dei seruabatur, forma hominis ostendebatur: Per formam hominis hominibus loquens, conspicuus & visibilis & bonis & malis omnibus ostẽdebat se, dilectoribus suis seruabat se.

CAP.IX. QVANDO se demonstraturus est dilectoribus suis: Post resurrectionẽ corporis, quãdo tolletur impius, ne 1.Ioan.3. videat claritatẽ Dei. Tũc enim cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ipsa est vita æterna. Nam totũ quicquid dicebamus, nihil est Ioan.17. ad illã vitam qua viuemus quidẽ qui salui sumus. Quid est, quia videbimus eum? Magnũ. Ipsa est vita æterna: ipse hoc dicit, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te vnum verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum. A Hæc est vita æterna, vt cognoscant, videãt, capiãt, norint quod crediderant, percipiant quod nõdum capere poterant. Iam videat mens, quod oculus nõ viderat, nec auris audierat, nec in cor hominis ascendérat: hoc illis dicetur in fine, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mũdi. Matth.25. Ibũt ergo illi mali in ambustionem æternam. Iusti autem quò? In vitam æternam. Quid est vita æterna? Hęc est vita æterna, vt cognoscãt te solum verum Deum, & quẽ misisti Iesum Christũ. CAP.X. LOQVENS ergo de futura resurrectione corporis, & non nos dimittens, ait: *Potestatem dedit ei & iudicium facere, quoniam filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia veniet hora.* Ibi non addidit, Et nunc est: quia ista hora postea erit, quia ista hora in fine seculi erit, quia ista hora nouissima erit, in nouissima tuba erit. Nolite mirari quia hoc dixi, Dedit ei potestatem & iudicium facere, quoniam filius hominis est. B Nolite mirari. Ideo dixit, quia hominẽ ab hominibus oportet iudicari. Quibus hominibus iudicandis? Quos inuenit viuos. Non solũ. Sed quid? Veniet hora in qua hi qui sunt in monumentis. Quomodo expressit carne mortuos: qui sunt in monumentis, quorum iacent sepulta cadauera, quorum fauillę sunt tectę, quorum ossa dispersa sunt, quorum caro iam non est, & tamẽ Deo integra est. *Veniet hora quando omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius, & prodient omnes.* Boni sint, mali sint, audient vocem, & exient. Rumpentur omnia vincula inferorum: omne quod periit, imò perisse putatur restituetur. Si enim Deus fecit hominem qui nõ erat, non reparare potest quod erat? CAP.XI. PVTO quia cùm dicitur, Deus mortuos suscitaturus est, non res incredibilis dicitur: quia de Deo, nõ homine dicitur. Magna res est quæ fiet, & incredibilis res est quę fiet. Sed nõ incre- C dibilis, quia vide qui id facit. Ille dicitur q̃ suscitabit te, qui creauit te. Nõ eras & es, & factus nõ eris? Absit, ne credas. Mirabilius aliquid fecit Deus, quando fecit quod nõ erat, &, tamen fecit quod nõ erat: & nõ creditur reparaturus quod erat, ab eis ipsis quos fecit quòd non erant? Hoc est quod rependimus Deo, qui nõ eramus, & facti sumus? Hoc illi rependimus, vt eũ resuscitare quod fecit non posse credamus? Hæc est merces quã illi reddit creatura sua? Ideo te feci, dicit tibi Deus, ô homo, antequã esses, vt non mihi credas futurum te esse quod eras, qui potuisti esse quod nõ eras? Sed ecce, inquit, in sepulchro quod video fauilla est, cinis est, ossa sunt: & hoc item accipiet vitam, cutẽ, pulpas, carnẽ, & resurget? Quid fauilla ista, ossa ista, quæ video in sepulchro? Vel in sepulchro vides fauillã, vides ossa: in vtero matris tuę nihil erat. Hoc vides, vel fauilla sunt, vel ossa sunt. Tu antequã esses, nec fauilla erat, nec ossa e- D rant: & tamẽ factus es, cùm omnino nõ esses: & nõ credis, quia ossa ista quoquo modo sunt, qualiacũq; sunt, sunt tamen, recipient formam quam habebãt, cùm tu acceperis quod non habebas? Crede: quia si credideris hoc, tunc suscitabitur anima tua. Et si suscitabitur anima tua, tunc venit hora, & nunc est. Tũc bono tuo resurget caro tua, quãdo veniet hora, vt omnes qui sunt in monumentis, audiant vocem eius, & procedãt. Non enim quia audis & prodis, iã gaudere debes: audi quod sequitur, *Qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ: qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Conuersi ad Dominum, &c.

LIBER SERMONVM DE VERBIS DOMINI, FINIS.

DIVI

DIVI AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI, SERMONES
DE VERBIS APOSTOLI.

SVNT *sermones de verbis Pauli Apostoli. Intermiscentur tamen nonnulli de verbis aliorum Apostolorum, qui canonicas scripserunt epistolas: & Lucæ in Actibus Apostolorum. Quod post tempora Bedæ, qui alium ordinem habet, factum esse dubitandum non est.*

De indiuidua Trinitate & inseparabili vnitate, Arrianorúmque confutatione ac fidelium populorum de fide catholica confirmatione.

SERMO I.

HIC sermo in manuscriptis exemplaribus, & apud Verbinatem, est extremus de verbis Domini. Sed nos reliquimus ordinem in excusis hactenus receptum.

CAP. I. SANCTA & diuina eloquia, fratres, iugiter, imò quotidie nobis salubriter recitantur, vt animæ nostræ pascantur: in futuro autem seculo ęternis epulis saginentur, dicente Prophęta, Satiabor dũ manifestabitur Psal.16. gloria tua. Qualis sit autẽ hæc gloria futura, & quibus diuitiis floreat, quantóque splendore præfulgeat, laudare possumus, explicare non pos- B sumus. Quare? Quia legimus. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Si igitur tãta & talia sunt bona æterna cælestia, quæ Dns omnipotens præparauit Esaiæ 64. 1.Cor.2. sanctis suis catholicis & fidelibus populis: quid est ipse Deus, qui talia & tanta preparauit? Quid est, inquam, omnipotens Deus? Quid, nisi inæstimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, vltra omnia, extra omnia, præter omnia? Omnẽ enim creaturam suam excedit, omnem facturam præterit, vniuersa præcellit. Si enim quæras magnitudinem, maior est; si pulchritudinẽ, pulchrior; si dulcedinem, dulcior; si splẽdorẽ, fulgidior; si iustitiã, iustior; si fortitudinem, fortior; si pietatem, clementior. Nulla enim ratio patitur, vt vel factura factori suo æquetur, vel opus artifici comparetur, sicut legitur in Propheta, Qui fecit fortia, fortior est; & qui fecit pulchra, pulchrior illis est. Sap.13. CAP.II. SIC autem huius vnicę deitatis pręcelsa insignia prædicamus, vt tamen non sicut Iudæi, sed sicut Christiani, trinitatis diuinæ mysteria pariter fateamur. Sicut enim omnipotens & ineffabilis pater est, ita omnipotens & incomprehensibilis filius: ita etiam spiritus sanctus in patre & filio indiseretè cõnexus, ineffabilis atq; immẽsus est. Pater enim & filius & spiritus sanctus, vnus omnipotens Deus, vnus in trinitate, vnus in potestate, vnita trinitas, sempiterna maiestas, vnum potens per omnia, & trinitas in vnitate, & D vnitas in trinitate consistit: sed nec trinitas diuiditur, nec vnitas separatur. Hac igitur catholica fide armati atque instructi, charissimi, nefandos Arrianos hæreticos qui se hoc tempore impiè iactitãt, & multos Christianos nostros seducẽdo corrũpunt atq; decipiũt, breuiter percontemur, quomodo orant Dominũ, qui sentiunt cõtra Dominum? Respondent nobis dicẽtes: Oramus Dominum vtique in trinitate, sed vt legimus patrem maiorem, filium minorem, spiritum sanctũ inferiorem, quia ipse Christus dicit, Pater maior est me. Ioan.14. CAP.I.I. HIS respondemus, Sic, inquã, oratis & colitis deũ? Sic planè, sic legimus, sic colimus, sic oramus. Ad hos dicimus, Si ergo ita Deum colitis & oratis, hoc non est deũ magnũ vnum colere & rogare, sed tres deos facere: & vbi est quod in lege diuina legitur, Audi Israël, Deut.6. Dominus Deus tuus, Deus vnus est? Et iterum alibi ait, Dũm Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Si enim aliud est pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: iã non est vna trinitas, sed diuisa potestas. Quomodo autem discrepans potestas stare potest, cùm iuxta Euãgelium legimus, Domus in semetipsa diuisa vel regnum, stare Matth.12. non potest? Quomodo autem diuinitas à semetipsa discernitur, cùm lucis splendor aut solis calor nullatenus separetur? Ecce enim sicut videmus, in sole tria sunt, & In sole tria inseparabilia. separari omnino non possunt. Quæ autem tria sunt videamus, Cursus, splendor, & calor. Videmus enim solem in cęlo currentẽ, fulgentem, calentem. Diuide ergo, si potes, Arriane, solem, & tum demum diuide trinitatem. Sed fortassis de sole discernendo difficilis est ratio, quia in cælo est, & à nobis longè positus est. Ecce aliud proponimus elementũ quod minus est, & in terra nobiscũ est, Ignẽ dico qui in manibus nostris habe- B tur, & tamen non diuiditur. Et ignis enim tria habet, & In igne quoque tria inseparabilia. diuidi non potest: hoc est, motum, lucem & feruorem. Si igitur nefande hæretice diuidere nõ potes creatum solem & ignem, quomodo potes diuidere Deum omnium creatorem? CAPVT IIII. AVDI autem & disce hanc magnam & vnicam trinitatem ab exordio generis humani fuisse ostensam. Audi in Lege & Prophetis, in Psalmis, & in Euãgelio: Audi in Apostolo proculdubiò declaratam. Audi, inquam, in Genesi: Fecit Deus homi- Gen.1. nem ad imaginem Dei. Vt simul ostẽderet inseparabilem trinitatem, ait in eo libro, Et spiritus Dei ferebatur super aquas. Audi Prophetam dicentem ex persona Esa.61. Christi, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit C me, euangelizare pauperibus misit me. Audi in Psalmis: Verbo Domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius Psal.32. omnis virtus eorum. Et iterum: Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Audi hoc idem in Euangelio cõfirmatum. Dominus Christus apostolis dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & Matth.28. in terra: Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Audi apostolum: O altitu- Rom.11. do diuitiarum sapientię & scientię Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? At quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quo- D niam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Si igitur tam veteribus quàm nouis Scripturis satis apertéque probatum est diuinam vnitatem, trinitatem inseparabilem, spretis penitùs hæreticis secũdum Apostolum, Hęreticum Tit.3. post vnam correptionẽ deuita: iam fideles nostros populos de ipsa fide catholica confirmemus. Nullę quip- Fidei catholicæ encomiũ pe sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mũdi huius maior substãtia quàm est fides catholica quæ peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines, viduas & cõiugales casto pudore cõseruat, clericos ordinat, sacerdotes cõsecrat, regnis cælestibus preparat, in ęterna hæreditate cũ angelis sanctis cõmunicat. Sicut ipse Dominus promittẽdo cõfirmat.

Iu re-

Matth. 22. In resurrectione neque nubũt, neq; vxores ducunt: sed erũt æquales angelis Dei, per Christum Dominum nostrum, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Philip. 2. *De corpore & sanguine Domini Iesu Christi: & de verbis Apostoli, Cum timore & tremore vestram salutem operamini, &c. Contra Pelagianos.*

SERMO D. AVGVSTINI II.

SERMONEM hunc de corpore & sanguine Domini citant Beda. 1. Cor. 10. ad Phil. 2. Algerus contra Berẽgarium, Gratianus in Decreto, & alii.

CAP. I. AVDIVIMVS veracem magistrum, diuinũ redemptorẽ, humanum saluatorem, cõmendantem nobis pretium nostrum, sanguinem suũ: Locutus est enim nobis de corpore & sanguine suo: corpus dixit escam, sanguinẽ potum. Sacramentũ fidelium, agnoscunt fideles. Audientes autẽ quid aliud quàm audiũt? Cùm ergo cõmendans talẽ escam & talem potũ diceret, Nisi mãducaueritis carnẽ meã, & biberitis sanguinem meũ, non habebitis vitam in vobis (& hoc diceret de vita, quis alius quàm ipsa vita? erit autẽ illi homini mors, nõ vita, qui mendacẽ putauerit vitam) scandalizati sunt discipuli eius, nõ quidem omnes, sed plurimi, dicẽtes apud seipsos, Durus est hic sermo, quis eũ potest audire? Cùm autem hoc Dominus apud semetipsum cognouisset, & murmur ac cogitationes audisset, cogitantibus nec voce tonantibus respõdit, vt se auditos esse cognoscerẽt, & talia cogitare desineret. Quid ergo respõdit? Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filiũ hominis ascẽdentem, vbi erat prius. Quid sibi vult, Hoc vos scandalizat? Putatis quia de hoc corpore meo quod videtis partes facturus sum, & membra mea cõcisurus, & vobis daturus? Quid si ergo videritis filiũ hominis ascẽdentem, vbi erat prius? Certè qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo & de corpore ac sanguine suo dedit nobis salubrem refectionẽ, & tã magnã breuiter soluit de sua integritate quæstionẽ. Manducẽt ergo qui manducant, & bibant qui bibunt, esuriant & sitiant: vitam manducẽt, vitam bibant. Illud manducare, refici est: sed sic reficeris, vt nõ deficiat, vnde reficeris. Illud bibere quid est, nisi viuere? Manduca vitam, bibe vitam: habebis vitam, & integra est vita. Tunc autẽ hoc erit, id est, vita vnicuique erit corpus & sanguis Christi: si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritaliter manducetur, spiritaliter bibatur. Audiuimus enim ipsum Dominum dicentem, Spiritus est qui viuificat, caro autem nõ prodest quicquã. Verba quę locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt, inquit, quidã, qui non credunt. Ipsi dicebãt: Durus est hic sermo, quis potest eũ audire? Durus est, sed duris: hoc est, incredibilis, sed incredulis.

Beda, 1. cor. 10. — Ioan. 6. — Ibidem. — Ibidem.

CAP. II. SED vt doceret nos etiã ipsum credere doni esse, nõ meritis: Sicut, inquit, dixi vobis, nemo venit ad me, nisi cui datum fuerit à patre meo. Vbi autẽ hoc Dñs dixerit, si superiora Euangelij recolamus, inueniemus eum dixisse, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eũ. Nõ dixit. Duxerit, sed, Traxerit. Ista violentia cordi fit, non carni. Quid ergo miraris? Crede, & venis; ama, & traheris. Ne arbitreris istã asperam molestãmque violẽtiã: dulcis est, suauis est: ipsa suauitas te trahit. Nónne ouis trahitur, cùm esurięti herba mõstratur? Et puto quia nõ corpore impellitur, sed desiderio colligatur. Sic & tu veni ad Christum, noli lõga itinera meditari. Vbi credis, ibi venis. Ad illũ enim qui vbique est amando venitur, nõ nauigãdo. Sed quoniam etiam in tali itinere abundant fluctus & tẽpestates diuersarum tentationum: in crucifixum crede, vt fides tua lignum possit ascendere. Nõ metgeris, sed ligno portaberis. Sic sic in huius seculi fluctibus nauigabat ille qui dicebat, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Mirum est autem, quòd prædicato Christo crucifixo, audiunt duo; vnus contemnit, alter ascẽdit. Qui cõtemnit, imputet sibi, qui ascendit, non arroget sibi. Audiuit enim à veraci magistro, Nemo venit ad me, nisi datũ fuerit ei à patre meo. Gaudeat, quia datum est: gratias agat danti corde humili, non arrogãti: ne quod humilis meruit, superbus amittat. NAM etiã qui iam in ipsa via iusta ambulant, si sibi eam tribuerint & viribus suis, pereunt de illa. Ideo humilitatẽ nos docens sancta Scriptura per Apostolum dicit, Cũ timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et ne sibi aliquid inde darẽt quia dixit, Operamini: cõtinuò subiunxit, Deus enim est qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona volũtate. Deus est qui operatur in vobis: ideo cum timore & tremore vallem facite, imbrem suscipite. Depressa implẽtur, alta siccantur. Gratia pluuia est. Quid ergo miraris, si Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam? Ideo cũ timore & tremore, id est, cum humilitate. Noli altum sapere, sed time. Time, vt implearis: noli altũ sapere, ne sicceris. Sed iam, inquis, ambulo viam istam: opus erat vt discerem, opus erat vt per doctrinam legis scirem quid agerem. Habeo liberum voluntatis arbitrium: quis me ab ista via separabit? SI legas diligenter, inuenies quẽdam de sua quadam abundantia, quam tamẽ acceperat, extollere se cœpisse: Dominum autem misericordem vt doceret humilitatem, quod dederat abstulisse; illũ verò [subitò] inopem remansisse, & misericordiam Dei recordatione confessum dixisse, Ego dixi in abundantia mea, Nõ mouebor in ęternum. Ego dixi in abũdantia mea. Sed ego dixi, homo dixi. Omnis homo mendax. Ego dixi. Ego ergo dixi in abundantia mea. Tanta erat abundantia, vt hoc dicere auderem, Nõ mouebor in æternum. Quid deinde? Domine in voluntate tua præstiristi decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ostendisti, inquit, mihi, quia illud quo abundabam, de tuo erat. Ostendisti mihi vnde peterem, cui retribuerẽ quod acceperam, cui gratias agere deberem, ad quem currerem sitiens, vnde implerer, & quo impletus essem ad quem custodirem. Fortitudinem enim meam ad te custodiam, quo te largitorem impleam, te seruatore nõ perdam. Fortudinem meam ad te custodiã. Hoc vt ostenderes mihi, auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Conturbatus, quia siccatus; siccatus, quia exaltatus. Dic ergo siccus & aridus, vt rursus implearis: Anima mea velut terra sine aqua tibi. Dic, anima mea velut terra sine aqua tibi. Tu enim dixeras, non Dominus dixerat, Nõ mouebor in æternum. Tu dixeras præsumens de te, sed non de tuo, & quasi putabas de tuo. QVID ergo Dominus dicit? Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Sic & Apostolus, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis. Ergo exultate cũ tremore, ne quãdo irascatur Dominus. Video quia clamando præuenitis. Quid enim dicturus sum sciris, clamãdo prẽuenitis. Et hoc vnde habetis, nisi quia docuit ad quem credendo venistis? Hoc ergo dicit; audite quod nostis: non doceo, sed commemoro prædicando: imò nec doceo, quia nostis: nec commemoro, quia meministis: sed simul dicamus quod nobiscũ tenetis. Hoc Dominus dicit, Apprehẽdite discipliną, & exultate, sed cum tremore, vt semper humiles teneatis quod accepistis: ne quãdo irascatur Dominus,

Violentia dulcis & suauis.

Phil. 2. — Beda. — Iacobi 4. — Rom. 11. — Psal. 29. — Psal. 115. — Psal. 98. — Psal. 141. — CAP. V. Psal. 2.

vtique superbis, sibi quod habent tribuentibus, nõ illi à quo habẽt gratias agentibus. Ne quãdo irascatur Dominus, & pereatis de via iusta: Nunquid dixit, Ne quãdo irascatur Dominus, & non veniatis ad viam iustam? Nunquid, ne quãdo irascatur Dominus, & nõ vos perducat ad viam iustam, aut non vos admittat ad viã iustam? Iam in illa ambulatis, nolite superbire, ne etiam de illa pereatis. Et pereatis, inquit, de via iusta. Cùm exarserit in breui ira eius super vos. Non in lõgum. Vbi superbis, ibi quod acceperas perdis.

CAP. VI. Ephes. 2. HIS territus homo quasi diceret, Quid ergo faciã? Sequitur, Beati omnes qui confidunt in eũ: non in se, sed in eũ. Gratia salui facti sumus, non ex nobis: sed dei donum est. Fortè dicatis, Quid sibi vult quod hoc sępe dicit? Iterum hoc, & tertio hoc: & propè nunquam loquitur, nisi quando ista dicit. Vtinam nõ sine causa dicam. Sunt enim homines ingrati gratiæ, multum tribuentes inopi fauciæq; naturę. Verum est, magnas arbitrij liberi vires homo cùm conderetur accepit: sed peccando amisit. In mortem lapsus est, infirmus factus est, à latronibus semiuiuus in via relictus est: in iumẽtũ suum leuauit eum transiens Samaritanꝰ, q̃ interpretatur custos; ad stabulũ adhuc perducitur. Quid extollitur? Adhuc curatur. Sed sufficit, inquit, mihi q̃ in baptismo accepi remissionẽ omniũ peccatorũ. Nunquid quia deleta est iniquitas, finita est infirmitas? Accepi, inquit, remissionẽ omniũ peccatorũ. Prorsus verũ est. Deleta sunt cũcta peccata in sacramento baptismatis, cũcta prorsus, dicta, facta, cogitata, cuncta deleta sunt. Sed hoc est quod infusum est in via, oleũ & vinũ. Retinetis, semiuiuus ille in via à latronibus sauciatus, quomodo sit cõsolatus, accipiẽs oleũ & vinũ vulneribꝰ suis. Iam vtiq; errori eius indultũ fuit, & tamẽ sanatur languor in stabulo. Stabulũ si agnoscitis, Ecclesia est. Stabulũ modò, quia viuendo transimus, domus erit vnde nunquã migrabimus, cùm ad regnum cęlorũ sani peruenerimus. Interim in stabulo libenter curemur, non adhuc lãguidi de sanitate gloriemur: ne nihil aliud superbiendo faciamus, nisi vt nunquã curando sanemur.

Luc. 10. — Rom. 11. — CAPVT IIII.

CAP. VII. Psal. 102. Sapient. 9. BENEDIC anima mea Dñm. Dic animę tuæ, dic: adhuc in hac vita es, adhuc carnẽ fragilẽ portas, adhuc corpus quod corrũpitur aggrauat animam: adhuc post integritatẽ remissionis accepisti remediũ orationis: adhuc vtiq; dicis, donec sanentur languores tui: Dimitte nobis debita nostra. Dic ergo animę tuę, humilis vallis nõ erectus collis: dic animæ tuæ, Benedic anima mea Dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quas retributiones? Dic, enumera, gratias age. Quas retributiones? Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis. Hoc factũ est in baptismo. Quid fit modò? Qui sanat omnes lãguores tuos. Hoc fit modò. Agnosco. Sed quãdiu hic sum, corpus quod corrũpitur aggrauat animã. Dic ergo & quod sequitur, Qui redimit de corruptione vitã tuã. Post redemptionẽ de corruptione quid restat? Quando corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriã. Vbi est mors cõtẽtio tua? Ibi rectè, vbi est mors aculeꝰ tuus: Quęris locũ eius, & nõ inuenies. Quid est aculeus mortis? Quid est, Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est peccatũ? Quęris, & nusquã est. Aculeus enim mortis, est peccatũ. Apostoli, nõ mea verba sunt. Tũc dicetur, Vbi est mors aculeus tuus? Nusquam erit peccatũ, nec quod te capiat, nec quod te impugnet, nec quod conscientiam titillet. Tũc non dicetur, Debita nostra dimitte nobis: sed quid dicetur? Dñe Deus noster pacẽ da nobis: omnia reddidisti nobis. DENIQVE post redemptionẽ ab omni corruptione, quid restat nisi corona iustitiæ? Ipsa certè restat, sed etiã in ipsa vel sub ipsa nõ sit caput turgidũ, vt recipiat coronã, Audi, attẽde Psalmũ, quàm nolit corona illa turgidũ caput. Cùm dixisset, Qui redimit de corruptione vitã tuam, qui coronat te, inquit. Iam hic dicturus eras, Coronat te, merita mea fatẽtur, virtus mea fecit hoc: debitũ redditur, nõ donatur. Audi potius Psalmũ: nã & hoc tu dicis, Omnis homo mẽdax. Audi, Deus quid dicat: Qui coronat te in misera- Psal. 115. tione & misericordia. De misericordia te coronat, de miseratione te coronat. Nõ enim dignus fuisti quẽ vocaret, & vocatũ iustificaret, iustificatũ glorificaret. Reliquię per electionem gratię salue factę sunt. Si autem gratia, iã nõ ex operibus: alioquin gratia iã non est gratia. Nam ei qui operatur, merces nõ imputabitur secũdum gratiã, sed secundũ debitum. Apostolus loquitur, Non secundũ gratiam, sed secundum debitum. Te autẽ coronat in miseratione & misericordia: & si tua merita præcesserunt, dicit tibi Deus, Discute bona merita tua, & videbis quia dona sunt mea. Hęc est ergo iustitia Dei. Quomodo dicitur, Dñi est salus, nõ qua saluus est Psal. 3. Dominus, sed quam dat eis quos saluos facit: sic & dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrũ, iustitia dei dicitur, non qua iustus est dominus, sed qua iustificat eos quos ex impiis iustos facit. QVIDAM verò, CAPVT IX. quoniam aliquando Iudæi & Christianos se dici volunt, & adhuc ignorantes dei iustitiam, suã volunt cõstituere, etiam temporibus nostris, temporibus apertæ gratię, temporibus nunc reuelatę, prius occultatę gratię, temporibus nunc in area manifestę gratię, quæ aliquando latebat in vellere. (Paucos intellexisse video, plures ergo nequaquam tacendo fraudabo.) Quidã de antiquis iustis Gedeon petiuit à Domino signũ; & dixit: Peto Domine, vt vellus hoc quod in area pono, Iud. 6. compluatur, & area sicca sit. Factũ est: complutum est vellus, area tota sicca erat. Expressit mane vellus in peluim, quoniam humilibus datur gratia: & in peluis nostis quid fecerit Dominus discipulis suis. Item petiuit alterum signum: Volo, inquit, Domine, vt vellus siccũ sit, area compluta. Et hoc factum est. Repete tẽpus veteris Testamenti, gratia occulta est in nube, tanquam imber in vellere. Attẽde modò tempus noui Testamẽti, discute gentem Iudęorum, quasi vellus siccum inuenis: orbis verò totus tãquam illa area plenus est gratia non occulta, sed manifesta. Vnde multum plãgere cogimur fratres nostros, qui non contra occultã, sed contra apertã gratiam manifestamq; contendunt. Ignoscitur Iudęis. Quid christiani? Quare inimici gratię christi? Quare de vobis pręsumentes? Quare ingrati? Quare enim Christus venit? Nunquid natura hic nõ erat? Natura non erat, quam multum laudando decipitis? Nũ- al. despitis? quid lex hic nõ erat? Sed ait Apostolus, Si per legem iu- Gal. 1. stitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quod ait Apostolus de lege, hoc nos istis dicimꝰ de natura. Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

CAP. VIII. Psal. 102. — Sapient. 9. — 1. cor. 15. — Esaiæ 26. — CAPVT VIII.

QVOD ergo dictum est de Iudæis, hoc omnino in CAPVT X. istis videmus. Zelum dei habẽt. Testimonium illis perhibeo, quia zelum Dei habent, sed non secundũ scientiam. Quid est, Non secundum scientiam? Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes cõstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Fratres mei, cõpatimini mecum. Vbi tales inueneritis, occultare nolite, non sit in vobis peruersa misericordia: prorsus vbi tales inueneritis, occultare nolite. Redarguite cõtradicentes, & resistentes ad nos perducite. Iam enim de hac causa duo concilia missa sunt ad sedem Apostolicam: inde etiam rescripta venerũt. Causa finita est: error vtinam aliquãdo finiatur. Ergo vt aduertant monemus, vt instruantur docemus, vt mutentur oremus. Conuersi, &c.

Rom. 10.

De ver-

Galat.5. *De verbis Apostoli, Spiritu ambulate, & cõcupiscentias carnis ne perfeceritis.*

SERMO D. AVGVSTINI III.

Citat Beda, 1.Cor.15. Gal.5.

CAP.I. IcÕsideremus, fratres, ante gratiam Dñi quid fuerimus, & per gratiam Domini quid esse cœperimus, profectò inuenim⁹, quòd sicut homines in melius cõmutantur, ita etiã terrarum loca quæ prius cõtra Dei gratiam fuerunt, nũc Dei gratię dedicantur. Nos
1.Cor.6. enim, sicut dicit Apostolus, tẽplum Dei viui sumus, propter q̃ dicit Deus, Inhabitabo in illis, & deãbulabo. Quæ autẽ hãc simulachra fuerunt, figi nouerãt, ambulare non nouerant. Deambulat autem in nobis præsentia maiestatis, si latitudinẽ inuenerit charitatis. Ad hoc
Ibidem. nos exhortans Apostolus ait, dilatamini, ne sitis iugum ducentes cùm infidelibus. Si dilatemur, deambulat in nobis Deus: sed vt dilatemur, operetur ipse Deus. Si enĩ latitudinem charitas facit, quæ nõ nouit angustias, vi-
Rom.5. delete quia Deus sibi in nobis latitudinem facit, ipso dicẽte Apostolo, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctũ qui datus est nobis. Propter hanc latitudinẽ, inquam, in nobis deambulat Deus.

CAP.II. Galat.5. Beda. MODÒ Apostoli epistola cùm recitaretur, audiuim⁹, Spiritu ambulate, & cõcupiscentias carnis ne perfeceritis: caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hęc enim inuicẽ aduersantur, vt nõ ea quæ vultis faciatis. Baptizatis dicebat, sed tẽplũ Dei adhuc ædificabat, nondũ dedicabat. Videte, fratres mei, quemadmodũ cùm loca ipsa terrena in melius cõuertũtur, alia diruuntur atque frangũtur, alia in melio-
Ibidem. res vsus commutantur, sic & nos sumus. Opera carnis fuerunt in nobis. Audistis cùm cõmemorarentur: Manifesta autem sunt, inquit, opera carnis, quę sunt fornicationes, immunditiæ, idolorum seruitus, veneficia, nõ beneficia, id est, nõ à bonis dicta, sed à venenis, cõtentiones, inimicitiæ, hæreses, inuidiæ, ebrietates, & his similia, deiicienda sunt, nõ mutãda, quę prędico, inquit, vobis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Ista in nobis tanquam idola frãgenda sunt. In vsus autem meliores vertenda sunt ipsa corporis nostri membra, vt quæ seruiebant immunditiæ cupiditatis, seruiant gratiæ charitatis.

CAPVT III. SED videte quid dixerit, & diligenter aduertite. Operarij Dei sumus, adhuc ædificatur tẽplum Dei: In capite suo iam dedicatum est, quoniã Dominus resurrexit à mortuis, deuicta morte, mortalitate consumpta
Psal.29. ascẽdit in cælũ, quia scriptus de illo erat Psalmus dedicationis domus. Ideo post passionem dicit, Conuertisti luctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum
al.psallom. meũ, & accinxisti me iocũditate, vt † psallat tibi gloria mea, & non cõpungar. Facta est ergo illa post passionẽ dedicatio in resurrectione. Ergo & nostra modò fit ædificatio per fidẽ, vt fiat & ipsa dedicatio per vltimã resurrectionem. Deniq; post istum psalmũ dedicationis
Psal.95. domus, vbi ostẽditur resuscitatio capitis nostri, ali⁹ est psalmus post istũ, non ante istũ, Sic habet titulus: Quãdo domus ẽdificabatur post captiuitatẽ. Recolite captiuitatẽ, vbi antea fuerimus, quãdo totũ mundũ velut
Psal.97. massam infideliũ diabolus possidebat, Propter hanc captiuitatẽ redemptor aduenit, pretiũ nostrum sanguinẽ suũ fudit. Fuso suo sanguine, captiuitatis nostrę instru-
Rom.7. menta deleuit. Lex, inquit Apostolus, spiritalis est, ego autẽ carnalis sum, venundatus sub peccato. Antea sub peccato venũdati, sed postea gratia liberati. Post illam captiuitatẽ, domus modò ædificatur: & vt ædificetur, euangelizatur. Sic enim incipit Psalmus ipse, Cantate
Dño canticũ nouum. Et ne putes domum istam in vno angulo ædificari, sicut ædificãt schismatici vel hæretici, attende quod sequitur, Cantate Dño omnis terra.

CAPVT IIII. CANTATE Domino canticũ nouum; contra cãticũ vetus, Testamentum nouum: quia prius Testamẽtum vetus. Nouus homo, vt deponatur vetus homo.
Col.3. Exuite vos, inquit, veterẽ hominẽ cũ actibus suis, & induite nouũ, qui secundũ Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Ergo cãtate Domino cãticũ nouũ, cantate Domino omnis terra. Cantate & ẽdificate, cãtate & bene canite. Annũciate diem ex die salutare ei⁹, annũciate diẽ ex die Christum eius. Quid est enim sa-
Psal.84. lutare eius, nisi Christum eius? Pro isto salutari orabamus in Psalmo, Ostẽde nobis Domine misericordiam tuã, & salutare tuũ da nobis. Desiderabant hoc salutare antiqui iusti, de quibus Dominus dicebat discipulis,
Luc.10. Multi prophetæ voluerũt videre quę vos videtis, & nõ potuerũt. Et salutare tuũ da nobis. Dixerunt hoc antiqui iusti, Salũtare tuũ da nobis: Christum tuũ cùm in hac carne viuimus, videamus: Videamus in carne qui nos liberet à carne: veniat caro mũdans carnẽ, patiatur caro, & redimat animam & carnem. Et salutare tuum,
Luc.2. Dñe, da nobis. In hoc desiderio erat ille sanctus senex Simeon: In hoc, inquã, desiderio erat senex ille sanctus & de Deo bene meritus Simeõ, sine dubio & ipse dicebat, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuũ da nobis. In hoc desiderio, in talibus pre-
Ibidem. cibus responsum accepit, quia non gustaret mortẽ, nisi videret Christum Domini. Natus est Christus, veniebat ille, ille ibat: sed donec veniret, ille ire nolebat. Iam senectus matura excludebat, sed syncera pietas detinebat. At vbi venit, at vbi natus est, at vbi eũ portari matris manibus vidit, & diuinam infantiam pia senectus agnouit, accepit eum in manus suas, & dixit: Nunc di-
Ibidem. mittis Domine seruum tuum in pace: quoniam viderũt oculi mei salutare tuum. Ecce vnde dicebat, Ostende nobis Domine misericordiam tuã, & salutare tuum da nobis. Impletum est desiderium senis, mundi ipsius senectute vergente. Ipse ad senem hominem venit, qui mundum veterem inuenit. Ergo si mundum veterem inuenit, audiat mundus: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Destruatur vetustas, nouitas surgat.

CAP.V. CANTATE Domino canticum nouum, cantate Domino. Videte certamen ædificantium. Cantate Domino, benedicite nomẽ eius. Bene nunciate, quod est Græcè euangelizate. Quid? Diem ex die. Quem diem ex die? Salutare eius. Quem diem ex die? Lumẽ ex lumine, filium de patre, salutare eius. Annũciate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Ecce quomodo domus ædificatur post captiuitatem. Terribilis est super omnes deos.
Psal.18. Super quos deos? Quoniam omnes dij gẽtium dæmonia, Dominus autem cęlos fecit. Sanctos fecit, Apostolos fecit, quoniam cæli enarrant gloriam Dei. Non sunt loquelę neque sermones, quorum non audiãtur voces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum: quia omnis terra cantat canticum nouum. Audiamus ergo &
1.Cor.5. Apostolum, architectum magistri, Vt sapiens, inquit, architectus fundamentum posui. Audiamus ergo istũ architectum quędam noua construẽtem, quædam ve-
Gal.5. Beda. tera deiiciẽtem. Spiritu, inquit, ambulate, noua est ista constructio: Et concupiscentias carnis ne perfeceritis, veterum est ista destructio, Caro enim, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ. Hęc enim inuicem aduersantur, vt nõ ea quę vultis faciatis. Adhuc enim ẽdificamini, nondum dedicamini, vt nõ ea quæ vultis faciatis.

CAP.VI. QVID enim vultis? vt omnino nullæ sint cõcupiscentiæ malarum & illicitarũ delectationum. Quis sanctus non hoc velit: Sed non efficit: quamdiu hic viuitur, hoc nõ impletur. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hęc enim inuicem aduersantur, vt ea quæ vultis facere, vt nullæ sint in vobis prorsus rerum illicitarum concupiscentiæ, non possitis. Quid ergo restat? Spiritu ambulate. Et quia non potestis efficere vt concupiscẽtias carnis consumatis: concupiscentias carnis ne perficiatis. Consumere quidem illas atque finire, & penitùs extirpare omnino velle debetis: sed quãdiu sunt in vobis, & est alia lex in mẽbris vestris repugnans legi mẽtis vestræ, concupiscentias carnis ne perfeceritis. Quid enim vultis? Vt omnino nõ sint cõcupiscentiæ carnis. Nõ vos permittunt implere quod vultis, nolite eas permittere implere quod volunt. Quid vultis? Vt omnino nõ sint. Sed sunt. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, concupiscat spiritus aduersus carnẽ, vt non ea quæ vultis faciatis: id est, vt non sint in vobis ipsæ concupiscentiæ carnis, nec ipsæ faciant quod volunt, vt opus carũ perficiatis. Si non tibi in totum creditur, noli & tu credere. Prius æquetur pugna, vt aliquando sit victoria.

CAPVT VII. ETENIM proculdubiò, fratres mei, erit (credamus, speremus, amemus,) erit aliquando victoria in dedicatione domus quæ modò ædificatur post captiuitatem.
1.Cor.15. Nouissima enim inimica destructur mors, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Præmeditamini verba triũphantium, Vbi est mors contentio tua? Triumphãtium
Vox triũphantium. Psal.6. ista vox est, non pugnantium. Pugnantium autem vox
Vox pugnãtium. est, Miserere mei Domine; quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde, & tu Domine vsquequò? Vide laborantem in certamine. Et tu Domine vsquequò? Quid est, Vsquequò? Quousque probes? quia ego subuenio. Si enim citò subuenirem, luctamen non sentires: si luctamẽ non sentires, tanquam de tuis viribus superbires: & per istã superbiã nũquam ad victoriã peruenires. Dictum est quidẽ. Adhuc te loquente, dicam:
Esa.58. ecce assum. Sed Deus & cùm differt adest, & quod differt, adest, & differendo adest: ne prępropera cũm impleat voluntatem, perfectam non impleat sanitatem.

CAPVT VIII. 1.Cor.12. NON enim, fratres mei, apostolo Paulo nõ aderat, qui cùm certaret, ne extolleretur, timebat. In magnitudine, inquit, reuelationum mearũ ne extollar. Videte in conflictatione certantem, nondum in securitate triumphantem. In magnitudine reuelationum mearum ne extollar. Quis dicit, Ne extollar? O terror ô tremor. Quis dicit ne extollar? Cùm tanta eius verba sint retundentia elationem, cõcupiscentia tumorem, & dicit ne extollar? Parum est quia dicit, ne extollar: videte medicamentum, quod sibi dicit appositum. Ne extol-
lar, inquit, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ. O venenum quod nõ curatur nisi veneno! Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Caput cædebatur, ne caput extolleretur. O antidotũ, quod quasi de serpente conficitur, &
Theriacũ. propterea theriacum nuncupatur! Serpens enim ille superbiam persuasit. Gustate, & eritis sicut dij, superbię
Genes.3. persuasio est. Vnde cecidit, inde deiecit. Meritò ergo venenum serpẽtis de serpẽte sanatur. Quid ait Apostolus? Propter quod ter Dominũ rogaui, vt auferret eum
Esa.56. à me. Vbi est, Adhuc te loquente dicã, ecce assum? Propter quod non semel, sed iterum & tertiò Dominum
Psal.6. rogaui. Nónne tunc & ipse dicebat, Et tu Domine vsquequò? Sed nunquid quia differebat, inde nõ aderat,
Esa.58. & falsum erat, Adhuc te loquente, dicam, Ecce assum? Quid enim? Medicus quando dat quod desideras, adest; quando secat, non adest? Nónne sub medici ferramento clamas vt parcat? Et quia magis adest, magis secat. Deniq; vt scias quia aderat, videte quid ter rogãti
1.Cor.12. respõderit. Dixit, inquit, mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ego, inquit, noui, medicus optimus: ego, inquit, noui in quẽ tumorẽ pergat quod volo sanare. Quiesce, adhibeam quod scio: Sufficit tibi gratia mea, nõ tibi sufficit voluntas tua. Hęc erant vtique verba certantis, & in certamine periclitantis, & diuinum auxilium postulantis.

CAP.IX. TRIVMPHANTIS autem verba quæ erunt? Verba certantis dum domus ædificatur: verba triumphãtis, cùm domus in vltimo dedicatur. Vbi est mors con-
1.Cor.15. Beda. tentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis, est peccatum. Sic ista dicebat Apostolus, quasi ipse iã ibi esset. Denique post hæc verba quæ cõstat esse de futura perceptione, non de præsenti conflictatione, quando quidẽ dicit, tunc fiet, non modò fit, sed tũc
fiet. Quid tunc fiet? Sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriã. Vbi est mors cõtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Tũc fiet vt nusquã sit aculeus mortis, nusquã possit inueniri peccatũ. Quid festinas? Tunc fiet, tũc fiet. Mereatur in te humilitas vt tunc in te fiat: ne superbia non permittat, vt vel tunc in te fiat. Tunc fiet. Modò interim dum pugnas, dũ laboras, dum peri-
Matth.6. clitaris, dic dic, Dimitte nobis debita nostra. Dic omnino dũ pugnas, dic, verũ dic, ex animo dic: Si dixeri-
1.Ioan.1. mus quia peccatum nõ habemus, nosipsos seducimus. Tu tibi diabolus eris. Nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Non enim verum dicimus, dicendo nos hõ habere peccatum, cùm hic non simus sine peccato. Dicamus ergo veritatem, vt aliquãdo inueniamus securitatem. Sit veritas in pugna, vt acquiratur securitas in victoria. Tũc fiet, Vbi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis est peccatum.

CAP.X. SED de lege præsumis, quia data est tibi lex, & datũ est tibi præceptũ. Bonum est tibi, vt spiritus te viuifi-
2.Cor.3. cet, ne litera occidat. Volo vt velis, sed nõ sufficit vt velis. Adiuuandus es vt plenè velis, & impleas quod velis. Nam vis videre quid valeat sine spiritu adiuuãte litera
1.Cor.15. iubẽs? Ibi dixit, Cùm dictum est, Vbi est mors aculeus tuus? aculeus autem mortis est peccatum: cõtinuò subiunxit, Virtus autem peccati lex. Quid est virtus peccati lex? Non mala iubendo, vel bona prohibendo: imò verò mala prohibendo, & bona iubẽdo. Virtus autem
peccati lex: quia, subintrauit, inquit, lex vt abundaret
Rom.5. delictũ. Quid est vt abundaret delictũ? Quia vbi gratia non erat, auxit prohibitio desiderium: & cùm quasi de propria præsumitur virtute, factũ est grande vitiũ. Sed quid fecit gratia? Vbi abundauit peccatum, superabũdauit gratia. Venit Dominus, totum quod de Adam traxisti, totum quod tuis prauis moribus addidisti, totum dimisit, totum deleuit, orationem docuit, gratiam promisit, certamen indixit, laboranti subuenit, victorẽ
Rom.7. coronauit. Itaque, inquit Apostolus, Lex quidẽ sancta, & mandatũ sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonũ est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum. Nam quãdo non prohibebaris, erat: sed non apparebat. Nam concupiscẽtiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione igitur accepta, peccatum per mãdatum fefellit me, & per illud occidit. Ecce quid est, litera occidit.

CAP.XI. SI vis ergo euadere legem minantem, ad spiritum fuge adiuuantem. Quod enim lex imperat, fides sperat. Clama ad Deum tuum, adiuuet te. Non remaneas
1.Cor.15. sub litera reus, sed spiritu suo te adiuuet Deus: ne similis sit tibi superbus Iudæus. Cùm enim aculeus mortis esset peccatum, virtus autem peccati lex, quid ageret
Rom.7. humana infirmitas, in qua fatigabatur voluntas? Velle, inquit,

inquit, adiacet mihi, perficere autem bonum nõ inuenio. Quid ergo ageret? Ecce aculeus mortis peccatum, ecce virtus peccati lex. Sed lex subintrauit, vt abundaret delictũ. Si enim lex posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato. Quomodo conclusit? Ne vagareris, ne præcipitareris, ne mergereris. Cancellos tibi fecit lex, vt non inueniendo qua exires, ad gratiam conuolares. Sed cõclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio. Qui promittit, quod facit promittit, non quod tu facis. Si tu facturus esses, prænunciator esset Deus, non promissor. Sed conclusit, inquit Scriptura, omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Audi, daretur. Quid superbis? Audi, daretur. Quid enim habes, quod nõ accepisti? Ergo quia aculeus mortis est peccatũ, virtus autem peccati lex, & hoc de bona prouidẽtia Dei, vt concluderẽtur homines sub peccato, & quærerẽt adiutorem, quærerent gratiam, quærerent Deum, nõ de sua virtute præsumerẽt, & ideo & hic cùm dixisset, Aculeus autem mortis peccatum, virtus autem peccati lex: quid times? quid laboras? Quid sudas? Audi quod sequitur: Gratias autem Deo, qui dedit nobis victoriam per Dñm nostrum Iesum Christũ. Certè tu tibi das victoriam? Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Dñm nostrum Iesum Christum.

Rom. 5. Gal. 3. 1. Cor. 4. 1. Cor. 15.

CAPVT XII. ERGO cùm cœperis laborare pugnans cõtra concupiscẽtias carnis, spiritu ambula, spiritu inuoca, donũ Dei quære. Et si lex in mẽbris repugnat legi mẽtis tuæ ex parte inferiori, id est, à carne captiuum te tenet sub lege peccati: & hoc emendabitur, & hoc trãsiet in iura victoriæ. Tu tantum clama, tu tantum inuoca: oportet semper orare & non deficere. Inuoca omnino, inuoca adiutorium. Adhuc te loquente, dicit, Ecce assum. Intellige & audi dicentem animæ tuæ: Salus tua ego sum. Cùm ergo lex carnis repugnare cœperit legi mentis, & captiuum te ducere in lege peccati, quæ est in mẽbris tuis: orando dic, cõfitendo dic: Miser ego homo. Quid enim aliud est homo? Quid est homo, nisi quòd memor es eiꝰ? Dic, Miser ego homo: quia nisi venisset filius hominis, perisset homo. Exclama in angustiis, Quis me liberabit de corpore mortis huius, vbi lex in membris meis repugnat legi mentis meæ? Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Si hoc fideliter, si humiliter dicis, verissimè respõdetur, Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Conuersi ad Dominũ Deum patrem omnipotentem, puro corde ei, quãtum potest paruitas nostra, maximas atque vberes gratias agamus: precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum quoq; à nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentem guberner, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat, per Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

Luc. 18. Esa. 58. Psal. 34. Rom. 7. Psal. 8. Precatio.

Rom. 7. *De verbis Apostoli, Cùm essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem sunt operabantur in membris nostris, vt fructum ferrent morti, &c. Cum Manichæorum confutatione.*

SERMO D. AVGVST. IIII.

HVIVS sermonis meminit ipse Augustinus sermone sequenti. Beda etiam hunc in suum commentarium transsumpsit, quem ex sancti Augustini operibus collegit.

CAP. I. AVDIVIMVS, concorditérque respõdimus & Deo nostro consona voce cantauimus, Beatus vir quem tu erudieris Domine, & ex lege tua docueris eum. Silentium si præbeatis, auditis. Non inuenit locum sapientia, vbi non est patiẽtia. Nos loquimur, sed erudit Deus: nos loquimur, sed Deus docet. Nõ enim beatus dictus est quem docet homo, sed quẽ tu erudieris, Dñe. Nos plãtare possumꝰ & rigare, sed Dei est incrementũ dare. Qui plãtat & qui rigat, forinsecus operatur: qui verò dat incrementũ, intus opitulatur. Quæ nobis lectio de sancti Apostoli epistola proposita sit ad loquẽdũ, quã difficilis, quàm latebrosa, quàm (si nõ intelligatur aut malè intelligatur) periculosa; puto, fratres, imò scio, quia nobis cùm recitaretur, audistis, & fluctuastis si aduertistis, aut si aliqui & intellexistis, quàm sit arduum sine dubitatione vidistis. Hanc itaq; lectionẽ totumq; ipsum molestũ & obscurum, sed intelligentibus salubrẽ epistolæ Apostoli locum suscepimus, adiuuante misericordia Dei, exponere disserẽdo. Charitati vestræ debitores nos esse scio, exactores vos esse sentio. Quẽadmodũ nos, vt ista percipiatis, oramus: sic & vos orate, vt ea vobis explicare valeamus. Si enim oratio nostra cõcordet: & vos facit Deus idoneos auditores, & nos debiti huiꝰ fidelissimos redditores. CVM *enim essemus in carne*, ait Apostolus, *passiones peccatorum quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fructum ferrent morti.* Hic videtur, quod nõ intelligentibus primum & grande periculum est, Apostolũ reprehendere & culpare legẽ Dei. Dicit aliquis, Absit hoc ab animo qualicũq; Christiani. Quis hoc vel insanus audeat de Apostolo suspicari: Et tamen, fratres mei, verba ista malè intellecta, fomitem insaniæ furori Manichęorum subministrarũt. Manichęi enim legem Dei per Moysen datam, dicunt nõ à Deo datam, & eã Euãgelio cõtrariam esse contẽdunt. Et quãdo cum eis agitur, his testimoniis Apostoli Pauli quæ non intelliguntur, conãtur conuincere. Quid dicã catholicos non intelligẽtes, & nõ potius negligentes? NON enim multũ est, si quis velit esse diligens, post calũnias ab hæretico auditas, saltẽ considerare in codice circunstantiam lectionis. Quod si fecerit; ibi mox inueniet vnde aduersarium loquacem redarguat, vnde hostes legis rebellẽsque prosternat. Et si enim tardus est ad intelligẽda verba Apostoli, manifesta ibi laus est expressa legis Dei. Videte enim prius & aduertite. Cùm enim essemus in carne, ait, passiones peccatorũ quę per legẽ sunt operabãtur. Hic iã Manichęus erigit ceruicẽ, exaltat cornua, imperit te, & facit impetũ: Ecce, inqt, passiones peccatorũ quę per legẽ sunt. Quomodo bona est lex, per quã in nobis sunt passiones peccatorũ, & operantur in mẽbris nostris, vt fructum ferant morti? Lege, aliquãtum progredere, totum audi patienter, etsi non intelligenter. Hoc enim quod ait, Passiones peccatorum quę per legem sunt, operabantur in membris nostris, multum est vt intelligas: sed prius esto mecum legis laudator, & tũc fieri mereberis intellector. Clausum cor habes, & clauem accusas? Ecce interim quod non intelligimus paululum seponamus, ad laudem legis quæ aperta est veniamus. Passiones, inquit, peccatorum, quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fructum ferrent morti. *Nũc ergo euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.* Adhuc videtur legem arguere, culpare, improbare, detestari: sed non intelligentibus. Cùm enim dicit, Cùm essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem sunt operabantur in membris nostris, vt fructum ferrent morti: Nunc ergo euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamꝰ in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ: quasi † vtique videtur legem accusare atq; culpare. Vidit hoc & ipse, vidit, sensit se non intelligi: & contra obscuritatem verborum suorum cogitationes hominum commoueri, sensit quid possis dicere, sensit quid possis contradi-

Psal. 93. 1. Cor. 3. CAPVT II. Roman. 7. Manichæi. Rom. 7. † al. vbique

tradicere: & prior hoc voluit dicere, vt tu non inuenias quid diceres. QVID ergo dicimus, inquit? Hoc sequitur. *Quid ergo dicimus? Lex peccatum est? Absit.* Vno verbo legẽ absoluit, legis accusatorem damnauit. Authoritatem Apostoli contra me proferebas, ô Manichęe, & dicebas mihi, cùm legem reprehenderes, ecce audi Apostolum, lege Apostolũ: Passiones peccatorum quæ per legem sunt operabantur in mẽbris nostris, vt fructum ferrent morti. Nunc ergo euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamꝰ in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Iactabas te, clamabas, dicebas, audi legem. Vide ista dixeras, & iam verso tergo ire cupiebas. Expecta, audiui te, audi me: imò nec ego te, nec tu me, sed ambo simul audiamus Apostolũ, qui soluit se, & alligat te. *Quid ergo dicimus*, inquit? *Lex peccatum est?* Hoc dicebas, lex peccatum est, hoc nempe dicebas. Ecce audisti quod dicebas, audi quod dicas. Legem Dei peccatum esse dicebas, quando eam cęcus & improuidus reprehendebas. Erasti. Vidit Paulus errorem tuũ. Quod dicebas, ipse dixit. *Quid ergo dicimus. Lex peccatum est?* Quod dicebas, hoc dicimus, *Lex peccatũ est? Absit.* Si Apostoli sequebaris authoritatẽ, appende verbum, & cape inde consilium. Audi, Lex peccatũ est? Absit. Audi, Absit. Si Apostolũ sequeris, si eius authoritatem plurimi pendis, audi, Absit: & quod sentiebas, à te absit. Quid ergo dicimus? Quid dicimus, quia dixi, Passiones peccatorũ quę per legem sunt, operabãtur in mẽbris nostris, vt fructum ferrent morti: quia dixi, Euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur: quia dixi, Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ? Lex peccatũ est? Absit. Quare ergo Apostole tanta illa dixisti?

CAPVT III. Luxuriosus autẽ, immũdus atq; lasciuus felix dicitur: abundare volũptatibus, frui deliciis. Iã verò si se eriã vino ingurgiter, si bibat mẽsuras sine mensura, parũ est quia nõ inuenit crimen, etiã viri fortis accipit nomẽ: tãto nequior, quãto sub poculo inuictior. Cùm laudantur ista, & dicitur, Felix est, magnus est, bene est illi: & non solùm hoc nõ putatur esse peccatum, sed etiã putatur vel Dei donum, vel certè suaue, blãdum & licitum bonũ. Procedit lex Dei & dicit, Nõ cõcupisces. Ille homo qui putabat magnum bonum esse, magnamq; felicitatẽ existimabat, ea quæ possit suæ cõcupiscentiæ non negare, sequi quã trahit, audit, Nõ concupisces, & cognoscit esse peccatum. Deus dixit, homo audiuit, Deo credidit, peccatũ suum vidit, quod bonum putabat, malũ esse cognouit: voluit frenare concupiscentiam, non ire post eã, strinxit se, conatus est, victus est. Qui fuit antea nesciꝰ malorũ suorum, factus est doctus, & peius est victus, cœpit esse non solum peccator, sed etiam pręuaricator. Peccator enim & antea erat, sed antequam legem audiret, peccatorem se esse nesciebat. Legẽ audiuit, peccatum vidit, conatus est vincere, superatus atq; prostratus est, factus est & legis prævaricator, qui fuit antea nesciꝰ peccator. Hoc dicit Apostolus, Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nã cõcupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. *Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.* Minor erat cõcupiscentia, quãdo ante legẽ securus peccabas, nunc autem oppositis tibi obicibus legis, fluuius concupiscentię quasi frenatus est paululum, non siccatus: sed increscẽte impetu qui te ducebat obicibus nullis, obruit te obicibus ruptis. Concupiscentia tua minor erat, quando tuam mouebat libidinẽ, omnis est quando transcẽdit & legem. Vis nosse quàm magna sit? Vide quid ruperit, Non concupisces. Non homo dixit, Deus dixit, creator dixit, iudex æternus dixit, non quicunque dixit: Fac ergo quod dixit. Non facis, obserua iudicãtem qui dixit. Sed quid facias, ô homo? Ideo non vicisti, quia de te præsumpsisti. ATTENDE ergo nũc verba superiora, quæ videbantur obscura. Cũ enim essemus in carne. Verba quæ superiora diximus, vnde cœpit lectio quę obscura videbatur, attendite: Cùm enim essemus in carne: passiones peccatorum quę per legẽ sunt. Vnde per legem sunt? Quia eramus in carne. Quid est, quia eramus in carne? Prę̃sumebamus de carne. Num enim qui loquebatur Apostolus, iã exierat de ista carne, aut eis loquebatur qui iam exierant morte de ista carne? nõ vtiq;, sed secundum huius vitæ modũ, & qui loquebatur, & quibus loquebatur in carne erãt. Quid ergo est, Cùm essemus in carne, nisi cũ de carne prę̃sumeremus, hoc est, de nobis cõfideremus? Homini enim dictum est, & de hominibus dictũ est, Videbit omnis caro salutare Dei. Quid est, Videbit omnis caro, nisi videbit omnis homo? Et quid est, Verbũ caro factũ est, nisi verbũ homo factũ est? nõ enim verbũ & caro erat, & anima ibi nõ erat: sed carnis nomine homo significatus est, in eo q; legitur, Verbũ caro factũ est. Ergo cùm essemus in carne, id est, in cõcupiscẽtiis carnis versaremur, ibiq; totã spẽ nostram tanquam in nobis poneremus, passiones peccatorũ, quæ per legẽ sunt, auctę̃ sunt per legẽ: prohibendo enim fecerũt pręuaricatorẽ legis, quia ille qui pręuaricator est factus, deum non habuit adiutorem. Operabãtur ergo in mẽbris nostris, vt fructũ ferrent. Cui, nisi morti? Si damnandus erat peccator, quam

CAPVT IIII. Deut. 5. Psal. 9. CAP. V. Luxuriosus, immũdus & ebriosus hic felix dicitur. CAP. VI. Luc. 3.

tor, quàm ſpem habet prẽuaricator? Ergo ô homo vicit te concupiſcentia tua, vicit, quia in malo loco te inuenit. Inuenit te in carne, ideo te vicit.

CAPVT VII. MIGRA inde: quid expaueſcis? Nõ tibi dixi vt moriaris. Noli expaueſcere, quia dixi, migra de carne. Nõ tibi dixi vt moriaris: imò audeo dicere, dixi vt moriaris. Si mortui eſtis cum Chriſto, quę ſurſum ſunt, quærite. In carne viuens, noli eſſe in carne. Omnis caro fœnum, verbũ autem domini manet in æternum. Dominus ſiat refugium tuum. Inſtat concupiſcẽtia, vrget te, magnas vires accepit aduerſum te, prohibitione legis grandior facta eſt: maiorem hoſtẽ pateris, ſit dominus refugium tuum, turris fortitudinis à facie inimici. Noli ergo eſſe in carne, in ſpiritu eſto. Quid eſt, In ſpiritu eſto? In Deo ſpem pone. Nam ſi poſueris ſpem in ipſo ſpiritu, quo homo es, iterum ſpiritus tuus in carnẽ relabitur, quia non dediſti eũ illi à quo ſuſpendatur. Nõ ſe continet, ſi non continetur. Noli remanere in te, trãſcende & te: in illo te pone qui fecit te. Nam ſi ſpem in te habueris, accepta lege prævaricator eris. Inuenit te hoſtis nudũ refugio, inuadit te: vide ne fortè rapiat, velut leo, & nõ ſit qui eruat. Attende verba Apoſtoli legẽ laudantis, ſe accuſantis, reum ſe ſub lege faciẽtis, & perſonã fortè tuam in ſe transfigurantis & dicẽtis tibi, Peccatũ nõ cognoui, niſi per legem. Nam cõcupiſcentiam neſciebã, niſi lex diceret, Nõ concupiſces. Occaſione autem accepta, peccatum per mãdatũ operatũ eſt in me omnem cõcupiſcentiam. *Sine lege enim peccatũ mortuum eſt.* Quid eſt, Mortuum eſt? Latet, non apparet omnino, tanquam ſepultum ignoratur. *Adueniente autem mandato, peccatum reuixit.* Quid eſt, Reuixit? Apparere cœpit, ſentiri cœpit, rebellare aduerſum me cœpit. *Ego autem mortuus ſum,* Quid eſt, Mortuus ſum? Prævaricator factus ſum, *& inuentum eſt mihi mandatum quod erat in vitam.* Videte quia lex laudatur, mãdatum quod erat in vitam. QVALIS enim vita eſt, non concupiſcere? O vita dulcis! Dulcis eſt * quaſi voluptas concupiſcentiæ. Verum eſt, nec eã homines ſequerentur, niſi dulcis eſſet. Theatrum, ſpectaculum, meretrix laſciua, turpiſſima cantilena, dulcia ſunt iſta concupiſcẽtiæ. Dulcia planè, ſuauia, delectabilia: ſed narrauerunt mihi iniuſti delectationes ſuas, ſed non ſicut lex tua, Domine. Suauia ſunt, dulcia ſunt, delectabilia ſunt: ſed audi meliora. Narrauerunt mihi iniuſti delectationes ſuas: ſed nõ ſicut lex tua, Domine. Felix anima quę huiuſmodi delectationibus oblectatur, vbi turpitudine nulla inquinatur, & veritatis ſerenitate purgatur. Quẽ autem delectat lex Dei, & ſic delectat, vt omnes delectationes laſciuiæ vincat, non ſibi arroget iſtã delectationem, Dominus dabit ſuauitatem. Quid dicã? Domine da mihi illam ſuauitatem, vel illam? Suauis es domine, & in tua ſuauitate doce me † iuſtitias tuas. In tua ſuauitate doce me, & doces me. Tũc diſco vt faciam, ſi in tua ſuauitate doceas me. Cæterùm quamdiu blãditur iniquitas: amara eſt veritas. In tua ſuauitate doce me: vt ſuauis ſit veritas; dulcedine tua contemnatur iniquitas. Multo melior eſt & ſuauior veritas, ſed ſanis ſuauis eſt panis. Quid melius & præclarius pane cælesti? Sed ſi non obſtupefacit dentes iniquitas. Scriptura enim dicit, Sicut vua acerba dentibus noxia eſt, & fumus oculis: ſic iniquitas vtentibus ea. Quid prodeſt quia panẽ laudatis, ſi malè viuitis? Quod laudatis non manducatis. Cùm ergo audis verbũ, cùm audis verbũ iuſtitiæ & veritatis, & laudas, multo laudabilio eſt, ſi facias. Fac ergo quod laudas. An dicturus es: Volo, ſed non valeo? Quare nõ vales? Quia ſanitas non eſt. Vnde ſanitatem perdidiſti, niſi quia peccãdo creatorẽ offendiſti? Ergo vt eius panem quem laudas cum ſuauitate, id eſt, cum ſanitate manduces, dic illi: Ego dixi, Domine miſerere mei, ſana animam meam, quoniam peccaui tibi.

Pſal.60. Pſal.49. Rom.7. Pſal.118. Pſal.84. Pſal.118. al. *in iuſtificationes.* Prouerb.10

ERGO, inquit, *inuentum eſt mihi mandatum quod erat in vitam, hoc eſſe in mortem.* Erat enim ſibi antea ignotus peccator, factus eſt manifeſtus prævaricator. Ecce inuẽtum eſt illi in mortem, quod erat in vitam. *Occaſione autem,* inquit, *accepta peccatum per mandatum fefellit me, & per illud occidit.* Sic factum eſt primò in paradiſo: Fefellit inquit, me occaſione accepta per mãdatum. Vide ſerpentem mulieri illi ſuſurrantem. Quæſiuit ab ea, quid dixerit Deus. Reſpõdit illa: Dixit nobis Deus, Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo, edetis: de ligno autem ſcientiæ boni & mali non edetis. Ex eo ſi ederitis, morte moriemini. Hoc eſt Dei mandatum. Contrà ſerpẽs, Nõ, inquit, morte moriemini. Sciebat enim deus, quia qua die ederitis, aperiẽtur oculi veſtri, & eritis tãquam dij. Occaſione ergo accepta peccatum per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Gladio quem portabas, te inimicus occidit, armis tuis te vicit, armis tuis te interemit. Recipe mandatum: ſcito eſſe arma, nõ quibus occidat te, ſed quibus à te occidatur inimicus. Sed noli preſumere de viribus tuis. Vide paruum Dauid contra Goliam, vide paruũ contra ingentẽ, ſed in nomine Domini præſumentem. Tu venis ad me, inquit, cum clypeo & lancea, ego in nomine Domini omnipotentis. Sic ſic, aliter non: omnino aliter non proſternitur inimicus. Qui præſumit de viribus ſuis, antequam pugnet ipſe proſternitur. VIDETE tamẽ chariſſimi, videte etiã atque etiam, Paulum apoſtolum contra furorem Manichæorum eſſe legis diuinæ apertiſſimũ laudatorem, videte quid adiungat: *Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonũ.* Nunquid vberiùs laudari poteſt? Paulo antè verbo illo quod dixit, Abſit, defenderat à crimine, non laudauerat. Aliud eſt à crimine obiecto defendere: aliud debito præconio prædicare. Crimen obiectum fuit. Quid ergo dicimus? Lex peccatum eſt? Defenſio, Abſit. Vno verbo defenditur veritas: quia magna eſt Apoſtoli defendentis authoritas. Quid diu defendat? Sufficit, abſit, An vultis, inquit, experimentũ accipere eius qui in me loquitur Chriſtus? Modò autem: *Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit, quia bonum nõ eſt mors. Sed peccatum vt appareat peccatũ, per bonum operatum eſt mihi mortem.* Mors nõ eſt lex, ſed peccatum eſt mors. Iamdudũ autem dixerat, Sine lege peccatum mortuum eſt. Vbi vos admonueram, quia mortuum eſt, dixit, abſcondit: tũ latet, non apparet. Modò videte quàm verè ita dictum ſit: Peccatum, inquit, vt appareat peccatũ. Non dixit vt fit, quia erat & quando nõ apparebat. Peccatum vt appareat peccatum. Quid eſt vt appareat peccatum? Quia concupiſcentiã neſciebã, niſi lex diceret, Non cõcupiſces. Non ait, Concupiſcentiam non habebam: ſed cõcupiſcentiam neſciebam. Sic etiam hic non ait, Vt ſit peccatũ: ſed vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem. Quam mortem? *Vt fiat ſupra modum peccator, aut peccatum per mandatum.* Supra modum peccator. quare ſupra modũ? quia iam & prẽuaricatio.

Pſal.46. Gen.3. 1.Reg.17. Rom.7. 2.Cor.13. Rom.7.

VIDETE ergo, fratres, videte genus humanum à prima illius primi hominis morte fluxiſſe. Etenim peccatũ à primo homine intrauit in hunc mũdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit. Pertranſiit, verbum attendite, quod auditis conſiderate: videte quid eſt, pertrãſiit. Pertranſiit. Inde eſt & paruulus reus, peccatũ nõdum fecit, ſed traxit. Etenim illud peccatũ non in fonte tranſit, ſed pertranſit: non in illum aut illũ, ſed in omnes homines pertrãſiit. Genuit peccatores morti obnoxios primus peccator, primus

Rom.5.

CAPVT IX. CAPVT X. CAPVT XI.

prẽuaricator. Venit ad ſanandos de virgine Saluator, qui ad te nõ quà veniſti, venit. Non enim ille de concupiſcentia maris & feminæ, non de illo vinculo concupiſcentiæ. Spiritus, inquit, ſanctus ſuperueniet in te. Dictũ eſt hoc virgini, dictũ eſt fide feruẽti, nõ cõcupiſcentia carnis eſtuãti. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obũbrabit tibi. Quæ tale obũbraculũ habebat, quãdo ardore libidinis æſtuaret? Qui ergo nõ quà veniſti ad te venit, liberat te. Vbi te inuenit? Venundatũ ſub peccato, iacentẽ in morte primi hominis, trahentẽ peccatũ primi hominis, habentẽ reatũ antequã habere poſſis arbitriũ. Ecce vbi te inuenit, quando paruulũ inuenit. Sed paruuli ætatẽ exceſſiſti. Ecce creuiſti, primo peccato multa addidiſti, legẽ accepiſti, prẽuaricator extitiſti. Sed noli eſſe ſolicitus. Vbi abũdauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Conuerſi, &c.

Lucæ 1. Rom.5.

De verbis Apoſtoli, Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum nõ cognoui niſi per legem, &c.

Rom.7.

SERMO D. AVGVST. V.

Citat Beda ad Rom. & Corinth.

CAP. I. HESTERNAM lectionẽ de ſancti apoſtoli Pauli epiſtola, qui ſermoni affuiſtis, audiſtis: illã lectio ſequitur quæ hodie recitata eſt. Adhuc verſatur ille difficilis & periculoſus locº, quẽ vobis in adiutorio Domini noſtri, quãtũ me religioſo apud eũ adiuuatis affectu, pro viribº, quas dare dignatur, exponere & enodare ſuſcepimº. Patientiã mihi præbeat charitas veſtra, vt ſi habeo propter obſcuritatẽ rerũ difficilẽ diſputationẽ, ſaltẽ habeã facilẽ vocẽ. Si enim vtrũq; ſit difficile, multũ laboratur: & vtinã nõ ſine cauſa laboretur. Vt tamẽ profit labor noſter, ſit patiẽs auditº veſter. Quia legẽ non culpat Apoſtolº, heſterno die audiẽtibus, quãtũ exiſtimo, ſatisfecimus. Ibi quippe ait, *Quid ergo dicimus, Lex peccatũ eſt? Abſit. Sed peccatũ non cognoui niſi per legem. Nã concupiſcentiã neſciebã, niſi lex diceret. Nõ cõcupiſces. Occaſione autẽ accepta, peccatũ per mandatũ operatũ eſt in me omnẽ concupiſcentiã. Sine lege enim peccatũ mortuũ eſt:* id eſt, latet, nõ apparet. *Ego autẽ viuebã aliquãdo ſine lege: adueniẽte autẽ mãdato, peccatũ reuixit. Ego autẽ mortuus ſum, & inuẽtũ eſt mihi mandatũ quod erat in vitã,* (Quid enim tã pertinẽs ad vitam, quàm, Non concupiſces?) *hoc eſſe in mortẽ. Peccatum enim occaſione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit:* concupiſcentiam terruit, non extinxit; terruit, non oppreſſit; fecit timorem pœnæ, non amorẽ iuſtitiæ. *Itaque,* inquit, *lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtũ, & bonũ. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Non enim lex mors,* ſed peccatũ mors. Quid ergo ex occaſione mandati? *Sed peccatum vt appareat peccatum:* latebat enim quando mortuum dicebatur: per bonũ mihi operatum eſt mortem, vt addita prævaricatione fiat ſupra modum peccator, aut peccatum per mandatũ: quia prævaricatio peccato non adderetur, ſi non eſſet mandatum. Alio enim loco dicit apertè idẽ Apoſtolus, Vbi enim lex non eſt, nec prævaricatio. Quid ergo? Quid dubitamº ad hoc legem eſſe datam, vt inueniret ſe homo? Quando enim Deus nõ prohibebat à malo, latebat ſe homo, vires ſuas languidas nõ inuenit, niſi quando legem prohibitionis accepit. Inuenit ergo ſe, in malis inuenit ſe. Quò fugit ſe? Quocũque eum fugerit ſe, ſequitur ſe. Et quid ei prodeſt de ſe inuento ſcientia, quam ſauciat conſcientia?

Ser. præcedẽti, 4. ſcilicet. Rom.7. Rom.8. Rom.4.

CAP. II. Rom.7.

LOQVITVR ergo & in iſta lectione quæ hodie recitata eſt ille qui inuenit ſe. *Scimus,* inquit, *quia lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Quod enim operor, ignoro. Non enim quod volo, hoc ago: ſed quod odi, illud facio.* Quæritur hoc loco magna diligentia quis intelligatur, vtrum ipſe Apoſtolus qui loquebatur, an alium aliquẽ in ſe transfigurauit quem tangeret in ſe, ſicut dixit quodam loco: Hæc autẽ omnia transfiguraui in me, & Apollo propter vos, vt in nobis diſcatis. Si ergo Apoſtolus loquitur, quod nemo dubitat, & cũ dicit, Nõ quod volo ago, ſed quod odi, illud facio, non de altero, ſed de ſeipſo dicit: quid ſumus intellecturi, fratres mei? Itáne apoſtolus Paulus nolebat, verbi grãtia, facere adulteriũ, & faciebat adulteriũ? Nolebat eſſe auarus, & erat auarus? Quis autem noſtrũ audeat ſe induere tali blaſphemia, vt de apoſtolo hoc ſentiat? Fortè ergo aliº eſt aliquis: fortè tu es, aut tu es, aut ille eſt, aut ego ſum. Si ergo aliquis noſtrũ eſt, ipſum quaſi de ipſo audiamus, & nõ irati nos corrigamus. Si autẽ ipſe eſt fortè enim & ipſe eſt, ſed nõ ſic intelligamº quod dixit, Nõ quod volo, ago: ſed quod odi, illud facio: tanquã vellet eſſe caſtus, & eſſet adulter: aut vellet eſſe miſericors, & eſſet crudelis: aut vellet eſſe piº, & eſſet impius. Nõ ad hoc accipiamus. Nõ enim quod volo, hoc ago; ſed quod odi, illud facio. SED ad quid? Volo nõ cõcupiſcere, & cõcupiſco. Lex quid dixit? Nõ cõcupiſces. Homo legẽ audiuit, vitiũ agnouit: bellũ indixit, captiuitatẽ inuenit. Sed fortè aliquis homo, non Apoſtolus. Quid ergo dicimus, fratres mei? Nõ habet vllã cõcupiſcentiã Apoſtolus in carne ſua, quã habere nollet; cui tamen exiſtenti, titillãti, ſuggerẽti, ſolicitãti, æſtuanti, tentanti nõ cõſentiret? Dico charitati veſtræ, Si crediderimº, Apoſtolũ nullã prorſus habuiſſe infirmitatẽ cõcupiſcentiæ cui reluctaretur, multũ credimº de illo: atque vtinã ita ſit, Nõ enim inuidere nos oportet Apoſtolis, ſed Apoſtolos imitari. Verũtamẽ, chariſſimi, audio ipſum Apoſtolũ cõfitentẽ, nondũ eũ ad tãtã perfectionem iuſtitiæ perueniſſe, quantã in angelis eſſe credimus: quorũ angelorũ æqualitatem ſperamus, ſi ad hoc quod volumus perueniamus. Quid enim aliud nobis promittit in reſurrectione, vbi ait, In reſurrectione mortuorũ neque nubẽt, neque vxores ducẽt: nõ enim incipient mori, ſed erũt æquales angelis Dei? Dicit ergo aliquis, Et tu vnde ſcis quia Paulus apoſtolus angeli iuſtitiam, & perfectionẽ nondũ habebat? Nõ facio iniuriam Apoſtolo, non credo niſi Apoſtolo, aliũ teſtẽ non quæro, ſuſpicantem nõ audio, nimium laudantem non curo. Dic mihi ſancte Apoſtole de teipſo, vbi nemo dubitat, quia deceipſo loqueris. Nã vbi dixiſti, Non quod volo, ago; ſed quod odi, illud facio: exiſtũt qui dicant, quòd aliũ in te neſcio quẽ transfigurauerís laborãtem, deficientẽ, victũ, captiuum. Tu mihi dic de te, vbi nemo dubitat quia loqueris de te. Fratres, ait Apoſtolus, ego meipſum nõ arbitror apprehẽdiſſe. Et quid facis? Vnũ autẽ, quæ retrò oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus (ſecundum intentionẽ ait, non ſecundum perfectionem) ſecundum intentionem ſequor ad palmã ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Suprà iam dixerat, Non quia iam acceperim, aut iã perfectus ſim: Adhuc contradicitur & dicitur. Dicebat iſta Apoſtolus, quia nõdum peruenerat ad immortalitatem: non quia non peruenerat ad iuſtitiæ perfectionẽ. Iam ergo tam iuſtus erat quàm ſunt angeli, ſed nondũ immortalis ſicut ſunt angeli. Sic, inquiunt, ſic eſt prorſus. Modò dixiſti tã erat iuſtus quàm ſunt angeli, ſed nondũ immortalis ſicut ſunt angeli. Ergo perfectionẽ iuſtitiæ iã tenebat; ſed ſequẽdo palmã ſupernã, immortalitatẽ quærebat. DIC nobis ſancte Apoſtole alium aliquẽ manifeſtiorem locũ: non vbi quæris immortalitatẽ, ſed vbi confiteris infirmitatem. Et hic iã ſuſurratur, iã cõtradicitur. Videor mihi audire quorundã cõgitationes, & hic dicitur mihi: Verum eſt, noui quid dicturus es. Confitetur infirmitatem, ſed carnis,

1.Cor.4. Matth. 22. Philip. 3. Rom.7. CAPVT III.

nis, non mentis: confitetur infirmitatem, sed corporis, non animi. In animo autem est perfecta iustitia, non in corpore. Nã quis ignorat vtique Apostolũ in corpore fuisse fragilem, corpore fuisse mortalẽ, sicut dicit, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus? Quid tibi ergo cũ vase fictili? De thesauro aliquid loquere. Si aliquid min° habuit, si erat quod ei ad aurũ iustitię possit addi inueniamus. Ipsum audiamus, ne iniurioſi existimemur. Et ne magnitudine reuelationũ mearũ. Apostolus dicit, In magnitudine reuelationũ mearũ ne extollar. Nempe hic agnoscitis Apostolũ habentem magnitudinem reuelationũ & timentẽ elationis præcipitiũ. Vt ergo noueris, quia & ipse Apostolus, q̃ volebat alios saluos facere, adhuc curabatur: vt noueris quia & ipse adhuc curabatur: si magnipendis ipsius honorem, audi quid medicus ei appoſuerit ad tumorẽ: audi non me, ipsum audi. Audi confitentem, vt sentias docentẽ. audi, Et ne magnitudine reuelationũ mearũ extollar. Ecce iam possum dicere apostolo Paulo, Ne extollaris sancte Apostole. Tu ne extollaris, adhuc cauẽdum est, tu ne extollaris, adhuc timendum est; tu ne extollaris; adhuc huic infirmitati medicina quærenda est?

1.Cor.4. 2.Cor.12. Beda.

CAPVT. QVID mihi, inquit, dicis tu? Et tu audi quid sim, & noli altũ sapere, sed time. Audi quomodo breuis agnus ingrediatur, vbi aries sic periclitatur. Ne magnitudine, inquit, reuelationum mearum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angel° satanę, qui me colaphizet. Qualem tumorẽ timuit, qui mordacissimũ epithema accepit. Iã ergo modò dic, quia tanta in illo erat iustitia, quãta est in angelis sanctis: an fortè & angelus sanctus in cęlo ne extollatur, accipit stimulũ angelũ satanæ à quo colaphizetur? Absit hoc de sanctis angelis suspicari. Homines sumus, Apostolos sanctos homines agnoscamus, vasa electa, sed adhuc fragilia, adhuc in hac carne peregrinãtes, nõdũ in cęlesti patria triũphãtes. Ergo quoniam Dñm ter rogauit, vt ab illo iste stimulus auferretur; nec auditus est ad voluntatem, quia exauditus est ad sanitatem, fortè nõ indecenter ipse loquitur vbi dicit: Scimus autẽ quia lex spiritalis est: ego autẽ carnalis sum. Ergo carnalis apostolus, qui aliis dicebat, Vos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: alios tãquam spiritales alloquitur, & ipse carnalis est? Sed quid dixit & ipsis spiritalibus, quia nõdum erant securi, nondũ erant in perfectione cęlesti & angelica, nondum erant in illius patriæ securitate, ſed in huius peregrinationis solicitudine versabãtur? Quid eis dixit? Certè spiritales eos vocauit. Vos, inquit, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne & tu tenteris. Ecce quẽ spiritalẽ iã appellauit, timuit illi tentationis fragilitatẽ, vnde possit tentari spiritalis, & si non ex mente, vtiq; ex carne. Spiritalis enim quia secundum spiritũ viuit: adhuc autẽ ex parte mortali carnalis, idẽ spiritalis, idẽq̃ carnalis. Ecce spiritalis: Mẽte seruio legi Dei: ecce carnalis. Carne autẽ legi peccati. Idẽ ergo ipse & spiritalis & carnalis? Idẽ planè quamdiu hic viuit, sic est. Noli mirari quisquis es, quicunque carnalibus cõcupiscẽtiis cedis atque consentis, qui eas vel bonas putas ad explẽdam libidinis saturitatem, vel certè sic iã vides malas, vt eis tamen cedendo cõsentias, & quò ducũt sequaris, & ea quæ malè suggerũt perpetres: totus carnalis es. Tu, tu quisquis talis es, totus carnalis es. Si autẽ cõcupiscis quidẽ, quod lex vetat, cùm dicit, Nõ cõcupiscs, seruas tamen aliud q̃ itẽ lex iubet, Post concupiscentias tuas nõ eas mẽte spiritalis es, carne carnalis. Aliud est enim, non cõcupiscere, aliud, post concupiscẽtias suas nõ ire. Nõ cõcupiscere, omnino perfecti est, post cõcupiscentias suas non ire, pugnantis est, luctantis est, laborantis

Rom.7. Galat.6. Spiritalis & carnalis. CAPVT. VI. Deut.5. Eccles.18. Rom.7.

A est. Vbi feruet pugna, quare desperatur victoria? Quãdo erit victoria? Quãdo absorbebitur mors in victoriã, tunc enim vox erit triũphantis, non iudicantis. Quæ futura est vox illa triumphantis, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem? Vides victorem, audi exultantem, expecta triumphantem. Tũc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriã. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est? Ecce erat, & nõ est: Vbi est mors contentio tua? Ecce mortis cõtentio, Non quod volo, ago. Ecce mortis contentio, Scimus quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. Si ergo Apostolus de seipso dicit, si dico nõ confirmo, si Apostolus dicit, Scimus quia lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum: mente enim spiritalis, corpore carnalis, quãdo totus spiritalis: Cùm seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Modò ergo quãdo feruet mortis contentio, non quod volo ago, ex parte spiritalis, ex parte carnalis. Ex parte meliori spiritalis, ex parte inferiori carnalis. Adhuc confligo, nondum vici: magnum mihi est, non vinci. *Non quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio.* Quid facis? Cõcupisco. Et si cõcupiscẽtiæ nõ consentio, etsi post cõcupiscẽtias meas non eo: tamen adhuc concupisco, & vtique etiã in ipsa parte ego sum. Non enim ego alius in mente, & alius in carne.

Eccl.18. 1.Cor.15. Ibidem. B

CAPVT VII. SED quid? Igitur ipse ego: quia ego in mente, ego in carne. Nõ enim duę naturę cõtrariæ, sed ex vtraque vnus homo: quia vnus Deus, à quo factus est homo: *Igitur ipse ego, ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati:* mente non consentio legi peccati, sed tamen nollem esse in membris meis lex vlla peccati. Quia ergo nollem, & tamen est, non quod volo ago: quia concupisco, & nolo, nõ quod volo, ago: sed quod odi, illud facio. Quid odi? Concupiscere. Odi concupiscere, & tamen ago illud carne, non mẽte. Quod odi, illud facio. *Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniã bona est.* Quid est hoc, si quod nolo, illud facio: consentio legi quoniã bona est? Cõsentires legi, si quod vellet faceres. Si facis quod lex odit, quomodo consentis legi? Prorsus si quod nolo hoc facio, consentio legi, quoniã bona est. Quomodo? Quia iubet lex, Non cõcupisces. Quid volo ego? Non concupiscere. Volendo quod vult lex, consentio legi, quoniam bona est. Si diceret lex, Non cõcupisces, & ego vellem concupiscere, non consentirẽ legi, & omnino ab illa voluntatis peruersitate diuersus existerem. Dicente enim lege, Non concupisces, & ego vellem concupiscere, non consentio legi Dei. Quid modò? Quid dicis ô lex? Non concupisces. Et ego nolo concupiscere, & ego nolo: quod non vis, nolo: ideo consentio, quia quod non vis, nolo. Non implet legem infirmitas mea: sed legem laudat voluntas mea. Ergo si quod nolo, hoc ago, & ideo consentio legi, quia nolo quod non vult, non quia ago quod nolo. Ipsum enim agere concupiscere est, non concupiscentiæ consentire: ne aliquis iam in Apostolo peccandi sibi quærat exemplum, & det malum exemplũ, nõ quod volo ago. Quid enim lex dicit? Non concupisces. Et ego nolo cõconcupiscere, & tamen concupisco, quamuis cõcupiscentiæ meæ assensum non præbeã, quamuis post eam non eã: Resisto enim, auerto mẽtem, nego arma, teneo mẽbra, & tamẽ fit in me quod nolo. Quod non vult & lex, nolo cũ lege, quod nõ vult nolo, ergo cõsentio legi. Sed quia ego sum in carne, ego sum in mẽte, sed magis ego sum in mẽte quàm in carne. Quia enim ego sum in mẽte, ego sum in regẽte: Mens enim regit, caro regitur: & magis sum ego in eo quod rego, quàm in eo in quo regor. QVIA ergo magis ego in mente: *Nunc autem iam non ego operor illud.* Quid est, nunc iam? Iam redemptus,

C CAPVT VIII.

demptus, qui fui antea sub peccato venundatus, iã accepta gratia Saluatoris, vt mẽte condelecter legi Dei, nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. *Scio enim quia non habitat in me.* Iterum ergo in me, audi quod sequitur, *hoc est in carne mea bonũ. Velle enim [mihi] adiacet.* Scio. Quid scis? Quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Iamdudum dixeras, Quod operor, ignoro. Si ignoras, quomodo scis? Modo dicis, Ignoro: modò dicis, Scio: ego quomodo intelligã, nescio. An hoc est quod intelligo? Vbi enim ait, Quod operor, ignoro, dixit ignoro, nõ approbo, non accepto, nõ mihi placet, nõ cõsẽtio, nõ laudo. Nõ enim & Christus eos ignorabit, quibus dicturus est, Non noui vos. Prorsus etiã hoc intelligo, Quod enĩ operor, ignoro: quia quod nõ facio, ignoro. Non enĩ ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatũ. Ideo ignoro: quia nõ ego facio, sicut dictũ est de Domino, Eũ qui nõ nouerat peccatũ. Quid est, Qui nõ nouerat? Ergo nõ nouerat quod arguebat? Non nouerat quod puniebat? Si ergo non nouerat quod puniebat, iniustè puniebat. Quia verò iustè puniebat, nouerat quod puniebat: & tamẽ peccatũ nõ nouerat, quia peccatũ nõ fecerat. Quod enĩ operor, ignoro: nõ enim quod volo, ago: sed quod odi, illud facio. Si autẽ quod nolo hoc facio, cõlẽtio legi, quoniã bona est, Nũc autẽ accepta iam gratia, nõ ego operor illud, libera est mẽs, caro captiua. Non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enĩ, quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea, bonũ. *Velle enim adiacet mihi, perficere autẽ bonũ nõ adiacet.* Adiacet velle, perficere nõ adiacet. Non dixit facere, sed perficere, Non enim nihil facis.

Matth.7. 2.Cor.5. Eph.5. Rom.7. B

CAP.IX. REBELLAT concupiscentia, & non consentis; delectat vxor aliena, & non annuis, mentem auertis, in secretarium mentis intras. Vides foris strepentem concupiscentiam, profer adversus eam sententiam, mundans conscientiam. Nolo, inquis, nõ facio. Puta quia delectat, nõ facio, habeo cui cõdelecter. *Condelector enim legi Dei secundum interiorẽ hominẽ.* Quid tu de carne tua tumultuaris? Quid delectationes stultas, tẽporales, fluxas, vanas, noxias, tumultuos è suggeris, & eas quasi garrula mihi narras? Narrauerũt mihi iniusti delectationes. Inde est & ista concupiscẽtia. Narrat mihi delectationes, sed nõ sicut lex tua, Domine. Condelector enim legi Dei nõ de me, sed de gratia Dei. Tu concupiscẽtia in carne tumultuaris, mentẽ tibi non subdis. In Deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Me me, hoc est; mẽte non consentiente, tumultuatur caro. In Deo, inquit, sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Sicut nec aliena, ità nec mea. Qui ergo in se hæc agit, nihil facit? Multũ facit: magnũ est quod facit, sed tamen non perficit. Quid est enim perficere? Vbi est mors contentio tua? Ergo velle adiacet mihi, perficere autem bonum non. Nõ enim quod volo, facio bonum: sed quod nolo malũ, hoc ago. Etrepetit, *Si autẽ quod nolo ego hoc facio, id est, cũcupisco, iã non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum.* Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum. Bonum inuenio legem; bonum est lex, bonum aliquid est lex. Vnde probo? Quia implere volo. Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Mihi, & hoc mihi. Num enim caro non mea, aut de alia substantia caro, aut de alio principio caro, aut anima ex Deo, & caro de gente tenebrarum? Absit. Languor repugnat sanitati. Semiuius iacet in via, curatur, adhuc sanantur omnes languores eius. Non quod volo, ago; sed quod odi, illud facio. Si autẽ quod nolo, ego illud facio, inuenio ergo legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Quod malum? CONDELECTOR *enim legi Dei secundum interiorem hominem: Video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuam me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.* Captiuũ, sed ex carne: Captiuũ, sed ex parte. Nam mens repugnat & cõdelectatur legi Dei. Sic enim intelligere debem°, si de seipso Apostolus loquitur. Iã ergo si mẽs nõ consentit peccato titillanti, suggerẽti, blandiẽti, si mẽs nõ consentit, quoniam habet alias interiùs delectationes suas, delectationibus carnis ex nulla parte conferendas: si ergo non consentit, & est in me quiddam mortuum, & quiddam viuum, mors adhuc contendit, sed mẽs viua con consentit. Nũquid ipsa mors non est in te? Nũquid illud quod mortuũ est, non pertinet ad te? Adhuc tibi est contẽtio. Quid etiã inde sperandũ est? Miser ergo homo, etsi nõ in mẽte, tamẽ in carne miser homo. Non enim in mẽte homo, & in carne nõ homo. Quis enim vnquã carnẽ suã odio habuit? Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quid est hoc, fratres? Quasi carere vult corpore. Quid festinas, si tãtũ ibi est intentio tua, vt corpore careas? Mors quãdoque vẽtura est, & te ab isto corpore mortis dies adueniẽs vltim° proculdubiò liberabit. Quid est quòd pro magno gemis? Quid est quòd dicis, Quis me liberabit? Mortalis loqueris, moriturus loqueris. Separatio mentis à carne quãdoque vẽtura est: propter breuitatẽ vitæ nunquã longè est, propter quotidianos casus quãdo sit, nescis. Ergo siue festines, siue tardes, omnis vita humana breuis est. Quid pro magno gemis & dicis, Quis me liberabit de corpore mortis huius? ET adiũgit, Gratia Dei per Iesum Christũ Dominũ nostrũ. Pagani enim qui nõ habẽt gratiã Dei per Iesum Christũ Dominũ nostrũ, non moriẽtur? non quãdoque die vltimo à carne soluẽtur? non illo die à corpore mortis huius liberabũtur? Tu quid est quod pro magno gratię Dei per Iesum Christum Dominũ nostrũ vis tribuere, quia de corpore mortis hui° liberaberis? Respõdet tibi Apostolus, (si sensum eius cepim°, imò quia Domino adiuuante, sine dubio cepimus,) respondet tibi Apostolus & dicit, Scio quid loquar. Paganos dicis liberari à corpore mortis huius, quia venier dies vltimus vitæ hui°, & soluẽtur ad tempus à corpore mortis huius: Veniet & dies, quãdo omnes qui sunt in monumentis audiẽt vocẽ eius, & procedẽt qui bona fecerũt in resurrectionem vitæ. Ecce liberari à corpore mortis huius. Qui mala fecerũt, in resurrectionẽ iudicij, Ecce rediẽrũt ad corpora mortis huius. Corpus mortis hui° redit ad impiũ, nec inde aliquãdo soluẽtur. Tunc non erit vita æterna, sed mors æterna, quia pœna æterna. TV autẽ, ô Christiane, roga quãtum potes, exclama & dic, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondetur tibi, Securus efficeris nõ de te, sed de Domino tuo: securus efficeris, de pignore tuo. Spera cum Christo regnũ Christi, iam pignus tenes sanguinẽ Christi. Dic dic, quis me liberabit de corpore mortis huius? VT respondeatur tibi, Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Non enim sic liberaberis de corpore mortis huius, vt hoc corpus nõ habeas. Habebis, sed iã non mortis huius. Ipsum erit, sed non ipsum erit. Ipsum erit quia ipsa caro erit: Non ipsum erit, quia mortale nõ erit. Sic sic liberaberis à corpore mortis huius, vt mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem. A quo? Per quem? Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum: Quia per vnum hominem mors, & per vnum hominẽ resurrectio mortuorum. Sicut in Adam omnes moriuntur, inde est quòd gemis: In Adam omnes moriuntur: inde est quòd gemis, inde

Luc.16. CAP.X. 1.Cor.15. Rom.7.

inde est quod cũ morte confligis, inde est corpus mortis huius. Sed sicut in Adam omnes moriũtur: sic & in Christo omnes viuificabũtur. Viuificatus accepto corpore immortali, vbi dicas, Vbi est mors cõtentio tua? liberatus eris à corpore mortis huius: non tamen virtute tua, sed gratia Dei per Iesum Christum Dominũ nostrũ. Conuersi, &c.

De verbis Apostoli, Igitur ipse ego mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

SERMO D. AVGVST. VI.

Citatur à Beda, ad Hebr. 12.

CAP. I. Rom. 7. HESTERNA lectio sancti Apostoli cousque terminata est, vbi dictũ est, *Igitur ipse ego mente seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati.* In qua conclusione demõstrauit Apostolus, ad hoc se dixisse quę suprà dixerat, Peccati nomine quid Apostolus appellet. Iã non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatũ: quia non mẽte operabatur cõsentiendo, sed carne concupiscẽdo. Hoc enim peccati nomine appellat, vnde oriuntur cũcta peccata, id est, ex carnali cõcupiscẽtia. Quicquid enim est peccatorũ in dictis, in factis, in cogitationibus, nõ exoriũtur nisi ex mala cupiditate, nõ exoriũtur nisi ex illicita delectatione. Huic ergo illicitæ delectationi si resistamus, si nõ cõsentiamus, si mẽbra velut arma nõ ministremus: nõ regnat peccatũ in nostro mortali corpore. Rom. 6. Peccatũ enim ante regnũ perdit, & sic perit. In hac ergo vita, quãtum ad sanctos attinet, regnũ perdit, in alia perit. Hic enim regnũ perdit, quando post concupiscentias nostras nõ imus: ibi aurem perit, quãdo dicetur, Vbi est mors cõtentio tua? 1. Cor. 15. Ergo cùm dixisset Apostolus, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, non dãdo membra cõmittẽdis iniquitatibus, sed tantũ concupiscendo, nec tamẽ illicitæ cõcupiscẽtiæ manus dãdo. Ergo cùm dixisset, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati; subiecit & ait: CAP. II. Rom. 8. NVLLA *ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu.* His qui sunt in carne condẽnatio est: his qui sunt in Christo Iesu nulla condẽnatio est. Ne putares hoc postea futurũ, ideo addidit, Nunc. Postea illud expecta, vt nec concupiscentia sit in te contra quã contendas, cũ qua confligas, cui nõ cõsentias, quã frenes & domes: pòst expecta quia nec ipsa erit. Si enim quod nobiscum contendit ex mortali corpore etiã postea erit: vbi est mors contentio tua, falsum erit. Quid ergo postea futurum sit, sciamus. Tũc enim fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Vbi est mors cõtẽtio tua? Vbi est mors aculeus tuus? 1. Cor. 15. Aculeus enim mortis est peccatũ, virtus autem peccati lex: quia ex prohibitione auctũ, est desidenũ, nõ extinctum. Lex peccato dedit virtutẽ tantũmodo per literam iubẽdo: non per spiritum subueniendo. Ergo tunc nõ erit hoc, sed quid nunc? Quid sit nũc, quæris, quod & paulo antè dixit. Rom. 7. Nũc autem iã nõ ego operor illud, & ibi nunc. Quid est, nõ ego operor illud? Nõ cõsentio, nõ annuo, nõ decerno, semper mihi displicet: mẽbra mea teneo. Et magnum est hoc, Cùm sit ex carne concupiscentia, & ad carnem pertineant corporis membra, quando non regnat peccatũ, id est, carnis concupiscentia: plus habet iuris mens ad tenenda membra carnis, ne dentur in arma iniquitatis, quàm ipsa cõcupiscentia carnis ad mouenda membra carnis. Itaque concupiscentia est carnis, & membra carnis: mens tamen quia dominatũ habet, si tamẽ desuper adiuuetur, ne cùm ei multũ contra Dei gratiam damus, nõ regẽ, sed tyrannũ faciamus. Tantũ ergo valet mẽs, sic regit cũ regitur, vt de

A mẽbris ipsius carnis cõtra cõcupiscentiã carnis ipsius possit agere, quod ait Apostol⁹, Nõ ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore ad obediẽdum desideriis eius: nec exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Rom. 6. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. NON sint soliciti, si concupiscẽtiis illicitis titillantur: non sint soliciti, quòd videtur adhuc esse lex in mẽbris repugnãs legi mẽtis. CAPVT III. Nulla enim condẽnatio est. Sed quibus? Etiam nunc quibus? Qui sunt in Christo Iesu. Et vbi est illa sententia, de qua dicebat paulò antè, Video aliã legem in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis meæ, & captiuãtẽ me in lege peccati quæ est in membris meis? Rom. 7. Sed me dicebat ex carne, non ex mẽte. Vbi ergo illa lex, si nulla condẽnatio est his qui sunt in Christo Iesu? *Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu.* Rom. 8. Lex enim non illa in mõte Sina per literam: Lex enim non illa in vetustate literæ, sed lex spiritus vitę in Christo Iesu, *liberauit te à lege peccati & mortis.* Vt enim cõdelecteris legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ, vnde haberes, nisi lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberaret te à lege peccati & mortis? Ideo mẽs humana ne tibi tribuas, ne multum superbias, imò ne omnino superbias ô mẽs humana, quòd nõ consentis desideriis carnis, quòd lex peccati non te de arce deponit: lex spiritus vitę in Christo Iesu liberauit te à lege peccati & mortis: non te illa lex liberauit, de qua suprà dictũ est, Vt seruiam⁹ in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quare illa nõ liberauit? Nónne & ipsa digito Dei scripta est? Digitus Dei, spiritus sanctus. Nónne digitus Dei spiritus sanctus intelligitur? Lege euangelium & vide, quia vbi dicit vnus Euangelista, Domino dicentẽ, Si ego in spiritu Dei eiicio dæmonia: alius dicit, Matth. 12. Luc. 11. Si ego in digito Dei eiicio dæmonia. Si ergo & lex illa digito Dei scripta est, hoc est, spiritu Dei, quo spiritu victi magi Pharaonis dixerũt, Digitus Dei est hic: Exod. 8.

B Si ergo & ipsa, imò cũ & ipsa spiritu Dei, hoc est, digito Dei conscripta sit, quare non de illa dicitur, Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu? Lex enim mortis nõ ipsa dicitur lex peccati & mortis, non illa lex dicitur quæ data est in monte Sina.

LEX peccati & mortis illa dicitur, de qua gemẽs ait, CAPVT IIII. Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnãtem legi mẽtis meæ. Sed illa lex ipsa est quæ dicta est, Itaque lex quidẽ sancta, & mandatũ sanctũ, & iustum, & bonũ: & subiecit, Quod ergo bonũ est, mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatum est mortẽ, vt fiat supra modũ peccator, aut peccatũ per mandatũ. Quid est supra modũ? Vt addatur præuaricatio. Data est ergo lex illa, vt inueniretur infirmitas. Parum est hoc, non solùm vt inueniretur, sed etiam vt augeretur, & vel sic medicus quæreretur. Si

D enim leuis morbus esset, contemneretur: si morbus contemneretur, medicus non quæreretur: si medicus non quæreretur, morbus non finiretur. Rom. 5. Ideo vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, quæ deleuit cuncta peccata quæ inuenit: & ad non peccandum voluntati nostræ conanti adiutoriũ subministrauit, vt ipsa voluntas nostra non in seipsa, sed in Deo laudaretur. Psal. 43. In Deo enim laudabimur tota die. Et in Domino Psal. 33. laudabitur anima mea, audiãt mites, & iocundentur. Audiant mites: nam superbi & ligitiosi non audiunt. Ergo quare non ipsa est lex digito Dei scripta, quę dat adiutoriũ hoc gratiæ, de qua loquimur? Quare? Quia 2. Cor. 3. in tabulis lapideis scripta est, non in tabulis cordis carnalibus. DENIQVE, fratres mei, in magno mysterio CAP. V. Beda ad Heb. 12. videte cõcordiam, videte distantiã. Cõcordiam legis, distantiam plebis. Celebratur Pascha in veteri populo, sicut nostis occisione agni cum azymis: vbi occisio ouis Christum significat, azyma autem nouam vitam,

hoc

hoc est, sine vetustate fermẽti. Vnde nobis Apostolus 1. Cor. 5. A dicit, Expurgate vetus fermẽtũ, vt sitis noua cõspersio, sicut estis azymi: Pascha enim nostrum immolatus est Christus. Celebratum est ergo Pascha in illo veteri populo, nondũ in luce fulgente: sed in vmbra significante celebratum est, & post quinquaginta dies à celebratione Paschæ, sicut computãs inueniet qui voluerit, datur lex in mõte Sina, scripta digito Dei. Venit verũ Pascha, immolatur Christus: trãsitũ facit à morte ad vitã. Trãsitus enim interpretatur Hebraicè Pascha: quod expressit Euãgelista dicens, Cũ autẽ veniret hora, vt trãsiret Iesus de hoc mũdo ad patrẽ. Ioan. 13. Celebratur ergo Pascha, resurgit Dominus, facit trãsitum à morte ad vitã, quod est Pascha: & numerantur quinquaginta dies, & venit spiritus sanctus, digitus Dei. SED vide- CAPVT VI. te ibi quomodo, & hic quomodo. Ibi plebs longè stabat, timor erat, amor non erat: Nam vsqueadeò timuerunt, vt dicerent ad Moysen, Loquere tu ad nos, & nõ Exod. 20. B nobis loquatur Dominus, ne moriamur. Descẽdit ergo, sicut scriptũ est, Deus in Sina in igne: sed plebẽ longè stantem territans, & digito suo scribens in lapide, non in corde. Hìc autem quãdo venit spiritus sanctus, cõgregati erant fideles in vnũ: nec in mõte terruit, sed Act. 2. intrauit in domũ. De cælo quidẽ factus est subitò sonus, quasi ferretur flatus vehemẽs. Sonuit, sed nullⁿ expauit. Audisti sonũ, vide & ignẽ: quia & in mõte verũq; erat; & ignis & sonitus: sed illic etiã fumus, hic & ignis serenus. Visæ sunt enim illis, inquit Scriptura, linguæ diuisæ, velut ignis. Nũquid de longinquo territãs? Absit. Nam insedit super vnumquẽque eorũ, & cœperunt linguis loqui, sicut spiritus dabat eis prónunciare. Audi linguam loquentẽ, & intellige spiritũ non in lapide, sed in corde scribentẽ. Lex ergo spiritus vitæ scripta in corde, nõ in lapide, in Christo Iesu, in quo celebratum al. me. C est verissimũ Pascha, liberauit † te à lege peccati & mortis. Nam vt noueris ipsam esse distantiam euidentissimam veteris & noui Testamẽti: vnde & dicit Apostolus, Hier. 31. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: Dominus apud Prophetam dicit, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Iacob testamentum nouum, non secundum testamentum quod constitui patribus eorũ, in die qua apprehẽdi manum eorum, & eduxi eos de terra Ægypti. Deinde ipsam differẽtiã euidenter ostendẽs: Dans, inquit, leges meas in cordibus eorũ: in cordibus, inquit, eorũ superscribã eas. Si ergo scribatur lex Dei in corde tuo, nõ foris terreat, sed intⁿ mulceat: tunc lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberabit te à lege peccati & mortis.

CAPVT VII. QVOD *enim impossibile erat legi.* Hoc enim sequitur in lectione Apostoli, Quod impossibile erat legi. Et ne ipsa culparetur, quid subiunxit? *In quo infirmabatur per carnem.* Lex enim iubebat, & nõ implebat, quia caro vbi non erat gratia, inuictissimè resistebat. *Et lex infirmabatur per carnem, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum.* Quomodo ergo lex mihi opitularetur iubens per literam, & non dans gratiam? Infirmabatur per carnem. Quid fecit Deus cùm hoc impossibile esset legi, & infirmaretur per carnem? *Deus filium suum misit.* Per quid infirmabatur lex, & propter quid erat hoc impossibile legi? Infirmabatur per carnem. Quid ergo Deus? Contra carnem misit carnem, imò etiam pro carne misit carnem. Peccatum enim carnis occidit, carnis substantiam liberauit. *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati.* In carne quidem vera, sed non in Similitudo peccati. carne peccati. Quid autem in similitudinem carnis peccati? Id est, vt esset caro, vera caro. Et vnde similitudo carnis peccati? Quia de peccato mors. Mors est vtique in omni carne peccati: de qua dicit Apostolus,

Vt euacuaretur corpus peccati. Quia ergo est in omni carne peccati, sed vtrunque ibi est, & mors & pec- Rom. 6. catum in carne: † cæterũ in carne peccati & mors est, al. cetera. & peccatũ: in similitudinẽ carnis peccati mors erat, & peccatũ nõ erat. Si enim caro peccati esset, & merito peccati pœnã mortis lueret, nõ diceret ipse Dominus, Ecce venit princeps mũdi, & in me nihil inueniet. Quare ergo me occidit? Quia quæ nõ rapui, tũc exoluebã. Ioan. 4. Psal. 68. Prorsus quod fecit de tributo, hoc fecit de morte. Exigebatur tributũ, didrachma. Quare, inquit, tu & discipuli tui nõ redditis tributũ? Vocauit ad se Petrũ, & ait ei: Reges mũdi à quibus exigunt tributũ, à filiis suis an ab alienis? Responsum est, Ab alienis. Ergo, inquit, liberi sunt filij. Tamẽ ne scãdalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamũ, & qui primⁿ surrexerit, id est primogenitus à mortuis: aperi, inquit, os eius, & inuenies ibi stateram, id est, duas didrachmas, quatuor drachmas: Matth. 17. B quia didrachma, id est, duę drachmę in caput exigebatur. Inuenies ibi stateram, hoc est, quatuor drachmas, da eis pro me & te. Quid est, Pro me & te? Ipse Christⁿ, Petrus, Ecclesia Christi, Ecclesiæ quatuor Euangelia. Mysterium latebat, Christus tamen tributum non debitũ persoluebat. Sic persoluit & mortẽ: non debebat, & persoluebat. Ille nisi indebetũ solueret, nunquã nos à debito liberaret. QVOD ergo impossibile erat legi CAPVT VIII. quę faciebat præuaricatorẽ: quia nondũ mẽs conuicta quæsierat Saluatorẽ, in quo infirmabatur per carnem, misit Deus filiũ suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne. Quomodo ergo nõ habebat peccatũ, si de peccato damnauit peccatũ? Iam aliquãdo exposuimus vobis hoc: sed qui meminerunt, recognoscãt, qui non audierunt, audiãt; qui obliti sunt, recolant. Peccatũ vocabatur in lege sacrificiũ pro peccato. Assiduè lex hoc commemorat. Non semel, non iterum, sed sæpissimè peccata dicebantur sacrificia pro peccatis. Tale peccatum erat Christus. Ser. 48. de verbis Domini. Christus peccatum, id est sacrificiũ pro peccato. Quid enim dicamus? Peccatum habebat? Absit. Peccatũ nõ habebat, & peccatum erat. Peccatum erat, dixi secundũ illã intelligentiam, quia sacrificiũ pro peccato. Audi quia hoc modo peccatũ erat, ipsum Apostolum audi. De illo loquens ait, Eum qui nõ nouerat peccatum. Ipsam sententiam vobis exponebã, quando 2. Cor. 5. ista dicebam: Eũ, inquit, qui non nouerat peccatum, id est, Dominũ nostrũ Iesum Christũ, Deus pater eũ qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit, cũ ipsum Christũ qui nõ nouerat peccatum, Deus pater pro nobis peccatũ fecit, vt nos simus iustitia Dei in ipso. Videte duo, iustitiã Dei, nõ nostrã, in ipso, non in nobis. Inde illi magni sancti de quibus dicit Psalmus, Iustitia Psal. 35. tua sicut mõtes Dei. Et quasi diceretur in ipso Psalmo, vbi dictum est, Iustitia tua: nõ enim iustitia eorum, sed D iustitia tua, velut mõtes Dei: Leuaui enim oculos meos Psal. 120. in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi, sed nõ à montibus. Auxiliũ enim meũ à Domino, qui fecit cęlũ & terram. Ergo cùm dixisset, Iustitia tua sicut mõtes Dei, quasi quæreretur, vt quid ergo aliqui nascũtur qui nõ pertinẽt ad iustitiam Dei: subiecit, Iudicia tua sicut Abyssⁿ multa. Quid est, Sicut multa abyssus? Altũ est, impenetrabile est, inaccessum est humanæ intentioni. Diuitiæ Rom. 11. enim Dei inscrutabiles: Inscrutabilia iudicia eiⁿ, inuestigabiles viæ eius. Ergo & hic misit Deus filium suum propter præscitos, & prædestinatos, vocandos, iustificandos, glorificandos, vt montes Dei dicant: Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Misit Deus filium suum in* Rom. 8. *similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis.* Non implebatur per se, impleta est per Christum. Non enim venit Matth. 5. legem soluere, sed implere.

inde est quod cũ morte confligis, inde est corpus mortis huius. Sed sicut in Adam omnes moriũtur: sic & in Christo omnes viuificabũtur. Viuificatus accepto corpore immortali, vbi dicas, Vbi est mors cõtentio tua? liberatus eris à corpore mortis huius: non tamen virtute tua, sed gratia Dei per Iesum Christum Dominũ nostrũ. Conuersi, &c.

De verbis Apostoli, Igitur ipse ego mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

SERMO D. AVGVST. VI.

Citatur à Beda, ad Hebr. 11.

CAP. I. Rom. 7. HESTERNA lectio sancti Apostoli consque terminata est, vbi dictũ est, *Igitur ipse ego mente seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati.* In qua conclusione demõstrauit Apostolus, ad hoc se dixisse quę suprà dixerat, Iã non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatũ: quia non mẽte operabatur cõsentiendo, sed carne concupiscẽdo. Hoc enim peccati nomine appellat, vnde oriuntur cũcta peccata, id est, ex carnali cõcupiscẽtia. Quicquid enim est peccatorũ in dictis, in factis, in cogitationibus, nõ exoriũtur nisi ex mala cupiditate, nõ exoriũtur nisi ex illicita delectatione. Huic ergo illicitæ delectationi si resistamus, si nõ cõsentiamus, si mẽbra velut arma nõ ministremus: nõ regnat peccatũ in nostro mortali corpore. Peccatũ enim ante regnũ perdit, & sic perit. In hac ergo vita, quãtum ad sanctos attinet, regnũ perdit, in alia perit. Hic enim regnũ perdit, quando post concupiscentias nostras nõ imus: ibi autem perit, quãdo dicetur, Vbi est mors cõtentio tua? Ergo cùm dixisset Apostolus, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, non dãdo membra cõmittẽdis iniquitatibus, sed tantũ concupiscendo, nec tamẽ illicitæ cõcupiscẽtiæ manus dãdo. Ergo cùm dixisset, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati; subiecit & ait: CAP. II. Rom. 8. NVLLA *ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu.* His qui sunt in carne condẽnatio est: his qui sunt in Christo Iesu nulla condẽnatio est. Ne putares hoc postea futurũ, ideo addidit, Nunc. Postea illud expecta, vt nec concupiscentia sit in te contra quã contendas, cũ qua confligas, cui nõ cõsentias, quã frenes & domes: pòst expecta quia nec ipsa erit. Si enim quod nobiscum contendit ex mortali corpore etiã postea erit: vbi est mors contentio tua, falsum erit. Quid ergo postea futurum sit, sciamus. Tũc enim fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Vbi est mors cõtẽtio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatũ, virtus autem peccati lex: quia ex prohibitione auctũ est desiderũ, nõ extinctum. Lex peccato dedit virtutẽ tantũmodo per literam iubẽdo: non per spiritum subueniendo. Ergo tunc nõ erit hoc, sed quid nunc? Quid sit nũc, quæris, quod & paulo antè dixit. Nũc autem iã nõ ego operor illud, & ibi nunc. Quid est, nõ ego operor illud? Nõ cõsentio, nõ annuo, nõ decerno, semper mihi displicet: mẽbra mea teneo. Et magnum est hoc. Cùm sit ex carne concupiscentia, & ad carnem pertineant corporis membra, quando non regnat peccatũ, id est, carnis concupiscentia: plus habet iuris mens ad tenenda membra carnis, ne dentur in arma iniquitatis, quàm ipsa cõcupiscentia carnis ad mouenda membra carnis. Itaque concupiscentia est carnis, & membra carnis: mens tamen quia dominatũ habet, si tamẽ desuper adiuuetur, ne cùm ei multũ contra Dei gratiam damus, nõ regẽ, sed tyrannũ faciamus. Tantũ ergo valet mẽs, sic regit cũ regitur, vt de

Peccati nomine quid Apostolus appellet.

Rom. 6.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Rom. 7.

A mẽbris ipsius carnis cõtra cõcupiscentiã carnis ipsius possit agere, quod ait Apostolus, Nõ ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore ad obediẽdum desideriis eius: nec exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. NON sint soliciti, si concupiscẽtiis illicitis titillantur: non sint soliciti, quòd videtur adhuc esse lex in mẽbris repugnãs legi mẽtis. Nulla enim condẽnatio est. Sed quibus? Etiam nunc quibus? Qui sunt in Christo Iesu. Et vbi est illa sententia, de qua dicebat paulò antè, Video aliã legem in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis meæ, & captiuãtẽ me in lege peccati quæ est in membris meis? Sed me dicebat ex carne, non ex mẽte. Vbi ergo illa lex, si nulla condẽnatio est his qui sunt in Christo Iesu? *Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu.* Lex enim non illa in mõte Sina per literam: Lex enim non illa in vetustate literæ, sed lex spiritus vitę in Christo Iesu, *liberauit te à lege peccati & mortis.* Vt enim cõdelecteris legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ, vnde haberes, nisi lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberaret te à lege peccati & mortis? Ideo mẽs humana ne tibi tribuas, ne multum superbias, imò ne omnino superbias ô mẽs humana, quòd nõ consentis desideriis carnis, quòd lex peccati non te de arce deponit: lex spiritus vitę in Christo Iesu liberauit te à lege peccati & mortis: non te illa lex liberauit, de qua suprà dictũ est, Vt seruiam in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quare illa nõ liberauit? Nónne & ipsa digito Dei scripta est? Nónne digitus Dei spiritus sanctus intelligitur? Lege euangelium & vide, quia vbi dicit vnus Euangelista, Domino dicente, Si ego in spiritu Dei eiicio dæmonia: alius dicit, Si ego in digito Dei eiicio dæmonia. Si ergo & lex illa digito Dei scripta est, hoc est, spiritu Dei, quo spiritu victi magi Pharaonis dixerũt, Digitus Dei est hic: C Si ergo & ipsa, imò cũ & ipsa spiritu Dei, hoc est, digito Dei conscripta sit, quare non de illa dicitur, Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu? Lex enim mortis nõ ipsa dicitur lex peccati & mortis, non illa lex dicitur quæ data est in monte Sina.

Rom. 6.

Rom. 7.

Rom. 8.

Digitus Dei, spiritus sanctus.

Matth. 12. Luc. 11.

Exod. 8.

LEX peccati & mortis illa dicitur, de qua gemẽs ait, Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnãtem legi mẽtis meæ. Sed illa lex ipsa est quæ dicta est, Itaque lex quidẽ sancta, & mandatũ sanctũ, & iustum, & bonũ: & subiecit, Quod ergo bonũ est, mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatum est mortẽ, vt fiat supra modũ peccator, aut peccatũ per mandatũ. Quid est supra modũ? Vt addatur præuaricatio. Data est ergo lex illa, vt inueniretur infirmitas. Parum est hoc, non solùm vt inueniretur, sed etiam vt augeretur, & vel sic medicus quæreretur. Si enim leuis morbus esset, contemneretur: si morbus D contemneretur, medicus non quæreretur: si medicus non quæreretur, morbus non finiretur. Ideo vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, quæ deleuit cuncta peccata quæ inuenit: & ad non peccandum voluntati nostræ conanti adiutoriũ subministrauit, vt ipsa voluntas nostra non in seipsa, sed in Deo laudaretur. In Deo enim laudabimur tota die. Et in Domino laudabitur anima mea, audiãt mites, & iocundentur. Audiant mites: nam superbi & ligitiosi non audiunt. Ergo quare non ipsa est lex digito Dei scripta, quę dat adiutoriũ hoc gratiæ, de qua loquimur? Quare? Quia in tabulis lapideis scripta est, non in tabulis cordis carnalibus. DENIQVE, fratres mei, in magno mysterio videte cõcordiam, videte distantiã. Cõcordiam legis, distantiam plebis. Celebratur Pascha in veteri populo, sicut nostis occisione agni cum azymis: vbi occisio ouis Christum significat, azyma autem nouam vitam, hoc

Rom. 5.

Psal. 45. Psal. 32.

1. Cor. 3.

CAP. V. Beda ad Heb. 12.

1. Cor. 5. hoc est, sine vetustate fermẽtũ, vt sitis noua cõspersio, sicut estis azymi: Pascha enim nostrum immolatus est Christus. Celebratum est ergo Pascha in illo veteri populo, nondũ in luce fulgente: sed in vmbra significante celebratum est, & post quinquaginta dies à celebratione Paschæ, sicut computãs inueniet qui voluerit, datur lex in mõte Sina, scripta digito Dei. Venit verũ Pascha, immolatur Christus: trãsitũ facit à morte ad vitã. Trãsitus enim interpretatur Hebraicè Pascha: quod expressit Euãgelista dicens, Cũ autẽ veniret hora, vt trãsiret Iesus de hoc mũdo ad patrẽ. Celebratur ergo Pascha, resurgit Dominus, facit trãsitum à morte ad vitã, quod est Pascha: & numerantur quinquaginta dies, & venit spiritus sanctus, digitus Dei. SED videte ibi quomodo, & hic quomodo. Ibi plebs longè stabat, timor erat, amor non erat: Nam vsqueadeò timuerunt, vt dicerent ad Moysen, Loquere tu ad nos, & nõ nobis loquatur Dominus, ne moriamur. Descẽdit ergo, sicut scriptũ est, Deus in Sina in igne: sed plebẽ longè stantem territans, & digito suo scribens in lapide, non in corde. Hic autem quãdo venit spiritus sanctus, cõgregati erant fideles in vnũ: nec in mõte territi, sed intrauit in domũ. De cælo quidẽ factus est subitò sonus, quasi ferretur flatus vehemẽs. Sonuit, sed nullũ expauit. Audisti sonũ, vide & ignẽ: quia & in mõte vetũq; erat; & ignis & sonitus: sed illic etiã fumus, hic & ignis serenus. Visæ sunt enim illis, inquit Scriptura, linguæ diuisæ, velut ignis. Nũquid de longinquo territãs? Absit. Nam insedit super vnumquẽque eorũ, & cœperunt linguis loqui, sicut spiritus dabat eis pronunciare. Audi linguam loquentẽ, & intellige spiritũ non in lapide, sed in corde scribentẽ. Lex ergo spiritus vitæ scripta in corde, nõ in lapide, in Christo Iesu, in quo celebratum est verissimũ Pascha, liberauit te à lege peccati & mortis. Nam vt noueris ipsam esse distantiam euidentissimam veteris & noui Testamẽti: vnde & dicit Apostolus, Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: Dominus apud Propheram dicit, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Iacob testamentum nouum, non secundum testamentum quod constitui patribus eorũ, in die qua apprehẽdi manum eorum, & eduxi eos de terra Ægypti. Deinde ipsam differẽtiã euidenter ostendẽs: Dans, inquit, leges meas in cordibus eorũ: in cordibus, inquit, eorũ superscribã eas. Si ergo scribatur lex Dei in corde tuo, nõ foris terreat, sed intus mulceat: tunc lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberabit te à lege peccati & mortis.

Ioan. 13.

CAPVT VI.

Exod. 20.

Act. 2.

Hier. 31.

CAPVT VII. QVOD *enim impossibile erat legi.* Hoc enim sequitur in lectione Apostoli, Quod impossibile erat legi. Et ne ipsa culparetur, quid subiunxit? *In quo infirmabatur per carnem.* Lex enim iubebat, & nõ implebat, quia caro vbi non erat gratia, inuictissimè resistebat. *Et lex infirmabatur per carnem, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum.* Quomodo ergo lex mihi opitularetur iubens per literam, & non dans gratiam? Infirmabatur per carnem. Quid fecit Deus cùm hoc impossibile esset legi, & infirmaretur per carnem? *Deus filium suum misit.* Per quid infirmabatur lex, & propter quid erat hoc impossibile legi? Infirmabatur per carnem. Quid ergo Deus? Contra carnem misit carnem, imò etiam pro carne misit carnem. Peccatum enim carnis occidit, carnis substantiam liberauit. *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati.* In carne quidem vera, sed non in carne peccati. Quid autem in similitudinem carnis peccati? Id est, vt esset caro, vera caro. Et vnde similitudo carnis peccati? Quia de peccato mors. Mors est vtique in omni carne peccati: de qua dicit Apostolus,

Similitudo peccati.

A Vt euacuaretur corpus peccati. Quia ergo est in omni carne peccati, sed vtrunque ibi est, & mors & peccatum in carne: †cæterũ in carne peccati & mors est, & peccatũ: in similitudinẽ carnis peccati mors erat, & peccatũ nõ erat. Si enim caro peccati esset, & merito peccati pœnã mortis lueret, nõ diceret ipse Dominus, Ecce venit princeps mũdi, & in me nihil inueniet. Quare ergo me occidit? Quia quæ nõ rapui, tũc exoluebã. Prorsus quod fecit de tributo, hoc fecit de morte. Exigebatur tributũ, didrachma. Quare, inquit, tu & discipuli tui nõ redditis tributũ? Vocauit ad se Petrũ, & ait ei: Reges mũdi à quibus exigunt tributũ, à filiis suis an ab alienis? Responsum est, Ab alienis. Ergo, inquit, liberi sunt filij. Tamẽ ne scãdalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamũ, & qui primũ surrexerit, id est primogenitus à mortuis: aperi, inquit, os eius, & inuenies ibi staterem, id est, duas didrachmas, quatuor drachmas: B quia didrachma, id est, duę drachmę in caput exigebatur. Inuenies ibi staterem, hoc est, quatuor drachmas, da eis pro me & te. Quid est, Pro me & te? Ipse Christũ, Petrus, Ecclesia Christi, Ecclesiæ quatuor Euangelia. Mysterium latebat, Christus tamen tributum non debitũ persoluebat. Sic persoluit & mortẽ: non debebat, & persoluebat. Ille nisi indebetũ soluerat, nunquã nos à debito liberaret. QVOD ergo impossibile erat legi quę faciebat præuaricatorẽ: quia nondũ mẽs conuicta quæ fuerat Saluatorẽ, in quo infirmabatur per carnem, misit Deus filiũ suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne. Quomodo ergo nõ habebat peccatũ, si de peccato damnauit peccatũ? Iam aliquãdo exposuimus vobis hoc: sed qui meminerunt, recognoscãt; qui non audierunt, audiãt; qui obliti sunt, recolant. Peccatũ vocabatur in lege sacrificiũ pro peccato. Assiduè lex hoc commemorat. Non C semel, non iterum, sed sæpissimè peccata dicebantur sacrificia pro peccatis. Tale peccatum erat Christus. Quid enim dicamus? Peccatum habebat? Absit. Peccatũ nõ habebat, & peccatum erat. Peccatum erat, dixi secundũ illã intelligentiam, quia sacrificiũ pro peccato. Audi quia hoc modo peccatũ erat, ipsum Apostolum audi. De illo loquens ait, Eum qui nõ nouerat peccatum. Ipsam sententiam vobis exponebã, quando ista dicebam: Eũ, inquit, qui non nouerat peccatum, id est, Dominũ nostrũ Iesum Christũ, Deus pater eũ qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit, cũ ipsum Christũ qui nõ nouerat peccatum, Deus pater pro nobis peccatũ fecit, vt nos simus iustitia Dei in ipso. Videte duo, iustitiã Dei, nõ nostrã, in ipso, non in nobis. Inde illi magni sancti de quibus dicit Psalmus, Iustitia tua sicut mõtes Dei. Et quasi diceretur in ipso Psalmo, vbi dictum est, Iustitia tua: nõ enim iustitia eorum, sed D iustitia tua, velut mõtes Dei: Leuaui enim oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi, sed nõ à montibus. Auxiliũ enim meũ à Domino, qui fecit cęlũ & terram. Ergo cùm dixisset, Iustitia tua sicut mõtes Dei, quasi quæreretur, vt quid ergo aliqui nascũtur qui nõ pertinẽt ad iustitiam Dei: subiecit, Iudicia tua sicut Abyssũ multa. Quid est, Sicut multa abyssus? Altũ est, impenetrabile est, inaccessum est humanæ intentioni. Diuitiæ enim Dei inscrutabiles: Inscrutabilia iudicia eiũ, inuestigabiles viæ eius. Ergo & hic misit Deus filium suum propter præscitos, & prædestinatos, vocandos, iustificandos, glorificandos, vt montes Dei dicant: Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis.* Non implebatur per se, impleta est per Christum. Non enim venit legem soluere, sed implere.

Rom. 6.

al. cetera.

Ioan. 4. Psal. 68.

Matth. 17.

CAPVT VIII.

Ser. 48. de verbis Domini.

Christus peccatum, id est sacrificiũ pro peccato.

2. Cor. 5.

Psal. 35.

Psal. 120.

Rom. 11.

Rom. 8.

Matth. 5.

CAP. IX. SED quomodo iustitia legis impleretur in nobis, vel quomodo impletur nobis, vel quibus nobis? Vis audire in quibus nobis? *Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum*. Quid est, Secundũ carnem ambulare? Carnalibus cõcupiscẽtiis cõsentire. Quid est, Secundũ spiritũ ambulare? Adiuuari spiritu in mente, & cõcupiscentiis carnis nõ obedire. Sic ergo impletur in nobis lex, impletur in nobis iustitia Dei. Modò interim impletur, Post cõcupiscẽtias tuas nõ eas. Post concupiscentias tuas cùm audis, illicitas accipe. Post cõcupiscẽtias tuas nõ eas, debet impleri ex volũtate nostra. Adiuta gratia Dei debet impleri, post concupiscentias tuas non eas. Quicquid enim illa cõcupiscẽtia carnis egit in nobis præteritorũ peccatorũ, siue in factis, siue in dictis, siue in cogitationibus: totum deletũ est sacro baptismate, omnia debita deleuit vna indulgẽtia. Restat ergo cum carne cõflictus, quia deleta est iniquitas, sed manet infirmitas. Inest, titillat delectatio illicitę cõcupiscentiæ: pugna, resiste, noli consentire, & impletur hic, Post concupiscentias tuas nõ eas: quia & si quãdo surrepunt, & vsurpãt sibi oculũ, aurẽ, linguã, volaticam cogitationem, nec sic desperem⁹ de salute nostra. Ideo quotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Iustitia, inquit, legis impleretur in nobis.

Ambulare secundum carnem & secundũ spiritum.

Eccles. 18.

Matth. 6.

CAP. X. SED in quibus nobis? Qui non secundũ carnẽ ambulamus, sed secundũ spiritũ. *Qui enim carnis sunt, quæ carnis sunt sapiũt; qui autem secundũ spiritum, quæ sunt spiritus. Prudentia enim carnis mors est, prudẽtia autẽ spiritus vita & pax. Prudentia enim carnis inimica in Deũ. Legi enim Dei non est subiecta: neque enim potest*. Quid est, Neque enim potest? Non homo non potest, non anima nõ potest, nõ denique ipsa caro, quia Dei creatura, nõ potest: sed prudẽtia carnis non potest, vitium nõ potest, nõ natura: quomodo si diceres, claudicatio rectæ ambulationi nõ est subiecta: neque enim potest. Pes potest, sed claudicatio non potest. Tolle claudicationẽ, & videbis rectã ambulationem. Sed quamdiu claudicatio est, non potest: sic quamdiu prudentia carnis est, non potest. Non sit prudentia carnis, & homo potest. *Prudentia spiritus vita & pax*. Quod ergo ait, *Prudentia carnis inimica in Deum*, noli sic accipere, qu asi inimica ista possit lædere Deũ. Resistendo inimica est, nõ occidẽdo. Illi autem nocet, in quo est prudentia carnis, quia vitium naturæ nocet in qua natura inest. Medicina autem ideo inuenta est, vt pellatur vitiũ, & sanetur natura. Venit ergo Saluator ad genus humanum, nullũ sanũ inuenit, ideo magnus medicus venit. Hoc propterea dixi, quia Manich ęi volẽtes aliã cõtra Deum inducere naturam mali, quasi de hoc Apostoli testimonio errorẽ suũ existimãt adiuuari, & putant quasi naturaliter dictum, quia dictũ est, non potest, inimica est in Deum. *Legi enim Dei non est subiecta: neque enim potest*, & non attenderunt non de carne dictũ esse, Nõ potest; nõ de homine dictum esse, Non potest; non de anima dictum esse, Non potest; sed de prudentia carnis. Prudentia ista vitium est.

CAP. XI. VIS nosse quid est, *sapere secundum carnem? Mors est*. Sed ille ipse vnus homo, eadémque natura à Domino Deo vero & bono condita, heri sapiebat secundum carnem, hodie sapit secundum spiritũ, expulsum est vitium, sanata est natura. Nam quamdiu esset prudentia illa carnis, omnino legi Dei subiecta esse non posset. Quamdiu enim inest per vitium claudicatio, nullo modo potest esse recta ambulatio. Sanato autẽ vitio, reparata est natura. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Videte ergo quid sequitur. *Qui autem in carne sunt*, id est, qui in carne confidunt, qui concupiscentias suas sequuntur, qui in his habitãt, qui carũ voluptatib⁹ oblectãtur, qui in earum delectationibus beatam felicémque vitã cõstituunt, ipsi sunt in carne, *Deo placere non possunt*. Non enim sic dictũ est, Qui autẽ in carne sunt, Deo placere nõ possunt: quasi dictũ esset, in hac vita cùm sint homines, Deo placere nõ possunt. Ergo non placuerũt sancti Patriarchæ? Ergo nõ placuerũt sancti Prophetę? Ergò non placuerunt sancti Apostoli? Nõ placuerũt sancti Myrtyres, qui antequã corpus patiẽdo deponerẽt Christũ cõfitẽdo, non solũ voluptatẽ contẽnebãt, sed dolores quoque patiẽtissimè perferebãt? Placuerũt, sed in carne nõ fuerunt. Portabant carnem, nõ portabãtur à carne. Iã enim paralytico dictũ erat, Tolle grabatũ tuũ. Qui ergo in carne sunt, quẽadmodũ dixi, quẽadmodũ iã exposui, non in hoc seculo viuẽdo, sed carnis cõcupiscentiis cõsentiẽdo, Deo placere nõ possunt. DENIQVE audite ipsum, quæstionẽ sine vlla dubitatione soluẽtẽ, Viuẽs vtique in hoc corpore loquebatur, & tamen adiũxit: *Vos autem non estis in carne*. Putas est hic aliquis in nobis, cui dictũ est? Ecce populo Dei dixit, Ecclesię dixit, Romanis quidẽ scribebat: sed vniuersę Christi ecclesię dixit, sed tritico dixit, non paleæ; massæ dixit latẽti, nõ stipulæ apparenti. Vnusquisq; in corde suo agnoscat. Nos auribus loquimur, cõscientias nõ videm⁹: tamẽ secundũ ea quæ superiùs locuti sumus, existimo in nomine Christi esse in plebe Christi quibus dictũ est, *Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu: si tamẽ spiritus Dei habitat in vobis*. Nõ estis in carne, quia nõ facitis opera carnis cõsentiẽdo cõcupiscentiis carnis: sed estis in spiritu, quia secundũ interiorẽ hominẽ condelectamini legi Dei. & hoc est, si tamẽ spiritus Dei habitat in vobis. Nam si de spiritu vestro præsumitis, adhuc in carne estis. Si ergo nõ estis in carne, vt in spiritu Dei sitis, tũc enim in carne nõ estis. Nã si recedat spiritus Dei, põdere suo spiritus hominis reuoluitur in carnẽ, redit ad facta carnalia, redit ad cõcupiscentias seculares. Et erũt illius hominis peiora nouissima quàm erãt prima. Sic ergo habere liberũ arbitriũ, vt imploretis auxiliũ. Non estis in carne, & hoc ex viribus vestris? Absit. Vnde ergo? *Si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritũ Christi non habet, hic non est eius*. Non ergo se extendat, nõ se iactet, nõ sibi arroget virtutẽ propriam, egena & vitiata natura. O humana natura! ô Adã quãdo sanus eras, nõ stetisti, & tuis viribus surrexisti? Si quis spiritũ Christi non habet (Ipse enim spiritus Dei, qui spiritus Christi: & patris est enim & filij.) Si quis spiritũ Christi non habet, nõ se fallat, hic non est eius. Ecce, adiuuãte ipsi⁹ misericordia, spiritũ Christi habemus: ex ipsa dilectione iustitiæ, integra fide, catholica fide spiritũ Dei nobis inesse cognoscim⁹. Sed quid de carne illa mortali? Quid de lege in membris nostris repugnãte legi mẽtis? Quid de illo gemitu, Miser ego homo? Audi: *Si autẽ Christus in vobis, corpus quidẽ mortuum est propter peccatũ: spiritus autem vita est propter iustitiã*. Ergo de corpore mortuo, propter peccatũ iã desperandum est? Nulla spes est? Sic dormit, vt non adiiciat, vt resurgat? Absit. Corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ, spiritu⁹ autẽ vita est propter iustitiã. Remansit tristitia de nostro corpore. Nemo autẽ carnẽ suam odio habuit. Videmus quàm solicitè curetur sepultura mortuorum. Corpus quidem mortuum est propter peccatũ, spiritus autem vita est propter iustitiam. Iam dicebas ad cõsolationem: Vellem quidem & corpus meum esse in vita: sed quia non potest, sit vel spiritus meus, sit vel anima mea. Expecta, noli esse solicitus. SI *enim spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra*. Quid timetis? Quid etiam pro ipsa carne soliciti estis? Capillus capitis vestri non peribit.

A

B

C

D

Ioan. 5.

CAP. XII.

Ephes. 5.

1. Cor. 15.

Rom. 8.

Lucæ 21.

CAPVT XIII.

Ephes. 4.

CAPVT XIIII.

Lucæ 12.

Adam

Adã peccando dãnauit in mortẽ corpora vestra: sed Iesus si est spiritus eius in vobis, viuificabit & mortalia corpora vestra, quia suum sanguinẽ dedit pro salute vestra. Promissum reddi dubitas, qui tale pign⁹ tenes? Sic ergo homo nõ erit mortis illa contẽtio, sic implebitur quod dictũ est, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quia Christus Iesus, si spiritus eius habitat in vobis, viuificabit & mortalia corpora vestra: sic liberaberis de corpore mortis huius, nõ corpus nõ habẽdo, vel alterũ habẽdo, sed nõ vlteriùs moriẽdo. Si enim non adderet, Mortis huius, & diceret, Quis me liberabit de corpore: fortè suggereretur error cogitationi humanę, & diceretur, Vides qa nõ vult Deus nos esse cum corpore? De corpore, inquit, mortis huius. Mortẽ tolle, & bonum est corpus. Detrahatur mors nouissima inimica, & erit mihi in æternũ caro mea amica. Nemo enim vnquã carnẽ suã odio habuit. Et si spiritus cõcupiscit contra carnẽ, & caro cõcupiscit aduersus spiritũ: etsi modò rixatur in ista domo maritus litigans, non perniciẽ, sed concordiã quęrit vxoris. Absit, fratres mei, absit, vt spiritus concupiscendo contra carnẽ oderit carnem. Vitia carnis odit, prudentiã carnis odit, contentionem mortis odit. Corruptibile hoc induat incorruptionẽ, & mortale hoc induatur immortalitate, seminetur corpus animale, resurgat corpus spiritale, & vide plenã perfectãm que cõcordiã, videbis creaturam laudare creatorem. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantẽ spiritum eius qui habitat in vobis: nõ propter merita vestra, sed propter munera sua. Conuersi ad Dominum, &c.

Rom. 7.

Ephes. 5.

1. Cor. 15.

Rom. 8.

De verbis Apostoli, Peto non infirmari in tribulationib⁹ meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Et de libero arbitrio.

SERMO D. AVGVST. VII.

Citatur à Beda, Rom. 9. Eph 3.

CAPVT I.

APOSTOLVM audiuimus, Psalmum audiuimus, Euangeliũ audiuimus; consonãt omnes diuinæ lectiones, vt spem non in nobis, sed in Domino collocemus. *Peto*, inquit Apostolus, *vos non infirmari in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra*. Peto, inquit, vos nõ infirmari, id est, vt non infirmeminì; quãdo auditis me pati pro vobis tribulationes: quia hæc est gloria vestra. Petit ergo eos, vt non infirmentur, quod nõ faceret, nisi eorũ vellet excitare voluntatẽ. Si enim responderent, Quid nos petis quod in potestate non habemus? nunquid nõ viderentur sibi iustũ reddidisse respõsum? Et tamẽ Apostolus, nisi sciret esse in eis voluntatis propriæ consensionẽ, vbi & ipsi aliquid agerent: nõ diceret, Peto. Et si diceret, Iubeo, nisi eos nosset adhibere posse iussioni suæ voluntatẽ, sine causa hoc verbum de eius ore procederet. Sed rursus sciẽs sine Dei adiutorio infirmã esse hominis volũtatẽ, nõ solùm ne diceret, voluntatis arbitriũ nõ habemus, dixit peto: verumetiã ne dicerent, volũtatis arbitrium sufficit nobis, videte quid addidit, *Huius rei gratia*. Cuius rei gratia, nisi quam suprà dixerat, Peto non infirmari in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra? Quia ergo voluntatis habetis arbitrium, peto. Quia verò vobis voluntatis nõ sufficit arbitrium ad implendum quod peto, *Huius rei gratia flectò genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Vt det vobis*. Quid det vobis? Quod peto à vobis, rogo det vobis. Peto enim à vobis, propter arbitrium voluntatis: rogo det vobis, propter auxiliũ maiestatis.

Eph. 3. Beda.

Gal. 6.

Crucis mysteriũ.

CAPVT III.

CAPVT IIII.

2. Cor. 6.

Ibidem.

Latitudo.

1. Cor. 9.

SED Apostoli verba præuenimus. Adhuc fortasse expectatis audire, qui textum eiusdẽ lectionis memoria nõ tenetis, vtrũ reuera ideo Apostolus pro ipsis ad patrẽ genua flectat, vt det illis quod dixerat eis, peto. Mementote ergo quid petierit ab ipsis. Peto vos nõ infirmari in tribulationibus meis pro vobis: Hoc ab ipsis petit. Modò videte quid illis petit: *Flectò genua mea ad patrem Domini mei Iesu Christi, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtute corroborari*. Quid est aliud, nisi non infirmari? *Virtute corroborari*, inquit, *per spiritum eius*. Iste spiritus gratię videte quid petit. Hoc à Deo petit, quod ab hominib. exigit: quia vt Deus velit dare, debes & tu ad accipiendũ accõmodare voluntatẽ. Quomodo vis accipere gratiã diuinæ bonitatis, qui sinum non aperis voluntatis? Det, inquit, vobis. Non enim haberis, nisi det vobis. Det vobis virtute corroborari per spiritum eius. Si enim dederit vobis virtute corroborari, ibi dabit vobis non infirmari. *In interiorem hominem habitare Christum per fidem in cordibus vestris*. Totum hoc det vobis. *In charitate radicati & fundati, vt præualeatis cõprehendere cũ omnibus sanctis*. Quid comprehendere? Det vobis per spiritũ suum virtute corroborari, & habitare in interiorẽ hominẽ vestrũ Christũ per fidem, atque ita in charitate radicati & fundati possitis cõprehẽdere cũ omnibus sanctis. Quid? Quæ sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundũ. Altitudo quidẽ in Latina lingua vtrũque significat: & quod sursum versus est altitudinis nomẽ habet: & quod in profundũ altũ est, altitudinis nomẽ habet. Ideo bene respõdet interpres ad id quod sursum est altum, altitudinẽ dicere: ad illud quod deorsum altum est, profundum dicere.

QVID est ergo hoc, fratres mei? Exponam hoc ego vobis, q̃ facilì⁹ fortè sit cuiquã, quàm sibi sit quis? Quid ergo? Quia latitudinẽ, longitudinem, altitudinẽ, & profundũ, quatuor ista quę dicit Apostolus, minus idone⁹ sum vel comprehendere vel proferre: transibo ab hoc? an fortè pulsabo, & vt vobis salubre aliquid proferam, vestris orationibus adiuuabor? Quid corde pergis homo Christiane, per latitudinem terræ, longitudinẽ tẽporum, altitudinem cęli, profunditatem abyssi? Quando ista cõprehendis vel mente vel corpore, hoc est, siue cogitãdo siue carnis oculis intuendo? Quando ista cõprehendis? Ipsum audi Apostolũ dicentem tibi: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi. Et nos in illa gloriemur, vel quia super illam incumbimus. In illa gloriemur omnes, ô boni fratres, in illa gloriemur. Ibi fortè inueniemus & latitudinẽ, & lõgitudinẽ, & altitudinẽ, & profundũ. His enĩ Apostoli verbis crux quodãmodo nobis ante oculos constituta est. Habet enim latitudinẽ, in qua manus figũtur: habet lõgitudinem, q̃ inde vsq; ad terrã ducitur lignũ: habet & altitudinẽ, q̃ ab ipso transuerso, in quo figũtur manus, excedit aliquantũ vbi caput crucifixi ponitur: habet & profundũ, hoc est quod in terra figitur, & non videtur.

VIDETE magnũ sacramentum. Ab illo profundo quod non vides, surgit totum quod vides. Vbi ergo est latitudo? Confer te ad vitam morẽsque sanctorum, qui dicunt, Absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Inuenimus in moribus eorum latitudinẽ charitatis: vnde illos admonet ipse Apostolus, dicẽs: Dilatamini, ne sitis iugũ ducẽtes cũ infidelibus. Et quia ipse lat⁹ erat qui eos ad latitudinẽ exhortabatur, audi quid dicat, Os nostrũ patet ad vos, ô Corinthij: Cor nostrũ dilatatum est. Latitudo ergo charitas est, quæ sola bene operatur. Latitudo facit, vt hilarem datorem diligat Deus. Si enim angustiam passus fuerit, tristis dabit: si tristis dabit, perit quod dabit. Opus est ergo latitudine charitatis, ne pereat quicquid boni facitis. Sed q̃ oniã

ait

Matth. 24. ait Dominus, Vbi abũdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: Da mihi & longitudinẽ. Quæ est longitudo? Qui perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. Hæc est longitudo crucis, vbi totum corpus porrigitur: vbi quodammodo statur, quo stando perseuerat. Si ergo quæris qui in cruce gloriaris habere crucis latitudinẽ: habeto bene operandi virtutem. Si vis habere crucis longitudinem: habeto perseuerãdi lõganimitatẽ. Si autẽ vis habere crucis altitudinẽ, nosce quid audias, & vbi audias: Sursum cor. Quid est, Sursum cor? Ibi spera, ibi ama: inde pete virtutem, ibi expecta mercedem. Nã si bene operaris, & hilariter tribuis, videris habere latitudinẽ. Si in iisdem bonis operibus vsque in finẽ perseueraueris, videris habere longitudinẽ. Sed & si omnia hęc non propter supernã mercedẽ facis, altitudinẽ non habebis, & illa iam nec latitudo erit, nec lõgitudo. Quid est enim, habere altitudinẽ: nisi cogitare Deum, amare Deũ, & gratis amare ipsum Deum a diutorẽ, ipsum spectatorem, ipsum coronatorem, ipsum prẽmij largitorẽ: postremò ipsum præmiũ deputare, nõ aliud ab ipso quàm ipsum expectare? Si amas, gratis ama: si verè amas, ipse sit merces quẽ amas. An verò tibi cara sunt omnia, & vilis est ille qui condidit omnia? Hęc vt possimus, flexit genua sua pro nobis Apostolus, vtique ideo vt det nobis. Terret enim & Euangeliũ: Vobis datũ est scire mysteriũ regni; illis autẽ non est datũ: Qui enim habet, datur ei. Qui autem habet cui dabitur, nisi cui datũ est? Qui autem non habet & quod habet, auferetur ab eo. Quis autem non habet, nisi cui non est datũ? QVARE ergo illi datum est, & illi non est datum? Non me piget dicere, hoc est profundum crucis. De profundo nescio quo iudiciorum Dei, quæ perscrutari contemplarique non possumus, procedit omne quod possumus: de profunditate, inquam, nescio qua iudiciorũ Dei, quæ inscrutabilia contẽplari nõ possumus, perscrutari non valemus, procedit omne quod possumus. Quod possum, video; vnde possim, non video: nisi quia & hoc hactenus video quod noui esse à Deo. Quare autem illũ, & non illum: multũ est à me, abyssus est, profundũ crucis est, admiratione exclamare possum, disputatione demonstrare non possum. Quid possum exclamare de ista profunditate? Quàm magnificata sunt opera tua, Domine! Gẽtes illuminantur, Iudæi excæcantur: Quidam paruuli sacramento baptismatis abluuntur, quidã verò paruuli in morte primi hominis relinquũtur. Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ: Et sequitur: Vir imprudens non cognoscit, & stultus non intelligit hæc. Quid non intelligit stultus & imprudens? Quia vel profundum est. Nam si stultus non intelligit, & sapiens intelligit: non est nimis profundum. Sed si sapiens intelligit quia profundum est, stultus non intelligit quia vel profundum est: Ideo multi de isto profundo quærentes reddere rationem, in fabulas vanitatis abierunt. Aliqui dixerunt, quòd animæ sursum in cælo peccant, & secundum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis ibi quasi carceribus includuntur. Ierunt post cogitationes suas, volentes disputare de Dei profundo, mersi sunt in profundum. Occurrit enim eis Apostolus, volens gratiam commendare, & elegit illos geminos in vtero Rebeccæ, & dicit: Nondum enim natis, nec qui aliquid egerint boni aut mali. Vide quẽadmodum tulit vanis hominibus phantasias conuersationis animarum ante corpus in cælo. Si enim ibi iam conuersatæ sunt, iam aliquid boni egerunt vel mali, & pro meritis suis ad corpora terrena detrusi sunt. Si placet, cõtradicamus Apostolo, qui dixit, Nõdum natis, nec qui aliquid egerint boni aut mali. Hoc autem quia propter Apostoli euidentem sententiam respuit catholica fides, quòd animæ in cælis prius viuãt & cõuersentur, & illic recipiendorũ corporũ merita assumãt, modò isti nouelli non audent dicere.

Longitudo. Matth. 10. Altitudo. Sursum cor. Matth. 13. Profundũ crucis. Psal. 91. Rom. 9. Rom. 9.

SED quid dicũt? aliqui (sicut audiuimus) ipsorum ita disputant: Prorsus, inquiũt, pro meritis suis omnes homines moriũtur, quia peccauerũt: nõ enim esset mors, nisi veniens de peccato. Optimè quidem & verè dictũ est, Nõ esset mors nisi veniens de peccato. Sed ego, cũ hoc audio, ideo laudo: quia illã primã mortẽ intueor, & illius primi hominis peccatũ: audio enim Apostolũ, Sicut in Adam omnes moriũtur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors: & ità in omnes homines pertrãsiit, in quo omnes peccauerũt. Omnes enim vnus fuerũt. Sic te audio dicẽtẽ mortẽ hominis de peccato esse. Nõ, inquit, Et quid dicis? Omnem hominem Deus immortalẽ creat modò. Mirabilis nouitas. Quid dicis? Prorsus, inquit, hominẽ Deus immortalẽ creat. Quare ergo moriũtur paruuli infantes? Nã si dicã quare moriuntur grandes homines: dicturus es mihi, Peccauerũt. Ergo de maiorũ ætate non disputabo: paruulorũ infantiam contra te testem citabo. Nõ loquuntur, & conuincunt: tacent, & quod dico probant. Ecce infantes in suis vtique operibus innocentes sunt, nihil secum nisi quod de primo homine traxerunt habentes: quibus propterea est Christi gratia necessaria, vt in Christo viuificentur, qui in Adã mortui sunt: vt quia inquinati sunt generatione, purgentur regeneratione. Ipsos ergo testes citabo. Respõde mihi, Quare moriũtur, si omnes homines immortales nascuntur: & quoniam peccant, ideo moriuntur? Quid putatis dici potuisse? Quæ aures ferant, Peccauerunt? & ipsi vbi peccauerunt? Rogo te quando peccauerũt? quomodo peccauerũt: Bonũ & malũ quid sit, nesciũt, Peccatum accipiũt, qui prẽceptũ nõ capiunt? Proba mihi, peccatores infantes. Quid dixisti? Verè quia oblitus es, quod fuisti, proba mihi peccata infantum. An quia plorãt; peccãt? quia motib⁹ quasi mutorũ animaliũ, molestias repellunt, voluptates accipiunt, ideo peccant? Si motus isti peccata sũt, ampliores peccatores in baptismo fiũt: quia cùm baptizãtur, vehemẽtissimè reluctãtur. Quare illis in tanta reluctatione non imputatur peccatum, nisi quia nullum est adhuc volũtatis arbitriũ? Sed aliud dico. Isti quia nati sunt, vt arbitraris, peccauerunt. Nã si nõ peccarent, inquis, non morerentur. Quid de illis dicis qui in vtero moriuntur? O angustia! Et ipsi, inquit, peccarunt, ideo moriuntur. Mentiris, an falleris? Cõtradicit Apostolus, Nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali. Magis Apostolũ audio quàm te: magis Apostolo credo quàm tibi: Nondũ natis nec aliquid agentibus boni aut mali. Si autẽ hoc testimonium refellis, vade potius ad illas vagationes, & dic, Quia in cęlo peccatũ, & inde in corpora prẽcipitãtur. Nõ dico, inquit. Quare non dicis? Quia dicit Apostolus, Nondum natis, nec aliquid agẽtibus boni aut mali. Si ergo non eos accusas in cælo, quare accusas in vtero? Ad vtrũque respõdet Apostolus, & eis respondet qui dicũt in cęlo, & qui dicũt in vtero peccauerũt: quia ad vtrũque valẽt illa verba quæ dicunt, antequã nascerentur, nihil egisse vel boni vel mali. Quare ergo moriuntur? Et hîc te auditurus sum, & nõ potius magistrũ gentium? DIC mihi, Paule apostole, quare moriũtur? Per vnum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Ecce primus homo totam massam damnabilem fecit. Veniat, veniat Dominus noster secũdus homo: veniat, veniat, ex alio tramite veniat, per virginem veniat, vnus veniat, mortuos inueniat: moriatur, vt morienti subueniat, mortuos ad vitam transferat, mortuos redimat à morte, seruet vitam in morte, occidat mortem de morte. Sola est ista gratia paruulorum, sola maiorum: sola liberat pusillos cũ magnis. Quare illum, & quare illum: quare non illũ atque illum: nolo à me quæras. Homo sum: profundũ crucis aduerto, non penetro; expauesco, nõ scrutor: Inscrutabilia sunt iudicia eius, inuestigabiles sunt vię eius. Homo sum, homo es: homo erat qui dicebat, O homo, tu quis es qui respõdeas Deo? Homo dicebat, homini dicebat. Audiat homo, ne pereat homo, propter quẽ deus fact⁹ est homo. In hac ergo crucis profunditate, in hac rerũ tanta obscuritate teneamus quod cantauimus: nõ de nostra virtute præsumamus, nõ ingenioli nostri viribus in hac quæstione aliquid arrogemus, Psalmũ dicamus, cum Psalmo dicamus, Miserere mei Deus, miserere mei. Quare? Quia virtutẽ habeo qua te promerear? Non, Quare? Quia voluntatis arbitriũ gero, vnde gratiã tuam meritum meum prẽcedat? Nõ. Sed quare? Quoniã in te confidit anima mea. Magna scientia, ista confidentia. Conuersi ad Dominum, &c.

CAP. VI. Rom. 11. Rom. 9. 1. Cor. 15. Rom. 5. Psal. 56.

De verbis Apostoli, Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.

SERMO D. AVGVST. VIII.

Citat Beda, 1. Tim. 1.

CAP. 1. Tim. 1. AVDIVIMVS beatum apostolũ Paulum dicentẽ: *Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mũdum peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum.* Humanus ergo sermo, & omni acceptione dignus. Quare humanus, & nõ diuinus? Proculdubiò nisi iste humanus sermo etiã diuinus esset, dignus omni acceptione nõ esset. Sed sic est sermo iste humanus & diuinus, quomodo est ipse Christus & homo & Deus. Si ergo rectè intelligimus sermonẽ istum, nõ solùm humanum esse, verumetiam diuinum: quare Apostolus humanũ maluit dicere, quàm diuinũ? Proculdubiò enim qui non mentiretur, si diceret diuinum, non sine causa maluit dicere humanũ. Hoc ergo elegit, per quod Christus in mundum venit. Venit enim per quod homo erat: nam per quod Deus erat, semper hîc erat. Vbi enim non est Deus, qui dixit, Cælum & terrã ego impleo? Christus est certè virtus & sapientia Dei; de qua dicitur: Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Ergo in hoc mundo erat, & mũdus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Et hîc erat, & venit. Hîc erat, per diuinam maiestatẽ, venit per humanam infirmitatem. Quia ergo venit per infirmitatem humanam, ideo prẽdicãs aduentum eius, dixit, Humanus sermo. Non liberaretur humanũ genus, nisi sermo DEI dignaretur esse humanus. Nam & homo ille dicitur humanus, qui se exhibet hominem, & maximè qui hospitio suscipit hominem. Si ergo humanus dicitur qui in domo sua suscipit hominẽ, quàm humanus est qui in seipso suscepit hominem? ERGO humanus sermo, & omni acceptione dign⁹, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere. Attẽde Euangelium: Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Si homo non perisset, filius hominis nõ venisset. Ergo perierat homo, venit Deus homo, & inuẽtus est homo. Perierat homo per libęram voluntatẽ: venit deus homo per gratiam liberatrĩcem. Quęris quid valeat ad malũ liberum arbitriũ? Recole hominem peccantẽ. Quæris quid valeat ad auxilium Deus & homo? Attende in eo gratiam liberãtem. Nusquã potuit sic ostẽdi, quantum valeat volũtas hominis vsurpata per superbiã, ad vtendum sine adiutorio Dei: malũ non potuit plus & manifestius exprimi, quàm in homine primo. Ecce perit primus homo, & vbi esset, nisi venisset secũdus homo? Quia & ille homo, ideo & iste homo, & ideo humanus sermo. Prorsus nunquam sic apparet benignitas gratiæ & liberalitas omnipotẽtiæ Dei, quàm in homine mediatore Dei & hominũ, homine Christo Iesu. Quid enim dicim⁹, fratres mei? In fide catholica nutritis loquor, vel in pacem catholicam lucratis. Nouimus & tenem⁹, mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, inquãtum homo erat, eius esse naturæ, cuius & nos sumus. Nõ enim alterius naturę caro nostra & caro illius, nec alterius naturę anima nostra, & anima illius. Hanc suscepit naturam quam saluãdã esse iudicauit. Nihil minus habebat in natura, sed nihil habebat in culpa. Natura pura, sed non sola humana. † Ibi erat Deus, ibi erat verbum Dei. Et sicut tu vnus homo, anima es & caro: sic & ille vnus Christus, De⁹ & homo. Audebit ergo aliquis dicere, quia natura nostra in illo mediatore primùm per liberum arbitrium promeruit Deum, & sic suscipi meruit, vt esset homo & Deus vnus Christus Iesus? Ecce nos possumus dicere virtutib⁹ nostris, moribus nostris, conuersatione vitæ nostræ meruisse vt efficiamur filij DEI: possumus dicere, accepimus prẽceptũ, si seruauerimus, & bene vixerimus, recipiemur in numerũ filiorũ Dei. Nũquid & ille pri⁹ vixit filius hominis, & bene viuẽdo factus est filius DEI? Indę cœpit & inde incepit, & susceptione factus est: Verbum enim caro factũ est, vt habitaret in nobis: verbũ Dei vnicus Dei filius assumpsit animã & carnem hominis, nõ antea se promerẽtis, nec ad illã percipiendã sublimitatem virtute propria laborantis, sed omnino gratis. Nihil enim præcessit illã susceptionem. Susceptus est Dei filius, susceptione factus est. Virgo cõcepit, ante cõceptum virginis homo mediator nõ vtique prius iustus fuit. Quomodo enim iustus fuit, qui nec fuit? Virgo concepit, & susceptione hominis inde cœpit. Meritò dictum est; Vidimus gloriam eius, gloriã tanquã vnigeniti à patre, plenũ gratia & veritate. Amas liberã volũtatẽ tuam, dicturus es patri tuo: Da mihi substantiam meã quæ me contingit. Quid te tibi committis? Melius te potest seruare, qui te potuit, antequam esses, creare. AGNOSCE ergo Christum, gratia plenus est, Hoc tibi vult fundere quo plenus est, hoc tibi dicit, Quære dona mea, obliuiscere merita tua: quia si ego quęrerem merita tuã, nõ venires ad dona mea. Noli te extollere, pusillus esto, Zachæus esto. Sed dicturus es: Si Zachęus fuero, præ turba non potero videre Iesum. Noli esse tristis, ascende lignũ, vbi pro te pependit Iesus, & videbis Iesum. Et quale genus ligni ascẽdit Zachęus? Sycomorũ. In regionib⁹ nostris aut omnino nusquã, aut rarò fortè alicubi nascitur: in illis autẽ partib⁹ multũ est huius generis ligni & pomi: Sycomora dicũtur poma quędã ficis similia: sed tamẽ distãt aliquid, q̃ possunt nosse qui viderũt vel gustauerũt. Quantũ tamen indicant interpretatione nominis; sycomora fici fatuæ Latinè interpretantur. Iã vide Zachęũ meũ, vide illũ obsecro te volentẽ in turba videre Iesum, & nõ valẽtem. Humilis enĩ erat, turba superba erat: & ipsa turba ad videndum bene Dũm, sicut solet, turba seipsam impediebat, ascẽdit à turba, & vidit Iesum non impediente turba. Turba enim dicit humilibus, humilitatis viam gradiẽtibus, iniurias suas deo dimittẽtibus, vindictã de inimicis nõ requirentib⁹: turba insultat & dicit, Indefense, q̃ te nõ potes vindicare. Turba impedit, ne videatur Iesus, turba gloriãs & exultãs, quando

Sermo & humanus & diuinus. Homo humanus. Luce 19. Luce 19. Luce 19.

CAP. VII. Rom. 5.

CAP. II.

CAP. III.

quando se potuerit vindicare, impedit ne videatur ille
Lucæ 23. qui pendens ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid
A faciũt. Hũc ergo volẽs videre Zachæus, in quo figurabatur persona humiliũ, non attendit turbã impedien-
1.Cor.1. tem: sed ascẽdit sycomorũ quasi fatui pomi lignũ. Nos enim, inquit Apostolus, prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalum: attende sycomorum, gentibus autem stultitiam. Denique de cruce Christi nobis insultant sapientes huius mundi & dicũt: Quale cor habetis, qui Deum colitis crucifixum? Quale cor
1.Cor.3. habemus? Non vtique vestrum. Sapiẽtia huius mundi, stultitia est apud Deum. Non enim vestrum cor habemus. Sed dicitis cor nostrum stultũ. Dicite quod vultis: nos ascendamus sycomorum, & videamus Iesum. Ideo enim vos Iesũ videre nõ potestis, quia sycomorũ ascẽdere erubescitis. Apprehẽdat Zachęus sycomorum, ascendat humilis crucem. Parũ est, ascẽdat, ne de
Crux in fronte figenda. cruce Christi erubescat: in frõte illã figat, vbi sedes pudoris est: ibi omnino, ibi in quo mẽbro erubescitur, ibi figatur vnde non erubescitur. Puto quia tu irrides sycomorum, & ipsa me fecit videre Iesum. Sed tu irrides sycomorum quia homo es: stultũ autem Dei sapiẽtius est, quàm hominum. Et vidit dñs ipsum Zachęum. Visus est & vidit: sed nisi visus esset, non videret. Quos e-
Rom.8. nim prædestinauit, illos & vocauit.

CAPVT VIII. Ioan.1. IPSE est qui Nathanaëli dixit, iã quasi testimonio suo adiuuanti Euangeliũ & dicẽti: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dñs ad illũ, Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub arbore fici, vidi te. Nostis vnde sibi succinctoria fecerũt primi peccatores Adã & Eua.
Genes.3. Quando peccauerũt, de foliis fici succinctoria sibi fecerunt, & pudẽda texerũt: quia quòd eos puderet peccando fecerũt. Ergo si succinctoria sibi primi peccatores fecerunt, vnde originẽ ducimus, in quibus perieramus, vt veniret ille quærere & saluare quod perierat,
C de foliis fici pudẽda tegendo fecerũt: quid aliud dictũ
Ioan.1. est, Cùm esses sub arbore fici, vidi te: nisi, non venires ad purgatorem peccati, nisi prior te vidisset in vmbra peccati? Vt videremus, visi sumus, vt diligeremus, dilecti sumus. Deus meus misericordia eius præuenit me.
Psal.58. Iam ergo Dominus, qui Zachæũ in cor susceperat, in domũ eius dignatus est suscipi: & dixit, Zachæe, festinans descende, quoniam in domo tua oportet me manere. Magnum beneficiũ ille arbitrabatur, Christum videre. Qui magnum & ineffabile beneficium putabat, transeuntem videre, subitò meruit in domo habere. Infunditur gratia, operatur fides per dilectionẽ, suscipitur Christus in domũ, qui iam habitat in corde. Dicit Christo Zachæus: Domine, dimidium rerũ mearũ do pauperibus, & si quid aliquem fraudaui, quadruplũ
Suscipere Iesum in cor. reddo. Quasi diceret: Ideo mihi dimidium teneo, non
D quod habeam, sed vnde reddam. Verè ecce quod est suscipere Iesum, in cor suscipere. Ibi enim erat Christus, in Zachęo erat, & de illo sibi dicebat, quod ex ore
Ephes.3. eiũ audiebat. Sic enim Apostolus dicit, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Iam ergo quod Zachæus erat, quia princeps publicanorum erat, quia valde peccator erat, quasi sana illa turba, quæ impediebat videre Iesum, admirata est, & reprehendit quòd in domum peccatoris intrasset Iesus. Hoc erat reprehendere, quòd in domum ægroti intrauit medicus.

CAP. V. QVIA ergo velut peccator Zachæus irrisus est, irrisus est autẽ ab insanis sanatus, Dominus respõdit irridẽtibus: Hodie salus huic domui facta est. Ecce quare intrauit, salus hodie facta est. Vtiq; si Saluator nõ in-
Luc.19. Salus huic domui facta. trasset, salus in illa domo facta nõ esset. Quid ergo miraris ægrote? Voca & tu Iesum, noli tibi sanus videri. Cũ spẽ ægrotat, qui medicũ suscipit: desperatè ęgrotat, qui per insaniã medicum cædit. Qualis ergo eius insa-
A nia, qui medicum occidit? Quãta verò bonitas & potentia medici, qui de sanguine suo, insano interfectori suo medicamentũ fecit? Neque enim ille qui venerat
Luc.23. quęrere & saluare quod perierat, pẽdens sine causa dicebat, Pater ignosce illis: quia nesciũt, quid faciunt. Insani sunt, medicus sum: sæuiant; patiẽter fero: cùm occiderint, tũc sanabo. Simus ergo inter illos quos sanat.
Luc.19. Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mũdum peccatores saluos facere: magnos, pusillos, peccatores saluos facere. Venit filius hominis quærere & saluare quod perierat.

CAP. VI. QVI dicit infantilem ætatẽ nõ habere quod saluet Iesus, omnibus fidelibus infantibus Christũ negat esse Iesum. Qui dicit, inquam, infantilem ætatem non habere q̃ saluet Iesus in ea, nihil aliud dicit quàm Christum Dominum fidelibus infantibus, id est, in Christo
B baptizatis infantibus nõ esse Iesum. † Iesus enim quid Iesus, Saluator. al. Quid est enim Iesus? Iesus interpretatur Saluator.
est? Interpretatur Iesus, Saluator. Saluator est Iesus. Quos non saluat non habendo quod in eis saluet, non est illis Iesus. Iam si corda vestra tolerãt, aliquibus baptizatis Christum nõ esse Iesum, nescio vtrum fides vestra in regula sana possit agnosci. Infantes sunt, sed mẽbra eius fiunt. Infantes sunt, sed sacramenta eius accipiunt. Infantes sunt, sed mensæ eius participes fiunt vt habeant in se vitam. Quid mihi dicis? Sanus est, nõ habet vitium. Quare cum illo curris ad medicũ, si nõ habet vitium? Non times, ne dicat tibi, Aufer hinc eum quem putas sanum: Filius hominis nõ venit, nisi quærere & saluare quod perierat. Quare illum ad me affers, si non perierat?

CAP. VII. Causa quare Christus venit in mundum. HVMANVS sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mũdũ. Quare venit in mũdũ? Peccatores saluos facere. Alia causa non fuit quare ve-
C niret in mundum. Non eum de cælo ad terram merita nostra bona, sed peccata duxerunt. Hæc est causa cur veniret, peccatores saluos facere. Et vocabis, inquit,
Lucæ 1. Ratio nominis Iesu. nomen eius Iesum. Quare vocabis nomen eius Iesum? Ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorũ. Vocabis nomen eius Iesum. Quare Iesum? Quæ ratio est huius nominis? Audi quare. Ipse enim saluum faciet populum suum. Vnde? A peccatis eorum. Populũ suum à peccatis eorum. Nũnquid ad istũ populum non pertinẽt paruuli, quem saluum faciet Iesus à peccatis eorũ? Pertinent planẽ, pertinent, fratres mei. Sic habete in corde, sic credite, cum ista fide paruulos ad gratiam Christi portate: ne si hãc fidẽ in corde non habueritis, pro quibus respõdetis, lingua vestra occidatis. Prorsus, fratres, qui cum ista fide cũ paruulo [non] cucurrerit, fingit. Sanus est, nihil mali habet, nihil vitij habet: sed tollam illum ad medicum. Quare? Quia sic solet fieri.
D Nõ times ne tibi dicat medicus, Tolle hinc tecum ipsum: non est opus sanis medicus, sed malè habentibus? Matth.9.

CAPVT VIII. COMMENDAVERIM charitati vestrę causam eorũ, qui pro se loqui nõ possunt. Omnes paruuli tanquã pupilli cõsiderentur, etiã qui nondũ parentes proprios extulerunt. Omnis prædestinatorũ numerus paruulorũ, populus dei quærit tutorẽ, qui expectat Dominum saluatorẽ. Vniuersã massam generis humani in homine primo venenator ille percussit, nemo ad secundum trãsit à primo, nisi per baptismatis sacramẽtũ. In paruulis natis & nõdũ baptizatis agnoscatur Adã: in paruulis natis & baptizatis & ob hoc renatis agnoscatur Christus. Qui Adã nõ agnoscit in paruulis natis, nec Christum agnoscere poterit in renatis. Sed quare, inquiũt, iã baptizatus homo fidelis, iã dimisso peccato, generat eũ qui est cũ primi hominis peccato? Quia carne illum generat, nõ spiritu. Quod natum est de carne, caro est.

Et si

1.Cor.4. Et si exterior homo noster, ait Apostolus, corrumpitur,
A sed interior renouatur de die in diem. Ex eo quod in te renouatur, nõ generas paruulum: ex eo quod in te corrumpitur, generas paruulum. Tu vt non in æternũ moriaris natus es, & renatus es: ille adhuc natus, renatus nõ est. Si tu renascendo viuis, sine vt & ille renascatur & viuat: sine, inquã, renascatur, sine renascatur. Quare
Regula antiqua fidei, baptizare paruulos. contradicis? quare nouis disputationibꝰ antiquam fidei regulam frangere conaris? Quid est enim quod dicis, Paruuli non habẽt omnino vel origine peccatum? Marci 10. Quid est quod dicis, nisi vt non accedãt ad Iesum? Sed tibi clamat Iesus, Sine paruulos venire ad me. Cõuersi ad Dominum, &c.

De eisdem verbis Apostoli, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.

SERMO D. AVGVST. IX.

Citat Beda, 1.Tim.1.

B CAP. I. 1.Tim. 1. QVOD lectum est modò de sancto Euãgelio, hoc & Paulus apostolꝰ dicit, cuius verba ista sunt: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mũdum peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum.* Nulla causa fuit veniendi Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Si venit de cælo magnus medicus, magnus per
2.Tim.2. totũ orbem terræ iacebat ægrotus. Ipse ægrotus genus humanũ est. Sed non omnium est fides. Nouit Dominus qui sunt eius. Superbiebant Iudæi, extollebant se, altè sapiebant, iustos se putabant, & Dominum colligentẽ peccatores insuper accusabant. Qui ergo superbiebant, & alta sapiebant, relicti sunt in montibus, ad
Luc.15. nonagintanouem pertinent. Quid est, Relicti sunt in mõtibus: Relicti sunt in tumore terreno. Quid est, Ad nonagintanouem pertinent? In sinistra sunt, nõ in dextera. Nonaginta enim & nouẽ in sinistra numerantur: vnum adde, ad dexterã trãsitur. Venit ergo, vt ipse alio
Luc.19. loco dicit, Venit filius hominis quærere & saluere q̃ perierat. Totum enim pererat ex quo peccauit vnus. Vbi erat totũ, periit totũ: sed venit vnus sine peccato, qui saluos faceret à peccato. Isti autem superbiendo, quòd est peius, & ęgrotabant, & sanos se esse credebãt. Periculosius ægrotant, qui mentem febribus perdiderunt. Illi rident, & sani plorant. Ridet enim phreneticus: sed non est sanus. Porrò autem qui mẽtis est sanæ,
CAPVT II. plorat phreneticum ridentem. PRIMVM, si duo ista proponas, quid est melius, ridere, an plorare? quis non sibi eligat ridere? Denique propter dolorem salubrem pœnitentiæ, in fletu Dominus posuit officium, in risu
Lucæ 6. beneficium. Quomodo? Quando ait in Euãgelio, Beati qui plorant, quoniam ridebunt. Ergo in ploratu offi-
D cium est, in risu est præmium sapiẽtię. Risum enim pro gaudio posuit, nõ cachinnationem, sed exultationem. Ergo si duo ista proponas, & quęras quid horũ sit melius, ridere, an plorare: omnis homo plorare nõ vult, & ridere vult. Porrò si addas personas ad istos affectus, & ita proponas cũ personis: quid est melius, tidere phreneticum, an plorare sanum? eligit sibi homo fletũ cum sanitate, quàm risum cũ amentia. Tãtum valet mentis sanitas, vt etiam cum planctu eligatur. Isti enim qui sanos se putabant, multo periculosiùs & desperatiùs ægrotabãt, & ipsa ægritudine qua mentes perdiderant, etiam medicum cædebant. Parum est cædebãt, dicam totum: non solùm cædebant, sed etiã occidebant. Ille autẽ etiã cùm occideretur, medicus erat, vapulabat & curabat: patiebatur phreneticum, nec deserebat ægrotũ: tenebatur, alligabatur, colaphis percutiebatur, arũdine plagas accipiebat, irridebatur, insultabatur ei, po-
A stremò audiebatur; dãnabatur, ligno suspẽdebatur, vndiq; circũfremebatur: & medicus erat. Agnoscis phreneticos, agnosce & medicum. Pater agnosce illis, quia Lucæ 23. nesciũt quid faciũt. Illi perdita mẽte sęuiebãt, & medici sanguinẽ sæuiendo fundebãt: ille autẽ etiam de ipso CAPVT III. sanguine suo ægrotis medicamenta faciebat. NON enim verè frustra dixit, Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Orat Christianus, & exauditur, orat Christus, & non exauditur? Nã qui exaudit cum patre, quia Deus est, quomodo non exauditur homo, q̃ pro nobis factus est? Prorsus exauditus est. Ibi erãt, ibi sæuiebant: de his erant qui reprehendebant cum, & dicebãt, Ecce cũ publicanis & peccatoribus cõuescitur. Erãt in ipso Lucæ 5. populo, à quo ipse medicus occidebatur, & in eius sanguine etiã ipsis antidotum parabatur. Cùm enim Dñs nõ solùm sanguinem funderet, verumetiã ipsam suam mortẽ ad medicamenti confectionem impenderet: re-
B surrexit ad demonstrandũ resurrectionis exẽplum. Patientia sua passus est, vt doceret patientiã nostram: & in resurrectione sua præmiũ patientiæ demonstrauit. Item, vt nostis, & omnes cõfitemur, ascẽdit in cælum, deinde ab eo spiritꝰ sanctus est missus, ante promissus. Dixerat enim discipulis suis, Sedete in ciuitate, donec Lucę 24. induamini virtute ex alto. Venit ergo & promissio ip- Act.2.
sius, venit spiritus sanctus, impleuit discipulos, cœperũt loqui linguis omniũ gentiũ: signũ in illis procedebat vnitatis. Loquebatur enim tũc vnus homo omnibꝰ linguis: quia locutura erat vnitas ecclesiæ in omnibus linguis. Expauerũt qui audiebant. Nouerant enim homines idiotas fuisse, vnius tantum linguæ: & mirabantur ac stupebãt, quòd vniꝰ linguæ homines, vel vt multum duarũ, linguis omnium gentium loquerẽtur: suspensi sunt stupore, perdiderũt elationem, de monte facti sunt valles. Iam si humiles sunt, valles sunt, quod in-
C fuderis capiunt, non dimittunt. Si venerit aqua super altitudinẽ, decurrit & defluit: si venerit aqua ad cõcauum & humilem locũ, & capitur & stat. Tales iam illi erant, stupebant, mirabantur, perdiderant sæuitiam.

CAPVT IIII. Psal.31. DENIQVE loquente sibi Petro, compuncti sunt, & factum est in illis quod Psalmus prædixerat, Cõuersus sum in ærumna, cùm configeretur spina. Quid est spina? Compũctio pœnitentiæ. Sic habes & verba ipsa Scripturæ in Actibusꝰ Apostolorum: Compuncti sunt Act.2. corde, & dixerũt ad Apostolos, Quid faciemus? Quare dixerunt, Quid faciemus? Nouimus quid fecimus. Quid faciemus? Quantum ad nostrum factum attinet, desperatio est salutis: sit ergo in vestro consilio, si fieri potest, spes aliqua sanitatis. Nouimus quid fecerimus, dicite quid faciamus. Quid est q̃ fecimus? Non enim quemcunq; hominem occidimus, & multũ mali fecissemus, si quemcunq; hominẽ innocentẽ occidissemus. Latronem elegimus, innocẽtem occidimus, mortuum elegimus, medicum occidimus: dicite quid faciemus? Et Petrus, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrũm in nomine Domini nostri Iesu Christi: vt trãseatis de nonagintanouẽ ad centũ: quia cùm nonaginta & nouẽ essetis, pœnitẽtiã vobis necessariam non putabatis, & Dño colligẽti peccatores, & volẽti eos facere pœnitẽtes, insuper insultabatis. Modò ergo compũcti, quia cognouistis peccatũ vestrũ, agite pœnitẽtiã, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Dñi nostri Iesu christi: Baptizetur in eiꝰ nomine quẽ occidistis sine crimine, & remittũtur vobis peccata vestra. Reducti sunt in spẽ: doluerũt, gemuerũt, conuersi sunt, sanati sunt. Ipsi erãt illi, Pater, ignosce illis: qa nesciunt quid Lucæ 23. faciũt. VNVSQVISQVE ergo, charissimi, quando CAP. V. audit Dñm Iesum Christũ nõ venisse propter iustos, sed propter peccatores, non amet esse peccator: ne fortè

dicat

dicat in corde suo, Si iustus fuero, non me amat Christus; si peccator fuero, amat me: quia propter peccatores descēdit, non propter iustos. Respondet enim tibi, Si medicum agnouisti, febrem quare non timuisti? Vtique medicus ad ægrotum venit, constat: sed ideo venit medicus ad ægrotum, ne ille sit semper ægrotus. Quid ergo dicimus? Quid pronunciamus? Quid definimus? Ægrotum amat medicus, an sanum? Quod vult facere amat: nō quod inuenit. Ad ęgrotum quidem venit, ad sanum nō venit. Noli attendere quia ad illum venit, ad illum non venit. Plus enim amat sanum quàm ægrotum. Nā, vt noueritis, quia plus amat sanum quàm ægrotum: nunquid faceret quod odisset? Ergo Paulum
1.Tim.1. apostolum attende: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mūdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Dixit, *Quorum primus ego sum.* Quomodo erat primus? Ante illum non fuerūt peccatores tot Iudæi? Ante illum non fuerunt peccatores in genere humano? Ante illū in omnibus hominibus nō peccato tenebatur Adam? Nō ante illum fuit qui primus peccauit, & nos omnes in mortē præcipitauit? Quid est, Quorum primus ego sum? Ad
Matth.4. quos venit, primus ego sum. Sed nec hoc verū est. Primus electus est Petrus: primus Andreas, primi alij Apostoli. Tu Apostolus es nouissimus: quomodo dicis, Quorum primus ego sum? Ergo Apostolus nouissimus, primus peccator. Et hoc quomodo primus peccator?
Matth.26. Ante te peccauit Petrus, quando ipsum Dominum ter negauit. Nolo dicere, quia & ipse nisi peccator inuentus esset, de sinistra ad dexteram non transiret.

CAPVT VI. Primus ego sum. QVID est ergo, Quorū primus ego sum? Quia omnibus peior sum. Ergo peiorem voluit intelligi primū. Quomodo in artificibus, quicunque vult ædificare, quid dicit? Quis est hic primus structor? Quis est primus faber? Aut si curari vult, quis est hic primus medicus? Nō vtique interrogat quis prior sit ætate, aut quis prior sit professione: sed quis prior sit arte. Quomodo illi in arte primi, sic iste in iniquitate primus. Quare Paulus in iniquitate primus? Recolite Saulum, & inuenietis. Attenditis Paulum, obliti estis Saulum: attenditis ad pa-
Act.7. storem, obliti estis lupū. Nónne ille est cui ad lapidandum Stephanum manus vna non sufficiebat, sed & a-
Act.9. liorū vestimenta seruabat? Nónne ipse est qui Ecclesiā vbique persequebatur? Nónne ipse est qui literas acceperat à principibus sacerdotū: quia parum illi erat persequi Christianos qui erant in Hierusalem: sed volebat ad alia loca venire vbi eos inueniret, & ligaret, & puniēdos adduceret. Nónne cùm iter agēs spirat & anhelat ad cædes, de cælo percussus est, & vocem Domini audiuit ad salutem fulminatus? Dum ambulat, proster-* nitur: vt videat, excæcatur. Ipse est ergo qui primus erat
CAPVT VII. persecutor, illo peior non fuit. AVDITE vnde plus intelligatis. Ananiæ loquebatur ipse Dominus Christus, iam illo prostrato, iam erecto: & dicebat ei, Vade ad vicū illum, ibi inuenies Saulum à Tarsis Ciliciæ, lo-
Act.9. quere ei. Quoniam vidit virum Ananiam intrantē ad se, & baptizantem se. Ille audiuit nomē Sauli, & inter manus ipsius medici tremuit. Quod est autem dulcius, Saulus vnde vocaretur, credo quia recolitis, & propter eos qui non recolunt, cōmemorem. Saul erat ille
1.Reg.18. persecutor Dauid. In Dauid Christus erat, in Dauid Christus præfigurabatur, in Saule Saulus præfigurabatur,
Act.9. tanquā à Dauid Sauli dictū est de cælo, Saule, Saule, quid me persequris? Ananias ouis interpretatur. Loquebatur oui pastor, & timebat ouis lupū. Tanta huius lupi fama præcesserat, vt nō se putaret tutā ouis, nec inter manus pastoris. Et Dominus ad illū, quasi ad ouem trementem. Ille enim cùm audisset hoc, dixit, Dūc, au-

A diui de isto homine quāta mala fecit sanctis tuis in Hierusalē, & modò dicitur epistolas accepisse à principib⁹ sacerdotū, vt quoscūq; tenuerit, alligatos ducat. Quò me mittis? Quem ad lupum? Sed ille non audiuit hanc excusationē. Iam enim dixerat paucis ouiculis suis, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Si missæ Matth.10.
sunt oues in medio luporū, quare trepidas ire, Anania, ad eū qui iam nō est lupus? Lupū timebas: sed respōdet tibi Dominus Deus tuus, De lupo ouē feci: facio de oue pastorē. Quomodo ergo ipse Saulus postea Paulus gratulatur se ad Dei peruenisse misericordiam, quia primus, hoc est excellens in peccatis inuentus est.

ET *tamē misericordiā consecutus sum, vt in me ostēderet* CAPVT
Christus Iesus omnem longanimitatem, propter eos qui credituri sunt illi in vitam æternā: vt dicant sibi omnes, Si Paulus sanatus est, ego quare despero? Si à tanto medico tam desperatus æger sanatus est, ego cur vulneribus meis il-
B las manus non optabo? ad illas manus nō festinabo? Vt hoc dicerēt homines, ideo Saulus factus est ex persecutore Apostolus: quia quò venit medicus, quērit aliquē ibi desperatum, & ipsum sanat: & si pauperrimū inueniat, tamen desperatum inuenit: nō ibi quærit mercedem, sed commendat artem. Dicā ergo quod cœperā: quomodo ergo Saulus cōgratulatur se à Christo, quia peccator erat, assumptū atque sanatum, nec dixit, Manea in peccato, quia propter me venit Christus, nō propter iustū: ita & tu qui audieras, quia Christus propter peccatores venit, noli tibi dormire in dulci stratu: sed audi ipsum Paulū dicētem, Surge qui dormis, & exur-
Ephes.5. ge à mortuis, & illuminabit te Christus. Noli amare stra-
Psal.46. tum peccati: totum stratum eius vertisti in infirmitate eius, dictum est antea: Surge, sanus esto, sanitatē ama, & noli rursus per superbiam de dextera ire ad sinistrā, de valle ad montem, de humilitate ad tumorem. Cùm
C factus fueris sanus, id est, cùm iustè cœperis viuere, Deo tribue, nō tibi. Non enim laudando te, saluus factus es, sed contra te pronunciando. Nam si te laudaueris per superbiā, grauiùs ægrotabis. Omnis enim qui se exal-
Lucæ 18. tat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Conuersi ad Dominum, &c.

De eisdem verbis Apostoli, quibus in sermone præcedenti; & de ver. Psal. 94. Venite adoremus, & prosternamur ei, & fleamus coram Domino qui fecit nos, &c. & de decem leprosis.

SERMO D. AVGVST. X.

Citat Beda, 1.Tim.1.

DE diuinis lectionibus quod Dominus admonere dignatur, intenti audite fratres, illo dante, me ministrante. Primam lectionem audiuimus Apostoli: *Fidelis sermo, & omni* CAP.1.
1.Tim.1. *acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundū peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam cōsecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem suam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.*] Hoc de Apostolica lectione
D percepimus. Deinde cantauimus Psalmum, exhortantes nos inuicem vna voce, vno corde dicētes, *Venite a-*
Psal. 94. *doremus, & prosternamur ei, & fleamus coram Domino qui fecit nos, & ibi præueniamus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.* Post hæc Euangelica lectio, decem
Lucæ 17. leprosos mūdatos nobis ostēdit, & vnū ex eis alienigenā gratias agentē mūdatori suo. Has tres lectiones, quātum pro tēpore possumus, pertractemus, dicentes pauca de singulis, & quantum conari possumus, adiuuāte Domino, nō in aliqua earū sic immorātes, vt aliis duabus impedimētū afferamus. Proponit nobis Apostolus scientiam gratiarū actionis. Mementote quid vltima Euangelica lectio resonet; quomodo Iesus Dominus laudat

laudat gratias agentem, ingratos improbat mundatos
CAP.11. in cute, leprosos in corde. QVID ergo Apostolus? A *Fidelis*, inquit, *sermo, & omni acceptione dignus.* Quis est iste sermo? *Quia Christus Iesus venit in mundum.* Vt quid? *Peccatores saluos facere.* Quid tu? *Quorū primus ego sum.* Qui dicit, Vel nō sum peccator, vel nō fui, ingratus est Saluatori. Nullus hominū in ista quæ ex Adā defluit massa mortaliū, nullus omnino hominū nō ægrotus, nullus sine gratia Christi sanatus. Quid de paruulis pueris, si ex Adam ægroti? Nam & ipsi portantur ad Ecclesiā. Et si pedibus illuc currere nō possunt, alienis pedibus currunt, vt sanentur. Accōmodat illis mater Ecclesia aliorū pedes vt veniant, aliorū eor vt credant, aliorum linguam vt fateantur: vt quoniam, quòd ægri sunt alio peccante prægrauantur, sic cū hi sani sunt, alio pro eis cōfitente saluentur. Nemo ergo vobis susurret doctrinas alienas. Hoc Ecclesia semper habuit, semper tenuit: hoc à maiorū fide percepit: hoc vsq; in finē perseuerāret custodit. Quoniā nō est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Quid necessariū ergo habuit infans Christum, si nō ægrotat? Si sanus est, quare per eos qui eum diligunt, medicū quærit? Si quando portātur infantes, dicuntur omnino nullū ,ppaginis habere peccatum, & veniūt ad Christū: quare nō eis dicitur in Ecclesia qui eos apportāt ad Ecclesiā, Auferte hinc innocētes istos, non est opus sanis medicus, sed malè habentibus: non venit Christus vocare iustos, sed peccatores? Nunquā dictū est: sed nec aliquādo dicetur. Quisq; ergo quod potest, fratres, loquatur pro eo qui loqui pro se nō potest. Pro magno cōmendantur episcopis patrimonia pupillorū, quāto magis gratia paruulorū? Pupillū tuetur episcopus, ne mortuis parentibus ab extraneis opprimatur. Clamet plus pro paruulo, cui timet ne à parentibus occidatur: clamet cū Apostolo, fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit
C in mundū, nullā aliam ob causam, nisi peccatores saluos facere. Qui venit ad Christū, habet quod in eo sanetur: qui nō habet, nō est causa quare medico offeratur. Eligant parentes vnum de duobus, aut confiteantur in paruulis suis sanari peccatū, aut eos medico offerre desinant. Hoc nihil est aliud quàm velle medico sanum offerre. Quid offers? Baptizandū. Quem? Infantem. Cui offers? Christo. Ei certè qui venit in mundū? Ita, inquit. Quare venit in mundum? Peccatores saluos facere. Ergo quem offers, habet quod in illo saluū fiat? Si dixeris, Habet, cōfitēdo deles: si dixeris, Non habet, negando tenes. PECCATORES, inquit, saluos fa-
CAPVT III. cere; quorū primus ego sum. Ante Paulum non erant
Genes.3. peccatores? Certè vel ipse Adam ante omnes, & plena
Genes.7. peccatoribus terra deleta diluuio, & deinceps quàm
Primus. multi? Vnde verū est, Ego primus sum? Primū se dixit, nō peccatorū ordine, sed peccati magnitudine. Magni-
D tudine peccati sui, vnde se primū dixit peccatorū: quomodo dicuntur inter aduocatos, verbi gratia, primi primus est iste, non quia plures annos habet, ex quo causas agit: sed quia ex quo cœpit, cæteros superauit.
1.Cor.15. Dicat ergo Apostolus alio loco vnde primus sit peccatorū: Ego, inquit, sum nouissimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sū Ecclesiam Dei. Nemo acrior inter persecutores: ergo nemo prior inter peccatores. *Sed misericordiā*, inquit, *cōsecutus sum.* Et quare sit misericordiā consecutus, exponit causam: *Vt in me*, inquit, *ostenderet Christus Iesus omnē longanimitatem, ad informationē eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Christus, inquit, daturus veniam cōuersis ad se peccatoribus vsque ad inimicos suos, me primò elegit acriorem inimicum: quem cùm sanaret, nemo in cæteris desperaret. FACIVNT hoc me-
CAPVT IIII.

dici, quando ad ea loca veniunt vbi ignoti sunt, quos curent primitùs eligunt desperatos: vt in eis & beneuolentiam exerceant, & cōmendent doctrinā, vt vnusquisq; in illo loco dicat proximo suo, Vade ad illum medicū, securus esto, sanat te. Et ille, Me sanat? Non vides quid patiar? Ego noui quid simile. Tu quod pateris, & ego quidē passus sum. Sic dicit Paulus vnicuique ægroto, & de se volēti desperare: Qui curauit me, misit me ad te; & dixit mihi, Illi desperanti vade & dic quid habuisti, quid in te sanaui, quàm citò sanaui. De
Act.9. cælo vocaui, vna voce percussi & deieci, alia erexi & elegi, tertia impleui & misi, quarta liberaui & coronaui. Vade dic ægrotis, clama desperatis. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mūdū peccatores saluos facere. Quid timetis? Quid trepidatis? Quorū primus ego sum, Ego, inquit, vobis loquor, sanus ægrotantibus, stans iacentibus, securus desperantibus. Ideo enim misericordiā consecutus sū,
B vt in me ostenderet Christus Iesus omnē longanimitatē. Morbū meū diu pertulit, & sic abstulit, tanquam bonus medicus phreneticū patienter tolerauit, sustinuit me ferientē se, donauit mihi feriri pro se. Omnē, inquit, longanimitatem ostendit in me, ad informationem eorū, qui credituri sunt illi in vitā æternam.

NOLITE ergo desperare. Ægroti estis, accedite ad CAP.V.
eū & sanamini: cæci estis, accedite ad eū, & illuminamini, & qui sani estis, ei gratias agite: & qui ægrotatis,
Psal.94. ad eum sanandi currite omnes. Venite adoremus, & prosternamur ei, & ploremus coram Domino qui fecit nos & homines & saluos. Nam si ille nos fecit homines, nos autē ipsi nos fecimus saluos: aliquid illo melius fecimus. Melior est enim saluus homo, quā quilibet homo. Si ergo te Deus fecit hominē, & tu te fecisti bonū hominem, quod tu fecisti melius est. Noli te ex-
C tollere super Deū: subde te Deo, adora, prosternere, confitere illi qui fecit te: quia nemo recreat, nisi qui creat, nemo reficit, nisi qui fecit. Hoc & in allo Psalmo, Ipse fecit nos, & nō ipsi nos. Sanē quādo te fecit,
Psal.99. quid tu faceres nō habebas. Quādo autē iam es, habes & tu ipse quod facias: ad medicū curras, medicū implores, qui vbique est. Et vt implorares, excitauit cor tuū, & posse implorare donauit tibi. Deus est enim, inquit,
Philip.2. qui operatur in vobis & velle & operari pro bona volūtate: quia vt haberes bonā voluntatem, illius vocatio
Psal.58. præcessit. Clama, Deus meus, misericordia eius præueniet me. Vt esses, vt sentires, vt audires, vt consentires, præuenit te misericordia eius. Præuenit te in omnib⁹ præueni & tū in aliquo irā eius. In quo, inquis, in quo? Confitere ista omnia à Deo te habere quicquid boni habes, à te quicquid mali. Ne in bonis tuis illū cōtemnas, te laudes: ne in malis tuis illum accuses, te ex-
D cuses, ipsa est vera confessio. Ille qui in tantis bonis præuenit te, vēturus est ad te, & inspecturus dona sua, & mala tua; quomodo bono ei⁹ vsus fueris, inspicit te. Ergo quia in omnibus istis donis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciē vēturi: audi Psalmū, Prēueniā-
Psal.94. mus faciē eius in cōfessione. Præueniamus faciem ei⁹. Antequā veniat, propitietur: antequam affit, placetur. Habes enim sacerdotem per quem possis placarē deū tuum, & ipse cum patre Deus est ad te, qui homo est propter te. Ita iubilabis in Psalmis, præuentens faciem eius in cōfessione: Iubila in Psalmo. Prāueniens faciem eius in confessione, accusa te: iubilans in Psalmo, laudā illum. Accusando te, & laudando eum qui fecit te: Veniet qui mortuus est pro te, & viuificabit
CAP.VI. te. HOC tenete, in hoc persistite. Nemo vaticiet, nemo leprosus fit. Doctrina inconstans, non habens vnum colorem, mentis lepram significat: & ipsam

Christus mundat. Fortè in aliquo variasti & inspexisti, & in melius sententiã cõmutasti; & quod variũ erat, vnius coloris effectũ est. Noli tibi tribuere, ne sis inter nouem qui gratias nõ egerũt. Vnus egit gratias: cæteri Iudæi erant. Ille alienigena erat, gentes alienigenas significabat, numerus ille Christo decimas dedit. Illi ergo debemus quòd sumus, quòd viuimus, quòd intelligimus: quòd homines sum⁹, quòd bene viximus, quòd rectè intelleximus, illi debemus. Nostrũ nihil nisi peccatũ quod habemus. Quid enim habes, quod nõ accepisti? Vos ergo, maximè qui scitis quid audiatis, † curandum ab ægritudine, mundatum à varietate sursum cor ponite, & Deo gratias agite.

Lucę 17. — 1.Cor. 4. — al. curatum.

De versu Psalmi nonagesimi quarti: Ploremus ante Dominum qui fecit nos. Nos autem populus eius & oues pascuæ eius: cum confutatione Pelagianorum: Et de libero arbitrio & gratia, & de verbis Apostoli ad Gal. 3. Si enim esset lex data quæ, &c.

SERMO D. AVGVST. XI.
Citat Beda, ad Rom. 4. & 9.

CAP. I. PSALMVS quem cantauimus Deo, & nos inuicẽ exhortati sumus vt adoremus eũ, & prosternamur illi, & fleamus ante Dũm qui fecit nos, admonet quærere aliquãto diligẽtiꝰ, quid sibi velit, quod ait, Qui nos fecit. Quòd enim homo à Deo creatus est, nullus dubitat homo, nisi qui ingratus est. Nouimus enim, quia ita legimus, & ita credimus, quòd fecit Deus hominẽ, inter multa quæ fecit, ad maginẽ suã. Hæc hominis est prima conditio: hæc est humana prima creatura. Nõ tamẽ arbitror, hoc nos pro magno voluisse cõmonere spiritũ sãctum in hoc Psalmo, quod ait, *Fleamus ante Dominũ qui fecit nos*: alio enim loco dicit, Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Vnde quidem, vt dixi, Christianus dubitat nemo: quia nõ solũ Deus creauit primũ hominẽ, ex quo omnes homines, sed Deꝰ hodieq; creat singulos homines: ille qui ait cuidã sancto suo, Priusquã te formarem in vtero, noui te. Prius ergo creauit hominẽ sine homine, modò creat hominẽ ex homine: tamẽ siue hominẽ sine homine, siue hominẽ ex homine: Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Ad istũ itaq; primũ verbũ istorũ & facilem sensum, sed tamẽ verũ, adoremus eũ fratres, & prosternamur ei, & ploremus ante dũm qui fecit nos. Nõ enim fecit, & deserit: nõ enim curauit facere, & nõ curat custodire. Ploremus ante Dũm qui nos fecit: quia non plorauimus quãdo nos fecit, & tamen fecit. Qui ergo fecit antequã rogaretur, deserit cũ rogatur? Tanquã ergo dubitaret homo vtrũ exaudiretur orans, admonuit eũ Scriptura, cùm dicit, Ploremus ante Dũm, qui fecit nos. Vtiq; exaudi quos fecit: vtiq; nõ potest non curare quos fecit. VERVNTAMEN iuxta altiorẽ intellectũ, &, quãtũ existimo, vtiliorẽ, vidit quosdam spiritus sanctus dicẽtes vel dicturos, quòd Deus eos fecerit homines, iustos autẽ ipsi se faciunt: præuidens eos, admonuit eos, & ab hac extollentia reuocauit eos, dicẽs: Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Quare enim addidit, Et non ipsi nos: cũ sufficeret dicere, Ipse fecit nos: nisi quia illã facturam voluit admonere, vbi dicũt homines, Ipsi fecimus nos: id est, vt iusti essemus? iustos nos libera voluntate fecimus, quando cõditi sumus, liberũ arbitriũ accepimus. Vt ergo iusti simus, libero id arbitrio agimus. Quid adhuc Deũ inuocam⁹, vt iustos nos faciat, quod habemus in potestate, vt nosipsi iustos faciam⁹? Audite, audite: Et iustos & iniustos, ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Creatus est primus homo in natura sine culpa, in natura sine vitio: creatus est rectus, non se fecit rectum. Quid se autem ipse fecerit, notum est,

Cap. I. — Genes. 1. — Psal. 94. — Psal. 99. — Hierem. 1. — Cap. II. Pelagianos putat. — Psal. 99.

A cadẽs à manu figuli fractus est. Regebat enim eum ipse qui fecerat, voluit deserere à quo factus erat, permisit Deus: tanquã dicẽs, Deserat me, & inueniat se, & miseria sua ꝓbet, quia nihil poteſt sine me. HOC modo ergo ostendere voluit Deus homini quid valeat liberũ arbitriũ sine deo. O malũ liberũ arbitriũ sine Deo! Experti sumus quid valeat sine Deo. Ideo miseri facti sumus, quia sine Deo quid valeat experti sumus. Experti ergo tandẽ aliquando nouerimus, & venite adoremus eum, & prosternamur ei. Venite adoremus, & ꝓsternamur illi, & fleamus coram Dño qui fecit nos: vt perditos nos per nos, reficiat nos qui fecit nos. Ecce bonus factus est homo: & per liberũ arbitriũ factus est homo malus. Quando facturus est bonũ hominẽ malus homo per liberũ arbitriũ deserens Deum: Seruare se non potuit bonus bonũ, & facturus est se malus bonũ? Cũ esset bonus, nõ se seruauit bonũ: & cũ sit malus dicit, B Facio me bonum? Quid facis malus, qui peristi bonus, nisi reficiat te qui permanet bonus? Ipse ergo fecit nos, & non ipsi nos. *Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.* Ecce fecit nos homines populũ suũ, qui nos fecit. Non enim creati homines iam populus eius eramus. Videte fratres mei, & de ipsius Psalmi verbis attẽdite, vnde dixerit, Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Hinc dixit, Fecit, nos, & nõ ipsi nos: vt simus populus eius, & oues pascuę eius. Ipse fecit nos. Nam & Pagani nascũtur, & omnes impij, omnes aduersarij ecclesiæ eius, vt nascerẽtur ipse fecit eos. Non enim alius Deus creauit eos. Qui de Paganis nascũtur, ab ipso facti sunt, ab ipso creati sũt, & non sunt populus eius, nec oues pascuæ eius.

Psal. 99.

COMMVNIS est omnibus natura, nõ gratia. Natura nõ putetur gratia: sed & si putetur gratia, ideo putetur gratia, quia & ipsa gratis cõcessa est. Nõ enim homo qui nõ erat, ꝓmeruit vt esset; si promeruit, iã erat: C sed nondũ erat. Ergo qui ꝓmereretur, nõ erat, & tamẽ factus est: nec vt pecora factus est, nec vt arbor factus est, nec vt saxũ factꝰ est, sed factus est ad imaginẽ creatoris. Hoc beneficiũ quis dedit? Deus qui erat, & ex æterno erat. Cui dedit? Homini qui nondũ erat. Dedit qui erat, accepit qui nõ erat. Quis autẽ hoc facere potuit, nisi qui vocat ea quę nõ sunt, tanquã ea quæ sunt? De quo dicit Apostolus, Qui nos elegit ante Mundi cõstitutionẽ. Elegit ante mũdi cõstitutionẽ. In mũdo isto facti sumus, nec mundus erat quãdo electi sumus. Ineffabilia mirabilia fratres mei. Quis hoc explicare sufficeret? quis saltẽ quod explicet cogitare? Eliguntur qui nõ sunt: nec errat qui eligit, nec vanè eligit. Eligit tamẽ & habet electos quos creatꝰ est eligẽdos: habet autẽ apud seipsũ, nõ in natura sua, sed in prę sciẽtia sua. Ergo nolite extolli. Homines sumus: ipse nos fecit, & fideles sumus: si tamẽ sumus, quãdo ista cõtra gratiam D disputamus. Sed ecce fideles sumus. Etiã fideles, etiã iustos, quia iustus ex fide viuit: Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Quæro quid nos fecerit? Dicturus es, Homines. Nõ inde Psalmus loquebatur, illud scimus, illud notũ est, illud pater: nec magna, vt hoc nouerimus, doctrina indigemus, quia homines ipse nos fecit. SED vnde loquebatur, vide: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Quid nos fecit, nisi quod sumus? Quid autem sumus? Nos autem. Ecce quid sumus. Quid? Populus eius, & oues pascuæ eius. Ipse nos fecit populum suum, ipse nos fecit oues pascuæ suæ. Qui misit iugulandã ouem innoxiã, fecit oues de lupis. Hæc est gratia. Excepta illa cõmuni gratia naturæ, qua homines facti sumus, nec digni fuimus, quia nõ fuimus: excepta illa gratia, hæc est maior gratia qua facti sumus populus eius & oues pascuæ eius, per Iesum Christũ Dũm nostrum. Sed dicit aliquis: Per Iesum Christũ facti sumus, vt etiã homines es-

Cap. III. — Caput IIII. Beda ad Rom. 4. — Rom. 4. — Ephes. 1. — Rom. 1. — Cap. V. — Gratia.

nes essemus. Ita verò per Iesum Christum facti sunt & A Pagani, nõ vt essent Pagani, sed vt essent homines, per Iesum Christũ facti sunt. Quis est enim Iesus Christus, nisi in principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deꝰ erat verbũ? Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsũ facta sunt. Illi ergo debent & Pagani quod homines creati sunt, & tanto magis puniendi, quia dimiserũt cũ à quo facti sunt, & coluerunt quòd ipsi fecerunt. EXCEPTA ergo illa gratia, qua cõdita est humana natura: hæc enim Christianis paganisq; communis est: hæc est maior gratia, non quòd per verbum homines creati sumus, sed quòd per verbũ carnẽ factũ fideles facti sumus. Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, in principio erat verbũ. Nondũ erat homo Christus Iesus, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Ipse mundus non erat, quãdo Deus erat verbũ. Omnia per ipsum facta sunt, & mundus per ipsum factus est. Ergo tunc quando nos fecit, vt homines essemus, nondum erat homo. Magnã istã gratiã commendat Apostolus Christianis, vbi dicit, Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominũ. Nõ ait, Christus Iesus: ne tu putares secundũ verbũ dictũ: sed addidit Homo: mediator Dei & hominũ, homo Christꝰ Iesus. Quid est mediator? Per quẽ cõiungeremur, per quem recõciliaremur, quia peccatis propriis separati iacebamus, in morte eramus, prorsus perieramus. Non erat Christus homo, quãdo creatus est homo: sed postea factus est homo, ne periret homo ille qui factus est homo. HÆC vobis contra nouellam hæresim, quæ tentat assurgere, sæpe disputare cogimur: quia vos firmos volumus esse in bono, integros autem à malo. Hæc enim est disputatio eorũ, quando primò exoriri cœperũt, & cõtra gratiã disputare, multũ tribuẽtes nõ libertati hominis, sed infirmitati, & iacentẽ miserum hominem ideo extollentes, ne C manu sibi desuper porrecta valeat surgere. Disputantes ergo contra gratiã pro libero arbitrio, fecerunt auribus piis & catholicis offensionem. Cœperũt horreri, cœperũt vt certa pernicies deuitari, cœpit de illis dici, quòd contra gratiã disputarent: & inuenerunt ad releuandã istam inuidiam tale cõmentũ. Non, inquit, contra gratiã Dei disputo. Vnde probas? Eo ipso, inquit, nõ contra gratiam Dei disputo, quòd liberũ arbitriũ defendo. Videte acumẽ, sed vitreũ. Quasi lucet vanitate, sed frangitur veritate. Attẽdite quã sit quasi acutè excogitatũ quod dicere voluerũt. Hoc ipso, inquit, quia liberũ arbitrium hominis defendo, & dico quia liberũ arbitriũ sufficiẽs est vt iustus sim, non sine gratia Dei dico. Erectæ sunt aures piorũ, iam qui ista audit, incipit gratulari. Deo gratias. Non sine Dei gratia defendit liberũ arbitriũ. Est enim liberũ arbitrium, sed nihil valet sine Dei gratia. Si ergo liberũ arbitriũ nõ sine Dei D gratia defendũt, quid mali dicunt? Expone ergo nobis, ô doctor, quã dicas gratiã. Cũ dico, inquit, liberũ hominis arbitriũ; vide quia hominis dico. Quid deinde? Hominẽ quis creauit? Deus. Quis ei liberum arbitriũ dedit? Deus. Si ergo hominẽ Deus creauit, & homini Deus liberũ donauit arbitriũ, quicquid potest homo de libero arbitrio, cuius gratiæ debetur, nisi eius qui eũ cõdidit cũ libero arbitrio? Et hoc quasi acutè ab ipsis dictũ. VIDETE tamẽ, fratres mei, quomodo illam generalẽ gratiam prędicẽt qua creatus est homo, qua homines sumus: & vtiq; & cũ impiis homines sumus, sed non cũ impiis Christiani sumus. Hanc ergo gratiã qua Christiani sumus, ipsam volumus prædicẽt, ipsam volumus agnoscãt, ipsam volumus, de qua dicit Apostolus: Non irritam facio gratiã Dei. Nã si per legẽ iustitia: ergo Christus gratis mortuus est. Videte vnde

Ioan. 1. — Cap. VI. — 1.Tim. 2. — Mediator. — Cap. VII. Pelagianã dicit. — Caput VIII. — Gal. 2.

dixit Apostolus. De lege dixit, Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: Quia ergo ex lege non erat iustitia, ideo mortuus est Christus, vt per fidem iustificentur, qui ex lege non iustificabãtur. Si enim, inquit, data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Quod etiã hesterno die cõmemoraui mus: sed cõclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio, ꝓmissio, nõ prædictio. Qui promisit, ipse facit. Vt, ꝓmissio, inquit, ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Ecce quales nos inuenit gratia Saluatoris, quos nec lex sanos facere potuit. Quare autẽ dabatur lex, si sufficiebat natura? Et tamẽ nec lex sufficere potuit, ita infirma erat ipsa natura: data est lex, sed nõ quæ posset viuificare. Quare ergo data est lex? Lex, inquit Apostolus, prẽuaricationis gratia data est, prẽuaricationis gratia posita est, vt te faceret prẽuaricatorem. Quare, vt me faceret prẽuaricatorem? Quia nouerat B deus superbiam tuam: nouerat quia dicebas, O si sit qui doceat, ô si sit qui mihi ostendat. Ecce lex dicit tibi, Non concupisces. Cognouisti legem dicentem, Non concupisces. Surrexit concupiscentia quã nõ noueras: inerat enim, sed nesciebatur: cœpisti conari vincere quod inerat, & apparuit quod latebat. Superbe, per legẽ factus es prẽuaricator: agnosce gratiã, & esto laudator. SED legẽ, inquis, quis dedit? Quia sunt homines vani, & peius impij, qui dicunt legẽ ab alio datã, gratiã verò per Dũm nostrũ Iesum Christũ: quasi legẽ malã, quasi legẽ peruersã, gratiã verò rectam: & volũt ita discernere duo Testamẽta, vt vetus Testamentũ dicant esse, nescio à quo principe tenebrarũ: nouũ autẽ Testamẽtũ à Dño Deo patre Dñi nostri Iesu Christi. Ipsum Apostolũ Paulũ audi. Si propterea putas legẽ datã ab alio, non à deo, quia per illã factus est prẽuaricator: audi ipsum Apostolũ C legis laudatorẽ. Itaq; inquit, lex quidẽ sancta, & mandatũ sanctũ: adde, & iustũ: adhuc adde, & bonũ. Quod ergo bonũ est, inquit, mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatũ vt apparẽat peccatũ. Erat enim peccatum, sed latebat peccatũ. Quando latebat peccatũ? Quando te aduersarium nondũ patiebatur. Cœpisti conari, & apparuit qui tenebat. Quando sequebaris, catenam non sentiebas: quæsisti refugiũ, & apparuit vinculũ: voluisti fugere, & cœpisti trahi. Quia ergo cœpisti trahi, subueniat tibi qui non est ligatus. Quis non est ligatus, nisi qui dixit, Si inuenistis in me peccatũ, dicite? Quis non est ligatus, nisi qui dixit, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet? Quare nihil inueniet? Quia mors peccato iusta debetur. Quare ergo moreris? Vt sciãt, inquit, omnes, quia volũtatẽ patris mei facio. Ipse soluit, qui ligatꝰ nõ est: ipse à mortuis liberat, qui est in mortuis liber. SED ipse misit & legẽ & gratiam. D Per seruũ suũ legẽ, per seipsum gratiã. Attende Helisẽũ in magno altóque mysterio, tanquam prophetam, agendo prænunciantem, non solùn loquendo. Mortuus erat filius hospitæ ipsius. Quid significabat mortuus puer, nisi Adã? † nunciatũ est sancto Prophetæ, gerenti in prophetia typum Domini nostri Iesu Christi: misit per seruum baculũ suũ, & ait illi: Vade, vade, pone super puerum mortuũ. Perrexit ille, tanquam seruus obediens. Sciebat propheta quid fecerat. Posuit baculum supra mortuũ, non surrexit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Nõ ergo potuit lex viuificare. Venit ipse grandis ad paruulũ, saluator ad saluandũ, viũus ad mortuũ: venit ipse. Et quid fecit? Iuuenilia membra contraxit, tanquã seipsum exinaniẽs, vt formam serui acciperet. Iuuenilia ergo membra contraxit, paruũ se paruo coaptauit, vt efficeret corpus humilitatis nostræ confor-

Gal. 3. — Serm. 13. de verbis apostoli. — Rom. 7. — Cap. IX. Manichæi. — Rom. 7. — Cap. X. — 4.Reg. 4. — al. Nunciatus. — Gal. 3. — Philip. 2. — Philip. 3.

me cor-

me corpori gloriæ suæ. Itaque in isto typo Christi prophetice expressò suscitat̃ est mortuus, tãquã iustificatus est impius. ISTA gratia prædicetur, ista est gratia Christianorũ per hominẽ mediatorẽ, per passum & resuscitatũ, qui ascendit in cælũ, & captiuauit captiuitatem, & dedit dona hominibus. Ista, inquã, gratia prædicetur, contra istã gratiã ab ingratis non disputetur. Baculus propheticus mortuo nõ suffecit: ipsa mortua natura sufficeret? Et istã qua cõditi sumus, quanquam hoc nomine appellatã minimè legerimus, tamen quia gratis data est, gratiã fateamur. Sed ostendamus vobis maiorẽ esse istã, qua Christiani sumus. Attendite. Antequã cõditi essemus, nihil boni merebamur, & ideo gratiam, qua conditi sumus, accepimus, cũ boni nihil † mereremur. Si ergo magna est gratia, quando nihil boni merebamur; quanta gratia est quando tantũ mali merebamur? Qui nondũ erat, bene non merebatur, peccator etiã magis merebatur. Nondũ erat qui factus est, nondũ erat, sed nec offenderat. Nondũ erat, & factus est; offendit, & saluus est. Qui nondũ erat, nihil sperabat, factus lapsus est: lapsus autẽ dãnationẽ expectabat, & liberatus est. Hæc est gratia per Iesum Christũ Dñm nostrũ. Ipse fecit nos, & antequã essemus omnino ipse fecit nos: & factos & lapsos ipse & iustos fecit nos, & non ipsi nos. SI qua igitur in Christo noua creatura, lapsa est vetus, facta est noua. Vna erat massa perditionis ex Adã, cui nõ nisi suppliciũ debebatur: facta sunt vasa inde in honorẽ ex eadem massa. Habet enim potestatẽ figulus luti, ex eadẽ massa. Qua massa? Certè iam perierat, certè iam illi massę iusta dãnatio debebatur. Gratulare, quia tu euasisti, mortem quippe debitã euasisti, & vitã nõ debitã reperisti. Habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere aliud quidẽ vas in honorẽ, aliud in cõtumeliã. Sed dicis, Me quare fecit in honorẽ, & aliũ in cõtumeliam? Quid respõsurus sum? Auditurus es Augustinũ, qui nõ audisti Apostolũ dicentẽ, O homo tu quis es qui respondeas Deo? Duo paruuli nati sunt: si debitum quæras, ambo tenent massam perditionis. Sed cur mater aliũ portat ad gratiã, alium mater dormiens suffocat? Dicturus es mihi: quid ille meruit qui portabatur ad gratiã? quid ille meruit quẽ mater dormiendo suffocat? Ambo nihil boni meruerũt. Sed habet figulus luti potestatem ex eadẽ massa facere aliud vas in honorẽ, aliud in contumeliã. Disputare vis mecũ? Imò mirare mecũ, & exclama mecũ, O altitudo diuitiarũ! Ambo expauescamus, ambo clamemus, O altitudo diuitiarũ! Ambo in pauore cõcordemus, ne in errore pereamus. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, quã inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Scrutare inscrutabilia, fac impossibilia, corrũpe incorruptibilia, vide inuisibilia. INSCRVTABILIA sunt iudicia eius, audisti, sufficiat tibi; & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quis prior dedit, cũ totum gratis accepit? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Si Dominus retribuere vellet, nihil nisi pœnam debitã retribuisset. Nihil dederũt, vt eis retribueretur: pro nihilo saluos faciet illos. Quis prior dedit illi, quasi suorũ gratia meritorũ? quis prior dedit illi? quis præuenit gratiã quæ gratis datur? Si aliquid meritorũ anteuenit gratiã, iam nõ gratis datur, sed ex debito redditur. Si autem gratis non datur, gratia quare vocatur? Quis ergo prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quæ vtique, nisi omnia bona quæ ab illo accepimus, & accipimus vt boni simus? Omne enim datũ optimũ, & omne datũ perfectũ, desursum est descendens à patre luminũ, apud quẽ non est immutatio. Nã tu in pcius mutatus es. Apud quẽ non est immutatio. Ipse subuenit apud quẽ nõ est immutatio, nec momẽti obumbratio: nam tu in tenebris noctis tuæ iaces. Ab illo ergo omnia. Nemo illi prior aliquid dedit, nemo exigat debitũ. Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donũ est. SED mouet me, inquis, quòd ille perit, ille baptizatur: mouet me, mouet tanquã hominẽ. Si verũ vis audire, & me mouet quia homo sum. Sed si & tu homo, & ego homo: ambo audiamus dicentẽ, O homo! Vtiq; si ideo mouemur quia homines sumus, ipsam naturam humanã infirmam ac debilẽ Apostolus alloquitur dicens: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Cur me sic fecisti? Si posset loqui pecus, & dicere Deo, Quare istũ hominẽ fecisti, & me pecudẽ: † nónne iustè succẽseres & diceres: O pecus tu quis es qui respondeas Deo? Et tu homo es, sed ad Deum pecus es: & vtinam sis pecus eius, & ouis pascuæ eius. Agnosce beneficia pastoris, & non sequeris lupos erroris. Lupi eramus. Fuimus & nos natura filij iræ, sicut & cæteri: sed mortua est ouis, & fecit nos oues. Ecce agñ Dei, ecce qui tollit peccatum, nõ huius aut illius, sed mundi. Nihil ergo nobis, fratres mei, ex eo quod aliquid sumus, si tamẽ in eius fide aliquid sumus, quantumcunque sumus, nihil nobis arrogemus: ne & quod accepimus perdamus, sed in eo quod accepimus, illi gloriã demus, ipsum honoremus, semina sua ipse compluat. Quid haberet terra nostra, nisi ipse seminasset? Sed dat & pluuiam, non deserit quod seminauit. Dñs dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Conuersi ad Dominum, &c.

CAPVT XI. Gratia Christianorum.

al. merebamur.

Psal. 99.

CAPVT XII. 2. Cor. 5.

Rom. 9. Beda.

Rom. 9.

Rom. 11.

CAPVT XIII.

Psal. 55.

Gratia gratis data.

Iacobi 1.

Ephes. 2.

CAPVT XIIII.

Rom. 9.

al. non.

Eph. 2.

Ioan. 1.

Psal. 84.

De verbis Psalmi centesimi decimioctaui, Gressus meos dirige secundum verbum tuum. Et quòd lex spiritalis, & non carnalis sit. De pugna quoque inter carnem & spiritum.

SERMO D. AVGVST. XII.

Citat Ven. Beda, Rom. 6. Phil. 2.

SINE dubio, fratres, grauẽ quandã sarcinã & grande iugũ iniquitatis, vitare cupiebat, qui Deo dicebat, *Gressus meos dirige secundũ verbũ tuũ, & non dominetur mihi omnis iniquitas.* Videamus ergo quando homini dominetur iniquitas: vt intelligamus quid orantẽ audierimus, & quid respõdendo etiã nos ipsi orauerimus. Omnes enim ad sanctũ Psalmũ, quantũ arbitror, deuoto & veraci corde respõdimus, orantes & dicẽtes Dño Deo nostro, Gressus meos dirige secundũ verbũ tuũ, & nõ dominetur mihi omnis iniquitas. Ab huius pessimæ dominæ dominatu, pretioso sanguine redẽpti sumus. Et quid proderat legẽ accepisse iubẽtẽ ac minantẽ, & nõ adiuuantẽ, vt sub illa essemus rei ante gratiã Dei? Frustrà lex minatur, quãdo iniquitas dominatur. Lex enim nõ est corporalis, non est carnalis. Sed quoniã Deus spiritus est qui legẽ dedit, proculdubiò lex spiritalis est. Sed quid ait Apostolus? *Scimus enim, quia lex spiritalis est: ego autẽ carnalis sum venundatus sub peccato.* Noli ergo mirari, ô venundate sub peccato, si tibi dominetur cui es venundatus. Audi Apostolum Ioannẽ, Peccatũ iniquitas est. Cõtra talem ergo dominam inuocamus Dominũ cui dicimus, Gressus meos dirige secundum verbum tuũ, & non dominetur mihi omnis iniquitas. VENVNDATVS clamat, redemptor exaudiat. Ipse homo se vendidit per liberum arbitrium sub dominante iniquitate, & accepit pretium exiguam de arbore vetita voluptatem. Ipse ergo clamat, Itinera mea dirige quæ ego distorsi: Gressus

CAP. I.

Psal. 118.

Ioan. 4.

Rom. 7.

1. Ioan. 5.

CAP. III.

sus meos dirige quos ipse meo arbitrio deprauaui. Dirige secundũ verbũ tuũ. Quid est, Dirige secundũ verbum tuũ? Vt recti sint gressus mei, qui rectũ est verbũ tuũ. Ego, inquit, distortus sum sub pondere iniquitatis, sed verbũ tuũ est regula veritatis. Me ergo distortũ à me, corrige tãquã ad regulam, hoc est, ad verbũ tuũ. Ergo gressus meos dirige secundũ verbũ tũũ, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Vẽdidi me, redime me. Vendidi me arbitrio meo, redime me sanguine tuo. In venditore erubescat superbia, in redẽptore gloriẽtur gratia. Deus enim superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Lex enim spiritalis est: ego autẽ carnalis sum venundatus sub peccato. *Quod enim operor ignoro: non enim quod volo ago.* Nõ quod volo ago, carnalis dicit, non legẽ, sed se accusat. Nã lex spiritalis non habet culpam: Carnalis venundatus incurrit in culpã. Nõ agit quod vult: cũ vult, nõ potest: quia quãdo poterat noluit. Per malũ velle, perdidit bonũ posse, & captiuus iam loquitur, & dicit captiuꝰ: Nõ quod volo ago: nõ enim quod volo, facio bonũ: sed quod odi malũ, hoc ago, nõ quod volo. Et contrà homo, vis prorsus. Nõ quod volo, ago. Omnino quod vis, agis. Nõ quod volo, ago. Crede mihi, frater, nõ quod volo, ago. O si velles, ageres; quia nõ vis, nõ agis bonũ. Nõ quod volo, ago. Crede mihi, noui quid in me agatur: nõ quod volo, ago. Contradictor gratiæ, nõ es arbiter cõscientiæ. Ego me noui nõ quod volo agere, & tu dicis, quod vis agis? Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Et tu homo es, si non vis credere mihi, intende tibi.

ITANE tu ita viuis in hoc corruptibili corpore, quod aggrauat animã, vt caro nõ cõcupiscat aduersus spiritũ tuum, & spiritus aduersus carnẽ tuam? Ista rixa nõ est in te? Nulla est cõcupiscẽtia carnis, quæ resistat legi mentis? Si nihil in te alteri resistit, vide totũ vbi sit. Si spiritus tuus à carne cõtrà concupiscente nõ dissẽtit, vide ne fortè carni mens tota cõsentiat: vide ne fortè ideo nõ sit bellũ, quia pax peruersa est. Fortè in totũ carni cõsentis, & nulla rixa est. Quã spem habes quòd possis aliquando vincere, qui nondũ cœpisti pugnare? Si autẽ cõdelectaris legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ, vides autẽ aliã legẽ in mẽbris tuis repugnantẽ legi mentis tuæ, si hac condelectaris, hac ligaris, liber es in mente, seruus in carne: si iam ita est, compatere potius homini dicenti, Nõ volo ago. Tu enim nõ vis vt concupiscentia illa quæ resistit menti tuæ, omnino nõ sit in te? Mali voti homo es, si tali aduersario nõ vis carere. Ego fateor tibi, quicquid in me rebellat aduersus mẽtẽ meã, & litigat mecũ delectatione cõtraria, quicquid tale in me est, omnino interficere volo. Et si ei fortè adiuuante Dño, nõ cõsentio: nolo habere cũ quo litigẽ. Multũ est mihi optabilius, inimicũ non habere, quã vincere. Neq; enim illud ipsum quod caro concupiscit aduersus spiritũ, nõ est meũ: aut verò ex cõtraria natura cõpactus sum? Et illud meũ est: & quòd ei non consentio, meũ est. Pars aliquãtũ libera, resistit † reliquiis seruitutis. Totũ sanũ sit volo, quia totus sum. Ergo nolo vt à me caro mea tanquã extranea in æternũ separetur: sed vt mecũ tota sanetur. Si hoc totũ nõ vis, nescio quid de carne sentias: arbitror te putare quod nescio vnde sit, quasi de gẽte contraria. Falsum est, hæreticũ est, blasphemũ est, mẽtis & carnis vnus est artifex. Ipse quando homini creauit vtrunque fecit, vtrunque coniunxit, carnem animæ subdidit, animã sibi. Si semper illa staret sub domino suo, semper & ista obediret dominæ suę. Noli ergo mirari, si ea quę deseruit superiorẽ, pœnas patitur per inferiorem. Caro enim concupiscit aduersus spiritũ, spiritus autẽ aduersus carnẽ. Hæc enim, inquit, inuicẽ aduersantur, vt nõ ea quæ vultis faciatis. Inde & iste, Nõ quod volo ago. Concupiscit enim caro aduersus spiritũ, & nolo concupiscat: pro magno habeo ; si non consentiam, optò tamen vt caream. Ergo nõ quod volo, ago. Volo enim vt nõ cõcupiscat caro aduersus spiritũ, & non possum: hoc est quod dixi, Nõ quod volo, ago. Quid mihi hic calumniaris? ego dico, Non quod volo, ago: & tu dicis, Quod vis, agis. Quid mihi calumniaris? Ingrate medico, quid calumniaris infirmo? Sine vt medicũ rogẽ.

REDIME meà calumniis hominũ, & custodiam legẽ tuã. Custodiã per redẽptionẽ tuam, non per potestatẽ meam. Ideo mihi sanitatem, quam nondum habeo, nõ arrogo, quia medicũ rogo. Tu autẽ naturæ defensor, quod vtinã esses, non quasi sanæ defensionem falsam adhiberes, sed pro nondũ sana medicũ rogares. Nũc verò tu naturæ defensor, vel potius oppugnator, dum quasi de natura sana laudas creatorem, excludis à languida Saluatorẽ. Qui creauit sanat ruentẽ per seipsam, leuat per seipsum. Ipsa fides est, ipsa veritas, hoc est Christianæ fidei fundamẽtum, vnus & vnus. Vnus homo per quem ruina; alius homo per quẽ structura. Per illum ruina, per hunc structura. Cecidit qui non mansit, erigit qui nõ cecidit. Ruit ille quia dimisit manentem, manens ille descendit ad iacentẽ. Si ergo concupiscit caro aduersus spiritũ, vt in hoc ipso non quod vis agas, quia vis vt non concupiscat, & non potes: tene saltem in gratia Domini voluntatẽ, & in eius adiutorio perseuera: dic ei quod cantasti, Gressus meos dirige secundũ verbũ tuũ, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Quid est, ne dominetur mihi omnis iniquitas?

AVDI Apostolũ: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Quid est, Non regnet? Ad obediendum desideriis eius. Non dixit, noli habere desideria mala. Quomodo enim in hac carne mortali, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, nõ habeo desideria mala: Illud ergo fac, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius. Et si sunt desideria, nõ eis obediatur, ne iniquitas dominetur. Nec exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Nõ fiant membra tua arma iniquitatis, & nõ dominetur tibi omnis iniquitas. Sed etiam hoc vt non fiant membra tua arma iniquitatis, nunquid tu tibi viribus tuis præstas? Hoc ipsum, inquam, hoc ipsum quod non fiant membra tua arma iniquitatis, tu tibi præstas viribus tuis? Cũ enim non fiunt membra tua arma iniquitatis, est quidẽ iniquitas in mẽbris tuis, in desideriis illicitis, sed non regnat. Quomodo regnat, qui arma nõ habet? Pars tua, caro tua, cõcupiscẽtia carnis tuæ languore rebellat aduersus te. Lãguor iste tyrãnus est. Si vis te tyrãni esse victorẽ, Christũ inuoca imperatorẽ. Nã scio quid mihi eras dicturus, vel quid apud te ipsũ modò dicas. Quisquis talis hic es, & audis me, scio qd tibi intus loquatur iniquitas. Adhuc enim sub iugo es iniquitatis, quãdo nõ agnoscis pretiũ redẽptoris. Scio quid tibi dicas, Ecce cõcupiscit caro mea aduersꝰ spiritũ meũ, cõcupiscit adulteriũ, sed nõ cõsentio, nõ annuo, nõ decerno, non solũ nõ ago, sed nec agere cõsentio. Nõ solũ foris per carnẽ nõ perpetro, sed nec ipsa mẽte sequor rebellãtẽ. Consentio repugnanti, cedo luctanti? Non facio. Ecce non dominatur mihi omnis iniquitas. Ita est, verũ est. GRATIAS age, si ita est, ei qui tibi donauit vt ita sit. Noli tibi hoc arrogare, ne perdas quod accepisti, & incipias frustrà rogare. Non times, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Ergo tu tibi præstas, vt non dominetur tibi omnis iniquitas? Si vera est ista tua præsumptio, vana est nostra

A

B

C

D

1. Cor. 2.

CAPVT XIII. Gal. 5. Sap. 9.

CAP. V. Rom. 6. Beda.

CAP. VI.

Iac. 4.

Iacobi 4.

Rom. 7.

al. reliquæ seruitutis. Totum sanũ sit volo, quia totus sum ego. Nolo vt à me, &c.

Galat. 5.

oratio, vbi dicimus Deo, Nõ dominetur mihi omnis iniquitas. Cantasti verba ista hodie, an non? Hic eras quando omnes dicebamus: Gressus meos dirige secũdum verbũ tuũ, & nõ dominetur mihi omnis iniquitas? Hic eras, cantasti verba ista, puto te non negaturũ. Ergo cãtasti in populo Dei, & rogasti Deũ, dicẽs: Gressus meos dirige secundũ verbũ tuũ, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Si tibi hoc præstabas, quare mecũ rogabas? Teneo precantẽ, teneo inuocantẽ, cõuincõ laborantẽ: simul ergo audiamus dicentẽ, Venite ad me omnes qui laboratis. Audiamus & veniamus. Quid est, Veniamus? Credẽdo, pficiamus, gratias agẽdo accedamus, perseuerãdo perueniamus. Veniamus ad eũ qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Et tu laboras, & ego laboro; illũ audiamus, ad illũ veniamus, inter nos quare litigamus? Ambo audiamus, quia ambo laboramus: quare inter nos litigamus? an vt medicũ vocãtem nõ audiamus? O infelix infirmitas! ad se vocat medicus, & litibus occupatur ægrotus. Vide quid dicat vocãdo, Venite ad me omnes qui laboratis. Vbi laboratis, nisi sub sarcinis peccatorũ; nisi sub iugo malæ dominæ iniquitatis? Venite ergo ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiã. Ego qui feci reficiã: ego, inquit, vos reficiam, quia sine me nihil potestis facere. QVOMODO vos reficiã. Tollite iugũ meum super vos, & discite à me. Quid discimus à te? Nouimus te, Dñe in principio verbũ, verbũ Deũ, verbum apud Deũ: omnia per te facta nouimus quæ videmus, & quæ nõ videmus. Quid discimus à te? Nõ enim aliũ mundũ discipuli tui tanquã discipuli artificis & fabricatoris conditui sumus: vnũ mũdum condidisti, cælũ & terrã fecisti: vtrumq; suis creaturis ornamẽtisq; illustrasti. Quid à te discimus? Discite à me, inquit, cũ essem in principio apud Deum creaui vos? Hoc nolo discaris à me: sed factus sum quod feci, ne periret quẽ feci. Vnde sum factus quod feci? Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs; in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum. Hoc discite à me. Humiliauit, enim semetipsum, inquit. Discite à me, quoniã mitis sum, & humilis corde. Nõ enim, inquit, hoc vos doceo, quasi in forma Dei aliquando fuissẽtis, nõ rapinã arbitrantes, esse vos æquales Deo. Illi vni, ppriũ erat, illi rapina nõ erat, cui natura inerat. In patris æqualitate, natus est de patre. Quid tamẽ fecit propter te? Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Ecce propter te Deº factus est homo, & nõ tẽ vis agnoscere, cũ sis homo? Ecce propter te Deus factus est homo sine peccato, & nõ vis te agnoscere cũ peccato? vt venias ad illũ qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiã. TOLLITE iugũ meũ super vos. Tulisti hoc iugũ? Tulisti? Sentis te habere sessorẽ? Tulisti hoc iugũ: Dicis, Tuli. Sentis te habere sessorẽ? Sentis te habere rectorem? Sentio, inquis. Illi ergo dic, Gressus meos dirige secundũ verbũ tuũ. Regit te sub iugo suo, & sub sarcina sua. Vt enim sarcina eius sit tibi lenis, & iugũ eius suaue, ille tibi amorem inspirauit. Amanti suaue est, nõ amãti durum est. Amanti suaue est, Dñs dedit suauitatẽ. An fortẽ quia vel venisti, audiens, venitẽ ad me: hoc ipsum tibi arrogare cõtendis, quia venisti? Ecce, inquis, veni ad illũ arbitrio meo, voluntate mea. Quia veni, reficit me: quia veni, iugũ suũ imponit mihi suaue, quia dat amorẽ: sarcinã suã lenẽ imponit mihi amanti & diligenti. Hæc omnia fecit in me: sed quia veni ad eũ. Ergo hoc sapis quia venisti, tu tibi hoc præstitisti? quid enim habes, quod nõ accepisti? quomodo venisti? Credendo venisti, sed nondũ peruenisti. Adhuc in via sumus, venimus, sed nondum peruenimus. Seruite Dño in timore, & axultate ei cũ tremore: nequãdo irascatur dñs, & pereatis de via iusta. Time, ne cùm tibi arrogas quia inuenta est à te via iusta, ipsa arrogantia pereas de via iusta. Ego, inquit, veni, arbitrio meo veni, voluntate mea veni. Quid turgescis? quid tumescis? Vis nosse quia & hoc præstitum est tibi? Ipsũ audi vocantẽ. Nemo venit ad me, nisi pater, qui me misit, traxerit eũ. Cõuersi ad Dñm, &c.

Psal.118. Matth.11. Ioan.13. CAP. VII. Matth.11. Philip.2. Beda. Matth.11. CAPVT VIII. Psal.84. 1.Cor.4. Psal.2. Ioan.6.

De verbis Apostoli, Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Et de verbis eiusdẽ Apostoli ad Romanos 8. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, &c.

Gal.5.

SERMO XIII.

Citat Beda ad citata Apostoli loca.

VERBI Dei altitudo exercet studium, non denegat intellectum. Si enim omnia clausa essent, nihil esset vnde reuelarẽtur obscura. Rursus si omnia tecta essent, non esset vnde alimentũ anima perciperet, & haberet vires quibº posset ad clausa pulsare. In lectionibus Apostolicis superioribus, quas charitati vestræ, quantũ Dñs adiuuare dignatus est, exposuimus, multũ laborẽ & solicitudinẽ passi sumus. Cõpatiebamur vobis, & soliciti † eramus, & pro nobis & pro vobis. Quantũ autẽ existimo, adiuuit & nos & vos Dñs: & ea quæ prorsus difficillima videbantur, sic per nos enodare dignatus est, vt nulla quæstio remaneret, quæ cõturbet mentẽ piam. Impia enim mens odit etiã ipsum intellectum, & homo aliquando nimium mente peruersa timet intelligere, ne cogãtur quod intellexerit facere. De talibus ait Psalmus, Noluerunt intelligere, vt bene agerent. Vos autẽ, charissimi, quia bonũ est bene sentire de vobis, exigitis intellectũ, exigit Deus fructum. Intellectus enim, sicut scriptum est, bonus omnibus facientibus eum. Hoc tamen quod restat & hodie recitatũ est, quamuis non habeat tantam difficultatẽ, quantam habuerunt superiora, quæ iam, vt potuimus, adiuuante Domino, transuecti sumus, desiderat tamen intentionẽ vestram: Velut enim cõclusio sit, propter illa quæ dicta sunt. In superioribus lectionibº laboratur, ne fortẽ reus cõstituẽretur Apostolus omniũ quodaminodo peccatorũ dicendo, nõ enim quod volo ago. Deinde ne lex videretur aut sufficere posse homini habẽti liberũ arbitriũ, etiamsi nullũ vltra auxiliũ diuinum porrigeretur, aut certè frustra data fuisse crederetur, dicta est & causa quare sit lex data, quia & ipsa in adiutoriũ data est, sed nõ sicut gratia. DATA est enim, sicut iam exposuimus, & tenere debetis, & vobis vehemẽtiùs & diligentiùs nos cõmẽdare debemus: data est vt inueniret se homo, vt nõ morbus sanaretur, sed vt præuaricatione morbo crescente medicus quæreretur. Et quis est iste medicus, nisi qui dixit: Nõ est opus sanis medicus, sed malè habẽtibus? qui ergo nõ cõfitetur creatorem, negat superbus authorẽ. qui autẽ negat ægritudinem suã, superfluum iudicat saluatorem. Ergo & in natura nostra creatorẽ laudemus, & propter vitiũ, quod nobis infliximus, saluatorẽ quæramus. Et quomodo quærimus saluatorem? Vt det legem? Parũ est. *Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino esset ex lege iustitia.* Si ergo nõ est data lex quæ posset viuificare, quare data est? Sequitur & ostendit quare sit data: quia etiam sic in adiutorium data est, ne te sanum putares. Si ergo data esset lex, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset

CAP. I. Psal.35. Psal.110. CAP. II. Gal.3. Rom.7. Matth.9. Gal.3. sed.

esset iustitia. Et quasi quæreremus, quare ergo data est? *Sed conclusit*, inquit, *Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Quando audis promissorem, expecta factorem. Idonea fuit humana natura per liberũ arbitrium vulnerare se: sed iam vulnerata & saucia, nõ est idonea per liberũ arbitriũ sanare se. Si enim volueris intemperanter viuere vt ægrotes, ad hoc medicum nõ requiris, ad labem sufficis tibi. Cũ autem intẽperanter agens cœperis esse ægrotus, non sic potes ab ægritudine liberare te, quomodo potuisti per intẽperantiam te in ægritudinẽ præcipitare: & tamen medicus etiã sano præcipit tẽperantiã. Bonus medicus hoc facit, nõ vult esse necessarius ægrotanti. Sic etiam Dñs Deus creato homini sine vitio tẽperantiã præcipere dignatus est: quàm si ille seruasset, medicũ postea morbo suo nõ desideraret. Sed quia nõ seruauit, languidus factus est, cecidit infirmus, creauit infirmos, id est, infirmos genuit infirmus. Et tamẽ in omnibus, qui nascuntur, infirmis Deus quod bonum est operatur, formando corpus, viuificando corpus, alimenta præbendo, pluuiam suã & solẽ suum super bonos & malos dando, nõ est vnde accusent bonũ nec mali. Insuper etiã genus humanũ iusto suo iudicio condẽnatũ noluit in interitũ sempiternũ relinquere: sed misit & medicũ, misit saluatorẽ, misit cũ qui gratis sanaret. Parũ est qui gratis sanaret, qui sanatis etiã mercedẽ daret. Nihil addi ad istam beneuolentiã potest. Quis est qui dicat, Sanem te, & do tibi mercedẽ? Optimè fecit. Sciebat enim se diuitẽ venisse ad pauperem, & sanat ægrotos, & sanatis donat: & nõ aliud quàm seipsum donat. Saluator est adiutoriũ languidi, ipse saluator est præmiũ sanati. ERGO, fratres, quod hodie admoniti estis, Debitores sumus nõ carni, vt secũdum carnem viuamus. Ad hoc enim adiuti sumus, ad hoc spiritum Dei accepimus, ad hoc etiã in loboribus nostris quotidianũ adiutorium postulamus. Lex cui minatur nõ implendo quod iubet, eũ facit esse sub se: hi sunt sub lege, nõ sub gratia. Bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. Quid est ergo legitimè vti lege? Per legẽ agnoscere morbũ suũ, & quærere ad sanitatẽ diuinũ adiutoriũ: quia, sicut dixi, & sæpe dicendũ est, Si lex posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia, nec quæreretur saluator, nec veniret Christus, nec sanguine suo ouem perditã quæreret. Sic enim dicit alio loco idem Apostolus, Nã si per legẽ iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quæ igitur vtilitas legis, & quod adiutoriũ? Quia conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Itaq; lex, inquit, pædagogus noster erat in Christo Iesu. Ex ista similitudine rem, de qua loquor, attendite. Pædagogus puerũ nõ ducit ad seipsum, sed ad magistrũ: sed cũ puer bene institutus iam creuerit, sub pædagogo nõ erit. TRACTAT de his Apostolus etiam alio loco: valde enim assiduè hoc cõmendat: sed vtinam nõ surdis. Cõmendat autẽ hoc assiduè, cõmẽdans fidem gentibus: quia fide impetrant adiutoriũ, vt impleant legem, nõ per legẽ, sed vires implendi impetrantes per fidem: ad hoc assiduè dicit & commendat ista Apostolus, propter Iudæos, qui de lege gloriabantur, & libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur: ac per hoc quia libero suo arbitrio legẽ sufficere arbitrabãtur, Ignorantes Dei iustitiã, id est, ex fide iustitiam datã à Deo, & suã volentes statuere, quasi suis viribus impletam, nõ † dante fide impetratam, iustitiæ Dei, sicut dicit, nõ sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ait, ad iustitiam omni credenti. Ergo cùm de his tractat, opposuit sibi: Quid ergo lex? Quasi quæ vtilitas legis? Respondit: Præuaricationis gratia posita est. Hoc

CAPVT II. Rom.8. Quid sit lege vti legitimè. Gal.3. Gal.2. Gal.5. Lex pædagogus. CAPVT III. Rom.10. al. clamante. Gal.3.

est quod dicit alibi; Lex subintrauit, vt abundaret delictũ, Et ibi quid addidit? Vbi autẽ abundauit delictũ, superabundauit gratia. Quia leuiore ægritudine contemnebatur adiutorium medicinæ, creuit morbus, & quæsitus est medicus. Quid ergo lex? Præuaricationis gratia posita est, vnde humiliaretur ceruix superborũ multũ sibi tribuẽtiũ, & volũtati suæ tantũ arrogantiũ, vt sibi liberũ arbitrium posse putarent ad iustitiã sufficere: quæ tunc quãdo erat integra libertate, id est, in paradiso ostendit vires suas, ostẽdit quantum possint, sed ad ruendũ, nõ ad surgendum. Lex ergo præuaricationis gratia posita est, donec veniret semẽ cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris.

MEDIATOR autẽ vnius nõ est: Deus autẽ vnus est. Quid est, Mediator vnius nõ est? Quia inter duos vtiq; mediator est. Si vnus est Deº, & mediator nõ est vnius: inter quid & quid Deũ quærimus mediatorẽ, quia mediator vniº nõ est, Deº autẽ vnº est? Inter quid & quid sit mediator, inuenimº ipso Apostolo dicente: Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus. Si non iaceres, mediatorẽ necessariũ nõ haberes: quia verò iaces, & surgere nõ potes, mediatorẽ quodammodo Deus tibi porrexit brachiũ suum. Et brachiũ Dñi cui reuelatũ est? Nemo ergo dicat: Quoniam nõ sumus sub lege, sed sub gratia; ergo peccemº; ergo quod volumus faciamus. Qui hoc dicit, ægritudinẽ amat, nõ sanitatẽ. Gratia medicina est. Qui vult semper ægrotare, ingratus est medicinæ. Ergo, fratres, accepto adiutorio, porrecto nobis desuper diuino auxilio, brachio Dñi, & ipso brachio Dñi porrecto nobis auxilio spiritu sancto, debitores sumus non carni, vt secundũ carnẽ ambulemus: quia fides bene operari nõ potest, nisi per dilectionem. Ipsa est enim fidelũ fides, ne sit dæmonũ fides: quia & dæmones credunt, & contremiscũt. Illa est ergo laudabilis fides, ipsa est vera gratiæ fides, quæ per dilectionẽ operatur. Vt autẽ habeamus dilectionẽ, & ex ea possimus habere bonam operationẽ: nunquid eam nobis dare nos possumus, cũ scriptũ sit, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ, qui datus est nobis? Charitas vsque adeò est donũ Dei, vt Deus vocetur, apostolo Ioanne dicente, Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

ERGO, *fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini:* non quia caro malum est: nam & ipsa Dei creatura est, & ab eo condita à quo & anima, nec illa, nec illa pars Dei, sed & illa & illa creatura Dei. Ergo caro non est malum: sed secundum carnem viuere malum est. Deus summè bonus est, quia summè est qui ait, Ego sum qui sum. Deus ergo summè bonus est, anima magnum bonũ, sed non summum bonũ. Cùm autem audis, Deus summè bonus est, noli putare de Deo tãtùm patre dictum, sed de patre & filio & spiritu sancto. Hæc enim trinitas vnum sunt, & vnus est Deus, & summè bonus est. Ita planè vnus est Deus, vt quando de ipsa Trinitate interrogaris, hoc respondeas: ne fortè cùm audieris, Vnus est Deus, putes ipsum esse patrem ipsum esse filium, ipsum esse spiritum sanctum. Non ita est, sed qui pater est in illa Trinitate, non est filius: qui filius est in illa Trinitate, non est pater: qui Spiritus sanctus est in illa Trinitate, nec filius est nec pater: sed spiritus patris, idẽmque spiritus filij: Ipse est enim vnus spiritus sanctus & patris & filij: coæternus patri & filio, consubstantialis, & æqualis. Hæc tota trinitas, vnus Deus summè bonus. Anima verò, vt dixi, creata à summo bono, non tamen summum bonum, sed magnum bonum. Item caro nec summum bo-

Rom.5. CAP. V. Gal.3. 1.Tim.2. Esa.53. & Ioan.12. Rom.8. Beda. Iac.2. Gal.5. CAPVT VI. Rom.8. Rom.5. 1.Ioan.4. Exod.3.

bonum, nec magnum bonũ, sed tamẽ paruum bonũ. Anima ergo magnum bonũ, sed non summũ bonũ: viuens inter summũ bonũ & paruum bonũ, id est, inter Deũ & carnem, inferior Deo, carne superior. Quare nõ viuit secundũ summũ bonũ, sed viuit secundũ paruum bonũ? Hoc planius dicitur, Quare nõ viuit secũdũ Deũ, sed viuit secundũ carnẽ? Debitrix enim est nõ carni, vt secundũ carnem viuat. Caro debet secũdum ipsam viuere, non ipsa secundũ carnẽ. Ipsa viuat secũdum ipsam quæ viuit de ipsa. Certè vnaquæque secundũ hoc viuat, vnde viuit. Vnde viuit caro tua? De anima tua. Vnde viuit anima tua? De Deo tuo. Vnaquęque harũ secũdum vitã suam viuat. Caro enim sibi non est vita, sed anima carnis est vita. Anima sibi non est vita, sed Deus est animæ vita. Anima ergo quæ debet secundum Deũ viuere, (nõ enim debitrix est carni, vt secundũ carnẽ viuat) ergo quæ secundũ Deum debet viuere, si secundũ seipsam viuat, deficit, secundum carnẽ viuit, & proficit? Tũc autẽ rectè viuit caro secundũ animam, si anima viuat secũdũ Deũ. Nam si anima, nõ dico secundũ carnẽ, sed secundũ seipsam, vt dixi, voluerit viuere, dicturus vobis sum quid sit secũdum seipsam viuere: bonũ est enim, vt hoc noueritis, & valde salubre. FVERVNT Philosophi seculi huius, alij putauerũt non esse beatitudinẽ, nisi secundũ carnẽ viuere, & bonũ hominis in voluptate corporis posuerunt. Isti philosophi Epicurei dicti sunt, ab Epicuro quodã authore, magistro suo, & alij similes eorũ. Extiterũt autem alij superbi, quasi à carne se remouẽtes, & totam spem beatitudinis suæ in anima sua cõstituẽtes, posuerũt sũmũ bonũ in virtute sua. Vocẽ psalmi in vobis affectus pietatis agnouit: scitis, nostis, agnouistis quomodo irrisi sunt in sancto Psalmo, Qui confidunt in virtute sua. Tales fuerũt Philosophi, qui Stoici nuncupati sunt. Illi secundũ carnẽ viuentes, isti secundum animã viuentes: nec illi nec isti secundum Deũ viuẽtes. Ideo cũ ad vrbem Athenienſium, vbi istę philosophorũ disciplinæ studio & cõtentione feruebant, venisset Apostolus Paulus, sicut in Actibus Apostolorũ legitur, vbi vos gaudeo nostrũ agnoscendo & recolendo præuenire sermonem, sicut ibi scriptũ est, Contulerunt cũ illo quidam philosophorũ Epicureorum, secundũ carnẽ viuentes, & Stoicorum quidam contulerunt cum illo secundũ animam viuentes, contulit cũ illis secundũ Deũ viuens. Dicebat Epicureus, Mihi frui carne, bonũ est. Dicebat Stoicus, Mihi frui mea mente, bonũ est. Dicebat Apostolus, Mihi autem adhærere Deo, bonũ est. Dicebat Epicureus, Beatus cuius est in fructu voluptas carnis eius. Dicebat Stoicus, Immo beatus cuius est in fructu virtus animi eius. Dicebat Apostolus, Beatus cuius est nomen Domini spes eiº. Errat Epicureus: falsum est enim, esse hominẽ beatum cuius est in fructu voluptas carnis eius. Fallitur & Stoicus: falsum est enim: & omnino mendosissimum, beatũ esse hominẽ cuius est in fructu virtus animi eius. Beatus ergo cuius est nomen Domini spes eiº. Et quia illi vani sunt & mentiuntur: Et non respexit, inquit, in vanitates & insanias mendaces. ERGO, fratres, debitores sumus nõ carni, vt secundum carnẽ viuamus, sicut Epicurei. Sed etiam si secundũ seipsam voluerit viuere anima: carnalis erit, carnem sapit, de carne non surgit. Nõ est enim quemadmodũ inde surgat, qui brachium putrectum iacenti non tenet. Si enim secundum carnẽ vixeritis, moriemini. Vbi enim dictũ est, Quid faciat mihi homo: ibi dictũ est, Quid faciat mihi caro. Si secundũ carnẽ vixeritis, moriemini: non ista morte cùm de corpore exitur: ista enim moriemini, & si secundũ spiritũ vixeritis, sed illa morte, de qua Dominus in Euangelio terribiliter dicit, Eũ timete qui habet potestatem & animã & corpus perdere in gehẽnã ignis. Si ergo secũdum carnẽ vixeritis, moriemini: si autẽ spiritu actiones carnis mortificaueritis viuetis. HOC est opus nostrũ in hac vita, actiones carnis, spiritu mortificare: quotidie affligere, minuere, frenare, interimere. Quàm multa enim proficientes nõ iam delectant quæ antea delectabãt. Quando ergo delectabat, & nõ ei consentiebatur, mortificabatur: quia iam nõ delectat, mortificatũ est. Calca mortuũ, transi ad viuũ: Calca iacẽtẽ, cõflige cũ resistente. Mortua est enim vna delectatio, sed viuit altera: & † illam, dũ non cõsentis, mortificas: cùm cœperit omnino nõ delectare, mortificasti. Hæc est actio nostra, hæc est militia nostra. In hoc agone cùm cõfligimus, Deũ habemus spectatorẽ; in hoc agone cũ laboramus, Deũ poscimus adiutorẽ. Si enim nos ipse nõ adiuuat, nõ dico vincere, sed nec pugnare poterimus. Cũ ergo dixisset Apostolus, Si autẽ spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis: id est, illas concupiscentias carnis, quibus nõ cõsentire magna laus est, quas non habere perfectio est: si has actiones carnis morbidas, & de morte habentes cõtentionẽ, spiritu mortificaueritis viuetis. Hic iam metuendum est, ne quisquam rursus ad mortificãdas actiones carnis de spiritu suo audeat præsumere. Nõ solũ enim Deºspiritus est, sed & anima tua spiritus est, & mens tua spiritus est. Et cũ dicis, Mente seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati: quia spiritº cõcupiscit aduersus carnẽ, & caro aduersus spiritũ: Ergo ne ad carnis actiones mortificãdas de spiritu tuo præsumas, & superbia pereas, & tibi superbo resistatur, nõ humili gratia cõcedatur. Deus enim superbis resistit, humilibº autẽ dat gratiã. NE fortè ergo suboriretur tibi ista superbia, vide quid sequatur. Cũ enim dixisset, Si spũ actiones carnis mortificaueritis, viuetis: ne hic se extolleret humanus spiritº, & ad hoc opus se idoneũ firmũmq; iactaret, subiecit & ait: *Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei.* Quid te ergo iam volebas extollere, vbi audisti, Si spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis? Dicturus enim eras, hoc potest volũtas mea, hoc potest liberũ arbitriũ meũ. Quæ volũtas? Quod liberũ arbitriũ? Nisi ille regat, cadis: nisi ille regat, iaces. Quomodo ergo spiritu tuo, cũ audias Apostolũ dicentẽ, *Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei?* Tu te vis agere, à teipso vis agi ad actiones carnis mortificãdas? Quid tibi prodest quia non eris Epicureus, & eris Stoicus? Siue Epicureus eris, siue Stoicus eris, inter filios Dei nõ eris. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Non qui secundũ carnẽ suã viuunt, non qui secundũ spiritũ suũ viuunt, nõ qui carnis voluptate ducuntur, nõ qui spiritu suo aguntur: sed quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei.

DICIT mihi aliquis, Ergo agimur, nõ agimus. Respondeo. Imò & agis, & ageris. Et tũc bene agis, si à bono agaris. Spiritus enim Dei qui te agit, agẽtibus adiutor est: Ipsum nomẽ adiutoris præscribit tibi, quia & tuipse aliquid agis. Agnosce quid poscas: agnosce quid cõfitearis, quãdo dicis, Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Adiutorẽ vtiq; inuocas Deũ. Nemo adiuuatur, si ab illo nihil agatur. Quotquot enim, inquit, spiritu Dei agũtur, hi filij sunt Dei, nõ litera, sed spiritu: nõ lege præcipiente, minãte, promittente, sed spiritu exhortante, illuminante, adiuuãte. Scimus, inquit idem Apostolus, quia diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum. Si non esses operator, ille non esset cooperator. Sed hic fortiter vigilate, ne fortè dicat spiritus vester, Si subtraxerit se cooperatio Dei, & adiutorium Dei, spiritus meus facit hoc: & si cum labore, & si cum aliqua

Caro quomodo rectè secũdum animã viuat.

CAP. VII. Vide tract. D. August. cõtra eosdẽ, to. 6. Secũdũ carnẽ viuere.

Epicurei.

Psal. 48.

Stoici.

Psal. 72.

Psal. 39.

Ibidem.

CAPVT VIII.

Psal. 55.

Matth. 10

CAP. IX. Opus nostri in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare.

al. illi.

CAPVT XII.

Ioan. 8.

al. cœperunt.

Rom. 7. Gal. 5.

Iac. 4.

CAP. X.

Rom. 8.

Ioan. 15.

Ephes. 2.

Rom. 9.

CAPVT XIII.

Rom. 5.

Rom. 8.

Exod. 19.

Psal. 26.

Rom. 8.

Pelagianũ dogma.

aliqua difficultate potest, tamen implere potest. Quomodo si aliquis dicat, Remis quidẽ peruenimus, sed cũ aliquo labore: ô si ventum habeamus, faciliùs peruenimus. Nõ sic est adiutorium Dei, non sic est adiutorium Christi, non sic est adiutoriũ spiritus sancti. Prorsus si defuerit, nihil boni agere poteris. Agis quidem illo nõ adiuuante libera volũtate, sed malè. Ad hoc idonea est volũtas tua, quę vocatur libera, & malè agendo fit dãnabilis ancilla. Cùm dico tibi, Sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico. Nã ad malè agendũ habes sine adiutorio Dei liberam voluntatem: quanquam nõ est illa libera. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est: & omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: & si vos filius liberauerit, tũc verè liberi eritis.

PRORSVS hoc credite, sic vos agere bona volũtate, quia viuitis, vtique agitis: nõ enim adiutor est ille, si nihil agatis: non enim cooperator est ille, si nihil operamini. Sic vos tamẽ scitote agere, vt sit rector spiritus & adiutor. Qui si verò defuerit, nihil boni omnino agere valeatis: non sicut quidam dicere cœperunt, qui coartati sunt aliquando gratiàm confiteri: & benedicimus Deũ, quia vel hoc aliquãdo dixerunt. Accedẽdo enim proficere † potuerunt, & ad id quod verè rectũ est peruenire. Iam verò dicunt adiutricem esse gratiam Dei: ad facilius faciendam. Ista sunt enim verba eorũ. Ad hoc dedit, inquiũt, Deus gratiam suam hominibus, vt quod facere iubentur per liberum arbitrium, facilius possint implere per gratiam. Velo facilius, remo difficilius: tamen & remo itur. Iumento facilius, pedibus difficilius: sed tamen & pedibus peruenitur. Non est sic. Magister enim verus qui neminem palpat, neminem fallit, verax doctor idemq; Saluator, ad quem nos duxit molestissimus pędagogus, cùm de bonis operibus, id est, de sarmentorum & palmitum fructibus loqueretur: non ait, sine me facere quidem potestis, sed faciliùs per me: nõ ait, fructum vestrum sine me potestis quidẽ facere, sed vberiorem per me. Non hoc dixit. Legite quid dixerit: Euangeliũ sanctum est, omniũ superba colla subdũtur. Non hæc dicit Augustinus, hæc dicit Dominus. Quid dicit Dominus? Sine me nihil potestis facere. Iam nũc cùm auditis, Quotquot spiritu Dei agũtur, hi filij sunt Dei, nolite vos demittere. Neque enim templum suum sic de vobis ædificat Deus, quasi de lapidibus qui non habẽt motũ suum: leuantur, ab structore ponũtur. Nõ sic sunt lapides viui: & vos tanquã lapides viui coædificamini in templum Dei. Ducimini, sed currite vos; ducimini, sed sequimini: quia cùm secuti fueritis, verũ erit illud, quia sine illo nihil facere potestis. Non enim volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.

FORTE dicturi eratis, Et lex sufficit nobis. Lex timorẽ dedit: & videte quid hinc subiunxit Apostolus, cùm diceret: Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei: quia qui cum spiritu Dei aguntur, charitate aguntur: Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis: secutus adiũxit, *Nõ enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore.* Quid est, Iterum? Quomodo tertẽre molestissimo pædagogo. Quid est, Iterum? Sicut in monte Sina accepistis spiritũ seruitutis. Dicit aliquis, Alius est spiritus seruitutis, alius spiritus libertatis. Si alius esset, nõ diceret Apostolus, Iterũ. Idẽ ergo spiritº, sed in tabulis lapideis in timore, in tabulis cordis in dilectione. Iã audiistis, tũc qui affuistis audistis, quomodo longè positam plebẽ, voces, ignis, fumus in mõte terrebat: quomodo autẽ veniẽs spiritus sanctus, idẽ ipse digitus Dei, quinquagesimo die post vmbrã Paschæ quomodo venerit, & igneis linguis super vnumquemq; eorũ insederit. Iam ergo nõ in timore, sed in dilectione, vt nõ serui, sed filij simus. Qui enim adhuc ideo bene agit, quia pœnam timet, Deum non amat, nõdum est inter filios: vtinã tamen vel pœnã timeat. Timor seruus est, charitas libera est: & vt sic dicamº, timor est seruus charitatis. Ne possideat diabolus cor tuũ, præcedat seruus in corde tuo, & seruet dominę vẽturæ locũ. Fac, fac, vel timore pœnæ, si nondum potes amore iustitiæ. Veniet domina, & seruus abscedet: quia cõsummata charitas foras mittit timorẽ. Nõ enim accepistis spiritum iterum intimore. Nouum Testamentũ est, non vetus. Vetera transierũt, & ecce noua facta sunt omnia: omnia autem ex Deo.

DENIQVE quid sequitur? Quid ergo accepimus, si diceres: *Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* Dominus timetur, pater amatur. Accepistis spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater, Clamor iste cordis est, nõ fauciũ, non labiorum: intus sonat, auribus Dei sonat: Clauso ore, labiisque immotis: Susanna ista voce clamabat. *Sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater.* Cor clamet, Pater noster qui es in cęlis. Ergo quare non tantùm pater? Quid sibi vult, Abba pater? Si enim quæris quid sit Abba, respondetur tibi, pater. Abba enim Hebraicè pater dicitur. Quare voluit vtrunque Apostolus ponere? Quia videbat lapidem angularem, quem reprobauerunt ædificãtes, & factus est in caput anguli: non sine causa angularem dictũ, nisi quia in osculum recipit vtrunq; parietẽ de diuerso veniẽtem. Hinc circumcisio, inde præputiũ, tãtùm à se & inter se longè, quãtum ab angulo longè: quantũ autem ad angulũ propè, & inter se vtique propè, in angulo autẽ inter se iuncti. Ipse est enim pax nostra qui fecit vtraque vnũ. Ergo inde circũcisio, inde præputium, parietum concordia, anguli gloria. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.

QVALIS res est, si pignus tale est? Nec pignus, sed arrha dicenda est. Pignus enim quando ponitur, cùm fuerit res ipsa reddita pignus aufertur. Arrha autem de ipsa re datur, quæ dãda promittitur: vt res quando reddatur, impleatur quod datũ est, nõ mutetur. Vnusquisq; ergo attẽdat cor suum, vtrum ex intimis cordis medullis & syncera charitate dicat, Pater. Nõ modò quæritur quãta sit ipsa charitas, vtrum magna an parua, an mediocris: vtrum vel sit, quæro, Si nata est, latẽdo crescit, crescẽdo perficietur, perfecta permanebit. Non enim perfecta vergit in senium, & à senectute veniet ad mortem: ad hoc perficietur vt æterna permaneat. Vide enim quid sequitur. Clamamus, Abba pater: *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij Dei.* Nõ spiritus noster reddit testimonium spiritui nostro, quia sumus filij Dei: sed spiritus Dei arrha reddit testimoniũ pro ea re quæ nobis promissa est. Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quia sumus filij Dei. *Si autem filij, & hæredes.* Nõ enim in anitier filij. Hæc est merces: *Et hæredes.* Hoc est quod paulo antè dicebam, quia medicus noster & sanitatem nobis donat, & mercedem insuper largiri dignatur. Quæ est illa merces? Hæreditas: sed nõ quomodo est hominis patris hæreditas. Relinquit enim filiis suis, non possidet cum filiis suis: & tamen magnum se facit, & gratias sibi agi desiderat, quia voluit dare quod nõ possit auferre. Moriẽs enim tolleret secũ: puto quia si posset, nihil hic filiis suis dimisisset. Hęredes Dei sic sunt, vt ipse Deus sit hæreditas nostra, cui dicit Psalmus, Dominus pars hęreditatis meę. Hæredes quidem Dei: si parum vobis est, audite, quo amplius gaudeatis: Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Conuersi ad Dominum, &c.

Sine adiutorio gratiæ Dei nihil agere possumus.

2 Pet. 2. Ioan. 8.

CAPVT XII.

al. cœperunt.

Ioan. 15.

Ephes. 2.

Rom. 9.

CAPVT XIII.

Rom. 5.

Rom. 8.

Exod. 19.

Spiritus seruitutis & libertatis.

Exod. 20.

Act. 2.

1. Ioan. 4. Rom. 8.

2. Cor. 5.

CAPVT XIIII.

Dan. 13.

Matth. 6.

Ephes. 2.

CAP. XV. Beda, Rom. 8. Pignus. Arrha. Vide ser. de visione Dei.

Psal. 15.

De baptismo paruulorum contra Pelagianos.

SERMO D. AVGVSTINI XIIII.

CARTHAGINI habitus. Capite enim xx. Cypriānum vocat antiquum episcopum sedis huius.

CAP. I. al. *In natali.* NATALE * sancti Ioannis inter cætera quæ dicenda videbātur, ad baptismum paruulorū noster sermo deductus est: Et quia iā prolixus erat, & de illo terminādo cogitabatur, nō tanta dicta sunt de tanta quæstione, quanta in periculo tanto à solicitis dici debuerunt. Solicitos autem nos facit, non ipsa sentētia iam olim in Ecclesia catholica summa authoritate fundata, sed disputatiōes quorundā, quæ modò crebrescere, & multorum animos euertere moliuntur. Hodie ergo, adiuuante Domino, placuit nobis hinc loqui. Diem quidem solēnem martyris celebramus: sed maior causa est omnium fideliū, quàm tantummodo martyrum. Nō enim omnes fideles etiam martyres, sed ideo illi martyres, quia fideles. Videamus ergo quid ab eis proponatur, quid eos moueat: quoniā & de ipsis non tā refellendis quàm sanādis cogitare debemus. Cōcedunt, paruulos baptizari oportere. Nō ergo quæstio est inter nos & ipsos, vtrū paruuli baptizandi sint: sed de causa queritur, quare baptizādi sint. Hoc ergo quod conceditur, sine vlla cum ipsis dubitatione teneamus. naptizādos esse paruulos, nemo dubitat. Nemo dubitet quando nec illi hinc dubitant,

CAP. II. qui ex parte aliqua cōtradicunt. SED nos dicimus, eos aliter salutem & vitam æternam nō habituros, nisi baptizentur in Christo: illi autem dicunt non propter salutem, nō propter vitam æternam, sed propter regnū cælorū. Quid sit hoc, dū exponimus vt possumus, paruper attēdite. Paruulus, inquiunt, & si non baptizetur, merito innocētię, eo quòd nullum habeat omnino nec proprium nec originale peccatū, nec ex se, nec de Adam tractum, necesse est, aiunt, vt habeat salutem, & vitam æternam, etiam si non baptizetur: sed propterea baptizandus est, vt intret etiam in regnum Dei, hoc est, in regnum cęlorū. Si discutiēdum est hoc, discutiendū est vtiq; propter illos, nō propter nos. Fratres enim nostri sunt, permoti sunt profunditate questionis: sed regi debuerūt gubernaculo authoritatis. Cùm enim dicūt, non esse baptizandos, salutis & vitę æternæ percipiēdæ causa, sed tantūmodo regni cęlorum, & regni Dei: baptizandos quidem fatentur, sed nō propter vitam ęternam, sed propter regnū cęlorum. Quid de vita æterna? Habebunt, inquiunt. Quare habebunt? Quia nullum peccatum habent, & ad damnationem pertinere non possunt. Ergo est æterna vita extra regnum cælorum?

CAPVT III. PRIMVS hic error auersandus ab auribus, extirpādus à mētibus. Hoc nouum in Ecclesia prius inauditū est, esse vitam æternam pręter regnū cęlorum, esse salutem æternam pręter regnum Dei. Prius vide, frater, ne fortè hinc consentire nobis debeas, quisquis ad regnū Dei nō pertinet, cum ad damnationem sine dubio pertinere. Vēturus est Dominus, & iudicaturus de viuis & mortuis, sicut Euangelium loquitur, duas partes factu-

Matth. 25. rus est, dexteram, & sinistram. Sinistris dicturus: Ite in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Dextris dicturus: Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi. Hanc regnū nominat, hāc cum diabolo damnationē. Nullus relictus est medius locus, vbi ponere queas infantes. De viuis & mortuis iudicabitur: alij erūt ad dexteram, alij ad sinistram: non noui aliud, Qui inducis mediū, recede de medio: nō te offendat qui dexterā quærit, & tei psum admoneo: recede de medio, sed noli in sinistrā. Si ergo dextera erit, & sinistra, & nullū mediū locū in Euangelio nouimus, ecce in dextera regnū cælorū est: Percipite, inquit, regnū. Qui ibi nō est, in sinistra est. Quid erit in sinistra? Ite in ignē æternū. In dextera ad regnū vtiq; æternū, in sinistra in ignē æternum. Qui nō in dextra, proculdubiò in sinistra. Ergo qui nō in regno, proculdubiò in ignē ęternū. Certè habere nō potest vitā æternam, qui non baptizatur, nō erit in dextra, id est, in regno nō erit. Vitā æternā computas ignē sempiternū? Et de ipsa vita ęterna audi expressiùs: quia nihil aliud est regnū quàm vita æterna. Prius regnū nominauit, sed in dextris: ignē ęternū in sinistris. extrema autē sententia vt doceret quid sit regnum, & quid sit ignis æternus, Tunc, inquit, abibunt isti in ambustionē æternam, iusti autem in vitam æternam.

ECCE exposuit tibi quid sit regnū, & quid sit ignis CAPVT IIII.
æternus: vt quando confiteris paruulum non futurū in regno, fatearis futurum in ignē æternum. Regnū enim cælorum est vita æterna. Nec aliud etiā Paulus apostolus, cùm terreret homines, nō paruulos, nō baptizatos, sed ſcelestos, facinorosos, contaminatos, perditos: non eos terruit quòd erūt in igne sempiterno, quò sine dubio ibunt si nō corriguntur: sed tantùm terruit, quia in regno nō erūt: vt cùm viderint se perdere spē regni, nō videret esse cōsequens, nisi pœnā ignis æterni. Nolite, 1.Cor.6.
inquit, errare: Neque fornicatores, neque idolis seruiētes, neque adulteri, neque molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnū Dei possidebunt. Non dixit, illi & illi, tales & tales igni ęterno torquebūtur, sed regnum Dei nō possidebunt. Subtracta dextera, nō remanebit nisi sinistra. Vnde autē euadūt ab igne sempiterno? non ob aliud nisi quia erunt in regno. Sequitur: Et hæc quidē fuistis. Et vnde iā non sunt? Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Dñi nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. In nomine
C Dñi nostri Iesu Christi. Non enim est aliud nomen sub cælo, in quo oportet saluos fieri nos, nos omnes, pusillos cū magnis. Si autem saluos fieri oportet nos in hoc nomine, sine hoc nomine proculdubiò nec salus erit, quę sine Christo promittitur paruulis. Pace eorū dicā, qui cuiquā salutē promittit sine Christo, nescio vtrum ipse salutē habere possit in Christo. DEINDE quę- CAP. V.
rimus ab eis: Quòd si aliquis dicat, paruulos merito innocētię suæ, sicut dicitis, atq; immunitatis ab omni delicto, nō solùm habituros salutē & vitā æternam, sed & regnum Dei; vnde & apud vos definitum certumq; est, sine baptismo regnum Dei non habituros paruulos: vt diuideretis eis pro arbitrio vestro nō adiutores paruulorū, sed oppressores miserorum, vt diuideretis eis pro arbitrio vestro, & daretis eis salutē & vitam ęternā pręter regnū cęlorū? Alius beneuolentior vobis & misericordior, & vt putatis iustior, totū eis dabit, & vitā ęter-
D nā, & regnū cęlorū. Istū quomodo superabitis? quoniā vos aliquādo cōtra euidentissimā authoritatē ratiocinatio humana delectat, proferte ipsam regulā rationis vestræ, & asserite quātis virib^ᵒ valueritis, vnde deuincatur iste, qui paruulis ꝓpter merita innocētię, propter nullā, sicut dicitis, culpā, hoc est, originale peccatū, dare voluerit etiā nō baptizatis, nō solū vitā ęternā, verū etiā regnū cęlorū. Istū vincite. Ego sine prēiudicio partes huius parūper suscipio, & dicā ęᵒ ipse nō sentio, sed admoneo vos, vt acriorē aduersariū videatis. Ecce existit nescio quis, & dicit, Paruulus nō habens vllū omnino peccatū, nec quod sua vita cōtraxit, nec quod de vita primi parētis traxit, habebit & regnū cælorum, & vitā æternā. RESPONDETE, vincite hominē resistē- CAP. VI.
tē vobis, qui aliter diuiditis. Vos enim dicitis, Vitā quidem habebit iste non baptizatus æternam, sed non habebit regnum cælorum. Ille cōtra, Immo & vitā & regnum

A gnum cælorū. Quare enim patrimoniū regni cęlorum abripis innocēti? A quo regnum cælorū nō acquiritur, profectò magno bono fraudatur. Quæ est ista iustitia? Dic quare? Quid offendit paruulus nō baptizatus, nullā habens culpam, nec suam, nec de parēte tractā? Quid offendit, dic mihi, vt non intret in regnum cælorum, vt separetur à sorte sanctorū, vt sit exul à societate angelorum? Videris enim tibi misericors, quia non aufers ei vitam; damnas tamen quem separas à regno cælorum. Damnas, nō eum percutis, sed in exilium mittis. Nam & qui exultant, viuunt, si sani sunt: in doloribus corporis non sunt, nō torquentur, non carceris tenebris affliguntur, hæc illis sola pœna est nō esse in patria. Si amatur patria, magna pœna; si autem nō amatur patria, peior est cordis pœna. Paruum malū est in hominis corde, qui societatē non quærit sanctorum, qui nō desiderat regnum cælorum? Si nō desiderat, pœna est de peruersitate: si autem desiderat, pœna est de fraudata cha- B
ritate. Sed si, quod vis, parua est pœna: & ipsa parua magna est, si nulla culpa est. Hic defende iustitiam Dei. Quare vel parua pœna infligitur innocēti, in quo nullum inuenitur omnino peccatum? Dic cōtra istum aduersarium, qui in paruulis non baptizatis misericordia & iustitia maiore quā tu, dare vult nō solùm vitā æternam, verumetiam regnum cælorum. Respōde, si potes, sed rationem affer: hac enim te gloriari delectat.

CAP. VII. EGO istam quæstionem profundam sentio, & ad eius fundum rimādum vires meas idoneas non agnosco. Libet me & hic exclamare quod Paul^ᵒ, O altitudo
Rom. 11. diuitiarum! Paruulus non baptizatus pergit in damna-
Rom. 3. tionem. Apostoli enim verba sunt, Ex vno in condemnationē. Non satis inuenio dignā causam, quia non inuenio, non quia nō est. Vbi ergo nō inuenio in profundo profundū, attendere debeo humanā infirmitatem, C
non damnare diuinā authoritatem. Ego prorsus excla-
Rom. 11. mo, nec me pudet, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quā inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vitę eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: Ipsi gloria in sęcula sęculorum. Amē. Ego infirmitatē meam his verbis munio, & in hac cautela circumseptus, aduersus sagittas ratiocinationum tuarum muratus assisto. Sed tu bellator, hoc est fortis ratiocinator, huic respōde qui tibi dicit, Proprius innocēs paruulus, & immunis ab omni peccato, & proprio & originali, nō solum vitā ęternā habebit, sed etiā regnum cælorum. Hoc est iustū. Qui nihil mali habet, quare aliquid boni non habet? Sed scio, inquis. Vnde scis? Quia Dñs dixit. Tandem venisti. Non ergo quia tu D
ratiocinaris, sed quia Dñs dixit. Laudo hoc planè, quia
sanum est: sicut homo non inuenisti rationē, fugis ad authoritatē. Approbo, prorsus approbo. Bene facis, nō inuenis quid respōdeas, ad authoritatem, fuge: non ibi te persequor, non inde expello: imò fugientē recipio & amplector. Profer ergo authoritatē, stemus in ea simul contra communem inimicū. Quia enim paruulus non baptizatus, non intrat in regnū cælorum, & tu dicis & ego. Illi igitur cōmuni aduersario qui dicit nō baptizatum paruulum intraturū in regnum cælorū, resistamus ambo, & aduersus eius insidiosissima iacula scurū fidei
CAPVT VIII. proferamus. CEDANT paulisper cōiecturæ rationis
Ephes. 6. humanę, assumātur arma diuina. Assumite, inquit Apostolus, armaturā Dei. Ecce simul dicamus huic homini, Christianus es? Christianus, inquit. Audi Euangelium qui vis non baptizatos paruulos mittere in regnū
Ioan. 3. cælorum, audi Euangelium: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum Dei. Dñi sentē-

A tia est: huic non resistit, nisi non Christianus. Repulsus est ille, remanet mihi tecū certamē: & fortè vnde vicisti bono illius, inde bono vinceris tuo. Nam quē vicisti, si durus non est, docuisti. Noli ergo esse durus & tu. simul teneamus intentiam istā, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnū Dei. Ideo, inquis, paruulo non baptizato polliceri regnum Dei non possum contra apertam Domini sententiam. Ecce quare dico, regnū Dei nō habebunt. Ecce quare dico, ideo baptizādi sunt vt habeāt regnū Dei. Ideo dicis? Ideo, inquit. Vide tamē propter illa quę suprà diximus, ne fortè nō inuenias vitam ęternam pręter regnū Dei. Multū enim aperta sunt dicta de duabus illis partibus, dextra & sinistra, vbi nullum in medio dedit locū vitæ sine regno. Parum te hoc corrigit, parū admoneat, ipsam mecū lectionē, vnde hāc sententiā protulisti, paululū aduerte. Dixisti enim, te ideo regnū cęlorū nō ba- B
ptizatis paruulis nolle promittere, quia sententia Dñi aperta est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō intrabit in regnū Dei. Non ibi auditisti, cùm quæreret Nicodemus, Quomodo ista fierēt, id est, quomodo renasceretur homo, quomodo denuo nasceretur: quoniā non potest vtique iterum introire in vterum matris, & denuò nasci, quid audierit à Domino, quid audierit à magistro bono, quid audierit error à veritate.

INTER cætera enim ostendens quēadmodum fiat, CAP. IX. Ioan. 3.
etiam similitudinē posuit: sed prius ait, Nemo ascendit in cælū, nisi qui de cęlo descēdit, filius hominis qui est in cælo. In terra erat, & in cælo se esse dicebat: & quod est maius in cælo filiū hominis: vt vnam demonstraret in vtraq; natura personam. Et in eo quòd Dei filius erat æqualis patri, verbū Dei in principio Deᵒ apud Deum: & in eo quod filius hominis erat, assumens animā humanam & carnē humanam, & indutus hominē exiens
C ad homines: quia in hoc vtroq; non duo Christi sunt, nec duo filij Dei, sed vna persona, vnus Christus Dei filius, idemq; vnᵒ Christus, nō alius filiᵒ hominis, sed Dei filius secūdum diuinitatē, hominis filius secūdum carnē. Quis autē nostrūm qui parum aduertimus, aut parū sapimus, non potius ita vellet distinguere, filius Dei in cælo, & filius hominis in terra. Sed ne sic diuideremus, & ita diuidēdo duas personas induceremus, Non ascēdit in cęlum, inquit, nisi qui de cęlo descēdit, filius hominis. Filius ergo hominis descēdit de cælo. Nónne filius hominis in terra factus est? Nónne filius hominis per Mariam factus est. Sed ô homo, noli, inquit, separare, quem volo copulare. Parum est, quia filius hominis descendit: Christus enim descēdit, idemq; filius hominis qui filius est Dei sedet in cælo, qui ambulat in terra: In cælo erat, quia vbique Christus, idemq; Christus & filius Dei, & filius hominis. Propter vnitatem personæ D
in terra filius Dei, propter eandem vnitatem personæ esse probauimus in cælo filium hominis, ex his verbis Domini, Filius hominis, inquit, qui est in cęlis. Propter vnitatē personę, nónne in terra cōstituto atq; cōspicuo Petrus dicit, Tu es Christus filius Dei viui. Ergo discat Matth. 8.
Nicodemus quomodo fiat illud, quod ei minus intelligenti, incredibile, & quasi impossibile videbatur, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit.

OMNES autem qui renascuntur, vtique ascendūt CAP. X.
in cælum: cæterorum nemo prorsus. Et omnes qui renascuntur, per gratiam Dei ascendunt in cælum: & nemo ascendit in cælum, nisi qui de cęlo descendit, filius hominis qui est in cælo. Vnde hoc. Quia omnes qui renascuntur, membra ipsius fiunt: & solus Christus de Maria natus vnus est Christus, & cum corpore suo caput vnus est Christus. Hoc ergo dicere voluit, Nemo ascendit, nisi qui descendit. non ergo ascendit,

nisi

nisi Christus. Si vis ascendere, esto in corpore Christi:
Rom.12. Si vis ascendere, esto membrum Christi. Sicut enim in
vno corpore multa mẽbra habem⁹, omnia autem mẽbra corporis cùm sint multa, vnum est corpus: sic &
Christus, quia caput & corpus Christus. Et quomodo
fit hoc, adhuc quæramus. Latet quæstio, exaltatur illa
profunditas. Christus peccatum non habet, nec originale traxit, nec suum addidit, extra voluptatem carnalis libidinis venit, non ibi fuit complexus maritalis, de
virginis corpore non assumpsit vulnus, sed medicamẽtum: non assumpsit quod sanaret, sed vnde sanaret.
Quantũ ad peccatum pertinet, dico. Sol⁹ ergo ille sine
peccato, quomodo erũt membra eius, quorum nullus
est sine peccato? Quomodo? Audi similitudinẽ quę se-
Ioan.3. quitur: Et sicut Moyses exaltauit serpentem, in eremo,
sic oportet exaltari filium hominis: vt omnis qui credit
in eum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Vnde tibi non videbatur peccatores homines posse fieri membra Christi, id est, illi⁹, qui nullũ omnino haberet peccatũ? Serpẽtis morsu mouebaris: ideo crucifigitur chri-
Numeri 21. stus, ideo fundit sanguinẽ Christ⁹ in remissionem peccatorum, quia propter peccatum, id est, serpentis venenũ, Sicut exaltauit Moyses serpentẽ in eremo, vnde sanarentur qui in illo deserto à serpentibus mordebãtur,
& illũ exaltatum attendere iubebantur, & quisquis attẽderet, sanabatur: sic oportet exaltari filiũ hominis, vt
omnis qui credit in eũ, id est, qui attendit exaltatũ, qui
nõ erubescit crucifixũ, qui in cruce Christi gloriatur,
nõ pereat, sed habeat vitã ęternam. Non pereat. Vnde?
Credendo in eũ. Vnde non pereat? Attendẽdo exaltatum, alioquin perisset. Hoc est enim, Omnis qui credit
in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

CAP.XI. PROFERS paruulũ mihi, & iubes vt attendat illum
exaltatũ, quẽ negas habere serpentis venenũ. Imò si faues ei, si mouet te innocẽtia in vita propria, noli negare
tractũ aliquẽ reatum de vita prima, nõ sua, sed parentis
sui primi. Noli negare, confitere venenũ, vt poscas medicamẽtum: aliter non sanatur. Aut vt quid ei dicis vt
credat? Hoc enim respondetur à portante paruulũ. Ad
verba aliena sanatur, quia ad factũ alienũ vulneratur.
Credit in Iesum Christum, fit interrogatio: respondetur, credit. Pro non loquẽte, pro silente, flente, & flẽdo
quodãmodo vt subueniatur orãte, respõdetur, & valet.
An etiam hoc serpens ille persuadere conatur, quia nõ
valet? Absit à cordibus qualiumcunq; Christianorum.
Ergo respondetur, & valet. Cõspiratione quadam cõmunicat spiritus, credit in altero, quia peccauit in altero. An verò inuenit vitam præsentis seculi, quẽ parturiuit infirmitas: & non inuenit vitam futuri seculi, quẽ
parturiuit charitas? Ergo sicut Moyses exaltauit serpẽtẽ in eremo, vt omnis à serpẽte percussus intueretur exaltatũ, & sanaretur: sic oportuit exaltari filiũ hominis,
vt omnis à serpẽte venenatus intueatur exaltatũ, & sa-
Gene.3. netur. Adã primus accepit morsum serpẽtis cũ veneno.
Ergo natus in carne peccati, fit saluus in Christo per si-
CAPVT XII. Rom.8. militudinẽ carnis peccati. MISIT enim DEVS filium
suũ, nõ in carne peccati, sed sicut sequitur qui scripsit,
In similitudinẽ carnis peccati, quia nõ de cõplexu maritali, sed de vtero virginali. MISIT in similitudinẽ carnis
peccati. Vt quid hoc? Vt de peccato dãnaret peccatum
in carne: de peccato peccatũ, de serpẽte serpentẽ. Quis
enim dubitet nomine serpẽtis appellari peccatũ. Ergo
de peccato peccatum, de serpẽte serpentẽ. Sed de similitudine, quia in Christo nullũ peccatũ, sed sola similitudo carnis peccati. Ideo exaltat⁹ est serpẽs, sed æreus.
Exaltata est similitudo carnis peccati, vt sanaretur origo peccati: quia misit DEVS filiũ suum in similitudinem
carnis peccati, nõ in similitudinẽ carnis. Nã vera caro
est, sed in similitudinẽ carnis peccati, quia mortalis caro sine vllo omnino peccato, vt de peccato propter similitudinẽ dãnaret peccatũ in carne, propter verã iniquitatẽ. Vera iniqtas in Christo nõ fuit: sed mortalitas
in illo fuit. Peccatũ nõ suscepit, sed pœnã peccati suscepit. Suscipiẽdo sine culpa pœnã, & pœnã sanauit & culpã. Ecce quomodo fiũt ista. Quod admiratus Nicode-
Ioan.3. mus dixerat, Quomodo possunt ista fieri? Sic enĩ sanamur, nõ quia meremur. Ecce quomodo fiũt ista. Modò
vbi mihi paruulos ponis? Iã dicis, nullo veneno sauciati sunt. Aufer eos à conspectu exaltati serpentis. Si autem non aufers, sanandos dicis, venenatos confiteris.

DEINDE ipse DNS in eodẽ sermone ad Nicodemũ CAPVT XIII.
nõ audistis quid dixerit, cùm eadẽ lectio hodie legere- Ibidem.
tur. Qui credit in eũ, nõ iudicatur: qui autẽ nõ credi-
derit, iã iudicat⁹ est. Et hic quęris mediũ homo de medio, & disputas, & attẽderis, nec attẽdis: q credit in eũ,
nõ iudicatur; qui autẽ nõ crediderit, iam iudicatus est.
B Quid est autẽ, Iã iudicatus, est? Dãnatus est. Nã iudiciũ Iudicium
p dãnatione plerũq; poni nostis. Scripturæ testes sunt: pro damnatione.
maximè illo vno testimonio apertissimo, cui nemo est
qui cõtradicat. De resurrectione cùm ageret DNS, Qui Ioan.5.
bene fecerunt, inquit, in resurrectionẽ vitæ, qui malè egerũt, in resurrectionẽ iudicij: vtiq; iudiciũ p dãnatione posuit, & tu aliter audes disserere aut credere. Qui
nõ credit, iã iudicatus est. Alio loco: Qui credit in filiũ, Ioan.5.
habet vitã æternã, quã tu paruulis promittebas non baptizatis. Qui credit in filiũ, habet vitã ęternam. Sed habet, inquit, & qui nõ credit paruulus, quãuis nõ habeat
regnũ Dei. Sed vide quod sequitur: Qui autẽ incredulus est filio, non habet vitã: sed ira Dei manet super eũ.
Vbi ponis paruulos baptizatos? Profectò in numero
credẽtiũ. Nã ideo & cõsuetudine Ecclesiæ antiqua canonica fundatissima, paruuli baptizati fideles vocãtur.
C Et sic de his quærimus, Iste infans Christianus est. Respõdetur, Christianus. Catechumenus, an fidelis? Fidelis vtiq; à fide, fides à credendo. Inter credentes igitur
baptizatos paruulos numerabis: nec iudicare vllo modo aliter audebis, si nõ vis esse apertus hæreticus. Ergo
ideo habent vitam ęternam: quia qui credit in filiũ, habet vitam æternã. NOLI eis sine ista fide, & sine isto CAPVT XIIII.
sacramento huius fidei promittere vitam æternã. Qui Ibidem.
autem incredulus est filio, & qui nõ credit in filiũ, non
habet vitã, sed ira DEI manet super eũ. Nõ dixit, veniet
super eũ, sed manet super eũ. Respexit originẽ, cùm ait:
Ira DEI manet super eum. Quam respiciens & APOSTO- Ephes.2.
LVS dixit: Fuimus & nos aliquãdo natura filij iræ. Non
accusamus naturã. Naturæ author Deus est. A DEO bona est instituta natura: sed per malam voluntatẽ à serpẽte vitiata est, ideo q fuit in Adam culpæ non naturę,
nobis propagatis factũ est iam naturæ. Ab hoc vitio na-
D turę cũ quo nascitur homo, non liberat nisi qui natus
est sine vitio. Ab hac carne peccati non liberat, nisi ille
qui nat⁹ est sine peccato per similitudinem carnis peccati. Ab hoc veneno serpentis, non liberat nisi exaltatio serpentis. Quid ad hæc dicis? Satisne hoc est? Est vnum aliquid acutissimum, quod ab eis profertur. Paulum attendite. Cùm cœperint vrgeri verbis APOSTOLI
dicentis: Per vnũ hominẽ peccatum intrauit in mũdũ, Rom.5.
& per peccatũ mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: quæ verba nescio quis
non intelligat: in quibus verbis nescio vtrum quisquã expositorem requirat: conantur respondere, & dicere,
ideo dictum hoc ab APOSTOLO, quia primus peccauit A- 2.sent. dist.
dã, & qui postea peccauerunt, illum imitando pecca- 30. ca. hoc autem.
uerũt. Hoc quid est aliud, quàm conari tenebras aperto lumini offundere? Peccatum per vnũ hominẽ intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines
per-

pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Propter imitationem dicis, quia primus peccauit Adam.

CAP.XV. RESPONDEO prorsus, non primus peccauit Adam. Si primum peccatorẽ requiris, diabolũ vide. Sed
humani generis massam volens ostẽdere APOSTOLVS de
origine venenatam, ideo eũ posuit vnde nati sumus, nõ
eum quem imitati sumus. Dicitur quidẽ & pater tuus,
Galat.4. quem fueris imitatus. Filij mei, inquit, quos iterũ par-
1.Cor.4.& turio. Qui iridẽ dicit: Imitatores mei estote. Et propter
11. istam imitationem dicitur impiis, vos à patre diabolo
Ioan.8. estis. Nam cõstat in catholica fide, quòd diabolus nec
generauit nostrã naturam, nec condidit: sola in illo seductio est præcedentis, imitatio cõsequentis. Denique
quomodo dictũ est de Adam, in quo omnes peccauerunt, legatur mihi alicubi, omnes in diabolo peccauerũt. Aliud est illo præcedente & seducẽte peccare, aliud
in illo peccare. Quia secundum propaginem carnis in
illo eramus omnes, antequam nati essemus, tãquam in
B parente, tanquam in radice ibi eramus: sic venenata est
ista arbor, ibi eramus. Nam quia ad diabolum, hoc est,
principẽ peccati, & verè primum peccatorem nõ pertinet origo, sed imitatio, cùm de illo Scriptura loque-
Sapient.2. retur: Inuidia, inquit, diaboli, mors intrauit in orbẽ terrarum. Imitãtur autẽ eum qui sunt ex parte ipsius. Imitando eum fiunt ex parte ipsius. Nũquid dictum est, In
illo peccauerunt? Cùm verò de Adã diceretur, propter
originem, propter posteritatem, propter propaginem
visceriũ, In quo omnes, inquit, peccauerũt. Nam si propterea primus constitutus est Adã, quia primus peccauit, tanquam in exemplo sit, nõ in origine: vt quid tam
in longinquo, post tam prolixa tempora contra Adam
quæritur Christus? Si omnes peccatores ad Adam propterea pertinẽt, quia primus peccator, omnes iusti debuerunt ad Abel pertinere, quia primus iustus. Quare
Christus quęritur? Expergiscere frater. Quare Christus
C quæritur, nisi quia in Adam damnata est generatio in
Christo quæritur regeneratio?

CAP.XVI. PROINDE nemo nos fallat: Scriptura euidẽs est,
authoritas fundatissima est, fides catholicissima est. Omnis generatus, damnatus: nemo liberatus, nisi regeneratus. Vnde & alteri versutiæ illorum iam vos instructi
respondete charissimi. Quãdo dicunt & paruulos turbant, si de peccatore peccatores nati sunt, quare nõ de
bapizato iam fideli, cui remissa sunt omnia peccata iusti nascuntur? Citò respondete: Ideo de baptizato non
iustus nascitur, quia nõ eum generat vnde regeneratus
1.Pet.3. est, sed vnde generatus est. De Christo dictũ est, Mortificatus carne, viuificatus spiritu: sic de homine dici
potest, Tabefactus carne, iustificatus spiritu. Quod nascitur de carne, caro est. Quęris vt de iusto iustus nascatur, cùm videas, iustum esse nisi regeneratum omnino
non posse. Nec attendis Domini sententiam, quam tu
D ipse in ore habes: Si quis nõ renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu. Puto quia nõ hoc factũ est in concubitu. Miraris
quare peccator nascatur de semine iusti: nõ te delectat
mirari quare oleaster nascatur de semine oliuę? Accipe aliã similitudinẽ. Iustum baptizatũ, pone granũ purgatũ. Non attendis, quia de grano purgato frumẽtum cũ
palea nascitur, sine qua seminatur. Deinde cùm sit in
propagine natorũ generatio carnalis, in propagine renatorũ spiritalis generatio, vis vt de baptizato baptizatus nascatur, cùm videas de circũciso nõ nasci circũcisum? Carnalis est certè ista generatio, & carnalis est circũcisio, & tamen de circũciso non nascitur circũcisus:
sic ergo de baptizato non potest nasci baptizatus: quia
nemo renatus, antequã natus. ALIVD eorũ quasi acutissimũ. Sed quid acutũ nõ obtunditur scuto veritatis? Aliud dicũt, videte quale. Si Adã, inquiũt nocet his,
CAPVT XVII.

A qui nõ peccauerũt, ergo & Christ⁹ prodesse debet etiã
his qui nõ crediderũt. Videtis certè quàm hoc acutum
sit cõtra veritatẽ: audite quãtum adiuuet veritatẽ. Qui
enĩ hoc dicit, nihil aliud dicit, nisi Christũ nihil prodesse non credentibus. Hoc est verũ. Quis nõ accepter?
Quis non cõsentiat, quia Christus nõ credentibus non
prodest, credentibus prodest? Sed dic mihi, obsecro te,
Paruulis baptizatis Christus aliquid prodest, an nihil
prodest? Necesse est vt dicat prodesse. Premitur mole
matris Ecclesiæ, fortè quidem vellẽt hoc dicere. Nam
ratiocinationes eorũ ad hoc videtur cõpellere, sed authoritate reprimũtur Ecclesiæ, ne nõ dicam sputis hominũ obruantur, sed ipsorum infantium lachrymis tãquam fluuio pertrahãtur. Si enim dixerint, nihil prodesse Christum baptizatis infantibus, nihil aliud dicunt
quàm superfluò baptizantur infantes. Vt autem nõ superfluò baptizentur, quia hoc dicere nõ audent, prodesse Christum baptizatis infantibus confitentur.

B SI prodest baptizatis, quęto quibus prosit, credẽti- CAPVT XVIII.
bus, an non credentibus? Eligant q volunt. Si dixerint,
non credẽtibus: vbi est ergo quod calumniabaris, quia
Christus nõ credentibus prodesse non potest? Ecce tu
cõfiteris prodesse infantibus, nõ tamẽ credentibus. Ad
quodlibet prodest? Nõ putas ad vitã æternã? non putas
ad salutẽ æternã? Ad ipsum regnũ cęlorũ percipiendũ?
Vtiq; prodest Christ⁹ paruulis baptizatis. Prodest ergo
nõ credẽtibus? Sed absit, vt ego dicã nõ credẽtes infantes. Iã superiùs disputaui, credit in altero, q peccauit in
altero: dicitur credit & valet, & inter fideles baptizatos
cõputatur. Hoc habet authoritas matris Ecclesię, hoc
fũdatus veritatis obtinet canõ: contra hoc robur, cõtra
hũc inexpugnabilem murũ quisquis arietat, ipse confringitur. Ergo prodest Christus aliquid infantib⁹ baptizatis: & sicut ego doceo, & sicut mecũ tota Ecclesia
C dicit credẽtibus prodest, fidelibus prodest: tu quod vis
elige. Volo quidem vt quod verius est, eligas: vt nobiscũ dicas quia credentibus prodest. Sed si dixeris, Non
credentibus prodest, cõtra te dixisti. Si dixeris, Credẽtibus prodest, mecũ dixisti. Elige, verum contra te dicas, quod falsum est: an mecum dicas, quod verum est.
Tu enim paulo antè dicebas, Christum non credẽtibus
nihil prodesse, volẽs efficere quia sic & Adam non peccantibus nihil nocuit, quomodo Christus non credentibus nihil prodest. Ecce iã fateris infantibus non credentibus baptizatis aliquid prodesse Christum. Sed si
credentibus dicis, bene dicis, mecum dicis, credunt &
infantes. *VNDE credunt? Quomodo credunt? Fide CAPVT XIX.
parentum. Si fide parentum purgantur, peccato paren- Infantes credunt fide parentum.
tum polluti sunt. corpus mortis in primis parentibus
generauit eos peccatores: spiritus vitę in posterioribus
parentibus regenerauit eos fideles. Tu das fidem non
D respondenti, & ego peccatum nihil agenti. Sancti,
inquit, de sanctis nasci debuerũt: quia, dixit APOSTOLVS,
Alioqui filij vestri immundi essent: nunc autem sancti 1.Cor.7.
sunt. Et quomodo hoc accipis? Quomodo intelligis de
fidelibus natum ita sanctum, vt baptizari non debeat?
Quomodo libet, accipias istam sanctitatẽ. Multi enim
modi sunt sanctitatis, & multi modi sunt sanctificationis, Nõ enim omne q sanctificatur, ad regnũ cælorum
mittitur. De esca nostra dixit APOSTOLVS, Sanctificatur 1.Tim.4.
per verbum DEI & orationem. Nunquid quia esca nostra sanctificatur, non scimus quò mittatur? Disce ergo
esse aliquem modum, & quasi vmbraculũ quoddã sanctificationis, quod nõ sufficiat ad perceptionẽ salutis.
Distat, & quid distet, DEO notum est. Tamen cùm cum
filio fidelium curratur ad baptismum, nõ sic errent parẽtes, vt putent eum iam fidelem natum. Natum enim
possunt dicere, non renatum. Nam vt noueris quomodo

modo intelligas sanctificatos filios fideliũ, vt modò nõ quæram, quia lõgum est, modũ sanctificationis huius, ibi & maritũ habes infidelẽ, ibi habes & vxorem, fidelẽ. Sãctificatur, inquit, vir fidelis in vxore: & sanctificatur mulier infidelis in fratre. Nũquid quia est ibi fortè modus aliquis sanctificationis, vt vir infidelis sanctificetur in vxore fideli, ideo iam securitatẽ debet accipere, quòd in regnũ cælorum intraturus est, & non baptizandus, nõ regenerandus, nõ Christi sanguine redimẽdus? Quomodo ergo sanctificatur vir infidelis in vxore, & tamen perit, nisi baptizetur: sic filij fidelium, & si ad quẽdam modũ sanctificati sunt, pereunt tamẽ si nõ fuerint baptizati. Rogo vos, vt paululum acquiescatis. Lego tantùm. Sãctus Cyprianus est, quem in manus sumpsi, antiquus episcopus sedis huius, quid senserit de baptismo paruulorum, imò quid semper Ecclesiã sensisse monstrauerit, paululum accipite. Parũ est enim quia isti disserunt, & disputãt nescio quas impias nouitates, & nos conãtur arguere, quòd aliquid nouum dicamus. Ad hoc ego lego sanctũ Cyprianum, vt videatis quomodo sit intellectus canonicus, & catholicus sensus in his verbis, quę paulo antè tractaui. Interrogatus est, vtrũ infans baptizari debeat ante octauũ diẽ: quia in veteri lege non licebat circũcidi infantem, nisi octauo die. Quæstio inde erat nata de die baptizandi: nam de origine peccati nulla erat quæstio: & ideo ea re, vnde nulla erat quęstio, soluta est exorta quęstio. Sanctus Cyprianꝰ dixit inter cętera quę superiùs dixi. Propter quod neminem putamus à gratia consequẽda impediendum esse à lege quæ iam statuta est, nec spiritalẽ circumcisionem impediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino admittendũ esse ad gratiã christi: quando & Petrus in actibus Apostolorum loquatur & dicat, Deus mihi dixit neminem hominem cõmunem dicẽdum & immũdum. Cæterùm si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ possit, magis adultos & prouectos, & maiores natu, possint impedire grauiora peccata. Porrò autẽ si etiam grauissimis delictoribus & in Dominũ multùm antè peccãtibus, cùm postea crediderint, remissa peccatorũ datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur: quãto magis non debet prohiberi infans, qui recens natꝰ nihil peccauit, nisi quòd secũdum Adam carnaliter natus contagiũ mortis antiquæ prima natiuitate cõtraxit? qui ad remissam peccatorũ accipiẽdam, hoc ipso facilius accedit, quòd illi dimittũtur non propria, sed aliena peccata? Videte quemadmodum de hac re nihil dubitans, soluit illam vnde dubitabatur. Hoc de fundamento Ecclesiæ sumpsit, ad confirmandum lapidem nutantem.

Impetremus ergo, si possumus, à fratribꝰ nostris, ne nos insuper appellent hæreticos, quòd eos talia disputantes nos appellare possimus, forsitan si vellemus, nec tamẽ appellamus. Sustineat eos mater piis visceribus sanandos, portet docẽdos, ne plangat mortuos. Nimium est quò progrediũtur: multum est, vix ferendum est, magnæ patientiæ adhuc ferri. Non abutantur hac patientia Ecclesię, corrigantur bonum est: vt amici exhortamur, non vt inimici litigamus. Detrahunt nobis, ferimus: canoni detrahunt, veritati nõ detrahãt: Ecclesiæ sanctæ pro remissione peccati originalis paruulorũ quotidie laboranti nõ contradicãt. Fũdata ista res est. ferendus est disputator errans in aliis quæstionibus nõ diligenter digestis, nõdum plena Ecclesię authoritate firmatis: ibi ferendus est error, non tantũ progredi debet, vt etiam fundamentũ ipsum Ecclesiæ quatere moliatur. Non expedit, adhuc fortè nostra non est reprehẽdenda patientia: sed debemus timere, ne culpetur etiã negligentia. Sufficiat charitati vestræ, habere illos qui nostis illos, habete cum illis amicè, fraternè, placidè, amãter, dolẽter: quicquid potest faciat pietas: quia postea † diligenda non erit impietas. Conuersi ad Dominum, &c.

Capvt xx. Carthaginiensis.

Cyprian. lib. 3. epist. 8. ad Fidũ.

Act. 10.

Capvt xxi.

al. diligenda.

De verbis Apostoli, Nos enim sumus circumcisio, qui spiritui Dei seruimus. Phil. 3.

Sermo D. Augvstini XV.

Beda frequenter citat, Rom. 5. 9. Ephes. 2. Phil. 2. 3.

Cap. I. AD Apostolicã lectionem aures & animũ intendat sanctitas vestra, adiuuando nos affectu vestro apud Dũm Deum nostrũ, vt ea quę ille nobis reuelare dignatur, ad vos aptè atq; salubriter proferre possimꝰ. Ergo cùm legeretur, audistis dicẽtem apostolũ Paulũ: *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritui Dei seruimus.* Scio plerosque codices habere, Qui spiritu Deo seruimus. Quantũ autẽ inspicere potuimus, plures græci hoc habent, Qui spiritui Dei seruimus. Sed nõ ibi quęstio est. Manifestũ est enim vtrũq;, & congruũ regulę veritatis, quia & spiritui Dei seruimus, & non carne, sed spiritu Deo seruimus. Carne enim seruit Deo, qui de rebꝰ carnalibus sperat se placere Deo. Cùm verò & ipsa caro ad bona opera spiritui subditur, spiritu seruimus Deo: quia carnẽ domamus, vt spiritus obtemperet Deo. Spiritus enim regit, caro regitur: nec spiritus bene regit, si nõ regatur. Cùm ergo ait, *Nos sumus circumcisio*, videte quid voluerit intelligi in illa circũcisione, quę in vmbra data est significãte, quę remota est luce veniẽte. Cur autem nõ dixerit, Nos habemus circũcisionẽ, sed, Nos sumus circumcisio: sic accipite hoc voluisse Apostolum dicere, Nos sumus iustitia. Circũcisio enim iustitia est. Magis autem cõmendat, quòd dicit dicẽdo nos esse iustitiã, quàm dicẽdo nos esse iustos: ita tamẽ vt cùm iustitiã dicit esse, iustos intelligamus. Nõ sumus illa incommutabilis iustitia, cuius participes facti sumus: sed quẽadmodum dicitur, magna ibi iuuentus est, pro multis iuuenibus; sic dicitur iustitia, vt intelligãtur iusti. Audite hoc ipsum euidẽtius, codẽ dicente Apostolo: Vt nos, inquit, simus iustitia Dei in ipso. Nos simus iustitia nõ nostra, sed Dei: ab illo accepta, non à nobis assumpta; impartita, non vsurpata; donata, nõ rapta. Cuidã enim rapina erat esse æqualis Deo: & quoniã quęsuit rapinã, inuenit ruinã. Dñs autem noster Iesus Christus, cùm in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, esse æqualis Deo. Cui enim æqualitas Dei natura erat, rapina non erat. Sed tamẽ semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, vt nos essemus iustitia Dei in ipso. Si enim ille paupertatem vitaret, nos paupertate non careremus. Pauper enim ille factꝰ est, cùm diues esset: vt illius paupertate, sicut scriptum est, nos ditaremur. Diuitię illius quid nobis facturæ sunt, cuius paupertas nos diuites facit? Apostolus ergo non tibi negauit circumcisionẽ, sed exposuit, lucem prætendit, vmbram remouit.

Nos *sumus*, inquit, *circumcisio, qui spiritu Deo seruimus: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fidẽtes.* Respexit quosdam in carne fidentes, ipsi erant qui de carnis circumcisione gloriabãtur. De quibus alio loco dicit, Quorum Deus venter est, & gloria in pudẽdis eorum. Intellige tu circumcisionem, & esto circumcisio: intellige & esto. Intellectus enim bonus, sed omnibus qui faciunt eũ. Nõ vtiq; fruſtrà octaua die iussus est infans circũcidi, nisi quia petra, qua circumcidimur, Christus erat. Cultellis enim petrinis circũcisus est populus. Petra autem erat Christus. Quare ergo octauo die? Quia in hebdomadis idẽ primus qui & octauus. Completis enim septẽ diebus, reditur ad primũ. Finitur septimus, Dominus sepultus: reditur ad primum, Dominus resuscitatus.

Cap. II.

Philip. 3.

Psal. 110.

Gen. 17.

1. Cor. 10.

Circũcisio quare octauo die fiebat.

Dominicus dies.

Rom. 4.

Eph. 2. Beda.

Psal. 55.

Cap. II. Phil. 3. 2. Cor. 13. Fidere in carne.

Pharisæi.

Egregius. Israelitę.

3. Reg. 12.

1. Reg. 9.

al. Saulus.

Capvt xxiii.

Resuscitatus. Dñi enim resuscitatio promisit nobis æternum diem, & consecrauit nobis Dominicũ diem. Qui vocatur Dominicus, ipse videtur propriè ad Dominũ pertinere: quia eo die Dominus resurrexit. Reddita est petra, circumcidantur qui volunt dicere: Nos enim sumus circũcisio. Traditus est enim propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Iustificatio tua, circumcisio tua, non est à te. Gratia salui facti estis per fidem: & hoc non ex vobis, sed Dei donũ est. Non ex operibus, ne fortè dicas, Promerui, & ideo accepi. Non putes te promerendo accepisse, qui non promereres, nisi accepisses. Gratia præcessit meritum tuum: non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nã si gratia ex merito, emisti, non gratis accepisti. Pro nihilo, inquit, saluos facies illos. Quid est, Pro nihilo saluos facies eos? Nihil in eis inuenis vnde salues, & tamẽ saluas. Gratis das, gratis saluas. Omnia merita præcedis, vt dona tua cõsequãtur merita mea. Prorsus gratis das, gratis saluas, qui nihil inuenis vnde salues, & multum inuenis vnde damnes. Nos ergo, inquit, *sumus circumcisio qui spiritui Dei seruimus, & gloriamur in Christo Iesu.* Qui gloriatur, in Domino glorietur. *Et non in carne fidentes.* Et quid est, fidere in carne? Audite, inquit. *Quanquam ego*, inquit, *habeam fiduciam & in carne. Si quis alius in carne putat se habere fiduciam, magis ego.* Ne arbitremini, inquit, me hoc contẽnere quod nõ habeo. Quid magnum est, si homo abiectus, plebeius, ignobilis, contemnat nobilitatem, & tunc exhibeat veram humilitatem? Quanquam ego, inquit, habeã fiduciam & in carne. Ideo vos, inquit, doceo cõtemnere, quoniam videtis me habere quod contemnam. Si quis alius in carne putat se habere fiduciam, magis ego. Et audi in carne fiduciam: *circũcisione octaui diei*, id est, nõ proselytus, nõ aduena ad populũ Dei, non maior circũcisus, sed à parentibus natus Iudæus. *Habeo circumcisionem octaui diei ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus.* Primarij quidam erãt, & quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non contemptibili plebi commixti, qui dicebantur Pharisæi. Nam dicitur hoc verbum, quasi segregationẽ interpretari, quomodo in Latina lingua dicitur egregius, quasi à grege separatus. Fuerunt autem Israelitæ, id est, ex genere Israël, etiam illi qui separati fuerant à templo. Remansit autem ad templum tribus Iuda, & tribus Beniamin. Tribus Leui in sacerdotibus, tribꝰ Iuda regia, & tribus Beniamin: hoc solum remanserat in Hierusalem, & ad templum Dei, quando facta est separatio illa in seruo Salomonis. Non ergo leuiter accipiatis quod ait, Tribus Beniamin inhærens Iudæ, non recedens à templo, *Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens Ecclesiam.* Inter merita sua cõmemorat quòd fuerit persecutor: secundum æmulationẽ, inquit. Quam æmulationem? Non eram, inquit, piger Iudæus: quicquid erat quod legi meæ aduersarium videbatur, impatienter ferebam, acriter insequebar. Hęc apud Iudæos nobilitas, sed apud Christum quæritur humilitas. Ideo ibi iste Saulꝰ, hic Paulus. Saulus à Saule nomẽ deriuatur. Qui fuerit Saul, nostis: ipsius electa est statura procera. Sic cum describit Scriptura, quòd superemines esset de omnibus, quando electus est vt vngeretur in regem. Nõ fuit sic † Paulus, sed factus Paulus. Paulus enim paruus, ideo Paulꝰ modicus. Ergo secundum æmulationem, inquit, persequens Ecclesiam. Hinc intelligant homines qualis apud Iudęos fuerim, qui Christi Ecclesiam persequebar æmulatione traditionum paternarum. Addit: *Secundum iustitiam quæ est in lege, qua fuerim sine querela:* nouit charitas vestra dictos esse sine querela, ambulasse in omnibus iustificationibus dñi, Zachariam & Elisabeth. In omnibus, inquit Scriptura, iustificationibus Dñi ambulantes sine querela. Ecce hoc erat & Paulus noster, quãdo Saulus erat. In lege sine querela ambulabat: & quod in eo fuit sine querela, hoc de illo faciebat magnã querelã. Quid ergo putamus, fratres? Esse sine querela secũdum iustitiam, quæ in lege est malum est? Si malum est, secundũ iustitiam quæ in lege est, esse sine querela: ergo aliquid mali est lex? Sed habemus eundem Apostolum dicentem: Itaque lex quidem sancta, & mandatũ sanctum, & iustum, & bonũ. Si lex sancta, & mãdatum sanctum, & iustum, & bonum, secundum iustitiam quæ est ex lege sancta cõuersari sine querela, quomodo potest nõ esse bonum? Quomodo potest non esse sanctum? An fortè sanctum est? Audiamus ipsum Apostolum quid dicat: *Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christum damna esse duxi.* Damna sua dicit, & inter dãna sua computat quòd in iustitia, quæ est in lege, fuerit sine querela. *Verumtamen*, inquit, *& arbitror omnia damna esse propter eminentem scientiam Christi Iesu Domini nostri.* Attendo, inquit, laudes meas, cõparo eminentię Domini nostri Iesu Christi. Illud sitio, hoc contemno. Parũ est hoc. *Propter quem arbitror*, inquit, *omnia non solum detrimenta esse, verum & stercora existimaui esse, vt Christum lucrifacerem.*

Luc. 1.

Rom. 7.

Phil. 3.

Cap. V.

Quæstio maior exorta est, ô Paule! Si secũdum iustitiam, quę in lege est, versabaris sine querela, & hoc in detrimẽtis tuis, in damnis, in stercoribus computas, vt Christũ lucrifacias, ergo iustitia illa à Christo prohibebat? Obsecro te, expone hoc paululũ. Deo potius dicamus, vt illuminet & nos, à quo ipse illuminatus est qui epistolã istã scripsit nobis, non atramẽto, sed spiritu Dei viui. Videtis charissimi, quàm sit arduum, quàm difficile intelligere hoc, cùm cõstet legem sanctam esse, & mandatum sanctũ, & iustũ, & bonum: constétque omnino inter fideles catholicos, ita vt nemo dissentiat, nisi qui non vult esse catholicus, hanc legẽ non datam nisi à Domino Deo nostro: secundũ istã iustitiam, quæ in lege est, conuersari sine querela, impedimentũ fuisse Apostolo, ne veniret ad Christum: nec cum venisse ad Christũ, nisi hoc quod fuit secundũ iustitiã, quæ in lege est, sine querela, inter dãna & detrimenta, & stercora computasset. Sequamur ergo, & accedamus aliquãtũ, ne fortè in ipsis verbis Apostoli elucescat nobis aliquid, vnde ista remoueatur & soluatur obscuritas. Detrimenta, inquit, credidi hæc omnia, & stercora existimaui, vt Christũ lucrifaciam. Intẽdite, obsecro. Damna, detrimẽta, stercora ista existimaui, in quibus etiam illud cõmemoro, quòd fuerim sine querela secundum iustitiã, quę in lege est. *Existimaui ergo hæc omnia detrimẽta & stercora, vt Christum lucrifaciã, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est.* Qui præuenistis intellectu expositionem, arbitramini vos tanquã veloces in via cum tardioribus ambulare: Celeritas aliquantũ reprimatur, ne cõmes tardior deseratur. Vt Christũ, inquit, lucrifaciã, & inueniar in illo, nõ habens meã iustitiã, quæ ex lege est. Si meã dixerat, quare addidit ex lege? Si enĩ ex lege est, quomodo tua est? Nũquid tũ tibi imposuisti legẽ? Deus legẽ dedit, deus legem imposuit, deus legi suę te obtẽperare præcepit. Lex si nõ te doceret, quẽadmodũ viuere deberes, quomodo posses habere iustitiã sine q̃rela secũdũ legẽ? Si secũdũ legẽ habes, quomodo dicis, nõ habens meã iustitiam, quæ ex lege est, sed eã quę est per fidẽ Christi, quę est à Deo? Iam ergo dicã vt potero: reuelet meliꝰ q̃ vos possidet, donet & intellectũ & affectũ. Donabit enĩ effectũ, si donabit affectũ. Donabit autẽ affectũ, si donauerit intellectum. Hoc est enim q̃ volo dicere: Lege Dei proposita, ipsa enim dixit, Non cõcupisces: Lege ergo Dei proposita, exceptis

Cap. VI.

Exod. 16.

exceptis illis carnalibus sacramentis, quæ fuerunt umbræ futurorũ, Lege Dei proposita quisquis tumuerit, & suis viribꝰ eã implere se posse putauerit, & fecerit quod lex iubet, non amãdo iustitiã, sed timẽdo pœnam, fuit quidem secũdum iustitiam, quę ex lege est, homo sine querela, non furatur, non adulterat, nõ dicit falsum testimonium, nõ facit homicidium, non cõcupiscit rem proximi sui. Potest hoc, potest fortassis. Vnde? Timore pœnæ: quan quã qui timore pœnę non concupiscit, puto quia concupiscit. Terrore ingenti armorũ atque telorum, & circumdantis forsitan multitudinis vel obuiam euntis, etiam leo reuocatur à prẽda: & tamen leo venit, leo redit, prædam nõ rapuit, non malitiã posuit. Si talis es, adhuc iustitia est: qua iustitia tibi consulis, ne torquearis. Quid magnũ est, pœnam timere? Quis enim nõ timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nefariꝰ? Sed hoc interest inter timorem tuum, timorémque latronis, quòd latro timet leges hominum: & ideo facit latrocinium, quia sperat se fallere leges hominum: tu autem leges eius times, eius pœnam times, quem fallere non potes. Nã si fallere posses, quid non fecisses? Ergo & concupiscentiam tuam malam non amor tollit, sed timor premit. Ad ouile venit lupus: latratu canum, & clamore pastorum ab ouili reuersus est lupus: Ipse tamen semper est lupus. In ouem vertatur. Facit enim & hoc Dominus: sed ipsa est iustitia eius; non tua. Nam quamdiu habes tuam, potes timere pœnam, nõ amare

CAP. VII. iustitiam. ERGO fratres mei, habet delicias suas iniquitas, & iustitia non habet? Delectat malum, & non

Psal. 84. delectat bonũ? Delectat omnino; sed Dñs dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructũ suum. Ille nisi prior det suauitatem, terra nostra non habebit nisi sterilitatẽ.

Psal. 85. Hanc ergo iustitiam cõcupiuit Apostolus, delectatus est, memor fuit Dei, & delectatus est: concupiuit anima eius, & æstuauit in atria Domini, & viluerunt omnia, quę pro magno habebat, facta sunt damna, detri-

Philip. 3. mẽta, stercora. Hinc enim erat & illud, quòd Ecclesiã persequebatur, secundum æmulationem paternarum

Galat. 1. traditionum. Inde erat, quia suam iustitiam constituebat, non iustitiam Dei quęrebat. Videte enim, quia inde persequebatur Ecclesiam. Quid ergo dicimus? Ait

Rom. 9. Beda. alio loco ipse Apostolus, Quia gentes quę non sectabãtur iustitiam, apprehenderunt iustitiam. Sed quam? Iustitiam autẽ quæ ex fide est. Gentes autem quæ non sectabantur iustitiam, quę ex lege est, quasi propriã suam quæ fit de timore pœnę, non de amore iustitię, quia nõ sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quæ ex fide est. Israël autem, inquit, persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide. Quid est, Quia non ex fide? Non speraui in Deum, non illam petiuit à Deo, non

Rom. 4. credidit in eum qui iustificat impium. Non fuit similis publicano oculos in terram deiicienti, pectus suum

Luce 18. percutienti & dicẽti: Domine, propitius esto mihi peccatori. Ergo persequens legem iustitiæ, in legẽ iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt in lapidẽ offensionis: Ecce vnde Saulꝰ persequebatur Ecclesiã. Quãdo enim persequebatur Ecclesiã, in lapidẽ offensionis offendebat. Christus humilis in terra iacebat, in cælis quidẽ & ipse erat, leuato illo, & carne sua à mortuis resuscitata: sed nisi &

Act. 9. in terra Christus iaceret, nõ ipsi Saulo clamaret, Quid me persequeris? Ergo ille iacebat, quia humilitatẽ præferebat; ille offendebat, qa non videbat. Et totũ hoc nõ videre, vnde erat? De tumore superbiæ. Quid est, DE TUMORE SUPERBIĘ? Quasi de iustitia sua. Ex lege quidẽ, sed sua. Quid est, EX LEGE? Quia in mãdatis legis. Quid est, DE SUA? Tanquã de viribꝰ suis. Amor deerat, amor iustitiæ,

A amor charitatis Christi. Et vnde illi amor? Solus possidebat timor, sed charitati venturæ locũ in corde seruabat. Cùm sequiret erectus, iactabũdꝰ, gloriãs apud ipsos Iudęos, quòd secundum æmulationẽ paternarum traditionum persequebatur Ecclesiam, cùm sibi videretur

Gal. 1. excelsus, audiuit desuper vocem Domini nostri Iesu Christi, iã in cęlo sedentis, & adhuc humilitatem commendantis, Saule, inquit, Saule, quid me persequeris?

Act. 9. Durum est tibi, aduersus stimulũ calces mittere. Possem te dimittere: tu enim vexareris punctionibus meis, non ego frangerer calcibus tuis: sed nõ te dimitto. Sæuis, & miseror. Quid me persequeris? Nõ enim timeo te, ne iterũ crucifigas me: sed volo agnoscas me, ne occidas non me, sed te. HORRVIT ergo Apostolus, CAPVT VIII.

B percussus & prostratus, erectus & instructꝰ. Factum est Deut. 32. enim in illo. Ego percutiam, & ego sanabo. Non enim ait, Sanabo, & percutiã: sed, Percutiam, & sanabo. Percutiam te, & dabo tibi me. Sic prostratus horruit iustitiã suam, in qua erat certè sine querela, laudabilis, magnus, quasi gloriosus apud Iudæos. Detrimẽta existimauit, dãna credidit, stercora deputauit, *vt inueniretur in illo nõ habẽs suam iustitiam, quæ ex lege est; sed eam quæ per fidem est Christi, quæ est*, inquit, *ex Deo*. Illi autem qui offenderunt in lapidem offensionis, quid de illis dicit ipse Apostolus? Quia non, inquit, ex fide, sed tanquam ex Rom. 9.

operibus: quia ipsi quasi sua iustitia offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion Esa. 28.

lapidem offensionis, & petram scandali: & qui crediderit in eum, non cõfundetur. Qui enim crediderit in eũ, non habebit suam iustitiam quę ex lege est, quamuis sit bona lex: sed implebit ipsam legem, nõ sua iustitia, sed data ex Deo. Ita enim non cõfundetur. Charitas enim Rom. 5.

plenitudo est legis. Et vnde ista charitas diffusa est in cordibus nostris? Non vtiq; à nobis, sed per spiritũ san-

C ctum qui datus est nobis. Offenderunt ergo illi in lapi- Rom. 9.

dem offensionis, & petram scandali. Et aic de illis: Fra- Rom. 10.

tres, bona voluntas quidẽ cordis mei, & deprecatio ad Deum pro illis in salutẽ. Deprecatur Apostolus pro nõ credentibus, vt credant, pro auersis, vt conuertantur. Videtis quia nec ipsa cõuersio sine Dei adiutorio. Deprecatio, inquit, ad Deum pro illis ad salutẽ. Testimoniũ enim perhibeo, quę zelum Dei habent. Sic habebat & ipse: zelum Dei habebat. Sed quomodo? Quomodo habebat? Sed non secundum scientiam. Quid est hoc, Non secundum scientiam? Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere. Vnde iste correctus inquit, non habens meam iustitiam. Illi volunt suam cõstituere, adhuc eos delectat in stercore iacere. Ego nõ habeo meam iustitiã, sed eam quæ est per fidẽ Christi, iustitiam ex Deo, iustitiam, inquã, ex Deo, qui iustificat impium. TOLLE te, tolle, inquam, te à te, CAP. XI.

D impedis te: si tu te ædificas, ruinam ædificas. Nisi Do- Psal. 126.

minus ædificauerit domũ, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Noli ergo velle habere iustitiam tuam. Certè ex lege est, nempe ex lege est. Certè Deus dedit legem, & quia iustitia ex lege est, nõ sit tua. Apostolus Paulus loquitur: Mihi amantes iustitiam suam nõ calumnientur. Ecce vbi illum habes. Aperi, lege, audi, vide: tuam iustitiam noli habere: stercora illam deputat Apostolus, quamuis sit ex lege, tamẽ quia suam. Igno- Rom. 10.

rantes enim Dei iustitiam, & suam volẽtes cõstituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Noli putare quia Christianus vocaris, ideo te nõ posse offendere in lapidẽ offensionis. Cuius gratię derogas, in ipsum offendis. Minꝰ est offendere Christũ in cruce pẽdẽtem, quàm in cęlo sedentem. Iustitia sit, sed & gratia sit, à Deo tibi sit: non tua sit. Sacerdotes tui, inquit, induantur iustitiã. Vestis Psal. 131.

accipitur, non cum capillis nascitur, pecora de suo vestiuntur,

stiuntur. Hanc prædicat Apostolus Paulus, à Deo tibi sit: Geme vt impetres, plora vt impetres, crede vt impetres. Qui, inquit, inuocauerit nomẽ Dñi, saluus erit.

Ioel. 3. An putatis sic dictũ esse, Qui inuocauerit nomen Dñi, saluus erit: quasi à febre, aut à peste, aut à podagra, aut aliquo dolore corporis? Non sic, sed saluus erit, iustus

Matth. 6. erit. Quia nõ est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Exposuit cùm dicit, Nõ veni vocare iustos, sed

CAP. X. Phil. 3. peccatores. VIDETE ergo quid sequitur. *Et inueniar*, inquit, *in illo, non habens meam iustitiã, quæ ex lege est*: quamuis ex lege, tamen meam: *sed eam quæ est per fidem Christi*, quæ impetratur à Deo, *quæ est ex Deo, iustitiam in fide ad cognoscendũ eũ, & virtutem resurrectionis eius*. Ali-

Magnum est cognoscere virtutem resurrectionis Christi. 1. Cor. 15. quid magnũ est, agnoscere virtutẽ resurrectionis Christi. Hoc putatis esse magnũ, quia carnẽ suã resuscitauit? Ipsam dixit virtutẽ resurrectionis eius. Nónne erit etiam nostra in fine seculi resurrectio? Nónne & nostrum corruptibile hoc inducetur incorruptionem,

B & mortale hoc inductur immortalitatem? Nónne

Roman. 6. quomodo ipse resurrexit à mortuis, & iam non

Act. 2. moritur, & mors ei vltrà non dominabitur, sic & nos? Mirabilius, vt ita dicam: Nam illius caro non vidit corruptionem, nostra de cinere reparatur. Magnũ est quidẽ, quia præcessit in exẽplo, & dedit nobis quid speraremus: sed nõ hoc est solũ illi qui de iustitia loquebatur non sua, sed illã quæ ex Deo est, & ibi nominauit virtutẽ resurrectionis Christi: agnosce ibi iustificationẽ tuã. Ex illius enim resurrectione iustificamur, tanquã à petra circumcidamur. Propterea inde cœpit, Nos sumus circumcisio. Vnde circũcisio? A petra. Qua petra? Christo. Quomodo? Octauo die. Quomodo resurrexit Dñs? Dominico die. HANC ER-

CAPVT XI. go, fratres mei, iustificationẽ, & habeamus inquantum habemus, & augeamus inquantũ minores sumus, & perficiamus, cùm illuc venetimus, vbi dicetur, Vbi est

C 1. Cor. 15. mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Sed totũ ex Deo; non tamẽ quasi dormientes, non quasi vt non conemur, nõ quasi vt nõ velimus. Sine voluntate tua nõ erit in te iustitia Dei. Volũtas quidẽ nõ est nisi tua, iustitia nõ est nisi Dei. Esse potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed in te esse nõ potest, nisi per voluntatẽ tuam. Demõstratũ est quid agere debeas. Iussit lex, nõ facias illud, nõ illud: fac hoc atq; illud. Demonstratũ est tibi, iussum est tibi, apertũ est tibi, si tibi est cor, intellexisti quid facias: roga vt facias si cognoscis virtutẽ

Rom. 4. resurrectionis Christi. Traditus est enim propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Quid est, Propter iustificationẽ nostram? Vt iustificet nos, & iustos faciat nos. Eris opus Dei, non solũ quia homo es, sed etiã quia iustus es. Melius est enim iustũ esse, quã te hominẽ esse. Si hominẽ te fecit Deus, & iu-

D stum tu te facis, melius aliquid facis quã fecit Deus. Sed sine te fecit te Deus. Nõ enim adhibuisti aliquem consensum vt te faceret Deus. Quomodo cõsentiebas qui nõ eras? Qui ergo fecit te sine te, nõ te iustificat sine te. Ergo fecit nescientẽ, iustificat volentẽ. Tamen ipse iustificat, ne sit iustitia tua, ne redeas ad damna, ad detrimẽta & stercora, inuenire in illo nõ habens iustitiã tuã, quæ ex lege est, sed iustitiã per fidẽ Christi, quæ est ex Deo: *Iustitia ex fide ad cognoscendũ eũ & virtutem resurrectionis eius, & communicationem passionũ eius*: & ipsa virtus tua erit, cõmunicatio passionũ Christi, virtꝰ tua erit. Quid autẽ erit in cõmunicationibus passionum Christi, si charitas nõ erit? Nõne inueniũtur torti latrones in tãta fortitudine corporũ, vt quidã eorum nõ solum cõscios prodere noluerint, sed nec nomina sua cõfiteri dignati sunt, inter cruciatus, inter tormẽta effossis lateribus, & penè perditis mẽbris, mansérit animus in obstinatione nequissima? Vide ergo quid amabant. Facere tamẽ ista sine magno amore non poterant. Sed nõ sic amator Dei. Deus nõ amatur, nisi de Deo. Amauit ille nescio quid aliud de carne, sicut homo. Quodlibet amauerit, socios suos amauerit, cõscientiã scelerũ amauerit, gloriã in facinoribus amauerit, quodlibet amauerit. Multũ amauit, qui torqueri potuit, deficere nõ potuit. Si ergo ille nõ potuit tanta perferre sine amore: nec tu poteris cõmunicare Christi passionibus sine amore. SED quæro quo amore. Nõ sit cupidi- CAP. V. XII.

tas, sed sit charitas. Si enim, inquit, tradidero corpus 1. Cor. 13. meũ vt ardeã, & charitatẽ non habeã: nihil mihi prodest. Vt prosit tibi cõmunicatio passionũ Christi, charitas assit. Vnde tibi charitas? O mẽdicissima infirmi- Charitas vnde.

tas, vnde tibi charitas Dei? Vis ostendo tibi vnde sit tibi? Ipsum interroga horrearũ Dominicũ. Si enim in te fuerit charitas Dei, cõmunicabis Christi passionibꝰ & verus eris martyr, in quo charitas coronatur. Ipse e-

B rit verus martyr. Vnde ergo tibi? Habemus thesaurum istũ in vasis fictilibus, ait ipse Apostolus, vt eminentia 2. Cor. 4.

virtutis Dei sit, & nõ ex nobis. Ergo vnde tibi charitas, nisi quia diffusa est in cordibus nostris per spiritũ san- Rom. 5.

ctũ, qui datus est nobis? Ecce ad quod geme. Contẽne Beda.

spiritũ tuũ, accipe spiritũ Dei. Nõ timeat spiritus tuus, ne cũ cœperit in te habitare spiritus Dei, angustias patiatur in corpore tuo. Cũ habitare in corpore tuo cœperit spiritus Dei, nõ inde excludet spiritũ tuũ. Noli timere. Si diuitẽ aliquẽ hospitio suscipias, pateris angustias, vbi maneas tu nõ inuenis, vbi illi lectus paretur, vbi cõiunx, vbi filij, vbi familia. Quid ago, inquis? Quò eo? Quò migrabo? Suscipe diuitẽ spiritũ Dei, dilataberis, nõ angustaberis. Dilatasti gressus tuos subter me; Psal. 17.

dic: Dic hospiti tuo, Dilatasti gressus meos subter me. Quãdo nõ hic eras, angustias patiebar: implesti cellam

C meã, & nõ me exclusisti, sed angustiã meã dilatasti. Cũ enim dicit, Charitas Dei diffusa est, ipsa diffusio latitudinẽ significat. Nõ ergo timeas angustias, recipe hospitẽ istũ, & nõ sit hospes quasi de transeũtibus. Nõ enim habet dare discedẽdo, veniẽs habitet in te, & dedit. Ipsius esto, nõ te deserat, nõ inde migret: tene illũ omnino, & dic illi, Dñe Deꝰ noster, posside nos. ERGO ad CAPVT XIII.

hoc inquit, habeamus iustitiã, quæ ex Deo est, ad cognoscẽdũ eũ, & virtutẽ resurrectionis eiꝰ, & cõmunionẽ passionũ eius, cõformati morti ipsius. Cõsepulti e- Rom. 6.

nim, inquit, sumus cũ Christo per baptismũ in mortẽ: vt quemadmodũ Christus surrexit à mortuis, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Morere, vt viuas; sepelire, vt resurgas. Cũ enim sepultus fueris, & resurrexeris, tũc verũ erit, surgũ cor. Sapuit q̃ dixi. Nunquid iste sermo saperet, nisi esset in vobis interna dulcedo? *Conformatus*, inquit, *morti ipsius, si quomodo occurrã in resurrectione mortuorũ*. De iustitia loquebatur, iustitia quæ est ex fide Christi, iustitia quæ à Deo est, & sic cũcta executꝰ est. Et cũ iustitiã quęreret, dicẽs: Vt inueniar in illo nõ Phil. 3.

habẽs meã iustitiã, quæ ex lege est, sed iustitiã quæ est ex fide Christi, quæ est ex Deo; dicit modò, *Si quo modò occurrã in resurrectione mortuorum*. Quare dixisti, si quo modo occurrã? *Nõ quia iam acceperim, aut iã perfectus sim: sequor autẽ si quo modo apprehendã, in quo & apprehensus sum à Christo Iesu*. Præuenit me iustitia ipsius; sequatur illum mea. Tunc autem sequetur mea, si non sit mea. Si quo modo occurram; non quia iam acceperim, aut iã perfectus sim, Cœperunt mirari qui hoc audiebant, dicentem Apostolũ, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Quid est quod nondum acceperat? Fidem habebat, virtutem habebat, spem habebat, charitate flagrabat, virtutes operabatur, inuictissimè prædicabat; omnes persecutiones tolerabat, in omnibus

patiens, amans Ecclesiam, solicitudinem omnium ecclesiarum corde gestans. Quid nondũ acceperat? Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Quid est quod dicis? Dicis, & miramur; dicis, & stupemus. Nouimus enim quid audiamus. quid dicis? Fratres, ait, Quid est quod dicis? quid dicis? Ego me non arbitror apprehẽdisse. Nolite, inquit, in me falli, plʼ meipse noui quã vos. Si nescio quid mihi desit, nescio, quid assit. Ego meipsum nõ arbitror apprehẽdisse. Vnũ autẽ: Hoc nõ me arbitror apprehendisse. Multa habeo, & vnum nondũ apprehendi. Vnã petij à dõo, hãc requirã. Quid petisti? aut quid requiris? Vt inhabitẽ in domo Dñi per omnes dies vitæ meæ. Vt quid? Vt contẽpler delectationẽ dñi. Ipsum est vnũ quod se dicebat nondum apprehendisse Apostolus; & quantum illi deerat, intantũ nondũ perfectus erat. Meministis, fratres mei, euangelicæ illius lectionis, vbi duæ sorores Dominum susceperũt, Martha & Maria. Certè recolitis, Martha in multo ministerio conuersabatur, & occupata erat circa curã domus, quippe Dominum hospitio receperat & discipulos eius. Satagebat omni cura religiosissima, ne sancti apud eam vllã paterentur iniuriã. Cũ ergo esset occupata circa multũ ministerũ, Maria soror eius sedebat ad pedes Domini, & verbũ eius audiebat. Illa in labore stomachabũda, quòd illã videret sedentem; & de suis laboribus nihil curantem, interpellauit Dominũ: Placet, inquit, tibi Domine, quòd soror mea deseruit me, & ecce tantum in ministerio laboro? Et Dñs, Martha Martha, circa multũ es occupata. Porrò vnũ est necessariũ. Maria meliorẽ partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea. Tu bonã, sed ista meliorẽ. Tu bonã (Bonũ est enim cõuersari in obsequio sanctorum:) sed ista meliorem. Dentq; quod tu elegisti, transit. Ministras esurientibus, ministras sitientibʼ, ministras lectulos dormituris, præbes domũ habitare volentibus: omnia ista trãseunt. Erit tempus vbi nemo esuriat, neq; sitiat, nemo dormiat. Ergo cura tua auferetur à te. Maria meliorem elegit partem, quæ non auferetur ab ea. Nõ auferetur. Cõtemplari elegit, verbo viuere elegit. Qualis erit vita de verbo sine verbo? Modò ista viuebat de verbo, sed sonãte verbo. Erit vita de verbo, nullo sonante verbo. Ipsum verbũ vita est. Similes ei erimus, quoniã videbimus eũ sicuti est. Ipsa erat vna, vt contẽplaretur delectationẽ Domini. Hoc in seculi huius nocte nõ possumus. Manẽ astabo tibi, & cõtemplabor. Ergo ego, inquit, me nõ arbitror apprehendisse. Vnum autem. Quid ergo facio? *Quæ retrò oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secũdũ intentionẽ sequor.* Adhuc sequor, adhuc proficio, adhuc ambulo, adhuc in via sum, adhuc me extẽdo, nondũ peruenì. Ergo si & tu ambulas, si te extẽdis, si ea quæ vẽtura sunt cogitas, obliuiscere præterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas vbi respexeris. Mementote vxoris Loth. *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus.* Dixerat, Non sum perfectus: & dicit, Quotquot perfecti, hoc sapiamus. Ego me non arbitror apprehẽdisse. Non quia iã acceperim, aut iam perfectus sim: & dicit, quotquot perfecti, hoc sapiamʼ. Perfecti, & nõ perfecti. Perfecti viatores, nondum perfecti possessores. Et vt noueritis, quòd perfectos viatores dicat, qui iam in via ambulãt, perfecti viatores sũt: vt scias viatores eũ dixisse, nõ habitatores, nõ possessores: audi q; sequitur, *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus, etsi quid aliter sapitis*, ne fortè surrepat vobis, quia vos aliquid estis. Qui autẽ seipsum putat esse aliquid, cum nihil sit, seipsum seducit. Et qui se putat aliquid scire, necdum scit quemadmodũ oporteat eum scire: *ergo & si quid aliter sapitis, quasi parvuli id quoque vobis Deus*

Psal.18.

CAPVT XIIII. Lucæ 10.

reuelabit. Veruntamen in quo peruenimus, in eo ambulemus, vt reuelet nobis Deus, & quod aliter sapimus, in quo peruenimus, nõ in eo remaneamus, sed in eo ambulemus. Videtis quia viatores sumus. Dicitis, quid est ambulare? Breuiter dico, proficere, ne fortè non intelligatis, & pigriùs ambuletis. Proficite fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Nõ enim aliquis est intus tecũ, cui erubescas, & iactes te. Est ibi: sed cui placet humilitas, ipse te probet. Proba & reipsum tuipse. Semper tibi displiceat quod es, si vis peruenire ad id quod nondũ es. Nã vbi tibi placuisti, ibi remãsisti. Si autẽ dixeris, sufficit, & peristi: Sẽper adde, semper ambula, semper profice: noli in via remanere, noli retrò redire, noli deuiare. Remanet qui non proficit, retrò redit qui ad ea reuoluitur, vnde iam abscesserat; deuiat qui apostatat. Melius it claudus in via, quàm cursor præter viam. Conuersi ad Dom.

Ambulare.

De verbis Apostoli, Si Deus pro nobis, quis contra nos? & de iustificatione. Rom.8.

SERMO D: AVGVST. XVI.

Ven. Beda citat, Rom. 8. 11. 1. Cor. 13. Gal. 5.

APOSTOLVM beatum audiuimus exhortãtem & confirmantẽ nos, cũ diceret nobis, *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Pro quibus autẽ sit Deus, superiùs ostendit, vbi ait: Quos autem prædestinauit, illos & vocauit; quos autẽ vocauit, illos & iustificauit; quos autẽ iustificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Deus pro nobis, vt prædestinaret nos, Deus pro nobis, vt vocaret nos, Deus pro nobis, vt iustificaret nos, Deʼ pro nobis, vt glorificaret nos. Si Deʼ pro nobis, quis cõtra nos? Prædestinauit antequã essemus, vocauit, cũ auersi essemus, iustificauit, cũ peccatores essemus, glorificauit, cũ mortales essemus. Si Deʼ pro nobis, quis cõtra nos? Prædestinatis à Deo, vocatis, iustificatis, glorificatis, qui vult aduersari, paret se, si potest bellare aduersus Deũ: Vbi enim audiuimus, Si Deus ꝓ nobis, qui cõtra nos; nisi qui Deũ vincit, nõ lędit nos. Et quis est qui vincit omnipotentẽ? Quicũque reluctari voluerit, sibi nocet. Hoc est, quod & Paulo adhuc Saulo de cælo Christus clamauit, Nõ tibi expedit cõtra stimulũ calcitrare. Sæuiat, sæuiat quãtũ potest, qui calces aduersus stimulũ mittit, nonne in seipsum sæuit? In his autẽ quatuor rebus, quas cõmendauit Apostolus insignes, quæ pertineãt ad Deũ, ꝓ quibus est Deʼ, id est, prædestinatione, vocatione, iustificatione, glorificatione: in his ergo quatuor rebus cõsiderare debemus quid iã habemus, & quid adhuc expectemus. In his enim quæ iã habemus, laudemus Deũ largitorẽ: in his quæ nõdũ habemus, † tenemus debitorẽ, Debitor enim factus est, nõ aliquid à nobis accipiendo, sed q; ei placuit ꝓmittẽdo. Aliter enim dicimus homini, Debes mihi quia dedi tibi: & aliter dicimus, Debes mihi, quia ꝓmisisti mihi. Quãdo dicis, Debes mihi, quia dedi tibi, à te ꝓcessit beneficiũ, sed mutuatũ nõ donatũ. Quãdo autẽ dicis, Debes mihi, quia ꝓmisisti mihi, tu nihil dedisti, & tamẽ exigis. Bonitas enim eius qui ꝓmisit dabit, ne in malitiã fides cõuertatur. Qui autẽ fallit, malus est. Deo autem nũquid dicimus, Redde mihi, quia dedi tibi? Quid dedimus Deo, quãdo totũ quod sumus, & quod habemus boni, ab illo habemus? Nihil ergo ei dedimus. Non est quemadmodũ ista voce exigamus debitorẽ Deũ, maximè dicente nobis Apostolo, quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cõsiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Illo ergo modo possumus exigere Dominũ nostrũ, vt dicamus, Redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti: & hoc tu fecisti, quia labo-

B

Cap. 8.

C

D

1. Ioan. 3.

Psal. 5.

CAPVT XV. Philip. 3.

Philip. 3.

Gal. 6. 1. Cor. 8.

Act. 9.

al. teneamus.

Rom. 11. Beda.

CAPVT III. laborantes iuuisti. Nemo ergo dicat, Ideo me vocauit Deus, quia colui Deum. Quomodo coluisses, si vocatus nõ fuisses? Si propterea te vocauit Deʼ, quia coluisti Deũ: ergo prior dedisti, & retribuit tibi. Nõne istã tibi vocẽ Apostolus tollit, cũ dicit, Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Sed ecce quãdo vocatus es, vel iam eras. Quomodo prædestinareris, nisi quando non eras? Quid Deo dedisti, quando qui aliquid dares, non eras? Quid ergo fecit Deus, quando prædestinauit qui nõ erat? Quod ait Apostolus, Qui vocat ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt. Si iam esses, nõ prędestinareris: nisi auersus esses, nõ vocareris; nisi impius esses, nõ iustificarer is; nisi terrenus & abiectus esses, non glorificareris. Quis ergo prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quid ergo reddimus? Ipsi gloria, quia nõ eramus, quãdo sumus prædestinati; quia auersi eramus, quãdo sumus vocati; quia peccatores eramus, quãdo sumus iustificati. Agamus Deo gratias, ne remaneamus ingrati. Proposueramus autẽ cõsiderare de his quatuor rebʼ quid iam cõsecuti fuerimus, quid adhuc adipiscendũ expectemus. Prædestinati enim iam sumus & antequã essemus; vocati sumus, quando Christiani facti sumus. Iam ergo & hoc habemus. Iustificati, quid? Quid est, iustificati? Audemus dicere, iam hoc tertium habere nos? Et erit quisquã nostrũ qui audeat dicere, Iustus sum? Puto enim hoc esse, Iustus sum, quod est, peccator non sum. Si audes hoc dicere, occurrit tibi Ioannes, Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosipsos decipimus, & veritas, in nobis non est. Quid ergo? Nihil habemus de iustitia? An habemus: Sed nõ totum habemus? Hoc ergo quæramus. Si enim aliquid habemus, & aliquid nõ habemus: crescat quod habemus, & implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati sunt homines, omnia illis peccata dimissa sunt, iustificati sunt à peccatis, negare non possumus: restat tamẽ lucta cũ carne, restat lucta cũ mundo, restat lucta cum diabolo. Qui autẽ luctatur, aliquãdo ferit, aliquando percutitur, aliquãdo vincit, aliquando perimitur: quomodo de stadio exeat attẽdatur. Nã si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosmetipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Itẽ si dixerimus, quia iustitiæ nihil habemus, aduersum Dei dona mentimur. Si enim iustitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si fidẽ non habemus, Christiani nõ sumus. Si autẽ fidẽ habemus, iam aliquid habemus iustitiæ. Ipsum aliquid, vis nosse quãtũ sit? Iustus ex fide viuit: iustus, inquã, ex fide viuit, quia credit quod nõ videt. Patres arietes sancti duces Apostoli, quãdo annunciauerũt, non solũ viderunt oculis, sed etiam manibus tractauerunt: & tamen Dñs seruans nobis donũ fidei, cuidã discipulorũ suorũ tractanti, palpanti, veritatẽ digitis inquirẽti & inuenienti exclamanti, Dñs meus & Deus meus: ait ipse Dñs & Deus, Quia vidisti, credidisti: & nos futurò intuẽs, Beati, inquit, qui nõ viderũt, & crediderũt. Non vidimus, audiuimus, & credimus. Beati prædicti sumus, & de iustitia nihil habemus? Venit Dñs carnaliter ad Iudæos, & occisus est: non venit ad nos, & acceptus est. Populus quẽ non cognoui, seruiuit mihi, in obauditu auris obediuit mihi. Nos sumus, & de iustitia nihil habemus? Omnino habemus. Grati simus ex eo quod habemus, vt addatur quod nõ habemus, & nõ perdamus quod habemus. Ergo & hoc tertiũ iam agitur in nobis. Iustificati sumus: sed ipsa iustitia, cũ proficimus, crescit. Et quomodo crescit dicam, & vobis cũ quodammodo conferã, vt vnusquisq; vestrũ iam in ipsa iustificatione constitutus, accepta scilicet remissione peccatorum per lauacrum regenerationis, accepto spiritu sancto, proficiens de die in diẽ, videat vbi sit, accedat, proficiat & crescat donec consummetur, non vt finiatur, sed vt perficiatur. Incipit homo à fide. Quid pertinet ad fidem? Credere. Sed adhuc ista fides discernatur ab immundis spiritibus. Ad fidẽ quid pertinet? Credere. Sed ait Apostolus Iacobus, Et dæmones credunt, & contremiscunt. Si tantũ credis, & sine spe viuis, vel dilectionẽ nõ habes: & dæmones credũt, & cõtremiscunt. Quid magnũ est si dicis Christũ filiũ Dei? Hoc dixit Petrus, & audiuit, Beatus es Simõ Bar-iona: hoc dixerunt dæmones, & audierũt. Obmutescite. Ille beatus, dicitur ei, Quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est: Illi autẽ audiunt, Obmutescite: & hoc ipsum dicũt, & repelluntur. Vna vox est: sed Dñs radicẽ interrogat, nõ florẽ. Vnde dicitur ad Hebræos, Ne qua radix amaritudinis sursum germinans molestet, & per illã contaminentur multi. Prius ergo discerne fidẽ tuã à fide dęmonis. Vnde eam discernis? Dæmones hoc dixerũt timẽdo, Petrus amãdo. Adde ergo fidei spẽ. Et quæ spes est, nisi de aliqua conscientiæ bonitate? Speique ipsi adde charitatẽ. Desuper eminentẽ viã habemus, dicente Apostolo, Supereminentem viam vobis demõstro: Si linguis hominum loquar & angelorũ, charitatẽ autẽ non habeam, factus sum æramentũ sonãs, aut cymbalũ tinniens: & cætera narrat bona, & sine charitate nihil prodesse cõfirmat. Maneant ergo hæc, fides, spes, charitas: maior autẽ horũ est charitas. Sectamini charitatem. Discernite ergo fidem vestram. Iam estis de prædestinatis, vocatis, iustificatis. Paulus Apostolus dicit; Neq; circumcisio aliquid valet, neque præputiũ, sed fides. Dic adhuc Apostole, adde, discerne, quia & dæmones credunt, & contremiscunt: ergo adde, Dæmones enim credunt, & contremiscunt quod oderũt. Distingue Apostole, & circumcide fidem meam, & discerne causam meam de gente non sancta. Planè distinguit, discernit, circumcidit. Et fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Vnusquisque ergo, fratres mei, inspiciat se intus, appendat se, probet se in omnibus factis suis, bonis operibus suis, quæ faciat cũ charitate, non expectans retributionẽ temporalem, sed promissum Dei, faciẽ Dei. Non enim quicquid Deus tibi promittit, valet aliquid præter ipsum Deũ. Omnino me non satiaret Deus, nisi promitteret mihi seipsum Deũ. Quid est tota terra? Quid est totum mare? Quid est totum cælũ? Quid sunt omnia sidera? Quid sol? Quid luna? Quid exercitus angelorum? Omnium istorum creatorem scio, ipsum sitio, ipsum sitio, ipsi dico, Quoniã apud te est fons vitæ. Qui mihi dicit, Ego sum panis vitæ, qui de cælo descendi. Esuriat & sitiat peregrinatio mea, vt satietur præsentia tua. Arrideat mundus multis rebus pulchris, fortibus, variis: pulchrior est ille qui fecit, fortior & clarior ille qui fecit, suauior ille est qui fecit. Satiabor, cùm manifestabitur gloria tua. Fides ergo quę per dilectionẽ operatur si est in vobis, iam pertinetis ad prædestinatos, vocatos, iustificatos: ergo crescat in vobis. Fides enim quæ per dilectionem operatur, sine spe esse nõ potest. Cũ autem venerimus, iam erit ibi fides? Dicetur nobis, crede? Non vtique. Videbimus enim, contemplabimus enim. Dilectissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Quia nondum apparuit, ideo fides. Filij Dei sumus prædestinati, vocati, iustificati: filij Dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Modò ergo fides, antequam appareat quod erimus, Scimus quòd cùm apparuerit, similes ei erimus. Nunquid quia credidimus? Non. Quare ergo? Quoniam videbimus eum sicuti est. Quid spes? crit ibi? Spes iam non erit, quando

Cvpvt III.

A

Fides.

Cap. vi.

Iacob. 2.

Matth. 16.

Heb. 12.

B

Spes.

1. Cor. 13.

Charitas.

Gal. 5. Beda.

Psal. 42.

C

Gal. 5.

CAPVT VII.

Abac. 2. Rom. 1.

CAP. V.

Ioan. 20.

D

Psal. 36. Ioan. 6.

Psal. 16.

Gal. 5.

Psal. 17.

1. Ioan. 3.

CAPVT VIII. Spes.

quando erit res. Etenim ipsa spes peregrinationi necessaria est, ipsa est quæ cõsolatur in via. Viator enim quãdo laborat ambulando, ideo laborẽ tolerat, quia peruenire sperat. Tolle illi spẽ perueniendi, continuò frãguntur vires ambulandi. Ergo & spes quæ hic est, ad iustitiam pertinet peregrinationis nostræ. Ipsum Apo-
Rom.8. stolũ audi: Adoptionẽ, inquit, expectantes, in nobismetipsis ingemiscimus adhuc. Vbi est gemitus, iam nõ potest dici illa felicitas, de qua Scriptura dicit, Trãsiet labor & gemitus. Ergo adhuc, inquit, in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectantes redẽptionem corporis nostri. Adhuc ingemiscim⁹. Quare? Spe
Ibidem. enim salui facti sumus. Spes autẽ quæ videtur, non est spes. Si enim videt quis, quid sperat? Si autẽ quod non videmus speramus, per patientiã expectamus. In hac ergo patiẽtia martyres coronabãtur, desiderabãt quæ nõ videbant, cõtemnebant quæ ferebant. In hac spe dicebant, Quis nos separabit à charitate Christi? Tri-
Psal.43. bulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Quia propter te. Et vbi est propter quẽ?
Ioan.20. Quia propter te, inquit, mortificamur tota die. Propter te. Et vbi est, Beati qui nõ viderũt, & crediderunt?
Ephes.3. Ecce vbi est, in te est, quia & fides ipsa in teipso est. An fallit nos Apostolus, qui dicit habitare Christum per fidẽ in cordibus nostris? Modò per fidẽ, tunc per speciem: modò per fidẽ quamdiu in via, quamdiu in pe-
2.Cor.4. regrinatione. Quamdiu enim sumus in corpore, peregrinamur à Dño. Per fidẽ enim ambulamus, non per
CAPVT IX. speciem. SI hoc est fides, quid erit species? Audi
1.Cor.15. quid erit, Vt sit deus omnia in omnibus. Quid est, Omnia? Quicquid hic quærebas, quicquid hic pro magno habebas, ipse tibi erit. Quicquid hic volebas, quicquid hic amabas, mãducare & bibere, ipse tibi erit cibus, ipse erit tibi potus: quicquid hic volebas, sanitatẽ corporis fragilẽ, transeuntẽ, ipse tibi immortalitas erit. Quid hic quærebas? Diuitias amabas? Auare. Quid enim tibi sufficit, si Deus ipse nõ sufficit? Sed quid amabas? Gloriã? honores? De⁹ tibi erit gloria: cui & modò dicitur,
Psal.3. Gloria mea & exaltans caput meũ. Iam enim exaltauit caput meũ. Caput nostrũ Christus est. Sed quid miraris? Quo caput, & cætera mẽbra exaltabuntur, tunc erit Deus omnia in omnibus. Hoc modo credimus, hoc modo speramus: cũ venerimus, tenebimus, & iam res visio erit, nõ fides: cũ venerimus, tenebimus, & iam
Charitas. res erit, non spes. Charitas quid? Nũquid & ipsa modò est, & tunc nõ erit? Si amamus credendo, & nõ videndo: quomodo amabimus videndo & tenendo? Ergo charitas erit, sed perfecta erit: sicut Apostolus ait,
1.Cor.13. Fides, spes, charitas, tria hęc: maior autẽ horũ charitas. Hanc habẽtes, & in nobis nutrientes, securi illo adiuuante perseuerantes in eo dicamus, quis nos sepa-
Rom.8. rabit à charitate Christi, donec ipse misereatur, ipse D perficiat? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas,
Psal.43. an periculum, an gladius? Quoniam propter te mortificamur tota die, deputati sumus vt oues occisionis. Et quis supportat? quis omnia tolerat? Sed in his omnibus superamus. Vnde? Per eum qui dilexit nos. Ergo si Deus pro nobis, quis contra nos?

Rom.6. *De iustificatione, & de verbis Apostoli, Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ.*

SERMO D. AVGVST. XVII.

Citat Beda, Hebr.11. Rom.6.

CAPVT I. Ser. præcedenti. ESTERNO die de iustificatione nostra, quæ nobis est à Dño Deo nostro, sermo productus est, ministrantibus nobis, donante illo, audientibus vobis. Et cùm simus in hac vita onerati sarcina corru-
1.Ioan.1. ptibilis carnis, non vtiq; sine peccato: quia si dixerimus A quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nõ est: iustificatos tamẽ nos esse secundũ modũ peregrinationis nostræ, viuẽtes ex fide quousq; fruamur specie, claruit, quantũ arbitror, charitati vestræ. Incipitur ergo à fide, vt perueniatur ad speciem: via curritur, patria quæritur. In peregrinatione dicit anima nostra, Quoniã ante te est omne desiderũ meũ, Psal.37. & gemitus meus à te non est absconditus. In patria verò nullus orandi locus erit, sed tantũ laudandi. Quare orandi locus nullus erit? Quia nihil deest. Quod hic creditur, ibi videtur; quod hic speratur, ibi tenetur; quod hic petitur, ibi accipitur. Perfectio tamen in hac vita nõnulla est, ad quã sancti martyres peruenerũt. Ideoq; habet ecclesiastica disciplina, quod fideles nouerunt, cũ martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipsis oretur, pro cæteris autẽ cõmemoratis defunctis oratur. Iniuria est enim, pro martyre orare, cuius Iniuria est, pro martyre orare. nos debemus orationibus cõmendari. Certauit enim B cõtra peccatũ vsq; ad sanguinẽ. Quibusdã verò adhuc imperfectis, & tamẽ ex parte iustificatis, ad Hebræos dicit Apostolus: Nondũ enim vsq; ad sanguinẽ pugna- Heb.12. Beda. stis, aduersus peccatũ certantes. Si ergo illi nondũ vsq; ad sanguinẽ, proculdubiò aliqui vsq; ad sanguinẽ. Qui vsq; ad sanguinẽ? Vtiq; sancti martyres, de quib⁹ lectio sancti apostoli Iacobi modò audita est. Omne gaudiũ Iac.1. existimate, fratres mei, cũ in tentationes varias incideritis. Perfectis iam dicitur, qui etiã possunt dicere. Proba me Dñe, & tenta me. Scientes, inquit, quia tribula- Psal.25. Rom.5. tio patientiã operatur, patientia autẽ opus perfectum Iac.1. habet. AMANDA est enim iustitia: & in hac iusti- CAPVT II. tia amanda gradus sunt proficientiũ. Prius est vt amori iustitiæ nõ præponantur omnia quæ delectant. Ipse est primus gradus. Quid est quod dixi? Vt inter omnia quæ delectant, plus te delectet ipsa iustitia: non vt alia C non delectent, sed plus ipsa delectet. Delectant enim quædam naturaliter infirmitatem nostrã, vt cibus, & potus delectant esurientes atq; sitientes: vt nos delectat hæc lux, quæ de cælo funditur sole exorto, vel quę sideribus & luna fulget, vel quæ in terra accenditur luminibus consolantibus tenebras oculorũ: delectat canora vox & suauissima cantilena, delectat odor bon⁹: delectant etiam tactũ nostrũ quæcunque pertinent ad carnis aliquã voluptatẽ; & hæc omnia quæ nos delectant in sensibus corporis, aliqua licita sunt. Delectant enim, vt dixi, oculos, & spectacula ista magna naturæ: sed delectant oculos etiam spectacula theatrorum. Hæc licita, illa illicita. Psalmus sacer suauiter cantatus delectat auditum: sed delectant auditum etiam cantica histrionum. Hoc licitè, illud illicitè. Delectant olfactũ flores & aromata, & hæc Dei creatura: delectant olfactum etiam thura in aris dæmo- D niorum. Hoc licitè, illud illicitè. Delectat gustum cibus non prohibitus, delectant gustum etiam epulæ sacrilegorum sacrificiorum. Hoc licitè, illud illicitè. Delectant coniugales amplexus, delectant etiam meretricũ. Hoc licitè, illud illicitè. Videtis ergo, charissimi etiã in istis corporis sensibus licitas esse & illicitas delectationes. Iustitia sic delectet vt vincat etiã licitas delectationes: & ei delectationi qua licitè delectaris, præponе iustitiam. CONSTITVAMVS, CAPVT III. ante oculos, propter hoc quod dixi, exemplum certaminis. Interrogo vtrum ames iustitiam: respondebis, Amo. Quod non responderes veraciter, nisi te aliquatenus delectaret. Nõ enim amatur, nisi quod delectat. Delectare in Domino, Scriptura dicit: Dominus au- Psal.39. tem iustitia est. Non enim tibi fingere debes Deum quasi idolum. Inuisibilibus similis est Deus, & ea in nobis sunt meliora, quæ sunt inuisibilia. Melior est fides

fides quàm caro, melior est fides quàm aurũ, & melior A est fides quàm argentũ, quàm pecunia, quàm prædia, quàm familia, quàm diuitiæ; & ista omnia videntur, fides non videtur. Cur ergo similiorẽ putabimus Deũ, visibilibus, an inuisibilibus? pretiosis, an vilibus? De vilioribus loquar. Habes duos seruos, vnum deformem corpore, aliũ pulcherrimũ, sed illũ deformẽ fidẽlem, alterũ infidelẽ. Dic mihi quẽ plus diligas: & video te amare inuisibilia. Quid ergo? Quando plus amas seruũ fidelẽ, licet corpore deformẽ, quã pulchrũ infidelem: errasti, & fœda pulchris præposuisti? Vtiq; non; sed pulchriora fœdis præposuisti. Contẽpsisti enim oculos carnis, & erexisti oculos cordis. Interrogasti oculos carnis, & quid tibi renunciauerunt? Iste pulcher est, ille fœdus. Repulisti eos; eorũ testimoniũ reproba-
al. *in servum infidelem.* sti: erexisti oculos cordis in seruũ fidelem; † & non in seruũ pulchrũ. Istũ inuenisti fœdũ carne, illũ pulchrũ: sed pronũciasti & dixisti, Quid fide pulchrius? Quid B
CAPVT IIII. infidelitate deformius? ERGO præ omnibus voluptatibus, hoc est delectationibus etiã licitis, amanda est iustitia. Si enim habes sensus interiores, omnes illi interiores sensus delectantur delectatione iustitiæ. Si
Psal.35. habes oculos interiores, vide iustitiæ lumẽ, Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lu-
Psal.12. men. De illo lumine dicit Psalmus, Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiam in morte. Itẽ si habes au-
Lucæ 8. res interiores: audi iustitiã. Tales aures quærebat, qui dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat. Si habes olfactũ interius, audi Apostolũ, Christi bonus odor su-
2.Cor.2. Psal.33. mus Deo in omni loco. Si habes gustum interius, audi, Gustate & videte, quoniã suauis est Dñs. Si habes
Cantic.2. tactũ interius, audi quid sponsa cantet de sponso, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius amplexetur me. Exẽplũ ergo, vt dicere cœperã, huius certaminis proponamus. Videamus, fratres mei, quis nam sit, in- C terroget & respondeat, quod dicturus sum, vtrũ sic delectetur iustitia, vt eam cæteris ad hos sensus corporis pertinentibus delectationibus ãteponat. Ecce delectat te aurũ tuũ, oculos tuos delectat: metallũ est pulchrũ, fulgentissimũ, delectat. Pulchrũ est, non nego: nam si pulchrũ negauero, creatori iniuriam facio. Venit ergo tentator, & dicit tibi: Tollo tibi aurum, nisi dixeris pro me falsum testimoniũ: si autẽ dixeris, addo tibi. Decertant in te duæ delectationes. Modò interrogo te quid præponas, quid te plus delectet, aurũ an veritas, aurum an verum testimoniũ? An hoc lucet & illud nõ lucet? Fides quæritur in vero testimonio. Aurum lucet, fides non lucet? Erubesce, habeto oculos: quod amabas in seruo tuo, redde domino tuo. Iam dudũ enim cũ interrogarẽ de duobus seruis tuis, vno deformi fideli, alio pulchro infideli, quẽ magis diligeres: respondebas mihi iustè, & præponebas quod præponendũ fuit. Redi D in te, quia modò agitur de teipso. Certè amasti seruũ fidelem. Dñs tuus indignus est, si te habeat seruum fidelẽ? & tu seruo tuo fideli pro magno quid promittebas? Vt multũ diligeres, summũ pręmiũ libertatis, quid magnũ promittebas fideli seruo tuo? Libertatẽ tẽporalem. Nonne videmus multos seruientes non egentes, & liberos mẽdicantes? En exigebas ab eo fidem, cui promittebas libertatẽ: nec ei seruas fidem, qui promit-
CAP.V. tit æternitatem? LONGVM est, per singulos corporis sẽsus excurrere: sed quod dẽ oculis dixi, hoc de cæteris intelligite, & præponite delectationi carnis, delectationẽ mentis. Carnem quippe vestram delectant illicitæ voluptates: mentẽ vestrã delectet inuisibilis pulchra, casta, sancta, canora, dulcis iustitia, vt non ad eã timore cogamini. Si enim ad eam timore cogimini; nondum delectat. Peccare non debes, timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Hinc Apostolus dicit: *Humanum* Rom.6. *dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis* Beda. *membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Quid dixi? humanũ dico: quod potestis portare, dico. Quando exhibuistis mẽbra vestra iniquitati ad flagitia perperrãda, timore adducti estis, an delectatione inuitati? Quid dicitis? Rẽspondete nobis, quia & qui bene viuitis, malè aliquando fortassẽ vixistis. Quãdo peccabatis, delectabamini in peccatis vestris: timor vos adducebat ad peccandũ, an suauitas peccati? Respondebitis suauitas. Ad peccatũ suauitas adducit, & ad iustitiã timor impingit? Probate vos, inspicite vos: tollat aurum qui minatur, suauior est iustitia, lucidior est iustitia. Non det aurũ qui promittit, præponenda est auro iustitia, delectando præponẽda est, fulgentior est, lucidior est, suauior est, dulcior est. Iã ergo si quis se probat, & in hoc certamine superauit, audiuit Apostolum dicentem, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sine dubio pepercit infirmitati: & nescio quid gratius minus idoneis dicere tentauit.

ECCE, inquit, hoc ideo quod capere potestis, Exhi- CAP.VI. buistis membra vestra deliciis illicitis: peccatorũ suauitate ducti estis, vt illa faceretis: ducat vos ad recta facta suauitas & dulcedo iustitię: amate iustitiã, quomodo amastis iniquitatem. Digna est iustitia, quæ à vobis impetret vt exhibeatis illi quod exhibuistis iniquitati: hoc est, humanũ dico, hoc est, quod infirmitas vestra tolerare adhuc potest. Quid ergo suspendit Apostolus? Quid distulit dicere? Quid distulit? Dicã, si potero, Appende iustitiam & iniquitatẽ. Tantúmne digna est iustitia quantũ digna fuit iniquitas? Sic amanda est ista, quomodo amata est illa? Absit vt sic, sed & vtinam vel sic. Ergo plus? Plus omnino. In iniquitate C secutus es voluptatem, pro iustitia tolera dolorem. In iniustitia, inquam, sectatus es delectationem, pro iustitia tolera dolorem: hoc est plus. Ecce nescio quis ætatis lubricæ impudicus adolescens, suauitate illiciente iniecit oculos in coniugẽ alienam, amauit, cupit peruenire: quærit tamen latere. Sic enim amat voluptatem, vt plus timeat dolorẽ. Quare quærit latere? Timet apprehẽdi, ligari, adduci, includi, pduci, torqueri, occidi. Hæc omnia timẽdo, in illa appetitione suauitatis suæ latebras quærit: aucupatur absentiam mariti, ipsũ adiutorẽ flagitij sui timet inuenire, quia cõscio se formidat implicari. Et videmus eũ suauitate duci: sed suauitas illa nõ est tanta vt vincat etiã timorem & dolorem timorémq; pœnarũ. Da mihi pulchrã iustitiam, da mihi fidei pulchritudinẽ: Procedat in mediũ, ostendat se oculis cordis, inspiret feruorẽ amatoribus suis. Iam tibi dicitur, Frui me vis, contẽne quicquid te aliud delectat, contẽne pro me. Ecce contẽpsisti, parũ est illi: Humanũ est hoc propter infirmitatẽ carnis vestræ. Parũ est vt contẽnas quicquid te delectabat; contemne quicquid te terrebat: contemne carceres, contemne vincula, contemne eculeum, contemne tormenta, contemne mortem. Hæc vicisti, me inuenisti. In vtroque gradu amatores iustitiæ vos probate.

INVENIMVS forsitan aliquos qui præponant iu- CAP.VII. stitiæ delectationem voluptatibus & delectationi corporis sui: qui autem pro illa pœnas, dolores, mortẽmque contemnat, putas est aliquis in vobis? Saltem cogitemus, quod profiteri non audemus. Quid cogitamus? Vbi cogitamus? Milia martyrum adiacent oculis nostris, ipsi veri amatores perfectique iustitiæ. De illis dictum est, Omne gaudiũ existimate, fratres mei, cùm Iac.1. in tentationes varias incideritis: scientes, quòd probatio fidei vestræ patientiã operatur: patientia autẽ opus

perfectum habet. Quid addi potest, vt opus perfectũ habeat? amat, ardet, feruet, calcat omnia quæ delectãt, & transit: venit ad aspera, horrenda, truculenta, minãtia, calcat, frangit & transit. O amare, ô ire, ô sibi perire,
Matth. 10. ô ad Deũ peruenire! Qui animã suam amat, perdet illam: & qui perdiderit animã suã propter me, in vitam æternã inueniet illam. Sic armandus est amator iustitiæ, sic armandus est amator inuisibilis pulchritudinis. Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quæ in aure auditis, super tecta prædicate. Quid est, Quæ dico
Ibidem. vobis in tenebris, dicite in lumine? Quæ dico & auditis mẽte, dicite præsumentes. Et quod in aure auditis, super tecta prædicate. Quid est, In aure auditis? In secreto auditis, quia profiteri & confiteri adhuc timetis. Quid est ergo, super tecta prædicate? Domus vestræ, corpora vestra; domus vestræ, carnes vestræ. Ascende
CAPVT VII. in tectũ, calca carnẽ, & prædica verbũ. SED prius, fratres mei, plãgite, quod eratis, & quod nondũ estis, esse possitis. Hoc quod loquor magnũ est. Et vnde nobis magnũ? Summũ est, perfectũ est, optimũ est. Vnde
Iacob. 1. nobis? Audite vnde nobis. Omne datũ optimũ & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminũ, apud quẽ non est trasmutatio, nec mometi obũbratio. Inde est quod habem⁹ bonũ, inde est quod
Matth. 7. nondũ habemus. Non habetis, petite & accipietis. Si vos, ait Saluator, si vos cùm sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cælestis dabit bona petentibus se? Examinet se ergo omnis homo, & quicquid in se boni inuenerit, quod pertineat ad iustificationẽ nostrã, agat gratias illi qui dedit: & agendo gratias illi qui dedit, ab illo petat & quod nondum dedit. Nõ enim tu in accipiendo proficis, & ille in dando deficit. Quantumlibet capaces fauces, capacem ventrem afferas: fons vincit sitientem.

1.Cor.6. *De verbis Apostoli, Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt? & de duplici timore.*

SERMO D. AVGVST. XVIII.

Beda citat super hunc locum Apostoli, & 1. Cor. 7.

CAP. I. APOSTOLVM audiuimus cùm legeretur, corripientẽ & coërcentẽ humanas libidines, & dicẽtem, *Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis?*
Corpora nostra sunt membra Christi. Ephes. 5. Colos. 1. *Absit.* Corpora ergo nostra membra Christi esse dixit: quoniã Christus caput nostrum est, eo quòd homo factus est, ꝓpter nos. Caput de quo dictũ est, Ipse Saluator corporis nostri, corpus autem eius Ecclesia est. Si ergo Dñs noster Iesus Christus tantũmodo animã humanã susciperet, mẽbra eius non essent nisi animæ nostræ: quia verò & corpus suscepit, per quod etiam caput est nobis, qui ex anima & corpore cõstamus; ꝓfectò illius mẽbra sunt & corpora nostra. Si ergo vnusquisq; cupiens fornicari, vilescat sibi, & in ipso contẽnat seipsũm: saltẽ nõ in se contẽnat Christũ, non dicat, Faciã, nihil sum: Omnis caro fœnum. Sed corpus tuũ mẽbrũ est Christi. Quò ibas? Redi. Quò te tanquã præcipitare cupiebas? Parce in te Christo, agnosce in te Christũ. Tollens ergo mẽbra Christi, faciã membra
Esa. 4. meretricis? Meretrix est enim quæ tibi adulteriũ consentit: & fortè ipsa Christiana tollit mẽbra Christi, & facit mẽbra adulteri: inuicẽ in vobis cõtemnitis Christũ, nec agnoscitis Dñm vestrũ, nec cogitatis pretium vestrũ. Qualis autẽ ille Dñs, qui seruos suos fecit fratres suos? Sed parũ erat fratres suos, nisi faceret mẽbra sua. Itáne tanta dignitas viluit? Quia tam benignè præsti-

A ta est, nõ honor ei retribuitur? Si non præstaretur, desideraretur: quia præstita est, contemnitur? HÆC autem corpora nostra, quæ dicit Apostolus membra esse
CAP. II. Corpora nostra sunt tẽplũ spiritus sancti. 1. Cor. 6. Christi, propter corpus Christi, quod ex genere corporis nostri suscepit: hęc ergo corpora nostra dicit idẽ Apostolus tẽplũ esse in nobis spiritus sancti, quẽ habemus à Deo. Propter corpus Christi corpora nostra mẽbra sunt Christi: propter inhabitantem spiritũ Christi, corpora nostra sunt tẽplũ spiritus sancti. Quid horũ in te cõtemnis? Christũ, cuius membrũ es? an spiritũ sanctum, cuius templũ es? Ipsam meretricẽ quæ tibi consentit ad malũ, nõ audes fortasse introducere in cubiculũ tuũ, vbi habes lectũ tuũ coniugalẽ: sed quæris aliquẽ abiectũ in domo tua & turpem locũ, in quo turpiter voluteris. Defers ergo honorem cubiculo vxoris tuæ, & nõ defers tẽplo Dei tui? Nõ introducis impudicam, vbi dormis cũ coniuge tua, & tuipse is ad impudicam, cũ sis templũ Dei? Puto quia melius est templũ
B Dei, quã cubiculum vxoris tuæ. Quocunq; enim ieris, Iesus videt te qui fecit te, & perditũ redemit te, & pro mortuo mortuus est pro te. Tu te nõ cognoscis: sed ille à te oculos nõ auertit, nõ ad adiunãdũ, sed ad puniendum. Oculi enim dñi super iustos, & aures eius ad preces eorũ. Cõtinuò subiecit, & terruit eos qui sibi malã
Psal. 33. securitatẽ dabant, qui sibi dicebant, Faciam. Nõ enim Deus me tam turpia facientẽ dignatur attẽdere. Audi quid sequitur, cuius sis attende: quoniã quocunq; ieris, Iesus videt. Vultus autẽ Dñi super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorũ. Sed de qua terra? Vbi dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra viuen-
Psal. 141. tium. FORTE enim malus, iniquus, adulter, im-
CAP. III. pudicus, fornicarius gaudet quia facit; & senescit in quo libido nõ senescit, & dicit apud se, Certè verum est: Vultus autẽ Dñi super facientes mala, vt perdat de
C terra memoriã eorũ. Ecce ego iam senui, qui ab ineunte ætate vsque in hodiernum diem tanta committo, multos castos ante me sepeliui, multorum castorũ funera inuenũ ad sepulchrũ ipse deduxi, & pudicis impudicus superuixi. Quid est quod dicitur, quia vultus Domini super facientes mala, vt perdat de
Psal. 33. terra memoriam eorũ? Est alia terra vbi non est impudicus, est alia terra in regno Dei. Nolite errare: Neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adul-
1.Cor. 6. teri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebũt: hoc est, perdit de terra memoriã eorũ. Multi enim talia cõmittentes, spẽ sibi ponũt: propter eos qui perditè viuentes spẽ sibi ponunt in regno Dei, quò non accessuri sunt, dictum est, Perdit de terra memoriam eorum. Erit enim cælũ nouũ, & terra noua, quã iusti inhabitabunt. Ibi impij, ibi mali, ibi
D nequissimi habitare non sinuntur. Eligat modò qui talis est, vbi desideret habitare, cũ tempus est, vt possit mutari. DVÆ quippe habitationes sunt: vna
CAPVT IIII. Habitationes duæ. in igne æterno, alia in regno æterno. Puta quia in igne æterno aliter ille, aliter ille torquebuntur; ibi erunt, tamen ibi omnes cruciabuntur; minus ille, plus ille:
Matth. 10. Quia tolerabilius erit Sodomæ in die iudicij, quã alteri ciuitati: & quidam circumeunt mare & terram, facere vnum proselytum: quem cùm fecerint, faciunt
Matth. 23. eum filium gehennæ duplo quàm sunt ipsi. Puta quia alij duplo, alij simplo: puta quia alij plus, alij minus. Non est regio vbi tibi eligas locum. Quæcunque ibi mitiora tormenta sunt, peiora sunt, quàm quæ formidas in isto seculo. Cogita quomodo tremas, si tibi aliquis calumnietur, ne mittaris in carcerem: & tuipse contra te malè viuis vt mittaris in ignem? Contremiscis, conturbaris, pallescis, ad ecclesiam curris, episcopum

pum videre desideras, ad pedes eius volutaris. Quærit, quare? Libera me, inquis. Quid agitur? Ecce ille mihi calumniatur. Et quid tibi facturus est? Dñe cõcutior, Dñe in carcerẽ mittor, miserere mei, libera me. Ecce quomodo timetur carcer, quomodo timetur conclusio, & nõ timetur gehennæ exustio. Postremò quando augetur calamitas, & pressura sæuit atrocior, & vsque ad mortem sæuit, quãdo bonũ videtur homini ne moriatur, ne occidatur, debere succurri, omnes clamant, adiutoria cuncta implorantur, subuenite, currite propter animam. Tota exaggeratio calamitatis est, quia dicitur, propter animã. Succurrendum est quidẽ, nec huic timori adiutoriũ denegandũ: faciendũ quod fieri
CAP. V. potest à quo potest. VERVNTAMEN ego interrogare volo periclitantem, & isto nomine mea viscera commouentẽ, quoniã dicit, currite propter animam. Facilè huic ego respondeo: Ego quidẽ curro propter carnem tuã: vtinam tu curreres propter animam tuã. Et tu noueris, quia propter corpus tuũ curro: non propter animã tuã melius audio Christũ vera dicentem,
Matth. 10. quã te timore falso murmurantẽ. Ipse enim Dñs dicit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autẽ non possunt occidere. Certè propter animã tuã me vis currere. Ecce quẽ times, & sub cuius comminationibus expallescis, non potest occidere animam tuam: vsque ad corpus sæuit, tu noli sæuire in animã tuã. Ab illo occidi non potest, à te potest: non lancea, sed lingua.
Sapient. 1. Inimicus qui te percutit, finit hanc vitam: Os autem quod mentitur, occidit animã. Ex his ergo quæ in hoc tempore homines timent, coniiciant quæ timere debeant. Timet enim carcerem, & non timet gehennam? timet quæstionarios tortores, & non timet infernales angelos? timet cruciatũ temporalem, & nõ timet pœnas ignis æterni? Postremò timet ad modicũ mori, & non timet in æternũ mori? Ille qui te occisurus est, quẽ
C times, quẽ exhorrescis, quẽ fugis, à cuius timore non sineris dormire, & ipsum in somnis si vides, cũ dormieris, expauescis, quid est facturus tibi? Exclusurus est de carne tua animã tuã. Anima tua exclusa quò eat, vide. Neque enim potest ille aliter carnẽ tuã occidere, nisi inde excludat animam tuã, per quã viuit caro tua. Præsentia quippe animæ tuę caro viuit, & quandiu in carne tua præsens est anima tua, necesse est vt viuat caro tua. Ille autẽ qui tuam mortem quærit, eiicere vult de
CAPVT VI. carne tua vitã tuam, qua viuit caro tua. PVTAS, nõ est aliqua vita, qua viuit ipsa anima tua? Est enim anima vita quædam, qua viuit caro tua. Putas nulla alia vita est, qua viuit ipsa anima tua, aut quomodo habet caro tua vitam, animã qua viuit caro tua, sic & ipsa anima tua, vt habeat aliquã vitã suam? & quomodo caro, cùm moritur, expirat animã vitã suã: sic & anima, quando moritur, expirat aliquã vitam suam. Si inue-
D nerimus quę sit hæc vita, nõ corporis tui, quod est anima tua, sed vita vitæ corporis tui, hoc est vita animæ tuæ: si inuenerimus eam ex hac morte, qua times ne de carne eiiciatur anima tua; puto quia plus debes timere illam mortẽ, ne vita animæ tuæ proiiciatur de anima tua. Breuiter ergo dicã. Et quid multis teneor?
Vita animæ, Deus. 1.Cor. 6. Vita corporis anima est, vita animæ Deus est. Spiritus Dei habitat in anima, & per animam in corpore, vt & corpora nostra templũ sint spiritus sancti, quem habemus à Deo. Venit enim spiritus ad animam nostrã:
Rom. 5. quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis: & totum possidet qui principale tenet. In te quippe illud principatur quod melius est. Tenens Deus quod melius est, id est, cor tuum, mentem tuam, animam tuam, profectò per meliorẽ possidet & inferiorẽ, quod est corpus tuum.

A Sequat igitur inimicus, minetur mortẽ, faciat si permittitur, excludat de carne animã tuã: anima tua non excludat à se vitam suam. Si rectè plangis, & putas te miserabiliter dicere posse ti inimico tuo, Noli ferire, parce
Eccl. 30. sanguini meo: non tibi dicit Deus, Miserere animę tuæ placens Deo? Anima tua fortè dicit, Roga illum ne feriat: nam dimitto te. Si enim percusserit, manere tecum non possum. Roga ne feriat, si vis vt non te dimittam. Quæ tibi dicit, si vis vt nõ te dimittã? Tu ipse. Tu enim qui loqueris, anima es. Si ergo percusserit carnẽ, tu fugis, tu exis, tu migras, iacet terra in terra. Vbi erit quod animauit terrã, quod flatu Dei tibi datũ est, vbi erit? Si non efflauit vitã suã, id est, Deũ suum, in illo erit quẽ nõ perdidit, in illo erit quẽ non à se exclusit. Si autẽ obtemperas infirmitati animæ tuæ, dicẽti tibi, Ferit, & dimitto te: nõ times Deũ dicentem
CAPVT VII. Timor vanus. tibi, Peccas, & dimitto te? DE timore vano timorẽ vtilẽ capiamus. Timor vanus est omniũ homi-
B num timentiũ amittere temporalia, quandoque migraturorũ, & migrare trepidãtiũ, volentiũ semper differre quod non possunt auferre. Vanus est iste timor hominũ: & tamẽ est, & vehemens est, & resistẽ ei non potest. Hinc increpandi, hinc obiurgandi, hinc plangendi, hinc lugẽdi homines timentes mori, & nihil aliud agentes, nisi serius mori. Quare non agunt non mori? Quoniam quod agunt, non efficiunt, vt nõ moriantur. Possunt autẽ aliquid agere, quò efficiant vt nunquã moriantur? Nullo modo. Prorsus quicquid egeris, quantumcunq; inuigilaueris, quocunq; fugeris, quælibet munimenta quæsieris, quibuslibet diuitiis te redemeris, quibuslibet calliditatibus hostem fefelleris: non fallis febrem. Nihil enim aliud agis, vt non citò ab hoste moriaris, nisi vt serius aliquando à febre moriaris. Habes quod agas vt nunquã moriaris. Si ti-
C mes mortẽ, ama vitã. Vita tua Deus est, vita tua Christus est, vita tua spiritus sanctus est. Non illi places malè agẽdo. Templum ruinosum nõ inhabitat, templum sordidum non ingreditur. Sed geme ad illum, vt mundet sibi locum; geme ad illum, vt ædificet tẽplum sibi: Quod tu destruxisti, ipse cõstruat: quod tu exterminasti, ipse reformet: quod tu deiecisti, ipse erigat. Clama ad Deũ, clama interius, clama vbi audit: quia & ibi peccas vbi videt, ibi clama vbi audit: & cũ timorem correxeris, & vtiliter timere cœperis, nõ tẽporales cruciatus, sed æterni ignis supplicia, & ideo adulter non fueris. Hinc enim loquebamur propter
1.Cor. 6. Apostolum, qui dixit: Corpora vestra membra Christi sunt. Cùm ergo ideo adulter esse non cœperis, quia times ardere in igne sempiterno, nondum laudandus es: non quidẽ ita dolendus, vt ante, sed tamen nondũ
CAPVT VIII. laudandus. QVID enim magnum est, timere
D pœnam? Magnum est, sed amare iustitiam. Interrogo te, & inuenio te. Tu inspice interrogationem meam sonantem, & fac de ipso interrogationem silentem. Dico ergo tibi, Libidine victus habes consentientem, quare nõ committis adulterium? Et respondebis, quia timeo gehennam, timeo supplicium ignis æterni, timeo iudicium Christi, timeo societatem diaboli, ne puniar ab illo, & cũ illo ardeam. Quid? dicturus sum malè times, quomodo tibi dicebam de aduersario, quia quærebat corpus tuum occidere? Ibi enim rectè dicebam malè times, securum te fecit Dominus tuus, dicens: Nolite timere eos qui corpus occidunt. Modo
Matth. 10. cùm dicis mihi, Gegennam timeo, ardere timeo, in æternum puniri timeo: quid dicturus sum? Malè times? vanè times? Non audeo, quandoquidem ipse Dominus ablato timore subiecit timorem: & ait, vbi dixit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, &

postea non habet quid faciant: sed eum timete, qui habet potestatem & corpus & animã occidere in gehẽnam ignis: ita dico vobis, hunc timete. Cũ ergo Dñs timorẽ incusserit, & vehemẽter incusserit, & repetẽdo verbũ, comminationẽ geminauerit, dicturus ego sum, malè times? Ista nõ dicam. Planè time, nihil melius times: nihil est quod magis timere debeas. Sed interrogo te, Si nõ te videret Deus, quando facis, nec quisquã te conuinceret in iudicio illius, faceres? Tu te vide. Nõ enim potes ad verba omnia mea respondere, inspice teipsum. Faceres? Si faceres, ergo pœnam times, castitatẽ nondũ amas, charitatẽ nondũ habes: seruiliter times, formido est mali, nõdum dilectio boni. Sed time tamen, vt ista formido custodiat te, vt perducat ad dilectionẽ. Timor enim iste, quo gehennã times, & ideo mala non facis, cõtinet te: & sic volentẽ peccare animum interiorẽ non sinit: est enim quidã custos timor, quasi pædagogus legis, litera est minans, nondũ gratia iuuans. Custodiat tamen te timor iste, dum non facis timendo, & veniat charitas: intret in cor tuũ, & quantum illa intrat, tantũ timor exit. Timor enim id agebat ne faceres, charitas id agit ne velis facere, etiam si impunè possis admittere. Dixi quid timeatis, dixi quid appetatis. SECTAMINI charitatem, intret charitas, admittite illam, timendo peccare, admittite amorem nõ peccantẽ, admittite amorẽ bene viuentẽ. Illa, vt dicere cœperam, intrante, incipit timor exire. Quanto plus illa intrauerit, tanto timor minor erit. Cũ illa tota intrauerit, nullus timor erit, quia perfecta charitas foras mittit timorẽ. Intrat ergo charitas, pellit timorem: non autẽ intrat & ipsa incomitata. Habet secum suũ timorẽ, quem introducit ipsa: sed illũ castũ permanentẽ in seculum seculi. Seruilis timor est, quo times cum diabolo ardere: timor castus est, quo times Deo displicere. Considerate charissimi, & ipsos humanos interrogare affectus. Timet seruus offendere dominum suũ, ne iubeat eum verberari, iubeat in compedes mitti, iubeat carcere includi, iubeat eum pistrino conteri. Hæc timens seruus non peccat: sed quãdo senserit absentes oculos domini sui, nec habuerit testẽ à quo possit conuinci, facit. Quare facit? Quia pœnam timebat, non iustitiam diligebat. Vir autem bonus, vir iustus, homo liber (nam solus iustus est liber; Omnis enim qui facit peccatum, seruus peccati est;) delectatur ipsa iustitia & si possit sine teste peccare, & testem reformidat & Deum: & si possit audire Deum dicentem sibi, Video te cùm peccas, non te damnabo, sed displices mihi: ille nolens displicere oculis patris, non formidolosi iudicis, timet non ne damnetur, non ne puniatur, non ne crucietur; sed ne offendat gaudium paternum, ne displiceat oculis amantis. Si enim amat ipse, & amantem sui dominum sentit, non facit quod displicet amanti se. LVBRICOS & inhonestos amatores attendite. Si quis amore feminæ lasciuus & nequã vestit se aliter quã illi placet, vestit se aliter quã amatæ suæ placet, aut ornat se aliter quã illi placet, & illi dixerit, Nolo te habere tale byrrhũ, non habet: si per hyemẽ illi dicat, In lacerna te amo, eligit tremere, quã displicere. Nunquid illa cui displicet, damnatura est? Nunquid in carcerem missura? Nunquid tortores adhibitura? Hoc solum ibi timetur, non te videbo: hoc solum ibi contremiscitur, facie meam non videbis. Si hoc impudica dicit, & terret: Deus dicit, & non terret? Sanè plurimum: sed si amamus. Si autem non amamus, non inde terremur: sed terremur vt serui de igne, de gehenna, de atrocissimis tartareis minis, de exaggeratissimis diaboli angelis, eiusq; suppliciis, vel inde terreamur. Si illud minus amamus, vel illa timeamus. NON ergo fiant fornicationes. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. Licita sunt matrimonia, nihil amplius requiratis. Non enim grãde onus impositũ est virginibus, maior amor imposuit maius onus virginibus. Quod licebat noluerunt, vt plus placerent ei cui se deuouerũt. Ambierunt illã maiorẽ pulchritudinẽ cordis sui. Quid iubes? Tanquã diceret, Quid iubes? Ne adulteræ simus hoc præcipis? Amando te, plus facimus quã iubes. De virginibus, ait Apostolus, præceptũ Dñi nõ habeo. Ergo quare hoc faciunt? Cõsiliũ autem do. Illę autem amantes, quibus terrenæ nuptiæ viluerunt, quæ terrenos amplexus non desiderauerũt, vsqueadeò acceptauerunt præceptũ, vt nõ recusarent consiliũ: vt plus placerent, plus se ornauerunt. Corporis enim huius, id est, exterioris hominis ornamẽta quãto magis appetuntur, tãto sunt interioris maiora detrimẽta: quanto autẽ minus appetuntur ornamẽta exterioris hominis, tanto magis moribꝰ pulchris homo interior adornatur. Vnde dicit & Petrus, Ornantes se non in tortis crinibus. Cũ enim dixisset, Ornantes se: quid aliud à carnalibus quã visibilia ista ornamenta putarentur? Cõtinuò tulit cogitationi quod cupiditas inquirebat. Nõ, inquit, in tortis crinibus, neque auro, vel margaritis, vel veste pretiosa, sed ille absconditus cordis homo, qui est ante deũ diues. Neq; enim Deꝰ diuitias daret exteriori homini, & inopem relinqueret interiorẽ: dedit inuisibili diuitias inuisibiles, & inuisibilẽ ornauit inuisibiliter.

HIS ornamentis studentes Dei puellæ, sanctæ virgines, nec quod licebat appetierunt, nec quod cogebantur consenserunt. Multæ etiam parentum suorum contrarios conatus igne superni amoris superauerũt. Iratus est pater, plorauit mater: non curauit illa, cui ante oculos versabatur speciosus forma præ filiis hominum. Ei quippe se ornari desiderauit, vt tota eius curam gereret: quia quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo viro placeat: quæ autem innupta est, cogitat quæ sunt Dei, quomodo placeat Deo. Videte quid sit amare. Non dixit, Cogitat ne damnetur à Deo. Adhuc enim iste timor ille seruilis est, custos quidem malorum, vt abstineant se à malis, & abstinẽdo digni sint ad se admittere charitatem. Sed illæ non cogitant quemadmodum non puniantur à Deo, sed quomodo placeant Deo pulchritudine interiore, decore occulti hominis, decore cordis, vbi illius oculis nudæ sunt: nudæ intus, non foris, integræ & intus & foris. Vel virgines doceant coniugatos & coniugatas, non ire in adulterium. Illæ faciunt plus quàm licet: † illæ non faciant quod non licet.

De constituendis Episcopis, apud Apostolum ad Titum, Oportet episcopum, &c.

SERMO D. AVGVST. XIX.

Citat Beda, ad Titum 1.

BEATI Apostoli epistola cùm legeretur de constituendis episcopis, cõmemorauit nos sine dubio respicere in nos: & vos cõmemorauit nõ iudicare nos, maximè quia omnes audiuimus capitulũ Euãgelicę recẽtis lectionis, nouissima sentẽtia: Nolite, inquit, iudicare personaliter, sed iustũ iudiciũ iudicate. Personã itaq; iudicãdo nemo accipit alienã, si nõ accipit suam. Beatus Apostolus ait quodam loco, Non sic pugno quasi aërem cædens, sed castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo: ne fortè aliis prædicans ipse reprobus inueniar. Suo timore nos terruit. Quid enim faciet agnus, vbi aries tremit? Inter multa ergo quæ scripsit Apostolus, qualis esse episcopus debeat, etiã illud audiuimus, vnde modò forsitã loqui & disputare sufficiat. Si enim singula discutere, & de singulis, vt dignũ est, disputare conemur: nec nostræ vires sufficiunt ad loquendum, nec vestræ ad audiendum. Quid ergo est q; volo dicere, si adiuuet me qui tenuit me? Inter cætera ait episcopum potentem esse debere in doctrina sana, vt contradicẽtes redarguere possit. Magnum opus est, grauis sarcina, cliuus arduus. Sed sperabo, inquit, in Deum, quoniam ipse liberabit me de laqueo venantiũ, & à verbo aspero. Nulla enim causa est quæ magis facit hominem dispensatorẽ Dei pigriorem ad redarguendos contradicentes, quàm timor verbi asperi.

PRIVS ergo quid sit, contradicentes redarguere, vt Dominus donauerit, exponã vobis. Contradicẽtes non vno modo intelligẽdi sunt. Paucissimi enim nobis contradicunt loquendo: sed multi malè viuẽdo. Quando mihi audet dicere Christianus, bonum esse rapere res alienas: quandoquidem nõ audet dicere bonũ esse tenaciter seruare res suas? Nunquid enim diues ille, cui successerat regio, & nõ inueniebat vbi poneret fructus suos, & se consilium inuenisse gaudebat destruẽdi veteres apothecas, & construẽdi nouas ampliores, vt impleret eas, & diceret animæ suæ: Anima, habes multa bona in multum tempus, lætare, iocundare, satiare. Nunquid ergo iste diues aliena quęrebat? Fructus suos colligere disponebat, vbi poneret consulebat, non de cuiusquam vicini agris, non limite perturbato, nõ spoliato paupere, nõ circumuẽto simplice, sed tantummodo de suis colligendis cogitabat. Audite quid audierit qui tenaciter seruabat sua: & hinc intelligite quid expectẽt qui rapiunt aliena. Cùm ergo se prudẽtissimum cõsilium inuenisse arbitraretur, de apothecis veteribus angustis deiiciendis, & amplioribus nouis ædificãdis, & omnibus suis fructibus colligendis & recondendis, non alienis concupiscendis atq; rapiendis; ait illi DEVS: Stulte, vbi tibi sapiens videris, ibi stulte. Stulte, inquit, hac nocte repetunt à te animam tuã, hęc quæ præparasti cuius erunt? Si seruaueris, tua non erunt; si erogaueris, tua erunt. Quid, inquit, reponis, q; relicturus es: Ecce increpatus est stultus malè recondens. Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite nomen ei qui tollit aliena. Si sordidus est recõditor suorũ, vlcerosus est raptor alienorũ. Sed nõ qualis ille vlcerosus, qui iacebat ante ianuã diuitis, & cuius canes lingebant vlcera. Ille enim vlcerosus erat in corpore, non raptor in corde.

FORTASSIS aliquis respõdeat, & dicat: Noh valde magna pœna erat illi homini, cui dixit Deus, stulte. Non sic dicit Deus, Stulte, quomodo homo dicit. Tale in quenquam Dei verbum iudicium est. Nũquid enim Deus stultis daturus est regnum cęlorum? Quibus autem non est daturus regnũ cęlorum, quid eis restat, nisi pœna gehennarũ? Coniicere hoc videmur, apertè hoc manifesteq; videamus. Nam & ille diues, ante cuius ianuam iacebat pauperrimus vlcerosus, nõ est dictus raptor rerum alienarũ. Erat quidam diues, inquit, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splẽdidè. Diues, inquit, erat: non dixit, calumniator; nõ dixit, pauperũ oppressor; non dixit, rerum alienarum raptor, aut delator, aut receptor; non dixit, pupillorũ spoliator; non dixit, viduarum persecutor. Nihil horũ: sed erat quidã diues. Quid magnum est? Diues erat, de suo diues erat. Cui aliquid tulerat? an fortè illi auferret, & Dominus de illo reticeret, & personã eius acciperet, si crimina eius absclõderet, qui nobis dicit, Nolite personaliter iudicare? Si vis ergo audire crimẽ diuitis illius, noli ampli? quęrere, quàm audis à veritate. Diues erat, induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè. Quod ergo eius crimen? Iacẽs ante ianuam vlcerosus, & nõ adiutus. Hoc enim apertè de illo dictũ est, quòd immisericors erat. Nũquid enim, charissimi, si pauper ille ante ianuam iacens sufficientem panem à diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat saturari de micis quæ cadebãt de mẽsa diuitis. Propter hãc solam inhumanitatem qua contemnebat pauperẽ ante ianuam suam iacentem, nec congruè digneq; pascebat, mortuꝰ & sepultus est. Et cùm apud inferos in tormentis esset, leuauit oculos suos, & vidit pauperem in sinu Abrahæ. Et quid pluribus immorer? Desiderauit guttam, qui non dedit micam. Nónne accepit iustam sententiam, qui nõ dedit crudeli auaritia? Si hæc ergo pœna est auarorum, quæ pœna raptorum?

SED ait mihi raptor rerũ alienarum, Ego similis illius diuitis non sum. Agapes facio, vinctis in carcere victum mitto, nudos vestio, peregrinos suscipio. Dare te putas? tollere noli, & dedisti. Cui dederis, gaudet; cui abstuleris, plorat: quem duorum istorum exauditurus est Dominus: Dicis ei cui dederis, Gratias age quia accepisti. Sed alter tibi ex alia parte dicit, Ego gemo cui abstulisti: & penè totum tenuisti, & exiguum illi dedisti. Si ergo quod alteri abstulisti egẽtibus dedisses, nec talia opera diligit Deus. Dicit tibi Deus: Stulte, iussi vt dares, sed nõ de alieno. Si habes, da de tuo: si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis, quàm alteros spoliabis. Dicturus est Dominus Christus, cùm in iudicio suo sederit, & alios ad dexterã, & ad sinistrã alios separauerit, bene operantibus, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Sterilibus autem, qui nihil boni in pauperes operati sunt, Ite in ignem æternum. Et quid dicturus est bonis? Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & cætera. Et respondebunt illi: Domine, quando te vidimus esurientem. Et ille ad eos: Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Intellige ergo stulte, qui vis eleemosynam facere de rapina: quoniam si quãdo pascis Christianum, pascis Christũ; quãdo spolias Christianũ, spolias Christum. Attendite, quid sinistris dicturus est: Ite in ignem æternum. Quare. Esuriui enim, & non dedistis mihi mãducare; nudus fui, & nõ vestistis me. Ite. Quò? In ignem æternum. Protfus ite. Quare? Nudus fui, & non vestistis me. Si ergo in ignem æternum ibit cui dicturus est Christus, Nudus fui, & non vestisti me: quem locum in igne æterno hãbebit cui dicturus est, Vestitus fui, & spoliasti me.

HIC fortasse vt euadas hanc vocem, ne dicat tibi Christus; Vestitus fui, & spoliasti me, mutata consuetudine, cogitas spoliare Paganũ, & vestire Christianum. Et hic respondebit tibi Christus, imò responder tibi nunc per seruum qualemcũque ministrum suum: respondebit tibi Christus & dicet: Etiam hic parce dãnis meis; Cùm enim tu qui Christianus es, spolias Paganum, impedis fieri Christianum. Etiam & hic fortasse respondebis adhuc, ego non odio pœnam ingero, sed dilectione potius disciplinæ: ideo spolio Paganũ, vt pertinant asperam & salubrem disciplinam faciam Christianum. Audirem & crederem, si quod abstulisti Pagano, redderes Christiano: Diximus contra vnum vitium rapinarum, quo res humanę vsquequaque vastãtur: diximus, & nemo nobis contradicit. Quis enim audet apertissimæ loquendo contradicere veritati. Non ergo facimus quod Apostolus monuit, † non contradicentes redarguimus, obedientes alloquimur, laudãtes instruimus, nõ contradicẽtes redarguimus. Ita verò nõ contradicunt lingua, sed vita. Moneo, rapit; doceo, rapit; præcipiò, rapit; arguo, rapit. Quomodo non contradicit? Dicam ergo quod de hac re sufficere existimo.

CAP. IX. — CAP. X. — 1. Joan. 4. — Timor seruilis. Timor castus. — Ioan. 8. — CAP. XI. — 1. Cor. 3. — CAP. XII. — Psal. 44. — 1. Cor. 7. — al. istæ non faciunt. quod licet. — CAP. I. — Ioan. 7. — 1. Cor. 9. — Tit. 1. Beda. — Psal. 90. — 1. Cor. 7. Beda. — CAP. II. — 1. Pet. 3. — Lucæ 12. — CAP. IIII. — Matth. 25. — Lucæ 16. — CAPVT IIII. — Lucæ 16. — Ioan. 7. — CAP. VI. — Tit. 2. al. nec.

nostra, postea verò gaudebimus gaudio angelorum. Hæc enim via, quid est? Fides est. Propter fidē tuā factꝰ est deformis Christus, manet autem speciosus Christꝰ. Speciosus formaprę filiis hominū, videbitur post peregrinationem. Modò autē fide qualis videtur? Et vidimus eum, & non habebat speciē neque decorem: sed vultus eius abiectus, & deformis positio eius, homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitates. Deformitas Christi te format. Ille enim si deformis esse noluisset, tu formam quā perdidisti non recepisses. Pendebat ergo in cruce deformis: sed deformitas illiꝰ pulchritudo nostra erat. In hac ergo vita deformē Christū teneamus. Quid est, deformem Christū? Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Hæc est deformitas Christi. Nūquid dixi me aliquid scire in vobis, nisi viā? Hæc est via, credere in crucifixum: huius deformitatis signum in fronte portamus: de ista deformitate Christi non erubescamus. Hanc viam teneamus, & ad speciem perueniemus. Cùm peruenerimus ad speciem, æquitatem Dei videbimus: & iam non erit ibi dicere, Quare huic subuenit, & huic nō? quare iste adductus est ē gubernatione Dei, vt baptizaretur: ille autem cū bene cetechumenus vixerit, subita ruina mortuus est, & ad baptismum non peruenit? ille autē cùm scelerate vixerit, cùm luxuriosus, cùm mœchus, cùm scenicus, cùm venator, ægrotauit, baptizatus est, discessit, peccatum in eo conuictū est peccatum in eo deletū est. Quære merita, non inuenies, nisi pœnam: quære gratiam. O altitudo diuitiarum! Petrus negat, latro credit, O altitudo diuitiarum! Hoc nos putas perscrutari posse, quod Apostolus beatus expauit? Et cùm tantam profunditatem & altitudinem inspiciens contremisceret, exclamauit, O altitudo diuitiarū sapientiæ & sciētiæ Dei! QVID enim dixerat antè, vt ad hanc exclamationem veniret? Rē dixerat, vbi si nō credatur Deo, quia non est iniquitas apud Deum, iniquitas iudicabitur. Gentibus dicebat, fidelibus dicebat de Iudęis: Sicut vos, inquit, non credidistis Deo, nūc autē misericordiam consecuti estis illorum incredulitate, sic & hi non crediderūt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequātur. Cōclusit enim omnes Deus in incredulitate, vt omnium misereatur. Hinc postea Paulus dixit, Et quæ ista ratio est æquitatis & iustitiæ Dei, concludere omnes in incredulitate, vt omniū misereatur? Quætis tu rationē, ego expauescam altitudinem. O altitudo diuitiarum sapientiæ & sciētię Dei! Tu ratiocinare, ego mirer; tu disputa, ego credam; altitudinem video, ad profundū nō peruenio. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, fortè exposituru es? Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Requieuit, quia inuenit admirationem: nemo quęrat à me occultorum rationem. Ille dicit, Inscrutabilia sunt iudicia eius: & tu scrutari venisti? Ille dicit, Inuestigabiles sunt viæ eius: & tu inuestigare venisti? Si inscrutabilia scrutari venisti, & inuestigabilia inuestigare venisti: crede, iam peristi. Tale est velle scrutari inscrutabilia, & inuestigabilia inuestigare: quale est velle inuisibilia videre, & ineffabilia fari. Ergo ædificetur domus: Cùm peruenerit ad dedicationem, tunc fortasse inueniet istorum occultorum apertissimam rationē.

Cap. VI. Esa. 53.

Galat. 6.

Rom. 11.

Cap. VII.

Rom. 11.

Ibidem.

A *De verbis Apostoli, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Gal. 6.

Omittitur, quia est tomo 4. quæstio 71. in libro 83. quęstionum.

SERMO XXII.

De eisdem verbis Apostoli, quibus in Sermone præcedenti: & de eo quod sequitur, Vnusquisque onus suum portabit. Ibidem.

Citat Beda ad Gal. 6.

MNES nos per Apostolū admonet veritas, vt inuicē onera nostra portemus, & in eo ipso quo nos admonet, vt inuicē onera nostra portemꝰ, quo fructu id faciamꝰ ostēdit, adiungēs & dicēs, *Et sic adimplebitis legē Christi.* Quę nō implebitur, nisi inuicē onera nostra portemus. Quæ sint onera ista, & quēadmodū portāda sint, quoniā quidē omnes pro nostris viribus conari debemus implere legē Christi, adiuuāte Domino conabor ostendere. Quòd me demōstraturū esse proposui, mementote vt exigatis: vt cùm reddidero, nō petatis. Hoc me demonstraturū esse proposui, adiuuante Dño intētionē meā, & p me orationes vestras, quę sint onera quę inuicē nos iubet vt portemus Apostolus, & quemadmodum portanda sint. Hoc si fecerimus, illud vbi fructū posuit, sua sponte consequetur, vt impleamꝰ legem Christi. Dicit aliquis, Obscurè enim Apostolus locutus est, vt tu coneris exponere, quę sint ista onera, vel quēadmodū inuicē sustinēda. Est illic quæstio, quę nos cogit onera distinguere: & in ipso quippe capitulo lectionis habes ibi positum, *Vnusquisque autem propriū onus portabit.* Iam ergo occurrit sensibus vestris, Si vnusquisque onus propriū portabit, quomodo dicit, Inuicē onera vestra portate, nisi quia onera distinguenda sunt, ne sibi cōtraria loqui putetur Apostolus? Nō enim lōgè, non enim in alia epistola, non enim in hac ipsa lōgè superius aut inferius, sed in eo ipso loco, ita vt sibi sint eadē verba cōtigua, vtrūque posuit: & quia vnusquisque propriū onus portabit, & quod admonuit & hortatus est, vt inuicē onera nostra portemus. ALIA ergo sunt onera, in quibꝰ vnusquisq; propriū portat, nec portat cū alio alter, nec proiicit in alterū: & alia sunt onera, in quibus rectè dicis fratri, Porto tecū: aut Porto pro te. Si ergo distinctione opus est, nō est facilis intellectꝰ. Cōtra eos ergo qui putabāt posse hominē contaminari peccatis alienis, respōdit Apostolꝰ, Vnusquisq; onꝰ propriū portabit. Itē cōtra eos quibus per hoc possit negligentia subintrare, vt quasi securi facti, quòd nō cōtaminarētur peccatis alienis, neminē curarēt corrigere, Inuicē onera vestra portate. Breuiter dictū, breuitérq; distinctū est: & quantū existimo, manifestationē veritatis nō impediunt. Nā & breuiter audistis, & citò intellexistis. Corda vestra nō vidi: sed testes cordis voces audiui. Iā ergo tāquā de intellectis securi, aliquāto latius disseramus: nō vt intelligendū insinuetur, sed vt quod intellectum est, commēdetur. Onera quæ vnusquisque sua portat, peccata sunt. Has detestabilium onerum sarcinas portantibus hominibus, & sub eis frustrà sudantibus, Dominus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Quomodo reficit peccatis oneratos, nisi indulgentia peccatorum? Concionator mundi, de quadam speculā excelsæ authoritatis exclamat, Audi genus humanum, audite filij Adam, audi genus laboriosum & infructuosum: video laborem vestrum, videte donum meum. Scio, laboratis & onerati estis, & quod est miserius, perniciosas sarcinas vestris humeris alligatis: adhuc, quod peius est, onera addi vobis petitis, non deponi.

Cap. I.

Gal. 6.

Cap. II.

Onera diuersa.

Matth. 11.

Concionator mundi, Christus.

QVIS

Cap. III. QVIS nostrūm breui tēpore potest multiplicitatem & varietatem harum differere sarcinarum? Tamē inde pauca commemoremus, & de his cætera coniectemꝰ. Vide hominē oneratū sarcina auaritiæ, vide illum sub hac sarcina sudantē, anhelantē, sitientē, & laborando sarcinā addētem. Quid expectas, ō auare, amplectens onus tuū, & catenis cupiditatis alligās malam sarcinā sub humeros tuos? Quid expectas? Quid laboras? Quid inhias? Quid concupiscis? Nēpe satiare auaritiā. O vota inania & facta nequissima! Expectas ergo satiare auaritiā? Illa te potest premere, tu illā non potes satiare. An fortè nō est grauis? Vsqueadeò sub hac sarcina sensum etiā perdidisti? Non est grauis auaritia? Quare ergo te de somno excitat, quæ te aliquando etiā dormire nō sinit? Et fortasse habes cum illa alterū onus pigritiæ, & ista duo nequissima onera secūmque pugnātia premūt te, & dilaniant te. Non enim paria imperant, nō enim similia iubent. Pigritia dicit, Dormi: auaritia dicit, Surge. Pigritia dicit, Noli pati frigidos dies: auaritia dicit, Tolera in mari etiam tempestates. Illa dicit, Quiesce: illa non sinit quiescere. Iubet, non solū procede, sed & nauiga trāsmare, quære terras quas ignoras. merces in Indiam deportandæ sunt: nō nosti linguā Indorū, sed intelligibilis videtur sermo auaritiæ. Venies ignotꝰ ad ignotum, das, accipis, emis, portas, periclatatus peruenisti, cum periculis redis, exclamas in mari exagitatus tēpestate, Deus libera me. Non audis respondentem, Quare? Misi te? Auaritia tibi iussit, vt acquireres quod non habebas: ego tibi iussi, vt sine labore ante ostiū tuū pauperi dares quod habebas. Illa te ad Indos misit ad reportandū aurū, ego tibi ad ostiū Christū posui, à quo emeres regnū cælorum. Laboras in iussione auaritiæ, in iussione mea non laboras. Ambo iussimus, nō audisti me: cui obaudisti liberet te. QVAM multi has sarcinas portant, quanti mihi modò contra ipsas sarcinas loquenti sub ipsis positi exclamant. Cum sarcinis intrarunt, cum sarcinis exeunt: auari ingressi sunt, auari discedunt. Ego loquendo contra istas sarcinas laboraui. Si clamatis, ponite quod portatis. Postremò me nolite audire, imperatorem vestrum audite clamantē, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Nō enim venitis, nisi laborare desinatis. Vultis ad me currere, sed cum grauibus sarcinis non potestis. Venite, inquit, ad me qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Do veniam præteritorū peccatorum, tollam quod premebat oculos vestros, sanabo quod nocuit humeris vestris. Tollam quidem sarcinas, sed inanes à sarcinis non dimittam. Tollam sarcinas malas, & imponam bonas. Cùm enim dixisset, Et ego vos reficiā: adiunxit, Tollite iugum meum super vos. Malè te subiugauerat cupiditas, salubriter te subiuget charitas. Tollite iugum meum super vos, & discite à me. Si vobis viluit humanum qualecūque magisterium, discite à me. Christus clamat magister, vnicus filius Dei, solus verax, verus, veritas clamat, Discite à me. Quid? Quia in principio erat verbū, & verbū erat apud Deus & Deus erat verbum: & omnia per ipsum facta sunt: Nunquid hoc ab eo discere poterimus, mundū fabricare, cælū luminibus implere, diei noctisque vicissitudines ordinare, tempora & secula iubere percurrere, seminibus vim tribuere, animalibꝰ terram replere? Nihil horum nos iubet discere magister cælestis: illa facit vt Deus. SED quia iste Deus & homo esse dignatus est, in eo quòd Deus est, audi, vt recreeris; in eo quòd homo est, audi vt imiteris. Discite, inquit, à me, non mūdum fabricare, & creare naturas: nec illa quidem alia quę hic latens Deus, homo manifestus effecit: nec ipse dicit, discite à me febres ab ægrotantibus pellere, fugare dæmonia, mortuos suscitare, ventis & fluctibus imperare, super aquas ambulare: nec hoc dicit, Discite à me. Hæc enim dedit quibusdā discipulis suis, quibusdā nō dedit. Hoc autē discite à me; omnibꝰ dicit: ab hoc præcepto nemo se excuset, Discite à me; quoniam mitis sum, & humilis corde. Quare dubitas hāc sarcinā ferre? Hæc sarcina grauis est, humilitas & pietas? Hæc sarcina grauis est, fides, spes, charitas? Istæ enim humilē, istæ mitem reddunt. Et vide quia oneratus nō eris, si ipsum audieris: Iugū enim meū lene est, & sarcina mea leuis. Quid est, Leuis est? Quid si habet pōdus? sed minus. Plus habet auaritia, minus iustitia. Nolo sic intelligas. Hęc sarcina non est pondus oneratī, sed alæ volaturi. Habēt enim & aues pēnarum suarū sarcinas. Et quid dicimus? Portant illas, & portantur. Portāt illas in terra, portātur ab illis in cęlo. Tu si misericordiā velis præbere aui, præsertim æstate, & dicas, miseram istam auiculam onerant pennæ, & detrahas onus hoc; in terra remanebit, cui subuenire voluisti.

Cap. IV.

Onus auaritiæ.

Onus pigritiæ.

Cap. V.

PORTA ergo pennas pacis, alas accipe charitatis. Hęc est sarcina, sic implebitur lex Christi. Distincta sunt onera. Videte nunc, nescio quis auarꝰ intrat: nosti illum auarū, stat tecū, & tu non es auarus: sed etiā misericors, das pauperi quod habes, nō inhias in ea quæ nō habes: audis dicentē Apostolū, Præcipe diuitibus huius mūdi, non superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, qui prestat nobis omnia abundanter ad fruendum: diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, cōmunicent, thesaurizent sibi fundamētum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitā. Audisti, agnouisti, didicisti, tenuisti, fecisti. Fac quod facis, noli pigrescere, noli cessare. Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluuserit. Bene fecisti homini, ingratus est homo, non te pœniteat bene fecisse, ne fundas pœnitendo quod implesti miserando: dic in corde tuo, Non videt iste in quem feci, videt ille propter quem feci: quia iste si videret, sed ingratus non esset, sibi potius quàm mihi prodesset. Ad Deum me teneam, quē nō latet quod facio: nō solùm quod facio, sed etiā quo corde facio: illū spetem retributorem, qui facti mei nō quæret testē. Talis es, & fortè in populo Dei stat iuxta te auarus raptor, inhians rebus alienis. Quē nosti talē, & fidelis est, vel potius fidēlis vocatur, non cū potes de ecclesia pellere, non habes aliquē aditum castigando & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare, noli timere, vnusquisque proprium onꝰ portabit: memento Apostoli vt securus accedas: Vnusquisque proprium onus portabit: tantummodo tibi nō dicat, Porta mecū. Nā si cum illo cōmuniceare volueris auaritiam, onus non minuitur, sed duo grauabuntur. Portet ergo sarcinā suam, & tu tuam: quoniam quando ex humeris Dominus tuus talem sarcinam excussit, alterā imposuit. Excussit onus cupiditatis, imposuit onꝰ charitatis. Ergo secūdum cupiditates malas vnusquisque sarcinam suam portat, malus malam, bonus bonam.

Cap. VI.

1. Timo. 6.

Matth. 10.

Gal. 6.

Cap. VII.

Pauperta onus.

Diuitiarum onus.

CONVERTE te iā & ad illud præceptū, Inuicē onera vestra portate. Habes enim sarcinā Christi, vnde portes cū altero onus propriū. Pauper est, diues es: onus illius paupertas est: tu tale onus non habes. Vide ne fortè cùm te interpellabit paupertas, dicas, Vnusquisque onus proprium portabit. Hic alterum præceptum audi: Inuicem onera vestra portate. Paupertas non est onus meū, sed est onus fratris mei. Vide ne diuitiæ sint maius onus tuum: Nam nō habes onus paupertatē, sed habes onus diuitias, Si bene intendas, onus est. Ille alterum onus habet, tu alterū. Porta cum illo, & portet tecum, vt inuicem onera vestra porteris. Quod est onus paupertatis? Non habere. Quod est

diuitia-

diuitiarũ onus? Plus quã opus est habere. Et ille oneratus est, & tu oneratus es. Porta cũ illo nõ habere, portet tecũ plus habere: vt fiant æquales sarcinæ vestræ. Si enim dederis indigenti, minuis illi non habenti onus ipsius, quod erat nõ habere: si ei dederis, incipit habere; minutum est illi onus, quod vocatur nõ habere, minuit & ipse onus tuũ, quòd vocatur plus habere. Duo ambulatis viã Dei in peregrinatione huius seculi. Tu portabas sumptus magnos superfluos: ille autem sumptus nõ habebat. Adhæsit tibi, comes tuus esse desiderans: noli negligere, noli spernere, noli relinquere. Non vides quãtum portes? Nihil portanti & nõ habenti da inde aliquid, & comitem adiuuabis, & te releuabis. Apostolica sententia satis, quantum opinor, exposita est.

CAPVT VII. Fumos vendere. Donatistæ.

NON vobis fumos vẽdant qui dicunt, Sancti sumus: non portamus sarcinas vestras, ideo vobis nõ cõmunicamus. Maiores isti portant sarcinas diuisionis, maiores portant sarcinas præcisionis, sarcinas schismatis, sarcinas hæresis, sarcinas dissensionis, sarcinas animositatis, sarcinas falsorum testimoniorũ, sarcinas calũniosarum criminationũ. Istas sarcinas conati sumus, & conamur deponere de humeris fratrum nostrorũ. Illi amant tenentes illas ad se, minores esse nolunt, quia ipsis sarcinis tumuerunt. Nam & qui ponit sarcinam, quam gestabat collo, quasi minor fit, sed pondus posuit, nõ statura. Sed ego, inquis, non communico peccatis alienis: quasi hoc tibi dicam, veni cõmunica peccatis alienis. Non hoc dico, noui quid dicat Apostol⁹: sed illud dico propter peccata aliena. Si vera essent, & non tua magis essent, gregẽ Dei mixtũ ouibus & hædis non desereres, aream Dominicam, quamdiu palea trituratur, non relinqueres, retia Dominica, quamdiu bonos & malos pisces ad litus trahũt, non dirũperes. Et quomodo, inquis, ferrem quem noui malũ? Nónne melius ipsum ferres, quàm te foras efferres? Ecce quomodo ferres. Si attenderes Apostolum dicentem: Vnusquisque proprium onus portabit: liberaret te ista sententia. Non enim cum illo communicares auaritiam, sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid tibi obesset, si cum illo communicares Christi mẽsam? Apostolus dicit: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Sibi, non tibi.

1.Cor.11.

CAPVT VIII.

SANE si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si veris documentis testibusque conuincitur, coërce, corripe, excommunica, degrada. Sic vigilet tolerantia, vt non dormiat disciplina. Sed damnatus est, inquiunt, Cęcilianus Damnatus. A quibus? Primò absens, deinde à traditoribus innocens. Allegata sunt ista, gestis inserta, probata sunt. Eneuuare quidem vires veritatis conati sunt, & inanium nebulis persecutionum eius serenitatem nebulare, quãtum potuerũt, enisi sunt. Affuit Dominus, vicit serenitas eius nebulas eorũ. Et videte quomodo nescientes absoluerunt Ecclesiam orbis terrarũ, cuius communione gaudemus, quales cunque in ea simus. Non ipsos nos, sed ipsam tuemur, defendimus. Obtinemus aream Dominicam defendendo, pro area Dominica clamo. Tu quis in ea sim, nolo cures. Ventilabrum expecto, nolo, inquam, hoc cures: aut si curare vis, noli cum lite curare, vt possis fratrem sanare. Cura paleam, si potes: sed triticũ noli relinquere, si paleam curare non potes. Excutiuntur aliquando de area Dominica & paleæ: interdum & grana, sed non longè. Sunt autem operarij boni, circumeunt aream, & ea quæ foris excussa sunt, quibusdam mundatoriis trahunt & reuocant in aream, & si trahendo, & si cogendo. Mundatoria instrumenta sunt leges istæ mundanæ. Reuoca, etiam cum terra, trahe triticum, ne propter terram pereat triticum. Damnatus est, inquiunt, Cęcilianus: dãnatus est semel absens, ter absolutus est præsens. Respondimus eis, & homines indociles, quãtũ potuimus breuiter de suis factis admonuimus, & diximus: Quid recitatis cõtra Cęcilianum concilium septuaginta Episcoporũ, sentẽtias in absentem proferẽtiũ? Plures prolatæ sunt à Maximinianistarum cõcilio contra absentẽ Primianũ. Diximus, absens ab illis dãnatus est Cæcilian⁹, absens ab istis dãnatus est Primianus. Quomodo isti nõ præiudicant absenti Primiano, sic & illi præiudicare non potuerũt absenti Cęciliano. Quis eos putatis in hac angustia respondisse? Quid enim dicerent? Quà euaderent inclusi retibus veritatis? Vt hæc retia violenter rũperent quid dixerunt breuiter & absolutè pro nobis? Et quidẽ multa, & penè omnia pro nobis, sicut gesta indicabunt, quæ iam proponenda vestra charitas lectura est.

Matth.3.

Primianus

CAPVT IX.

SED hoc loco rogo vos, & obsecro per Christum, vt teneatis, dicatis, in ore semper habeatis, Nõ potuit enim pro nobis breuior, & certior, & liquidior ferri sententia. Quid ergo dixit, cùm hoc obiiceremus, sic non præiudicant isti Cæciliano, quomodo nec illi Primiano? Et ille defensor illorum: Nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Ore spõsum breue, liquidũ, verum! Non enim sciuit quid dixit, sed Caiphæ similis, cũ esset pontifex prophetauit: Nec causa causæ prẽiudicat, nec persona personę. Si nec causa causæ, nec persona personę præiudicat, ergo vnusquisq; sarcinã suam portat. Eat nũc & obiiciat tibi Cæcilianum: non tibi cuicũque homini, sed ipsi orbi terrarum obiiciat Cæcilianũ. Quod cũ facit, innocentẽ obiicit innocentibus. Prorsus gesta indicabunt liquidissimè. Purgatus est Cęcilian⁹. Sed fac eum non purgatũ, fac criminosum inuentũ. Audiuocẽ tuam ab orbe terrarũ. Nec causa causæ, nec persona personæ præiudicat. A nima hæretica, insanabilis, animosa, cùm tu in te sententiam dicas, iudicem quid accusas? Si illum ego corrupi, vt iudicaret pro me: te quis corrupit, vt damnares te?

Ioan.11.

CAP. X

VTINAM hæc aliquando cogitent, vel serò cogitent, vel detumescente animositate cogitent, ad se redeant, se interrogent, se discutiant, sibi respondeant, pro veritate nõ timeant eos, quibus falsitatem diutissimè senserunt. Ipsos enim timent offendere, erubescũt humanę infirmitati, & non erubescũt inuictissimæ veritati. Vtique hoc timent, ne dicatur eis, Quare ergo nos decepistis? quare nos seduxistis? Quare tanta mala & falsa dixistis? Respondere deberent si Deum timerent: Humanum fuit errare: diabolicũ est, per animositatem in errore manere. Melius quidem erat, si nunquam erraremus: sed vel quod secundũ est faciamus, vt errorẽ aliquando emendemus. Decepimus, quia decepti eramus: falsa prẽiudicamus, qui prẽiudicãtibus falsa credidimus. Dicant suis, Simul erraui mus, simul ab errore recedamus. Duces vobis fuimus ad foueam, & secuti estis cum duceremus ad foueam, & nos sequimini cùm ducimus ad Ecclesiam. Possent ista dicere, indignantibus dicerent, iratis dicerent: aliquando & illi ponerent indignationem, amarent vel serò vnitatem. Nos tamen, fratres, patientes circa illos simus. In feruore sunt & tumore oculi quos curamus. Non dico vt curare cessemus, sed vt non insultationibus ad maiores amaritudines prouocemus, rationem leniter reddamus, non de victoria superbè exultemus. Seruum enim Domini litigare non oportet, Apostol⁹ dicit: sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes: ne fortè det illis Deus pœnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem.

Cęcilianus

2.Tim.2.

Patien-

Patienter ergo ferte, si sani estis: patiẽter ferte, inquantum sani estis. Nam quis perfectè sanus? Cũ rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur, mundum se habere cor? Aut quis gloriabitur, mundum se esse à peccato? Ergo quamdiu tales sumus, hoc nobis debemus, vt inuicem onera nostra portem⁹. Cõuersi ad Dominũ, &c.

Prouer.20.

Rom.8.

De verbis Apostoli, Spe salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes.

SERMO D. AVGVST. XXIII.

Citat Beda ad Rom. 8.

CAP. I.

SICVT Apostolũ dixisse meminit sanctitas vestra, fratres charissimi, *Spe salui facti sum⁹: Spes autẽ*, inquit, *quæ videtur, nõ est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autẽ quod nõ videmus, speramus, per patiẽtiã expectamus.* Hinc vobis exhortatoriũ & consolatoriũ præbere sermonẽ, admonet nos ipse Dominus Deus noster, cui dicitur in Psalmo, Spes mea es tu, portio mea in terra viuentiũ. Ipse, inquã, qui spes nostra est in terra viuentium, iubet vt vos alloquamur in hac terra morientiũ: vt nõ respiciatis quę videtur, sed quę nõ videtur. Quæ enim videtur, tẽporalia sunt; quæ autẽ nõ videntur, æterna. Quia ergo quod nõ videmus speramus, & per patientiã expectamus: meritò nobis in Psalmo dicitur, Sustine Dominũ, viriliter age, & cõfortetur cor tuũ, & sustine Dominum. Mundi enim promissã semper fallunt, Dei autẽ promissa nunquã fallunt. Sed quia mũdus quod pollicetur hic videtur daturus, id est, in hac terra morientiũ, in qua nunc sumus: Deus autẽ quod pollicetur, in terra viuentiũ nobis daturus est: multi fatigantur expectare veracem, & nõ erubescunt amare fallacem. De talibus dicit Scriptura: Væ his qui perdiderunt sustinentiã, & diuerterunt in vias prauas: cùm etiam viriliter agentibus & corde cõfortato Deum sustinentibus, filij sempiternæ mortis insultare nõ cessãt, iactãtes suas delicias temporales, quæ ad tẽpus obdulcant fauces eorũ, postea verò amariores felle inueniẽt eas. Dicũt enim nobis, Vbi est quod vobis promittitur post hãc vitam? Quis huc inde reuersus est, & indicauit vera esse quæ creditis? Ecce nos in nostrarum voluptatũ satietate lętamur, quia quod videmus, speram⁹: vos autẽ in laboribus cõtinentiæ cruciamini, credẽdo quod non videtis. Deinde subiungũt quod cõmemorauit Apostolus. Manducemus & bibamus, cras enim morimur: Sed videte quid ipse cauendum monuerit: Corrumpũt, inquit, mores bonos colloquia mala. Sobrij estote iustè, & nolite peccare. CAVETE ergo, fratres, ne talibus colloquiis mores vestri corrumpãtur, euertatur spes, eneruetur patientia, & diuertatis in vias prauas. Imò verò mites atque mãsueti tenete vias rectas, quas vos docet Dñs: de quibus Psalm⁹ dicit, Diriget mites in iudicio, docebit mãsuetos vias suas. Patiẽtiã quippe in laborib⁹ huius vitę, sine qua nõ potest custodiri spes futuræ vitę, nemo potest perpetũò retinere, nisi mitis atque mãsuetus: qui nõ resistit volũtati Dei, cui⁹ iugũ lene est, & sarcina leuis, sed credẽtibus Deo, & sperãtibus in eũ, & diligentibus eũ: Ita quippe mites atque mãsueti non solũ cõsolationes eius amabitis; sed etiã flagella eius tãquã boni filij tolerabitis: vt quoniã quod nõ videtis speratis, per patiẽtiam expectẽtis. Sic agite, sic ambulate. In Christo enim ambulatis, qui dixit, Ego sum via. Quomodo in illo ambulandum sit, dicite: non solùm eius verbo, sed etiam eius exemplo. Huic enim proprio filio nõ pepercit pater; sed pro nobis omnibus tradidit illum, non vtique nolentem, nec

Cap.1.

Rom.8.

Psal.141.

Psal.26.

Mundus fallit.

Eccl.2.

Prouer.1.

CAPVT II.

Psal.24. Patiẽtię necessitas.

Ioan.14.

Rom.8.

que recusantem, sed pariter volentẽ: quia vna est volũtas patris & filij secundũ æqualitatẽ formę Dei: in qua cùm esset, nõ rapinam arbitratus est, esse æqualis Deo: & singulariter obedientẽ, secundũ quod semetipsum euacuauit, formã serui accipiẽs. Nã ipse dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Sic ergo pater proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ: vt & ipse filus traderet semetipsum pro nobis.

Philip.2.

Ephes.5.

CAPVT III. Psal.21.

TRADITVS ergo ille excelsus, per quẽ facta sunt omnia, traditus propter formã serui in opprobrium hominũ, & abiectionẽ plebis, in contumeliam, in flagella, in mortẽ crucis: docuit nos exemplo passionis, cũ quanta patientia in illo ambulemus: & firmauit nos exemplo suæ resurrectionis, quid ab illo patiẽter sperare debeamus. Si enim quod non videmus speramus, per patientiã expectamus. Quod nõ videmus quidem, speramus: sed corpus sumus illius capitis, in quo iam perfectũ est quod speramus. De illo enim dictũ est, quòd ipse sit caput corporis Ecclesiæ, primogẽnitus, ipse primatũ tenẽs. Et de nobis scriptũ est, Vos autẽ estis corpus Christi & membra. Si autẽ quod nõ videmus speramus, per patientiam expectamus securi: quoniam qui resurrexit caput nostrũ est, sefuat spem nostrã. Et quia priusquã resurgeret; flagellatũ est caput nostrũ, firmauit patientiam nostram. Scriptum est enim, Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat autem omnem filiũ quem recipit. Nõ itaque in flagello deficiamus, vt in resurrectione gaudeamus. Ita enim verum est, quòd flagellat omnem filiũ quẽ recipit: vt nec vnico suo pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit eũ. Intuẽtes ergo eũ, qui sine peccati merito flagellatus est; qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: non timeamus ne abiiciamur flagellati, sed potius confidamus, quia recipiemur iustificati.

Rom.2.

Rom.4.

Rom.8.

CANTICI.

QVAMVIS enim nondum venerit nostri gaudij plenitudo: nec modò tamen sine gaudio relicti sumus, quia spe salui facti sumus. Ideo & ipse Apostolus qui ait, Si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus: dicit alio loco, Spe gaudentes, in tribulatione patiẽtes. Habentes ergo talẽ spẽ, multa fiducia vtamur: & sermo noster in gratia conditus sit sale, vt sciamus quẽadmodum oportẽat vnicuique respondere. Dicẽdum est enim eis, qui cùm perdidissent, vel nũquã suscepissent sustinentiam, nobis sustinẽtibus Dominum: quia quod non videmus † sperantes, per patiẽtiam expectamus, etiam insultare audẽt, cùm imitari deberẽt. Vbi sunt delicię vestrę, propter quas ambulatis per vias prauas? Non dicimus vbi erunt, cùm hæc vita transierit sed modò vbi sunt? Cùm hesternũ diem hodiernus abstulerit, & hodiernum crastinus ablaturus sit, quid eorũ quæ diligitis, non transcurrit & transuolat? Quid nõ fugit pene antequã capitur; cùm ex ipso hodierno die nulla possit vel hora retineri? Ita enim secunda excluditur à tertia, sicut prima exclusa est à secunda: Ipsius horæ vnius quæ præsens videtur, nihil est præsens: omnes enim partes eius, & omnia momẽta fugitiua sunt.

Rom.8.

Col.4.

Al. speramus.

CAP. 9.

PROPTER quid peccat homo, si non cęcatur? Cùm peccat, vel cùm peccaret attendat, poterat videre quia voluptas transitura sine prudentia desideratur: vel cùm transierit, cùm pœnitentia cogitatur. Nos irridetis, quia speramus æterna, quæ non videmus: cùm vos eis quæ videntur temporalibus subditi, nesciatis qualis vobis dies crastinus illucescat. Quem sæpe bonum sperantes, malum inuenitis, nec si bonus fuerit, eum ne fugiat tenere poteritis. Nos irridetis, quia speramus æterna: quę cùm venerint non transibunt, quia nec ipsa veniunt, sed semper manent:

1.Cor.1. Beda. Paulus ait. Videte vocationem vestram fratres, quia nõ multi sapientes secundum carnẽ, non multi potentes, non multi nobiles: sed infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia, & stulta mũdi elegit Deus, vt confundat sapientes, & ignobilia mũdi, & cõtemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ sunt, tanquã sint: vt ea quæ sunt, euacuarentur. Si enim eligeret Christus primitùs oratorem, diceret orator, Eloquentiæ meæ merito electus sum. Si eligeret senatorem: diceret senator, Dignitatis meę merito electus sum. Postremò, si prius eligeret imperatorem, diceret imperator. Potestatis meæ merito electus sum. Quiescant & differãtur isti, paululũ quiescãt, non omittantur, non cõtemnantur, sed aliquantulum differantur, qui possunt gloriari de semetipsis in semetipsis. Da mihi, inquit, illũ piscatorẽ, da mihi idiotã, da mihi imperitũ, da mihi eũ, cum quo nõ dignatur loqui senator, nec quãdo emit piscẽ: Ipsum, inquit, da. Hunc si impleuero, manifestum erit quod ego facio: quanquam & senatorẽ & oratorẽ, & imperatorẽ ego sum facturus, quandocunq; facturus ego & senatorem, sed certiùs ego piscatorẽ. Potest senator gloriari de semetipso, potest orator, potest imperator: nõ potest nisi de Christo piscator. Veniat propter docendam humilitatẽ salubrẽ, prius veniat piscator, per ipsum melius adducitur imperator. Capvt vi. Mementote ergo piscatorẽ sanctũ, iustũ, bonũ, Christo plenũ, ad cuius missa per mundũ retia capiendus cũ cæteris etiam † populis al. populus. iste pertinuit. Ergo mementote eũ dixisse, Habemus certiorem Propheticum sermonem. Da mihi ergo ad illam controuersiã iudicem prophetã. Quid inter nos agebatur? Tu dicebas, Intelligam vt credam; ego dicebam, Vt intelligas crede. Nata est controuersia, veniamus ad iudicẽ, iudicet propheta, imò verò Deus iudicet per Prophetam. Ambo taceamus. Quid ambo dixerimus, auditũ est. Intelligam, inquis, vt credam: crede, inquã, vt intelligas. Respondeat Propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Putatis autẽ, charissimi, nihil dicere etiam illũ qui dicit, Intelligã vt credã? Quid enim nunc agimus, nisi vt credant, non qui non credunt, sed qui adhuc parum credunt? Nam si nullo modo credidissent, hic non essent. Fides eos adduxit vt audiant, fides eos fecit præsentes verbo Dei, sed ipsa fides quæ germinauit irriganda est, nutrienda est, roboranda est. Hoc est quod agimus. Ego, inquit, plãtaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Loquendo, hortando, docẽdo, suadendo plãtare possumus & rigare, sed non incremẽtum dare. Nouerat autẽ ille cũ quo loquebatur, qui fidei suæ germinanti & adhuc teneræ, & adhuc infirmę, & ex magna parte titubanti, non tamen nullę fidei, sed alicui fidei adiutorẽ orabat, cui dicebat, Credo Dñe. Mar.9. Capvt vii. Modò cũ Euangeliũ legeretur, audistis: Si potes credere, ait Dominus Iesus patri pueri; si potes credere, omnia possibilia credenti. Et ille intuens semetipsũ, & positus ante semetipsum, non habens temerariam cõfidentiã; sed prius discutiens conscientiam, vidit in se esse aliquã fidem, vidit & titubationẽ, vtrumque vidit. Vnũ se habere confessus est, & alteri adiutorium postulauit. Credo, inquit, Domine. Quid sequebatur, nisi, Adiuua fidem meam; Nõ hoc dixit, Credo Dñe, video hîc aliquid vnde non mentior. Credo, verũ dico: sed video hîc etiã, nescio quid, q; mihi displiceat. Stare volo: sed adhuc nuto. Stans loquor, nõ cecidi, quia credo: sed tamen adhuc nuto: adiuua incredulitatẽ meã. Ergo, charissimi, & ille quẽ cõtra me cõstitui, & propter cuius controuersiam inter nos natam Propheram iudicem postulaui, non nihil dicit, etiã ipse cùm dicit, intelligam vt credã. Nã vtiq; modò quod loquor, ad hoc loquor, vt credant qui nondũ credunt: & tamen nisi quod loquor intelligant, credere nõ possunt. Ergo ex aliqua parte verũ est quod ille dicit, Intelligam vt credã: & ego qui dico, sicut dicit Propheta, imò crede vt intelligas: verum dicimus, concordemus. Ergo intellige, vt credas: crede, vt intelligas. Breuiter dico quomodo vtrunque sine controuersia accipiamus. Intellige vt credas verbum meum, crede vt intelligas verbum Dei.

Isaiæ 7. 1.Cor.3.

De verbis beati Iacobi, Ante omnia nolite iurare. Iac.5.

SERMO D. AVGVST. XXVIII.

Citat Beda 1.Cor.15. ex sermone de epistola Iacobi vt nemo iurer.

Capvt i. PRIMA lectio quę nobis hodie recitata est apostoli Iacobi, oblata nobis est ad disserẽdum, & quodammodo indicta. Intentos enim vos fecit, admonens ante omnia, ne iuretis. Difficilis quæstio est. Hoc peccatũ quẽ nõ rcũ teneat, si iurare peccatũ est? Nã periuriũ peccatũ esse, & grãde pctũ, nemo dubitat: sed non ait Apostolus, de cuius lectione tractamus, Ante omnia, fratres mei, nolite periurare, sed nolite iurare. Præcessit etiã ipsius Domini Iesu Christi in Euãgelio similis admonitio. Audistis, inquit, quia dictũ est antiquis, Nõ periurabis: ego autẽ dico vobis, Nolite iurare, neq; per cælũ, quia sedes Dei est: neq; per terram, quia scabellũ est pedũ eius: neq; per caput tuũ iurabis, quia nõ tibi est potestas facere vnũ capillũ albũ aut nigrũ. Sit autẽ sermo vester, Est est, Nõ nõ: si quid amplius est, à malo est. Huic Dominicæ admonitioni memorata Apostoli lectio omnino sic cõgruit, vt nihil aliud Deo iussisse videatur: quia nullus alius hoc dixit, quã ille qui per Apostolum dixit, *Ante omnia*, inquit, *fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcũque iuramẽtũ. Sit autem sermo vester, Est est, Non nõ*: nisi q; iste addidit, Ante omnia, ex quo multũ fecit intentos, auxitq; difficultatem quæstioni. Matth.5. Iac.5. Capvt ii. Inuenimus enim iurasse sanctos, iurasse primitùs ipsum Dominũ, in quo nõ est omnino peccatũ. Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternũ, secũdũ ordinẽ Melchisedec. Æternitatẽ sacerdotij filio cũ iuratione promisit. Habes etiã. Per memetipsũ iuro, dicit Dominus. Et illud iuratio est, Viuo ego, dicit Dominus. Quomodo homo per Deũ, sic Deus per seipsum. Nõ est ergo peccatũ iurare? Durũ est hoc dicere: Et quoniã diximus Deũ iurasse, quàm blasphemũ est hoc dicere. Iurat Deus qui peccatũ nõ habet: Nõ ergo est peccatũ, iurare: sed magis peccatũ est, peierare. Fortasse quis dicat nõ esse proponẽdũ de Domino Deo iurationis exemplum. Deus enim est, & fortè illi soli competit iurare, qui non potest peierare. Homines enim falsum iurant, vel cùm fallunt, vel cùm falluntur. Aut enim putat homo verum esse quod falsum est, & temerè iurat: aut scit vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cũ scelere iurat. Distãt autem ista periuria, quæ duo commemoraui. Fac illum iurare qui verum putat esse, pro quo iurat: verum putat esse, & tamen falsum est. Non ex animo iste periurat, fallitur, hoc pro vero habet, quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationẽ interponit. Da aliũ, qui scit falsum esse, & dicit verum esse: & iurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis quàm ista detestanda sit belua, & de rebus humanis exterminanda? Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, putat falsum esse, & iurat tanquam verum sit, & fortè verum est. Verbi gratia vt intelligatis, Pluit in illo loco; interrogas hominem, & putat non pluisse: & ad negotiũ ipsius cõpetit, vt dicat, Pluit: sed putat nõ pluisse, dicitur ei, Verè pluit? Verè & iurat: & tamen pluit ibi, sed ille nescit: & putat nõ pluisse, periurus est. Interest, quemadmodũ verbũ procedat ex animo. Ream linguã non facit, nisi mens rea. Quis est autem qui nõ fallatur, & si noluit fallere? Quis est homo cui non surrepat fallacia? Et tamẽ iuratio ab ore nõ discedit, frequentatur: plura sunt plerunque iuramenta, quã verba. Si discutiat homo quoties iuret per totum diem, quoties se vulneret, quoties gladio linguæ se feriat & transfigat, quis in illo locus inuenitur sanus? Quia ergo graue peccatũ est, peierare, cõpẽdiũ tibi dedit Scriptura, Noli iurare. Capvt iii. Quid tibi dicturus sum homo, verũ iura? Ecce verũ iura, nõ peccas: si verum iures, non peccas. Sed homo inter tentationes positus, carne inuolutus, calcans terram sub terra, dũ corpus quod corrũpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ, inter ista multa tua cogitata incerta, volatica, cõiecturas humanas, fallacias humanas, quando nõ subrepit tibi quod falsum est, posito in regione falsitatis? Vis ergo lõgè esse à periurio? Iurare noli. Qui enim iurat, aliquando verũ iurare potest, qui autẽ non iurat, mendaciũ iurare nunquã potest. Iuret ergo Deus qui iurat securus, quẽ nihil fallit, quẽ nihil latet, qui omnino fallere ignorat, quia nec falli potest. Cũ enim iurat, se adhibet testem. Quomodo tu cũ iuras, Deũ adhibes testẽ: sic ipse cũ iurat, se testem adhibet. Tu quando illũ adhibes testẽ, fortè supra mẽdaciũ tuũ, accipis in vanum nomẽ Dñi Dei tui. Ne mendaciũ iures, ergo noli iurare. Ipsa est angustia: Periuriũ præcipitiũ. Qui iurat, iuxtà est; qui nõ iurat, longè est. Peccat & grauiter, qui falsum iurat: nõ peccat, qui verũ iurat; sed nec ille peccat, qui omnino non iurat. Sed qui non iurat, & non peccat, longè est à peccato: qui autẽ verũ iurat, non peccat, sed propè est ad peccatũ. Fac te ambulare in aliquo loco, vbi à parte dextera spatiosa sit terra, nec vsquam angustias patiaris: à sinistra præceps locus est, vbi eligas ambulare? Super finẽ terræ in labio præcipitij, an inde longè? Puto quia inde longè. Sic & qui iurat, in fine ambulat: & ambulat pedibus infirmis, quia humanis. Si offenderis, deorsum is; si lapsus fueris, deorsum is. Et quid te excipit? Periurij pœna. Ergo volebas verũ iurare, audi consiliũ Dei, Noli iurare. Psal.109. Gen.21. Capvt iiii. 22.q.1. si peccatum. Leuit.19. Si peccatũ esset iuratio, nec in veteri lege diceretur, Nõ periurabis: reddes autẽ Dño iusiurãdũ tuũ. Non enim peccatũ præciperetur nobis. Sed ait tibi Deus tuus, Si iurauerís, non dãnabo: si verũ iurauerís, non damnabo. Sed nunquid si non iurauerís, damnabo? Duo sunt, inquit, quæ non damno vnquam, veram iurationẽ, & nullã iurationẽ: dãno autẽ falsam iurationẽ. Falsa iuratio exitiosa est, vera iuratio periculosa est, nulla iuratio secura est. Scio esse difficilẽ quæstionẽ, & charitati vestræ, fateor, semper illã vitaui. Nunc autem cũ die Dominico debito reddendi sermonis recitaretur eadẽ lectio, diuinitùs mihi † inspiratũ esse credidi, vt inde tractarem. Hinc me dicere Deus voluit: hinc vos audire. Obsecro ne contemnatis, obsecro vt cor stabiliatis, linguæ mobilitates mutetis. Non frustrà est omnino, nõ vacat quòd cũ eam, vt dixi, quæstionẽ semper deuitare voluerim, imposita est necessitati meæ, vt imponatur & charitati vestræ. 22.q.1. vt nouer. Capv. 1.Cor.15. Beda. Vt noueritis, verũ iurare non esse peccatũ, inuenimus & apostolũ Paulũ iurasse: Quotidie morior, per vestram gloriã fratres, quã habeo in Christo Iesu Dño nostro. Per vestram gloriã, iuratio est. Non quasi sic ait, Per vestrã gloriã morior, quasi vestra gloria me facit mori: quomodo si diceret, per venenum mortuus est, per gladiũ mortuus est, per bestiã mortuus est, per inimicum mortuus est, id est, faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno, & similia: non sic dixit, Per vestram gloriam. Ambiguitatem Græcus sermo dissoluit. Inspicitur in epistola Græca, & inuenitur ibi iuratio, quę nõ est ambigua, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν. Νὴ τὸν θεὸν, vbi dixerit, Græcus iurat. Quotidie auditis Græcos, & qui Græcè nõ nostis, νὴ τὸν θεὸν. Quando dixit, νὴ τὸν θεὸν. iuratio est per Deũ, νὴ τὸν θεὸν. Ergo nemo dubitet iurasse apostolũ, cũ dixit, Per vestram gloriã fratres. Et ne putemus eũ per humanam gloriam iurasse, quam habeo in Christo Iesu Dño nostro. Et alio loco iuratio prorsus certa & expressa: Testem Deũ inuoco super animã meã. Apostolus dicit, Testem Deũ inuoco super animam meã, quia parcens vobis nondũ veni Corinthũ. Et alio loco ad Galatas, Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior. Deiureiu. & si Christus. 2.Cor.1. Gal.1.

Intendite quæso & aduertite: & si non tam plausibilis sermo vobis sit propter angustias quæstionis, vtilis tamẽ est, si ad viscera vestra peruenias. Ecce iurauit Apostolus. Non vos fallant qui nescio quomodo volẽtes ipsas iurationes discernere, vel potius non intelligere, dicunt non esse iurationẽ, quãdo dicit homo, Scit Deus, testis est Deus, inuoco Deum super animã meã verũ me dicere. Inuocauit, inquit, Deũ, testem fecit Deum. Nunquid iurauit? Qui hæc dicunt, nihil aliud volunt, nisi, Inuocato Deo teste mentiri. Itáne verò quisquis es praui cordis, & peruersi cordis, si dicas, Per Deum, iuras: si dicas, Testis est Deus, non iuras? Quid est enim; Per Deũ: nisi, Testis est Deus? Aut quid est, Testis est Deus: nisi, Per Deũ? Quid est autem iurare, nisi ius reddere Deo, quando per Deũ iuras, ius saluti tuæ reddere, quando per salutem tuam iuras, ius filiis tuis reddere, quãdo per filios tuos iuras? Quod autẽ ius debemus saluti nostræ, filiis nostris, Deo nostro, nisi charitatis, veritatis, & non falsitatis? Maximè autẽ per Deũ cũ fit, ipsa est vera iuratio: quia & cùm dicit quisque, Per meam salutẽ, salutem suam Deo obligat: quando dicit, Per filios meos, oppignorat Deo filios suos, vt hoc veniat in caput eorum quod exit de ore ipsius, si verũ verũ, si falsum falsum. Cũ ergo filios suos, vel caput suũ, vel salutem suam quisq; in iuratione nominans, quicquid nominat obligat Deo: quanto magis quando peierat per ipsum Deũ? Timet enim falsũ iurare per filiũ suũ, & nõ timet falsum iurare per Deũ suũ? Fortassis hoc dicens in animo suo, Timeo per filiũ meũ falsum iurare, ne moriatur: Deo autẽ qui non moritur, & si falsum per eum iuretur, quid mali cõtingit? Bene quidem dicis, nihil mali contingit Deo, quando falsum iuras per Deum: sed contingit mali multum tibi, qui fallis proximũ, cui testem adhibes Deum. Si aliquid teste filio tuo faceres, & amico vel proximo tuo vel cuilibet homini diceres, Non feci, & tangeres filio tuo caput, quo teste fecisti, & diceres, Per huius salutem, quia non feci: exclamaret fortè filius tuus sub paterna manu tremens, nec tamen paternam manum, sed diuinã tremẽs: Noli pater, nõ tibi vilis sit salus mea: Deũ super me inuocasti, ego te vidi, fecisti, noli peierare: te quidem habeo genitorem, sed plus & tuum & meum timeo creatorẽ. Capvt v. Sed quia Deus quando per eũ iuras, non tibi dicit, Ego te vidi, noli iurare, fecisti: sed times ne te iste occidat, tu te antè occidis. Quia ergo nõ dicit, Ego te vidi, putas quia nõ vidit? Et vbi est quod dicit: Tacui tacui, nunquid semper tacebo? Et tamẽ plerunq; dicit: Ego te vidi, sed aliter quando vindicat in periurũ: sed nõ in omnes vindicat, ideo homines † educantur ad exemplum. Ego scio, ille mihi falsum iurauit & viuit, ille tibi falsum iurauit & viuit: falsum iurauit & viuit: ille falsum iurauit, tu falleris. Si al. edificantur.

Capvt i. Capvt ii. Capvt iii. Capvt iv. Capvt v. Capvt vi. Capvt vii.

ris. Si tu oculos haberes vnde mortem huius videres, si & tu in eo quod est mori, & nõ mori, non fallereris, videres huius mortẽ. Et modò intende Scripturam, & ibi inuenies iacentẽ quẽ putas viuentẽ. Quia pedibus ambulat, quia manibus cõtrectat, quia oculis videt, & audit auribus, officiis cæteris membrorũ satis vtitur, viuentẽ putas. Viuit, sed corpus eius: mortua est autẽ anima eius, mortuũ est quod melius est eius: Viuit habitaculũ, mortuus est habitator. Quomodo, inquies, cũ viuat corpus, mortua est anima, cũ corpus non viueret, nisi viuificatũ ab anima? Quomodo ergo mortua est anima, de qua viuit corpus? Audi ergo & disce: Corpus hominis creatura Dei est, & anima hominis creatura Dei est. De anima Deus viuificat carnẽ, ipsã item animam viuificat de seipso, non de seipsa. Vita ergo corporis anima est, vita ergo animæ Deus est. Moritur corpus, cũ recedit anima: moritur ergo anima, si recedit Deus. Recedit anima, cũ corpus percutitur gladio: & putas quia nõ recedit Deus, cũ ipsa anima feritur periurio? Vis videre quia mortuus est de quo loqueris? Lege Scripturam, Os quod mentitur occidit animã. Sed tu præsentem Deũ vltorẽ putas, si ille qui te iuratione falsa deceperit, continuò expiret. Si expiret ante oculos tuos, expirauit caro ipsius. Quid est, Expirauit caro ipsius? Spiritũ quo viuificabatur, eiecit. Hoc est, expirauit † excluso spiritu, quo viuebat caro. Peierauit, excluſit spiritũ quo viuebat anima. Expirauit, sed nescis, expirauit, sed nõ vides. Carnẽ enim iacentẽ sine anima vides, animã miseram sine Deo videre nõ potes. Crede ergo, adhibe oculos fidei. Nemo periurus impunit⁹, prorsus nemo, cũ illo est pœna sua. Si haberet in cubiculo suo tortorẽ carnis, punitus esset habet in secreto cordis sui tortorẽ conscientiæ suę, & impunitus vocatur? Et tamen quid dicis? Viuit, gaudet, luxuriatur qui mihi mendaciũ iurauit. Quid est, quòd me mittis ad inuisibilia? Quia & ipse Deus per quem iurauit, intuisibilis est. Iurauit per inuisibilem, feritur pœna inuisibili. Sed viuit, inquit, & quodammodo scatet & bullit luxuriis. Si hoc ita est, quòd scatet luxuriis, quòd bullit luxuriis, vermes sunt animę mortuæ. Deniq; omnis homo prudẽs qui tales luxuriantes periuros attẽdit, sano cordis olfactu auertit se, nõ vult videre, nõ vult audire. Vnde se ista sanitas auertit, nisi quia putet anima mortua? BREVITER ergo audite fratres mei, cõcludam sermonẽ, figens in cordib⁹ vestris curã salubrẽ, Ante omnia nolite iurare. Quare ante omnia? Si magnũ est facinus peierare, nulla autẽ culpa est verũ iurare, quare ante omnia nolite iurare? Debuit enim dicere, Ante omnia nolite peierare. Ante oſa, inquit, nilite iurare. Iurare cũ peius est, quã furari? Iurare peius est, quã adulterare? nõ dico falsum iurare, iurare dico: iurare pei⁹ est, quã hominẽ occidere? Absit. Hominẽ occidere, adulterari, furari, pctũ est. Iurare nõ est peccatũ: sed falsum iurare, peccatũ est. Quare ergo ante omnia? Isto verbo quod ait, Ante omnia, cautos nos fecit aduersus linguã nostrã. Ante omnia ait, vt attendatis præ cæteris, vt vigiletis ne surrepat vobis cõsuetudo iurandi. Tanquã in specula ita te posuit contra te: ante omnia leuaui te super cætera vnde te attendas. Cõsidera enim te iurare per Deũ, per Christũ occido illũ: & hæc quotiẽs per diem, quotiens per horã? Non apertis os, nisi à tali iuratione. Nolles vt diceret tibi ante omnia, vt te aduersus consuetudinẽ intentissimum redderet, vt omnia tua inspiceres, omnes motus linguæ tuæ diligẽtissimè custodires, esses custos malæ consuetudinis tuæ. Ad eã constringendam, audi, Ante omnia. Dormiebas, pungo, ante omnia spinas admoueo. Quid est, Ante omnia? Ante omnia vigila, ante omnia intentus esto. IVRAVIMVS & nos, passim habuimus istã teterrimã consuetudinẽ & mortiferam. Dico charitati vestræ, ex quo Deo seruire cœpimus, & quantũ malũ sit in periurio vidimus, timuimus vehementer, & veternosissimam consuetudinem timorẽ frenauimus. Frenata restringitur, restricta languescit, languescẽs emoritur, & malæ consuetudini bona succedit. Deniq; nõ vobis dicimus, nos iurate. Si enim hoc dicimus mentimur. Quantum ad me pertinet, iuro: sed quantũ mihi videtur, magna necessitate cõpulsus. Cũ videro nõ mihi credi nisi faciam, & ei qui mihi non credit nõ expedire quod nõ credit, hac perpensa ratione & cõsideratione librata, cũ magno timore dico, Coram Deo, aut testis est Deus, aut scit Christus sic esse in animo meo: & video quia plus est, id est, quia amplius est quã est est, nõ non: sed quod amplius est, à malo est, & si nõ à malo iurãtis, à malo est nõ credentis. Deniq; nõ ait, si amplius facit, malus est: & sit in ore vestro, Est est, nõ nõ: si quis ampli⁹ facit, mal⁹ est: sed sit in ore vestro, Est est, non nõ: quod autẽ amplius est, à malo est; sed quẽre cuius. Sed tamẽ aliud habet humana pessima consuetudo. Et cũ tibi creditur, iuras: & cũ nemo exigit, iuras, & horrentibus hominibus iuras, nõ taces iurãdo, vix es sanus non periurãdo. Nisi fortè putatis fratres, quia si sciret apostolus Paulus credere sibi Galatas, adderet iurationem & diceret, Quæ autẽ scribo vobis, ecce corã Deo quia nõ mentior. Videbat ibi eos qui credebant: videbat & alios qui non credebant. Ergo noli dicere, Nõ iuro, si fortè exigitur. A malo est enim quod facis: sed illius qui exigit. Nã tu quomodo te purges non habes, quomodo satisfacias negotio q instat, nõ inuenis. Sed aliud est, cũ exigitur iuratio: aliud, cũ offertur: & hoc ipsum quod offertur, aliud, cũ offertur non credenti: aliud, cũ ventilatur & credenti.

Sapien. 1.

al. exclusit spiritum.

Capvt VIII.

Iac. 5.

Capvt IX.

22. quest. 1. Si peccatũ.

Matth. 5.

De ele. significasti. periureiur. & si Christus.

Gal. 1.

C TENE ergo linguã & consuetudinẽ, quantũ potes: non quomodo quidam quãdo illis dicitur, verũ dicis, non credo, non fecisti, non credo, Deus iudicet, iura mihi. Et ipse qui exigit iurationẽ, multũ interest si nescit illũ falsum iuraturũ, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, Iura mihi vt fides ei fiat, non audeo dicere nõ esse peccatũ, tamen humana tentatio est. Si autẽ scit eũ fecisse, nouit fecisse, vidit fecisse, & cogit iurare, homicida est. Ille enim suo periurio se perimit: sed iste manum interficientis & expressit & pressit. Cũ verò aliquis sceleratus fur audit, iura si nõ tulisti, iura si nõ fecisti, ab eo qui nescit an fecit: ille tunc, Christiano non licet iurare: quando ab illo exigitur insiurandũ, non licet iurare, Christianus sum, nõ mihi licet. Capta talẽ, auerte te ab illo, dissimula à negotio de quo loquebaris: misce alias fabulas, & inuenies eũ millies iurantẽ, qui semel iurare noluit. Istam ergo cõsuetudinẽ quotidianã, crebram, sine causa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante iurandi, auertite à vobis, amputate à linguis vestris, circumcidite ab ore vestro.

Capvt X.

22. q. 5. qui exigit. 3. sent. dist. 39. cap. vlt.

D SED consuetudo est, solet dici. Solet dici, quando non dico. Hoc est ante omnia. Quid est, Ante omnia? Præ cæteris cautus esto, plus ad hoc intẽtus esto, quã alia. Maior consuetudo maiorem intentionem flagitat, non rei leuis consuetudo. Si de manu aliquid faceres, facilius manui tuæ imperares ne faceret: si pedibus aliquò eundum esset, pigritia retardante excitares te vt surgeres & ires: lingua facilitatem habet motus, in vdo posita est, facilè in lubrico labitur. Quanto illa citius & facilius mouetur, tanto tu aduersus illam fixus esto. Domabis, si vigilabis: vigilabis, si timebis: timebis, si Christianum te esse cogitaueris. Nam tantum mali habet iuratio, vt qui lapides colunt timeant falsum iurare per lapides: tu non times Deum præsentem,

Capvt XI. Iurãdi cõsuetudo vitanda.

tem, Deum viuentem, Deũ scientẽ, Deum manentem, Deũ in cõtemptorẽ vindicãtem? Claudit ille templũ super lapidem, & it ad domũ suã: Ipse super Deũ suum clausit, & tamen quando illi dicitur, Iura per Iouem, præsentis oculos timet. Et ecce dico charitati vestræ, & qui per lapidẽ falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? Quia multi & in hoc falluntur, & putãt quia nihil est per quod iurant, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per id quod sanctũ putas falsum iuras. Sed ego illum sanctũ non puto. Sanctũ putat cui iuras. Nõ enim quando iuras tibi iuras, aut lapidi iuras, sed proximo iuras. Homini iuras, ante lapidẽ: sed nunquid nõ ante Deũ? Nõ te audit lapis loquentẽ: sed punit te Deus fallentem. Ante omnia ergo, fratres mei, obsecro vos, ne sine causa me Deus hæc loqui cõpulerit. Dico enim ante ipsum quod dixi, sæpe me istã quæstionẽ deuitas: sc: timui ne monendo & præcipiendo plus reos facerẽ non auditurosꝰ: hodie autẽ plus timui ne loqui recusarem, quod loqui iuberer. Quasi verò paruus sit fructus sudoris huius mei, si omnes qui mihi acclamauerũt, clament & contra se, ne falsum iurent aduersum se: si tot homines qui me attẽtissimè audierunt, attenti sint aduersus consuetudinẽ suã, & admoneant se hodie, cũ ad domos suas venerint, cũ consuetudinẽ suã, lapsu linguæ repetiuerint, admoneat ꝓximꝰ ꝓximũ. Hoc est quod hodie audiuimꝰ, hoc est q obstricti sumus. Non fiat hodie, certè cùm recens sermo est. Expertus loquor: nõ fiat hodie, pigrius fit cras. Si & cras factũ non fuerit, minus laborat qui custodit, adiuuatur enim cõsuetudine superioris dici. Triduo moritur pestis de qua laboramus, & gaudebimus de fructu vestro: quia magno bono abũdabitis, si tam magno malo carebitis. Conuersi ad Dominum.

Capvt XII. 22. q. 5. ecce dico.

A non habet omnino vllum peccatũ, nec facto, nec verbo, nec cogitatione? Respondent de illo superbię vẽto, quo pleni sunt: quẽ ventũ vtinã finirent, reflarentur & tacerẽt, id est, humiles fierẽt, non elati: respondent inquã, prorsus isti homines sancti fideles Dei, nec facto, nec verbo, nec cogitatione possunt vllũ habere peccatũ. Et cùm eis dicitur, Qui sunt isti iusti, qui sine peccato sunt? respondent & dicunt, Tota Ecclesia. Mirari potuissem, si inuenirẽ vnũ, duos, tres, deeẽ, quod quẽrebat Abraham. Abrahã enim à quinquaginta vsq; ad decem descendit: tu hæretice respondes, & dicis mihi, totã Ecclesiam. Vnde hoc probas? Probo, inquis, Proba rogo te. Magnũ enim mihi gaudiũ affers, si docere potueris, totam prorsus Ecclesiã in singulis quibusque fidelibus suis nullũ habere peccatũ. Probo, inquis. Dic vnde? Apostolus loquitur. Quid loquitur Apostolus? Christus, inquit, dilexit Ecclesiam. Audio, & Apostoli verba esse cognosco, Mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, nõ habẽtem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Audiuimus de nube magna tonitrua. Nubes enim Dei Apostolus. Verba ista sonuerunt, & tremere nos fecerunt. SED dicite nobis antequã quæramus, quomodo ista verba Apostolus dixerit: dicite, inquam, nobis, vtrũ vos iusti estis, an non? Respondent, Iusti sumꝰ. Ergo nõ habetis peccatũ? Per omnes dies, per omnes noctes nihil mali facitis, nihil mali dicitis, nihil mali cogitatis? Nõ audent dicere, nihil. Sed quid respondẽt? Nos quidẽ peccatores sumus, sed de sanctis loquimur, nõ de nobis. Hoc vos interrogo, Christiani estis? Non dico, iusti estis? Christiani estis? Nõ audẽt negare. Christiani, inquiunt, sumus. Fideles ergo estis? Baptizati estis? Baptizati, inquiũt, sumus. Dimissa sunt vobis cuncta peccata? Dimissa, inquiunt. Quomodo ergo estis peccatores? Sufficit mihi vnde vos repellã. Vos Christiani estis, baptizati estis, fideles estis, membra Ecclesiæ estis, & habetis maculas & rugas? Quomodo ergo est ecclesia isto tempore sine macula & ruga, cũ vos sitis ruga eius & macula? Aut si non vultis esse Ecclesiã, nisi eam quæ sine macula & ruga est, cum rugis vestris & maculis præcidite vos à mẽbris eius, præcidite vos à corpore eius. Sed quid adhuc dicam, vt se ab ecclesia segregent, cũ hoc iam fecerint? Hæretici enim sunt, iã foris sunt: cũ tota mũditia sua foris remanserũt. Redite & audite, audite & credite. Fortè dicturi estis, in corde vestro tumido & inflato, Nũquid potuimus dicere, Iusti sumus? Necesse vtiq; erat propter humilitatẽ vt diceremus nos peccatores esse. Propter humilitatem ergo mẽtiris? Iustus es, sine peccato es: sed propter humilitatẽ dicis te peccatorẽ. Quomodo te accipiam tanquã Christianũ in alterũ testẽ, quẽ contra te ipsum teneo falsum testẽ? Iustus es, sine peccato es, & dicis te habere peccatũ? Testis ergo falsus es cõtra te. Nõ accipiet Deus mẽdacẽ humilitatẽ tuã. Inspice vitã tuã, vide cõscientiã tuã. Ergo iustus es: sed nõ potes nisi dicere te peccatorẽ. Audi Ioannem, ipse tibi repetit quod etiam superius veraciter dixit: Si dixerimus, inquit, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Tu non habes peccatũ, & dicis te habere peccatũ, veritas in te non est. Quia non dixit Ioannes, Si dixerimus quia peccatum non habemus, humilitas in nobis non est: sed dixit, Nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Ergo mentimur, si dixerimus nos non habere peccatum. Si mendaciũ timuit Ioannes, tu mendacium non times, vt cum es iustus, dicas te esse peccatorem? Quomodo ergo te accipiam ad alienam causam testem, qui in causa tua mentiris? Sanctos reos constituis, dum contra te fal-

Gen. 18.

Ephes. 5.

Apostolus nubes Dei.

Capvt III.

1. Ioan. 1.

De verbis beati Ioannis, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

SERMO D. AVGVST. XXIX.

Cap. 1.

BEATISSIMVS Ioannes Apostolus salubriter & veraciter scribens inter cætera ait: *Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est, Si autẽ cõfessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* His verbis docuit beatus Ioannes, imò ipse Dñs Iesus non se tacens per Ioannẽ, neminẽ in ista carne, in isto corruptibili corpore, in ista terra, in isto maligno seculo, in ista vita tentationibus plena, neminem hic viuere sine peccato. Absoluta sententia est, nec expositore indiget, Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus. Quis est enim qui non habet peccatum? Sicut Scriptura dicit, Nec infans, cuius est vita diei vnius super terram. Talis paruulus peccatum non fecit, sed de parentibus traxit. Ergo nullo modo quisquã potest dicere, nõ se habuisse peccatũ. Sed accessit per fidem ad lauacrũ regenerationis homo fidelis, & omnia dimissa sunt ei. Iam sub gratia viuit, in fide viuit, membrum Christi factus est, templũ Dei factus est: & tamẽ sic quomodo membrũ Christi & templũ Dei factus est, si dixerit se non habere peccatũ, seipsum seducit, & veritas in eo non est: prorsus mentitur, si dicat, Iustus sum. SVNT autem quidam inflati vtres, spiritu elationis pleni, non magnitudine ingentes, sed superbię morbo tumentes, vt dicere audeãt, inueniri homines absq; peccato. Dicunt ergo, iustos prorsus in hac vita nullũ habere peccatũ. Hæretici autẽ sunt Pelagiani, idẽque Cęlestiani, qui hoc dicunt. Et cũ responsum illis fuerit, quid est quod dicitis, Ergo viuit hic homo sine peccato, &

Iob. 15.

Capvt II.

sum testimonium dicis. Quid facturus es alteri, qui te infames? Quomodo alter tuam calumniam deuitabit, quando te tuæ linguæ mendacio reum facis? ITERVM te interrogo alio modo, Iustus es, aut peccator? Respondes, Peccator. Mentiris, quia non quod te esse corde, credis, hoc ore dicis. Ergo & si non eris peccator, esse incipis dum mentiris. Dicis enim, Humilitatis causa nos dicimus peccatores esse: nam Deus videt quia iusti sumus. Cùm ergo humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequã mentireris, mentiendo efficeris quod euitaueras. Veritas in te non est, nisi te ita dixeris peccatorẽ, vt etiã esse cognoscas: veritas autẽ ipsa est, vt quod es dicas. Nam quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas? Postremò omittamus Ioãnis verba. Ecce in corpore Ecclesiæ, quã dicis non habere maculam aut rugã, aut aliquid ciusmodi, & esse sine peccato, ecce venit hora orationis, oratura est tota Ecclesia, & tu quidem foris es: veni ad orationem Dominicam, veni ad trutinam: veni dic, Pater noster, qui es in cælis. Sequere, Sanctificetur nomen tuũ: Veniat regnũ tuũ: Fiat voluntas tua, sicut in in cælo, & in terra: Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie. Sequere & dic, Dimitte nobis debita nostra. Responde hæretice, quæ sunt debita tua? An fortè pecuniã mutuã à Deo accepisti? Non, inquit. Nõ te ergo amplius interrogabo de hoc. Ipse enim Dñs expositurus est, quæ sunt debita quę nobis petimus relaxari. Dicamus ergo sequentia: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Exponat hoc Dñs. Si enim dimiseritis hominib⁹ peccata: Ergo debita vestra peccata sunt, dimittet vobis & pater vester peccata vestra. Redi ergo hæretice ad orationẽ, si obsurduisti contra verã fidei rationẽ. Dimitte nobis debita nostra, dicis, an nõ dicis? Si nõ dicis, & si præsens fueris corpore, foris tamẽ es ab ECCLESIA. Ecclesię enim oratio est, vox est de magisterio Dñi veniẽs. Ipse dixit, sic orate, discipulis dixit, sic orate, discipulis dixit, apostolis dixit, & nobis qualesẽũq; agniculi sumus dixit, arietibus gregis dixit, sic orate. Videte quis dixerit, & quibus dixerit. Veritas discipulis, pastor pastorum arietibus, sic orate, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Rex militibus, dominus seruis, Christus Apostolis, veritas hominib⁹ loquebatur, sublimitas loquebatur. Scio quid in vobis agatur. Ego vos appendo, ego de trutina mea renuncio, prorsus dico quid in vobis agatur. Hoc enim ego plus quàm vos scio, dicite: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. INTERROGO te homo iuste, sancte, homo sine macula & ruga, interrogo te, inquam: Oratio ista ex Deo est, Ecclesiæ est, fidelium est, an catechumenorũ? Certè vtiq; regeneratorũ est, id est, baptizatorũ: postremò quod totũ superat, filiorũ est. Nã si nõ est filiorũ, qua fronte dicitur, Pater noster, qui es in cælis? Vbi ergo estis ô iusti & sancti? In mẽbris Ecclesiæ huius estis, an non estis? Ibi eratis, sed iam non estis ibi. Et vtinã iam præcisi accepta ratione audiant & credant. Ergo si tota ecclesia dicit, Dimitte nobis debita nostra, reprobus est qui hoc non dicit. Et nos quidẽ cũ dicim⁹, debita nostra, quousq; id q̃ petimus accipiam⁹, reprobi sum⁹, quia peccatores sumus. Sed q̃ vos nõ facitis, nos faciẽdo, id est peccata nostra cõfitendo mũdamur: si tamẽ faciamus quod dicimus, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vbi es ergo hæretice Pelagiane vel Cælestiane? Ecce tota ECCLESIA dicit, Dimitte nobis debita nostra. Habet ergo maculas & rugas: sed confessione ruga extenditur, cõfessione macula abluitur. Stat Ecclesia in oratione, vt mundetur confessione: & quãdiu hic viuitur, sic stat:

CAPVT XXII.

22.q.2 cũ humil. 4. sent dist. 21 ca sicut autem.

Matth. 6.

CAPVT V.

& cũ de corpore exierit vnusquisq; dimittũtur ei peccata, quia talia habebat vt dimitterentur debita, quia & quotidianis precibus dimittuntur: & tũc exit mundatus, & thesaurizatur ecclesia in thesauros Dñi aurũ purũ, ac per hoc in thesauros Dñi Ecclesia est sine macula & ruga. Et si ibi sine macula & ruga est, hic quid orandũ est? Vt venia percipiatur. Qui dat veniam, maculam extergit: qui ignoscit, rugam extẽdit. Et vbi extenditur ruga nostra? Tanquã in tendicula magni fullonis: In cruce Christi. In ipsa enim cruce, id est, in ipsa tendicula pro nobis sanguinem fudit: & nostis fideles quale testimoniũ perhibeatis sanguini quẽ accepistis. Certè enim dicitis, Amẽ. Nostis qui sit sanguis qui pro multis effusus est in remissionẽ peccatorũ. Ecce quomodo sit ecclesia sine macula & ruga, tanquam bene mundata in tendicula crucis extenditur: sed hic omnino potest id agi. Exhibet sibi ecclesiam gloriosam Dominus, non habentẽ maculam aut rugã. Agit hoc & hic, exhibet ibi. Hoc enim agit, vt non habeamus maculã aut rugã. Magnũ est quod hoc agit, bene curat, doctissimus artifex est. Extendit in ligno, & facit nos sine ruga, quos abluẽdo fecerat sine macula. Ipse qui venit sine macula & sine ruga, extensus est in tẽdicula: sed propter nos, non propter se, vt nos faceret sine macula & ruga. ROGEMVS ergo eũ vt faciat, & postquã fecerit, ad horrea nos ducat, ibiq; nos reponat vbi pressoriũ nõ erit. Tu ergo qui loquebaris, sine macula & ruga es? Quid hic facis in Ecclesia, quæ dicit, Dimitte nobis debita nostra? Debita se habere cõfitetur quæ relaxẽtur. Qui nõ confitẽtur, nõ ideo non habẽt: sed ideo eis nõ relaxabũtur. Cõfessio nos sanat & vita cauta, vita humilis, oratio cũ fide, cõtritio cordis, lachrymæ nõ fictæ de vena cordis profluẽtes, vt dimittantur nobis peccata, sine quibus esse non possumus. Confessio, inquã, nos sanat, dicente apostolo Ioanne, *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Non autem quia dico quòd non possumus hic esse sine peccato, homicidia facere debemus, aut adulteria, vel cætera mortifera peccata, quæ vno ictu perimunt. Talia non facit bonæ fidei & bonæ spei Christianus: sed illa sola quæ quotidiano orationis periculo tergantur. Humiles & deuoti dicamus quotidie, Dimitte nobis debita nostra: sed si faciamus quod sequitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sponsio hæc cum Deo, vera sponsio & fixa conditio est. Tu homo es, & habes debitorem, & debitor etiam tu es. Accedis ad Deum qui habet debitores, & debitor non est, vt postules tibi debita relaxari. Sed hoc tibi dicit: Ego debita non habeo, tu habes debita: debes enim mihi: sed etiam frater tuus debet tibi. Debitor meus es, habes & tu debitorem. Debitor meus es, quia peccasti in me: habes debitorem fratrem, quia peccauit in te. Quod feceris cũ debitore tuo, facio & ego cum meo: id est, si dimittis, dimitto, si tenes, teneo. Tu contra te tenes, qui alteri non dimittis. Nemo ergo dicat se esse sine peccato: sed non tamen ideo debemus amare peccatum. Oderimus ea fratres, & si non simus sine peccatis, oderimus tamen ea: & maximè à criminibus nos abstineamus, abstineamus quantum possumus à leuibus peccatis. Ego, ait, nescio quis, non habeo peccata: seipsum decipit, & veritas in eo nõ est. Prorsus oremus, vt DEVS dimittat: sed faciamus quod dicitur, Dimittamus & nos debitoribus nostris: cùm dimittimus, & dimittitur nobis. Quotidie dicimus hoc, & quotidie facimus, & quotidie fit in nobis. Non hìc sumus sine peccato, sed exibimus hinc sine peccato.

Ephes. 5.

Ephes. 5.

CAPVT VI.

1. Ioan. 1.

De

1. Ioan. 4. *De verbis beati Ioannis, Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sunt: &c. cum confutatione Manichæorum.*

SERMO D. AVGVST. XXX.

HINC nihil est obseruatum apud Bedam, sed ex sequenti sermone, qui huius est continuatio, vt constat ex illius exordio & istius epilogo.

CAP. I.

VANDO Ioannes apostolus legebatur, audiuimus loquentem per eum spiritũ sanctum, & dicentẽ: *Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt.* Repeto, quia necessariũ est vt repetã: & hoc mẽtibus vestris, quantũ Dominus adiuuat, vehementer inculcẽ. *Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Quoniam multi pseudoprophetæ prodierunt in hũc mundũ.* Præcipit spiritus sanctus ne omni spiritui credamus: & causam cur hoc præceperit, dixit. Quæ illa causa est? Quoniã multi, inquit, pseudoprophetæ prodierũt in hunc mũdũ. Quisquis ergo ista præcepta cõtempserit, & omni spiritui credẽdũ putauerit, necesse est incurrat in pseudoprophetas & quod peius est, blasphemet veros ꝓphetas. Hìc iã ex isto præcepto homo cautus effectus dicturus est mihi, Audiui, teneo, obtẽperare desidero, quia & ego in pseudoprophetas nolo incurrere. Quis enim hoc velit, à mendacibus decipi? Siquidẽ pseudopropheta, est mẽdax propheta. Da mihi hominẽ religiosum, nõ vult fallere: da mihi hominẽ impiũ, sacrilegũ, fallere vult, falli nõ vult. Cũ ergo nolint fallere boni, falli autem nec boni velint nec mali, quis est qui in pseudo, ꝓphetã velit incurrere? Verba dico cõsulẽtis me: sed vtiq; in pseudo, ꝓphetam nemo nisi inuitus incurrit. Audiui præceptum Ioannis, imò Dñi per Ioannẽ, Nolite omni spiritui credere. Ecce accipio, ita volo. Addit & dicit, *Sed probate spiritus, si ex Deo sunt.* Vnde probo? Probare vellẽ, si errare non possem. Certè nisi probauero spiritus qui ex Deo sunt, incurram necesse est in spiritus qui ex deo nõ sunt, & ex hoc seducar à pseudoprophetis. Quid agã? quomodo obseruẽ? O si sanctus Ioannes quomodo nobis dixit, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex DEO sunt, dicere dignaretur, quomodo probentur spiritus qui ex Deo sunt! Noli esse solicitus, & hoc audi. Hinc cognoscitur spiritus Dei: hoc certè expectabas audire, vt probares spiritus qui ex Deo sunt. Hinc cognoscitur spiritus Dei, Ioannes dixit, non ego. Hoc sequitur in lectione quã tracto. Cũ enim nos propterea faceret solicitos & cautos, ne omni spiritui credamus, sed probem⁹ spirit⁹ qui ex Deo sũt, quia multi pseudo, ꝓphetæ ꝓdierunt in hunc mundũ: continuò vidit quid desideraremus, occurrit expectationi, iniecit oculum tacitæ cogitationi. Gratias Deo, quia & hoc per illũ loqui dignatus est. *Hinc cognoscitur spiritus Dei.* OMNIS spiritus. Eia audite, audite, intelligite, discernite, inhærete veritati, resistite falsitati. *Hinc cognoscitur spiritus Dei.* Vnde, rogo te? Hoc est quod audire cupiebam. *Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis qui non confitetur Iesum Christũ in carne venisse, ex Deo non est.* Interim ergo, charissimi, repellite ab auribus vestris omnẽ disputatorẽ, prædicatorẽ, scriptorẽ, susurratorẽ, qui negat Iesum Christum in carne venisse. Ergo repellite Manichæos à domibus, ab auribus, à cordib⁹ vestris. Manichæi enim Christũ in carne venisse apertissimè negant. Spiritus ergo illorũ non est ex Deo: Hinc video vnde velit lupus obrepere, agnosco, & quantũ valeo, deuitãdũ esse demõstro. Hinc in eo quod dixi, vel potius ab Apostolo dictũ commemorauì; quia omnis spiritus qui negat Iesum Christũ in carne venisse, ex Deo nõ est; insidiatur Manichęus in hoc verbo, & dicit mihi: Ecce spiritus qui negat Iesum Christũ in carne venisse, ex Deo non est. Vnde est ergo? Si ex Deo nõ est, inquit, vnde est: Nunquid enim potest esse, nisi aliunde? Si ergo, inquit, ex Deo nõ est, & aliunde est, vides esse duas naturas. Inuenimus lapũ: retia salubria tendamus, venemur, capiamus, captum trucidemus. Trucidemus planè. Moriatur error, viuat homo. Ecce in eo quod dixit, Capiamus, trucidemus, moriatur error, viuat homo, ibi soluitur quæstio. Sed recolite quod proposui, ne obliti quæstionẽ, nõ intelligatis solutionẽ. Omnis spiritus qui nõ cõfitetur Iesum Christũ in carne venisse, ex Deo non est. ET Manichæus cõtinuò, Et vnde est? Si ex Deo nõ est, aliunde est. Si aliũde est, docuit esse duas naturas. Hãc quæstionẽ tenete, & mẽtes ad illa mea verba reuocate, vbi dixi: Capiam⁹, trucidem⁹, moriatur error, viuat homo. Error nõ est ex Deo; homo ex Deo est. Redite ad quęstionem. Omnis spiritus qui non cõfitetur Iesum in carne venisse, ex Deo nõ est. Dico & ego, Omnia per ipsum facta sunt. Omnis spiritus laudet Dominũ. Sed si non omnis spiritus ex Deo est, quomodo spiritus qui ex Deo nõ est laudat DOMINÛ? Prorsus omnis spiritus laudet Dominũ. Vtrunq; video, languidũ intelligo, vitiũ sanctur, natura liberetur. Vitiũ natura nõ est, sed naturæ inimicũ est. Sana vnde langues, remanet vnde laudes. Medicina vitia persequitur, nõ naturã. *Omnis qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo nõ est.* Inquantum non confitetur Christũ in carne venisse, intantũ ex Deo nõ est, quia iste error qui nõ confitetur Christũ in carne venisse, ex Deo non est. Fratres, quid est quod renascimur? Si bene nati sum⁹, quid est quod renascimur? Natura quę corrupta fuerat reparatur, natura quæ lapsa fuerat erigitur, natura quæ deformis iacebat gratia reformatur. Solus enim creator, pater, filius sanctus, sed trina vnitas, vna trinitas, sola illa natura immutabilis, incõmutabilis, nec defectui, nec ꝓfectui obnoxia, nec cadit vt minus sit, nec transcendit vt pl⁹ sit, perfecta, sempiterna, omnimodo immutabilis, sola natura. Creatura verò bona, sed creatori impar valde. Vis adhærere diabolo desertori, si ęquare cõtendis cõdita creatori. AGNOSCAT anima conditionẽ suã: nõ est Deus. Cũ se anima putat Deũ, offendit Deum: non inuenit saluatorem, sed inuenit damnatorem: quoniam Deus quando animas malas damnat, non se damnat: si autem anima, hoc est quod Deus, se damnat. Demus honorem Deo nostro, fratres, cui clamamus, Libera nos à malo: & succurret tibi hodie, vt in oratione inuenias tentationem, & dicat tibi: Quid est quod clamasti, Libera nos à malo? Certè non est malum. Responde illi, Ego sum malus. Et si liberauerit me à malo, ero de malo bonus: liberet me à me, ne incurrã in te. Hoc dic Manichæo, Si Deus liberauerit me à me, non incurrã in te: quia si Deus liberauerit me à me malo, ero bonus. Si bonus ero, sapiens ero. Si sapiens ero, non errabo: Si non errabo, à te decipi non potero. Liberet ergo Deus me à me, & non incurro in te. Meũ est enim vitium, vt errem & credam tibi; quoniam anima mea impleta est illusionibus. Nõ sum mihi ipse lumen: nam si essem, nunquam errassem. Ideo pars Dei non sum, quia substantia Dei, natura Dei errare non potest. Ego autem erro: nam & tu ipse confiteris, sapientem te dicis, ab errore me liberare conaris. Vnde ergo erro, si natura Dei sum? Erubesce, da honorem Deo. Ego dico, quia multum adhuc erras: sed sicut tuipse confiteris, errauerat. Errauerat ergo natura Dei? Ierat in immunditiam natura Dei? Adulteria committebat natura Dei? Stupra illicita faciebat natura Dei? Cæca nesciebat quà iret natura Dei? Facinoribus & flagitiis obruebatur natura Dei?

CAPVT III.

CAPVT IIII.

Matth. 6.

Pseudoprophetæ.

Ibidem.

Ibidem.

CAPVT II.

Ibidem.

Psal. 150.

1. Ioan. 4.

Psal. 57.

CAPVT IIII. Erubesce, da honorem Deo. LVMEN tibi esse non potes, non potes, non potes. Erat lumen verũ. In comparatione Ioannis dictũ est, Erat lumen verũ. Nũquid non & Ioannes lucerna? Ille erat lucernà ardens & lucens, Dñs dixit. Nunquid lucerna lumen non est? Sed erat lumẽ verum. Lucerna & accendi potest, & extingui potest: lumen verũ accẽdere potest, extingui nõ potest. Erat ergo lumen verũ, quod illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundũ. Illuminandi sumus, non lumẽ sumus. Expergiscere, clama mecũ, pominus illuminatio mea. Quid est ergo quod dicis? Ergo non sunt mala? Sunt mala, sed mutantur: & ipsa erũt bona, quia ipsa mala, vitio sunt mala, nõ natura. Quid est, Libera nos à malo? Nónne possumus & possumus hæc verba dicere, Libera nos à tenebris? A quibus tenebris? A nobisipsis, si quæ in nobis sunt reliquiæ tenebrarũ, donec in totũ lux efficiamur, nihil habentes in nobis quod resistat charitati, quod repugnet veritati, quod subiaceat infirmitati, quod cõditione mortalitatis deficiat. Tunc totũ videte, quid erit, quando corruptibile hoc inducetur incorruptionẽ, & mortale hoc induetur immortalitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autẽ mortis est peccatum. VBI MALVM? Modò mala hominum quæ? Error & infirmitas. Aut nescis quid agas, & errando laberis: aut scis quid agi debeat, & infirmitate superaris. Ergo omne malũ hominis error & infirmitas. Contra errorẽ clama, Dominus illuminatio mea: Contra infirmitatẽ adde, Et salus mea. Crede, bonus esto: tu es malus, tu eris bonus. Noli diuidere. Natura in te sanandà est, nõ separanda. Vis nosse quid es? Tenebræ. Quare tenebræ? Homo qui dicis, corrumpitur Deus, aliquid his tenebris potest esse profundius? Crede, agnosce Christum in carne venisse, accepisse quod non erat, non amisisse quod erat: hominẽ in se mutasse, nõ in hominẽ fuisse mutatũ. Agnosce, & tu ipse ex malo eris bonus, ex tenebris eris lux. An mentior, & non est vnde conuincã? Apostolũ accipis, si te non fingis accipere Apostolũ, legis & deciperis, & decipis. Vnde deciperis? Errando malo tuo tecipso. Si autẽ credideris, errorẽmq; discusseris, audies ab Apostolo, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux. Sed addit lux. Sed vbi? In Dño. Ergo tenebræ in te, lux in Dño: quia non tibi potes lucere, accedendo illuminaris, recedendo tenebraris: quia nõ tibi lumen tuipse es, aliũde illuminaris. Accedite ad eum, & illuminamini.

Ioan.1. Ioan.5. Psal.26. 2.Cor.15. CAP.V. Malum hominis: error & infirmitas. Psal.26. Ephes.5. Psal.33.

CAPVT VI. SCIO, charissimi, de ista lectione sancti Ioannis in re vna multũ me fuisse immoratũ, nec vos esse fatigãdos vltrà video, vel vltra capacitatẽ replendos, & nostra infirmitas cogitãda est. Nam hæc verba sancti Ioannis habẽt adhuc magnas latebras suas. Interim eos qui negant Christũ in carne venisse, repellite. Constat enim eos nõ esse ex Deo. Inquantũ errant, inquantum peccant, inquantũ blasphemant, non sunt ex Deo: sanentur, & ex Deo erunt, quia & natura ex Deo erant. Hinc quantũcunq; disputaui, attẽdite Scripturas. Nolite credere eis qui negãt Christũ in carne venisse. Sed certè dicturus es mihi, Ergo qui dicit Christũ in carne venisse, ex Deo est: Audiamus Donatistas, qui confitẽtur Christũ in carne venisse; audiamus Arrianos, qui confitẽtur Christũ in carne venisse; audiamus Eunomianos, qui cõfitentur Christũ in carne venisse; audiamus Photinianos, qui confitentur Christũ in carne venisse. Si enim omnes spiritus qui confitentur Christũ in carne venisse, ex Deo sunt, quã multæ sunt hæreses mẽdaces, deceptrices, insanæ, cõfitentur tamen Christũ in carne venisse? Quid ergo dicturi sumus? Quomodo istam quæstionem soluturi? Quomodocunque soluenda sit, hodie solui non potest. Tenere me debitorem: sed Deum pro me & pro vobis orate adiutorem. Conuersi ad Dominum, &c.

A

De verbis beati Ioannis, Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est 1.Ioan.4.

SERMO D. AVGVST. XXXI.

Citat Beda, Rom.8. Phil.2.

CAP.I. VESTRÆ charitatis expectatio, mei debiti exactio est. Nõ dubito meminisse vos, quid in adiutorio Dñi de sancti Ioannis lectione promiserim. Cũ ergo audistis lectorẽ, credo vos cogitasse me debere esse debiti redditorẽ. Magnam quippe quæstionẽ sermone in longum procedẽte distulimus, quomodo rectè possit intelligi quod ait in epistola sua beatus Ioannes, nõ Baptista, sed Euangelista: *Omnis Spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est.* Videmus enim, multas hæreses cõfiteri Christum in carne venisse, & tamen nõ eas possumus dicere ex Deo esse. Negat Christũ in carne venisse Manichæus. Nõ est laborandũ, neque vobis diutius suadendũ, quòd iste error non sit ex Deo. Sed Arrianus confitetur Christũ in carne venisse, Eunomianus, Sabellianus, Photinianus. Quid istis conuincẽdis quærimus testes? Quis tot numerat pestes? Sed interim quæ sunt notiora tractemus. Multis quippe hæreses illæ quas nominaui ignotæ sunt, & est ista ignorantia tutior. Certè quod nouimus, Donatista cõfitetur Christũ in carne venisse: & tamẽ absit vt sit hic error ex Deo. Vt de recentioribus hæreticis loquar, Pelagianista cõfitetur Christũ in carne venisse: tamẽ omnino non est hic error ex Deo. PROINDE, charissimi, diligenter consideremus, quoniam nõ dubitamus veram esse sentẽtiam, Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christũ in carne venisse, ex Deo est: cõuincẽdi fũt isti quòd non cõfiteantur Christũ in carne venisse. Nam si eis istam concesserimus cõfessionẽ, ex Deo illos esse fatebimur. Quomodo vos ab eorũ erroribus vel prohibemus, vel deterremus, vel aduersus eos scuto veritatis defendimus? Adiuuet nos Dñs, quia & vestra expectatio pro nobis oratio est, vt cõuincantur isti qui nõ cõfitentur Christum in carne venisse. Arrianus audit, & prædicat partũ virginis Mariæ. Cõfitetur ergo Christũ in carne venisse? Nõ. Quomodo probamus? Si adiuuet Dominus intelligẽtias vestras, facillimè. Quid est quod exigimus? Vtrum confiteatur Iesum Christũ in carne venisse. Quomodo confiteri potest, in carne venisse Iesum Christũ, qui negat ipsum Christũ? Quis enim est Christus? Beatũ Petrũ interrogemus. Modò cũ Euangeliũ legeretur, audistis, cũ quęsisset Dominus ipse Iesus Christus, quẽ illũ dicerent homines filiũ hominis: responderunt discipuli opiniones alienas, & dixerunt, Alij Ioannẽ Baptistã, alij Heliam, alij Hieremiam, aut vnũ ex prophetis. Qui hæc cõfitebantur vel cõfitentur, Iesum Christũ plus quã hominem non nouerũt. Si autẽ Iesum Christũ plus quàm hominem nõ nouerũt, Iesum Christũ vtiq; nõ nouerunt. Si enim tãtũmodo homo est, & nihil amplius, non est ipse Iesus Christus. Vos ergo, inquit, quẽ me esse dicitis? Respõdit Petrus vnus pro omnibus, quia vnitas in omnibus: Tu es Christus filius Dei viui. ECCE habes confessionem veram, cõfessionem plenam. Iungere enim debes vtrũque, quod de se Christus, & quod de Christo Petrus. Quid de se Christus? Quem me dicunt homines esse filium hominis? Quid de Christo Petrus? Tu es Christus filius Dei viui. Vtrumque coniũge, & venit Christus in carne. Hoc de se Christus quod minus est, hoc de Christo Petrus quod maiẽ est.

B Ibidem. 1.Cor.15. C Ioan.1. D Matthæ.16. CAPVT III.

Respon-

Respondit de veritate humilitas, & de humilitate veritas: hoc est de veritate Dei humilitas, & de humilitate hominis veritas. Quem me dicũt homines esse, inquit, filiũ hominis? Dico ego, quòd factus sum propter vos: dic tu Petre quis est qui fecit vos. Qui ergo confitetur Iesum Christum in carne venisse, profectò cõfitetur filiũ Dei in carne venisse. Dicat nunc Arrianus, vtrũ confiteatur Christũ in carne venisse. Si filiũ Dei cõfitetur in carne venisse, Christũ confitetur in carne venisse. Si filiũ Dei negat Christũ, nesçit Christũ: aliũ pro alio dicit, non ipsum dicit. Quid est enim filius Dei? Quomodo quærebamus, quid est Christus: & audiebamus, quòd sit filius Dei, quæramus, quid est filius Dei? Ecce filius Dei, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deũ. In principio erat verbũ. Quid dicis Arriane? In principio, sicut dicit Genesis, fecit Deus cælum & terrã: tu autẽ dicis, In principio fecit Deus verbũ. Factũ enim dicis verbũ, creaturã dicis verbum. Tu ergo dicis, In principio fecit Deus verbũ: sed Euãgelista dicit, In principio erat verbũ. Et ideo in principio fecit Deus cælũ & terrã, quia erat verbũ. Omnia per ipsum facta sunt. Factũ dicis. Si factũ dicis filiũ negas.

Arrianus. Ioan.1. CAPVT IIII.

FILIVM enim quærimus natura, nõ gratia; filiũ vnicũ vnigenitũ, non adoptatũ. Talem filium quęrimus, tam verum filiũ quærimus, qui cũ in forma Dei esset, Apostoli verba sunt, propter rudes cõmemoro, ne mea verba putentur: Illũ filiũ quærimus, qui cùm in forma Dei esset, sicut dicit Apostolus, non rapinam arbitratus est, esse, æqualis Deo. Non rapina, quia natura. Natura erat, rapina non erat. Nõ rapinam arbitratus est, esse ęqualis Deo. Non erat ei rapina, natura erat: sic erat ex æternitate, sic erat coæternus gignenti, sic erat ęqualis patri, sic erat: semetipsum exinaniuit, vt confiteamur Iesum Christum in carne venisse. Semetipsum exinaniuit. Quomodo? Amittendo quod erat, an assumẽdo quod nõ erat? Sequatur Apostolus. Audiamus: Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Sic se exinaniuit, formam serui accipiẽs, non formam Dei amittens. Forma serui accessit, nõ forma Dei discessit. Hoc est confiteri Christum in carne venisse. Arianus autẽ qui non confitetur ęqualem, non confitetur filium. Si non confitetur filium, non confitetur Christũ. Qui nõ confitetur Christum, quomodo confitetur Christum in carne venisse? SIC & Eunomius par ei, socius eius, non multũ diuersus. Etenim dicuntur Arriani cõfessi fuisse, quia vel similis est patri filius: & si nõ ęqualis dixerunt, sed similis. Ille nec similis. Et iste ergo negat Christũ. Si enim Christus verus patri æqualis est & similis, profectò qui negat æqualẽ, negat Christum; qui negat similẽ, negat Christum. Qui ergo negat æqualẽ & similẽ, negat in carne venisse Christũ. Quęro enim, Venit in carne Christus? Respondet, Venit. Et putamus quia confitetur. Interrogo, Quis Christus venit in carne, æqualis patri, an inæqualis? Respondet, Inæqualis. Inęqualem ergo patri dicis venisse in carne, negas Christum in carne venisse, quia Christus æqualis est patri. Sabellianum audi. Ipse est filius, qui est & pater. Hoc dicit, hinc pungit, hinc venena diffundit. Ipse est, inquit, Pater. Quando vult, filius est: quandovult, pater est. Non est ipse Christus. Et tu erras, si hũc Christum dicis in carne venisse; quia iste Christus non est, negas Christũ in carne venisse. Quid dicis Photine? Ait Photinus, Christus solùm homo est, Deus nõ est. Formam serui confiteris, formam Dei negas. Et Christus in forma Dei ęqualis est patri, in forma serui consors est nobis. Et tu negas Christum in carne venisse. Donatista quid? Donatistæ plurimi hoc confitentur de filio

A B C D Philip.2. Beda. CAP.V. Eunomius. Sabellianus. Photinus. Donatista. CAPVT VI.

quod nos, quòd æqualis sit patri filius, eiusdémq; substantiæ: alij verò eorũ, eiusdẽ quidẽ substantiæ cõfitentur, sed ęqualẽ negant. Quid opus est disputare de his qui negãt æqualẽ? Si enim negant æqualẽ, negant filiũ. Si negãt filiũ, negant Christũ. Si negant Christũ, quomodo confitentur in carne venisse Christũ? DE illis subtilior disputatio est, qui hoc confitentur quod nos, vnigenitũ filiũ ęqualẽ patri, eiusdẽ substantiæ, æterno coæternũ: & tamẽ Donatistæ sunt. Dicam[9] eis, Verbis confitemini, factis negatis. Aliquis enim negat factis. Nõ omnis qui negat, verbo negat. Planè sunt homines qui factis negant. Interrogemus Apostolũ, Omnia, inquit, munda mundis, immundis autẽ & infidelibus nihil est mundum, sed pollutæ sunt eorum & mẽs & cõsciẽtia. Cõfitentur enim, Deum se nosse, factis autẽ negant. Quid est, negare factis? Superbire, & schismata facere: nõ in Deo, sed in homine gloriari. Ita factis negatur Christus: vnitatẽ quippe amat Christus. Postremò ecce quomodo & ipsi Christũ negãt, vt apertius loquamur. Nos cũ dicimus Christũ, de quo ait Ioannes Baptista: Qui habet sponsam, sponsus est. Bonum coniugium, sanctæ nuptię. Sponsus Christus, sponsa ecclesia. Ab sponso cognoscimus spõsam. Dicat nobis ipse sponsus, quam habet sponsam: dicat, ne fortassis erremus, & inuitati ad nuptias sancta vota turbem[9]: dicat, ostendat primò seipsum sponsum. POST resurrectionẽ ait discipulis suis, Nõ sciebatis quia oportet impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me? Tunc Euangelista sequitur & dicit: Tũc aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas, & dixit eis: quia sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die. Ecce spõsus, quẽ confessus est Petrus, hoc est filiũ Dei viui: oportebat vt pateretur, & tertio die resurgeret, & factũ erat. Impletũ videbãt, caput tenebant, corpus quærebant. Quod est caput? Ipse Christ[9] passus est, tertio die resurrexit: caput est ecclesiæ. Corpus quod est? Ipsa ecclesia. Videbãt ergo discipuli caput, corpus non videbant. Ergo eos corpus non videtes, doceat caput. Dic Domine Iesu, dic sancte spõse, instrue nos de corpore tuo, de sponsa tua, de dilecta tua, de colũba tua, quã dotasti languine tuo, dic: Oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die. Ecce spõsus. Dic de spõsa, imple tabulas matrimoniales. Audite sponsam, Et prędicari, inquit. Hocenim sequitur. Oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorum per omnes gẽtes. Vbi te abscondis? Per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalẽ. Sic est factum. Legimus promissum, videmus impletũ. Ecce lux mea, vbi est obscuritas tua? Ergo Christ[9] spõsus est huius ecclesię, quę prędicatur in omnes gentes, & pullulat & crescit vsque ad fines terræ, incipiẽtibus ab Hierusalem: huius spõsus est Christus. Tu quid dicis, cuius spõsus est Christus? Partis Donati? Nõ est ipse, nõ est ipse. Homo bone, non est ipse: imò homo male, nõ est ipse. Ad nuptias venimus, & tabulas legamus, & non litigemus. Ergo si tu dicis, Christus est sponsus partis Donati, ego tabulas lego, & inuenio esse Christũ sponsũm ecclesię diffusę toto orbe terrarũ. Si dicis ipse est, & non est ipse, negas Christũ in carne venisse.

Tit.1. Ioan.3. CAPVT VII. Luc.24.

PELAGIANISTA restat, non ex hęresibus omnibus, sed eis quas pro paruo tẽpore commemoraui. Iã enim dixi, Quis numerat tot pestes? Quid dicis Pelagianista? Audite quid dicat. Videtur mihi confiteri Christum in carne venisse: sed discussus inuenitur negare. Christus enim in carne venit: quę similitudo esset carnis peccati, nõ esset caro peccati. Apostoli verba sunt, Misit Deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati:

CAPVT VIII. Pelagianista. Rom.8. Beda.

nõ in similitudinẽ carnis, quasi caro non esset caro: sed in similitudinẽ carnis peccati, quia caro erat, sed peccati caro non erat. Iste autẽ Pelagius carnem omnis infantis carni Christi conatur æquare. Non est, charissimi. Non pro magno commendaretur in Christo similitudo carnis peccati, nisi omnis cætera caro, esset caro peccati. Quid ergo prodest, quia dicis Christũ in carne venisse, & omnium infantiũ carni cũ conaris æquare? Et tibi hoc dico quod Donatiste, non est ipse. Ecce video matrẽ Ecclesiam testimoniũ reddentẽ ipsis vberibus suis. Accurrunt matres cũ paruulis filiis, ingerunt Saluatori saluandos, non Pelagio damnandos. Mater quælibet mulier pietate currens cum paruulo filio suo dicit: Baptizetur, vt saluetur. Pelagius contrà, Quid saluatur? Non est quod in eo saluetur, nihil habet vitij, nihil ex traduce damnationis traxit. Si æqualis Christo, quare quærit Christũ? Ecce dico tibi, Spõsus filius Dei quivenit in carne saluator est & maiorũ & minorũ saluator est & grãdium & infantiũ, & ipse est Christus: tu autẽ dicis saluatorẽ Christum maiorũ, non minorum. Non est ipse. Si non est ipse, negas & tu Christũ in carne venisse. Et si discutiamus omnes hæreses, inuenimus eas negare Christũ in carne venisse. Omnes hæretici negãt Christum in carne venisse. Quid miramini, si Pagani negant Christũ in carne venisse? Quid miramini, si Iudæi negant Christũ in carne venisse? Quid miramini, si Manichęi apertissimè negãt Christũ in carne venisse? Sed dico charitatiuestræ, etiam omnes mali catholici verbis confitentur Christũ in carne venisse, factis autem negant. Nolite esse tanquam de fide securi. Adiungite fidei rectæ vitam rectã, vt Christum confiteamini in carne venisse: & verbis verã dicẽdo, & factis bene viuendo. Nam si confiteamini verbis, & factis negetis: fides talium malorum propè est fides dæmoniorum. Audite me, charissimi, audite me, ne sit vobis testis sudor hic meus, audite me. Iacobus apostol⁹ cùm de fide & operibus loqueretur aduersus eos, qui sibi putabant fidem sufficere, & opera bona habere nolebant, ait: Tu credis quia vnus est Deus, bene facis: & dęmones credunt, & contremiscunt. Nũquid ideo dęmones ab æterno igne liberabuntur, quia credunt, & contremiscunt? Ecce modò audistis in Euãgelio, quod ait Petrus: Tu es Christus filius Dei viui: legite, & inuenietis dixisse dæmones, Scimus qui sis filius Dei. Petrus tamen laudatur, dæmõ compescitur. Vna vox, facta diuersa. Vnde separantur istæ duę cõfessiones? Laudatur amor, dãnatur timor. Nõ enim amore dicebant hoc dæmones, Tu es filius Dei: timore hoc dicebãt, nõ amore. Denique illi in confessione dicebãt, Quid nobis & tibi? Petrus autẽ, Tecum sum vsque ad mortem.

Caput IX.

Iacobi 2.

Matth. 16.

Marci 1.

Sed & ipse Petrus vnde, fratres mei, vnde illi dicere ex amore, Tu es Christus filius Dei viui? Vnde illi? Itáne de suo? Absit. Bene, quòd ipsum Euangelij capitulũ vtrunque demonstrat, quid Petr⁹ de Dei, quid de suo: vtrunque ibi habes, lege, nõ est quod à me expectes audire. Commemoro Euangelium, Tu es Christus filius Dei viui. Et Dominus ad eum, Beatus es Simon Bar-iona. Quare? De tuo beatus? Non. Quia caro & sanguis non reuelauit tibi: hoc enim es tu, Non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus, qui in cælis est. Et sequitur, & dicit cætera quæ commemorare longum est. Paulò pòst Dominus ibi, post hæc verba sua quibus approbauit fidem Petri, cæpue esse petram monstrauit, cœpit ostendere discipulis suis, quia oportebat eum venire Hierosolymam, & multa pati, & reprobari à senioribus & scribis & sacerdotibus, & occidi, & tertio die resurgere. Ibi Petrus de suo expauit, & horruit mortem Christi, expauit æger medicinam suam. Absit à te Domine, inquit: propitius tibi esto, non fiat hoc. Et vbi est, Potestatem habeo ponendi animam meã, & potestatem habeo iterũ sumendi eã? Oblitus es Petre? Oblitus es, Maiorem charitatẽ nemo habet quã vt animã suã ponat quis pro amicis suis? Oblit⁹es? Obliuio illa de ipsius, trepidatio, horror & timor mortis, totũ de Petri: imò de Simonis, nõ de Petri. Et Dominus, Vade retrò satanas. Beatus es Simon Bar-iona: vade retrò satanas: Beatus es Simon Bar-iona: sed de Dei. Vade retrò satanas; vnde? Recolite vnde beat⁹. Iam dixi, quia nõ tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus, qui in cęlis est. Vnde satanas? Dicat Domin⁹: Neque enim sapis quę Dei sunt, sed quę sunt hominũ. Sperate in Dominũ, & verę fidei bona facta cõiungite. Confitemini Christum in carne venisse, & credendo & bene viuẽdo, & vtrunque ab illo acceptũ tenete, ab illo augendũ & perficiendũ sperate. Maledictus enim omnis, qui spem suam ponit in homine. Et bonum est homini, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Conuersi ad Dom. &c.

Caput X.

Ioan. 10.

Ioan. 15.

Hier. 17.

De verbis Apostoli, Vt de dormientibus non cõtristemur, sicut & cæteri, &c. Et de operibus misericordiæ, quibus mortui adiuuantur. 1. Thess. 4.

SERMO D. AVGVST. XXXII.

TOTVS hic sermo est apud Bedam, 1. Thessal. 4. cum inscriptione, Ex sermone de iisdem verbis Apostoli.

ADMONET nos beatus Apostolus, *vt de dormiẽtibus*, hoc est, mortuis charissimis nostris, *Non contristemur, sicut & cæteri qui spem nõ habent*, spem scilicet resurrectionis & incorruptionis æternę. Nam ideo & dormientes eos appellat Scripturæ veracissima consuetudo, vt cùm dormiẽtes audimus, euigilaturos minimè desperemus. Vnde etiã cantatur in Psalmo, Nũquid qui dormit, nõ adiiciet vt resurgat? Est ergo de mortuis eis qui diliguntur, quędã tristitia quodãmodo naturalis. Mortẽ quippe horret, nõ opinio, sed natura. Nec mors homini accideret, nisi ex pœna quam præcesserat culpa. Quapropter si animalia quę ita creata sunt, vt suo quoque tẽpore moriãtur, mortem fugiunt, diligunt vitã: quãto magis homo qui sic fuerat creatus, vt si viuere sine peccato voluisset, sine termino viueret? Hinc itaque necesse est, vt tristes simus, quando nos moriendo deserunt quos amamus: quia & si nouimus eos non in æternũ relinquere nos mansuros, sed aliquantum præcedere secuturos: tamen mors ipsa quã natura refugit, cùm occupat dilectum, cõtristat in nobis ipsius dilectionis affectũ. Ideo nõ admonuit Apostolus, vt non contristemur: sed non sicut cęteri qui spem non habent. Contristamur ergo nos in nostrorum mortibus necessitate amittẽdi, sed cum spe recipiẽdi. Inde angimur, hinc cõsolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides rẽficit. Inde dolet humana cõditio, hinc sanat diuina pmissio. Proinde põpæ funeris, agmina exequiarũ, sumptuosa diligẽtia sepulturæ, monumẽtorũ opuleta cõstructio, viuorũ illã suaviacunq; solatia, nõ adiutoria mortuorũ. Orationibus verò sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorũ spiritus erogãtur, nõ est dubitandũ mortuos adiuuari: vt cũ eis misericordius agatur à Domino, quã eorũ peccata meruerũt. Hoc enim à patribus traditũ, vniuersa obseruat ecclesia, vt pro eis qui in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cùm ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur oretur, ac pro illis quoque id † offerri cõmemoretur. Cùm verò eorum commendandorum causa opera misericordiæ celebrantur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? Non omnino ambigendũ est, ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerint ante mortem, vt possint eis hæc vtilia esse post mortẽ. Nã qui sine fidę per dilectionẽ operatur, eúsq; sacramẽtis de corporibus exierunt, frustrà illis à suis huiusmodi pietatis impendũtur officia, cuius, dum hic essent, pignore caruerunt, vel nõ suscipientes, vel in vacuum suscipiẽtes Dei gratiã, & sibi non misericordiã thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cũ pro eis boni aliquid † operantur sui, sed eorũ præcedẽtibus consequentia ista redduntur. Nõ enim dictũ est, nisi cùm hic viuerent, vt eos hęc aliquid adiuuarẽt, cũ hic viuere destitissent. Et ideo istam finiẽs quisq; vitã, nisi quod meruit in ipsa, nõ poterit habere post ipsam. Permittantur itaq; pia corda charorum de suorũ mortibus contristari dolore sanabili, & cõsolabiles lachrymas fundant cõditione mortali, quas citò reprimat fidei gaudiũ, qua credũtur fideles, quãdo moriũtur, paululũ à nobis abire, & ad meliora transire. Consolentur eos etiam fraterna obsequia, siue quæ funeribus exhibẽtur, siue quæ dolẽtibus adhibentur, ne sit iusta querela dicentiũ, Sustinui qui simul cõtristaretur, & non fuit, & consolãtes, & nõ inueni. Sit pro viribus cura sepeliendi, & sepulchra cõstruendi: quia & hæc in Scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. Nec solùm in corporibus Patriarchorũ aliorũmque sanctorũ, & humanis cadaueribus quorumcunque iacentiũ, verũ etiam in ipsius Domini corpore prædicati atq; collaudati sunt qui ista fecerũt. Impleãt hæc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris. Verùm illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obseruantiùs, instantiùs, abundãtiùs impendãt, qui suos carne, non spiritu mortuos, non solũ carnaliter, sed etiam spiritaliter amant.

Cap. II.

Psal. 40.

Caput II. Orationes, sacrificium salutare, & eleemosynæ pro defunctis.

al. fieri.

Galat. 5.

al. impendunt.

Psal. 68.

Gen. 49.

Ioan. 19.

De celebratione dierum fratrum defunctorum, & resurrectione mortuorum.

SERMO D. AVGVSTINI. XXXIII.

BEDA ad illud 1. Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent; vocat sermonem secundum de eadem lectione.

CAP. I.

VANDO celebramus dies fratrum defunctorum, in mẽte habere debemus, & quid sperandum, & quid timẽdum sit. Secundũ hoc enim sperandũ est, quoniã pretiosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius: secundum hoc autẽ timendũ est, quia mors peccatorũ pessima. Ideóque propter spem, In memoria æterna erit iustus: propter timorẽ, ab auditu malo nõ timebit. Erit enim auditus quo nullus sit peior, quãdo dicetur sinistris, Ite in ignem æternũ. Ab hoc auditu malo iustus nõ timebit. Erit enim ad dexterã inter illos, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. In hac autẽ vita, quæ media ante sũma bona & ante sũma mala ducitur, in medio bonorũ malorũque mediorũ, id est, in neutra parte summorũ: quia & bona quęcũq; hic fuerint homini, in cõparatione bonorũ ęternorum nulla sunt, & mala quæcũque in hac vita experitur homo, in cõparatione ignis æterni nec cõparãda sunt. In hac ergo medietate vitæ, illud quod audiuim⁹ nũc ex Euãgelio, tenere debemus: Qui credit, inquit, in me, licet moriatur, viuit. Et vitã pronũciat, & mortẽ nõ negat. Qui credit in me, licet moriatur, viuit. Quid est, Moriatur, viuit? Licet moriatur corpore, viuit spiritu. Deinde adiũgit: Et qui viuit, & credit in me, nõ morietur in æternũ. Certè licet moriatur; quomodo si nõ morietur? Sed licet moriatur ad tẽpus, non morietur in æternum. Sic ista soluitur quæstio, vt non sint inter se contraria verba veritatis, & possint instruere affectũ pietatis. Ergo licet corpori morituri simus, viuimus fr credimus.

Psal. 115.

Psal. 33.

Psal. 111.

Matth. 25.

Ioan. 1.

Est autem fides nostra maximè discreta ab omni fide gentiliũ in resurrectione mortuorũ. Hãc enim illi omnino nõ recipiũt: quia vbi recipiãt, nõ habẽt. A Domino enim præparatur voluntas hominis, vt sit fidei receptaculum. Dicit Iudæis Dominus: Sermo meus nõ capit in vobis. Ergo in his capit, in quibus inuenit quod capiat. In his enim inuenit quod capiat sermo qui capit, quos Deus pollicẽdo nõ decipit: ille enim qui quęrit ouẽ perditã, & quam quærit nouit, & vbi quærat, & quomodo eius mẽbra dispersa colligat, & in vnã salutẽ reducat, & ita cõstituat vt eã vlterius nõ perdat. Consolemur ergo nos inuicem, & in his sermonib⁹ nostris. Potest non dolere cor humanũ defuncto charissimo: melius tamẽ dolet & sanatur cor humanũ, quã nõ dolendo fit inhumanum. Maria Domino cohærebat, & mortuũ fratrem dolebat. Sed quid miraris quia Maria dolebat tunc, cùm ipse Dominus flebat? Mouere autẽ quẽuis potest, quomodo flebat mortuũ, si continuò iubet victurũ? Nõ mortuũ flebat quẽ ipse suscitauit, sed mortẽ quã sibi homo peccando comparauit. Si enim peccatũ non præcessisset, sine dubio mors secuta non fuisset. Secuta est ergo mors etiã corporis, quam præcessit mors animæ. Mors animæ præcessit deserente Deo, & mors corporis secuta est deserente anima. Deseruit volẽs, & coacta est deserere nolens. Tanquã illi diceretur: Recessisti ab eo quẽ diligere debuisti, recede ab eo quẽ dilexisti. quis enim vult mori? Prorsus nemo: & ita nemo, vt beato Petro diceretur, Alter te cinger, & feret quò tu nõ vis. Si ergo nulla esset mortis amaritudo, nõ esset magna martyrũ fortitudo. Ideo & Apostolus de dormientibus inquit: Nolo vos ignorare, fratres, vt non contristemini, sicut & gentes, quę spem nõ habent. Non tantùm ait, vt non contristemini; sed, Vt non sic contristemini, quẽadmodũ gẽtes, quæ spem non habẽt. Necesse est enim, vt contristemini. Sed vbi contristaris, cõsoletur te spes. Quomodo enim nõ cõtristaris, vbi corp⁹quod viuit ex anima fit exanime, discedente anima? Qui ambulabat iacet, qui loquebatur tacet, clausi oculi lucẽ non capiunt, aures nulla voce patescũt: omnia membrorũ officia conquieuerũt, non est qui moueat gressus ad ambulãdũ, manus ad operãdũ, sensus ad percipiendũ. Nónne ista est domus, quã nescio quis inuisibilis habitator ornabat? Discessit qui nõ videtur, remansit quod eũ dolore, videatur. Ista est causa tristitiæ. Si hęc est causa tristitiæ, sit hui⁹ tristitiæ cõsolatio. Quę cõsolatio? Quia ipse Dñs in iussu & in voce archãgeli, & in nouissima tuba descẽdet de cælo, & mortui in Christo resurgẽt primi: deĩde nos viuẽtes, qui reliqui sum⁹, simul cũ illis rapiemur in nubib⁹ obuiã Christo in aẽra, & ita semper cum Dño erim⁹. Pereat cõtristatio, vbi tãta est cõsolatio: detergatur luct⁹ ex animo, fides expellat dolorẽ. In tanta spe non decet esse triste templũ Dei. Ibi habitat bonus cõsolator, ibi qui non fallit promissor. Scio vt mortuum diu plangamus, quoniam mors amara est. Per illã trãsiuit & Dñs. Sufficiant hęc pauca charitati vestrę, consoletur vos abundantiùs qui nõ migrat de corde vestro: sed ita dignetur habitare, vt nos dignetur etiam in fine mutare.

Caput III.

1. Thess. 4.

Beda.

Ibidem.

De verbis Apostoli, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; prout gessit, siue bona, siue mala. 2. Cor. 5.

SERMO XXXIIII.

Erit in appendice x 1.

De eiusdem verbis Apostoli, quibus in sermone præcedenti.

SERMO XXXV.

Erit in appendice x 11.

1.Pet.4. proximum tuum, tanquam teipsum. Et illud, Charitas operit multitudinem peccatorum. Quam rem ipse qui est vera charitas, nobis prestare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Matth.5. *De eo quod Dominus dicit in Euangelio, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt.*

HOMILIA VI.

EREQVENTER in Euangelio, fratres charissimi, audiuimus Dominũ dicentẽ: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt.* Quare autem Dominus dixit, Diligite inimicos vestros, nisi quia passuri eramꝰ inimicos? Sed dicit aliquis, Quis potest diligere inimicos? Prius te dilexit impiũ Deꝰ tuus, qui nũquã fuit impius. Tu autẽ etiã si iã nõ es impiꝰ, fuisti tamẽ aliquãdo: quia nemo fit iustus nisi ex peccatore. Sicut frequẽter cãtauimus, Beati quorũ remissæ sunt iniquitates: nõ dixit, Beati qui non fecerũt peccata; sed, Beati quorũ remissę sunt iniquitates. Si enim quæris qui nõ fecerit, nõ inuenies. Vnde ergo quisquã etit beatus, nisi remittatur quod fecit, nisi regatur quod cõmisit? Si ergo iã tibi peccatũ dimissũ est, ille te insequitur qui nõdũ est iustus. Et tu antequã iustificareris, alios persequebaris: perieras, & inuentus es. Et ille qui tibi aduersatur, inuenietur, & non persequetur. Noli cogitare, quòd tuis meritis talis factus sis: quia gratia Dei te talem fecit. Et bene cõsiderans videbis potentẽ esse Deũ, qui talẽ faciat eũ, quẽ iustẽ videris odisse. Dicis enim tu tibi quasi iustus: Magna est patientia Dei, quę illũ talẽ viuere sinit. Atq; vtinã hoc solũ dicas: sed timeo ne insuper reprehẽdas, dicens, Quid placuit Deo talibꝰ parcere? Quare tãta mala faciũt homines, & viuũt? Sic dicat aliꝰ: O Deus, quare viuit iste qui tãta dicit, & tuã iustitiã reprehẽdit? Nõ enim attẽdit quid ipse dicat, sed attendit quid alius faciat. Qui tibi displicet, fortassis nõ reprehẽdit, nec effundit istas cõtumelias in Deũ, quomodo tu facis. Ecce putas quia Deus quomodo tu vis, nulli malo velit parcere: quid de te facturus est qui sine peccato esse nõ potes? Nõ attẽdis vbi te inueniat? Rogo ergo, vt nõ solũ aliis, sed etiã & tibi parcat. Hoc itaque, fratres, habẽt quasi propriũ omnes iniqui: nolũt vt parcat Deꝰ iniquis, & nõ vidẽt quid ipsi sint, etiã ex hoc ipso quòd ita volũt. Sed ego iustus sum, inquis. Si tibi nõ parceret Deus, cũ esses iniquus, quomodo ad iustitiã peruenisses? An fortè volebas, vt Deꝰ vsq; ad te patiẽs esset, quousq; tu peruenires ad iustitiã? Quia Deꝰ extẽdit pontẽ misericordię suę, vt tu trãsire posses: hoc vis vt iã subducat ne alius trãseat? Diligamus ergo inimicos nostros, fratres charissimi. Fortè qui hodie est amicus tuꝰ, talia peccata facturus est, vt in vita ęterna tecũ esse non possit. Non enim scis quid pariat crastinꝰ dies. E ecõtrà qui inimicꝰ erat, fortè sic ad pœnitẽtiã cõuertetur, vt in illa cęlesti Hierusalẽ cõciuis tuꝰ esse mereatur, & fortè etiã maior efficiatur. Nõ vobis hoc difficile videatur. Interrogemꝰ Scripturas, & in ipsis hoc euidẽtiꝰ agnoscere poterimꝰ. Paulus apostolꝰ prius sceleratus erat inimicꝰ Christianorũ, rapiebat, vastabat, sæuiebat. Ibi erat quãdo lapidatꝰ est martyr Stephanus. parũ illi erãt manus suę, manibꝰ omniũ lapidabat: quia vt illi nõ impedirẽtur vestimentis suis, sed liberis manibus saxa proiicerẽt, omniũ vestimẽta seruabat, ac sic in omniũ manibꝰ illud scelus operabatur. Videte istũ virũ, vna voce Dñi ex persecutore factũ prędicatorẽ. Præcessit eos quos oderat. Illi enim omnes Christiani quos insequebatur tales nõ erãt, qualis ipse factus est. Nõ enim omnes illi Apostoli erãt, quod ipse factus est. Videtis fieri posse, vt inimicus qui erat hodie, sit nõ solũ amicus & frater in gratia, sed etiã præcedat, & melior fiat. Ergo fratres mei, Christiani illi omnes quos persequebatur Saulus, putatis quia nõ rogabãt? Vtiq; si nouerãt Christum, si Christiani erãt, si nouerãt ipsũ Dñm Iesum ꝓ impiis mortuũ. Nõ enim mortuꝰ est pro fidelibus, sed mortuꝰ est, vt faceret fideles. Rogo vos, fratres, diligẽter attẽdite, dñs & saluator noster, qui mortẽ suã prestitit infidelibus, quale sit illud quod seruat fidelibꝰ? Et hoc cõsiderate, quia quos psequebatur Paulus apostolus, bene nouerãt misericordiã dñi, & sciebãt quòd Saulus ille persecutor poterat fieri prędicator: & ideo orauerũt ꝓ illo, & exauditi sunt. Ille persequebatur, sed illi vicerũt. Illi eũ magis occiderũt & interfecerũt rogãdo pro eo. Quomodo? Ecce vna voce prostratus est persecutor. Surrexit enim iã nõ persecutor, sed prædicator. Qui enĩ persequebatur mortuus est. Quęre persecutorẽ, & nõ inuenies iã, quia surrexit. Ergo illi potiꝰ occiderũt eũ orãdo quãille psequẽdo. Et vos ergo, fratres, sic orate ꝓ inimicis vestris, vt occidat eos Deus: id est, vt eorũ malitiã, quæ vobis inimicatur, occidat. Sic enĩ nõ occidit q̃ creauit, sed quod ipsi sibi fecerũt. Homo enim & peccator, duo nomina sunt. In ipsis duobus nominibus quęre quid fecerit Deꝰ, quære quid suaserit diabolus. Homo à Deo factꝰ est: peccatũ, suadẽte diabolo, ab homine factũ est. Quis horũ duorũ te psequitur? Si enim tu bene viuis, nõ te psequitur, nisi q̃ malꝰ est. Nõ ergo homo, sed peccator te insequitur. Roga ꝓ homine, vt extũguat neꝰ peccatorẽ. Cũ enĩ mortuꝰ fuerit peccator, nihil tibi aduersabitur, imò cõsolabitur viuẽs, qui te in peccatis mortuꝰ persequebatur. Nõ vobis ergo graue sit per ipsius Dñi nostri misericordiã vos obtestor, quia spes nobis alia nõ est, nisi dimiserimꝰ quicquid nos lęserint homines. Nemo vos fallat. Aliud maius sacrificiũ nõ est quod debeamus Deo, nisi quicquid boni est, etiã malis hominibus, sed tamẽ hominibus fecerimus. Dicit tibi Deꝰ: Ego nõ ex te cresco, sed tu ex me. Sacrificiũ volo quod prosit homini, sic ad me peruenit quod tibi prosit. Potes mihi dicere: Nõ habeo quod tribuã indigẽti, nõ possũ ieiunare frequẽter, & à vino & carnibus abstinere nõ possum. Nunquid potes mihi dicere, charitatẽ te habere nõ posse? Ipsa est cuius possessio tãto plus augetur, quanto amplius erogatur. Dimitte ergo quod tenebas, ne aduersus te ille teneat aliquid, cui nõ habes quod dimittas. Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis. Scitote, fratres charissimi, quia duę sunt eleemosynæ. An cordis, aliã pecuniæ. Eleemosyna cordis est, dimittere ei à quo læsus es. Nã dare aliquid indigẽti, aliquãdo quæris, & nõ habes. Indulge peccãti, quantũ volueris, redundat tibi. Aurũ & argẽtũ, vestẽ, frumentũ, vinũ & olẽũ, potest fieri, vt aliquoties nõ habeas vnde pauperibus tribuas: vt autẽ omnes homines diligas, & hoc aliis, quod tibi ipse velis, & inimicis tuis indulgeas, nunquã te poteris excusare. Quia si in cellario vel in horreo nõ habes quod dare possis, de thesauro cordis tui potes proferre quod tribuas. Et cum omnibus hominibus, etiam si sola sit bona voluntas, sufficiat, & eleemosyna cordis multo maior sit, quàm eleemosyna corporis, quis est qui vel vmbrã excusationis possit prætẽdere? Et illud attẽdite, fratres, quia charitatis eleemosyna sine terrena substãtia sufficit sibi. Illa verò quæ corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino nõ sufficit. Et quia, sicut ipsi videtis, fratres charissimi, ad remissionẽ omniũ peccatorũ, si substantia terræ nõ fuerit, charitas & dilectio inimicorum satis abundéque sufficiunt: nulla nobis excusatio de hac re in die iudicij remanebit. Nec dicere aliquis poterit non se habuisse vnde sua peccata redimeret. Ideo omnes homines studeamus toto corde diligere, orantes vt qui boni sunt, meliores fiant,

Psal.31.

Prouer.17.

Lucæ 6.

45.dist. duæ. Eleemosynæ duæ.

fiant, & in opere bono permaneant: qui mali sunt, citò se corrigant, timentes illud quod Dominus cõminatus est dicẽs, Si nõ dimiseritis hominibꝰ peccata eorũ, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Sed magis cum ipsius adiutorio laboremus, vt illud in nobis possit impleri, Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis. Cũ ergo secundũ præfatã Dñi sentẽtiã, qua dixit. Si dimiseritis hominibꝰ peccata eorũ, dimittet vobis pater vester cælestis peccata vestra: in potestate nostra positũ sit, qualiter in die iudicij iudicemur: dimittamus omnibus inimicis nostris, vt libera cõscientia possimus in oratione Dominica dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod ipse præstare dignetur, qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculo. Amen.

Matth.6.

Lucæ 6.

Esaiæ 58. *De eo quod Esaias dicit, Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo peccata eorum.*

HOMILIA VII.

Erit in appendice sermo XV.

1.Tim.6. *De eo quod Apostolus dicit, Radix omniũ malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, naufragauerũt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.*

HOMILIA VIII.

Inscribitur in veteribus exemplaribus, De dilectione charitatis & odio cupiditatis: & quòd regnum cælorum non solum duobus minutis, sed etiam bona voluntate emi possit, & de tribulatione vuarum & oliuarũ.

De pœnit. dist.2.quia radix.

BEATVS apostolus Paulus, fratres charissimi, vt nobis verę ac perfectę charitatis dulcedinem commendaret, amaritudinẽ cupiditatis nobis exposuit: & velut peritissimꝰ ac spiritalis medicus quid fugere, & quid expetere debeamus, ostendit. Et quia radix omniũ malorũ est cupiditas, & radix omniũ bonorum est charitas, & simul ambæ esse non possunt: nisi vnà radicitꝰ euulsa fuerit, alia plantari non poterit. Sine causa ergo aliquis conatur ramos incidere, si radicẽ non contẽdit euellere. Sic enim idem ait Apostolus: *Radix omniũ malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, naufragauerũt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Tu autem homo Dei hęc fuge. Audiamus ergo consilium illius, in quo Christus Dominus loquebatur: & quantũ possumus, studeamus amaritudinem auaritiæ fugere, si volumus ad charitatis dulcedinẽ peruenire. Sed quando de contemptu diuitiarũ loquimur, respõdet mihi aliquis diues: Didici nõ sperare in incerto diuitiarũ, nolo diues esse, ne incidã in tentationẽ. Sed quia iã sum, quid factuꝰ sum de his quæ mihi iã cõtigit habere? Sequitur Apostolus: Facilè tribuãt, cõmunicẽt. Quid est cõmunicare? Cõmunẽ rẽ tuã facere cum illo qui nõ habet. Si ergo cõmunicẽris, non eris ille prædo, & ille raptor, qui necessariis pauperũ tanquã rebus alienis incubat. Etenim cõmunẽ fecisti rẽ tuam cũ his qui nõ habent, & amplius præstas, qui etiã prærogator pauperũ factus es. Tu aliquantã curã geris, vt ad securũ pauperem victus peruenìat, & in hoc misericordiã prærogas, & propterea defert tibi Deus honorem, & quasi tibi dicit: Prior de cõmuni tolle quod sufficit necessitatibus domꝰ tuę, quod reliquũ est da Christo. Para te audire: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est ab initio mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Fortè contemnebas nescio quem pauperem aut egenum: noli contemnere Christum in cælo sedentem, in terra egentem, veniet cum retributione, & vita æterna, & igne æterno. Hoc ergo cogitans potes cum aliqua spe etiam diues esse. Si autẽ adhuc vis fieri diues, & non solùm ea quę superflua tibi iacent, non vis erogare indigentibus, sed etiam augere vis patrimoniũ tuum, vnde vis augere? Emẽdo. Innocens tibi videris, quia emendo vis augere. Fortè & de rapinis aliquã spẽ habes. Nisi fortè hoc dicas: Scit Deus quia nõ de rapinis volo augere patrimoniũ meum. Et de rapina nõ es malus, sed voto malus es. Si quis tibi dicat, Vende res tuas, exhorrescis, expauescis, maledictũ putas. Cùm ergo emere cupis, nõnne hoc optasvt res tuas alijvẽdant? Nã quomodo poteris emere, si alius nõ cõpulsus fuerit venundare? Et hoc videte, fratres, quantum laboret qui expoliare vult vestitũ: & quomodo sine labore sit ille qui vestire vult nudũ. Si enim habet, profert & dat; si nõ habet, sufficit ei corã Deo voluntas bona. Ecce nõ laborat si habet; si verò nõ habet, quod valde necessariũ est habet: pauper est in arca, sed diues est in cõscientia. Pauper est in domo, sed diues est in animo. An fortè nihil habes, quia bona voluntatẽ habes? Audi nato Domino clamãtes angelos, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Quàm paruo cõstat regnũ cælorũ, quàm vili pretio tanta possessio proponitur! Proponitur enim in terra, quod possideas in cælo: proponitur in tẽpore, quod possideas in ęternum. Nõ potes dicere, Nõ habeo vnde emere possim, quia tanta est illa possessio, quòd ad pretium congtuũ inuenire nõ possim. Nõnne tantũ valet, quãtũ habere potueris? Et hoc superfluũ. Quantũ valuit Zachæo? Dimidiũ patrimoniũ: erat enim diues. Dimidiũ rerũ mearũ, dixit, do pauperibus. Sed quia prior emit, fortè tu nõ inuenis quod emas? Emit enim regnũ cęlorũ. Et ille emit, & tibi integrũ seruatur quod emas. Noli timere ne angustet te cõpossessor: omnibus latũ est quod charitas possidet. Duobus enim minutis emit quædã vidua regnũ cęlorũ, quę misit in gazophylaciũ duos numos. Amen, amen dico vobis, nullus amplius misit in domum Dei quàm ista vidua. Illi enim de abundãtia sua miserunt, hæc autem totũ quod habuit misit. Quia enim præbebat ei Dominus victum, iam ei duo numi superflui restiterãt ad victũ eius dici: ideo misit illos in domum Dei, & emit sibi regnum cęlorum. Ecce quod timebas ne carum esset, & non esses idoneus. En duobus numis valet. Si terrebat te pretium quod dedit Zachæus, consoletur te hoc pretium quod dedit hæc vidua. Plus addo, charissimi, valet & vilius. Vilior est calix aquę frigidæ, vilior est sola bona volũtas. Audi clamantes angelos: In terra pax hominibus bonæ volũtatis. An fortè non bene diximus viliorem bonã volũtatem? Imò ipsa est omnibus charior, & totum habet qui bonam voluntatem habet: quia in dimidio rerum suarum Zachæus si bonam voluntatem non haberet, nihil dedisset. Bona enim voluntas, ipsa dicitur charitas. Et quid ait Apostolus? Si distribuero omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Totum ergo habet qui bonam voluntatem habet. Ipsa est quæ potest sufficere, si cætera non sint: Si autem sola desit, nihil prodest quicquid habitum fuerit. Sola sufficit, si adsit. Cætera omnia nihil prosunt, si sola charitas desit. Si haberes in domo tua thesauros, vnde securus esses, gauderes & exultares: in corde tuo habes bonam voluntatem, & tristis es? In arca posses timere furem, in corde tuo quem times? Te noli pati hostẽ in corde tuo: bonam voluntatẽ habens nihil times. Fortè aliquis cogitat, & dicit: Si res meas pauperibus dare cœpero, & de aduersariis meis pro Dei amore me vindicare noluero, & humilis ac mansuetus esse cõtendero, statim mihi necesse erit persecutiones hominũ malorum sustinere. Qui hæc times, non legisti, Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei? Non audisti Scripturam dicentem: Fili accedẽs ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpa-

Cõmunicare quid.

Matth.25.

Regnum cęlorum quantũm valeat.

Luc.2.

Luc.19.

Mar.12.

Luc.2.

1.Cor.13.

Act.14.

Eccl.2.

præpara animam tuam ad tentationē? Verum est, quia vbi Deū in veritate cœperis quærere, necesse tibi erit superborum vel malorū hominū nequitias sustinere: quia nō sic ab illis colitur Christus, quomodo eis quotidie prædicatur. Quoniam & quicquid volunt, quicquid petunt à Deo, in luxuriis suis & conuiuiis volunt consumere, in spectaculis, in nugis, in fornicationibus, in ebrietatibus. In his volūt cōsumere, quo desiderant abundare: & tunc putant quòd bonus sit Deus, quādo illis præstat vnde corrūpantur. Sed dicit aliquis: Ecce tēpora aspera sunt, & asperiora erunt. Per ista asperiora proficit magis ecclesia, proficiunt illi qui sursum cor habēt, & illi qui sursum cor nō habēt, tumultuatur eis cor in terra, & discūt cordi suo locū mutare, vt etiā ipsi
Psal.24. sursum cor habeāt, cantantes nobiscū, Ad te Domine leuaui animā meā. Tale est dicere, Sæuiora sunt tempora: quale si quis dicat, sæuiora esse tēpora oliuæ, cùm fructus inde colligitur, quā cùm in torcūlar mittitur. Quando enim pēdebat in arbore, læta tēpora videbātur, & non attendunt quia amurca plena erat. Venit enim quasi asperius tēpus, venit tempus torcularis, veniūt maiores pressuræ. Per peccata enim & crimina superborum, per auaritiam, luxuriāmque malorū maiores pressuræ fiunt generi humano. Omnes enim mali & amatores mundi quasi torcularia sunt. Sic enim in torcularibus & vua premitur & oliua, vt vinū & oleū reponatur in cauca: ita per nequitiā malorū hominū, qui boni & iusti sunt multis tribulationibus corporaliter fatigantur, vt animæ eorū tanquā oleū ac vinum recōdi in æterna tabernacula mereātur. Noli ergo de Dei misericordia vel iustitia desperare, quoties te videris ab iniquis hominibus fatigari: sed considera quòd illi qui te persequūtur, apud Deū velut molę ac torcularia deputātur. Tu verò quasi oliua, & quasi vua legitima, patuo tēpore pressurā malorum hominū sustinere cogeris. Sed postea illis sine fine remanebit opprobriū, tu felici cōmutatione transibis ad regnū. Et tūc liberatus ab omnibus malis cū Propheta poteris dicere, Trā-
Psal.65. siuimus per ignem & aquā, & induxisti nos in refrigerium. Sed vt ad istam merearis beatitudinem peruenire, ora pro illis qui te persequūtur, quia potēs est Deus vt illos conuertat ad bonū. Et qui nunc paleæ esse videntur, de zizaniis in triticū, de amurca in oleū trāseāt. Et qui modò alios per nequitiā persequūtur, ipsi postea persecutionem propter iustitiā patiātur. Et qui nūc res alienas crudeliter volūt rapere, res suas incipiant pauperibus misericorditer erogare. Quam rē, si orantibus vobis secundū suam cōsuetudinē pietas diuina præstiterit, nō solùm de vestra, sed & de aliorū salute duplicē mercedē in æterna beatitudine remunerante Deo capietis, quod ipse prestare dignetur, qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Eccles.13. *De eo quod scriptum est, Beatus vir qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Et vt quicunque aliquid inuenerit, ei qui perdidit sine vlla dilatione restituat: & de illo qui ducentos solidos inuenit.*

HOMILIA IX.

Abest, quia est sermo conflatus ex 19. de verbis Apostoli.

Ephes.5. *De eo quod Apostolus ait, Videte quomodo cautè ambuletis, nō vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

HOMILIA X.

FVIT sermo 24. de verbis Apostoli: sed hic ab aliquo auctus: Ideóque erit in appendice sermo XVI.

In antiquis codicibus hæc ferè est inscriptio:

A *De ijs qui conuersionem de die in diem differunt: quorum alij præposterè sperādo, alij verò desperando pereunt. & de eo quod Propheta dicit in Psalmo, Sustine Dominū, viriliter age, & cōfortetur cor tuum.* Psal.26.

HOMILIA D. AVGVST. XI.

REQVENTER, fratres, cum Psalmista cātauimus, *Sustine Dominū, viriliter age, & cōfortetur cor tuū, & sustine Dominū.* Quid est, Sustine Dominū? Vt tunc accipias quādo dabit, non tunc exigas quando vis. Tēpus dādi nōdū est. Sustinui te, sustinei illū. Quid est quod dixi, Sustinuit te, sustine illū? Si iā iustè viuis, si iā ad illū cōuersus es, si tibi displicēt facta tua præterita, si iā placuit tibi eligere vitā bonā nouā: noli festinare exigere. Sustinuit te, vt mutares vitā tuā malā: sustine illum, vt coronet vitā tuā bonā. Nam & si ille non sustineret, non esset cui daret. Sustine ergo, quia sustentatus es. Tu verò qui non vis
B corrigi, ô quisquis hic es qui adhuc nō vis corrigi, quasi vnus sit: magis dicere debui, quicunque hîc estis. Tu tamē qui hîc es, qui nō statuisti corrigi: sic loquar quasi ad vnū, Quisquis non vis corrigi, quid tibi promittis? Desperando peris, an sperando? Quisquis desperando peris, hoc dicis in animo tuo: Iniquitas mea super me est, in peccatis meis contabesco. Quę mihi spes est viuendi? Audi Prophetā dicentem: Nolo mortem impij: Ezech.33. tantùm reuertatur impius à via sua pessima, & viuat. Qui sperando peris, hoc dicis in animo tuo, Bonus est Deus, misericors est Deus, ignoscit omnia, non reddet mala pro malis. Audi Apostolū dicentē: Ignoras quo- Rom.2. niā patientia Dei ad pœnitentiā te adducit? Quid ergo restat? Quia si obtinuimus apud te aliquid, si intrauit in cor quod dixi, video quid mihi respōdeas. Verū est, nec despero vt desperando peream: nec spero malè, vt
C sperando pereā. Nō mihi illud dico: Iniquitas mea super me est, iam nullā spem habeo. Nec mihi illud dico: Bonus est Deus, nemini reddet mala. Nec illud dico, nec hoc dico, premit me Propheta, premit me Apostolus. ET quid dicis? Adhuc modicū tempus viuā Cap.11. quomodo volo. Isti sunt qui nos fatigāt, plurimi sunt, molesti sunt? Adhuc modicū tempus viuam quomodo volo, postea me correxero. Vtiq; verum est quod Propheta dixit, Noli mortē impij: tantùm reuertatur impius à via sua pessima, & viuat. Quando cōuersus fuero, delebit omnia mala mea. Quare nō addo aliquid voluptatibus meis, & viuo quātū volo, quomodo volo, postea me conuersurus ad Deū? Quare hoc dicis, frater? Quare? Quia promisit Deus indulgētiā, si me mutauero. Video, scio, promisit Deus indulgētiā, per sanctū Prophetam hanc promittit, & per me minimum seruū suum promittit: verum est quod promittit, hanc
D promisit per vnicum filium suum. Sed quid vis addere dies malos diebus malis? Sufficiat diei malitia sua. Matth.6. Malus dies hesternus, malus, & hodiernus, malus & crastinus. An putas esse bonos dies, quando satisfacis voluptatibus tuis, quando in luxuriis enutris cor tuū, quādo insidiaris alienæ pudicitiæ, quādo fraude contristas proximum tuum, quando commendata negas, quādo falsum pro numo iuras, quando exhibes tibi bonum prandium, ideo putas, quia bonum diem ducis? Vnde fieri potest, vt dies bonus sit, cùm malus sit homo? Malos dies vis addere malis diebus? Rogo aliquātū, inquit, dimittatur mihi. Quare? Quia promisit mihi Deus indulgentiam. SED crastino die te victu- Cap.vt 111.
rum nemo tibi promisit. Aut lege mihi quomodo legis Prophetam, Euangelium, Apostolum: quia cùm te conuerteris, Deus delet omnes iniquitates tuas: lege mihi, vbi tibi promissus est crastinus dies, & viue crastino

stino die malè. Quanquā frater meus non tibi hoc debui dicere. Longa erit fortè vita tua. Si longa erit, bo-
A na sit. Quare vis habere longam vitā & malā? Aut longa non erit: & illa longa debet te delectare, quæ non habet finem. Aut longa erit: & quid mali erit, quia diu bene vixisti? Tu malè vis diu viuere, bene non viuis: & tamen crastinū diē nemo tibi promisit. Corrige te, au-
Eccl.5. di Scripturā: Ne tardes conuerti ad Deum. Verba ista mea nō sunt, sed & mea sunt. Si amo, mea sunt; amate, & vestra sunt. Sermo iste quē modò dico, sanctæ Scripturæ est. Si contemnis illum, aduersarius tuus est. Sed
Matth.5. audi Dōm dicentē, Cōcorda cum aduersario tuo citò. Audiāt omnes, verba recito Scripturæ diuinæ. O malè dilator, ô crastini malè appetitor, audi Dōm dicentem, audi Scripturam sanctā prædicentē. De isto loco speculator sum, Ne tardes conuerti ad Deum, neque differas de die in diē. Vide si nō vidit illos, vide si non inspexit illos qui dicūt, Crastino bene viuo, hodie malè
B viuam: & cū cras venerit, hoc dicturus es: Ne tardes conuerti ad Deū, neq; differas de die in diē. Subitò enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Nunquid ego scripsi hoc? Nunquid ego delere illud possum? Si deleuero, timeo deleri. Illud possum tacere. Timeo tacere. Prædicare cogor, tertius terreo. Timete mecū, vt gaudeatis mecum. Ne tardes conuerti ad Deū. Dñe, vide quia dico: Dñe scis, quia terruisti me, cū tuus Propheta legeretur. Dñe nosti in illa cathedra timorem meum, cùm tuus propheta legeretur. Ecce dico, Ne tardes conuerti ad Deū, neque differas de die in diem. Subitò enim veniet ira eius, & in tem-
Cap.vt 111. pore vindictę disperdet te. Sed nolo perdat te. NOLO
De verb. Domini, ser.39. mihi dicas, Perire volo, quia ego nolo. Melius est ergo, nolo meū, quā volo tuum. Si lethargicus pater tuus ægrotaret inter manus tuas, & tu adesses iuuenis ægrotanti seni, & diceret medicus, Periclitatur pater tuus,
C Somnus iste grauedo est quædam lethalis: obserua eū, noli eū permittere dormire: si videris eū dormire, excita eū: si parū est excitare, vellica: si & hoc parū, stimula eū ne moriatur pater tuus: adesses iuuenis seni onerosus. Ille in dulcē morbū resolutus iret, oculos grauedine illa premente clauderet, tu cōtra clamares patri, Noli dormire. At ille: Dimitte me, dormire volo. Et tu: Sed medicus dixit, Si voluerit dormire, non dormiat. At ille: Rogo dimitte me, mori volo. Sed ego nolo, dicit filius patri, qui vtiq; optat se mori. Et tamē vis differre mortē patris tui, & aliquando diutius viuere cum moriturō sene patre tuo. Dominus tibi clamat, Noli dormire, ne in æternum dormias. Euigila, vt mecum viuas, & patrē habeas quē nunquā efferes, audis, & surdus es? Quid ergo feci speculator? Liber sum, non vos grauo. Scio dicturos esse quosdam, quid nobis voluit dicere? Terruit grauiter nos, reos nos fe-
D cit. Imò à reatu volui liberare. Fœdum est, turpe est. Nolo dicere malū, nolo dicere periculosum, nolo dicere exitiosum. Turpe est vt vos fallam, si Deus me nō
Cap. V. fallit. DOMINVS mortem minatur impiis, nequissimis, fraudatoribus, sceleratis, adulteris, voluptatum inquisitorib', suis cōtemptoribus, detractoribus, murmurantibus, & mores suos non mutantibus: Dñs illis mortē minatur, gehennas minatur, interitum sempiternum minatur. Quid volunt, vt ego promittā quod ille non promittit? Ecce dat tibi securitatē procurator. Quid tibi prodest, si paterfamilias nō acceptet? Procurator sum, seruus sum: vis dicam tibi, viue quomodo vis, Dominus te non perdet: Securitatem tibi procurator dedit. Nihil valet securitas procuratoris. Vtinam Dominus tibi securitatem daret, & ego te solicitum facerem. Domini enim securitas valet, etiam si no-

lim. Mea verò nihil valet, si ille noluerit. Quæ est autē
A securitas, fratres, vel mea vel vestra, nisi vt Domini iussa intentè diligentérque audiamus, & promissa fideliter expectemus? In his quibus fatigamur, quia homines sumus, ipsius adiutoriū imploremus. Ad illum ingemiscamus: preces nostræ non sint pro rebus secularibus prætereuntibus, transitoriis, & vice vaporis euanescentibus: sed sint preces nostræ pro ipsa implenda iustitia, & sanctificatione pro nomine Dei. Non pro vincendo vicino, sed pro vincenda libidine: non pro sananda carne, sed pro damnanda auaritia. Hinc sint preces nostræ: intus nos adiuuent luctantes vt coronent vincentes.

De eo quod beatus Iacobus dicit, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Iacobi 5.

HOMILIA XII.

Quibusdam prior pars videtur esse Eradij, posterior Augustini.



NOmnibus Scripturis diuinis, fratres dilectissimi, vtiliter ac salubriter admonemur, vt peccata nostra debeamus iugiter & humiliter non solū Deo, sed etiam sanctis, & Deum timentibus confiteri. Sic enim per Iacobum apostolū nos admonet Spiritus sanctus, dicens: *Cōfitemini alterutrū peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini.* Ibidem. Et Psalmista: *Confitemini Domino, quoniā bonus.* & iterū: Psal. 117. *Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatē cordis mei.* Psal.31. Quomodo enim nobis peccatorū vulnera nunquā decisse possunt, sic & confessionis medicamēta deesse nō debent. Nō enim ideo vult Deus, vt cōfiteamur peccata nostra, quòd ea ipse scire nō possit: sed quia diabolus hoc desiderat, vt inueniat q; nobis ante tribunal iudicis æterni obiiciat: ideo vult vt magis defendere, quā accusare peccata nostra velimus. Ecōtrariò autē deus noster, quia pius est
C & misericors, vult vt ea cōfiteamur in hoc seculo, ne pro illis cōfundamur postmodū in futuro. Si enim nos cōfitemur, ille parcit. Si nos agnoscimus, ille ignoscit. Primo hominī non dictū est, Cōfitere peccatum, quia non fecerat quod fateretur: sed dictū est ei, vt nō peccaret. Non obtēperauit, peccauit. Nati sumus mortales ex vinculo peccati, ppagata est miseria nostra per Genes.3. successionē fragilitatis humanæ, & dicitur nobis, Fatemini peccata vestra. Serpens autē ille quomodo tunc Genes.2. institit, vt nō seruaret homo q; illi dictū est, ne peccaret: sic nunc instat vt non seruet homo q; ei dictū est, Confitere peccatū. Quomodo enim tunc fecit, vt caderet qui stabat: sic nunc agit, ne surgat qui cecidit. Itaque aduersus incantationes eius & insidias, quibus nunc impedire vult reditum nostrū, suscipiamus præcepta saluberrima aduersus eum, qui nunc impedire
D vult nobis confessionem peccati: Quia scit non nos posse redire nisi per humilitatem, qui per superbiam lapsi sumus. Dux nobis ipse fuit ad superbiā: modò ad humilitatem ducem Christum sequamur. Dicit homini serpēs ille per Mathematicos & Manichæos, ne confiteatur homo peccatum. Per Mathematicos sic loquitur, Nunquid homo peccat? Stellæ sic positæ sunt, necesse est vt faciat homo peccatum. Dicit ergo per Mathematicos, quia stella facit vt homo peccet: nam ipse non peccat. Sic blasphemias conuertit in Deum. Creatōr enim stellarum deus est: & dum non vult homo se accusare in eo quod fecit, Deum accusat à quo factus est homo. Item per quosdam Manichęos ita suggerit: Non tu peccas, gens tenebrarum peccat; tu non habes peccatum. Dicit hæc animæ, & erigit eam in superbiam, vt putet quia non peccat. Non est hoc tollere, sed geminare peccatum.

præpara animam tuam ad tentationē? Verum est, quia vbi Deū in veritate cœperis quærere, necesse tibi erit superborum vel malorū hominū nequitias sustinere: quia nō sic ab illis colitur Christus, quomodo eis quotidie prædicatur. Quoniam & quicquid volunt, quicquid petunt à Deo, in luxuriis suis & conuiuiis volunt consumere, in spectaculis, in nugis, in fornicationibus, in ebrietatibus. In his volūt cōsumere, quo desiderant abundare: & tunc putant quòd bonus sit Deus, quādo illis præstat vnde corrūpantur. Sed dicit aliquis: Ecce tēpora aspera sunt, & asperiora erunt. Per ista asperiora proficit magis ecclesia, proficiunt illi qui sursum cor habēt, & illi qui sursum cor nō habēt, tumultuatur eis cor in terra, & discūt cordi suo locū mutare, vt etiā ipsi
Psal. 14. sursum cor habeāt, cantantes nobiscū, Ad te Domine leuaui animā meā. Tale est dicere, Sæuiora sunt tempora: quale si quis dicat, sæuiora esse tēpora oliuæ, cùm fructus inde colligitur, quā cùm in torcūlar mittitur. Quando enim pēdebat in arbore, læta tēpora videbātur, & non attendunt quia amurca plena erat. Venit enim quasi asperius tēpus, venit tempus torcularis, veniūt maiores pressuræ. Per peccata enim & crimina superborum, per auaritiam, luxuriāmque malorū maiores pressuræ fiunt generi humano. Omnes enim mali & amatores mundi quasi torcularia sunt. Sic enim in torcularibus & vua premitur & oliua, vt vinū & oleū reponatur in cauca: ita per nequitiā malorū hominū, qui boni & iusti sunt multis tribulationibus corporaliter fatigantur, vt animæ corū tanquā oleū ac vinum recōdi in æterna tabernacula mereātur. Noli ergo de Dei misericordia vel iustitia desperare, quoties te videris ab iniquis hominibus fatigari: sed considera quòd illi qui te persequūtur, apud Deū velut molę ac torcularia deputātur. Tu verò quasi oliua, & quasi vua legitima, paruo tēpore pressurā malorum hominū sustinere cogeris. Sed postea illis sine fine remanebit opprobriū, tu felici cōmutatione transibis ad regnū. Et tūc liberatus ab omnibus malis cū Propheta poteris dicere, Trā-
Psal. 65. siuimus per ignem & aquā, & induxisti nos in refrigerium. Sed vt ad istam merearis beatitudinem peruenire, ora pro illis qui te persequūtur, quia potēs est Deus vt illos conuertat ad bonū. Et qui nunc paleæ esse videntur, de zizaniis in triticū, de amurca in oleū trāseāt. Et qui modò alios per nequitiā persequūtur, ipsi postea persecutionem propter iustitiā patiātur. Et qui nūc res alienas crudeliter volūt rapere, res suas incipiant pauperibus misericorditer erogare. Quam rē, si orantibus vobis secundū suam cōsuetudinē pietas diuina præstiterit, nō solùm de vestra, sed & de aliorū salute duplicē mercedē in æterna beatitudine remunerante Deo capietis, quod ipse prestare dignetur, qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Eccles. 13. *De eo quod scriptum est, Beatus vir qui post aurum non abiit, nec speranit in pecuniæ thesauris. Et vt quicunque aliquid inuenerit, ei qui perdidit sine vlla dilatione restituat: & de illo qui ducentos solidos inuenit.*

HOMILIA IX.

Abest, quia est sermo constatus ex 19. de verbis Apostoli.

Ephes. 5. *De eo quod Apostolus ait, Videte quomodo cautè ambuletis, nō vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

HOMILIA X.

FVIT sermo 14. de verbis Apostoli: sed hic ab aliquo auctus: Ideóque erit in appendice sermo XVI.

In antiquis codicibus hæc ferè est inscriptio:

A *De ijs qui conuersionem dē die in diem differunt: quorum alij præposterè sperādo, alij verò desperando pereunt. & de eo quod Propheta dicit in Psalmo, Sustine Dominū, viriliter age, & cōfortetur cor tuum.* Psal. 26.

HOMILIA D. AVGVST. XI.

REQVENTER, fratres, cum Psalmista cātauimus, *Sustine Dominū, viriliter age, & cōfortetur cor tuū, & sustine Dominū.* Quid est, Sustine Dominū? Vt tunc accipias quādo dabit, non tunc exigas quando vis. Tēpus dādi nōdū est. Sustinui te, sustinei illū. Quid est quod dixi, Sustinuit te, sustine illū? Si iā iustè viuis, si iā ad illū cōuersus es, si tibi displicēt facta tua præterita, si iā placuit tibi eligere vitā bonā nouā: noli festinare exigere. Sustinuit te, vt mutares vitā tuā malā: sustine illum, vt coronet vitā tuā bonā. Nam & si ille non sustineret, non esset cui daret. Sustine ergo, quia sustentatus es. Tu verò qui non vis
B corrigi, ô quisquis hic es qui adhuc nō vis corrigi, quasi vnus sit: magis dicere debui, quicunque hic estis. Tu tamē qui hic es, qui nō statuisti corrigi: sic loquar quasi ad vnū, Quisquis non vis corrigi, quid tibi promittis? Desperando peris, an sperando? Quisquis desperando peris, hoc dicis in animo tuo: Iniquitas mea super me est, in peccatis meis contabesco. Quę mihi spes est viuendi? Audi Prophetā dicentem: Nolo mortem impij: Ezech. 33. tantùm reuertatur impius à via sua pessima, & viuat. Qui sperando peris, hoc dicis in animo tuo, Bonus est Deus, misericors est Deus, ignoscit omnia, non reddet mala pro malis. Audi Apostolū dicentē: Ignoras quo- Rom. 2. niā patientia Dei ad pœnitentiā te adducit? Quid ergo restat? Quia si obtinuimus apud te aliquid, si intrauit in cor quod dixi, video quid mihi respōdeas. Verū est, nec desperо vt desperando peream: nec spero malē, vt
C sperando pereā. Nō mihi illud dico: Iniquitas mea super me est, iam nullā spem habeo. Nec mihi illud dico: Bonus est Deus, nemini reddet mala. Nec illud dico, nec hoc dico, premit me Propheta, premit me Apostolus. ET quid dicis? Adhuc modicū tempus viuā CAP. II. quomodo volo. Isti sunt qui nos fatigāt, plurimi sunt, molesti sunt? Adhuc modicū tempus viuam quomodo volo, postea me correxero. Vtiq; verum est quod Propheta dixit, Noli mortē impij: tantùm reuertatur impius à via sua pessima, & viuat. Quando cōuersus fuero, delebit omnia mala mea. Quare nō addo aliquid voluptatibus meis, & viuo quātū volo, quomodo volo, postea me conuersurus ad Deū? Quare hoc dicis, frater? Quare? Quia promisit Deus indulgētiā, si me mutauero. Video, scio, promisit Deus indulgētiā, per sanctū Prophetam hanc promittit, & per me minimum seruū suum promittit: verum est quod promittit, hanc
D promisit per vnicum filium suum. Sed quid vis addere dies malos diebus malis? Sufficiat diei malitia sua. Malus dies hesternus, malus, & hodiernus, malus & crastinus. An putas esse bonos dies, quando satisfacis voluptatibus tuis, quando in luxuriis enutris cor tuū, quādo insidiaris alienæ pudicitiæ, quādo fraude contristas proximum tuum, quando commendata negas, quādo falsum pro numo iuras, quando exhibes tibi bonum prandium, ideo putas, quia bonum diem ducis? Vnde fieri potest, vt dies bonus sit, cùm malus sit homo? Malos dies vis addere malis diebus? Rogo aliquātū, inquit, dimittatur mihi. Quare? Quia promisit mihi Deus indulgentiam. SED crastino die te victu- CAPVT III.
rum nemo tibi promisit. Aut lege mihi quomodo legis Propheram, Euangelium, Apostolum: quia cùm te conuerteris, Deus delet omnes iniquitates tuas: lege mihi, vbi tibi promissus est crastinus dies, & viue crastino

Sustinere Dominum quid.

Matth. 6.

Eccl. 5. stino die malè. Quanquā frater meus non tibi hoc debui dicere. Longa erit fortè vita tua. Si longa erit, bo-
A na sit. Quare vis habere longam vitā & malā? Aut longa non erit: & illa longa debet te delectare, quæ non habet finem. Aut longa erit: & quid mali erit, quia diu bene vixisti? Tu malè vis diu viuere, bene non viuis: & tamen crastinū dic nemo tibi promisit. Corrige te, au-
Matth. 5. di Scripturā: Ne tardes conuerti ad Deum. Verba ista mea nō sunt, sed & mea sunt. Si amo, mea sunt; amate, & vestra sunt. Sermo iste quē modò dico, sanctæ Scripturæ est. Si contemnis illum, aduersarius tuus est. Sed audi Dōm dicentē, Cōcorda cum aduersario tuo citò. Audiāt omnes, verba recito Scripturæ diuinæ. O tumultuāte dilator, ô crastini malè appetitor, audi Dōm dicentem, audi Scripturam sanctā prædicentē. De isto loco speculator sum, Ne tardes conuerti ad Deum, neque differas de die in diē. Vide si nō vidit illos, vide si non inspexit illos qui dicūt, Crastino bene viuo, hodie malè viuam: & cū cras venerit, hoc dicturus es: Ne tardes
B conuerti ad Deū, neq; differas de die in diē. Subitò enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Nunquid ego scripsi hoc? Nunquid ego delere illud possum? Si deleuero, timeo deleri. Illud possum tacere. Timeo tacere. Prædicare cogor, tertius terreo. Timete mecū, vt gaudeatis mecum. Ne tardes conuerti ad Deū. Dñe, vide quia dico: Dñe scis, quia terruisti me, cū tuus Propheta legeretur. Dñe nosti in illa cathedra timorem meum, cùm tuus propheta legeretur. Ecce dico, Ne tardes conuerti ad Deū, neque differas de die in diem. Subitò enim veniet ira eius, & in tem-
CAPVT IIII. De verb. Domini, ser. 59. pore vindictę disperdet te. Sed NOLO mihi dicas, Perire volo, quia ego nolo. Melius est ergo, nolo meū, quā volo tuum. Si lethargicus pater tuus ægrotaret inter manus tuas, & tu adesses iuuenis ægrotanti seni, & diceret medicus, Periclitatur pater tuus,
C Somnus iste grauedo est quædam lethalis: obserua eū, noli eū permittere dormire: si videris eū dormire, excita eū: si parū est excitare, vellica: si & hoc parū, stimula eū ne moriatur pater tuus: adesses iuuenis seni onerosus. Ille in dulcē morbū resolutus iret, oculos grauedine illa premente clauderet, tu cōtra clamares patri, Noli dormire. At ille: Dimitte me, dormire volo. Et tu: Sed medicus dixit, Si voluerit dormire, non dormiat. At ille: Rogo dimitte me, mori volo. Sed ego nolo, dicit filius patri, qui vtiq; optat se mori. Et tamē vis differre mortē patris tui, & aliquando diutius viuere cum moriturо sene patre tuo. Dominus tibi clamat, Noli dormire, ne in æternum dormias. Euigila, vt mecum viuas, & patrē habeas quē nunquā efferes, audis, & surdus es? Quid ergo feci speculator? Liber sum, non vos grauo. Scio dicturos esse quosdam, quid nobis voluit dicere? Terruit grauiter nos, reos nos fecit. Imò à reatu volui liberare. Fœdum est, turpe est. Nolo dicere malū, nolo dicere periculosum, nolo dicere exitiosum. Turpe est vt vos fallam, si Deus me nō
CAP. V. fallit. DOMINVS mortem minatur impiis, nequissimis, fraudatoribus, sceleratis, adulteris, voluptatum inquisitoribus, suis cōtemptoribus, detractoribus, murmurantibus, & mores suos non mutantibus: Dñs illis mortē minatur, gehennas minatur, interitum sempiternum minatur. Quid volunt, vt ego promittā quod ille non promittit? Ecce dat tibi securitatē procurator. Quid tibi prodest, si paterfamilias nō accepteret? Procurator sum, seruus sum: vis dicam tibi, viue quomodo vis, Dominus te non perdet? Securitatem tibi procurator dedit. Nihil valet securitas procuratoris: Vtinam Dominus tibi securitatem daret, & ego te solicitum facerem. Domini enim securitas valet, etiam si no-

lim. Mea verò nihil valet, si ille noluerit. Quæ est autē
A securitas, fratres, vel mea vel vestra, nisi vt Domini iussa intentè diligentérque audiamus, & promissa fideliter expectemus? In his quibus fatigamur, quia homines sumus, ipsius adiutoriū implorемus. Ad illum ingemiscamus: preces nostræ non sint pro rebus secularibus præterеuntibus, transitoriis, & vice vaporis euanescentibus: sed sint preces nostræ pro ipsa implenda iustitia, & sanctificatione pro nomine Dei. Non pro vincendo vicino, sed pro vincenda libidine: non pro sananda carne, sed pro damnanda auaritia. Hinc sint preces nostræ: intus nos adiuuent luctantes vt coronent vincentes.

Iacobi 5. *De eo quod beatus Iacobus dicit, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini.*

HOMILIA XII.

Quibusdam prior pars videtur esse Eradij, posterior Augustini.

IN omnibus Scripturis diuinis, fratres dilectissimi, vtiliter ac salubriter admonemur, vt peccata nostra debeamus iugiter & humiliter non solū Deo, sed etiam sanctis, & Deum timentibus confiteri. Sic enim per Iacobum apostolū nos admonet Spiritus sanctus, dicens: *Cōfitemi-* Ibidem.
ni alterutrū peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini.
Et Psalmista: *Confitemini Domino, quoniā bonus.* & iterū: Psal. 117. *Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitias meas Domino, &* Psal. 31.
tu remisisti impietatē cordis mei. Quomodo enim nobis peccatorū vulnera nunquā deesse possunt, sic & confessionis medicamēta deesse nō debent. Nō enim ideo vult Deus, vt cōfiteamur peccata nostra, quòd ea ipse scire nō possit: sed quia diabolus hoc desiderat, vt inueniat q̄ nobis ante tribunal iudicis æterni obiiciat: ideo vult vt magis defendere, quā accusare peccata nostra velimus. Ecōtrariò autē Deus noster, quia pius est
C & misericors, vult vt ea cōfiteamur in hoc seculo, ne pro illis cōfundamur postmodū in futuro. Si enim nos cōfitemur, ille parcit. Si nos agnoscimus, ille ignoscit. Primo hominī non dictū est, Cōfitere peccatum, quia non fecerat quod fateretur: sed dictū est ei, vt nō peccaret. Non obtēperauit, peccauit. Nati sumus mortales ex vinculo peccati, ppagata est miseria nostra per Genes. 3. successionē fragilitatis humanæ, & dicitur nobis, Fatemini peccata vestra. Serpens autē ille quomodo tunc Genes. 2. institit, vt nō seruaret homo q̄ illi dictū est, ne peccaret: sic nunc instat vt non seruet homo q̄ ei dictū est, Confitere peccatū. Quomodo enim tunc fecit, vt caderet qui stabat: sic nunc agit, ne surgat qui cecidit. Itaque aduersus incantationes eius & insidias, quibus nunc impedire vult reditum nostrū, suscipiamus præcepta saluberrima aduersus eum, qui nunc impedire
D vult nobis confessionem peccati: Quia scit non nos posse redire nisi per humilitatem, qui per superbiam lapsi sumus. Dux nobis ipse fuit ad superbiā: modò ad humilitatem ducem Christum sequamur. Dicit homini serpēs ille per Mathematicos & Manichæos, ne confiteatur homo peccatum. Per Mathematicos sic loquitur, Nunquid homo peccat? Stellæ sic positæ sunt, necesse est vt faciat homo peccatum. Dicit ergo per Mathematicos, quia stella facit vt homo peccet: nam ipse non peccat. Sic blasphemias conuertit in Deum. Creator enim stellarum Deus est: & dum non vult homo se accusare in eo quod fecit, Deum accusat à quo factus est homo. Item per quosdam Manichęos ita suggerit: Non tu peccas, gens tenebrarum peccat; tu non habes peccatum. Dicit hæc animæ, & erigit eam in superbiam, vt putet quia non peccat. Non est hoc tollere, sed geminare peccatum.

Item multi sic confessionem peccati fugiunt, vt ipsum satanã accusent, se autẽ nihil mali fecisse dicant. Et cũ castigantur aliqui, dicitur eis, Quare hoc fecistis? respondent: Quia diabolus hoc fecit. Nõ est enim vnde plus gaudeat diabolus, nisi quando homo dicit, quòd ipse † faceret vt peccaret. Quando enim dicit, Diabolus hoc fecit, nõ se accusat: & dũ peccata sua dissimulat confiteri, indulgentiã non meretur accipere. Respondet ergo & dicit, Diabolus hoc fecit: quasi reuerà traxerit eũ diabolus, aut violẽtiã fecerit. Suadere enim & solicitare potest, cogere omnino nõ potest. Et ideo cùm per Dei adiutoriũ in potestate tua sit, vtrũ consentias diabolo: quare nõ magis Deo, quã ipsi obtemperare deliberas? Si enim solus diabolus daret consilium, & Deus taceret, haberes quo excusari posses. Cũ verò Christus tibi & cõscientia tua contradicat, & per Scripturas diuinas audias in ecclesia, quòd nõ debeas facere malũ, quare eligis mortẽ, & deseris vitã: & magis vis sequi diabolũ ad luxuriam, quàm obtemperare Christo qui te inuitat ad vitã æternã? Rogo ergo vos, fratres charissimi, quare satanas seducit ad peccandũ, cũ Deus posuerit homini in potestate nõ cõsentire satanæ: Est enim à dextris quodãmodo præcipiens Deo, à sinistris seducens satanas, homo in medio cõstitutus. Cor quod inclinatur ad diabolũ, quare nõ potius erigitur ad Deũ? Non enim diabolus cogendo, sed suadendo nocet: nec extorquet à nobis cõsensum, sed petit. Nos diabolũ nõ adiuuemus, & vincimus. Dat quidem ille consiliũ: sed, Deo auxiliante, nostrũ est vel eligere, vel repudiare quod suggerit. Attendite & aliud, quando dicit homo quòd seductus est à satana, quãdo dicit se seductum, confitetur ex parte: sed tamen negat se fecisse, & dicit: Ego nihil feci, diabolus fecit. Conatus est dicere illud Adam. Ipse se enim excusare voluit de muliere, mulier excusare se voluit de serpente. Dñs autem Deus, qui liberũ arbitriũ dedit homini, & cum præcepto suo aduersus serpentis venena firmauerat, nõ audiuit istas excusationes. Quia mulier propterea data erat, vt doceretur à viro non vt doceret virum. Et sic erat cõstituta voluntas amborũ, sic erat fabricatum liberũ arbitriũ, vt si nollet cõsentire serpẽti, discederet serpens in sua falsitate cõfusus, & remaneret homo in Domino creatore firmatus. Ista sunt mala verba quæ diximus: quia modò serpens vult suadere excusationes peccatorum. Tũc fecit quod nõ accuses, modò autem vult facere quod excuses. Deus confitenti tanquã in apertũ sinum indulgentiam paratus erat dare, excusas, claudis sinũ, includis peccatũ, excludis indulgentiam peccati. Ecce quid fecisti. Non vt tolleretur peccatũ, vt dixi iamdudũ, sed intercluderetur medicina peccati. Sanare te habebat Deus per indulgentiã, si fatereris: quæris per quẽ excuses, sed non quærit ille quẽ pro te puniat. Dic ergo deuoto corde quod dixi paulo antẽ; Ego dixi, Domine, miserere mei. Quare addidit, Ego dixi? Propter Manichæos qui dicunt, non tu peccas. Clama, Ego dixi, Domine, miserere mei: sana animam meã, quoniã peccaui tibi. Sanat te Deus, confitere tantùm vulnus tuum. Iaces sub manibus medici, patienter implora auxilium. Fouet, vrit, secat, æquanimiter tolera: tantum noli attendere nisi vt saneris. Sanaberis autẽ, si ostendas te medico: non quia ille non videt, si tu te abscondas: sed ipsa confessio initiũ sanitatis est. Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me; oleum autẽ peccatoris nõ impinguet caput meũ. Quid hoc est? Melius est mihi, vt quando videt iustus peccatum meum, emendet me: non mihi parcat, dicat quia peccaui, sæuiat in peccatũ meũ, vt me liberet à peccato. Videtur acerbè clamare: sed intus lenis est in misericordia. Ideo dixit, Emẽdabit me iustus in misericordia, & arguet me. Quando ergo arguit, & quando clamat, & quando iustus sæuit, miseretur: & totũ illud de misericordia paterna est, nõ de sæuitia inimici. Magis autẽ quãdo nõ vult te teneri sub peccato, magis amat, quia secat. Non vult enim putredine peccati cætera membra tua contabescere: ferrũ profert: sed noli timere, noli paueſcere: medicũ est ferrũ. Non contra te ferrum fertur, sed contra vulnus tuũ. Ergo sic ait: Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me; oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. Quid est autem peccatoris, nisi blandimentũ adulatoris? Si quis aliquẽ vehementer obiurget, videtur sæuire in peccatum ira eius: & liberè ei dicas mala quæ cõmisit, & ille imitabitur fortasse obiurgatorẽ suũ, simul cum illo irascitur peccato suo. Quare dictũ est, Irascimini & noli peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Ergo dicat ille vera, fortè corrigitur: alius verò veniat ad eũ, & assentetur & dicat, Imò laudabiliter fecisti. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suę: & qui iniqua gerit, benedicitur. Diffluit, lætus vocatur. Auarus est, & dicitur de eo, quia seruat rem suam. Vindicat se de inimico, cùm dictũ sit, Dimitte vt dimittatur tibi, & comis vocatur. Sic cõsidera cætera, quemadmodũ assentatores, id est, adulatores habeant verba fallacia, habeant nomina laudis: ipsa est vnctio peccatoris. Nos autẽ audiamus Prophetã dicentẽ, Populus meus qui vos felices dicunt, in errorẽ vos mittunt, & cõturbant semitas pedum vestrorũ. Ergo si dicatur ab aliquo liberè peccatũ alicuius, & ab alio palpetur: si videat aliquis tertius & interrogetur quid sit factum, nónne ita solet respondere: Ille dixit ei vera, & non est blanditus? Quid ille alter? quid fecit? Vnxit ei caput, & abscessit. Nos verò, fratres, si verè spiritales medici sumus, & de animarum vestrarum remedio attentiùs cogitamus, nõ debemus palpare quenquã, nec vos nec nos. Confiteamur peccata nostra, nõ excusemus, tu fecisti, tu reus es: tu peccata tua confitere, tibi ignoscitur. Si autẽ dicis, nõ ego feci: vbicunque verba excusare volueris, peccatũ tuũ manet in te. Peccati reus es, & non illius peccati tantummodo quod fecisti, sed huius etiã superbiæ quòd confiteri noluisti. De quo peccato nos Dominus liberare dignetur: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

al. fecerit.

Psal. 40.

Psal. 140.

De eo quod scriptum est, Ne tardes conuerti ad Deum, neque differas de die in diem.

HOMILIA D. AVGVST. XIII.

D AVDIVIMVS, fratres charissimi, per Prophetam dicentem Deum, *Ne tardes conuerti ad Deum, neque differas de die in diem: Subitò enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Promisit enim tibi, quoniam quo die conuersus fueris, obliuiscitur mala tua præterita: sed nunquam vitam crastini dici promisit tibi. An fortè non tibi illam promisit Deus, & promisit illam tibi mathematicus, vt damnet & te & illum Deus? Diem mortis incertum salubriter constituit Deus, vltimum suum quisque salubriter cogitet. Misericordia Dei est, quia nescit homo quando moriatur. Latet vltimus dies, vt obseruentur omnes dies. Sed tenet te mundus, illecebræ circũquaque blandiuntur: delectat te pecuniæ magnitudo, delectat honoris fulgor, delectat potentiæ terror. Delectant ista, sed audiatur Apostolus: Nihil intulimus in hunc mundum; sed nec auferre quid possumus. Honor te quærere debet, non ipsum

Lect. 5.

1. Tim. 6.

tu. Debes enim in loco humiliori discumbere, vt qui te inuitauit, faciat te ad honoratiorẽ locũ ascendere. Si autem noluerit, vbi recumbis, manduca: quia nihil huc intulisti in hũc mundũ. Parũ est tibi, quia de alieno manducas? Discumbe vbicunque, & manduca. Dicturus es, de meo. Audi Apostolũ, Nihil intulimus in hunc mundũ. Ad mundũ venisti, plenã mensam inuenisti. Sed Dñi est terra & plenitudo eius. NAM qui volunt, inquit, diuites fieri: non dixit, Qui diuites sunt: sed, Qui volunt diuites fieri: cupiditates accusauit, nõ facultates. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & desideria multa & noxia, quæ mergunt homines in interitũ & perditionẽ. Pecunia delectat, ista nõ times? Bona res est pecunia, bona res est magna pecunia. Incidunt homines in tentationes, non times? In desideria multa incidunt stulta & noxia, nõ times. Desideria quò ducunt, time. Quid est, quò ducunt? Quæ mergunt, inquit, homines in interitũ & perditionẽ. Et adhuc surdus es? Interitum & perditionẽ nõ times? Sic Deus tonat, & stertis? Cæterũ his qui iam diuites sunt, adhuc consiliũ dedit Apostolus: Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi nõ superbè sapere. Vermis diuitiarũ superbia est. Difficile est, vt nõ sit superbus qui diues est. Tolle superbiam, diuitiæ non nocebunt. Sed attẽde quid inde facere debeas, ne vacet apud te quod largitus est Deus. Non superbè sapere: Istud vitiũ tolle. Neque sperare in incerto diuitiarũ: Tolle & hoc vitium. Cùm abstuleris ista, exerce opera bona. Diuites sint, inquit, in operibus bonis, non sperent in incerto diuitiarũ. Sed vbi sperent? In Deũ viuum, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendũ. Mundũ præstat Deus pauperi, præstat & diuiti. Nũquid quia diues est, duos ventres impleturus est? Attendite & videte, quoniã de datis Dei pauperes saturati dormiunt. Qui pascit vos, pascit & illos per vos. Ergo non ametur pecunia: sed si iam habetur, hoc inde fiat. Diuites qui illam habetis estote. Sed vbi diuites? In operibus bonis. Facilè, inquit, tribuant, cõmunicent. HIC iam auaritia contrahit se, quando audit. Facilè tribuant, cõmunicent: veluti aqua frigida perfunditur, rigescit, stringit sinum, & dicit, Non perdo labores meos. Infelix, perdere nõ vis labores tuos? Ecce morieris, & qui nihil huc attulisti, nihil hinc potes auferre. Cũ nihil abstuleris, nónne perdidisti omnes labores tuos? Audi ergo consilium Dei. Nolo terrearis, quia dixit, Facilè tribuant, cõmunicent. Audi & quod sequitur. Expecta, noli contra me claudere ostiũ, nec aditum cordis tui, expecta. Vis nosse, Facilè tribuant, communicent: quia non perdes, & hoc solũ non perdes? Thesaurizent, inquit, sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Ista ergo quæ te delectat, falsa vita est: quasi in somnis hic viuis. Si quasi in somnis hic viuis, euigilaturus es quando morieris, & sic nihil habes in manibus tuis inuenire. Quomodo si mendicus dormiat, & in somnis illi veniat hæreditas, nihil illo felicius antequam surgat. Videt se in somnis tractare manibus vestes egregias, pretiosa vasa aurea & argentea, intrare in amœnissima & amplissima prædia, obsequi sibi magnas familias. Euigilat, & plorat. Et quomodo vigilans accusat hominem qui illum expoliauit, sic illum accusat qui illum excitauit. Apertissimè hinc locutus est Psalmus, dormierunt, inquit, somnum suũ, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis, postea quã finierunt somnũ suũ. Quia ergo nihil attulisti, nihil hinc ablaturus es. MITTE sursum quod inuenisti, & non perditurus es. Da Christo: Christus enim hic voluit accipere. Das Christo, & perdis? Non perdis. Si commendas seruo tuo quod acquisisti, & non perdis: commendas Domino tuo, & perdis? Si commendas seruo tuo quod acquisisti, & non perdis: perdes, si cõmendes Dño tuo quod accepisti ab ipso Dño tuo? Egere hic voluit Christus, sed propter nos. Omnes pauperes quos videtis, potuit illos Christus pascere quomodo per coruum Heliã pauit, tamen & ipsi Heliæ subtraxit corũ: vt à vidua pasceretur, non Heliæ præstitit, sed viduæ. Quando ergo Deus pauperes facit, quia ipse non vult vt ipsi habeant, quando facit pauperes probat diuites, sic enim scriptũ est, Pauper & diues occurrerunt sibi. Vbi sibi occurrerunt? In hac vita. Natus est ille, natus est & ille. Inuenerunt se, occurrerũt sibi. Et quis fecit illos ambos? Dñs. Diuitẽ, vnde pauperem adiuuaret: pauperẽ, vnde diuitẽ probaret. Pro viribus suis vnusquisque faciat. Non sic faciat, vt ipse patiatur angustias. Nõ hoc dicimus. Superflua tua necessaria sunt aliis. Audistis modò cùm Euãgelium legeretur, Quicunque dederit calicẽ aquæ frigidæ vni ex minimis meis propter me, nõ perdet mercedem suã. Regnũ cælorũ venale proposuit, & pretium eius calicem aquæ frigidæ esse voluit. Sed quando est pauper qui facit eleemosynas, tunc debent eleemosynæ eius esse calix aquæ frigidæ. Qui plus habet, plus faciat. Vidua illa de duobus minutis fecit: Zachæus dimidiũ rerũ suarũ dedit, & ad reddẽdas fraudes suas, aliud dimidiũ reseruauit. Eleemosynę illis prosunt, qui vitam mutauerunt. Das enim Christo egenti, vt peccata tua redimas præterita. Nam si ideo illi das, vt liceat tibi semper impunè peccare: non Christũ pascis, sed iudicem corrumpere conaris. Ergo ad hoc facite eleemosynas, vt vestræ orationes exaudiantur, & adiuuet vos Deus ad vitam in melius cõmutandam. Et qui commutatis eandem vitã, in melius cõmutate: vt per eleemosynas & orationes deleantur mala vestra præterita, & futura bona veniant sempiterna.

Vide sup. ser. 5. de verbis Domini.

Psal. 4.

Psal. 9.

Luc. 6.

Esa. 5.

Vermis diuitiarũ superbia.

Luc. 14.

CAPVT III.

Matth. 10.

Marc. 12.

Luc. 19.

De eo quod Dominus ait in Euangelio, Capillus de capite vestro non peribit.

HOMILIA D. AVGVST. XIIII.

Antiqui codices habent, De martyribus & gratia Dei.

DOMINVS noster Iesus Christus, testibus, id est, martyribus suis pro humana fragilitate solicitis, ne fortè cum confitendo atq; moriendo perirent, magnam securitatem dedit, dicens: *Capillus de capite vestro nõ peribit.* Times ergo ne pereas, cuius capillus nõ peribit? Si sic custodiũtur superflua tua, in quãta securitate est anima tua? Nõ perit capillus, qui cũ tondetur, nõ sentis, & perit anima per quã sentis? Sanè multa dura eos passuros esse prædixit, vt prædicẽdo faceret paratiores, dicerẽtq; illi, Paratũ cor meũ. Quid est, Paratũ cor meũ, nisi, Parata voluntas mea? Paratã ergo habẽt martyres voluntatẽ in martyrio: sed præparatur voluntas à Dño. Illis autẽ in malis duris atq; asperis futuris cõmemorans adiecit, In vestra patiẽtia possidebitis animas vestras. In vestra patientia, inquit. Nõ enim esset patientia tua, si nõ ibi esset & volũtas tua. In vestra patiẽtia: sed vnde vestra? Nostrũ est q̃ à nobis habetur: nostrũ est & q̃ nobis donatur. Quomodo enim aliquid donas, nisi vt ei sit cui donas? Aperta est enim illa cõfessio: Nõne Deo subiicietur anima mea: ab ipso enim est patientia mea? Dicit nobis ipse. In vestra patiẽtia: Dicam⁹ illi & nos, Patiẽtia mea ab ipso est, tuũ fecit donãdo, noli ingrat⁹ esse tibi assignãdo. Nõne in oratione Dñica dicim⁹ & nostrũ esse q̃ à Deo est? Quotidie dicimus, Panẽ nostrũ quotidianũ. Iam dixisti, nostrũ, & dicis, Da nobis. Ecce nostrũ, ecce da nobis. Illo dante fit nostrũ. Si illo dante fit nostrum, nobis superbientibus fit alienum.

CAPVT.

Luc. 21.

Psal. 56.

Luc. 12.

Psal. 61.

Matth. 6.

Psal. 75.

CAPVT IIII.

1. Tim. 6.

Dicis, Nostrũ, & dicis, Da nobis. Quid ergo tibi assi-
1.Cor.4. gnas, quod nõ tibi ipse dedisti? Quid enim habes, quod
non accepisti? Dicis, Nostrũ, &, da nobis. Agnosce lar-
gitorẽ, confitere te accipere, vt libenter dignetur dare,
Quid si nõ egere, qui mendicàs, & superbus es? An nõ
mendicas, qui panẽ petis? Panis noster æternus Chri-
stus in patris æqualitate. Panis noster quotidianus,
Christus in carne: æternus sine tempore, quotidianus
Ioan.6. in tẽpore. Tamen ipse est panis qui de cælo descendit.
Psal.103. Fortes sunt martyres, firmi sunt martyres: sed panis cõ-
CAPVT firmat cor hominis. NVNC ergo audiamus Paulũ
II. apostolum dicentem, cũ passioni appropinquaret, de
2.Tim.4. corona sibi parata præsumentẽ: Bonũ, inquit, certamẽ
certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. De cætero
superest mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dñs
in illa die iustus iudex. Non solũ autẽ mihi, sed & om-
nibus qui diligũt manifestationẽ eius. Reddet, inquit,
mihi Dñs coronã iustus iudex. Debet ergo, q̃ reddit.
Degratia & lib.arb. c.17. Reddet ergo iust⁹ iudex. nõ enim opere inspecto potest
negare mercedẽ, qui op⁹ inspicit. Bonũ certamẽ cer-
taui, opus est: Cursũ cõsummaui, op⁹ est: Fidẽ seruaui,
op⁹ est: Superest mihi corona iustitiæ, merces est. Sed in
mercede tu nihil agis, in opere non solus agis. Corona
tibi est ab ipso, opus autẽ abs te: sed non nisi ipso adiu-
Act.9. uãte. Cùm autẽ Paulus apostolus, prius Saulus, crude-
lissimus esset & immanissimus persecutor, nihil omni-
no boni merebatur, imò merebatur plurimũ malum.
Merebatur enim damnari, non eligi. Et ecce subitò cũ
mala faceret, & mala mereretur, vna cælesti voce pro-
1.Tim.1. sternitur. Persecutor deiicitur, prædicator erigitur. Au-
di eũ hoc ipsum confitentẽ. Qui prius fui blasphemus
2.Tim.4. & persecutor & iniuriosus, sed misericordiã consecu-
tus sum. Nunquid ibi dixit, Reddet mihi iustus iudex?
Misericordiã, inquit, consecutus sum: mala merebar,
bona accepi. Nõ secundũ peccata nostra fecit nobis. C
Misericordiã consecutus sum. Debita mihi non sunt
reddita. Si enim debita redderentur, suppliciũ redde-
CAPVT retur. NON, inquit, accepi quod debebatur: sed, mi-
III. Psal.102. sericordiam consecutus sum. Non secundum peccata
nostra fecit nobis. Quantũ distat oriens ab occidente,
longe fecit à nobis iniquitates nostras. Quantũ distat
oriens ab occidente: auertere ab occidente, cõuertere
ad orientẽ. Occidunt ibi peccata, oritur inde iustitia.
In occidente vetus, in oriente nouus. In occidẽte Sau-
lus, in oriente Paulus. Vnde hoc Sauló, vnde hoc cru-
deli, vnde hoc persecutori, vnde hoc non pastori? Ipse
enim erat lupus rapax, de tribu Beniamin. Ipse dicit,
Genes.49. Dictũ autẽ erat in Prophetia, Beniamin lupus rapax,
mane rapit prẽdam, & ad vesperam diuidit escas. Prius
consumpsit, posteriùs pascit. Rapiebat prorsus, rapie-
Act.9. bat. Legite quòd rapiebat, legite librũ Actuũ Apostolorum.
Literas à pontificibus acceperat, vt quoscunq;
inueniret sectantes viam Christi, vinctos adduceret
puniendos. Ibat, sæuiebat, cædes & sanguinem anhe-
labat. Ecce rapit: sed adhuc mane est, vanitas sub sole
est. Fit ei vespera, quando cæcitate percutitur. Ecce vnus
homo Saulus & Paulus: persecutor in occidente,
prædicator in oriente. Oculi eius ad huius mundi va-
nitatem clauduntur, alij interiores illuminantur. Vas
paulo antè perditionis, efficitur vas electionis: diuisio-
nes escarum eius quotidie recitantur. VIDE quem-
admodum diuidat escas. Nouit quid cui cõgruat. Di-
CAPVT IIII. uidit, non passim, non cõfusè erogat. Diuidit, hoc est,
distribuit, distinguit: nõ passim confuséque dispensat,
loquitur sapientiã inter perfectos. Quibusdã verò nõ
valentibus capere solidũ cibũ, diuidens dicit, Lac vo-
bis potũ dedi. Ecce hoc facit qui paulo antè faciebat.
Quid? Nolo recordari: imò recorder hominis nequi-
tiam, vt approbẽ Dei misericordiam. A quo patieba-
A tur Christus, patitur pro Christo: fit Paulus ex Saulo.
Qui spargebat, colligit: qui oppugnabat, defendit. Vn-
de hoc Saulo, quod dicimus? Ipsum audiamus. Quæ-
ritis, inquit, vnde hoc mihi? Misericordiã consecutus
sum. Nõ est, inquit, mihi hocà me, misericordiã con- Psal.115.
secutus sum. Quid retribuam Dño pro omnibus quæ
retribuit mihi? Retribuit enim, sed nõ mala pro malis.
Retribuit planè, sed nõ mala pro malis. Retribuit bo-
na pro malis. Quid ergo retribuã? Calicẽ salutaris ac-
cipiam. Certè retribuebas: Adhuc accipis. Sed modò
planè, ppinquante passione, retribuã bona pro bonis,
nõ bona pro malis. Prius ergo Dñs debebat mala pro
malis, noluit autẽ retribuere mala pro malis, & retri-
buit bona pro malis. Retribuendo bona pro malis, in-
uenit quomodo retribueret bona pro bonis. ECCE CAP.V.
enim in Paulo, prius Saulo, nihil boni inuenit. Cũ in
illo nihil boni inuenisset, mala dimisit, bona retribuit.
B Cũ ergo, inquis, bona retribuit, præuenit, sed dando
bona quibus retribueret bona. Ecce retribuet merce-
dem his bonis, operibus bonis: Bonũ certamẽ certãti,
cursum consummanti, fidem seruanti, retribuit bona.
Sed quibus bonis? Quæ ipse dedit. An non ipse dedit,
vt bonũ certamen certãres: Si non ipse dedit, quid est
quod alio loco dicis, Plus illis omnibus laboraui? Non 1.Cor.15.
autẽ ego, sed gratia Dei mecum. Ecce iterũ dicis. Cur-
sum consummaui. Non & ipse dedit, vt cursum con-
summares? Si non ipse dedit, vt cursum consummares;
quid est quod alio loco dicis, Nõ volentis neque cur- Rom.9.
rentis, sed miserentis est Dei? Fidẽ seruaui. Seruasti? A- Psal.126.
gnosco & probo. Fateor, seruasti. Sed nisi dñs custodie-
rit ciuitatẽ, in vanũ vigilat qui custodit eam. Illo ergo
ipso adiuuante, ipsóque donãte, & bonũ agonẽ certa-
sti, & cursum consummasti, & fidẽ seruasti. Da veniam
C Apostole, propria tua non noui, nisi mala: Da veniam
Apostole, dicimus quia tu docuisti. Audio confitentẽ,
non inuenio ingratum. Prorsus tua à te tibi parata nõ
nouimus, nisi mala. Cũ ergo Deus coronat merita tua, CAPVT
nihil coronat nisi dona sua. HANC fidẽ verámque VI.
pietatẽ, ne quis extollatur de libero arbitrio, in bonis
operibus, quisquis sic accipiat vt nouerit dantem; vt
quisquis datori non sit ingratus, medico nõ superbiat,
vel insanus adhuc, vel non à se sanus. Hanc, inquam, fi-
dem suã atq; pietatem nullæ argumentationes euellãt
de cordibus vestris. Seruate quod accepistis. Quid e-
nim habetis, quod nõ accepistis? Hoc est Deo confite-
ri, dicere quod ait Apostolus, Nos autem non spiritũ 1.Cor.2.
huius mundi accepimus. Spiritus huius mundi facit Spiritus huius mundi.
superbos, spiritus huius mundi facit inflatos, spiritus
huius mundi facit, vt putet se quisque aliquid esse, cũ
nihil sit. Sed quid ait Apostolus contra spiritum hu-
D ius mundi inflatum, superbum, tumidum, elatum, non
solidum? Quid ait? Nos non spiritum huius mundi 1.Cor.2.
accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Vnde probas?
Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Audiamus
ergo Dominum dicentem, Sine me nihil potestis fa- Ioan.15.
cere. Et illud, Nemo habet quicquam, nisi ei datum Ioan.19.
fuerit desuper. Et, Nemo venit ad me, nisi pater qui Ioan.6.
misit me traxerit eum. Et illud, Ego sum vitis, vos pal- Ioan.15.
mites. Sicut palmes non potest facere fructum à se-
metipso, nisi mãserit in vite: sic & vos, nisi in me man-
seritis. Et illud quod Iacobus apostolus protestatur,
dicens: Omne datum bonum, & omne donum perfe- Iacobi 1.
ctum desursum est, descendens à patre luminum. Et
quod apostolus Paulus ad reprimendam præsumptio-
nem illorum, qui de libero arbitrio gloriantur, clamat
& dicit, Quid habes, quod non accepisti? Si autem ac- 1.Cor.4.
cepisti, quid gloriaris quasi non acceptis? Et illud,
Gratia

Ephes.2. Gratia salui facti sumus per fidem, & hoc non ex vo-
bis. Dei enim donũ est, vt ne quis extollatur. Et illud, A
Phil.1. Vobis donatum est pro Christo, non solũ vt in eũ cre-
Ibidem. datis, sed etiam vt pro ipso patiamini. Et illud, Deus
qui cœpit in vobis opus bonũ perficiet. Hæc ergo &
his similia diligenter ac fideliter cogitantes, non ac-
quiescamus eis qui liberũ arbitriũ in superbiam extol-
lentes, præcipitare magis quàm eleuare conantur. Sed
humiliter consideremus illud quod Apostolus di-
Philip.2. cit, Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere.
Ab alio adiecta videntur. * Gratias agamus Domino ac Saluatori nostro, qui nos nullis præcedẽ-
tibus meritis vulneratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de capti-
uitate redemit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad vitam reuo-
cauit: & humilitẽr confitentes fragilitatem nostram, illius misericordiã
deprecemur, vt quia nos, secundum Psalmistam, misericordia sua præ-
uenit, dignetur in nobis non solùm custodire, sed etiam augere munera
vel beneficia sua, quæ ipse dignatus est dare: qui cum patre & spiritu
sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

De modo quo nos inuicem diligere debeamus.

HOMILIA. XV.

Erit in appendice sermo XVII.

De resurrectione Domini, & cantatione Alleluia.

HOMILIA. XVI.

RESVRRECTIO & glorificatio Domini no-
stri Iesu Christi, fratres charissimi, ostendit
nobis vitam quã accepturi sumus, cũ vene-
rit retribuere digna dignis, mala malis, bo-
na bonis. Et modò quidẽ mali homines cantare nobis-
cum possunt Alleluia. Si autẽ in malitia sua perseue-
rauerint, canticũ vitæ nostræ futuræ labiis dicere pos-
sunt; ipsam verò vitam, quę tunc erit in ea veritate quę
nunc significatur, obtinere non possunt: quia noluerunt
meditari antequã veniret, & tenere quod futu-
rum erat. Nũc ergo, fratres charissimi, hortamur vos
vt laudetis Deum: & hoc est quod nos omnes dicim⁹, C
Laudate Deum. quando dicimus Alleluia, laudate Deũ. Dicis tu alte-
ri, dicit ipse tibi. Cũ se omnes exhortantur, omnes fa-
ciunt quod hortãtur. Sed laudate de totis votis, id est,
vt non sola lingua vestra & vox laudet Deum, sed &
cõscientia vestra, vita vestra, facta vestra. Etenim lau-
damus modò in ecclesia, quãdo congregamur. Cùm
quisq; discedit ad propria, quasi cessat laudare Deum.
Non cesset bene viuere, & semper laudat Deũ. Tunc
desinis laudare Deũ, quando à iustitia & ab eo quod
illi placet, declinas. Nã si à vita bona nunquã declines,
lingua tua tacet, vita tua clamat, & aures Dei ad cor
tuũ. Quomodo enim aures nostræ ad voces nostras, sic
aures Dei ad cogitationes nostras. Nõ potest autẽ fieri
vt habeat mala facta, qui habet cogitationes bonas.
Facta enim de cogitatione procedũt. Nec quisquam
potest aliquid facere, aut ad aliquid faciendum mem-
bra mouere, nisi primò processerit iussio cogitationis. D
Quomodo de interiori palatio, quicquid iusserit im-
perator, per imperium Romanum emanat, quicquid
videtis agi per prouincias, quantus motus fit ad vnam
iussionem imperatoris intus sedentis: mouet ille solũ
labia, cũ loquitur, & mouetur omnis prouincia, cùm
fit quod loquitur: sic & in vnoquoque nostrũ intus est
imperator, in corde. Sed & si bonus, bona iuber, & bo-
na fiunt: si malus, mala iubet, & mala fiunt: cũ ibi sit &
Christ⁹, quid potest iubere, nisi bona? Cũ possidet dia-
bolus, quid potest iubere, nisi mala? In tuo autẽ arbi-
trio Deus posuit, cui pares locũ, Deo an diabolo. Cũ
paraueris, qui possidebit ipse imperabit. Ergo fratres,
non tantùm ad sonum attendite, cùm laudatis Deum,
toti laudate. Cantet vox, cantet vita, cantent facta. Et
si est adhuc gemitus, tentatio, tribulatio, spera transi-
toria omnia, & illum venturum diem in quo sine de-
fectu laudabimus. Interim donec veniat ille dies, in
quo coniuncti angelis Deum sine vlla fatigatione
& sine vllo fine laudare mereamur, vt ad illud in-
effabile gaudium venire possimus, quantum pos-
sumus, bonis operibus studeamus insistere: & quo-
tidie conscientias nostras intus aspicientes, si aliquid
in stola animæ nostræ aut per negligentiam dissutum,
aut per luxuriam sordidatum, aut per iracundiam cõ-
bustum, aut per inuidiam concisum, aut per auaritiam
tenebrosum esse cognoscimus, dum adhuc in potesta-
te nostra est, cũ Deo adiutorio festinemus vulnerata
curare, reparare perdita; & ad condorem iustitiæ ea
quæ obscurata fuerant reuocare. Ne fortè si bonis o-
peribus nudi, & vitiorum pannis sordentibus inuolu-
ti, ante tribunal æterni iudicis venerimus, illa ad nos
terribilis sententia dirigatur: Discedite à me maledicti Matth.25.
in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis e-
ius. Et ideo quãtum possumus, fructus iustitiæ studea-
B mus afferre, timentes illud quod Dominus dixit: Om- Matth.3.
nis arbor quæ non facit fructum bonum, excide-
tur, & in ignem mittetur. Hæc sententia euidenter o-
stendit, quia non solùm malum fecisse, sed etiam bo-
num non egisse damnabile erit. Et ideo ista quæ dixi-
mus attentis cordibus iugiter cogitemus, ne nos tardè
pœniteat sub conspectu ignis æterni, qui interrogabit
medullas, ossa & cogitationes nostras. Quoniam tunc
vnusquisq; puniendus optabit, ne vnquã mulierẽ alie-
nam concupisset, ne vnquã corporis sui vestem, ne vn-
quã baptismi holosericam maculasset, ne vnquã præ-
terisset consilia & monita sacerdotum. Nã si sacerdo-
tibus grande periculum est, aliena peccata non argue-
re: quanto periculosius erit propria noluisse corrigere:
atq; ea non solùm non emendasse, verumetiam defen-
disse, & defendendo cumulasse? Et ideo expiatura erit
illic inextinguibilis concrematio, quicquid hic medi-
cabilis satisfactio, quicquid hic salutifera dissimula-
uerit sanare cõuersio. Ardens enim inferni puteus ape-
rietur, descensus erit, reditus non erit. Illic fidei veste
nudati, & capitaliter mortui, in perpetuum demergen-
tur, eiiciendi in tenebras exteriores, vbi non visitabit
æternus: In tenebras ex tenebris infeliciter exclusi, in-
felicius includendi. De hoc puteo Propheta orat atq; Psal.68.
cõmemorat, Neque absorbeat me profundũ, neque
vrgeat super me puteus os suum. Ideo autem dixit,
Neque vrgeat super me puteus os suum, quia cùm sine
pœnitentiæ remedio infelices peccatores exceperit,
claudetur sursum, aperietur deorsum, ac dilatabitur in
profundum. Nullum spiramen, nullus liber anhelitus, claustris de super angentibus relinquetur. De-
trudentur illuc valedicentes rerum naturæ, vltrà ne-
scientur à Deo, qui Deum scire noluerunt, morituri
vitæ, & morti sine fine victuri. Felices qui nunc bene
viuentes facultatibus vel corpori suo necessariis con-
tenti, & de suo largi, in se casti, in alios non cruenti,
ab huius putei profundi flammea nocte se redimunt.
Hæc pœna illos manebit, qui amisso & non reparato
per pœnitentiam baptismo, in æternum peribunt. Ad
quos dicitur, Paleas autem comburet igni inextingui-
bili. Hi verò qui temporalibus pœnis digna gesserunt,
de quibus Apostolus dicit, Si cuius opus arserit, detri- 1.Cor.3.
mentum patietur, ipse autem saluus erit: sic tamen
quasi per gnem: per fluuium igneum, de quo Pro-
pheticus sermo commemorat; Et fluuius igneus cur-
rebat ante eum: per fluuium igneum & vada ferucn-
tibus globis horrenda transibunt. Quanta fuerit pec-
cati materia, tanta & pertransendi mora. Quantum
exegerit culpa, tantum sibi ex homine vindicabit
quædam flammæ rationabilis disciplina. Et quantum
stulta

stulta iniquitas suggesserit, tantum sapiens pœna desæuiet. Et quia sermo diuinus quodam loco æneæ olla animam peccatricem cõparat, dicens, Pone illã super prunas vacuam, donec cõcalescat æs eius, & omne stagnũ eius defluat: illic sermones otiosi & cogitationes iniquæ vel sordidæ, illic multitudo leuiũ peccatorum, quæ putritatẽ nobilis naturæ infecerant exundabunt: illic stagnũ vel plumbũ diuersorũ subrepẽtium delictorũ, quæ diuinã imaginẽ obscurauerant, consumentur: quę omnia hîc ab anima separari per eleemosynas & lachrymas cõpendiosa transactione potuissẽt. Ecce sic exigere habet ab homine rationẽ, qui seipsum pro homine dedit & cõfixus clauis, legis morti se iunxit. Quæ cũ ita sint, dilectissimi, intelligamus quia effugere intoleranda supplicia, & incendia æterna nõ poterunt, nisi qui prius in se ignẽ carnalis cõcupiscẽtiæ, ac multimodæ cupiditatis extinxerint. Et ideo, fratres charissimi, cõuertamus nos ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Curramus dum lucem habemus, ne prætereuntia saluis tempora negligamus. Hîc extinguamus mortem moriendo peccatis, hîc vitam vitæ meritis comparemus.

Ezech. 24.

Ephes. 6.

De eo quod Apostolus dicit, Pax fratribus, & charitas cum fide.

HOMILIA XVII.

CAP. I.

SECVNDVM vasis electionis confessionem atque doctrinam, quoniam fides misericordiæ Dei donũ est, lectionibus, canticis, sermonibúsque diuinis, & quod est præciputũ, gratia sua ædificet Dominus cor vestrũ: vt quod verũ auditis nõ audiatis ad iudiciũ, sed ad præmium. Faciet hoc, quoniã qui promisit, potens est & facere. Ita credidit Abrahã, dans gloriam Deo: nude & plenissimè credẽs, quoniã quæ ꝓmisit potens est & facere (magnũ nostrũ gaudiũ) nos promisit Abrahæ. Nos promissionis filij sumus. Quãdo enim dictũ est Abrahæ, In semine tuo benedicẽtur omnes gentes, nos promissi sumus. Ergo ipse nos fecit filios fidei Abrahæ, qui potẽs est facere q̃ promisit. Nemo dicat. Ego feci. Nõ enim promittit Deus, & facis tu. Potest autẽ rectè dici, quia quæ promittis tu, facit Deus. Tu enim infirmus es, tu omnipotens nõ es. Quando enim promittis, nisi faciat Deus, inanis est promissio tua. Dei autẽ ꝓmissio non pendet ex te, sed ex illo. Sed ego, inquis, credidi. Concedo. Vetũ dicis. Tu credidisti, sed nõ tibi tu fidẽ dedisti. VNDE autẽ credidisti, nisi ex fide? Fides in te donũ Dei est. Audi Apostolũ ipsum fidei disputatorẽ, & gratiæ magnũ defensorẽ: audi cũ dicentẽ, *Pax fratribus, & charitas cum fide.* Magna tria dixit, Pax, charitas, fides. A fine cœpit, ad initium terminauit. Initiũ est enim in fide, finis in pace: quia enim credimus, ipsa est fides. Sed fides debet esse Christianorũ, nõ dæmoniorum. Nã sicut dicit Iacobus apostolus, Et dæmones credunt, & cõtremiscunt. Et dæmones dixerunt Christo, Tu es filius Dei. Cõfitebantur dæmones, quod nõ credebant homines. Illi tremuerunt, illi occiderunt. Quid enim. Quia dixerunt dæmones, Tu es filius Dei, scimus qui sis: ideo regnaturi sunt cũ filio Dei? Absit. Discernenda est ergo fides dæmonũ à fide sanctorum. Planè discernenda vigilanter & diligẽter. Nã & Petrus hoc dixit, Dño dicẽti, Quẽ me esse dicitis? Tu es Christus filius Dei viui. Et Dñs, Beatus es Simon Bar-iona. O Dñe, hoc tibi dixerũt & dęmones: quare ipsi nõ sũt beati? Quare? Quia dæmones hoc dixerũt timore, Petro amore: ideo initiũ est à fide. Sed quali fide? quã definiuit Apostolus, Neq; circũcisio aliquid valet, neq; pręputiũ, sed fides. Dic quæ fides? Quæ per dilectionẽ operatur. Hanc dæmones non habent fidẽ quæ per dilectionem operatur: sed soli serui Dei, soli sancti Dei, soli fide filij Abrahæ, soli filij dilectionis, filij promissionis: ideo est & charitas dicta. Tria illa dicta sunt ab Apostolo, Pax fratribus, & charitas cũ fide. Vnde pax & charitas? Vnde charitas cum fide? Si enim non credis, nõ amas. Dixit ergo Apostolus, sic incipiens à fine, & veniẽs ad initiũ: Pax, charitas, cũ fide. Nos dicamus, Fides, charitas, pax. Crede: ama, regna. Si enim credis, & non amas, adhuc non discreuisti fidem tuam ab eis qui tremebant & dicebant, Scimus qui sis filius Dei. Ergo tu ama, quia charitas cum fide ipsa te perducit ad pacem. QVAM pacem? Veram pacem, plenam pacem, solidã pacẽ, securam pacem: Vbi nulla pestis, nullus hostis. Ipsa pax est finis omnium desideriorum bonorum. Charitas cum fide: & si sic dicas, bene dicis, fides cum charitate. Magna ergo bona commemorauit Apostolus, Pax fratribus, & charitas cum fide: Magna bona. Sed dicat, vnde bona ista; vnde sunt, à nobis, an à Deo? Si dicis à nobis, in te gloriaris, non in Deo. Si autem didicisti, quod ait & ipse Apostolus, vt qui gloriatur, in Dño glorietur, cõfitere pacem, charitatẽ cum fide, non tibi esse nisi à Deo. Sed respondes mihi: Tu hoc dicis, proba quod dicis. Probo, ipsum Apostolum testem vocabo. Ecce habetis. Apostolus dixit, Pax fratribus, & charitas cũ fide. Ipse dixit. Quid ipse dixit? Vnde; Sequitur, Pax fratribus, & charitas cum fide, à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Quid ergo habes quod nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Nã si gloriatus est Abraham, ex fide gloriatus est. Quæ est fides plena & perfecta? quæ credit ex Deo esse omnia bona nostra, & ipsam fidem. Iterum dicit Apostolus, Misericordiam cõsecutus sum. O confessio! Non ait, misericordiam cõsecutus sum, quia fidelis eram; sed, Vt fidelis essem, misericordiam consecutus sum.

Rom. 4.

Galat. 4. Genes. 22.

CAPVT II. De Gra. & lib. arb. c. 30 & 41. Eph. 6.

Iacobi 2. Fides.

Marc. 3.

Fides alia sanctorũ, & alia dęmonum Matth. 16.

Galat. 5. Fides quę per dilectonẽ operatur.

CAP. III. Pax vera.

Ephes. 6.

1. Cor. 1.

Fides plena & perfecta.

CAP. III.

VENIAMVS ad eius primordia, videamus Saulũ sæuientem: spectemus furentem, spectemus odia anhelantem, sanguinémque sitientem. Spectemus, fratres, eum, magnum spectaculum. Ecce post Stephani necem, post effusum testis Dei lapidibus sanguinem, vbi vestimenta seruabat lapidantium, vt in eorum etiã manibus lapidaret, tunc dispersi sunt fratres, qui erant Hierosolymis congregati, & ille sæuiens cui parum erat vidisse & fudisse sanguinem Stephani, accepit literas à principibus sacerdotum, vt iret Damascum, & quoscunque ibi inueniret Christianos, vinctos adduceret. Et ibat. Hæc Pauli via erat, cuius via nondum erat Christus, adhuc Sauli, nondum Pauli. Ibat. Quid habebat in corde? Quid, nisi malum? Date mihi merita eius. Si merita quæris, damnationis sunt, non liberationis. Ibat ergo sæuire in membra Christi, ibat sanguinem fundere, ibat lupus pastor futurus. Sic ibat. Nõ enim poterat aliter ire ad illa propter quæ ibat. Et cũ sic ambulabat, cogitabat, anhelabat cædes: conducit pedes eius ira, mouet membra odium, dum pergit & ambulat, obtemperat mancipium crudelitati: & ecce vox de cælo, Saule, Saule, quid me persequeris? Ecce quare dixit, Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem. Erat infidelis, parum est, erat in ipsa infidelitate crudelis: sed misericordiam consecutus est, vt fidelis esset. Quid dicturus es Deo dicenti, HOC volo? Ergo Domine ille qui tanta fecit, tanta mala in sanctos tuos facere cupiebat, tali cum misericordia dignum existimas? HOC volo. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? HABETE fidem: sed vt habeatis fidem, orate fide. Sed orare fide non potestis, nisi fidem habeatis. Non enim orat, nisi fides.

CAP. IIII.

De verbis Apost. ser. 9

Act. 9.

1. Tim. 1.

Matth. 20.

CAP. V.

Quomo-

Quomodo enim inuocabũt, in quẽ non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quẽ nõ audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Aut quomodo prędicabunt, si non mittantur? Ideo loquimur, quia missi sumꝰ. Audite nos, audite illũ per nos. Ergo ait aliquis, Inuocamus Deũ, vt det nobis perseuerare in his bonis quæ habemus, & addere bona quæ nõ habemus. Pręcessit ergo fides quæ rogat. Certè totũ dat Deus. Vt enim daret mihi, rogaui: vt rogarẽ, prius credidi. Ergo mihi dedi quod credidi, & Deus dedit quod credens oraui. Soluatur quæstio. Non enim parua est. Hoc te video loqui, quia tu prior dedisti aliquid Deo, vt cætera daret tibi. Dedisti quippe illi fidem tuã, & orationem tuã, & vbi est quod ait Apostolus: Quis enim cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Ecce qualis vis esse. Ergo prior dedisti Deo, & hoc dedisti quod tibi non dedit Deus? Inuenisti vnde dares? Homo mendice vnde habuisti? Ergo vnde dares aliquid habuisti? Quid enim habes quod nõ accepisti? Ergo de Dei das Deo: Ex eo quod tibi dedit, à te accipit: Nam mendicitas tua, nisi ipse prior dedisset, inanissima remaneret. Audite vnde hoc euidentius probetis. Ecce vos qui credidistis & accepistis. Quid dicimus de his qui nondum crediderũt, qualis erat Saulus qui nondũ crediderat? Accepit autẽ vt crederet: postea quàm credidit Christo, tunc cœpit inuocare Christũ. Ab illo accepit vt crederet, & credendo inuocaret, inuocando cætera acciperet. QVID putamus fratres? Saulus antequam crederet, orabant pro illo qui crediderant, an non orabant? Dicatur mihi, si nõ pro illo orabant, quare dixit Stephanus, Domine, ne statuas illis hoc peccatum? Orabatur & pro illo, & pro aliis infidelibꝰ, vt crederent. Ecce nondũ habebãt fidẽ, & orationibus fidelium accipiebant fidem. Nondũ habebant quod Deo offerrent, quia nondũ erant misericordiã cõsecuti, vt fideles essent. Denique postea quã Saulus iste conuersus est, vna voce elisus & leuatus est. Elisus persecutor, leuatus prædicator. Postea quàm cœpit euangelizare fidem, quã aliquando vastabat, quid de se dixit? Eram autẽ ignotus facie ecclesiis Iudęæ, quæ sunt in Christo: tantũ autẽ audiebant, quia is qui aliquando nos persequebatur, nũnc euangelizat fidem, quam aliquãdo vastabat, & in me magnificabant Deum. Nunquid dixit, Et in me magnificabant me? & in me qui euangelizabam fidẽ, quã aliquando vastabam, non me magnificauerunt, sed Deũ. Ergo ipse fecit, vt Saulus deposita tunica veteris peccati pannosa, cædibꝰ sanguinea, vt deposita ista tunica, acciperet tunicam humilitatis, & fieret de Saulo Paulus. QVID est Paulus? Minimus. Ego enim sum minimus Apostolorum. Ecce quid est Paulus. Paulũ enim Latinè modicum est. Sic loquimur, quando dicimus, Post paulũ video te: Paulo pòst facio illud. Quid est, paulo pòst? Modico pòst: Post paulum, post modicum: Quare ergo Paulus? quia moditus: modicus, quia nouissimus. Ego enim sum, inquit, nouissimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei. Bene dicis, vnde debuisti damnari, ab eo accepisti vnde debeas coronari. A quo accepisti vnde debeas coronari? A quo accepit, vultis audire? Nolite me, ipsum audite: Nõ sum, inquit, dignus vocari Apostolus; quia persecutꝰ sum ecclesiã Dei: sed gratia Dei sum id quod sum. Ergo quod eras, iniquitate tua eras: quod es, gratia Dei es. Et gratia eius, inquit, in me vacua non fuit: Ecce euangelizat fidẽ, quã aliquãdo vastabat: nec gratia ipsa vacat in illo qui ait; In me vacua non fuit, sed plus omnibꝰ illis laboraui. Obsecuat, erigere te cœpisti:

Rom. 10. De grat. & lib. arbit. ca. 30.

CAPVT VI.

CAPVT VII. Paulus, minimus, modicus. 1. Cor. 15.

De grat. & lib. arb. cap. 13. & 15. 1. Cor. 15.

Gal. 1.

Vbi es Paule? Certè modicus eras. Plus omnibus illis laboraui: Dic vnde? Quid enim habes quod nõ accepisti? Statim respexit. Et cũ dixisset, Plus omnibus illis laboraui, quasi expauit ad verba sua: & mox subiecit se humilẽ Paulũ, Nõ autẽ ego, sed gratia Dei mecum. Ergo, fratres mei, vt noueritis, etiã fidẽ à dño Deo esse nobis, orate, ꝓ illis qui nõdũ crediderũt. Si quis habet fortè amicũ infidelẽ, moneo illũ vt oret, ꝓ illo. Verè opus est vt ego illũ moneã. Maritus Christianꝰ est, vxor infidelis est: nõ orat pro vxore sua vt credat? Vxor est Christiana, maritus infidelis est: non orat mulier religiosa pro marito suo vt credat? Quando hoc orat, qui orat, quid orat, nisi vt Deus det illi fidem? Ergo donũ Dei est fides. Nemo se extollat, nemo sibi arroget, quasi sibi aliquid dederit. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Conuersi, &c.

1. Cor. 4.

1. Cor. 15.

1. Cor. 1.

De eo quod in Esaia scriptum est, Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam.

Esa. 58. Camb. Feria 3. post Dominicam 2. Quadragesimæ. De Helia & vidua Sareptana.

HOMILIA D. AVGVST. XVIII.

DOMINVS Deus noster nolens nostrũ aliquem perire, excolens Ecclesiam suã velut agrum suũ, quærens fructũ de arboribꝰ suis, antequã tempus securis adueniat, cũ necesse erit infructuosas arbores amputare, non cessat admonere nos, vt cũ tẽpus nobis est, & cũ Dei adiutorio in nostra potestate cõsistit, bona opera faciamus. Cũ enim transierit tẽpus bene operandi, nõ restat nisi recipiendi. Nemo tibi dicturus est post resurrectionẽ mortuorũ in regno Dei. *Frãge esurienti panem tuum*, quia non inuenies esurientẽ. Nemo dicturus est, Vesti nudũ, vbi omniũ tunica immortalitas erit. Nemo dictꝰ est, Suscipe peregrinũ, vbi omnes in patria sua viuẽt. Nã modò sumꝰ inde peregrini. Nemo dicet, Visita ęgrũ, vbi est sanitas sempiterna. Nemo dicet, Sepeli mortuũ, vbi mors morietur. Ista omnia pietatis officia in vita æterna necessaria nõ erũt: vbi sola pax erit, & lętitia sempiterna. In isto autẽ tẽpore, vt houerimus, quantũ nobis cõmendat Deus opera misericordiæ, etiã ipsos suos sanctos egere fecit: vt cũ fiunt hîc amici de mãmona iniquitatis, recipiãt & ipsi amicos suos in æterna tabernacula: id est, vt cùm serui Dei pij, dũ iugiter Deo vacãt, aliquotiens indigent, illi qui habent mũdi diuitias, eleemosynas largiãtur. Quomodò eos participes faciũt in terrena substãtia, sic cũ illis partẽ habere † merebũtur in vita æterna, Hoc dixi ꝓpter lectionẽ Regnorũ, quã primõ audiuimus. Nunquid Deus defecerat pascere seruũ suũ Heliã? Nonne illi quia deerant homines, alites ministrabãt? Nõne illi panẽ afferebat coruus mane, & ad vesperã carnes? Ostendit ergo Deus, quia vnde voluerit; quomodo voluerit pascere suos seruos potest: & tamẽ vt posset cum religiosa vidua pascere, fecit egere! Egestas animæ sãctæ in abũdantiã versa est animę religiosæ. Nõ poterat Helias de misericordia Dei dare sibi; quod lagunculæ dedit? Videtis nẽpe, & manifestũ est, quod aliquando serui Dei ideo nõ habent, vt probẽtur qui habent. Et tamen illa vidua nihil habebat: quod illi reliquũ erat, finitũ fuerat, & cùm suis filiis moritura erat. Processit ergo vt faceret sibi panem; colligere duo ligna: & tunc eam vidit Helias. Tunc eam homo Dei videbat, quando illa duo ligna quærebat. Mulier illi typum gerebat Ecclesiæ: & quia duo ligna crucem faciunt, quærebat moritura, vnde semper esset victura. Adumbrato ergo mysterio, Helias loquitur ad eam quod audiuit: narrat illa dispositionem suam, morituram se dicit cùm consummauerit quod remansit. Vbi est ergo quod Dominus dixerat Heliæ, Vade in Sarepta Sido-

Esa. 58.

Esa. 58.

CAPVT VIII.

1. Reg. 17.

niæ:ibi enim mandauí viduæ, vt pascat te? Videtis quemadmodũ mandet Deus nõ in aure, sed in corde. Nũquid legimus quia missus est aliquis Propheta ad illam mulierẽ, & dictũ est ei: Hæc dicit Dñs, venturus est ad te esuriens seruus meus: ex eo quod habes ministra illi: inopiam noli metuere: ego supplebo quod dederis? Hoc ei esse dictũ non legimus. Nec hoc legimus, quòd in somnis ad eam missus fuerit angelus, & prænunciauerit Heliã esurientem, aut de illo pascẽdo aliquis mulierẽ illam admonuerit. Sed mandat Deus miris modis, qui in cogitationibus loquitur. Dicimus mandasse Deũ loquẽdo in corde, suggerendo quod opus erat, persuadendo quod vtile erat rationali animæ viduæ mulieris. Sic etiam in Prophetis legimus, quòd Dñs mandauerit vermi vt roderet radicẽ cucurbitæ. Quid est, Mandauit, nisi, Cor præparauit? Inspiratione itaq; Dñi, vidua illa mulier cor præparatũ habebat ad obediendũ. Talis venerat, talis cũ Helia loquebatur. Qui erat in Helia vt præciperet, ipse erat in vidua vt obediret. Vade, inquit, mihi prius fac de egestate tua, non deficient diuitiæ tuæ. Patrimoniũ enim viduæ, modicum erat farinæ, & modicũ olei. Hoc modicum non defecit. Quis habet talem viduã? Libenter aliquãdo seruum Dei esurientẽ pascebat, quia patrimoniũ eius in conclaui pẽdebat. Quid felicius hac paupertate? Si hîc talia recipit, qualia in fine sperabit? Ideo hoc dixi, vt seminationis nostræ mercedem, nõ isto tẽpore quo seminamus speremus. Hic enim bonorũ operũ messem cũ labore serimus, sed in futuro fructus illius cũ gaudio colligemus: secundũ illud quod scriptũ est, Euntes ibant & flebant, mittẽtes semina sua. Venientes autem venient cũ exultatione, portantes manipulos suos. Illud enim pro signo factũ est, nõ pro dono. Nãsi vidua illa quòd pauit hominẽ Dei hic recepit, non est magnũ quod seminauit: quia nõ magnã segetem messuit. Temporale est enim quod accepit, non deficientem farinam, nec diminutũ oleũ, quousq; Deus daret pluuiam super terram: ac sic tunc magis cœpit egere, quãdo dignatus est Deus pluere. Tunc enim laboratura erat, expectatura agri fructus & collectura. Quando autẽ nõ pluebat, victus eius facilè veniebat. Signũ hoc ipsum quod Deus illi ad paucos dies præstiterat, signũ erat futuræ vitæ, vbi merces nostra deficere nescit, vbi farina nostra Deus erit. Quomodo illa per illos nõ defecit dies, sic ille dies nõ deficiet in æternũ. Talẽ mercedẽ speremus quando bona facimus, ne fortẽ aliquis vestrũ tenteretur tali cogitatione, vt dicat: Pascã aliquẽ seruorũ Dei esurientẽ vt lagena mea nõ deficiat, & in cupa mea semper vinũ inueniam. Noli hoc hic quærere. Semina securus, messis tua serius veniet, tardius veniet: sed cùm venerit, finem non habebit.

Mãdare Dei.

Psal. 125.

De exhortatione ad eleemosynas faciendas.

HOMILIA XIX.

LECTIO ista, fratres, quam modò audiuimus de sancto Euangelio, ad eleemosynas faciẽdas nos hortatur: & sic hortatur, vt in iudicio suo Dñs has solas factas imputet dextris, has solas non factas imputet sinistris; nõ quo cætera facta hominũ vel bona vel mala nõ veniãt in iudiciũ; scriptum est enim, omnia ventura ad iudicium: & tamen nõ elegit Dominus noster Iesus Christus pronuncians nobis iudiciũ suũ futurũ: non elegit vnde nos admoneret, nisi solas eleemosynas. Nunquid dextris non erit dicendũ, quia castè vixistis, quia res alienas nõ rapuistis, quia fidẽ meam vsq; ad sanguinem confessi estis? Omnia enim facta ista bona necesse est honorari in iudicio Iesu Christi. Rursus putatis non esse dicendum sinistris, quia fuistis impudici, quia fornicati estis, quia res alienas rapuistis, quia superbia vestra & malis moribꝰ nomen meũ blasphemari fecistis, & cætera quæque enumerat; tacet tamẽ Dominus noster, prænuncians nobis iudiciũ suũ, omnia cætera recta facta iustorum & solas eleemosynas commemorare dignatus est. Tacuit omnia mala facta iniquorum, & solam sterilitatẽ eleemosynæ increpandam esse iudicauit, nõ nisi ad nos cõmonendos. Quare hoc? Quia omnia crimina eleemosynis redimuntur. Ideo illam laudauit fœcunditatem, istam culpauit, & damnauit ariditatem. Sed audistis, omnia malefacta eleemosynis redimi: nolite sic intelligere, vt intelligunt quidam peruersè. Eleemosynæ enim possunt tibi prodesse ad delenda peccata præterita, si mores mutaueris. Si autem in eisdem malis perseueraueris, eleemosynis tuis non corrumpes iudicium Dei. Ego dico propter illa scelera & crimina, quæ omnes modò vitare debent, qui accipiunt corpus Christi & sanguinem. Cæterùm non me latet, vitam istam mortalem, & in carne corruptibili constitutam, sine peccatis esse non posse: sed illa quotidiana & leuia habent etiam sua lauacra quotidiana: hoc est, quòd pectus tundimus, & dicimus in oratione Domino Deo nostro, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non enim sine causa dicimus hoc. Haud verò ipse cælestis magister doceret istam orationem, nisi nos peccatores esse præuideret. Vidit enim quæ cauere debeamus, & vidit quæ cauere difficile sit. Omnia autem cauere impossibile iudicauit esse, qui istam orationem quotidianam nõ quoslibet Christianos, sed ipsos apostolos docuit. Vbi autem Apostoli pectus tundunt, & dicunt, Dimitte nobis debita nostra; hoc est, peccata nostra: audet aliqua ouicula superbire de iustitia? Videte qualis fuerit Ioãnes apostolus: supra pectus Domini discumbebat, de alto illo fonte sapientiẽ secreta bibebat. Inde enim bibit quod in Euangelio eructauit, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et assiduè testatur Euangelium, quòd Dominus præcipuè ipsum diligebat. Et tamen ait, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Nec tamen quia ista dicuntur, debet quisquam securus esse homicida, si propter quotidianas fornicationes & latrocinia sua venerit dicere, Dimitte nobis debita nostra. Quod enim Deus statuit quotidie dici propter leuia peccata, ille putat ad illa grauia sibi posse opitulari, à quibus non vult discedere, sed in his cupit perpetuò permanere. Tundat & de his pectus, faciat & pro his eleemosynas, sed vita mutata: & inde recedat, & huc accedat. Si autem dixerit in animo suo: Si quotidiana faciam latrocinia, & si quotidianis corruptionibus adulterinis me contaminem, & si sortilegos quæram, idolis sacrificem, mathematicos consulam, & à tali vita omnino non recedam, faciens tamen quotidianas eleemosynas extinguo omnia peccata: tamen extinguis, sed cum his extingueris. Sic enim tibi erit ista commutatio tua mala, vt non desit qui de te dicat: Et adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. Vidi impium sicut cedros Libani exaltari: transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Perent ergo peccata tua, sed tecum. Nõ enim in gehenna peccare permitteris: aut cùm te cœperit torquere ignis æternus, de satiandis libidinibus cogitabis. Perent ergo peccata, sed tecum. Si autem vitam mutaueris, illa perẽt, tu inuenieris, & dicetur de te, Mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est

A

B

Eleemosynæ quomodo prosint.

Matth. 6.

1. Ioan. 1.

C

D

Ecclesi. 12.

Psal. 36.

Lucæ 15.

De eo quòd beatus Petrus dicit, Deposita ergo omni malitia & omni dolo & adulatione & inuidia & detractione, tanquã modò nati infãtes rationabile et innocẽs lac cõcupiscite, &c.

A

HOMILIA D. AVGVSTINI. XX.

EST Homilia habita die Dominico in Albis, quæ inveteribus libris inscribitur, De die octauarum infantium. Is autem titulus est etiam in Indiculo Possidij episcopi.

CAP. I.

OMNIVM quidem aures & mẽtes quos cura nostra cõplectitur, soliciti pastoris sermo compellat. Verũtamẽ ad vos propriè nũc dirigitur, quorũ recẽs infantia spiritalis generationis, sacramentorũ cunabulis insignitur. Vobis enim maximè per apostolũ Petrũ sic diuinum blanditur eloquiũ: *Deposita ergo*, inquit, *omni malitia & omni dolo & adulatione & inuidia & detractione, tanquam modò nati infantes rationabile & innocens lac cõcupiscite: vt in illo crescatis in salutẽ, si gustastis quoniã dulcis est Dominus.* Proinde quia gustastis, nos testes sumus: Nos vobis hanc suauitatem nutricis officio ministrauimus. Agite itaque ad sanctæ instar admoniti infantiæ, deponite malitiã, dolũ, adulationem & inuidiã & detractionem: hanc innocentiam sic tenere debetis, vt eã crescendo non amittatis. Quid est malitia, nisi nocendi amor? Quid est dolus, nisi aliud agere, & aliud simulare? Quid est adulatio, nisi fallaci laude seductio? Quid est inuidia, nisi odium felicitatis alienæ? Quid est detractio, nisi mordacior, quàm veracior reprehensio? Malitia malo delectatur alieno: Inuidentia bono cruciatur alieno. Dolus duplicat cor: Adulatio duplicat linguã: Detractio vulnerat famã. Huius autẽ vestræ innocẽtia sanctitatis, quoniam filia est charitatis, nõ gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: Simplex vt columba, & sit astuta vt serpens, non studio nocendi, sed nocentem cauendi. AD hanc vos exhortor. Talium est enim regnum cælorum, humiliũ scilicet: hoc est spiritaliter paruulorum. Nõ cõtẽnatis, nõ abhorreatis. Magnorum est enim ista pusillitas: superbia verò fallax infirmorum est magnitudo: quæ vbi mentem possederit, erigendo deiicit, inflãdo euacuat, distendẽdo dissipat. Humilis esse non potest nocens, superbꝰ esse nõ potest innocẽs. Humilitatẽ illã loquor, quę non vult perituris rebus excellere, sed æternum aliquid veraciter cogitat, quo nõ suis viribus, sed alienis ad vitã perueniat. Hæc malũ cuiusquã velle nõ potest, quo nequaquam bonũ eius augetur. Porrò autẽ superbia continuò parit inuidiã. Quis verò sit inuidus, qui nõ ei malum velit, cuius bono cruciatur? Ergo & inuidia parit cõsequẽter malitiã, vnde procedit & dolus & adulatio & detractio, & omne opus malũ, quod pati nolis ab alio. Pia itaq; humilitate seruata, quæ in Scripturis sanctis, sancta probatur infantia, securi eritis de immortalitate beatorum: Talium est enim regnũ cælorum. Porrò qui superbus in homines non est, multo maximè aduersus Deũ cõtumax esse nõ debet: quoniã si non est alicui faciendũ quod quisque ab alio pati nõ vult, & nullus hominũ vult inobediẽtẽ pati eũ qui suo iuri subditus fuerit: quãto magis cauendum est, ne in Deũ quisquam talis existat, qualẽ in se existere hominem nõ vult? FALLVNT proinde animas suas qui sufficere existimant si quod sibi fieri nolunt, nulli hominũ faciant, seseque vita luxuriosa ita corrumpunt, vt Deo facere conẽtur quod fieri ab homine noluit. Neque enim volunt à quoquam peruerti domũ suam, qui in seipsis domum Dei miserabili excitate peruertunt, surdi aduersus Apostolum clamantem, Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autẽ templũ Dei corrũpit, corrũpet illum Deus. Templum enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Nemo se fallat. Quid ergo se putat seruare circa ãlios homines innocentiã suã, cùm sibi ita noceant, vt Deo careat habitatore, & puniantur vltore? Hinc etiã fit vt per noxias voluptates lapsi & effusi, non solùm tẽpla Dei esse desinant, verumetiam ruinæ fiant, in quibus habitant mala dæmonia, quibus supplicare, & quæ colere incipiant: fiantque illis, vt dictum est, posteriora deteriora prioribus. Vnde vos semine immortali regenerãtos, sicut superius propter malitiosas nocendi cupiditates, quibus fit hominibus quod oderunt: ita postea propter turpes & illicitas carnis delectationes & nefaria sacrilegia, quibus homines nocere hominibus nõ videtur, nõ eis faciendo quod nolũt, sed Deo nõ obediẽdo cui cuncta sunt subdita, ipsi dominorũ Domino faciunt, quod sibi à seruulis suis fieri nolũt: idem ipse apostolus Petrꝰ loquitur, dicens: Christo ergo passo per carnem, & vos eadem cogitatione armamini. QVI iam mortuus est carne, desinat peccare, vt iã non hominũ desideriis, sed voluntate Dei reliquũ in carne viuat. Sufficit enim præteritum tempus volũtates gentiũ cõsummasse in libidinibus, & voluptatibus, & comessationibus, potatione & nefandis idolorũ seruitutibus. Sufficit enim præteritum tempus luteis operibus peccatorũ, tanquã Ægyptiorum dominationi seruisse. Iã mare rubrum baptisma scilicet Christi sanguine consecratum vos traiecit, Ægyptios interemit, nihil de peccatis præteritis tanquam de insequẽtibus à tergo hostibꝰ formidetis. De cætero cogitate vitę huius eremũ permeare, & ad terram promissionis supernam Hierusalẽ, terram viuentium peruenire: ne verbi Dei contemptu tanquam mannæ fastidio, corda vestra velut ora interiora desipiant, ne cibos cõcupiscentes Ægyptios de alimentis cęlestibus murmuretis: ne fornicemini, sicut quidã illorũ fornicati sunt: & ne tentetis Christum, sicut quidam illorum tentauerunt. Si vobis fidem gentiũ sitientibus amaritudo aliqua resistẽtiũ velut aquarum illarum, quas Israël non potuit bibere, occurrerit, imitata Domini patiẽtia velut iniecto crucis ligno dulcescant. Si tentatio serpentina momorderit, conspecta illius exaltatione serpẽtis, tanquã mortis in carne Domini victæ atque triũphatæ eodem crucis medicamẽto sanetur. Si aduersarius Amalechita iter includere atque impedire conãbitur, perseuerantissima extensione brachiorũ eiusdem crucis indicio superetur. Veri & germani estote Christiani: nolite imitari nomine Christianos, opere vanos. Iterum dico; & sæpe dicendũ est: Sufficit præteritũ tẽpus voluntates gentiũ cõsummasse. Detestamini, auersamini canes cõuersos ad vomitum suum: detestamini & auersamini mũdatam & vacãtem domum, quo nequiores alij septẽ spiritus adduntur, vt sint nouissima hominis peiora, quàm erant prima: vos vestrũm mundatorem tenere habitatorem. Præcipientes enim rogamus ne in vacũ gratiã Dei recipiatis. Sufficit enim, præteritũ tempus voluntates gẽtium consummasse: Audite & apostolum Paulũ, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrę. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniustitiam: sic nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

B

C

D

Lucæ 1. 1.

CAPVT III.

1. Pet. 2.

1. Pet. 4.

CAPVT IIII.

1. Cor. 10.

Exod. 15.

Num. 21.

Exod. 17.

Rom. 6.

CAPVT III.

1. Cor. 3.

De castigatione filiorum quos cognoscimus ire in vanitatẽ & insanias mendaces.

HOMILIA XXI.

Omittitur, quia deprompta est ex Augustini enarratione in Psalmum 30. additis exordio & fine.

Ioann.5. *De eo quod Dominus ait in Euangelio, Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.*

HOMILIA XXII.

Extin appendice sermo XVIII.

De muliere peccatrice, & de remissione peccatorum.

HOMILIA D. AVGVST. XXIII.

CAPIT. QVOD admonemur Domini eloquiis de diuinis lectionibus, hinc credentes Deũ velle nos loqui proferimus charitati vestræ, illo adiuuante, Sermonem de remissione peccatorũ. Euangelium enim cùm legeretur, attentissimè audistis, & res gesta narrata atque versata est ante oculos cordis vestri. Luc.5. Vidistis enim non carne, sed mente Dominũ Iesum Christũ in domo Phariſei recumbentẽ, & ab illo inuitatũ non fastidientẽ. Vidistis etiam in ciuitate mulierẽ famosam, mala vtique fama quæ erat peccatrix, non inuitatã irruisse cõuiuio, vbi suus medicus recumbebat, & quæsisse pia impudẽtia sanitatẽ: Irruens quasi importuna cõuiuio, opportuna beneficio. Nouerat enim quãto morbo laboraret, & † illum ad sanandum esse idoneũ ad quẽ venerat, sciebat. Accessit ergo nõ ad caput Dñi, sed ad pedes. Et quę diu malè ambulauerat, vestigia recta quærebat. Prius fudit lachrymas, † sanguine cordis, & lauit Domini pedes obsequio confessionis. Capillis suis tersit, osculata est, vnxit, tacita loquebatur: non sermonẽ promebat, sed deuotionem ostẽdebat. QVIA ergo tetigit Dominũ rigãdo, osculando, tergendo, vngendo pedes eius. Pharisæus qui inuitauerat Dominũ Iesum Christum, quia ex illo genere erat hominũ superborũ, de quibus Esaias propheta dicit, Qui dicunt, Longè recede à me, noli me tangere, quoniam mundus sum: putauit Dominũ nesciſse mulierem. Hoc apud se cogitans, dicebat in corde suo, Hic si esset propheta, sciret quæ mulier illi accessit ad pedes. Ideo nesciſse credidit, quia ille nõ repulit, quia accedentẽ non prohibuit, quia tãgi se à peccatrice permisit. Nã illũ nesciſse, vnde sciebat? Quid enim sciebas, ô Pharisæe, inuitator & irrisor Domini? Dominum pascis, & à quo pascendus sis, nõ intelligis. Vnde scis, dñm nesciſse quę fuerit illa mulier, nisi quia permissa est accedere, nisi quia illo patiẽte osculata est pedes eius, nisi quia tersit, nisi quia vnxit? Hęc enim nõ debuit permitti facere in pedibus mundis, mulier immunda? Ad illius ergo Phariſei pedes si talis mulier accessisset, dicturus erat quod Esaias de talibus dicit: Recede à me, noli me tangere, quoniã mũdus sum. Accessit autẽ ad Dominũ immunda, vt rediret munda. Accessit ægra, vt rediret sana. Accessit confessa vt rediret professa. Audiuit enim Dominus Phariſæum cogitantem. Iam hinc intelligat Phariſęus, si non poterat videre peccantem, qui potuit audire cogitantem.

al. illi sanãdo.

al. sanguinem.

CAPVT II.

Esaiæ 52.

Ibidem.

PROPOSVIT ergo homini similitudinẽ de duob⁹, qui debebãt vni fœneratori. Etiam ipsum sanare cupiebat, ne gratis apud eũ panẽ comederet: ipsum pascentem esurijebat, ipsum emẽdare, ipsum mactare, ipsum mãducare, ipsum in suũ corpus traiicere volebat: sicut & illi mulieri Samaritanę dixit, Sitio. Quid est. Sitio? Desidero fidẽ tuã. Dicuntur ergo verba Domini in hac similitudine, & agitur vtrumque, vt & inuitator ille sanetur cum suis condiscumbentibus, Dominũ nostrũ Iesum Christum pariter videntibus, pariter ignorantib⁹: & vt illa mulier habeat fiduciã confessionis suæ, nec pũgatur vlterius aculeis cõscięntiæ suæ. Debebat vnus, inquit, quinquaginta denarios, alius quingẽtos. Donauit ambobus. Quis eũ plus dilexit? Respõdit cui similitudo proposita erat, quod respondere vtique ratio cõpellebat. Credo Domine, cui plus donauit. Et attendens mulierẽ, dixit ad Simonem. Vides hãc mulierem? Intraui in domũ tuam, aquã pedibus meis nõ dedisti: hæc lachrymis suis lauit mihi pedes, & capillis suis tersit. Osculũ mihi non dedisti: illa ex quo ingressa est, nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxisti: illa pedes meos vnxit vnguẽto. Ideo dico, Dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Cui autẽ modicum dimittitur, modicũ diligit. ORITVR quæstio profectò soluenda, quę attentionẽ vestrę charitatis desiderat, ne fortè sufficere nõ possimus verbis ad totam eius obscuritatem remouendam, & dilucidãdam pro angustia tẽporis, maximè cum caro ista æstibus fatigata, iam recreari desideret, & debitũ suũ poscens, animæ auiditatẽ impediens ostendat quod dictũ est, Spiritus promptus est caro autẽ infirma, Metuendũ est, & valde metuendũ, ne in his verbis Domini nõ bene intelligẽtibus his qui cõcupiscentiis suis carnalib⁹ fauẽtes, & ab his in libertatẽ educi pigrescũt, subrepat illa sententia, quæ prędicantibus etiã Apostolis nata est in linguis maledicorũ: vnde dicit Apostolus, & sicut quidã dicũt nos dicere, Faciamus mala, vt veniãt bona. Dicit enim aliquis, Si cui modicum dimittitur, modicũ diligit: cui autem plus dimittitur, plus diligit: expedit plus diligere quàm minus diligere: oportet vt multũ peccemus, & multũ debeamus quod nobis dimitti cupiamus, vt dimissorem magnorũ debitorũ amplius diligamus. Peccatrix enim illa mulier quãto plus debebat, tanto dimissorem debitorũ suorum amplius diligat, Domino ipso dicente: Dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Quare autẽ dilexit multũ, nisi quia debebat multa? Denique addidit & adiunxit, Cui autẽ modicũ dimittitur, modicũ diligit. Nónne expedit, inquit, vt multũ mihi dimittatur, quã minus: vnde amplius diligã Dominũ meũ? Videtis certè profunditatẽ quæstionis: scio. Videtis angustias tẽporis, & hoc videtis & sentitis. ACCIPITE ergo pauca. Si magnitudini quæstionis non satisfecero, interim præsentẽ recondite sermonẽ, in futuro tenete debitorẽ. Da nũc duos homines, vt sub exẽplis cuidẽtioribus quod proposui cogitetis. Vnus eorũ plen⁹ est peccatis, diu pessimè vixit: alter eorũ peccauit pauca. Accedũt ambo ad gratiam, baptizantur ambo: intrãt debitores, exeũt liberi: plus donatũ est vni, min⁹ alteri. Interrogo quantum quisque diligat. Si inuenero plus diligere eũ, cui peccata plura dimissa sunt, quàm illũ qui minima peccauit, vtilior erat multa iniquitas, ne esset tepida charitas. Interrogo aliũ quãtũ diligat, inuenio minus: nam si inuenio tantum & illum diligere, quantum & ille diligit cui multa sunt dimissa, quomodo respondebo verbis Domini, quomodo nõ verum erit quod veritas dixit, Cui modicum dimittitur, modicum diligit? Ecce, ait aliquis: mihi modicum dimissum est, nõ multa peccaui: & tantum diligo quantum iste, cui multa dimissa sunt. Tu verum dicis, an Christus? Ad hoc tibi dimissum est mendaciũ tuũ, vt mendacij dimissori crimẽ imponas? Si modicum tibi dimissum est, modicum diligis. Si enim modicum est tibi dimissum, & plurimũ diligis, contradicis ei qui dixit, Cui modicum dimittitur, modicum diligit. Illi verò plus credo, qui te plus nouit. Parum tibi dimissum putas, prorsus parum diligis. Quid ergo, inquit, facere debui? Multa mala committere, vt multa essent, quæ posset ille mihi dimittere, vt ampli⁹ possem diligere? Angustat nos, sed Dominus qui hæc vera proposuit, ab angustiis liberet me.

CAPVT III.

Ioan.4.

CAPVT III. Ardua & profunda quæstio.

Pſal.103.

Matth.26.

Rom.3.

CAP. V.

DICTVM est hoc propter Phariſæum illum, qui vel nulla vel pauca se putabat habere peccata. Non enim Dominum inuitaret, nisi aliquantulũ diligeret. Sed

CAPVT VI.

Sed quàm parum erat? Non osculum dedit, non saltẽ aquam ad pedes, & si non lachrymas: nõ illo obsequio prosecutus est, quo illa mulier quæ nouerat quid sanaretur, & à quo sanaretur. O Phariſęe, ideo parũ diligis, quia parũ tibi dimitti suspicaris. Non quia parũ dimittitur, sed quia parũ putas esse quod dimittitur. Quid ergo inquit ille? Ego qui homicidiũ nõ feci, homicida deputandus sum? Qui adulterium non admisi, pro adulterio puniendus sum? Aut ista mihi dimittẽda sunt, quæ non commisi? Ecce iterum constitue duos, & loquamur ad eos. Venit vnus supplex peccator, cooperturus spinis tanquam hericius, & nimis timidus tanquã lepus. Sed petra est refugium hericiis & leporibus. Venit ergo ad petram, inuenit refugium, accipit auxiliũ. Alius nõ multa cõmisit: quid ei faciemus vt multum diligat? Quid persuadebimus? Contra verba Domini veniemus, Cui modicũ dimittitur, modicũ diligit? Ita planè cui modicũ dimittitur. Sed ô tu qui dicis te non multa cõmisisse. Quare? Quo regẽte? Deo gratias, quod motu & voce vestra intellexisse vos significatis. Iam, vt video soluta est quęstio. Hic multa cõmisit, & multorũ debitor factus est: Ille gubernante Deo pauca cõmisit. Cui deputat ille quòd dimisit, huic & iste deputat quod non cõmisit. Adulter nõ fuisti in illa tua vita præterita plena ignorantia, nondũ illuminatus, nondũ bonum malúmque discernens, nondum credens in illum, qui te nescientem regebat. Hoc tibi dicit Deus tuus: Regebã te mihi, seruabam te mihi. Vt adulteriũ nõ committeres, suasor defuit: vt suasor deesset, ego feci. Loc⁹ & tempus defuit: & vt hæc deessent, ego feci. Affuit suasor, non defuit locus, non defuit tempus: vt non cõsentires, ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui debes & quod non admisisti. Mihi debet iste quod factũ est, & dimissum vidisti: mihi debes & tu quod non admisisti. Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod nõ possit facere alter homo: si desit rector à quo factus est homo. IAM nunc, quantum potuimus, quæstionem profundam in tantilla tẽporis breuitate soluimus: aut si non soluimus, debitores, vt dixi, teneamur. Illud potius breuiter videamus de remissione peccatorum. Homo putabatur Christus & ab illo qui inuitauit, & ab eis qui pariter discumbebant. Nesciо quid illa peccatrix plus in Domino viderat. Nã quare fecit illa omnia, nisi vt sibi dimitterentur peccata? nouerat ergo illũ posse dimittere peccata: illi autẽ nouerãt, hominẽ non posse peccata dimittere. Et credendũ est, quòd omnes, id est, & illi discũbentes, & illa mulier accedẽs ad pedes Domini, omnes hi nouerãt hominẽ non posse peccata dimittere. Cùm ergo † omnes hoc nosſent illa quę credidit eum posse peccata dimittere, plus quã hominẽ esse intellexit. Denique cùm dixisset mulieri, dimittũtur tibi peccata tua; cõtinuò illi, Quis est iste qui peccata dimittit? Quis est iste quẽ iam mulier peccatrix cognouit? Tu recumbẽs quasi sanus, medicum ignoras: quia maiori forsitan febre mentẽ etiã perdidisti. Nam & phreneticus ridẽs ploratur à sanis. Tamẽ illud bene nostis, bene tenetis. Tenete, quia homo nõ potest peccata dimittere. Illa quæ sibi à Christo peccata dimitti credidit, Christũ nõ hominẽ tantùm, sed & Deũ credidit. Quis est iste, inquiũt, qui etiã peccata dimittit? Et Dominus, Quis est iste, dicentibus, nõ dixit filius Dei, verbũ Dei: nõ hoc dixit, sed in eo quod putabãt aliquantũ eos manere permittens, soluit quæstionem, & motus illorum. QVI enim videbat discumbentes, audiebat cogitantes: conuersus ad mulierem, Fides tua, inquit, te saluam fecit. Isti qui dicunt, Quis est iste qui etiam peccata dimittit: qui me putant hominem, hominem putent, Fides tua te saluam fecit.

Solutio quæst.

De remissione peccatorũ.

al. eum hominẽ nosſent.

MEDICVS bonus ægros non solùm præsentes sanabat, sed & futuros etiam præuidebat. Futuri erant homines qui dicerẽt, Ego peccata dimitto, ego iustifico, ego sanctifico, ego sano quemcunque baptizo. Ex ipso numero & isti sunt, qui dicunt, Noli me tangere. Vícũque adeò ex ipso numero sunt, vt nuper in collatione nostra, quod etiam in gestis ipsis loqui poterimus, cùm eis à cognitore esset confessus oblatus, vt sederẽt nobiscũ, respondendum putarent: scriptũ est nobis, cũ talib⁹ nõ sedere, scilicet ne per contactũ subselliorũ ad eos velut nostra cõtagio perueniret. Vide si non est, Noli me tãgere, quia mundus sum. Alio autẽ die vbi opportunius erat, cõmemorauimus eos huius misertimæ vanitatis, cùm ageretur de Ecclesia, quia mali in ea non cõtaminãt bonos: respõdimus eis, quia ideo sedere nobiscũ noluerũt, & dixerunt, se Scriptura Dei fuisse cõmonitos: quia videlicet scriptũ est, Nõ sedi in cõcilio vanitatis. Dixim⁹ si ideo nobiscũ sedere noluistis, quia scriptũ est, Non sedi in cõcilio vanitatis: quare nobiscum ingressi estis, cùm consequẽter scriptũ sit, Et cum iniqua gerentibus non introibo? Ergo in hoc quod dicunt, Noli me tangere, quia mundus sum, similes sunt illi Phariſęo, qui Dominũ inuitauerat, & propterea eũ putabat nesciſse mulierem, quia non eã prohibuerat à contactu pedũ suorũ. Sed in eo melior Phariſęus, quia cùm putaret hominẽ Christũ, nõ credebat ab homine posse dimitti peccata. Melior ergo Iudæis quã hæreticis apparuit intellectus. Iudęi dixerũt, Quis est hic, qui etiã peccata dimittis? Audet sibi homo hoc vsurpare? Quid contrà hæreticus? Ego dimitto, ego mundo, ego sanctifico. Respondeat illi, nõ ego, sed Christus: O homo, quando ego à Iudęis putatus sum homo, dimissionem peccatorum fidei dedi. Non ego, respondet tibi Christus. O hęretice, tu cùm sis homo, dicis, Veni mulier, ego te saluam facio! Ego cùm putarer homo, dixi, Vade mulier, fides tua saluam te fecit.

CAPVT VIII.

Esa.52.

RESPONDENT nescientes, sicut ait Apostolus, neque quæ loquũtur, neque de quibus affirmãt: respõdent & dicunt, Si non dimittunt homines peccata, falsum est quod ait Christus, Quæ solueritis in terra, soluta erũt & in cælo. Nesciis quare hoc dictũ sit, quomodo dictũ sit? Daturus erat Dominus hominibus Spiritum sanctũ, & ab ipso spiritu sancto fidelibus suis dimitti peccata, nõ meritis hominũ volebat intelligi dimitti peccata. Nam quid es homo, nisi æger sanandus? Vis mihi esse medicus? mecũ quęre medicũ. Nã vt hoc † euidẽter ostenderet Dominus, à spiritu sancto, quem donauit fidelibus suis, dimitti peccata, nõ meritis hominum quodã loco sic ait resurgẽs à mortuis, Accipite spiritũ sanctũ: & continuò subiecit, Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei: hoc est, spiritus dimittit, non vos. Spiritus autẽ Deus est. Deus ergo dimittit, non vos. Sed audi spiritũ. Quid estis vos? Nesciis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Et iterum, Nesciis, quia corpora vestra templum est in vobis spiritus sancti, quem habetis à Deo? Deus ergo habitat in templo suo: hoc est, in sanctis suis fidelibus, in Ecclesia sua per eos dimittit peccata, quia viua templa sunt. SED qui dimittit per hominem, potest dimittere & præter hominem. Neque enim minus est idoneus per se dare, qui potest per aliũ dare. Per Ioannem quibusdam dedit, ipsi Ioanni per quẽ dedit? Meritò volens Deus hoc ostẽdere, & huic veritati attestari, cũ quidam in Samaria euangelizati essent, & baptizati essent: & baptizati à Philippo Euangelista, vno de septem diaconis primitùs electis, nõ cęcęperunt spiritum sanctũ, & baptizati erant. Nunciatum est discipulis, qui erant Hierosolymis, & venerunt ad Samariam, vt illi

CAPVT IX.

Matth.18.

al. euidẽtius.

Ioan.20.

1.Cor.3.

1.Cor.6.

CAP. X.

vt illi qui baptizati erãt, per impositionem manus eorũ acciperent Spiritum sanctũ. Et ita factũ est. Venerũt & imposuerunt eis manus, acceperũt Spiritum sanctũ. Quia tunc sic dabatur Spiritus sanctus, vt etiã apparet datus. Qui enim cum accipiebant, linguis omnium gentium loquebantur: vt significarent Ecclesiam in gẽtibus linguis omnium locuturam. Acceperũt ergo Spiritum sanctum, & in eis euidenter apparuit. Quod cũ vidisset Simon, putans hoc esse hominum, voluit esse & suum. Quod hominũ putauit, ab hominibus emere voluit. Quantam, inquit, à me vultis pecuniã sumere, vt per impositionem manuum mearum detur spiritus sanctus? Tunc eũ detestatus Petr° ait: Non est tibi pars neque sors in hac fide. Donũ Dei putas pecunia cõparandum? Pecunia tua tecum sit in perditionem; & cætera quæ ibi congruenter locutus est.

Act.8.

al. detestãs.

CAPVT XI.

QVARE autem hoc ego commemorare volui, intẽdat charitas vestra. Oportebat vt Deus prius ostenderet, se per homines operari: sed deinde per se, ne putarent homines, quod putauit Simon, hominis illud esse, non Dei: quanquã & ipsi discipuli & hoc nouerãt. Nã centũ viginti homines collecti erãt, quando in eos per nullius manus impositionẽ venit spiritus sanctus. Quis enim tunc eis manus imposuerat? Et tamẽ venit, & pri° impleuit. Post illud scandalũ Simonis, quid egit Deus? Videte doctorẽ, nõ sermonibus, sed rebus. Idẽ ipse Philippus, qui baptizauerat homines, & nõ in eos venerat spiritus sanctus, nisi conuenissent Apostoli, & eis manus imposuissent, baptizauit eunuchum, id est, spadonẽ quendam Candacis reginę qui adorauerat in Hierusalem: & rediens inde legebat in curru suo Esaiã prophetam, & non intelligebat. Admonitus Philippus accessit ad currum, exposuit lectionem, instruxit fidem, euangelizauit Christũ. Credidit eunuchus in Christũ, & ait cùm venissent ad quandam aquam, Ecce aqua, quis me prohibet baptizari? Ait illi Philippus, Si credis in Iesum Christum? Respondit ille, Credo filium Dei esse Iesum Christum. Continuò descendit cum illo in aquam. Impleto baptismatis mysterio & sacramento, ne hominum putaretur donum spiritus sancti, non expectatum est, sicut tunc vt venirent Apostoli, sed continuò venit spiritus sanctus. Soluta est Simonis cogitatio, ne in tali cogitatione haberet imitatores.

Act.8.

CAPVT XII. Act.10.

DEINDE aliud mirabilius exemplũ. Petrus venit ad centurionem Cornelium, ad hominẽ incircumcisum gentilem: cœpit prædicare Christũ Iesum, & illi & eis qui cum illo erant. Adhuc loquente Petro, non dico, nondum imponente manum, sed nondum etiam baptizante, cùm dubitarent qui erant cũ Petro, vtrum incircũcisi baptizandi essent, (natum quippe erat inter eos qui crediderant, & eos qui fideles ex gentibus facti erant, scandalum, id est, Iudæos & Christianos, qui baptizabantur incircũcisi:) vt hanc Deus tolleret quęstionem, cùm loquitur Petrus, Venit Spiritus sanctus, impleuit Cornelium, impleuit eos qui cum illo erant. Et ipsa attestatione rei magnæ, quasi acclamatum est ad Petrum, Quid de aqua dubitas? iam ego hic sum.

CAPVT XIII.

SECVRA ergo quælibet anima à multa nequitia per Domini gratiam liberanda, tanquam immunda prostitutione, mundanda in Ecclesia credat, accedat ad pedes Domini, quærat vestigia Domini, confiteatur lachrymas fundens: tergat capillis suis. Pedes Domini, prędicatores Euangelij. Capilli mulieris, superfluæ possessiones. Tergat capillis, tergat prorsus, operetur misericordiam, & cùm terserit, osculetur: accipiat pacem, vt habeat charitatem. Accessit ad talem, baptizata est à tali qualis erat apostolus Paulus: audiat ab illo, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Baptizata est autem ab alio aliquo suo quærente, nõ quæ Iesu Christi, audiat à Domino, Quæ dicũt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Secura sit & in illo, siue in bonũ Euangelistam incurrat, siue in eũ qui quod dicit non facit. A Domino enim secura audit, Vade mulier, fides tua te saluam fecit.

Matth.23.

Lucæ 7.

1.Cor.4.

De anniuersario episcopalis ordinationis, quid in eo attendendũ ac recolendum sit.

HOMILIA D. AVGVSTINI. XXIIII.

CAP. I.

SIE quidem omni, & omni hora, & cura omnino cõtinua, dilectissimi, cogitare debet Episcopus, quantæ dispensationis sarcinam gerat, qualẽ de illa rationem Domino suo reddat. Verũtamen cùm dies aniuersarius nostrę ordinationis exoritur, tunc maximè honor huius officij tãquã primũ imponatur, attẽditur. Interest autem quòd eo die, quo id prius suscepimus, tantũ quemadmodum gerendũ esset cogitauimus. At verò cõsequẽtibus diebus, præcipuéque illo, quo eius sollennitas agitur, non solũ futura ei°, quẽadmodũ deinceps geri debeãt, cauta præuisione cõsulimus, verũetiam præterita, quẽadmodũ gesta sint, solicita recordatione recolim°: vt nosmetipsos in benefactis imitemur, & si qua culpanda trãsierunt, ne repetãtur curemus, vt ignoscãtur orem°: & accusationẽ diaboli, vbi possumus, rectè agendi sedulitate fugiamus: vbi autẽ nõ possumus, cõfitẽdi pietate vincamus. Sicut enim futura peccata, negligendo iustitiam, committũtur: ita præterita, iniustitiã defendendo, firmantur. Sicut ergo, ne fiant prospicit charitas, ita facta delet humilitas: vt quæ iã nõ possunt rectè agendo non admitti, possint saltem non superbiendo dimitti. Didicimus quippe dicere patri nostro, qui est in cęlis, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod vt veraciter dicere possimus, etiã inimicos nostros oportet vt diligamus: quos tamen habere, nisi cogente iustitia, nõ debemus. Nã si homines nobis pro nostris malis meritis inimici sunt, non curandũ est, vt eis debita dimittamus: sed timendũ potius, ne reddamus. Quoniã si nos merito nostræ iniquitatis oderunt, nos eorũ, non ipsi nostri sunt debitores. DIE ergo isto sollẽni episcopat° mei, pri° paucis alloquar debitores meos, qui mihi nesciẽtes apud Deũ suffragãtur, dũ faciunt debita quæ dimittã, vt & mea mihi debita dimitti promerear. Vobis itaq; dico, siue præsentibus, siue absentibus, quibus inimic° efficior verum prædicans, quibus cõsulendo videor onerosus, quorũ requirẽs vtilitatẽ cogor offendere volũtatẽ: Nolite esse sicut equus & mulus, nõ habẽtes intellectũ. Nã & hæc iumẽta eos maximè calce morsũque appetũt à quibus curantur, vt curẽtur eorũ vulnera cõtrectãtur. Non parcis, non parco; aduersaris, aduersor; resistis, resisto. Lucta nos cõparat, sed causa separat. Tu inimic° es medico, ego morbo. Tu diligẽtiæ meæ, ego pestilẽtiæ tuæ. Retribuebãt, inquit, mihi mala pro bonis: ego autẽ orabã. Quid orabat, nisi, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt? Cũ vobis, inquit, detraxerint, & dixerint omne malũ aduersum vos propter iustitiã, gaudete & exultate, quoniã merces vestra multa est in cælis. Vos tamẽ corrigite peruersitatem vestram, agnoscite charitatẽ nostram: reddite dilectionem dilectioni, nolumus maiorẽ cũ vestra perditione mercedẽ. Hęc debitoribus meis, quibus dimitto, vt dimittatur mihi, nũc pauca suffecerint. DEINDE alloquẽdi sunt paululũ etiã illi quibus debitor sum, non sicut ait Apostolus, Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Nam talis debitor etiam

Matth.6.

CAPVT II.

Psal.37.

Psal.34. Luc.23.

Matth.5.

CAPVT III.

Rom.1.

ego pro mearum viriũ exiguitate, dispensationisq; portiuncula, nõ quibusdã, sed omnibus sum. Verũ nunc de his debitis loquor, quæ mihi dimitti, nõ à me exigi cupio. Neque enim sic tũmorevanæ mentis extollar, vt audeam dicere ex quo huius muneris sarcinas porto, nullũ à me hominẽ perperàm læsum. Hoc cuilibet homini tam multis & molestis actibus occupato atque distento, ne dicam impossibile, certè difficile est: quãto magis mihi qui noui infirmitatẽ meã, quã cũ meis & pro me vestris orationibus diebus ac noctibus offero sanandã Domino Deo meo? Diuersarũ ergo curarũ æstibus ac difficultatibus conturbatus, si quẽ fortè nõ, vt poscebat, audiui; si quẽ tristius, quàm op° erat, aspexi; si in quem verbum durius, quàm oportebat, emisi; si quẽ corde contribulatũ & opis indignũ respõsione incõgrua conturbaui; si quẽ pauperem mihi in aliud intẽto importunius insistentem vel prætermisi, vel distuli, vel etiã nutu aspero cõtristaui; si cui de me falsi aliquid tanquã homini de homine suspicanti, iusto acerbius indignatus sum, si quis in sua cõsciẽtia non agnouit quod de illo humanitùs suspicatus sum: vos quibus pro his atq; huiusmodi offensis esse me fateor debitorẽ, simul me vestrũ credite debitorẽ. Nam pullos quos fouet, sæpe in angustiis, sed non toto pedis põdere calcat & mater: nec ideo desinit esse mater. Dimittite, vt dimittatur vobis. Dimittite amãti vos, debita difficultatis, qui nec contra inimicos debita crudelitatis tenere debetis. Ad summã omnes obsecro, cõmendate vos Domino curã pro vobis meã. Hãc enim iustè expeto pro me vestrã, vt quicquid mearũ est in prẽterito offensionũ propiti° ignoscat, nõ seuer° agnoscat. Quod mihi deinceps tẽporis sub hac sarcina erit, iter agentẽ regat, & suis oculis placentẽ, vobisque vtilẽ faciat: vt nõ horrorem ac pœnam meam, sed gaudiũ & coronam meã, vos eius conspectus inueniat.

A

B

C

De eadem re, quæ statim suprà.

HOMILIA D. AVGVST. XXV.

CAP. I.

HODIERNVS dies iste, fratres, admonet me attentiùs cogitare sarcinã meam. De cuius pondere etiam si mihi die noctúque cogitãdum sit, nescio quo tamẽ modo, anniuersari° iste dies impingat eã sensibus meis, vt ab ea cogitanda omnino dissimulare nõ possim. Et quanto anni accedunt, imò decedunt, nósque propinquiores faciũt diei vltimo, vtique quandoque sine dubitatione vẽturo, tãto mihi est acrior cogitatio, & stimulus plenior, qualẽ Domino meo nostro rationẽ possim reddere provobis. Hoc enim interest inter vnumquemque vestrũ, & nos: quòd vos penè de vobis solis reddituri estis rationem, nos autem & de nobis & de omnibus vobis. Ideo maior est sarcina: sed bene portate, maiorẽ gloriã cõparat. Infideliter autẽ gesta ad immanissimã prręcipitat pœnã. Quid ergo mihi hodie maximè faciendum, nisi vt commendẽ vobis periculum meum, vt sitis gaudium meum? Periculum autem meum est, si attendam quomodo laudatis, & dissimulem quomodo viuatis. Ille enim nouit sub cuius oculis loquor, imò sub cuius oculis cogito, non me tam dẽlectari laudibus popularib°, quàm stimulari & angi quomodo viuãt qui me laudãt. Laudari autẽ à malè viuentibus nolo, abhorreo, detestor: dolori mihi est, non volũptati. Laudari autẽ à bene viuentibus, si dicam nolo, mentior. Si dicã volo, timeo ne sim inanitatis appetentior quã soliditatis. Ergo quid dicam? Nec plenè volo, nec plenè nolo. Nõ plenè volo, ne in laude humana pericliter: Non plenè nolo, nè ingrati sint quibus prædico. SARCINA autẽ mea quam modò audistis, cùm Ezechiel propheta legeretur: parum est enim, quia dies ipse admonet nos candem sarcinã cogitare: insuper etiam talis lectio recitatur, quæ nobis incutiat magnũ timorẽ, vt quid portemus cogitemus: quia nisi nobiscũ qui imposuit portet, deficimus. Ecce audistis. Terra, inquit, super quam induxero gladium, & posuerit sibi exploratorem, qui videat gladiũ superuenientẽ, & dicat & denũciet: si veniẽte autẽ gladio taceat ille explorator, & superueniẽs gladius super peccatorem occidat: peccator quidẽ pro sua iniquitate morietur, sanguinem autẽ eius de manu exploratoris inquirã. Si autẽ viderit gladiũ superueniẽtem, & tuba cecinerit, & nunciauerit, & ille cui annũciat nõ obseruauerit: ille quidẽ in sua iniquitate morietur, explorator autẽ animã suam liberauit. Et tu fili hominis exploratorem posui te filiis Israël. Exposuit quid dixerit gladiũ, exposuit quid dixerit exploratorem, exposuit quã dixerit mortẽ. Non nos permisit in obscuritate lectionis excusare negligentiã nostrã. Posui te ergo, inquit, exploratorẽ. Si dixero peccatori, Morte morieris, & tu tacueris, & ille in peccato suo mortuus fuerit: ille quidẽ in peccato suo morietur dignè & iustè, sanguinem autem eius de manu tua requirã. Si autẽ tu dixeris peccatori, Morte morieris, & ille se nõ obseruauerit: ille in iniquitate sua morietur, tu verò animam tuã liberasti. RELEVATE ergo, fratres, releuate sarcinã meã, & portate meũ. Bene viuite. Natalis Domini imminet, pascendos cõpauperes nostros habemus, & cũ eis cõmunicanda est humanitas. Vobis autẽ fercula mea verba ista sunt, pascere omnes pane tractabili & visibili nõ sufficio. Inde pasco, vnde pascor. Minister sum, paterfamiliãs nõ sum. Inde vobis appono, vnde & ego viuo. De thesauro Dominico, de epulis illius patrisfamiliãs, qui propter nos pauper factus est, cũ diues esset, vt eius paupertate nos ditaremur. Si panẽ vobis ponerẽ, fracto pane singula frusta ablaturi essetis: etsi ego multũ ponerẽ, perparũ ad singulos peruenirẽt. Modò autem quod dico, & omnes totum habent, & singuli quique totum habent. Nũquid enim verbi mei inter vos syllabas diuisistis? Nunquid ipsius producti sermonis singula verba abstulistis? Vnusquisque vestrũm totũ audiuit: sed videat quomodo audiuit, quia erogator sum, non exactor. Si non erogem, & pecuniã seruẽ, terret me Euãgeliũ. Possẽ enim dicere: Quid mihi est tædio esse hominibus, dicere inquis: iniquè agere nolite, sic agite, sic agere desistite? quid mihi est oneri esse hominibus? Accepi quomodo viuã, quomodo iussus sum, quomodo præceptus sum. Assignẽ quomodo accepi, de aliis me reddere rationem quò mihi? Euangeliũ me terret. Nã ad istã securitatẽ otiosissimam nemo me vinceret. Nihil est melius, nihil dulcius, quã diuinũ scrutari, nullo strepente, thesaurũ. Dulce est, bonum est: prędicare, arguere, corripere, ædificare, pro vnoquoque satagere magnũ onus, magnũ pondus, magnus labor. Quis non refugiat istũ laborẽ? SED terret Euangeliũ. Processit quidam seruus, & ait domino suo: Sciebam te hominẽ molestũ, metere vbi non seminasti; seruaui pecuniã tuã, nolui eã erogare, tolle quod tuũ est. Si aliquid minus est, indica; si integrum est, noli mihi molestus esse. Ait autẽ ille: Serue nequã, ex ore tuo te condemnabo. Quare hoc? Quia auarum dixisti me, lucra mea quare neglexisti? Sed timui dare ne perderem, hoc dicis. Plerunque enim dicitur, quid corripis? Perit ad illum quod dicis, non te audit. Et ego, inquit ille, nolui dare, ne perderẽ pecuniam tuam. Ego veniens cum vsuris exigerem. Erogatorem, inquit, posueram te, non exactorem. Tu exerceres erogationem, mihi relinqueres exactionem. Hoc timens ergo vnusquisque, præuideat quomodo accipiat. Si ergo erogans timeo, qui accepit securus esset debet.

A

B

C

D

CAPVT II.

Ezech.33.

CAPVT III.

CAPVT IIII. Matth.25.

CAP. V. QVI malus fuit heri, bonus sit hodie. Hæc est ergo erogatio mea. Qui malus fuit heri, bonꝰ sit hodie. Malus fuit heri, & nõ est mortuus. Si mortuus esset, & malus esset, † inde nõ redisset. Malus fuit heri, viuit hodie: prosit illi quòd viuit, nõ malè viuat. Quare ergo diei hesterno hodiernũ vult addere malũ? Lõgã vitã vis habere, bonã non vis? Quis longũ ferat malũ vel prandiũ? Vsqueadeò cæcitas mentis † occuluit, vsqueadeò surdus est homo interior, vt omnia bona velit habere præter seipsum? Vis habere villã? Nego te habere velle malam villã. Vxorẽ vis habere? Non vis nisi bonã, domum nõ nisi bonã. Quid currã per singulas? Caligã nõ vis habere malã, & vis habere vitam malã? Quasi plus tibi noceat mala caliga, quàm vita mala. Cũ tibi caliga mala & constricta nocuerit, sedes, discalcias te, abiicis, aut corrigis, aut mutas, ne digitũ lædas: & calcias te. † Mala vita est, qua animam perdis. Caliga nocẽs dolorẽ facit, vita nocẽs voluptatẽ: illud nocet, illud libet. Sed quod ad tẽpus libet, postea peius dolet. Quod autem ad tempus salubriter dolet, postea infinita voluptate, & abundãti gaudio lętificat; secundũ illud quod scriptũ est: Qui seminãt in lachrymis, in gaudio metent. Et illud: Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Hæc ergo diligentius attẽdentes, cogitemus illud quod de luxuria ac voluptate scriptũ est: Ad tẽpus, inquit, indulcat fauces, postea illa amarior inuenitur. Et quia vita nostra in hoc seculo quasi via esse cognoscitur, oportet nos de laborẽ ad requiẽ peruenire, quàm de requie ad laborem. Et melius nobis est in via breui tẽpore laborare, vt postea in patria possimus ad æternũ gaudium feliciter peruenire: Præstãte Dño nostro Iesu Christo, qui cũ patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorũ, Amen.

al. *isset vnde non redisset.*

al. *occaluit.*

al. *Mala vita, ne animam perdas.*

Psal. 125. Matth. 5.

Prouerb. 5.

De permissione ac prohibitione sedendi in Ecclesia, quando vel lectiones leguntur, vel verbum Dei prædicatur.

HOMILIA XXVI.

ANTE aliquot dies propter eos qui aut pedibus dolẽt, aut aliqua corporis inęqualitate laborant, paterna pietate solicitus cõsiliũ dedi, & quodãmodo supplicaui, vt quãdo aut passiones prolixę, aut certè aliquæ lectiones lõgiores leguntur, qui stare nõ possũt humiliter, & cũ silẽtio sedentes, attẽtis auribus audiãt quę legũtur. Nũc verò aliquę de filiabus nostris putãt, quòd hoc aut omnes, aut certè plures quæ sanæ sunt corpore, frequẽter debeãt facere. Nã vbi verbum Dei cœperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere volunt: atq; vtinã vel iacerẽt tantũmodo, & tacẽtes verbũ Dei stiẽti corde susciperẽt, nõ etiã se ita otiosis fabulis occuparẽt; & quod prędicatur, nec ipsæ audiãt, nec alios audire permittant. Vnde rogo vos venerabiles filiæ, & solicitudine paterna cõmoneo, vt quãdo aut lectiones leguntur, aut verbũ Dei prædicatur, nulla se in terram proiiciat: nisi fortè quã nimiũ grauis infirmitas cogit: sic tamen nõ iaceat, sed magis sedeat, & attentis auribꝰ quæ prędicantur, auido corde suscipiat. Interrogo vos fratres vel sorores, dicite mihi, quid vobis plꝰ esse videtur, verbũ Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere, hoc vtique dicere debetis, quòd non sit minꝰ verbũ Dei quàm corpus Christi. Et ideo quanta solicitudine obseruamus, quãdo nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terrã cadat: tanta solicitudine obseruemus, ne verbũ Dei quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus aut loquimur de corde nostro pereat. Quia non minus reus erit qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui corpꝰ Christi in terrã cadere negligẽtia sua permiserit. Vellẽ tamen scire, si ab illa hora qua verbũ Dei prædicari cœperit, semper pretiosissimas gẽmas & inaures, vel annulos aureos erogare vellemus, vtrũ stare aut accipere vellẽt filiæ nostrę. Sine vlla dubitatione, cũ grãdi ambitione quę illis offeruntur acciperẽt. Nos verò quia ornamenta corporalia offerre nec possumus nec debemus, ideo non libenter audimur. Sed nõ est iustũ, vt spiritalia ministrantes, superflui iudicemur. Qui enim verbũ Dei libẽter audit, inaures animæ de patria paradisi trãsmissas se suscepisse nõ dubitet. Qui admoneturvt pauperi tribuat aliquid, dũ manus ad eleemosynas expãdit, dextralia à Christo trãsmissa percipiet. Quomodo enim terrenis ornamentis caro luxuriosa paruo tẽpore ornatur, vt carnalibus oculis aut ad suam aut aliorũ malè concupiscentium ruinã placere possit: sic anima sancta diuinis sermonibus tanquã spiritalibus & æternis bonorum operũ margaritis cõponitur, vt ad illius cęlestis sponsi consortiũ, & nuptiale conuiuiũ feliciter ornata perueniat, vt non ei dicatur illud quod scriptũ est in Euãgelio, Amice, quomodo huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialẽ? Ne bonorũ ornamẽtis expoliatus, ac nudus audire mereatur, Ligate illi manꝰ & pedes, & proiicite in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentiũ. Sed magis pro ornamentis bonorum operũ, illa vox ad eũ desiderabilis dirigatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiũ Domini tui. Rogo vos filiæ, diligenter ea quæ à nobis dicuntur, audite. Si aliqua mater propriis manibus ornare velit filiã suã, & illa despiciens ornamenta quæ accipit, frequentiùs se inclinet ad terrã, & huc atq; illuc ita per inquietudinẽ moueatur, vt illã mater sua secundum suã voluntatẽ ornare non possit, nũquid nõ iustè aut obiurgatur, aut cæditur? Me ergo putate matrẽ vestrarũ animarũ esse, & ita vos velle cõponere, vt in vobis nec macula, nec ruga possit ante tribunal æterni iudicis apparere. Animabus enim vestris nõ solũ ornamenta, sed etiã medicamenta desiderans prouidere, studeo dissuta cõsuere, cõscissa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare perdita, & ea quæ sunt integra, spiritalibus margaritis ornare. Si me nõ piget: quare aliquis fastidiosè velit accipere? Cũ enim terrena & tẽporalia ornamẽta corporis, si non inuenitur qui donare velit, carissimo pretio comparantur: quanto magis æterna animarum ornamenta, quæ absque vllo pretio à nobis nõ cũ paruo labore quæsita, vestris spiritalibus offeruntur, iustũ estvt à vobis cum perfecta charitate suscipiãtur. Nos enim margaritas vobis de paradisi patria prouidentes, nullã aliam in hoc seculo mercedem optamus accipere, nisi vt vos patienter & libenter, quæ vobis insinuantur, videamus audire, & cum Dei adiutorio secũdũ viresvestras operibus adimplere. Fratres charissimi, & venerabiles filiæ, nõ ideo dicimꝰ quòd vos agnouerimus verbũ Dei nõ libenter accipere. Propitio enim Deo plus quàm cogitari vel dici potest, de vestra obedientia gaudet & exultat anima nostra. Sed dũ vos volumus ad meliora semper ascendere, etiam ea quę vos perfectè cognoscimus agere, paterna solicitudine prę-sumimus admonere. Et quia non toti viri vel mulieres voluerunt hodie ad vigilias conuenire, rogo vos filij & filiæ, vt ea quæ vobis dicta sunt, illis qui absentes fuerunt fidelissimè referatis: vt non solùm de vestra, sed & de aliorum correctione mercedem habere possitis.

A

B

C

D

De

Psal. 50. *De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Auerte faciem tuam à peccatis meis, & facinora mea dele: ac de vtilitate pœnitẽtiæ.*

HOMILIA D. AVGVST. XXVII.

CENSVRA.

AD hanc Homiliam pertinere arbitror quod Possidius habet, De vtilitate agendæ pœnitentiæ; ad quinquagesimã autem quod postea subiicit, Item de vtilitate agendæ pœnitentiæ, & de versu Psalmi quinquagesimi, Miserere mei Deus, &c.

CAP. I. Psal. 50. b. 11. VOx pœnitentis in his verbis agnoscitur, *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Vnde cùm sermonẽ ad vestram charitatẽ non præparemus, hinc nobis esse tractandũ Domino cooperante cognoscimus. Volebamꝰ enim hodierna die vos in ruminatione permittere, scientes quàm abũdantes epulas ceperitis. Sed quia salubriter quod apponitur accipitis, quotidie multũ esuritis. Præstet ergo Dominus ipse Deꝰ noster, & nobis virium sufficientiã, & vobis vtilẽ audientiam. Neque enim ignoramus, esse seruiendũ bonæ vestrę & vtili voluntati. Adiuuemur ergo à vobis & voto & studio: voto ad Deum, studio ad verbum: vt ea dicamus quæ vobis essevtilia ipse iudicat, qui vos pascit per nos. Vox igitur in his verbis pœnitentis agnoscitur, *Auerte faciem tuã à peccatis meis, & omnia facinora mea dele.* Proinde aliquid de pœnitẽtia dicere diuinitùs iubemur. Neque enim nos istũ Psalmum cantandum lectori imperauimus: sed quod ille censuit vobis essevtile ad audiẽdum, hoc cordi etiam puerili imperauit. Dicamus aliquid de vtilitate pœnitentiæ: præsertim, quia & dies iã sanctus anniuersariꝰ imminet, quo propinquante humiliari animas & domari corpora studiosiꝰ decet. Triplex autem consideratio agendæ pœnitentiæ in sacra Scriptura inuenitur. Nã neque ad baptismũ Christi, in quo omnia peccata delentur, quisquam bene accedit: nisi agendo pœnitentiam de vita pristina. Nemo enim eligit vitam nouam, nisi quem veteris pœniteꝰ. Hoc autem etiam authoritate diuinorum librorum probare debemus, verum baptizandi egerint pœnitentiam. Quando spiritus sanctus missus est antè promissus, & impleuit Dominus fidem pollicitationis suæ: accepto Spiritu sancto discipuli, vt nostis, cœperunt loqui omnibus linguis, vt in illis quiaderant, linguã suam quisq; cognosceret. Hoc autẽ miraculo territi, consilium vitę ab Apostolis petiuerunt. Tũc eis Petrus annunciauit, cum colendũ quem crucifixerunt: vt eius iã sanguinẽ nossent bibere credẽtes, quem fuderant sęuientes. Annunciato autẽ illis Domino nostro Iesu Christo, & agnoscentibus reatũ suũ, vt impleretur in eis quod Propheta antè prædixerat, Conuersus sum in ærumnã meã dum configitur spina; cõuersi enim sunt in ærumnam doloris, cùm figeretur spina peccati recordationis. Nihil enim se malè fecisse putauerunt, nondũ infixa erat spina. Loquẽte autẽ Petro, vt agnoscas infixam spinã, Scriptura dixit: Petro loquẽte compuncti sunt corde. Proinde in eodẽ Psalmo cùm dictũ est, Cõuersus sum in ærumnã meã dũ cõfigitur spina; sequitur: Peccatum cognoui, & facinus meũ non operui. Dixi, proloquar aduersum me delictũ meũ Domino, & tu dimisisti impietatẽ cordis mei. Cùm ergo spina illa recordationis cõpuncti dicerẽt Apostolis, Quid ergo faciemus? Ait illis Petrus, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine Domini nostri Iesu Christi: & remittũtur vobis peccata. Ergo interim nũc, si qui fortè assunt ex eo numero qui baptizari disponunt, credimus enim eos adesse tanto ad verbũ studiosius, quanto ad indulgentiã vicinius: hos primũ paucis alloquimur, vt erigãt mẽtes in spẽ. Amẽt fieri quod non sunt, oderint quod fuerunt. Nouum hominẽ nascituri iã voto cõcipiãt, quicquid de vita præterita remordebat, quicquid angebat conscientiã, quicquid omnino vel magnũ vel paruum, vel dicendũ vel non dicendũ, nõ dubitẽt posse dimitti: ne fortè quod vult dimittere Dei miseratio, contra se teneat humana dubitatio. Exẽplũ etiã in primo illo populo exhibitũ vnusquisque fideliter recordetur; ait enim Apostolus: Omnia hæc figuræ nostræ fuerunt: cùm de rebus talibus loqueretur. Quid enim dixerat? Nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari: & omnes eundẽ cibum spiritalẽ mãducauerunt, & omnes eundẽ potũ spiritalẽ biberunt. Bibebant enim de spiritali sequenti petra: Petra autẽ erat Christus. Has figuras nostras fuisse ille dixit, cui nemo fidelis vnquã contradixit. Et cùm multa enumeraret, vnã rẽ solã soluit, quia dixit: Petra autẽ erat Christus. Soluendo vnum aliquid, cætera proposuit inquirẽda: sed ne recedens à Christo inquisitor erraret, vt firmus quęrat, in petra fundatus, Petra, inquit, erat Christꝰ. Dixit illas figuras nostras fuisse, & obscura erãt omnia. Quis euolueret inuolucra ista figurarũ? quis aperiret? quis discutere auderet? In quibusdã quasi dumetis densissimis, & crassã vmbra lumẽ accẽdit: Petra, inquit, erat Christus. Iam ergo lumine illato, quęrimus quid cætera significent: quid sibi velint, mare, nubes, manna. Hæc enim non exposuit, sed petra quid esset ostendit. Per mare transitus, baptismus est. Sed quia baptismus, id est, salutis aqua non est salutis, nisi Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signatur. Hoc vt significaret ille baptismus, mare rubrũ fuit. Mãna de cælo apertè ab ipso Dño exponitur. Patres vestri mãducauerunt, inquit, manna in eremo, & mortui sunt. Quãdo enim viuerẽt, cũ figura prænũciare vitã posset, vita esse nõ posset? Mãducauerũt, inquit, mãna, & mortui sunt, id est, manna quod mãducauerunt nõ illos potuit de morte liberare: nõ quia ipsum mãna mors eis fuit, sed quia à morte nõ liberauit. Ille enim liberaturus erat à morte, qui per mãna figurabatur. De cælo certè mãna veniebat, attẽde quẽ figurabat. Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cælo descẽdi: Sicut studiosi autẽ & bene vigilãtes, verba Dominica attẽdite, vt proficiatis & legere & audire noueritis. Eundẽ, inquit, cibũ spiritalẽ manducauerũt. Quid est, eundẽ, nisi quia cũ quẽ etiam nos? Video aliquantũ esse ad promendum explicandũmq; difficile quod dicere institui: sed adiuuabor beneuolẽtia vestra, hæc mihi à Domino impetrat facultatẽ. Eũdem, inquit, cibũ spiritalẽ mãducauerũt. Suffecerat vt diceret, cibũ spiritalẽ mãducauerũt, Eundẽ, inquit. Eũdem nõ inuenio quomodo intelligã, nisi cũ quẽ mãducamus & nos. Quid ergo, ait aliquis? Hoc erat mãna illud quod ego nunc accipio? Ergo nihil modò venit si antè iã fuit. Ergo euacuatũ est scãdalũ crucis. Quomodo ergo eundẽ, nisi quia addidit spiritalẽ? Nã qui mãna illud sic acceperunt vt tantũmodo indigentiæ suę corporali satisfieri putarent, & ventrẽ suũ pasci, nõ mentẽ, nihil magnũ mãducauerũt, factũ satis est eorũ indigẽtiæ. Alios Deus pauit, aliis aliquid nũciauit. Hi tales cibũ corporalẽ manducauerunt, non cibũ spiritalem. Quos ergo dicit patres nostros cibum spiritalem eundem manducauisse? Quos putamus fratres, nisi quiverè patres nostri fuerunt: imò patres nostri nõ fuerunt, sed sunt? Omnes enim illi viuunt. Sic enim quibusdã illis infidelibus dicit Dominus: Patres vestri manducauerunt manna in eremo, & mortui sunt. Quid est enim, patres vestri, nisi quos infidelitate imitamini, quorũ vias nõ credendo & Deo resistendo sectamini?

A

B

C

D

Act. 2. a. 2.*

Act. 2. De consecrat. dist. 2. cap. Tunc eis.

Psal. 31. a. 4

Act. 2. f. 37.

Psal. 31. b. 5.

Act. 2. f. 38.

1. Cor. 10. c. 11.

Ibid.

Ioſ. 6. c. 50. Exod. 16. c. 15.

Ioan. 6. f. 51

Ioan. 6. c. 50

Secun-

Secũdũ quẽ intellectũ quibusdã dicit: Vos à patre diabolo estis. Neque enim diabolus aliquẽ hominem vel potẽtia creauit, vel generando procreauit: & tamẽ dicitur pater impiorum, non propter generationem, sed propter imitationẽ. Sicut econtrà de bonis dicitur, Ergo semẽ Abrahæ estis, cùm loquatur gẽtibus, quę stirpẽ carnis ex Abrahæ genere nõ ducebant. Filij enim erãt non nascẽdo, sed imitando. Abrogatur autẽ & alienatur à perfidis pater Abraham, quãdo eis Dominꝰ dicit, Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Et vt malæ arbores de Abrahæ paternitate gloriãtes eradicarentur, filij Abrahæ de lapidibus promittuntur. Sicut ergo hoc loco dicit, Patres vestri manducauerunt mãna in eremo, & mortui sunt: non enim intellexerunt quod mãducauerũt, itaque nõ intelligẽtes, cibũ nõ nisi corporalẽ acceperũt: sic & Apostolus dicit, patres nostros, nõ patres infideliũ, nõ patres impiorũ, manducãtes & morientes; sed patres nostros, patres fideliũ, spiritalẽ cibũ mãducasse, & ideo eundem, Patres nostri, inquit, eundẽ cibũ spiritalẽ manducauerũt, & eundem potũ spiritalem biberunt. Erãt enim ibi qui quod mãducabãt, intelligebãt: erant ibi quibus plus Christus in corde, quam manna in ore sapiebat. Quid de aliis loquamur? Inde erat primitus ipse Moyses fumulus Dei, fidelis in tota domo eius, sciens quid dispẽsaret: & quia illo tempore ita dispensari deberent clausa præsentiũ, aperta futurorũ. Breuiter ergo dixerim: quicũq; in mãna Christũ intellexerunt, eundẽ quẽ nos cibũ spiritalẽ manducauerũt: quicũque autẽ de manna solã saturitatẽ quęsierunt, patres infideliũ mãducauerũt, & mortui sunt. Sic etiã eundẽ potũ: Petra enim Christus. Eundẽ ergo potũ quẽ nos, sed spiritalẽ; id est, qui fide capiebatur, non qui corpore hauriebatur. Audisti eundem potum, Petra erat Christus: non enim alter Christꝰ tunc, alter nũc. Altera quidem illa a petra, alter b lapis quẽ sibi posuit ad caput Iacob, alter agnus occisus vt manducaretur Pascha, alter c aries hærens in vepribus immolandus, quãdo filio suo pepercit Abrahã iussus, quẽ iussus obtulerat: altera ouis & altera ouis, alter lapis & alter lapis, idẽ tamen Christus: ideo eundẽ cibum, ideo eundem potũ. Deniq; percussa est ipsa petra ligno, vt aqua defluereat. Virga enim percussa est. Quare ligno, non ferro: nisi quia crux ad Christum accessit, vt nobis gratiã propinaret? Eũdẽ ergo cibũ, eundẽ potũ: sed intelligentibus & credentibus. Nõ intelligentibus autẽ, illud solũ manna, illa sola aqua, ille cibus esuriẽti, potꝰ iste sitienti, nec ille, nec iste credẽti: credenti autẽ idẽ qui nũc. Tunc enim Christus venturus, modò Christꝰ venit. Vẽturus & venit, diuersa verba sunt: sed idẽ Christus. Aliquid etiã, quoniã res venit in mediũ, de dubitatione famuli Dei Moysi volo dicere. Figura enim erat veterum etiam ista sanctorũ. Dubitauit ad aquam Moyses, quando petram virga percussit vt aqua fluereat, dubitauit. Dubitationem autem eius legens quisq; fortè transiret, nec intelligeret quia nec quærere auderet. Domino autem Deo dubitatio illa displicuit, & eam notauit, non solùm arguendo, sed etiam vindicando: nam propter hãc dubitationem dicitur Moysi, Non introduces tu populum in terram promissionis: Ascende in montẽ, & morere. Deus hic vtique apparet iratus. Quid ergo de Moyse, fratres charissimi? Omnis ille labor eius, omnis pro populo æstus eius, & illa charitas, dicẽs: Si dimittis illis peccatũ, dimitte; sin autem, dele me de libro tuo: hac subita & repẽtina dubitatione damnata est? Et quid est quod conclusit lector cùm Apostolum legeret, Charitas nunquam cadit? Cùm quædam soluenda proponerem, studium vestrum me fecit & aliud proponere, quod fortè non

Ioan.8.f.44

Ibid.e.39.

Matt.3.b.9.

Ioã.6.e.50.

1.Cor.10.a.2.

Hebr.3.a.2

1.Cor.10.a.4.

a Exod.17.b.6.
b Gen.28.b.11.
c Gen.22.e.13.

Exod.17.a.5.6.

quæreretis. Videamus ergo, & adhuc quantum possẽmus conemur penetrare mysterium. Iraſcitur Deus, dicit eum non introducturum populum in terram promissionis: iubet vt ascendat in mõtem & moriatur. Et tamen multa iniungit agenda eidẽ Moysi: iubet quid agat, quomodo populũ disponat, quomodo non relinquat passim & negligẽter. Nunquam ista damnato iniungere dignaretur, Aliud accipe mirabilius. Quoniã dictũ est Moysi, hoc enim placuit Deo certi mysterij dispensationisque gratia, quòd ipse in terrã promissionis nõ introduceret populũ: eligitur alius Iesus Naue: & iste homo non hoc nomine vocabatur Auses. Et cũ ei introducendum populum Moyses commendaret, vocauit eũ, & mutauit ei nomen, & appellauit eum Iesum: vt non per Moysen, sed per Iesum, id est non per legẽ, sed per gratiam populus Dei in terrã promissionis intraret. Sicut autem Iesus ille non verus, sed figuratus, ita etiam terra promissionis illa non vera, sed figurata. Illa enim populo primo temporalis fuit: nobis quæ promissa est, æterna erit. Sed figuris temporalibus promittebantur & prænunciabantur æterna. Sicut ergo ille nõ verus Iesus, nec illa terra promissionis vera, sed figurata: ita manna nõ cibus verè cælestis, sed figuratꝰ: ita petra illa non verè Christus, sed figuratꝰ, & sic omnia. Quã ergo sibi exigit cõsiderationẽ dubitatio Moysi? Ne fortè & ibi aliqua figura expressa sit, & inuenerit intelligenti, & ad inquirendum commouerit & prouocauerit animũ. Video enim & post illam dubitationẽ, & post iram Dei, & post minas mortis, & post remotionẽ ab introductione populi in terram promissionis, multa Deũ sic dicere ad Moysen tanquã ad amicum cum quo & antea loquebatur: vsqueadeò, vt ipsi Iesu Naue obedientiæ exẽplũ de Moyse proponatur, & hoc cũ moneat Deus, vt sic ei seruiat, quomodo seruiuit Moyses, & sic se pollicetur cum eo futurum quomodo cum Moyse. Euidenter charissimi constringit nos ipse Deus, non passim reprehẽdere, sed intelligere dubitationem Moysi. Figura petra iacens, figura virga percutiẽs, figura aqua fluẽs, figura & Moyses dubitans: & ibi dubitauit, vbi percussit. Hinc facta est dubitatio Moysi, quãdo lignũ accessit ad petrã. Iam veloces præuolant, imò tardos patienter expectent. Dubitauit Moyses quando lignum accessit ad petram: dubitauerunt discipuli quando viderunt Dominum crucifixum. Horum figuram gerebat Moyses. Figura erat Petri illius ter nagantis. Quare Petrus dubitauit? Quia lignum petræ propinquauit. Cùm mortis suę genus, id est, crucem ipsam prænunciaret Dominus, ipse Petrus expauit: Absit à te Domine, non erit hoc. Dubitas, quia petræ imminere virgam vides. Ideo spem suam, quam gerebant de Domino discipuli, tunc perdiderunt, quodammodo intercepta est quando crucifixum viderunt, quando planxerunt occisum. Inuenit eos post resurrectionem loquentes inter se de hac re, tristi colloquio: & tenens oculos eorum ne ab eis agnosceretur, non se auferens credentibus, sed differens dubitantes, se tanquam tertium collocutorem sermoni commiscuit, & quæsiuit ab eis vnde loquerentur. Mirantur illi, quia solus ignorat quod in eo factum fuerat qui quærebat. Tu solus, inquiunt, peregrinaris in Hierusalem? & commemorant quæ gesta sint de Iesu. Et continuò iam desperationis suæ medullas aperiũt, & vulnus medico licet nescientes ostendunt. Nos autem, inquiunt, sperabamꝰ quod in illo redemptio esset Israël. Ecce facta est dubitatio, quia lignum accessit ad petram: impleta est figura Moysi. Videamus & hanc: Ascende in montem & morere. Per mortem corporalem Moysi, figurata est

Matt.26.g.75.

Matt.16.a.22.

Luc.24.c.18.

Num.20.b.12.

Exod.32.g.12.

1.Cor.13.b.2.

Deut.32.g.49.

mors ipsius dubitationis: sed in monte. O mira mysteria! Hoc certè expositũ & intellectum, quanto dulcius quàm manna. Ad petram nata est dubitatio, in monte mortua est. Quando fuit humilis Christus in passione; quasi petra iacebat ante oculos: meritò in illo dubitabatur, humilitas illa nihil magnum prætendebat. Meritò ipsa humilitate factus est lapis offensionis, resurrectione autem clarificatus magnus apparuit, iam mons est. Iã ergo illa dubitatio quę nata erat ad petrã, in mõte moriatur: Agnoscant discipuli salutem suam, reuocent spem suam. Attende quemadmodum moriatur illa dubitatio, attende quemadmodum moriatur Moyses in monte. Non intret in terram promissionis: nolumus ibi dubitationem. Moriatur. Ostendat nobis eã Christus mori. Trepidauit Petrus, & negauit ter. Petra enim Christus. Resurrexit, mons factus est: firmauit & Petrum. Sed moritur dubitatio. Quomodo moritur? Petre amas me? Cordis inspector, cordis cognitor interrogat: & vult audire quòd ametur, & parum est semel. Interrogat hoc, audit propè cũ tædio ipsius Petri: miratur enim interrogari se à præscio, totiens interrogari, cùm semel sufficeret respondere etiam nesciẽti. Sed tanquam tibi diceret Dominus, Expecto, numerus legitimus impleatur: tertiò cõfiteatur per amorem, quia ter negauerat per timorẽ. Quòd ergo Dominus totiẽs interrogabat, dubitationem illam in mõte occidebat. Quid ergo charissimi, si patent hæc: Non ad fraudem, sed ad iucunditatem clausa erant: Neque enim tã dulciter caperentur si prompta vilescerent. Respiciat ergo negotium suum competiturus baptismum, quem alloqui cœperam. Mare rubrum baptismus erat, populus transiens baptizabatur: trãsitus ipse baptismus erat, sed in nube. Adhuc enim nubilabatur quod prænũciabatur: adhuc occultabatur quod promittebatur. Iam modò recessit nubes, manifestæ veritatis serenitas facta est, quia recessit & velũ per quod loquebatur Moyses. Hoc velum & in templo pẽdebat, ne secreta templi viderentur; sed in cruce Domini velum conscissum est vt parerent. Veni ergo ad baptismũ: ingredere intrepidus viam per mare rubrum; noli esse de peccato prętexito tanquam de Ægyptio sequente solicitus. Premebant te peccata tua duro onere seruituris, sed in Ægypto in amore huius seculi, in peregrinatione lõginqua; cogebãt te sectari opera terrena, tanquam lateres facere, opera lutea operabaris. Premunt te peccata, veni securus ad baptismũ: vsque ad aquam hostis sequi poterit, ibi morietur. Time aliquid de vita præterita, crede aliquid remansurum tuorum peccatorum, si aliquis remãsit Ægyptiorum. Audio vocem pigrorum: Ego, inquit, de præteritis peccatis non timeo, omnia mihi in aqua sancta per Ecclesię etiã charitatẽ dimitti non dubito: sed timeo futura peccata. Placet ergo in Ægypto remanere? Interim hostẽ præsentem euade, qui iam te premit, & iam subiugauit. De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iã fecisti, & si nolueris erit: quod facturum te putas, si volueris non erit. Sed periculosa est via. Neque enim cùm rubrum mare transiero, iam ero in terra promissionis. Ductus est ille populus per longa deserta. Interim ab Ægypto liberare. Quid ergo putas defuturum tibi auxiliatorẽ in via, eum qui te eruit de vetusta captiuitate? Nouos tuos inimicos non cõpescit, qui te à vetustis hostibus liberauit? Tãtum intrepidus transi, intrepidus ambula, obediens esto: noli amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat in hac obedientia. Fateor, nõ desunt hostes. Sicut enim nõ deerãt qui sequerentur fugientes, ita non deerunt qui impediant ambulãtes. Prorsus charissimi figuræ nostræ fuerunt. Interim in te non sit quod cõtristet Moysen: noli esse aqua amara, quã post mare rubrum non potuit ille populus bibere. Erat enim & ibi tẽtatio. Et tamen ista quando cueniunt, quando amaricat populus, ostendimus eis Christum, quæ pro illis tulerit, quomodo pro eis sanguinem fuderit: & miteſcunt, tanquam nobis lignum in aquam mittentibus. Plane hostem aduersantem itineri tuo Amalech habebis. Tunc orabat Moyses, tunc extendebat manus. Et vbi deponebat manus, conualescebat Amalech: vbi extendebat manus, deficiebat Amalech. Et tuæ manus extentæ sint, deficiat Amalech tentator, & huius itineris impeditor esto vigil & sobrius in orationibus in operibus bonis, nontamen præter Christum, quia extensio illa manuũ, Christi crux fuit. In illa extenditur Apostolus cùm dicit: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Ergo deficiat Amalech, vincatur, & nõ impediat transitũ populi Dei. Si dimittis manus à bono opere, à cruce Christi: præualebit Amalech. Tamen noli omnimodo aut cõtinuò te fortẽ futurum putare, aut penitùs desperando deficere. Alternatio enim illa defectus & fortitudinis in manibus serui Dei Moysi, fortè alternatio tua fuit. Aliquando enim in tentationibus deficis, sed non succũbis. Deponebat ille paulum manus, nõ omnino ruebat. Si dicebam, motus est pes meus, ecce misericordia tua Domine adiuuabit me: Noli ergo timere: adest in itinere auxiliator, qui in Ægypto non defuit liberator. Noli timere, aggredere viã, præsume securus, aliquando ille deponebat manus, aliquãdo erigebat, tamẽ victus est Amalech. Rebellare potuit, superare nõ potuit.

Matt.26.g.75.

1.Cor.10.a.4.

Ioan.21.c.15.

Matt.27.f.51.

Exod.17.c.12.

Gal.6.d.14.

Ps.93.d.18.

CAP. II. De pœnitẽtia quotidiana.

ITAQVE admonemur iam de altera loqui pœnitentia. Triplicem quippe eius considerationem in sancta scriptura esse proposui. Illa prima cõpetentium est & ad baptismum venire sitientium. Hanc de scripturis sanctis ostẽdi. Est alia quippe quotidiana. Et vbi illam ostendimus pœnitentiam quotidianam? Nõ habeo vbi melius ostendã, quàm in oratione quotidiana, vbi Dominus orare nos docuit, & quid ad patrem dicamus ostẽdit, & in his verbis posuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quæ debita fratres? Quando quidem debita hic intellẽgi nõ possunt nisi peccata: quę debita dimisit & in baptismo, iterum vt dimittat oramus? Certè mortuus est omnis Ægyptius qui sequebatur. Si nihil de sequentibus hostibus residuũ factum est, quid oramus vt dimittatur, nisi propter manus deficientes cõtra Amalech? Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Constituit medicinã, firmauit pactum: Hic preces dictat, ibi precanti respõdet: nouit quo iure res agatur in cælo, quomodo impetrari possint desiderata: Dimitti vis? dimitte ait. Quid enim habes quod Deo prẽstes? à quo vis vt prẽstetur tibi? Nũquid iã Christus saluator in terra ambulat? Nũquid suscepit illũ modò in domũ gaudens Zachæus? Nunquid ei hospitiũ & epulas præparat Maria? Nihil horũ indiger, ad dexterã patris sedet: Sed quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hęc est extensio manuum, sub qua defecit Amalech: Et erogas quidem pauperi, quando aliquid das esuriẽti: fortè id quod dederis minus habebis, sed in domo, nõ in cælo. Sed hic quoq; in terra, quo iubẽte prẽstitisti; ipse suppleat quod dedisti. De hac re cùm loqueretur Apostolus, ait: Qui administrat semẽ seminãti, & panẽ in escam subministrabit. Operarius enim Dei es, quãdo das egẽti: seminas hyeme, q̃ metas æstate. Quid ergo metuis infidelis, nie in hac magna domo tãtꝰ paterfamiliãs nõ pascat operariũ suũ? Erit & ibi, sed quod sufficiat tibi. Dabit neꝰ totũ necessitati, nõ cupiditati. Operare ergo intrepidus, extende manus, deficiat Amalech. Sed hinc, vt dixi, aliquid in domo tua cùm dederis, vel minus vides

Mat.6.b.12.

Luc.19.a.6.

Luc.10.g.39.

Matth.25.d.40.

2.Cor.9.c.10.

quod ibi videbas: nõ ibi vides cùm dederis, donec iterum det Deus. Dic mihi cùm ignoscis de corde, quid perdis? Cùm ignoscis ei qui peccat in te, quid min⁹ habebis in corde tuo: Inde enim dimittis, sed nihil amittis: imò verò vnda quædã charitatis ibat in corde tuo, & tanquã de vena interiore manabat. Tenes odiũ contra fratrem, obturasti fontẽ. Non solum ergo nihil perdis cùm ignoscis, sed abundantius irrigaberis. Charitas nõ angustiatur. Ponis ibi lapidem offensionis, & tu tibi facis angustias. Vindicabo me, vleiscar me, ego illi ostendam, ego faciam, æstuas, laboras, cui licet ignoscẽdo esse securum, securum viuere, securum orare. Nã ecce quid acturus es? oraturus es. Quid dicam quãdo? Hodie oraturus es. An non es oraturus? Ira & odio impletus, vindictam minatis: non dimittis ex corde. Ecce oras, ecce venit orandi hora, incipis verba illa vel audire vel dicere. Dictis & auditis superioribus, vẽturus es ad hunc versum. Aut si non venturus, quò iturus? Ne ignoscas inimico, deuiabis à Christo. Planè si in oratione deuiabis, vt nolis dicere, Dimitte nobis debita nostra: quia nõ potes dicere, sicut & nos dimittibus debitoribus nostris: ne tibi citò respõdeatur, Sic dimitto quomodo & tu dimittis. Ergo quia hoc nõ potes dicere, & nõ vis dimittere, deuiabis ab hoc versu, & prætermittes, & dices quod sequitur, Ne nos patiaris induci in tentationẽ. Ibi te capiet creditor tuus cuius quasi faciẽ deuiabas. Quomodo quisq; in vico cùm occurrerit ei cui aliquid debet, si ad manũ est diuerticulum, dimittit quò ibat: & it per aliam partẽ, ne faciem videat creditoris. Hoc tu in isto versu te fecisse arbitratus es. Deuitasti dicere, Dimitte sicut ego dimisi, ne sic dimitteret, id est non dimitteret, quia nõ dimittis: & noluisti dicere, deuitãs faciem creditoris. Quem deuitas? Quis deuitas? Quò ibis vbi tu esse possis, & ille nõ esse? dictum es, Quò abibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiã? Si ascendero in cælum, tu illic es, si descẽdero in infernum, ades. Quantum potest à Christo debitor fugere, quàm vt eat in infernũ? Adest iste creditor & ibi. Quid facturus es nisi quod sequitur? Si assumpsero pennas meas in directum, & volauero in extrema maris, id est, spe mea finem seculi meditabor, in præceptis tuis viuã, duab⁹ alis charitatis attollar. Imple ergo duas alas charitatis. Dilige proximum sicut teipsum, & non teneas odium vnde fugias creditorem. RESTAT pœnitentię tertium genus, vnde aliquid breuiter dicam, vt adiuuante Domino proposita & promissa persoluam. Est pœnitẽtia grauior atque luctuosior, in qua propriè vocãtur in Ecclesia pœnitentes: etiã remoti à sacramẽto altaris participãdi, ne accipiendo indigẽ, iudicium sibi mãducent & bibant. Illa verò pœnitentia luctuosa est, graue vulnus est: adulteriũ fortè cõmissum est, fortè homicidium, fortè aliquod sacrilegium. Grauis res, graue vulnus, lethale, mortiferum, sed omnipotẽs medicus. Iam post suggestionem facti & delectationem, & consensionem, perpetrationem, quasi quatriduanus mortuus putet: sed nec ipsum Dñs deseruit, sed clamauit, Lazare prodi foras. Cessit voci misericordiæ moles sepulturæ: cessit mors vitę, cessit infernus superno. Eleuatus est Lazarus, processit de tumulo: & ligatus erat, sicut sunt homines in confessione peccati agentes pœnitentiã. Iam processerũt à morte, nã non cõsiterentur nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto & à tenebroso procedere est. Sed quid Dominus Ecclesiæ suæ? Quæ soluerit, inquit, in terra, soluta erunt & in cælo. Proinde Lazaro procedẽte, quia impleuit Domin⁹ misericordię suę bonũ, perducere ad confessionẽ mortuũ latentem, putentem, iam cætera implet Ecclesię ministeria: Soluite illum, & sinite abire. Sed charissimi, hoc genus pœnitẽtię nemo sibi proponat, ad hoc genus nemo se præparet, tamẽ si fortè cõtigerit, nemo desperet. Iudam traditorẽ nõ tam scelus quod commisit, quàm indulgentiæ desperatio fecit penitùs interire. Nõ erat dignus misericordia, ideo ei nõ fulsit lumẽ in corde, vt ad eius indulgentiã concurreret quem tradiderat, sicut illi qui eũ crucifixerãt: sed desperando se occidit, & laqueo suspendit se, suffocauit se. Quod fecit in corpore suo, hoc factũ est in anima ipsius. Spiritus enim dicitur etiã iste vẽtus aëris huius. Quomodo ergo qui sibi collum ligant inde se occidũt, quia non ad eos intrat spiritus aëris huius: sic illi qui desperãt de indulgẽtia dei, ipsa desperatione intus se suffocant, vt eos spiritus sanctus visitare nõ possit. Solẽt inde Christianis pagani insultare de pœnitẽtia quę instituta est in Ecclesia: & cõtra nonnullas hęreses tenuit ecclesia catholica istã veritatem de pœnitẽtia agenda. Fuerũt enim qui dicerẽt, quibusdã peccatis nõ esse dandam pœnitẽtiam: & exclusi sunt de Ecclesia, & hæretici facti sunt. In quibuscunq; peccatis nõ perdit viscera pia mater Ecclesia. Ergo solẽt inde etiã Pagani quasi insultare nobis, nesciẽtes quid loquãtur: quia ad verbũ dei, quod linguas infantiũ facit disertas, nondũ peruenerunt. Vos, inquiũt, facitis vt peccẽt homines, cùm illis promittitis veniã si egerint pœnitẽtiã. Dissolutio est ista, nõ admonitio. In hãc sentẽtiam exaggerãt verba quãta quisq; potest, lingua vel sonãti, vel titubanti, non tacent: tamẽ & quando eis loquimur, & si vincãtur, non cõsentiunt. Tamen quomodo vincantur, breuiter accipiat charitas vestra, quia Dñi misericordia totũ optimè cõstituit in Ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiã, quia portum pœnitentiæ pollicemur. Si clauderetur aditus pœnitẽtiæ: nónne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quãto magis sibi desperaret ignosci? Diceret enim sibi, Ecce peccaui, ecce scelus admisi, iã mihi venię nullus est locus: pœnitẽtia infructuosa est, damnãdus sum. Quare iam nõ viuo vt volo: Quia ibi nõ inuenio charitatẽ, hic saltẽ pascam cupiditatẽ. Quare enim me abstineã? Ibi mihi locus omnis clausus est, hic quicquid non fecero, perdo: quia vita quę post hanc futura est, nõ mihi dabitur. Quare ergo nõ seruio libidinibus meis, vt eas impleã & saturem, & faciam quicquid non licet, sed libet; diceretur ei fortassis: Sed miser capieris, accusaberis, torqueberis, punieris. Sciunt ista homines mali ab hominibus dici, & inter homines seruari, attẽdunt multos malè & sceleratè viuẽtes impunita habere peccata: occultare possunt, redimere quę occultauere non possunt. Redimere vsque in senectutẽ vitam lasciuia, blasphemia, sacrilegio perditam. Enumerãt sibi, quid ille qui tãta fecit, non senex mortuus est? Nũquid attendis: ideo illum peccatorem & sceleratum senem mortuum, vt ostẽderet in illo Deus patientiã, expectãs pœnitentiã? Vnde Apost. dicit, Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiã te adducit? Ille autẽ secũdum duritiam cordis sui & cor impœnitẽs, thesaurizauit sibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei: qui reddet vnicuique secũdum opera sua. Opus est ergo vt hic timor mentes possideat, opus est vt ille qui peccare non vult, præsentẽ Deum sibi cogitet, non in publico solũ, sed etiã in domo: nõ in domo solũ, sed & in cubiculo, in nocte, in lecto suo, in corde suo. Ergo si tuleris portũ pœnitentiæ, desperatione augebũt peccata. Ecce nihil dicunt illi qui putant ideo augeri peccata, quia portus pœnitentiæ in Christiana fide proponitur. Quid ergo? Deus ne per illam spem indulgentię rursus augerentur peccata, nõ de hic prouidere debuit? Quomodo enim prouidit ne sperando augeantur, sic prouidere debuit ne desperando augeantur. Quomodo enim reuera auget peccata qui desperauerit, sic potest augere peccata & qui veniã sperauerit: vt dicat sibi, Faciam quod volo, Deus bonus est, quando me conuertero, ignoscet mihi. Ita planè dic tibi, quando me conuertero, ignoscet mihi; si crastinus dies certus est tibi. Nónne ad hoc te admonet scriptura, dicens: Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem: subitò enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te? Ecce ad vtrunque vigilauit pro nobis prouidentia Dei. Ne desperando augeamus peccata, propositus est pœnitẽtiæ portus: rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus.

Mat. 6. b. 12

Ps. 138. a. 7.

CAPVT III. ne pœnitẽtia luctuosa pro mortalibus.

Ioã. 11. c. 43.

Matth. 18. c. 19.

Rom. 2. a. 4

Psal. 49. *De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Deus manifestus veniet, Deus noster, & nõ silebit.*

HOMILIA D. AVGVST. XXVIII.

CAP. I. ANTAVIMVS, fratres, *Deus manifestus veniet, Deus noster, & nõ silebit.* Dominũ Christum Scriptura prædixit venturum ad iudicium viuorum & mortuorum. Quando enim pri⁹ venit iudicari, occultus fuit: quãdo veniet iudicare, manifestus erit. Quàm fuerit tũc occultus, hinc intelligite quod ait Apostolus, Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Tunc autẽ siluit interrogatus, sicut & Euãgelium loquitur, & impletur in eo Esaiæ prophetia dicẽtis, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondẽte se fuit sine voce, sic non aperuit os suũ. Veniet ergo manifestus, & non silebit. Ad hoc dictum est: Non silebit iudicaturus, quia siluit iudicatus. Nam quantũ attinet ad voces ipsius nobis necessarias, quando siluit? Non siluit per patriarchas, non siluit per os carnis suæ. Et modò si sileret, Scriptura nõ loqueretur. Lector ascendit, sed & ipse nõ silet. Tractator loquitur; si vera loquitur, Christus loquitur. Si sileret Christus, ego vobis ista non dicerem. Nec per os vestrum siluit. Nam quando cãtabatis, ipse loquebatur. Non silet, opus est vt audiamus, sed aure cordis: Nã facile est audire auribus carnis. Illis auribus audire debem⁹, quas quærebat magister ipse, cùm diceret, Qui habet aures audiẽdi, audiat. Quis enim ante illũ, quando ista dicebat, sine auribus carnis stabat? Omnes aures habebãt, & pauci habebãt: nõ omnes habebant aures audiendi, hoc est, obediẽdi.

1. Cor. 2.

Esai. 53.

Matth. 13.

CAP. II. QVAM terribiliter locutus est per prophetã Ezechielem, credo adhibuistis aurem, credo audistis quẽ admodũ dixerit; Ad domum Israël mittam te, non ad populum altioris linguæ te mittam. Populus autem ille non vult audire te, quia non vult audire me. Quid ostẽdit, nisi quia ipse Deus per Prophetam loquebatur? Quia verò in ipsis verbis Propheticis nos maximè territi sumus, id est, Prępositi quos posuit loqui ad populũ suum, prius in illis verbis videamus faciem nostrã. Demõstratum est enim nobis, sonãte lectore, quasi speculũ vbi nos inspiceremus, & inspeximus nos, inspicite vos. Ecce ego facio, quod ibi audiui. Si nõ discreueris, inquit, iustum, si nõ dixeris peccatori, morte morieris, & ostenderis illi, vt recedat ab iniquitatibus suis: ipse quidẽ in peccatis suis morietur, sanguinem autem eius de manu tua exquiram. Si autem dixeris, & ille cõtempserit, & nõ obedierit: ille in scelerib⁹ suis morietur; tu autem animã tuam liberabis. Dico vobis, libero animã meam. In magno enim sum, nõ periculo, sed exitio cõstitutus, si tacuero. Sed cùm ego dixero, & impleuero officium meum; vos iam attendite periculum vestrum. Quid autem volo? quid desidero? quid cupio? quare loquor? quare hic sedeo? quare viuo? nisi hac intẽtione, vt cũ Christo simul viuam⁹; Cupiditas mea ista est, honor meus iste est, gloria mea est, gaudiũ meũ hoc est, possessio mea ista est. Sed si me nõ audieritis, & tamẽ ego nõ tacuero, animã meã liberabo. Sed nolo esse saluus sine vobis. NOLITE ergo contẽnere, fratres mei, peccata, in quibus fortè consuetudinẽ iã fecistis. Omne enim peccatũ consuetudine vilescit, & fit homini quasi nullũ sit: obduruit iã, dolorẽ perdidit. Quod valde putre est, nec dolet: Quod nõ dolet, non pro sano habendum, sed pro mortuo computandum est: Attẽdite quæ dicat Scriptura, & ibi videte quemadmodum viuere debeatis. Quis nõ contẽnit ebriositatis peccatũ? Abũdat tale peccatum, & contemnitur. Iam cor ebriosum perdidit sensum, non habet dolorem, quia nec salutẽ. Quando aliquid pungitur & dolet, aut sanum est, aut est in illo spes aliqua sanitatis. Quando autẽ tangitur, pungitur, vellicatur; nec dolet: pro mortuo habendum est, ac de corpore præcidendũ. Sed aliquando nos parcimus, & non nouimus nisi loqui; Excommunicare, de ecclesia proiicere pigri sumus. Aliquando enim timemus, ne ipso flagello peior fiat qui cæditur. Et quãuis qui tales sunt, iam in anima mortui sint: tamẽ quia medicus noster omnipotens est, non est desperandum de his, sed totis viribus supplicãdum, vt aures cordis, quas clausas habere probantur, Dominus aperire dignetur. Sed nunquid ille parcet, nunquid silebit quem timere debemus? Audistis in Psalmo ipso, fratres mei, cùm enumeraret peccata peccatoris, ait, Hęc fecisti, & tacui. Contra hoc dictum est, Veniet, & non silebit. Præsentia sua nõ silebit. Excepto enim quod Dominus Christus significatur, quia siluit in iudicio, vt impleretur in illo etiam ea prophetia quam paulo antè commemorauì; hoc excepto, modò Deus ipse per seipsum Dominus Christus tacet. Ascẽdit enim in cælum, & sedet ad dexteram patris, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Quamdiu ibi est, donec veniat tacet. Voces eius in libris audimus, de ore ipsius non audimus. Audistis vocẽ ipsius de sanctis Scripturis isto loco. Auditis cùm vos ipsi commemoratis, & fortè de his rebus inter vos sermocinamini. QVI vult audiri à Deo, charissimi, prius audiat Deum. Nunquid audis illum, quãdo facis adulterium? & latere te putas, quia homo te non videt. Ille te videt, sed tacet. Quando furtum facis, captas oculos eius cui furaris: & si eum latet, facis; si propterea non facis, quia times ne videaris, intus fecisti, in corde fecisti, fur teneris, & nihil tulisti; sed & tu, si opportunitas detur ad implendum malum factum tuum, furaris, & lætaris quia tacet. Audi ergo Psalmũ; Te admonuit, te quicũque es, qui fortè hic hodie stas, & nocte aliquid fecisti, te admonuit, tibi dixit; Hæc fecisti, & tacui. Suspicatus es † iniquè, quòd ero tibi similis? O homines, qui hæc verba quæ dicturus sum nec habetis in ore, nec in corde, felices estis! Nonne quotidie homines mala facientes, aut quos bene fecisse pœnitet, pœnitentia peruersa fundunt quod mulserunt? Nónne quotidie dicunt, & ista murmurã inter se rodũt. Verè si Deo displicerent ista, permitteret illa fieri; aut illi qui ea faciunt felices essent in terra? Videmus raptores, videmus infirmorum oppressores, videmus vicinorũ expulsores; videmus violẽtos limitum inuasores, videmus calumniatores: & tamen potentes, diuitẽs, felices in hac vita. Si verè Deus ista videret, si ista curaret, parceret eis; Addũt & hoc, quod peius est, nõ placẽt nisi mala. Cõtingat autem vt faciat bene aliquis, & sequatur fortè aliqua tẽtatio, cõtinuò ad manũ habet, non expedit bene facere: qui fecerit bene, nihil illi prodest. Parũ est tibi q̃ malè vis facere, & bene facientib⁹ maledicis? Hęc fecisti, inquit, & tacui: suspicatus es iniquè, quòd ero tibi similis? Quid est, quòd ero tibi similis? Quia sic mihi placet malũ, quomodo tibi. Hoc es suspi-

Ecclesi. 5. b. 8.

Psal. 49.

CAPVT III.

CAPVT IIII.

al. iniquitatem.

Ezech. 3.

Ezech. 33.

suspicatus, hoc dixisti in corde tuo. Quod peius est in hæc verba progrediuntur, vt nec auditi timeant.

CAP. V. ERGO suspicatus es iniquè, quòd ero tibi similis. Arguam te quomodo non putas: & quãdo non putas, arguam te. Sileo cùm facis: sed non sileo cùm iudico. Arguam te. Quid tibi faciã, quando arguã te? Statuam te ante faciem tuam. Modò enim quando malè facis, putas quia bonus es, quia nõ vis te videre. Alios reprehẽdis, te nõ respicis, alios accusas, de te nõ cogitas; alios ponis ante oculos tuos, te ponis post dorsum tuũ. Ego quando te arguam, contra facio: Tollo te à dorso tuo, & pono te ante oculos tuos. Videbis te, & plãges te: & nõ erit iam tunc quomodo corrigas te. Contemnis ergo tempus misericordię, veniet tempus iudicij: quia tu in ecclesia mihi cantasti, Misericordiam & iudiciũ cãtabo tibi Domine. Ex ore nostro exit, & vbique ecclesiæ concrepant Christo, Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi, Domine. Tempus est misericordiæ, vt corrigamur: nondum venit tempus iudicij. Locus est, spatiũ est. Peccauimus, corrigamur. Nõdum finita est via, nondum clausus est dies, nondum expiratum est, non desperetur, quod peius est, quoniam propter ipsa peccata humana & tolerabilia, & tanto crebriora, quanto minora, constituit Deus in ecclesia tempore misericordiæ † prærogandæ quotidianam medicinam, vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: vt his verbis † lota facie ad altare accedamus, & his verbis † lota facie corpore Christi & sanguine communicemus.

Psal. 100. — al. prærogando. Matth. 6. — al. lota.

CAPVT VI. SED quod est grauius, ipsam medicinam sic homines contemnunt, vt non solùm non dẽt veniam quando in illos peccatur, sed nec velint petere quando ipsi peccant. Intrauit tentatio, subrepsit ira: tantùm dominata est iracundia quantũ potuit, vt non solùm tumultuaretur cor, sed & cõuicia & crimina vomeret lingua. Non vides quò te impulit? Non vides quò te præcipitauit? Tandẽ corrige, dic, Malè feci, peccaui. Nõ enim morieris, si dixeris, Crede nõ mihi, sed Deo. Quid sum ego? Homo sum, par vestrũm sum, carnem porto, infirmus sum. Omnes credamus Deo. Attẽdite vobis. Ipse, inquit, Dominus Christus attendite vobis. Si peccauerit frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, ادhibe tecum duos aut tres. In ore duorum aut trium testiũ stabit omne verbum. Si nec ipsos audierit, refer ad ecclesiã. Si nec ipsam audierit, sit tibi tanquã ethnicus & publicanus. Noli in illo attẽdere falsa signa. Viuens mortuus est. Vnde viuit? Quomodo viuit? Si dicã alicui in conspectu vestro, Tu hoc fecisti: respondebit, Quantũ errat? Intus me moneret, intus mihi diceret, quia malè feci, intus videret peccatũ meum. Quare in populo arguit? Quid si feci, & non correxisti? Quid si feci, & adhuc persueras? Quid si feci, & adhuc tibi bene fecisse videris in corde tuo? Quia tacet ille, iustus es? Quia modò ille non vindicat, nihil malè fecisti? Nõ times, Arguã te? nõ times, Constituam te ante faciem tuam? nõ times? SED lõgè est, inquis, iudicium. Primò quis tibi dixit, quia lõgè est dies iudicij? Nunquid si lõgè est dies iudicij, longè est dies tuus? Vnde scis quãdo est? Nónne multi sani dormierunt & obduruerũt? Nónne casus nostros nobiscũ in hac carne portamus? Nónne fragiliores sumus, quàm si vitrei essemus? Vitrum enim & si fragile est, tamen seruatum diu durat: & inuenis calices ab auis & proauis, in quibus bibunt nepotes & pronepotes. Tanta fragilitas custodita est per annos. Nos autẽ homines, & sub tantis casibus quotidianis fragiles ambulamus: & si casus ipsi repentini non acciderent, diu tamen viuere non valeremus. Vita humana tota breuis est, ab infantia vsque ad decrepitam senectutem tota breuis est. Adam si adhuc viueret, & hodie moreretur, quid illi vitæ longitudo profuisset? Huc accedit, quia ipse dies qui quasi naturaliter seruit morbo, in lecto incertus est. Quotidie moriuntur homines: & qui viuunt deducunt illos, exequias celebrant, & vitam sibi promittunt. Nemo dicit, Corrigiam me, ne eras hoc sim quod iste quem deduxi. Placent vobis verba, ego quæro facta. Nolite me cõtristare prauis moribus vestris: quia delectatio mea nõ est in hac vita, nisi vestra bona vita.

Psal. 84. — CAPVT VII. — Fragiliores sumus vasis vitreis.

De eo quod ait Dominus in Euangelio, Remittite, & remittetur vobis: date & dabitur vobis.

HOMILIA D. AVGVST. XXIX.

CAP. I. EGO, fratres, vires paruas habeo, sed verbum Dei magnas habet. Valeat in cordibus vestris. Ergo & quod lẽtè dicimus, † valde auditis, si obedieritis. Tanquam per nubem suam, per Esaiã prophetam Dominus tonuit: si sensum habetis, expauistis. Manifestè enim dixit, nec expositorem habẽt ista necessarium, sed factorẽ. Quò mihi, inquit, multitudinem sacrificiorum vestrorũ? Quis enim exquisuit ista de manibus vestris? Deus nos quærit, nõ nostra. Sed sacrificiũ Christiani est eleemosyna in pauperem. Hinc enim fit Deus peccatis propitius. Nisi autẽ peccatis propitius fiat Deus, quis remanet, nisi reus? Ab eis peccatis & delictis, sine quibus vita ista non ducitur, mundantur homines per eleemosynas: quæ sunt duorum generum, erogando & remittendo. Erogando quod habes bonum, remittendo quod pateris malum. Hæc duo genera eleemosynarum Dominus magister bonus, qui verbum breuiauit super terram, vt esset fructuosum, & non onerosum, quàm breuiter fuerit complexus, audite: *Remitte*, inquit, *& remittetur vobis: Date, & dabitur vobis*. Remittite, & remittetur vobis, pertinet ad ignoscendum: Date, & dabitur vobis, pertinet ad erogandũ. Ex illa eleemosyna, qua ignoscis homini, nihil perdis. Ecce statim veniam petit, ignouisti, nihil amisisti. Charitate amplior domum redisti. Illud aliud genus eleemosynarũ, vbi iubemur erogare indigẽtibus, graue videtur: quia quod quisque dederit, hoc ipsum quod dabit non habebit.

al. vaticit. — Esa. 1. — Eleemosyna in pauperem sacrificium est Christiani. — Duo genera eleemosynarum. — Luc. 6.

CAPVT II. 2. Cor. 8. EQVIDEM & hinc securos nos facit Apostolus qui dixit, Prout quisque habet, non vt aliis sit refectio, vobis angustia. Metiatur ergo vnusquisque vires suas, nõ thesaurizare attendat in terra: det, non perit quod dat. Non dico. Hoc non perit: sed dico, Hoc solum nõ perit. Alia verò quę non dederis, & abundãt tibi, aut cùm viuis amittis, aut cùm moreris dimittis. Deinde fratres mei, tanta promissio quem non hortatur? Dimittite, inquit, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis. Quãdo dicit, Date & dabitur vobis, attende cui dicat. Homini dicit Deus, mortali dicit immortalis, mẽdico dicit tãtus paterfamilias. Neque enim hoc reuocaturus est q̃ dedimus. Inuenimus quẽ † fœneremus. Demus in vsuram, sed Deo, nõ homini. Ei damus qui abundat, ei damus qui dedit quod demus: et pro modicis rebus, pro friuolis, pro mortalibus, pro putribilibus, pro terrenis, æterna, incorruptibilia, sine fine manẽntia. Quid multa dicturus sum? Se promittit, qui promittit. Si amas illũ, eme illum ab illo. Et vt noueris te ipsi dare, audi illum dicentem: Esuriui, & dedisti mihi manducare. Sitiui, & dedisti mihi potum. Hospes fui, & suscepistis me. Nudus fui, & vestistis me. Ægeri, visitastis me. Inclusus, venistis ad me. Et dicent illi. Quando te vidimus in his necessitatibus constitutum, & ministrauimus tibi? Et ille: Quandoui ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Dat de cęlo, accipit in terra. Ipse dat, ipse accipit: quasi fœnus traiecticium facis. Hic das, ibi recipis. Hic das res perituras, ibi recipis res sine fine mansuras.

al. fœneremur. — Esa. 7. — Matth. 25. — Fœnus traiecticiũ facere quid.

CAPVT III. Psal. 139. ET quandocunque dicis Deo, Libera me Domine ab homine malo: hoc enim modò cantauimus. Scio enim quo gemitu dicas, Libera me Domine ab homine malo. Quis enim in isto sęculo nõ patitur aliquem hominem malum? Quando ergo dicis Deo hoc, Libera me Domine ab homine malo: sicut totis pręcordiis dicis, sic intentis oculis te prius attende. Libera me Domine ab homine malo. Fac tibi respondisse Deum. A quo? Dicturus es à Gaio, à Lucio, à nescio quo quẽ pateris. Et respondet tibi, De te mihi nihil dicis. Si ab homine malo libero te, prius es liberandus à teipso. Pateris malum, noli teipsum pati malũ. Videamus si inuenit in te, quid tibi faciat alter malus. Tu noli esse malus. Non tibi dominetur auaritia, non te calcet cõcupiscẽtia tua, non te trituret ira tua. Isti hostes interiores tui sunt. Tu ipse nõ tibi aliquid facias. Videamus quid tibi faciat vicinus malus, patronus malus, potens malus: videamus quid tibi faciat. Iustum te inueniat, fidelem te inueniat, Christianum te inueniat. Quid tibi facturus est? Quod Stephano Iudęi fecerunt. Faciendo malum, miserunt ad bonũ. Ergo quando oras vt liberet te Deus ab homine malo, attende te, noli tibi parcere, te à te liberet. Quomodo te à te liberat? Dimittendo peccata, donando merita, dando tibi vires pugnandi aduersus concupiscentias tuas, inspirando virtutem, dãdo menti tuæ cælestem delectationem, qua omnis terrena delectatio superetur. Hæc cùm tibi præstat Deus, liberat te à te, & securus expectas in huius sęculi malis transitoriis cum eis bonis venturum Dominum, quæ transire non possunt. Satis fit vobis. Videtis certè, quia nescio quomodo ego inualidus accedo, & loquendo fortis fio. Tantus est mihi animus, tanta intentio in profectu vestro. Operarius enim in agro fructum sperãs, minus sentit laborem. Scitis fructus mei, vt vobiscũ sim, & omnes simus fructus Dei.

Homo malus.

Aggæi 2. *De eo quod in Aggæo scriptum est, Meum est aurum, & meum est argentum.*

HOMILIA XXX.

Extat plenè sermone xv. de diuersis.

1. Reg. 17. *De monomachia Goliæ & Dauid.*

HOMILIA XXXI.

Habetur integrè de diuersis sermone xx.

Ioan. 5. *De eo quod ait Dominus in Euãgelio, Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.*

HOMILIA D. AVGVST. XXXII.

CAP. I. ARCANA & secreta regni Dei prius quærunt credentes, quo faciant intelligentes. Fides enim gradus est intelligendi: intellectus autem meritum fidei. Apertè hoc Propheta dicit omnibus præproperè & præpostere intelligentiam requirentibus, & fidem negligentibus. Ait enim, Nisi credideritis, non intelligetis. Habet ergo & fides ipsa quoddam lumen suum in Scripturis, in Prophetia, in Euangelio, in Apostolicis lectionibus. Omnia enim ista quæ nobis ad tempus recitantur, lucernæ sunt in obscuro loco, vt nutriamur ad diem. Dicit apostolus Petrus, Habemus certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes tanquam lucernæ in obscuro loco, donec dies luceſcat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Videtis ergo, fratres, quamdiu sint peruersi & properando vitiosi, qui tanquam immaturi conceptus ante ortum quærunt abortum; qui nobis dicunt, quid me iubes credere quod non video, videam aliquid vt credam. Iubes credere, dum non videam: ego videre volo, & videndo credere, non audiẽdo. Dicat Propheta. Nisi credideritis, non intelligetis. Ascendere vis, & gradus obliuiscẽris. Vtique peruersè homo, si iam tibi possem ostendere quod videres, non hortarer vt crederes.

Esa. 7. — Hebr. 11. — 2. Pet. 1.

CAPVT II. Fidei definitio. ERGO fides est, sicut alibi definitum est, sperantium substantia, conuictio rerum, quæ nõ videntur. Si nõ videntur, quomodo conuincũtur quia sunt? Vnde enim sunt ista quæ vides, nisi ex illo quod non vides? Vtique vides aliquid, vt credas aliquid, & ex eo quod vides, credas quod nõ vides. Ne sis ingratus ei qui te fecit videre, vnde possis credere q̃ nondũ potes videre. Dedit tibi Deus oculos in corpore, rationẽ in corde, excita rationẽ cordis, erige interiorem habitatorẽ interiorum oculorum tuorũ, assumat fenestras suas, inspiciat creaturã Dei. Est enim aliquis intus qui per oculos videat. Nam quando aliquando in me cogitas auerso interius habitatore, quæ sunt ante oculos tuos, nõ vides. Fenestræ enim frustrà patent, quando qui per eas attendit absens est. Nõ ergo oculi vident, sed quidam per oculos videt: erige illum, excita illum. Non enim denegatum est tibi, rationale animal te Deus fecit, præposuit te pecoribus, ad imaginem suam te formauit. Siccine vti illis debes, vt pecus tantũ, vt videas quid addas venti, non menti? Erige ergo rationalẽ aspectum, vtere oculis vt homo, intende cælum & terram, ornamẽta cæli, fœcunditatem terræ, volatus auium, natatus piscium, vim seminum, ordinem temporum. Intende facta, & quære factorem; aspice quæ vides, & quære quem non vides. Crede in eum quem non vides, propter ista quæ vides. Et ne sermone meo te exhortatu putes, Apostolum audi dicentem, Inuisibilia enim Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, conspiciuntur. Postponebas ista, nec attẽdebas vt homo, sed vt animal irrationale. Clamauit ad te propheta, & frustrà clamauit, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus: videbas ergo ista & postponebas. Quotidiana miracula Dei non facilitate, sed assiduitate viluerant.

Deus oculos in corpore, rationẽ in corde. — Genes. 1. — Rom. 1. — Psal. 31.

CAPVT III. QVID enim difficilius cognitione, quàm vt nascatur homo moriendo, discedat in secreta qui erat, nascẽdo procedat in publica qui non erat? Quid tam mirabile, quid tã difficile cognitu? Deo autẽ facile factu, mirare ista, expergiscere: insolita nosti mirari, maiora sunt quàm quę videre cõsueuisti. Mirati sunt homines, Dominũ Deum nostrũ Iesum Christũ de quinq; panibus saginasse tot milia: & nõ mirantur per pauca grana impleri segetibus terras. Quæ aqua erat vinum factum, viderunt homines, & obstupuerunt, quid aliud fit de pluuia per radicem vitis? Ipse illa fecit, ipse ista. Illa vt pascaris, ista vt mireris. Sed vtraque mirãda sunt, quia opera Dei sunt. Videt homo insolita, & miratur: vnde est ipse homo qui miratur? vbi erat? vnde processit? vnde forma corporis? vnde mẽbrorum distinctio? vnde habitus iste speciosus? de quibus primordiis? de quàm contẽptibilibus? & miratur alia, cùm sit ipse mirator magnũ miraculũ. Vnde ergo ista quę vides, nisi ex illo quẽ nõ vides? Sed, vt dicere cœperã, quia tibi ista viluerant, venit ipse ad facienda insolita, vt & in ipsis solitis agnosceres artificẽ tuum. Venit ille cui dictum est, Innouasigna. Cui dictũ est, Mirifica misericordias tuas. Largiebatur

Matth. 14. — Ioan. 2. — Eccl. 36. — Psal. 16.

batur enim eas;largiebatur,& nemo mirabatur. Venit ergo paruus ad paruos, venit medicus ad ægrotos, qui poterat venire cùm vellet,redire , cùm vellet, facere quicquid vellet,iudicare vt vellet. Et hoc quod vellet, ipsa iustitia est:& quod ille vult,inquã, ipsa iustitia est. Nõ enim iniquũ est quod ille vult, aut æquum potest esse quod non vult. Venit suscitare mortuum mirantibus,reddere luci hominem qui erat in luce,qui quotidie qui non erant,perducit ad lucem.

CAPVT IIII. FECIT ista,& contemptus est à multis,plus attendentibus non quàm magna faceret, sed quàm paruus, tanquã dicentibus apud se:ista diuina sunt,sed iste homo est. Duo ergo vides,diuina & hominem. Si diuina non possunt fieri, nisi à Deo, vide ne in homine lateat Deus. Attende,inquam,quæ vides, crede quæ non vides. Non te deseruit qui vocauit vt credas,quamuis iuberet te illud credere quod nõ potes videre: nõ tamen te dimisit nihil videntem, vnde possis credere quod nõ vides. Paruáne signa,paruáne indicia sunt creatoris ipsa creatura? Venit etiam,fecit miracula; nõ poteras videre Deum,poteras hominem: Deus factus est homo, vt in vno tibi esset & quod videres, & quod crederes.

Ioan.i. In principio erat verbum,& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Audis, & nondum vides. Ecce venit,ecce nascitur,ecce de femina procedit, qui fecit masculum & feminam. Qui fecit masculum & feminam,non factus est per masculum & feminam. Contemptuus enim eras fortè qui nasceretur, non cõtemnis quomodo nasceretur: quia semper erat antequam nasceretur. Ecce,inquam,assumpsit corpus,indutus est carne,processit ex vtero. Iam vides,iam,inquam,vides carnem:interrogo,sed carnem ostendo: vides aliquid, & nõ vides aliquid. Ecce in ipso partu,ecce etiam duo sunt,& quod videas,& quod non videas , sed vt per ipsum quod vides,credas quod non vides. Contemnere cœperas,quia vides qui natus est:crede quod nõ vides, quia de virgine natus. Quantulus est,inquit,qui natus est,sed quantus est qui de virgine natus est? Et ille qui de virgine natus est,miraculum temporale tibi attulit: nõ est natus de patre,scilicet de patre homine,& natus est de carne. Sed nõ tibi videatur impossibile, quia natus est per solam matrem,qui fecit hominem ante patrem & matrem.

CAP. V. ATTVLIT ergo tibi temporale miraculum, vt tu eum quæras & mireris æternum. Etenim ipse qui tanquam sponsus processit de thalamo suo, de vtero scilicet virginali,vbi sanctæ nuptiæ factæ sunt verbũ & caro, attulit, inquam, miraculum temporale : sed ipse est æternus, ipse est patri coæternus,ipse est qui in principio erat verbũ,& verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Fecit tibi vnde sanareris, vt videre posses quod nõ videbas. Quod contẽnis in Christo,nondũ est contemplatio sanati,sed medicamentum ægroti. Noli festinare ad visionẽ sanorum. Angeli vident, angeli gaudent,angeli pascuntur & viuũt:nec deficit vnde pascũtur,nec minuitur esca ipsorum. In sublimibus thronis, in partibus cælorũ,in his quę supra cælos sunt,videtur verbum ab angelis,& gaudetur:& manducatur,& permanet. Sed vt panem angelorum manducaret homo,

Psal.18.

Psal.77. Dominus angelorũ factus est homo. Hæc est salus nostra, medicina infirmorum,cib⁹ sanorum. Et loquebatur hominibus,& dicebat quod audistis, Nõ potest filius à se facere quicquam,nisi quod viderit patrem facientẽ. Iámne putam⁹, est aliquis qui intelligat? Iámne putam⁹, est aliquis in quo proficit collyrium carnis ad intuendũ vtcunque splendorẽ diuinitatis? Locutus est, loquamur & nos,ille, quia verbũ;nos , quia de verbo. Quare autem nos vtcũque de verbo? Quia ad similitudinem verbi per verbũ. Quantũ ergo capimus, quantũ illius ineffabilitatis participes esse possum⁹ , loquamur & nos,nec cõtradicatur nobis . Præcessit enĩ fides nostra,vt dicam⁹,Credidi propter quod locutus sum. Loquor ergo quod credo : vtrum etiam vtcunque video, ille magis videt,hoc videre vos non potestis. Sed cùm dixero,qui videt quod dico , siue credat & me videre quod dixi,siue non credat,quid ad me illud?synceriter videat,& de me quod vult credat.

Ioan.3.

Psal.115.

CAPVT VI. NON *potest filius à se facere quicquam,nisi quod viderit patrem facientem.* Hic Arrianorũ error exurgit:sed exurgit vt cadat;quia non humiliatur vt surgat. Quid est quod te mouit? Filium minorem vis dicere. Audisti enim,Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Minorem vis ex hoc filiũ dici:noui hoc,noui,hoc te mouit, crede minorem nõ esse,videre nondũ potes,crede, hoc est quod paulo antè dicebam. Sed quomodo, inquies, contra verba ipsius crediturus sum? Ipse dicit, Non potest filius à se facere quicquam,nisi quod viderit patrẽ facientem. Attende & quod sequitur, Quęcunque enim facit pater, eadem & filius facit:non dixit,talia. Paululum attendat charitas vestra,ne vobismetipsis strepitũ faciatis. Trãquillo corde opus est,pia & deuota fide,intentione religiosa:non in me vasculum, sed in illum attendite qui panẽ ponit in vasculo. Attẽdite ergo paululum. In his enim quę suprà diximus hortantes ad fidem , vt animus indutus fide sit intellectu capax , ea quæ dicta sunt,festiua,lęta,facilia,sonuerũt, exhilarauerunt mentes vestras,secuti estis,intellexistis quę dixi. Quæ verò dicturus sum,spero aliquos intellecturos:vereor tamen non omnes intellecturos. Et quia Deus nobis proposuit per lectionẽ Euangelij vnde dicamus,nec vitare possumus quod proposuit magister,fortè vereor ne qui nõ intellexerint,qui fortassis plures erunt vt putent me frustrà sibi locutum:sed tamẽ propter eos qui intellexerint nõ frustrà loquor. Lætetur qui intelligit,patiẽter ferat qui non intelligit: quod non intelligit ferat,& vt intelligat disserat, Nõ ergo ait, Quęcunque pater facit,talia filius facit:tanquam alia faciat pater,& alia filius. Videbatur enim tanquã hoc dixisse,cùm superius diceret, Nõ facit à se filius quicquam,nisi quod viderit patrem faciẽtem. Intẽde:neq; ibi ait,nisi quod audierit patrẽ iubentem,sed viderit,inquit,patrem facientem. Si ergo carnalem intellectum , vel potius sensum interrogemus, quasi duos sibi proposuit artifices,patrem & filium,patrem facientem nullo viso,filium facientem à patre viso:carnalis adhuc aspectus est:veruntamẽ vt ea quę superiora sunt intelligamus,ista humiliora & abiecta nõ declinemus.

Ioan.5.

Ioan.5.

CAPVT VII. PRIMÒ sic nobis ante oculos constituamus aliquid , putemus esse duos fabros, patrem & filium. Fecit pater arcam , quam filius facere non poterat , nisi patrem videret facientem : attendit arcam quam fecit pater,& fecit arcam aliam talem,non eandem. Differo paululum verba quæ sequuntur , & iam interrogo Arrianum, Siccine intelligis quomodo preposui? Fecit pater aliquid, quod cùm videret filius patrẽ facientẽ, fecit & ipse tale aliquid? Hoc enim videtur sonare verba,quibus permotus es. Neque enim ait, Non potest à se facere filius quicquam , nisi quod audierit patrem iubentem. Sed ait, Non potest à se facere filius quicquam,nisi quod viderit patrem faciẽten. Ecce si sic intelligis,fecit pater, & attendit filius vt videret & ipse quod faceret. Faceret autẽ aliud aliquid tale,quale fecerat pater. Hoc quod fecit pater, per quẽ fecit? Si non per filium, si non per verbum, incurristiin blasphemiam Euangelij . Omnia enim per ipsum facta sunt. Ergo iam quod fecerat pater,per verbum fecerat:

Ioan.1.

cerat pater,per verbum fecerat: si per verbum fecerat, per filium fecerat. Quis est alius qui attendit, vt faciat aliud aliquid quod viderit patrem facientem? Nõ soletis dicere duos filios habere patrem : vnus est vnicus de illo genitus. Per misericordiam verò suam, solus ad diuinitatem,& non solus ad hæreditatem. Cohæredes vnico suo fecit pater : non quos de sua substantia sicut ipsum genuit, sed quos de familia sua per ipsum adoptauit. In adoptionem quippe filiorum vocati sumus, sicut sancta Scriptura testatur.

CAPVT VIII. QVID ergo dicis? Ipse vnicus loquitur:ipse filius vnigenitus in Euangelio loquitur: ipsum verbum nobis verba fecit,ipsum audiuimus dicentem , Nõ potest filius à se facere quicquam,nisi quod viderit patrem facientem. Iam fecit pater vt videat quod faciat filius: & tamen nihil facit pater nisi per filium . Certè turbaris hæretice,certè turbaris: sed tanquam helleboro accepto turbaris vt saneris. Iam te non inuenis, sententiam tuam,& carnalem intuitum tuum,quantum arbitror, etiam ipse condemnas. Repone oculos carnis post te, erige si aliquid habes in corde, diuina intuere. Audis quidem humana verba per hominẽ, per Euãgelistam, per Euangelium audis humana verba sicut homo. Sed de verbo Dei audis, vt humana audias, diuina cognoscas. Exagitauit magister vt eruditet, seminauit quęstionem vt moueret intentionem. Non potest filius à se facere quicquam , nisi quod viderit patrem facientem. Consequens erat quod diceret, Quæcunque enim pater facit,talia facit filius. Non hoc ait, Sed quæcunque pater facit,hæc eadem & filius facit. Non alia pater facit,alia filius facit:quia omnia quæ pater facit,per filiũ facit. Suscitauit Lazarum filius,nunquid pater eũ non suscitauit? Illuminauit filius cæcũ, nunquid pater nõ illuminauit? Illuminauit pater per filium in spiritu sancto. Trinitas est:sed vna operatio,vna maiestas , vna æternitas,vna coæternitas , & opera eadem trinitatis. Nõ alios homines creat pater,alios filius, alios spiritus sanctus. Vnum cundémque hominem & pater & filius & spiritus sanctus creat:& pater & filius & spiritus sanctus vnus Deus creat.

Ioan.5.

Ioan.11. Ioan.9.

CAPVT IX. ATTENDIS pluralitatẽ personarũ , sed vnitatem diuinitatis agnosce. Propter pluralitatẽ enim personarum dictũ est, Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostram. Non ait, Faciam hominẽ: & attende cùm facio, vt possis & tu alterum facere. Faciamus, inquit, pluralitatem audio:ad imaginẽ nostram , itẽ pluralitatẽ audio . Vbi ergo singularitas diuinitatis? lege sequentia, Et fecit Deus hominem. Dicitur, Faciamus hominẽ: & non dicitur, Fecerunt dij hominem . Intelligitur vnitas in eo quod dictũ est, Fecit Deus hominẽ. Vbi est ergo intentio illa carnalis? Cõfundatur, abscõdatur, perimatur: loquatur nobis verbum Dei. Iam pij, iam credentes , iam imbuti fide & comparato aliquo merito intelligentiæ , conuertamus nos ad ipsum verbum, ad fontem luminis,& dicamus simul : Domine, eadem fecit pater quę tu, quia quicquid facit pater, per te facit. Te verbum audiuimus in principio: non vidimus, sed credimus. Ibi consequẽter audiuimus, quia omnia per te facta sunt . Omnia ergo quæ facit, pater per te facit. Eadem ergo facis quæ pater. Quid est quare dicere voluisti, Non potest filius à se facere quicquã? Video enim æqualitatem quandam tibi cum patre , in eo quod audio, Quæcunque pater facit, hæc eadẽ filius facit: agnosco æqualitatem, hic intelligo , hic capio vt possum: Ego & pater vnum sumus. quid est, quòd non potes facere quicquam, nisi quod videris patrem faciẽtem? Quid est hoc? Fortè dicat mihi , imò dicat nobis omnibus. Hoc enim quod dixi, Nõ potest filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: videre meum quomodo intelligis, videre meum quid est? Sequestra paululum formam serui , quam propter te suscepit. Etenim in illa forma serui Dominus noster oculos & aures habebat in carne , & illa forma humana qualem & nos portamus eadẽ figura corporis erat, eadem lineamenta membrorum. Caro illa venerat ex Adam: sed nõ erat ille Adam. Ergo Dominus ambulans siue in terra siue in mari , sicut ei placuit , sicut voluit: quia quicquid voluit, potuit; inspexit quod voluit: iecit oculos, vidit; auertit oculos, & nõ vidit, à tergo erat qui sequebatur ; antè erat qui videretur , oculis corporis quod antè erat, videbat.

Ioan.1.

CAP. X. DIVINITATEM verò nihil latebat. Sepone , sepone, inquã, paululũ formam serui: formam Dei vide, in qua erat antequam mũdus fieret: in qua erat ęqualis patri, per eũ hoc accipe & intellige quid tibi ait , Qui cùm in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Ibi eũ vide, si potes: vt possis videre quid sit videre ipsius. In principio erat verbum . Quomodo videt verbum? Habétne oculos verbũ, an in illo se inueniunt oculi nostri , & oculi non carnales , sed oculi piorum cordium? Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Aspicis Christum hominem & Deũ, ostendit tibi hominem, seruat tibi Deũ. Et vide quia Deũ tibi seruat, qui se tibi hominem ostẽdit. Qui diligit me, inquit, mãdata mea custodit: qui diligit me, diligetur à patre meo , & ego diligã eum: & tanquã diceretur, quid ei dabis quem diligis? Et ostendã, inquit, meipsum illi. Quid est hoc, fratres? Quem iam videbãt, ipse se illis demõstratũrũ promittebat. Quibus? A quibus videbatur: an à quibus & nõ videbatur? Sic loquẽs Apostolo cuidã ait, quærẽti videre patrem, vt sufficeret ei, & dicenti: Ostende nobis patrem , & sufficit nobis. Et ille stans ante oculos serui, in forma serui , seruans oculi deificati formam Dei, ait illi: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me ? Qui me videt, videt & patrẽ: patrem quæris videre, me vide : vides me, & nõ vides me. Vides quod pro te assumpsi, non vides quod pro te seruaui. Audi mãdata , purga oculos: quia qui diligit me, mandata mea custodit , & ego diligam eum. Tanquam custodienti mandata mea, & tanquam sanato per mandata mea, ostendam meipsum illi.

Philip.2.

Matth.

Ioan.14.

De verb. Do. ser.

Ioan.14.

CAPVT XI. Videre verbi. SI ergo, fratres, videre non possumus quid sit videre verbi , quò imus, quam visionem fortè præproperè exigimus , quid nobis ostendi volumus quod videre possumus? Ideo ista dicta sunt quę desideramus videre, non quod iam possimus capere. Videre enim verbi, si videas fortè in eo quod vides videre verbi, ipsum verbum videbis: & non aliud sit verbum, aliud videre verbi , ne ibi sit aliquid coaugmentatum & copulatum & duplex & compaginatum . Simplex enim aliquid est ineffabili simplicitate. Non quemadmodum homo aliud est homo, aliud videre hominis . Nam aliquando extinguitur quod est videre hominis, & manet homo: hoc est quod dicebam dicturum me aliquid quod nõ possent omnes intelligere: etiã Dominus faciat , vt aliqui intellexerunt. Fratres mei, ad hoc exhortatur vt videam⁹, videre verbi vltra vires nostras esse, quia paruæ sunt, nutriantur, perficiantur. Vnde? Mandatis. Quibus mandatis? Qui diligit me, mandata mea custodit. Quæ mandata? Iam enim crescere volumus , iam roborari, iam perfici, vt videamus videre verbi. Dic iam Domine, quæ mandata? Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Hanc ergo, fratres, charitatem de vbertate fontis hauriam⁹, ista capiam⁹, in ea nutriamur. Cape per quę sis capax. Charitas te gignat, charitas nutriat, charitas perficiat, charitas roboret: vt videas videre

Ioan.14.

Ioan.13.

dem dico discatis, quę quibusdã donaui quibus volui, non omnibus, suscitare mortuos, illuminare cæcos, aperire aures surdorũ, nec ista pro magno velitis discere à me. Gauisi discipuli & exultantes redierunt dicentes, Ecce in nomine tuo & dæmonia nobis subiecta
Lucæ 10. sunt. Ait illis Iesus, Nolite in hoc gaudere, quia dæmonia vobis subiecta sunt: gaudete potius, quia nomina vestra scripta sunt in cælo. Quibus voluit donauit expellere dæmonia, donauit quibus voluit mortuos suscitare. Facta sunt & hæc miracula ante incarnationem
4. Reg. 2. 4. & 5. Domini. Suscitati sunt mortui, mũdati sunt leprosi; legimus hæc. Et quis fecit tunc, nisi ille qui postea homo Christus post Dauid, sed Deus Christus ante Abrahã? Ipse donauit hæc omnia, ipse per homines fecit: nec tamen omnibus hæc dedit. Nunquid quibus hæc nõ dedit desperare debent, & dicere se non pertinere ad eũ, quia hæc dona accipere non meruerunt? In corpore membra sunt: aliud potest illud mẽbrum, aliud illud. B Compegit corpus Deus, nõ tribuit auri vt videat, nec oculo vt audiat, nec frõti vt olfaciat, nec manui vt gustet: nõ dedit hæc, sed omnib⁹ mẽbris sanitatem dedit, compagem dedit, vnitatem dedit, spiritu omnia pariter viuificauit & vniuit. Sic ergo nõ dedit quibusdam mortuos suscitare, aliis non dedit disputare: omnibus tamen quid dedit? Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Quoniam audiuimus dicentem, Mitis sũ & humilis corde: Fratres mei, tota medicina nostra ista est, Discite à me, quoniã mitis sum & humilis corde. Quid prodest, si miracula facit & sit superbus, nõ sit mitis & humilis corde? Nónne in illo numero deputa-
Matth. 7. bitur eorum qui venturi sunt in finem & dicturi, Nónne in nomine tuo prophetauim⁹, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed quid audiẽt? Non noui vos. Recedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

CAPVT VIII. QVID ergo prodest vt discamus, quoniã mitis sum, C & humilis corde? Charitatem inserit, & germanissimã charitatem, sine confusione, sine inflatione, sine elatione, sine fallacia: hoc inserit qui dicit, Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Quando potest syncerissimam habere charitatem superbus & inflatus? Necesse est, vt inuideat. An fortè qui inuidet, amat, & nos
1. Cor. 13. erramus? Absit vt quisquam sic erret vt inuidum dicat habere charitatem. Ergo quid dicit Apostolus? Charitas non æmulatur. Quare non ęmulatur? Non inflatur: causam statim subiecit, vnde abstulerit æmulationem charitati. Quia non inflatur, nõ æmulatur. Primò quidem illud dixit, Charitas non æmulatur: sed tu quasi quęreres, Quare non æmulatur: addidit, Non inflatur. Si ergo ideo æmulatur, quia inflatur: si non inflatur, nõ
Matt. 11. æmulatur. Si charitas nõ inflatur, & ideo non æmulatur, charitatem inserit qui ait, Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Iam quilibet habeat quod vult, iactet se vnde vult. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus sum æramentum sonans aut cymbalum tinniens. Quid sublimius munere linguarum diuersarum: Æramentum est, cymbalum tinniens est, si auferas charitatem. Audi alia munera. Si sciam omnia sacramẽta: quid excellẽtius? quid magnificentius? Audi adhuc aliud, Si habeã omnem prophetiam, & omnem fidẽ, ita vt montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil sum. Accessit ad ampliora, fratres. Quid aliud dixit, Si distribuam omnia mea pauperibus: quid potest fieri perfectius? Quãdoquidem diuiti propter perfectionẽ hoc
Matth. 19. Dominus imperauit, dicens: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Iam ergo perfectus est, quia vẽdidit omnia sua, & dedit pauperibus? Nam ideo addidit, Et veni sequere me. Vende omnia, inquit, da pauperib⁹, & veni sequere me. A Quare te sequor? Iam venditis omnibus distributis pauperibus, nónne perfectũs sum? quid opus est, vt te sequar? Sequere me, vt discas, quoniam mitis sum, & humilis corde. Potest enim quisque vendere omnia sua, & dare pauperibus nondum mitis, nondum humilis corde? Certè potest. Si enim omnia mea distribuero pauperibus. Et adhuc audi. Nam quidam relictis omnibus quę habuerunt, iam secuti sunt Dominum, sed nõdum ad perfectum secuti. Ad perfectum enim sequi, est imitari. Non potuerunt ferre tẽtationem passionis. Iam Petrus, fratres, erat ex his qui dimiserant omnia, & secuti erant Dominum. Nam diuite illo cum tristitia recedẽte, vbi conturbati discipuli interrogauerunt quòd quis tandem posset esse perfectus, & eos consolatus est Dominus, dixerant Domino, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo nobis erit? Et dixit Dominus, quid eis hic daret, quid in futurum reseruaret, tamen iste iã ex eorũ numero erat qui hæc fecerant. At vbi vẽtũ est ad articulũ passionis, ad vocẽ vnius ancillæ ter negauit eũ, cum quo se moriturũ esse promiserat.

INTENDAT ergo charitas vestra: Vade, inquit, CAPVT IX. omnia tua vẽde, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo, & veni sequere me. Perfectus est Petrus, iam Domino in cęlo sedente ad dexteram patris, tunc perfectus est & maturus factus. Ad passionem ergo cùm sequeretur Dominum, nõ erat perfectus. At vbi cœpit non esse in terra quem sequeretur, tunc perfectus est: imò verò semper ante te habes quem sequaris: Dominus exemplum in terra posuit, cùm Euãgelium tibi reliquit, in Euangelio tecum est. Non enim mentitus est, Matth. 28. dicens: Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Ergo sequere Dominum. Quid est, Sequere Dominum? Imitare dominũ. Quid est, Imitare Dominum? Discite à me, quoniam mitis C sum, & humilis corde. Quia si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeã: charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Exhorter ergo charitatem vestram ad ipsam charitatem: non autem exhortarer ad charitatem, nisi aliqua charitate. Quod ergo inchoatum est, exhortor vt impleatur: & quod cœptũ est, rogo vt perficiatur. Et pro me à vobis rogari quæso, vt & in me perficiatur quod vos moneo. Omnes enim imperfecti sumus, & ibi perficimur vbi perfecta sunt omnia. Paulus apostolus dicit: Fratres, e- Phil. 3. go me non arbitror apprehendisse. Ipse dicit: NON quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Et quis hominẽ se audet de perfectione iactare? Imò confiteamur imperfectionem, vt mereamur perfectionem. Conuersi ad Dominum.

D *De prædictione temporum Christianorum in diuinis Scripturis.*

HOMILIA XXXV.

IN omnibus Scripturis diuinis, fratres charissimi, Christianorum tempora prædicta sunt. Hoc ideo, quia futurum erat, vt reges terræ, qui propter idola persequebantur Christianos, propter Christum idola delerent, & subiugaretur omnis potestas iugo Christi, vt impleretur quod dictum est, Vltus sum in eos. Quid est enim, Psal. 117. vltus sum in eos? Vindicaui me de ipsis. Corpus Christi loquitur, Vindicaui me de inimicis meis. Quomodo me vindicaui? Occidendo in eis errorem, suscitando fidem. Quicquid enim erat quod in omnibus malis & peruersis persequebatur Christianos, deletum est. Homo enim quando te persequitur, noli attendere illam figuram quam fecit Deus, aut animam illam

quã spirauit Deus: non te persequitur quod fecit Deus, A sed mala quæ fecit homo. Omnia quæ fecit Deus, laudant Deum. Audistis in benedictionibus, & auditis in omni sollennitate quando leguntur, quomodo omnia laudant Deum, cælestia & terrestria, angeli, homines, luminaria cæli, arboresterræ, flumina, maria, quicquid Deus creauit, siue in cęlo, siue in terra, siue in mari, laudant Deum. Nunquid aliquãdo ibi audistis, quia laudat Deũ auaritia? Nunquid aliquãdo ibi audistis, quia laudat Deũ ebriositas? Nũquid audistis ibi, quia laudat Deum luxuria? Nunquid aliquando audistis, quia laudat Deum hæresis? Omnia ista quare non laudant Deum? Quia non sunt creata à Deo. Et arbor seruauit quod creata est, homo deleuit quod erectus est. Si enim seruaret in se bonum quod in illo creauit Deus, id est, imaginem suam, semper laudaret Deum, non solùm lingua, sed & vita. Ergo prædicta sunt tempora nostra. Sed in temporibus nostris prædicta sunt futura schis- B mata. Quomodo ergo pugnauit illa Ecclesia contra diabolum, sic & ista pugnat. Nunquid cessatur pugnare aduersus diabolum? Sed dictum est de diabolo, quia leo & draco est. Leo propter impetũ, draco propter insidias: leo apertè irascitur, draco occultè insidiatur. Pugnauit ecclesia prioribus temporib⁹ aduersus leonem: pugnat modò aduersus draconě. Sed quomodo victus est leo, vincitur & draco. Quæ fortitudo leonis contra
Apoc. 5. illum leonem, de quo scriptum est, Vicit leo de tribu Iuda? Et quæ fortitudo draconis contra mortem Domini, qui serpentem suspendit in ligno? Triumphauit enim de morte, quam diabolus propinauerat per astutias suas homini. Et cùm exaltaret Moyses serpentem in eremo in ligno, populus qui mordebatur à serpente, attendebat serpẽtem, & sanabatur: sic & modò quemcunque momorderit astutia satanæ, intueatur Christũ in ligno pendentem. Ibi enim mors occisa est, Domi- C nus semper viuit. Sed vt occideret mortem, vestitus est morte. Non potuit mors mori, nisi in vita. Non moritur amaritudo, nisi in dulcedine: nõ moritur frigus, nisi in calore: non est mortua mors, nisi in vita. Quid est vita? Christus noster. Sed vita induta erat mortem. Crucifixus est, occisus est, mortuus est, & resurrexit tota vita. Interfecta morte & deglutita morte, iam vita
Rom. 6. surrexit, vt diceret de illo Apostol⁹, Scimus quia Christus non moritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Quia autem dominata est primo homini mors, volenti dominata est, inflauit se aduersus eum satelles leonis. Tunc iudex à quo iudicabatur erexit ceruicem, & ait: Non mihi respõdes? Rugitus fæuit leonis, tument colla serpentis: sedãtur ad responsionem agni, qui nouit occidere leonem. Audi quia volenti dominata est mors.
Ioan. 19. Cùm enim hæc ab illo audiuit, respõdit: Non haberes in me potestatem, nisi data tibi esset de cælo. Quis dedit hanc desuper potestatem? Deus. Quis est Deus? Pater & filius & Spirit⁹ sanctus. Vt ergo esset homini potestas in Deum, ab ipso Deo accepit potestatem homo, vt iudicaret Deum, Deum occultum, hominem manifestum. Vt ergo leonem & draconem, de quo suprà dictum est, possimus cum Dei adiutorio vincere, cum grandi timore ac tremore ante oculos habeamus illud
1. Pet. 5. quod ait apostolus Petrus, aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens aliquid deuorare quærẽs circuit. Et illud quod de dracone Apostolus nos admonet, vt
2. Cor. 11. eum omni solicitudine caueamus. Aptaui vos, inquit, vni viro virginẽ castam exhibere Christo: sed timeo ne sicut serpens seduxit Euã astutia sua, ita & sensus vestri corrumpantur à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Quãdo ergo tibi aliqua publica tribulatio nata fuerit, rabiem ac sæuitiam leonis intellige. Quando te malæ concupiscentiæ ad auaritiam vel luxuriam callida se- A ductione solicitant, draconis blãdimenta cognosce: Si ergo fidem rectam cupis fideliter custodire, in aduersis fortis esto contra leonis sæuitiam. Si verò virginitatem animæ integram seruare desideras, quantum potes obserua blandimẽta draconis: ne fortè si incautus fueris, quinque sensus, qui in te sunt, quasi quinque virgines permittas à serpente corrumpi. Quicquid enim pulchescit visu, quicquid dulcescit gustu, quicquid blãditur auditu, quicquid lenocinatur odoratu, quicquid mollescit attactu, in his omnibus si incauti fuerimus, surrepentibus concupiscentiis malis, animæ virginitatem corrumpi permittimus, & impletur in nobis illud quod per Propheram dictum est, Intrauit mors per fe-
Hier. 9. nestras vestras. Per hos enim quinque sensus quasi per quasdã ianuas aut mors aut vita ad animam nostram ingreditur. Simus ergo, auxiliante Domino, de illis
Matth. 25. quinque virginibus sapientibus, quæ, sicut in Euangelio legimus, portauerunt oleum in lampadibus suis: & quantum possumus, obseruemus, ne inter illas stultas inueniamur, quæ sibi de sola corporis integritate plaudentes, virginitatem animæ per corruptionem quinq; sensuum perdiderunt, quæ non portauerunt oleum secũ. Quibus dictum est, Ite, emite vobis à vendentibus oleum. Oleum enim hoc loco adulatio est, & laus humana. Vendunt oleum omnes adulatores. Ergo stultæ illæ dictæ sunt, quæ forinsecus quærebant laudem, nõ intus in conscientia habebant, ideo non portabant oleum secum: id est, qui laudem in aliena lingua, non in conscientia sua volebant habere. Tamen quid respon-
1. Cor. 4. derunt illis stultis: Ne fortè nõ sufficiat nobis & vobis: quomodo Apostolus dixit, Sed neq; ego meipsum iudico. Si ergo conscientia nostra sub examine iudicij Dei trepidat, & quamuis sibi recta putet, tamen timet ne exeat iustitiæ regula de thesauro illi⁹, & inueniatur tortum quod videbatur rectum: quanto minus curare debemus aliena iudicia de nobis, charissimi, siue mala siue bona: nec valde gaudere debemus, quando laudamur: nec contristari, quãdo vituperamur: nec coronare nos potest laus falsa, nec damnare vituperatio falsa. Quamdiu autẽ viuimus hîc, de nobisipsis nos ipsi iudicare non possumus: non dico quod cras erimus, sed quid hodie simus: quanto minus debemus moueri iudiciis alienis, quàm de consciẽtia nostra quę nobis perhibet testimonium? Nam gloria nostra debet esse conscientia nostra, Itaque, fratres, paululum aduertat charitas vestra, vt dicam quod volo: & si non sicut volo, sicut Dñs dederit & voluerit. Quod maximè necessarium est quotidianis tẽtationibus & Ecclesiæ catholicæ, quia inter tẽtationes viuit, & inter tẽtationes crescit, & inter tentationes perdurat, & inter tentationes D peruenit. Sed cùm peruenerit, succedet quies labori, recedit tẽtatio, manet benedictio. Sed rogo vos fratres, ne sine causa audiatis: ista tenete, ruminate, pascimini inde, non recedat de ore vestro quod modò memoriæ cõmendatur. Memoria hominis sic est, quomodo venter pecoris. Nostis quia in lege immunda dicta sunt animalia quę non ruminant: quæ autem ruminant, mũda sunt: & quæcũque habent vngulam fissam, pertinẽt ad discernendum verum & falsum. Fissa vngula pertinet ad discernendũ quid dextrum, quid sinistrum. Ruminatio enim pertinet ad eos, qui cogitãt postea quod audierint & tenuerint. Nam modò manducamus, & in memoriã tanquam in ventrem mittitur. Sed quid facit pecus, quãdo ruminat? Illud quod in præsepe iactatum fuerat & in vẽtre repositũ, reuocat ad os, & in ipsa dulcedine conquiescit. Hoc dixi, vt cõmendarem vobis, ne sitis immũdi tanquã pecora. Accepit illud in vẽtre,

postea

postea non ruminat, & trãsit rota dulcedo. Et nihil vobis prodest quod reconditum est, quia non redit ad os dulcedo. Audite illud expressè, & apertè dictũ alia sententia, quod obscurè & mysticè de ruminantibus animalibus dictum, alio loco apertè expositum est, vt intelligamus quid sit: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stultus autem glutit illud.

De eo quod in Esaia scriptum est, Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti, &c.

HOMILIA D. AVGVST. XXXVI.

CAP. I. DE Domino & Saluatore nostro, fratres dilectissimi, ante multa tempora prophetatũ est, Esaiæ 53. *Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitiẽti.* Quare vt radix? Ideo, *quia non est illi species neque honor.* Passus est, humiliatus est, consputus est, non habebat speciem: homo apparebat, cùm Deus esset. Sed quomodo radix non est pulchra, sed intus habet vim pulchritudinis suæ. Attendite, fratres mei, videte misericordiam Dei. Attendis arborem pulchram, amœnam, foliis virentem, fructibus opulẽtam, laudas. Delectat aliquid de fructu carpere, sub vmbra eius sedere & requiescere ab æstu: laudas totam illã pulchritudinem. Si radix ostẽdatur tibi, nulla pulchritudo in ea est. Noli contemnere quod abiectum est: inde processit quod miraris, vt radix in terra sitienti. Attendite modò claritatem arboris. Creuit Ecclesia, crediderunt gentes, victi sunt terræ principes sub nomine Christi, vt essent victores in orbe terrarum. Positum est collum eorum sub iugo Christi. Persequebãtur antè Christianos pro idolis, persequuntur idola propter Christum. Omnes cõfugiunt ad auxiliũ Ecclesiæ, in omni pressura, in omni tribulatione sua. Creuit illud granũ sinapis, factum est maius super omnia olera. Veniunt volatilia cæli, superbi seculi, & requiescũt sub ramis eius. Vnde hæc tanta pulchritudo? Nescio de qua radice surrexit, & ista pulchritudo in magna gloria est. Quæramus radicẽ. Consputus est, humiliatus est, flagellatus est, crucifixus est, vulneratus est, contemptus est. Ecce hic species non est: sed in ecclesia gloria radicis pollet. Ergo ipsum describit sponsum, illum contẽptum, inhonoratum, abiectũ. Sed modò videre habetis arborem, quæ surrexit de ista radice, & impleuit orbem terrarũ. Radix de terra sitienti, non est species illi neque honor: & vidimus illum, & nõ habuit speciem neque decorem. Nónne hic est fabri filius, qui non habuit decorem: vt diceretur, Nónne verũ dicimus quia dæmoniũ habes? In nomine autem ipsius dæmonia fugiebant: & illi obiicitur, Quia dæmonium habebat. Sed quare hoc? Vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem.

Matth. 13. Luc. 13. Ioan. 8.

CAP. II. Ioan. 1. QVÆ species illius intus erat, vbi nõ videbatur? In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Quæ est species illius? Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Et vbi visus est non habere speciem neque decorem? *Et non habuit speciem, sed vultus eius abiectus, & deformis positio eius ab omnibus hominibus.* Homo in plaga, in plaga homo, ante plagam Deus, post plagam Deus homo, homo in plaga, & qui sciat ferre infirmitates. Infirmitates quorum? Ipsorum à quibus patiebatur. Medicus ferebat infirmitates phreneticorũ, & cùm ipse crucifigeretur, orabat & dicebat: Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Attendite: Amemus sponsum. Quãto magis deformis nobis cõmendatur, tãto charior, tanto dulcior factus sponsę, propter quod & auertit se. Auertit se ne illum intelligerent illi qui eũ crucifigebant. *Facies eius iniuriata est, nec magni æstimata est. Hic infirmitates*

Philip. 1. Luc. 23.

A *nostras portat, & pro nobis in doloribus est: & nos existimauimus illum in doloribus esse & in plaga, & in pœna: ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostræ in eum, liuore eius sanati sumus. Omnes vt oues errauimus, & Dominus tradidit illum pro peccatis nostris.* Euangelium est, an prophetia? Quid dicunt contra ista Iudæi? Nónne mirũ est audire eos ista, habere illos ista, legere illos ista? eos ista non inuenire de quo dici potuerit, nisi de illo vno qui in Euãgelio prædicatur per orbem terrarum, & adhuc nõ esse Christianos, sed sic esse illos cæcos aduersus euidentissima eloquia prophetarum? Noli mirari cæcitatem Iudæorum de Christo.

CAPVT III. ECCE transit quod dicitur de sponso, incipit dici & de sponsa. Et quomodo in spõso mirabaris cæcitatem Iudæorum, sic in spõsa miraberis cæcitatem hæreticorum. Iam modò miremur cæcitatem Iudęorum. *Dominus tradidit illum pro peccatis nostris: & ipse, quoniã malè tra-*
B *ctatus est, non aperuit os. Vt ouis ad immolandum ductus est: vt agnus ante eum qui se tonderet fuit sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est.* Et ne cõtemnas, *Generationem eius quis enarrabit?* Quam generationem? Ante luciferũ genui te. Ecce vna generatio, Ante luciferum, ante omnia quæ facta sunt, ante omnes angelos, ante omnẽ creaturam. Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt. Sed fortè secũdã eius generatio narratur. Quis illam narrat? Fide concipitur, masculus non accedit: vterus virginis tumet: procedit tanquam sponsus de thalamo suo. Mirabilis ista generatio. Mirabilis est humana, quia sine patre: mirabilis illa, quia sine matre. *Vt ouis ad immolandum ductus est, vt agnus ante eum qui se tonderet, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est, Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius.* Resurrectionem eius

Psal. 109. Psal. 10.

C prædicat. Videtis quia verè Dominus hæc possit? Quis nisi vera veritas hæc dicebat, Quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me? quia oportebat Christum pati & resurgere. Audistis & resurgere. Modò audistis, quoniam tolletur de terra vita eius: & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipiens ab Hierusalem. Audietis & illud ab isto Propheta, nõ quia debemus Prophetam præponere Deo, præco præcessit, iudex secutus est. Non sua sed iudicis verba præco dicebat, & iudex consequens verba sua in præcone firmauit: *Quoniam tolletur de terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.* Audiebatis modò dicentem illis, Quid vobis feci? Si inuenistis in me peccatum, arguite me. Et illi, Crucifige, crucifige, vt putabant hominem, tamen innocentem. Ergo ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.

Luce 24. Esaiæ 53.

CAPVT IIII. D DABO *ergo malos pro sepultura eius.* Quid est hoc, *Dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius?* Malos propter sepulturam eius: & diuites propter mortem eius. Diues ille ab Arimathia Ioseph, cùm Dñs penderet in cruce, intrauit ad Pilatũ, & petiit corpus eius: obsecutus est vt sepeliret, dati sunt diuites pro morte eiº. Sepeliuit pauperẽ, in quo diuitias requirebat. Ergo diuites propter mortẽ eius. Quod postea dixit, primò factũ est: quod primò dixit, postea factũ est, malos pro sepultura eius. Vbi ostẽdimus? Intrauerunt Iudæi ad Pilatum, & dixerunt ei: Domine audiuimus quia ille planus, id est, ille impostor, dixit discipulis suis, quia resurrectur° erit occisus: iube custodiatur sepulchrum, ne fortè veniãt discipuli eius nocte, & auferãt eum, & fiat error maior priore. Ait illis Pilatº: Habetis milites, ite custodite sicut vultis. Acceperũt milites, posuerũt ibi. Mali sũt isti: ipsi sunt dati propter sepulturã eius ad custodiendum.

Matth. 27. Ibid.

Sed

Sed vnde probamus, quia mali sunt? Milites innocentes erant missi: iudex eis præcepit: venerunt ad sepulchrum, custodierunt. Audi quia mali sunt. Lege Euangelium: Postea quàm resurrexit Dominus, & viderunt angelum, conterriti & consternati sunt. Quando dictum est aliis, Nolite timere vos, isti timore perculsi, quia fide subleuati non sunt. Et tamen cùm ista scirẽt, venerunt ad Iudæos, dixerunt illis ista omnia. Dixerũt Iudæi, Damus vobis pecuniam. Ergo mali erant, veritatem absconderunt, mendacium vendiderũt. Et quómodo mendacium vendiderunt? Non mirum, mendicium vendiderunt, mendacium cæci cæcis. Dicite, dictum est illis. Quia dormientibus nobis venerũt discipuli eius, & subtraxerunt illum. O vanitas vendẽs vanitatem, vanitatem audituris vanis & crediturís. Hodiéq; hoc est apud Iudæos, sic habetur ipsa fama quàm vana, quàm falsa, quàm inanis. Testimoniũ martyrum nolunt audire, vt viuant: & testimonium dormiẽtium
B audiunt, vt pereant. Si dormiebant custodes, vnde scire potuerũt, quis illum tulerit de sepulchro? Aut quid vigilabas, male? O male, de quo non fine causa dixit Propheta, Dabo malos pro sepultura eius. O mali, ô pessimi, aut vigilabatis & custodire debuistis: aut dormiebatis, & quid sit factum nescitis. Impletum est enim quod Spiritus sanctus per Psalmistam multo antè prędixerat: Cogitauerunt consilium quod non potuerunt stabilire.

Psal. 10.

CAP. V. Abest in quibusdã MS. Nos ergo, fratres charissimi, pro quorum salute ista omnia & prædicta sunt & impleta, gratias agamus diuinæ misericordiæ, & quantum possumus, totis viribus laboremus, vt beneficia Dei non nobis iudiciũ pariant, sed profectum: vt cùm tremendus iudicij dies & tẽpus reddẽdæ rationis aduenerit, quicquid nobis Dominus & Saluator noster cõtulit iudicatus, integrũ inueniat iudicaturus. Equidem ille cùm venerit, redditurus est quod promisit, sed requisiturus est quod redemit: & quod in primo aduentu contulit, exacturus est in secũdo. Quãuis multum præsumere debeamus de misericordia Dei, nõ tamen negligenter debemus timere iustitiã eius. Cum iustitia enim te iudicabit, qui cum misericordia te redemit. Nam quòd tam longo tempore peccamus & parcit, non est negligentia, sed patientia. Non ille potentiam perdidit, sed nos ad pœnitẽtiam reseruauit. Teneamus ergo iustitiã, cuius misericordiam desideramus. Parcit enim modò, sed non tacet: sed & si tacet, non semper tacebit. Audiamus ergo eum dum non tacet in præcepto, si volumus vt nobis parcat, cùm non tacuerit in iudicio. Modò enim prærogatur nobis misericordia, tũc à nobis exigetur iustitia, & reddet vnicuique secundum opera sua: ac
Iacobi 2. fiet illud quod Apostolus dixit, Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.

Ioan. 12. *De eo quod Dominus dicit in Euangelio, Qui amat animam suam, perdet illam.*

HOMILIA XXXVII.

Inscribitur in codice Cambrouensi, Sermo habitus in natali sanctorum Fabiani & Sebastiani martyrum.

CAP. I. MODÒ, fratres, cùm diuina lectio legeretur, audiuimus Dominum dicentem, *Qui amat animam suam, perdet illam.* Huic sententiæ quasi cõtrarium videtur esse quod ait Apo-
Ephes. 5. stolus, Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Si ergo nemo est qui carnem suam oderit, quanto magis nemo est, qui oderit animam suam? Multum quippe anima carni præponitur, quia ipsa est habitatrix, caro habitaculum: Et anima dominatur, caro autem seruit: Anima superior est, caro subiecta est. Si ergo nemo vnquam carnem suam odio habuit, quis est qui animam suam oderit? Propter hoc non paruam quęstionem nobis intulit præsens Euangelica lectio, vbi audiuimus, Qui amat animam suam, perdet illam. Periculosum est homini animam amare, ne pereat. Sed si propterea periculosum est, vt ames animam tuam, ne pereat ani-

A ma tua, ideo non debes illam amare, quia n[illegible] vis illam perire. Si autem non vis illam perire, amas illa[illegible]m. Quid est hoc? Si amo, perdo. Ergo nõ amem, ne perd[illegible]am. Sed quia timeo perdere, ideo non amo, & vtique q[illegible]uod timeo ne perdam, amo. Dicit & alibi Dominus, Quid Matth. 16 prodest homini si totũ mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Ecce quia sic est amat[illegible]dã anima, vt lucro totius mundi præferatur, & tamen o[illegible] seruet qui animam amat: quia si amat, perdet illã. Non vis perdere eam, noli illam amare. Sed si non vis eam perdere, non potes eam non amare.

CAPVT II. SVNT ergo qui peruersè animam suã amant: & hoc vult Dei sermo corrigere, non vt oderint animã suam, sed vt rectè diligant. Malè enim diligendo perdunt eã, & fit quiddam magnum quasi præpostertum & contrarium. Sed ita tamen fit, vt si diligas eam peruersè, perdas illam: si oderis illam rectè, conserues illam. Est ergo quidã peruersus amor eius, & quoddam rectum odium eius. Sed amor peruersus ab odio, odium rectum ab amore eius. Quis est peruersus animæ amor? Quando diligis animam tuam in iniquitatibus. Audi quia Psal. 10. ab odio venit amor iste peruersus. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Odium autẽ rectum vide, quia ab amore venit. Ibidem Dominus secutus ait: Qui autẽ odit animã suam in hoc seculo, in vitam æternam inueniet eam. Vtiq; quod vis inuenire in vitam æternã, multum amas. Quod enim amas ad tẽpus quid prodest? Aut subduceris illi, aut subducitur tibi. Cùm fueris tu subtractus, perit ipse amor: cùm fuerit illud subtractũ, perit quod amasti. Vbi ergo aut amator perit, aut quod amatur, no est amãdũ. Sed quid est amandum? Quod nobiscum potest esse in æternũ. Sed si vis animam tuam in æternum habere saluam, oderis eam ad tempus. Ergo odium rectum ab amore venit,
C peruersus amor ab odio venit. Quis igitur modus diligendi animam? Putatis martyres non amabãt animas suas? Videtis certè modò, si cuius vita præsentis seculi periclitetur, quomodo amici eius currunt pro ea: quomodo curritur ad Ecclesiam, rogatur episcopus, vt intermittat, si quas habet actiones, currat festinet. Quare? Pro anima. Et omnes cõtremiscunt, omnibus cæteris rebus intermissis, festinandũ esse decernũt. Omnis festinatio laudatur, omnis tardatio accusatur. Quare? Pro anima. Quid est, pro anima? Ne moriatur homo. Nõ nouerãt martyres amare animas suas: & tamẽ hoc est pro anima, ne moriatur homo. MORS hominis CAP. III. iniquitas est. Si curris pro hac vita cẽtũ milia: quot milia debes currere pro vita æterna? Si festinas lucrari dies paucos, & ipsos incertos: hodie enim homo à morte liberatus, nescit vtrũ cras moriatur: tamen si sic curritur
D propter lucrũ paucorũ dierum, quia & vsq; in senectã pauci dies sunt, quomodo currẽdum est pro vita æterna? Et tamẽ propter hanc pigri sunt homines. Difficile inuenis qui vel passus lentos moueat pro vita æterna. Amor ergo peruersus animæ abũdat, amor autem rectus valde paucorum est. Nã sicut nemo est qui nõ diligat animam suam, sic nemo est qui nõ amet carnem suã. Vnde fieri potest, vt & verum sit quod ait Apostolus, Nemo vnquã carnẽ suã odio habuit, & anima non Ephes. 5. ametur? Discamus ergo, fratres, amare animas nostras: Omnis voluptas seculi trãsitoria est. Est amor vtilis, est Duplex amor. amor noxiº: amor amore impeditur, amor noxiº recedat, & amor vtilis succedat. Sed qa homines nolũt illũc recedere, ideo in illos nõ potest aliud introire: vt nõ capiãt, pleni sunt, fundãt & capiũt. Pleni enim sunt amore voluptatũ carnaliũ, pleni sunt amore vitæ pręsentis, pleni sunt amore auri & argẽti, possessionũ seculi huiº. Qui ergo pleni sunt, sic sũt quomodo vasa: Vis vt intret

mel

mel vnde acetum nondum fudisti? Funde quod habes, vt capias quod non habes. Ideo prima renunciatio est huic seculo, & deinde conuersio ad Deum. Qui renũciat, fundit; qui conuertitur, impletur: sed si non fiat corpore solo, sed & corde.

CAPVT IIII. QVÆRITVR autem, fratres, quomodo crescat iste amor. Habet enim initia sua, habet augmẽta sua, habet perfectionem suam. Et debemus nosse quis cœperit, vt eum ad augmenta cohortemur: quis nec cœperit, vt eũ quo incipiat moneamus: quis & cœperit & creuerit, vt eum ad perfectionẽ incitemus. Primò illud attendat charitas vestra, amores omnes & dilectiones prius sunt in hominib⁹ de se, & sic de alia re quã diligũt. Si diligis aurum, prius te diligis, & sic aurum: quia si tu mortuus fueris, nullus erit qui aurum possideat. Ergo dilectio vnicuique à se incipit: & non potest nisi à se incipere, & nemo monetur vt se diligat. Hoc enim nõ solùm inest hominibus, sed & pecoribus. Videtis enim, fratres, B quẽadmodum non tantùm ingentes bestiæ & magna animalia, vt sunt boues aut cameli vel elephanti, sed & muscæ, sed & vermiculi minimi quomodo nolũt mori, & diligunt se. Omnia animalia mortem fugiunt. Ergo diligunt se, custodire se volunt: alia velocitate, alia latebris, alia resistendo & repugnando. Omnia tamen animalia pro vita sua pugnant, mori nolunt, custodire se volunt. Amant ergo se. Incipit & aliud amari. Sed quid est ipsum aliud? Quicquid amaueris, aut hoc est quod tu, aut inferius te est, aut superius te est. Si inferius te est quod amas, ad consolandum ama, ad tractandum ama, ad vtendum ama: non ad illigandum. Verbi gratia: Aurum amas, noli te illigare auro, quanto melior es quàm aurum. Aurum enim terra est fulgens, tu autem vt illuminaretis à Domino, ad imaginem Dei factus es. Cùm sit aurum creatura Dei: non tamen fecit Deus aurum ad imaginẽ suam, sed te. Ergo C posuit sub te aurũ. Amor ergo iste contemnendus est. Ad vsum assumenda sunt ista, non eis vinculo amoris quasi glutino hærendũ est. Nõ facias tibi membra: quę cùm cœperint pręcidi, dolebis atq; cruciaberis. Quid ergo? Assurge ab isto amore quo amas inferiora quàm tu es: incipe amare paria, id est, quod tu es. Sed quid multis opus est? Si volueris, breuiter poteris.

CAP. V. Quo ordine autẽ verum amorẽ & veram charitatem habere possimus, ipse Dũs dixit nobis in Euangelio, & euidenter ostẽdit. Sic enim ait: Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Primùm ergo dilige Deũ, deinde teipsum: post hæc dilige proximum tuum sicut teipsum. Prius tamẽ disce amare teipsum: sic dilige proximum tuum sicut teipsum. Nam si teipsum non nosti amare, quomodo proximum poteris in veritate diligere? Putant enim D nonnulli homines legitimo ordine se amare, quando res alienas rapiunt, quando se inebriant, quãdo libidini seruiunt, quando per diuersas calumnias iniusta lucra conquirunt. Isti tales audiant Scripturam dicentẽ: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Si ergo amando iniquitatem, teipsum non solùm nõ diligis, sed etiam odio habes: quomodo aut deum aut proximum diligere poteris? Si ergo vis verę charitatis ordinem custodire, fac iustitiam, dilige misericordiam, fuge luxuriam, incipe secundum præceptum Domini, nõ solùm amicos, sed etiam inimicos diligere. Et hęc cùm fideliter custodire toto corde cõtenderis, istis virtutib⁹ quasi quibusdam gradibus poteris ascendere, vt merearis Deum toto animo & tota virtute diligere. Et cùm ad istam felicem perfectionem veneris, omnes concupiscentias istius mundi tanquam stercora computabis: & cum Propheta poteris dicere: Mihi autem adhærere Deo, bonum est.

Matth. 22.

Psal. 10.

De eo quod Dominus dicit in Euangelio, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

HOMILIA D. AVGVST. XXXVIII.

NON solùm in nouo, sed etiam in veteri Testamento admonemur, fratres dilectissimi, qualiter perfectam charitatẽ tenere debeamus. Sic enim ipse Dominus in Euangelio dixit, *Diliges proximum tanquam teipsum*. Tractemus ergo aliquantùm de amore hominis in hominem: quia sunt amores hominum peruersi. Ipse peruersè amat alterũ, qui & se peruersè amat: qui autem rectè se amat, & alterum rectè amat. Verbi gratia, Sunt amores flagitiosi detestabiles: amores adulterorum, amores corruptorũ, immundi amores. Malos amores detestãtur omnes B leges humanæ, & leges diuinæ. Remoue ergo istos illicitos, quæramus licitos. Incipit amor licitus à coniugio, sed adhuc carnalis est. Videtis quia communis est 1. cum pecoribus: & passeres illi qui personãt habent cõiugia, & nidos faciunt, simul oua confouent, simul pullos nutriunt. Licitus quidem amor iste in hominibus, sed videtis quia carnalis est. Secũdus amor filiorum 2. est, sed adhuc ipse carnalis est. Non enim est laudãdus qui amat filios, sed detestandus qui non amat. Pro magno enim laudaturus sum in homine quod video in tigride? Serpentes amant filios suos, leones & lupi amant filios suos. Noli ergo magnum putare, quòd amas filios tuos. Adhuc in amore hoc serpentibus compararis. Si non amaueris, à serpẽtibus vinceris. Honestos amores iam dico. Illos enim flagitiosos exclusi. Alius amor 3. qui est propinquorum, iã iste videtur proprius hominum, si non sit cõsuetudinis. Nam maior est amor qui C extenditur vltra propinquos, quàm qui tenetur inter propinquos. Qui amat propinquos suos, adhuc sanguinem suum amat. Amet alios qui non sunt propin- 4. qui, suscipiat peregrinum: iam multum dilatatus est amor iste. Tantum autem crescit, vt à coniuge ad filios, à filiis ad propinquos, à propiquis ad extraneos, ab extraneis ad inimicos perueniat. Sed vt perueniat ilLuc, multos habet gradus. DE amicitia ergo vi- 5. CAP. II. dete quid dicam. Sũt amici, excepta amicitia, quæ nec amicitia dicenda est, quam facit mala conscientia. Sũt enim homines qui pariter mala committunt, & ideo videntur sibi coniuncti, quia conscientia mala ligati sunt. Excepta illa nefaria amicitia, est quædam amicitia adhuc carnalis per consuetudinem cohabitandi, colloquendi, simul cõuersandi, vt contristetur homo, quãdo deseritur ab amico cũ quo solet colloqui, & habere cõiunctiones. Conueniũt duo homines, ambulãt D secũ triduo, & iam nolunt à se recedere. Et ista quędam amicitiæ dulcedo est. Honesta quidem: sed adhuc discutiamus illam, quia gradus amoris huius quærimus, & videamus quoadusque peruenerimus, vsque ad amicitiam talem qualẽ dixi. Est ergo ista amicitia consuetudinis, non rationis. Habent illã & pecora. Duo equi manducant simul, desiderant se ad aliam diẽ: præcedit vnus, festinat alter: desiderãs quasi amicũ suum, vix regitur à sessore: & tãdiu se impetu suo prouocat, quousq; perueniat. Cũmq; peruenerit ad cũ qui præcessit, sedatur põdus illud, ferebatur põdere, amore vrgebatur: venit tanquã ad locũ suum, & conquiescit. Adhuc & ista amicitia cõsuetudinis est in pecorib⁹. Surgamus adhuc & ab ista. Est & alia superior amicitia, non consuetudinis, sed rationis, qua diligimus hominẽ propter fidem & mutuã benuolentiã in ista vita mortali At superius quicquid iam inuenerimus, diuinũ est. Incipiat homo amare

amare Deum, & non amabit in homine nisi Deum.

CAP. III. VIDEAT enim charitas vestra primum, amicitiæ A amor qualiter debeat esse gratuitus. Nõ enim propterea debes habere amicũ, vel amare, vt aliquid tibi præstet. Si propterea illũ amas, vt præstet tibi vel pecuniã, vel aliquod commodum temporale: non illũ amas, sed illud quod præstat. Amicus gratus amãdus est, propter sese, nõ propter aliud. Si hominẽ te hortatur amicitiæ regula, vt gratis diligas: quàm gratis amandus est Deus qui iubet vt hominẽ diligas? Nihil delectabilius Deo. Nam in homine sunt quæ offendant, per amicitiam tamẽ cogis te, vt etiã illa quæ offendunt in homine toleres propter amicitiam. Si ergo nõ debes propter quędam tolerãda dissoluere hominis amicitiam: Dei amicitia quibus rebus debet cogi, vt dissoluatur à te? Nihil inuenis delectabilius Deo. Deus nõ est qui te offendat, si tu cũ non offendas: nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. Sed dicturus es mihi; Non illum video: quomodo B sum amaturus quẽ nõ video? Et quomodo discis amare quem non vides? Modò ostẽdo vnde coneris videre, quod istis oculis non potes videre. Ecce amas amicũ, quid in illo amas? gratis eũ amas. Sed fortè amicus iste tuus, vt alia omittã, senex homo est: Fieri enim potest, vt habeas amicũ senem. Quid amas in sene? Incuruum corpus, album caput, rugas in fronte, cõtractam maxillã? Si corpus quod vides, nihil deformius præ senectute: & tamen aliquid amas, & corpus quod vides non amas, quia deforme est: vnde vides quod amas? Si enim quæram à te, Quare amas? responsurus es mihi, Homo est fidelis. Ergo fidẽ amas. Si fidem amas, quibus oculis videtur fides, ipsis oculis videtur Deus. Incipe ergo Deum amare, & amabis hominem propter Deum.

CAPVT IIII. AVDITE magnum testimoniũ: Diabolus certè accusator sanctorum est. Et quia non apud talem iudicẽ- C cogit quem fallat, nõ potest in nos crimina falsa dicere. Nouit apud quem dicat. Quia ergo falsa contra nos non potest dicere, quærit vera quę dicat. Ideo tentat vt habeat quod dicat. Hic ergo aduersarius noster qui nobis inuidet regnum cælorũ, qui nõ vult vt ibi simus, vnde ipse deiectus est: Nunquid, inquit, Iob gratis colit Deum? Adhuc ad hoc prouocamur ab aduersario, vt gratis Deũ colamus, quando ille quærens quod obiiciat, pro magno se putauit inuenisse quia dixit, Nunquid gratis Iob colit Deum? Non quia viderat cor ipsius, sed quia videbat diuitias eius. Cauere debemus, ne ad præmium diligamus Deum. Quid enim? Propter præmium dilectures es Deum? Quale præmium est quod tibi daturus est Deus? Quicquid tibi aliud dederit, minus est quàm ipse. Colis non gratis, vt aliquid ab ipso accipias. Gratis cole, & ipsum accipies. Si enim seruat tibi Deus quo fruaris, & si amas quę fecit, qualis est D ille qui fecit? Si pulcher est mundus, qualis est artifex mũdi? Euelle ergo cor tuum ab amore creaturæ, vt inhæreas creatori, & dicas quod in Psalmo scriptum est: Mihi autem adhærere Deo, bonum est.

Iob. 1.

Psal. 72.

CAP. V. SI autem deseris eum qui te fecit, & amas illa quę fecit, deserto illo qui te fecit, adulter es. Sic clamat epistola Iacobi, adulteros appellans, Adulteri. Et vnde adulteri? Queris vnde? Nescitis, inquit, quia amicitia huius mundi inimica est Deo? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Deo constituitur. Expressit quid dixit, adulteri. Anima, deserto creatore, amãs creaturã adultera est. Illius enim amore nihil castius, nihil delectabilius. Illo deserto, hoc amplectẽdo, efficeris immunda. O anima, vt illius amplexib⁹ digna sis, dimitte ista, & illi inhęre gratis. Nã inde dixit Psalmus: Mihi autem adhærere Deo, bonum est. Versu priore sic dixit: Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et quasi ostenderet quæ sit fornicatio, subiecit: Mihi autem adhærere Deo, bonũ est: nihil aliud volo, sed Psal. 72. ipsum. Adhærere illi, hoc est bonũ meum, hoc est gratuitum bonũ meum. Ideo & gratia dicitur, quia gratis constat. Cùm ergo cœperis amare gratis, securitas est: quia amicum gratis amas, & ad hoc eum amas, vt tecũ amet Deum. Attendite enim ipsam amicitiam vulgarem vnde cœpimus, per quam gradus fecimus. Attendite illam: Amat maritus vxorem, & vxor maritum. Sine dubio & ille illam, & illa illum saluum vult. Vult illum habere incolumem, vult illũ habere felicẽ. Ad hoc amat quia ipsa vult incolumis esse & felix: quod sibi vult; & illi hoc vult. Amat filios. Quis nã vult, nisi saluos habere filios suos? Amat amicũ. Quis nisi incolumem habere vult? adeò vt si fortè cõtingat illi aliquid, contremiscit, cõtristatur, cõturbatur, currit, accedit: cùm accesserit, plangit. Quid ergo vult? Saluum habere. Si B ergo omnis qui amat, saluum vult habere quod amat, si intelligat quę sit vera salus, incipit illam amare in se, & ipsam cogitur veram amare & in amico.

CAPVT VI. SI oculis carneis quæris Deum, vide tres pueros de igne liberatos: Si fide quæris Deum, vide Machabæos in igne coronatos. Salus ergo illa amanda est, ista vtẽda. Hæc enim ad vsum necessaria est: nã transitura est. Non enim vera salus est, fratres, quomodo dicunt medici: ægrotamus quodãmodo: nam ægritudo perpetua est in ista fragilitate carnis. Putatis enim tunc hominẽ ægrotare, quando febricitat; & sanum esse, quãdo esurit? Sanus est, dicitur. Vis videre quantum malum est esurire? Dimitte illum sine medicamento septem diebus, occiditur. Sed quia ponis quotidie medicamentũ, viuit. Medicamentum autem famis, cibus est: medicamentum sitis, potus est: medicamentum lassitudinis, somnus est, medicamentum sessionis, deambulatio est, C medicamentum deambulationis, sessio est, medicamentum fatigationis, dormitio est; medicamentum dormitionis, vigilatio est. Et vide quàm imbecille sit corpus humanum: hoc ipsum adiutorium, quod dixi, qui assumit, si in eo perseuerauerit, deficit. Esuriendo cibi quærebas adiutorium. Ecce adest adiutoriũ cibi. Manducas, reficeris. Si plus feceris, plus deficis. Adiutorium sitis quærebas potum. Multum bibendo offocatis, qui sitiendo vrgebaris. Lassasti ambulando, sedere vis. Sede perpetuò, vide si non lassabis. Quicquid ergo assumpserit, vt aliud pellat, in eo ipso si perseuerauerit, deficit. QVALIS est ergo ista salus, fratres, CAPVT VII. transitura, fragilis, peritura, vana? verè quomodo dictum est, Quæ enim est vita vestra? Vapor est, ad modi- Iacobi 4. cum parẽs. Qui ergo in vita ista amat animam suã, perdet eam. Qui autem in hoc seculo odio habuerit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Quæ est D vita æterna? Vera salus. Et si amicum tuum videris, quẽ amabas in hoc seculo vt saluus esset, quia tu iam talẽ salutem desideras quæ æterna est, ad ipsam salutem diligis amicum tuum, & totum quicquid vis amico tuo præstare, ad hoc vis præstare, vt illam tecum teneat salutem. Amas enim iustitiam, vis illum esse iustũ. Amas sub Deo esse, vis & illum esse sub Deo. Amas vitam æternã, illic eum vis tecum regnare in æternum. Inimicum tuum vides persequi te, iniquitas est quæ te persequitur. In illo irasci debes misericordia, febrit in anima. Quomodo ergo amicus huius seculi secundum seculũ amans animam suã, febrem vult pellere de amico suo, quem similiter amat vt se, propter præsentem salutem: sic tu quemcũque diligis, propter vitam æternam dilige. Cùm inueneris iram, indignationẽ, odium, iniquitatẽ, sic coneris expellere morbũ animi, quomodo amicus seculi morbum corporis. Ad hoc enim amas, vt fa-

vt facias quod & tu es: & erit in te perfecta charitas. Hoc si inueneris, ad hoc ama cõiugem, ad hoc ama filium, ad hoc ama propinquum, vicinum, ignotum, inimicũ, & erit in te perfecta charitas. Quæ si fuerit in te, vincis mundũ, & pellitur foràs princeps mundi. Audistis enim quod ait Dominus, Princeps huiꝰ mũdi missus est foras: quia ipse passurus erat, & per passionẽ suã Ioan.12. facturus in hominibus dilectionem. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vt ergo amaretur, prior amauit, vt in nomine eius nemo mori timeret, prior pro omnibꝰ mortuus est. Ad hoc ergo vt ædificaret in cordibꝰ hominum charitatem, misit diabolum foras. Quò foras? De cordibus hominum. Cupiditas intromittit illum, charitas eum foras mittit.

CAPVT VIII. Additio. Nos verò fratres suprà scriptos charitatis gradus cum grãdi diligentia cogitantes, nõ reddamus Domino pro bonis mala. Et quia ille veniens alligauit fortem, id est, diabolum, & nos omnes qui vasa eius fuimus de potestate illius abstulit, per gratiam ipsius euacuati omnibus malis, studeamus repleri abundantibus bonis, timentes illud quod ipse Dominus dixit, Cùm Lucæ.11. immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Post hæc reuersus inueniens domum, vnde exiuit, vacuam, adduxit secũ septem spiritus nequiores se: & facta sunt hominis illius posteriora peiora prioribus. Ne ergo & nos tale aliquid patiamur, quantũ possumus elaboremus, in locis vitiorum virtutes inducere, vt possimus ad Dei misericordiam peruenire.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

HOMILIA XXXIX.

HELIX operarius cultor eleemosynarum, eo quòd ære suo cõparauerit cælũ, & dans panem esurientibus, delictorũ suorũ presserit incẽdium. Cui Propheta tale exhibet testimonium, & patronum habet Spiritũ sanctum, in tali causa. Talis operarius felix viuit, & securus iã moritur: cum quo ambulat patrimonium immortale horreum, in quo debitorem fecit Dominum, dum pascit alterum dando. Accepit ipse modicum in pera, panes cõparauit, vitæ cælestis se faciens hæredem. In die iudicij nullã poterit incurrere perniciem, qui cõparauerit eleemosynis pietatẽ. Cui Propheta tale exhibet testimoniũ. Salua eum, & viuifica eũ Domine. O duplex Prophetæ beneficium! Saluat pariter, & commẽdat, vt saluetur: quia & ipse saluauit, vt viuificetur, quia & ipse vitam poscẽti donauit in terra. Beatus est iste, dum vsque sic currit in cælum. Sed ne aliquando vacet in vllo vitæ beneficium, festinet ad præmiũ, magnũ dimittat & in seculo testimonium. Qua de re dicit: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum* Psal.40. *Dominus*. Et iterũ Esaias dicit, & sic testatur: Solue, inquit, omnem nodũ iniustitiæ. Solue suffocationes impotentium cõmerciorum, dimitte quassatos in requie, & omnem consummationem iniustam dissipa. Frange esuriẽti panem tuum, & egenũ sine tecto induc in domũ tuam. Si videris nudũ, vesti: & domesticos seminis tui ne despicias. Tũc erũpet temporaneũ lumen tuum, & sanitates tuę citò orientur, & prębibit ante te iustitia, & claritas Dei circũdabit te. Tũc exclamabis, & Dñs exaudiet te: dũ adhuc loqueris, dicet, Ecce assum. Perfecta est ergo misericordia, fratres chatissimi, vt ante occurratur esurientibus, quàm roget mendicus. Non enim est perfecta misericordia quæ precibꝰ extorquetur. Sed si tacet mendicus, loquitur pallor in facie, penè lassus, fessus & elisus, nusquã suspectus. Festina pietate succurrere, ne audias rogantẽ, ne quod debetur Dño, vẽdices tibi. Imitare deũ tuũ, qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et ecce veniet tibi pluuia antequã roges, descendet vberras nocte, dũ stertis; dũ adhuc in lecto es, ex præcepto vigilat dies, excubãt cælemẽta, fructus te nesciente effundũtur. Iactat cælum, & parturit terra: tot cellaria messiũ, dum nescimus, sic accipimus, & tãtas opes comedimus, antequã rogemus. Et tu homo, modicus est ipse panis, & precibus vẽdis? Non rogauerũt quatuor milia Iesum in deserto septẽ panes & paucos pisces, vt infinita agmina pranderẽt, quo prandio vicisset saltem vsurã mensura. Qui cùm erogarẽtur, Colligite, inquit, fragmẽta, ne quid depereat: quia sanctũ fuerat totum quod ipse confecerat. Replẽtur septem sportę bucellarum, saturata sunt tanta milia, & nihil minoratum est. Et creuit eis cibus, dum impenditur victus: sic & eleemosyna, si indigentibus erogetur. Magnum opus est eleemosyna, fratres charissimi, vt faciat homo ęꝗ fecit Deus: qui hos paucos esuriẽtes in terra dimisit: qui vno vasculo orbem cæli pascit, per quẽ & nobis licear erogare. Sed si vbique fuisset abũdans, perierat misericordia, dedit nobis Deus secũdum baptismũ. Quis enim sine peccato? Nam sicut aqua extinguit ignem, sic & Eccl.3. eleemosyna extinguit peccatum. In horreis nostris habemus abundãtiã, quæ flãmas nostras oblatione vnius panis extinguat: & ante fores gehennæ stat misericordia, & neminem permittit in carcerẽ mitti. Et quicunque misertus fuerit, miserebitur ei: & si quis non fuerit misertus, nõ miserebitur ei. Da panẽ, cùm potes: quia nemo esuriet in inferno quem possis pascere: nec habebis post mortem frumentum, nec inuenies illic aliquãdo mendicum: quia non erit tempus miserendi. Bonorum enim malorumq; discretio in suis actibus permanebit, ipso Christo Domino nostro rege ac iudice secernente agnos ab hædis, & per dexteram ac sinistram sequestrante: qui esurisse & sitisse se dicit, & cætera in suis minimis perpessum fuisse se asserit. Date ergo omnibus, dilectissimi fratres, date & pręcipuè domesticis fidei. Date omnibus, ne cui non dederitis, ipse sit Christus: cuiue dederitis, ipse sit Christus.

De fraterna concordia, & offensionis relaxatione.

HOMILIA D. AVGVST. XL.

In Cambronæ tomo inscribitur, Sermo habitus Dominica v. Quadragesimæ.

DIESISTI sancti, quos agimus in obseruatione CAP.I. Quadragesimæ, commonent nos de fraterna concordia loqui vobis, vt quicũque habet aduersus alium querelã, finiat, ne finiatur. Nolite ista contemnere, fratres mei. Cùm enim vita ista mortalis & fragilis, quæ inter tot terrenas tentationes periclitatur, & orat ne submergatur, non potest esse in quouis iusto sine qualibuscunque peccatis; vnũ est remedium per quod viuere possimus, quia docuit nos magister Deus dicere in Oratione; Dimitte nobis Matth.6. debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Pactum & placitum cum Deo fecimus, & conditionem soluendi debiti in cautione subscripsimus. Dimitte nobis, plena fiducia petimꝰ: si & nos dimittimus. Si autem non dimittimus, dimitti nobis peccata non putemus: ne nosipsos fallamus. Homo se nõ fallat, deus neminem fallit. Humanũ est, irasci: & vtinam nec hoc possemus. Humanum est, irasci: sed non debet iracundia tua, natus furculus breuis, suspicionibus irrigari, & ad trabem odij peruenire. Aliud est enim ira, aliud odiũ. Nam sæpe etiã pater irascitur filio, sed non odit filiũ: irascitur, vt corrigat. Si propterea irascitur, vt corrigat, amãdo irascitur. Propterea dictũ est: Festucam in Matth.7. oculo fratris tui vides; trabem autem in oculo tuo non vides? Culpas in alio iram, & tenes odium in teipso. In comparatione odij, ira festuca est. Sed festucam si nutrias, trabes erit: Si euellas & proiicias, nihil erit. Si aduertistis, beati Ioãnis, cũ eius epistola legeretur, debuit vos terrere sententia. ait enim, Tenebræ transierunt, lux vera iam lucet. Deinde secutus adiũxit. Qui dicit 1.Ioan.2. se in lumine esse, & fratrẽ suũ odit, in tenebris est vsq; adhuc. CAPVT II. SED fortè tales tenebras putet esse homo, quales patiuntur in carceribus inclusi. Vtinã tales essent: & tamẽ in talibus nemo vult esse. In his autẽ carcerũ tenebris possunt includi & innocentes. In talibus enim tenebris inclusi sunt martyres. Tenebræ circumquaque fundebantur, & lux fulgebat in cordibus eorum. In illis tenebris carcerũ oculis non videbant, sed amore fraternitatis Deũ videbant. Vultis scire quales sunt istæ tenebræ, de quibus dictũ est, Qui odit fratrẽ 1.Ioan.3. suũ, in tenebris est vsq; adhuc? In alio loco dicit, Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Qui odit fratrem suum, ambulat, exit, intrat, procedit, nullis catenis oneratus, nullo carcere inclusus: reatu tamẽ ligatus est. Noli illũ De verb. Domini ser. 16. putare sine carcere esse. Carcer eius, cor eius est. Cùm audis, Qui odit fratrem suũ, in tenebris est vsq; adhuc, ne fortè contẽnas tales tenebras, adiungit dicens, Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Odis fratrẽ tuũ, & securus ambulas? & cõcordare non vis? nõ agnoscis quare spatiũ tibi dederit Deus? Ecce iam homicida es, & adhuc viuis. Si Dominũ iratũ haberes, cũ odio fratris subitò rapereris. Parcit tibi Deus, parce tu tibi, cõcorda cũ fratre tuo. Aut fortè tu vis, & ille non vult? Sufficiat tibi. Habes vnde illũ doleas: te soluisti. Dic, si vis concordare, & ille nõ vult: Dic securus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribꝰ nostris.

CAPVT III. FORTE peccasti in illũ, vis cum illo concordare, vis ei dicere: Frater, ignosce mihi quod peccaui in te. Ille nõ vult ignoscere, nõ vult dimittere debitũ. Quod ei debes, nõ vult tibi dimittere. Ipse obseruet, quando C habet orare. Quando venturus est qui tibi noluit dimittere, quod in eũ fortè peccasti, quãdo venturus est ad orationẽ quid facturus est? Dicit, Pater noster qui es in cælis. Dicat, accedat, Sanctificetur nomẽ tuũ. Ad- Matth. 6. huc dic, Veniat regnũ tuũ. Sequere, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Adhuc ambula, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Dixisti: quod sequitur vide ne fortè velis iam transcendere, & aliud dicere. Nõ est quà transire possis, ibi teneris. Dic ergo, & verum dic: aut si nullũ peccatum habes vnde dicas, Dimitte nobis debita nostra, noli dicere. Et vbi est illud quod 1.Ioan.2. Apostolus dixit, Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis nõ est? Si autem mordet † cõscientia fragilitatis, & in hoc secu- al. cõscientiã fragilitas. lo vbique abundant iniquitates: dic ergo, Dimitte nobis debita nostra. Sed quod sequitur vide. Noluisti eũ D dimittere peccatũ fratri tuo, & dicturus es, Sicut & nos dimittimus debitoribꝰ nostris. An nõ es dicturꝰ? Si nõ es dicturꝰ, nihil es accepturꝰ: si autẽ dicturus, falsũ es dicturꝰ. Ergo dic, & verũ dic. Quomodo dicturꝰ es verũ, qui fratri tuo noluisti laxare peccatũ? CAPVT IIII. ILLVM admonui, modò cõsulo. O quisquis es, si tamẽ es, qui dixisti fratri tuo, Dimitte mihi q̃ in te peccaui: si dixisti ex toto cordẽ tuo, si vera humilitate, nõ ficta charitate, quomodo Deus videt in corde, vnde dixisti, sed ille noluit tibi dimittere, noli esse solicitus. Serui estis ambo, habetis Dominum: cõseruo tuo debes, Noluit tibi dimittere, interpella Dominũ amborũ. Quod tibi dimiserit Dominus, si potest, exigat seruus. Dico aliud, Admonui ergo eũ qui noluit dimittere fratri suo, cùm petat ille dimitti sibi, vt faciat quod nolebat, ne quãdo orat, non accipiat quod desiderat. Admonui & illũ qui petiuit veniã peccati sui à fratre suo, & non accepit: vt in eo quod non impetrauit à fratre suo, securus sit de Domino suo. Est & aliud quod moneã: Peccauit in te frater tuus, & noluit tibi dicere, Dimitte mihi q̃ peccaui in te. Abundant verba ista, Vt inam Deus eradicet illa de agro suo, hoc est de cordibus vestris. Quã multi sunt enim qui sciunt se peccasse in fratres suos, & nolunt dicere, Dimitte mihi. Non erubuerunt peccare, & erubescunt rogare: Nõ erubuerunt de iniquitate, & erubescunt de humilitate. IPSOS ergo in CAP.V. primis admoneo. Quicunque habetis discordiam cũ fratribus vestris, & reuocatis vos ad vos, & consideratis vos, & iustũ iudiciũ fertis in vos, intus in cordibus vestris, & inuenitis vos nõ debuisse facere quod fecistis, non debuisse dicere quod dixistis, Petite veniam fratres à fratribus vestris, facite fratribus quod ait Apostolus, Donãtes vobisipsis, sicut & Deus in Christo Eph.4. donauit vobis: facite, nolite erubescere veniã petere. B Proinde omnibus dico viris & feminis, minoribus, & maioribus, laicis & clericis: dico & mihi ipsi. Omnes audiamus, omnes timeamus, si peccauimus in fratres nostros, Si adhuc inducias viuendi accepimus, nõ ideo morimur. Adhuc enim viuimus, nondũ damnati sumus. Dũ viuimus, faciamus quod iubet pater, qui erit Deus iudex omniũ: vt petamus veniã à fratribus, quos fortè peccando in eos aliquid offendimus, aliquid læsimus. Sunt personæ humiles pro ordine seculi huius, A quibus à quibus si petamus veniã, extolluntur in superbiã: hoc veniam blandiendo petitur. est quod dico, aliquando dominus peccat in seruum suũ: quia si ille dominus est, ille seruus, ambo tamen alieni serui sunt: quia ambo Christiani, ambo Christi sanguine redempti sunt. Tamen durum videtur, vt hoc etiam iubeam, hoc præcipam, vt si fortè dominus homo peccat in seruum suum iniustè litigãdo, iniustè cædendo: dicat ille, Ignosce mihi, da mihi veniam. Nõ C quia non debet facere, sed ne ille incipiat superbire, si pœniteat eum. Quid ergo? Ante oculos Dei pœniteat eum, ante oculos Dei puniat cor suum: & si nõ potest dicere seruo suo, quia non oportet, Da mihi veniam, blandè illum alloquatur. Blanda enim appellatio, ve- Blanda appellatio, veniæ postulatio. niæ est postulatio. RESTAT vt eos alloquar in CAPVT VI. quos alij peccauerũt, & illi qui in eos peccauerunt, veniam petere noluerunt. Illos enim iam sum allocutus, qui petentibus veniã fratribus dare noluerunt. Nunc ergo alloquor vos omnes, ne discordiæ vestræ remaneant, quoniam dies sancti sunt. Credo quia cogitastis aliquid in cordibus vestris, qui scitis vos cum fratribꝰ vestris aliquas habere discordias, & inuenistis, quòd non ipsi vos in eos peccauerितis, sed ipsi in vos. Et si nõ modò mihi loquimini, quia meũ est loqui in hoc loco, vestrum autem tacere & audire: tamen fortè cogitando loquimini, & diciris vobis, Volo cõcordare: Sed D ille me læsit, ille in me peccauit, & nõ vult veniam postulare. Quid ergo? dicturus sum, vade ad illum, & tu pete veniam? Absit. Nolo mentiaris: Nolo dicas, Da mihi veniam, qui te nosti non peccasse in fratrem tuũ. Quid enim prodest tibi cùm tu fueris tuus accusator? Quid experis tibi ignosci, ab eo quem non læsisti, aut in quem non peccasti? Nihil tibi prodest, nolo facias: nosti, bene discussisti, scisti, quia in te peccauit, non tu in illum. Scio, inquit. In ista tuta scientia, sit tua conscientia. Noli venire ad fratrem tuum qui in te peccauit, & vltrò ab illo petere veniam. Debent inter vos esse alij pacifici, qui illum obiurgent, vt à te prius veniam petat, tu tantum paratus esto ignoscere, prorsus paratus esto ex toto corde dimittere. Si paratus es dimittere, iam dimisisti, habes adhuc quod ores, Ora pro illo, vt petat à te veniam, quia scis ei nocere si non pe-

tat. Ora pro illo vt petat: Dic Domino in oratione tua, Domine, scis me nõ peccasse in illũ fratrẽ meũ, sed illũ potius peccasse in me, & obesse illi quod peccauit in me, si veniã nõ petat à me: ego bono animo peto vt ignoscas ei. Ecce dixit vobis, quòd maximè per istos dies ieiuniorũ vestrorũ, obseruationúmque vestrarũ atque continentiæ vestræ mecum agere debeatis, vt cũ fratribus vestris concordetis. Gaudeam & ego de pace vestra, qui cõtristor litibus vestris: vt omnes donãtes vobismetipsis, si quis habet aduersus aliquem querelam securi agamus Pascha, securi celebremus eius passionẽ, qui nihil cuiquã debebat, & pretiũ pro debentibus soluit, Dñm Iesum Christũ dico, qui in neminem peccauit, & propè in illum omnis mundus peccauit, nec exegit supplicia, sed promisit præmia. Habemus ergo ipsum testẽ in cordibus nostris: quia si in aliquẽ peccauimus, vero corde veniam postulemus, si aliquis in nos peccauit, veniã dare parati simus, & pro inimicis nostris oremus. Nõ expectemus vindicari fratres. Quid est vindicari, nisi malo alieno pasci? Scio quotidie venire hominẽ, genua figere, fronte terram cõcutere, aliquãdo vultum suũ lachrymis rigare: & in ista tanta humilitate ac perturbatione dicit, Dñe, vindica me, occide inimicũ meum. Planè ora, vt occidat inimicum tuum, & saluet fratrem tuũ. Occidat inimicitias, saluet naturam. Sic ora, vt vindicet te Deus: pereat qui te persequebatur, sed maneat qui tibi reddatur. Conuersi ad Dominum, &c.

CAPVT VII.

De verè pœnitentibus.

HOMILIA XLI.

Ex hac Homilia multa citantur in Decreto nomine Augustini, cũ nõ desint qui hæc Ambrosio afferibere malint, inter cuius opera exhortatio quædã est ad pœnitentiã, hanc Homiliã penè totam complectens.

POENITENTES, pœnitentes, pœnitẽtes, si tamen estis pœnitentes, & non estis irridentes, mutate vitã, reconciliamini Deo, & vos enim cũ catena pascetis. Qua, inquis, catena? Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælo. Audis ligaturam, & Deo putas facere imposituram? Pœnitentiam agis, genu figis, & rides, & subsannas patientiã Dei? Si pœnitẽs es, pœniteat te: si non pœnitet, pœnitens non es. Si ergo pœnitet, cur facis quod malè fecisti? Si fecisse pœnitet, noli facere. Si adhuc facis, certè nõ es pœnitens. Equidẽ, charissimi, ægrotant homines, mittunt ad Ecclesiam, vel portantur ad Ecclesiam, & baptizantur & renouantur, & felices hinc erunt. Sed nõ ipsa est causa pœnitẽtiæ. Qui nondũ accepit baptismũ, nondũ violauit sacramentũ: qui autẽ violauit sacramentũ malè & perditè viuendo, & ideo remotus est ab altari, ne iudiciũ sibi manducet & bibat, mutet vitã: corrigat se, & reconcilietur, cũ viuit, dum sanus est. Expectet etiam tunc reconciliari, quãdo incipit mori? Experti sumus multos expirasse, expectantes reconciliari. Deinde etiam dico in conspectu Dei, timori vestro, timorẽ meũ. Qui autẽ nõ timet, timentẽ me contẽnit, sed malo suo. Audi ergo. Certus sum, quia homo baptizatus si vitam, non audeo dicere sine peccato, quis enim sine peccato? sed vitã sine crimine duxerit, & alia peccata habuerit, quæ quotidie dimittuntur in oratione dicenti, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quando diem finierit, vitam nõ finit, sed transit de vita in vitã, de laboriosa ad quietã, de misera ad beatã: siue iste voluntate sua currat ad baptismum, siue in periculo cõstitutus baptizetur, & excat de hac vita, ad Deũ vadit, ad requiẽ vadit. Baptizatus autẽ desertor & violator tanti mysterij, si agat pœnitẽtiam ex toto corde, si agat pœnitentiam vbi Deus videt, qui vidit cor Dauid, quando increpatus est à Propheta, & grauiter increpatus post cõminationes Dei terribiles exclamauit, dicens, Peccaui: & mox audiuit, Dñs abstulit peccatũ tuũ: Tantũ valent tres syllabæ: Tres syllabæ sunt, Peccaui: sed in his tribus syllabis, flamma sacrificij coram Dño ascendit in cælũ. Ergo qui egerit veraciter pœnitentiam, & solutus fuerit à ligamẽto quo erat obstrictus, & à Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiã vixerit, sicut ante pœnitentiam viuere debuit, post reconciliationẽ quandocunque defunctus fuerit, ad Deũ vadit, ad requiem vadit, regno Dei non priuabitur, à populo diaboli separabitur. Si quis autem positus in vltima necessitate ægritudinis suæ, voluerit accipere pœnitentiã, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed nõ præsumimus quia bene hinc exit. Nõ præsumo, nõ vos fallo, nõ præsumo. Fidelis bene viuẽs, securus hinc exit. Baptizatus ad horã, securus hinc exit. Agens pœnitentiã & recõciliatus, cũ sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimũ & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Vnde securus sum, securus sum, & do securitatem: vnde nõ sum securus, pœnitentiã dare possum, securitatem dare nõ possũm. [Sed dicat aliquis, Bone sacerdos, tu nescire & nullã securitatem nobis dare posse dicis, si ille saluatur, & Christũ adire meretur, cui moriẽti pœnitentia datur; qui dum vixit, dum sanus fuit, impœnitẽs fuit. Instrue ergo nos, rogo, quomodo bene viuere post pœnitentiã debeamus. Dico, abstinete vos ab ebrietate, à concupiscentia, à furto, & maliloquio, ab immoderato risu, à verbo otioso, vnde reddituri sunt homines rationem in die iudicij. Ecce quàm leuia dixi. Omnia tamen grauia & pestifera. Et aliud dico: Nõ solũ post pœnitentiam ab istis vitiis se homo seruare debet, sed & ante pœnitentiam, dum sanus est: quia si ad vltimũ vitæ steterit, nescit si ipsam pœnitentiã accipere ac Deo & sacerdoti peccatã sua confiteri poterit. Ecce quare dixi, quia & ante pœnitẽtiam bene viuendũ est, & post pœnitentiam melius.] Quod dico attendite. Debeo illud planius exponere, ne me aliquis malè intelligat. Nunquid dico, dãnabitur? Non dico. Sed dico etiã, liberabitur? Non. Et quid dicis mihi? Nescio: nõ præsumo, non promitto, nescio. Vis te de dubio liberare, vis quod incertum est cuadere? Age pœnitentiam, dum sanus es. Si enim agis verã pœnitentiã, dum sanus es, & inuenerit te nouissimus dies, curre vt reconcilieris: si sic agis, securus es. Quare securus es? Quia egisti pœnitentiã eo tempore quo & peccare potuisti. Si autem tunc vis agere pœnitẽtiam ipsam, quando iam peccare nõ potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquis, ne fortè Deus dimittat mihi? Verũ dicis. Vnde? nescio. Illud scio, hoc ne scio. Nam ideo tibi do pœnitentiam, quia nescio. Nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem. Itẽ si scirem, tibi prodesse, non te admonerẽ, non te terrerem. Duæ res sunt: aut ignoscitur tibi, aut nõ ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

2. Reg. 12.

Matth. 6.

De Oratione Dominica.

HOMILIA D. AVGVST. XLII.

SYMBOLVM reddidistis, quo breuiter comprehensa continetur fides. Iam & antea dixi vobis, quod ait apostolus Paulus, Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Quia ergo quomodo credatur in Deum, & accepistis, & tenuistis, & credidistis: accipite hodie quomodo inuocetur Deus. Ipse filius, sicut audistis, cùm Euange-

CAP. I.

Rom. 10.

Euangelium legeretur, docuit discipulos suos & fideles suos hanc orationem. Spem habemus obtinendæ causæ nostræ, quãdo talis iurisperitus nobis preces dictauit, Assessor patris, sicut confessi estis, qui sedet ad dexteram patris; ipse est aduocatus noster, qui venturus est iudex noster. Inde enim venturus est iudicare viuos & mortuos. Tenete ergo & hanc orationẽ quã reddituri estis ad octo dies. Quicunque autem vestrũ non bene symbolum reddiderunt, habent spatiũ, teneant: quia die sabbati audientibus omnibus qui aderunt reddituri estis, die sabbati nouissimo, quo die baptizandi estis. Ad octo autẽ dies ab hodierno die reddituri estis hanc orationem, quam hodie accepistis.

CVIVS caput est, *Pater noster, qui es in cælis*. Inuenimus patrem in cælis: attendamus quemadmodum viuamus in terris. Sic enim debet viuere qui inuenit talem patrem, vt dignus sit venire ad eius hæreditatem. Dicimus autem cõmuniter, Pater noster. Quanta dignatio! hoc dicit imperator, hoc dicit mendicus: hoc dicit dominus, hoc dicit seruus eius. Simul dicunt, Pater noster, qui es in cælis. Intelligunt ergo se esse fratres, quando vnũ habent patrem. Sed non dedignetur fratrem habere seruum suũ dominus eius, quẽ fratrem voluit habere Dominus Christus. *Sanctificetur nomen tuum*; dicimus, *Veniat regnum tuũ*. Sanctificatio nominis Dei est, qua efficimur nos sancti. Nam nomen eius sẽper est sanctum. Optamus etiam venire regnum eius: veniet, & si nolumus. Sed optare & orare, vt veniat regnum eius, nihil est aliud, quã optare ab illo, vt dignos nos faciat regno suo, ne fortè, quod absit, veniat, & nõ nobis veniat. Multis enim non est venturum, quod tamen venturum est. Eis enim venturũ est, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est ab origine mundi. Illis non veniet quibus dicitur, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Cũ verò dicimus, Veniat regnũ tuũ: oramus vt nobis veniat. Quid est, Vt nobis veniat? Vt bonos nos inueniat. Hoc ergo oramus, vt bonos nos faciat. Tunc enim nobis veniet regnum eius. ADDIMVS, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, ita & in terra*. Seruiunt tibi angeli in cælo, nos seruiamus tibi in terra. Non te offendunt angeli in cælo, non te offendamus in terra. Quomodo illi faciunt voluntatem tuã, sic faciamus & nos. Et hic quid oramus, nisi vt boni simus? Quãdo enim facimus voluntatem Dei; nam ipse sine dubio facit suam: tunc fit voluntas eius in nobis. Et aliter bene intelligimus, Fiat volũtas tua, sicut in cælo, ita & in terra. Accepimus præceptum Dei, & placeat nobis, placeat menti nostræ. Cùm enim condelectamur legi Dei secundum interiorẽ hominẽ: tunc fit voluntas eiꝰ in cælo. Cælo enim cõparatur spiritus noster, terræ autem caro nostra. Quid est ergo, Fiat voluntas tua sicut in cælo, ita & in terra? Vt quomodo menti nostræ placet tua iussio, sic ei consentiat caro nostra, & tollatur rixa illa de medio, quæ describitur ab Apostolo: Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autẽ aduersus carnẽ. Quando cõtra carnẽ cõcupiscit spiritus, iam facta est voluntas eius in cælo: Quando contra spiritum non cõcupiscit caro, iam facta est voluntas eius in terra. Erit enim plena concordia, quando ipse voluerit: fit modò pugna, vt possit esse victoria. Etiam sic bene intelligi potest, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, ita & in terra: vt cælum ponamus Ecclesiam, quia portat Deum: terram autem infideles; quibus dictum est, Terra es & in terram ibis. Quando ergo oramus, pro inimicis nostris, inimicis ecclesiæ, inimicis nomini Christiano, hoc oramus, vt fiat voluntas eius, sicut in cælo, ita & in terra: id est, sicut in tuis fidelibus, sic & in tuis blasphematoribus, vt omnes cælum fiant.

Cap. 11. Matth. 6.

Matth 25.

Rom. 7.

Galat. 5.

Genes. 3.

SEQVITVR, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Potest simpliciter accipi, orationem istam fundere nos pro victu quotidiano, & abundet nobis: & si nõ abundet nobis, non desit nobis. Quotidianum autẽ dixit, quãdiu hodie vocatur. Quotidie viuimus, quotidie surgimus, quotidie saturamur, quotidie esurimus. Det nobis quotidianũ panẽ. Quare nõ dixit & tegumentũ? Victus enim noster in cibo est & in potu, tegumentũ in vestitu & tectu. Nihil homo plus desideret. Quãdoquidẽ dicit Apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum: sed nec auferre quid possumus. Victũ & tegumẽtum habẽtes, his cõtẽti simus. Pereat auaritia, & diues est natura. Ergo si ad quotidianũ victũ pertinet, quia & hoc bene intelligitur, quod dicimus, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie: nõ miremur, si nominato pane cætera necessaria intelligantur. Quomodo? Quando Ioseph inuitauit fratres suos; Homines, inquit, illi hodie mecũ mãducabunt panẽ. Quare panẽ solũ mãducaturi erant? Sed à solo pane intellecta sunt cætera. Sic quando rogamus panẽ quotidianũ, quicquid nobis propter carnẽ nostrã in terris necessariũ est, postulamus. Sed quid ait Dñs Iesus? Quærite primũ regnũ Dei & iustitiã eius, & hæc omnia apponẽtur vobis. Intelligitur hoc etiã valde bene, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie, Eucharistiã tuã, quotidianũ cibũ. Norunt enim fideles quid accipiant, & bonũ est eis accipere panẽ quotidianũ huic tempori necessariũ. Pro se rogãt, vt bona faciant, vt in bonitate & fide & bona vita perseuerẽt. Hoc optant, hoc orant: quia qui nõ perseuerant in bona vita, separabuntur ab illo pane. Ergo panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie, quid est? Sic viuamus, vt ab altari tuo non separemur. Et verbũ Dei quod quotidie nobis verbis aperitur, & quodãmodo frangitur, panis quotidianus est. Et quomodo illũ panẽ vẽtres, sic istũ esuriunt mentes. Et hũc ergo petimus simpliciter, & quicquid animæ nostræ & carni nostræ in hac vita necessariũ est, quotidiano pane concluditur. DIMITTE *nobis*, dicimus, *debita nostra*, & dicimus quia verũ dicimus. Quis enim hic viuit in carne, & nõ habet debita? Quis est homo sic viuens, vt ei non sit ista oratio necessaria? Inflare se potest, iustificare non potest. Bonũ est illi, vt imitetur publicanũ, nec tumescat sicut Pharisæus, qui ascendit in templũ, & iactauit merita sua, texit vulnera sua. Ille autẽ sciuit quare ascenderit, qui dicebat, Dñe, propitius esto mihi peccatori. Cõsiderate, fratres mei, hoc Dñs Iesus Christus orare docuit discipulos suos, illos magnos primos Apostolos suos, arietes nostros. Si ergo pro peccatis dimittẽdis arietes orant, agni quid debẽt facere, de quibus dictum est, Afferte Domino filios arietum? Hoc ergo scitis vos in symbolo reddidisse, quia inter cætera nomina audistis remissionem peccatorum. Remissio peccatorum vna est, quæ semel datur; alia quæ quotidie datur. Remissio peccatorum vna est, quæ semel datur in sancto baptismate: aliã, quæ quamdiu viuimus, hic datur in Dominica oratione. Propter quod dicimus, Dimitte nobis debita nostra.

CAPVT IIII.

Victus & tegumentũ, panis quotidianus.

1. Tim. 6.

Gen. 43.

Matth. 6.

Eucharistiã panis quotidianus.

Verbum Dei, panis quotidianus.

CAP. V.

Luc. 18.

Psal. 28.

In symbolo remissio peccatorũ.

ET induxit nobiscum Deus pactum & placitum, firmũmque chirographum, vt dicamus, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. qui vult dicere efficaciter, Dimitte nobis debita nostra, oportet quòd dicat veraciter, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si hoc quod est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit; illud quod prius est, inaniter dicit. Maximè vobis dicimus, Dimittite omnia de cordibus vestris, qui ad sanctum baptisma acceditis. Et vos fideles qui per hanc occasionem auditis hanc oratio-

CAPVT VI.

nem & nostram expositionē, dimittite totū quicquid aduersus aliquē habetis in cordibus vestris, ibi dimittite vbi Deus videt. Aliquando enim homo dimittit ore, & tenet in corde: dimittit ore propter homines, & tenet in corde, non timens oculos Dei. Prorsus dimittite, quia quod propter homines dimittitur, nō apud Deū valet: quod autē ꝓpter Deū dimittitur, apud deū valet, & apud homines prodest. Quod vsq; ad istos dies tenuistis, saltem his diebus dimittite. Non debuit occidere sol super iracundiā vestram, & multi soles occiderunt. Transeat aliquando iracundia vestra, dies magni solis celebramus. Illius solis de quo dicit Scriptura, Orietur vobis sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Quid est, in pēnis eius? In ꝓtectione eius. Vnde in Psalmo dicitur, Sub vmbra alarū tuarum protege me. Alij autē, qui in die iudicij futuri sunt serò pœnitentes, & infructuosè dolētes, prædicti à sapientia, quid tunc dicturi sunt pœnitentiā agentes, & præ angustia spiritus gementes? Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt illa omnia tanquam vmbra: & inter cætera, Ergo erraui mus à via veritatis, & iustitiæ lumē non illuxit nobis, & ille sol non est ortus nobis. Ille sol iustis oritur: istum autē solem visibilem facit Deus quotidie oriri super bonos & malos. Ad illū autem solem videndū iusti pertinent: modò in cordibus nostris habitat iste sol per fidem. Si ergo irasceris, ne occidat sol iste in corde tuo super iracundiā tuā: ne fortè irascaris, & occidat tibi sol iustitię, & in tenebris remaneas. Ne puteris autem quia nihil sit iracundia, Turbatus est, inquit Propheta, præ ira oculus meus. Vtique cui turbatur oculus, solem videre nō potest: & si conatus fuerit videre, pœna illi est, non voluptas. Quid est ira? Libido vindictæ. Et libet hominem vindicari? Et nondum est Christus vindicatus, nondū sunt sancti martyres vindicati, adhuc expectat patientia Dei, vt cōuertantur inimici Christi, conuertantur martyrū inimici. Nos qui sumus, vt vindictam quæramus? Si quæreret illam Deus de nobis, vbi remaneremus? Ille qui nihil nos læsit, nō vult se vindicare de nobis: & nos quærimus vindicari, qui penè quotidie Deū offendimus? Ergo dimittite: Dimittite ex corde. Iratus es, noli peccare: Irascimini, & nolite peccare. Irascimini quasi homines, si vincimini, & nolite peccare, vt iram in corde teneatis, (quia si tenetis, cōtra, vos tenetis,) ne illud lumē irritetis. Ergo dimittite. Quid est ira? Libido vindictæ. Quid odiū? Ira inueterata si facta est, iam odiū dicitur. Quid videtur cōfiteri ille, qui cū dixisset, Turbatus est præ ira oculus meus: addidit, Inueteraui in omnibus inimicis meis? Quod erat ira, cū esset noua, odium factū est: quia in vetustatē cōuersum est. Ira festuca est, odiū trabes est. Aliquando reprehendimus irascentē, & odiū tenem⁹ in corde, & dicit nobis Christus, Festucam in oculo fratris tui vides, & trabē in oculo tuo non vides. Vnde creuit festuca, vt trabē faceret? Quia non statim euulsa est. Quia passus es exire & intrare solem toties super iracundiam tuā, fecisti illam veterē, attraxisti malas suspiciones, & rigasti festucam, rigando nutristi, nutriendo trabē fecisti. Expauesce vel quando dicitur, Qui odit fratrē suū, homicida est. Gladiū non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, nō corpus plaga aliqua trucidasti: cogitatio sola odij in corde tuo est, & teneris homicida. Reus es ante oculos Dei: ille viuit, & tu occidisti. Quantū ad te pertinet, occidisti quē odisti. Emēda te, corrige te. Si in domibus vestris scorpiones essent aut aspides, quantū laboraretis, vt domus vestras purgaretis, & securi habitare possetis? Irascimini, inueterantur irę in cordibus vestris, fiunt tot odia, tot trabes, tot scorpij, tot serpentes, & domū Dei, cor vestrū, purgare non vultis: Ergo facite quod dictū est, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & securi dicite, Dimitte nobis debita nostra: quia sine debitis in hac terra viuere nō potestis. Sed alia sunt illa magna crimina, quæ vobis bonū est in baptismo dimitti, & à quibus semper esse alieni debetis: alia quotidiana peccata, sine quibus hic homo viuere nō potest, propter quæ necessaria est quotidiana oratio, cū suo pacto, cū suo placito, vt quomodo hilariter dicitur, Dimitte nobis debita nostra: sic veraciter dicatur, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Deinde ista diximus de peccatis præteritis, quid de cætero? Ne *nos inferas in tē-* *tationem*: dimitte quæ fecimus, & da vt alia non committamus. Quicunque enim tentatione vincitur, peccatum ipse cōmittit. Etenim, inquit Apostolus Iacobus, Nemo cū tentatur, dicat quod à Deo tentor. De⁹ enim intentator malorum est. Ipse enim neminē tentat. Vnusquisq; autē tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cū conceperit, parit peccatū: Peccatū verò cū consummatum fuerit, generat mortem. Vel mortē time, si peccatum non times. Noli consentire concupiscentiæ tuæ. Non est vnde concipiat, nisi de te, Consensisti, quasi concubuisti in corde tuo. Surrexit concupiscentia: nega te illi, noli eam sequi. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum verò cū consummatum fuerit, generat mortē. Ergo ne abstraharis à concupiscentia tua, nega te illi, noli eam sequi. Illicita est, lasciua est, turpis est, alienat te à Deo. Noli dare consensionis amplexū, ne plangas partū: quia si cōsenseris, id est, si amplexatus fueris, concipit. Cū concupiscentia cōceperit, parit peccatū. Nondū times? Peccatū generat mortem: vel mortē time. Si peccatū non times, time, quò perducit peccatū. Dulce est peccatū: sed amara est mors. Ipsa est infelicitas hominū. Propter quod peccant, morientes hic dimittunt, & ipse peccata secum portant. Peccas propter pecuniam, hic dimittenda est. Peccas propter villam, hic dimittenda est. Peccas propter mulierē, hic dimittenda est. Et quicquid est propter quod peccas, quando oculos in morte clauseris, hic dimittis, & ipsum peccatū quod cōmittis tecum portas. Dimittantvr peccata: dimittantur præterita, cessent futura. Sed non potes hic viuere sine ipsis: vel minuta sint, vel leuia sint. Sed ipsa leuia vel minuta nō contēnantur. De minutis guttis flumina implentur. Nō cōtemnantur vel minora. Per angustas rimulas nauis insudat aqua, impletur sentina: & si cōtēnatur sentina, mergitur nauis. Sed non cessatur à nautis, ambulant manus: ambulant, vt quotidie sentinæ exhauriantur. Sic & tuæ man⁹ ambulent, vt quotidie sētines. Quid est, ambulent manus? Da, dent, fac bona opera, ambulent manus tuæ: Frāge esurienti panē tuū, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti. Fac quantum potes, fac vnde potes, fac hilariter, & securus mitte orationem. Habebit alas duas, geminas eleemosynas. Quid est, Geminas eleemosynas? Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Vna est eleemosyna, quæ fit de corde, quādo fratri tuo dimittis peccatum. Altera eleemosyna quæ fit de substantia, quando panem pauperi porrigis. Ambas fac, ne sine vna ala & altera remaneat oratio tua. Ergo cùm dixerimus, *Ne nos inferas in tentationem*: sequitur, *Sed libera nos à malo*. Qui vult liberari à malo, testatur quia in malo est. Ideo dicit Apostolus, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Sed quis est qui vult vitam, & diligit videre dies bonos; quando omnis homo in hac carne non habet nisi dies malos?

Ephes.4. Mal.4. Psal.16. Sapient.5. Matth.5. Capvt vii. Psal.6. Psal.4. Quid ira, Quid odiū. Psal.6. Matth.7. 1.Ioan.3. Capvt viii. Iac.1. Capvt ix. Esa.58. Alæ duæ, geminæ eleemosynæ. Luc.6. Ephes.5.

Quis

Psal.33. Quis non vult? Fac quod sequitur, Cohibe linguā tuā à malo, & labia tua ne loquantur dolū. Declina à malo, & fac bonū: inquire pacē, & sequere eam: & carui sti diebus malis, & impletur ꝓ orasti, Libera nos à malo.

Cap.x. Tres ergo petitiones superiores, Sāctificetur nomē tuū, Veniat regnū tuū, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra: æternę sunt. Quatuor autē sequentes ad istā vitā pertinēt, Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Nunquid quotidie petituri sumus panē quotidianum, quando ad illā satietatē venerimus? Dimitte nobis debita nostra, nunquid dicemus in illo regno, quādo debita nō habebimus? Ne nos inferas in tentationē: nunquid tunc dicere poterimus, quando nulla erit tētatio? Libera nos à malo, nūquid dicemus, quādo nullū erit vnde liberemur? Quatuor ergo ista propter vitam nostram quotidianā nobis necessaria sunt, tria verò illa propter æternā. Sed omnia petamus, vt ad illa peruenamus: & hic regamur ne ab illa separemur. Oratio vobis quotidie dicenda est, cū baptizati fueritis. In Ecclesia enim ad altare Dei quotidie dicitur ista oratio Dominica, & audiunt illam fideles. Non ergo timem⁹, ne minus illā teneatis diligēter: quia & si quis vestrūm non poterit tenere perfectē, audiendo quotidie tenebit. Ideo die Sabbati quando vigilaturi sumus in Dei misericordia, reddituri estis, non Orationem, sed Symbolū. Modò enim nisi teneatis Symbolū in ecclesia, in populo Symbolū quotidie non auditis. Cū autē tenueritis, vt nō obliuiscamini, quotidie dicite quādo surgitis, quādo vos collocatis ad somnū. Reddite Symbolū vestrū, reddite Dño, commemorate vos, vosipsos nō pigeat repetere: Bona est repetitio, ne subrepat obliuio. Ne dicatis, Dixi heri, dixi hodie, quotidie dico, teneo illud bene. Cōmemora fidem tuā, inspice te: sit tanquā speculū tibi Symbolū tuū. Ibi te vide, si credis omnia, quæ te credere confiteris, & gaude quotidie in fide tua. Sint diuitiæ tuæ, sint quotidiana ista quodāmodo indumenta mentis tuæ. Nunquid non quando surgis te vestis? Sic & cōmemorando Symbolū tuum vesti animam tuā, ne fortè eam nudet abliuio, & remaneas nudus, & fiat quod ait Apostolus, quod absit à te: Si tamē vestiti, nō nudi inueniamur. Vestiti cū erim⁹ fide nostra: & ipsa fides & tunica est & lorica, tunica, cōtra cōfusionē, lorica, cōtra aduersitatē. Cū autē venerimus ad illū locū, vbi regnabimus, non opus est vt dicamus Symbolum: Deum videbimus, ipse Deus nobis visio erit, fideique merces erit, Deus noster. Conuersi ad Dominum, &c.

Oratio Dominica quotidie dicitur ad altare. Capvt xi. Symbolū Apostolicū sit nobis speculum. 2.Cor.5.

De illuminatione cæci nati, ac totius mundi cæcitate.

HOMILIA D. AVGVST. XLIII.

Cap. 1. Ioan.9.



Dominvs Iesus, sicut audiuimus cū sanctum Euangelium legeretur, aperuit oculos homini, qui cæcus erat natus. Fratres, si attendamus hæreditatiā pœnā nostrā, totus mūdus cæcus est. Ideo venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. Omnes cæcos nasci fecit, qui primū hom: inē decepit. Currant ad illuminatorē, currant, credāt, accipiant lutū dē saliua factum: Saliua quasi verbū est, terra caro est. Lauēt faciē in piscina Syloæ. Pertinuit autē ad Euangelistā exponere nobis quid significet Syloa, & ait, quod interpretatur missus. Quis est ipse missus, nisi qui dixit in ipsa lectione, Ego, inquit, veni, vt faciam opera eius qui me misit? Ecce Syloa, lauate faciem, baptizamini, vt & illuminemini, & videatis † quod antè non videbatis. Ecce primū ad hoc quod dictum est, oculos aperite. Ego, inquit, veni vt faciā opera eius qui me misit. Iam hic existit Arrianus, & dicit: Ecce videtis quia Christus non fecit opera sua, sed patris qui eum misit, Nunquid hoc diceret, si videret: hoc est, si in ipso qui missus est, tanquā in Syloa faciem lauaret? Quid ergo dicis? Ecce ipse, inquit, quid dixit? Veni vt faciam opera eius qui me misit. Non ergo sua? Non. Et quid est quod ait ipse Syloa, ipse missus, ipse filius, ipse vnicus quē tu quereris esse degenerem? Quid est quod ait, Omnia quæ habet pater, mea sunt? Tu dicis, quia opera aliena faciebat, quia dixit, Faciā opera eius qui me misit. Ego dico, quia pater res alienas habet, secundū cor tuū loquor. Vnde mihi vis præscribere quia dixit Christus, Veni, vt faciā opera eius: quasi non mea, sed eius qui misit me? Interrogo te Domine Christe, solue quæstionē sine contentione. Omnia, inquit, quæ habet pater, mea sunt. Ergo patris nō sunt, si tua sunt: non enim ait, Omnia quæ habet pater, dedit mihi: quamuis si & hoc dixisset, æqualitatem ostendisset. Sed molestū est quod dixit, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Si intelligis, omnia quæ habet pater, filij sunt, omnia quæ habet filius, patris sunt. Audi illū alio loco, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Finita est quæstio, de his quæ habet pater & filius. Concordiam habent, tu litigare noli, opera patris quæ dicit opera sua: quia & tua mea sunt, quia illi⁹ patris dicit opera cui dixit, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Ergo opera mea tua sunt, & opera tua mea sunt. Quæcunq; enim pater facit: ipse dixit, Dñs dixit, vnigenitus dixit, filius dixit, veritas dixit. Quid dixit? Quæcūque pater facit, hæc & filius facit similiter. Magna expressio, magna veritas, magna æqualitas. Omnia quæ pater facit, hæc facit & filius. Sufficeret, Omnia quæ pater facit, hæc facit & filius? Non sufficit, addo Similiter. Quare addo, Similiter? Quia solent dicere non intelligentes, & nondum apertis oculis ambulantes, solent dicere: Pater fecit iubendo, filius obsequendo, ergo dissimiliter. Si autē similiter, quomodo ille sic, ille sic? Quæ ille, hęc & iste. Sed iubet pater, inquit, vt faciat filius. Carnaliter quidem sapis, sed sine præiudicio veritatis. Cedo tibi, Ecce pater iubet, filius obsequitur. Nunquid ideo non est eius naturæ filius, quia ille iubet, ille obsequitur? Da mihi duos homines, patrē & filiū: homines sunt duo: qui iubet, homo est; qui obsequitur, homo est. Qui iubet & qui obsequitur, vnā habent candēmq; naturā. Nūquid ille qui iubet, nō de natura sua genuit filiū? Nūquid ille qui obsequitur, obsequendo naturā perdidit? Accipe ergo interim quomodo accipis duos homines, patrē iubentē, filiū obsequētē, tamē Deū & Deū: sed simul isti duo sunt homines, simul ille vnus Deus, hoc est diuinū miraculū. Interim si vis vt tecū agnoscam obsequiū, prius mecū nosce naturā. Hoc genuit pater quod ipse est. Sed si aliud genuit pater, quàm quod ipse est, non verū genuit filium. Pater dicit ad filium, Ex vtero ante luciferū genui te. Quid est, Ante luciferum? Per luciferum significantur tempora: Ergo ante tempora, ante omne quod ante dicitur: ante omne quod non est: vel ante omne quod est. Non enim ait Euangelium, In principio fecit Deus verbum: quomodo dixit, In principio fecit Deus cęlū & terram, aut in principio natum est verbū, aut in principio Deus genuit verbum. Sed quid ait? Erat erat verbum: audis erat, crede. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Totiens audis, Erat: noli quærere tempus, quia semper erat. Ille ergo qui semper erat, & cum filio semper erat, quia potens est Deus sine tempore generare. Ille dixit ad filium, Ex vtero ante luciferum genui te. Quid est, Ex vtero? Deus habuit vterum? Putabimus Deum per membra corporalia esse dispositum? Absit. Et quare dixit, Ex vtero, nisi vt intelligeretur de sua substantia genuisse?

Ibidem. al. qui. Arrianus. Capvt xii. Ioan.16. Ioan.17. Ibidem. Capvt xiii. Psal.109. Gen.1. Ioan.1.

genuisse? Ergo ex vtero hoc processit, quod erat ipse
qui genuit. Nam si aliud erat qui genuit, aliud autem
CAPVT IIII. ex vtero processit, monstrũ est, nõ filius. ERGO faciat
filius opera eius qui misit eũ, & pater opera filij. Certè
voluit pater, efficit filius. Ecce ostẽdo, quia vult filius,
& facit pater. Vbi ostendis, inquis? Modò ostẽdo. Pater
volo. Iam ego si calumniari vellẽ, ecce filius iubet; &
Ioan.17. al. Q. vis, dele omnipotentis volo? pater facit. Quid vis? Vt vbi ego sum, & illi sint mecũ.
Ioan.5. Euasimus, illic erimus vbi est. † Quis dicit? Omnipo-
tens. Volo. Audis voluntatem potestatis, audiet
potestatem voluntatis. Sicut pater, inquit, suscitat mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult, viuifi-
cat. Quos vult. Ne dicas, illos viuificat filius, quos iu-
bet pater vt viuificet. Quos vult viuificat. Ergo quos
vult pater, & quos vult ipse; quia vbi est vna potestas,
vna volũtas est. Habeamus ergo in corde non cæco,
patris & filij vnam eandémque naturã: quia verus est
pater, verus est filius. Quod est hoc genuit, quia geni-
CAP. V. tus non degenerauit. NESCIO quid potest moue-
re in verbis illius qui cæcus erat, & fortè multos non
bene intelligentes facit desperare. Ait enim inter cætera
sua verba, idem cui oculi aperti sunt: Scimus quia
peccatores Deus nõ exaudit. Quid facimus, si pecca-
tores Deus non exaudit? Audemus rogare deũ, si pec-
catores nõ exaudit? Date mihi qui roget, ecce est qui
exaudiat. Date qui roget, discutite genus humanũ ab
imperfectis ad perfectos. Ascẽde à verno ad æstatem:
hoc enim cantauimus, Æstatem & vernũ tu fecisti: id
Psal.71. Psal.138. est, spiritales & adhuc carnales tu fecisti, quia & ipse fi-
lius dicit, Imperfectũ meũ, viderunt oculi tui. Imper-
fectũ quod est in corpore meo viderunt oculi tui. Et
quid deinde? Habẽt spem qui imperfecti sunt; Habent
planè. Audi quod sequitur: Et in libro tuo omnes scri-
bentur. Sed fortè fratres spirituales rogant & exaudiun-
tur, quia peccatores nõ sũt. Quid faciũt carnales, quid
C faciũt? Peribũt? Deũ nõ rogabunt? Absit. Da mihi illũ
publicanũ. Veni publicane, sta in medio, ostẽde tuam
spem, ne infirmi perdant spem. Ecce enim ascendit pu-
blicanus cũ Pharisæo orare, & deiecta facie in terram
Lucæ 18. dicebat, longè stans, tundens pectus: Dñe, propitius e-
sto mihi peccatori. Verũ dixit, & descendit iustificatus
magis quã ille Pharisæus, quia dixit, Propitius esto mi-
hi peccatori. Verũ dixit, an falsum? Si verũ dixit, pecca-
tor erat, & exauditus est; & iustificatus est. Quid est er-
go quod dixisti tu, cui Dñs oculos aperuit, Scimus
quia peccatores Deꝰ nõ exaudit? Ecce peccatores Deꝰ
exaudit. Sed laua interiorẽ faciẽ tuam, fiat in corde, ꝙ
factũ est in facie tua, & videbis, quia peccatores Deus
exaudit. Fefellit te imaginatio cordis tui. Adhuc est
quod tibi faciat. Certè proiectus est iste de synagoga,
adiit ad eum, & dixit ei, Tu credis in filiũ Dei? Et ille
Ioan.9. Quis est, Dñe, vt credã in eũ? Videbat, & non videbat.
Videbat oculis: sed adhuc corde non videbat. Ait illi
Dñs: Et vides eũ, hoc est, oculis: & qui loquitur tecũ,
ipse est. Tũc prostratus adorauit eũ. Tũc lauit faciem
CAPVT VI. cordis. INCVMBITE ergo orationibus peccatis,
cõfitemini peccata vestra, orate vt depellãtur, orate vt
minuantur, orate vt vobis proficientibus ipsa deficiãt.
Tamẽ nolite desperare, & peccatores orate. Quis enim
nõ peccauit? à sacerdotibꝰ incipe. Sacerdotibꝰ dixit,
Prius offerte sacrificia pro peccatis vestris, & sic pro
populo. Sacrificia cõuincebant sacerdotes: vt si quis se
iustũ & sine peccato diceret, respõderetur ei, Nõ attẽ-
do ꝙ loqueris, sed quid offeras. Victima tua conuincit
te. Quare offers pro peccatis tuis, si nulla habes pecca-
ta? An offers sacrificiũ, an in sacrificio mẽtiris meo? Sed
fortè sacerdotes veteris populi peccatores erant, noui
populi nõ sunt peccatores. Certè, fratres, quia Deus
A voluit, sacerdos ipsius sum, peccator sum, vobis cũ pec-
tus tundo, vobis cũ veniã rogo, vobis cũ Deũ propitiũ
spero. Sed fortè Apostoli sancti, primi, summi arietes
gregis, pastoris mẽbra, pastores ipsi, fortè nõ habebãt
peccatũ. Verè habebãt & ipsi, habebãt: nõ irascuntur,
quia cõfitẽtur. Ego nõ auderẽ, ipsum primũ Dominũ
audi dicentẽ Apostolis: Sic oratẽ. Quomodo illi sacer-
dotes sacrificiis cõuincebantur, sic isti oratione. Sic o-
rate. Et inter cætera quæ iussit orare, & hoc posuit, Di-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus de- Matth.6.
bitoribus nostris. Quid dicũt Apostoli? Quotidie sibi
debita petunt dimitti. Debitores intrant, absoluti exe-
unt, & ad orationẽ debitores redeunt. Ista vita non est
sine peccato, vt quotiens oratur, totiens peccata dimit-
tantur. Sed quid dicã? Illi fortè quando didicerunt o-
rationẽ, adhuc infirmi erant. FORTE dicet hoc a- CAPVT VII.
liquis, quãdo illos docuit Dominus Iesus orationẽ, ad-
huc paruuli erant, infirmi erant, carnales: nondũ erant
spiritales qui nõ habẽt peccatũ. Quid ergo, fratres? Fa-
cti spiritales orare cessauerunt? Debuit ergo Christus
dicere, Modò talia orate, & dare spiritalibus alterã o-
rationẽ: vna est, ipsa est, ipse est qui dedit: ipsam ergo o-
rate in Ecclesia. Sed tollamus controuersiam, quando
dicis spiritales esse sanctos Apostolos, quousq; patere-
tur Dominus carnales erãt, hoc es dicturus. Denique
quod verũ est, illo pendẽte trepidauerũt, & tunc desperauerunt Apostoli, quãdo credidit latro. Petrus ausus
est sequi, quãdo Dominus ad passionẽ ductus est: ausus
est sequi, qui ad domũ peruenit, & in atrio fatigatꝰ est,
ad ignẽ stabat, & friguit. Ad ignẽ stetit, timore frigido
cõgelauit. Interrogatus ab ancilla, negauit Christum Mar.14.
semel: interrogatus iterũ, negauit: interrogatus tertiò,
negauit. Deo gratias, quia cessauit interrogatio: si non
cessaret interrogatio, diu repeteretur negatio. Ergo po-
C steaquã surrexit, tũc eos cõfirmauit, tũc facti sunt spi-
ritales, lã ergo non habebãt peccatũ. Spiritales Apo-
stoli scribebant spiritales epistolas, ecclesiis mittebãt.
Non habebãt peccatũ, hoc dicis: Non tibi credo, ipsos
interrogo. Dicite sancti Apostoli, posteaquam surrexit
Dominus, & confirmauit vos spiritu sancto misso de
cælo, cessastis habere peccatũ? Dicite nobis, obsecro.
Audiamus ne desperẽt peccatores, ne desinant rogare
Deũ, quia nõ sunt sine peccato. Dicite nobis. Ait vnꝰ
ipsorũ. Et quis? quẽ dominus amplius diligebat, & qui Ioan.13.21.
supra pectus Domini discũbebat, & regni cælorũ quod
ructuaret secretũ bibebat. Ipse eũ interrogo: Habeba-
tis pctũ, an nõ? Respondet, & dicit: Si dixerimus quia 1.Ioan.1.
pctũ nõ habemus, nosipsos decipimus, & veritas in no-
bis nõ est. Ioannes autem ille est qui dixit. In principio Ioan.1.
erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat
verbũ. Videte quanta transcenderat vt peruenirẽt ad
D verbũ. Talis ac tãtus qui volauit sicut aquila super nu-
bes, qui mentis serenitate cernebat, In principio erat
verbũ: ipse dixit, Si dixerimus, quia peccatũ nõ habe-
mus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est.
Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis &
iustus est, vt dimittat nobis peccata nostra, & mundet
nos ab omni iniquitate. Ergo orate.

De testimonio Christi, de Ioanne Baptista dicentis, In natis mulierũ nõ surrexit maior Ioãne Baptista: testimonio quoque Ioannis de Christo dicẽtis, Qui venit post me, maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Matth.11 Ioan.1.

HOMILIA D. AVGVST. XLIIII.

SANCTVS Ioannes, non Euangelista, sed CAP.I.
Baptista, missus est ante faciem Christi præ-
parare vias eius. Testimonium Christi de
Ioanne est, *In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Matth.11.
Testimonium Ioannis de Christo est,

Ioan.1. sto est, *Qui venit post me, maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere.* Vtrunq; testimoniũ confi-
A derem, quod perhibuit Dñs seruo, & quod perhibuit seruus Domino. Quod est testimoniũ Dñi de seruo? In natis mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista. Quod est testimoniũ serui de Dño? Qui venit post me, maior me est. Si ergo in natis mulierũ nõ surrexit maior Ioanne Baptista, quis maior est illo? Quid est Ioannes? Magnus homo: sed homo. Christus Ioanne maior: quia Deus & homo. Ambo mirabiliter nati, præco & iudex, lucerna & dies, vox & verbũ, seruus & dominus. De sterili seruus, de virgine Dominus. Ipse Dominus fecit sibi seruũ in vtero sterili, de sene patre, & de anicula matre. Et idẽ ipse Dominus fecit sibi carnẽ, in vtero virginis, sine homine patre, qui primũ fecit hominẽ sine patre & matre. Nemo surrexit in natis mulierũ maior Ioanne Baptista. Tam magnus visus est Ioãnes, vt à nonnullis eriã Christus putaretur: nec in superbia sua alienũ secutus est errorẽ, nec ausus est dicere, sum
B quod putatis: sed, quod bonũ erat ei, se agnouit, vt ad pedes Domini, & ad corrigiã calciamenti seruus humiliaretur, ne vento superbiæ lucerna extingueretur.

CAP.II. Natalis Ioannis Baptistæ cur celebretur. DENIQVE quia in magno sacramento natus est Ioãnes, ipsius solius iustè Ecclesia natalẽ diẽ celebrat: & natalis Domini celebratur, sed tanquã domini. Date mihi aliũ seruũ præter Ioannẽ inter Patriarchas, inter Prophetas, inter Apostolos, cuius natalem diẽ celebret ecclesia Christi. Passionũ diẽ seruis plurimis celebramus, natiuitatis diẽ nemini nisi Ioanni. Audistis enim quando Euangeliũ legebatur, qui ordo fuerit amborũ nascentiũ, præcursoris & dominatoris, & quod paulo antè dixi præconis & iudicis, vocis & verbi. An-
Lucæ 1. gelus Gabriel nunciat Ioannẽ, idẽ ipse angelus nunciat Dominũ Iesum Christum. Præcedit ille, præcedit obsequendo, sequitur ille regendo. Sequitur enim na-
C scendo, antecedit regendo: quia & ipsum Ioannẽ creauit Christus, post quẽ creatus est Christus, & creator & creatus. Creator ante matrẽ, creator matris, creatus
Ioan.8. in matre. Et quid dicam creator ante matrẽ? Ante Abraham ego sum, ipse dixit, Euangeliũ loquitur, audite vel legite. Sed parũ est ante Abraham creator, ante Adam creator, ante cælũ & terrã creator, ante omnes angelos; vniuersamq; creaturã spiritalẽ, thronos, dominationes, principatꝰ & potestates, ante omnia creator:
Ioan.1. quia in principio nõ est factũ verbũ: sed erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Si omnia visibilia & inuisibilia cælũ & terra, & virgo Maria: quia & virgo Maria de terra, & Christus factor terræ, factus in terra, quia ve-
CAPVT III. Psal.84. ritas de terra orta est. BREVITER ergo cõmendo
D charitati vestræ magnũ sacramẽtum: quũ multi futuri erant qui putarent Christũ non esse, nisi hominẽ, nihil esse amplius, quã hominem: ideo magnus homo, quo maior in hominibus non fuit, perhibuit ei testimoniũ Ioannes, subditus, inclinatus, humiliatus. In quantũ se humilẽ reddidisset, si soluere corrigiam calciamenti eius, dignũ se esse dixisset? Attẽdite in magno Christo, corrigiam calciamenti. Quantũ humilis extitisset, si se Ioannes dixisset dignũ? quod dicendo fecisset se indignum. Propterea notus est dies natiuitatis eius, & celebrationi ecclesiæ commendatus. Verũ interest plurimum in matribus, quòd illa virgo, illa mulier fuerit sterilis: illa de spiritu sancto pariens filium Dei pomini nostrũ, illa de viro suo sene pariens præcursorem
CAPVT IIII. Domini. MIRACVLO senis & humili responso virginis intendite. Non credidit Zacharias. Quomodo nõ credidit? Quęsiuit ab angelo per quid cognosce-

A ret quod promittebat, quoniam ipse erat senex, & vxor eius processerat in diebus suis. Et dixit ei angelus, Ec- Lucæ 1.
ce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant, propter quod nõ credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Idem ipse angelus venit ad Mariam, nunciat Christum nasciturum ex ea in carne, & Maria tale aliquid dicit. Ille enim dixit, Per quid cognoscam hoc? Ego enim sum senex, & vxor mea progressior in diebus suis. Et dixit ei, Ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc implebuntur, propter quod non credidisti verbis meis. Et accepit suppliciũ taciturnitatis, merito infidelitatis. Esa.40. Quid dixerat Propheta de Ioanne? Vox clamantis in eremo. Tacet Zacharias generaturus vocem. Quia non credidit tacuit, meritò obmutuit quousque vox nasceretur. Si enim rectè dictũ est, imò valde rectè dictũ est
Psal.115. in Psalmo sancto, Credidi propter quod locutus sum, quia non credebat, meritò non loquebatur. Sed rogo
B Domine cum audientibus me pariter pulso, aperi nobis, expone nobis quid sibi velit hæc quæstio. Causas quærit Zacharias ab angelo, per quid cognosceret quod nunciatum est, quòd senex erat, & vxor eius progressa in diebus suis, dicitur, Et quoniam non credidisti, eris tacens. Nunciatur Christus virgini Mariæ, & ipsa causam quærit, & dicit angelo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et ille: Per quid cognoscam hoc? Ego enim sum senex, & vxor mea progressior in diebus suis. Isti dicitur, Tacebis, quia non credis: illi autem causa exponitur, silentium non imponitur. Quomodo fiet istud, dum virum non cognosco? Et angelus professus est virgini, Ecce quomo-
do fiet quod quæris, Spiritus sanctus superueniet in Luc.1.
te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Non timeas æstum libidinis, sub tantæ vmbraculo sanctitatis. Quare
C hoc? Si verba attendamus, haud ambo crediderunt, Zacharias & Maria. Sed nos verba valemus audire; Deus potest & corda interrogare.

INTELLIGIMVS, charissimi, quoniam Zacharias CAP.V.
quando ait, Per quid cognoscam hoc, ego enim sum senex, & vxor mea progressior in diebus suis, desperando dixit, nõ inquirẽdo: Maria verò quãdo econtra ait, Quomodo fiet istud, quoniã virũ nõ cognosco, inquirẽdo dixit, nõ desperando. Dũ interrogauit, nõ de promissione dubitauit. O verè gratia plena! sic est enim ab angelo salutata, Aue gratia plena. O verè gratia plena, quis hanc gratiã explicet? Quis huic gratiæ gratias agendo sufficiat? Fit homo, & per liberũ arbitriũ perit homo, & inuenitur homo factus qui fecit, ne periret quem fecit. In principio verbũ Deus apud Deum, per quod omnia facta sunt, fit caro: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Caro fit verbum, sed caro ac-
D cedit ad verbum, non perit in carne verbum. O gratia, vt hoc haberemus, quo digni non eramus. Sed videte quid dicat sancta Maria, plena fide, plena gratia, mater futura, virgo permansura. Quid dicit inter cætera? De quibus singulis loqui, valde multum est.

QVID ait? Esurientes impleuit bonis, & diuites di- CAPVT VI.
misit inanes. Qui sunt esurientes? Humiles, indi- Luc.1. Qui esurientes, qui diuites.
gentes. Qui sunt diuites? Superbi & inflati. Non vos longè mitto: ostẽdo vobis in vno tẽplo diuitẽ de his qui dimittũtur inanes, & pauperẽ de illis qui implẽ- Luc.18.
tur bonis. Ascenderũt duo in tẽplum vt orarent, vnus pharisæus, & alter puplicanus. Pharisæꝰ dicebat. Quid dicebat? Attẽde diuitem indigesta tuctantem, crapulam exhalantem, nõ iustitiæ, sed superbiæ inhiantem. Deus, inquit, gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, sicut publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ

possideo. Rogare veneras, an te laudare? Totum te habere dixisti: nihil tanquã egenus petisti. Quomodo ergo orare venisti? Gratias tibi ago Dñe. Non dicit, Dñe da mihi gratiam: qui non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri. Ergo tu solus iustus? Quia non sum sicut publicanus iste. Insultas, non exultas. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. O diuitem exinaniendum! VENI, veni pauper, esuriẽs publicane: imò ibi sta vbi stas. Publicanus enim de lõginquo stabat: sed Dñs humili appropinquabat. Nec oculos ad cælũ audebat leuare. Quò oculos non leuabat, ibi cor habebat. Sed percutiebat pectus suum, dicens, Dñe, propitius esto mihi peccatori. O esurientẽ boni implẽdum? Audisti Domine controuersiam, prome sententiam. Audite sentẽtiam inter partes prolatã. Non appellat victus, quia non est ad quẽ. Non enim appellat à filio ad patrem. Deus enim pater nõ iudicat quenquã: sed omne iudicium dedit filio. Dicat ergo sententiam inter partes veritas. Amen, inquit, dico vobis, quia descendit hic iustificatus de tẽplo, magis quã ille Pharisæus. Quare hoc? Rogo te qui iustitiã vis audire. Quoniã omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. A quo iste exaltabitur? Qui se exaltat, humiliabitur: quia esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Vade nunc, & ventila diuitias tuas: iacta te, & die, Diues sum. Quã diues? Si volo, iustus sum; si nolo, iustus non sum. In potestate habeo iustum esse, & iustũ non esse. Non audis in Psalmo, Qui cõfidunt in virtute sua? Ergo Deus tibi carnẽ, Deus tibi sensum, Deus tibi animã, Deus tibi mentẽ, Deus tibi intelligentiã dedit: tu das tibi ipsi iustitiam? Quid est caro, quid sunt sensus, quid est anima, quid est mens, quid est intelligentia sine iustitia? Nonne omnia ista si iustitia careant, ad pœnã valebunt? Ergo tam diues es, vt cùm Deus tibi dederit inferiora, des tibi potiora? Male diues, exinaniende diues: si tamen habes quod te dixisti habere. Quid habes, quod nõ accepisti? Nec saltem à superbo & diuite illo Pharisæo, de his quæ te habere dixisti, gratias Domino agere didicisti.

Capvt vii.
Ioan. 5.
Pelagiani.
Psal. 48.
1. Cor. 4.

De eo quod scriptum est in Actibus Apostolorum, Quòd Petrus circa horam sextam ascenderat in cœnaculum, & cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem discipulis, ille factus est in excessu mentis, & vidit vas grande, velut linteum magnum, &c.

Act. 10.

HOMILIA XLV.

Erit in appendice sermo XIX.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Psal. 117.

HOMILIA XLVI.

Erit in appendice sermo XX.

De remediis peccatorum.

HOMILIA XLVII.

Tobiæ 4.

EMEDIA peccatorũ, fratres, medicina est eleemosynarum. Eleemosyna enim à morte liberat, & non patitur hominẽ ire in tenebras. Patrocinatur in die iudicij homini vt flammas æternas non timeat. Sicut Iacobus in epistola sua dicit: Superexaltat misericordia iudicium. Et iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Sed talis debet esse ipsa misericordia, fratres, quę suscipiatur, non quæ repellatur: quæ peccata purget, nõ quæ animã grauet. De bono, de iusto labore, de ꝓpria facultate, nõ de pauperũ egestate. Fratres, nõ vult Deus hominẽ à misericordia cessare, nec libenter aspicit Deus quenquã de fraudibus dantẽ: sicut Salomon propheta dicit, Honora Dominum Deum tuũ de tua substantia, ac de iustis laboribus tuis. De iustis laboribus iussit dari, de iniustis verò rapinis prohibuit dari. Sed cũ iudicare cœperit Deus, dicturi sunt hi qui de fraudibus viuunt, & de spoliis miserorũ eleemosynam faciunt: Domine, præcepta tua seruauimus, & in nomine tuo misericordias fecimus, pauperes pauimus, nudos operuimus, & peregrinos hospitio recepimus. Quibus dicturus est deus: Quod dedistis, dicitis; quod rapuistis, nõ dicitis. Quos pauistis, memoramini: quare non recordamini quos necastis? Quos operuistis, gaudent; quos expoliastis, plangunt. Quos hospitio recepistis, retinetis: & obliti estis quantos de suis habitaculis expulistis. Ego misericordiam fieri iussi, fraudes & rapinas exerceri non mandaui. Vnus repletur panibus, quẽ de rapinis satiasti, & benedicet Dominus non te, sed eum quẽ necasti. Ille miser necatus ingemuit, & exaudiuit gemitũ eius qui vidit quod feceris ei. De malo acquiris & gaudes; rapis, & lætaris; pauper rogat, & cõtristaris; prandiũ paras, & tales ad tuũ prandium vocas, qui tibi vicẽ rependant. Ornas conuiuiũ, ne quid desit, & cũ amicis tuis epularis, & ante ianuam tuã rogantẽ pauperem non audis. Tu diuersis bonis repleris, & egenti nõ misereris. Multis epulis distentus, & multo vino madidus, pauperem rogantẽ contemnis. Oblitus es dictũ Prophetæ, dicẽti: Qui, inquit, auerterit aurẽ suã ab egeno, & ipse inuocabit Dominũ, & non exaudiet eum. Inclina aurem tuã, audi egentis vocem & fame pereũtis, vt & tuã vocẽ Deus exaudiat tribulantis. Da, de quo dederit tibi Deus. Ipse te diuitem fecit, ideo redde illi quod suum est. Ipse se dicit accipere quod pauperibus datur, sibi collatũ conclamat, quod in corde pauperis fuerit seminatũ. Sicut in Euangelio dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui recipiant vos in æterna tabernacula. Ecce habes, Christiane, æternũ tabernaculũ, si dederis pauperibus victum. Si quid das, illuc transmittis, tibi in futuro repones: nõ vnde carnaliter satureris, sed vnde spiritaliter glorieris: non vnde ventrem repleas, sed vnde flammas extinguas, quia scriptũ est, Eleemosyna à morte liberat, & nõ patitur hominem ire in tenebras. Misericordia est, fratres, quæ iram Dei auertit, & peccata dimittit, ignes futuros extinguit. Sicut Salomon dicit, Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna resistit peccatis. Da ergo egenti, confer nõ habenti, succurre fame pereunti. Crudele est, vt de quo habes, non des ei quem scis non habere. Graue est, vt de tua abũdantia nõ sustentes egentis inopiam. Vnde semper flagellamur in frugibus: quia bene egentibus non facimus. Reuera si cõsideres homo vnde damna, vnde pericula, vnde calumniæ, nisi de sterilitate nostra. Tu nõ das indigenti quod potes, q̃ te non grauat; venit vna calumnia, & perdes q̃ non habes. Ventre pleno ambulas, & vacuũ pauperis ventrẽ non consideras. Bene est tibi de bonis Dei, nihil indiges, honestis vestibus veteris, & nudũ & trementẽ frigore nõ vestis. Si tibi dicat Deus: Teipsum ego feci, q̃ viuis meũ est, quod habes ego dedi, & ingratus es: aufero quæ dedi, nego q̃ donaui, dimitto te quem feci, & sine me viue, si potes? Plus tibi didi, vt haberes vnde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc, vt te probarẽ: non quia ambobus nõ habui vnde darem, sed per pauperẽ volui te probare. Ego sum qui diuitẽ & pauperẽ feci, prærogatorẽ te cõstitui in bonis meis, rac misericordiã, quia nihil perdes: & me, qui tibi dedi, non offendes. Da, quid dubitas? Quia si dederis, ego plura dabo. Quid tibi soli vindicas, q̃ ambobus dedi? Quare tu solus comedis, q̃ ambobus creaui? Quasi tuo labori hoc assignas, aut tuum esse putas? Aufero auxilium meum, habeo laborem

Iacobi 2.
Prouer. 3.

tuum:

tuum: aufero misericordiam meam, & tunc apparebit miseria tua. Ad hæc quid dicturus es miser? Miser es, qui miseros non vides, & eris solus. Bestiis, & pecoribꝰ, animalibus, auibus, serpentibus, cõmunis est cibus, & tu homini negas victũ? Sed credo, ideo nõ das, ne dãdo finias, ne prærogando deficias. Qui hæc cõsideras, finẽ vitæ tuę non consideras? Et si pecunia non finitur, vita tamẽ finitur: & quãdo nõ speras, ad te venitur. Sic non consideraũit ille diues, qui abundantia torquebatur, & quasi inopia querebatur. Quid faciã, inquit, quia non habeo vbi fructus meos cõgregẽ? Et audiuit vocẽ Domini dicẽtis: Stulte, anima tua auferetur à te hac nocte: quæ præparasti, cuius erũt? O vanitas huius diuitis! nescit si viuat, & de fructibus cogitat, nocte moriturus fabricare disponit. Ecce audisti & tu Christiane, quid timeas. Fac misericordiã. Quid dubitas? Non te descrit, qui te prærogatorem constituit. Ipsius est enim vox in Euãgelio arguẽtis incredulos & dicentis, Considerate volatilia cæli, quoniam non seminant neque metunt, quibus non sunt cellaria, & pater vester cælestis pascit illa. Si quęcũq; habes, tua esse dicis, si potes, constitue propter fures in domo tua vigiles, fode foueas, abscõde diuitias, fac tibi loculos & arcas vbi reponas, cõtra Dei voluntatem tene, habe, viue, si potes. Ergo, fratres, faciamus misericordiam, pascamus esurientes, nudos operiamus, peregrinos hospitio recipiamus. Bene ergo facientes non deficiamus, vt tempore suo metamus vitam æternam in sęcula sęculorum, Amen.

Lucæ 16.
Tobiæ 5.
Eccl. 3.
Matth. 6.

De eo quod Dominus ait in Euãgelio, Hominis cuiusdã diuitis vberes attulit possessio fructꝰ, & cogitauit apud se, dicẽs: Quid faciam, quoniam non habeo quò colligã fructus meos, &c.

HOMILIA XLVIII.

Cap. 1. Lucæ 12.

HOMINIS *cuiusdam diuitis vberes attulit possessio fructus, & cogitauit apud se, dicẽs: Quid faciam, quoniã non habeo quò colligã fructus meos? Et dixit: Hæc faciã, destruam apothecas meas, & horrea, & maiora ædificabo. Illuc cõgregabo fructus meos, & dicã animæ meæ: Habes multa bona repasita, gaude & iocũdare. Dixit autẽ illi Deus: Stulte, hac nocte exposcitur à te anima tua: ea quæ cõgregasti, cuiꝰ erũt?*] O cęcitas auari, fratres dilectissimi: vna nox ei supererat, & de multorũ annorum vita satagebat: Gaudebat, quia multũ sibi nascendũ videbat, & non sciebat quia nihil secum tollebat, sed hic omnia dimittebat. Nox ei vitã fugabat, & de crastino cogitabat. Quod in aliis spectabat, in se non sperabat. Vtiq; videbat & ille moriẽtes, videbat possidẽtes, videbat neminẽ secũ tollere terrã. Quãti sunt & modò qui dicũt, Tantũ habeo, tantũ facio, tantum valeo. Quibus respõdendũ est, Stulte, hac nocte anima tua auferetur à te: quæ cõgregasti, cuiꝰ erunt? Lętatur diues stultus, nocte moriturus. Quantũcunq; cupiditas radices suas vbique distendat, quãtũcunque rapiat, necesse est in vna hora totũ dimittat. Sed dicturꝰ es: Habeo filios quibus laborẽ, habeo quibus prospiciam, habeo quibꝰ curã maximã gerã. Quã curã geris filiorum, vt eos obruas lachrymis miserorũ? Non est hoc filios amare, sed potius necare. Nescis quia arbor in fruge dignoscitur? Nescis quia quod in radice celatur, in ramis declaratur: & quod latet in foliis, enitescit in pomo? Nolo te talẽ patrẽ sentiant filij tui, nolo sic prouideas, vt magis inuideas. O quãti pauperes nascũtur, & postmodũ diuites efficiũtur: quanti quibus magna hęreditas dimittitur, & postmodũ ad penuriã rediguntur! Si ergo Dei est pauperẽ facere, Dei est & ditare, cur prouidus filiorum existis? Cur rapis, qui post te ne fortè maneãt nescis, & tibi perpetuam pœnã nutris, & filiis tuis dolorẽ dimittis? Dicit enim sapientissimus Salomon. Qui cõgregat aliena, relinquit filiis dolorẽ. Et rursum dicitur in Psalmis: Vetuntamen in imagine pertransit homo, vanè conturbatur. Thesaurizat, & nescit cui cõgregat ea. Quid thesaurizas auare, quod nescis? Quid auri argentique põdere delectaris, & cõdis? Quid imaginem regis sculptã seruas in solidis, & imaginẽ Dei in hominibus detestaris? REDDE, dictũ est, Cęsari quę sunt Cęsaris, & Deo quę sunt Dei. Maiores nostri ideo copiis omnibus abundabãt, quia Deo decimas dabãt, & Cæsari cẽsum reddebãt. Modò autẽ quia discessit deuotio Dei, accessit inductio fisci. Noluimꝰ partiri cum Deo decimas, modò autẽ totũ tollitur. Hoc tollit fiscꝰ, quod nõ accipit Christus. Hoc magis datur, quod pauperibus non erogatur. Noli, inquit Salomon, parcere thesauris tuis. Tribuẽdæ sunt eleemosynæ pro modo & quãtitate, sicut scriptũ est, Prout habueris, fili, fac eleemosynã. Si exiguũ habueris, ex ipso exiguo cõmunica esuriẽti. Abscõde eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ad Dominũ. Sed dixisti, habeo quibus dimittã. Pone quia habebunt filij tui quod dimittis: Tu nihil habebis, quia nihil ante te misisti. De filiis curã gessisti, tibi autẽ nõ profuisti. Ecce post te trãsierũt & isti filij, sine causa cucurristi, cũ Apostolꝰ dicat: Nihil intulimus in hũc mũdũ, verum nec auferre quid possumꝰ; quia Dñi est terra, & plenitudo eiꝰ. AVDIS, Sursum corda, & curas dicere, Habemus ad Dominũ. Si aliquid illuc misisti, habes quod ibi quæras. Si nihil misisti sursum, nõ habes quod ibi quęras. In terra vbi posuisti, ibi quęre. Quia scriptũ est, Vbi est thesaurꝰ tuꝰ, ibi & corꝰ tuũ. Et Deus tibi audi quid dicat. Quid? Vis fœnerari, vis minus dare, & plꝰ accipere. Ecce mihi da, dicit Dominus: ego accipio minus, & dabo plus. Quẽ quæris vnde crescat pecunia? Hominẽ quæris; qui quãdo accipit, gaudet; quãdo reddit, plangit. Vt accipiat, precatur; ne reddat, calũniatur. Da quidem homini, & noli auertere faciẽ tuã ab eo qui mutuò petit, sed accipe quantũ dedisti: nã & beneficiũ perdidisti. Et si hoc ipsum quod datturus es exigatur, fortè ad manũ nõ habet vnde reddere possit: pertulisti petentẽ, expecta non habẽtẽ. Noli clamàre & dicere, Nũquid fœnus quęro? Tantũ peto quantũ dedi, hoc recipiã. Non es mẽtitus, verũ dicis: nõ es fœnerator, & vis cui dedisti quęrat fœneratorem, vt tibi reddat. Sed si propterea fœnus non exigis, ne te fœneratorẽ iudicet Deus, premis, suffocas, exigis: si tantũ exigis quantũ dedisti, suffocando tamẽ & in angustiis retinendo, beneficiũ non prętitisti, sed maiores angustias intulisti. Sed fortè dicis, Habet vnde reddere possit. Habet possessionem, vendat. Habet domum, vendat. Habet familiam, vendat. Frater tuus quando à te petiit, ideo petiit ne venderet, propterea nõ fecit, quia subueniſti ne fieret. Hoc vult Deus, hoc iubet Deus. Sed si auarus es, modò audi quid ipse Dominus in Euangelio dicat, Stulte, hac nocte exposcitur anima tua à te: ea quæ præparasti, cuius erunt? Sic est omnis qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.

Cap. 11.
Matth. 22. 16. 9. 7. maiores.
Eccl. 29.
Tob. 4.
Eccl. 29.
1. Tim. 6.
Psal. 23.
Capvt iii.
Matth. 6.
Lucæ 15.

De eo quod Apostolus dicit, Legatione fungimur pro Christo.

2. Cor. 5.

HOMILIA D. AVGVST. XLIX.

Beda 1. Cor. 7. vocat Sermonem ad coniugatos.

APOSTOLVM auduimus nobis dicentem, *Legatione fungimur pro Christo, exhortantes recõciliari vos Deo.* Non exhortaretur vt reconciliaremur, nisi inimici fuissemꝰ. Ergo erãt totus mundus inimicus Saluatori, amicus captiuatori: hoc est, inimicus Deo, amicus diabolo. Et totũ genus humanum, tanquã ista mulier, curuatum erat ad terrã.

Cap. 1.

Psal.52. Iã intelligẽs quidã inimicos istos, clamat aduersus eos, & dicit Deo, Curuauerũt animã meã. Qui? Diabol⁹ & angeli ei⁹ animas hominũ curuauerũt ad terras, id est, vt pronæ in ea quæ temporalia sunt & terrena, superna non quererẽt. Nã vtique hoc dicit Dominus de muliere ista, quã alligauerat satanas ecce decẽ & octo annis: & iã oportebat eã solui à vinculo suo, & solui in die sabbati. Calũniabantur autẽ erigẽti, qui nisi curui? Quandoquidẽ & ipsi quæ Deus præceperat nõ intelligẽtes, terreno corde intuebantur. Sacramentũ enim baptismi carnaliter celebrabant, spiritaliter non videbant.

Cap.11. Dist.34. audite. AVDITE charissimi, mẽbra Christi, & matris catholicæ filij. Quod dico cõpetentibus audiant fideles, audiãt & pœnitẽtes: quod dico fidelibus, dico & cõpetẽtibus & pœnitentibus, audiant catechumeni, audiant omnes: omnes timeant, nemo contemnat. Sit mihi in consolationem vester auditus, ne sit vobis in testimoniũ dolor meus. Cõpetentibus dico, Fornicari vobis non licet. Sufficiant vobis aut vxores, aut nec vxores: concubinas vobis habere nõ licet. Audiat Deus, si vos surdi estis; audiant angeli eius, si vos contẽnitis: Cõcubinas vobis habere non licet. Si audiãt cõpetẽtes quod dico fidelibus, non habetis vxores, nõ licet vobis habere cõcubinas, quas postea ducatis vxores; quãto magis damnatio vobis erit, si habere voluerit is & concubinas, & vxores dimittatis? Non vobis licet habere vxores, quarum priores mariti viuunt. Nec vobis feminæ habere viros licet, quorũ priores vxores viuunt. Adulterina sunt ista cõiugia, nõ iure fori, sed iure cæli. Nec eã feminã quæ per repudiũ discessit a marito, licet vobis ducere viuo marito. Soli⁹ fornicationis causa licet vxorem adulteram dimittere, sed illa viuẽte non licet alterã ducere. Et vobis feminæ nec illos viros, à quibus per repudium discesserunt vxores eorũ, maritos habere cõceditur. Nõ licet, adulteria sunt, nõ coniugia. Cõtẽnitur Augustinus, timeatur vel Christus. Nolite imitari turbã malorũ infideliũ, filij mei: nolite sequi vias latas, quarũ finis ad interitũ ducit. Qui baptizatus fuerit, aut cõtinẽtiã Deo voueat, aut permaneat cũ vxore

Capvt xii. sua: aut si nõ habet, ducat vxorẽ. AVDITE me fideles, id est baptizati. Quare moriemini iã renati? Quãdo baptizati per vias tortuosas & lubricas & immundas itis, nescitis quia peritis? Filij mei, credite. Non vultis credere? Quid vobis facio qui fideles estis, & audistis me? Si fortẽ talia cõmisistis, nolite addere: & vt vobis De⁹ ignoscat, orate. Si nõ potuistis habere, vel noluistis pudicitiã cõiugalẽ seu cõtinentiã, & deuiastis à proposito vel vinculo cõiugali, vel deuotione cõtinentiæ, sit in vobis dolor & humilitas pœnitẽtiæ. Apertius dico: nemo dicat, Nõ intellexi. Qui post vxores vestras vos

De pœ. dist. 1.ca.agite. illicito concubitu maculastis, si præter vxores vestras cũ aliqua cõcubuistis; agite pœnitẽtiã, qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat, Occultè ago, apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est,

Matth.18. Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cęlo? Ergo sine causa sunt claues datæ Ecclesiæ Dei? Frustramus Euãgeliũ Dei, frustramus verba Christi? Promittimus vobis quod ille negat? Nõnne vos decipimus? Iob dicit: Si

Iob.31. erubui in cõspectu populi confiteri peccata mea. Talis iustus thesauri diuini obryzi, tali camino probatus ista dicit, Et resistit mihi filius pestilẽtię, & erubescit genu figere sub benedictione Dei? quod nõ erubuit imperator, erubescit nec senator, sed tãtum curialis? Superba ceruix, mẽs tortuosa, fortassis, imò quod nõ dubitatur, ꝓpterea De⁹ voluit vt Theodosi⁹ imperator ageret pœnitentiã publicã in cõspectu populi, maximè quia peccatũ eius celari non potuit, & erubescit senator, quod nõ erubuit imperator? Erubescit nec senator, sed tantũ curialis, quod non erubuit imperator. Erubescit plebeius siue negotiator, quod non erubuit imperator? Quæ ista superbia est? Nõnne sola sufficeret gehẽnæ, etiã si adulteriũ nullum esset? POSTREMÒ, fratres Capvt iiii. mei, audiũt me viri, audiũt me feminæ, quid ad me irascimini? Vtinã faciatis quod scriptũ est, Irascimini, & Beda 1.Cor.7. nolite peccare. Timere debeo, ne cõtingat mihi quod Psal.4. contigit apostolo Paulo, quod modò cùm legeretur, si intẽti fuistis lectioni, audistis: Ergo inimicus fact⁹ sum Gal.4. vobis verũ prædicans? Et si ita est, fiat. Si necesse est, vt inimicus sim vobis, melius vobis opto esse, quã iustitię. Cõmendo vos custodiendos etiã vxoribus vestris. Filiæ meæ sunt, sicut & vos filij mei estis. Audiãt me: Zelẽt viros suos, non sibi seruent vanam gloriã, qua solẽt à maritis impudicis matronæ laudari, quia impudicitiã virorũ suorũ æquo animo ferũt. Nolo autem talem patientiã habeant Christianæ mulieres, prorsus zelent viros suos: nõ propter carnem suã, sed propter animas illorũ. Omnino ego moneo, ego præcipio, ego iubeo: 1.Cor.7. Episcopus iubet, Christ⁹ in me iubet. Nouit ille in cui⁹ cõspectu ardet cor meũ. Ego, inquã, iubeo. Nolite viros vestros permittere fornicari. Interpellate contra illos Ecclesiã. Nõ dico iudices publicos, nõ proconsulẽ, nõ vicarium, non comitẽ, non imperatorẽ: sed Deum patrem, & Christũ, & Spiritum sanctum. In cæteris omnibus ancillę estote virorum vestrorũ, subditę ad obsequiũ. Nulla sit in vobis proteruitas, nulla superbia, non contumeliosa ceruix, non aliqua inobedientia: prorsus tanquam ancillæ seruite. Sed vbi ventũ fuerit ad illud negotiũ, vbi vos Apostolus æquauit, dicens, Vxori vir 1.Cor.7. debitum reddat, similiter & vxor viro; subintulit, Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir. Quid te extollis? Audi quod sequitur. Similiter & vir non habet corporis sui potestatem, sed mulier. Vbi ad hoc ventũ fuerit, clamate pro re vestra. Aurũ tuum vendit maritus pro necessitate sua: ferto femina, ferto ancilla, noli litigare, noli cõtradicere. Cõtẽptusauri tui, dilectio est viri tui. Si villam tuã pro necessitate sua vẽdat, quæ est & tua: (nõ enim potest esse eius quæ non sit tua: si est charitas in te, quæ debet esse in vxore,) ferto patiẽter: & si dubitat, tu offer, contemne omnia propter amorẽ viri tui. Sed castum opta, pro castitate litiga. Patienter pereat villa tua, non anima ipsius te patiente pereat.

Cap.v. NON dico viris, vt in hac causa zelent vxores suas. Scio, quia faciunt, noui. Quis ferat vxorẽ adulterã? & De verb. imperatur feminæ vt ferat adulterũ virum? O iustitia! Do.ser.46. Quare rogo te? Quare? Quia ego sum vir. Vir es? in fortitudine tua probemus, quia vir es. Vir es? vince libidinem. Quomodo vir, quo vxor est fortior? Tu es caput mulieris vir, verum est. Si caput est, ducat, vxor sequatur. Sed vbi recta est domus, caput mulieris vir. Si caput es, duc: sequetur illa caput suum. Sed vide quò eas. Noli ire quò nõ vis vt sequatur: noli ire quò times pedissequam, ne in foueã simul ruatis: ne cũ tu facis; doceas quod facis. Doleat tibi anima, si in foueã adulterij ambo ruatis. Doleat tibi, si tu solus ruas. Zelas, non vis vt tuat illa, time tu, noli ruere. Nolite autẽ pudicissimę feminæ imitari impudicos viros vestros. Absit à vobis: Aut vobiscũ viuant, aut soli pereãt. Impudico marito nõ debet mulier pudicitiã, sed Deo illã debet, Christo illã debet. Nõ propter illum faciat qui nõ meretur, sed propter Christũ faciat. Pretiũ suũ attẽdat, tabulas suas legat. Postremò quod libet sentiat, qui fortè indignatur, quia talia disputo: scio namque qui sapiunt, amant inde me: quia non sine causa scriptũ est, Corripe sapiẽtem, & amabit te; corripe insipientẽ, & adiiciet odisse Pouer.9. te. Non dixit, Incipiet, sed Adiiciet: quia iam oderat.

Ego

Ego scio quia sapientes amant me, in hoc à communione se cohibeant qui sciũt quia noui peccata ipsorũ, ne de cancellis proiiciantur. Quorum autẽ nescio, hos corã Deo conuenio. Agãt etiã ipsi pœnitentiã suam, & deinceps ab immũditia abstineãt fornicationũ suarũ.

Capvt vi. POENITENTIBVS dico, Quid est quod agitis? Scitote, nihil agitis. Quid ꝓdest quia humiliamini, si non mutamini? Catechumenis dico, Exardescite volũtate ad percipiendã gratiã. Sed eligite vobis in Ecclesia Dei quos imitemini. Si nõ inueneritis, hei mihi Deus me⁹, quid est quod dico, si non inueneritis? Ergo in populo Dei nõ est quẽ inueniatis? Per tot annos, tot homines sine causa baptizauim⁹, si non ibi sunt qui seruẽt quod acceperũt, qui custodiant quod audierũt? Absit hoc à me vt credã. Melius esset, non vobis essem Episcopus, si hoc ita est. Sed spero esse, credo esse. Inde est autem misera cõditio mea, quia plerunque cogor adulteros nosse, castos nosse nõ possum. In occulto est vnde gaudeam, in publico est vnde torquear. Ergo desiderate gratiã Dei, & eligite quos imitemini, cũ quibus viuatis, 1.Cor.15. cũ quibus colloquia dulcia charitatis habeatis. Nolite susurrationes malas amare. Corrũpunt mores bonos colloquia mala. Viuite sicut spicæ inter zizania: ferte tribulationes hui⁹ sęculi, sicut grana in arca. Veniet vẽtilator, nemo sit passim in hoc sęculo separator, Amẽ.

De vtilitate ac necessitate pœnitentiæ.

HOMILIA D. AVGVST. L.

Beda vocat librum de pœnitentia, 1.Cor.5. & 6.ac alibi sæpius.

Cap.i. 

Iacobi 4. VAM sit vtilis & necessaria pœnitẽtiæ medicina, facillimè homines intelligũt, qui se homines esse meminerũt. Scriptũ est enim Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat

Lucæ 18. gratiã. Et Dñs in Euãgelio dicit. Quoniã qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur: magisq; iustificatus descẽdit de tẽplo publican⁹ ille peccatorũ confessione solicitus, quã Pharisæus meritorũ enumeratione secut⁹. Quãuis enim & ipse gratias egerit Deo, dicẽs, Gratias tibi ago Deus, quoniã nõ sum sicut cęteri homines, iniusti, adulteri, raptores quomodo & publican⁹ iste: Ieiuno bis in sabbbo, decimas do omniũ quæ possideo: tamẽ ille ei prælatus est, qui de lõginquo stabat, neq; oculos audebat ad cælũ leuare, sed percutiebat pectus suũ, dicẽs: Deus, propitius esto mihi peccatori. Nõ enim ille Pharisęus tã sua sanitate quã morborũ alienorũ cõparatione gaudebat. Vtilius autẽ illi erat; quoniã ad medicũ venerat, ea de quib⁹ egrotabat, cõfitendo mõstrare, quã dissimulare à vulneribus suis, & de cicatricib⁹ alienis audere gloriari. Nõ ergo mirũ, si publicanus magis curatus abiessit, quẽ nõ puduit ostẽdere quòd dolebat. In rebus quippe visibilib⁹, vt excelsa quisque cõtingat, in excelsum erigitur. Deus autẽ cùm sit omniũ excellentissimus, nõ elatione, sed humilitate cõtingitur. Vnde ipse Propheta dicit, Propè est

Psal.33. Psal.137. Dominus his qui obtriuerunt cor. Et iterum: Excelsus Dominus, & humilia respicit: & excelsa à longè cognoscit. Excelsa ipsa posuit pro superbis. Illa ergo respicit, vt attollat; ista cognoscit, vt deprimat & deiiciat. Cùm enim ait, quòd à longè excelsa cognoscit, satis eum ostendit humilia de proximo attẽdere, ipsum tamen Dominum excelsum esse prædixit. Solus enim Deus arrogans non est, quantacunque se prędicatione laudauerit. Non ergo se arbitretur ab oculis Dei abscondi quantacunque superbia: Deus enim excelsa cognoscit. Nec se rursus Deo coniunctam putet: excelsa enim à longè cognoscit. Quisquis itaque pœnitentiæ recusat humilitatem, Deo propinquare non cogitat. Aliud est enim, leuare se ad Deũ; aliud est, se leuare contra Deum. Qui ante illũ se proiicit, ab illo erigitur: Qui aduersus illũ se erigit, ab illo proiicitur. Alia est enim soliditas magnitudinis, alia est inanitas inflationis. Qui foris tumescit, intus tabescit. Qui eligit abiici in domo dei, magis quã habitare in tabernaculis peccatorũ: eligit illũ Deus vt inhabitet in atriis eius, & nihil sibi assumentẽ, ille in sedẽ beatitudinis assumit. Psal.83. Vnde in Psalmo suauissimè & verissimè canitur, Beat⁹ vir, cui⁹ est susceptio abs te Dñe. Nẽ putes eũ qui se humiliat semper iacere, cũ dictũ sit, Exaltabitur: & ne opinetur ei⁹ exaltationẽ in oculis hominũ per sublimitates fieri corporales: cùm enim dixisset, Beatus vir, cuius est susceptio eius abs te Domine, cõsequẽter † connexuit al. annectit & ostendit eiusdem susceptionis celsitudinẽ spiritalẽ. Ascẽsus, inquit, in corde eius disposuit in cõualle plorationis, in locũ quẽ disposuit. Vbi ergo disposuit ascẽsus? In corde, in cõualle scilicet plorationis: hoc est, qui se humiliat, exaltabitur. Sicut enim ascensus exaltationẽ indicat: ita vallis humilitatẽ, & conuallis plorationes. Sicut enim comes pœnitẽtiæ dolor est, ita lachrymæ sunt testes doloris. Optimè autẽ sequitur, & dicit: Etenim benedictionẽ dabit, qui & legẽ dedit. Ad hoc enim lex data est, vt superbo infirmitatẽ suã notam faceret, infirmo pœnitẽtiã suaderet. Ad hoc lex data est, vt vulnera ostenderet peccatorũ, quæ gratiæ benedictione sanaret. Ad hoc etiã lex data est, vt diceremus in Rom.7. conualle plorationis, Video aliã legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et cũ ipso plo- Ibidem. ratu clamaremus, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Et succurreret nobis exaudiẽte illo qui erigit elisos, soluit cõpeditos, illuminat cæcos, Psal.145. gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Cap.ii. Tria pœnitentiæ genera. 4. sent. dist. 16 prædictis. Prima pœnitentia baptismũ præcedit. TRES sunt autẽ actiones pœnitentiæ, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Sunt enim vitatæ in Ecclesia Dei, & diligenter attendẽtibus notę. Vna est quę nouũ hominem parturit, donec per baptismum salutare omnium præteritorum fiat ablutio peccatorũ: vt tanquam puero nato dolores transeant, quibus viscera vrgebãtur ad partũ, & tristitiam lætitia cõsequatur. Omnis enim, qui iam arbitri voluntatis suæ cõstitutus est: cùm accedit ad sacramenta fideliũ, nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cùm baptizantur, soli paruuli sunt immunes: nondum enim vti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem remissionémque originalis peccati prodest eorum fides, à quibus offeruntur: vt quascunque maculas delictorum per alios, ex quibus nati sunt, contraxerunt, aliorum etiam interrogatione ac responsione purgentur. Verissimè quippe in Psalmis plangitur, Ecce in iniquitate conceptus sum, & in pec- Psal.50. catis mater mea me in vtero aluit. Item quod scriptũ est, Non esse mundum in conspectu Dei, nec infan- Iob.15. tem, cuius est vita diei vnius super terram. Exceptis ergo talibus, de quorum ordine ac merito in futura illa quæ promittitur sorte sanctorum, velle amplius quærere, hominum modulum excedit. Piè tamen creditur eis prodesse ad spiritalem salutem, quod ecclesiasticæ authoritatis per totum orbem terrarum tam firmo robore custoditur. Cæterorum hominũ nullus transit ad Christum, vt incipiat esse quod non erat: nisi eum pœniteat fuisse quod erat. Hæc prima pœnitentia Act.2. præcipitur Iudæis, dicente apostolo Petro, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Domini nostri Iesu Christi. Talis ab ipso Domino imperabatur, cùm diceret, Pœnitentiam agi- Matth.4 te: appropinquauit enim regnum cælorum. De hac

etiam

etiã Ioannes baptista, plenus spiritu sancto, præcursor
Matth.3. & præparator viæ Domini ita dicit: Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignũ pœnitentiæ. ALTERA verò
CAPVT III. Secunda actio pœnitentiæ. pœnitentia est: cuius actio per totã istã vitã, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeũda est. Primò, quia nemo vitã æternã, incorruptibilẽ, immortalémque desiderat: nisi eũ vitę huius temporalis, corruptibilis, mortalisque pœnitet. Non enim sic quisquam in vitam nouã per sanctificationẽ baptismi nascitur, vt quemadmodũ deponit ibi omnia peccata præterita: ita etiam statim mortalitatẽ ipsam carnis corruptionémque deponat. Quod si ita nõ est, restat vt illud quod scriptum est, quod etiam quisque
Sapient. 9. in se sentit, adhuc dum in hac vita est: Corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: quod tunc in illa beatitudine quia nõ erit, cùm absorbebitur mors in victoriam: quis dubitet in quacunque tẽporali felicitate versemur, pœnitere tamen nos debere huius vitæ, vt ad illam incorruptionem tota auiditate curramus? Inde est enim quod etiam Apostolus ait, Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Per fidẽ enĩ
2.Cor.5. ambulamus, nõ per speciem. Quis ergo festinat atque optat ad patriam remeare, & illã speciẽ quæ est facie ad faciẽ contemplari: nisi quẽ peregrinationis suæ pœnituerit? Ex quo dolore pœnitentis, etiam vox illa mi-
Psal.119. serabilis erumpit & sonat, Heu me, quoniã peregrinatio mea longinqua facta est! Et ne putes nõdum fidelẽ ista loqui, vide quod sequitur, Inhabitaui in tabernaculis Cedar. Cum his qui oderũt pacẽ, eram pacificus: cùm loquerer eis, impugnabant me valde. Non solùm hominis fidelis, sed etiã Euãgelistæ firmissimi, & martyris fortissimi hæc verba sunt. Nam inde est etiam il-
2.Cor.5. lud eiusdem Apostoli, Scimus enim, quia & si terrena nostra domus huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus ex Deo domũ non manufactã, æternam in cęlis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculũ nostrum, quod de cælo est, superindui cupientes: si tamen induti non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimꝰ grauati, in quo nolumus spoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Quid ergo cupimus, nisi ita nõ esse vt nũc sumus? Et quid ingemiscimus, nisi pœnitendo, quia ita sumus? Sed quando nõ ita erimus, nisi terrena domo resoluta, vt cælestẽ habitationẽ & animo & corpore totius hominis immutatione sortiamur? Quapropter & sanctus
Iob.7. Iob non ait esse tentationem in hac vita, sed hãc ipsam vitã tentationẽ dixit esse, ita loquẽs, Nunquid nõ tentatio est vita humana super terrã? Quo in loco etiã mysteriũ lapsi hominis mirabiliter tetigit dicens, Tanquã seruus fugiẽs dominũ suũ, & consecutus est vmbram. Non enim hæc vita dicenda est potius quàm vmbra vitæ. Nec immeritò fugitiuus Adam post offensionem peccati abscõdit se a facie Domini, tectus foliis arborum, quibus opacantur vmbracula, tãquã fugiens Dominũ suũ, sicut dictum est, Et consecutus vmbrã. Quæ vniuersa ab hoc dicta sunt, ne quis per baptismũ quã-
ꝰ uis iustificatus sit à prioribus peccatis, tamen superbire audeat, si nihil committat, vnde ab altaris communione separetur, quasi iam de plena securitate sciactãs,
Eccl.10. sed potius seruet humilitatem, quæ penè vna disciplina Christiana est: nec superbiat terra & cinis, donec ista nox tota transeat, in qua pertranseunt omnes
Psal.103. bestiæ syluæ, catuli leonum rugientes vt quærant à Deo escam sibi. In hanc escam Iob ipse petitus est qui dixit, Tentatio est vita humana super terram.
Iob.7. Etiam Dominus, In hac nocte, inquit, postulauit sa-
Lucæ 22.

A tanas vexare vos sicut triticũ. Quis itaque sanę mentis nõ ingemiscat? Cui nõ per pœnitẽtiã sic esse displiceat? Quis non tota humilitate supplicãs diuino adiutorio se exaudibilem præbeat, donec trãseat omnis ista tentationũ materies atque vmbra terrena: & ille qui nunquam deficit, iam nobis illucescat sempiternus dies, &
illuminet abscondita tenebrarũ, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo? Dein- 1.Cor.4.
de quãuis se quisque glorietur sic habere corpus edomitum, vt mundo crucifixus ab omni opere malo, in seruitutẽ redacta mẽbra castiget, ne iam regnet peccatũ in eius mortali corpore, ad obediendũ desideriis eiꝰ: solũ vnũ verũ Deũ colat, nulli simulachrorum ritui deditus, nullis sacris dæmoniorũ irretitus, nõ accipiẽs in vanum nomẽ Dei sui, quietẽ sempiternã certus expectans, debitũ honorẽ parentibus reddẽs, nec cruentus homicidio, nec fornicatione turpatus, nec furto fraudulentus, nec mendacio duplicatus, nec rei vel vxoris
B alienæ concupiscentia sordidus: nõ in suis etiã rebꝰ aut luxuria diffluat, aut arescat auaritia, nõ sit cõtentiosus, non maledicus: vẽdat postremò omnia sua, & det pauperibus, & sequatur Christũ, atque thesauro cælesti radicẽ cordis infigat: quid videtur addi posse ad tã plenã iustitiã? tamẽ nolo glorietur. Intelligat, hęc omnia prestita sibi esse, non à se existere. Quid enim habet quod non accepit? Quod si accepit, quid gloriatur, quasi non
acceperit? Eroget sanè pecuniã Dominicam: consulat Matth.25.
proximo, sicut sibi sentit esse [consultũ vel] cõsulendũ. Nec putet satis esse seruare integrũ quod accepit, ne dicatur ei, Serue nequã & piger, dares pecuniã meam, & ego veniens cũ vsuris exigerẽ: ne auferatur ab eo quod accepit, ne proiiciatur in tenebras exteriores. Quã vehementissimã pœnã si timere debẽt illi qui seruare integrum possunt quod acceperũt, quæ spes illorum est,
C qui hoc impiè sceleratéque † disperdunt? Versabitur al. dispergunt.
ergo iste in rebus humanis non carnalis, sed spiritalis acquisitionis deuinctus officio: non quidem negotiis secularibus obligatus, sed tamen quia militat Deo, nõ otio desidiæ torpidus & abiectus. Det ergo, si potest, suas eleemosynas omnes cum hilaritate, siue cũ carnalibus necessitatibus pauperum erogat aliquid, siue
cum panis cælestis † dispensatione inuicta aduersus al. dispensator.
diabolum castra in credentium cordibus construit. Hilarem enim datorem diligit Deus. Non itaque tædio frangatur in difficultatibus rerũ, quę necesse est existant, vt ostendatur homini quòd homo est. Non
ira surrepat in eum, † qui aut odiosè irruit, aut impor- al. quis.
tunè inopia coactus petit, aut negotio suo cùm tu maiore occupatus sis, indifferenter flagitat subueniri, aut in verbo manifestæ iustitiæ resistit cęca cupiditate,
D aut miserabili tarditate. Non det quicquam amplius vel minus quàm oportet: non loquatur amplius quàm opus est, aut cùm etiam non opus est. Speciosi enim pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed tamen de terra sicca puluerẽ † contrahunt, qui al. cõtrahit.
sanè in iudicium eorum excutitur, qui sibi hanc exhibitionẽ peruersa voluntate contemnunt. Non solum ergo propter ipsam vitæ huius mutabilitatem & ignorantiam, & propter diei malitiam, quæ vtinam sufficeret, si cut de illa dictũ est: Sufficit diei malitia sua, quã- Matth.6.
iubemus ferre atque portare, donec transeat, & sustinere Deum viriliter agendo, vt fructum afferamus cũ tolerantia: sed etiam propter ipsum puluerem mundi huius, qui per itinera consulendi consulentiũ pedibus adhærescit, & damna quæ in ipsa negotiosissima dispẽsationis actione cõtingũt, quę Dominus præstet, vt cũ lucris maioribus compensentur: quotidianã debemus habere pœnitẽtiam. Sed si hoc dispẽsatores verbi Dei
& mi-

& ministri Sacramẽtorũ eius, milites Christi: quanto
A magis cætera stipendiaria multitudo, & quædam prouincia magni regis? Quam ne fortè mala suspicione auaritiæ miles ille fidelissimus atque fortissimus apostolus Paulus offenderet, suis stipẽdiis militauit: & vbi fortè defuit sumptus necessari ꝰ, Alias, inquit, ecclesias expoliaui, accipiens ab eis stipendiũ ad vestram ministrationem: quanto ergo magis ecclesiæ prouinciales secularibus negotiis obligatæ, quotidianã debent agere pœnitẽtiam? Qui quamuis à furtis, à rapinis, à fraudibus, ab adulteriis & fornicationibus, omnique luxuria, à crudelitate odiorũ & inimicitiarũ pertinacia, ab omni deniq; idololatriæ fœditate, spectaculorũ nugacitate, hæresum atque schismatũ impia vanitate, atq; ab omnibus huiusmodi flagitiis & facinoribꝰ immunes, puri atq; integri esse debẽt, tamẽ propter administrationẽ rerũ familiariũ, & cõiugiorũ arctissima vincula tã multa peccãt, vt nõ tã de istius mundi puluere
B aspergi, quã luto obliniri videantur. Hoc est quod A-
1.Cor.6. postolus eis dicit: Iã quidẽ omnino delictũ est in vobis, quia iudicia habetis inter vos. Quare nõ magis iniquitatẽ patimini? Quare nõ magis fraudamini? Nam illud execrabile est, quod propter quosdã addit & dicit: Sed vos iniquitatẽ facitis & fraudatis, & hoc fratribus. Exceptis tamẽ iniquitatibus & fraudibus, hoc ipsum habere inter se iudicia & lites de secularibꝰ rebus, delictũ esse dicit: quod tamẽ ferẽdũ esse admonet, si vel ecclesiastico iudicio lites huiusmodi finiantur. Hinc est etiã illud: Qui sine vxore est, cogitat ea quæ sunt Dei, quo-
1.Cor.7. modo placeat Deo: qui autẽ matrimonio coniunctus est, cogitat ea quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori. Quod etiã de femina similiter notat. Vt illud cũ ait,
Ibidem. Et itẽ in idipsum estote, ne vos tentet satanas propter intẽperantiã vestrã. Quod vt peccatũ demõstraret esse,
C sed infirmitati cõcessum: subiecit statim, Hoc autẽ dico secundũ veniã, non secundũ imperiũ. Sola enim generandi causa est inculpabilis sexus vtriusq; cõmixtio. Quã multa sunt alia peccata, siue in loquẽdo de rebus
Eccl.21. & negotiis alienis, quæ nõ ad te pertinẽt, siue in vanis cachinnationibus, cũ scriptũ sit: Stultus in risu exaltat vocẽ suã, sapiẽs autẽ vix tacitè ridebit: siue in ipsis escis quę ad necessitatẽ sustentãdæ huiꝰ vitæ præparãtur, a-
al. vota. uidior atq; immoderatior appetitus, sæpe excessũ modũ postriduana cruditate cõtestãs. Siue in vendẽdis & emẽdis rebus caritatis & † vilitatis nota peruersa. Piget cũcta colligere: quæ quisque in seipso certiùs comprehẽdit, atq; reprehendit, si diuinarũ Scripturarũ speculũ nõ negligẽter attẽdat. Quæ quãuis singula nõ lethali vulnere ferire sentiãtur, sicuti homicidiũ & adulteriũ, vel cætera huiusmodi: tamẽ omnia simul cõgregata velut scabies quo plura sunt necãt, & nostrũ dec-
D ita exterminãt, vt ab illius sponsi speciosi forma præ filiis hominũ castissimis amplexibꝰ separẽt, nisi medicamẽto quotidianę pœnitẽtiæ desecẽtur. Quod si falsum est, vnde quotidie tundimus pectora? Quod nos quoque antistites ad altare assistẽtes cũ omnibus facimus. Vnde etiã orãtes dicimus, quod in tota ista vita oportet vt dicamꝰ: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos
Matth.6. dimittimus debitoribꝰ nostris. Nõ enim ea dimitti precamur, quę iã in baptismo dimissa sunt, & nisi dimissa credimus, de ipsa fide dubitamus: sed vtique de quotidianis peccatis hoc dicimꝰ, pro quibus etiã sacrificia eleemosynarũ, ieiuniorũ, & ipsarũ orationũ ac supplicationũ quisq; pro suis viribus offerre nõ cessat. Quisquis itaque se diligẽter attẽdens, nulla seipsum adulatione seducit, satis intelligit cũ quãto periculo mortis æternæ, & cũ quanta penuria perfectæ iustitiæ peregrinetur à Domino: quamuis iam in Christo, hoc est, in via
cõstitutus redire conetur. Nã si nõ habemus peccata,
& tũdentes pectora dicimus, Dimitte nobis debita nostra; ex hoc ipso certè & grauiter nullo dubitãte peccamus, cùm inter ipsa sacramenta mẽtimur. Quamobrẽ, inquãtũ Deo nostro fide, spe & charitate cõnectimur, & eũ, inquantũ possumus, imitamur: nõ peccamus, sed filij Dei sumus. Inquãtũ autẽ ex occasione carnalis infirmitatis, quia nondũ morte resoluta, nondũ resurrectione mutata est, motus reprehẽsibiles, improbique surrepunt, peccamus: Quod vtiq; fateri nos cõuenit: ne dura ceruice, nõ lãguoris nostri sanitatẽ, sed dãnationẽ superbię mereamur. Vnde vtrũq; verissimè scriptũ est:
1.Ioan.3. Et qui natus est ex Deo, nõ peccat: & quod in eadem
1.Ioan.1. Ioãnis epistola legimus: Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosmetipsos seducimꝰ, & veritas in nobis nõ
al. enim. est. Illud † ergo ex primitiis noui hominis, hoc ex reliquiis veteris dictũ est: vtrũq; enim agimus in hac vita.
B Paulatim autẽ nouitas accedit, & paulatim vetustate Lucta Christianę animæ.
cedente succedit. Cùm verò vtrũq; agitur, in stadio sumus: nec solũ percutimꝰ aduersariũ bonis operibꝰ, sed etiã peccata incautiùs euitãdo percutimur. Neq; nunc quis nostrũ vicerit, sed quis crebrius feriat, quis fortius cõfligat attẽditur: donec alios secũ in sempiternã mortem pertrahat, qui homini stãti lapsus inuidet, & ab aliis triũphantibus in fine dicatur, Vbi est mors cõtẽtio
1.Cor.15. tua? Vbi est mors aculeꝰ tuus? Sed neq; tã facilè ab inimico deuincimur, quàm cum eũ superbiẽdo imitamur: nec vehementius eũ prosternimus, quã cùm humilitate Deũ sequimur: nec acriores ei dolores infligimus, quàm eũ plagas peccatorũ nostrorũ confitendo & pœ-
CAPVT III. nitẽdo sanamus. TERTIA actio est pœnitẽtię, quę Tertia pœnitentia.
pro illis peccatis subeunda est, quę legis decalogus cõ- Gal.5.
tinet: & de quibus Apostolꝰ ait, Quoniã qui talia agũt,
C regnũ Dei nõ possidebũt. In hac ergo pœnitẽtia, maiorẽ quisque in se seueritatẽ debet exerere: vt à seipso iudicatus, nõ iudicetur à Dño. Sicut idem Apostolꝰ ait: Si 1.Cor.11.
enim nos iudicarem ꝰ, à Dño nõ iudicaremur. Ascẽdat Beda.
itaq; homo aduersũ se tribunal mẽtis suę: existimet illud quod oporet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt
illud recipiat vnusquisq; quod p corpꝰ gessit siue bonũ, 2.Cor.5.
siue malũ: cõstituat se ante faciem suã, ne hoc ei postea fiat. Nã minatur hoc Deus peccatori, dicens. Arguam
te, & statuã re ante faciem tuã. Atque ita cõstituto in Psal.49.
corde iudicio: adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi confitentis per lachrymas profluat. Postremò ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis Domini: Vt qui seperari à regno cælorum timet per vltimam sententiam summi iudicis, per ecclesiasticam disciplinam
D à sacramento cęlestis panis interim separetur. versetur ante oculos imago futuri iudicij: vt cùm alij accedunt ad altare Dei, quò ipse nõ accedit, cogitet quàm sit contremiscenda illa pœna, qua percipientibus aliis vitã æternã, alij in mortẽ prę cipitantur æternam. Ad hoc enim altare, quod nũc in ecclesia est in terra positum, terrenis oculis expositũ, ad mysteriorũ diuinorũ signacula celebrãda, multi etiam scelerati possunt accedere: quoniam Deus commẽdat in hoc tempore patientiam suam, vt in futuro exerat seueritatem suam. Accedũt enim ignorantes, quoniam patientia Dei ad pœnitentiã eos adducit. Illi autem secundũ duritiam cordis sui, & cor impœnitẽs, thesaurizant sibi iram in Rom.2.
die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundũ opera sua. Ad illud autem altare, quò prę cursor pro nobis introuiit Iesus, quò caput Ecclesiæ prę cessit, membris cæteris secuturis: nullus eorum accedere poterit, de quibus, vt iam commemorati, dixit

Galat.5. xit Apostolus: Quoniam qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebunt. Solus enim sacerdos, sed planè ibi totus assistet, adiuncto scilicet corpore cui caput est: quod iã
1.Pet.2. ascẽdit in cęlũ. Ipse est cui dixit apostolus Petr⁹, Plebs sancta, regale sacerdotiũ. Quomodo ergo in interiora veli, & in illa inuisibilia sancta sanctorũ introire audebit aut poterit: qui medicinã cælestis disciplinæ contẽnens, noluit paulisper à visibilibus separari? Qui enim noluit humiliari, vt exaltaretur: cùm exaltari voluerit, deiicietur: & in æternum seiũgetur ab æternis sanctis, quisquis hoc tempore per merita obedientiæ, & per satisfactionẽ pœnitentiæ, nõ sibi prouidit locũ in corpore sacerdotis. Qua enim fronte impudentię tunc volet
Psal.50. auerti faciẽ Dei à peccatis suis, qui nũc toto corde nõ dicit: Quoniã facinus meũ ego agnosco, & peccatum meũ ante me est semper? Quo pacto, quæso, Deus dignatur ignoscere, quod in se ipse homo dedignatur agnoscere? Aut illud quale est in quo sibi blandiuntur, qui sua se vanitate seducũt? Perseuerãtes enim in malitiis atque in luxuriis suis, cùm audiũt Apostolũ dicentem, Quoniam qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebunt.
Galat.5. Audent sibi præter regnũ Dei salutẽ quã desiderant polliceri: atque ita inter se loquuntur, dum recusant agere pœnitẽtiã pro peccatis suis, & perditos mores aliquando in melius cõmutare, Regnare nolo, sufficit mihi saluũ me esse. In quo primũ eos fallit, quia eorũ nec salus vlla est, quorũ iniquitas perseuerat. Quod
Matth.24. enim ait Dominus: Quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ: qui autẽ perseueraueritvsque in finẽ, hic saluus erit: salutẽ vtique promisit perseuerãtibus in charitate, non in iniquitate. Vbi autẽ charitas
Rom.13. est, opera illa mala à regno Dei separantia esse nõ possunt. Omnis enim lex in vno sermone cõpleta est, in eo quod scriptũ est, Diliges proximũ tuũ tãquã teipsum. Deinde si est aliqua differentia inter regnantes & non regnantes: oportet tamen vt in vno regno sint omnes, ne in hostiũ aut alienorum numero deputentur. Omnes enim Romani Romanum regnũ possidẽt: quãuis in eo non omnes regnent, sed cæteris regnantibus pareant. Non autem ait Apostolus, qui talia agunt, non regnabunt cum Deo: sed regnũ Dei non possidebunt.
1.Cor.15. Quod etiã de carne & sanguine dictũ est, Caro & sanguis regnũ Dei nõ possidebunt: quia corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale hoc induet immortalitatem: vt iã non caro & sanguis, sed ex animali corpore spiritalis corporis habitũ naturãmque mereatur. Vel illa eos terreat vltima sententia iudicis nostri, quã propterea nũc aperiri voluit, vt ab eius fidelibus præcaueatur: dans metuentibus se significationẽ, vt fugiãt
Psal.59. à facie arcus. Exceptis enim eis qui cum illo etiã iudicabũt, quib⁹ & promisit, dicẽs: Sedebitis super duodecim thronos, iudicãtes duodecim tribus Israël. In quo
Matth.19. numero iudicantiũ omnes intelligũtur, qui propter Euangeliũ omnia sua dimiserũt, & secuti sunt Dominũ. Duodenarius quippe numerus ad quandãvniuersitatẽ refertur. Nõ enim Paulus apostol⁹ ibi nõ erit, qui inter illos duodecim nõ fuit. Exceptis ergo illis, quos etiam nomine angelorũ significauit, quãdo ait: Cũ venerit filius hominis iudicare cũ angelis suis. Angeli enim vtique nũcij sunt. Nuncij autẽ rectissimè accipiũtur omnes, qui salutẽ cælestẽ hominibus nũciant. Vnde etiã
Euãgelistę boni nũcij possunt interpretari: & de Ioãne
Malach.3. baptista dictũ est: Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuã. His ergo, vt dicere cœperã, exceptis: cætera omniũ
V.Beda Ephes.5. hominũ multitudo, sicut in ipsius verbis Domini mani-
Matth.25. festũ est, in duas partes diuidetur. Posituru est enim oues ad dexterã, hædos autẽ ad sinistrã: & dicetur ouibus, id est, iustis: Venite benedicti patris mei, percipite

A regnũ quod vobis paratũ est à cõstitutione mundi. De hoc vtiq; regno dixit Apostolus, cũ enumeraret opera
Gal.5. mala: Quoniã qui talia agũt, regnũ Dei nõ possidebũt. Audi quid audiãt qui à sinistris erũt: Ite, inquit, in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo, & angelis ei⁹. Quapropter præsumere quis audeat de nomine Christiano, & non cum omni obedientia & timore audiat Apostolũ dicẽtẽ, Hoc enim scitote, cognoscẽtes quòd omnis
Eph.5. fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idolorũ seruitus, non habet hæreditatẽ in regno Christi & Dei? Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite itaque effici participes eorum. Latius autẽ ad Corinthios hęc dicit:
1.Cor.6. Nolite errare, neque fornicatores, neq; idolis seruiẽtes, neque adulteri, neq; molles, neque masculorũ cõcubitores, neque fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neque rapaces, regnũ Dei possidebũt. Sed videte
B quemadmodũ timorẽ, & desperationẽ salutis abstulerit eis, qui hęc in vita veteri commiserũt. Et hęc quidẽ, inquit, fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & spiritu Dei nostri. Quisquis ergo post baptismũ aliquorũ pristinorũ malorũ opere obligatus tenetur, vsqueadeò ne sibi inimicus est, vt adhuc dubitet vitã mutare, dũ tẽpus est, cùm ita peccat & viuit? Nã vtique quòd ita perseueranter peccat: thesaurizat sibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Quod autẽ adhuc viuit, patientia Dei ad pœnitẽtiã eũ adducit. Implicatus ergo quis tam mortiferis vinculis peccatorũ detrectat aut differt, aut dubitat cõfugere ad ipsas claues Ecclesiæ, quib⁹ soluatur in terra, vt sit solutus in cælo: & audet sibi post hãc vitã, quia tantũ Christianus dicitur, salutẽ aliquã pollicri: nec veridicum illud Dominicæ vocis tonitruum
Matth.7. contremiscit, Nõ omnis qui dicit mihi, Domine, Do-
C mine, intrabit in regnũ cælorũ, sed qui facit volũtatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnũ cælorũ? Quid ad Galatas idẽ Apostolus? nónne talia enumerans eodẽ fine concludit? Manifesta sunt, inquit, opera
Gal.5. carnis, quæ sunt fornicationes, immũditię, luxuriæ, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hęreses, inuidię, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prędixi: quoniã qui talia agũt, regnũ Dei nõ possidebunt. Iudicet ergo seipsum homo in istis volũtate, dum potest, & mores cõuertat in melius: ne cùm iã nõ poterit etiã prætervoluntatẽ à Dño iudicari. Et cùm ipse in se protulerit seuerissimæ medicinę, sed tamẽ medicinę sententiã, veniat ad antistites, per quos illi in Ecclesia claues ministrãtur: & tanquã bonus iã incipiens esse filius, maternorũ mẽbrorũ ordine custodito à prępositis sacramẽtorum accipiat satisfactionis
D suę modum: vt in offerendo sacrificio cordis cõtribulati deuotus & supplex, id tamẽ agat quod nõ solũ † illi al.sibi.
profit ad recipiendã salutẽ, sed etiã cęteris ad exemplũ. Vt si peccatũ eius nõ solũ in graui eius malo, sed etiã in tãto scandalo est aliorũ: atq; hoc expedire vtilitati Ecclesię videtur antistiti, in notitia multorũ, vel etiam totius plebis agere pœnitentiã nõ recuset, nõ resistat, nõ lethali & mortiferę plagę per pudorẽ addat tumorẽ. Meminerit semper, quòd superbis Deus resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Quid enim est infelicius, quid peruersius, quàm de ipso vulnere, quod latere nõ potest, nõ erubescere, & de ligatura eius erubescere? Nemo arbitretur, fratres, propterea se consilium salutiferæ huius debere pœnitẽtiæ contemnere, quia multos fortè aduertit & nouit ad sacra altaris accedere, quorum talia crimina nõ ignorat. Multi enim corrigũtur, 2.quæ.1. Multi.
vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciun-
tur,

tur, donec veniat Dominus, qui illuminet abscondita A
tenebrarũ, & manifestet consilia cordiũ. Nã plerique propterea nolũt alios accusare, dum se per illos cupiũt
V.Beda 1. Cor.5. excusare. Pleriq; autem boni Christiani propterea tacent, & sufferunt aliorum peccata quæ nouerunt, quia
al.iudiciis. documentis sæpe deseruntur: & ea quæ ipsi sciũt; † iudicibus ecclesiasticis probare nõ possũt. Quãuis enim vera sint quædam: nõ tamẽ iudici facilè credẽda sunt,
Soli sponte cõfessi, vel legitimè conuicti, à nobis iudicari debent. nisi certis indiciis demõstrentur. Nos verò à cõmunione prohibere quenquã non possumus, quãuis hęc prohibitio nõdũ sit mortalis, sed medicinalis: nisi aut spõte cõfessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum atque conuictũ. Quis enim sibi vtrunque audeat assumere, vt cuiquã ipse sit & accusator & iudex? Cuiusmodi regulã etiã Paulus apostolus in eadem ad Corinthios epistola breuiter insinuasse intelligitur, cùm quibusdam talibus commemoratis criminibus, ecclesiastici iudicij formã ad omnia simi-
B
1.Cor.5. lia ex quibusdã daret. Ait enim: Scripsi vobis in epistola non commisceri fornicariis. Non vtique fornicariis huius mũdi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruiẽtibus: alioquin debueratis de hoc mũdo exire. Nõ enim possunt homines in hoc mundo viuentes, nisi cũ talibus viuere: nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorũ colloquium conuictũmque vitauerint. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus comedens,
Lucæ 5. Non est opus, inquit, sanis medicus, sed malè habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Et ideo sequitur Apostolus, & adiungit: Nunc scripsi vo-
1.Cor.5. bis non cõmisceri. Si quis frater nominatur, aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledic⁹, aut ebriosus, aut rapax: cũ huiusmodi nec quidem cibũ sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nónne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autẽ
C qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malũ à vobisipsis. Quib⁹ verbis satis ostẽdit nõ temerè aut quomodolibet, sed per iudiciũ auferẽdos esse malos ab ecclesiæ cõmunione: vt si per iudiciũ auferri nõ possunt, tolerẽtur potius, ne peruersè malos quisque euitando, ab ecclesia ipse discedens, eos quos fugere videtur, vinciat ad gehẽnã. Quia & ad hoc nobis sunt in Scripturis sanctis exẽpla proposita: vel in messe, vt palea sufferatur vsque ad vltimum ventilabrũ, vel intra illa retia vbi pisces boni cũ malis vsq; ad segregationẽ, quæ futura est in littore, id est, in fine seculi, æquo animo tolerẽtur.
Rom.14. Non enim cõtrariũ est huic loco id quod alio loco dicit Apostolus: Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? Suo domino stat aut cadit. Noluit enim hominẽ ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinẽ ecclesiæ, siue vltrò cõfessum, siue accusatũ atque conuictũ. Alioquin illud cur dixit, Si quis fra-
D ter nominatur aut fornicator, aut idolis seruiẽs, & cętera: nisi quia cã nominationem intelligi voluit quæ fit in quenquã, cũ sententia ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio sola sufficit, multi damnandi sunt innocentes: quia sæpe falsò in quoquã crimina nominantur. Non ergo illi quos monemus agere pœnitentiã, quærant sibi comites ad supplicium: nec gaudeant quia plures inueniant. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. Non est enim hoc sanitatis certum consilium, sed maleuolentiæ vanum solatium. An fortè attendunt multos etiam in ipsis honoribus ecclesiasticis præpositorum & ministrorum non congruenter viuere sermonibus & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur? O miseros homines, qui hos intuendo Christum obliuiscuntur: qui & tantò antè prædixit vt legi Dei po-

A tius † obtẽperaretur, quàm imitandi videantur illi, qui al.obtẽperatur.
ea quæ dicũt non faciũt: & traditorẽ suum tolerans vsque in finẽ, etiã ad euãgelizandũ cũ cæteris misit. Tam Elegans simulitudo.
sunt autẽ isti absurdi & præposteri & miseri, qui præpositorum suorum malos mores imitari eligũt, quã per
al.predicata. eos † prędicta Domini præcepta seruare: quàm si quisquã viator remeandum sibi esse existimet in itinere, cũ viderit miliaria lapidea literis plena viã docere, & non ambulare. Cur enim nõ potius, si peruenire desiderat, tales comites intuetur & consequitur, qui & viã bene demonstrant, & in ea perseuerãter atque alacriter ambulant? Quòd si isti desint, vel potius minus appareãt, nam deesse nõ possunt: non enim sic quęrunt homines charitate studiosa quod prædicent ad imitationẽ, quomodo quærũt iniquitate suspiciosa, quod murmurent ad deceptionem, partim nõ inueniendo bonos, dũ ipsi mali sunt, partim timendo inuenire, dũ mali esse sem-
B per volunt. Sed tamen concedamus non apparere nũc homines dignos imitatione. Quisquis hoc putas: Deũ mente intuere, qui homo factus est, vt hominẽ viuere doceret. Si habitat Christus in interiore homine per fidem in corde tuo, recordarisque illud quod Ioãnes ait:
1.Ioan.2. Qui dicit se in Christo manere, debet, quemadmodũ ille ambulauit, & ipse ambulare: ita nec tibi deerit quẽ sequaris, & cùm te alius viderit, de bonorum inopia conqueri desinet. Si enim nõ nosti quid sit rectè viuere, diuina præcepta cognosce. Fortassis enim multi rectè viuunt: sed propterea tibi nullus rectè viuere videtur, quoniã quid sit rectè viuere ignoras. Si autẽ nosti, age quod nosti: vt & tu quod quæris habeas, & aliis quod imitẽtur ostẽdas. Christũ animo attẽde, attẽde Apostolos, quorũ nouissim⁹ est ille qui dicit, Imitatores
1.Cor.4. mei estote, sicut & ego Christi. Attẽde animo tot martyrũ milia. Cur enim te natalitia eorũ cõuiuiis turpib⁹
C celebrare delectat, & eorũ vitã sequi honestis moribus nõ delectat? Ibi videbis nõ solũ viros, sed etiã feminas, postremò pueros & puellas, nec † impudentia decipi, al.impudentia.
nec inquitate peruerti, nec periculi timore frangi, nec seculi amore corrũpi. Ita te nõ inueniẽtẽ quid excuses, nõ solũ præceptorũ ineuitabilis rectitudo, sed etiã exẽplorũ innumerabilis multitudo circũdabit. SED DE Cap.v. V.Beda 2. Cor.12.
vtilitate ac salubritate pœnitẽtię, vt quod instituimus aliquãdo peragamus: Si iã de sanitate desperans addis
Prouer.18. peccata peccatis, sicut scriptũ est: Peccator cũ venerit in profundũ malorũ contẽnit: noli desperare, clama etiã de profundo ad Dñm, & dic ei: De
Psal.129. profundis clamaui ad te Dñe, Domine exaudi vocẽ mea. Fiãt aures tuæ intẽdentes in vocẽ obsecrationis meæ. Si iniquitates obseruaueris Domine, Dñe quis sustinebit? Quoniã apud te propitiatio est. De tali profundo
Ionæ 3.4. Niniuitæ clamauerũt, & hãc propitiationẽ inuenerũt:
D Facilisque est euacuata comminatio Prophetæ, quã humiliatio pœnitentiæ. Hic fortasse dicis, Sed ego iam baptizatus sum in Christo, à quo omnia mihi peccata præterita dimissa sunt: vilis factus sum nimis iterans vias meas, & canis horribilis oculis Dei, cõuersus ad vomitum suum. Quò abibo à spiritu eius, & à facie eius quò fugiam: Quò, frater, nisi ad eius misericordiã pœnitendo, cuius potestatem peccando cõtempseras? Nemo enim rectè fugit ab illo nisi ad illum, ab eius seueritate ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem, vbi eius præsentia te non inueniat? Si ascenderis in cælum, ibi est: si descenderis ad infernum, adest. Recipe ergo pennas tuas in directum, & habita in spe in extremo huius seculi: etenim illuc manus sua deducet te, & perducet te dextera sua. Quicquid enim feceris, quæcũque peccaueris: adhuc in hac vita es, vnde te Deus omnino si sanare noller, auferret.

Cur

Omnib. suadet Deus ne recedãs, sed solis bonis persuadet.

Cur ergo ignoras, quia patientia Dei ad pœnitẽtiam te adducit? Qui enim clamando non tibi persuasit, vt nõ recederes: parcendo clamat vt redeas. Intuere Dauid regem, iam vtique & ipse illius tẽporis sacramẽta perceperat, iam circumcisus erat vtique, quod patres nostri pro baptismo habebant. Nam ad hoc dicit Apostolus, sanctum Abraham signaculum iustitię fidei recepisse. Iam etiam vnctus erat vnctione venerabili, qua regale sacerdotiũ præfigurabatur Ecclesiæ. Repẽtè autẽ factus est & adulterij & homicidij reus. Non ftustrà tamẽ de tã immani & abrupto profundo sceleris pœnitens clamauit ad Dominum, dicẽs: Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Quo tandẽ merito, nisi quia itẽ dicit, Iniquitatẽ meã ego agnosco, & peccatũ meũ ante me est semper? Quid autẽ obtulit Domino vnde illũ propitiaret sibi? Quoniam si voluisses, inquit, sacrificiũ, dedissem: vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus † cõtribulatus: cor contritũ & humiliatũ Deus nõ spernit. Non solùm ergo deuotè obtulit, sed etiã ista dicẽdo quid offerri oporteret ostẽdit. Nõ enim sufficit mores in melius cõmutare, & à factis malis recedere: nisi etiã de his quæ facta sunt, satisfiat Deo per pœnitentię dolorẽ, per humilitatis gemitũ, per cõtriti cordis sacrificiũ, cooperãtibus eleemosynis. Beati enim misericordes, quoniã ipsorũ miserebitur Deus. Non enim dictũ est, vt tantum † abstineatis à peccatis: sed & de prętęritis, inquit, deprecare Dominum, vt tibi dimittantur.

Rom. 4.

Psal. 50.

al. cõtritus.

Matth. 5.

al. abstineamus. Eccl. 21.

Et Petrus iam erat fidelis, iã in Christo & alios baptizauerat. Intuere ergo Petrũ præsumẽtem accusatũ, timentẽ vulneratũ, flentẽ sanatũ. Iã etiam post aduentũ de cælo Spiritus sancti, quidã Simõ pecunia voluit eũdẽ Spiritũ sanctũ emere, sceleratissimũ & impiũ mercimonium cogitans, iã baptizat⁹ in Christo: & tamẽ pœnitẽtię consiliũ ab ipso Petro correptus accepit. Dicit etiam apostolus Paulus, qui vtique fidelibus mittebat epistolas: Ne iterũ cũ venero ad vos, humiliet me Deꝰ: † vt lugeã multos ex his qui antè peccauerunt, & non egerũt pœnitentiã super immũditia & luxuria, & fornicatione quã gesserũt. Circũstãt ergo nos & prękcepta rectè faciendi, & exẽpla non tantũ rectè facientiũ, sed etiã pœnitentiũ ad recipiendã salutẽ, quæ fuerat amissa peccãdo. Sed fac incertum esse, vtrũ ignoscat Deus. Quid perdit, cùm supplicat Deo, qui salutem perdere nõ dubitauit cùm offenderet Deũ? Quis enim certus est, quòd etiã imperator ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarũ incerta subeuntur: & penè vt mors euitetur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini, sine dubitatione fiunt ista, cùm sit dubium quo fine proueniant & tamen certiores sunt claues Ecclesiæ, quàm corda regum: quibus clauibus quodcunque in terra soluitur, etiam in cælo solutũ promittitur. Et multo est honestior humilitas, qua se quisque humiliat Ecclesiæ Dei: & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur.

1. Cor. 12. al. &.

Certitudo clauium Ecclesiæ.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI, OPVS SERMONVM DE TEMPORE, SECVNDVM DOMINICOS, *aliósque dies, quibus aptè conueniunt, ordinatè distinctorum.*

HVIC operi admixtæ sunt complures homiliæ, quæ in aliis voluminibus alios authores præ se ferunt: quod ferè solet fieri in hoc genere scripti.

Dominica prima Aduentus Domini Saluatoris.

SERMO VNICVS.

Sermo 1.

APPROPINQVANTE iam sacratissima solennitate, qua Saluator noster inter homines nasci misericorditer voluit, fratres charissimi, attentiùs cõsiderate qualiter oporteat nos in aduentu tantæ potentiæ præparari, vt Regem & Dominum nostrum læti atque gaudentes cum gloria & laudibus mereamur suscipere, & in conspectu eius inter cœtus felices sanctorum gratulando, exultare, magis quàm ab eo propter fœditatem nostram repulsi inter peccatores ęternam cõfusionem mereri. Et ideo rogo & moneo, vt quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, vt in illo die cum syncera & pura cõscientia & mundo corde & casto corpore ad altare Domini possimus accedere, & corpus & sanguinem eius nõ ad iudicium, sed ad remedium animæ nostræ mereamur accipere. In Christi enim corpore vita nostra cõsistit, sicut & ipse dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Mutet ergo vitam, qui vult accipere vitam. Nam si non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam: & magis ex ipsa corrumpitur quàm sanetur: magis occiditur, quàm viuificetur. Sic enim dixit Apostolus, Qui manducat corpus Domini, & bibit sanguinẽ eius indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Et licet nos omni tempore bonis operibus ornatos ac splendidos esse conueniat, præcipuè tamen in die natalis Domini, sicut in Euãgelio ipse dixit, lucere debent hominibus opera vestra. Considerate quæso, fratres, quando aliquis homo potens aut nobilis natalem aut suum aut filij sui celebrare desiderat, quanto studio ante plures dies quicquid in domo suafordium inuenerit, ordinat emundari, quicquid ineptũ & incongruum proiici, quicquid vtile & necessarium prękcepit exhiberi. Domus etiam, si obscura fuerit, dealbatur, pauimenta scopis mundantur, & diuersis respersa floribus adornantur. Quicquid etiam ad lætitiam animi & corporis delicias pertinet, omni solicitudine prouidetur. Vt quid ista omnia, fratres charissimi, nisi vt dies natalitius cum gaudio celebretur, hominis morituri? Si ergo tanta præparas in natalitio tuo, aut filij tui: quanta & qualia præparare debes suscepturus natalem Domini tui? Si talia præparas morituro, qualia præparare debes æterno? Quicquid ergo non vis inueniri in domo tua, quantũ potes, labora, vt non inueniat Deus in anima tua. Certè si te rex terrenus aut quicunque paterfamiliãs ad suum natalitium inuitaret, qualibus vestimẽtis studeres ornatus incedere, quàm nouis, vel nitidis, quàm splendidis? quorum nec vetustas nec vilitas, nec aliqua fœditas oculos inuitantis offenderet. Tali ergo studio inquantũ præuales, Christo auxiliante,

Matth. 5.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

liante, contende, vt diuersis virtutum ornamentis anima tua composita, simplicitatis gemmis & sobrietatis floribus adornata, ad solennitatẽ regis æterni, id est, ad natalẽ Domini saluatoris cum secura cõsciẽtia procedat, castitate nitida, charitate splendida, eleemosynis cãdida. Christus enim Dominus si te ita compositum natalitiũ suum celebrare cognouerit, ipse per se venire, & animam tuã nõ solùm visitare, sed etiam requiescere, & in perpetuum in illa dignabitur habitare, sicut scriptum est: Et inhabitabo in illis, & inambulabo. Et iterum: Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis surrexerit & aperuerit mihi, intrabo ad illũ, & cœnabo cum illo, & ille mecum. Quàm felix est illa anima, quę vitam suam ita Deo auxiliãte studuerit gubernare, vt Christũ hospitem & habitatorẽ mereatur excipere: sicut ecõtrariò quàm infelix est illa cõsciẽtia, toto lachrymarum fonte lugenda, quæ se ita malis operibus cruẽtauit, vt in ea non Christus requiescere, sed diabolus incipiat dominari. Talis enim anima, si medicamẽtum pœnitẽtię nõ citò subuenerit, à luce relinquitur, à tenebris occupatur, vacuatur dulcedine, impletur amaritudine, à morte inuaditur, à vita repudiatur. Nõ tamen de Domini pietate diffidat qui talis est, nec mortifera desperatione frãgatur: sed magis ad pœnitentiã citò fugiat, & dũ adhuc noua sunt & calẽt peccatorũ suorũ vulnera, sic sibi adhibeat medicamenta salubria, quia medicus noster omnipotẽs est, & sic cõsueuit plagas nostras curare, vt nec cicatricũ vestigium post ipsius medicamina remaneat. Ideo etiã ab omni inquinamento ante eius natalẽ multis diebus abstinere debetis. Quotiescunq; aut natalẽ Domini, aut reliquas sollẽnitates celebrare disponitis, ebrietatẽ ante omnia fugite, iracundiæ quasi bestię crudelissimę repugnate, odiũ velut venenum mortiferum de corde vestro repellite: & tanta sit in vobis charitas, quæ nõ solùm vsq; ad amicos, sed etiã vsq; ad ipsos perueniat inimicos, vt securè possitis dicere in oratione Dominica, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nam qui sciens vel vnum hominũ odio habere, nescio si ad altare Domini secur⁹ possit accedere: cùm præcipuè beatus Ioãnes Euangelista terribiliter clamet & dicat, Qui fratrẽ suum odit, homicida est. Nam vestrum est iudicare, vtrũ homicida, antequam pœnitẽtiam agat, præsumere debet Eucharistiam accipere. Addit etiam adhuc sanctus Ioannes, & clamat dicẽs: Qui fratrem suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat, quoniã tenebrę obcæcauerũt oculos eius. Et iterũ: Omnis, inquit, qui fratrẽ suũ nõ diligit, manet in morte. Et iterũ: Si quis dixerit, quia diligo Deum, & fratrẽ suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quẽ videt, deũ quem non videt quomodo potest diligere? Quicunque ergo odium vel iracũdiam seruat in cordẽ, & sub tali tonitruo nec terretur, nec expergiscitur, nõ dormiẽs, sed mortuus esse credẽdus est. Hæc ergo, fratres charissimi, quotidie cogitantes, qui boni sunt cum Dei gratia contẽdant perseuerare in operib⁹ bonis: quia nõ qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit: Qui verò se ad eleemosynã tardos, & ad iracundiam promptos, & ad exercendam luxuriam prękcipites esse cognoscũt, auxiliante Domino, festinent se à malis eruere, vt quæ bona sunt mereãtur implere: vt cùm dies iudicij venerit; non cum impiis, sed cum iustis & misericordibus peruenire ad æterna præmia mereantur, pręstante Dño nostro Iesu Christo qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

2. Cor. 6. Apoc. 3.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Matth. 6.

Dominica secunda Aduentus Domini.

SERMO VNICVS.

Sermo 11.



SANCTAM & desiderabilem, gloriosam ac singularẽ sollennitatem, hoc est, natiuitatem Domini Saluatoris, fratres dilectissimi, deuotione fidelissima suscepturi, totis viribus nos debemus cũ ipsi⁹ adiutorio prępparare, & omnes latebras animæ nostræ diligenter aspicere, ne fortè sit in nobis aliquod peccatum absconditũ, quod & cõscientiam nostram confundat ac mordeat, & oculos diuinę maiestatis offendat. Nã licet Christus Dominus noster post passionem resurrexerit, & in cælũ ascenderit: cõsiderat tamen, vt credimus, & diligenter attendit qualiter se vnusquisque seruorũ eius sine auaritia, sine ira, sine superbia atq; luxuria ad celebrandam eius natiuitatem studeat præparare atque cõponere: & secũdum quod vnumquemq; ornatũ bonis moribus viderit, ita illi gratiã suæ misericordiæ dispẽsabit. Si enim viderit charitatis luce vestitũ, iustitiæ vel misericordię margaritis ornatũ, castum, humilẽ, misericordem, benignum & sobriũ, si talem agnouerit, corpus & sanguinẽ suum ei nõ ad iudiciũ, sed ad remedium per sacerdotũ suorũ ministerium dispẽsabit. Si verò aliquem viderit adulterum, ebriosum, cupidũ & superbũ, timeo ne hoc illi dicatur, q, in Euangelio Dñs ipse dixit: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestẽ nuptialem? Et quod Dñs auertat, fiat illud quod sequitur: Ligate illi manus & pedes, & proiicite in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dẽtium. Ecce qualẽ sententiã in die iudicij excipiat, qui sine remedio pœnitentiæ ad festiuitatẽ Domini vitiorũ sordibus inquinat⁹ accesserit. In natali enim Domini, fratres dilectissimi, quasi in nuptiis spiritalibus spõsæ suæ Ecclesię Christus adiũctus est. Tũc veritas de terra orta est, tunc iustitia de cęlo prospexit, tũc processit sponsus de thalamo suo: hoc est, verbum Dei de vtero virginali. Processit enim cũ spõsa sua Ecclesia, id est, humanam carnẽ suscepit. Ad istas ergo tã sanctas nuptias inuitati, & ad cõuiuium patris & filij & spiritus sancti intraturi, videte qualibus indumẽtis debeamus ornari. Et ideo mũdemus, quãtum possumus, cum Dei adiutorio, corda simul & corpora nostra: vt cælestis ille inuitator nihil in nobis sordidũ, nihil fœdũ, nihil obscurum, nihil oculis suis deprehẽdat indignũ. Hæc ergo, fratres dilectissimi, non transitoriè, sed cum ingẽti tremore debemus attẽdere. Inuitati enim sumus ad nuptias, vbi nos ipsi, si bene agimus, spõsæ erimus. Cogitemus ad quales nuptias, consideremus ad qualẽ sponsum, vel ad quale cõuiuium inuitati sumus: Inuitati enim sumus ad mẽsam, vbi non inuenitur cibus hominum, sed panis ponitur angelorum. Et ideo videamus ne fortè int⁹ in anima, vbi deberemus bonorũ operum margaritis ornati, ibi appaream⁹ vitiorum pannis veteribus inuoluti: & quando eos qui boni sunt in oculis Dei castitas reddet candidos, tũc eos qui mali sunt, reddat luxuria sordidatos. Et ideo quotiescunque aut dies natalis Domini; aut reliquæ festiuitates aduenient, sicut frequenter admonũi, ante plures dies nõ solùm ab infelici cõcubinarum cõsortio, sed etiã à propriis vxoribus abstinere, ab omni iracũdia vos alienos efficite, peccata prętęrita per eleemosynam & pœnitentiã redimantur. Cõtra nullum hominẽ odium in corde teneatur. Quod solebat vanitas per gulã perdere, incipiat iustitia p misericordiã pauperib⁹ erogare: q, luxuria vel gula dissipauit in mundo: pietas reponat in cælo. Et licet hoc expediatur, vt semper eleemosynas facere debeamus: prękcipuè tamẽ in sanctis sollẽnitatibus secũdũ vires nostras abundãtiùs erogemus, pauperes ante omnia frequẽtiùs ad cõuiuium reuocemus.

Matth. 22.

Psal. 84.

Nor

IN eadem Dominica sermo de Aduentu Domini contra Iudæos, Beatus apostolus Paulus doctor gentium in fide & veritate, &c. to. 6. pag. 36.

Non enim est iustũ, vt in sancta sollennitate in populo Christiano ad vnũ Dominũ pertinente, alij inebriẽtur, alij famis periculo crucientur. Et nos & omnis populus, vnius enim serui sumus, vno pretio redẽpti sumus, pari cõditione in hũc mundũ intrauimus, simili etiam exitu migraturi sumus. Et si bene agimus, ad vnã beatitudinẽ pariter veniemus. Et quare pauper tecum nõ capiat cibũ, qui tecum accepturus est regnum? Quare pauper non accipiat vel veterẽ tunicam, qui tecum recepturus est immortalitatis stolam? Quare pauper nõ mereatur panem tuũ, qui tecum meruit accipere Baptismi sacramentũ? Cur indignus est accipere reliquias ciborũ tuorum, qui tecũ ad cõuiuium inuitatus est angelorũ? Audite fratres, audite nõ meum, sed Dñi commune præceptũ. Sic enim ait in Euangelio: Cùm facis prãdium aut cœnam, noli inuitare diuites, qui te iterũ inuitẽt, & fiat tibi retributio: sed voca pauperes & claudos, & beatus eris, quia non habent vnde retribuãt tibi: retribuetur autẽ tibi in retributione iustorũ. Sed dicit aliquis, Ergo amicos aut parentes nõ debeo ad cõuiuium reuocare? Rogandi sunt & parentes & vicini: sed rarius rogãdi sunt. Et non nimis sumptuosa & deliciosa, sed tã parca & sobria vel honesta illis debẽt conuiuia præparari, vt remaneat vnde possint pauperes reficí, vnde possit aliquid indigẽtib⁹ erogari: vt cùm dies iudicij venerit, nõ cũ impiis, qui nunc pauperes despiciũt, audiamus, Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ: sed cũ iustis & misericordibus audire mereamur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ: quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: simul etiã nobis illa vox desiderabilis dirigatur, Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudiũ Dñi tui. Sed vt hæc quæ suggessimus sensibus vestræ charitatis tenacius inhęreãt, breuiter quę dicta sunt iteram⁹. Hoc enim admonuimus fratres, vt quia natalis Domini imminet, tanquam ad nuptiale & cæleste conuiuium ab omni luxuria alieni & bonis operibus adornati nos per Christi adiutoriũ prępareamus, eleemosynas pauperib⁹ erogemus, iracũdiam vel odiũ velut venenum de cordibus nostris respuamus. Castitatẽ etiam cum propriis vxoribus fideliter cõseruate, ad cõuiuia vestra frequẽtiùs pauperes reuocate, ad vigilias maturiùs surgite, in Ecclesia stantes aut orate aut psallite, verba otiosa aut sæcularia nec ipsi proferte, & eos q̃ proferre voluerint, castigate. Pacem cum omnibus custodite, & quos discordes agnoscitis, ad cõcordiam reuocate. Hęc si fideliter, Christo adiuuãte, volueritis implere, & in hoc sæculo ad altare Dominicũ secura conscientia poteritis accedere, & in futuro ad ęternam beatitudinẽ feliciter peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Lucæ 14.

Matth. 25.

Psal. 49. In eadem Dominica, De versu Psalmi, Deus noster manifestus veniet, Deus noster, & non silebit. Homilia 28. inter 50.

Dominica proxima ante festum natiuitatis Domini Saluatoris, de vnitate trinitatis, & incarnatione verbi:

SERMO III.

In eodem Festo. SERMO I.

Deut. 6.

Psal. 146.

Catholica veritas.

EGIMVS sanctũ Moysen populo Dei præcepta dantem, vbi dixit, Audi Israël, Dominus Deus tuus, deus vnus est. Nõ potest esse maior, nõ potest esse minor: nõ potest numerari, dicente Dauid propheta, Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numer⁹. Optimè nostis ista, fratres charissimi, qui corde fortiter tenetis catholicam veritatem: audite tamen breuiter quod, adiuuante Domino, proposui explanãdum. Deus vnus est pater, Deus vnus est filius, Deus vnus est spiritus sanctus: nõ tres dij, sed vnus Deus: trinus in vocabulis, vnus in deitate substantiæ. Sed dicit mihi hæreticus: Ergo si vnum sunt, omnes sunt incarnati. Nõ. Ad solum Christũ pertinet caro. Nẽpe aliud est anima, aliud est ratio: & tamẽ in anima est ratio, & vna est anima. Sed aliud anima agit, aliud ratio: anima viuit, ratio sapit. Et ad animam pertinet vita, ad rationem pertinet sapiẽtia. Et cùm vnũ sint, anima sola suscipit vitã, ratio sola suscipit sapiẽtiam: & tamẽ nec anima sine ratione, nec ratio sine anima. Sic & pater & filius, licet vnum sint, & vnus Deus sit, ad Christum solũ pertinet caro: sicut ad solam rationem pertinet sapientia, licet nõ recedat ab anima. Ecce iterum aliud in sole. Calor & splẽdor in vno radio sunt: sed calor exiccat, splendor illuminat: aliud suscipit calor, aliud splendor. Et licet calor & splendor ab inuicem nõ queant separari, suscipit splẽdor illuminationem, nõ feruorẽ, suscipit calor feruorem, nõ illuminationem. Aliud simul, aliud singulariter agunt, & tamen ab inuicem non separãtur. Sic & filius suscepit carnẽ, & non deseruit patrẽ, nec se diuisit à patre. Suscepit, inquam, filius carnem in proprietate: sed tamen & pater & spiritus sanctus non defuit maiestate. In diuinitate æqualitas, in carne sola filij proprietas: nõ autem ab eo patris aut spiritus sancti recessit aliquando diuinitas. Cùm ergo vna sit deitas, vna sit diuinitas, impleuit q̃dẽ carnẽ Christi & pater & spiritus sanctus: sed maiestate, nõ susceptione. Vis scire quia cum eo fuit & pater? Non sum, inquit, Dñs Iesus Christus, solus: sed pater mecum est. Audi & de spiritu sancto, quia cũ eo erat, Euangelista refert: Quia Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane. Ecce sic solus Iesus Christus suscepit carnem, & tamen & pater & spiritus sanctus non defuit maiestate. Si cælũ & terram implet pater, implet & spiritus sanctus: Carnem Christi deserere non potuerunt, quando in diuinitatis vnitate manserũt. Adhuc eitharã respice. Vt musicum melos sonis dulcib⁹ reddat, tria pariter adesse videtur; ars, manus & chorda, & tamẽ vnus sonus auditur, ars dictat, manus tangit, resonat chorda. Tria pariter operantur, sed sola chorda personat quod auditur. Nec ars nec manus sonum reddunt, sed ea cum chorda pariter operãtur. Sic nec pater nec spiritus sanctus susceperũt carnẽ, & tamen cum filio pariter operantur. Sonũ sola chorda excutit, carnẽ solus Christus accepit. Operatio in tribus cõstat: Sed quomodo ad solam pertinet chordam soni redditio, sic pertinet ad solũ Christũ carnis humanæ susceptio. Econtra Iudęus, Contra naturam, inquit, parere virgo non potuit: & detestandus Manichæus, Si caro erat, virgo esse non potuit: si virgo peperit, phãtasma fuit. Vtrisque respõdendũ est. Profero de historia veteris Testamenti necessarium exẽplum contra Iudęum, quod modò sonuit in auribus nostris manifestissimam veritatem. Dominus Moysi sancto præcepit, de singulis tribubus virgas afferri. Allatæ sunt duodecẽ virgæ, inter quas etiã vna erat quæ Aarõ fuerat sacerdotis: positæ sunt à sancto Moyse in tabernaculo testimonij. Virga autem Aaron post alterum diẽ inuenitur subitò produxisse flores & frõdes, & peperisse nuces. Delectat hoc mysterium cum charitate vestra cõtra perfidiam Iudaicam disserere, vbi maximè figura interuenit sacramẽti. Virga ecce protulit quod antè nõ habuit, non radicata plãtatione, non defossa sarculo, non animata succo, non fœcũdata seminario: & tamen cũm illic deessent vniuersa iura naturæ, protulit virga q̃ nec semine suggeri potuit nec radice. Virga ergo potuit cõtra naturã nuces educere, virgo nõ potuit contra naturæ iura Dei filiũ generare? Dicat igitur mihi Iudæus incredulus, quemadmodum arida virga floruit & fronduit & nuces protulit, & ego dicam illi quemadmodũ virgo cõceperit & pepererit. Sed profectò Iudæus nec cõceptum poterit virgæ explicare, nec ego virginis partum: veniat ad ecclesiam, exponatur illi, vt agnoscat verum ordinem officij naturalis. Virgo peregit tẽpora pariendi: virga autem non habuit tempora germinandi. Virgo habuit tẽpora pariendi, virga autem alio die quod natura non habuit protulit. Illa enim decursis nouem mẽsibus peperit, virga autẽ alia die quod natura nõ habuit germinauit. Virginẽ, dicit Iudæus, parere natura non patitur. Deus enim qui in Numeris mirabile signum ostendit contra naturam, vt asina loqueretur, ipse mirabilius facere voluit vt Christus de virgine nasceretur. Audiat & versutus ille Manichęus aliud sacramentũ. Solis radius specular penetrat, & soliditatẽ eius insensibili subtilitate pertrãsicit: & talis videtur intrinsecus, qualis extrã & extrinsecus. Itaq;, fratres mei, nec cùm ingreditur violat, nec cùm egreditur dissipat: quia ad ingressum & regressum eius specular integrũ perseuerat. Specular ergo non rumpit radius solis: integritatem virginis ingressus aut egressus nunquid vitiare potuit deitatis? Sed quid vlterius immoror? Audiat Christianus q̃ non vult audire Iudæus aut Manichæus, vt hic proficiat in fide redemptus, & ille deficiat inductus. Virga illa vnde agebamus Aarõ, virgo Maria fuit, quæ nobis Christũ verum sacerdotẽ concepit & peperit, de quo Dauid cecinit, Tu es sacerdos in æternũ, secundum ordinem Melchisedec. Superiori namq; versu iam dixerat, Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Et Esaias propheta apertiùs Mariam sanctam designat, dicẽs: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eũ spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Quòd ergo hęc virga nuces produxit, imago Dominici corporis fuit. Nux enim trinã habet in suo corpore substãtiæ vnionem, corium, testã & nucleum. In corio caro, in testa ossa, in nucleo interior anima † comparatur. In corio nucis, carnẽ significat Saluatoris, quæ habuit in se asperitatem vel amaritudinẽ passionis. In nucleo, interiorem declarat dulcedinem deitatis, quę tribuit pastum, & luminis subministrat officium. In testa, lignum interserens crucis, quod non discreuit id quod foris & intus fuit, sed quæ terrena & cælestia fuerunt mediatoris ligni interpositione sociauit, dicente beato Apostolo: Quia ipse per sanguinem crucis suæ pacificauit omnia quæ in cælis sunt, & quæ in terris: [cui est gloria in sęcula sęculorum, Amen.]

Deus vnus est spiritus sanctus: nõ tres dij, sed vnus Deus:

Num. 17.

Num. 22.

Ioan. 16.

Lucæ 4.

Esaiæ 11.

al. designatur.

Colossi. 1.

SERMO IIII. Hic sequebatur Sermo intitulatus, In vigilia natiuitatis Domini Saluatoris, de fide Christi cõtra Paganos & Iudæos. Eum reperies in Tom. 6. pag. 13. intitulatum, Concionem ad catechumenos.

In Festo natiuitatis Saluatoris nostri Iesu Christi.

SERMO V.

SERMO I.

SALVATOR noster natus de patre sine die, per quẽ factus est omnis dies, voluit in terra habere natalem hunc diẽ, quem hodie celebramus. Quisquis hunc diem miratis, æternũ mirare potius ante omnẽ diem permanentẽ, omnem diem creantem, in die hodierno nascentem, à malitia diei liberantẽ. Adhuc mirare. Quæ peperit, & mater & virgo est: quem peperit, & infans & verbũ est. Meritò cæli locuti sunt, angeli gratulati, pastores lętati, Magi inuitati, reges turbati, paruuli coronati. Lacta mater cibũ nostrũ, lacta panẽ de cęlo venientẽ, & in pręsepi positum velut piorũ cibaria iumentorũ. Illic enim cognouit bos possessorem suũ, & asinus pręsepe Domini sui: Circũcisio scilicet & præputiũ cohærẽdo lapidi angulari, quorum primitiæ fuerũt pastores & Magi. Lacta eũ qui talẽ fecit te, vt ipse fieret in te, qui tibi & munus fœcũditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abstulit natus: qui sibi priusquã nasceretur, & vterũ de quo nasceretur, & diẽ quo nasceretur elegit. Et ipse cõdidit quod elegit, vt illine procederet velut spõsus de thalamo suo, quo mortalibus oculis posset videri, & augmẽto lucis annuæ se lucẽ mentium venisse testari. Prophetæ cecinerũt cõditorẽ cæli & terræ in terra cũ hominibus futurũ: angelus annũciauit creatorem carnis & spiritus in carne vẽturum. Salutauit Ioannes ex vtero in vtero saluatorẽ: Simeon senex Dominum agnouit infantẽ: Anna vidua virginẽ matrem. Hæc sunt testimonia natiuitatis tuę Domine Iesu, antequã tibi fluctus substernerentur calcãti, cederent imperãti, antequam ventus te iubẽte siluisset, mortuus te vocante vixisset, sol te moriẽte palluisset, terra te resurgente tremuisset, cælum te ascendẽte patuisset: antequã ista & alia mirabilia iam iuuenilis tui corporis ętate fecisses. Adhuc in manibus matris portabaris, & iã Dñs orbis agnoscebaris. Ipse puer paruulus ex semine Israël, & ipse nobiscũ Deus Emmanuel. Quæ est illa nostri generatio Saluatoris, qua gignẽti patri coæternus est, quãdo hãc generationem ex virgine mũdus expauit, quã pia fides agnouit & tenuit, infidelitas autẽ irrisit, superbia timuit superata? Quę nã est illa generatio, quia in principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum? Vel quod est hoc verbum, quod dicturus antea nõ silebat: quo dicto non siluit qui dicebat, quod est verbũ sine tẽpore, per quod facta sunt tempora? Verbũ q̃ labia nullius aperuit cœptũ, clausitve finitum, Verbum quod initium nõ habet ex ore loquentiũ, & aperit ora mutorum, Verbũ quod linguis gentium disertis nõ fit & linguas infantium disertas facit? Quænã est, inquã, illa generatio, cui pater moriendo non cedit, quia non eam viuendo præcedit? Segregata ab omnibus locorum temporumq; interuallis, ab omni distentione spatiorũ, quam vel in diebus, vel in corporibus sentire consueuimus. Leuemus ad eum, quantũ ipso adiuuante animam nostrã possũmus, si quomodo capere valeamus & natum non præuenientem qui gignit, & gignentẽ non subsequentem qui gignitur, patrẽ & filium: nec pariter patres, nec pariter filios, sed pariter æternos: Non vtrũque generantem, nec vtrunque nascentem, sed alterum sine altero non viuẽtem: & patrem sempiternè genuisse, & filium sempiternè natum esse cogitemus si valemus: si nõ valemus, credamus. Non est quod hic dicere valeamus, sed tamen non longè positum est ab vnoquoque nostrũ. In illo enim viuimus, & mouemur, & sumus: Trãscẽdamus carnem nostram, in qua parentes ante filios viuunt: quia vt filios possent generare creuerunt, & filiis crescentibus iam senescunt. Nõdum natis filiis parentes vixerunt, quia & parentibus mortuis filij victuri sunt. Transcẽdamus & animas nostras, pariunt & ipsæ aliquid cogitando quod secum habent sciendo: sed possunt amittere obliuiscẽdo, quia & non habebãt antea nascẽdo. Cũcta corporalia & temporalia & mutabilia transcẽdamus: vt videamus super omnia, per quẽ facta sunt omnia. Ascensus noster in corde est: quia ille ad quem ascendimus propè est. Longè autem ab illo sumus, inquantũ dissimiles sumus. Ascendit ergo ad eũ sua similitudo quam in nobis & fecit & refecit, quã nondum perfectè palpitat infirmus aspectus, & ineffabilem candorem lucis æternæ non potest intueri. Cuius ergo fulgorẽ mentis acies nõdum capit, generationem eius quis enarrabit? Sed Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Hãc ergo generationẽ, cuius hodiernũ celebramus diẽ, hanc in qua dignatus est venire per Israël, & fieri Emmanuel, nobiscũ Deus in carnis infirmitate, non nobiscũ in cordis iniquitate, accedens

Psal. 109.

Esaiæ 1.

Lucæ 1. 2.

dens ad nos per id quod assumpsit ex nostro, & liberãs nos per id quod mãsit in suo: (visitauit quippe Dñs seruos suos per mortalẽ infirmitatem: vt eos liberos faceret per incõmutabilem veritatẽ) hanc ergo generationẽ cuius vtcunq; capax est humana fragilitas, nõ illam quę sine tẽpore manet, sine matre super omnia; sed istã quæ in tempore facta est sine patre inter omnia. Hunc virginis filiũ & virginũ sponsum, de incorrupta matre nascentem, incorruptibili veritate fœtãtem, laudemus, amemus, adoremus: vt in eius misericordia de astutia victa diaboli triũphemus. Diabolus ad nos decipiẽdos corrupta feminea mente subrepsit: Christus ad nos liberandos incorrupta feminea etiam carne processit, [qui est benedictus in sęcula sęculorum, Amen.]

In eodem Festo. SERMO II.

SERMO VI. IN principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Qui in principio erat, intra se cõcludit omne principium. Ex matre verò initiũ sumpsit, sicut legimus per Esaiã, Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod est interpretãtũ, Nobiscum Deus, id est, latẽs in humana fragilitate maiestas: sicut in Ioãne Euangelista legimus: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: id est, in fragilitate corporis nostri. Itẽ de Mariæ virginis generatione; Et porta erat clausa, & non est aperta. Tanquã si interrogaretur, cur aperta nõ esset, adiecit: Quia Dñs trãsiuit per eam. Porta clausa, id est, signaculũ pudoris immaculatę carnis integritas. Non enim est violata partu, quæ magis est sanctificata conceptu. Item de Christi gemina Dei hominisq; substantia: Et erunt, inquit, duo in carne vna, id est, Deus & homo vnus Christus. Quod Apost. de Christo & Ecclesia, id est, Christi corpore prę̃cepit intelligi: sicut ait, Et erunt duo in carne vna. Ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia. Quod apertè exposuit ad Romanos, Patres nostri ex quibus Christus secundum carnem. Asseruit hominis, consequentèr asserit proprietatẽ Dei, dicens: Qui est super omnia Deus benedictus in sęcula. Tam perfecta filij eminentia declaratur, vt dici de patre maiora nõ possint. Nã si initiũ haberet, nõ esset super omnia, sed inter omnia, quæ pro conditione factura: intra initium continẽtur. Sed Christus qui ęqualis est patri, nulla tẽporis, nulla ætatis lege concluditur. Euidenter & ad Philippenses Apostolus duas Christi natiuitates & duas substantias prædicat, dicẽs: Qui cùm in forma Dei esset, formam serui accepit. Quibus regulis plena sunt volumina noui & veteris Testamenti. Similiter & Iob prædicat eximius Prophetarum, Et in carne mea videbo Deũ. Quod de illo tempore prophetauit, quãdo Christi deitas habitu nostrę carnis induta est. Quia ergo, vt prę̃fati sumus, verbũ caro factũ est, & duos esse constat hominem & Deum in carne vna, modò homo loquitur patri, modò Deus, modò visibilis ex matre, modò inuisibilis ex patre. Da verba hominis. Ipse in Euãgelio dicit, Filius hominis non habet vbi caput suũ reclinet. Ostendat hìc pauper filius hominis diuitias suas in gloria diuinitatis: Omnia, inquit, quæ pater habet, mea sunt. Dum dicit, Omnia, nihil hic reliquit quod minus haberet à patre. Omnia, id est, vnius deitatis potẽtiam, substantiam, maiestatẽ. Quis eum minorem dicere nõ tremiscat? qui se patri generaliter & per omnia veridicus testis exæquat, sicut de eo Euãgelista pronũciat. Ideo volebant eum Iudæi interficere, quia patrem suũ dicebat Deum, æqualẽ se faciẽs Deo. Et ad Philippenses, Non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo: id est, æqualẽ diuinitatis, quã rebellis angelus assumere voluit per rapinam, Christus possedit per naturam.

Esaiæ 7. Emmanuel. Ioan. 1. Ezech. 44. De Christi gemina Dei hominisque substantia. Genes. 2. Ephes. 5. Rom. 9. Philip. 2. Iob. 19. Lucæ 9. Ioan. 16. Ioan. 5.

A Ergo credas ei, cùm se in hominibus substãtia profitetur æqualẽ. Loquatur filius hominis, Pater, inquit, maior me est. Loquatur filius Dei: Ego & pater vnũ sum[us]. Quasi homo esurit, quasi Deus quinque milia esurientium quinque panibus obsequio creaturæ suæ exatiat. Quasi homo in cruce pẽdet, quasi Deus in paradisum de cruce latronem gestis per omnem mũdum loquentibus introducit, dicẽs: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quo tempore corpus Domini in tumulo fuit, anima in inferno, diuinitas in paradiso, in cælo & vbiq;, intra se omnia supereminẽti suę maiestatis immẽsitate cõplectens. Secundũ hominẽ minor dicitur, quando cõprehenditur, flagellatur, crucifigitur, moritur, sepelitur: secundũ Deum per virtutẽ resurrectionis in cælestia sublimatur. Quasi homo suscepta morte; quasi Deus super mortẽ. Secundũ hanc regulã modò pauper est, modò diues, modò minor, modò æqualis, modò dñs, modò seruus. Tũc ergo minor credatur patre, quãdo angelorũ cõditor paulominus ab angelis minoratur, sicut in octauo Psalmo legimus, Minorasti eum paulominus ab angelis. Tunc ergo patre minor dicatur, quando serui formã suscepisse perscribitur, quãdo etiam matre iunior inuenitur, quãdo ipse de se in vicesimoprimo Psalmo dicit, Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerũt omnia ossa mea. Quòd autem minor patre secundum carnem & secũdum hominem nuncupetur, innumeris Scripturarum testimoniis declaratur. De eius diuinitate ita ad Titũ Apostolus dicit, Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri. Et iterum: Expectantes beatam spem, & aduentũ gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. Immane piaculum est, vt per infidelis hominis blasphemias minor esse dicatur, quẽ magnum Deũ ipsa veritas profitetur. Nam & Thomas Apostolus in Euãgelio Ioannis, vbi post resurrectionẽ corp[ori] hominis crucifixi per clauorum signa cognouit, Deum qui intra hominem latebat Apostolica & Euãgelica authoritate confessus est, ita dicens: Dñs meus & Deus meus. Si fides assit, aperta est ratio qua Christus nũc minor, nunc æqualis patri sacris voluminibus asseratur: sicut ipse de se dicit, Ego primus & nouissimus. Indubitãter agnosce, quòd priorẽ nõ potest habere qui primus est. Item, Ego sum alpha & ω. Et sicut alpha literam nulla præcedit, ita & filium Dei nulli secundum constat esse, quia Deus est. Quid respõdebimus eis qui spiritum sanctum aut minorẽ dicunt, aut (quod sceleratius est) ministerialẽ magis quàm Deum abrupta impietate pronunciant: Quomodo creatura dicitur, qui Domini creator ex Maria cõprobatur, sicut legimus: Cõceptus de spiritu sancto, nat[us] ex Maria virgine? Christ[us] enim nõ de substãtia spirit[us] sancti, sed de potẽtia: nec generatione, sed iussione & benedictione cõceptus est. Et sicut à patre, ita etiam à spiritu sancto ad redemptionem nostrę malitię destinatus est, ipso de se per Esaiam loquente, Misit me pater & spiritus eius. Si spiritus sanctus minor creditur, quomodo se filius sicut à patre, ita etiã à spiritu sancto missum esse testatur? Spiritus sanctus ipse locutus est in Apostolis, ipse efferbuit in Prophetis, dicẽte beato apostolo Petro in epistola sua: Nõ, inquit, ex hominib[us] allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sũt sancti Dei homines. Et Saluator in Matthæo ita ait ad discipulos suos: Non vos estis q̃ loquimini, sed spiritus sanctus. Similiter & Dauid plen[us] spiritu sancto, quis p̃ eũ loq̃retur, manifesta voce denunciat, dicẽs: Audiam quid loquatur in me Dñs Deus. Hæc est, inquã, via lucis, cuius cõfessione aperitur ostiũ salutis. Itaq; qui in hãc professionẽ ingrediũtur, beatitudinem eius adipiscuntur. Beatitudo ei qui confitetur Deum patrem & filium

Ioan. 14. Ioan. 10. Matth. 4. Matth. 14. Lucæ 23. Psal. 8. Philip. 2. Psal. 21. Tit. 2. Ioan. 10. Apoc. 1. Luc. 1. Esa. 48. 2. Pet. 1. Matth. 10. Psal. 84.

filium & spiritũ sanctũ. Beatitudo ei qui confitetur solum Deum patrem & filium & spiritum sanctum. Beatitudo ei qui cõfitetur vnum omnipotentẽ Deũ patrẽ & filium & sanctũ spiritum. Beatitudo ei qui cõfitetur vnum summum Deum patrem & filium & sanctũ spiritum. Beatitudo ei qui confitetur vnũ Deum patrem & filium & sanctum spiritum sempiternum esse. Beatitudo ei qui confitetur indiuisam substantiam esse patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui nihil addiderit vel minuerit in vnitate naturæ patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui confitetur omnia bona facta fuisse à patre & filio & sancto spiritu. Beatitudo ei qui cõfitetur vnam æqualitatẽ in sempiterna plenitudine deitatis esse patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui secundũ singula nomina trinitatis, id est, patris & filij & sancti spiritus proprias tãtum personas distinctas esse cõfitetur. Vnde oportuit nos ostendere eis, quos edent vię suę fructus & maledictiones omniũ malè credẽtium, sicut scriptum est, Maledictus omnis qui nõ obaudierit verba libri huius, vt faciat ea in corde suo. Maledictus qui patris & filij & sancti spiritus vnã sempiternã substantiam esse nõ cõfitetur. Maledictus qui secundum tres personas tres diuisas substãtias esse cõfitetur. Maledictus qui tria principia eorum esse confitetur. Maledictus qui verum Deum patrẽ, & vnicum verum Deum filium, & vnicum verum Deũ sanctum spiritum non confitetur. Maledictus qui vnicum nomen in deitate trinitatis esse nõ confitetur. Maledictus qui indiuisam deitatem patris & filij & sancti spiritus nõ cõfitetur. Maledictus qui propria nomina personarũ tres deos aut tres dominos aut tres spiritus cõfitetur. Maledictus qui secũdum singulas personas trina nomina tãtùm distincta patris & filij & sancti spiritus non cõfitetur. Maledictus qui vnam personam eorum esse confitetur. Maledictus qui quem patrẽ dicit, hunc eundem & filium esse designat. Maledictus qui patrem natum, aut incarnatum, aut passum esse confitetur. Maledictus qui inenarrabiliter filium & verè natum de substãtia patris esse non confitetur. Maledictus qui hanc natiuitatem factam vel creatam vel cõditam esse cõfitetur. Maledictus qui verum filium Dei ex voluntate tantum dicit esse, & non potius de natiuitate. Maledictus qui dicit, erat tẽpus quãdo non erat filius. Maledictus qui hanc natiuitatem ex nullis extantibus nõ cõfitetur, quod Græci ἐξ οὐκ ὄντων appellãt. Maledictus qui diuinitatem filij Dei dicit initiũ habere de tẽpore, ortum ex nihilo, nomen quasi adoptionis ex altero. Maledictus qui vnum de vno, filium de patre generatum non confitetur. Maledictus qui impassibiliter filiũ natum de patre non confitetur. Maledictus qui dicit, fuit aliquando pater sine filio. Maledictus qui non confitetur ante omne principium vel initium semper fuisse filium cum patre. Maledictus qui immortalẽ deitatem filij Dei non confitetur. Maledictus qui de sempiterno filio dicit, non erat antequam de Maria nasceretur. Maledictus qui vnitam deitatem patris & filij & sancti spiritus, ex charitate cõcordiæ tantum esse profitetur, & non magis per hanc ipsam vnitam diuinitatem. Maledictus qui vnitã deitatẽ in tres has personas esse non confitetur. Maledictus qui aduersus vigorem cõsuræ diuinæ Scripturæ, hunc Deum verum spiritum paracletum, aut filiũ patris, vel certè facturam vsurpat debere confiteri. Maledictus qui filium Dei verum & hominẽ verũ de Maria virgine nuper natum pro nostra salute nõ cõfitetur. Maledictus qui filium Dei hominẽ tantùm pro nostra salute confitetur. Maledictus qui Deũ Dei filium sempiternum de assumptione hominis per hoc principiũ habere assignat. Maledictus qui deitatem eius passam esse confitetur. Maledictus qui incomparabilem deitatem trinitatis propriè ad hominis lineamenta esse cõfitetur, dum scriptum inueniamus: Quia non sit illi similis quisquã Deus in cælo sursum, & in terra deorsum.

Deut. 27.

In eodem Festo. SERMO III. SERMO VII.

RORO vos, fratres charissimi, vt libẽti animo sermones quos Dominus dabit suscipiatis in hac dulcissima die: in qua compũctio etiam infidelibus venit, in qua misericordia tangitur impius, veniam sperat compũctus, reditũ non desperat captiuus, remedium desiderat vulneratus, in qua nascitur agnus, qui tollit peccatum mũdi. In cuius natiuitate qui conscientiã puram habet, dulcius gaudet: qui miseram, attentiùs timet. Qui bonus est, affectuosè orat, qui peccator, deuotissimè supplicat. Dulcis dies, verè dulcis, & cunctis pœnitentibus veniam portans. Promitto vobis filioli, & certus sum, quia in hac die, si quis ex corde pœnituerit, & ad vomitũ peccati reuersus nõ fuerit, quodcunque petierit dabitur ei: tantùm in fide nõ dubitet, delectationẽ non repetat. Hodie totius mundi peccatũ tollitur, & peccator desperat? Sed videte qualis debet esse pœnitẽtia: quia multa fecisti, dum se dicũt esse peccatores, & tamẽ adhuc illos delectat peccare. Professio est, nõ emẽdatio. Accusatur anima, non sanatur. Pronũciatur offensa, non tollitur. Pœnitẽtiam certã non facit, nisi odium peccati, & amor Dei. Quãdo sic pœnites, vt tibi amarũ sapiat in animo, quod antè dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente, itã tũc bene ingemiscis ad Deũ, & dicis: Tibi soli peccaui, & malũ coram te feci. Bene tibi soli peccaui, quia tu solus es sine peccato. Bene tibi soli peccaui, quia nullus hominum sine peccato: & ideo tibi soli peccaui, quia null[us] est sine peccato. Da Domine misericordiã misero, qui tãdiu pepercisti criminoso. Inclinet ad remedium humilitas pœnitentis, quem permouere nõ potuit diuturnitas peccantis peccatoris. Dic illi in fletu cordis. Aspice infelicẽ pietas immẽsa, respice crudelẽ misericordia publica. Desperatus ad omnipotentẽ venio, vulneratus ad medicum curro. Serua pietatem mansuetudinis, qui tamdiu suspẽdisti gladium vltionis: dele nunc rositatẽ criminum multitudine misericordiarũ. Ista est filioli, vera pœnitẽtia, quãdo sic cõuertitur quis, vt nõ reuertatur: quãdo sic pœnitet, vt nõ repetat. Sanè videamus an aliqui vestrũm ita fortes sint, & virtutẽ animorum exercẽtes, qui in ista die verba mea pro sua salute sic audiãt, vt viriliter mollia vitia abiiciãt, tãquam qui pugnat. Reuerà fortius pugnat, qui contra se pugnat. Aperiant aures suas ad præcepta Christi, quæ fortasse patuerũt hucusque ad audiẽda ludibria. Aperiãt oculos suos ad nitorem, qui hucusque ad ignominiam patuerunt. Cõpungat pœnitentia criminum, quos hucusque transpunxit delectatio voluptatum. Erigat adiuncta virtus, quẽ vitia prostrauerunt. Aperiant medicamento pœnitentię nares suas, quibus illis fœtẽat consuetudo peccati: aperiat ille oculos cordis vobis, qui hodie propter vos dignatus est nasci, vt videatis illud quod putatur dulce modò satis esse in breuitate tẽporum, quàm amarũ erit in ignem æternũ, quàm graui & perpetua pœna punẽda erit breuitas delectationis. Delectatio occidit & præteriit, vulnerauit & trãsiuit, miserũ fecit & abiit, infelicẽ reddidit & reliquit. Quàm speciosus est animæ nitor, quàm felix cõscientia bonis operib[us] plena! Si beatũ se credit qui hoc possidet q̃ dimissurus est post mortẽ: quã securus est qui illud præmiũ sperat quod nunquã amissurus est per æternitatẽ? Si potẽs est qui mũdo imperat, quàm beatus est qui Deũ in conscientia portat! Et

Ioan. 16. Ioan. 5. Psal. 50.

tat? Et ideo, dulcissimi filij, cõcupiscite mũditiam cordis, habere dilectionem Dei & proximi. Peccatores dimittite, & dimittetur vobis. Iusti non peccetis, vt permaneat Christus in vobis. Quæ cùm ita sint, videtur mihi, charissimi, vt nascenti Domino & redẽptori nostro vota promittam⁹ hodie & reddamus: sicut scriptũ
Psal.75. est, Vouete & reddite Domino Deo vestro. Nos dulciter & confidenter voueamus, ille dabit possibilitatem, vt reddere possimus: nos tamen quicquid illi promittimus, de illo speremus. Et fortassẽ interrogatis me, quid debeatis hodie vouere & reddere. Sunt enim multi qui vouẽt, alius pallam, alius oleum, alius ceram ad luminaria noctis, alius vt vinum non bibat per aliquot annos, alius vt ieiunia certo tẽpore faciat, alius vt carnes nõ comedat. Nõ est istud votum optimum nec perfectum. Adhuc melius volo. Nõ eligit Deus nec speciem tuã, nec oleum tuum, nec ieiuniũ tuũ: sed hoc quod in
Votũ optimum. te hodie redemit, ipsũm offer, hoc est animã tuam. Et si interroges me, quomodo animã meã, quam ipse habet in potestate, offerã? Et ego respõdebo tibi, quomodo. Moribus sanctis, cogitationib⁹ castis, operibus fructuosis. Auertendo à malo, & conuertẽdo ad bonum. Damnando vitium, amando Deum, diligendo proximũ, impendẽdo misericordiam miseris: quia & nos ipsi miseri fuimus, antequam redimeremur. Dimittendo illis qui in nobis peccãt: quia & nos omnes sub peccato fuimus. Superbiã calcando: quia per superbiã primus homo deiectus est. Abiiciẽdo inuidiã: quia per inuidiã decepit diabolus genus humanũ. Quæ cũ ita sint, erigite animos vestros, & nullus sit siue liber siue seru⁹, siue ingenuus, qui non hodie Deo votum offerat simul & reddat: quia nimis miserum est, vt Deo aliquid non offeramus de nostro, qui animã suã pro nobis posuit, & propter nos, cùm esset æternus, carnem suscepit. Nunc itaque quicũque iram cõtra alterũ tenet, tantum propter amorẽ Dei dimittat, & obtulit votũ. Si quis cõsueuit iam lõga diuturnitate in luxuria volutari, resipiscat aliquãdo, & excutiat sordes suas per cõpunctionem, & clamet in corde suo in oratione secretius ad Dominũ: Piissime Domine, misericordissime Deus, sufficiat mihi quòd hucusq; peccaui, quòd contempsi, quod fœtoribus carnis meæ satisfeci, iam nũc te inspirante voueo me à nequitia mea cõuersurũ. Cùm hæc fecerit, & iste obtulit votũ. Si iterũ inuidia tenetur fratris, & felicitate illius aut actione prospera non delectatur, quod est peccatum vsque ad mortem, promittat & ipse in corde suo, mediturum se potius actus bonos, quàm liuorẽ eũdem habiturum: & cùm fecerit, & ipse obtulit votũ. Si quis verò sibi cõscius est de homicidio, indicat sibi ipse in corde suo pœnitentiam, & vindicet in se ipsam malã conscientiam, & statuat sibi ante Deum cruciatum pœnitẽtiæ & spatium: & plenum animum veneno quem antè effusio sanguinis proximi sauciauit, cruciat per abstinẽtiam & humilitatem: & communicare nullatenus præsumat, vt non dupliciter se infelix damnet, dum in corde criminũ horroribus pleno sacratissimũ corpus Domini periculosè præsumit accipere. Quòd si quis se talem agnoscit, & hæc fecerit: & ipse offert votũ. Si quis fortè, vt assolet, detrahere semper cõsuetus est, & aliorũ actiones obloqui, nec suas respicere, voueat hodie Deo in corde suo & dicat: Hucusq; de aliis dixi, me nõ inspexi: ego eram miserior, & alios miseros existimabam: & ideo nũc sufficit q; peccauit lingua mea, amodò emendare delibero. Ecce qui hæc facit, offert votũ. Si quis crudelẽ se sentit, misericordiã animi voueat Deo. Si quis superbũ, voueat humilitatem. Si quis vino nimiũ est deditus, sobrietatem voueat. Si quis seniori suo peccauit, veniam petat, & si ille non sapuerit petere, ille tamẽ dimittat. Et cùm hæc omnia feceritis; charissimi, offertis Deo votũ placitũ, & quasi remuneratis Christum. Et post hæc veniet vobis benedictio, & vota vestra offerẽtur ante tribunal Christi: & sicut dixit Salomon, monumentũ vestrũ non accipiet obliuionẽ: Sap.2.
& dicetur de vobis, Ecce populus me⁹ quem acquisiui sanguine meo, saturauit me votis, impleuit me odorامẽtis: ego ero eis quasi dñs; & ipsi erũt mihi in populũ, & non erit vltrà eis captiuitas aut desolatio. Putamus quàm dulce est, quãdo vota nostra talia qualia dixi, angeli qui custodes vitę nostrę sunt, ante conspectũ diuinæ maiestatis obtulerint? Si aliquid offerimus homini terreno & morituro, & tamẽ speramus nos ab illo multũ recepturos & adiuuãdos: si Deo autẽ aliquid de nostris morib⁹ offeramus, quãtum recipiemus? Nũc itaq; exultemus in Domino, gaudeamus cũ fletu, memores simus dignationis diuinæ & captiuitatis nostræ. Quẽcunque potẽtia eleuat, veniat illi in mentem humilitas
Christi, vt non dirigatur ad illũ sentẽtia ista: Quid su- Eccli.10.
perbis terra & cinis? Quãdo videmus quenquã miserũ, aut egenum, veniat nobis in mẽtem misericordia Dei. Quãdo captiuũ, veniat nobis in mentẽ redẽptio Domini nostri. Quãdo peccatũ quodcũq; delectat aut subrepit, sit nobis in memoria quòd iam deleta sunt peccata nostra. Nõ perdamus † præmiũ sanguinis Christi, nec al pretium
maculemus stolã animæ per iniquitatẽ, aut rapinã, aut concupiscentiã. Iacuimus, iam erecti sumus; vulnerati fueramus, iã sanati sumus. Nõ erit excusatio qualiscũque, diabolus potest ad malũ inuitare, nõ potest trahere; delectationẽ infert, non potestatẽ; cõsilium ingerit, nõ conflictũ. Nunc ergo propter partum beatæ Mariæ sit mihi sermo ad virgines, siue viros, siue viduas, siue feminas, siue pœnitẽtes, siue pauperes, siue seruos, non est apud Deũ nisi meritorũ discretio. Audite me itaq; quicunque dono Christi in corpore virgines estis. Generaliter loquor ad omnes: Audite me. Quicunque agnoscit se esse quod dico, studeat vt & corde sit virgo. Sic gaudeat de lucro corporis, vt nõ habeat damnum animę, gaudeat tũc de tam pretioso dono Christi, gaudeat cũ humilitate, fleat cũ pietate. Gratias agat, quia tãtam felicitatẽ in integritate portat: lętetur quia securus est agnũ quocunque ierit: si tamen in ore eius, sicut legimus in Apocalypsi, mendaciũ non inueniatur.
Oret perseuerantiam, vt non illi qualiscunque delecta- Apoc.14.
tio seculi aut inuidia diaboli tantũ donum tollat, tantã claritatẽ innubilet, tãtum nitorẽ infuscet. Teneat fortiter, ne perdat rem irreparabilem. Non vno momento delectationis amittat gratiã corporis, nõ cõtrahat turpitudinem animæ per pulchritudinẽ formæ corruptę, non illũ concupiscentia vincat. Si me audierit, permanet, quòd si non audierit, amissurus est quod nũquam est reparaturus. Iterũ ad vos mihi sermo est qui coniuges habetis, moneo vt castè habeatis. Nam & Elisabeth Luc.1.
quæ lõgæuis temporibus castè cum marito vixerat, & ambo fideles ante Dominum fuerunt, meruit iam de mortuo semine filium, qui & sanctitate parentes ornaret, & prædicatione multos infideles cõuerteret. Iterũ vobis loquor quę estis viduę, custodite viduitatem: nõ estote verbosæ, sed cum silẽtio expectate dñm, qui pu- 1.Tim.5.
pillum & viduam suscipit: sed bonam viduam, & illam quę in oratione est, in humilitate, in eleemosynis prõpra: si certè vnde faciat nõ habet, voluntatẽ bonam & cogitationẽ syncerã habeat. Mulieres, non maledicite, nõ iurate, nõ estote prõptæ ad loquendum. Fortè dicis importunũ esse q; dico. Nõ mihi tacere licet, pl⁹ timeo illũ qui iubet, q̃ illũ qui detrahit. Ego dico, qui agnoscit, emẽdet: qui in se nõ recognoscit, audiat & teneat, vt aliis pro salute dicere possit. Nunc iã ad vos loquor pœniten-

pœnitentes, qui pœnitentiam in ecclesia accepistis & agitis. Perseuerate in fletu, in cõpunctione doctè plangite. Quid est, Doctè plangite? Nõ quærite in orationẽ temporales res, sed æternã beatitudinẽ, remissionẽ ẽque peccatorum. Qui sic orat, doctè plangit. Non cadunt ad terram lachrymę vestrę, quia verax ille qui per
Psal.55. Prophetã dixit, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Vos modò satis debetis amare Deũ, & à timore iã ad dilectionẽ transire, quia sic legimus in Euãgelio de
Lucæ 7. peccatrice illa: Cui multum dimittitur, multũ diligit. Et ideo multũ debetis diligere, Deũ, qui vos expectãdo, & nõ puniendo ad pœnitentiã perducere dignatus est. Nunc iterũ ad vos mihi sermo est, pauperes. Vobis dico pauperes qui mẽdicatis, qui de eleemosyna Christianorum viuitis: Consolamini, cõsolamini, tribulatio vestra conuertetur in gaudium, & dolor vester in lætitiam. Non vobis sit ingratũ, quòd mẽdicatis, nec ideo in corde vestro aliquid cõtra Deũ dicatis: quia ille iu- B
stus & pius est in omnibus operibus suis. Et te ideo fecit pauperẽ, vt sufferẽdo breuẽ inopiam, æternam vitã acquireres. Et diuitẽ ideo fecit, vt dũ tibi superflua daret, remediũ peccatis suis acquireret. Et ideo patientes estote, & expectate Dñm. Etiam sermo mihi est ad vos quicunq; dominos carnales habetis, cuicunq; seruitij
Ephes.6. cõditionẽ debetis. Obedite dominis vestris, diligite ex corde, nõ ad oculũ seruientes, sed ministeriũ ex amore facientes: quia & illos Deus constituit vt vobis dominẽtur, & vos vt seruiatis. Bene seruite propter deũ, quia de bono seruitio mercedem habebitis. Si boni fueritis, meliores eritis dominis malis: quia apud Deum anima vniuscuiusque non est discernẽda nobilitate, sed opere; nec genere, sed actione. Ideo nũc ad omnes mihi ser
2.Cor.5. mo fuit, quia Christus pro omnibus mortuus est. Et ideo seruate quæ dixi, vt de vobis fructũ habeam, & vos omnes in cęlestibus horreis, vbi frumenta cõgreganda C
sunt, misericors Dominus intromittat, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo viii. *In eodem Festo.* Sermo IIII.

ODIE, fratres dilectissimi, celebramus Dominicæ natiuitatis diẽ, id est Domini nostri Iesu Christi, quia cùm æqualem trinitatem cùm patre possideat, qui cùm cælũ, terram ac maria & omnia quæ in eis sunt, pari cum patre virtute firmauerit, in nouissimis tẽporibus homo nasci ex homine dignatus est; sic nostrã suscipiẽdo naturã, vt non permutaret suã. Permanente enim integro diuinitatis statu, assumpsit hominẽ Dei filij⁹, nec amisit quod erat, sed sociauit sibi quod in ipso antè nõ fuerat. Inuisibilis ergo secundum diuinitatẽ Dei filius visibilem suscepit hominẽ, immortalis mortalẽ, impassibilis passibilem: & vt totũ breuiter cõprehendam, Deus hominẽ. Quic- D
quid ergo infirmitatis legimus in Christo, id est, quòd esuriuit, quòd doluit, quòd etiam mortẽ pro peccatis nostris sustinuit, suscepto hoc pro salute nostra homini deputem⁹, salua illius q; suscepit, id est, verbi Dei reuerẽtia: qui ita humanitatẽ diuinitati suæ iũxit, vt eã post passionem impassibilẽ faciat, nõ autem vt fieret, quod cogitari scel⁹ est, diuinitas ipsa passibilis. Nã etsi in Dei filio ex diuinitate & humanitate vna persona est, cùm tamẽ audis natũ ex homine Dei filiũ, noli communem hũc ibi credere natiuitatis exortũ, ex opere coniugali, quod quidẽ à deo est cõstitutum, vt humanitas propagetur. Aliter, inquã, ibi fuit humanitatis exortus, longè à nostra diuinitate diuersus. Nã etsi in eadem qua nos naturaliter sumus, veritate carnis nat⁹ est Christus: nõ tamen eo quo nos more cõceptus & natus est de cõiugio, id est, vnde cæteri exorti sumus, licet omnes procreẽtur homines. Nã & mirabiliter procreatus est. Legitima illa cõmixtio hominis homini quidẽ, licet iuxta diuinã authoritatẽ culpa non vacet, nõ tamẽ etiam gloriosa est. In Christi verò natiuitate sine cõmixtione propagatio omni prorsus gloria & honore cumulatur. Dominus itaq; noster Iesus Christus, ordine natiuitatis excẽpto, homo verus procreatus ex virgine est, eodemq; omnipotẽtiæ signo conceptus & natus, virginẽ habuit matrẽ, cum portaretur in vtero virginis, & cùm ex vtero funderetur: nec tamen ista natiuitas coniugia dãnauit, sed potẽtiam diuinitatis honorauit. Olim huius nouæ fœcunditatis signum Esaias propheta prædi-
xerat: Ideo, inquit, dabit Dominus ipse vobis signum: Esa.7.
Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel. Quod signatissimè de Christo Domino nostro est prophetatum. Emmanuel Emmanuel, Nobiscũ Deus.
enim interpretatur, Nobiscũ Deus. Ergo saluator nostet ab effectu rerũ etiã hoc nomen accepit, vt vocaretur Nobiscũ Deus. Et ipse tũc deus cum omnibus nobis esse dignatus est, quãdo suscepit hanc carnẽ, vt per hominem, qui visibilis erat, cõuersari videretur in terris. Sic enim Hieremias propheta promiserat, dicens:
Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum. Baruch.3.
Hic adinuenit omnẽ viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hęc in terris visus est, & cũ hominibus conuersatus est. Vnde & ipse
dominus ad discipulos suos in Euãgelio dicit: Tãto tẽ- Ioan.14.
pore vobiscũ sum, & nõ cognouistis me? Qui videt me videt & patrẽ meũ: & reliquã quę sequũtur. Talia enim Dei filius per assumptũ hominem opera faciebat, vt ex ipsa operũ claritate & patris simul & filij diuinitas noscẽretur. Quòd si diligẽter respiciamus ad causam, propter quam dominus totũ hoc sacramentũ suscepti hominis implere dignatus est, tũc verè obtinebimus nobis illud impletũ esse Propheticũ. Duplex enã princi- Duplex causa cur Dei filius, filius hominis sit factus.
paliter causa est, ob quã Dei filij⁹ factus est filius homi- Prima.
nis. Vna est, vt secundũ hominem omnia patiẽdo pro nobis, à peccatorũ nos vinculis liberaret. Sic enim Esaias propheta prædixerat: Hic peccata nostra portaEsa.53.
uit, & pro nobis dolet. Et rursus: Ipse autẽ vulneratus est propter peccata nostra. Eruditio pacis nostræ in eo: Altera.
liuore enim ei⁹ nos sanati sumus. Altera verò causa est dominicę passionis, vt nos, quos sanguine suo redemit à vitiis atque criminibus, non solùm doctrinæ auxilio & gratię, sed etiã exẽplo suo ad studiũ sanctitatis accẽderet, vt nos nõ modò præcipiẽtem Dominũ, sed etiã exemplo suo ad virtutis fastigia prouocantem, maiore alacritate sequeremur, & iustissimũ Dominum ac piũ patrem, secundũ sentẽtiam beati Petri, filij imitatione
coleremus. Sic enim beatus Petrus ait, Christus passus 1.Pet.2.
est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum vt sequamini vestigia eius, qui peccatũ non fecit, nec dolus inuẽtus est in ore eius. Qui cùm maledicẽretur, nõ maledicebat; cùm pateretur, nõ cõminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniustè, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Præster autẽ Dominus noster Iesus Christus, vt gratia eius adiuti, ad vestigia eius sequẽda properẽtis, & peccatis omnibus ac vitiis mortificati, ad sola viuatis opera iustitiæ exercẽda, gratias agẽtes patri Deo, cui est gloria & imperiũ, & Domino nostro Iesu Christo & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

In eodem Festo. Sermo V. Sermo ix.

Erit in appendice sermo xx I. quia continet plerásque sententias ex Bernardi Homiliis in Euangelium, Missus est.

In eodem Festo. Sermo VI. Sermo x.

Erit in appendice sermo xxii.

SERMO XI.

In eodem Festo. SERMO VII.

Erit in appendice sermo XXIII.

SERMO XII.

In eodem Festo. SERMO VIII.

FILIVS Dei idémque filius hominis Dominus noster Iesus Christus, sine matre de patre natus, creauit omnem diẽ, sine patre de matre natus conseerauit hunc diem, diuina natiuitate inuisibilis, humana visibilis, vtraque mirabilis. Proinde quod de illo Propheta prædixit, Generationem eius quis enarrabit? de qua potis dictum sit, iudicare difficile est: vtrum de illa vbi nunquã non natus coæternum habet patrem, an de ista vbi aliquando natus, in qua vt fieret iam fecerat matrem, vtrum de illa vbi semper natus est, qui semper erat? Quis enim enarrabit quomodo natum sit lumẽ de lumine, & vnũ lumen vtrumq; sit: quomodo natus sit Deus de Deo, nec deorum numerus creuerit: quomodo velut de re transacta dicatur quòd natus est, cùm tẽpus in illa natiuitate nec transierit quo præterita esset, nec præcesserit quo futura esset, nec præsens fuerit, quasi adhuc fieret, & perfecta nõ esset? Hãc ergo generationem quis enarrabit, cùm id quod enarrãdũ est supra tẽpora maneat, sermo autẽ enarrantis in tempora transeat? Istam quoque ex virgine generationẽ quis enarrabit, cuius cõceptus in carne non carnaliter factus, cuius ortus ex carne vbertatem nutrienti attulit, integritatem pariẽti nõ abstulit? Quamlibet itaque earum, siue vtramq; generationem eius quis enarrabit? Hic est Dominus Deus noster, hic est mediator Dei & hominũ, homo Saluator noster, qui natus de patre creauit & matrẽ, creatus de matre glorificauit & patrẽ. Sine feminco partu vnicus patri, sine virili cõplexu vnicus matri. Hic est speciosus forma præ filiis hominum, sanctæ filius Mariæ, sanctæ sponsus Ecclesiæ, quam suę genitrici similẽ reddidit. Nam & nobis eam matrem fecit, & virginẽ sibi custodiuit. Ad hãc quippe dicit Apostolus, Aptaui vos vni viro, virginem castã exhibere Christo. De qua rursus dicit, Matrem nostram non ancillam, sed liberam, cuius multi filij desertę magis quàm eius quę habet virũ. Est ergo & Ecclesiæ sicut Mariæ perpetua integritas, & incorrupta fœcũditas. Quod enim illa meruit in carne; hęc seruauit in mente: nũ quòd illa peperit vnũ, hæc parit multos congregandos in vnum per vnũ. Hic est ergo dies quo venit in mũdum, per quem factus est mundus: quo carne factus est præsens, virtute nũquam absens, quia in hoc mũdo erat, & in sua venit. In mũdo erat, sed mũdum latebat: quia lux lucebat in tenebris, & eam tenebræ non comprehendebant. venit ergo in carne, carnis vitia mundaturus. Venit medicina in terrã, vnde curaret interiores oculos nostros, quos exterior nostra excæcauerat terra: vt eis sanatis qui fuimus antea tenebræ, lux efficiamur in Domino, & non iam lux in tenebris luceat præsens absentibus, sed appareat certa cernẽtibus. Ad hoc sponsus processit de thalamo suo, exultauit vt gigas, ad currendam viam, amabilis & terribilis, seuerus & serenus, pulcher bonis, asper malis. Manens in sinu patris, impleuit vterum matris. In quo thalamo, id est, virginis vtero, natura diuina sibi copulauit humanam: vbi verbum caro factum pro nobis à matre procedens, vbi habitemus præparat nobis. Hũc ergo diem læti solenniter celebremus, & æternum diem per eum qui nobis æternus in tempore natus est, fideliter exopremus, Iesum Christum Dominum nostrum, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Esai. 53.

2. Cor. 11.

In eodem Festo. SERMO IX.

SERMO XIII. CAP. I.

A DOMINVS noster Iesus Christus, charissimi, qui in æternum est cunctorum creator, hodie de matre nascendo, factus est nobis saluator. Natus est nobis hodie in tempore per voluntatem, vt nos perducat ad patris æternitatẽ. Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus. Vt panẽ angelorum manducaret homo, Dominus angelorũ hodie factus est homo. Hodie impleta est prophetia illa, quæ dicit: Rorate cæli desuper, & nubes pluãt iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Factus est igitur qui fecerat, vt inueniretur qui pericrat. Sic enim in Psalmis homo cõfitetur, Priusquã humiliarer, ego peccaui. Et iterum: Erraui sicut ouis quæ periit. Peccauit homo, & factus est reus: natus est homo Deus, vt liberaretur reus. Homo igitur cecidit, sed Deus descendit. Cecidit homo miserabiliter, descẽdit Deus misericorditer. Cecidit homo per superbiam, descendit Deus cũ gratia. Sic namque mater Domini ab angelo audiuit: Aue gratia plena, Dominus tecũ. Qui natus est primò sine matre in cælis, hodie natus est sine patre in terris. O miracula, ô prodigia, fratres mei, naturæ iura mutãtur in homine: Deus nascitur, virgo sine viro gruidatur, viri nesciã sermo Dei maritat. Simul facta est mater & virgo; mater facta, sed incorrupta, virgo habens filium nesciens virum. Semper clausa, sed non infœcũda. Solus enim sine peccato est natus, quem sine virili complexu non concupiscentia carnis, sed obedientia genuit mentis. Virgo cõcepit, sola vulneri nostro medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vulnere germen pię prolis emisit. O mira & inexquisita cõpago, ô noua & inaudita cõmixtio! Deus qui est & qui erat, fit creator, creatura. Qui immẽsus est, capitur: diuites cõstituẽs, pauper efficitur, incorporeus, carne vestitur, sermo crassescit: videtur inuisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incõprehensibilis, immortalis occiditur. Quẽ cælum & terra benedicit, in præsepio angusto collocatur. Numeratur in seculo, qui est ante secula. Christus Iesus heri & hodie, idem ipse & in secula. Heri dixit propter mortalitatem, hodie propter æternitatem. Meritò hodie locuti sunt cæli, gratulati sunt angeli, pastores iocundati, magi inuitati, reges turbati, martyres coronati, dæmones effugati. Igitur cum gaudio dicamus sanctæ virgini Mariæ matri Domini nostri Iesu Christi; dicamus, & non confundamur: Lacta mater Christum, & Dominum nostrum & cibum. Lacta panem de cęlo venientem, & in præsepi positum velut piorum cibaria iumẽtorum. Illic enim cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: circũcisio scilicet & præputium, cohærendo lapidi angulari, quorum primitiæ fuerũt pastores & magi. Lacta eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te, qui tibi & munus fœcunditatis attulit cõceptus, & donũ virginitatis non abstulit natus: qui sibi antequam nasceretur, & vterũ de quo nasceretur, & ciuitatem in qua nasceretur, & diem in quo nasceretur elegit, qui & ipse condidit quod elegit. Sic namque olim prędictum est, Mater Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. O omnipotentia nascentis! ô magnificẽtia de cælo ad terram descendẽtis! Adhuc in vtero portabatur, & ex vtero matris à Ioãne Baptista salutabatur. In tẽplo prędẽtabatur, & à Simeone sene famoso, annoso, probato, coronato agnoscebatur. Tũc cognouit, tũc adorauit, tũc dixit, Nũc Dñe dimittis seruũ tuum in pace: quoniã viderũt oculi mei salutare tuũ, differebatur exire de seculo, vt videret natũ pquẽ conditũ est seculũ. Agnouit infantẽ senex, factus est in puero puer. Innouatus in ætate, qui plenus erat pietate.

B

C

D

Psal. 77.

Psal. 118.

Luc. 1.

Sermo Dei maritat.

Solus Christus.

Sola virgo.

CAPVT II.

Hebr. 13. Christus heri & hodie.

Esa. 1.

Psal. 86.

CAPVT III.

Luc. 2.

Simeonis de fideriũ & cognitio.

pietate. Simeon senex ferebat Christũ infantem, Christus regebat Simeonis senectutẽ. Dictũ ei fuerat à Domino, quòd non gustaret mortẽ, nisi videret Christum Domini natũ. Natus est Christus, & impletum est desideriũ senis, in mũdi ipsius senectute. Ipse ad senem hominẽ venit, qui mundũ inueterarũ inuenit. In isto quidem seculo diu esse nolebat, & Christũ in hoc seculo videre cupiebat; cantãs cum Propheta, & dicẽs: Ostẽde nobis Domine misericordiã tuam, & salutare tuũ da nobis. Denique vt noueritis ita esse istius lętitiã, cõclusit dicens: Nũc dimittis seruũ tuum in pace: quoniã viderunt oculi mei salutare tuũ. Propherę cecinerunt, conditorẽ cæli & terræ in terra cum hominibus futurũ: angelus nunciauit creatorẽ carnis & spiritus in carne venturum: salutauit Ioãnes ex vtero in vtero Saluatorẽ: Simeon senex Deũ agnouit infantẽ, Anna vidua virginẽ matrẽ. Hęc sunt testimonia natiuitatis tuę nũc Iesu, antequã tibi substernerẽtur fluctus maris calcãti, cederẽt imperãti, antequam ventus te iubente siluisset, mortuus te vocãte resurrexisset, sol te moriente palluisset, terra te resurgẽte tremuisset, cęlũ te ascendente patuisset. Adhuc enim in manibus matris portabaris, & iã Dñs orbis agnoscebaris. VBIQVE enim Christus Dominus pulcher occurrebat. Pulcher in cælis, pulcher in terris, pulcher in patre verbũ, pulcher in matre caro & verbũ: Pulcher in vtero virginis, vbi non amisit diuinitatẽ cùm suscepit humanitatẽ: Quia cùm hic esset, cùm manibus portaretur, lętati sunt cęli, gauisi sunt angeli, magos stella direxit; adoratus est in pręsepio cibaria mãsuetorum. Adoratus est in tẽplo puer Christus à sene Simeone, gestatus est in vlnis, à quo ipse regebatur. Pulcher ergo Christus in miraculis, in flagellis, in sermonibus, in verberibus pulcher, nõ curãs mortẽ, & mortuos suscitans. Pulcher in ligno, pulcher in cælo, pulcher & in sepulchro. Quis igitur, charissimi, nõ admiretur, non adoret primum & nouissimũ, initium & finem, α & ω: Quis, inquã, non adoret per quẽ aspirauit dies, effugatæ sunt vmbræ? Natus est imperator, vt ablueretur peccator. Sic enim scriptũ est, Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. Dominus enim Iesus Christus, per carnem quã suscepit, tribuit nobis magnã spem, magnam consolationẽ, magnam gratiã. Natus est quod non noueramus, lactatus est à matre, suxit quod noueramus. Mercatus est à nobis quod hic addãt, nasci & mori. Resurgere, & in æternum viuere, nõ hic erat. Inuenit hic viles merces terrenas, & terrestribus attulit peregrinas & cælestes. Si expaueseis ô quisquis es auditor, mortem Christi: ama resurrectionem Christi. Multi quidẽ contẽpserũt humilem Christum, & non peruenerũt vsque ad altitudinem Christi. Qui autem adorauerunt humilem, inuenerunt excelsum.

testimonia natiuitatis Christi.

CAPVT IIII.

Mercatus est christus à nobis nasci & mori: attulit verò nobis, resurgere & in æternũ viuere.

1. Cor. 1.

CAP. V.

AVDIVNT Iudæi, & dicunt: Noster est Christus. O Iudæi cæci, si vestrũ agnouistis, quare occidistis? dominus quidem suscepit circumcisionem, ablaturus ipsam circũcisionem. Suscepit vmbram, daturus lucem. Suscepit figuram, impleturus veritatẽ. Ipse quidem vobis legem dedit, sed in qua fuit Helisęus, quãdo resuscitauit mortuũ filium cuiusdam religiosæ, in ea figura data est lex. Hoc factũ est. Nũciatũ est Helisco, mortuus est infans: dedit seruo suo baculũ, & ait illi: Vade, ingr, & pone baculũ super puerũ, & reuiuiscet. Accepit seruus baculum, posuit super puerũ, & resurrexit. Propterea Iudęi legẽ accipere potuerunt, viuere ex ea non potuerunt. O tu Iudæe, audi legẽ mutatã, si vis mutari: si nõ vis mutari, in vetustate habes dãnari. Noli amare veterem tunicã: pater tuus crucifixit Christum, tu oditi: ille manu, tu corde: ambo facinus implestis. Displiceat tibi quod fecit pater tuus, audi quid dicit Dominus tuus: Pater, inquit, in me manẽs, ipse mihi mandatũ dedit quid dicã & quid loquar, & scio quia mandatum eius vita ęterna est. Si mandatũ patris vita æterna est, si verbũ patris est vita æterna, qui loquebatur erat vita æterna. Nõ ergo fecit aliquid à se, quia non est à se. Sed à quo est? A patre. Pater enim Deus, sed nõ de Deo: filius autem Deus, sed de Deo. Ideo filius, quia de Deo genitus est, & semper filius sine initio genitus, & tamẽ genitus. Et quomodo hoc intelligatur, audite. Expectatis à me, audite Prophetam per me, Generationẽ eius quis enarrabit? Multa diximus de eius generatione, sed ea quę de matre est. Cæterùm quomodo natus est de patre in cælo, quis potest explicare? quis potest enarrare vel inuestigare? Teneamus nos ad istã humanam natiuitatem, per quam nobis Deus donauit gratiã. Gratia, inquã, donata, non merces est reddita. Qui creauit, sanat; per ipsam leuat ruentẽ, per ipsam curat ægrotantẽ, per ipsam coronat vincentẽ. Ipsa est fides, ipsa est veritas: hoc est Christianæ fidei fundamẽtum, quia vnus homo per quẽ ruina, alius homo Christus per quẽ structura. Cecidit qui nõ mãsit, erigit qui nõ cecidit. Ruit ille qui dimisit manẽtẽ, manẽs Christus in patre descẽdit ad iacentem. Ipse puer paruulus ex femine Israël, & ipse nobiscum Deus Emmanuel. Quæ est illa nostri generatio Saluatoris, qua gignenti patri coæternus est, quando hanc generationem ex virgine mũdus expauit, quam pia fides agnouit & tenuit, infidelitas autem irrisit, superbia timuit superata? Quænã est illa generatio, qua in principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum? Vel quod est hoc verbũ quod dicturus antea non silebat, quo dicto non siluit qui dicebat? Quod est verbum sine tẽpore; per quod facta sunt tẽpora, verbũ quod labia nullius aperuit cœptum, vel clausit finitum, verbũ quod initiũ non habet ex ore loquentium, & aperit ora mutorum, verbum quod linguis gentiũ disertis non fit, & linguas infantium disertas facit? Quænam est, inquam illa generatio, cui pater moriendo non cedit, quia non eã viuẽdo præcedit, aliena ab omnib locorũ temporumq; interuallis, ab omni distentione spatiorum, quam vel in diebus vel in corporibus sentire consueuimus?

A

B

C

D

Ioan. 12.

CAPVT VI. Esa. 53.

Generatio Christi diuina.

CAPVT VII.

Act. 17.

Esa. 53.

LEVEMVS ad eum, quantum ipso adiuuãte possumus, animas nostras, si quomodo capere valeamus, & natum non pręuenientem qui gignit, & gignẽdo nõ subsequentem qui gignitur, patrem & filium: nec pariter patres, nec pariter filios, & pariter æternos: nõ vtrũque generantem, nec vtrumq; nascentem, sed alterum sine altero non viuentẽ, & patrem sempiternũ genuisse, & filium sempiternum natũ esse, Cogitemus, si valemus, si non valemus, credamus. Non est hic quod dicere volumus, sed tamẽ non lõgè positum est ab vnoquoq; nostrum. In illo enim viuimus, & mouemur, & sumus. Transcẽdamus carnẽ nostrã, in qua parẽtes ante filios viuũt: quia vt filios possent generare, creuerũt, & filiis crescentibus iam senescũt. Nondum natis filiis parentes vixerunt, quia & parentibus mortuis filij victuri sunt. Transcẽdamus & animas nostras, pariunt & ipsæ aliquid cogitando quod secum habent sciendo, sed possunt amittere obliuiscendo, quia & nõ habebãt antea nascẽdo. Cũcta corporalia & temporalia & mutabilia transcendamus: vt videamus super omnia, per quem facta sunt omnia. Ascensus noster in corde est, quia & illud quò ascẽdimus propè est. Longè autẽ ab illo sumus, inquantũ dissimiles sumus. Ascẽdit ergo ad eũ sua similitudo, quã in nobis & fecit & refecit: quia nõdũ perfectè palpitat infirmus aspectus, & ineffabilẽ candorem lucis æternę non potest intueri. Cuius ergo fulgorẽ mentis acies nõdum capit, generationem eius

4. Reg. 4. In qua figura data fit lex.

Ioan.1. Capvt VII. quis enarrabit? Sed verbum caro factum est, & habitauit in nobis. HANC ergo generationē, cuius hodiernum celebramus diem, hāc in qua dignatus est venire per Israël, & fieri Emmanuël nobiscum Deus in carnis infirmitate, nō nobiscum in cordis iniquitate, accedēs ad nos per id quod assumpsit ex nostro, & liberans nos per id quod mansit in suo. (Visitauit quippe Dominus seruos suos per mortalem infirmitatem: vt eos liberos faceret per incommutabilem veritatē.) Hanc ergo generationem cuius vtcunque capax est humana fragilitas, non illam quæ sine tempore manet, sine matre super omnia, sed istā quæ in tēpore facta est sine patre inter omnia. Hunc virginis filium & virginū sponsum, de incorrupta matre nascentem, & incorruptibili veritate fetantē laudemus, amemus, adoremus: vt in eius misericordia de astutia victa diaboli triumphemus. Veniamus ad eū credēdo, proficiam⁹ gratias agēdo, agnoscamus perseuerando. Veniamus ad illū, & inter nos concordemus. Quare de eius natiuitate litigamus? An vt medico vocante nō audiamus? O infelix infirmitas, venit ad ægrotum medicus, & litibus vacat ægrotus. Celebremus ergo natalem non humanæ deuotionis, sed diuinæ dignationis; nō infirmitatis, sed æternitatis; non formationis, sed reformationis Domini nostri Iesu Christi: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Similia habes sup. de verb. apost. ser. 12.

Sermo XIIII. *In eodem Festo.* SERMO X.

FRATRES dilectissimi, hodie dies illuxit in quo Christus ex virgine carnem suscepit. Humilitatis induere voluit formā, vt à peccatis liberaret animas nostras. Trāsgressio illius primi hominis totum deceperat mundū, vt nullū esset salutis remedium, nisi Christus aduenire è cælo. Gaudebat teterrimus draco, quia venenū præparauerat homini nouo. Sed ad hoc descēdit Christus in vterum virginis, vt exinde humana susciperet mēbra quæ traderet cruci, & mortē induceret antiquo draconi. Vsus enim fuerat diabolus cōsilio malo, vt per serpentē mulieri loqueretur, & diabolus non agnosceretur. Sed hic qui de cælo descendit, ad nihilum redegit illū, vt Deus Dei filius humanū susciperet corpus, tendēs ei laqueū mortis, vt per visionē videlicet carnis, quasi ad hominē solum rētator accederet, & Deū penitus ignoraret. Videbat carnē, sed ignorabat Dominī maiestatē; cernebat infirmitatē, & non videbat deitatē. Remansit cōfusus diabolus, dum in homine apparuit Dominus. Sic à Deo patre Deus descēdit, vnde nunquā discessit. In cæteris erat & cælos non deserebat, sicut ipse Dñs ait, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descēdit, filius hominis qui est in cælo. In terris vt homo loquebatur hominibus, & in cælo esse fatebatur vt Deus. Et deitas nō minoratur, cùm infirmitas assumitur, & illud quod nō erat accepit, & Deus mansit quod ab initio fuit. Quod enim homo fuit, nobis profuit, sibi nihil minuit. Exinaniuit plenitudinē deitatis, formā suscepit humilitatis, & patri manēs æqualis. Talis eligitur virgo de toto scilicet mūdo, quæ tantum haberet meritū, vt Dei filium in semetipsam susciperet, & post partū omnimodo virgo permaneret. Aue, inquit, Maria, gratia plena, Dñs tecum: benedicta tu inter mulieres: quia ecce cōcipies & paries filiū, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populū suū à peccatis eorū. Virginitatis iura seruabis, filium habebis, & nomē virginis nō amittes. Tanta est enim diuina illa potētia, vt & matrē reddat fœcūdam, & virginitatē seruet illæsam. Ideo benedicta inter mulieres, quia ex spiritu sancto cōcipies, vbi non est carnalis maritus, sed diuina dignoscitur virtus.

Ioan.9.

A Lactabis infantem proprium, creatori succū porrigis lactis, & cibis cælestibus satiaris. Pānis inuoluis puerū, qui tibi immortale cōdonauit indumentum. In præsepio ponis infantilia mēbra, qui cælestē tibi præparauit mensam. Omnia quæ nutriciæ causa debentur circa puerū celebremus, vt quod ipse promisit sanctis suis, & tu ipsa libentius consequaris. Quid multa: Exulta virgo de tanto promisso, nuncius discessit angelicus, & ventris hospitium ingreditur Deus, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo XV. *In eodem Festo.* SERMO XI.

Erit in appendice sermo XXIIII.

Sermo XVI. Cap. I. Psal. 84. *In eodem Festo.* SERMO XII.

ODIE veritas de terra orta est, Christus de carne natus est. Gaudete solleniter, & sempiternū diem hodierno quoque admoniti cogitate, æterna dona spe firmissima concupiscite, filij Dei esse accepta potestate præsumite. Propter vos tēporalis effectus est temporū effector, propter vos in carne apparuit mundi conditor, propter vos creatus est creator. Quid adhuc mortales mortalibus rebus oblectamini, & fugitiuam vitam, si fieri posset, tenere conamini? Spes longè clarior effulsit in terris, vt terrenis vita promitteretur in cælis. Hoc vt crederetur, res incredibilior prerogata est. Deos facturus qui homines erant, homo factus est qui Deus erat: nec amittens quod erat, fieri voluit ipse quod fecerat. Ipse fecit quod esset, quia hominē Deo addidit, non Deū in homine perdidit. Miramur virginis partum, & nouum ipsum nascendi modū incredulis persuadere conamur, quòd in vtero non seminato germē prolis exortum est: & à complexu carnis viscera immunia filiū hominis protulerunt, cuius patrem hominem non tulerunt: quòd virginitatis integritas & in cōceptu clausa, & in partu incorrupta permansit. Mira est ista potētia, sed plus est mirāda misericordia, quòd ille qui sic nasci potuit, sic nasci voluit. Erat enim iam vnicus patri, qui vnie⁹ natus est matri: & ipse factus est in matre, qui sibi fecerat matrē, sempiternus cū patre, hodiernus ex matre. Post matrē de matre factus est, ante omnia de patre natus est: sine quo pater nūquā fuit, sine quo mater nunquam fuisset. EXVLTATE virgines Christi, consors vestra est mater Christi. Christū parere non potuistis, sed propter Christum parere noluistis. Qui nō ex vobis natus est, vobis nat⁹ est. Verū tamen si verbi eius memineritis, sicut meminisse debetis, estis etiā matres eius, quia voluntatem facitis patris eius. Ipse enim dixit, Quicunque facit voluntatē patris mei, ipse mihi frater & soror & mater est. Exultate viduę Christi, quia fœcundā fecit virginitatē ille cui voluistis cōtinētię castitatē. Exulta etiā castitas nuptialis, omnes fideliter viuētes cum cōiugibus vestris, & quod amisistis in corpore, in corde seruate. Vbiā non potest esse à concubitu caro integra, sit in fide virgo conscientia, secūdum quam virgo est omnis Ecclesia. In Maria Christū pia virginitas peperit: in Anna Christū viduitas paruum grandæua cognouit: in Elisabeth Christo cōiugalis castitas, & anilis fœcūditas militauit. Omnes gradus fidelium membrorum capiti cōtulerunt, quod ipsius gratię cōferre potuerunt. Proinde quia veritas & pax & iustitia Christus est, hūc fide cōcipite, operibus edite: vt quod egit vterus Mariæ in carne Christi, agat cor vestrū in lege Christi. Quomodo autē nō ad partū virginis pertinetis, quādo Christi membra estis? Caput vestrū peperit Maria, vos Ecclesia. Nā ipsa quoq; & mater & virgo est: mater visceribⁿ charitatis, virgo integritate fidei. Pietatis populos parit, sed eius membra sunt

Capvt II.

Matth. 12.

Ecclesia, mater est & virgo.

cuius

cuius ipsa est corpus & coniunx, etiā in hoc similitudinem gerens illius virginis: quia & in multis mater est vnitatis. OMNES itaque vnanimes, castis mentibus & affectibus sanctis, diē natalis Domini celebremus: quo die, sicut istum sermonē orsi sumus, Veritas de terra orta est. Iam enim & quod in eodē Psalmo sequitur factū est. Nā cùm ille, de terra ortus est, hoc est, de carne natus est, qui de cælo venit, & super omnes est, proculdubiò cùm ascendit ad patrem, etiā iustitia de cælo prospexit. Hanc enim iustitiam verbis suis ipse cōmendat, in promittendo spiritum sanctum: Ipse, inquit, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidē, quia nō crediderunt in me. De iustitia verò, quia ad patrē vado, & iam nō videbitis me. Hæc est vera iustitia, quæ de cælo prospexit. A summo enim cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Ne verò quisquā contēneret veritatē, quia de terra orta est, cùm sicut spōsus processit de thalamo suo, id est, de vtero virginali, vbi verbum Dei creaturæ humanæ quodā ineffabili coniugio copulatum est. Ne hoc ergo quisquā contemneret, & quāuis mirabiliter natū, & dictis factisq; mirabilē, tamen propter similitudinem carnis peccati nihil amplius Christū quàm hominem crederet, cùm dictum esset, Tanquam sponsus procedēs de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currēdā viā: continuò subiunctum est, A summo cælo egressio eius. Quod ergo audis, Veritas de terra orta est, dignatio est, nō cōditio; misericordia est, nō miseria. Veritas vt de terra oriretur, de cælo descēdit: spōsus vt de thalamo suo procederet, à summo cælo egressio eius. Inde est quòd hodie natus est, quo die minor dies nullus in terris, à quo tamen incrementa dies sumunt. Qui ergo inclinatus est, & nos erexit, minimum elegit diē, sed vnde lux crescit: ipso suo tali aduentu, nos etiā tacitus tanquā sonitu magni clamoris exhortans, vt qui pauper propter nos factus est, in illo diuites esse discamus: qui propter nos formā serui accepit, in illo libertatē accipiamus: q propter nos de terra ortus est, in illo cælū possideamus. [per Dñm nostrum Iesum Christū, qui viuit & regnat per omnia secula seculorū, Amen.]

Psal. 84. Ioan. 16. Psal. 18. Rom. 8. Psal. 18.

Sermo XVII. *In eodem Festo.* SERMO XIII.

NATIVITATEM Dñi nostri Iesu Christi secundum carnem, ita Euangelista apertissimè demōstrans ait, vt ostenderet eū ex spiritu sancto & Maria virgine natū, propter hæreticorū astutiam, qui negant Deum hominem suscepisse. Sed ideo Dominus Noster virgineū sibi requisiuit hospitiū habitandi, vt nobis ostēderet in casto corpore Deū portari debere. Ad hoc enim Deus hominē suscepit in se, vt & nos Deum suscipiamus in nobis, sicut ipse dicit, Manete in me, & ego in vobis. O sacrum & cæleste mysterium in natiuitate Domini! Concepit virgo antequam sponsum haberet, parit antequā nubat, & quod ad laudē pertinet nominis Domini, & mater & virgo cœpit esse post partum. Virgo enim cōcepit, virgo peperit, virgo post partū illibata permāsit. Quē cùm portaret, timuit, cùm pareret, adorauit; quem cùm peperisset, minor erat mater quàm filius. Grande nobis mysteriū, diuina maiestas in Adæ figura præmisit. Sicut enim Deus noster cùm primùm Adā facere vellet, non ex coniunctione viri aut mulieris hominē vt esset effecit, sed accipiēs terrā, inde hominē diuina quadā arte formauit: ita sine viri cōiūctione Deum in virginali aluo incorporari dispēsauit. Ergo si tūc licuit hominē sine homine nasci, cur nō licuit hominē sine homine per Mariā virginē procreari?

Capvt III.

Psal. 84.

Psal. 18.

Deus quare susceperit hominem. Ioan. 15.

Quoniam sicut Adā ex terra virgine figuratus est, ita & Christus ex virgine natus agnoscitur. Ibi tūc flatus Dei de terra viuum hominē surgere fecit ad vitā: hic mundum spiritus sanctus de Maria virgine Christū hominē figurauit, in quo Deus ad reparationē hominis habitaret. Adam enim ibi tunc nascitur, hic renouatur & resuscitatur in Christo. Fuit similis reparatio, quomodo fuit & hominis creatio. Deniq; sicut tūc in aluo terræ Saluator Adæ mēbra composuit, sic etiam nunc in virginis aluo Christus sua mēbra composuit. O grādis patientia Saluatoris, expectat nasci sua mēbra qui fecit. Sed ideo ille voluit nasci, vt nos iterū viueremus. Deus latebat in homine: humiliata est virtus, vt pietas augeretur, & quod ad laudē nominis eius pertinet, visa est potestas minus velle quàm possit. Humiliauit se vt homo: nec horruit Deus hominem induere, quem ad suam patrisq; imaginē figurauit, vnde libens Dei filius voluit hoc esse quod fecit. Nam ideo Deus noster filiū suum misit ad hominem liberandū, vt cui dixerat, Faciamus hominem, ipse etiā liberator esset qui fuerat & creator. Sed quare Deus noster nascēdo per virginem, nos sic voluit reformare ad vitā? Vt quia per mulierem in hunc mundū mors intrauit, salus per virginē redderetur. Denique & quādo Christus tertia die ab inferis resurrexit, primū mulieres per angelū adorātes occurrūt, quibus ideo iubetur resurrectionē Apostolis nunciare, vt homini ostēderetur. Ecce per quā cecidistis in mortē, per ipsam vobis resurrectio mortuorū nūciatur. Mulier enim quia prior gustauerat, prior etiā resurrectionē vidisse mōstratur, vt ne perpetui reatus apud viros opprobriū sustineret, quia quę culpā nobis trāsfuderat, trāsfudit ei gratiā. Deniq; Dominus noster ideo per casta virginis mēbra venit ad terras, vt ostenderet Deū castitatis esse authorē. Ergo sicuti Deus noster nos suscepit in se, ita Deum nos suscipiamus in nobis. Portemus ergo & nos Deū in casto corpore, quem virginis casta mēbra portauerunt. Christus enim magister est castitatis: & ideo qui castitatē nō habet, portare Christum nō potest. Sed & nos, fratres charissimi, qui Deo credimus, vt semper Christum in corde nostro portare possimus, castos ac puros nos exhibeam⁹ ab omni peccato, vt Christus habitare possit in nobis. Qui enim Christum nō habet in se, Christianus non potest dici. Nec enim ita se extollere debet vnusquisque, vt Christianū se nomine dicat tantùm, & factis inimicū ostendat. Quomodo est Christianus, qui contra Christi præcepta venire contēdit? Sed vos qui Deo seruitis & eius præcepta custoditis, potens est vobis concedere vitam æternam, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Psal. 18. Matth. 28 * &

Sermo XVIII. *In eodem Festo.* SERMO XIIII.

Erit in appendice sermo XXV.

In eodem Festo.

Sermo XIX. Cap. I. SERMO D. AVGVST. XV.

AVDEAMVS, fratres, lætentur & exultētur gentes. Istum diem nobis non sol iste visibilis, sed creator ipsius inuisibilis consecrauit: quando cum pro nobis visibilē factum, à quo inuisibili & ipsa creata est, visceribus fœcundis & genitalibus integris virgo mater effudit. Concipiens virgo, † pariens virgo, virgo grauida, virgo fœcunda, virgo perpetua. Quid miraris hæc homo? Deum sic nasci oportuit, quando esse dignatus est homo. Talem fecit illam, qui est factus ex illa. Antequā fieret enim, erat: & quia omnipotens erat, fieri potuit manens quod erat. Fecit sibi matrem, cùm esset apud patrē: & cùm fieret ex matre, mansit in patre. Quomodo Deus

al. permanęns.

esse

esse desisteret, cùm homo esse cœpit, qui genitrici suæ
præstitit ne desisteret virgo esse, cum peperit? Proinde
cùm verbum caro factum est, non verbum in carnem
percũdo cessit, sed caro verbo, ne ipsa periret, accessit;
vt quẽadmodũ homo est anima & caro, sic esset Chri-
stus Deus & homo. Idẽ Deus qui homo, & qui Deus,
idẽ homo: non cõfusione naturæ, sed vnitate personæ.
Deniq; filius Dei generãti coæternus semper ex patre,
idẽ filius hominis esse cœpit ex virgine: ac sic & filij di-
uinitati est addita humanitas, & tamen non est perso-
narum facta quaternitas, sed permanet trinitas.

CAPVT II. NON ergo vobis subrepat quorũdam sentẽtia mi-
nus attẽtorum in regulam fidei, & in Scripturarũ ora-
cula diuinarũ. Dicunt enim: Qui filius est hominis, fac-
tus est filius Dei: qui verò filius est Dei, non est factus
filius hominis. Hoc vt dicerẽt, quod verum est attẽde-
runt, sed verum eloqui nõ valuerunt. Quid enim attẽ-
derũt, nisi quia humana natura potuit in melius com-
mutari, in deterius autẽ diuina nõ potuit? Hoc verum
est, sed etiam sic, id est, nequaquã in deterius diuinitate
mutata, verbum tamen caro factũ est. Neque enim ait
Euãgelista, caro verbum facta est: sed ait, verbum caro
factũ est. Verbum autẽ Deus, quia Deus erat verbũ. Et
quid caro, nisi homo? Non enim sine anima in Christo
Matth. 26. hominis caro. Vnde ait, Tristis est anima mea vsque ad
mortẽ. Si ergo verbũ DEI, & homo caro, quid est aliud,
Verbum factum est caro: nisi, Qui Deus erat, factus est
homo? Ac per hoc qui erat Dei filius, factus est hominis
filius assũptione inferioris, nõ versione potioris: accipi-
endo ipse q̃ non erat, non amittẽdo quod erat. Nam
Symbolũ apostolicũ, regula fidei. quomodo in regula fidei confiteremur, credere nos in
filiũ DEI qui natus est ex virgine Maria, si nõ filius DEI,
sed filius hominis natus est ex virgine Maria? Quis enĩ
Christianus neget ex illa femina filium hominis natũ,
sed tamẽ Deum hominem factũ, & ita hominẽ Deum
factum? Deus enim erat verbũ, & verbum caro factum
est. Confitẽdum est igitur, eum qui filius DEI erat, vt de
virgine Maria nasceretur, assũmpta forma serui filium
hominis factũ, quod erat manentem, quod nõ erat as-
sũmentem: Esse incipientem quo minor est patre, &
semper manentem in eo quòd vnum sunt ipse & pater.

CAPVT III. Phil. 2. NAM si ille qui semper est Dei filius, non est ipse
factus hominis filius, quomodo de illo dicit APOSTOLUS;
Qui cùm in forma DEI esset, nõ rapinam arbitratus est
esse æqualis Deo, sed seipsum exinaniuit formam serui
accipiens, in similitudinem hominum factus, & habi-
tu inuentus vt homo? Neque enim alius, sed ipse in for-
ma Dei æqualis patri, qui est vtique vnigenitus Dei fi-
lius, semetipsum exinaniuit, in similitudinem hominũ
factus. Neque alius, sed idem ipse in forma Dei æqualis
patri, humiliauit nõ alium, sed semetipsum, factus obe-
diens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quod
D totum non fecit Dei filius, nisi in ea forma qua est ho-
minis filius. Item si ille qui semper est Dei filius, nõ est
ipse factus hominis filius, quomodo dicit APOSTOLUS
Rom. 1. ad Romanos, Segregatus in Euãgelium Dei, quod an-
tè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis
de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secũdum
carnem? Ecce filius Dei, quod vtique semper erat, fa-
ctus est ex semine Dauid secũdum carnem, quod non
erat. Item si ille qui est Dei filius, non est ipse factus fi-
lius hominis, quomodo misit Deus filiũ suum factum
ex muliere? Quo nomine secundum Hebræã linguam
non virginẽũ deeus negatur, sed femineus sexus osten-
ditur. Quis enim à patre est missus, nisi vnigenitus DEI
filius? Quomodo ergo ex muliere factꝰ, nisi quia idem
ipse qui erat apud patrem Dei filius, missus factus est
hominis filius? De patre natus sine tẽporis die, de ma-
A tre natus hoc die. Istum enim diẽ quem creauit, in quo
crearetur elegit, sicut factus est de matre quam fecit.
Nam & ipse dies à quo deinceps incremẽtum lucis ac-
cipit dies, opus Christi significat, à quo interior homo
2. Cor. 4. noster renouatur de die in diem. Æterno quippe crea-
tori in tempore creato ille dies debuit esse natalis, cui
creatura congrueret temporalis. (cui honor & impe-
rium per infinita secula seculorum, Amen.

In eodem Festo.

SERMO D. AVGVST. XVI. SERMO XX. CAPT. Ms. incipiunt hunc sermonem hoc modo: *Primus homo quo cadente, &c.*

HODIERNVS dies ad habendam spem vitę
æternæ, magnum contulit gaudium generi
humano. Primus enim homo quo cadente
omnes cecidimus, cuius ruina est mortalitas
nostra, nõ est natus, sed factus, patre nullo, nulla matre
sed Deo operãte. Hæc hominis prima conditio, Adam
de terra. Secũda cõditio est hominis, qua creatur femi-
B na de latere viri. Tertia cõditio est hominis, qua natus
est homo ex viro & femina. Quarta cõditio est Dei &
hominis, qua natus est Christus sine viro de femina. In
istis quatuor cõditionibus vna sola nobis vsitata est, cę-
teræ tres non sunt in oculis carnis, sed in fide cordis. De
terra factũ hominẽ sine patre, sine matre, nõ nouimus,
factã feminã de latere viri nunquã vidimus: lectum &
auditum credimus. Tertiam illã vsitatam omnibus no-
tam nouimus: ipsa est de cõplexu maris & feminæ, qua
quotidie nascuntur homines. Iã ergo erat vna sine viro
& femina, iã erat altera de viro femina, iam erat tertia
de viro & femina, quarta restabat sine viro de femina:
sed ista quarta liberauit tres. Prima enim & secũda rue-
runt, tertiã de ruina genuerũt, in quarta salutẽ inuene-
runt. EXVLTENT ergo virgines, virgo peperit CAP. II.
Christũ. Nihil in ea quod vouerat putent extermina-
C tum, mansit virgo post partum. Exultẽt viduæ, infantẽ
Christum vidua Anna cognouit. Exultent coniugatæ,
nasciturũ Dominum Iesum Christum Elizabet mari-
tata prophetauit. Nullus gradꝰ prętermissus est, de quo
non haberet testimonium salus omniũ. Nũquid enim
solæ virgines ad regnũ cęlorum peruenĩunt? Peruenĩũt
& viduæ. Magni meriti fuit illa vidua sancta Anna. A
virginitate enim sua septem annis vixerat cũ viro suo:
quo defuncto vsque ad senilem ætatem peruenerat, &
in senectute sancta expectabat infantiam Saluatoris: vt
paruum videret annosa, paruum agnosceret anicula,
intrãtem in mundũ Saluatorẽ videret itura. Et in masc-
ulino sexu tria ipsa genera cõmẽdata sunt. Ipse Chri-
stus puer natus est, exultẽt pueri, continẽtiam vouẽtes
puero. Ipse verè integritatẽ pudicitiæ consecrauit, qui
suæ matri fœcunditatẽ attulit, virginitatem nõ abstu-
lit. Simeon ille senex diu vixerat, cuius ætas cõparatur
D Annæ, & audierat responsum, quòd non esset visurus
mortem, nisi prius videret Christum Domini.

INTELLIGITE fratres, quantũ desideriũ habebãt CAP. III.
antiqui sancti vidẽdi Christũ. Sciebant illum esse ven-
turũ, & omnes qui piè viuebãt, dicebãt: O si hic me in-
ueniat illa natiuitas, ô si quod credo in Scripturis Dei,
videã oculis meis. Et vt noueritis quantũ desideriũ ha-
bebãt sancti, qui nouerãt de Scripturis sanctis virginẽ
paritura, sicut audistis cùm Esaias legeretur, Ecce vir- Esa. 7.
go in vtero cõcipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomen
eius Emmanuel. Emmanuel quid sit, Euangeliũ nobis
aperuit dicẽs, q̃ interpretatur, Nobiscũ DEUS. Non tibi
ergo sit mirũ quęcũq; infidelis anima, nõ tibi videatur
impossibile, vt virgo pareret, virgo pariẽs permaneret.
Intellige natũ DEUM, & nõ mireris virginis partũ. Vt er-
go noueritis antiquos sanctos & iustos optasse videre
quod cõcessum est huic seni Simeoni, DOMINUS noster
Iesus,

Matth. 13. Iesus Christus ad discipulos loquens ait, Multi iusti &
A prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non vi-
derũt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Multũ
senex iste fuit ad audiẽdum serus, sed ad videndũ ma-
turus. Nõ expectauit vt Christum audiret loquentem,
quoniam agnouit infantem. Et hoc illi cõcessum erat
iam decrepito, quasi desideranti & suspiranti & dicenti
quotidie in orationibus suis, Quando veniet? Quando
nascetur? Quando videbo? Putas durabo? Putas hic me
inueniet? Putas isti oculi mei videbũt per quem cordis
oculi reuelabũtur? Dicebat ista in orationibus suis, &
pro desiderio suo accepit respõsum, quõd non gustaret
mortẽ, nisi prius videret Christum Domini. Gestabat
eum Maria mater eius infantem: vidit ille, & agnouit.
Vbi nouerat quod agnouit? An intus est reuelatus, qui
foris est natus? Vidit, & agnouit. Agnouit Simeõ infan-
tẽ tacentẽ, & occiderunt Iudęi iuuenẽ mirabilia facię-
tem. Cùm ergo cognouisset, accepit in vlnas suas, hoc
B est, in brachia sua, amplexatus est eum. Portabat à quo
Sapient. 8. portabatur. Ipse enim est Christus sapientia DEI, attin-
gẽs à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponens omnia sua-
uiter. Quãtus ibi erat, & quàm magnus, quàm paruus
factus erat. Paruus factus, paruos quærebat. Quid est,
Paruos quærebat? Nõ superbos, nõ elatos: sed humiles
& mites colligebat. In prę sepi dignatꝰ est poni, vt esset
piorũ cibaria iuuẽtorũ. Accepit ergo eum Simeon in
Lucæ 2. brachia sua, & dixit: Nunc dimittis, Domine, seruũ tuũ
in pace. Dimittis in pace, quia video pacẽ. Quare ergo
dimittis in pace? quoniã viderũt oculi mei salutare tuũ.
Psal. 95. Salutare Dei, Dominus Iesus Christus. Annunciate
CAPVT IIII. diẽ ex die salutare eius. HABETIS ergo pueri puerũ
Iesum, sancti senes senẽm Simeonẽ. Si autẽ quæritis, vt
& cõiugat' aliquis vir testimoniũ Domino perhibeat,
Zachariã cõsiderate. Nemo ergo quærat aliud, fratres
C mei Christiani fideles: aut virgo, aut vidua, aut cõiuga-
ta, aut puer, aut cõtinẽs, aut vxorat' quicquid plus esse
quis voluerit, non inuenit quemadmodum ad Christũ
pertineat. Nõ inuenimus testimoniũ perhibuisse Chri-
sto adulteros, fornicatores, immũdos. Et vt à talibus ei
testimoniũ perhiberetur, ipse præstitit, ipse donauit.
Nõ enim quisquã fãctus viribus suis. Exultemus ergo,
charissimi: ab hodierno die crescũt dies. Crede in Chri
stũ, & crescit in te dies. Credidisti, inchoatus est dies,
baptizatus es, natus est Christus in corde tuo. Sed nun-
quid Christus natus sic remãsit? Creuit, ad iuuẽtutem
peruenit: sed in senectutẽ nõ declinauit. Crescat ergo
& fides tua, robur inueniat, vetustatẽ nesciat. Sic per-
tinebis ad Christũ filiũ Dei, in principio verbũ apud
DEUM, verbũ DEUM: sed verbum caro factũ est vt habitaret
in nobis. Maiestas ibi latebat, vbi infirmitas apparebat.
In manus suas Simeõ infirmitatẽ accepit, sed maiesta-
D tem intus agnouit. Nemo cõtemnat natũ, si vult esse
tenatus. Adillũ pertinuit propter nos nasci, ad nos per-
tineat in illo renasci, [qui venit in mundũ peccatores
saluos facere, Iesus Christus Dominus noster, cui est
honor & imperiũ in secula seculorum, Amen.

SERMO XXI. *In eodem Festo.* SERMO XVII.

HODIE puer natus est nobis, hodie filius da-
tus est nobis. Puer, inquam, licet teneritudi-
ne membrorum inualidus, sed inculpabili
generatione præclarus. Hodierna enim natiuitas genitricem innocẽtiæ, puritas declarat authorẽ: hodie filius datus est nobis. Nunc nobis est datus, qui est ante secula natus. Datus in partu virginis, filius de substantia genitoris. Cùm igitur seruilem casam per-
ostium fidei speratus quõdam dominator intraret, tu-
buit inuiolata virginitas. Nec pessulum pudoris infre-
git, & in sacris visceribus radius æternę claritatis efful-
A sit. Lætetur ergo omne mundi huius exilium, exulet
seculum paulò antè captiuum. Misit Deus filium suũ
qui naturam terreat, moriatur & vincat. Terruit nãq;
Herodem natus, vicit diabolum innocens crucifixus.
Cela Domine sub pelle carnis animũ virtutis, habitũ
maiestatis paulisper occulta. Dege in vtero virginis, e-
gredere & cõgredere ex tentorio sacræ virginis. Apta
pro me muscipulam, vbi totã liberas creaturã. Sed tan-
ti huius conceptus ac partus & causam & miraculum
pertractemus. Vt igitur vitiorũ sordibus obsolet' horri-
biliter squalescereet mũdus, ab origine iam in paradi-
so captiuus, femina causa fuit. Sic enim scriptũ est: A Ecc. 25.
muliere initium factũ est peccati, & per illam omnes
morimur. Et apostolus Paulus: Vir, inquit, seductus nõ 1. Tim. 2.
est: mulier autem seducta in præuaricatione facta est.
Per hãc ergo mũdus ærũnabili seruitute depressus, sub
iugo diaboli anxia colla submiserat. A quo enim quis
B deuictus est, huic & seruus addictus est. Soluta igitur
elementorũ fœderata cõpage, diluuiũ hominem dele-
uit, crimen delere non potuit. Isaac sterilis non virginis
filius, crucis meruit signa portare. Apprehẽdi meruit,
vinciri meruit: nõ tamen aliquid mundo contulisset, si
potuisset occidi. Moyses aquis purificandũ agmen so-
lũmodo eripit Iudaicum, non totũ liberat mundum,
exterminat Ægyptum, nõ peccatum. Regem Pharao-
nẽ freto hiãte subduxit, non diabolũ eũ suis legionib'
pernecauit. Dauid in iniquitatibus se fatetur esse cõ-
ceptũ: nec ipse ergo mũdi potuit auferre peccatũ. Cùm
per plerasque igitur temporũ gyrantium rotas mũdia-
le curriculũ volueretur, neque quispiam mederetur, &
ingrauescentibus culpis ruinę præcipitis ictu & fremi-
tu totius orbis mẽbra puluescerent, & nemo succurre-
ret, ad feminam causa reuertitur, & origo per originem
detruncatur. Origo peccati, per genitricẽ Christi. Pro-
C sapies impietatis, per prosapiem pietatis. Stirps mortis,
per stirpẽ vitę percutitur. Hactenus causam, nũc aptos
obtutus miraculis reuelemus. Christum virgo peperit;
mutatur natura, deletur & culpa. Præcisũ est illud suæ
infelicitatis elogiũ, In tristitia paries filios: quia ista in
lætitia Dominũ parturiuit. Illa enim luxit, ista reluxit:
Illa lachrymas, ista gaudium in vẽtre portauit: quia il-
la peccatorem, ista edidit innocentem. Christus semi-
nauit, non luxus; Deus seuit, nõ maritus. Virgo genuit,
quia virgo cõcepit. Inuiolata peperit, quia in cõceptu
libido non fuit. Vtrobique miraculum, & sine corru-
ptione grauida, & in partu virgo puerpera. Matrimo-
nium in fide, partus in virgine. Gabriel ille horũ spõsa-
lium internuncius fuit: Quid dixerit, quid audierit re-
ferat: Aue, inquit, gratia plena, DOMINUS tecũ. A salutatione incipit, qui salutẽ in lingua portauit. Sileat nunc
à feminis, sileat tortuosi serpentis malè suadibilis sibi-
D lus, ad mortem DOMINI nostri angelus est locutus: AUE,
inquit, gratia plena, DOMINUS tecũ. Gratia refertur pro
culpa, plena dicitur, nõ vacua. Impleta est ergo gratia,
& euacuata est culpa. Hoc modo & ipsa venerabilis
virgo nostra in suo cantico plausit: Esurientes impleuit
bonis, & diuites dimisit inanes. Aue, inquit, gratia ple-
na, DNS tecum: Tecũ in corde, tecum in ventre, tecum
in auxilio. Gratulare virgo, Christus rex è cælo suo ve-
nit in vtero tuo. Ex sinu patris in vterũ dignatur desce-
dere matris: sed nec regionem suã maiestas infinita de-
seruit, nec eũ virginalis aula dũ accepit inclusit. Fides à
terra in cęlũ erecta est. Huic Christus insedit, & per ip-
sam in tẽplũ pudoris intrauit. Benedicta tu in mulieri-
bus, quæ vitã viris & mulieribus peperisti. Æde incul-
pabili femina mutiolabilẽ virum, ac sic & feminã sal-
uabis & virum. Eua mater generis nostri pœnã intulit
mũdo, genitrix DOMINI nostri salutem & feminę gessit
& viro,

& viro. Auctrix peccati maledicta, auctrix meriti benedicta. Ita enim ad eã cælestis nuncius infit. Benedicta tu in mulieribus. Genere sexuali omnes appellãtur equidem cõmuniter mulieres: sed sunt etiam incorrupta virginitate pudoris proprietate distantes. Illa occidendo obfuit, ista viuificando profuit. Percussit illa, at ista sanauit. Pro inobedientia enim obedientia cõmutatur, & fides pro perfidia recompensatur. Plaudat iterum organis Maria, & inter veloces articulos tympana concrepent. Excludat cantus digitis, pariat Christũ ludentibus psalmis. Concinant lætantes chori, & alternãtibus modis dulcisona carmina misceantur. Musicũ Maria inter iuuenculas melos exerceat, quia dulce verbum plectris sancti spiritus modulantibus parturiuit, in terra Iudæa, quæ ipsa tympanum crudelitatis aptabat, & Christum in ligno tẽdebat. Postquam enim sceleris errabũda manus incompositis numeris discrepauit, cõfestim barbarus ille fragor truculẽti stridoris infremuit, Crucifige, crucifige. Reciprocato igitur die quo criminosa Ægyptus ferretur, tympanum Mariæ nostræ pulsatum verbũ edidit, & suæ linguæ pulsabulo puerpera nostra lætos sui oris cãtus effudit. Audiamus igitur quemadmodum tympanistria nostra cãtauerit, Magnificat anima mea dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est. Causa igitur inualescentis errati miraculũ noui partus efficit, & Euæ planctum Mariæ cantus exclusit. Denique post illius benedicibilis salutationis & præsagium & triumphum, tacita secum virgo mentis altercatione confligit, qualis esset ista salutatio. Nũcius interim cælestis exequitur: Ne timeas Maria, inuenisti gratiã ante Deum. Ecce cõcipies filium, & vocabis nomẽ eius Iesum. At illa dum sciscitatur modum, audit authorem sobolis Deum. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniã virum nõ cognosco? Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obũbrabit tibi. Ideo quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. Expandat nunc fides splendentis veri pulchra tẽtoria, obumbret virtus, spiritus sibilet naturali calore depulso, tenuis virginem aura refoueat, & fluente refrigerio spiramẽtis cælestibus ventiletur, aluus virginalis sertis verecundiæ coronetur. Flammeus ibi rosæ fulgor anhelet, albẽs lilium candicet, mollis viola rutilet, purpurei spargãtur flores, & vario nitore depictus Christi thalamus exornetur. Responde iã virgo sacra. Vitam quid tricas mũdo? Assensum tuum angelus prestolatur, inde est quòd nuncius iste moratur. Iam audisti, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obũbrabit tibi, vt prolem gignas, & virginitatem non perdas. Ianua cæli quondam per Adã clausa iã sonuit, per ipsam nuncius iste processit. Deus in porta est, angelũ quem moraris expectat. O beata Maria, seculum omne captiuum tuũ deprecatur assensum, te Deo mundus suæ fidei obsidẽ facit, per te parentum suorum iniurias abstergi deprecatur. Ipse prior qui offensus est misit, claustrum quod iniquitas nostra cælo infixerat, reseruait. Est nobis aditus, si assensus tuus fuerit cõmodatus. Et nobis succurris, & tibi: quia nobis pœna succussit, & tibi nuptias filio suo in tuo thalamo pater præparabit. Deus in ipsis sponsalibus gaudiis relaxat quicquid eum offenderat mũdus. O & tu angele tãti regis nuncie, & secreti diuini legate, qui ex palatio imperatoriæ maiestatis indulgentiã reddis criminosis, vitã mortuis, & pacem sacrã attulisti captiuis, vrge virginẽ nõ de Dei munere diffidentem, sed de muneris magnitudine cogitãtem. Faue partibus seculi, conscius secretorum cæli: lætabuntur socij tui, si negociũ iuueris mũdi. Nos à vestro cõsortio impietatis mucro diuisit, per vos de reditu nostro tractatur. Inspice squalẽtem nostri carceris miseriã, & loquere festinus ad Mariam, Vsquequò moraris, ô virgo, nunciũ festinantẽ? Intuere Deum in cæli me vestibulo sustinentẽ, respõde verbũ, & suscipe filiũ. Da fidem, & senti virtutẽ. Pande sinus roseos virgo perpetua, fides tua modò aut aperit cælum, aut claudit. Ecce, inquit, ancilla Dñi, Introeat rex in cubiculũ suum, Fiat mihi secundũ verbũ tuum. Nec mora, reuertitur nuncius, & nuptialẽ thorũ ingreditur Christus. Accepit stolã carnis in thalamo virginis, intra thesaurũ maiestatis sacculũ carnis cessit. Diuinitati spõsatur homo, præmium accipit caro. Procedit Christus quasi sponsus de thalamo suo, cum præsagio nuptarũ exiit ad campũ seculi, cucurrit sicut gigas exultando per viam: peruenit vsq; ad crucis trophẽũ, & ibi firmauit ascẽdẽdo cõiugium, vbi consentiret alienantem in suppliciis creaturã, cõmercio pietatis se pro cõiuge dedit ad pœnam. Tradidit quoq; carbunculatam sui sanguinis gemmã, & copulauit sibi perpetuo iure matronã. Aptaui vos, inquit Apostolus, vni viro virginem castã exhibere. Ecce nũc quę fuerat fœta, facta est ancilla: quia vidit vitam suam in ligno pendentem, & non credidit liberantem. Gaudeamus ergo, fratres, in commercio Dei, & hominis, sponsi & spõsæ, Christi & Ecclesię, Saluatoris & virginis, quę dũ desponsaretur fabro, cæli nupsit architecto. Veneremur Christum in pręsepi, qui quadrifariũ mũdũ repleuit in fide. Adoremus pannos infantiæ, ex quibus facta sunt emplastra naturę. Honorate pastores, qui primi mysteriũ ab angelis didicerunt, Plaudamus cuncti cum cælestibus angelis officiisq; diuinis, & cæli & terræ pacem bonæ voluntatis hominibus nunciemus. Date gloriam in excelsis Deo, redempti credite datam pacem esse captiuis. Estote homines bonę volũtatis, vt mereamini præmium libertatis, ipso donante qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

A B C D

2.Cor.11. Psal.18.

In eodem Festo. SERMO XVIII. SERMO XXII.

VENERANDA natiuitas Saluatoris, qui natus in carne est, humilitatis est instrumentum, pietatis mysteriũ, & æternæ spei remedium manifestũ. Hac die est natus ex virgine matre, qui ante secula æternus est genitus ex Deo patre. In illa natiuitate ex impassibili nascitur genitore, ex ista incorrupta natus est virgine. Illã solus pater sciuit ipse qui genuit, hanc in se sola virgo & mater intemerata cognouit, quæ virum in concipiendo non pertulit. In patre impassibilitas, in matre incorruptibilitas. In patre perpetua diuinitas, in matre æterna virginitas. Sic enim ad eã Dominus loquitur per Prophetam: Et desponsabo te mihi in æternũ. Semper ergo virgo est, quę semper sponsa est: & quæ vocabulo sponsæ non caruit, in æternũ virgo permansit. Et despõsabo te, inquit, mihi in æternum: quia quæ sponsa æterna dicitur, æterna virgo probatur. Ex patre inuisibiliter, ex matre visibiliter. Et incomparabiliter ex patre, atq; incõparabiliter ex matre, quia incorruptibiliter in illa natiuitate patrẽ Deum habet sine homine matre: in ista matrem habet virginem, sed hominem nõ habet patrem. In illa coæternus & patris, & coæternus authoris: in ista filius est virginis, & author est matris. Ipse enim formauit vterũ qui descẽdit in vterũ, exiuit de vtero, & nõ corrupit vterũ: vt qui deũ patrẽ habet in cælis, virginẽ matrẽ haberet in terris. In illo sine tẽpore genitus, in ista in fine temporum natus. In illo nascitur sine fine, in ista cõcipitur sine semine. In illo sine initio generationis, in ista sub cõditione legis & carnis. In illo inuisibilis Deus, in ista visibilis homo per corpus: quia verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. In illo impassibilis, in ista mortalis. In illo excelsissimus, in ista subiectus. Subiectus siquidẽ iniuriis passionis & mortis, mortis autem crucis. Sed per hæc omnia est gloriosus in cælis, qui victor in omnibus inuenitur in terris. Elegit sibi in qua nasceretur diẽ, qui fecit omnẽ diem, & non sine gratia prælationis cæteris est diebus habẽdus hic dies, in quo Deus in hominẽ docetur fuisse promotus. Denique ex hodierno dies accepit incrementũ, & augmenta sumit cursus sui, qui electus ad gloriam Dei noscitur. Cõceptus est enim æquinoctio verno, & natus est solstitio hyberno. Et qua die est conceptus in vtero virginis, in ipsa resurrexit ab inferis cũ gloria passionis. Et in cõceptu tamẽ, & in natiuitate eius dies accepit incremẽtũ, & nascente vera luce, lucis & diei augmẽtatur officiũ. Aduertite interea fratres, aduertite Dominicum sacramẽtum. In natiuitate eius dies proficit, in passione deficit, quia à sexta hora tenebræ factæ sunt per totã terram vsque ad horam nonam. Et quod imminutum est in passione, ampliatum est in resurrectione. Ecce est illud, Dies diei eructat verbũ, & nox nocti indicat scientiã. Dies natiuitatis diei passionis, & dies passionis diei resurrectionis. Nox natiuitatis nocti passionis, & nox passionis nocti resurrectionis annunciat verbum. Illic natũ, hic passum. In illa angelorum gaudium, in ista totius mũdi luctum, sed tamen omnium in resurrectione triumphum: quia in vesperum abundabit fletus, & ad matutinum lætitia. Vesperũ passionis, quãdo sequebatur eum multitudo populi, & mulieres lamentabantur & plangebant. Matutinũ resurrectionis, quo mulieres cũ gaudio à monumẽto currebant, & discipuli cũ gaudio ad monumẽtum festinabant. Elegit ergo hũc diem sibi ad natiuitatẽ, nobis ad felicitatẽ. Sibi ad obsequiũ, nobis ad gaudium. Sic enim pastoribus angelus prędicauit: Ecce, inquit, annũcio vobis gaudium, quod erit vniuersæ terrę. Quare? Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, vt meritò à nobis hodie cantandum sit, Hic est dies quem fecit Dominus, gaudeamus & lætemur in eo. Crescit ecce dies cũ ortu nascentis, & lucratiuo prouẽtu vel successibus mõẽtorum: noctisq; imminuto curriculo defectionem sentiunt opera tenebrarũ. Die enim æterno nascẽte, augmentum debuit dies temporalis accipere. Non vt dies aliquid nascẽti conferret, sed vt ex nascente dies pręrogatiuã incremẽti vel felicitatis acquireret, & fieret toti mundo festiuus, in quo verus Deus homo natus est in carne perfectus. Omnis ergo huius natiuitatis schola, humilitatis est officina, patiẽtiæ massa, virtutis agonia. Primũ quia voluit immẽsus & omnipotens Dei filius, cuius incapabilis potẽtia & incõprehensibilis magnitudo cælum simul ac mundum cõtinet, ambit, amplectitur, excedit, tanta se angustia & subtilitate cõtrahere, vt intra vterum virginis clausus, & quod habebat in maiestate cõprimeret, & quod erat in virtute celaret: tantáq; se humilitate deponeret, vt filius hominis esse vellet, qui Dei filius nunquam esse cessaret. Sed hoc nõ nisi Deus posset. Intra magnitudinẽ enim suã se occultasse cùm potens sit, nõ humanæ infirmitatis, sed diuinę virtutis est. Nemo enim hominũ se potest abscõdere aut celare quod nascitur: quia quanquã sit in omnibus natura mortalis, nõ potest tamẽ quisquã sibi derogare quod natus est. Deus autẽ noster in eo potentiam maiestatis aperuit, cùm se intra terminos humanæ infirmitatis abscõdit: vt omnipotentẽ se in hoc maximè sacramẽto monstraret, quo potestati suæ subliceret id quod per potestatẽ naturæ cælestis omni subiectione liberũ permaneret. Natus enim de ex Deo patre homo esse voluit: sed id q; Deus antè natus est non amisit: Ita enĩ esse homo voluit, & ideo q; hominis fuit non in ea qua natus est cõditione permãsit. Suscepit enĩ ex Maria virgine hominẽ verũ, quẽ per resurrectionis gloriã leuauit in cælum. Humilitas ergo Christi sublimitas est corporis nostri: quia cùm humiliatur Dñs, exaltatus est homo, & ita exaltatus est seruus, vt in Dño simul fieret ipse q; Dominus. Hoc beatissimus Paulus probat, dicẽs: Qui transfigurauit corpus humilitatis nostrę conforme corpori glorię suæ, secundũ operationẽ, vt possit subiicere sibi omnia. Et iterũ: Qui cùm in forma Dei cõstitutus esset, non rapinã arbitratus est esse se equalẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens in similitudine hominis cõstitutus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se vsq; ad mortẽ, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen.

A B C D

Psal.117. Osee 2. Phil.3. Philip.2.

In eodem Festo.

SERMO D. AVGVST. XIX. SERMO XXIII.

Beda 1.Cor.5. vocat Sermonem de Epiphania. CAP. 1.



VDITE filij lucis adoptati in regnũ dei, fratres charissimi: audite, audite & exultate iusti in dño, vt vos rectos possit decere laudatio. Audite q; iam nostis, recolite quod audistis, amate quod creditis, prædicate quod amatis. Sicut anniuersarium celebramus hũc diẽ, sic huic diei debitum expectate sermonẽ. Natus est Christus, Deus de patre, homo de matre. De patris immortalitate, de matris virginitate. De patre sine matre, de matre sine patre. De patre sine tẽpore, de matre sine semine. De patre principium vitæ, de matre finis mortis. De patre ordinans omnẽ diẽ, de matre cõsecrans istũ diem. In hac enim die ad saluanda omnia, oritur lux mũdo, defunctis resurrectio, vita mortalib⁹. Ac propterea hodie vtraq; Saluatoris & salutis nostræ natiuitas celebrãda est. Nascitur ergo salus hominum Christus, quem prophetę testãtur. Nascitur ex virgine, sicut Esaias declarat, dicens: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscũ Deus. Probat ergo veritatẽ salutis, ordo natiuitatis. Cõcipit virgo, virilis ignara cõsortij, impletur vterus nullo libatus amplexu: sed quod Spiritu sancto castus venter excipit, pura mẽbra seruauerũt. Videte miraculum matris Dominicæ. Virgo cõcipit, virgo parturit, virgo post partum permãsit. Gloriosa virginitas, & præclara fœcũditas. Virtus mũdi nascitur: & nullus gemitus parturiẽtis sentitur. Vacuatur vter⁹, infans excipitur, nec tamẽ virginitas violatur. Dignũ enim erat, vt Deo nascẽte, meritũ crescceret castitatis: nec per eius aduentũ violarentur integra, qui venerat sanare corrupta: nec per eum pudicitia corporalis læderetur, per quẽ donatur castitas spiritalis. Natus ergo puer, ponitur in præsepe. Et hæc sunt Dei prima cunabula, nec regnator cæli has dedignatur angustias, cui habitaculum virgineus venter idoneus fuit.

Psal.32.

CAPVT II.

PRÆMISIT enim hominẽ Ioannem, qui tũc nasceretur cùm dies inciperẽt minui, & nat⁹ est ipse, cùm dies inciperẽt crescere: vt ex hoc præfiguraretur quod ait idem Ioãnes. Illũ oportet crescere, me autẽ minui. Debet enim vita humana in se deficere, in Christo proficere, vt qui viuũt, iã non sibi viuãt, sed ei qui pro omnibus mortuus est & resurrexit: & dicat vnusquisq; nostrũ q; dicit Apostolus, Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Illũ oportet crescere, me autẽ minui. Laudãt cũ condignè omnes angeli eius, quorũ cibus æternus est, incorruptibili eos sagina viuificans, quia verbum Dei est, cuius vita viuũt, cuius æternitate semper viuũt, cuius bonitate semper beatè viuunt. Illi enim condignè laudant Deũ apud Deũ, & dant gloriã in ex-

Ioan.3. V. Beda 1. Cor.5. Gal.2.

Psal.94. in excelsis Deo: Nos autem plebs eius & oues manuũ A eius, pro modulo infirmitatis nostræ pacem per bonã voluntatem reconciliati mereamur. Ipsorum enim angelorum verè hodierna vox est, quã nato nobis Saluatore exultãdo fuderũt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: Laudant ergo illi competenter, laudemus & nos obediẽter. Sunt illi nũcij eius, sumus & nos pecora eius. Impleuit in cęlo mẽsam ipsorum, impleuit in terra præsepe nostrum. Plenitudo enim mensæ ipsorum est, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Plenitudo præsepij nostri est, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt enim panem angelorũ mãducaret homo, creator angelorũ factus est homo. Illi laudant viuẽdo, nos credẽdo. Illi fruendo, nos perẽdo. Illi capiẽdo, nos quęrẽdo. Illi intrãdo, nos pulsando. Quis enim hominum omnes thesauros sapiẽtiæ & scientiæ nouerit in Christo occultos, atq; in pauper- B tate carnis eius absconditos? Quia propter nos pauper factus est, cũ diues esset: vt illius paupertate ditaremur. Cùm enim mortalitatẽ assumeret, mortemq; cõsumeret, in paupertate se ostẽdit: sed diuitias dilatas promisit, nõ ablatas amisit. QVAM multa multitudo dulcedinis eius quam abscondit timentibus se, perficit autem sperantibus in se? Ex parte enim scimus, donec veniat quod perfectum est. Cui capiẽdo vt idonei præstemur, ille æqualis patri in forma Dei, in forma serui factus est nobis similis: Reformauit nos ad similitudinẽ Dei: & factus filius hominis, factus est similis homini. Vnicus filius Dei, multos filios hominũ facit filios Dei: & nutritos seruos per visibilem formã serui, perficit liberos ad vidẽdam formam Dei. Filij enim Dei sumus, & nõdum apparuit quod erimus. Et scimus, quoniam cùm apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Nam qui sunt illi sapientiæ scien- C tiæq; thesauri, quæ illæ diuitiæ diuinæ, nisi quæ sufficiunt nobis? Et quæ illa multitudo dulcedinis, nisi quæ satiat nos? Ostende ergo nobis patrẽ, & sufficit nobis. Et in quodam Psalmo quidã ex nobis, vel in nobis, vel pro nobis, ait illi: Satiabòr, dum manifestabitur gloria tua. Ipse autẽ & pater vnum sunt: & qui ipsum videt, videt & patrẽ. Ergo Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Conuertens nos, ostẽdet nobis faciem suam: & saluti erimus, & satiabimur, & sufficiet nobis.

Luce 2. Coloss.2. 2. Cor.8. Capvt iii. Psal.30. 1.Cor.13. 1.Ioan.3. Psal.16.

Capvt iiii. Psal.26. DICAT itaque illi cor nostrum, Quæsiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram, ne auertas faciem tuam à me. Et respondeat ipse cordi nostro: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & ostendam meipsum illi. Videbant vtiq; eum oculis illi quibus hoc dicebat, & sonum vocis eius auribꝰ audiebãt, & humano corde hominẽ cogitabant: sed quod o- D culus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, eundem ipsum se promittebat ostendere diligẽtibꝰ se. Quod donec fiat, donec ostẽdat nobis quod sufficiat nobis, donec cũ fontem vitę potemus & satiemur, interĩ dũ ambulãtes per fidẽ peregrinamur ab eo, dũ esurimus & sitimus iustitiã, & formæ Dei pulchritudinẽ ineffabili ardore desideramus, formæ serui natalẽ deuoto obsequio celebremus. Nõdum contẽplari possumus quòd genitus est ante luciferum à patre, frequẽtemus quòd nocturnis horis est natus ex virgine. Nondum capimus, quòd ante solem permanet nomẽ eius, agnoscamus in sole positum tabernaculum eius. Nondum contuemur vnicum permanentem in patre suo, recordemur sponsum procedentẽ de thalamo suo. Nondum idonei sumus conuiuio patris nostri, agnoscamus præsepe Domini nostri Iesu Christi.

1.Cor.2. Psal.71. Psal.18.

In eodem Festo. SERMO XX. SERMO XXIIII.
Erit in appendice sermo XXVI.

In eodem Festo. SERMO XXV.

SERMO D. AVGVST. XXI. CAP.I.

FILIVM Dei sicuti est apud patrẽ æqualis illi & coæternus, in quo condita sunt omnia in cęlo & in terra, visibilia & inuisibilia, verbum Dei & Deum, vitã & lucẽ hominũ, si laudare moliamur: nõ mirum est nos nõ inuenire quibus verbis explicemus, eo quòd nulla humana cogitatio, nullꝰ sermo sufficiat cõplere. Quomodo ergo laudare dignè valeat lingua nostra, quẽ cor nostrũ adhuc videre non valet, vbi oculũ condidit quo possit videri, si fugetur iniquitas, si sanetur infirmitas, & fiãt beati mũdo corde, quoniam ipsi deũ videbunt? Nõ mirum est, inquã, nos non inuenire, quibus verbis vnũ verbum dicamus, in quo dictum est, vt essemus qui de illo aliquid diceremus. Hæc enim verba cogitata atque prolata mens nostra format, illo autẽ verbo ipsa formatur. Nec eo modo facit homo verba, quomodo est factus ipse per verbũ: quia nec eo modo genuit pater vnicum verbum, quo fecit cuncta per verbũ. Deũ quippe genuit Deus, sed simul gignens & genitus vnus est Deus. Mundum autem fecit Deus, sed mundus transit, & permanet Deus. Et sicut ea quæ facta sunt, seipsa vtique non fecerũt: sic à nullo factus est per quem omnia fieri potuerunt. Non igitur mirum, si homo factus inter omnia, verbis nõ explicat verbum, per quod facta sunt omnia.

HVC itaque paululũ aures & animos aduertamus, si CAP.II. fortè valeamus aliquid congruum condignúmque dicere, nõ ex eo quod in principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: sed ex eo quod verbum caro factum est: si fortè dicatur à nobis per q; habitauit in nobis: si fortè ibi possit esse dicibilis, vbi voluit esse visibilis. Propter hoc enim & istũ celebramus diẽ, quo nasci est dignatꝰ ex virgine, & in quo generationem suã fecit ab hominibus vtcũq; narrari. In illa verò æternitate, in qua Deus de Deo natus est, generationẽ eius quis enarrabit? Ibi talis nõ est qui solleniter celebretur. Neq; enim transit anniuersario volumine rediturus, sed manet sine occasu, quia non cœpit ex ortu. Est ergo illud vnicũ dei verbũ, illa vita, illa lux hominum, æternus quidẽ dies: iste autẽ in quo humanæ carni copulatus est, & in quo tãquã spõsus processit de thalamo suo, nũc hodiernus, eras sit hesternus. Veruntamẽ hediernus natum ex virgine consecrauit hodiernum. Quas itaque laudes charitati Dei dicemus, quas gratias agemus, qui nos ita dilexit, vt propter nos fieret in tẽpore, per quem facta sunt tempora: & multis seruis suis in mundo minor esset ætate, ipso mũdo antiquior sine vetustate: homo fieret qui hominem fecit, crearetur ex matre quã creauit, portaretur manibꝰ quas formauit, sugeret vbera quę impleuit, in præsepi muta vagiret infãtia, sine qua humana muta est eloquentia?

Esa.53.

VIde ô homo quid pro te factus est Deus: doctri- CAP.III. nã tantæ humilitatis agnosce, etiam nondum loquente doctore. Tu quondam in paradiso tam facundus fuisti, vt omni animæ viuæ nomina imponeres: propter te autem creator tuus infans iacebat, & nomine suo nec matrem vocabat. Tu in latissimo fructuosorum nemorum prædio te perdidisti obediẽtiam negligendo: ille obediens in angustissimum diuersorium mortalis venit, vt mortuũ quæreret moriẽdo. Tu cùm esses homo, Deus esse voluisti, vt perires: ille cùm esset Deus, homo esse voluit, vt quod perierat inueniret. Tan-

Tantum te pressit humana superba, vt te non posset A nisi humilitas subleuare diuina. Celebremus ergo cũ gaudio diem quo peperit Maria Christum, & cõiugata coniugij creatorem, & virgo virginũ principem, & data marito, & mater nõ de marito, sed castior quã si de marito: Virgo ante coniugiũ, virgo in cõiugio, virgo prægnans, virgo lactans. Sanctæ quippe matri omnipotens filius nullo modo virginitatẽ natus abstulit, quã nasciturus elegit. Bona est enim fœcunditas in cõiugio: sed melior integritas in sanctimonia. Homo igitur Christus qui vtrunq; præstare posset vt Deus, nunquam sic daret matri bonum quod coniuges diligunt, vt auferret melius propter quod virgines mattres esse contẽnũt. Virgo itaque sancta ecclesia celebrat hodie virginis partũ, cui dicit Apostolus: Aptaui vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo. Vide castam virginẽ in tot populis vtriusque sexus, in tot non solũ pueris & virginibus, verumetiam coniugatis patribus, matri- B busque: Deinde in quo virginẽ castã, nisi in fidei, spei, charitatisque integritate? Virginitatẽ proinde Christus ecclesiæ facturus in corde, prius Marię seruauit in corpore. Humano quippe cõiugio spõso femina traditur, vt virgo iam nõ sit: Ecclesia verò virgo esse nõ posset, nisi sponsum cui traderetur, filiũ virginis inuenisset.

1.Cor.10.

In eodem Festo.

SERMO D. AVGVST. XXII. SERMO XXVI.

ANNIVERSARIA Domini incarnatio, & vestræ fraternitatis tam frequens cõgregatio, exigit à nobis debitum sermonis officiũ. Itaque, fratres, affectu pio, corde deuoto ianuam Domini pulsemus: vt & nobis tribuat fiduciam vtilia dicendi, & vestram charitatẽ fructu audiendi adiuuet. Itaque nos humiliemus, quia saluator & magister humilitatis Dñs noster Iesus Christus, virginis filius, virginũ sponsus, virginali vtero corporaliter est natus, virginali connubio spiritaliter coniugatus. Hodie itaque nasci dignatus est, per quẽ facta sunt omnia: manens quod est, exhibens tibi quod es. Manens apud patrem in diuinitate, suscepit nostram infirmitatem in humanitate. Duas namq; natiuitates Domini accipimus: vnã diuinam, alteram humanã, tamen vtramque mirabilem. Illã sine matre, istam sine patre: illam æternam, vt crearet temporales, hanc temporalem, vt præstaret æternam. Ille enim de quo dicit Ioannes Euangelista, quòd in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est: illẽ tantus, ille in forma Dei æqualis patri, ille sine tempore fabricator temporum, ille ex nullo, ante omnia secula, iudex seculi factus est tam paruus, vt de fe- D mina nasceretur, sed mansit tam magnus, vt à patre nõ separaretur. Præbentes ei obsequiũ & testimonium tãquã lucernæ venturo diei omnes Prophetæ prænunciantes, & ante ipsum nascendo venerunt, post credẽdo adhæserunt. Oportebat eũ, vt prænunciaretur vẽturus, facturus miracula, quibus miraculis bene intelligentibus appareret homo paruus ad paruos, sed humilis ad superbos. Paruitatem suã docẽs hominẽ, vt se agnosceret & paruũ, non grãdescendo se crederet magnũ. Est eũ superbia nõ magnitudo, sed tumor. Quod autẽ tumet videtur magnũ, sed nõ est sanũ. Vt autẽ generis humani istũ tumorem sanaret, ipse medicus, ipsa medicina, nõ solum medicamentũ adhibens apparuit inter homines homo, offerens hominem videntibus, Deũ seruans credentibus. Aspectus enim humilitatis eius, sanauit infirmos. Contemplatio diuinitatis eius, quærit infirmos. Et dũ erãt homines, qui Deũ videret in homine, nec tamẽ spem suam ponerent in homine, qui sequi nõ debet: Deus sequendus erat, qui videri nõ poterat. Vt ergo exhiberetur in homine, & qui ab homine videretur, & quẽ homo sequeretur, Deus factus est homo, aliquid te magnũ credere debes. Sed quia verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, eadẽ sapientia de Deo genita est, dignata est etiam inter homines creari, quò pertinet illud: Dñs creauit me in principio viarũ suarũ. Est eũ eius principiũ caput ecclesię, quod est Christus: Hominẽ per quẽ viuendi exemplũ nobis daretur, hoc est, via certa qua peruenirẽmus ad Deũ. Non eũ redire potuimus, nisi humilitate qui superbia lapsi sumus, sicut dictũ est primæ nostræ creaturæ: Gustate & eritis sicut dij. Huius igitur humilitatis exemplũ, id est, viæ quærendũ fuit. Ipse reparator noster in seipso demonstrare dignatus est, qui non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo, sed semetipsũ exinaniuit formã serui accipiens, vt crearetur homo in principio viarũ eius verbum, per quod creata sunt omnia. Quapropter vnigenitus & primogenitus Dominus noster, diuinarum Scripturarũ authoritate prædicatur, vnigenitus de patre, primogenitus à mortuis. Quapropter secundum id quod vnigenitus est, fratres non habet. Fratres tamẽ vocare dignatus est omnes, qui post eius, & per eius primatũ in gratia nasciuiur per adoptionẽ filiorũ, sicut Apostolica disciplina cõmendat. Naturalis ergo filius secundũ id quòd primogenitus est frater, de ipsa patris substantia vnicus natꝰ est, id existẽs quod pater est, Deus de Deo, lumen de lumine. Nos autẽ nõ lumen naturaliter sumus, sed ab illo lumine illuminamur, vt sapientia lucere possimus in secula seculorum, Amen.

Natiuitates Domini duæ. Ioan.1. Sap.8. Superbia, non magnitudo, sed tumor. Eccle.24. Gen.3. Philip.2.

In eodem Festo.

SERMO D. AVGVST. XXIII. SERMO XXVII. CAP.I.

C

LAVDEM Domini loquetur os meũ. Eius Domini per quem facta sunt omnia, & qui factus est inter omnia. Qui est patris reuelator, matris creator. Filius Dei de patre sine matre, filius hominis de matre sine patre. Magnus dies angelorũ, paruus in die hominũ. Verbũ Dei ante omnia tempora, verbũ caro opportuno tempore. Cõditor solis, conditus sub sole. Cũcta secula ordinans de sinu patris, hodiernũ diẽ cõsecrãs de vtero matris. Ibi manens, hinc procedens. Effector cæli & terræ, sub cælo exortus in terra. Ineffabiliter sapiens, sapienter infans. Mundũ implens, in præsepio iacens. Sidera regẽs, vbera lambẽs. Ita magnus in forma Dei, breuis in forma serui; vt nec ista breuitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudine ista breuitas premeretur. Neq; enim quando mẽbra humana suscepit, opera diuina deseruit: nec attingere à fine, vsque ad finẽ fortiter, & disponere omnia suauiter destitit. Quando infirmitate carnis indutus, virginali vtero receptus est nõ inclusus, vt nec angelis subtraheretur sapiẽtiæ cibꝰ, & nos gustaremus quã suauis est Dominus. QVID CAPVT hoc miramur de verbo Dei, cũ sermo iste quẽ promi- II. mus ita liber sensibus influat, vt eũ & recipiat, & non includat auditor? Nam nisi reciperetur, neminem instrueret: si includeretur, ad alios non veniret. Et vtique sermo iste verbis syllabisq; diuiditur: nec tamen ex eo tanquam ex cibo ventris singulas particulas tollitis, sed omnes totum auditis, totum singuli capitis. Nec timemus dum loquimur, ne totum audiendo vnus absumat, ne alter possit habere quod sumat: sed ita vos attentos esse volumus, nullius aurem mentẽmque fraudantes, & vt totum singuli audiatis, & totum ad audiendum cæteris relinquatis. Neque hoc fit alternis tempo-

temporibus, vt cùm sermo qui dicitur ad te primò intrauerit, exeat à te, vt ad alium possit intrare: sed simul ad omnes venit, & totus ad singulos peruenit. Et si totus [in] memoria teneri valuisset, sicut ad totũ audiendũ omnes venistis, ita cũ toto singuli rediretis: quãto magis verbũ Dei, per quod facta sunt omnia, & quod in se manens innouat omnia: quod nec locis cõcluditur, nec temporibus tẽditur, nec moris breuibus longisq; variatur, nec vocibus texitur, nec silentio terminatur, quãto magis hoc tantũ & tale verbum potuit matris vterũ assumpto corpore fœcundare, & de sinu patris non emigrare? Hinc ad oculos humanos exire, inde mẽtes angelicas illustrare? hinc ad terras procedere, inde cælos extẽdere? hinc homo fieri, inde homines facere? NEMO ergo credat Dei filium coæternũ & coæqualẽ conuersum & cõmutatũ esse in hominis filiũ: sed potius credamus & non cõsumpta diuina & perfectè assumpta humana substantia manentẽ Dei filiũ, factũ hominis filiũ. Neq; enim quia dictũ est, Deo erat verbũ, & verbũ caro factũ est: sic verbũ caro factũ est, vt esse desineret Deus, quando in ipsa carne quod verbum caro factum est, Emmanuel natum est, nobiscum Deus. Sicut verbũ quod corde gestamus fit vox cùm id ore proferimus, non tamen illud in hanc commutatur, sed illo integro ista in qua procedat assumitur, vt & intus maneat quod intelligatur, & foris sonet quod audiatur, hoc idẽ tamẽ profertur in sono q̃ antè sonuerat in silẽtio: atq; ita verbũ cùm sit vox, nõ mutatur in voce, sed manẽs in mentis luce, & assumpta carnis voce procedit ad audientẽ, & nõ deserit cogitantẽ. Non cùm ipsa vox in silentio cogitatur, quæ vel Græcæ est, vel Latinæ, vel linguæ alterius cuiuslibet: sed cũ ante omnẽ linguarũ diuersitatẽ res ipsa quæ dicenda est adhuc in cubili cordis, quodammodo nuda est intelligẽti, quẽ vt inde procedat loquentis voce vestitur. Veruntamẽ vtrũque hoc, & quod cogitatur intelligẽdo, & q̃ sonat † audiendo, mutabile atq; dissimile est. Neque illud manebit, cũ oblitus fueris: neque hoc, cũ silueris, verbũ autẽ Dñi manet in æternũ, & incõmutabiliter manet. ET cùm carnẽ assumpsit ex tempore, vt ad tẽporalem vitam nostrã procederet, non in carne amisit æternitatem, sed etiã carni præstitit immortalitatẽ, ita ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam. Cui cũ in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse æqualis Deo: sed vt propter nos fieret quod nõ erat, semetipsum exinaniuit, non formã Dei perdens, sed formam serui accipiens: & per hanc in similitudinem hominũ factus, nec propria substantia, sed habitu inuentus vt homo. Hoc enim totũ quod sum⁹ vel in anima, vel in corpore, nostra natura est, illius habitus: nos nisi hoc essemus, nõ essemus. Ille si hoc non esset, esset vtique Deus. Et cũ hoc esset, cepit quod non erat, homo factus, permanens Deus, vt nõ vnũ horũ, sed vtrunque verissimè diceretur. Et propter quod homo factus est? Quoniã pater maior me est. Et propter quod permansit Deus? Ego & pater vnũ sumus. Nam si verbũ in carnẽ, hoc est, Deus in hominẽ mutatus cõuerteretur, nõ esset verũ, Pater maior me est: quia homine maior est Deus: illud autẽ falsum esset, Ego & pater vnũ sumus: quia non sunt vnũ Deus & homo. Sed forsitan posset dicere: Ego & pater nõ vnum sumus, sed vnũ sumus. Quod enim erat, & esse desistit: nõ est vtique, sed fuit. Nunc autẽ & propter veram formam serui, quam acceperat, verũ dixit, Pater maior me est: & propter verã formã Dei, in qua permanebat, verũ dixit: Ego, & pater vnũ sumus. Exinaniuit ergo se apud homines, non ita factus quod non erat, vt non esset quod erat: sed occultans quod erat, & demonstrans quod factus erat. Proinde quia virgo cõcepit, & peperit filiũ, ꝓpter manifestam serui formã, puer natus est nobis. Quia verò Dei verbũ quod manet in æternũ, caro factũ est, vt habitaret in nobis, propter Dei formã latentẽ, sed manẽtem, sicut nũciauit Gabriel: vocamus nomen eius Emmanuel. Factus est eũ homo, permanens Deus, vt & filius hominis rectè vocetur, Nobiscũ Deus: Nõ alter Deus, nõ alter homo. Exultet in credẽtib⁹ mũdus, quibus saluãdis venit per quẽ factus est mũdus. Conditor Mariæ, natus ex Maria, filius Dauid, Dñs Dauid, semẽ Abrahæ, qui est ante Abraham. Factor terræ, factus in terra. Creator cæli, creatus sub cælo. Ipse est dies quẽ fecit Dñs, & dies cordis nostri ipse est † Dñi. Ambulemus in lumine eius, exultemus & iucundemur in eo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

al. loquendo.

al. Dominũ.

In eodem festo, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, &c.

SERMO XXIIII. Sermo XXVIII.

Erit in appendice sermo XXVII.

Item in eodem festo alius sermo de eodem, qui habetur inter sermones De verbis Domini, XXXIX.

Item in eodem festo Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, In principio erat verbum, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem tom. 9.

Item in eodem festo, de eodem habetur sermo inter sermones De verbis Domini, XXXVIII.

Item in eodem sermones De diuersis, LII. & sequentes, vsque ad LXIII.

In festo Epiphaniæ Domini, & per octauas eius.

SERMO I. Sermo XXIX.

PROXIME, fratres charissimi, eiusmodi redemptionis nostræ celebrauimus sacramentũ, quo Deus hominẽ cũ infirmitatibus induit: hodie verò illud colimus, quo se in hominẽ Deus virtutibus declarauit, pro eo quòd in hac die, siue quòd in cælo stella ortus sui nuncium præbuit: siue quòd in Cana Galilææ in conuiuio nuptiali aquã in vinũ cõuertit: siue quòd in Iordanis vndis aquas ad reparationẽ humani generis † sub baptismo consecrauit: siue quòd de quinque panibus quinque milia hominũ satiauit, in quolibet horum salutis nostra mysteria continẽtur & gaudia. Nobis enim ex virgine natus est: quod stella monstrauit. Nobis ex baptismo lauacrũ concessum est, quod in Iordanis alueo consecrauit. Nos quoque in melius esse mutandos operis miraculo præmonstrauit: quando aquas in vina conuertit. Et ideo, fratres charissimi, in omni actu nostro stellã fidei præparemus, & in custodia puritatis Christi baptismũ celebremus: quia hæc Christi regeneratio, nostræ fidei confirmatio est. Insinuauit enim nobis muneris sui beneficium per secundæ natiuitatis exemplum, & quod facere voluit, prior ipse fecit. Legimus Iudæos diuersa sub lege habuisse baptismata, sed nullum ex his contra præuaricationis malum generalem potuit conferre medicinam. Et ideo pro absolutione totius mundi indigebant regenerationis aqua cælitùs sanctificari. Et quia per vniuersum mundum sacramentum baptismi humano generi opus erat, omnibus aquis benedictionem dedit, quando in Iordanis alueum vnica ac singulari pietate descendit. Tunc enim Christum Dominum non tam lauit vnda, quàm lota est. Tibi ergo nascendo Christus aduenit, tibi viuendo militauit, tibi moriendo conflixit. Quem vides pro te mortuum, pro te intellige baptizatum. Talis omnino etiam ante baptismum fuit, & ideo præcursor eius atque Baptista ita eum cùm ad se baptizandus veniret alloquitur: Domine, ego à te debeo

Matth. 2. Ioan. 2. Matth. 3. al. suo. Matth. 14.

Matth. 3.

beo baptizari, & tu venis ad me? Quid euidentius de Christi nondum baptizati puritate, quid fortius? Ego à te debeo baptizari: id est, qui fons es innocentiæ, & plenitudo iustitię, qui nullo indigens dare scis, nescis accipere? Ego, inquit, à te debeo baptizari, quia tecum exhibes, & in te possides puritatis munera & baptismatis sacramẽta; & quod ego dabo te largiente per gratiã, tu obtines per naturã. Attactu mẽbra tingũtur & fluẽta ditantur. Vitalẽ gratiã nõ corpus ex flumine, sed flumen mutuatur ex corpore. Defeẽdere in se fontẽ suũ felix vnda miratur, sub vno momẽto remedia æterna cõcipiens, & noua Deum regenerationis fœcunditate parturiens, quòd acceperat hoc reddens; & q̃ non habebat, accipiẽs. Inter hęc mirũ esset, q̃ se dñs serui subdidit benedictioni, nisi & cruci se subdidisset & morti. Et ille quidẽ pretiosum sibi esse hominẽ pretij ipsius dignitate perdocuit, vt hinc quoq; intelligamus quã grandes apud se æstimet Deus noster humanorũ criminũ causas, propter quas nõ angelum, nõ archangelum, sed Deũ misit ad terras. Quàm grauis sit peccati & quã dura cõditio, prodit remedij magnitudo. Quanta malorum discussio erit qua dãnabuntur, solicitudo indicat qua redimũtur. Omni ergo diligentia atq; vigilantia caueamus, ne vulneret diabolus quod sanauit Deus: ne per consensum cordis, per flagitium corporis seruitutẽ quam debemus Domino, magis exhibere ꝓbemus inimico. Equidẽ si quis violentus ac præpotes aliquid de facultate nostra ac ꝓprietate rapuisset, nõne dignũ summo odio duceremus? nõne meritò tanquã hostẽ detestaremur? Cur peccando diabolo cõsentiemus, qui nobis nõ substantiam vult auferre, sed vitam: non terram fraudare, sed cælũ: non fines angustæ possessionis, sed infinita spatia æternitatis? Inter hæc, ô homo, si dignitatẽ factura tuæ, si pietatẽ circa te Domini tui volueris æstimare de pretio, nõ poteris dubitare de regno. Ipsi enim Magi, qui ad illa cælestis pueri veneranda cunabula stellæ indicio peruenerunt, quid aliud expresserũt in illis muneribꝰ, nisi fidẽ nostrã? In eo enim quòd tria offeruntur, Trinitas intelligitur. In eo verò quòd tres sunt, & singuli singula offerunt, in trinitate vnitas declaratur. Per aurũ rex ostẽditur, Deo in thure dignoscitur: per myrrhã, quæ cõdiendis est apta corporibus, sepultura crucifigendi hominis prędicatur. Secundum hæc charissimi, nos quoq; personam Magorũ spiritalibus imitemur obsequiis. In primis tã diu quæramus Christũ, donec illum inuenire mereamur. Ducatũ nobis præbeat velut stella cæli, lux fidei. Hæc nobis illũ ostẽdat, non iam in præsepi vagientẽ, sed in summa cæli arce dominantẽ. Nec in matris gremio, sed in solio patris adorandũ. Nec vlterius in humanitate iudicandũ, sed ad iudiciũ cũ maiestate venturũ. Sic quasi triũ numerũ trinitatis perfecta cõfessio, credatur à nobis vna diuinitas sine cõfusionis separatione distincta, pater & filius & spiritus sanctus vnus Deus: credantur tres personæ, sed nõ tres substantiæ. Quantũ autem ad cælestis naturæ ordinẽ pertinet, in patre & filio & spiritu sancto ita cõfitenda est vna diuinitas, vt nec singularis putetur in trinitate persona, nec triplex in vnitate substantia, sed ita assignetur pluralitas vnitati, ne trinitati subtrahatur æqualitas. Et licet intromittatur in vna diuinitate numerositas, non sit tamẽ recipienda diuersitas. Ita ergo fidelium cordib⁹ disponẽdus est Dei cultus vt nõ admittatur vel in vnitate separatio, vel in trinitate permixtio. Proxima enim ab hac die, fratres charissimi, sacri natalis die natus est Dominus, nũc baptizatus. Tunc nos genuit ad vitã, nũc regenerauit ad salutem: tunc Adam suscepit perditum, nunc abluit peccatorem. Venit ergo ad baptismum, sicut scriptum est. Sed quid abluit, qui mundus erat? Vtiq; vt mundus abluerет immundos. Illum ergo cũrrentes aquæ tunc infundebant, sed peccata nostra secum portabãt. De illo guttæ baptismatis fluebant, sed nostra in guttis crimina influebãt. O misericordia simul & potentia Dei, necdum eramus in mundo, & iã abluebamur in baptismo. Mũdati in illo sumus antequã nati. Nã ipsi fuit baptismatis ratio, vt aquæ quæ purgaturæ nos erant, ab illo antè purgarentur. Et cùm ascendisset, inquit Scriptura, de aqua, vidit apertos cælos. Nunquid tunc ei cælũ apertum fuerat, cuius oculi cælorũ interiora cernebant? Sed ideo cælum aperitur, vt mysteriũ baptismatis in hoc declaretur: quia quando homo de baptismo egreditur, tunc ei ianua regni cælestis apetitur. Illudverò quale est quòd Magi veniunt ad Deũ natum, imò ducuntur, positum in præsepio vident, nec apud sensus eorum humilitas natiuitatis reuerentiã diuinitatis imminuit: adorant corporibus, honorant muneribus, venerantur officiis: oculis hominem vident, & deũ obsequiis confitentur. Videbant enim in eo qui natus fuerat plus esse quod animæ hominũ, quã quod oculi præuiderint. Dominus qui tunc corporaliter natus fuerat, per ipsum omnia nata erant. Videbatur quidem in præsepio, sed dominabatur in cælo. Intra corpusculũ erat, sed intra se omnia cõtinebat. Natus quidem ex matre fuerat, sed matrẽ suã ipse creauerat. Et ideo se Magi humiliabãt, qui famulari astra cernebant. Deũ enim esse cognouerant, cui cęlestia seruiebant. Et idcirco etiam ipsa eorũ munera diuino mysterio plena erãt. Aurũ namque, vt audistis, & thus, & myrrhã obtulerũt. Triplicium ergo munerũ numero triplex significatio cõtinetur. In thure obtulerunt Dei honorẽ, in auro regiã dignitatem, in myrrha corporis sepulturam. Offeramus ergo & nos, dilectissimi fratres, sincera & sancta munera Deo nostro, castitatem, fidem, patientiam, charitatem, mentes humiles, probos mores, animas Deo inhabitare condignas. Hæc sunt enim placita Deo dona, hæc grata munera, quæ illi quidem offeruntur, sed offerentibus prosunt. Nullo enim ille munere eget: hoc illi munus optimũ est, vt causas habeat munerandi. Nihil à nobis exigit, nihil amplius petit nisi salutem nostram. Omnia enim sibi præstari à nobis putat, si ita nos egerimus, vt nobis ab illo cuncta præstentur, auxiliante ipso Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Peccata nostra apud Deũ quãtũ sint grandia.

Magi quomodo imitandi.

Stella, lux fidei.

Matth. 2.

Thus. Aurum. Myrrha.

In eodem Festo.

SERMO D. AVGVST. II. Sermo XXX. Cap. I.

ADpartum virginis adorãdum Magi ab Oriente venerunt. Hunc diẽ hodie celebramus, huic debitũ sollennitati sermonem persoluimus. Illis dies iste primus illuxit, anniuersaria nobis festiuitate rediit. Illi erant primitiæ gentium, nos populus gentiũ. Nobis hoc lingua nunciauit Apostolorũ, stella illis tãquàm lingua cælorum: & nobis idem Apostoli tanquã alij cæli enarrauerunt gloriam Dei. Cur enim non agnoscamus eos cælos, qui facti sunt sedes Dei? sicut scriptum est: Anima iusti, sedes est sapientiæ. Per hos enim cælos ille cælorum fabricator & habitator intonuit, quo tonitru mundus tremuit, & ecce iam credit. Magnum sacramẽtum. In præsepi iacebat, & Magos ab oriente ducebat. Abscõdebatur in stabulo, & agnoscebatur in cęlo, vt agnit⁹ in cęlo manifestaretur in stabulo, & appellaretur Epiphania dies iste, quod Latinè manifestatio dici potest: simul eius celsitudinẽ humilitatẽmque cõmendans, vt qui in aperto cælo, signis fidereis monstrabatur magnus, in angusto diuersorio

Psal. 18.

Sap. 7.

quæsitus inueniretur, inualidus, infantilibus in membris natus, infantilibúsque pannis inuolutus, adoraretur à magis, timeretur à malis. Timuit enim eum rex Herodes, eisdem sibi magis nunciantibus, cùm adhuc quærerent paruulum, quem cognouerant cælo teste iam natũ. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cunabula terrebant infantis? Quanto cõsultius reges, nõ sicut Herodes, interficere quærãt, sed sicut magi potius adorare delectentur, iam præsertim eum qui & ipsam mortem quã cupiebat inimicus inferre, etiã pro ipsis inimicis ab inimicis sustinuit, eámque in suo corpore occisus occidit. Piè timeant reges ad patris dexteram iam sedentem, quẽ rex impius timuit adhuc matris vbera lambentẽ. Audiãt quod scriptum est: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite Dño in timore, & exultate ei cũ tremore. Ille enim rex regum, vltor impiorum, & rector piorum, non ita natus est vt reges nascuntur in seculo, quia & ille natus est, cuius regnum nõ est de hoc seculo. Nobilitas fuit nascentis, in virginitate parientis: & nobilitas parientis, in diuinitate nascentis. Denique cùm tam multi iam nati atque defuncti essent reges Iudæorum, nunquid quenquã eorũ adorandum magi quæsierunt? Non. Quia nec quenquam eorũ cælo loquente didicerunt. VERVNTAMEN quod prætereundũ non est, hæc magorum illuminatio magnum testimoniũ cæcitatis extitit Iudæorum. In terra eorum isti requirebant, quem illi in sua non agnoscebant. Apud eos isti infantem inuenerunt, quẽ illi apud se negauerunt. In his terris de longinquo isti & peregrini puerum Christũ nondũ verba promentẽ adorauerunt, vbi ciues illi iuuenem miracula facientẽ crucifixerunt. Isti in membris paruis Deum adorauerunt, illi in magnis factis nec tanquam homini pepercerũt: quasi plus fuerit videre nouam stellam in eius natiuitate fulgentem, quàm solem eius in morte lugentem. Iam verò quòd eadẽ stella quæ magos perduxit ad locum, vbi erat cum matre virgine Deus iufans, quæ vtique poterat eos ad ipsam perducere ciuitatẽ, se tamen subtraxit, nec eis prorsus apparuit, donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur, idem ipsi interrogarentur Iudæi, & ipsi eam secundum diuinæ Scripturæ testimonium nominarent, ipsi dicerent, In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est, Et tu Bethleem terra Iuda non es minima in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populũ meum Israël: quid aliud hic significauit diuina prouidentia, nisi apud Iudæos solas diuinas literas remansuras, quibus gentes instruerentur, illi excæcarentur, quas portarẽt non ad adiutoriũ salutis suæ, sed ad testimoniũ salutis nostræ? Nã hodie cũ præmissas prophetias de Christo proferimus, iam rerũ cõpletarũ luce declaratas, si fortè Pagani, quos lucrari volumus, dixerint non eas tanto antè prædictas, sed post rerum euentũ, vt hæc quæ facta sunt prophetata putarentur, à nobis esse confictas, Iudæorũ codices recitamus, vt tollatur dubitatio Paganorũ: qui iam in magis illis figurabantur, quos Iudæi de ciuitate, in qua natus est Christus, diuinis eloquiis instruebant, & eũ ipsi nec requirebãt, nec agnoscebant. NVNC ergo charissimi, gratiæ filij & hæredes, videte vocationẽ vestram, & manifestato Iudæis & gentibus Christo tãquam angulari lapidi perseuerantissima dilectione cohærete. Manifestatus enim est in ipsis cunabulis infãtiæ suæ his qui propè, & his qui longè erant: Iudæis in pastorum ꝓpinquitate, gẽtib⁹ in magorũ lõginquitate. Illi ipso die quo natus est, isti ad eũ hodie aduenisse creduntur. Manifestatus ergo est, nec illis doctis, nec istis iustis. Præualet namq; imperitia in rusticitate pastorũ, & impietas in sacrilegiis magorũ. Vtrosque sibi lapis ille angularis applicuit, quippe qui venit stulta mundi eligere, vt confunderet sapientes, & non vocaret iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Vnde scribæ & pharisæi dum nimis docti & nimis iusti sibi videntur, cuius nascentis ciuitatẽ ostenderũt Prophetica eloquia recitãtes, hũc reprobauerũt ædificantes. Sed quia factus est in caput anguli, & quod natus ostendit, passus impleuit, huic nos inhæreamus cum alio pariete habẽte reliquias Israël; quæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Eos enim pastores illi præfigurabant de proximo coniungendos, vt & nos, quorũ ex longinquo vocationem magorũ significabat aduentus, iam non peregrini & inquilini, sed ciues sanctorũ, & domestici Dei maneamus, coædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu: qui fecit vtraque vnum, vt in vno amemus vnitatem, & ad colligendos ramos qui etiam de oleastro inserti, per superbiam fracti hæretici facti sunt: quoniam potens est Deus iterum inserere illos: infatigabilem habeamus charitatem.

Psal. 2. — Capvt II. — Capvt III. — Eph. 2. — Mich. 5. — 1. Cor. 1. — Matth. 9. — Psal. 117. — Rom. 11. — Eph. 2. — Rom. 11.

In eodem Festo.

SERMO D. AVGVST. III. — SERMO XXXI. CAP. I.

ANTE paucissimos dies natalem Domini celebrauimus: hodierno autem die manifestationem qua manifestari gentibus cœpit, sollennitate non minus debita celebramus. Illo eũ die natum pastores Iudæi viderunt, hodie magi ab Oriente venientes adorauerunt. Natus quippe fuerat lapis ille angularis, pax duorũ parietum, ex circumcisione & præputio, non ex parua diuersitate venientiũ, vt in illo copularentur, qui factus est pax nostra, & fecit vtraq; vnũ. Hoc in pastoribus Iudęorũ, & magis gẽtiũ præsignatũ est. Inde cœpit, quod in vniuerso mũdo fructificaret & crescere t. Nos itaque duos dies, natiuitatis & manifestationis Dñi nostri spiritali lętitia gratissimos habeamus. Iudęi pastores ad eũ angelo nunciante, gẽtiles magi stella demonstrante perducti sunt. Hęc stella vanas cõputationes astrologorũ diuinationęq; cõfudit: cũ stellarũ adoratoribus creatorem cęli & terræ adorandũ potius demonstrauit. Nam ipse nouam stellam declarauit natus, qui antiquũ solẽ obscurauit occisus. Illa luce inchoata est fides gentiũ, illis tenebris accusata est perfidia Iudęorũ. Quid erat illa stella, quæ nec vnquã ante inter sidera apparuit, nec postea demõstrãda permansit? Quid erat nisi magnifica lingua cæli, quæ narraret gloriã Dei, quæ inusitatũ virginis partũ inusitato fulgore clamaret, cui non postea apparẽti Euãgeliũ toto orbe succederet? Quid deniq; magi veniẽtes dixerũt? Vbi est qui natus est rex Iudęorũ? Quid est hoc? Nõne tũ multi antea reges erant nati Iudæorũ? Quid tãtopere alienę gẽtis regẽ nosse & adorare cupierũt? Vidimus eũ, inquiunt, stellã eius in Oriente, & venimus adorare eũ. Nũquã hoc tãta deuotione requirerẽt, tãto pietatis affectu desiderarẽt: nisi eum agnoscerẽt regẽ Iudæorũ, qui rex est etiã seculorum.

Ephes. 2. — Ephes. 2. — Stella, mãgnifica lingua cæli. Psal. 18. — Matth. 2.

HINC & Pilatus nonnulla vtique aura veritatis afflatus est, quando in eius passione titulum scripsit, Rex Iudæorum: quem Iudæi conati sunt † mendosi emendare. Quibus ille respõdit, Quod scripsi, scripsi: Quia prædictum erat in Psalmo, Tituli inscriptionem ne corrumpas. Aduertamus itaque magnum hoc & mirabile sacramentum. Magi ex gentibus erant, ipse etiam Pilatus ex gentibus: illi stellam viderunt in cælo, ille titulum fixit in ligno: vtrique tamen nõ regem gentium, sed Iudæorum, vel quærebant, vel agnoscebant. Iudæi verò ipsi nec stellam secuti sunt, nec titulo consenserunt. Iam igitur præsignabatur, quod postea ipse Dñs dixit, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum: filij autẽ regni ibunt in tenebras exteriores. Nam magi ab Oriente, Pilatus ab Occidente venerat. Vnde illi orienti, hoc est nascenti, ille autẽ occidenti, hoc est, morienti attestabantur regi Iudæorũ, vt cum Abrahã & Isaac & Iacob, ex quibus Iudæi ducebant originem, recumberent in regno cælorum, non ex eis propagati per carnẽ, sed eis inserti per fidem, vt ille de quo Apostolus loquitur, oliuę inserendus iam præmõstraretur oleaster. Propterea quippe nõ rex gentium, sed Iudęorum ab eisdem gentibus, vel quærebatur, vel agnoscebatur: quia oleaster ad oliuam, nõ ad oleastrũ oliua veniebat. Rami tamen frangendi, hoc est, infideles Iudæi, & magis inquirẽtibus vbi Christus nasceretur, In Bethleem Iudæ, respondebant: & Pilato exprobrante, quòd regem suum crucifigi vellent, pertinacissimè sæuiebant. Itaque magi adorauerunt, Iudæis ostendentibus locum Christi nascentis, quia in scriptura quam Iudæi acceperunt, Christum cognoscimus. Pilatus ex gentibus manus lauit, Iudęis mortem Christi petentibus, quia sanguine quem Iudæi fuderunt, nostra peccata diluimus. Sed de testimonio Pilati per titulum, in quo scripsit regem Iudæorum esse Christũ, alius est differendi locus, quo passionis est tempus.

Matth. 8. — Rom. 11. — Matth. 27 — Matth. 2.

CAPVT III. NVNC quod attinet ad manifestationem Christi nati, de cuius manifestationis die, quæ Græco vocabulo Epiphania nominatur, qua manifestari cœpit gẽtibus, cũ eum magi adorauerunt, quæ restant pauca dicamus. Nam etiam atque etiam considerare delectat, quemadmodum magis quærentibus vbi Christus nasceretur, Iudæi responderunt, In Bethleem Iudæ: Nec tamen ad eum ipsi venerunt, sed eis abscedentib⁹, magos ad eum locum in quo infans erat eadem stella perduxit: vt ostenderetur quòd & ciuitatem poterat demonstrare, sed ad hoc se aliquantulum subtraxerat, vt Iudæi possent interrogari. Ad hoc sunt autem interrogati Iudæi, vt demonstraretur, eos non ad suam, sed ad gentium salutem & agnitionem testimonia diuina portare. Propter hoc enim illa gẽs regno suo pulsa est & dispersa per terras: vt eius fidei cuius inimici sunt, vbique testes fieri cogerentur. Perdito quippe templo, sacrificio, sacerdotio, ipsóque regno, in paucis veteribus sacramentis nomen genũsque custodiunt: ne permixti gentibus sine discretione disperearent, & testimonium veritatis amittant: velut Cain accipiente signum vt eum nullus occidat, qui fratrem iustum inuidus & superbus occidit. Hoc nimirum etiam in quinquagesimo octauo Psalmo non incongruenter intelligi potest, vbi Christus ex persona sui corporis loquitur & dicit, Deus meus demonstrauit mihi de inimicis meis, ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ. In eis quippe inimicis fidei Christianæ demonstratur gẽtibus quomodo prophetatus est Christus, ne fortè, cũ vidissent tanta manifestatione impleri prophetias, putarent easdem scripturas à Christianis esse confictas, vt de Christo prædicta putarentur, quæ completa cernuntur. Proferuntur ergo codices à Iudæis, atque ita Deus demonstrat nobis inimicis nostris, quos ideo nõ occidit, hoc est, de terris non penitùs perdidit, ne obliuiscerentur legis ipsius: quam propterea legendo & quædam eius, quamuis carnaliter obseruando, meminerint, vt sibi sumant iudicium, nobis præbeant testimonium, [ipso Domino nostro adiuuante, qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.]

Genes. 4. — Psal. 58.

In eodem Festo.

SERMO D. AVGVST. IIII. — SERMO XXXII. CAP. I.

ODIERNI diei per vniuersum mundũ nota sollennitas quid nobis afferat festiuitatis, quídue anniuersaria repetitione commemoret: anniuersario quoque sermone tempus admonet vt loquamur. Epiphania quippe Græcè, Latinè manifestatio dici potest. Hoc enim die magi Dñm nostrũ adorasse perhibentur: stella scilicet apparente commoniti, & præcedente perducti. Eo quippe die quo natus est, illi stellam in Oriente viderunt: & quẽ natum indicauerit, agnouerunt. Ex illo igitur die ad hũc diem occurrerũt, Herodẽ regẽ nuncio terruerunt, Iudæis ex Prophetica scriptura respondentibus, Bethleem ciuitatem, vbi Dñs natus fuerat, inuenerunt. Ad ipsum deniq; Dñm stella eadem ducente venerũt, demonstratũ adorauerunt, aurũ, thus, & myrram obtulerunt, alio itinere redierunt. Manifestatus est quidem & die ipso natiuitatis suæ Dñs pastoribus ab angelo admonitis: quo etiã die per stellam illis est longè in Oriente nunciatus, sed in isto die ab eisdem est adoratus. Suscipiat ergo deuotissimè istũ diem celebrandũ vniuersa ecclesia gentium: quia & illi magi quid iam fuerunt nisi primitiæ gẽtiũ? Israëlitæ pastores, magi gentiles. Illi propè, isti longè: vtrique tamẽ ad angularẽ lapidẽ cucurrerunt. Veniẽs quippe, sicut Apostolus dicit, euangelizauit pacem nobis, qui eramus longè, & pacem his qui propè. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ, & duos condidit in se, in vnũ nouum hominem faciens pacem, & commutauit vtrosque in vno corpore Deo, interficiens inimicitias in semetipso. MERITO istũ diem nũquam nobiscum hæretici Donatistæ celebrare voluerunt: quia nec vnitatẽ amant, nec Orientali ecclesiæ, vbi apparuit illa stella, cõmunicant: nos autem manifestationem Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, quia primitias gentium delibauit, in vnitate gentium celebramus. Tunc enim puer prius quàm sciret vocare patrẽ aut matrem, sicut de illo erat prophetatũ, accepit virtutẽ Damasci, & spolia Samariæ: id est antequã per humanã carnẽ humana verba proferret, accepit virtutem Damasci: illius scilicet vnde Damascus præsumebat. In diuitiis quippe ejuitas illa secũdũ seculũ florens aliquando præsumpserat. In diuitiis autẽ principatus auro defertur, q; Christo magi suppliciter obtulerunt. Spolia verò Samariæ idem ipsi erãt, qui eam incolebant. Samaria nãque pro idololatria posita est. Illic eũ populus Israël auersus à Domino, ad idola colenda cõuersus est. Debellaturus scilicet Christus gladio spiritali per vniuersum orbẽ regnum diaboli, hæc prima puer spolia idololatriæ dominationi detraxit, vt ad se adorandũ magos cõuersos à peste illius superstitionis auerteret, & in hac terra nõdũ loquens per linguam, loqueretur de cælo per stellã, vt & quis esset, & quò, ꝓpter quos venisset, non voce carnis, sed virtute verbi, quod caro factũ est, demõstraret. Hoc eũ verbũ, quod in principio erat Deus apud Deũ, iam etiã caro factum, vt habitaret in nobis, & ad nos venerat, & apud patrem manebat, sursum angelos non deserens, & deorsum ad se homines per angelos colligẽs, & cælestib⁹ habitatoribus secundũ verbum incommutabili veritate fulgebat, & propter angustum diuersoriũ in præsepe iacebat. Ab ipso in cælo demonstrabatur stella, & ipsum adorandum demonstrabat in terra. Et tamen infans tam potens, tam magnus, paruulus propter inimicitias Herodis in Ægyptum portantibus parentibus fugit: ita nondum sermone, sed factis iam suis membris loquens, & tacitus dicens: Si vos persecuti fuerint

Ephes. 2. — CAPVT II. — Ephes. 8. — al. illud. — Matth. 10.

fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Mortalē quippe carnē, in qua nos præfiguraret, gerebat, in qua erat etiam pro nobis opportuno tempore moriturus. Vnde à magis illis non solũ autũ honorandus, & thus adorandus, verumetiã myrrhã sepeliẽdus acceperat. Quales etiam fuissent pro eius nomine morituri, quã innocentes, quã humiles, ostendit in paruulis quos Herodes occidit. Nã ex quibus Lex tota pendet & Prophetæ, etiam illũ numerũ præceptorũ significauit bimatus illorũ. IAM verò quẽ nõ fecit intentũ, quid sibi velit quod magorũ inquisitioni vbi Christus nasceretur, Iudæi de Scriptura respondẽrũt, & ipsi cũ eis non adorauerunt? Nónne hoc videmus etiam nunc, quãdo ex ipsis sacramẽtis, quibus eorũ duritia subditur, nihil aliud quã Christus, in quẽ nolunt credere, ostendit? Nónne & quando occidunt ouẽ in Pascha & manducant, gentibus Christũ demonstrant, quẽ cum eis ipsi non adorãt? Nã illud quale est, quod sæpe de testimoniis Propheticis, quibus Christus prænunciatus est, quibúsque hominibus dubitantibus, ne fortè à Christianis illa conscripta sint, nõ adhuc futura, sed facta, ad Iudæorũ codices prouocamus, vt animos dubitantium confirmemus? Nónne enim tunc Christũ Iudæi ostendunt gentibus, quẽ nolunt adorare cũ gentibus? Nos ergo, charissimi, quorũ erant illi magi primitiæ, nos hæreditas Christi vsq; ad terminos terræ, propter quos cæcitas ex parte in Israël facta est, vt plenitudo gentium intraret, cognito Dño & Saluatore nostro Iesu Christo, qui propter nos cõsolandos tunc iacuit in angusto diuersorio, nunc propter sublimandos sedet in cælo: sic cum annunciemus in hac terra, in hac regione carnis nostræ, vt non quã venimus redeamus, nec prioris nostræ conuersationis vestigia repetamus. Hoc est enim quod & illi magi non quã venerant redierũt. Via mutata, vita mutata est. Nobis cæli enarrauerunt gloriam Dei, & nos ad Christũ adorandũ fulgens ex Euãgelio veritas tanquã de cælo stella perduxit, & nos prophetiam in gẽte Iudaica celebratã, tanquã indiciũ Iudæorũ nõ nobiscũ pergentiũ fideli aure percepimus, & nos & regẽ, & sacerdotem, & pro nobis mortuũ Christũ agnoscentes atque laudantes, iam in auro & thure & myrrha honorauimus: superest vt cum euangelizantes nouã viam carpamus, nõ quã venimus redeamus, [adiuuante Dño nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.]

Matth. 22.

CAPVT III.

Exod. 12.

B

C

SERMO XXXIIII.

In eodem Festo. SERMO V.

Erit in appendice sermo XXVIII.

SERMO XXXIIII.

In eodem Festo. SERMO VI.

CAP. I.

Ioan. 5.

Luc. 2. Matth. 2.

Ephes. 2.

NVPER celebrauimus diem quo ex Iudæis Dominus natus est, hodie celebramus quo à gentibus adoratus est: quoniã salus ex Iudæis, sed hæc salus vsq; ad fines terræ. Nam & illo die pastores adorauerunt, hodie magi. Illis angeli, istis autẽ stella nunciauit. Vtrique de cælo didicerunt, cũ regẽ cęli in terra viderunt, vt esset gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnũ. Iã hic infans natus atq; annunciatus ostenditur lapis ille angularis, iam in ipso primordio natiuitatis apparuit. Duos ex diuerso parietes in se copulare iam cœpit, pastores à Iudæa, magos ab Oriente perducens: vt duos conderet in se vnum hominẽ nouũ, faciens pacẽ, pacẽ his qui longè, & pacem his qui propè. Ideóque illi ipso die de proximo venientes, isti hodie de longinquo peruenientes, duos dies celebrandos posteris signauerũt, vnam tamen lucem mundi vtrique viderunt. Sed hodie de istis loquendũ est, quod de remotis terris fides duxit ad Christũ. Venerũt enim, & quæsierunt cũ dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eũ. Annunciant & interrogant, credunt & quærunt, tanquam significantes eos qui ambulant per fidem, & desiderant speciem. Nónne alij reges Iudæorum iam tõtiens in Iudæa nati erant? Quid est, quòd iste ab alienigenis in cælo agnoscitur, in terra quæritur, in alto fulget, in humili latet? In Oriente magi viderunt stellam, & in Iudæa natũ intellexerunt regẽ. Quis est iste rex tam paruus, tam magnus, nondũ in terris loquens, iam in cælo edicta proponens? Verumtamen propter nos, quibus de Scripturis suis sanctis innotescere voluit, ipsos etiam magos quibus tam clarum signũ in cęlo dederat, & quorũ cordibus se † natum esse reuelauerat, Prophetis tamẽ suis de se credere voluit. Quærẽdo enim ciuitatẽ, in qua natus erat, quẽ videre & adorare cupiebant, necesse habuerũt percontari principes Iudæorum: vt illi de sancta Scriptura, quã in ore, non in corde gestabãt, infideles fidelibus de gratia Dei responderent, mendaces à se, veraces contra se. Quantũ enim erat, vt illis quærentibus Christũ comites fierẽt, cũ ab eis audissent, quòd visa stella eius venerint eum adorare cupientes, ipsi eos ad Bethleem Iudæ, quã de libris diuinis indicauerant, ducerent, pariter viderent, pariter intelligerent, pariter adorarent? Nunc verò aliis demonstrato vitæ fonte, ipsi sunt mortui siccitate: factiq; sunt eis tanquã † lapides à miliario, qui viatoribus ambulantibus aliquid ostenderunt, sed ipsi stolidi atque immobiles remanserunt. Magi quærebant, vt inuenirent: Herodes quærebat, vt perderet. Iudæi ciuitatem nascentis legebant, tempus venientis non intelligebant. Inter magorum pium amorem, & Herodis crudelem timorem, illi euanuerunt Bethleem demonstrantes: Christum autem qui ibi natus est, non quæsitum, sed visum; nec tunc infantem, sed loquentem postea negaturi. Felix potius infantum ignorantia, quos Herodes persecutus est territus, quàm istorum scientia quos cõsoluit perturbatus. Illi pro Christo potuerunt pati, quem nondum poterant confiteri: isti docentis non secuti sunt veritatem, cuius nascentis potuerunt nosse ciuitatem. Magos sanè ad ipsum propriè locum, vbi Dei verbum infans erat, illa stella perduxit. HIC iam erubescat stultitia sacrilega, & quædã, vt sic dicam, indocta doctrina, quæ ideo putat Christũ sub stellarũ decreto esse natũ, quia scriptũ est in Euangelio, quando natus est, stellam eius magos in Oriente vidisse. Quod verũ nõ esset, etiam si homines sub decreto eiusmodi nascerentur: quia non sicut Dei filius propria voluntate, sed naturæ mortalis conditione nascuntur. Nũc autẽ tantũ abhorret à vero, sub stellato fato natũ esse Christũ, & nullum hominũ ità nasci credat quisquis rectè credit in Christũ. Sed de genituris hominũ vani homines loquantur quod insipienter opinantur, negent voluntatẽ qua peccant, confingant necessitatem qua peccata defendant: perditos mores per quos in terra ab hominibus detestantur, in cælo etiam figere conentur, & à sideribus manare mentiantur. Videat tamen vnusquisque eorum quemadmodum non vitam, sed familiam suam qualicunque potestate regendam putet: quandoquidem ista sentiendo seruos suos in domo peccantes verberare non sinitur, nisi prius deos suos in cælo radiantes blasphemare cogatur. Christum tamen isti nec secundum suas vanissimas coniecturas, & non sanè fatidicos, sed planè falsidicos libros, ideo putent sub stellarum decreto esse natum, quia eo nato stellam magi in Oriente viderunt.

A

Matth. 2.

al. infantandum.

al. lapides miliaria.

CAPVT II.

D

runt. Hinc enim potius Christus non sub dominatu eius, sed Dominus eius apparuit: quia illa non in cælo sidereas vias tenuit, sed hominibus quærentibus Christum viam vsq; ad locũ, in quo natus fuerat, demõstrauit. Vnde nõ ipsã Christũ fecit mirabiliter viuere, sed ipsam fecit Christus mirabiliter apparere. Nec ipsã Christi mirabilia decreuit, sed ipsam Christũ inter sua mirabilia demonstrauit. Ipse enim natus ex matre de cælo terræ nouũ sidus ostendit, qui natus ex patre cęlũ terramq; formauit. Eo nascente lux noua est in stella reuelata, quo moriente lux antiqua est in sole velata. Eo nascente superi nouo honore claruerunt, quo moriente inferi nouo timore tremuerunt, quo resurgente discipuli nouo amore exarserunt, quo ascendente cæli nouo obsequio patuerũt. Celebremus ergo deuota sollennitate & hunc diem, quo cognitũ Christũ magi ex gentibus adorauerunt, sicut celebramus illũ diem quo natum Christum pastores ex Iudæa viderunt. Ipse est enim Dominus Deus noster qui elegit Apostolos ex Iudæa Ecclesiæ pastores, per quos congregaret saluandos etiam ex gentibus peccatores.

A

B

In eodem Festo. SERMO VII.

SERMO XXXV.

DOMINI & Saluatoris nostri Iesu Christi aduentus in carnem in ipso rudi eius exortu de virgine manifestari gentibus cœpit: cùm ad eũ orandũ magi ab Oriente venerunt. Hic dies sollennissimus debita sanctitate est factus Ecclesiæ, maximè quæ creuit ex gentibus, & angulari lapide alterũ parietẽ structura vberiore cõpegit: vt ille pax nostra faceret vtraq; vnũ, ex circumcisione & præputio cõdens Ecclesiam. Vnde & lapis angularis dictus est, tanquã in se copulans ex diuersitate, venientes, vt cõmutaret vtrosque in vno corpore Deo, sicut Prophetica & Euangelica & Apostolica doctrina testatur. Nato itaq; Dño ex virgine, quẽ diẽ nuperrimè celebrauimus, pastores admoniti ab angelis secundũ Lucam euangelistam ad infantis verbi præsepe venerunt. Pastores autem illi Israëlitæ fuerunt. Ecce præsignatus est vnus paries, ad angularẽ lapidẽ de circumcisione percurrẽs. Paucis diebus inde trãsactis, hodie magi ab Oriẽte venisse credũtur, & illi paruuli magnitudinẽ cognouisse, quos Matthæus euangelista cõmemorat. Ecce alius paries ex præputij desperatione cõcurrẽs, nos propriè figurauit, & diem nobis festũ familiari lætitia geminauit. In cælo eũ videntes ignotissimã stellam, non ante paucos dies, sed ante fermè biennũ, sicut inquirenti Herodi patefecerunt. Vnde à bimatu & infrà occidit infantes, secundum tempus, vt scriptũ est, quod inquisierat à magis. Hanc stellam, sicut intelligitur, admirati, cuius etiam esset consequẽti reuelatione nosse meruerũt, regis videlicet Iudęorum, eóque nato cũ & hoc eius gratia cognouissent: ad eum adorandũ hodie occurrere potuerũt. Non vtique regi Iudæorũ, quales alij esse solebant, hunc tam magnum honorem longinqui alienigenæ & ab Herodis regno prorsus extranei à se deberi arbitrabantur, sed tamen natum esse didicerant, in quo adorando se salutẽ, quæ secundũ deũ est, cõsecuturos minimè dubitarent. Neque enim ętas erat saltẽ cui adulatio humana seruiret: non sub poplite sella regalis, nõ de membris purpura, non de capite diadema fulgebat: non pompa famulãtium, nõ terror exercitus, non gloriosorum fama prœliorum hos ad eum viros ex remotis cũ tanto voto supplicationis attraxerat. Iacebat in præsepi puer ortu recens, exiguus corpore, contẽptibilis paupertate: sed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi homines primitiæ gentium non terra portantẽ, sed cælo narrãte didicerãt, qui tam ex longinquo tam supplices veniebant, & quod intuendo non videbant, promereri adorando cupiebant. Regina quidẽ Austri venerat à finibus terræ audire sapientiã Salomonis: nec illa regni eius sublimitate, sed mẽtis luce cõmota est. Verũtamẽ inerat in Salomone doctrina, quæ verbis eiº lõgissimè ac latissimè diffamatis ad discendum potuit studiosos animos excitare: proinde illa nõ latẽtẽ Deũ, sed loquẽtem hominẽ, nõ adorare venerat, sed audire. Hic autẽ qui donauerat illam sapientiam Salomoni, & erat virtus ac sapientia Dei infirmitate carnis indutus, adhuc per pusillã ætatẽ tacebat in terris, & iam per amplissimã maiestatẽ clamabat in cælis. Quid times Herodes? Quid maligna mente turbaris? Si salutẽ tuã sapias, ille natus est, per quẽ Deũ videas, nõ cui terrenũ regnũ inuideas. Quid sæuis? Quid occidis infantes? Quid ætatẽ innoxiã noxius noxio gladio insectaris? A gladio regis huius nemo erit crudelitate, sed pietate securus. Detestanda ergo regis Herodis insania, sed magis miranda Iudæorũ stultitia: propter quos iudicandos dispositione diuina se à conspectu magorũ Christum quærentium parumper illa stella subtraxit. Apparuit namque, vt locũ in quo puer fuerat, demonstraret. Poterat vtiq; index etiam ciuitatis existere, sed quòd in Bethleem Iudæ Christus nasceretur, de libris sanctis interrogati Iudæi proferre debuerunt, parati ad legendum, cæci ad intelligendũ, duri ad credendũ. Hos ergo nos in vetustate literæ dimittamus, & ex eorũ adiuti codicibus, adorandum Christum cum istis alienigenis agnoscamus.

3. Reg. 10. Matth. 12.

Ephes. 2.

Lucæ 2.

Matth. 2.

C

D

Item in eodem festo alius sermo, eorum qui à Parisiensibus additi sunt primus.

Item in eodem sermones de diuersis, LXIIII. LXV. LXVI. & LXVII.

Dominica intra octauas Epiphaniæ Domini, de baptismo Christi.

SERMO I.

SERMO XXXVI.

INTELLIGERE possumus, fratres charissimi, quãtam gratiã Christo Domino debeamus, qui vota votis accumulat, gaudia gaudiis multiplicat. Ecce enim adhuc exultamus Christũ Dñm natũ, & iam eũ lætamur pro salute humani generis baptizatũ. Nec dum ortus est eius expleta festiuitas, & iam baptismatis eius est celebranda sollennitas. Vix natus est hominibus, & iam renasciturũ sacramentis. Hodie enim licet post multa annorũ curricula cõsecratus est in Iordane. Ita ergo disposuit Dominus, vt votis vota subiũgeret, hoc est, in vno eodẽmque tẽpore & ederetur per virginẽ, & per mysteriũ gigneretur, esset q; continuata festiuitas carnis natiuitas atque baptismatis: vt quemadmodũ tunc eũ miramur incorrupta matre progenitũ, ita & nunc suscipiamus illum pura vnda submersum. Et gloriemur in vtroque facto, quia filiũ genuit mater, & casta est: & quia Christum vnda lauit, & sancta est. Nam sicut post partum glorificata est Mariæ castificatio, ita post baptismum aquæ est purificatio cõprobata, nisi quòd penè maiori munere quã Maria vnda ditata est. Illa eẽ sibi tantũ meruit castitatẽ, ista nobis cõtulit sanctificationẽ. Illa meruit ne peccaret, ista vt peccata purgaret. Illa ꝓpria delicta à se repudiat, ista in se per Dei gratiã aliena cõdonat. Illi est collata virginitas, isti donata fœcũditas. Illa vnũ ꝓcreauit, & pura est: ista generauit plures, & virgo est. Illa præter Christũ nescit aliũ filiũ, ista cum Christo mater est populorũ. Natalis ergo hodie alter est quodãmodo Saluatoris. Nã eisdẽ eũ signis, eisdem miraculis cognoscimº genitũ, sed nũc maiorem mysterio baptizatũ. Denique spiritº sanctus qui tũc illi in vtero affuit,

Luc. 1.

affuit, modò eum in gurgite circumfulsit. Qui tunc Mariam castificauit, nũc fluenta sanctificat. Pater qui tunc obumbrauit in virtute, nunc clamat in voce, & quasi maturiore cõsilio qui tunc vmbrã præstitit natiuitati, modò testimonium perhibet veritati. Ait enim Deus: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Præclarior planè est secunda quã prima natiuitas. Illa enim sine teste silentio Christũ genuit, ista cum diuinitatis professione Dñm baptizauit. Ab illa se Ioseph, qui pater putabatur, excusat: in hac se pater, qui non credebatur, insinuat. Ibi laborat suspicionibus mater, quia professioni deerat pater: hîc honoratur genitrix, quia diuinitas filiũ protestatur. Honoratior, inquam, secunda quã prima natiuitas. Siquidem pater hîc Deus maiestatis inscribitur, illic Ioseph artifex æstimatur. Et licet in vtraque Dñs per spiritum sanctũ & natus sit & baptizatus, tamẽ honoratior est qui de cælis clamat, quã qui in terris laborat. Ioseph ergo faber in terris pater putabatur esse Dñi Saluatoris, nec ab hoc opere Deus qui verè est pater Domini nostri Iesu Christi excluditur: nam est & ipse faber. Ipse enim est artifex, qui huiuis mundi machinam, non solũ mirabili, sed etiam ineffabili potentia fabricauit. Tanquã sapiens architectus cælũ sublimitate suspendit, terram mole fundauit, maria calculis alligauit. Ipse artifex, qui in nostris moribus præcidit superflua opera, vtilia quæque conseruat. Ipse est artifex, cuius securim ad radicem nostram positam Ioannes Baptista comminatur, vt omnis arbor quæ normam iustæ discretionis excesserit, excisa radicitùs tradatur incendio: quæ autem mensurã veritatis habuerit, cælesti fabricæ deputetur. Hodie ergo baptizatur Dominus in Iordane. Quale est hoc baptismum, vbi purior est fonte ille qui mergitur, vbi dum susceptum aqua diluit, non sordib⁹ inficitur, sed benedictionibus honoratur? Quale, inquam, Saluatoris est baptismum, in quo purgantur potius fluenta quã purgant? Nouo enim sanctificationis genere Christum non tam lauit vnda, quã lota est. Nam ex quo Saluator in aqua se mersit, ex eo omniũ gurgitum tractus cũctorũmque fontium venas mysterio baptismatis consecrauit. Et quisquis ibi in nomine Domini baptizari voluerit, nõ tam illum mundi aqua diluit, quàm Christi vnda purificat. Saluator autem ideo baptizari voluit, non vt sibi munditiam acquireret, sed vt nobis fluenta mundaret. Interea magorum beata legatio perducta ad sacra cunabula radio desuper currente miratur, Iudæam præcedit Æthiopia peccati exuenda nigredine, & fidei induenda candore. Quã stupenda dignatio: inter amplexus genitricis includitur, qui cælũ terramq; cõplectitur. In sinu matris latet, qui regnũ patris excedit. Per simplex officiũ, spiritale reuelatur arcanum. Humanitas cernitur, & diuinitas adoratur. Exhibent aurum, thus & myrrham, plus in mysteriis quàm in conscientiis offerentes. In auri munere regia dignitas, in thuris vapore diuina maiestas, in myrrhæ specie sepelienda demonstratur humanitas: ac sic trinitatem oblationum numerus loquitur, vnitatem deuotio vna testatur. Per hoc ergo peruigili intentatione cordis cælum semper studeamus aspicere, si ad Christum cupimus peruenire. Dirigas ergo nobis semitas vitæ, perfecta stella iustitiæ, quæ dixit: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Offeramus ei aurum fidei, pietatis aromata, castitatis holocausta. Spiritalem quoque myrrham habeamus in nobis, quæ ita animas nostras condiat, vt illæsas à peccati corruptione custodiat: quod ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Matth. 3.
Matth. 1.
Matth. 13.
Deus artifex, faber.
Matth. 3.
Exod. 23.

In eadem Dominica. SERMO II. SERMO XXXVII.
Erit in appendice sermo XXIX.

In eadem Dominica, de Trinitate & columba.
SERMO III. SERMO XXXVIII.
Erit in appendice sermo XXX.

Item in eadem Dominica alius sermo, qui habetur inter sermones de verbis Domini, LXIII.

Dominica prima post octauas festi Epiphaniæ, de charitate.
SERMO D. AVGVST. I. SERMO XXXIX.

Citat Beda 1. Cor. 13.

DIVINARVM Scripturarum multiplicẽ abundantiam, latissimamq; doctrinam, fratres mei, sine vllo errore comprehẽdit, & sine vllo labore custodit, cuius cor plenum est charitate: dicente Apostolo, Plenitudo legis est charitas. Et alio loco, Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Si ergo nõ vacat omnes paginas Scripturarũ euoluere, tene charitatẽ, & in ea inuenies omnẽ scientiam. Quid est autẽ finis præcepti, nisi præcepti adimpletio? quid est præcepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Quod ergo ibi dixit, Plenitudo legis est charitas: hoc etiã hîc dixit, Finis præcepti est charitas. nec dubitari vllo modo potest, quòd templum Dei sit homo, in quo habitat charitas. Dicit enim & Ioannes, Deus charitas est. Hæc enim dicentes Apostoli, nobis charitatis excellentiã cõmendant. Nõ vtiq; aliud nisi quod comederũt, † eructuare potuerunt. Ipse quoq; Dñs pascens eos verbo veritatis, quod est ipse panis viuus, qui de cælo descendit: Mandatũ, inquit, nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ. Et iterũ: In hoc scient oẽs, qui discipuli mei estis, si vos inuicẽ dilexeritis. Ille eũ qui venit per crucis irrisionem carnis perimere corruptionẽ, & vetustatẽ vinculi mortis nostræ suæ mortis nouitate dissoluere: mandato nouo fecit hominẽ nouum. Res enim vetus erat, vt homo moreretur. Quod ne sẽper valeret in homine, res noua facta est, vt Deus moreretur. Sed quia in carne mortu⁹ est, nõ in diuinitate, per sempiternã vitã diuinitatis nõ permisit esse sẽpiternũ interitũ carnis. Itaq;, sicut dicit Apostol⁹, mortuus est ꝓpter delicta nostra, & resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostrã. Qui ergo cõtra mortis vetustatẽ attulit vitæ nouitatẽ, ipse cõtra vetus pctũ opponit nouum mãdatũ. Quapropter quisquis vetus pctũ vis extinguere, mandato nouo extingue cupiditatẽ, & amplectere charitatẽ. Sicut enim radix omniũ malorũ est cupiditas: ita & radix omniũ bonorũ est charitas. Totã magnitudinẽ & latitudinẽ diuinorũ eloquiorũ secura possidet charitas, qua Deũ ꝓximumq; diligimus. Docet enim nos vnus cælestis magister, & dicit: Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua: & diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus præceptis vniuersa Lex pendet, & Prophetæ. Si ergo nõ vacat oẽs paginas sanctas perscrutari, omnia inuoluera Sermonũ euoluere, omnia Scripturarũ secreta penetrare: tene charitatẽ, vbi pendẽt omnia, ita tenebis quod ibi didicisti: tenebis etiã quod nõdũ didicisti. Si enim nosti charitatẽ, aliquid nosti vnde & illud pendet q̃ fortè nõ nosti, & in eo q̃ in Scripturis intelligis, charitas patet: in eo quod nõ intelligis, charitas latet. Ille itaq; tenet & q̃ patet & quod latet in diuinis sermonib⁹, qui charitatẽ tenet in moribus. Quapropter, fratres, sectamini charitatem dulce ac salubre vinculum mentiũ, sine qua diues pauper est, & cũ qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis

Rom. 13.
1. Tim. 1.
1. Ioan. 4.
al. *ructare.*
Ioan. 13.
Rom. 4.
Matth. 22.

bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, interveros fratres lętissima, inter falsos patientissima. In Abel per sacrificiũ grata, in Noë per diluuiũ secura, in Abrahæ peregrinationibus fidelissima, in Moyse inter iniurias lenissima; in Dauid tribulationibus mãsuetissima. In tribus pueris blandos ignes innocenter expectat: in Machabæis sæuos ignes fortiter tolerat. Casta in Susanna erga virum, in Anna post virũ, in Maria pręter virũ. Libera in Paulo ad arguendũ, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendũ, diuina in Christo ad ignoscendum. Sed quid ego de charitate maius aut vberius possum dicere, quàm quod per os Apostoli laudes eius intonat Dñs, supereminentẽ viã demonstrantis atque dicentis, Si linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ autẽ nõ habeã, factus sum æramentum sonãs, aut cymbalum tinniens? Et si habuero prophetiã, & sciero omnia sacramẽta, & omnem scientiã, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferã, charitatẽ autẽ non habeam, nihil sum. Et si donauero omnes facultates meas, & si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatẽ non habeã, nihil mihi prodest. Charitas magnanima est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam. Non inflatur, non dehonestatur, non quærit quæ sua sunt. Nõ irritatur, nõ cogitat malũ, nõ gaudet super iniquitatẽ, congaudet autem veritati. Omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, charitas nũquã cadit. Quãta est ista? animarũ salus, scientiæ solidamentum, fidei fructus, diuitiæ pauperũ, vita morientiũ. Quid tã magnanimũ, quàm pro impiis mori? Quid tam benignum quàm inimicos diligere? Sola est quam felicitas aliena non premit, quia non æmulatur. Sola est quam felicitas sua non extollit, quia nõ inflatur. Sola est quã conscientia mala non pũgit, quia nõ agit perperàm. Inter opprobria secura est, inter odia benefica est. Inter iras placida est, inter insidias innocens. Inter iniquitate gemens, in veritate respirans. Quid illa fortius non ad retribuendas, sed ad non curandas iniurias? Quid illa facilius, non vanitate, sed veritate? Nã ideo tolerat omnia in præsenti vita, quia credit omnia de futura vita, & suffert omnia quę hîc irrogantur, quia sperat omnia quæ ibi promittuntur: merito nunquam cadit. Ergo sectamini charitatem, & eam sanctè cogitantes afferte fructus iustitiæ. Et quicquid vberius, quàm ego dicere potui, vos inueneritis in eius laudibus, appareat in vestris moribus. Oporet enim vt senilis sermo non solũ sit grauis, sed etiam breuis.

1. Cor. 13.

In eadem Dominica, de eo quòd Christus tribus modis in Scripturis intelligatur.

SERMO XL. CAP. I.
SERMO D. AVGVSTINI II.
Multa hinc citat Beda in epistolas Pauli.

DOMINVS noster Iesus Christus, quãtum animaduertere potuimus Scripturas, scilicet paginas sanctas, tribus modis nominatur quando prædicatur: siue per Legem & Prophetas, siue per epistolas Apostolicas, siue per fidẽ rerum gestarum, quas in Euangelio cognoscimus. Primus modus est, sed secũdum Deum & diuinitatem illã patri coæqualem atque coæternam ante assumptionem carnis. Alter modus est, cum assumpta carne iam idem Deus qui homo, & idem homo qui Deus, secundum quãdam suæ excellentię proprietatem, qua non cæteris coæquatur hominibus, sed est mediator & caput ecclesiæ, esse legitur & intelligitur. Tertius modus est quodãmodo totus Christus, in plenitudine ecclesiæ, id est, caput & corpus, secundum plenitudinem cuiusdam perfecti viri, in quo viro singuli membra sumus. Quod credentibus prędicatur, & prudentibus agnoscibile offertur. Non omnia testimonia Scripturarum tam multa angusto tempore siue recolere siue explicare possumus, quibus omnia tria ista genera probemus: sed tamen non omnia possumus improbata relinquere, vt quibusdam cõmemoratis testimoniis, cętera quæ commemorare non sinimur propter angustias temporis, per vosipsos iam obseruare in Scripturis & inuenire possitis: AD primum ergo modum insinuandi Domini nostri Iesu Christi Saluatoris, vnici filij Dei, per quem facta sunt omnia, pertinet illud quod nobilissimum & præclarissimum est in Euangelio secundum Ioannem, In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deũ: omnia ꝑ ipsũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est, in illo vita erat: & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã nõ cõprehẽderũt. Miranda & stupenda verba hæc, & priusquã intelligantur, amplectenda sunt. Partem cibo istã, ad omnes tamẽ peruenirет cibus: sed non ad omnes totus cibus apponeretur ori vestro. Sic quasi quidã cibus & potus verborũ nunc apponitur auribus vestris: & tamen totum ad omnes peruenit. An fortè cùm loquor, alius sibi tollit vnam syllabam, alius alteram, aut alius vnum verbũ, alius alterum verbum? Si ita est, tot verba dicturus sum, quot homines video, vt ad omnes peruenant vel verba singula. Et facilè quidẽ plura dico quã hîc sunt homines, & omnia ad omnes peruenũt. Verbum ergo hominis nõ diuiditur per syllabas vt omnes audiant, & verbum Dei per frusta conciditur, vt vbiq; sit? Nũquid hæc, fratres, sonantia atque transeũtia verba illi incõmutabiliter permanenti verbo vlla ex parte cõparanda arbitramur? Aut ego quia hæc dixi, cõparaui? Sed quoquo modo insinuare vobis volui, vt Deus quod exhibet in corporalibus reb⁹, valeat vobis ad credenda ea quę nondũ videtis de spiritalibus verbis. Sed iã ad meliora transeamus. Nam verba sonant & abeũt. De spiritalibus cogitationibus iustitiam cogitate. Cogitans iustitiam constitutus in istis partibus Occidentalibus, cogitans iustitiam constitutus in Oriẽte: vnde fit vt ille totam iustitiam cogitet, & ille nõ totã videat, & ille totam? Nam qui videt iustitiam, secundũ quam gerat aliquid, ipse iustè gerit. Videt int⁹, agit foris. Vnde videt intus, si nihil sibi præsto est? Quia ipse in parte positus est, ad eandem partem non perueniet alterius cogitatio? Cùm autem idem videas mente tu hîc positus, quod videt ille tam longè positus, & totum tibi luceat, totum illi videatur: quia ea quæ diuina & incorporea sunt, vbique sunt tota, crede verbum totum in patre, totum in vtero. Crede enim hoc de verbo Dei, qui est Deus apud Deum.

1. Ioan. 1.
CAP. II.
Ioan. 1.
Lucæ 10.
al. *firmaret.*

SED audi iã aliã insinuationẽ, aliũ mõdũ insinuandi Christũ, quem Scriptura prædicat. Ea enim quæ dixi, dicta sunt ante assumptã carnẽ. Nũc audi illud quomodo prędicat Scriptura, Verbũ, inquit, caro factũ est, & habitauit in nobis. Nam qui dixerat, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deũ: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: frustra nobis diuinitatẽ verbi prędicaret, si verbi humanitatẽ taceret. Vt enim illud videã, hîc mecũ agitur; vt purget ad illum cõtemplandum, infirmitati meæ ipse subuenit. Suscipiẽdo de natura humana ipsam naturã humanam, factus est homo. Venit cum iumento carnis ad eum qui iacebat in via vulnetatus, vt paruam fidem nostrã incarnationis suę sacramento † informaret atque nutriret, faceret q̃; serenũ intellectũ ad videndũ quod nũquã amisit per id quod suscepit. Esse enim cœpit homo:

esse non destitit Deus. Ergo hæc est prædicatio Domi-
nostri Iesu Christi secundũ quod mediator est, secũ-
dũ quod caput est Ecclesiæ, quod Deus homo est, &
homo Deus est, cùm dicat Ioãnes: Et verbũ caro factũ
est, & habitauit in nobis. Audite iam vtrunque in illo
Phil.2. notissimo capitulo Pauli apostoli, Qui cùm in forma
Beda. Dei esset, inquit, non rapinã arbitratus est esse æqualis
Deo. Hoc est, in principio erat verbũ, & verbũ erat a-
pud Deum, & Deus erat verbũ. Quomodo Apostolus
dixit, Non rapinã arbitratus est esse æqualis Deo, si nõ
æqualis Deo? Si autem pater Deus, ille non Deus, quo
modo æqualis? Vbi ergo ille ait, Deo erat verbũ: ibi iste,
Non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Et
vbi ille, Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis: ibi
iste, Sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs.
Attẽdite, per hoc ergo quòd homo factus est, per hoc
quòd verbum caro factũ est, & habitauit in nobis, per
hoc semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. B
Quid enim exinaniuit? Non vt amitteret diuinitatem,
sed vt indueret humanitatem, apparens hominibus
al. *reseruans.* quod non erat, antequam homo esset. Sic apparendo
se exinaniuit, id est, † reserans dignitatem maiestatis,
& offerens carnem indumentum humanitatis. Per id
ergo quòd semetipsum exinaniuit formam serui ac-
cipiens, formam Dei non accipiens. De forma enim
Dei cùm diceret, non dixit accepit: sed cùm in forma
Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse
æqualis Deo. Ad formam autem serui vbiventum est,
Formam, inquit serui accipiens: per hoc ergo media-
tor & caput est ecclesiæ, per quem reconciliamur Deo
per sacramentum humilitatis & passionis & resurre-
Matth. 16. ctionis & ascensionis & iudicij futuri, vt duo illa au-
CAPVT IIII. diantur cũ semel locutus sit Deus. Vbi duo audiuntur?
2.Tim.2. Vbi reddet vnicuique secundum opera sua. Hoc er-
go tenentes, nolite quæstiones mirari hominum, quæ
serpunt sicut cãcer, quemadmodum dixit Apostolus,
sed custodite aures vestras, & virginitatem mentis ve-
stræ, tanquam desponsati ab amico sponsi vni viro vir-
ginem castam exhibere Christo. Virginitas enim ve-
stra in mente, virginitas corporis in paucis Ecclesiæ.
Virginitas mẽtis in omnibus fidelibus esse debet. Hãc
2.Cor. 11. virginitatẽ vult serpens corrumpere, de quo idem A-
Beda. postolus dicit, Desponsaui vos vni viro virginem castã
exhibere Christo. Et timeo, ne sicut Euam astutia sua
serpens decepit, sic quoque & vestri sensus corrumpã-
tur, & excidant à castitate, quæ est in Christo Iesu. Ve-
stri, inquit, sensus, id est, vestræ mentes. Nam hoc ma-
gis proprium est. Sensus enim intelliguntur huius cor-
poris, videndi, audiendi, odorandi, gustandi, tangendi.
Mẽtes nostras timuit corrumpi Apostolus, vbi est fidei
virginitas. Modò perge anima, virginitatẽ tuam serua, D
Eccl.18. fœcũdanda postea in amplexu sponsi tui. Sepite ergo,
vt scriptũ est, aures vestras spinis. Turbauit fratres in-
firmos ecclesiæ quæstio Arrianorum: sed in Domini
misericordia superauit catholica fides. Non enim de-
seruit ille Ecclesiã suã, & si ad tẽpus turbauit eam: ob
hoc turbauit, vt semper supplicaret ei à quo in solida
petra cõfirmaretur. Et adhuc mussitat serpens, & non
tacet: Quærit pollicitatione quadam scientiæ deiicere
de paradiso ecclesiæ, quẽ nõ permittat redire ad illum
al. *primus.* paradisũ, vnde † prius homo deiectus est. INTEN-
CAP. V. DITE fratres. Quod gestũ est in illo paradiso, hoc ge-
ritur in ecclesia. Nemo vos seducat ab isto paradiso.
Sufficiat, quòd illinc lapsi sumus, vel experti corriga-
mur. Ipse est serpens qui semper suggerit iniquitatem,
impietatem. Ipse aliquando promittit impunitatem,
Genes.3. quemadmodum & ibi promisit dicẽs: Nunquid mor-
te moriemini? Ipse talia suggerit, vt modò malè viuãt

A Christiani. Nũquid omnes, inquit, perditurus est Deo? al. *damnabo.*
Nunquid omnes damnaturus est Deus? Ille dicit, † dã-
nabo, ignoscã eis qui se mutauerint. Mutent facta sua,
muto minas meas. Ipse est ergo qui murmurat & mus-
sitat & dicit, Ecce vbi scriptũ est, Pater maior me est? Ioan.14.
& tu illũ dicis æqualem patri? Accipio quod dicis: & v-
trunque accipio quod dicis. Sed vtrũque accipio, quia
vtrunque lego. Quare tu vnũ accipis, & vnum non vis?
Nam mecum vtrũque legisti: Ecce pater maior me est:
accipio non à te, sed ab Euãgelio, & tu esse filiũ æqualẽ
Deo patri, accipe ab Apostolo. Coniunge vtrũque, v-
trunque concordet: quia qui locutus est per Ioannem
in Euangelio, ipse locutus est per Paulũ in epistola. Nõ
potest ipse secũ discordare: sed tu cõcordiam Scriptu-
rarũ non vis intelligere, cùm amas ipse litigare. Sed ex
Euangelio, inquit, probo: Pater maior me est. Et ego
ex Euangelio probo: Ego & pater vnũ sumus. Quomo-
do vtrũque verũ est? Quomodo nos docet Apostolus, Ioan.10.
Ego & pater vnum sumus? Qui cùm in forma Dei es-
set, nõ rapinã arbitratus est esse æqualis Deo. Audi, Pa-
ter maior me est. Sed semetipsum exinaniuit, formam Philip.2.
serui accipiẽs. Ecce ego ostendo quare maior est: tu o-
stende in quo æqualis non est. Vtrũque enim legimus.
Minor est patre, inquantũ filius hominis est, Æqualis
patri, inquantũ filius Dei: quia Deus erat verbũ. Me-
diator, Deo & homo. Deus æqualis patri, homo minor
est patre. Est ergo & æqualis & minor. Æqualis in for- Ioan 1.
ma Dei, minor in forma serui. Tu ergo dic, vnde æqua-
lis & minor? Nũquid alia parte æqualis, & alia parte mi-
nor? Ecce excepta susceptione carnis, ostende mihi æ- 1.Tim.2.
qualẽ & minorẽ. Vnde demõstratur es, volo † videre. al. *discere.*
ATTENDITE impietatem stolidam carnẽ sapere, quo- CAP.VI.
modo scriptũ est, Sapere secundũ carnẽ, mors est. Hic Rom.8.
C siste. Sequestro adhuc, & nondũ loquor, de incarnatio-
ne Domini nostri Iesu Christi vnici filij: sed tanquam
nondũ factũ sit quod iam factum est, attendo tecũ: In Ioan.1.
principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &
Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum.
Attendo tecum, Qui cùm in forma Dei esset, nõ ra-
pinam arbitratus est esse æqualis Deo. Ibi mihi ostẽde
& maiorẽ & minorem. Quid dicturus es? Diuisurus es
Deũ per qualitates, id est, per quasdã affectiones corpo-
rales vel animales, in quibus aliud atq; aliud esse senti-
mus? Naturaliter dicere quidẽ possũ: sed vtrũ sicut vos
intelligatis, Deo viderit. Ergo vt dicere cœperam, ante
susceptionẽ carnis, antequã verbũ caro fieret & habi-
taret in nobis, ostẽde minorẽ, ostẽde æqualẽ. Nũquid
aliud & aliud Deus, vt ex alia parte sit minor illo filius,
& ex alia parte illi æqualis? Veluti sic dicamus, Corpo-
ra sunt quædã. Possis mihi dicere, Æqualis est in lõgi-
tudine, sed minor in robore. Plerunque enim duo corpo-
ra talia occurrunt, vt statura longitudinis æqualia
sint, robore autẽ vnũ sit minus, alterũ maius. Ergo talia
quasi corpora cogitaturi sumus, Deum & filium eius?
Cogitaturi sumus eum qui totus in Maria fuit, totus
apud patrem, totus in carne, totus super angelos? A-
uertat Deus istas cogitationes à cordibus Christianorũ.
Item fortè ita cogitabis, vt dicas & robore, & longi-
tudine æquales, sed colore dispares sunt. Vbi color,
nisi in corporibus? Ibi autem lux sapientiæ, ostende
mihi colorem iustitiæ. Si ista colorem non habent,
tu illa de Deo nõ diceres, si pudoris colorem haberes.
Quid ergo dicturus es? Potestate æquales sunt, sed mi-
nor filius prudentia. Iniustus est Deus, si minori pru-
dẽtiæ potestatem dedit æqualem. Si prudẽtia æquales
sunt, sed minor est filius potestate, inuidus est Deus:
quia æquali prudentiæ potestatem dedit minorem.
In Deo autẽ omne quod dicitur, idipsum est. Neque
enim

enim in Deo aliud potestas, & aliud prudẽtia, & aliud A
fortitudo, & aliud iustitia, aut aliud castitas. Quicquid
horum de Deo dicis, neque aliud & aliud intelligi-
tur, & nihil dignè dicitur: quia hæc animarum sunt
quas illa lux perfundit quodammodo, & pro suis qua-
litatibus afficit, quomodo cùm oritur corporibus lux
ista visibilis: si auferatur, vnus est corporibus omni-
bus color: qui potius dicendus est nullus color. Cùm
autem illata illustrauerit corpora, quamuis ipsa vnius
modi sit, pro diuersis tamẽ corporum qualitatibus di-
uersos eos nitore aspergit. Ergo animarum sunt istę af-
fectiones, quæ bene sunt affectæ ab illa luce quæ non
afficitur, & formatæ ab illa quæ non formatur.

TAMEN ista de Deo dicimus, fratres, quia non in-
CAP.VII. uenimus melius quod dicamus. Dico iustũ Deũ: quia
in verbis humanis nihil melius quod dicam, inuenio.
Psal.10. Nã est ille vltra iustitiã. Dicimus in Scripturis: Iustus
Gen.6. Dominus, & iustitias dilexit. Sed ibi dicitur & pœni- B
15.de ciuitate Dei, c. 25. tere Deũ, ibi dicitur & nescire neũ. Quis nõ exhorreat
nescit Deo, pœnitet Deũ? Ideo tamẽ & ad ista verba sa-
lubriter Scriptura descẽdit, quę & tu exhorres, ne illa
quæ magna putas, dignè dicta arbitreris: atq; ita si quę-
ras, quid ergo de Deo dignè dicitur, aliquis fortassis ti-
bi respõdeat & dicat, quia iustus est. Alius autem isto
melius intelligẽs, etiã hoc verbũ dicat superari ab illi.
excellẽtia, & indignè de illo etiã hoc dici, quãuis con-
gruenter secundũ humanã capacitatem dicatur: vt ille
cũ de Scripturis probare voluerit, quia scriptũ est, Iusti
Domini rectè illi respõdeat, in eisdẽ Scripturis positũ
esse, quia pœnitet Deũ: vt quomodo istud non accipit
secundũ consuetudinẽ loquentiũ, sicut solẽt homines
pœnitere: sic & illud quod dicitur, iustus, supereminẽ-
tiæ ipsius non cõpetere intelligat: quamuis hoc Scri-
ptura bene posuerit, vt per qualiacunque verba grada-
tim animi ad id quod dici nõ potest perducatur. Iustũ C
quidẽ Deum dicis: sed intellige aliquid vltra iustitiã,
quam soles & de homine cogitare. Sed Scripturæ iustũ
dixerũt, propterea & pœnitentem dixerunt & nesciẽ-
tẽ, quod iam non vis dicere. Quomodo ergo illa quæ
iam exhorres intelligis, propter infirmitatẽ tuã dicta:
sic & ista quæ magnipendis, pro aliqua firmitate vali-
diore dicta sunt. Qui autem & ista transcenderit, & de
Deo, quantũ homini cõceditur, dignè cogitare cœpe-
rit: inueniet silentiũ ineffabili cordis voce laudandum.

ERGO, fratres, quia hoc est in Domino virtus quod
CAPVT VIII. iustitia, quicquid de illo dixeris, hoc idẽ dicis: cùm ta-
mẽ nihil dignè dicas, nõ potes dicere æqualẽ esse pa-
tri filiũ per iustitiã, & non esse æqualẽ per virtutem, aut
æqualem per virtutem, & non æqualem per scientiam:
quia ex vna re aliqua æqualis est, ex omni re æqualis
est: quia omnia quæ ibi dicis, idem sunt, & idem valẽt.
Sufficit ergo, quia dicere non potes quomodo sit inæ- D
qualis filius patri, nisi dederis diuersitates quasdam in
substantia Dei. Quas cùm dederis, foras te mittit ve-
ritas, nec accedis ad illud sanctuarium Dei, vbi synce-
rissimè videtur. Cùm autem non possis æqualem di-
cere ex alia parte inęqualẽ, quia non sunt in Deo par-
tes: vt possis dicere ex alia eum esse æqualem, ex alia
minorem, quia non sunt in Deo qualitates: secundum
Deum non potes dicere æqualem, nisi omnimodo æ-
qualem. Vnde ergo potes dicere minorem, nisi quia
formam serui accepit. Itaque fratres semper hæc ad-
uertite. Si in Scripturis regulam quandam acceperitis,
omnia vobis lux ipsa mõstrabit. Si cubi inueneritis se-
cundum quod dictum est ęqualem filium patri, secũ-
dum diuinitatem accipite: Secundum formam verò
serui assumptam, minorem accipite: secundum quod
dictum est, Ego sum qui sum: & secundum quod dictũ

est, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Exod.3.
Iacob: sic tenebitis, & quod in eius natura est, & quod
in eius misericordia. Arbitror satis esse dictũ de illo etiã
modo, quo Dominus noster Iesus Christus Saluator
noster caput Ecclesiæ mediator factus, per quẽ recõ-
ciliamur Deo, Deus & homo insinuatur in Scripturis.
TERTIVS modus est quomodo totus Christus secũ- CAPVT
dum Ecclesiam, id est, caput & corpus prędicetur. E- IX.
tenim caput & corpus vnus Christus: nõ quia sine cor- Beda, Colos.1.
pore nõ est integer, sed quia & nobiscũ integer esse de-
dignatus est, qui & sine nobis semper est integer, non so-
lùm in eo quod verbũ est vnigenitus filius ęqualis pa-
tri, sed & in ipso homine quẽ suscepit, & cũ quo simul
Deus & homo est. Verumtamẽ, fratres, quomodo cor-
pus eius nõ sumus, & nobiscũ vnus Christus? Vbi inue-
nimus hoc, quia vnus Christus est caput & corpus: id
est, corpus cũ capite suo? Spõsa cum sponso suo quasi
singulariter loquitur apud Esaiã. Certè vnus idémque
loquitur. Et videte quid ait: Velut sponso alligauit mi- Esa.61.
hi mitram, & velut sponsam induit me ornamento. Et
spõsus & spõsa cùm dicit, spõsum secundũ caput, spõ-
sam secundũ corpus: duo videtur, & vnus est. Alioquin
quomodo mẽbra Christi sumus? Apostolo apertissimè
dicente, Vos estis corpus Christi & mẽbra. Membra 1.Cor. 12.
Christi & corpus sumus omnes simul: nõ qui hoc loco
tantũ sumus, sed & per vniuersam terrã: nec qui tantũ
hoc tẽpore, sed quid dicã? Ex Abel iusto vsque in finẽ
seculi quãdiu generant & generãtur homines, quisquis
iustorũ per hãc vitam transitum facit, quicquid nunc,
id est, non in hoc loco, sed in hac vita, quicquid pòst
nascentium futurũ est, totũ hoc vnũ corp Christi: sin-
guli autem membra Christi. Si ergo omnes corp, sin- Colossi.1.
guli membra: est vtiq; caput cuius hoc sit corp. Et ipse
est, inquit, caput corporis Ecclesiæ, primogenitus, ipse
primatum tenens. Et quia de illo ait etiam, quòd sem-
per caput omnis principatus & potestatis sit, adiungi-
tur ista Ecclesia, quę nunc peregrina est, illi cęlesti Ec-
clesiæ, vbi angelos ciues habemus: quia ęquales nos
futuros post resurrectionẽ corporũ impudenter nobis
arrogaremus, nisi veritas promisisset, dicens, Erũt ęqua Matth. 22.
les angelis Dei: & fit vna Ecclesia, ciuitas regis magni.
SIC ergo aliquando in Scripturis insinuatur Chri- CAP.X.
stus, vt intelligas verbum ęquale patri. Sic aliquando,
vt intelligas mediatorem: cùm verbum caro factũ est, Ioan.1.
vt habitaret in nobis: cùm ille vnigenitus per quem fa-
cta sunt omnia, non rapinã arbitratus est esse æqualis
Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui acci- Philip.2.
piens, factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ
crucis. Sic autem aliquando vt intelligas caput & Gen.2.
corpus, exponente ipso Apostolo apertissimè quod di-
ctum est de viro & vxore in Genesi, Erunt, inquit, duo
in carnem vnam. Videte ipsum exponentem; vt non
coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. Erũt
enim, inquit, duo in carnẽ vnam: & addidit, Sacramẽ- Eph.5.Beda
tum hoc magnum est. Et ne adhuc putaret quisquam
in viro esse & vxore secundum naturalem vtriusque
sexus copulationẽ, corporalémque mixturã: Ego autẽ
dico, inquit, in Christum & Ecclesiã. Secundũ hoc er-
go quod in Christo & Ecclesia accipitur quod dictum
est, Erunt duo in carnem vnam: non iam duo, sed vna
caro est. Et quomodo sponsus & sponsa, sic caput &
corpus: quia caput mulieris vir. Siue ergo dicam caput
& corpus, siue dicam sponsus & sponsa, vnũ intelligi-
te. Ideóque idẽ Apostolus, cùm esset adhuc Saulus, au-
diuit, Saule, Saule, quid me persequeris? quoniam cor- Act.9.
pus capiti adiungitur. Et cùm iam Christi prædicator
patereturab aliis, quę persecutor ipse fecerat, Vt sup- Colossi.
pleam, inquit, quę desunt pressuratũ Christi in carne
mea.

mea: ad pressuras Christi ostendens pertinere id quod patiebatur. Quod non potest intelligi secundũ caput, quod iã in cælo nihil tale patitur: sed secundũ corpus, id est, Ecclesiã. Quod corpus cũ suo capite, vnus Christus est. EXHIBETE ergo vos dignum corpus tali capite, dignam sponsam tali sponso. Non potest habere caput illud, nisi condignum corpus: nec ille vir tantus, nisi condignam ducit vxorem. Vt exhiberet sibi, inquit, gloriosam Ecclesiam, non habentem maculã aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Hęc est sponsa Christi, non habens maculã aut rugã. Non vis habere maculã? fac quod scriptum est, Lauamini, mũdi estote, auferte nequitias de cordibus vestris. Nõ vis habere rugã? extendere in crucẽ. Non enim tantum opus est vt laueris, sed etiã vt extendaris, vt sis sine macula aut ruga. Per lauacrum enim auferuntur peccata: per extensionẽ fit desideriũ futuri seculi, propter quod Christus crucifixus est. Audi ipsum Paulũ lotũ. Non, inquit, ex operibus iustitiæ quæ nos fecimus, sed secũdum suã misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis. Audi eundẽ extensum: Ea, inquit, quæ retrò sunt oblitus, in ea quę antè sunt extensus, secundum intensionem sequor ad palmam superne vocationis Dei in Christo Iesu, Domino nostro: cui est omnis honor & gloria in secula seculorum, Amen.

CAPVT XI. Eph. 5. Beda.

2. Retract. ca. 38.

Macula. Esaiæ 1.

Ruga.

Paulus lotus. 1. Tit. 3.

Paulus extensus. Phil. 3.

Dominica secunda post octauas festi Epiphaniæ, de nuptiis factis in Cana Galilęæ.

SERMO I.

SERMO XLI.

DOMINI & Saluatoris nostri virtus, fratres charissimi, præsente lectione euidenter ostẽditur, cùm mirabilia eius non obscuritate verborũ, sed eloquij puritate narrãtur. Denique Euangelista ita mysterij interna custodit, vt rem gestam fido sermone de signet. sic enim ait: Vocatus est Dominus Iesus ad nuptias, & mater sua. Nec dedignatus est conuersationẽ hominũ, qui vsum carnis exceperat. Nec secularia institutа contẽpsit, qui ad hæc venerat corrigenda. Interfuit nuptiis, vt cõcordiæ iura firmaret. Interfuit nuptiis, & comessationes nõ renuit nuptiarum, vt psalmos & tympana ad Dei patris gloriam prædicandam concitaret, vt pater honoraretur in filio, & à patre filius noscereturr. Erat, inquit, mater eius ibi. Quã libẽter Maria ad has nuptias venit, in quibus Dei mirabilia comprobat. Vinum diuina suggestione suggeretur defecisse. Nũquid latere Deũ poterat, quid in ea domo, in qua erat, gereretur? Sed non ignorans rerum Deus respondit: Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea. Hac responsione interim debemus aduertere, quòd de nuptiali vino pars aliqua adhuc fortè resederat. Ideo nondum erat Domini plena hora virtutum, ne miscere magis elementa quàm mutare videretur. Sed ait: Nondum venit hora mea, vt ita sint Dei mirabilia manifesta, vt nec argumento valeat inimicus, nec perfidia Iudæus insimulet. Et dicit Maria ministris: Quæcũque dixerit vobis, facite. Quàm bene mater Domini credulitatem suadet ministris, vt non desint vina prandentibus. Quæcũque dixerit, facite. Intelligimus iam esse mysteriũ, cùm Dei mandata se nosse, solicitè mater hortatur. Ait Dominus Iesus ad ministros: Implete hydrias a qua. Et cùm impleuissent, ait: Haurite nunc, & ferte architriclino. Quod cũ princeps architriclinus accepisset, statim intellexit vina illata posterius esse sublimia. Et cũ nesciret quòd Dominus fecisset, sponso ait: Quid tam serò meliora profers vina, cùm hæc prima esse debuerant? Vidimus ergo conuenire mysterium, & quod Saluator dicit, Nondum venit hora mea: & cùm accusat princeps architriclinus tarditatem sponsi, videamus attentiùs ordinis huius quæ Euãgelista designat aperta mysteria. Videamus quæ sint nuptiæ, qui ministri, qui princeps architriclinus, qui sponsus, quomodo ad nuptias Deus, quomodo Maria, vnde ex aqua vinũ, quare postea melius, quare Deus in hora differre voluerit: Equidẽ nulla sũt apud credẽtiũ mentes occulta mysteria. Nihil animus fallitur, qui Deũ fideliter cõfitetur. Nã qui scit Saluatoris aduẽtũ vitæ nostrę esse remediũ, facilè virtutis eius misericordiã pura veritate cognoscit. Vocatur Saluator ad nuptias: hoc est, Ecclesiæ voto spiritus sãctus inuocatur. Venit cũ discipulis suis, id est in hoc loco turba sanctorũ. Quid dici apertius potest? Mirabilia Dei Maria mater expectabat, hoc est, virtutẽ Christi expectat Ecclesia, approprinquare compellit. Ait enim Maria: Ecce vina deficiunt: id est, quare populus iam non inuenit remedium? Maria Deũ probare festinat, vinum Ecclesia optat excipere, vt fiat ex nuptiali prandio spiritale conuiuium. Dicit enim: Quid mihi & tibi est, mulier? Nunquid mulierem dicit Mariã, quæ virgo post partũ inuẽta est? Sed Ecclesiam quæ non solùm mulier, sed etiã meretrix nuncupatur, quæ errantem populum & per æuum & lubricã ætatẽ lasciuũ tãquam prostitutã suscepit spõsam, & quasi docta mater adornat. Nondũ venit, inquit, hora mea: hoc est passionis tempus supereſt. Nondũ venit hora mea, nõdũ populus credidit, nondũ Iudęus insequitur. Adhuc habet diabolus vnde lætetur, adhuc triumphi mei palma non proditur, adhuc locum crucis persecuturus ignorat, ac necdum Iudas mẽtitur. Nondũ venit hora mea. Sunt prius quæ purgentur in seculo, & sic vita proficit in populo. Dicit Maria ministris: Facite quęcũque iusserit; hoc est, obtẽperate doctori, ministris mãdat Ecclesia. Qui sunt ministri, nisi officia Letitarum, quæ Dei mysteriis sunt deputata? Implentur hydriæ aqua; hoc est, vacuatæ nuptiali vino, id est, potu sordido fontis puritate supplẽtur, & benedictione Domini in saporẽ vini vertuntur, vt ex aqua spiritus potũ qui iam prædẽtibus defecerat reputaret. Aquam in vinum cõuertit, humanę fragilitati virtũ augetur. Princeps architriclinus vinum melius probat; hoc est, Dominici vigoris saporem humana corda senserunt. Nã qui primũ vinũ melius iudicauit, primus & credidit. Quod vinũ est quod optimũ iudicatur, quod architriclinus princeps queritur serò prolatũ, nisi sãguis Dominicæ passionis? Hoc est enim quod Deus in hora suspẽdit, hoc est quod ministri suscipiũt, hoc est quod seruat sponsus, hoc est quod princeps architriclinus, qui fidei primus est, veneratur. Aduertamus ergo attẽto corde nos sanctas Scripturas audire debere, vt cælestem doctrinam fida credulitate possimus agnoscere, & ab omni mundi huius impedimento liberari, ipso adiuuãte qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Ioan. 2.

In eadem Dominica de charitate.

SERMO II.

SERMO XLII.

VANTVM nos, fratres dilectissimi, charitas vestra desideret, ex meis animis recognosco. Et licet vos humilitatem meã assiduè videre velitis, tamen ego, si posset fieri, frequẽtiùs de cõspectu vestro, & vestro & meo vellem desiderio satiari. Sed patiẽte: tolerare debemus, quod implere pro temporum necessitate nõ possumus. Sed licet corporaliter nos propter multas necessitates videre non valemus, charitate tamen & sancto amore vsi pariter sumus. Pro qua re nihil nocet corporis separatio, vbi est animorum vera & sincera coniunctio. Charitas enim ipsa vera est, quę corporaliter separatos consueuit spiritaliter copulare atque coniungere. Duo

Duo enim qui se sancto amore diligunt, etiã si vnus in Oriente, alius in Occidente, ita in charitate conglutinante iunguntur, vt nunquam ab inuicem separentur. Audi Apostolũ dicẽtem laudem veræ & integræ charitatis. Sic enim ait: Si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et post pauca addidit, dicens: Charitas patiẽs est, benigna est. Et licet sufficienter præconia eius plenus spiritu sancto Paulus apostolus prædicauerit, tamen quia sancta charitas dulce est ac salubre vinculum mẽtium, etiã nos paruuli secundũ modulũ nostrũ, de illa, quantũ possumus, cõquiramus. Magnæ sunt diuitiæ charitatis, charissimi, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Nã diues si charitatẽ nõ habeat, quid habet? Quãlibet grandis substantia sit, sine charitate inanis & vacua est. Charitas enim si de terrenis facultatibus nihil habeat, plena est. Vnde quamlibet aliquis copiosas diuitias habeat, si charitas in illo nõ fuerit, nihil boni ex illis facere poterit, sine qua vera & cęlestium virtutũ matre magistra quid facere debeat, & quando vel quantum dare debeat omnino nõ nouit: & ideo, quantũ potest, elaboret vt habeat charitatẽ, vt habeat lucẽ, vt habeat oleũ. Charitas oleo cõparatur. Nã quomodo oleum omnibus humoribus superius esse cognoscimus, ita charitas omnibũ virtutibus sublimior comprobatur. Nam si aliquis habeat infinitas diuitias, & non habeat charitatem, sic est, quomodo habeat plures lucernas, & multas lãpades, pinguedinem non habentes. Lucerna vel lampas sine oleo accensa fumare potest de iracundia, fumare de superbia, fœtere de auaritia, sine charitate penitùs non potest lucem habere. Charitas si in te fuerit, quamlibet tibi sit grandis substãtia, nouit quid de illa agere debeat. Ipsa scit optimè cui vel quantũ porrigat, quid tribuat, quid reseruet. Ipsa intelligit quantum animæ reseruet in cælo & quantũ corpori seruet in mundo. Satis bona ordinatrix est, fratres, bene nouit congregare in æstate quod possit hyeme habere, hoc est, scit prouidere per eleemosynam in hoc seculo, quod inueniat in futuro. Habete charitatem, fratres, quia sine illa quicquid aliud boni fuerit, nihil esse poterit. Veram charitatem habete, fratres. Quæ est vera charitas? Qui sic diligit omnem hominẽ, quomodo seipsum. Est vera charitas quæ nõ solùm vsque ad amicos, sed etiam vsque ad ipsos peruenit inimicos. Nemo se circumueniat, fratres. Qui istã charitatem non habuerit, Deũ videre non poterit, nec audire merebitur, Venite benedicti, percipite regnum. Certè videtis quòd in lectione Euangelica nihil aliud Dominus nominauerit de vniuersis virtutibus, nisi solam eleemosynam quę cum charitate operatur. De ramis tacuit, radicem tantũmodo nominauit, ita dicens: Venite benedicti, percipite regnum. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Et iterum ipse Dominus: Verũtamen date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Omnis homo qui charitatem vult habere in futuro seculo, faciat illam sibi patronam in hoc mundo, vt illam propitiam inueniat in æternum. Nã quomodo arbor quamlibet pulchra sit & fructifera, non potest viuere sine radice: sic quælibet bona opera perseuerare non poterunt sine charitate. Ipsa est enim de qua Apostolus dicit, In charitate radicati & fundati. Talem ergo charitatem habeamus, fratres, vt omnes homines toto corde amare possimus. Si totum genus humanũ sic diligis quomodo te, non remansit ianua, vnde peccatum intret in te. Omnes aditus vnde diabolus ad animam ingreditur claudis, si totus homines, sicut teipsum, dilexeris. Et reuerà, fratres, quomodo potest fieri, vt aliquis alteri homini malũ faciat, si illũ sicut seipsum dilexerit. Dilige ergo, & quicquid volueris fac. Ama ex toto corde tuo, & quod volueris exerce in proximo tuo. Si irascis, dulce est: quia de charitate procedit. Si corripis, suaue est. Si castigas etiã & flagellas, acceptabile est. Quare hoc, fratres? Quia verus amor est, quãdo corripis & castigas, quando etiã de Ecclesia foras proiicis, amaritudo videtur sæuire in ore, sed dulcedo seruatur in corde. Nec fratrem quasi inimicum odio habeas, sed peccatum velut morbum persequere. E contrariò sunt qui sub falsa adulatione dulcedinem solent in ore proferre, & dolũ vel amaritudinẽ in corde seruare. Vos autẽ, fratres dilectissimi, verã charitatẽ tenẽtes, quæ falsa est fugite, audite Apostolũ dicẽtẽ, Charitas de corde puro, & cõscięntia bona, & fide nõ ficta. Ergo fratres, quãdo de charitate loquor, tacere nõ possũ. Quare hoc? Quia satis dulcis est charitas. Qui illã habet, quòd dico intelligit: qui verò non habet, forsitã me irridet & despicit. Quare irridet? Quia quã dulcis sit charitas, non gustauit. Gustet ergo & videat quã suauis est Dñs. Deus charitas est. Quid dulci Deo? Fratres, qui nescit, audiat Prophetã dicẽtẽ, quod paulo antè suggessi, Gustate & videte quàm suauis est Dñs. O quã felix & beata est anima, quę charitatẽ in se habere meretur! Charitas, fratres, sitiẽti potus est, esurienti cibus, in amaritudine positis dulcedo, in tristitia constitutis vera & grata cõsolatio, fluctuãtibũ portus, errãtiũ via, peregrinãtibus patria. Hãc ergo, fratres, tenete, hãc tota auiditate diligite. Si amatores estis, amate charitatẽ. Si fortes, vincite cupiditatẽ. Si peregrini, desiderate patriã. Ipsa vos ergo charitas, si illã tenere volueritis, & gubernat in hoc seculo, & ducit ad regnũ, præstãte dño nostro qui viuit & regnat in secula, Amẽ.

1. Cor. 13.

2. Tim. 1.

Psal. 33.

In eadem Dominica de verbis Apostoli, vbi ait, Non quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago.

SERMO XLIII.

SERMO III.

Erit in appendice sermo XXXI.

Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannẽ, Nuptiæ factæ sunt, &c. quæ habetur in expositione doctoris ibidem, Tom. 9.

Item in eadem Dominica alius sermo de eodem, qui habetur inter sermones De verbis Domini, XLI.

Dominica tertia post octauam festi Epiphaniæ Domini, de charitate.

SERMO XLIIII.

SERMO I.

SI charitati vestræ possemus frequẽtiùs præsentari, fratres charissimi, christo adiuuãte, de sanctarũ Scripturarũ copiosis fontibũ, & si nõ abũdantes riuulos, certe vel qualescũque guttulas poteramus sanctis animabũ vestris infundere: vt vberrima atq; fructifera cordis vestri terra accepta verbi Dei pluuia, copiosam messem bonorũ operum germinaret: vt veniens Dominus in agro cordis vestri, nõ solùm tricesimum, sed sexagesimũ & centesimũ fructũ se inuenire cõgaudeat, quibus fructibũ horreum præpararet in cælo, nõ incendiũ in inferno. Sed quia multis occupationibus impedimur, humilitatem nostrã vobis secũdum desiderium vestrũ repræsentare non possumus: aliquid breue & satis magnũ, Deo donante, insinuare vobis volo: in qua breuitate si diligenter attẽditis, potestis quid animę vestrę cõuenit inuenire. Quid ergo est illud breue, & ita magnũ, vt possit generi humano sufficere? Apostolus dicit, Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Attendite fratres, quid in verbis breuius, & quid in rebus magnificentius poterit inueniri, quàm

Matth. 25.

Lucę 11.

Ephes. 3.

1. Tim. 1.

quàm charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta? Ista breuitas & vt teneatur memoriter, est suauis: & vt custodiatur fideliter, dulcis. Quid dulcius, fratres charissimi? Qui nescit, gustet & videat. Quid ergo gustare debet qui vult vt illi dulcedo sapiat charitatis? Audite, fratres, Apostolũ dicentẽ, Deus charitas est. Quid dulcius, fratres? Qui nescit, audiat Psalmistã dicentem, Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Deus enim charitas est. Qui habet charitatem, Deus in illo manet, & ipse in Deo. Si charitatẽ habes, Deum habes. Quid habet diues, si charitatẽ nõ habet? Pauper si charitatẽ habeat, quid non habet? Tu forrè putas, quòd ille sit diues, cuius arca plena est auro: & ille non sit diues, cuius cõscientia plena est Deo. Non ita est, fratres: ille verè diues esse videtur, in quo Deus habitare dignatur. Quid enim de Scripturis poteris ignorare, si te charitas, hoc est, Deus cœperit possidere? Quid enim de bonis operibus non poteris implere, si fontem bonorũ operũ meruerís in corde portare? Quem aduersarium timebis, si regem Deũ in te habere meruerís? Tenete ergo & custodite, fratres dilectissimi, dulce ac salubre vinculũ charitatis. Sed ante omnia verã charitatem tenete, non illã quæ tantùm promittitur ore, & nõ seruatur in corde, sed illã quæ sic ex ore profertur, vt tamen in corde iugiter teneatur, vt impleatur in vobis illud quod Apostolus dicit, In charitate radicati atque fundati. Radix enim omniũ bonorum est charitas, sicut & radix omnium malorum cupiditas. Sicut in charitate nihil vnquã mali, ita in cupiditate nihil vnquã boni poterit inueniri. Istæ duæ radices, fratres dilectissimi, in duobus agris à duobus plãtantur agricolis. Vnam in cordibus bonorũ plantat Christus, aliam in cordibus malorũ plantat diabolus. Nec de charitatis radice nascetur aliquid mali, nec de radice cupiditatis aliquid boni. Non enim mẽtitur veritas, quę in Euãgelio cùm de istis duabus radicib⁹ loqueretur, ita definiuit dicens, Arbor bona fructus bonos facit. Et iterũ, Nõ potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Hæc sententia non est mea, fratres, sed Domini. Tanta ergo sitin nobis abundantia charitatis, quę nõ solũ vsque ad amicos, sed etiam vsque ad ipsos perueniat inimicos. Et ideo quia audistis & laudem charitatis, & vituperationem cupiditatis, attendat vnusquisque & consideret agrum cordis sui: & qui in se charitatẽ viderit, gaudeat, & tota cordis vigilãtia germina in se sancta custodiat. Qui verò in agro cordis sui qualẽcũq; stirpẽ cupiditatis inspexerit, Christo adiuuãte extirpet cupiditatẽ & plãtet charitatẽ. Nã quãdiu hoc facere noluerit, fructus bonos afferre nõ poterit. Et cùm bonos fructus nõ atulerit, dicit de ipso Christ⁹ Domin⁹ cæli & terræ, Arbor quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignem mittetur. Si te non delectat dulces fructus charitatis afferre, vel spinis peccatorũ tuorũ ignẽ nõ debes metuere? Omnis, inquit, arbor, quę non facit fructũ bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. Quamdiu radicem non mutauerís, fructus legitimos afferre non poteris: & sine causa quod bonũ est promittis in ore: quia hoc implere nõ potes, quãdiu radix bonitatis nõ tenetur in corde. Istas ergo duas radices, sicut suprà dixi, duo agricolæ plantare cõsueuerũt. Vnã plantat Christus in cordibus fidelium, alterã plantat diabolus in pectoribus superborũ: ac sic vna plãtatur in cælo, altera in inferno. Sed dicit aliquis: Si in cordib⁹ fideliũ plãtatur, vtique fideles adhuc in mũdo esse videtur. Quomodo enim radix illa in cælo plantatur? Vis scire quomodo? Quia corda fideliũ cęlũ sunt, quia in cęlos quotidie eriguntur, dicẽte sacerdote, Sursum corda; securi respondẽt, Habem⁹ ad Dominũ. Et Apostol⁹ dicit, Nostra autẽ conuersatio in cælis est. Si ergo fidelium conuersatio vera charitas in illis est, radix charitatis in cælo plantata est. E contrariò radix cupiditatis, quę in cordibus superborũ est, quia semper terrã cupiunt, terrã sapiũt, terram diligunt, & omnẽ spẽ suã in terra constituunt, in inferno plãtata est. Et licet hæc ita sint, attamen nec peccatores debẽt desperare, nec humiles iusti in aliquo quasi de suis meritis superbire: quia & iusti si de se prę-sumpserint, citò perdunt radicẽ charitatis, & peccatores si ad pœnitentiã conuertuntur cuulsa cupiditate, citò plantã recipiunt charitatis. Et ideo qui boni sunt, custodiant quod Dei munere perceperũt: & qui mali sunt, studeant reparare quod infeliciter perdiderunt. Nemo se ad illud tẽpus reseruet, & tunc pœnitẽtiã vel charitatis dulcedinẽ retinere cõtendat, quãdo cœperit de hac luce migrare, Non se ad hoc reseruent, vt quandoque in senectute ad pœnitentiæ medicamẽta cõfugiant: quia nesciunt quid superuẽtura pariat dies. Qua fronte salutem suam in tempore senectutis dissimulat, cũ vnius diei spatio certẽ⁹ esse nõ possit? Et ideo si mortem timere nolumus, & semper parati esse debemus, vt cũ nos Dominus de hoc seculo iusserit vocari, cũ secura conscientia, non cum desperatione, sed cũ gaudio ante conspectum iudicis veniamus, & ibi feliciter audire possimus, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Ad quod gaudium nos Dominus pro sua pietate perducat, qui viuit & regnat per cuncta secula seculorum, Amen.

1.Ioan.4. Psal.33. Ephes.3. Matth.7. Matt.3. Psal.3. Matth.25.

In eadem Dominica, de eo quod Apostolus dicit, Non enim quod volo facio bonum; sed quod nolo malum, hoc ago. Rom.7.

SERMO D. AVGVST. II.

Beda citat ad Rom.8. SERMO XLV. CAP.I.

LECTIO diuina, quæ de apostoli Pauli epistola recitata est, quotienscunque legitur timendum est, ne malè intellecta det hominibus quærentibus occasionem. Procliues quippe sunt homines ad peccandum, & vix se tenent. Vbi ergo audierint Apostolum dicentem, *Non enim quod volo, facio bonum; sed quod odi malum, hoc ago:* agũt malũ, & quasi displicentes sibi quia agũt malum, putant se Apostolo esse similes, qui dixit: Non enim quod volo, facio bonũ; sed quod nolo malũ, hoc ago. Rom.7.

Nonnunquam enim legitur, & tunc nobis ingerit necessitatem disputandi, ne homines malè sumentes salubrem cibum vertant in venenum. Sic ergo intendat charitas vestra, donec quod Dominus donauerit, dicã vobis: vt vbi me fortè laborare videritis in difficultate alicui⁹ obscuritatis, adiuuetis me affectu pietatis. Prius ergo recolite q̃, Deo ꝓpitio, soletis audire, vitã iusti in isto adhuc corpore bellũ esse, nõdũ triumphũ. Huius autẽ belli quando erit triũphus? Ideo Apostolus dixit, & voces belli, & voces triumphi. Voces belli modò audiuimus, Non eũ quod volo, ago; sed q̃ odi, illud facio. Si autẽ quod odi illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Video autem aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Quando audis repugnantem, quando audis captiuantem, bellũ nõ agnoscis? Vox ergo triumphi nondũ est: sed quia futura est, docet te idem Apostolus, dicens: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem; & mortale hoc induerit incorruptionẽ, & mor-

Iusti vita hic bellũ, nondũ triũphus. Beda Rom.8.

CAPVT II. 1.Cor.15.

Vox triũphi. & mortale hoc induerit immortalitatem: ibi est vox triumphi. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Dicant triumphantes, Vbi est mors cõtentio tua? Dicemus ergo, quãdoque dicem⁹; & ipsũ quandoque non erit longè. Non enim tantum remanet de seculo, quantũ iã exemptũ est. Hoc igitur tunc dicemus. Modò autẽ in isto bello ne malè intelligentibus lectio ista tuba sit hostis nõ nostra, vnde ille incitetur, nõ vnde vincatur: aduertite, obsecro, fratres mei, & qui certatis certate. Qui enim nondũ certatis, non estis intellecturi quod dico: qui iam certatis, intellecturi estis. Vox mea in aperto, vestra erit in silentio. Prius illud recolite quod scripsit ad Galatas, vnde bene hoc possit exponi. Ait enim fidelibus, loquens baptizatis, loquẽs quibus vtique in sancto lauacro omnia fuerant dimissa peccata. Eis tamẽ loquens, sed pugnãtibus loquens ait: Dico autem, Spiritu ambulate, & cõcupiscentias carnis ne perfeceritis. Non dixit, Ne feceritis: sed, Ne perfeceritis. Quare hoc? Sequitur & dicit, Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autẽ aduersus carnẽ. Hęc enim inuicẽ aduersantur, vt nõ ea quæ vultis faciatis. Quòd si spiritu ducimini, nõ adhuc estis sub lege vtique, sed sub gratia. Si spiritu ducimini. Quid est, duci spiritu? Spiritui Dei consentire iubenti, non carni concupiscenti. Tamen concupiscit & resistit: & vult aliquid, & non vis tu. Perseuera, vt nolis tu. DESIDERIVM tuum tamen tale esse debet ad Deum, vt non sit ipsa concupiscẽtia cui resistas. Videte quid dixerim, Desiderium, inquam, tuum tale esse debet ad Deum, vt omnino non sit ipsa concupiscentia cui resistere oporteat. Resistis enim, & nõ consentiendo vincis: sed melius est hostẽ non habere, quã vincere. Hostis iste aliquando non erit. Refer animum ad vocem triumphi, & vide si erit. Vbi est mors contentio tua? Non erit. Vbi est mors aculeus tuus? Quæres locum eius, & non inuenies. Non enim hæc, quod maximè debetis audire: nõ enim hæc quasi alia natura est, sicut insaniunt Manichæi. Languor noster est, vitiũ nostrũ est. Non separatũ alibi erit, sed sanatum nusquam erit. Ergo concupiscentias carnis ne perfeceritis. Melius quidem erat implere quod Lex dixit, Ne cõcupiscas. Plenitudo est ista virtutis, perfectio iustitiæ, palma victorię, ne concupiscas. Hoc quia modò impleri nõ potest, vel illud impleatur quod sancta Scriptura ꝓ intendit, Et post cõcupiscẽtias tuas nõ eas. Melius est eas non habere: sed quia sunt, noli post eas ire. Volunt post te ire, noli post eas ire. Si nolint post te ire, non erũt: quia contra mentem tuã non rebellabũt. Rebellant, rebella; pugnant, pugna; expugnant, expugna: hoc solum videte ne vincant.

Vox triũphi. 1.Cor.15. Galat.5. Rom.7. 1.Cor.15. al. *desiderium.* Rom.7. al. *ita dicit.* Eccl.18. Rom.7.

CAPVT XIIII. Ecce aliquid inde ponam vnde cætera intelligatis. Nostis esse homines sobrios, pauciores sunt, sed sunt. Nostis esse & ebriosos: abundant. Baptizatus est sobri⁹, quantum pertinet ad ebrietatem, non habet cum qua pugnet: habet alias concupiscentias cũ quibus pugnet. Sed vt de cæteris intelligatis, vnius tantũmodo hostis certamen in medio constituamus. Baptizatus est & ebrioso. Audiuit, & cum timore audiuit, inter cætera mala, quibus hominibus malè viuẽtibus intercludit regnũ Dei, cõmemorãtã esse & ebrietatẽ, quia vbi dictũ est, Neque fornicatores, neque idolis seruiẽtes, neque adulteri, nẽque molles, neque masculorũ cõcubitores, neque fures: ibi additum est, Neq; ebriosi regnũ Dei possidebunt: Audiuit & timuit. Baptizatus est; dimissa sunt illi omnia, quibus inebriatus est. Restat aduersaria cõsuetudo. Ergo habet cũ qua pugnet rẽat⁹. Prẽterita ei⁹ vitia omnia dimissa sunt ei: obseruẽt, vigilet, pugnet ne aliquãdo inebrietur. Surgit ergo illa cõcupiscẽtia potãdi, titillat animũ, ingerit faucibus siccitatẽ, insidiatur sensibus: vult eriã ipsum, si potest fieri, penetrare murũ, adire inclusum, trahere captiuũ. Pugnat, repugna. O si & ipsa nõ esset! Si cõsuetudine vitæ huius accessit, bona cõsuetudine ꝓ morigeretur: tu tãtũ noli ei satisfacere, noli eã cedẽdo satiare, sed resistẽdo necare. Tamẽ quãdiu est, hostis est. Si ei nõ cõsentias, & nunquam inebrieris, minor & minor erit quotidie. Nã sunt vires illius subiectio tua: Si enim ei cesseris, & inebriatus fueris, das ei vires. Nũquid cõtra me, & nõ cõtra te? ego de loco superiore moneo, dico, prędico. Quid ergo mali futurũ sit ebriosis, antè denũcio. Nõ est quod dicas, Non audiui: non est quod dicas, Exigit Deus animã meã de manu illius qui mihi tacuit. Sed laboras: quia tibi validum aduersariũ, mala cõsuetudine ipse fecisti. Nõ laborasti, vt nutrires eũ; labora, vt vincas eũ. Et si minus idoneus es aduersum eum, roga ꝓ Deũ tamẽ: si te non vicerit quamuis ipsa tua mala consuetudo luctata sit tecum, si te non vicerit, fecisti quod ait Apostolus Paulus, Cõcupiscentias carnis ne perfeceritis. Facta est cõcupiscẽtia titillãdo: sed non est perfecta, cõsentiẽdo, [potando.] QVOD dixi de ebrietate, hoc de omnibus vitiis, hoc de omnibus cupiditatibus intelligas. Cum aliquibus enim nati sumus, aliquas cõsuetudine fecimus. Nam propter illas, cum quibus nati sumus, baptizãtur infantes, vt soluãtur à reatu propaginis malę, quam habuerunt. Cõsuetudini ergo semper repugnandũ est, quia ipsa cõcupiscentia, cum qua nati sumus, finiri nõ potest quãdiu viuimus. Quotidie minui potest, finiri nõ potest. Per illã ꝓ dictũ est hoc nostrum mortis corp⁹. De ipsa dicit Apostolus, Condelector enim legi Dei secũdũ interiorẽ hominẽ. Video autem aliam legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in membris meis. Tunc nata est ista lex, quando & transgressa est prima lex. Tũc nata est, inquam, ista lex, quando contẽpta est & transgressa prima lex. Quæ est prima lex? Quam in paradiso accepit primus homo. Nónne nudi erant, & nõ confundebantur? Quare nudi erãt, & nõ cõfundebãtur: nisi quia nondũ erat lex in mẽbris repugnãs legi mẽtis? Fecit homo factũ punendũ, & inuenit motũ pudendũ. Manducauerunt contra interdictum, & aperti sunt oculi amborũ. Quid enim? Prius in paradiso clausis vel cæcis oculis oberrabant? absit. Nam Adam vnde nomina imposuit volatilibus & bestiis, quando ad eum cuncta animalia adducta sunt? Quibus nomina imponebat, si nõ videbat? Deinde dictum est, Vidit mulier lignum, quia placeret oculis ad videndũ: Ergo oculos apertos habebant, & nudi erant, & non confundebantur. Aperti sunt autem oculi eorum ad aliquid quod nũquam senserant, quod in motu sui corporis nunquam expauerant. Aperti sunt ad intuendum, non ad videndũ. Et quia senserunt pudendum, curauerunt regendum. CONSVERVNT, inquit, folia ficulnea, & fecerunt sibi succinctoria. Quod texerũt, ibi senserũt. Ecce vnde trahitur originale peccatũ, ecce vnde nemo nascitur sine peccato, ecce propter quod Dñs nõ sic cõcipi voluit, quẽ virgo cõcepit. Soluit illud, qui venit sine illo: soluit illud, qui nõ venit ex illo. Vnde vn⁹ & vnus? Vnus ad mortẽ, vnus ad vitam. Homo primus ad mortẽ, homo secũd⁹ ad vitã. Sed quare ad mortẽ ille homo? Quia tantùm homo. Quare ad vitã iste homo? Quia Deus & homo. Nõ ergo quod vult agit Apostolus: quia vult nõ cõcupiscere, & tamẽ cõcupiscit: ideo nõ quod vult agit. Nũquid illa cõcupiscentia mala trahebat Apostolũ subiugatũ ad concupiscendum ad fornicationem? Absit. Non ascendant tales cogitationes in cor nostrum.

CAPVT I. Galat.5. CAP.V. al. *Deum.* al. *Tamen sit.* Gal.5. Rom.7. al. *doctum.* Ibidem. Gen.3. C. Originale peccatũ vnde. Primus homo ad mortẽ, secũdus ad vitam. Rom.7. CAP.VI.

Lucla-

Luctabatur, non subiugabatur. Sed quia nolebat hoc habere cõtra quod luctaretur, ideo dicebat, Nõ quod volo ago. Concupiscere nolo, & cõcupisco. Non ergo quod volo ago: sed tamẽ cõcupiscentiæ nõ consentio.
Gal.5. Non enim aliter diceret, Cõcupiscẽtias carnis ne perfeceritis: si eas ipse perficeret. Sed cõstituit tibi ante oculos pugnã suam, ne timeres tuam. Si enim hoc non dixisset beatus Apostolus, quando videres moueri cõcupiscentiã in mẽbris tuis, cui tu nõ consentires, tamẽ cùm eam moueri videres, forsitan desperares de te, & diceres: Si ad Deum pertinerẽ, sic non mouerer. Vide
Rom.7. Apostolũ pugnãtẽ, & noli te facere desperantẽ. Video aliã legẽ, inquit, in mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ. Et quia nolo vt repugnet: caro enim mea est, ego ipse sum, pars mea est: nõ quod volo ago, sed quod odi
CAP. VII. malũ hoc ago, quia concupisco. QVOD ergo bonũ ago? Quia cõcupiscentiæ malæ nõ cõsentio. Ago bonũ, & non perficio bonũ: & cõcupiscẽtia hostis mea agit malũ, & nõ perficit malũ. Quomodo ago bonum, & non perficio bonũ? Ago bonũ, cùm malę cõcupiscẽtię non cõsentio: sed nõ perficio bonũ, vt omnino non
al.mea. concupiscã. Rursus ergo & hostis † meus quomodo agit malũ, & nõ perficit malum? Agit malũ, quia mouet desiderium malum. Nõ perficit malũ, quia me nõ trahit ad malũ. Et in isto bello est tota vita sanctorũ. Iam quid dicã de immundis, qui non repugnant? Subiugati pertrahuntur, nec pertrahũtur, quia libenter sequũtur. Hæc, inquam, est pugna sanctorũ, & in hoc bello semper homo periclitatur quousque moriatur. Sed in fine, id est, in triũpho illius victorię quid dicitur, imò quid dicit Apostolus iam præmeditans triũphũ? Tunc fiet
1.Cor.15. sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Vbi est mors contentio tua? Vox triumphãtiũ. Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autẽ mortis est peccatum, cuius punctione facta est mors. Peccatum quasi scorpius est. Pupugit nos, & mortui sumus. Sed quando dicitur, Vbi est mors aculeus tuꝰ: quo aculeo facta es, nõ quem fecisti. Quando ergo dicitur, Vbi est mors aculeus tuus: vtique non erit, quia peccatũ non erit. Aculeus autẽ mortis est peccatum. Contra peccatum data
Rom.5. est lex. Quomodo virtus est peccati lex? Subintrauit, vt abũdaret delictũ. Quomodo hoc? Quia fuit antè legẽ homo peccator, data lege atque transgressa, factus est & præuaricator. Peccato tenebantur omnes rei: lege data, plus præuaricatione facti sunt rei.
CAPVT VIII. VBI spes nisi quod sequitur, Vbi abundauit peccatũ, superabũdauit gratia? Ideo & iste miles & quodãmodo in isto bello exercitatissimus, tam exercitatus, vt esset & dux,
Rom.7. cùm laboraret in hoc bello contra hostẽ, & diceret, Video aliam legem in mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in membris meis: legem fœdam, legẽ miseram, vulnus, tabem, languorem, subiunxit, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui? Et gementi subuentũ est. Quomodo subuẽtũ est? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Liberabit te à lege mortis huius, id est, à corpore mortis huius, gratia Dei per Iesum Christũ Dominũ nostrũ: quãdo corpus habebis, vbi nulla cõcupiscẽtia remanebit: Cũ mortale hoc induerit immortalitatẽ & incorruptionẽ, & dicetur mor-
1.Cor.15. ti, Vbi est mors contentio tua? Et non erit. Vbi est mors aculeus tuus? Et nusquam erit. Modò quid? Audi: Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem
Rom.7. legi peccati. Mente seruio legi Dei, non consentiendo: carne autem legi peccati, concupiscendo. Et mente legi Dei, & carne legi peccati. Et hac delector, & ibi concupisco, sed non vincor: titillat, insidiatur, pulsat, trahere conatur: Miser ego homo, quis me libera-

A bit de corpore mortis huius? Nolo semer vincere: sed aliquando volo ad pacẽ venire. Nũc ergo, fratres, tenete istum modum, mẽte seruite legi Dei, carne legi peccati, sed ex necessitate, quia concupiscitis, nõ quia consentitis. Aliquãdo ista cõcupiscentia sic insidiatur sanctis, vt faciat dormiẽtibꝰ quod nõ potest vigilãtibꝰ. Vnde omnes acclamastis, nisi quia omnes agnouistis? Pudet hîc immorari: sed non pigeat inde Deum precari. Conuersi ad Dom. &c.

Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundũm Matthęum, Cùm descendisset Iesus de mõte, secutæ sunt turbæ, &c. quæ habetur in opere De quæstionibus Euangeliorum, lib. II. cap. III. tomo 4.

Item in eadem Dominica alius sermo inter eos qui à Parisiensibus addidi sunt, III.

Dominica post octauam festi Epiphaniæ, De quatuor virtutibus charitatis.

SERMO D. AVGVST. I. SERMO XLVI. CAP. I.

B DESIDERIVM charitatis vestræ à nobis exigit debitũ sermonis officiũ. Sed tãta sunt quę terrent & reuocant animũ nostrũ: vt si velimus parere desiderio vestro, nõ sit sine periculo nostro. Primũ, quòd iuuenis loqui cogor præsentibus senibus: deinde temerariũ esse arbitror loqui velle imperitiam, inter eos quos roborauit antiqua doctrina. Optabam ergo silentio prętęrire, & illũ locũ tutissimũ eligere, audire potius quàm aliquid dicere. Sed quid facio? Instat vester amor, reuocat noster pudor, cogit sanctorũ patrũ iussio, à quibꝰ si velim obsecrãs veniã petere dicẽs, Ignoscite sancti patres, ignoscite, parcite nostræ verecũdiæ, parcite nostræ ętati, maximè cũ recolã vobis fuisse pręceptũ, Loquimini seniores, de-
Ecc.32.c.4. cet enim vos: ipsi sancta charitate qua prævalẽt, respõdebũt mihi, Loquere iuuenis, delectat enim nos. Quibꝰ
C si repetã, sancti patres quid loquar? Rursũ mihi respõdebũt, quod à nobis sępe audisti, Memẽto fili, quia ab infantia sacras literas didicisti. Sed nec sic vobis excusatꝰ
2. Tim.3.d. 15. esse potero, quorum corda ista me sua voce pulsabũt, Quid metuis proferre verbũ? Si ętas reuocat, Paulus Timotheo iuueni pręcipiebat dicens, Nemo adolescẽtiã tuã contẽnat: prædica verbũ. Si sermo deest, pete &
1.Tim.4. c.12. Matth.10. c.19. accipies. Nõ enĩ vos estis qui loquimini: sed quod donatur vobis, hoc ministratis nobis. His coarctatꝰ angustiis, quò me conferã, nisi ad sancta vestigia charitatis? eámque deprecor vt donet mihi aliquid dignum de se dicere, quo & meũ ministeriũ, & vestrũ satiẽ desideriũ.

CAPVT II. Virtutes charitatis enumerãtur. 1.Cor.13.b.4

INTER cæteras virtutes eius charitatis quas cõmemorat apostolus Paulus, quòd charitas nõ æmulatur, non agit perperã, non irritatur, nõ inflatur, non cogitat malũ, & cętera: in vltimo quatuor eius virtutes breuiter comprehendit, dicẽs, Omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquã excidit. Ex his igitur quatuor virtutibus sanctæ charitatis loqui conuenit sanctitati vestræ, delectãtque primitùs intueri, quemadmodũ velut quatuor cardines orbis cõtinens, totum possederit mundũ. Requiramus igitur, si placet, aliquorum exempla sanctorum, eorum scilicet, qui his virtutibus sanctæ charitatis possessi sunt: & eis singulis ita singula tribuamus, vt omnes in omnibꝰ esse noscamus. Quoniã omnis qui piè tolerat rectè credit; & omnis qui rectè credit, aliquid sperat; & qui sperat, sustinet ne ab spe cadat. Sed iam quinam isti sunt videamus, quorum fidem, inquantum desuper adiuuamur, assequi valeamus. Virtus charitatis quæ omnia tolerat, eminuit in sancto Noë, quæ omnia credit, in sancto Abrahã, quæ omnia sperat, in patribus nostris, id est, in populo Israël, vnde ipse noster exortus est Dominus: quæ omnia sustinet in ipso capite nostro Dño nostro

nostro Iesu Christo, qui est vera charitas, quæ nunquã cadit. Nec cæteros sanctos ab his virtutibus vestra A charitas deputet alienos: quos pro breuitate tẽporis, & pro sermone suscepto ita prætermissos esse cognoscite, vt tamen certissimè noueritis omnes esse in Christo, & in omnibus Christũ.
CAPVT III. Prima virtus charitatis. 1.Cor.13. a.7. Gen.6.a.3. SED iam videamus quemadmodũ sanctus Noë possederit vel possessus sit virtute charitatis, quæ omnia tolerat. Prædixit ei Deus, quòd iniquitate hominum crescẽte, diluuio perderet mundũ. Statim ille admonitꝰ cõfugit ad lignũ, & post camporũ amœnorũ faciẽ, angustiis se reclusit arcæ, tolerat cæli fremitũ, sonitum aquarũ, fragorẽ nimborũ. Et post ista omnia, qui solet gaudere cõsortio hominũ, socius quodãmodo efficitur serpẽtiũ ac ferarum. Nec expauescit vir iste, quòd cũ eo sint feræ in arca: imò ibi agnoscit ordinẽ suũ feritas, quia se cognouit humanitas; & iubenti homini obediunt, quia hominẽ superiori Dño obedisse cognoscunt. Ostensum est in Noë, quid Adã præceptũ cõtẽnendo perdiderit: & demonstratũ est posse homines bestiis etiam dominari, si subdant se obedientia creatori. Expectat & tolerat sanctꝰ iste finẽ diluuij: nec antequã finiatur, causa ferarũ arca relinquitur. Tolerat bonus mala: & donec in fine etiam corpore separentur, intus manens, corde nõ corpore separatur. Si qua es anima quę cupis possidere virtutem charitatis quæ omnia tolerat, relinque mundũ, confuge ad crucis lignũ, nõ metuas procellas & turbines huius diluuij: nõ mergeris si ligno portaberis, nouit gubernare qui dignatus est creare, tantũ assit virtus charitatis, quæ omnia tolerat. Nulla res te ab arcæ soliditate euellat. Permane bonus, & tolera malos: melius eũ est vt intus positus propter bonos toleres malos quã foras exiens & periens, & bonos relinquas & malos. Si ergo sunt tecũ feræ, id est, sunt tecũ in Ecclesia praua docentes, falsa sentientes, hæretici vel schismatici, aut etiam ipsi mali catholici, more ferarũ animas deuorare quærentiũ, tolerentur vsque ad finẽ seculi, tanquã finẽ diluuij: rugiant licet, fremant dentibus, atque ipsam arcam cõstringere conẽtur, non expauescas: finito diluuio, illas rapiet inanis ac spinosa syl-
Matth. 25. d.41. ua, te fertilis suscipiet terra. Post finẽ seculi, impij rapientur ad tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor
Gen.8.d.20 dentiũ, pios suscipiet terra viuentium. Nã & ipse sanctus Noë post finẽ diluuij obtulit sacrificium Deo, sed de animalibus mũdis, non de immundis. Simul enim & munda & immunda animalia in arca natare potuerunt, sed mala ad sacrificium Dei non peruenerunt.

CAPVT IIII. Secunda charitatis virtus. Gen.12.a.1. SED iam hinc aliquando trãseamus, vt cætera perscrutari valeamus. Procedat in medio sanctus ille Abrahã, & suo nos doceat exemplo possidere virtutem charitatis, quę omnia credit: qui non est cunctatus ad vnam vocationẽ relinquere patriam sedem, domũ, fa-
D miliã. Omnia relinquũtur, vt Dño præcipienti pareatur. Exi, inquit ei Deus, de cognatione tua, & de domo tua: & veni in terram quamcunq; tibi ostendero. Nec apud se iste sanctus cogitauit aut dixit, Quò eam, cui me cõmittã, in quã terrã vadã? sed statim atq; audit, surgit, currit, festinat, accelerat. Terrã promissam nõ videt, sed credẽdo eã firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec oberrantibus vestigiis alibi quã debuit declinauit: quia qui eũ ad ignotã terrã mittebat, nõ dimittebat. Nec eũ ipse fefellit. Redditur merces credẽti, ad terrã peruenit, dilatatur, multiplicatur: ex paupere efficitur diues, ex ignobili potens, ditatur omnibus bonis. Et in illo impletur quod Dñs in Euangelio suis
Matth. 19. d.29. discipulis promisit dicens, Si quis dimiserit domũ, aut agrũ, aut parentes causa nominis mei, in hac vita cẽtuplũ accipiet, & in futuro seculo vitã consequetur æternã. Cumulatur adhuc huius fidei merces, & seni pro-
Genes. 18. b.10. mittitur filius. Adest virtus charitatis, quæ omnia credit, audit, exultat, amplius diligit, suscipit filiũ ex cõiuge sterili, quã spe pariẽdi destitutã sterilitas ætãsque iã fecerat, atq; in illo benedictionẽ omniũ gẽtiũ promissam firmissimè tenet. Sed adhuc eum charitas probat, probatũmque cõmendat, & quemadmodũ nihil Deo præferat, posteris mõstrat. Vocat eũ Dñs de cælo di-
Gen.22.a.1 cens, Abrahã Abrahã. Et ille tanquã seruus obediẽns, Ecce assum, ait. Et Dñs, Accipe filiũ tuũ illũ quẽ diligis Isaac, & vade in terrã excelsam, & offeres eũ holocaustũ in vnũ mõtiũ, quẽ tibi dixero. Nec hac quidem iussione turbatur aut frangitur seruus fidelis, adest ei virtus charitatis quæ omnia credit. Surgit, domũ pergit, asinã sternit, ligna cõscidit, gladiũ & ignem sumit, puerũ simul adducit & pergit ad locũ. Tunc intentus factus Isaac, patrẽ interrogat dicens, Pater, ait. Et ille. Quid est fili? Et filius Ecce, ait, ignis & ligna, vbi est o-
B uis quã immolaturus es ad holocaustũ? Et pater respõdit, Deus prouidebit sibi ouẽ ad sacrificiũ, fili mi. Magnũ hic & grãde video sacramẽtũ. Aliud Abrahã corde gestabat, aliud filio promittebat. Sed neq; quæ ꝓmittebat, filiũ fallebãt; neq; aliqua infirmitas cor eius à proposito immutauerat. Quid pluribus? Pergit viam, videt locũ de lõgẽ, & statuens pueros suos ibi, eis talia verba profert dicens: Sedete hic cũ asina, ego autem & puer ibimus vsq; illic, & cũ adorauerimus, reuertemur ad vos. O sanctẽ Abrahã, quid est quod dicis, cũ aliud tibi de puero agendũ sit? Nũquid aut te, aut tuos fallis?
al.quæ Nõ, inquit: sed † quod propheticè vel dico vel gero, virtus charitatis in me manens, quæ omnia credit, & facit & dicit. Audio eũ cam sine strepitu vocis intus ad cor loquentẽ & dicentem mihi, Tu quidẽ licet resurrecturũ credens, pleno & perfecto voto puerũ ducas immolandũ, filius tuus in isto sacrificio nõ crema-
C tur, quia resurrectio filio Dei seruatur. Meritò Abrahę huius viri fidem cõmemorans Iacobus apostolus ait, Credidit Abrahã Deo, & deputatũ est illi ad iustitiã, & Iac.2.a.23. amicus Dei appellatus est. Amicos, vt nouimus, coniunctio animorũ facit. Vnde quidã sapiẽs huius mũdi Amici. ait, Idẽ velle atque idẽ nolle ea demũ firma amicitia est. Ergo amicos, vt nouimus, coniunctio animorum facit. Quemadmodũ iste sanctus animũ coniunxerit Deo, vt eius amicus appellaretur, vultis nosse? Sicut e-
Rom.8. f.32. nim Deus pater vnico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ: ita & iste vnico filio non pepercit, sed iubẽte vt immolaretur, ei qui dederat eum, deuoto corde obtulit eũ. SED quæ sequuntur vi-
CAP. V. deamus. Delectat eũ nos, adiuuãte Dño Deo nostro, huius historiæ plenã vobis reddere rationem. Postquã
Gen. 22. b. 9. relictis pueris, ad locũ sacrificij pater cũ filio venit, arã
D construit, ligna cõponit, manus filio ligat, imponit eũ in aram supra ligna, deponit humana paternæ pietatis indicia, induit sacerdotis diram cõstantiam, educit gladium vt perimat filiũ. Quid videtis fratres? Nihil hic sentimus humanum, quia totum cognoscimus diuinum. Sed & ille filius qui paulo antè ouem requirebat, sub ingenti silentio talia fieri in se sentiebat: & ita patiens inuenitur, tanquam iam ille esset, qui sicut o-
Esa. 53.c.7. uis ad immolandum ductus est, & tanquam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. O & tu sanctẽ Isaac, indica nobis silentij huius tam grãde secretum! Paulo antè nihil in te fieri sentiebas, & à patre arietem requirebas: nũc autem manibus ligaris, in aram imponeris, ligno quodammodo suspenderis, & modò taces? Taceo, inquit. Dic quare, obsecro, vt nouerimus. Vultis nosse ait, quare modò taceo? Quia figuram illius gesto, qui voluntate ponit animam suã, Ioã.10.c.17.

non necessitate. In hoc tũ grandi mystico fidei sacramento, & Abraham sanctus apparuit probatus, & filiꝰ in præsenti est liberatus, in quo est Christus prænunciatus. Si qua es anima quæ cupis sequi vestigia fidei patris nostri Abraham, exi de terra tua, & de cognatione tua, relinque populũ tuũ, & domũ patris tui: id est, fideliter renuncia diabolo, pompis, & angelis eius; & sequere viam rectã, quæ te perducat ad terram in qua diuescas & emineas, & efficiaris socius Abraham. Sed cùm ista omnia feceris, si virtus charitatis quæ omnia credit, est in te, adhuc tentabit te, & probatum coronabit te, & expetit à te sacrificiũ dilecti tui. Quid à te expetit? Quod Abraham illi dictũ est, Da mihi vnicum dilectum filiũ tuum: tibi dicit sapientia, Da mihi fili cor tuum. Ipse est dilectus vnicus. Quid metuis offerre cor tuum? Offer sacrificiũ, contritionem cordis Domino Deo tuo: & dic ei cum Propheta, Holocaustis nõ delectaberis, Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus nõ spernit. Nihil metuas tali sacrificio oblato: & Deo acceptum erit, & quod obtuleris integrũ permanebit. ALIAM virtutẽ charitatis, quæ omnia sperat, placet inspicere? Hanc superiùs plebi Israël & patribus nostris assignasse cognoscimur. Eius namque virtutis vox est in versu illo Prophetico, In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Et ipsi ex Ægypto fugere iubẽtur, terra eis lac & mel fluens ꝓmittitur. Per mare rubrũ transeunt, ad eremũ veniũt: ducebat eos spes charitatis, vt discerent prius Deũ amare gratis. Redditur & his merces fidei. Non enim potest non reddere qui se donãdo dignatur facere debitorem. Post eremum mella de petra suxerunt, panẽ cęli manducauerunt, nõ sunt priuati à desiderio suo. Quod sperauerunt, terram etiã promissionis acceperunt. Exurgat anima quæ huius charitatis virtute comprehensa est, effugiat ex Ægypto, id est, ex huius seculi desiderio: pergat ad mare rubrũ scilicet, Christi baptismũ, ideo rubrũ, quia Christi sanguine purpuratũ. Persequantur hostes, peccata cũ suo authore diabolo, tanquã Ægyptij cum suo rege Pharaone sæuiant, sequantur fugientes. Quid metuis? Vsque ad aquam sæuiunt. Ingredieris tu, ingredientur & illi post te: sed aqua cõuersa illis erit in pernicię, tibi ꝓficiet ad salutẽ. Illos obruet, te abluet: illos dãnabit, te liberabit. Post hęc suscipies mel de petra, quo sitim tuã sacies. Petra eũ erat Christꝰ, ex cuius prœceptis tãquã ex fontibus dulcedinis satieris. Gustabis & panem, illũ scilicet qui dixit, Ego sũ panis viuꝰ qui de cælo descẽdi. Gustabis & videbis, quoniã suauis est Dominus. ET si in te eminet virtus charitatis, quæ omnia sperat, per eremũ te necesse est transire, id est, vt vtaris hoc mũdo tanquã nõ vtens: & in hac vita peregrinũ te noueris esse, si terram promissionis cupis intrare. Hæc terra est de qua propheta cantat & dicit, Credo videre bona Domini in terra viuentiũ. VLTIMA virtus charitatis restat, quæ omnia sustinet, & nunquã cadit. Hanc ipsi capiti nostro Domino Iesu Christo cõuenire nouimus. Ideo in vltimo, quoniã finis legis Christus est. Quanta autẽ ipse pro nobis sustinuerit, puto charitatẽ vestrã ignorare non posse: tamen exinde aliquid dicã, si tamẽ de tãto aliquid dignè dicam. Prius illud, quòd Deus homo, quòd verbum caro factũ est, quòd multa bona fecit, & mala perpessus est, quòd mortuos suscitauit, & mortuus est, quòd singularis illa patiẽtia pertulit diabolum tentatorẽ, discipulum traditorẽ, quòd ipsum Iudam priusquam ostẽderet traditorem, pertulit furẽ, & ante experimentũ vinculorũ crucis ac mortis, labiis eius dolosis non negauit osculum pacis. In ipsa autem morte quanta sustinuit? Pertulit odiorum flammas, ministras pessimi cordis linguas. Clamauerunt Iudæi, Crucifige crucifige: vt rei remanerent Iudæi, innocens ab eis crucifixus est filius Dei. Ad crucẽ ducitur, expalmatur, qui est vera palma victoriæ. Spinis coronatur, qui spinas peccatorũ venit cõfringere. Ligatur, qui soluit cõpeditos. Ligno suspẽditur, qui erigit elisos. Aceto potatur fons vitæ, disciplina cæditur, salus vulneratur, vita moritur: occidit ad tẽpus vitam mors, vt in perpetuũ à vita occideretur mors. Quia hic Iudæi in hac morte Christi exultauerunt quasi victores, & cũ terrenũ & caducũ regnũ timuerunt perdere, regẽ cæli & terræ nõ dubitauerunt occidere. Sed nec sicut putauerũt victores extiterunt. Si eũ vicerũt, regnũ quomodo perdiderũt? Quomodo nũc vsq; serui remanserũt? Ista namque causa est qua ab eis Christus occisus est. Dixerunt apud se principes Iudæorum, vt Euangelista narrat: Videtis, inquiunt, quia totus mundus post eũ abiit? si dimiserimus eũ viuere, venient Romani, & tollent nobis locũ & gentẽ. Et Christũ occiderunt, & locũ & regnũ & gentẽ perdiderũt. Quid vobis profuit, ô insani Iudæi, quòd tantũ scelus cõmisistis? Nũquid quia Christo Domino, vt decuit, seruire noluistis, ideo eius dominio caruistis? Dũ illi seruiunt reges, quibus vos seruitis, facti estis mali serui bonorũ seruorũ Christi. Per ipsos cõterit cõtumacia vestram, per ipsos dissipat cõsilia vestra, per ipsos retribuit scelera vestra in capita vestra. Ipse autẽ Dominus quem vos interemistis, nõ vos seruos, sed liberos esse cupiebat, quãdo dicebat, Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Vos autẽ deũ Dominũ & regem, & ipsam verã libertatẽ nõ solũ repudiastis, verũctiã necare cupientes clamastis, Non habemus regem, nisi solũ Cæsarẽ. Sed ne in vobis quidẽ gloriemini quòd Christũ occidistis, actum est de vobis potius, & nescitis. Audi eiꝰ ipsum Dominũ dicentẽ per ꝓphetam: Ego dormiui, & somnũ cepi: somnũ appellãs mortẽ à vobis illatã. Cæterũ qualis mors potuit esse triduana, maximè illiꝰ qui per eundẽ prophetam alio loco dicit: Nũquid qui dormit nõ adiiciet vt resurgat? Ego, inquit, dormiui: Ego qui potestatẽ habeo ponendi animã meam. Ego dormiui, non quia sæuistis, nõ quia insanistis: ego impleui quod volui, vos autẽ in scelere remãsistis. QVIS exigeret tanta de Deo nostro fratres, pro nostra salute ac redemptione, nisi charitas quæ nunquam cadit? O charitas, quàm magnas vires habes! De cælo Deum deposuisti. O chara sanctitas, ô sancta ac vera charitas, quæ tanta es in terris, quanta eris in cælis! Quæ tantũ potes in hac pugna mortalitatis adhuc solicita, quantum poteris in illa perfecta pace securà! Euigila itaque omnis ãnima Christiana, & si in te eminet virtus charitatis, quæ omnia sustinet, Domini tui imitare vestigia. Christus enim, ait apostolus Petrus, pro nobis passus est, relinquẽs vobis exemplũ vt sequamini vestigia eius. Et si ille propter te de cælesti sede ad terrena descẽdit; tu propter te fuge terrena, appete cælestia. Si dulcis est mundus, dulcior est Christus. Si amarus est mundus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse saluator: surge, ambula, habes quò, noli pigrescere. Sed fortè quæris, quò? Vides eũ viã, & quęris quò ducat hæc ipsa via? Ad veritatem & ad vitã ducit. Si amas veritatem, si amas vitã, & cupis ad veritatem & ad vitam venire, à via noli errare. Video, inquis, viã, & cupio ambulare: sed amara est, aspera est. Arcta enim & angusta via est quæ ducit ad vitam. Christus trãsiuit, & adhuc aspera est? Caput transiuit, & membra dubitant? Sed Christus, inquis, Deus & homo: ego autem homo. Tot milia martyrum transierunt, & adhuc tibi aspera est? Transierunt senes, transierunt iuuenes,

Gen. 12. a. 1.
Gen. 22. a. 2
Pro. 23. c. 26
Ps. 50. d. 19.
CAPVT VI. Tertia virtus charitatis.
Ps. 21. a. 5.
Exod. 3. c. 8.
Exod. 14. c. 22.
Ps. 77. c. 30.
1. Cor. 10. b. 5.
Ioan. 6. f. 51.
Ps. 33. b. 9.
2. Cor. 7.
Ps. 26. d. 13.
CAPVT VII. Quarta virtus charitatis.
Ro. 10. a. 4.
Ioan. 1. b. 14.
Luc. 22. c. 48.
Math. 27. c. 12.
Ps. 145. b. 8.
Ioã. 14. a. 6.
Ps. 85. c. 11.
Ioã. 11. f. 48.
Ioan. 8. d. 36.
Psal. 3. a. 6.
Ps. 40. b. 9.
Ioã. 10. c. 18.
CAPVT VIII.
1. Cor. 13.
1. Pe. 2. d. 18.
Tit. 3.
1. Tim. 1.
Mat. 7. b. 13.

iuuenes, transierunt pueri, puellæ transierunt, viam quam timebas tritã tibi fecerunt. Ambula ergo viam, securus ambula. Quid enim metuis in hac via? Mortẽ? Et mortẽ times, qui ad vitã curris? Si bonus es, bene in hac via curris: mors tibi ianua erit, quę te repræsentet, nõ quæ auferat vitæ. Ambula ergo viã, imò ipse qui ꝓpter te factus est via, ipse te ducat per seipsum ad seipsum. Ipse enim est via, & veritas & vita. Dic ergo Dño Deo tuo ô anima fidelis & pia; dic, dic, securà dic, & cum Propheta veraciter exclama, Deduc Dñe me in via tua, & ambulabo in veritate tua. Tũc ad te securus peruenìam, si in finem vsque tua gratia non deserat. Hæc fratres dilectissimi, quæ dono ipsius charitatis dicta sunt sanctitati & charitati vestræ, ita hæreant cordibus & sensibus vestris: vt cadẽ ipsa charitas fructum in vobis inueniat operis, non folia laudis.

Dominica eadem, de eo quod Apostolus dicit, Delector enim legi Dei secundum interiorem hominem, &c.

SERMO II.

SERMO XLVII. Erit in appendice sermo XXXI I.

Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Simile est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen, &c. quæ habetur in opere De quæstionibus Euangeliorum secundum Matthæum, quęst. 1 1. Tom. 4.

Dominica quinta post octauas festi Epiphaniæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Confiteor tibi pater, &c.

SERMO I.

SERMO XLVIII. Erit in appendice sermo XXX II I.

In eadem Dominica, de iustitia quæ ex lege, & ea quæ ex fide est. Et quomodo diabolus princeps sit mundi ex traduce peccati. Et de perfectione imperfecta, & æternitate futura.

SERMO D. AVGVST. II.

SERMO XLIX.

CAP. I. DIVINÆ lectiones omnes ita sibi cõnectuntur, tanquã vna sit lectio: quia omnes ex vno ore procedunt. Multa sunt ora ministeriorũ sermonis gerentium: sed vnũ est os ministros implẽtis. Audiuimus Apostolicam lectionem, & fortè aliquem moueat quod ibi scriptũ est, *Secundũ iustitiã quæ ex lege est, qui fuerim sine querela. Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christũ dãna esse duxi.* Deinde secutus ait, *Non solũ dãna, sed etiam stercora existimaui esse, vt Christũ lucrifaciã, & inueniar in illo, non habens meã iustitiam, quæ ex lege est, sed iustitiam, quæ est ex fide Iesu Christi.* Quomodo enim stercora existimat & damna secundũ iustitiã, quæ ex lege est, conuersari sine querela? quis eũ legẽ dedit? Nõne ipse legẽ præmisit, qui postea reis legis cũ indulgentia venit? Sed his eũ credimus venisse cũ indulgẽtia, quos reos lex tenebat. Nunquid autẽ lex reos tenebat eos, qui secundũ iustitiã, quæ ex lege est, conuersati sunt sine querela? Si ergo indulgentiã & veniam peccatorum reis legis attulit Dñs, non attulit Paulo Apostolo, qui dicit, sine querela se in lege cõuersatũ? Sed ipsum audiamus alio loco, Nõ ex operibus, inquit, quæ nos fecimus, sed secundũ suam misericordiã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis. Et iterum, qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus: sed misericordiam cõsecutus sum, & reliqua. Hac se cõstituit conuersatũ in lege sine querela, hac talẽ se confitetur fuisse peccatorem, vt omnis peccator propterea de se non desperet, quia Paulus meruit indulgentiam.

VIDETE fratres, & vim sermonis huius intuemini, quomodo Paulus apostolus dãna existimat & stercora, vbi sine querela dixit se cõuersatum fuisse. Hac impletor legis, hac reus legis, vno eodẽmque tẽpore, ante baptismũ, ante gratiã. Sed non sine causa damna esse dicit, ne subintrẽt cogitationes noxię, hoc ideo dixisse Apostolũ Paulũ, quòd alius dederit legem, alius Euãgelium: sicut Manichæus mente peruersa sentit, & reliqui hæretici, qui dixerunt, alium fuisse datorem legis, quæ data est per Moysen: alium autem largitorem Euangelicæ gratiæ: illum quidem Deum malum, illum verò Deum bonum. Quid miramur, fratres? in obscuritate legis, tanquam in clausis ostiis, caliginem passi sunt, quia non pietate pulsauerunt. Inuenimus aliquando eundem Paulum apertissimè dicere, legem bonam esse: quam tamen ideo datam dicit esse, vt abundaret peccatum:: & ideo abundasse peccatum, vt superabundaret gratia. Præsumebant enim homines de viribus suis, & faciẽdo quicquid sibi licere arbitrabantur, peccabant in legem Dei occultam. Vnde ista lex manifesta promulgata est eis, qui omnino sibi rei esse non videbantur. Data est illi lex, nõ quæ sanaret, sed quæ ægrotantes probaret. Lex præcurrit ante medicum, vt se ægrotus, qui se sanum putabat, inueniret ægrotum, & dixit, Non concupisces. Et quia ante legem datam præuaricatio nondum erat: Vbi enim nõ est, inquit, lex, nec præuaricatio. Antea sine lege peccabatur? data verò lege postea quàm peccatũ est, amplius peccatum est: quia cum præuaricatione peccatum est. Inuenit se homo vinci cupiditatibus suis, quas mala consuetudine aduersum se nutriebat, qui etiam cum vinculo & obligatione peccati ex Adam fuerat propagatus. Vnde dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando natura filij iræ. Inde est, quòd nec vnius diei infantem mundum dicit à peccato: non ex eo quod commisit, sed ex eo quod contraxit.

AVDI Psalmum interiora dicentem, & peccatorum nostrorum secreta canentem. Ex persona enim generis humani dicitur Christo, Tibi soli peccaui, & malignum coram te feci. Non ex persona vnius Dauid hoc dicit, sed ex Adam persona, de quo est genus humanum. Audi enim sequẽtia, Tibi, inquit, soli peccaui, & malignũ corã te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis. Christo dicitur. Vnde hoc intelligimus? Audi quod sequitur, Et vincas, cùm iudicaris. Non est iudicatus Deus pater, nõ est iudicatus Deꝰ spiritus sanctꝰ, nõ inuenimus nisi solũ filiũ in ista carne, quã de nostra massa suscipere dignatus est, iudicatũ: [non ex nodo concupiscentię hominis & fœminę virgo credidit, virgo cõcepit, virgo peperit, & virgo permansit.] Et ideo dicitur, Vincas, cũ iudicaris. Iudicatus est eũ & vicit: quia sine peccato iudicatus est. Patientiæ fuit, sustinere iudiciũ, nõ reatus. Multi innocentes iudicantur, sed in ipsis causis quas agunt. Nã de reliquo peccato nõ carent, quia sicut ante homines † factũ, sic ante Deũ cogitationis peccatũ est. Factũ tuũ coram oculis Dei, cogitatio tua est. Testis facti est ipse iudex, accusatrix facti ipsa cõscientia. Ergo ille verè innocens iudicatus est, & ideo vicit. Solus cũ vicit, non de iudice Pontio Pilato, neque de Iudæis sæuientibꝰ, sed de ipso diabolo, qui omnia peccata nostra rimatur diligentia inuidentię. Et quid ait Dominus Iesus de ipso diabolo? Ecce venit princeps mundi huius. IAM sæpe dictum est charitati vestræ, mũndum istum appellari peccatores. Et quare peccatores nomine mundi appellantur? quia dilectione mundi inhabitabant mundum. Qui enim non diligunt mundum, non habitant in eo † quod non diligunt. Nostra, inquit, cõuersatio in cælis est. Si ergo qui diligit Deũ, in cælo habitat cũ Deo: qui diligit mundum, in mundo cum principe habitat mundi. Omnes itaque dilectores mundi, ipsi sunt mundus; habitatores mundi, non carne quod omnes iusti, sed animo quod soli peccatores, quibus princeps est

Philip. 3. vide ser. de ver. Apost. 25.
CAP. VIII.
1. Cor. 15.
Tit. 3.
1. Tim. 1.
CAPVT II.
Ps. 50.
CAPVT III.
Ioan. 14.
CAPVT IIII. Mundus, peccatores & dilectores mundi.
Phil. 3.

est diabolus, quomodo dicitur domus habitatores domus. Secundum quam sententiam dicimus malã domum esse marmoratã, & bonã domum esse fumigatã. Inuenis domũ fumosam, quam boni habitant, & dicis, Bona domus. Inuenis domũ marmoratam & laqueatam, quã possident iniqui, & dicis, Mala domus: domũ appellans non parietes & receptacula corporũ, sed ipsos habitatores. Sic mundum appellauit Scriptura habitatores mundi per concupiscentiam dilectionis, nõ
Ioan.14. per conuersationem corporis. Ergo ecce, inquit, venit princeps mũdi, & in me nihil inuenit. In solo ipso nihil inuenit diabolus. Et tanquam diceretur ei, Quare ergo moreris? Ibi sequitur, Sed vt sciant oẽs, quia volũtatem patris mei facio: surgite, eamus hinc. Surgit & it ad passionẽ. Quare? quia voluntatem patris mei facio. Propter hanc ergo singularẽ innocentiam ait Psalm⁹,
Psal.50. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris: quia nihil mali in te inuenit. Quare autẽ in te inuenit, ô genus humanũ? Quia sequitur & dicit, Ego enim in iniquitate conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea. Dicit hoc Dauid. Quare vnde natus sit Dauid, inuenies de legitima cõiuge, de nullo adulterio.
Originale peccatum. Secũdum quã ergo propaginẽ dicit, In iniquitate cõceptus sum, nisi quia ibi est quiddam de mortis propagine, quod secũ trahit omnis qui ex coniunctione viri
Cap.v. & feminæ nascitur? HABENS ergo vnusquisq; cõ-
Exod.20. cupiscentiam, attendat legem dicentem, Non concupisces: inuenit in se quod illa prohibet, & fit reus legis. Inuenies autem in se cui subditus est, incipiat iam dicere, Condelector legi Dei secundum interiorem
Rom.7. hominem: Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Cognouit se ægrotũ, implorat medicum. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondeat medicus, Gratia Dei per Iesum Christum Dñm nostrum. Gratia Dei, non merita tua. Quare ergo te dixisti in lege cum iustitia sine querela conuersatũ? Attendite, Sine querela dixit hominũ. Est enim quædam
Sine querela hominum. iustitia quã potest homo implere, vt nullus hominum queratur de homine. Dicit, Nõ cõcupisces alienũ. Tu si non rãpueris alienũ, nulla querela erit hominũ. Ergo aliquãdo cõcupiscis, & non rapis. Sed sententia dei supra te est, quia cõcupiscis. Reus es legis, sed in oculis legislatoris. Sine querela viuitur. Quare ergo ista damna? Quare ista stercora? Constrictior est aliquanto nodus iste: sed soluet qui solet. Hoc autem non ego solus pia subiectione, sed oẽs pia intẽtione mercamur. Quicquid faciebant Iudæi vnde homines nõ quererẽtur, & esset ipsis conuersatio in lege sine querela, sibi tribue-
D bãt, & ipsam institiã secundũ legẽ viribus suis assignabant: implere non poterant, sed in tantũ faciebant, inquantũ poterant sibi tribuendo, nec hoc piè implebãt.
Cap.vi. HOC ergo dicit legẽ implere, hoc est, non concupiscere. Quis ergo hoc qui viuit, potest? Adiuuet nos psalmus, qui modò cantatus est, Exaudi me Dñe, in tua iu-
Psal.142. stitia: hoc est, nõ in mea. Si diceret, Exaudi me in iustitia mea: tanquã meritum vocaret. Vocat quidem & in nonnullis locis & suã iustitiã: sed hic melius discernit, quia & suã quando dicit, datã dicit: quomodo dicim⁹,
Matth.6. Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie. Quomodo nostrũ: quomodo, Da? Ergo hic distinctius loquẽs ait, Exaudi me in tua iustitia. Et sequitur, Et non intres in
Psal.142. iudiciũ cũ seruo tuo. Quid est, Non intres in iudicium cum seruo tuo? Non stes mecum in iudicio, exigẽdo à me omnia quæ præcepisti, exigendo omnia quæ iussisti. Nam me inuenies reum, si in iudicium intraueris mecum. Opus est ergo, inquit, mihi misericordia tua potius, quã liquidissimo iudicio tuo. Quare ergo, ne intres in iudiciũ cũ seruo tuo? Sequitur & dicit, Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Seruus enim sum. Quare mecũ stas in iudicio? Misericordia Dñi vtar. Quare? quoniã nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Quid dixit? quamdiu viuitur in hac vita, nemo iustificatus est, sed in cõspectu Dei. Nõ frustrà addidit, In cõspectu tuo: nisi quia potest esse iustificatus aliquis in conspectu hominũ, vt & illud im-
pleatur, Secundũ iustitiã quæ ex lege est, qui sine que- Philip.3.
rela in cõspectu fuerim hominũ. Referat in conspectu Dei: Nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs.

Cap.vii. QVID ergo facturi sumus? Clamemus, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Clamemus, Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo. Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Hoc
B ergo Psalmum audiuimus, hoc Apostolum audiuim⁹: quia cùm fuerit illa iustitia secundum quam viuunt angeli, cùm fuerit illa iustitia, vbi nulla erit concupiscentia, iam vnusquisque metiatur se quid est modò, & quid erit tunc: & inueniet in comparatione illius iustitiæ, ista damna esse & stercora. Quisquis autẽ putat se modò posse implere iustitiam, & cùm vixerit bene atque innocenter secundum probabilitatem existimationis humanæ, in via remãsit: nõ desiderat melius, quia implesse se putat, maximèque sibi tribuens, erit superbus: Et melior est peccator humilis, quàm iustus Melior est peccator humilis, quàm iustus superbus.
superbus. Ideo ait, *Et inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sicut Iudæi putabant, sed iustitiam quæ ex fide est in Christo Iesu.* Deinde secutus ait, *Si quo modo occurram in resurrectionem mortuorum*: ibi se credidit impleturum esse iustitiam; id est, plenam se habiturum iustitiam. In cõparatione resurrectionis illius, stercus
C est tota vita quã gerimus. Adhuc Apostolum audi apertius dicentẽ, *Si quomodo occurram in resurrectionem iustorum, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim.* Et contexit deinde, *Fratres, ego me non arbitror apprehendisse.* Quomodo comparat iustitiam iustitiæ, salutem saluti, fidem speciei, peregrinationem ciuitati?

ATTENDITE quomodo hoc impleat, *Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnum autem.* Quid Capvviii.
vnum, nisi ex fide viuere, ipe salutis æternæ, vbi erit plena & perfecta iustitia? In cuius comparatione damna sunt, quæ trãsitura sunt, & stercora quæ reprobanda sunt. Quid ergo? *Vnum autem, quæ retrò oblitus, in ea quæ antè sunt extentus, secundum † intentionem* al.intensiuẽ.
sequor ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Et ad eos qui de sua perfectione possent præsumere, *Quotquot autem perfecti sumus, hoc sapiamus.* Iam du-
D dum dixerat se imperfectum, nunc autem perfectum. Quare, nisi quia ipsa est perfectio hominis, inuenisse se non esse perfectum? Quotquot autem perfecti sumus, hoc sapiamus. *Et si quid fortè aliter sapitis, id quoque vobis Deus reuelauit*: id est, vt si vos in aliquo profectu animi iustificatos probatis, legendo Scripturas, & inueniendo quæ sit vera & perfecta iustitia, inueniatis vos reos, & desiderio futurorum damnetis præsentia, viuatis ex fide & spe & charitate: & intelligatis quia quod adhuc creditis, nondum videtis: quod adhuc speratis, nondum tenetis: quod adhuc desideratis, nondum impletis. Est talis est charitas peregrinantiũ, qualis erit videntium? Ergo ille qui docebat iustitiam Dei, & non constituebat suam, clamabat de Psalmo: Exaudi me in tua iustitia. Et, Non intres in iudicium Psal.142.
cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. SECVNDVM hanc vitam Capvt ix.
dicitur Moysi, Nemo faciem Dei vidit, & vixit. Non Exod.33.
enim

enim viuendũ est in hac vita, vt illã faciem videamus. A Moriendum est mundo, vt Deo in sempiternum viuamus. Tunc non peccabimus, nõ solũ factis, sed nec cõcupiscentiis, cùm illam faciẽ viderimus, quæ vincit omnes cõcupiscentias. Tã enim dulcis est, fratres mei, tam pulchra, vt illa visa nihil aliud possit delectare. Satietas erit insatiabilis, nullum fastidium, semper esuriemus, semper saturi erimus. Audi ipsas duas sententias
Eccl.24. de scriptura: Qui bibit me, dicit Sapientia, adhuc sitiet: & qui edit me, adhuc esuriet. Sed ne putes quia
Ioan.4. ibi erit indigentia & fames, audi Dñm, Qui biberit de hac aqua, non sitiet in æternũ. Sed dicis. Quando erit?
Psal.26. Quandocunque, erit tamẽ. Expecta Dñm, sustine dominũ, viriliter age, & cõfortetur cor tuũ. Nunquid tãta restant, quanta peracta sunt? Intende ab Adam vsq; ad hodiernũ diẽ, quot secula euoluta sunt, & ecce iam non sunt. Pauci dies remanent quodammodo: sic eũ dicendũ est quod remanet in comparatione transa-B ctorum seculorum. Exhortemur nos inuicem, exhortetur nos ille qui venit ad nos, qui cucurrit viã, & dixit, Sequimini: Qui ascendit prior in cælum, vt caput de sublimiori subueniat cæteris membris in terra la-
Act.9. borantibus: qui dixit de cælo, Saule Saule, quid me persequeris? Ergo nemo desperet: reddetur vobis in fine quod promissum est: ibi implebitur illa iustitia.

Cap.x. AVDISTIS & Euangeliũ his sermonibus concor-
Ioan.6. dare. Voluntas, inquit, patris est, vt omnia quæ dedit mihi nõ pereant, sed habeant vitam æternam: & ego resuscitabo eos in nouissimo die. Seipsum primo die,
xies nostes, Christus. nos nouissimo die. Primo dies ad caput Ecclesiæ. Dies enim noster Dñs Christus, non facit occasum. Nouissimus dies, erit finis seculi. Nolo dicas, Quando iste erit? Generi humano longè erit, vnicuique hominum prope erit, quia nouissimus dies est, cuiusque dies mortis. Etenim cũ hinc exieris, recipieris pro meritis, & re-C surges ad recipienda quæ egisti. Tunc peus coronabit non tam merita tua, quã dona sua. Quicquid tibi donauit, si seruasti, cognoscit. Totũ ergo nunc fratres, desideriũ nostrũ nõ sit, nisi in cælũ: non sit, nisi ad vitã æternam. Nemo sibi placeat, quasi qui hic iustè vixerit,
Luce 18. Philip.3. & comparet se illis qui malè viuunt secundum Pharisæum qui se iustificabat, qui nõ audierat Apostolũ, Nõ quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Ergo non
2.Cor.5. acceperat, sic dixit: Qui dedit nobis pignus spiritũ. Cuius rei pignus erat, ad hoc peruenire cupiebat: participatio quædã, sed distat. Aliter modò participamur, aliter tunc participabimur. Modò per fidẽ, per spem, in eodẽ spiritu: tunc autẽ species erit, res erit. Idẽ autẽ spiritus, idem Deus, eadẽ plenitudo. Qui clamat absentibus, exhibebit præsentibus. Qui vocat peregrinos, nutriet
Capvt xi. Via nostra, Christus. & alet in patria. VIA nobis factus est Christus, & D desperamus nos peruenturos? Via ista finiri nõ potest, præcidi non potest, corrũpi non potest, nec pluuia, nec diluuiis, nec à latronibus obsideri. Ambula securus in Christo, ambula: ne offendas, ne cadas, ne retrò respicias, ne in via remaneas, ne à via recedas. Ista omnia præeaue tantũ, & peruenisti. Dum peruenitis, tunc iã gloriare ex hoc. Noli in te: Nam se qui laudat, Deum nõ laudat: sed se à Deo auertit, quomodo qui vult recedere ab igne, ignis calidus remanet, sed ille frigescit: quomodo qui vult recedere à lumine, si recesserit, lumen in se lucidum remanet, sed ille tenebratur. Non recedamus à calore spiritus, à lumine veritatis. Vocem modò audiuimus, tunc autem facie ad faciem videbimus. Nemo sibi placeat, nemo alicui insultet. Omnes sic velimus proficere, vt nõ inuideamus proficientib⁹, non insultemus deficientibus: & erit in nobis cũ gaudio impletũ quod promissum est in Euangelio, Et ego resuscitabo eos in nouissimo die.

Dominica in Septuagesima, De lapsu primi hominis, & de thesauro terreno & cælesti, ac de eleemosynis faciendis.

SERMO D. AVGVST. I. Sermo I. Cap. I.

MNIS homo in tribulatione aliqua constitutus, & in sua causa deficiens, prudentem aliquem quærit, à quo consilium accipiat, & norit quid agat. Existimemus ergo, vniuersum mundum quasi esse hominem vnum. Euadere mala quærit, & facere bona piget: ac per hoc crebrescẽtibus tribulationibus suis in sua causa deficiẽs, quẽ potest ad accipiendũ cõsiliũ prudentiorẽ inuenire, quã Christũ? Certè meliorẽ inueniat, & quod vult agat. Si autẽ non habet vbi meliorẽ inueniat, ad hunc veniat, quẽ vbicunque inueniat, cõsulat, accipiat consiliũ, seruet mandatũ bonũ, euadat magnũ malũ. Præsentia eũ mala tẽporalia, quæ multũ homines exhorrent, sub quibus plurimũ murmurant, & murmurando offendunt emẽdatorẽ, ne inueniant Saluatorẽ. Præsentia ergo mala sine dubio trãsitoria sunt, aut illa per nos trãseunt, aut nos per illa transimus: aut trãseũt nobis viuẽtibus, aut dimittũtur nobis morientibus. Non est in tribulatione magnũ, q; tempore breue est. Quisquis cogitas crastinũ diẽ, non reuocas hesternũ diem. Imminente die perendino, hesternus erit & crastinus. Verũtamen si curis tantis homines æstuant ad euadẽdas tẽporales & transcurrentes, vel potius transuolantes tribulationes: quid est cogitandũ vt homo euadat manentes, & sine fine durãtes? DVRA causa est vi- Cap.ii.
ta mortalis. Quid est aliud hic nasci, nisi ingredi laboriosam † vitã? De labore futuro nostro, testis est ipse al.vtam?
fletus infãtis. Ab isto molesto cõuiuio nemo est excusatus. Bibẽdum fuit quod propinauit Adã. Facti qui- Genes.1.
dem sumus manibus veritatis: sed propter peccatum, proiecti in dies vanitatis. Facti sumus ad imaginẽ Dei: sed detriuimus eam transgressione peccati. Ideo Psalmus nos admonet, quomodo facti fuerimus, & quò peruenerimus. Ait eũ: Quanquã in imagine Dei am- Psal.48.
bulet homo. Ecce quod factus est. Quò peruenit? Au- 2.Retract.
di quod sequitur: Tamen vanè conturbabitur omnis 25.
homo. In imagine ambulat veritatis, & conturbabitur in cõsilio vanitatis. Deniq; vide cõturbationẽ eius, vide & tanquã in speculo displice tibi. Quanquã, inquit, in imagine Dei ambulet homo, & ideo magna res est homo, tamẽ vanè cõturbabitur. Et quasi quẽreremus, vnde rogo te, vnde vanè conturbabitur? Thesaurizat, Hic nõ esse thesaurizandum.
inquit, & ignorat cui congregabit ea. Ecce ille homo, id est, vniuersum genus humanũ, quasi vn⁹ homo, qui in causa sua defecit, cõsiliũ perdidit, de via sanæ mentis errauit: thesaurizat, & nescit cui congreget ea. Quid dementius? Quid infelicius? Certè eũ sibi? Nõ. Quare sibi non? Quia moritur vs est, quia breuis vita hominis est, quia thesaurus durat, & citò transit qui congregat. Ideo miseratus hominem in imagine Dei ambulantẽ, vera fatentẽ, vana sectantem: Vanè, inquit, cõturbabitur. Doleo: thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Sibi ea? Nõ. Quia moritur homo, perdurante thesauro. Cui ergo? Cõsiliũ habes, da & mihi. Non habes cõsiliũ quod mihi des, nec tu ergo tenes. Proinde si ambo nõ habemus, ambo quæramus, ambo accipiamus, ambo tractemus. Conturbatur, thesaurizat, cogitat, laborat, curis inuigilat. Per diẽ vexaris laboribⁿ, per noctem agitaris timoribus. Vt saccellus tuus impleatur numis, anima tua febricitat curis. VIDEO, doleo: Cap.iii.
conturbaris, & sicut dicit qui fallere nescit, vanè conturbaris. Thesaurizas enim, vt bene proueniat quicquid agis, vt damna taceamus, vt tanta pericula & in singu-

singulis lucris singulas mortes, (mortes dico nõ corporum, sed malarũ cogitationum) vt accedat aurũ, perit fides, vt foris vestiaris, intus expoliaris: vt ista omittamus, vt alia taceamus, vt aduersa prætereamus, prospera sola cogitemus. Ecce thesaurizas, ecce vndique lucra cõfluunt, & more fontiũ numi currunt. Vbique ardet inopia, vndique fluit copia. Nõ audisti, Diuitiæ si affluant, ne apponatis cor? Ecce acquiris, nõ infructuosè conturbaris, tamẽ vanè cõturbaris. Quare, inquis, vanè cõturbor? Ecce saccos impleo, parietes mei vix capiunt quod acquiro. Quare vanè cõturbor? Thesaurizas, & ignoras cui ea cõgreges. Aut si scis, cui, obsecro te, dic & mihi. Audiam te cui. Si nõ vanè cõturbaris, dic cui thesaurizas? Mihi, inquis. Hoc audes dicere moriturus? Filiis meis, inquis. Hoc audes dicere de morituris? Magna pietas, thesaurizat pater filiis: imò magna vanitas, thesaurizat moritur⁹ morituris. Si propter te quia moriturus dimittis, quid colligis? Hæc causa & filiorũ, successuri sunt, nõ permansuri. Omitto dicere qualibus filiis, ne fortè quod cõgregauit auaritia, perdat luxuria. Alius fluendo perdit, quod tu laborando cõgregasti. Sed omitto hoc. Fortè erunt boni filij, luxuriosi nõ erũt; seruabũt q̃ dimisisti, augebũt q̃ seruasti, nõ perdent quod cõgregasti. Filij tui tecũ sunt pariter vani, si hoc faciunt, si te patrẽ in hoc imitãtur: illis dico q̃ tibi dicebã. Filio tuo dico, Cui seruas: illi dico, Thesaurizas & ignoras cui cõgreges ea. Sicut eñ tu nescisti, sic & ille nescit. Si in illo vanitas permãsit, nũquid ad ipsum defecit veritas? Omitto dicere, quia fortè dũ viuis, thesaurizas furi. Vna nocte venit, & tot dieb⁹ ac noctibus cõgregatũ paratũ inuenit. Thesaurizas fortè latroni, fortè prædoni. Nolo amplius dicere, ne cõmemorẽ & refricẽ perpessorũ dolorem. QVAM multa quæ cõgregauit inanis vanitas, parata inuenit hostilis crudelitas? Nõ est eñ meũ optare, sed omniũ est timere. Auertat hoc Deus. Sufficiant flagella ipsius. Omnes oremus, auertat hoc Deus. Parcat Deus nobis, quẽ rogamus. Sed si dicat quibus, quid respondemus? Tu ergo, ô homo, ô omnis homo, tu qui vanè thesaurizas, vnde mihi respondes tractanti tecũ, & tecũ quærenti cõsiliũ in causa omniũ? Dicebas enim & respondebas, Thesaurizo filio meo, filiis meis, posteris meis. Dixi, quãta sint & in ipsis filiis metuenda. Sed omitto pœnaliter victuros filios, sicut optat inimicus: sic viuant vt optat pater. Quã multi in hos casus inciderũt, dixi, cõmemoraui, horruisti, & nõ correxisti. Quid eñ responsurus es, nisi hoc dicas, fortè nõ? Et ego sic sum locutus: Fortè, inquã, furi, fortè latroni, fortè prædoni. Nõ dixi certè, sed fortè. Inter fortè fiet, fortè nõ fiet: nescis ergo quid fiet: vanè cõturbaris. Vides quã verum dixerit veritas, quã inaniter cõturbetur vanitas. Audisti, tandem aliquãdo sapuisti, quia hoc ipsum cũ dicis fortè filiis meis, non autẽ audes dicere, certus sum, quia filiis meis, nescis cui cõgreges ea. Ecce ergo vt video, vt antè dicebã, defecisti in causa tua, nõ inuenis quod mihi respondeas: sed nec ego quid tibi. AMBO itaque quæramus, ambo cõsiliũ petamus. Habemus copiam nõ sapientis, sed ipsius sapiẽtiq. Audiamus ambo Christum: Iudæis scandalũ, gentibus autẽ stultitiam: ipsis autẽ vocatis Iudæis & Græcis Christũ Dei virtutem & Dei sapientiam. Quid paras munimẽta diuitiis tuis? Audi virtutem Dei: nihil fortius. Quid paras argumẽta diuitiis tuis? Audi sapientiam Dei: nihil prudentius. Fortè enim cùm dixero, scandalizaberis: Iudæus eris, quia Christus Iudæis scandalũ. Fortè cũ dixero, stultũ tibi videbitur: Gentilis eris, quia Christus gentib⁹ stultitia. Christianus es, vocatus es. Vocatis autẽ Iudæis & Græcis Christus Dei virtus est, & Dei sapientia. Nolite

Psal. 61.

Capvt iiii.

Capv.

1. Cor. 1.

contristari cũ dixero, nolite scandalizari, nolite veluti insipientiæ meæ ore torto insultare. Audiamus. Quod enim dicturus sum, Christus dixit. Contemnis præconem, time iudicẽ. Quid ergo ego dicã? Iã me propemodum paulo ante Euangelij lectio hac cura liberauit. Nõ ergo lego, sed lecta recolo. Cõsilium quærebas in causa tua deficiens: vide quid dicat fons recti consilij, fons vnde quicquid imples, venenum non times.

NOLITE vobis cõdere thesauros in terra, vbi tinea & comestura exterminat, & vbi fures effodiunt & furantur: sed thesaurizate vobis thesauros in cælo, quò fur nõ accedit, neq; tinea corrũpit. Vbi eñ est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuũ. Quid expectas amplius? Res aperta est. Cõsiliũ patet, sed cupiditas latet: imò nõ latet, sed etiam ipsa, quod peius est, patet. Nõ enim cessat rapina grassari: nõ eñ cessat fraudare auaritia: non enim cessat periurare malitia. Totũ vt quid? Vt thesaurizetur. Et vbi ponatur? In terra. Rectè quidẽ à terra in terrã. Homini enim à quo nobis dixi laborẽ fuisse própinatũ, dictũ est peccanti, Terra es, & in terrã ibis. Meritò thesaurus in terra, quia cor in terra. Vbi est ergo q̃ habemus ad Deũ? Dolete qui intellexistis: corrigimini, si doluistis. Quãdiu vultis laudare, & nõ facere? Verũ est, nihil verius. Fiat ergo quod verũ est. Vnũ Deũ laudamus, & nõ mutamur, vt nõ etiã in hoc vanè cõturbemur. Ergo nolite vobis condere thesaurũ in terra, siue experti quomodo pereat quod in terra reconditur, siue non experti, sed & vos saltẽ metuẽtes experiri. Quẽ nõ corrigũt verba, corrigãt experimẽta. Non surgitur, non proceditur, nisi vt vna voce dicatur ab omnibus: Væ nobis, ruit mundus. Si ruit, quare non migras? Si tibi architectus diceret, ruituram domum tuã: nõne prius migrares, quã murmurares? Structor mundi tibi dicit, ruituriũ mundum, & non credis? AVDI vocẽ prædicẽtis, audi consiliũ commonentis. Vox prædicẽtis est, Et cælũ & terra transibunt. Vox cõmonentis est, Nolite vobis cõdere thesaurũ in terra. Ergo si creditis Deo prædicenti, si non cõtemnitis cõmonentem, fiat quod dicit. Non enim ille te fallit, qui tale consilium dedit. Non perdes quod dedisti, sed sequeris quod misisti. Consiliũ ergo do, Da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo. Non sine thesauro remanebis: sed quod habes in terra solicitus, habebis in cęlo securus. Migra ergo. Consilium do seruandi, non perdendi. Habebis, inquit, thesaurũ in cælo: & veni sequere me, vt ducam te ad thesaurum tuum. Non est hoc dispendium, sed compendium. Cur silent homines? Audiãt, vel experti quod timeant, faciant vnde non timeant, migrent in cælum. Frumentũ ponis in terram, venit amicus tuus, qui nouit frumenti & terræ naturam, docet tuam imperitiam, dicit tibi, Quid fecisti? Frumentum in terra in inferioribus posuisti. Humidus locus est, putrescit quod posuisti, perdes & laborem tuum. Respondes, Quid ergo faciam? Migra, inquit, in superiora. Audis ergo amicum consilium dantem de frumento tuo, & contemnis Deum consilium dantem de corde tuo? Frumentum tuum times ponere in terra, & cor tuum perdis in terra? Ecce Dominus Deus tuus dat tibi consilium de corde tuo: Vbi enim, inquit, fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Leua, inquit, cor in cælum. ne computrescat in terra. Consilium est eius, qui te vult saluare, non perdere. SI ergo ita est, quomodo pœniteat eos qui non fecerunt? Modò quid tibi dicunt? In cælo haberemus, quod in terra perdidimus. Inuasit hostis domum, nunquid inuaderet cælum? Occidit seruum custodem, nũquid occideret Dominum seruatorẽ, quò fur non accedit, neque tinea corrũpit? Quàm multi dicunt: Ibi haberemus, si nostros thesauros reconderemus, quò eos securi post paululum sequeremur. Quare nõ audiuimus Dominũ nostrũ? Quare contẽpsimus patrẽ monentẽ, & hostẽ sensibus inuadentẽ? Ergo si cõsiliũ & hoc, non simus pigri in tam bono cõsilio: & si migranda sint quæ habemus, in eũ locũ transferamus, vnde ea nõ perdamus. Quid sunt pauperes quibus damus, nisi laturarij nostri, per quos in cælũ de terra migramus? Da, laturario tuo das, ad cælum portat quod das. Quomodo, inquis, ad cælũ portat? En video, quia manducando cõsumit. Prorsus nõ tenendo, sed manducando trãsportat. An excidit tibi, Venite benedicti, percipite regnũ: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: &, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis? Si ante te mendicantem non contempsisti, attende ad quẽ peruenerit quod dedisti.

Capvt i.

Gen. 3.

Capvt ix.

Exortatio ad eleemosynas. Laturarii nostri pauperes sunt.

Matth. 25.

CVM vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Christus accepit quod dedisti. Ille accepit, qui tibi vnde dares dedit: Ille accepit, qui in fine tibi seipsum dabit. Nã & hoc, fratres, aliquando cõmonui charitatẽ vestrã, quod me, fateor, in Scriptura Dei plurimum mouet, & sæpius debeo cõmonere. Rogo vos vt cogitetis, quod ait ipse Dominus noster Iesus Christ⁹, in fine seculi cũ venerit ad iudiciũ, cõgregaturũ se oẽs gentes in cõspectu suo, & diuisurum homines in duas partes alios ad dexteram, & ad sinistrã alios posituru, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratũ est ab origine mundi. Sinistris autem, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quære causas vel tantæ mercedis, vel tanti supplicij, percipite regnũ, & ite in ignẽ æternum. Quare isti percepturi regnũ? Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Quare isti ituri in ignẽ æternũ? Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Quid est hoc, rogo? Video de his qui percepturi sunt regnũ, quia dederunt tanquam boni & fideles Christiani: verba Domini nõ cõtemnentes, & cum fiducia promissa sperantes fecerunt hoc: quia si non fecissent, vtq; ipsorũ bonæ sterilitas ista nõ vrique cõuenisset. Fortè enim casti erant, non fraudatores, non ebriosi, abstinentes se ab operibus malis. Si hoc non adderent steriles remanerẽt. Fecissent eñ. Declina à malo: non fecissent, Et fac bonũ. Verũtamẽ etiam ipsis non ait, Venite percipite regnũ: castè enim vixistis, nulli fraudem fecistis, neminem pauperem oppressistis, limitem nullius inuasistis, neminem iurando fefellistis. Non dixit hæc: sed, Percipite regnum, quia esuriui, & dedistis mihi manducare. Quantũ hoc excellit, quando cætera tacuit, & hoc solum Dominus nominauit? RVRSVS ad illos, Ite in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Quã multa posset in impios dicere, si quærerent, Quare imus in ignẽ æternũ? quare, quæris adulter, homicida, fraudator, sacrilege, blasphemator, infidelis? Nihil horũ: sed, Quia esuriui, & non dedistis mihi mãducare. Video vos moueri, sicut moueor. Et verè mirares. Huius autem admirabilis rei rationem colligo vt possum, quã vos nõ celabo. Scriptũ est, Sicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemosyna extinguit peccatũ. Item scriptũ est, Include eleemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te deprecabitur Dñm. Itẽ scriptũ est, Consiliũ meum audi rex, & peccata tua eleemosynis redime. Et alia multa sunt diuini eloquij documenta, quibus ostenditur, multũ valere eleemosynam ad extinguenda & delenda peccata. Proinde illis quos dãnaturus est, imò plus illis quos coronaturus, solas eleemosynas imputabit, tanquã dicens, Difficile est, vt si examinem vos, & appendã vos, & scruter diligẽtissimè facta vestra, nõ inueniam vnde vos damnem: sed ite in regnũ: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Nõ ergo itis in regnũ, quia non peccastis: sed quia vestra peccata eleemosynis redemistis. Rursus & illis, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et illi tanquã noxij, olim rei, serò trementes, attẽdentes peccata sua, quando auderent dicere, immeritò se dãnari, immeritò in se hanc depromi à iudice tam iusto sentẽtiam? Considerando cõscientias suas, cõsiderando omnia vulnera animæ suæ quando auderent dicere, Iniustè damnamur? De quibus antè in Sapientia dictũ est, Traducent eos ex aduerso iniquitates eorum. Sine dubio videbunt se iustè dãnari pro sceleribus & criminibus suis; & quasi eis diceret, Non inde vnde putatis: sed quia esuriui, & nõ dedistis mihi mãducare. Si eñ ab illis omnibus vestris factis auersi, & ad me conuerti, illa omnia crimina atque peccata eleemosynis redemisstis, ipsæ eleemosynæ modò liberarẽt vos, & à reatu tantorũ criminũ absoluerẽt. Beati eñ misericordes quoniam ipsis misericordia præstabitur. Modò autẽ ite in ignẽ æternum: Iudicium sine misericordia ei qui nõ fecit misericordiam. COMMENDAVERAM vobis, fratres mei, Date panẽ terrenum, & pulsate ad cælestem. Dñs panis est: Ego sum panis, inquit, vitæ. Quomodo tibi dabit qui nõ das egenti? Eget ad te alter, eges ad alterum: & cũ eges ad alterum, & eget ad te alter, ille ad egentẽ eget. Nã ad quẽ tu eges nullius eget, fac quod circa te fiat. Nõ enim quomodo inter se solent improperare quodammodo beneficia amici: Ego tibi præstiti hoc: respondetur, Et ego tibi hoc: vult vt præstemus ei, quia & ipse præstitit nobis. Nullius indiget, ideo verus est DOMINUS. Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorũ non egẽs. Cũ ergo sit Dominus, & verus Dñs, & bonorum nostrorũ non egeat, tamẽ vt aliquid etiam erga illum faceremus, & esurire dignatus est in pauperibus suis. Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Domine, quando te vidimus esurientem? Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Breuiter ergo audiant homines, dignéque considerent, quantũ sit meritũ, Christum pauisse esurientẽ: & quale sit crimen, Christum contẽpsisse esurientem. Mutat quidẽ homines in mælius pœnitentia peccatorum: sed nec ipsa videtur aliquid profutura, si ab operib⁹ misericordiæ sterilis fuerit. Testatur hoc Veritas per Ioannẽ, qui venientibus ad se dicebat, Generatio viperarũ, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ. Et ne dicatis, Patrẽ habemus Abrahã. Dico eñ vobis, quia potẽs est Deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahę. Iã enim securis ad radicẽ arborũ posita est. Omnis enim arbor nõ faciens fructũ bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. De hoc vtiq; fructu superiùs ait, Facite fructus dignos pœnitẽtiæ. QVISQVIS itaque istos fructus nõ fecerit, sine causa putat per sterilẽ pœnitentiã se mereri veniã peccatorum. Qui sint autem isti fructus, ipse consequenter ostendit. Nã post hæc eius verba interrogabant eũ turbæ, dicẽtes: Quid ergo faciemus, id est, qui sunt isti fructus, quos vt faciamus hortaris & terres? Respondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Quid manifestius, fratres mei? Quid certius? Quid expressius? Quid ergo aliud sonat, quod superius ait, Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: nisi quod sinistri audituri sunt, Ite in ignem æternum, Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare? Parum est itaque recedere à peccatis, si præterita curare neglexeris: sicut scriptum est, Fili peccasti, ne adicias iterum. Et ne hoc solo securum se esse putaret: Et de pristinis, inquit, deprecare, vt tibi dimittantur. Sed

Ecclesi. 5.
Ecclesi. 29.

Dan. 4.

Matth. 6.

Capvt viii.

Capvt xi.

Capvt xii.

Psal. 15.

Psal. 33.

Capx.

Capxii.

Matth. 3.

Pœnitentia nõ debet esse sterilis.

Luc. 3.

Ecclesi. 11.

quid proderit deprecari, si te nõ dignum feceris exaudiri, non faciendo fructus dignos pœnitentiæ: vt tanquam sterilis arbor excidaris, & in ignem mittaris? Si ergo exaudiri vultis, cũ deprecamini pro peccatis vestris, Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis. Conuersi ad Dominum, &c.

Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Simile est regnum cælorum homini patrifamiliãs, qui exiit primo manè, &c. Sermo LIX. De verbis Domini.

Dominica in Sexagesima, De vocatione Abrahæ, Egredere de terra tua, &c.

SERMO LI. SERMO I.

Eritin appendice sermo. XXXIIII.

Item in eadẽ Dominica sermo de cultura agri Dominici, To. 9. & de eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Matthæũ, Exiit qui seminat, &c. Tom. 4. lib. 1. quæstionum Euangeliorum, cap. x. & XIII.

Feria quarta, de epistola dici, Quem diligit Dominus, castigat, &c. habetur to. 4. lib. 83. Quæst. quæst. 82.

Feria sexta, Sermo in quo Dominus parabolas seminantis exponit, habetur infrà De diuersis, serm. 46.

Dominica in Quinquagesima, de charitate, & de cæco illuminato.

SERMO LII. CAP. I. SERMO D. AVGVST. I.

DE charitate nobis paulo antè Apostolus loquebatur, cũ eius epistola legeretur, & eam nobis sic cõmendabat, vt intelligeremus cætera omnia, quamuis magna Dei dona, sine illa nihil prodesse. Vbi autem ipsa est, sola esse non potest. Et nos ergo vestræ charitati sermonẽ de charitate reddamus. Charitas alia est diuina, alia humana: alia est humana licita, alia illicita. De his ergo tribus charitatibus vel dilectionibus, duo enim nomina habet apud Latinos, quę Græcè ἀγάπη dicitur, q̃ Dominus donauerit dicam. Hæc ergo prima est distributio mea, quod dixi, aliã humanã, aliã diuinã esse charitatem. Eandémque humanã in duo distribui, quòd alia sit licita, alia illicita. Prius ergo loquor de humana licita, quæ nõ reprehenditur: deinde de humana illicita, quæ dãnatur: tertiò de diuina, quæ nos perducit ad regnum. VT ergo breuiter insinuẽ, licita est humana charitas, qua vxor diligitur, illicita qua meretrix vel vxor aliena. In foro enim & plateis magis licita charitas diligitur quã meretrix. In domo Dei, in tẽplo Dei, in ciuitate Christi, in corpore Christi, etiã meretricis amor ad gehennas amantẽ perducit. Licitã ergo charitatẽ habete, humana est: sed, vt dixi, licita est. Nõ solũ autẽ ita licita est, vt cõcedatur: sed ita licita, vt si defuerit, reprehẽdatur. Liceat vobis humana charitate diligere cõiuges, diligere filios, diligere amicos vestros, diligere ciues vestros. Omnia enim ista nomina habẽt necessitudinis vinculũ, & glutẽ quodãmodo charitatis. Sed videris istã charitatẽ esse posse & impiorum, id est, paganorũ, Iudæorũ, hæreticorũ. Quis eũ eorum non amat vxorẽ, filios, fratres, vicinos, affines, amicos, &c.? Hæc ergo humana est. Si ergo tali quisq; crudelitate efferatur, vt perdat etiã humanũ dilectionis affectũ, & nõ amet filios suos, & nõ amet cõiugẽ suã: nec inter homines numerandus est. Nõ enim laudandus est qui amat filios suos, sed dãnandus est qui non amat filios. Adhuc enim videat cum quibus debet ei esse dilectio ista cõmunis. Amat filios: & feræ amant filios. Amant filios aspides, amant filios tigrides, amant filios leones. Nulla eũ bestia est, quę nõ filiis suis blãdè murmuret. Nã cũ terreat homines, paruulos fouet. Fremit leo in syluis, vt nemo transeat. Intrat in speluncam vbi habet filios suos, omnem rabiem feritatis exponit. Foris eam ponit, cũ ipsa nõ ingreditur. Ergo qui non amat filios suos, etiãm leone peior est. Humana sunt ista, & licita sunt. ILLICITVM amorem cauete. Mẽbra Christi estis, & corpus Christi estis. Audite Apostolum, & terremini. Nõ potuit enim grauiùs dicere, non potuit vehementiùs, nõ potuit acriùs deterrere Christianos ab amore fornicationũ, nisi vbi dixit, Tollens ergo mẽbra Christi, faciã mẽbra meretricis? Vt autẽ hoc diceret, superiùs ait, Nescitis, quia qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur? Et testimoniũ de Scriptura dedit quod scriptũ est, Erunt duo in carnẽ vnã. Dictũ est enim hoc diuinitùs: sed de viro & vxore vbi licet, vbi concessum est, vbi honestũ est; nõ vbi turpe, non vbi illicitũ, nõ vbi omni ratione dãnabile. Sicut autẽ vna fit caro in permixtione licita viri & vxoris: sic vna fit caro in permixtione illicita meretricis & amatoris. Cùm ergo vna fit caro, illud te terreat, illud exhorreat quod addidit, Tollens ergo mẽbra Christi. Mẽbra Christi, Crhistiane attende. Membra Christi noli in altero, in te attende membra Christi, qui emptus es sanguine Christi. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Hoc qui non horret, Deo horret.

PRORSVS, prorsus obsecro vos, fratres mei: ecce ponamus, quod nõ est, promisisse Deũ talibus impunitatẽ, & dixisse, Qui talia fecerint, misereborcorum, non eos dãnabo. Fciamus hoc dixisse Deũ. Etiam promissa impunitate tollit quisque membra Christi, & facit iam membra meretricis? Nõ facit, si est ibi tertia diuina dilectio. Etenim tres dilectiones cõmemorauiide tribus me, quod Dominus daret, dicturũ esse promisi. De licita humana, de illicita humana, de illa excellenti atque diuina. Interrogemus diuinã charitatẽ, & ponamus ante illã duas humanas charitates, & dicamus ei, Ecce licita charitas humana, qua vxor diligitur, & filiæ aliæq; necessitudines seculares: ecce alia illicita, qua diligitur meretrix, qua diligitur ancilla aliena, qua diligitur aliena filia nõ petita, non promissa, qua diligitur vxor aliena. Duæ ante te sunt charitates, cum qua istarũ vis manere? Qui eligit manere cum illa humana licita, cum illa humana illicita nõ manet. Nemo sibi dicat, Ambas habeo. Si ambas habes admittendo ad te dilectionẽ meretricis, iniuriã facis matronæ, & quæ ibi habitat diuinæ charitati. Puto eũ, quia si homo cõiugatus es, & diligas meritricẽ, nõ mittis meretricem in domum tuam, vt habitet cum matrona tua. Nõ vsqueadeò progrederis. Tenebras quæris, latebras quæris, turpitudinem nõ profiteris. Sed & qui nõ habent vxores, & sunt quasi meretricum licentiùs amatores, ideo dixi quasi: quia & ipsi damnantur, si iã sunt fideles: puto quia & adolescens nondum habens vxorem, si diligat meretricem, nõ eam facit habitare cum sorore sua, non eam facit habitare cum matre sua, ne iniuriam faciat humanæ pudicitiæ, nẽ offendat decus sanguinis sui. Si ergo non facis habitare meretricem quam diligis cum matre tua, cum sorore tua, ne, sicut dixi, offendas decus sanguinis tui: facis habitare in corde tuo dilectionẽ meretricis cum dilectione Dei, & offendis decus sanguinis Christi? AMATE Deum, nihil melius inuenitis. Amatis argentum, quia melius est ferro & æramento. Amatis plus aurum, quia melius est argento. Amatis plus lapides pretiosos, quia & auri pretiũ superant. Amatis postremò istã lucem, quam dimittere formidat omnis qui mortem timet. Amatis, inquã, istam lucẽ, quomodo eam amore quodam ingenti desiderabat qui post Iesum clamabat, Miserere mei, fili Dauid. Clamabat cæcus Christo transeunte. Metuebat enim ne transiret, & nõ sanaret.

Et quan-

Charitas alia diuina, alia humana. Homil. 38.

Charitas humana, alia licita, alia illicita.

Charitas humana licita.

Charitas humana illicita.

1. Cor. 6.

Gen. 2.

Membra Christi.

Charitas & dilectio diuina.

Matth. 20. Mar. 10.

Et quantum clamabat? Vt turba prohibente non taceret, vicit contradictorem, tenuit Saluatorẽ: obstrepentibus turbis & clamare prohibentibus, stetit Iesus, vocauit eũ, & dixit ei: Quid vis tibi fieri? Domine, vt videã, inquit. Respice, fides tua te saluum fecit. Amate Christũ, desiderate lumẽ, quod est Christus. Si desiderauit ille lumẽ corporis quanto plus lumẽ cordis desiderare debetis: Ad eum non vocibus, sed moribus clamemus. Viuamus bene, mundũ cõtẽnamus. Nihil nobis sit omne quod transit. Reprehẽsuri sunt nos quãdo sic vixerimus quidam dilectores nostri homines seculares, amantes terrã, sapientes puluerẽ, nihil de cęlo ducẽtes, auras liberas corde, nare carpẽtes. Reprehensuri sunt nos proculdubio, atq; dicturi, si viderint nos ista humana, ista terrena cõtẽnere. Quid pateris? Quid insanis? Turba illa est contradicens, ne cæcus clamet, & aliquãti Christiani sunt qui prohibent viuere Christianè: quia & illa turba quę cũ Christo ambulabat, & vociferantẽ hominẽ ad Christũ ac lucẽ desiderantem ab ipsius Christi beneficio prohibebant, sunt tales Christiani. SED vincamus illos, viuamus bene: & ipsa vita sit vox nostra ad Christũ, stabit qui stat. nã & ibi magnum mysteriũ est. Transiẽs erat ille quãdo clamabat: Quando sanauit, stetit. Transitus Christi intentos nos faciat ad clamãdũ. Quis est trãsitus Christi? Quicquid pro nobis temporaliter pertulit, transitus eius est. Natus est, trãsit. Nunquid adhuc nascitur. Creuit, tranlit. Nũquid adhuc crescit? Suxit. Nũquid adhuc sugit? mãducauit & bibit. Nũquid adhuc facit? Defessus dormiuit. Nũquid adhuc dormit? Postremò prensus est, vinctus est, verberatus est, spinis coronat⁹ est, alapis cęsus est, sputis illitus, ligno suspẽsus, occisus, lancea percussus, sepultus resurrexit. Adhuc trãsit. Ascendit in cælũ, sedet ad dexteram patris. Stetit. Clama quantũ potes, modò te illuminat. Nã in eo ipso quòd verbũ erat apud Deũ, vtique stabat, quia nõ mutabatur. Et Deus erat verbum, & verbũ caro factũ est. Caro per transitũ multa fecit, & passa est: Verbũ stetit. Ipso verbo cor illuminatur, quia ipso verbo caro quam suscepit, honoratur. Tolle verbum, quid est caro? Hoc est quod tua. Caro autẽ Christi vt honoretur, verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Clamemus ergo, & bene viuamus.

AMATE filios vestros, amate cõiuges vestras, & si secularitèr. Nã secundũ Christũ amare debetis, vt secundum Deũ illis consulatis: & non in eis nisi Christũ diligatis, & oderitis in vestris si Christũ habere noluerint. Ipsa enim est charitas illa diuina. Nã quid eis proderit transitoria & mortalis charitas vestra? Tamen quando & humanitùs diligis vxorẽ, sed plus dilige Christum. Non dico vt non diligas patrem, non dico vt non diligas filios, sed plus dilige Christũ. Audi illum dicentẽ; ne mea putes ista verba, Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus. Quando audis, Nõ est me dignus, nõ times? De quo dicit Christus, Nõ est me dignus, non est cũ illo. Qui cũ illo nõ erit, vbi erit? Si non amas esse cum illo, time esse sine illo. Quare times sine illo esse? Quia cũ diabolo eris, si cũ Christo nõ fueris. Et vbi erit diabolus? Audi ipsum Christũ, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si igne cæli nõ accenderis, ignem time gehennarum. Si non amas esse inter angelos Dei, time esse inter angelos diaboli. Si nõ amas esse in regno, time esse in camino ignis ardentis, inextinguibilis, sempiterni. Vincat in te † pius timor, & erit amor. Timor pædagogus sit, Non ipse in te remaneat, sed te ad charitatem, quasi ad magistrum perducat.

Vide ser. 18 de verbis Domini.

Matth. 10.

Matth. 25.

al. prius.

Dominica in Quinquagesima, De fide, & spe, & charitate.

SERMO LIIII. SERMO I.

QVICVNQVE Christianum nomen tenet, & quicũque sacramentis diuinis est imbutus, fratres charissimi, necesse est vt religionis Christianæ rationẽ sciat, & fidei veritatẽ agnoscat, eius quoque fidei, quę, vt Apostolus ait, per dilectionem operatur; quę in præsenti cõfortat ac roborat credẽtes, & in futuro perducit ad Dei contẽplationem, Nam tria quædã proposuit animæ nostræ necessaria beatus & egregius gentiũ doctor, dicens: Nunc autẽ manẽt fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Primum ergo fides catholica Christiano necessaria est, quia in ipsa distinguũtur filij Dei à filiis diaboli, filij lucis à filiis tenebrarũ, per ipsam renascimur in baptismãte, & salutẽ ęternã impetramus, sicut scriptũ est, Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, salu⁹ erit. Hęc porta est vitæ, hęc ianua regni. Per ipsam discitur veritatis scientia, & percipitur cognitio diuinitatis, per ipsam gratiã Dei inuenimus. Aliter autẽ Deo placere nõ possum⁹: quia sine fide impossibile est placere Deo. Verè enim beatus est qui & rectè credẽdo bene viuit, & bene viuendo fidẽ rectã custodit. Igitur sicut otiosa est fides sine operibus bonis, ita nihil proficiũt opera bona sine fide recta. Vnde beat⁹ Iacob⁹ apostol⁹ dixit: Quid proderit, fratres mei, si fidẽ se quis dicat habere, opera autẽ non habeat? Nũquid poterit saluare eũ? Fides sine operibus otiosa est. Sicut enim corpus sine spiritu emortuũ est, ita & fides sine operibus mortua est. Fidẽ ante omnia, fratres mei, rectã & immaculatã habere cõtendite, & secundũ Apostolicę institutionis normã, Symbolũ à sanctis patrib⁹ cõstitutũ memoriter tenete, & religiosè viuẽtes obseruare studete: hęreticorũ dogmata pestifera fugite, maleficorũ & incãtatorũ venena mortifera horrescite, diuinorũ & sortilegorũ nefandas traditiones, quæ cũ dęmonibus societatem habent, penitùs respuite, vt nihil aliud quã quod catholica fides laudat, amat, prædicat, in mente hue in professione seu moribus teneatis. Post hãc ergo fidẽ, spẽ firmam habere discite, quæ animũ nostrũ ad inuisibilia trahit, & intentionẽ nostrã in cælestia & ęterna inserit, & quodãmodo nexibus insolubilib⁹ ligat, quæ nõ decipit, sed fideliter obsequentes ad æternã beatitudinẽ perducit. Nemo igitur quamuis ingenti peccatorũ pondere prematur, de bonitate diuinæ pietatis desperare debet, sed spe certę misericordiæ illius indulgẽtiã sibi quotidianis deprecari lachrymis, quàm rectè sperare possunt, si ab actione praui operis cessabũt. Ideo nõ propter spẽ veniæ perseuerãter peccare debemus, neque quia Deus iustè peccata punit, veniã desperare debemus: vt neque cũ fiducia peccemus, neque rursus peccata desperemus, sed vtroque periculo euitato, & à malo declinemus, & de pietate Dei veniã speremus. Similiter & in omniũ tribulationum angustia, spe in solatiũ supernæ pietatis currendũ est: quia in illo solo omnis spes & salus sine dubio consistit, dicente Propheta, In Deo salutare meũ & gloria mea, Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. Cùm enim fidem rectam & spem firmam vobis fratres persuademus, hoc maximè hortamur vt charitatem in vobis habere & opere ostendere per omnia satagatis. Per ipsam enim & cum ipsa beatitudinẽ verã habituros vos esse sciatis: quia sine hac nemo videbit Deum. Hæc autẽ ideo maior fide & spe ab Apostolo esse narratur, quia cæteris recedentibus, ipsa sola permanebit. Fidei enim succedit spes, & spei beatitudo, charitati autem non transmutatio, sed sola restat perfectio. Hęc omniũ arx est virtutũ, hęc promissio regni,

Galat. 5.

1. Cor. 13.

Fides.

Matth. 16.

Heb. 11.

Iacobi 1.

Spes.

Psal. 61.

Charitas.

hæc præmium summum est sanctorum in cęlo: quia in perēni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habēt sancti perfecto amore Dei. Quē quia præsentem vidēt, suauius diligunt, & dulcius fruuntur ipso bono. Oportet vos scire, fratres, quia in omnibus præceptis Dei charitas obtinet principatū, sine cuius perfectione Deo nihil placere posse, Paul⁹ apostol⁹ testatur: quia nec martyriū, nec seculi cōtēptum, nec eleemosynarū largitionem sine charitatis officio quicquā proficere posse ostēdit. Vnde & ipse Dominus à quodā scriba interrogatus, quod esset mandatū maximū, respondit: Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Addidit quoque, Secundū simile est huic, Diliges proximū tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis tota Lex pendet & Prophetę. Quod verò ait, Ex toto corde, & tota anima, & tota mente: id est, toto intellectu, tota voluntate, & ex omni memoria Deum esse diligendum. Dei verò dilectio in obseruatione mandatorū eius tota consistit, sicut alibi ait, Si quis diligit me, sermones meos seruat. Vnde & ipsa Veritas alibi ait: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicē. Itē Apostol⁹: Plenitudo legis est dilectio. Itē Ioannes euangelista: Hoc, inquit, mandatū habem⁹ à Deo, vt qui diligit Deū, diligat & proximū. Si fortè quilibet quærat, quia sit proximus, sciat omnē Christianū rectè proximū dici, quia omnes in baptismo filij Dei sanctificamur, vt fratres sim⁹ spiritaliter in charitate perfecta. Nobilior est generatio spiritalis quàm carnalis, de qua in Euangelio ipsa Veritas ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū Dei. Qui autem taliter intelligens proximum diligit, sine dubio charitatēverā in semetipso tenebit. Hęc igitur, fratres, diligenter cōsiderate, vt cū fide & dilectione vestrā operemini semper salutem, habentes spem firmam: quia quicquid boni in præsenti agitis, in futuro ab illo inæstimabiliter remunerabimini, qui author & protector est nostræ salutis, Iesus Christus Dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat.

1.Cor.13. Matth. 22. Ioan.14. Ioan.13. Rom. 13. 1.Ioan.4. Ioan.3.

In eadem Dominica de vacca, ariete vel capra trium annorum, turture quoque & columba.

SERMO II.

SERMO LIIII. Genes.15.

AVDIVIMVS, fratres charissimi, Scripturā dicentē, Locutus est Dominus ad Abrā: dicēs: Sume mihi vaccā triēnē, & caprā trimā, & arietē annorū trium, turturem quoque & columbam. Qui tollēs vniuersa hęc diuisit ea per medium, & vtrasque partes cōtra se alterinsecus posuit, aues autem non diuisit. Descenderūntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. Cūmque sol occumberet, sopor irruit super Abrā; & horror magnus & tenebrosus inuasit eū. Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis trāsiens inter diuisiones illas. Quid ergo significēt ista, fratres, breuiter, quantū Domin⁹ dederit, charitatis auribus vestrę cupimus intimare. Beatus Abrahā, pater multarū gentiū à Domino dict⁹ est. Omnes enim gentes quæ in Christū credūt & creditura sunt, filij sunt Abrahæ: imitādo fidē, nō nascēdo per carnem. Nam sicut Iudęi per infidelitatem degeneres facti ex filiis Abrahæ filij diaboli, & progenies viperarum sunt in Euangelio appellati: ita econtrariò omnes gentes quæ in Christum fideliter credunt, Abrahę filij effici meruerunt. Vacca ergo triennis, & aries annorum trium, & capra triennis, & turtur vel columba, figuram omnium gentium prætulerunt. Dicta sunt autem trium annorum, quia omnes gentes in trinitatis erant mysteriū crediturę. Et quia tota Ecclesia catholica non solùm habet spiritales, sed habet etiam & carnales, quamuis nonnulli in trinitatē se credere dicant, carnales tamen sunt, quia crimina & peccata vitare dissimulāt. Quia ergo cū carnalibus sunt etiā spiritales, ideo turtur & colūba sunt additæ. In turture & columba, spiritales possunt significari, vt in illis tribus animalibus carnales intelligi. Ergo diligēter attēdite, quia illa tria animalia diuisisse in duas partes dicitur Abrahā, & contra se inuicē posuisse. Aues, Scriptura inquit, nō diuisit. Quare hoc, fratres? Quia in Ecclesia catholica carnales diuidūtur, spiritales omnino nō diuiduntur: &, sicut dicit Scriptura, cōtra se inuicē præparātur. Quare carnales & diuisi & cōtra se positi sunt? Quia omnes luxuriosi & amatores mūdi, cōtra se inuicē diuisiones & scandala habere nō desinunt. Isti ergo diuiduntur, quia sibi inuicē aduersantur: aues autem, id est, spiritales nō diuidūtur. Quare spiritales nō diuiduntur? Quia est illis cor vnū, & anima vna in Deum. Est in illis vnū velle ac nolle: illis enim quas suprà diximus auibus, similes sunt turturi scilicet vel colūbæ. In turture castitas, in colūba simplicitas designatur. Omnes enim in Ecclesia catholica Deū timentes, & casti simplicēsque esse designantur, & cū Psalmista dicere possunt. Quis dabit mihi pennas sicut columbę, & volabo & requiescam? Et iterum, Turtur inuenit sibi nidum vbi reponat pullos suos. Et quando carnales qui diuidi possunt, grauibus vitiorū cōpedibus premūtur in mundo, spiritales diuersatū virtutū pennis eleuātur in altū, & duabus velut alis, duobus scilicet præceptis, diligendo Deū & proximū, eriguntur in cælū, & cū Apostolo dicere possunt, Nostra autē conuersatio in cęlis est, & quotiens sacerdos dixerit, Sursum corda, securi & fideliter dicunt se habere ad Deū, quod valde pauci & rari in Ecclesia fiducialiter & cū veritate dicere possunt. Ideo ergo aues Abrahā non diuisit, quia spiritales, quib⁹ sicut dixi, est cor vnū & anima vna, diuidi & à Dei vel à proximi amore separari nō possunt, sed cum Apostolo clamant, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio? Et cætera quæ sequūtur, vsq; ad id quod dictū est, Neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Spiritales ergo, nec tormentis separantur à Christo, carnales verò interdum etiā otiosis fabulis separantur. Illos nō separat nec crudelis gladius, istos verò separat carnalis affectus. Spiritales nec dura frangunt, carnales etiā blāda corrumpunt. Diuisit ergo Abram illa animalia in duas partes, aues autem nō diuisit. Cùm autem occubuisset sol, sopor, inquit, irruit super Abram, & horror magn⁹ & tenebrosus nimis, & apparuit clibanus ardens & fumans, & lampas ignis trāsiens inter diuisiones illas. Videte fratres, quid ignis iste inter diuisiones illas trāsiens dicitur, turturem quoque & columbam tetigisse non legitur. Vespera illa finem mundi significauit: animalia illa, sicut iam diximus, typum omnium gentium in Christo credentium prętulerunt. Quæ tamen gentes, sicut iam dictum est, quia in se non solùm carnales, sed etiam spiritales, id est, non solùm bonos, sed etiam malos habent, ideo animalia illa diuisa sunt, & ignis transiuit per ea secundum illud quod dicit Apostolus, Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Clibanus ille ardens & fumans & lampas ignis, diem iudicij figurauit. Et ideo super beatum Abram timor & horror tenebrosus incubuit. Vnde intelligimus, quòd si in die iudicij iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebūt? Clibanus ergo ardēs & fumigans significauit diem iudicij: diem, inquam, iudicij

A B C D

iudicij in quo erit fletus & stridor dentiū: in quo erit vlulatus & lamētatio & tarda pœnitentia: quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra vsq; ad inferos deorsum: quando, sicut dicit beatus Petrus, Cęli ardentes solūtur, clemēta ignis ardore tabescēt: quando, sicut Dominus ipse in Euangelio dicit, etiam virtutes cælorū cōmouebuntur: quando sol obscurabitur: quando & luna nō dabit lumē suū, & stellæ cadent de cælo. Vbi se tunc impij videbūt? vbi adulteri, vbi ebriosi, vbi maledici se recognoscent? Vbi amatores luxuriæ, vbi raptores, vbi superbi & inuidi apparebunt? Quid infelices pro sua defensione dicturi sunt, quos totiens admonitos, & tamen imparatos dies ille reperet? Cùm ad illam archāgeli tubā omni buccina clariorē totus simul cœperit mugire mūdus, cùm sicut dicit Propheta, venerit Dominus ponere orbē terræ desertum, & peccatores perdere ex eo: quādo, sicut dicit Scriptura, peccatores & impij mittētur in stagnū ignis, & fumus tormentorū illorū ascēdet in secula seculorū. Qui tunc tremor, quæ caligo, quę tenebrę criminosos quosque negligētes ac tepidos occupabūt? Ne ergo & nos in istū veniam⁹ cruciatū animę, expergiscamur dū corrigendi tēpus est, & volūtatē Domini nostri tāquā boni serui & vriles requiramus: vt cùm dies ille iudicij, quē clibanus ille ardens & fumans significauit, tremēdus & nimiū etiā bonis expauescēdus aduenerit, nō cū † mortalibus, quos illa animalia figurabant, qui per diuersas voluptatū contentiones diuidi possunt, flammis vltricibus cruciemur in inferno, sed simplicitatem columbæ & castitatem turturis præferentes, spiritalibus virtutum pennis eleuemur in cęlū, secundū illud quod ait Apostolus: Simul, inquit, rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus, præstante Domino nostro Iesu Christo: cui est honor & gloria cū patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

2.Pet.3. Matth.24. 1.Thess. 4. Apoc.14. al. carnalibus. 1.Thes.4. Philip.3.

A B C

Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptū est in Euāgelio secundum Matthæum, Et ecce duo cæci sedentes, &c. quæ habetur inter sermones De verbis Domini, XVIII.

Feria quarta in capite ieiunij.

SERMO I.

SERMO V.

ECCE, fratres charissimi, Deo propitio, tempus Quadragesimæ venit, & ideo rogo dilectissimi, vt dies istos corporibus salubres & animæ medicinales ita cū Dei adiutorio sanctè ac spiritaliter celebremus: vt obseruatio sanctæ Quadragesimę nō nobis iudiciū pariat, sed profectum. Si enim negligēter agimus, si nos minus occupationibus implicamus, si castitatē seruare nolumus, si ieiuniis & vigiliis & orationibus non insistimus, si Scripturas diuinas aut ipsi non legimus, aut legētes alios nō libēter audimus, ipsa nobis medicamenta cōuertūtur in vulnera, & inde habebimus iudiciū, vnde potuim⁹ habere remedium. Et ideo rogo vos, fratres charissimi, ad vigilias maturiùs surgite, ad tertiā, ad sextam, ad nonā ante omnia cōuenite. Nullus se à sancto opere subtrahat, nisi quem infirmitas, aut publica vtilitas, aut fortè certa & grādis necessitas tenuerit occupatū. Nec solū vobis sufficiat, quòd in Ecclesia diuinas lectiones auditis: sed etiā in domibus vestris aut ipsi legite, aut alios legētes requirite, & libenter audite. Recolite, fratres, sententiam Domini nostri, qua dicit: Si totum mundū lucretur homo, animæ autē suæ detrimentū patiatur, quā dabit cōmutationē ꝓ anima sua? Et illud ante omnia memoriter retinere, & iugiter expauescite quod scriptū est, Impedimēta mundi fecerunt eos miseros. Sic ergo te occupabis in domo tua, vt nō negligas animam tuam. Ad extremum si amplius non, vel tantum labora pro anima tua, quantū pro carne tua laborare te consideras. Et ideo, fratres charissimi, nolite diligere mundū, neque ea quæ in eo sunt, quia mūdus trāsit & concupiscentia eius. Quid autem permanet in homine, nisi quod quisque aut legēdo, aut orādo, aut bona opera faciendo pro animę salute in thesauro cōscientiæ suæ recondiderit? Infelix enim voluptas, infelicior cupiditas atq; luxuria, per transitoriā dulcedinē prēparāt sempiternam amaritudinē. Abstinentia verò, vigiliæ, orationes atque ieiuniū, per breuissimas angustias perducunt ad paradisi dilicias: quia non mentitur veritas, quę in Euangelio dicit, Arcta & angusta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniūt eā. Nec per latam viam diu gaudetur, nec per angustam & asperā longo tempore laboratur: quia & isti post breuem tristitiam accipiunt vitam æternam, & illi post parum gaudiū patiūtur sine fine suppliciū. Et ideo, fratres charissimi, in istis quadraginta diebus, quasi totius anni cibaria animę nostrę ieiunādo, legēdo, vel orādo prouidere debemus. Nā licet per totū annum Deo propitio, lectiones diuinas frequēter & fideliter audiatis, in istis tamē diebus de pelago & fluctibus mūdi hui⁹ quasi ad portū Quadragesimę cōfugientes debemus requiescere, & lectiones diuinas in exceptorio cordis nostri cū silētio & pace suscipere: vt Deo propitio pro amore vitæ ęternæ vacātes, quicquid in nauicula animæ nostrę per totum annum multis tēpestatibus, id est, peccatorum fluctib⁹, aut fractū, aut dissolutū aliquid, aut corruptū, aut perditū est, omni solicitudine in istis diebus reparare studeamus atque cōponere. Et quia nos necesse est, dū adhuc in isto corpusculo sumus, procellas & turbines seculi istius sustinere, quotiēscūque nos aut per tēpestates durissimas auertere, aut per voluptates mollissimas decipere voluerit inimic⁹, semper nos, adiuuante Deo, cōtra se inueniat præparatos. Vnde iterū rogo, vt occupationes seculi huius in istis diebus sanctę Quadragesimæ, si nō potestis abscindere, studeatis vel ex parte aliqua temperare: vt pręciso damno & gloriosissimo fructu hoc seculum fugientes, subtrahatis aliquas horas occupationi terrenæ, in quib⁹ Deo vacare possitis. Nā iste mundus aut ridet nos, aut ridetur à nobis: aut acquiescimus & despicimur, aut contēnim⁹ vt æterna præmia consequamur. Ac sic aut contēnis & despicis mundū, aut acquiescis & premeris vel calcaris à mūdo. Sed melius est, vt calces mundū, & calcato eo gradum tibi facis per quem in sublime cōscēdas. Hęc enim, fratres charissimi, quæ pro salute communi de vestra obedientia pręsumentes suggerimus, si secundū vestram consuetudinem & libenter auditis, & fideliter implere contenditis: & Pascha cū gaudio celebrabitis, & ad vitam æternam feliciter venietis. Quod ipse præstare dignetur, qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

1.Ioan.2. Matth.7. Matth. 16. 1.Cor.3.

A B C D

Eodem die. SERMO II.

SERMO LVI.

DOMINVS & Saluator noster qualiter ad eum post multas negligētias venire debeamus, fratres charissimi, per Prophetam hos hortatur & admonet, dicens, Venite adoremus & procedamus ante Dominum, & plorem⁹ coram Domino qui fecit nos. Et iterum: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu. Dies enim sanctæ Quadragesimæ, fratres charissimi, si diligenter attendimus, vitam seculi prę-sentis significant, sicut & dies Paschę ęternam beatitudinem prefigurant. Et quomodo in Quadragesima quasi tristitiam habemus, vt in Pascha ordine legitimo gaudeamus: sic & in hoc seculo quādiu viuimus, pœni-

Psal.94. Ioelis 2. Dies Quadragesimæ. Dies paschæ.

pœnitentiã agere debemus, vt in futuro possimus peccatorum indulgentiam accipere, & ad ęterna gaudia peruenire. Sed ita debet vnusquisque pro suis criminibus suspirare, lachrymas fundere, eleemosynas dare: vt Deo auxiliante, quãdiu viuit, semper crimina ipsa conetur effugere. Siue enim sine minutis peccatis nullus vnquã aut fuit aut esse poterit: ita sine capitalibus criminibus, donante & auxiliante Deo, omnimodis esse possumus & debemus. Et vt hæc obtinere possimus, si nos alio tẽpore impedimenta mũdi detinẽt obligatos, vel in diebus sanctæ Quadragesimæ, in Domini lege, sicut scriptũ est, die noctúque meditemur: & ita cor nostrũ diuinæ legis dulcedine repleamus, vt in nobis nullum locum virtutib⁹ vacuũ, quem obtinere possint vitia, relinquamus. Sicut enim tempore messũ vel vindemiarũ, vnde caro nostra possit sustẽtari colligitur: ita in diebus Quadragesimæ quasi in spiritali vindemiarũ vel messiũ tẽpore, vnde anima nostra in ęternum possit viuere, congregetur: quia sicut negligens quisque si opportuno tempore nihil collegerit, per totũ anni spatiũ fame torquebitur: ita qui hoc tẽpore spiritale triticũ & cælestemustũ ieiunãdo, legẽdo, orãdo in horreis animæ suę prouidere & cõgregare neglexerit, in æternũ durissimã sitim & crudelẽ inopiã sustinebit. Certissimè scitote, fratres charissimi, quia qualis est caro quę post multos dies percipit cibũ, talis est anima quę assiduè nõ pascitur verbo Dei. Et quomodo caro per famẽ & inopiam tenuis & sicca, velut quoddã simulacrũ efficitur: ita & anima si verbi Dei cibo nõ pascitur, arida & inutilis & ad nullũ opus bonũ cõgrua inuenitur. Cõsiderate fratres, & si horrea & cellaria nostris annis singulis replem⁹, vnde vno anno cibũ habeat caro nostra, putas quantũ debemus recõdere, vnde in æternũ sustẽtetur anima nostra? Et ideo, fratres, vel istis paucis diebus recedãt impedimẽta mũdi, † quia secũdũ quod scriptũ est, multos negligẽtes miseros faciũt. Recedat carnalis lętitia, recedãt venenis plena mũdi huius blãdimenta. Carnis gaudium minuatur, vt animæ lucra spiritalia prępareatur; propter illud quod scriptum est: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Et illud: Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur. Tẽpus quod nobis furiosus tabulę ludus solebat auferre; lectio diuina incipiat occupare. Ociosis fabulis, & mordacibus iocis & detractionib⁹ venenatis, colloquia de Scripturis sancta succedãt. Horarũ spatiis, in quib⁹ solebamus sine vllo lucro animæ detineri, visitentur infirmi, requirantur in carcere cõstituti, peregrini suscipiantur, & discordes ad cõcordiã reuocentur. Hæc si facimus, fratres, inde nobis parare possumus medicamẽta, vnde nobis vulnera feceramus. Ante omnia in diebus ieiuniorũ quod solebamus prandere, pauperib⁹ erogem⁹, ne fortè aliquis sibi sumptuosas cœnas, & exquisitis sąporibus epulas studeat prępare, & corpori suo magis cõmutasse quàm subtraxisse ciborum abundantiam videatur. Nihil prodest tota die longum duxisse ieiunium, si postea ciborum suauitate vel nimietate anima obruatur. Illicò mens repleta torpescit, & irrigata corporis nostri terra, spinas libidinũ germinabit. Sit ergo temperatus cibus, & nunquam nimium venter repletus: & plus semper de cibo cordis quàm de cibo corporis cogitemus: quia intus in homine interiore facti sumus ad imaginem Dei, in carne autem de limo terrę sumus formati. Et videte, fratres, si iustum est, vt caro nostra de terra facta interdum bis in die capiat cibum, & anima quæ imago Dei est, vix post plures dies accipiat verbum, cùm tamen expediat nobis, vt amplius Dei imaginem in nobis quàm nostram carnẽ honorare debeamus. Qui enim de sola carne cogitãt, bestiis & pecoribus similes sunt: & qui ita agunt, iam in se Dei imaginẽ cõtriuerũt. Caro ergo velut ancilla gubernetur, & anima tanquam domina legitima reficiatur. Nam si aliter factũ fuerit, si nõ agnoscimus nos ad imaginẽ Dei factos, & plus de carne quàm de anima cogitamus, timeo ne nos spiritus sanctus per Prophetã arguat, dicens: Et homo cùm in honore esset, nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis fact⁹ est illis. Lectiones diuinas & in Ecclesia, sicut cõsuestis, audite, & in domibus vestris relegite. Si aliquis ita fuerit occupat⁹, vt antè refectionẽ Scripturæ diuinę nõ possit insistere, nõ cũpigeat in cõuiuiolo suo aliquid de diuinis Scripturis relegere: vt quomodo caro pascitur cibo, sic reficiatur anima Dei verbo, vt tot⁹ homo, id est, & exterior & interior, & de sancto & salubri cõuiuio satiat⁹ exurgat. Nã si sola caro reficitur, & anima Dei verbo nõ pascitur, ancilla satiatur, & domina fame torquetur. Et hoc quã sit iniustũ, sanctitas vestra nõ potest ignorare. Et ideo, sicut iã dixi, lectiones diuinas illo deliderio legere & audire debetis, vt de ipsis in domib⁹ vestris, & alibi vbicũq; fueritis, etiã loqui & alios docere possitis, vt verbũ Dei velut mũda animalia cogitatione assidua ruminãtes, vtilẽ succũ, id est, spiritalẽ sensum, & vobis sumere, & aliis, Deo auxiliãte, propinare possitis: vt in vobis impleatur illud quod scriptũ est, Et calix tuus inebriãs quã præclarus est! Implentes illud quod beatus Apostolus hortatur & admonet, dicẽs: Siue manducatis & bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad Dei gloriã facite. Si infirmitas nõ prohibet, quotidie ieiunate, ad vigilias alacri & feruẽti deuotione cõsurgite, propter illud quod scriptũ est: De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus. & iterum: Ad te orabo Domine manè, & exaudies vocem meam. Et iterũ: Media nocte surgebam ad cõfitendũ nomini tuo Domine. Ad quam rem etiam Dominus & Saluator noster in Euangelio hortatur & admonet, dicẽs: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: quod ipse præstare dignetur, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Cùm ieiunatis, nolite, &c. quę habetur libro secundo De sermone Domini in monte, cap. 13. Tom. 4.

Feria quinta post Dominicam in Quinquagesima, de pœnitentia.

SERMO I. SERMO LVII.

SÆPE adtertim⁹, dilectissimi fratres, nõnullos ex vobis communionem ecclesiasticam declinare, & hoc intelligo fieri ex cõscientia grauiũ atq; ingẽtiũ peccatorũ. Vnde admoneo vos, dilectissimi, quod prauũ est hoc insalubri cõsilio duplicatur: quia homines ista faciẽtes, & delictorũ sarcinã cumulãt, & munus ęternæ salutis amittũt: hoc est enĩ reatũ cõgregare, & remediũ deuitare. Ergo vos dilectissimi fratres, hortor atq; cõmoneo, vt si quis ex vobis cõscius criminũ suorum, indignũ se communione ecclesiastica putat, dignũ se esse faciat. Dicitis quomodo aliquis dignum se facere possit? Quomodo, nisi vt errores pristinos relinquat, & pœnitẽtiã petat: vt qui criminum suorum sorde pollutus est, exomologesis satisfactione mundetur. Nec illud seruet, vt in extremo vitæ suæ tẽpore tunc pœnitentiam petat, quando iam agere non possit. Inutilis est enim, dilectissimi, ista persuasio. Parũ est, peccatorẽ pœnitere, nisi pœnitentiam peregerit. Ad emendanda enim crimina vox pœnitẽtis sola non sufficit: nam in satisfactione ingentium peccatorum non verba tantùm, sed opera quæruntur. Datur

Datur quidẽ etiã in extremis pœnitentia, quia nõ potest denegari: sed authores tamen esse non possumus, quòd qui sic petierit, mereatur absolui. Quomodo enim agit pœnitentiã lapsus? Quomodo agit pœnitentiã in extremis vitæ finibus cõstitutus? Quomodo pœnitẽtiam agere possit, qui nulla iã pro se opera satisfactionis operari potest? Et ideo pœnitẽtia quæ ab infirmo petitur, infirma est. Pœnitentia quæ à moriẽte tãtũ petitur, timeo ne ipsa moriatur. Et ideo, dilectissimi, quicunque inuenire vult misericordiã Dei, sanus agat pœnitẽtiã in hoc seculo, vt sanus esse valeat in futuro.

Sanus agat pœnitẽtiã.

Eodem die, de pœnitentia.

SERMO LVIII. SERMO II.

ROGO vos, fratres charissimi, vt si fortè aliquis ex vobis, vt se habet humana fragilitas, calliditate diaboli superatus, & capitalibus criminibus inuolutus, secundũ quod Apostolus ait, templum Dei in se violando destruxerit, de Dei misericordia nõ desperet: sed citò de malo iniquitatis suæ consurgat, ne consuetudine peccandi in ipsis se ruinis suis sepeliat. Nõ enim qui peccauerit, sed qui in peccatis perseueraverit, odibilis & abominabilis Deo erit. Nam vt de indulgẽtia diuina nemo diffidat, Dominus per Prophetã velut pater piissim⁹ cõsolatur, dicẽs: Nolo mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur, & viuat. Et illud: Impietas impij nõ nocebit ei, in quacũque die cõuersus fuerit ab impietate sua. Sed ista tã magna misericordia tũc nobis prodest, si nõ tardamus cõuerti ad Dominũ, nec crimina criminibus superaddimus. Denique etiã ipsis vulneribus vel fracturis corporũ, infirmitates cognoscere possumus animarũ. Si enim alicui pes frãgatur, aut manus, cum labore solet ad pristinũ officiũ reuocari. Si verò secundò & tertiò & adhuc frequentius in eodem loco mẽbra ipsa frangantur, potest intelligere charitas vestra, cũ quantis dolorib⁹ vulnera ipsa curanda sunt: & tamen post longas & multas tribulationes vix erit antequam ad pristinũ statũ mẽbra ipsa valeant reuocari. Similis ratio in animarũ fracturis seu vulneribus esse credenda est. Si semel aliquis vel secundò peccauerit, & sine aliqua dissimulatione ad pœnitentiæ medicamenta confugerit, pristinam incolumitatem sine aliqua mora, & forsitan sine aliqua fœditate recipiet. Si verò peccatis peccata cœperint addi, & animarum vulnera magis tegẽdo vel defendẽdo putrescere, quàm cõfitendo & pœnitendo curari, timendum est, ne in illo impleatur illud quod Apostol⁹ dixit: An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secũdum duritiam cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Sed fortè cogitat aliquis tã grauia se admisisse peccata, vt iam Dei misericordiam promereri nõ possit. Absit hoc à sensibus omniũ peccatorum. O homo quicunque illam peccatorũ multitudinem attendis, cur & omnipotentiam cælestis medici non attendis? Cùm enim Deus velit misereri quia bon⁹ est; & possit quia omnipotens est: ipse cõtra se diuinæ pietatis ianuam claudit, qui Deum sibi misereri, aut non velle, aut non posse credit, eúmque aut bonũ aut omnipotentem esse diffidit. Nemo ergo ne post centum peccata, nec post mille crimina de misericordia diuina desperet. Sic tamen non desperet, vt sine vlla mora Deũ sibi repropitiari festinet: ne fortè, si cõsuetudinem peccandi fecerit, etiam si velit de diaboli laqueis liberari, non possit. Dauid qui & rex propheta diuino munere fieri meruit, post tãtam gratiam ita præuentus est, vt non solùm adulterium committeret, sed etiam homicidium perpetraret: nec tamen se ad hoc reseruauit, vt in senecture sua ad pœnitẽtię medicamẽta confugeret, sed statim cilicio prostratus, cõspersus cinere, cum ingenti rugitu & gemitu pœnitentiam agens, impleuit illud quod ipse in Psalmis dixerat, Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et iterum: Cinerem sicut panẽ manducabã, & potum meũ cũ flẽtu miscebã. Et quia pœnitentiam agere mortifera securitate nõ distulit, citò in se Dei miserationẽ ita reuocauit, vt non solũ regnum non amitteret, sed etiam sancti spiritus donũ recipere mereretur. Sed fortè est aliquis qui dicat: Ego in militia positus sum, vxorem habeo, & ideo pœnitentiã agere quomodo possum? Quasi nos quando pœnitentiã suademus, hoc dicamus, vt vnusquisque magis sibi capillos studeat auferre, & nõ peccata dimittere, & vestimẽta potius euellat quàm mores. Qui hac dissimulatione decipere se magis, quàm excusare conatur, attendat quia regẽ Dauid nec honor regni, nec dignitas vestimenti ad pœnitentiam agendam potuit impedire. Achab quoque rex sacrilegus, de quo Scriptura dicit, quòd non fuerit alius talis qui venundatus sit, vt faceret malum contra Dominũ, posteaquam deprauatus ab vxore Iezabel abominabilis Deo factus est, interfecto & lapidato Naboth Iezraëlita, cùm vineã eius vellet inuadere, castigatus à sancto Helia, scissis vestibus cilicio indutus est, & inclinato capite pœnitentiã egit. Pro qua re statim sermo Dei ad Heliam factus est, dicẽs: Nónne vidisti humiliatũ Achab corã me? Quia, inquit, humiliatus est mei causa, non inducam in dieb⁹ eius malum. Considerate, fratres, quia & ipse quamlibet sacrilegus, non reseruauit, vt post longa tempora pœnitentiam ageret, sed statim sacrificium contriti & humiliati cordis Deo offerre non distulit. Qui vtique si postea in illa humilitate, quam cœperat, perdurasset, nunquam ab illo Dei misericordia discessisset. Manasses quoque rex, sicut in Scripturis legimus, tã sacrileg⁹ & impiissimus fuit, sicut de illo scriptum est, vt totam Hierusalem omni iniquitate repleuerit, & tamẽ post hæc in captiuitatem ductus est, & in carcerem missus, cum grandi humilitate pœnitentiam agens, ita gratiã Dei obtinuit, vt mereretur inter Dei amicos postmodum numerari. Meretrix quoque illa, quę pedes Domini lachrymis lauit, & capillis suis extersit, vbi cælestem medicũ venisse cognouit, vltrò se ingessit in domum vbi rogata non fuerat: & quæ prius frontosa erat ad perditionem, postea frontosior facta est ad salutem: & ideo audire meruit, quòd ei omnia fuerint peccata dimissa. Nec ipsa se ad hoc reseruauit, vt in fine vitæ suæ pœnitentiam ageret, sed dum adhuc peccare poterat, sic Deo inspirãte voluit peccata deserere: vt illam de adulteriis suis non necessitas subtraherer, sed voluntas. Multos adhuc in Scripturis diuinis poteramus inuenire, qui post infinita crimina pœnitentiam agentes, in se Dei misericordiam prouocauerint, & non solùm non ad peiorem, sed etiam ad meliorem statum redierint. Sed quia longum est ire per singulos, isti quatuor quos nominauimus, satis abundẽque sufficiunt, vt agnoscamus, quòd Dominus noster qui & Dauid post tam graue peccatum indulsit, & Achab sacrilego regi pepercit, & Manassen post innumerabilia peccata pœnitentiam agentem inter amicos suos reputauit, & meretrici, quæ lachrymis pedes rigauerat, & capillis suis terserat, totum indulsit: qui ergo istis tantis ac talibus peccatoribus veniam dedit, paratus est & nobis, si in veritate conuertimur, non solùm peccata dimittere, sed etiam æternam beatitudinem dare. Hæc ergo cogitantes, fratres charissimi, quantum possumus, cùm Dei adiutorio laboremus, ne nobis aliqua crimi-

Pſal.6. Pſal.101.

2.Reg.12.

3.Reg.21.

4.Reg.21.

2.Par.36.

Luc.7.

Ezech.33. Ezech.18.

Ibidem.

Pſal.5. & 118.

1.Cor.10.

Rom.2.

Deus, & bonus, & omnipotens.

2.Reg.12.

crimina vel capitalia peccata surrepãt. Si verò in hoc malo fuerit aliquis diabolica calliditate prostratus; priusquam crimina ipsa per consuetudinem conualescant, remedium sibi in die necessitatis acquirat, & cũ ingenti rugitu & gemitu Deum sibi recõciliari cõtendat. Nec erubescat pœnitentiã agere, qui non erubuit pœnitẽda cõmittere: sed citò in se, bonis operibus cõtẽdat imaginẽ reparare, vt inter filios mereatur agnosci à patre: ne ab illa æterna beatitudine exclusus, & à cõuiuio nuptiali proiectus, ligatis manibus & pedibus proiiciatur in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentiũ: sed magis medicamentis pœnitentiæ, humilitatis vel cõpũctionis ad sanitatẽ pristinam reuocat⁹, & bonorũ operũ margaritis ornatus audire mereatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui, Amen

Matth. 22.

Matth. 25.

Item eadem feria Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Cùm oratis nõ eritis sicut hypocritæ tristes, &c. quæ habetur libro secundo De sermone Domini in monte, Tom. 4.

Item in eadem feria alia Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Cùm introisset Iesus Capharnaum, &c. quæ habetur inter sermones de verbis Domini sexto.

Feria sexta post Dominicã in Quinquagesimã, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum.

Matth. 5.

SERMO LIX.

SERMO I.

Erit in appendice sermo XXXV.

In eadẽ feria, de eo quod scriptum est in Euãgelio secundũ Matthæum, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, &c.

SERMO LX.

SERMO II.

EVANGELICA lectio, fratres charissimi, quę nobis modò recitata est, videtur mihi quòd secundum literam nõ possit intelligi: & ideo Deo auxiliante, requiramus qualiter ad eius spiritalẽ sensum peruenire possimus. Sic enim ait Dominus: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*. Et iterum: *Cùm facis eleemosynã, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in absconso*. Quomodo hoc secundum literam accipere possumus, cũ ipse Dominus iterũ dicat, Sic luceat lumẽ vestrum corã hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificẽt patrem vestrũ qui in cęlis est? Quomodo hic dicit, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: cũ alibi dicat, Sic luceat lumen vestrũ corã hominibus, vt videant opera vestra bona? Diligenter attendite, fratres, & intellectum diuinę Scripturæ humiliter & sapiẽter requirite. Nõ enim sibi ipse Dominus in Euãgelica lectione cõtrarius esse potest. Nã quia eleemosynã & occultè fieri ipse dixit, & publicè ipse admonuit, vt sibi pręcepta ei⁹ nõ videãtur esse contraria, intellectũ sobriũ quærit. Qui enim ideo facit eleemosynã, vt ab hominibus se laudari desideret, etiã si occultè fecerit, publicè facit, quia laudẽ ab hominibus quærit. Qui verò eleemosynã pro solo amore Dei facit, vt ad opus bonũ illũ reliqui imitentur, & nõ ipse, sed Dominus collaudetur, etiã si publicè faciat eleemosynam absconsè facit: quia pro eleemosyna illa nõ hoc quod videtur, sed quod nõ videtur desiderat, nec ab hominibus laudẽ, sed mercedem à Deo optat accipere. Hoc etiam & de ieiunio debemus accipere. Cùm enim ipse Dominus dicat, *Vnge caput tuũ, & faciem tuam lauа, ne videaris ieiunans hominibus*: ergo cõtra Christi præcepta facimus qui publicè ieiunium indicimus, & videtẽ toto pòpulo pariter cũ ipso ieiunam⁹? Et in hoc sensũ oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, sed pro peccatorum indulgẽtia, vel pro misericordia diuina ieiunet: & vnusquisque interroget cõscientiam suam, & si pro solo Deo facit eleemosynã, securus & publicè faciat, vt quicunque viderint, imitentur. Nã & illud quod dicit Dominus: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ad hoc quod suprà diximus pertinere cognoscitur. In dextera enim intelligitur amor Dei, in sinistra vanitas vel cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis eleemosynam, totum sinistra facit, dextera omninò nihil facit. Siverò pro remissione peccatorũ & amore vitæ æternæ eleemosynam dederis, totum dextera facit. Quid est ergo, Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: nisi, quod facit amor Dei, non corrũpat aut perdat vanitas vel cupiditas mũdi? Nã si hoc aliquis secundũ literã impleri posse credit, quid faciat si ei manus dextera doluerit? Nũquid de sinistra eleemosynã dare non potest? Aut si vult captiuũ redimere, quomodo aut sacculũ soluere aut arcam aperire poterit, si sinistram manum dexteræ suæ non iunxerit? Aut si peregrinũ optat excipere, & secundũ præceptũ Domini sanctorum pedes abluere, non video quomodo hoc nesciẽte sinistra manu possit impleri. Ad hoc pertinet etiam illud quod dixit: *Cùm oratis nolite in angulis platearum orare: sed intra, inquit, in cubiculũ tuũ, & clauso ostio ora patrẽ tuum in abscondito*. Ecce ipsi bene agnoscitis, quia nõ hoc semper secundũ literã poterit impleri. Nam & nos ipsi & totus populus nõ solùm in cubiculis nostris oramus, sed etiã publicè ad Ecclesiam cõuenimus, & simul cum omni populo genua flectimus. Et nunquid hæc faciẽtes pręceptis Christi contrarij sumus, qui dixit, vt in cubiculis clauso ostio orare debeamus? Nõ ita est. Vnde etiam & iste sensus superiori sententiæ cõueniens est. Qualiter ergo hoc intelligi debeat, attende. Si quando oras Deũ, & hoc ab illo petis quod videtur, publicè & aperto ostio oras, quia hoc à Deo vis accipere quod videtur. Si verò pro indulgẽtia peccatorũ & pro vita æterna volueris supplicare, etiã si publicè orauerís clauso ostio oras, quia non petis quòd videtur, sed quod non videtur. Quę enim videtur, temporalia sunt: quæ autẽ non videntur, æterna sunt. Si temporalia quæris, sicut iam dixi, publicè & aperto ostio oras: si ęterna quæris, secreta est oratio tua: quia nõ quę videtur, sed quę nõ videtur optat accipere. Quia ergo illa quæ nõ videtur, in veritate quæsierit, & illa quæ videtur Deo remunerante percipiet, quia nõ mẽtitur qui dicit: *Quærite primũ regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur vobis*. Nec hoc sic dicimus, vt pro rebus temporalibus Deũ non oremus, id est, pro sanitate corporũ, aut pro pace temporũ, aut pro abundantia fructuũ. Debemus ista à Deo petere, sed secundo & tertio loco, vt primas partes in omni intentione nostræ orationis, amor animæ & desiderium vitæ ęternæ obtineat. Oremus ergo pro corpore, sed sine vlla comparatione amplius pro anima supplicemus. Et ideo, charissimi, quotiens vobis ista Euangelica lectio legitur, ordine quo suprà suggessimus, intellectũ eius debetis accipere: vt siue in eleemosynis, siue in ieiuniis, seu in orationibus in dextera vel in sinistra hoc seruare studeamus, vt quicquid agimus nõ pro vanitate vel cupiditate seculi, sed pro amore æternæ beatitudinis faciamus. Quod ipse præstare dignetur qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat.

Matth. 6.

Ibidem. Ieiunium publicum.

Dextera, Sinistra.

Matth. 6.

Orationes publicæ.

Matth. 6.

2. Cor. 4.

Matth. 6.

Eodem die. SERMO III.

SERMO LXI.

SIC & credo charitatem vestram sapiẽter intelligere, non esse sine causa, quòd vos de vera & perfecta charitate tã frequenter admoneo. Hoc enim ideo facio, quia ad omnium peccatorum vulnera nullum medicamentum tã salubre & tam efficax esse cognosco. Additur & hoc, quòd cùm tam magnũ sit veræ & perfectæ charitatis reme-

remediũ, nullus tamen inuenitur qui eam cum Dei adiutorio non possit habere. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualẽcũque excusationẽ prætendere, in habenda verò dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi dicere aliquis, Non possum ieiunare: nũquid potest dicere, Non possum amare? Potest dicere, propter infirmitatẽ corporis mei, non possum à vino vel à carnibus abstinere: nũquid potest dicere, Non possum diligere? Potest quisquam dicere, se virginitatẽ nõ posse seruare: potest dicere, nõ posse res totas vendere, ac pauperibus erogare: nunquid potest dicere, Non possum inimicos meos diligere, & eis qui in me peccauerunt indulgere? Nemo se circumueniat fratres charissimi: quia Deus neminẽ fallit. Cùm enim multa sint quæ propter fragilitatem humanam corporaliter implere nõ possumus, charitatem tamẽ in corde nostro Deo inspirante, si in veritate voluerimus, sine aliqua dubitatione habere poterimus. Multa enim sunt quæ de horreo, canauo vel cellario aliquotiẽs proferre nõ possumus, de thesauro verò cordis nimis fœdum & turpe est, si aliquam excusationem prætẽdere videmur. Non enim ibi aut pedes laborant currendo, aut oculi videdo, aures audiendo, aut manus operãdo lassantur, vt nos per ipsam fatigationẽ excusare conemur. Nõ nobis dicitur: Ite ad Orientẽ, & quærite charitatẽ: nauigate ad Occidentẽ, & inuenietis dilectionẽ. Intus in corde nostro est vnde nos iracũdia excludere solet, & redire iubemur, dicente Propheta, Redire prẽuaricatores ad cor: nõ enim, sicut iã dixi, in longinquis regionibus inuenitur quod à nobis Dominus petit, intẽ ad cor nostrũ nos mittit. In nobis enim ponit quod requirit, vbi tota charitas profectò in animi bonitate vel voluntate consistit, de qua voluntate angeli pastoribus clamauerunt, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Et ideo quia nulla nobis ante tribunal Christi excusatio poterit esse, cũ Dei adiutorio totis viribus laboremus, vt in animis nostris plus prẽualeat bonitas quàm malitia, plus patientia quàm iracundia, plus benignitas quàm inuidia, plus humilitas quàm superbia. Et vt totum breui sermone cõcludam, sic totũ cor nostrum obtineat charitatis dulcedo, vt in nobis locũ habere non possit odii amaritudo. Sed dicit aliquis: Nulla ratione possum inimicos meos diligere. In omnibus Scripturis Deus tibi dicit, quia potes. Tu econtrariò respõdes, non posse. Considera nunc, vtrũ tibi, an Deo debeat credi. Et ideo quia veritas mentiri nõ potest, iã vanas excusationes suas relinquat humana fragilitas: quia nec impossibile aliquid potuit imperare, qui iustus est: nec dãnaturus est hominẽ pro eo quod nõ potuit vitare qui pius est. Quid tergiuersamur incassum? Nemo enim, quantum possumus, melius nouit, quàm qui nobis ipsum posse donauit. Tot viri, tot mulieres, clerici, pueri, tantæ & tam delicatæ puellæ flammas & ignes & bestias æquanimiter pertulerunt: & nos stultorum hominum cõuicia dicimus tolerare non posse? quæ nobis malorũ hominũ nequitia inferũtur, si possumus etiam vsq; ad mortẽ illorũ nostras iniurias vindicamus: vnde nescio qua fronte vel qua cõscientia cũ omnib⁹ sanctis in ęterna beatitudine partẽ habere desideramus; quorum exempla sequi in reb⁹ minimis nõ acquiescimus. Sed sunt aliqui qui testimonia diuinæ Scripturæ iracundiæ suę existimant suffragari. Dicunt enim: Amat anima mea amantem se. Et dum authoritatem diuinam malè intelligunt, de medicamentis sibi vulnera faciunt. Qualiter autem hoc & debeat & posit intelligi, attendat charitas vestra. Amat, inquit, anima mea amantem se. Licet & de omnibus litera sentiri & debeat & possit: tamen certius de Deo intelligendũ est, quia nullus nos melius quàm ipse diligit. Nam si boni tantũmodo amandi sunt, quid dicim⁹ de Deo nostro, de quo scriptũ est, Sic Deus dilexit mũdum, vt filiũ suum vnicum daret? Quid enim boni fecerat mundus, vt illũ sic dilexerit Deus? Omnes enim homines non solũ malos, sed etiam impios & originali peccato mortuos in anima Christus inuenit. Et tamen etiam cum tales essemus, dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, & per hoc amauit etiam non amãtes: sicut & Paulus apostolus dicit, Christ⁹ pro impiis mortuus est: ac sic pro ineffabili pietate vniuersò humano generi hoc exẽplum dedit, dicens: Discite à me, quoniã mitis sum, & humilis corde. Quoniam & beatus Petr⁹ apostolus in epistola sua similiter præcipit, dicẽs, Christus, inquit, passus est pro nobis, relinquens vobis exẽplum, vt sequamini vestigia eius. Quod exẽplum Domini secuturi sumus? Nunquid vt mortuos suscitem⁹? Nunquid vt supra mare pedibus ambulemus? Non vtique: sed vt simus mites & humiles corde, & non solùm amicos, sed etiam inimicos toto animo diligamus. Et sequamini vestigia eius. Dixit hoc etiã beatus euangelista Ioãnes: Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo & ille ambulauit, & ipse ambulare. Quomodo enim Christus in cruce fixus erat, & tamẽ per viã charitatis currebat, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt: & nos ergo cùm patimur ab inimicis, hoc clamare debemus, Quia nesciunt quid faciunt. Phrenetici enim sunt, & à contrario spiritu possidentur, & vt nos persequãtur, maiorem persecutionem à diabolo patiũtur: & ideo magis vt liberẽtur quàm damnentur orare debemus. Sic fecit beatus Stephanus, qui gloriosissimè primus Christi vestigia est secutus. Cũm enim duris saxorum imbribus cæderetur, stãs orauit pro inimicis suis: & positis in terra genibus totis viribus clamauit, & dixit, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Si ergo putamus nos non posse imitari Dominum nostrum, imitemur talem conseruum nostrũ. Imitemur quippe beatũ Iacobum: qui cùm à Iudæis lapidaretur, flexis genibus pro impiis persecutoribus supplicauit. Dominus quoque in Euangelio, vt inimicos diligere debeamus, nõ dedit consilium, sed pręceptum. Aliud est consilium, aliud præceptum. Consiliũ datur, vt virginitas conseruetur, vtà vino & à carnibus abstineatur, vt vendantur omnia, & pauperibus erogentur. Præceptum verò datur, vt iustitia custodiatur, vt omnis homo diuertat à malo, & faciat bonũ. Denique de virginitate dicitur, Qui potest capere, capiat. De iustitia verò nõ dicitur, Qui potest facere, faciat: sed, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Consilium qui libenter audierit & fecerit, maiorem habebit gloriam. Præceptũ qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, euadere pœnã nõ poterit. Sic enim præcepit Dominus: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et orate pro persecutoribus vestris & maledicentibus vobis. Et si quæras quam mercedem accipies? Audi quod sequitur: Vt sitis filij patris vestri. Aduertite, quia si inimicos non diligimus, filij Dei esse nõ possumus: Et qua fronte dicimus in Oratione, Pater noster qui es in cęlis, sanctificetur nomen tuum? Aut qua conscientia dicere poterimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. Sed dicit aliquis: Ego audiam Scripturam dicentem amat anima mea amantem se. Amas amantes te filios & parentes, amat & latro, amat & draco, amant & lupi, amant & vrsi. Si enim amantes non diligamus, si filios vel parentes despicimus, peiores leonibus & supradictis bestiis existere videmur. Sic & ipse Dominus dicit: Si enim diligitis

Eadem habẽtur serm. 59. de tẽpore.

Loc. 2.

Ioan. 3.

Rom. 5.

Matth. 11.

1. Pet. 2.

1. Ioan. 2.

Luc. 23.

Act. 7.

Matth. 19.

Matth. 3.

Matth. 5.

Matth. 6.

Eadẽ habẽtur ser. 59. de tẽpore.

eos qui vos diligũt, quam mercedem habebitis? Nónne & publicani hoc faciũt: Et si salutaueritis fratres vestros tantũ, quid amplius facitis? Nõne & ethnici hoc faciunt: Qui ergo solos amicos diligũt, sicut & ipsi videtis, adhuc in hac parte publicanis & gentibus & bestiis similes sunt. Vt ergo superiores simus & gentibus & bestiis, etiam inimicos & aduersarios diligamus. Et timeamus illud quod Dominus in Euãgelio dicit. Serue male, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me: nónne oportuit & te misereri cõseruo tuo, sicut & ego tui misertus sum? Et quid postea? Tradidit eũ tortoribus, donec redderet vniuersum debitũ. Sic, inquit Dominus, pater meus cælestis faciet vobis, si nõ dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et iterum ipse Dominus ait, In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si vos inuicẽ diligatis. Et iterum: Qui vniuersam legem cõpleuit, offendat autẽ in vno, factus est omniũ reus. Quid est hoc vnum, nisi quod suprà diximus, Mandatum nouũ do vobis, vt vos inuicẽ diligatis? Quid, inquã, est hoc vnũ, nisi illud quod Apostolus dicit, Omnis lex in vno sermone cõpletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Sed ne fortè aliquis dicat, locum hunc nõ sic debere intelligi: audiat de hoc mãdato iterum Apostolum, sublimi voce charitatẽ: Et si tradidero corpus meũ vt ardeat, charitatẽ autẽ nõ habeã, nihil mihi prodest. Ipsa est vera & germana charitas, quæ non solùm vsque ad amicos, sed etiã vsque ad ipsos peruenit inimicos: sicut Dominus noster tãtam circa genus humanum cognoscitur habere charitatẽ, vt nõ solũ supra bonos, sed etiã suprà malos pluuiã dare, & solẽ suũ quotidie oriri cõcedat. Etiam illud ante omnia cũ grandi reuerentia & timore recolere & retinere debemus, quod Dominus in Euangelio dixit, Si dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis peccata vestra. Si non dimiseritis, nec pater vester cælestis dimittet debita vestra. In potestate nostra positum est, qualiter in die iudicij iudicemur. Vnde nescio qua fronte indulgentiã peccatorũ suorum ante tribunal Christi obtinere poterit, qui Deo præcipiente inimicis suis veniam dare nõ acquiescit. Apostolus etiam prædicat dicens, Nemini malum pro malo reddentes: benedicite persequẽtibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Et iterum: Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Et iterum: Non reddentes maledictũ pro maledicto, sed ecõtrariò benedicentes. Beatus quoque euangelista Ioãnes, qui supra pectus Domini in cœna recubuit, in epistola sua ita nos admonet, dicẽs: Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. scitis, quia omnis homicida non habet in se vitã æternam. Et iterũ: Qui dicit se in lumine manere, & fratrẽ suũ odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat: & nescit quò vadat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Hoc loco fratrem omnem hominem debemus accipere. Dicit etiam ipse beatus Ioãnes, Si quis dixerit, Diligo Deũ, & fratrẽ suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deũ quẽ nõ videt quomodo potest diligere? Sed etiã si iubetis, sufficiunt ista. Sunt enim innumerabilia tã in nouo quàm in veteri Testamento, quæ causam, de qua loquimur, validissimis testimoniis confirmare longum est, & nũc omnia charitatis vestræ auribus non intimẽtur. Nam in sanctis animabus etiam parua pro magnis accipiuntur, quia & reuerà cui pauca non sufficiunt, magna nõ prosunt, plura prodesse nihil poterũt. Vos autem, fratres charissimi, considerantes, quia omnis lex vno sermone impletur in nobis: id est, Diliges proximum tuũ sicut teipsum: non solùm amicos, sed etiam inimicos diligite: quia quicunq; hoc implere nolũt, reliqua illis

Matth. 18.
Ioan. 13.
Iacobi 2.
Ioan. 13.
Galat. 5.
1. Cor. 13.
Charitas vera & germana.
Matth. 6.
Rom. 12.
1. Pet. 3.
1. Ioan. 3.
1. Ioan. 2.
1. Ioan. 4.

A opera bona prodesse nõ poterunt. Et ideo ita omnibus inimicis vestris dimittite, vt cum secura cõscientia possitis in Oratione dicere, Dimittè nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Matth. 6.

Item eodem die alius sermo, qui habetur inter sermones De verbis Domini, 11.
Item eodem die alius sermo de epistola dici, qui habetur in libro quinquaginta Homiliarum, homilia XVII.

Sabbato post Dominicam in Quinquagesima.

SERMO I.

SERMO LXII.

ROGO vos, fratres charissimi, & admoneo vt in isto legitimo ac sacratissimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi fortè ille quẽ iciunare infirmitas non permittit: quia aliis diebus iciunare remedium est, aut præmium; in Quadragesima non iciunare peccatum est. Alio tẽpore qui iciunat, accipiet indulgentiam: in Quadragesima qui nõ iciunat, sentiet pœnam: & tamen qui iciunare non prealet, secretius sibi soli, aut si est alius infirmus cum ipso in domo sua præparet quod accipiat, & illos qui iciunare præualent, ad prandiũ non inuiteт: quia si hoc fecerit, non solũ Deus, sed etiam homines possunt intelligere illũ non pro infirmitate nõ posse, sed pro gula iciunare nõvelle. Sufficiat illi, quòd ipse iciunare non præualet, & magis cũ gemitu & suspirio & animi dolore manducet, pro eo quòd aliis iciunantibus, ille abstinere nõ potest. Quod opus est vnicuique infirmo, secretius sibi soli, aut cum alio similiter infirmo faciat præparari: quia non ei oportet vt aliquẽ sanũ roget ad prãdiũ, ne sibi etiam de alterius gula augeat peccatũ. Pro eo tamen quod non potest iciunare, amplius debet erogare pauperibus, vt peccata quæ nõ potest ieiunando curare, possit in eleemosynis dãdo redimere. Bonũ est iciunare, fratres, sed melius est eleemosynam dare. Si aliquis vtrũque potest, duo sunt bona. Si verò nõ potest, melius est eleemosynã dare. Si possibilitas nõ fuerit ieiunãdi, eleemosyna sufficit sibi sine iciunio: ieiuniũ verò sine eleemosyna omnino nõ sufficit. Ergo si aliquis ieiunare nõ potest, eleemosyna sine ieiunio bonũ est. Si verò præualet ieiuniũ cũ eleemosyna, duplex bonũ est. Ieiuniũ verò sine eleemosyna, nullũ bonũ est: nisi fortè ita sit aliquis pauper, vt nõ habeat omnino quod tribuat. Illi ergo quinõ habuerit vnde tribuat, sufficit voluntas bona, secundũ illud quod scriptũ est: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Sed quis erit qui se possit excusare, cùm etiã pro calice aquæ frigidæ mercedẽ se Dominus redditurum promiserit? Et quare frigidæ dixit? Ne fortè se posset aliquis pauper de lignorũ penuria excusare, aut dicere se vasculũ vbi aquã calefaceret nõ habere. Denique & per beatũ Prophetã, fratres charissimi, Dominus ita hortatur & admonet eleemosynam fieri, vt propè nullus pauper sit qui se valeat excusare. Sic enim ait: Hoc est ieiunium quod elegi, dicit Dominus, Frange esurienti panẽ tuũ. Non dixit, vt integrũ daret, cùm fortè pauper ille aliũ nõ haberet: sed frange, inquit: hoc est dicere, Etiã si tãta paupertas tibi est, vt nõ habeas nisi vnũ panẽ, ex ipso tamẽ frange, & pauperi tribue. Et egenũ, inquit, ac sine tecto induc in domũ tuã. Si aliquis ita pauper est, vt non habeat vnde tribuat pauperi cibũ, vel in vno angulo domus suæ peregrino prepparet lectulũ. Quid nos ad hæc dicturi sumus, fratres, vel quam excusationẽ habere poterimus, qui amplas & spatiosas domus habẽtes, vix aliquãdo dignamur excipere peregrinum, ignorantes imò non credentes quòd in omnibus peregrinis Christus excipitur: sicut ipse dicit, Hospes fui, & suscepistis me: & quam-

Matth. 25.

quamdiu vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis? Laboriosum & fastidiosum nobis est, in pauperibus recipere Christũ, in patriã nostrã: timeo ne nobis ille vicem reddat in cælo, & nõ nos recipiat in beatitudinẽ suam. Cõtemnimus illũ in mundo: timeo ne nos ille iterũ cõtemnat in cælo, secundũ illud quod ipse dixit, Esuriui, & non dedistis mihi mãducare; hospes fui, & nõ accepistis me. Et quãdiu nõ fecistis vni ex minimis istis, nec mihi fecistis. Et quod post hæc, fratres, sequitur, auertat Deus à nobis. Hoc enim postea addidit, dicens: Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hæc ergo, fratres, nõ transitoriè nec solis corporis audiamus auribus, sed fideliter audientes etiã vt alij teneant & impleant, verbo pariter & exemplo doceamus: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sanctò viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die, de necessitate ieiunij cum mititate & largitate.

SERMO II.

SERMO LXIII.

Erit in appendice sermo XXXVI.
Item in eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euãgelio secundum Matthæum. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare, &c. quæ habetur inter sermones De verbis Domini XIII. & XIIII.

Dominica prima in Quadragesima, de mysterio ieiunij quadragesimalis, fructu & modo.

SERMO I.

SERMO LXIIII.

MNE vitæ nostræ tẽpus, stadiũ quoddam debemus putare virtutũ, & ad cælestẽ brauium tota virtute cõtendere. Sed hoc præcipuè in Quadragesimæ diebus implendũ est, qui abstinentiæ ac iciuniis dedicati, tantũ nobis ad virtutẽ animi conferunt, quantũ & de corpore voluptatem decerpunt. Est autẽ legitimus numerus iste ieiunij, & qui in sanctis celebratur exẽplis. Moyses legẽ accepturus à Deo, quadraginta dies ac noctes absque cibo potúque trãsegit, & ad suscipiendam Domini voluntatẽ iciunus præparatus est. Helias post quadraginta dierum iciunia curru igneo ad superna cælorum de hoc mundo translatus est. Ipse quoq; Dñs ac Saluator noster quadraginta diebus iciunans de diaboli tentationibus triumphauit, vt ad prædicationem Euangelij iam victor accederet. Meritò verò etiã nos hunc dierũ numerũ custodire debemus iciuniis, quem per talia exempla legimus cõsecratũ. Celebremus ergo hos dies cũ omni alacritate mentis & gaudio, & eos omnibus epulis & corporalibus deliciis præferamus. In his enim præcipuè dieb' ad implendam Dñi volũtatẽ accẽdimur, quando maximè per abstinentiã voluptas carnis extinguitur. Tũc eũ ad Dominũ & ad eius futura, p̃missa tota mẽs putior faciẽda festinat, cũ nulla crapula, nulla cibi ac potus satietate crassatur. Vnde & Saluator in Euãgelio dixit: Attẽdite itaq; vobis, ne grauẽtur corda vestra in crapula & ebrietate & cogitationibus secularibus, & superueniat in vos dies illa repentina: tãquã laqueus enim superueniet vniuersõ mundo, & nemo effugiet. Sed & illa est in Quadragesimæ diebus grãdis vtilitas, quòd dũ etiam à licitis abstinemus, magis admonemur illicita vitare. Qui cũ abstinemus nos à carnibus quibus aliis dieb' vti licet: qui nos abstinemus à vino, quo moderatè vti licet: qui ergo ista vitamus quæ aliquando licẽt, in primis peccata fugiamus, quę omnino nunquã licẽt. Itaque si volumus bene iciunare à cibis, ante omnia ieiunemus & à vitiis. Quid enim prodest, vacuare corpus ab escis, & animã replere peccatis? Quid eũ prodest, pallidũ esse ieiuniis, si odio & inuidia liuescas? Quid enim prodest, vinum non bibere, & iracũdiæ veneno inebriari? Quid prodest, abstinere à carnibus ad edendũ creatis, & malignis obtrectationibus fratrũ mẽbra lacerare? Quid p̃dest si abstineamus ab his quæ aliquando licent, & faciamus illa quæ nũquã licent? Deus eũ illos honorat & diligit, qui illicita fugiũt. Sic ergo, vt dixi, ieiunemus à cibis, vt multo magis ieiunemus à vitiis, vt sanctorũ morũ vbertate saturemur, vt & in futuro mereamur ipsorũ operũ retributione satiari: sicut in Euangelio legimus, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniã ipsi saturabũtur. Illã enim cõpensationẽ magis eligere debemus, vt cibis quibus nos abstinemus, eos pauperibus ac debilibus largiamur: secũdũ illud quod scriptũ est, Beati qui cõtenti sunt esurire, vt alibi reficiantur. Satis Deo acceptũ est munus, quando indigens saturatur, quãdo nudus vestitur, quãdo ira non perficitur, & iracundiæ tẽpus nõ reseruatur, quando malum pro malo non redditur. Tũc grata sunt Deo nostro iciunia, si illi qui necessitate iciunant reficiantur à nobis. Tunc illam Domini sentẽtiam audire merebimur, Amen dico vobis, quã diu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis. O benignissimum Dominũ ad edomandam hominũ auaritiam, qui sibi dari dicit, quod vel minimo pauperi donatũ fuerit! Vobis autẽ, fratres, præster Dominũ misericordia, vt ei iciuniis & eleemosynis in bonis operibus seruiatis, vt ad æternam & veram vitam vos perducat ipse qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Exod. 34.
3. Reg. 19.
Matth. 4.
Luc. 21.
Moyses.
Helias.
3. Reg. 17.
Iacobi 5.
4. Reg. 1.
3. Reg. 19.

In eadem Dominica, de iciunio & eius effectibus.

SERMO II.

SERMO LXV.

ADEST nobis venerabile & medicabile tẽpus Quadragesimæ, charissimi, per quod iciunantes peccatorũ nostrorum vulnera curare debemus. Quantũ sit ergo bonũ iciunij, breui sermone exẽplis additis disseramus. Moyses primus quadraginta diebus ac noctibus cũ iciunasset, legẽ Domini accipere meruit, per quã populis imperaret. Impetrauerũt vnius hominis iciunia, quod totius populi saturitas desperauerat. Aduertamus ergo quãta sit inter iciuniũ & saturitatẽ distantia, inter vẽtrẽ vacuũ & pulmones epulis æstuantes. Moyses ergo quia iciunauit, Dominũ vidit: populus quia mãducauit & bibit, idola fabricatus est. Sed quid de Moyse & Israëlitica multitudine loquar? Princeps ille humani generis Adã, quãdiu ieiunauit seruans mandatũ, in paradiso fuit. Vbi verò comedit, eiectus est de paradiso. Et qui in paradiso Dei virgo fuerat, ejectus de paradiso cognouit vxorẽ. Sẽper eũ iuncta est saturitati lasciuia. Vicina sibi sunt vẽter & genitalia, & pro mẽbrorũ ordine ordo vitiorũ intelligitur. Eiecit ergo nos de paradiso cibus, reducat esuries, reducat ieiuniũ. Diximus ergo quid sanctus Moyses meruit ieiunando: deinde & cunctos videamus. Sancto Heliæ ieiunanti etiam elementa famulata sunt. Hic denique tribus annis & sex mensibus cælũ clausit: ad cuius vocẽ etiam supernum descendit incendium. Et cùm eũ Iezabel regina vellet occidere, & fessus sub arbore frondosa iaceret in solitudine, angelus ad eum mittitur, & dicit ei, Sume paululum panis & aquæ. Videte quanta sit Dei clementia erga ieiunantes, charissimi. Nõ sufficiebat, quia angelum ad ieiunãtem Dominus miserat, qui eũ vt cibum sumeret iuberet: sed etiã præcipit, vt lõgiùs fugiat persequentem. Ait ergo, Sume paululum panis & aquæ. Quadraginta enim dierũ iciunio perrecturus erat per desertũ vsq; ad montẽ Sina. Nunquid enim Dominus qui cælũ & terram fecerat, cuius omnis est creatura, non potuit in eremo per angelum prandium mittere, sicut Danieli in lacum leonum per Abacuc misit? Sed sciebat Deus Prophetam suum tentantem diabolum aliter

Moyses.
Gen. 3.
35. dist. venter. 44. Cũ autem.
Exod. 24.
Dan. 9. 10.

aliter ſuperare non poſſe, ni iciuniis eruditus inſidiantis inimici tentamenta repelleret. Daniel quoque ille futurorũ gnarus, & aduentus Dñi conſcius, & euerſionis Hieruſalẽ manifeſtiſſimus prædicator, ideo Vir deſideriorũ appellatus eſt, quia panẽ deſiderij non comedit, & potũ cõcupiſcentiæ nõ bibit, quia magis Chriſtum quã epulas deſiderabat. Ioannes quoq; præcurſor Dñi locuſtis in eremo & agreſti melle nutritur, nõ animalium carnibus, nõ voluerũ ſuauitatibus paſcitur: poterat vtique iuxta Iordanẽ poſitus piſcium ſibi exhibere delicias: ſed pœnitentiã prædicaturus rigorem iciunij exemplo ſuo magis debuit & factis oſtendere quã voce. In Euangelio quoq; cũ quidã dæmone plenus Domino fuiſſet oblatus, quẽ Apoſtoli curare nequiuerant, interrogãtes audiunt à Domino, iſtiuſmodi genus nõ poſſe eiici niſi orationibus & iciuniis. Videte etgo, chariſſimi, quanta ſit iciuniorũ virtus, vt id facere iciunia valeãt, quod Apoſtoli nequiuerãt. Omitto cætera, ſed vnuſquiſque conſideret quanta ſit inter iciunium & ſaturitatem diſtantia, inter ventrẽ vacuũ & refertũ, inter rubẽtem faciem & ora palentia, inter os iciunũ & labia crapula diſſoluta, inter oppreſſum epulis & inediæ tenuitate vigilantẽ. Nõ dico hebdomadas, non duplicata, nõ multiplicata iciunia, ſed vel ſingulos dies abſque ciborũ nimietate tranſeamus. Ceſſent lauacra, vina vel carnes, nõ quòd creaturã Dei iudicemus eſſe dãnandã: ſed qui toto anno nobis viximus, ſaltẽ vel paucos dies viuamus & pño. Sed iciunia noſtra vt plena ſint & ſuffarta, miſericordiæ pinguedine ſagmẽtur, de mus eſuriẽtibus prandiũ noſtrũ. Nec putes, iciunia ſola ſufficere ad ſananda vulnera peccatorũ, ni medicamento eleemoſynę recreentur. Iciuniũ ergo tuũ te caſtiget, ſed lætificet alterũ: & ita fructuoſæ erunt anguſtiæ tuæ, ſi alteri latitudinẽ præſtent. Sic iciuna, vt in alio manducante prandiſſe te gaudeas. Hilatẽ enim datorem diligit Deus. Nam manducante paupere de bonis tuis, prandet Chriſtus qui ſe in paupere eſurire teſtatur.

Daniel.
Ioan. Baptiſta.
Matth. 17.
Iciuniorũ quanta ſit virtus.
De cõſe. diſt. 5. c. Nõ dico.
2. Cor. 9.

SERMO LXVI.

In eadem Dominica de confeſſione peccatorum.

SERMO III.

HORTATVR nos ſæpius ſancta Scriptura ad medicamenta fugere confeſſionis, non quòd Deus indigeat cõfeſſione noſtra, cui omnia præſto ſunt quæ cogitamus, loquimur aut agimus: ſed nos aliter ſalui fieri nõ poſſumus, niſi cõfiteamur pœnitẽtes, quod inquẽ geſſimus negligentes. Qui ſeipſum accuſat in peccatis ſuis, hunc diabolus nõ habet iterũ accuſare in die iudicii: ſi tamẽ cõfitens pœnitendo deleat quæ fecit, nec iterũ renouet quæ egit. Cõfitemini, dicit Iacobus apoſtolus, alterutrũ peccata veſtra, & orate pro inuicẽ vt ſaluemini. Iterũ beatus Apoſtolus, Ore autẽ cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Sed & Salomõ de cõfeſſione peccatorũ dicit: Qui abſcondit ſcelera ſua, nõ dirigetur: qui autẽ cõfeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiã cõſequetur. Magnum eſt ſalutis medicamẽtũ nõ iterare quę impiè geſſimus, nec priorũ cicatrices vulnerũ refauciare. Sicut autem dicit Ioãnes euãgeliſta, Si cõfiteamur peccata noſtra, fidelis eſt Deus & iuſtus vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Similiter & Pſalmiſta ait, Dixi; Cõfitebor aduerſum me iniuſtitiã meã Dño, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Viuẽs cõfiteatur peccator quæ fecit, quia nõ eſt fructuoſa cõfeſſio apud inferos, nec pœnitẽtia ad ſalutẽ proficiẽs. Ecce nunc tẽpus ſalutis: ecce nunc tẽpus acceptabile Deo. Tẽpus eſt nunc remiſſionis pœnitentibus, ſed tẽpus erit poſt mortẽ vindicationis negligentibus confiteri ſcelera ſua. Omnes enim impij amaram habent in tormentis pœnitẽtiam: ſed non proficit eis ad remiſſionẽ, ſed cõſcientia torquet ad augmẽtũ pœnarũ quas patiuntur. Potuerũt enim ſibi per cõfeſſionẽ præcauere tormẽtorũ immanitatẽ, & neglexerunt: ita ſicut foris flammis, ita intus cõſcientia ꝓpria torquẽtur. Quomodo poteſt medicus vulnus ſanare, quod ægrotus oſtendere erubeſcit? Deus confeſſionẽ noſtrã deſiderat, vt iuſtã habeat ignoſcendi cauſam. Qui peccata ſua occultat, & erubeſcit ſalubriter cõfiteri, Deũ quẽ iudicẽ habebit, habebit & vltorẽ. Optimè ſe iudicet homo in hac vita, ne iudicetur à Deo dãnatione perpetua. Duplicẽ habere debet fletũ in pœnitẽtia omnis peccator: ſiue quia per negligentiã bonũ nõ fecit, ſeu per audaciã malũ perpetrauit. Quod eũ oportuit non geſſit, & quod nõ oportuit egit. Cõfeſſio iuſtificat, cõfeſſio veniã peccatis donat, omnis ſpes veniæ in cõfeſſione cõſiſtit. Cõfeſſio opus eſt miſericordiæ, ſalus ægroti, vnicũ eſt virib⁹ noſtris medicamẽtũ cũ pœnitẽtia. Cuius ipſe Saluator in Euangelio virtutẽ oſtendit, dicẽs: Pœnitẽtiã agite, appropinquauit eũ regnũ cælorũ. Et Ioannes Baptiſta, Facite fructus dignos pœnitentiæ. Fructus dignus eſt pœnitẽtiæ, trãſacta flere peccata, & eadẽ iterũ nõ agere: ſicut ſcriptũ eſt, Ne adiicias peccatũ ſuper peccatũ. Lauamini, dicit dñs per Eſaiã prophetã, & mũdi eſtote. Lauatur itaq;, & mũdus eſt, qui & præterita plãgit, & iterũ non admittit. Lauatur, & non eſt mũdus, qui plãgit q; geſſit nec deſerit, ſed poſt lachrymas flenda hæc quę fleuerat repetit. De his beatus Petrus terribiliter ait, Canis reuerſus ad vomitũ ſuũ. Fili peccaſti, dicit Scriptura ſancta, ne adiicias iterum: ſed de priſtinis deprecare vt dimittantur tibi. Pœnitentia vera nõ annorũ numero cenſetur, ſed amaritudine animi. Vnde beatus Petrus mox à Domino indulgentiam recepit, quia amariſſimè fleuit trinæ negationis culpam. Pœnitẽtia quamuis ſit exigui tẽporis, ſi intima cordis amaritudine agitur, non deſpicitur apud iudicẽ iuſtũ Deũ, qui cordis ſecreta conſiderat. Nõ enim longitudinẽ tẽporis tantũ requirit Deus, quantũ affectũ ſynceritatis pœnitẽtis penſat. Qui eũ in Chriſtum tota mente cõfidit etiã ſi multis cõmoriatur peccatis, fides ſua viuet in æternũ. Sicut ipſe Dominus in Euãgelio dicit, Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, nõ morietur in æternũ: De morte animæ dixit, quæ propter peccatorũ ægritudines eueniet illi. Deus in natura miſericors eſt, paratus eſt ſaluare per miſericordiã, quos nõ inuenit ſaluare per iuſtitiã. Qui vult oẽs homines ſaluos fieri, & neminem perire. Qui per Prophetã ait, In quacũque die cõuerſus fuerit peccator, vita viuet & nõ morietur. Quamuis quiſque ſit peccator & impius, ſi ad pœnitentiam cõuertitur, cõſequi per miſericordiã veniã nõ dubitet. In hoc ſeculo pœnitentiam facientibus Dei miſericordia ſubuenit: in futuro autẽ pœnitentia non proficit, ſed rationem noſtrorum operum reddituri ſumus. In hac vita tantũ pœnitentiæ patet libertas, poſt mortem nulla correctionis eſt licentia.

Duplex fletus.
Matth. 4.
Fructus dignus pœnitentiæ.
Eccl. 5.
Eſaiæ 1.
2. Pet. 2.
Eccl. 21.
Matth. 26.
Ioan. 11.
1. Tim. 2.
Iacobi 5.
Rom. 10.
Prouer. 28.
1. Ioan. 1.
Pſal. 31.
2. Cor. 6.

Item de eadem Dominica ſermo De diuerſis LXVIII.

Feria ſecunda poſt primam Dominicam in Quadrageſima, De extremo iudicio cogitando.

SERMO I.

ROGO vos, fratres chariſſimi, & cum grãdi humilitate admoneo, vt mihi nullus ex vobis ſuccenſeat, aut fortè incongruum me ſuperfluũmque iudicet: quare vobis tam frequenter tremendum & vtiliter expaueſcendũ diẽ iudicij

SERMO LXVII.

iudicij inſinuare cõtendo. Si quis enim eſt, cui fortè in hac parte diſpliceam, cõſideret periculũ meum, & audiat Dñm per Prophetam ſacerdoti terribiliter comminantẽ, Si nõ annunciaueris iniquo iniquitatẽ ſuã, ſanguinẽ eius de manu tua requirã. Et iterũ, Clama, inquit, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocẽ tuã, & annuncia populo meo ſcelera eorum. Sed fortè aliquis dicit, Quare nobis tã dura aſſiduè prædicantur? quia melius eſt hic paruã amaritudinẽ ſuſtinere, & poſtea ad æternam dulcedinẽ peruenire: quã hîc habere falſum gaudiũ, & illic ſuſtinere fine fine ſuppliciũ. Audite fratres, non me, ſed Dñm in Euangelio dicentẽ: Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntur. Et væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Et hoc attendite, fratres, quia omnes carnales medici quotiẽs ad eos, qui in corpore ægrotare videntur, veniunt, omnia quæ eis delectabilia eſſe videbantur abſcindunt: & quod dulce eſt, ad integrũ interdicunt. Aliquotiens etiam frigidum accipere nõ permittunt, interdũ & amariſſimas potiones bibere cogunt, & aſperrimis ferramẽtis eorum vulnera frequẽter incidunt. Hoc ergo quod pro ſanitate corporum carnales medici faciunt, pro animarũ ſalute ſpiritales medici exercere contendunt. Hæc ego cogitans, fratres chariſſimi, & tam pro mea quã pro veſtra ſalute rationem me redditurũ eſſe ante tribunal æterni iudicis nõ ignorans, eligo aſpera quidẽ, ſed ſalubria vobis medicamenta ingerere: vt vobiſcum poſtea in angelorũ cõſortio perpetua merear incolumitate gaudere. Et hæc quidem nõ ideo ſuggero, quòd vos admonitiones noſtras ſenſerim non libẽter accipere: ſed quia me neceſſe eſt & pro veſtra & pro mea ſalute frequentiùs prædicare, ſtudeo veſtros animos & ad timẽdum iudiciũ, & ad deſiderandum præmium excitare: vt exceptoria ſancti pectoris veſtri ad recondendã ſpiritalẽ vindemiam, ſicut ſemper feciſtis, auxiliãte Domino fideliter præparetis. Quotiens vobis durũ aliquid prædicamus, non hoc ideo dicimus, quòd à vobis tale aliquid fieri ſuſpicemur: ſed ideo iterũ illa quæ non facitis denunciamus, vt illa in quib⁹ fortè præuenti fueritis, ſanare poſſimus. Solet eũ fieri, vt dum maiora timentur, minora celeriùs caueantur. Quomodo eũ theriaca bibitur, ne corporibus poſſint præualere venena, hoc auſtera prædicatione geritur, vnde animarũ præparentur antidota. Certũ eſt, fratres chariſſimi, quòd ſi ſemper beneficia Dei noſtri, quæ nobis nullis præcedẽtibus meritis noſtris collata ſunt, aſſiduè cogitamus, peccata noſtra nobis aut nõ dominantur: aut ſi fortè ſurrepſerint, citò per pœnitentiam corrigunturꝰ. Quis enim vel mente cõcipere, nõ dicam verbis poſſit exponere, quanta circa nos ſint Dei noſtri beneficia? Fecit enim nos, cũ non eſſemus, reparauit nos poſtea, cũ periſſemus. Mortẽ ſuſcepit, pretioſo nos ſanguine liberauit, ad inferna deſcẽdit, de faucib⁹ nos æternæ mortis eripuit, cælorũ nobis etiam præmia promiſit. Hæc omnia, fratres dilectiſſimi, pio & benigno animo cogitantes, quãtum poſſumus, cũ ipſius adiutorio beneficiis ſuis vicẽ rependere feſtinemus. Nõ reddamus mala pro bonis, ſed quantũ poſſumus voluntati illius obtẽperare fideliter ſtudeamus, totis viribus innitẽtes, vt præcepta ipſius magis nobis pariant de ſequacitate remediũ, quã de trãſgreſſione iudiciũ. Nã quid faciemus, chariſſimi, in illo metuendo iudicij die, cũ tremente mũdo Dñs præcinentibus angelorũ buccinis, in illo maieſtatis ſuæ throno circũdatus cæleſtis militiæ luce conſederit: ibiq; de terræ gremio & antiquo puluere ſuſcitato humano genere, aſtante teſtimonio cõſcientiæ ſingulorũ, poſitis in cõſpectu peccatorum pœnis, iuſtorũmque præmiis, rationem vitæ cœperit poſtulare, & plus iam iuſtus quàm miſericors, ſeueritate iudicis contẽptæ miſericordiæ reos cœperit accuſare, & dicere: Ego te, ô homo, de limo manib⁹ meis feci, ego terrenis attubus infudi ſpiritum, ego tibi imaginẽ noſtrã ſimilitudinẽque conferre dignatus ſum, ego te inter paradiſi delicias collocaui, tu vitalia mandata cõtẽnens, deceptorẽ ſequi quã Deũ maluiſti? Cũ expulſus de paradiſo iure peccati mortis vinculis tenereris, virginalẽ vterũ ſine diſpẽdio virginitatis pariendus introiui, in præſepio expoſitus & pannis obuolutus iacui, infantię cõtumelias humanóſque dolores, quibus tibi ſimilis fierẽ, ad hoc ſcilicet vt te mihi ſimilẽ facerem, pertuli: irridentium palmas & ſputa ſuſcepi, acetũ cũ felle bibi: flagellis cæſus, vepribus coronat⁹, cruci affixus, vulnere perfoſſus, vt tu eripereris morti, animã in tormẽtis dimiſi. En clauorũ veſtigia, quibus affixus pepẽdi. En perfoſſum vulneribus latus. Suſcepi dolores tuos, vt tibi gloriã darẽ: ſuſcepi mortẽ tuã, vt in æternũ viuerẽs. Cõditus iacui in ſepulchro, vt tu regnares in cælo. Cur quod pro te pertuli perdidiſti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renuiſti? Nõ te ego de morte mea quæro, redde mihi vitã tuam pro quã meã dedi. Redde mihi vitã tuã, quã vulnerib⁹ peccatorum indefinenter occidis. Cur habitaculum quod mihi in te ſacrauerã, luxuriæ ſordibus polluiſti? Cur corpus meũ illecebrarum turpitudine maculaſti? Cur me grauiore criminũ tuorũ cruce quã illa in quã quondã pependerã affixiſti? Grauior enim apud me peccatorũ tuorũ crux eſt, in qua inuitus pendeo, quã illa in qua tui miſertus mortem tuã occiſurus aſcendi. Cũ eſſem impaſſibilis, pro te pati dignatus ſum: ſed tu deſpexiſti in homine Deũ, in infirmo ſalutẽ, in via reditũ, in iudice veniã, in cruce vitam, in ſuppliciis medicinã. Et quia poſt omnia mala tua ad medicamẽta pœnitentiæ cõfugere noluiſti, ab auditu malo non mereberis liberari. Qui tunc erit ſtridor dentiũ, cũ ſanctorum multitudine ad dexteram regis & ad gloriã ſegregata, peccati populus in profunda tartari ſine vllã miſerationis ac veniæ ſpe demerſus, excludi ſe tenebris ſuis à beata ſanctorum luce viderit, & in profundi ſinum ſine fine deſcendẽs, vrgente os ſuũ puteo, æterna ſupplicia & perpetuã mortẽ non moriturus aſpexerit? Fruſtrà autẽ à paupere quẽ in hac vita deſpexit miſericordiã poſtulabit, fruſtrà extremũ Lazari digitũ, quo ardens refrigeretur, ardentibus labiis rogabit apponi. Quã vellet miſer, cũ pauperum gloriam viderit, duris quondam paupertatis ſubiacuiſſe laboribus, & in illa vita quæ cum vita morerentur mala portaſſe, ne ad illa æterna mereretur ſupplicia peruenire. Vt ergo hæc tam dura & tam terribilia ante illud tribunal æterni iudicis audire non mereamur, dum adhuc licet, & cum Dei adiutorio in poteſtate noſtra eſt, conſideremus conſcientias noſtras: & ſi aliqua crimina vel peccata capitalia nec dum eleemoſynis & orationibus purgata nobis adhuc dominari cognoſcimus, portum pœnitentię deuictis peccatorum fluctibus Chriſto iuuante feſtinemus intrare: & ſi quid in nauicula animæ noſtræ multis tempeſtatibus peccatorum, aut per ſuperbiam fractum, aut per auaritiam ruptum, aut per luxuriam reſolutum eſſe cognoſcimus, componere vel reparare bonis operibus feſtinemus. Studeamus iugiter vitiorum exhaurire ſentinam. Non enim nocent peccata præterita, ſi non placent præſentia. Sicut enim nulli iuſtorum ſufficit iuſtitia ſua, ſi non perſeuerauerit vſque in finem: ita nulli peccatorum nocere poterit iniquitas ſua, ſi antequam de corpore iſto diſcedat, ad eleemoſynarum remedia vel ad pœnitentiæ medicamenta confugerit. Sed quia quando vel qua hora

Ezech. 3.
Eſaiæ 58.
Matth. 5.
Lucæ 6.

hora de hoc seculo rapiamur scire non possumus, sine vlla dilatione vel mora de sinistra fugere festinemus ad dexteram. Nõ sanitati, nõ ætati credendũ est. Nõ in remediũ salutis suæ semper tardandus est, qui vitæ suę semper incertus est: quia qui nos securos fecit dicẽdo,
Ezec.18. Peccator in qua die conuersus fuerit, omnes iniquitates illius obliuioni tradunturipse nos etiam cautos esse voluit dicens, Nolite tardare cõuerti ad Dñm, nec
Eccl.5. differatis de die in diẽ. Si fortè quando generaliter omnes ad pœnitentiã prouocamus, aliquis intra se cõgiteret dicens: Ego iuuenis homo vxorem habens, quomodo possum aut capillos minuere, aut habitũ religionis assumere? Nec nos hoc dicimus, fratres charissimi, non hoc prædicamus vt iuuenes qui coniugia habere videntur, habitũ magis quã mores habeant commutare. Quid eũ homini vxorẽ habenti nocet, si mores perditos voluerit ad opera bona vel honesta conuertere, si peccatorũ suorũ vulnera eleemosynis, iciuniis & orationibus ad sanitatẽ pristinã studeat reuocare? Vera eũ conuersio sine vestimentorũ cõmutatione sufficit sibi. Vestimenta verò religiosa sine bonis operibus nõ solũ remediũ habere non poterunt, sed etiam iustũ Dei iudicium sustinebunt. Cõuertamur ergo ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Hic extinguamus mortem moriendo peccatis, hic vitam vitæ meritis acquiramus, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Feria tertia post primam Dominicam in Quadragesima, de beato Abraham.

SERMO LXVIII. SERMO I.

Erit in appendice sermo XXXVII.

Feria quarta post primam Dominicam in Quadragesima, de ieiunio, cataclysmo & arca Noë.

SERMO LXIX. SERMO I.

HOs sanctæ Quadragesimæ dies, fratres charissimi, debemus omni cum veneratione suscipere, nec longiorem numerũ huius tẽporis fastidire: quia quanto plures dies sunt ieiunij, tãto melior est causa remedij, quanto prolixior abstinentiæ cursus, tanto redemptio copiosior est salutis; quanto austerior cura vulnerũ, tanto medicina est salubrior peccatorũ. Deus enim qui est nostrarũ medicus animarũ, cõgruens tẽpus instituit, quod & iustis satis sit ad adorãdũ, & peccatoribus sufficiat ad rogandũ. Illi requiẽ postulantes, hi veniã deprecãtes. Cõgruens eũ tẽpus est Quadragesimę, nec breue est ad exorãdũ, nec longũ est ad promerendũ. Quadraginta eũ dictũ ieiuniis, quæ vis iniquitas peccatoris exorari potest, & quantauis seueritas iudicis mitigari. Illi longũ & fastidiosum fortè sit tẽp⁹, qui nec orat de culpa, nec sperat de venia. Desperatio enim nec cõfiteri de scelere, nec indulgẽtiã nouit sperare de iudice. Sanctus igitur & salutaris Quadragesimæ cursus est, quo adducitur ad misericordiã peccator per pœnitentiã, iustus ad requiẽ. His enim diebus solito amplius & diuinitas miseretur, & delinquentia deprecatur, & iustitia promeretur. Patent eũ omnia, & cæli ad indulgentiã, & peccator ad cõfitendũ, & lingua ad postulãdũ. Salutaris, inquã, & mysticus est quadragenarius numerus. Nã primũ cũ mũdi faciẽ iniquitas hominũ possideret, tot dierũ curriculo Deus effusis de cælo imbribus, vniuersam terrã diluuio superfudit. Vides ergo iã illo tẽpore mysteriũ in figura dispositũ. Nã sicut tũc quadraginta diebus pluit ad purgandũ mũdũ, ita & nũc quadraginta diebus miseretur ad hominẽ purificandũ: quanquã & illius temporis diluuium misericordia dicenda est, quo iniquitas oppressa est, & iustitia cõseruata. Pro misericordia enim factũ est, vt & iusti euaderẽt, & iniqui amplius nõ peccarẽt. Pro misericordia planè vidimus illud fuisse diluuium, quo veluti baptismo quodã totius est mundi facies innouata: scilicet vt qui perditorũ hominũ scelere sordebat ad crimina, beati Noë habitatione floreret ad gratiã: & qui iniquitatis erat purgatoriũ tunc, modò fieret domiciliũ sanctitatis. Diluuiũ inquam illud, huius nostri fuit similitudo baptismatis. Hoc eũ tunc gestũ est, quod nũc agitur: hoc est, vt exuberantibus aquarũ fontibus periclitarẽtur vitia, iustitia sola regnaret, mergerẽtur in profundũ peccata, sanctitas vicina cęlo portaretur. Modò enim, sicut dixi, hoc quod nunc agitur in ecclesia Christi, sicut Noë arca submersis omnibus vitiis peccatorũ, in baptismatis fonte cælo vicina portatur ecclesia: & deletis omnium superstitionibus idolorũ, fides regnat in terris, quæ de Saluatoris arca procedit. Sanctũ ergo & sacratũ Quadragesimæ tempus est, quod statim ab initio cœpit, inter iustos & iniustos discernere, bonos à malis quodã iudicio separare. Quod quidẽ similiter fieri etiã in hac nostra Quadragesimæ obseruatione perspicimus. Nã per hos quadraginta dies separantur mali à bonis: hoc est, luxuriosus à casto, à ieiuno intẽperans, à Christiano gentilis. Separatur, inquam, malus à bono: hoc est, peccator à iusto, diabolus à sancto, hæreticus à fideli. Relictis eũ his omnibus ad similitudinẽ diluuij tanquã in naufragio seculi, sola ad instar arcæ illius in altũ cũ suis virtutibus eleuatur Ecclesia. Nã & nos, etsi peccatores, ad imitationẽ sancti Noë annunciamus vobis mundi futurũ esse excidiũ, & illos tantũmodo dicimus periculis euasuros, quos triplex arca intra se gremio religionis inclauserit. Triplex enim arca est Ecclesia, quæ triniratis cõtinet sacramẽtum. Nã cũ dicit Scriptura, Bicameratam & tricameratam eam fuisse, vtique demõstrat tripliciter diuinitatis illam gratiam esse distinctã. Annunciamus igitur sicut Noë, mundi futurum esse naufragium, & ad hanc domũ cõfugere omnes homines admonemus. Et sicut Noë filios suos in arca recepit, ita & nos filios nostros optemus in ista arca suscipere. Quisquis enim in hac domo vult habitare nobiscum, noster est filius. Sed dicit aliquis, sancti Noë prędicationis vocẽ in Scripturis minimè esse descriptam. Audi igitur: Noë & si tacebat voce, opere loquebatur: silebat lingua, fabricatione clamabat. Nã vtiq; cũ operaretur opus nouum, & nulli aliquando cõpertum, admonebat cunctos, nouis periculis noua tabernacula præparari. Loquebatur ergo opere, & dicebat illud Euangelicũ Dñi dictũ, Si mihi nõ creditis, operibus credite; & credẽdo periculũ euadere poteritis, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Quadragenarius numerus mysticus. Gen.7. Gen.6. Ioan.10.

Item eodem die Homilia de Euangelio dici, quæ habetur de quæstionibus Euangeliorum libro primo, cap.7. & 8. tom.4.

Feria quinta post primam Dominicam in Quadragesima, de tribus viris qui beato Abrahæ apparuerunt.

SERMO LXX. SERMO I.

REQVENTER admonui charitatem vestram, fratres dilectissimi, vt his lectionib⁹ quæ diebus istis in ecclesia recitantur, non hoc tantũ attendere debeamus, quod ex litera sonare cognoscimus, sed remoto velamine literæ, viuificantem spiritum fideliter requiramus. Sic enim dicit Apostolus: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Denique infelices Iudæi, & plus infelices hæretici, dum solum literæ aspiciunt sonũ, quasi corpus sine anima, ita sine vitificante spiritu mortui remanserunt. Nos audiamus Apostolũ dicentem, Quia hæc
1.Cor.10. omnia in figura cõtingebant illis: scripta sunt autẽ, propter nos. Videamus ergo quid sit, quod modo cùm di-
Genes.18. uina lectio legeretur audiuimus. Visus est, inquit, Deus Abrahæ, cũ sederet ad ostiũ tabernaculi sui ad ilicem Mambre. Ecce, inquit, tres viri astiterũt super eũ, & exiit in occursum eius. Attẽdite, fratres, & videte qualiter Deus apparuit Abrahæ, & qualiter apparuit Lot.
Genes.19. Ad Abrahã tres veniunt, & stant super eũ: ad Lot duo veniunt, & sedẽt in platea. Videte fratres, si nõ dispensatione sancti spiritus pro meritis ea geruntur. Etenim Lot longè inferior erat Abraham. Nisi enim inferior fuisset, à beato Abrahã separari nõ meruisset, nec ei Sodomorũ habitatio placuisset. Veniunt ergo ad Abrahã tres viri in meridie, venerũt ad Lot duo, & vespere veniunt. Nõ eũ sustinebat meridianæ lucis magnitudinem Lot, Abrahã verò poterat plenũ fulgorẽ lucis excipere. Nũc videamus qualiter Abrahã, & qualiter Lot susceperunt venientes. Præsumpsit Abrahã, & occurrit obuiam eis: & cũ occurrisset, festinat ad tabernaculum, & dicit ad vxorẽ suã: Festina, inquit, & conspergetres mensuras similaginis, & fac subcinericios panes, quod Græcè encryphias dicitur, occultos videlicet & absconditos indicans panes. Ipse autẽ Abrahã ad armentum cucurrit, & accepit vitulũ. Qualẽ vitulum? Fortè qui potuit primus occurrere: nõ ita est, sed vitulum bonum & tenerum. Tulit ergo vitulum, & dedit puero: Puer, inquit, festina facere eũ. Videte fratres, attendite quã feruenti animo hospites debeatis excipere. Ecce ipse Abraham currit, vxor festinat, puer accelerat. Nullus est piger in domo sapientis. Ecce æqualia sunt Abrahæ & Saræ hospitalitatis officia. Lot verò excepit quidẽ, sed duos tantũ, & non integrã trinitatẽ, nec in meridie, sed ad vesperum. Et quid eis apposuit? Coxit, inquit, azyma, & comederunt. Et quia meritis mũlto inferior erat Abrahã, nec vitulũ saginatum habuit, nec in tribus mensuris similaginis, mysterium trinitatis agnouit: tamen quia vel hoc quod potuit benigno animo obtulit, de perditione Sodomorum liberari promeruit. Attendite fratres, quia etiam & Lot, dum hospites nõ repellit, angelos excipere meruit. Ecce hospitalem domum angeli ingrediuntur, clausæ hospitibus domus flammis sulfureis concremantur. Venerunt ergo tres viri ad Abrahã, & steterunt super eum. Hoc ipsum videte, quare sit quòd super eũ veniunt, non contra eum. Subiecerat se voluntati Dei, & ideo super eum stare dicitur Deus. Astiterunt, inquit, super eũ, non cõtra eũ ad repellendũ, sed super eum ad protegendũ. Tres viros suscepit, tribus mensuris panes apponit. Quare hoc, fratres, nisi qũia mysteriũ trinitatis intelligit: Apponit & vitulũ, qui vitulus non est du-
Ioan.3. rus, sed tener. Et quid tam tenerum, quid tam bonum, quàm est ille qui se pro nobis humiliauit vsq; ad mortem? Ipse est ille vitulus saginatus, quem pro recepto pœnitenti filio iugulat pater. Sic enim dilexit Deus mundũ, vt filium suum vnigenitum daret. Tribus occurrit Abrahã, & vnum adorat. In eo autem quòd tres vidit, sicut iam dictũ est, trinitatis mysteriũ intellexit. Quòd autẽ quasi vnũ adorauit, in tribus personis vnũ Deũ esse cognouit, ad vnum loquitur dicens, Declina ad puerũ tuũ. Addit etiã, quasi ad homines loquẽs: Accipiam, inquit, aquam, & lauentur pedes vestri. Discite fratres à beato Abraham, hospites libenter excipere, pedes eorum cum humilitate & pietate lauare. Lauate, inquam, sanctorum peregrinantium pedes, ne fortè in illis remaneat puluis, quẽ ad iudicium vestrũ possint de pedibus suis excutere. Sic enim in Euangelio dixit: Qui nõ susceperit vos, exeuntes excutite puluerẽ de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ in die iudicij, quã illi ciuitati. Hoc ergo præuidebat in spiritu Abrahã, & ideo volebat præuenire & lauare pedes; ne quid fortè puluerisideret, quod ad testimoniũ incredulitatis excussum posset in die iudicij reseruari. Propterea ergo dicit sapiẽs Abraham, Accipiam aquam, & lauentur pedes vestri. Diligenter hæc audite, fratres, qui hospitalitatẽ exercere nõ vultis, qui hospitẽ velut hostem excipitis. Ecce beatus Abraham dũ homines feruenter exciperet, ipsum Deũ suscipere hospitalitatis cõtemplatione promeruit. Hoc etiam in Euangelio Christus confirmauit, dicens: Hospes fui, & suscepistis me. Nolite ergo Matth. 25.
negligere peregrinos, ne fortè quẽ non excepistis, ipse sit Christus. Vbi tamen factum sit hoc? Ad ilicẽ Mambre, quod in Latina lingua interpretatur Visio, siue perspicacia. Vides qualis sit locus in quo Dñs potest habere conuiuium? Delectauit eũ eum visio & perspicacia Abrahæ. Erat enim mũdus corde, vt posset Deũ videre. In tali ergo loco, & in tali corde potest Dñs habere conuiuiũ. De ista visione Dñs in Euangelio locutus est ad Iudæos, dicens: Abrahã exultauit vt videret Ioan.8.
diem meũ: vidit & gauisus est. Diem, inquit, meũ vidit, quia mysteriũ trinitatis agnouit. Vidit patrem diẽ, filium diẽ, spiritum sanctum diẽ, & in his tribus vnum diem: sicut & pater Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus Deus, & hi tres vnus Deus. Nã & singulatim singulæ quæque personæ plenus Deus, & totæ tres simul vnus Deus. Nã & illis tribus mensuris similaginis, propter vnitatem substantię non incongruè pater & filius & spiritus sanctus intelligitur. Quod tamẽ & alio modo potest accipi, vt Saram intelligamus Ecclesiam, tres mensuras similaginis, fidẽ, spem & charitatem. In his enim tribus virtutibus vniuersæ fructus continentur ecclesiæ. Qui hæc tria in se meruit habere, securus potest ad conuiuiũ cordis sui totam trinitatem excipere.
Post hæc dixit Dominus ad Abraham: Clamor Sodo- Gen.18.
morum & Gomorrhæ ascendit ad me: descendi ergo vt viderem, si sermo qui venit ad me, opere cõpleatur, an non est ita, vt sciam. Hæc Scripturæ sunt verba, videamus quid in his intelligi dignum sit. Descendi, inquit, vt viderem. Quando ad Abraham responsa reddunturnon dicitur descendere Deus, sed supra ipsum adstare: nunc autẽ quia peccatorum causa agitur, descendere dicitur Deus. Vide ne ascensionem & descẽsionẽ localẽ sentias. Indignum est hoc de incorporea, & vbique tota sentire substantia. Sed descendere dicitur Deus, quando curam humanæ fragilitatis habere dignatur. Quod specialius de Domino ac Saluatore nostro sentire debemus, qui semetipsum exinaniuit, serui formam accipiens. Sed videamus quid est quod dicit, Descendi vt viderem, vtrũ sermo qui ad me peruenit, opere completus sit, an non est ita, vt sciam. Solent enim nos hinc impugnare Pagani, & maximè immundissimi Manichæi dicentes, Ecce nesciebat Deus legis, quid ageretur in Sodomis. Nos enim sano intellectu respondemus & dicimus, quòd aliter dicitur Deus nosse iustos, aliter nouerit peccatores. Denique de iustis quid dicitur? Nouit Dominus qui sunt eius. 2.Tim.2.
De peccatoribus quid dicitur? Discedite à me omnes Matth.7.
qui operamini iniquitatẽ, quia nõ noui vos. Et iterum Paulus apostolus: Si quis est Domini, intelligat quæ 1.Cor.14.
dico: qui autem ignorat, ignorabitur. Quid est ergo, Nescio? non noui vos, non vos agnosco in regula mea, non in vobis recognosco imaginem meam. Cognouit in vobis iustitia mea quod puniat, & non cognoscit misericordia quod coronet: ac si quorum actus indigni Deo

gni Deo sunt, indigni etiã notitia Dei dicũtur. Descẽdi ergo vt videam, nõ vt ego quid agunt sciam: sed vt ipsos scientia mea dignos efficiã, si quos ipsorũ inueniam iustos, si quos inueniam pœnitentes, si quos tales quos debeam scire. Deniq; quia nullus qui pœniteret, nullus qui conuerteretur inuentus est præter Lot, ipse solus cognoscitur, ipse solus de incẽdio liberatur. Nos verò, fratres, domus operam, & tales esse cum Dei adiutorio laborẽmus, vt digni habeamur notitia Dei, vt nos & agnoscere dignetur & scire, præstante domino nostro Iesu Christo, &c.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secũdum Ioannẽ, Dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ex Iudæis, &c. quę habetur in expositione Doctoris, ibid. tom. 9.

Item eodem die alia Homilia de eodem, quæ habetur inter sermones De verbis Domini, LVIII.

Feria sexta post primam Dominicam in Quadragesimã, de immolatione Isaac.

SERMO I.

SERMO LXXI. LECTIO illa, fratres charissimi, in qua beatus Abraham Isaac filium suum in holocaustum legitur obtulisse, ideo in ordine suo diebus Quadragesimæ non recitatur, quia, sicut ipsi nostis, in vigiliis Paschæ propter sacramentũ Dominicæ passionis reseruatur. Et quiã tunc non est in spatio, vt de ista possit aliquid dici, nunc si videtur, expositionẽ eius secundum quod eam patres nostri inspirãre Dño tractauerũt, charitatis vestræ auribus, quãtũ possumus, breuiter intimemus. Dixit ergo Dñs ad Abrahã: Tolle filiũ tuũ quẽ diligis Isaac, & offer eũ mihi in holocaustũ super vnũ montiũ, quem mõstrauero tibi. At ille surgens strauit asinam, & tulit secũ duos pueros, & Isaac filiũ suũ, & peruenit ad locũ quẽ ei ostenderat Dñs, die tertio. Abrahã enim quando Isaac filiũ suũ obtulit, typũ habuit Dei patris, Isaac verò typũ gessit Dñi Saluatoris. Quod autem ad locũ immolationis die tertia peruenitur, mysteriũ trinitatis intelligitur. Nã quòd dies tertius in sacramẽto vel mysterio accipi debeat trinitatis, frequẽter in voluminib⁹ sacris inuenitur, sicut in Exodo: Viã, inquit, triũ dierũ ibimus in desertũ. Et iterũ quando ad montẽ Sina vẽtum est, dictũ est populo: Sanctificamini, & estote parati in diẽ tertiũ. Et Iosue transiturus Iordanẽ, vt in die tertia populus paratus sit admonuit. Et Dominus die tertio resurrexit. Hoc ideo diximus, quia beatus Abraham die tertio venit ad locũ, quẽ ei ostẽderat Dominus. Duo pueri quos cũ asina Abrahã remanere iussit, typũ habuerunt populi Iudæorũ, qui pro eo quòd in Christo nõ erant credituri, ideo ad locũ vbi immolandus erat, ascendere vel peruenire nõ poterant. Asina illa significauit synagogã: aries verò ille qui inter spinas cornibus tenebatur, & ipse typũ Domini habuisse videtur. Nã & Christus quasi cornibus inter spinas hærebat, quãdo ad crucis cornua clauorũ cõfixione pendebat. Quod verò Isaac ipse sibi ad immolandũ ligna detulit, & in hoc Christũ Dominũ figurauit, qui ad locum passionis crucẽ suã ipse portauit. De quo mysterio multo antè dictũ fuerat per Prophetã: Et erit, inquit, principatus eius super humerũ eiʹ. Tũc eũ Christus principatũ super humerũ eius habuit, quando crucem suã admirabili humilitate portauit. Nõ incõgruè crux Christi significat principatũ. Nam per ipsam & diabolus vincitur, & totus mũdus ad Christi notitiam vel gratiã reuocatur. Deniq; sic & Paulus dicit, cũ de passione Dñi loqueretur: Factus, inquit, obediens patri vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis: propter quod & Deus illũ exaltauit, & donauit illi nomẽ quod est super omne nomẽ. Hoc ideo diximus, fratres, vt agnosceret charitas vestra quòd principatus Christi, de quo scriptum est, Et erit principatus super humerũ eius, nõ sit aliud nisi crux eius: & ideo lectio ipsa in Pascha legitur, quãdo Isaac verus, cuius typũ gerebat filius Abrahæ, pro genere humano patibulo crucis affigitur. Legitur etiã in ipsa lectione, quòd veniens beatus Abraham cũ filio suo, viderit locũ à longè, & dixerit ad pueros: Sedete hîc cũ asina, ego & puer proficiscemur, & cũ adorauerimʹ, reuertemur ad vos. Quare pueris, qui figurã habuerunt Iudæorũ, dicitur, Sedete hîc cum asina? Nõne asinã illã sedere fecit, fratres charissimi? Sed ideo dicitur, Sedete cũ asina: quia Iudæorũ populus, qui in Christũ crediturus nõ erat, stare nõ poterat, sed vt debilis, & velut peccator languidus, qui baculũ crucis despexerat, in terrã casurus erat. Dixit ergo Abraham beatus, Sedete hîc cũ asina, ego & puer proficiscemur, & cũ adorauerimus reuertemur ad vos. Quid est quod dicis beate Abrahã? Ad immolãdũ filium vadis, & dicis cũ filio reuerteris? Si eũ in holocaustũ obtuleris, vtiq; tecũ redire nõ poterit. Potuit respondere beatus Abraham: Verũ dico, & offero filiũ, & cũ filio reuertar ad vos. Tãta est fides mea, vt credam q̃ ille qui mihi eũ de matris sterilis vtero dignatus est dare, possit etiã eũ mortuũ suscitare: & ideo verũ dico, quia cùm adorauerimus reuertemur ad vos. Quòd autẽ aries occisus est, & Isaac nõ est occisus, ideo factũ est, quia Isaac figura & veritas nõ erat. In ipso designatũ est quod postea in Christo cõpletũ est. Videte Deũ cum hominibus magna pietate certantẽ. Abrahã mortalẽ filium nõ moriturũ obtulit Deo, & Deus immortalẽ filiũ pro hominibus tradidit morti. Potest tamẽ & de beato Isaac, & de illo ariete etiã sic intelligi, vt in beato Isaac significata sit diuinitas, in ariete humanitas Christi. Et quia in passione nõ diuinitas crucifixa creditur, ideo non Isaac, sed aries immolatur. Dei eũ filius vel vnigenitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. Audite aliud sacramentũ, fratres charissimi. Hieronymus presbyter scripsit, ab antiquis & seniorib⁹ Iudæis se certissimè cognouisse, quòd ibi immolatʹ sit Isaac, vbi postea Christus crucifixus est. Deniq; ab eo loco vnde beatus Abrahã iussus est proficisci, tertio die ad locum vbi Christus crucifixus est peruenitur. Etiã hoc antiquorum rẽlatione refertur, quòd & Adam primus homo in ipso loco vbi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo caluariæ locum dictum esse, quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. Et verè, fratres, nõ incõgruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus. Et dignum erat vt vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia: & sanguis ille pretiosus etiã corporaliter pluuerem antiqui peccatoris dum dignatur stillando cõtingere, redemisse credatur. Hæc enim, fratres charissimi, secundum quod potuimus, è diuersis Scripturarum voluminibus, pro animæ nostræ profectu collegimus, & charitatis contẽplatione suggessimus. Vos verò, auxiliante Domino, dum frequentiùs Scripturas diuinas relegitis, si diligenter attẽditis, credo quòd etiam meliorem expositionem inuenire possitis. Rogo vos, fratres, vt quicunque aut filium, aut vernaculum suum baptizari desiderat, iam nunc eum ecclesiæ offerre non differat: quia non est iustum, vt res quæ tam magna, tam præclara creditur, negligenter aut tardius quàm expedit requiratur. Timeo enim ne aliquæ mulieres ideo tardiùs infantulos suos offerant, qui a cũ ipsis ad vigilias venire dissimulant. Certissimè enim credimus, quòd qui statim, incipiente Quadragesima, eos qui baptizandi sunt offerre voluerint, & cum ipsis ad vigilias feliciter venerint, & filij eorum legitimo ordine accipient baptismi sacramentum, & ipsi acquirent indulgentiam peccatorum, præstante Domino nostro Iesu Christo, &c.

Gen. 22.

Exod. 5.

Exod. 19.

Matth. 28.

Esaiæ 9.

Philip. 2.

In eadem feria, de tentatione Abrahæ à Deo.

SERMO LXXII. SERMO D. AVGVT. II.

Hunc sermonem de immolatione Isaac Beda citat ad Heb. 11. ad Eph. 4. ad Rom. 2. Apud Possidium legitur de filio Abrahæ ducto ad sacrificiũ.

CAPT. al. *Notissima patriarchæ Abrahæ fides redd.*

NOTISSIMA † pietas patris nostri Abrahæ reddita est nõbis in memoriam per recentẽ lectionẽ: & est quidẽ ita mirabilis, vt nullũ cor arbitrandũ sit tã obliuiosum, vt inde aliquãdo elabi possit. Veruntamẽ nescio quomodo, quotiescunque legitur, quasi tũc fiat, ita afficit mentes audientiũ. Magna fides magna pietas, nõ solũ in Deũ, sed etiã in ipsum vnicũ filiũ, cũ nihil mali credidit esse pater quicquid de illo iusserat qui creauit. Pater eũ filij sui esse poterat Abraham, secũdũ operationẽ carnis: nõ autẽ creator & cõditor, secundũ operationẽ maiestatis. Si quidẽ, sicut dicit Apostolus, nõ secundũ carnẽ natus est Isaac Abrahæ, sed ex promissione: nõ quia cũ carne nõ erat operatus, sed quia de summa eũ desperatione susceperat: Et nisi adesset promittens Deus, nihil iam senex de viscerib⁹ aniculæ cõiugis sperare audebat posteritatis. Sed credidit nasciturũ, & nõ plangit moriturũ. Eius dextera eligitur ad sacrificiũ, vt moreretur: cuius cor erectũ est ad fidẽ, vt nasceretur. Nõ trepidauit Abrahã credere, quãdo promittebatur, nõ trepidauit offerre quãdo exigebatur: nec fuit religio credẽtis contraria deuotioni obtẽperantis. Hoc dico, nõ sibi dixit Abrahã, Deʹ mihi locutus est, quãdo ꝓmisit filiũ. Credidi, q̃ mihi daturus esset Deus posteritatẽ. Et qualem posteritatẽ? Vt diceret mihi, In Isaac vocabitur tibi semẽ. Et ne fortè sic vocaretur mihi semẽ in Isaac, vt ante me meus filiʹ moreretur: In semine tuo, inquit, benedicentur oẽs gẽtes. Ipse ergo mihi loquens promisit filiũ, & ipse exigit, vt occidam? Nõ fecit sibi quẽstionẽ quasi de contrariis & sibi aduersantibus verbis Dei promittentis filiũ nasciturũ, & postea dicẽtis, Occide mihi filiũ tuũ: sed erat in corde eius semper fides incõcussa, & nullo modo deficiens. Cogitauit enim Abrahã, Deũ qui dedit vt ille de senibus nasceretur qui nõ erat, posse etiã de morte reparare. Amplius est eũ quod iã fecerat Deus, cũ qui nõ erat post tantam desperationẽ videbat sibi datũ filiũ, & si humanã infirmitatẽ cõsulas, impossibile. Adiecit itaq; animũ ad fidẽ: non credidit aliquid impossibile esse creatori: qui, quemadmodũ crediderat, filiũ suscepit. Credidit postea iubẽti Deo: iã in se suscepto filio probauerat Deũ. Credidit suscepturus filiũ, credidit occisurus. Vbique fidelis, nusquã crudelis. Omnino perduxit filium ad locum victimæ: armauit etiã dexterã cultro. Attendis quis feriat, & quẽ feriat, attẽde quis iubeat. Pius ergo Abrahã obtemperando: quid Deus in iubẽdo? Nõne fortè infirmis, nõ dicã sacrilegis animis ipse displiceat qui iubeat? Sed si placet qui obtẽperabat, quomodo displiceret qui iubebat? Quia si Abrahã bene fecit obtemperando, multo melius, & longè melius, incõparabili modo Deus iubendo. Fortasse sacramentũ quæratur.

Gen. 22.

Galat. 4.

Genes. 21.

Genes. 22.

2. Retract. 22.

CAPVT II.

NON enim frustrà hoc Deus iuberet, aut carnaliter accipiẽdum est, quod lectum fortasse nonnullorũ minus intelligentium corda cõmouit. Tentauit, inquit, Deus Abraham. Sic ergo ignatus est Deus rerũ, sic nescius cordis humani, vt tẽtando hominẽ inueniat? Absit. Sed vt ipse homo se inueniat. Primò itaq;, fratres, ꝓpter illos qui aduersantur legi veteri, Scripturæ sanctæ, quia nõnulli non intelligentes citius volũt exagitare quod nõ intelligunt, quã quærere vt intelligant, & nõ fiunt humiles inquisitores, sed superbi calumniatores: propter hos ergo qui Euangeliũ volũt accipere, & legem veterem respuere, putantes in via Dei posse se esse, & recẽtè vno pede ambulare, quoniã sunt nõ scribæ eruditi in regno Dei, qui proferũt de thesauro suo noua & vetera. Propter hos ergo tales, ne qui fortè hîc lateant, aut si hîc non sunt, habeant qui assunt, quid talibus respondeant, breuiter soluẽda est ista quæstio. Dicimus talibus, Euãgeliũ accipitis, legẽ nõ accipitis. Nos autẽ dicimus, eundẽ esse Euangelij misericordissimũ largitorẽ, qui extitit etiam legislator terribilis. Lege eũ terruit, Euãgelio cõuersos sanauit: quos vt cõuerteret lege tertuerat. Imperator dedit legẽ, & multa cõmissa sunt cõtra legẽ. Lex quã dedit imperator, nõ nouerat nisi punire peccãtes. Restabat ergo, vt ad soluenda delicta eorũ ipse eũ indulgentia veniret qui legẽ præmiserat. Sed quid dicit peruersum cor, quia dicit se accipere Euangeliũ, legẽ verò respuere? Quare respuit: Quia scriptũ est, inquit, Tentauit Deus Abrahã. Ego Deum colam qui tentat? Christũ cole, quem habes in Euangelio. Ipse reuocat te ad intelligẽdã legẽ. Sed quia nõ transierũt ad Christũ, in suo phantasmate remãserunt. Non enim colũt Christũ qualis prædicatur in Euangelio, sed qualẽ ipsi sibi finxerũt: propterea super velamẽ stultitiæ suæ naturalis, addunt alterũ velamen peruersæ opinionis. Et quando per duplex velamẽ poterit videri quod lucet in Euangelio?

Matth. 13.

CAPVT III.

DISPLICET tibi tẽtans Deus, displiceat tibi tentans Christus. Sed cũ placuerit tibi tentãs Christus, placeat tibi tentãs Deus. Et Christus enim filius Dei Deus, & cũ patre Christus vnus Deus. Vbi igitur legimus tentantẽ Christũ? Euangeliũ loquitur. Ait enim Philippo, Habentes panes; date illis manducare. Et sequitur euangelista, Hoc autẽ dicebat, tẽtãs eũ. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Refer nunc animũ ad Deũ tentãtem Abrahã. Hoc enim dicebat & Deus, tentans Abrahã. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Agnoscitur tẽtator Deus, agnoscitur tentator Christus: corrigatur tentator hæreticus. Nõ enim sic tẽtat hæreticus, quomodo tẽtat Deus. Deus enim tentat, vt aperiat homini: hæreticus tentat, vt Deum sibi claudat. Ergo nouerit charitas vestra, tentationem Dei non id agere, vt ipse aliquid cognoscat quod antè nesciebat: sed vt illo tentante, id est, interrogante, quod est in homine occultũ prodatur. Nõ enim sibi homo ita notus est, vt creatori: nec sic æger sibi notus est, vt medico. Ægrotat homo, ipse patitur, medicus non patitur: & ab illo qui nõ patitur expectat audire quod patitur. Ideo in Psalmo clamat homo, Ab occultis meis munda me Dñe: quia sunt in homine occulta ipsi homini in quo sunt: & nõ procedũt, neq; aperiũntur, neq; inueniũtur, nisi in tẽtationibus. Si Deus cessat tẽtare, magister cessat docere. Si Deus tẽtat vt doceat, diabolus tentat, vt decipiat. Cui tamẽ nisi ille qui tẽtatur dederit locum, inanis tẽtatio & irridẽda repellitur. Ideo Apostolus, Neq; detis, ait, locum diabolo. Dãt autẽ locũ homines diabolo ex concupiscẽtiis suis. Non enim vident diabolũ homines cũ quo pugnãt, sed facilè habẽt remediũ. Seipsos interiʹ vincãt, & de illo foris triũphãt. Quare hoc dicimus? Quia nescit se homo, nisi in tẽtatione discat se. Cũ autẽ didcerit se, nõ se negligat. Si eũ se negligebat latẽtẽ, non se negligat notum sibi. Quid ergo dicimus, fratres? Et si sciebat se Abrahã, nos nõ noueramus Abrahã. Aut sibi, aut certè nobis, ꝓdẽdʹ erat. Sibi, vt sciret vnde gratias ageret: Nobis, vt sciremus vel quid à Dño deprecaremur, vel quid in homine imitaremur.

Tentare Dei.

Psal. 18.

Ephes. 4. Beda.

CAPVT IV. Deo præponendum.

QVID ergo nos docet Abraham? Vt breuiter dicã, vt Deo nõ præponamus q̃ dat Deus: Interim ad literã rerũ gestarum antequam tractetur latebra sacramẽti, id est quid lateat in hoc mysterio, quo

Gen. 22.

Cõtra Manichæos.

iussus est Abraham occidere vnicum filium. Ergo nec illud quod tibi pro magno præstat Deus, præponas illi qui præstitit. Et cũ voluerit tibi subtrahere, non tibi vilescat, quia gratis amandus est Deus. Quod eũ dulcius à Deo præmiũ, quã ipse Deus? Ergo implet Abraham deuotionis obedientia, audit à deo, Nunc cognoui quoniã tu times deũ. Quod ita intelligitur, eo quòd Abraham fecerit Deus vt tibi innotesceret, sicut quãdo loquitur Propheta. Christianis loquor, vel proficientibus in schola Dei: Non sunt rudia nec noua quæ dico, sed vestræ sanctitati nobiscum vsitatissima & manifestissima. Quando Propheta loquitur, quid dicimus? Dixit Deus, planè dicimus. Dicimus etiã, Dixit Propheta. Et vtrunque rectè dicimus: vtrunque in authoritate inuenimus. Et Apostoli sic intellexerũt Prophetas, vt dicerent, Dixit Deus. Et alio loco, Dixit Esaias, vtrũq; verũ est, quia vtrunq; inuenimus in Scripturis. Soluat mihi Christianus quæstionẽ, quã modò proposui, & soluet sibi quã paulo antè proposui. Quomodo? Quia quod homo dicit de dono Dei, Deus dicit, secũdum illud, Nõ enim vos estis qui loquimini, & cætera. Et iterũ, Ecce ego Paulus loquor vobis. Et iterum, Christus qui in me loquitur. ERGO istam regulam, fratres, transferte ad illud quod aliquando tortuosum videbatur, & rectũ erit. Illũ ergo omnes intueamur, vt esurientes animas nostras ipse pascat, qui esuriuit propter nos, qui pauper factus est, cũ diues esset, vt ipsius paupertate nos ditaremur. Opportunè ad eũ paulo antè cãtauimus: Omnia à te expectãt, vt des illis escã in tẽpore opportuno. Si oãa omnes: si oẽs, & nos. Nõ ergo si quid boni in sermone daturi sumus, nos dabimus; sed ille à quo omnes accipimus, quia omnes ad Deũ expectamus. Tẽpus est, det. Sed faciamus quod dixit vt det: id est, expectemus ad eũ. Ipsum corde inueamur: quia sicut oculi corporis & aures ad nos, ita oculi cordis & aures ad illum. Patẽti aure cordis audire sacramentũ magnũ. Omnia quidẽ sacramenta diuinarũ Scripturarũ vtique magna atque diuina sunt. Sũt tamẽ insigniora, magisq; præcipua, quæ maximè intẽtos nos desiderant, & quæ præ cæteris lapsos ædificãt, satiant esurientes, qui nõ ita satientur vt fastidiant: sed sic satietas sine fastidio, pellens inopiam, non assumens cõtemptũ. Quẽ nõ mouẽat iussus immolari vnicus filius ei, à quo promissus est? Et maximè res ita gesta, vt audiuimus, intentos animos facit ad quærendũ exponi sacramentũ. ANTE omnia tamen, fratres, hoc in nomine Dñi & admonemus, quantũ possumus, & præcipimus, vt quãdo auditis exponi sacramẽtũ Scripturæ narrantis quæ gesta sunt, prius illud quod lectũ est credatis sic gestũ quomodo lectũ est, ne subtracto fundamento rei gestæ, quasi in aẽre quæratis ædificare. Abrahã pater noster homo erat temporibus illis fidelis, credens Deo, iustificatus ex fide, sicut Scriptura dicit, & vetus & noua. Susceptit filiũ de Sara vxore, iam in senectute vtrisq; cõstitutis, ex magna desperatione, sed secũdũ hominẽ. Quid autẽ de Deo desperandũ, cui difficile nihil est? Qui sic facit magna, quomodo parua: sic suscitat mortuos, quomodo creat viuos. Si pictor cadẽ arte facit murẽ qua elephantem, diuerso opere, sed arte vna: quãto magis Deus qui dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt? Quid difficile facit qui verbo facit? Qua facilitate creauit angelos vltra cælos: ea facilitate luminaria in cælis, ea facilitate pisces in mari, ea facilitate arbores & animalia in ẽra, ea facilitate magna qua parua. Cui ergo cũcta facilimũ fuit facere de nihilo, mirandũ est quia dedit seniibus filium? Tales ergo illos viros vel illos homines habebat Deus, & illo tẽpore tales fecerat præcones filio venturo, vt nõ solũ in his quæ dicebãt, sed etiã in his quæ faciebãt, vel in his quæ accidebant Christus quæratur, Christus inueniatur, Christus intelligatur. Quicquid Scriptura dicit de Abraham, & factũ est, & prophetia est, sicut Apostolus quodã loco dicit: Scriptũ est, q̃ Abrahã duos filios habuit; vnũ de ancilla, & alterũ de libera. Quæ sunt in allegoria. Hæc ergo sunt duo testamẽta. IAM ergo nõ imprudenter dicimus, quia Isac & natus est Abrahæ, & aliquid significauit: sicut & immolare filiũ iussus obtẽperat Deo, perducit ad locũ, peruenit triduo, dimittit duos seruos suos cũ iumẽto, pergit ipse quò Deus præceperat, leuat lignũ in altare, leuat filiũ super lignũ. Antequã veniat filius ad locũ sacrificij, portat lignũ quo leuandus est. Deinde cũ iam penè feriretur, sonat vox, vt parcatur, & nõ tamẽ sine sacrificio & sine sanguine fuso receditur. Apparet aries in vepre inhærẽs cornibus, immolatur, peragitur sacrificiũ. Peracto sacrificio dicitur ad Abrahã, Facio semẽ tuũ, sicut stellas cæli, & arenã maris. Et obtinebit semen tuũ ciuitates aduersariorũ: & benedicentur in semine tuo oẽs gẽtes terræ, eo q̃ exauditi vocẽ meã. Vide ergo quãdo factũ est, & quãdo cõmemoratio sit facti ipsius. Quãdo dicit ille aries, Foderũt manus meas & pedes meos, & cætera. Quãdo peractum est illud in Psalmo sacrificiũ, tunc in ipso Psalmo dictũ est, Cõmemorabuntur & cõuertẽtur ad Dñm vniuersi fines terræ: & adorabũt in cõspectu eius vniuersæ patriæ gẽtiũ. Quoniã ipsius est regnũ, & ipse dominabitur gẽtiũ. † Si cõmemorabũtur, dictũ est, præsignatũ est aliquãdo futurũ quod fieri iã videmus. VIDEAMVS ergo quomodo impletũ sit, & vnde impletũ, quo præcedẽte sacrificio impletũ, quod dictũ est Abrahæ, In semine tuo benedicẽtur oẽs gẽtes. Felices gẽtes, quæ illud nõ audierũt, & nũc legẽtes crediderũt, quod credidit ille qui audiuit, Credidit eũ Abrahã Deo, & reputatũ est illi ad iustitiã, & amicus Dei appellatus est. Quòd credidit deo, intẽ in corde, in sola fide est. Quòd autẽ immolandũ duxit filiũ, quòd intrepidus dexterã armauit, quòd iã feriret, nisi voce teneretur, magna fides est vtique, & magnũ opus, & ipsum opus laudauit Deus, vt diceret, Qm exauditi vocẽ meã. Quare ergo apostolus Paulus ait, Arbitramur iustificari hominem per fidẽ sine operibus legis? ET alio loco dicit, ET fides quæ per dilectionẽ operatur. Quomodo fides per dilectionẽ operatur? Et quomodo iustificatur homo per fidẽ sine operib̃ legis? Quomodo, intẽdite fratres. Credidit aliquis, percepit fidei sacramẽta in lecto, & mortuus est: defuit illi operandi tẽpus. Quid dicimus? quia nõ est iustificatus? Planè dicimus iustificatũ, credẽtem in eũ qui iustificat impiũ. Ergo iste iustificatus est, & operat̃ nõ est. Impletur se ntẽtia Apostoli dicẽtis, Arbitramur iustificari hominẽ per fidẽ sine operibus legis. Latro qui cũ Dño crucifixus est, corde credidit ad iustitiã, ore cõfessus est ad salutẽ. Nã fides quæ per dilectionẽ operatur, & si nõ sit in quo exterius operetur, in corde tamẽ illa feruẽs seruatur. Nã erant quidã in lege qui de operib̃ legis gloriabãtur, quæ fortasse non dilectione, sed timore faciebãt: & volebãt se iustos videri, & præponi gẽtib̃, quæ op̃ legis nõ fecerãt. Apostolus autẽ prẽdicãs fidẽ gẽtib̃, cũ eos qui accedebãt ad dñm videret iustificatos ex fide, vt iã qui crediderãt bene operaretur, nõ quia bene operati sũt credere mererẽtur, exclamauit secũ̃ & ait, Quia potest iustificari homo ex fide sine operib̃ legis: vt illi magis nõ fuerint iusti, qui q̃ faciebãt, timore faciebãt: cũ fides per dilectionẽ operetur in corde, etiam si foris non exit in opere.

Deus gratis est amãdus.

Gen. 22.

Matth. 10. 2. Cor. 13.

CAPVT.

2. Cor. 8.

Psal. 103.

CAPVT VI.

Gal. 4.

CAPVT VII.

Psal. 21.

al. vti.

CAPVT VIII.

Gen. 28.

Iacobi 2.

Rom. 3. Gal. 3.

Gen. 15. G. 15. Gen. 21. Gal. 4.

Item sermo de verbis Domini, XLII.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secũdum Ioannem, Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c. quæ habetur in expositione Dominica, ibidem. 9.

Sabbato

Sabbato post primam Dominicam in Quadragesima, de Abraham & immolatione Isaac.

SERMO I.

SERMO LXXIII.

NOVVM præcepti genus est homini, legem sceleris dare, & religiosum habere, si impiũ voluerit perpetrare. Abraham si parricidium fecerit, iustus est; si nõ fecerit, indeuotus est. Quid sit ergo, quòd nunquã Deũ nisi pietate placam̃? Cupit sibi vota offerri, non crudeliter coli. Ecce inter pietatem patris & deuotionem Dei, filiũ est quidẽ scelus occidere, sed Deum scelestius non audire. In angusto posita est perfecta iustitia. Parricidiũ iuberis vt facias, tuis te manibus orbaturus. Quid hoc est? Imperat parricidium, qui prohibet homicidiũ. Iubetur, inquit, filiũ victimare, solatiũ paternæ senectutis, & vnicũ pignus posteritatis. Qui quanto serior, tãto dulcior: quãto solus aut vnicus, tanto charior & dilectus. In vtroq; senes creandæ prolis desperatio retinebat, vt pote post tempus quod natura fraudauerat, ætas in sene patre, sterilitas in anicula matre. Iã enim Sara actus suæ vuluæ perdiderat, & senẽ patrẽ vis generandi lassauerat, quia fructum sterilis nõ habebat. ECCE subitò frigẽs vulua materna non instinctu libidinis, sed fomite virtutis incaluit, rediuiuo successit flore iuuentutis. Mœrentis iam artus corporis viruerunt marcida mẽbra, & annosę ętatis tabe pallentia, pueritiæ rubore viguerũt, & in succido tempore veterascens iam corpus, nõ tanquam concubitus, sed promissio vegetabat. Canis iam togatũ caput albebat, & rugas suas vulua inverte tẽdebat. Tumebat vterus grauidę, tremebat gressus in poplite. Gestabat onustũ vterũ, quæ corpus iã nõ regebat iucutuum. Nouissimis annis fœta & fessa mulier, quæ nõ nouerat in iuuentute cõcipere, discit in senectute lactare. Discite cõiugati vacare effectũ seminis, vbi nõ fuerit munus authoris, ipso dicẽte: Priusquã te formarem in vtero, noui te. Accipe, inquit, filiũ tuũ, & offer mihi illum in vnum de montibus quem demonstrauero tibi. Senex pater & vnici mater, noui parẽtes, & veteres genitores, ad tam acerbum nõ mouẽtur imperiũ. Hilaris accingebatur, qui nec timorem facinoris formidauit, nec implere quod iussus est degener animus dubitauit. Spes illa futura tot gentiũ paterna manu iubetur occidi. Deuotus pater eo voto suscepit parricidiũ quo susceperat filiũ: nec refert vtrũ impendat aut perdat, dũ quoquo modo quod acceperat reddat. O Domine piissime, quem scis patri dilectũ, quid imperas vtiam̃dum? Nunc nuper senem sterilem fœcundasti, & tã citò quod donaueras repetisti? Vbi est quod senibus præstitisti? Ergo iratus potest lędere, sicut propitius imperas orbitatẽ? Absit à nobis ista incredulitas. Deus pro nobis filiũ suũ iussit occidi, nõ nostros mactari. Ideo iubetur filium occidere, vt manifestetur mũdo qui iã notus fuerat Deo. Nã quomodo innocẽtis desiderat sanguinem, qui reũ dãnat pro sanguine? Demonstrare cunctis hominibus deuotionẽ voluit, qui parricidiũ vt fieret, imperauit. Pater ilicò impe. iis, præceptis obtẽperat, pergit percussor paratus, imò filius cũ patre proficiscitur moriturus: atque vtinam tãtũmodo moriturus, non insuper & patris gladio obituruus. Venerunt ergo ad locum, quem dixerat De̅, ambo pariter aram construunt sacerdotes, ligna aræ imponit, filium alligauit, & extento gladio, angelus, Ne percutias puerum, exclamauit: oculis respice, & vide arietem in vepre. Videte, fratres, Abraham patientia fortem, deuotione constantem, non cum aliqua fera luctantem, sed cum natura pugnantem. Deuotio dicebat, Percute: Pietas clamabat, Parce. Illa reuocabat, ista prouocabat. Filius tunc moriturus iacebat, erigit dexteram feriturus, & locum quo libens percutiebat aucupat. Parce, inquit, Abraham. Qui iusserat vt feriret, modò vociferatur vt parceret. Sciebat enim probatum patrem & in deuotione feruentẽ gladiũ tẽperare, & filium nõ perimere, sed nec cremare. Parce, inquit, deuote pater, parricida sine crimine parce. Tuũ sacrificiũ quod paraueras intẽdi, ego quod iussera vt obtulisses accepi. In voto probaui, quod in facto renui. Acceptaui votum, nec repuli sacrificiũ. Laudo fidẽ, nec reprobo pietatẽ, nec tibi patior inferri orbitatẽ. Perfecta sunt omnia, & salua sunt vniuersa. Vincitur innocens hostia, ne offerentis deuotio putaret se minus aliquid exhibere, si impatientia doloris victima calcitraret. Ecce spiritali prę sagio meũ præuenisti consiliũ. Quod enim paraui pro toto mundo, tu iam deliberasti in filio tuo. Quod in vnigenito meo disposui, tu in tuo vnico perfecisti: vnde benedicentur in te omnes gentes, Amen.

Hierem. 1.

Matth. 15.

Item eodem die alius sermo, qui habetur inter sermones De verbis Apostoli, XXVII.

In eodem sermo de Diuersis, LXIX.

Dominica secunda in Quadragesima, de eo quod scriptũ est in Euangelio secundũ Matthæũ, Egressus Iesus de Genezareth, secessit in partes Tyri & Sidonis, &c.

SERMO D. AVGVST. I.

SERMO LXXIIII.

Apud Bedam initio prioris epistolæ ad Corinthios inscribitur, Sermo Euangelii de muliere Chananæa.

CAP. I.

HANANÆA ista mulier, quę heri nobis lectione Euãgelica cõmẽdata est, præbet nobis humilitatis exẽplũ, & pietatis viam: ab humilitate in alta surgere ostẽdit. Erat autẽ, sicuti paret, nõ de populo Israël, vnde Patriarchæ, vnde Prophetæ, vnde parẽtes Domini nostri Iesu Christi secũdũ carnẽ, vnde ipsa virgo Maria, quę peperit Christũ. Non ergo ex isto populo erat hæc mulier, sed erat ex gẽtibus. Nã, sicut audiuimus, *secessit Dominus in partes Tyri & Sidonis, & inde mulier Chananæa de finib̃ illis egressa est.* Petebat beneficiũ instantissimè curandæ filię suę, quę malè à dæmonio vexabatur. Tyrus & Sidõ nõ erãt ciuitates populi Israël, sed gentiũ, quãuis vicinæ illi populo. Clamabat ergo auida impetrandi beneficij, fortitérq; pulsabat: & dissimulabatur ab eo, non vt misericordia negaretur, sed vt desideriũ accẽderetur: nec solùm vt desideriũ accenderetur, sed, sicut antè dixi, vt humilitas cõmẽdaretur. Clamabat ergo Domino non audiente, sed quod factũ̃ erat in filẽtio disponẽte. *Discipuli rogauerunt pro illa Dominũ, & dixerunt: Dimitte illam, quia clamat post nos. Et ille: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.* HIC verborũ istorũ oritur quæstio: Vnde nos ad ouile Christi de gentibus venimus, si nõ est missus nisi ad oues quæ perierunt dom̃ Israël? Quid sibi vult huius secreti tã alta dispẽsatio, vt cùm Dominus sciret quare venerit, vtiq; vt Ecclesiam haberet in omnibus gẽtibus, nõ se missum dixerit, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël? Intelligimus ergo præsentiã corporis sui, natiuitatẽ suam, exhibitionẽ miraculorũ, virtutẽmq; resurrectionis in illo populo eũ ostendere debuisse, ita fuisse dispositũ, sic ab initio commendatum, hoc prędictũ, hoc impletũ: quia Christus Iesus ad gentẽ Iudæorum venire debuit videndus, occidẽdus, & lucrãdus eos inde quos antè præsciuit. Nõ enim dãnata illa plebs est, sed ventilata. Ibi erat paleæ multitudo, ibi granorũ occulta dignitas. Ibi quod incenderetur, ibi vnde horreum repleretur. Nã vnde Apostoli, nisi inde? Vnde Petrus? Vnde cæteri? Vnde ipse Paulus, primò Saulus: hoc est, primò superbus, postea humilis. Nam quando Saulus, à Saule nomen derinatum erat. Saul autem rex superbus: in regno autem Dauid humilem persequebatur. Quãdo ergo Saulus, qui postea Paulus, tũc vtiq; superbus, tunc persecutor

CAP. II.

Quæstio.

Solutio.

1. Reg. 18.

Act. 9.

innocentum, tunc vastator Ecclesiæ. A Acceperat enim literas (velut zelo synagogæ ardens, & insequēs Christianum nomen,) à sacerdotibus, vt exhiberet quoscũque inuenisset Christianos ad luenda supplicia. Cùm pergit, cùm anhelat cædes, cùm sitit sanguinem, cæsi Christi voce prostratus est persecutor, erectus est prædicator. Impletur in illo quod scriptũ est in Propheta, Ego percutiam, & ego sanabo. Hoc enim percutit Deꝰ, quod se in homine extollit aduersus Deum. Nõ est impius medicus, qui tumorem ferit, qui putredinẽ secat, aut vrit. Dolorẽ ingerit: sed vt perducat ad sanitatẽ. Molestus est: sed nisi esset, vtilis nõ esset. Prostrauit ergo Christus vna voce Saulũ, erexit Paulũ: hoc est, prostrauit superbum, erexit humilẽ. Nam quæ fuit ratio mutãdi sibi nominis, vt cùm Saulus antea vocaretur, postea se Paulum dici vellet: nisi quia Sauli nomẽ in se agnouit, cùm persequeretur, fuisse superbiæ? Elegit ergo humile nomẽ, vt Paulus, hoc est minimus, vocaretur. Paulũ enim, minimũ est. Paulũ nihil aliud est, quã minimũ vel paruũ. De quo nomine iã gloriãs, humilitatémque cõmẽdans, Ego, inquit, sũm minimus Apostolorũ. Vnde ergo vnde iste, nisi ex populo Iudęorũ? Inde alij Apostoli, inde Paulus, inde quos cõmẽdat idẽ Paulus, qui viderunt Dominũ post resurrectionem. Dicit enim eũ visum fermè à quingentis fratribꝰ simul, ex quibus plures manẽt vsque adhuc, quidã autẽ dormierunt. Ex illo autẽ populo etiã illi, qui, cũ Petrus loqueretur, cõmendans passionẽ, resurrectionẽ, diuinitatẽ Christi, accepto spiritu sancto, quãdo illi omnes, in quos venit spiritꝰ sanctus, linguis omniũ gentiũ sunt locuti, cõpuncti spiritu, qui audiebãt ex populo Iudęorũ quæsierunt consiliũ salutis suę, intelligentes se reos sanguinis Christi: quòd eũ ipsi crucifixerunt, ipsi occiderunt, in cuius nomine occisi à se viderent tanta miracula fieri, viderent spiritus sancti præsentiã. QVÆRENTES ergo consiliũ responsum acceperũt: Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Domini nostri Iesu Christi, & dimittẽtur vobis peccata vestra. Quis desperaret sibi donãda peccata, quando crimẽ occisũ Christi reis donabatur? Conuersi sunt ex ipso populo Iudæorũ: conuersi sunt, baptizati sunt. Ad mẽsam Domini accesserunt, & sanguinẽ quẽ sęuiẽtes fuderunt, credẽtes biberũt. Quẑadmodũ autẽ sint cõuersi, quàm planè atque perfectè indicãt Actus Apostolorũ. Nã omnia quæ possidebãt, vendiderũt, atq; pretia rerũ suarũ ad pedes Apostolorũ posuerũt: & distribuebatur vnicuiq; sicut opus cuique erat: & nemo dicebat aliquid propriũ, sed erãt illis omnia cõmunia. Et erat illis, sicut scriptum est, anima vna, & cor vnũ in Deũ. Ecce oues de quibus dixit, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierũt domus Israël. Illis enim exhibuit præsentiã suã, pro illis in se sæuiẽtibus crucifixus orabat, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Intelligebat medicus phreneticos mente perdita medicũ occidẽtes, & occidendo medicũ nesciẽtes sibi medicamentũ facientes. De Domino enim occiso omnes nos curati sumus, illius sanguine redẽpti, pane illius corporis à fame liberati. Hanc præsentiã Christꝰ Iudęis exhibuit. Hoc ergo ait, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël: vt illis præsentiam sui corporis exhiberet, non vt oues quas habebat in gentibus, contemneret & præterirer. AD gentes enim ipse nõ venit, sed discipulos misit. Et illic impletum est quod Propheta dixit, Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Videte quàm alta, quàm cuidens, quàm expressa prophetia: Populus quẽ non cognoui, id est, cui præsentiam meã non exhibui, seruiuit mihi. Quomodoꝰ Sequitur, In auditu auris obaudiuit mihi.

Deut. 32.

Ratio mutati nominis Sauli in Pauli.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Act. 1.

Cap. III.

De cõsec. dist. 1. c. Tunc eis.

Act. 4.

Matth. 15.

Luca 23.

Capvt III. Psal. 17.

Hoc est, non videndo, sed audiendo crediderunt. Ideo gentiũ maior laus. Illi enim viderũt & occiderũt, gentes audierunt & crediderũt. Ad gẽtes autẽ vocandas & cõgregãdas, vt impleretur quod modò cãtaui mꝰ, Cõgrega nos de gẽtibus, vt cõfiteamur nomini tuo, & gloriemur in laude tua: ille Paulus apostolꝰ missus est minimus: ille factus magnus nõ per se, sed per eũ quẑ persequebatur. Missus est ad gentes, ex latrone pastor, ex lupo ouis. Missus est ad gẽtes ille Apostolus minimus, & multũ laborauit in gentibus, & per eũ gentes crediderunt. Testes sunt eius epistolę. Habes hoc & in Euãgelio sacratissimè figuratũ. Filia archisynagogi quædã defuncta erat, pater eius rogabat Dominũ, vt iret ad eã: ægrã reliquerat, & in periculo cõstituta. Ibat Dominus ad visitandã & sanandã ęgrã: interea mortua nunciata est, & dictũ est patri, Puella mortua est, noli iam vexare magistrũ. Dominus autẽ qui sciebat se posse mortuos suscitare, nõ abstulit spẽ desperato, & ait patri: Noli timere tãtum crede. Pergebat ad puellã, atque in itinere inter turbas, quomodo potuit, coarctauit se quędã mulier, quę fluxũ sanguinis patiebatur, & diuturno illo lãguore in medicos frustrà omnia quæ habebat impẽderat. Vbi fimbriã vestimẽti eius tetigit, sanata est. Et Dominus: Quis me tetigit? Admirãtes discipuli qui nesciebant quid esset factũ, & videbãt cum à turbis cõprimi, & de vna quę leuiter tetigerat fuisse solicitum, respõderunt: Turba te premit, & dicis, Quis me tetigit? Et ille: tetigit me aliquis. Nã isti premunt, illa tetigit. Corpus ergo Christi multi molestè premunt, pauci salubriter tãgunt. Tetigit me, inquit, aliquis. Ego enim sẽsi de me virtutẽ exiisse. At vbi vidit illa nõ se latuisse, prouoluta est ante pedes eius, & cõfessa est quid esset factum. Post hæc perrexit, peruenitque quò tendebat, & puellam filiã archisynagogi inuentam mortuam suscitauit. FACTVM quidẽ est, & ita vt narratur, impletum: sed tamẽ etiã ipsa, quæ à Domino facta sunt, aliquid significãtia erãt, quasi verba, si dici potest, visibilia & aliquid significãtia. Quod maximè apparet in eo quòd prętertẽpus poma quæsiuit in arbore, & quia nõ inuenit arbori maledicẽs aridã fecit. Hoc factum nisi figuratum accipiatur, stultum inuenitur: primò quęsisse poma in illa arbore, quãdo tẽpus nõ erat vt esset in vlla arbore: deinde si pomorum iã tẽpus esset, nõ habere poma quę culpa arboris esset? Sed quia significabat, quęrere se nõ solum folia, sed etiam fructum: id est, nõ solùm verba, sed & facta hominum, arefaciendo vbi sola folia inuenit, significauit eorũ pœnã qui loqui bona possunt, facere bona nolunt. Sic ergo & hic. Nam vtique mysteriũ est. Pręscius omnium dicit, Quis me tetigit? fit imperito similis creator, & interrogat non solùm qui hoc sciebat, sed etiã qui cętera pręsciebat. Aliquid est vtique quod nobis significante mysterio loquitur Christus. Filia illa archisynagogi significabat populum Iudæorum, propter quem venerat Christus qui dixit: Nõ sum missus, nisi ad oues quæ perierant domus Israël. Illa verò mulier quę fluxum sanguinis patiebatur, Ecclesiam figurabat ex gentibus, ad quem Christus per pręsentiam corporis non erat missus. Ad illam ibat, illius salutem intendebat: hæc intercurrit, tangit fimbriam quasi nescientis: id est, sanatur tanquã ab absente. Dicit ille: Quis me tetigit? quasi diceret, Non noui hũc populũ. Populus quẽ non cognoui, seruiuit mihi. Tetigit me aliquis. Ego enim sensi virtutẽ de me exisse: id est, Euangelium emissum totũ orbem impleuisse. Tangitur autem fimbria exigua pars vestimenti & extrema. Fac vestẽ Christi, quasi Apostolos. Ibi fimbria Paulus erat: hoc est, extremus & minimus. Nã vtrunque de se dixit, Ego sum minimus Apostolorum. Nam

Psal. 16.

Act. 9.

Luc. 8.

Matth. 7.

Matth. 15.

Gentes quare canes.

Corpus Christi multi premũt, pauci tangunt.

Cap. V.

Matth. 21. Mar. 11.

Psal. 17. Luc. 8.

1. Cor. 15.

post

post omnes vocatus est, post omnes credidit, plus omnibus sanauit. Non erat missus Dominus, nisi ad oues quæ perierant domus Israël. Sed quia & populus quẽ non cognouerat, seruiturus erat, in obauditu auris obauditurus erat, nec de illo tacuit ibi constitutus. Ait enim quodam loco idem Dominus: Habeo alias oues quæ non sunt de hoc ouili, oportet me & has adducere, vt sit vnus grex, & vnus pastor. Inde mulier ista erat, ideo non contẽnebatur, sed differebatur: Nõ sum, inquit, missus, nisi ad oues quæ perierũt domus Israël. CAPVT VI. ET illa clamando instabat, perseuerabat, pulsabat, tãquam iam audisset: Pete, & accipe; quęre, & inuenies; pulsa, & aperietur tibi. Institit, pulsauit. Nam & Dominus quando dixit hæc verba, Petite, & accipietis; quęrite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis: suprà dixerat, Nolite sanctum dare canibus, nec proieceritis margaritas vestras ante porcos: ne fortè cõculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos: id est, B post contẽptũ margaritarum vestratũ etiã molesti sint vobis. Nolite ergo illis proiicere quę contẽnũt. Et vnde discernimus, tanquã responderent, qui sint porci, qui sint canes, hoc in ista muliere demonstratũ est. Nã illi mulieri instanti respõdit hoc, *Non est bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus.* Canis es, vna es ex gẽtibus, idola adoras. Quid autem tam familiare canibꝰ, quã lapides lingere? Nõ est ergo bonũ, panẽ filiorũ tollere, & mittere canibus. Illa si recederet post hæc verba, canis accesserat, canis abscesserat: sed pulsando, homo factus est ex carne. Institit enim petẽdo, & ex ipso veluti cõuicio humilitatẽ ostẽdit, misericordiã impetrauit. Neque enim commota est, aut succensuit, quòd canis appellata fuerit petẽs beneficiũ, rogãs misericordiã: sed ait, Ita Domine: dixisti me canem, planè canis sum, agnosco nomen meũ, & veritas loquitur, sed non ideò à beneficio repellẽda sum. Prorsus canis: *sed & canes edunt de micis quæ cadunt de mẽsa dominorum suorũ.* Modicũ quoddã & exiguũ beneficiũ desidero: nõ mẽsam C inuado, sed micas quęro. VIDETE quẑadmodũ humilitas cõmendata est. Canẽ illã Dominus dixerat. Non dixit, Nõ sum: sed dixit, Sũ. Et Dominus cõtinuò quia se agnouit canẽ: *O mulier, magna est fides tua fiat tibi sicut petisti!* Tu te agnouisti canẽ, ego te iam agnosco hominẽ. O mulier, magna est fides tua, petisti, quęsisti, pulsasti: accipe, inueni, aperiatur tibi. Videte, fratres, quẑadmodũ in hac muliere quæ Cananæa erat, id est, quę de gẽtibus veniebat, & typũ, hoc est, figuram Ecclesiæ gerebat, maximè humilitas commendata est. Etenim gẽs Iudæa vt ab Euãgelio repelleretur, superbia inflata est, quòd legẽ accipere meruisset, quòd de ipsa gente Patriarchæ processerint, Prophetę extiterint, Moyses Dei seruus miracula magna, quæ audiuimus in Psalmo, in D Ægypto fecerit, per mare rubrum aquis recedentibus populũ duxerit, legem acceperit, quam ipso populo dederit. Erat vnde extolleretur gens Iudęa, & per ipsam superbiã factũ est, vt Christo nollet humiliari authori humilitatis, repressori tumoris, medico Deo, qui propter hoc, cùm Deus esset, homo factus est, vt se homo hominẽ cognosceret. Magna medicina. Hęc medicina si superbiã nõ curat, quid eã curet nescio: Deus est, & fit homo. Seponit diuinitatẽ, id est, quodãmodo sequestrat, hoc est, occultat quod suũ erat, quod apparet, acceperat. Fit illẽ homo, cùm sit Deus, & nõ se agnoscit homo hominẽ, id est, non se mortalẽ agnoscit, non se agnoscit fragilẽ, nõ se agnoscit ęgrotũ, vt quærat vel ęgrotus medicũ: sed quod periculosius, sanus sibi videtur. ERGO propter hoc ille populus non accessit, id est, propter superbiã: & dicti sunt ex arbore oleæ, hoc est, de illo populo à Patriarchis creato, fracti rami naturales, id est, Iudæi meritò steriles spiritu superbię, & in illa olea insertus est oleaster. Oleaster populꝰ ex gẽtibus. Sic dicit Apostolus, quòd oleaster insertus sit in olea, rami autẽ naturales fracti sint. Illi fracti propter superbiã; insertus oleaster propter humilitatẽ. Hãc humilitatẽ ostendit mulier, dicẽs, Ita Domine: canis sum, micas desidero. In hac humilitate etiã Cẽturio ille placuit: qui cùm desideraret puerũ suũ à Domino curari, & Dominus diceret, Ego veniã & curabo eũ; respondit ille, Domine, nõ sum dignus, vt sub tectũ meũ intres: sed tantũ dic verbo, & sanabitur puer meus. Nõ sum dignus qui sub tectũ meũ intres. Tecto nõ recipiebat, corde recipiebat. Quãto humilior, tãto capacior, tãto plenior. Colles enim aquã repellunt, valles implebuntur. Quid deinde, quid ad hoc Dominus postea quàm dixit, Nõ sum dignus qui sub tectũ meũ intres, ad eos qui sequebãtur? Amẽ dico vobis, non inueni tantã fidẽ in Israël: id est, in illo populo ad quẽ veni, nõ inueni tantã fidẽ. Tantã quid est? Tã magnã. Vnde magnã? De minimo, id est, de humilitate grandẽ. Nõ inueni tantã fidẽ similẽ grano sinapis, quanto minutiori, tãto ferũtiori. Inserebat ergo Dominus oleastrũ in oliua. Tunc hoc faciebat quando dicebat, Amẽ dico vobis, nõ inueni tãtam fidem in Israël. Deniq; vide quod sequitur: Ideo dico vobis, quia nõ inueni tãtam fidẽ in Israël: id est, tantã cũ fide humilitatẽ. IDEO dico vobis, quia multi ab Oriẽte & Occidẽte veniẽt, & recũbent cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Recumbent, inquit, requiescent. Nõ enim debemus illic carnales epulas cogitare, aut aliquid tale in illo cõcupiscere; vt nõ vitia mutemus virtutibꝰ, sed vitia subdamꝰ. Aliud est enim, desiderare regnũ cælorum propter sapientiã & vitam æternam; aliud, propter felicitatẽ terrenam, quasi illic habeamus eam opulentiorem atque maiorem. Si diuitẽ te in illo regno futurũ putas, cupiditatem nõ amputas, sed mutas: & tamen diues eris, & nõ nisi illic diues eris. Nam hic indigentia tua colligit plurima. Quare multum habẽt diuites? Quia multum indigent. Maior indigentia quasi maiores cõparat facultates: illic ipsa indigentia morietur. Tunc verè diues eris, quando nullius indigens eris. Nõ tu diues, & angelus pauper, qui nõ habet iumenta & rhedas & familias. Quare? Quia non indiget, quia quanto fortior, tanto minus indigus. Ergo ibi diuitiæ, & verę diuitiæ. Epulas terræ huius nõ ibi cogites. Epulæ enim terræ huius medicamenta quotidiana sunt, ægritudini cuidam nostrę, cum qua nascimur, necessaria sunt. Ægritudinem istam sentit quisquis cũ hora reficiẽdi trãsierit. Vis videre quanta ęgritudo sit ista, vt tanquàm acuta febris septem diebꝰ necet? Ne te sanum putes. Sanitas immortalitas erit: nã hæc lõga ægritudo est; quia quotidianis medicamentis fulcis morbum tuum. Sanꝰ tibi esse videris? Detrahe medicamenta, & vide quid potes. NAM ex quo nascimur, necesse est vt moriamur. Morbꝰ hic necesse est vt ad mortẽ perducat. Certè medici quando ægros inspiciunt, hoc dicunt. Verbi gratia, hydropicus est iste, moritur. Hic morbus non potest curari. Elephantiosus est, nec morbus iste curari potest. Phthisicus est, quis hoc curat? Necesse est vt pereat, necesse est vt moriatur. Ecce iam dixit medicus, phthisicus est, non potest nisi moriatur: & tamen aliquando & hydropicus nõ inde moritur, & elephantiosus non inde moritur, & phthisicus non inde moritur: & tamen necesse est vt quisquis natus fuerit, inde moriatur. Moritur inde, non potest aliter. Hoc & medicus & imperitus pronunciat: sed & si tardiùs moritur, nunquid ideo non moritur? Quando ergo vera sanitas, nisi quando vera immortalitas? Si ergo vera immor-

Rom. 11.

Matth. 8.

Magna fides, sicut granũ sinapis.

CAPVT IX.

Fides magna cũ humilitate.

Regnũ cælorũ desideratur dupliciter.

CAP. X.

Vera sanitas, immortalitas.

Psal. 17.

Ioan. 10.

CAPVT VII.

Psal. 77.

Magna medicina, Deus homo.

CAPVT VIII.

immortalitas, nulla corruptio, nulla defectio, quid illic alimẽtis opus erit? Ergo cũ audis, Recũbẽt cũ Abrahã & Isaac & Iacob in regno cælorũ, id est, inserũtur in oliua. Huius enim oliuę radices sunt, Abrahã, Isaac & Iacob: filij autẽ regni, hoc est Iudæi increduli, ibunt in tenebras exteriores. Prẽcidentur rami naturales, vt inseratur oleaster. Sed vnde rami naturales præcidi meruerunt, nisi superbia? vnde oleaster inseri, nisi humilitate? Vnde & ista mulier dixit, Ita Domine; nã & canes edunt de micis, quę cadunt de mensa dominorũ suorum. Et inde audit, O mulier, magna est fides tua! Sic & ille Centurio: Nõ sum dignus vt sub tectum meum intres. Amẽ dico vobis, non inueni tãtam fidẽ in Israël. Discamus, vt teneamus humilitatẽ. Si nondũ habem⁹, discamus; si habemus, non amittamus; si nondũ habemus, habeamus, vt inseramur; si iam habemus, teneamus, ne prẽcidamur. Conuersi ad Dominum.

Rom. 11.

Matth. 15

Matth. 8.

Item de eodem alia Homilia, quæ habetur de quæstionibus Euangeliorum lib. primo, cap. XVIII.
Item de eodem sermo De diuersis, LXX.

Feria secunda post secundam Dominicam in Quadragesima, de puero Abraham qui missus est ad Rebeccam.

SERMO I.

SERMO LXXV. Gen. 24.

PAVLO antè cùm diuina lectio legeretur, audiuimus quòd beatus Abrahã vocauerit puerum suum, & dixerit ei, Pone manũ tuam sub femur meum, vt adiurem te per Deum cæli & terræ, vt nõ accipias vxorẽ filio meo de filiabus regionis huius: & quòd ille obediens posuerit manum sub femore, & iurauerit ei. Hæc enim omnia, fratres, quæ in Testamento veteri recitãtur, si tantùm secundum literã voluerimus accipere, aut paruũ, aut nullũ lucrũ animæ consequemur. Quid enim nobis prodest, qui ad ecclesiã ad audiendũ Dei verbũ fideliter cõuenimus, si nobis dicatur, quòd Abrahã miserit puerum suũ, vt de regione lõginqua adduceret vxorẽ filio suo, cùm & in istis regionibus hoc frequenter videamus fieri? Nos verò, fratres, sequẽtes beatũ apostolũ Paulũ, credam⁹ quia omnia quę scripta sunt, Iudęis in figura cõtingebant, nobis autẽ in veritate completa sunt. Dixit ergo Abrahã ad puerũ suũ: Mitte manũ tuã sub femur meũ, & iura per Deum cęli & terræ. Quid est hoc, fratres? Sic dixit beatus Abrahã, Mitte manum tuam sub femur meum: tanquam diceret, Mitte manũ tuam ad altare: aut diceret, Mitte manum tuam ad arcam testamenti: aut, Extende manum ad templum Dei, & iura mihi. Femur tãgebat, & per Deũ cęli & terræ iurabat. Non enim errabat beatus Abrahã, quãdo hoc fieri imperabat: sed quia prophetiæ spiritu repletus, nouerat de semine suo Christũ cęli & terræ Dominũ nasciturũ. Ideo quãdo seruus suus femur illi⁹ cõtingebat, nõ per carnale membrũ, sed per Deũ viuũ & verũ iuramẽta præstabat: quia Abrahã genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudã: de cuius semine Christus Dominus natus est. Et stetit iuxta fontem, & dixit in corde suo: Domine Deus domini mei, si fecisti misericordiã cũ domino meo, ecce sto ad puteum, & puella quæ venerit haurire aquã, si ei dixero, Da mihi bibere, & illa respõderit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis auriã aquã: ipsa est quã prẽparasti domino meo Isaac: Necdum puer in corde suo verba cõpleuerat, & ecce apparuit Rebecca, habẽs hydriã in scapula. Et dixit ad eã puer, Da mihi bibere. At illa citò deposuit hydriã, & dixit, Et tu bibe Domine, & camelis tuis hauriam aquam. Et cùm interrogasset cuius esset filia, respondit ei, quòd filia esset Bathuelis, & soror Laban. Et incuruauit se homo, & adorauit Deũ, eo quòd agnoA uerat quòd ipsi essent parentes domini sui Abrahæ, & protulit inaures ad ornãdam faciem suam, & armillas posuit in manibus eius. At illa vadens nũciauit parentibus suis: qui exẽtes benedixerũt Deũ, & cũ gaudio & honore susceperunt puerũ Abrahæ. Et ille locutus est ad eos de Rebecca, vt eã darent domino suo Isaac. Illi autẽ dixerũt: † Clamemus puellæ, & quæramus illius voluntatẽ. Cùmque vocata esset, dixerunt ad eã: Vis ire cũ homine isto? At illa respondens dixit, Vadã. Nunc, fratres charissimi, quantũ possumus, breuiter quid ista significẽt, videamus. Beatus Abrahã, quòd puerũ dirigebat, vt acciperet vxorẽ filio suo, typum habebat Dei patris: sicut & quãdo eũ in holocausta obtulit, Dei patris imaginẽ figurabat: puer autẽ ei⁹ verbũ propheticũ designabat. Misit ergo Abraham puerũ suum in regionem longinquam, vt inde acciperet vxorem filio suo: quia miserat Deus pater propheticũ verbum per vniuersam terram, vt quęreret Ecclesiam catholicã, spõsam vnigenito suo. Et quomodo per puerum Abrahæ beato Isaac spõsa adducitur, ita per verbũ propheticũ Ecclesia gentiũ ad verũ sponsum Christum de longinquis regionibus inuitatur. Vbi tamẽ inuenitur sponsa illa quæ Christo sociandа erat? Vbi nisi ad aquã? Verũ est, charissimi, nisi Ecclesia ad aquam baptismi venisset, Christo sociata non esset. Rebecca ergo Abrahæ puerũ inuenit ad puteũ, & Ecclesia inuenit Christũ ad baptismi sacramẽtum. Quid tamẽ post hęc factum est? Protulit puer inaures aureas, & dextralia aurea, & dedit ea Rebeccę. In illis inauribus aureis significabãtur verba diuina, in illis armillis aureis opera sancta: quia in manibus opera designãtur. Videam⁹ quomodo hęc dederit Christus Ecclesiæ. Puer ergo obtulit inaures aureas ad ornandam faciẽ Rebeccæ, & Christus verba diuina margaritis omnibus pretiosiora dedit Ecclesię: & armillas posuit in manibus Rebeccæ, & Christ⁹ dedit opera sancta in manus Ecclesiæ. Cõsiderate, fratres charissimi, & gaudete, & Deo gratias agite, quia quod in illis figuratum est, in nobis, Christo donante impletum est. Et quomodo Rebecca nec inaures habere potuit, nec armillas in manibus, nisi Isaac per seruum suũ transmitteret: ita & Ecclesia nec verba diuina in auribus, nec opera sancta habere potuisset in manibus, nisi hæc illi Christus per suam gratiam & per suos Apostolos contulisset. Quòd autem interrogata puella à parẽtibus, vtrum vellet ire cum puero, respondit, Vado: apertè hoc in Ecclesia videmus impleri: ibi interrogatur voluntas Rebeccę, hîc requiritur voluntas Ecclesiæ. Rebeccæ dicitur, Vis ire cum homine isto? Et respondet, Vado. Ecclesiæ dicitur, Credis in Christum? & respondet, Credo. Rebecca nõ duceretur ad Isaac, nisi diceret, Volo: nec Ecclesia Christo iungeretur, nisi diceret, Credo: Accepit ergo puer Rebeccam, & exhibuit Isaac. Videamus tamen vbi eũ inuenerit: inuenit eum ad puteum iuramenti. Videte, fratres, puer Isaac Rebeccam ad puteum inuenit, & iterum ipsum Isaac Rebecca ad puteum inuenit. Verũ est: nec Christus Ecclesiam, nec Ecclesia Christum inuenit, nisi ad baptismi sacramentum. Exierat ergo, sicut dicit Scriptura, beat⁹ Isaac ad vesperum in agrum ad meditandum. Ager ille mundi figuram habebat. Exierat Isaac in agrũ, quia Christus vẽturus erat in mundũ: Isaac ad vesperũ diei, Christus in fine mũdi. Isaac ergo ad meditandum in agrum processit: quia Christus in mundum pugnaturus contra diabolum venit, vt cum vinceret iustè, dũ ab eo occideretur iniustè: vt moriendo mortem destrueret, & resurgendo vitam credentibus cõdonaret. Et quomodo Isaac corporaliter Rebecca, sic Christo spiritaliter iungeretur Ecclesia accipiens in prę-

B

C

D

al. *Vocemus puellam.*

in præsenti pretiosam arrham sanguinẽ sponsi sui, acceptura dotẽ postmodum regni sui. Quã rẽ beatus Petrus apostolus euidẽter enũciat, dicẽs: Non enim, inquit, redempti estis auro & argento, sed pretioso sanguine tanquam agni immaculati. Accepit ergo Isaac Rebeccam, & intromisit eam in tabernaculum matris suæ: accepit Christus Ecclesiam, & eam in loco cõstituit synagogę. Per infidelitatẽ enim synagoga à Deo separata & mortua est, & per fidem Ecclesia Christo coniuncta & viuificata est. Accepit ergo Isaac Rebeccam, & intantũ dilexit, vt dolorẽ qui ex morte matris accideret temperaret. Mors enim Saræ infidelitatem significat synagogæ. Moritur ergo Sara & in loco eius Rebecca ducitur, synagoga repudiatur vt introducatur Ecclesia. Accepit ergo Isaac Rebeccam, & intantũ dilexit, vt tristitiam, quæ de matris morte acciderat, tẽperaret: accepit Christus Ecclesiã, & intantum dilexit, vt dolorẽ qui de perditione matris synagogæ acciderat, amore Ecclesię mitigaret. Nam sicut infidelitas synagogę Christo tristitiam fecit, ita illa fides Ecclesiæ lætitiam generauit. Et quomodo per malitiã synagogę vnam gentem Iudęorum, nec ipsam tamen totam perdidit, ita totum mundum per fidem ecclesiæ Christus Dominus acquisiuit. Et quia de nobis, fratres charissimi, sponsam sibi spiritalem, Christus Dominus præparauit, quã etiã, sicut dixi, sanguine pretioso redemit: ita ipso adiuuante, vnusquisque beneficia in munere diuino collata, non solùm custodiat, sed eţiam augere contẽdat: vt nihil in eum aut per luxuriã sordidum, aut per superbiam tumidum, aut per iracundiam combustũ, aut per auaritiam obscurum, aut per inuidiam vipereo veneno percussum appareat: quia iustũ est vt sponsus ille speciosus forma prę filiis hominũ, nihil in nobis de prædictis peccatis inueniat, quod oculos suæ maiestatis offendat, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

1. Pet. 1.

A

B

C

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego vado, & quæretis me, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibid. tom. 9.

Ioan. 8.

Feria tertia post secundam Dominicam in Quadragesima, de eleemosynis faciendis.

SERMO LXXVI.

SERMO I.



I homo priscam sui originẽ noscat, aut dignitatem in se cumulatam intelligat, aut iudicium destinatum solicito timore perpendat, inueniet quid primò protoplastus amiserit, quid postmodum Christi misericordia cõtulerit, quid futuro iudicio destinarit: vt hæc primò solicita cura pertractãs primordia recenseat, pręsentia teneat, futura solicito timore pertimescat. Claude, inquit sapientia, eleemosynã in sinu pauperis, & ipsa pro te orabit. Facilè enim curatur vulneribus peccatorũ, qui necessitatẽ curauerit pauperum; & misericordiã accipiet, qui proximo pietatis nõ denegat officia. Denique cui dare pręcipitur, gaudeat quòd non ea sorte natus sit, vt indigeat. Sufficit ad gloriã dãtis, quòd alterius miseria in paupere locuples donando existat, quòd misericordia fœneretur Deũ, quòd pascat in paupere Christũ, quòd per alteri⁹ inopiã peccatorũ accipiat indulgentiã. Obiurgãtis Domini vox est: Si in alieno mãmona fideles nõ fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Talem enim se exhibere quis pauperi debet, qualem sibi aliũ exhibere vellet, si pauper ipse fuisset: Cęterùm dispendiũ magnum est, si Deum de Dei dono promereri nolueris, aut cùm tibi Dominus ad hoc dederit vt dispẽses, eius delegata non seruęs. Sẽper enim sua Dominus tibi dispensanda interim commendauit, de re sua pauperibus te dare præcepit. Cur dantis iussa contemnis? cur pactũ destituis? cur Dominũ iubentẽ dare, nõ audis? Facilè enim poterit pecuniam acceptam amittere, qui quod accepit in lucrum noluerit erogare. Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misertus est vestri. Similitudinẽ patris, actus indicẽt sobolis. Similitudo operis, similitudinẽ indicet generis. Actus nomẽ confirmet, vt nomẽ genus demõstret. Quod contulit pater, filius seruet, vt & filio pater promissa præmia repræsentet. Patrimoniũ quod habes, si operaris, tuũ est; si cessas, alienum est. Pecunia quę seruatur, casibus seruit: quæ in misericordia reseruatur, præmium futurum acquirit. Quid vereris Christo cõmittere, quod à latronibus vix poteris reseruare? Qui dat, inquit, pauperi, non egebit. Diuidis patrimonium tuũ hæredi, & Christus est indign⁹ de tuo aliquid tecũ tollere, aliqua tecũ in futura secula deportare? Quid hæredi seruias, quo si vtatur ignoras? Quid substãtiã cumulas, quam fortassis ingrato relinquis? Forsitã illi prestabis, quicquid misericordiæ causa de eius portione detraxeris. Quare fac primò quod iubetur, vt possis accipere quod promittitur. Non potest vsuras accipere, qui Dominũ noluerit fœnerare. Qui dat, inquit, pauperibus, Deum fœnerat. Nec enim potest diuina promissa accipere, qui prẽcepta cælestia noluerit obseruare.

Eccles. 29.

Lucæ 16.

Prou. 28.

Item eodem die alius sermo de eodem, qui habetur in libro quinquaginta Homiliarum, XVIII. & XLVII.
Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos, dicẽs: Super cathedram Moysis, &c. quæ incerta est in sermone De verbis Domini, XLIX.

Feria quarta post secundam Dominicam in Quadragesima, de causa ieiunij, loco ac tempore.

SERMO LXXVII.

SERMO I.

Erit in appendice sermo XXXVIII.

In eadem feria, de conceptu Rebeccæ.

SERMO LXXVIII.

SERMO II.

SI expositionẽ sanctarũ Scripturarũ eo ordine & illo eloquio, quo à sanctis patrib⁹ sunt expositæ, charitatis vestrę aurib⁹ voluerim⁹ intimare, nõ nisi ad paucos scholasticos cib⁹ doctrinę poterit peruenire, reliqua verò populi multitudo ieiuna remanebit. Et ideo rogo humiliter, vt contentæ sint eruditæ aures, verba rustica æquanimiter sustinere, dũmodo tot⁹ grex Domini simplici, &, vt ita dixerim, pedestri sermone pabulũ spiritale possit accipere. Et quia imperiti & simplices ad scholasticorũ altitudinẽ nõ possunt ascendere, eruditi se dignentur ad illorũ ignorantiã inclinare: quia quod simplicib⁹ dictũ fuerit, scholastici intelligere possunt: quod autẽ eruditis fuerit prędicatũ, simplices omnino capere nõ valebũt. Lectio nobis de beato Isaac & sancta Rebecca, & paruulis qui in eius vtero collidebantur, recitata est. Quòd autẽ beatus Isaac typum habuerit Domini Saluatoris, penè nulli habetur incognitũ. Isaac ergo Christũ Dominũ, beata autẽ Rebecca Ecclesiã figurauit. Quę cũ multo tẽpore ad exẽplũ ipsius Ecclesię sterilis permaneret, beato Isaac orãte, & Domino donãte cõcepit, sed collidebãtur paruuli in vtero eius: quorũ molestiã non sustinẽs, dixit: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Et ait illi Dominus: Duę gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur; populúsque populũ superabit, & maior seruiet minori. Hęc omnia, fratres charissimi, sicut dicit Apostolus, in figura contingebãt illis: scripta sunt autem propter nos. Concepit ergo corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptura erat spiritaliter de Christo Ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccę collidebantur, sic in vtero Eccle-

D

Gen. 25.

1. Cor. 10.

Ecclesiæ duo sibi populi iugiter aduersantur. Si enim aut soli mali, aut soli boni essent, vnus populus esset: quia verò in Ecclesia & boni inueniũtur, & mali, tanquam in ventre spiritalis Rebeccæ duo populi collidũtur, humiles scilicet & superbi, casti & adulteri, mãsueti & iracũdi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Boni enim lucrari volunt malos, mali verò extinguere cupiũt bonos. Bonorũ desideriũ est, vt qui mali sunt, cõrigantur: malorum studiũ est, vt qui boni sunt consumantur. Vnum est genus piorũ, aliud impiorũ. Genus piorũ ad cælũ erigitur per humilitatẽ: genꝰ impiorũ ad infernum demergitur per elationẽ. Omnes enim qui in Ecclesia catholica terrena sapiunt, terram diligunt, terram concupiscunt, & omnem spẽ suam in terra constituunt, ad Esau pertinent. Quicunque ideo Deo seruire optat, vt honoribus crescat, & lucra terrena percipiat, & ipse ad Esau, id est, ad terrenam felicitatẽ pertinere cognoscitur. In Esau enim carnales intelliguntur: in Iacob verò spiritales. Isti enim duo populi, sicut beatus Apostolus euidenter assignat, cũ carnales demonstrat, & spiritales insinuat. Sic enim ait: Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, irę, rixę, dissensiones, sectæ, inuidiæ, ebrietates, comessationes. Ecce fructꝰ populi pertinẽtis ad Esau. Qui autẽ sunt fructus qui pertinent ad Iacob, idẽ Apostolus in consequentibus adiunxit, dicẽs: Ibidem. Fructus autẽ spiritus est charitas, gaudiũ, pax, lõganimitas, fides, bonitas, benignitas, modestia, continẽtia. Ecce opera spiritaliũ ad beatum Iacob, id est, ad piorũ populũ pertinẽtia. Quod autem dictũ est, Populus populũ superabit, & maior seruiet minori: secundũ literam in Esau vel in Iacob nõ videmꝰ impletum. Non enim corporaliter beato Iacob Esau seruisse cõmemorat Scriptura. Quomodo ergo hoc oporteat intelligi, aut qualiter maior populꝰ minori seruiat, spiritaliter debemus intelligere. Nisi enim fieret, nõ hic sancta Scriptura cõmemoraret. Quomodo ergo populus maior seruiat minori, qui hoc diligẽter attendit in Christianis vel in Iudæis agnoscit. Maior enim & senior populꝰ Iudęorũ iuniori, id est, populo Christiano seruire probatur, dũ per totũ mũdũ libros diuinæ legis ad instructionẽ omniũ gẽtiũ portare cognoscitur. Ideo enim per omnẽ terram Iudæi dispersi sunt, vt cùm aliquẽ Paganum ad fidẽ Christi volumus inuitare, & ab omnibus Propheris ipsum Christũ esse annũciarũ testamur: & ille resistens dixerit, à nobis potiꝰ quã à spiritu sancto libros diuinæ legis esse cõscriptos: nos habeamus vnde eũ redarguere certa ratione possimus, dicẽtes ei: Si de meis libris tibi dubitatio nascitur, ecce Iudęorum libros vtique inimicorũ nostrorũ, quos certũ est, si ego cõscribere vellẽ, mutare nõ potui: ipsos relege, & cũ in ipsis hoc quod in meis libris inueneris, noli esse incredulus, sed fidelis. Hoc ordine maior populꝰ minori seruire cognoscitur, dũ etiã per illorũ libros ad credendũ in Christo gentiũ populus inuitatur. Sed & alio modo populus maior seruiet minori. Quo, inquis, ordine? Illo vtique quo mali seruiunt bonis, non vtiq; ob sequẽdo, sed persequẽdo. Quomodo ergo mali seruiunt bonis? Quomodo persecutores martyribus, quomodo limæ vel mallei auro, quomodo molæ seruiũt tritico, quomodo panibus coquendis fornalia, vt illi coquãtur, illi cõsumãtur. Quomodo, inquam, mali seruiũt? Quomodo in fornace aurifices palea seruit auro, vbi sine dubio palea cõsumitur, aurũ probatur. Nõ ergo gloriẽtur, nec se extollãt mali, quando bonis aliquas tribulationes immiserint: quia cũ illos persequũtur in corpore, se occidere probãtur in mẽte. Vt ad virũ bonũ peruenìat hominis malia duersitas, iã illius animã putrefacit iniquitas. Qui ergo malo animo virũ bonũ iracũdię furore succẽsus conatur incẽdere, vtrũ ille possit exuri, adhuc dubiũ est. Quòd autẽ iste iã ardeat, dubiũ nõ est: quia fortè ille vir bonus spiritali succo & sancti spiritus refrigerio plenus, apposito persecutionis igne nõ ardet: ille verò qui eũ conatur exurere, sine dubio nõ potest nõ ardere. De vno ergo semine Isaac, & Esau nascitur & Iacob: sicut de vno baptismo Domini Saluatoris & de Ecclesię vtero procreatur populꝰ Christianus: qui tamẽ pro morũ diuersitate, sicut & Iacob, in duas partes diuiditur, cùm ex fructibus operum vna pars cognoscitur carnalis, alia spiritalis. Ideo autem dixit, maior seruiet minori, quia semper maior est numerus malorũ quàm bonorũ. Et sicut illi duo paruuli in vtero Rebeccæ, ita & isti populi in vẽtre Ecclesię vsq; in diẽ iudicij collidũtur, dum, sicut iam suprà diximus, humilibus aduersantur superbi, dũ castos adulteri persequuntur, dũ, quorũ infinitus est numerus, ebriosi sobrios infectãtur, dũ benignis inuidi æmulantur, dũ eleemosynarios raptores, dum pacificos extinguere cupiunt iracundi, dũ eos qui cęlestia sapiũt, ad terrã tetrahere luxuriosi conãtur. Vnde rogo, fratres, vt quicũque in his malis se sentit obnoxiũ, dũ tempus est cum Dei adiutorio studeat transferri ad dexterã, & relictis vitiorum sordibus advirturũ ornamẽta redire festinet, vnde in die iudicij ab auditu malo liberari, & illã vocẽ desiderabilẽ mereatur audire, Euge serue bone, intra Matth. 25. in gaudiũ Domini tui. Attentiùs tamen rogo & admoneo, fratres, vt advigilias maturiùs surgere studeatis, ad tertiã, ad sextã, ad nonam feliciter veniatis: castitatem ante omnia per totam Quadragesimam vsque ad finẽ Paschę cũ propriis vxoribꝰ custodite. Quod prãsuri eratis, pauperibus erogate. Pacẽ ipsi habete: & quos discordes agnoueritis, ad cõcordiã reuocate. Peregrinos excipite, nec vos pigeat eorum pedes abluere. Nõ erubescat exercere Christianus, quòd implere dignatꝰ est Christus. Cum bona voluntate pauperibus secundum vires vestras eleemosynes erogate. Hilarẽ enim datorẽ diligit Deus. Impedimẽta mũdi, si ad integrũ non potestis abscindere, vel ex parte aliqua tẽperate, vt lectioni vel orationi possitis insistere, vt in sancto exceptorio pectoris vestri spiritale vinũ, id est, verbũ Dei abundãtius reponentes, repudiatis omnibus criminibus atque peccatis, cũ libera & syncera conscientia Deo seruire possitis. Et cũ sãcta sollẽnitas Paschalis aduenerit, charitatẽ non solùm cùm bonis, sed etiã cũ malis fideliter ac feliciter retinẽtes, cũ gaudio & exultatione mundo corde & casto corpore ad altare Domini possitis accedere, & corpus & sanguinẽ eius vnusquisque vestrũm non ad iudicium animæ suæ mereatur accipere, præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item in eadem sermo De diuersis, LXXI.

Feria quinta post secundam Dominicam in Quadragesima, de scala Iacob.

SERMO I.

SERMO LXXIX

VM diuina lectio legeretur, fratres charissimi, audiuimus quòd supplicante sancta Rebecca, Isaac vocauerit filium suum Iacob, Gen. 28. & dixerit ei vt pergeret in Mesopotamiam Syriæ, & inde sibi vxorem acciperet: & quòd ille humiliter obediens patri abierit, & in ipso itinere venerit ad quendam locum, & supposuerit lapidem capiti suo atque dormierit, & viderit in somnis scalam vsque ad cælos pertingentem, & angelos Dei ascendentes & descendẽtes per eam: Dominũ autem incumbentem scalæ

scalæ & dicentem sibi, Iacob, Iacob, noli timere, ego sum tecum, & ego ero socius itineris tui. Beatus enim Isaac, fratres charissimi, quando filiũ suũ dirigebat in Mesopotamiã, Dei patris typũ præfigurabat, Iacob verò Christũ Dominũ designabat. Beatus ergo Isaac neglectis mulieribus regionis in qua habitabat, mittebat filiũ suum, vt in regione longinqua sibi vxorem acciperet: quia Deus pater missurus erat vnigenitũ suum, qui repudiata synagoga, de gentibus sibi ecclesiam sociaret. Hoc tũc in veritate completũ est, quãdo Iudęis Act. 13. Apostoli dixerũt: Vobis quidẽ primũ oportebat loqui verbũ Dei: sed quia vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes. De beato Iacob nõ legimus, quòd cũ equis aut asinis aut camelis abierit: sed hoc tantũ legimus, quòd baculũ in manu portauerit. Genes. 32. Sic enim ipse dũ supplicaret Domino dixit: Domine, inquit, minor sum omnibus miserationibꝰ tuis, cũ baculo meo trãsiui Iordanẽ istũ, & ecce duabꝰ turmis regredior. Iacob ergo ad accipiendã vxorẽ exhibuit baculũ, & Christus ad redimendã Ecclesiã detulit crucis lignũ. Iacob dormiens posuit lapidẽ sub capite suo, & vidit scalã pertingentẽ ad cęlũ, & Dominũ incũbentẽ scalę. Videte, fratres, quãta sint in hoc loco mysteria, Iacob typũ gerebat Domini Saluatoris, & lapis quem supposuit capiti suo, nihilominꝰ Christũ Dominũ figurabat. Quare lapis ad caput Christũ significet, audi Apostolũ, Quia caput viri Christus. Deniq; vnxit beatus 1. Cor. 11. Iacob lapidẽ ipsum. Attẽdite vnctũ, & intelligitis Christũ. Christus ab vnctione, id est, à chrismate vnctus interpretatur. Sed si Iacob Dominũ in terra dormiẽs figurabat, quid est quòd in cælo Dominus scalæ innixꝰ incũbebat? Quomodo Christꝰ Dominꝰ & in cacumen scalæ in cęlo, & in beato Iacob esse videbatur in terra? Quòd autẽ & in cęlo sit Christus & in terra, audi ipsũ Christũ dicentẽ, Nemo ascẽdit in cęlũ, nisi qui de cęlo descẽdit, filius hominis, qui est in cælo. Aduertite, quia & ipse Dominus & in cęlo & in terra se esse dixit. Christũ Dominũ, fratres charissimi, caput esse Ecclesiæ cõfitemur. Si caput est Ecclesiæ, secundum caput in cælo est, secundũ corpus in terra. Denique cũ beatus Paulus Act. 9. apostolus persequeretur Ecclesiam, Christus de cælo clamauit, Saule, Saule, quid me persequeris? Nõ dixit, quid persequeris seruos meos: nec hoc dixit, quid persequeris mẽbra mea: sed hoc dixit, Quid me persequeris? Iam quasi pede calcato lingua clamat, Calcasti me: cùm vtique lingua calcari non posset, sed per concordiã charitatis caput pro membris omnibus clamat. Iacob ergo dormiebat, & Dominũ in cacumen scalę videbat incũbere. Quid est in scala incũbere, nisi in ligno pẽdere? Cõsiderate fratres, quis in ligno crucis pendẽs pro Iudęis orauerit, & agnoscetis quis ad Iacob scalæ incũbens de cælo clamauerit. Sed quare hoc in itinere factũ est antequam Iacob vxorem acciperet? Quia & verus Iacob Dominus noster prius in scala, id est, in cruce occubuit, & postea sibi Ecclesiam sociauit, dans ei in præsenti arrham sanguinis sui, daturus dotẽ postmodum sui regni. Quòd autem & Iacob dormiens, & Dominus scalæ incumbens, Christum figurauit, attẽdite & videte rei huius altitudinem. Cùm enim Saluator noster de Nathanaël loquẽs beatum Iacob nominasset, dicens: Ecce Israëlita, in quo dolus non est: Ioan. 1. in consequentibus dixit, Amodò videbitis cælos apertos, & angelos Dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Quod Iacob per figuram in somniis viderat, hoc de se Dominus in Euangeliis prædicabat. Videbitis, inquit, cęlos apertos, & angelos Dei ascendentes & descendẽtes ad filium hominis. Si ad filium angeli descendebant, quia in terris erat: quomodo hi ipsi angeli ascendebant ad filiũ hominis, nisi quia & in cælis erat? Ac sic & in Iacob ipse dormiebat, & de cęlo ad Iacob ipse clamabat, Hæc omnia, fratres, sicut Apostolus clamat, in figura cõtingebãt illis: scripta sunt autẽ propter nos, in quos finis seculorũ deuenit. Quomodo tamẽ, fratres, angeli Dei ad filiũ hominis in cælum ascendant, & ad ipsum filiũ in terrã descendãt, diligenter attendite. Quando enim prędicatores Dei de Scripturis sanctis alta & profunda, quę non nisi à perfectis intelliguntur, annũciant, ascendũt ad filium hominis: quando verò illa prędicãt quæ ad corrigendos mores pertinẽt, & quę omnis populus intelligere possit, descẽdunt ad filiũ hominis. Sic & Apostolus dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam non 1. Cor. 2. huius seculi, sed arcanã, absconditã, quã prædestinauit Deus ante secula in gloriã nostram. Ista quando dicebat Apostolus, sine dubio ascẽdebat ad filiũ hominis. Quando autem dicebat, Fugite fornicationem: quando dicebat, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: 1. Cor. 6. Ephes. 5. quando denunciabat, Radix omniũ malorũ est cupiditas: in his verbis tanquã angelus Dei descẽdebat ad filiũ hominis. Quãdo autẽ dicebat, Quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terrã, ascẽdebat. Cùm verò dicebat, Sobrij estote, & nolite peccare: & reliqua quæ ad corrigendos mores pertinent prędicabat, lac doctrinę ministrans tanquã nutrix paruulis, descẽdebat: quia illa loquebatur quę etiã imperiti capere possent. Hoc ordine & ascẽditur & descẽditur ad filiũ hominis, cùm & perfectis cibus solidus tribuitur, & doctrinę lac etiã nõ negatur. Sed & beatus Ioãnes ascẽdebat, quãdo dicebat, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, Ioan. 1. & Deus erat verbũ. Satis in altum ascendebat, quãdo ista dicebat. Sed quia angeli Dei non solùm ascendũt, sed etiam descendunt, inclinans se ad paruulos, dixit: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt hęc quę superiùs suggessimus, sanctis cordibus vestris possint tenaciùs inhęrere, breuiter quę dicta sunt repetemus. Beatus Isaac, sicut diximus, mittens filiũ suum, Gen. 28. typum Dei patris habuit: Iacob qui missus est, Christũ Dominum designauit. Lapis quem ad caput habuit, & oleo vnxit, & ipse significauit Dominũ Saluatorẽ: Scala vsque ad cælos attingens, crucis figurã habuit. Dominus innixus scalę, Christꝰ crucifixus ostenditur. Angeli ascendentes & descendẽtes per eã, Apostoli & Apostolici viri, & omnes doctores Ecclesiarũ intelligũtur, ascẽdentes, quãdo perfectis perfecta prędicãt; descendentes, quando paruulis & imperitis simplicia quæ intelligere possint, insinuãt. Nos verò, fratres, qui omnia quæ in veteri Testamẽto figurata sunt, in nouo Testamẽto videmus esse completa, quantas possumꝰ Deo gratias referamus qui nobis nullis præcedentibus meritis tanta pręstare dignatus est, totis viribus cum ipsius adiutorio laborãtes, vt hæc tanta & talia beneficia nõ nobis iudicium pariant, sed profectum. Quinimo ita spiritaliter studeamus viuere, & bonis operibus semper insistere, vt cùm nos castos, sobrios, misericordes & pios iudicij dies inuenerit, non cum impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & Deum timentibus peruenire ad æternam beatitudinem mereamur: præstante Domino nostro, &c.

Item eodem die Homiliæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, &c. quæ habentur inter sermones De verbis Domini, XXIIII. & XXV. Et de quæstionibus Euangeliorum, lib. 2. cap. 38. Et in lib. 1. Homiliarum, in VII. infertum est. Luc. 16.

Item aliæ Homiliæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Ioannem, Non possum ego à meipso facere quicquam, &c. quæ habentur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 5. Ioan. 5.

Item De diuersis sermo LXXII.

Feria sexta post secundam Dominicam in Quadragesima, de Iacob & Laban.

SERMO LXXX.

SERMO I.

REQVENTER charitati vestræ suggessimus, fratres dilectissimi, beatum Iacob typum habuisse & figuram Domini Saluatoris. Denique quomodo Christus venturus erat in mundũ vt iungeretur Ecclesiæ, ita in beato Iacob hoc præfiguratum est, quãdo in regionẽ lõginquam peregrinatus est, vt coniugium sortiretur. Abiit ergo, sicut audistis, beatus Iacob in Mesopotamiam ad accipiendã vxorẽ: & cùm venisset ad quẽdam puteum, vidit Rachel venientẽ cũ ouibus patris sui: & cùm agnouisset consobrinam suã esse, adaquato grege osculatus est eam. Si diligenter audistis, fratres, potestis agnoscere non fuisse sine causa, quòd sancti Patriarchę matrimonia ad puteos aut fontes inueniunt. Si hoc semel tantummodo euenisset, poterat aliquis dicere nõ pro aliqua significatione factum esse, sed casu potiꝰ accidisse. Cùm verò & beata Rebecca quæ iungẽda erat Isaac, ad puteũ inuenitur, & Rachel quam accepturus erat Iacob, ad puteum agnoscitur, nihilominus & Sephora quę Moysi iuncta est, ad puteũ reperitur, sine dubio aliqua in his sacramẽta debemꝰ agnoscere. Et quia toti tres isti Patriarchæ typum Domini Saluatoris prę-ferebant, ideo ad fontes vel ad puteos inueniunt matrimonia, quia Christus ad aquã baptismi inuenturus erat Ecclesiã. Denique veniens Iacob ad puteũ, prius gregẽ adaquauit, & postea osculatus est eam. Verũ est, fratres charissimi, nisi prius per aquam baptismi Christianus populus à malis omnibus abluatur, pacẽ Christi habere nõ meretur. Nũquid beatus Iacob vidẽs cõsobrinã suam, nõ eã potuit osculari prius quã aquã gregibus daret? Potuit sine dubio, sed mysterium gerebatur. Oportebat enim, vt per gratiam baptismi ab omni iniquitate vel discordia liberaretur Ecclesia, & sic pacẽ cũ eo habere mereretur. Quòd autẽ in illa peregrinatione duas vxores accepit Iacob, duos populos figurabat, Iudęorũ & Gentiũ. Nã in adũtu Christi nõ paruꝰ numerus etiã de Iudæorum populo in cũ legitur credidisse. Sic enim in Apostolorũ Actibus cõtinetur, quia crediderunt vna die tria milia, itẽ alia die quinque milia, item postea multa milia. Quòd autẽ duo populi in Christũ crediderint, etiam ipse Dominus in Euãgelio confirmat, vbi ait: Habeo & alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: vt fiat vnus grex, & vnus pastor. Duæ ergo illæ mulieres, id est Lia & Rachel, quę beato Iacob fuerant iunctæ, istos duos populos figurauerunt, Lia Iudæorum, Rachel Gentiũ. Istis duobus populis velut duobus parietibus, tanquã lapis angularis iunctus est Christus. In ipso enim se osculati sunt, & in ipso æternam pacẽ inuenire meruerunt, sicut Apostolus dicit, Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnũ. Quomodo fecit vtraque vnum? Vtique duos greges iungendo, & duos parietes sibi inuicẽ copulãdo. Denique videre quid postea cõsecutus est. Dicit enim Scriptura, quòd post hæc diues factus fuerit beatus Iacob. Sicut enim sanctus Iacob creuit, ac ditatus est, & cũ infinita substãtia ad patriã reuersus est: ita & verus Iacob Dominus noster Iesus Christus veniẽs in hunc mundũ, & istas duas sibi plebes, id est, Gentiũ & Iudęorũ consocians, innumerabiles ex eis filios spiritaliter genuit & creauit, ac ditatus est nimis. Denique audi ipsum dicentem, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nã expoliato diabolo, reuersus ad patrem magnas secum diuitias reportauit, secũdum quod Psalmista de eo multo antè prędixerat, Ascendẽs in altũ, captiuam duxit captiuitatem. Reuertente autem Iacob ad patriã suam, persecutus est eũ Laban cum sociis suis, & scrutatus omnẽ substantiam eius, nihil de rebus suis inuenit: & quia de suo nihil inuenit, tenere eũ omnino non potuit. Laban hic typum diaboli habuisse, non incongruè dicitur: qui & idolis seruiebat, & beato Iacob, qui typũ Domini prę-ferebat, aduersarius erat. Persecutus est ergo Iacob, nihil apud eum de rebus suis inuenit. Audi hoc & verũ Iacob in Euangelio dicentẽ, Ecce venit princeps huius mũdi, & in me nihil inuenit. Cõcedat nobis diuina misericordia, vt etiã in nobis nihil de suis operibꝰ noster aduersarius recognoscat. Si enim de suo nihil inuenerit, tenere nos vel reuocare ab æterna vita non poterit. Et ideo, fratres charissimi, diligenter aspiciamus arcellas conscientiæ nostræ, perscrutemur latibula cordis nõstri, & si nihil ibi quod ad diabolum pertinet inuenimus, gaudeamus & Deo gratias referamus, & quantũ possumus cum ipsius adiutorio studeamus, vt ianuæ cordis nostri semper aperiantur Christo, & vsque ad finem claudantur diabolo. Si verò aliquid de operibus vel calliditate diaboli in animis nostris latitare cognoscimꝰ, velut venenũ mortiferũ euomere vel expuere festinemus: vt cùm nobis insidiari voluerit, & nihil quod ad se pertinet potuerit inuenire, cõfusus abscedat, & nos cũ Propheta gratias agẽtes clamemꝰ ad Dominũ, Liberasti ex affligẽtibꝰ nos, & eos qui nos oderũt cõfudisti. Lia ergo, sicut suprà diximus, significat illam plebem quæ de Iudæis iuncta est Christo. Rachel verò Ecclesię, id est omniũ gentiũ typũ gessit: & ideo Lia nõ est furata idola patris sui, sed Rachel: quia post aduentũ Christi non vsquequaque synagoga idolis seruisse cognoscitur, sicut de Ecclesia Gẽtium manifestissimè cõprobatur: & propterea nõ apud Liã, id est, synagogã, sed apud Rachel, quæ typum Gẽtium præferebat, idola Laban legimus latuisse. Quòd autem venit Iacob ad Iordanẽ, & transmissis omnibus rebus ipse solus remãsit, & luctabatur cum viro vsque dum veniret aurora: Iacob in illa colluctatione Iudæorum populũ figurauit, angelus qui cum illo luctabatur, typum Saluatoris Domini prę-ferebat. Luctatur Iacob cum angelo, quia populus Iudæorum luctaturus erat cum Christo. Vincebat Iacob angelũ, quia Iudęorum populus Christũ vsque ad mortẽ persecuturus erat. Et quia nõ totus populus Iudęorum infidelis extitit Christo, sicut iam suprà diximus, sed nõ parua multitudo in nomine eiꝰ legitur credidisse, ideo angelus tetigit femur Iacob, & claudicare cœpit. Pes enim ille in quo claudicabat, Iudęos qui in Christũ nõ crediderunt figurabat: ille verò qui sanus remansit, illorum typum gessit qui Christum Dominum receperunt. Denique diligenter attendite, quia Iacob in illa colluctatione & vincebat & benedictionẽ petebat. Cùm enim dixisset angelus, Dimitte me: respondit Iacob, Non dimittam te nisi benedixeris mihi. In eo quòd vincebat Iacob, Iudęos persecuturos Christum significabat: in eo quòd benedictionẽ petebat, illum populum figurabat qui in Christum Dominum crediturus erat. Denique quid ei dixit angelus? Si contra Dominum fortis fuisti, quanto magis contra homines pręualebis? Hoc tunc impletum est, quando populus Iudæorum Christũ Dominum crucifixit. Dimitte me, inquit angelꝰ, iã ascẽdit aurora: hoc iã resurrectionẽ Dñi figurauit: quia Dñs, sicut optimè nostis, ante lucẽ legitur resurrexisse à mortuis. Quòd autẽ Iacob typũ Dñi figurauit, etiã hinc cognoscimꝰ, quòd orans Deũ vt eũ de manu Esau fratris sui eriperet, Domine, inquit, minor sum cunctis miserationibus tuis, in baculo meo trãsui Iordanem, & ecce cum duabus turmis regredior. Verum est, fratres charissimi, baculo crucis

Genes. 24.
Exod. 2.
Genes. 29.
Act. 2.
Ioan. 10.
Ephes. 2.
Matth. 28.
Psal. 67.
Ibidem.

crucis Christus apprehendit mundum, & cum duabus turmis, id est, cum duobus populis ad patrem rediit cũ triumpho. Hæc ergo, fratres charissimi, frequẽtiùs cogitate, & velut munda animalia spiritaliter ruminantes vtilem & necessarium cibum vestris animis præuidete: illum vtique cibum de quo Dominus ait, Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam: ad quam vos Dominus per suam pietatẽ perducat, cui est honor & imperium cum patre & sancto spiritũ in secula secula seculorum, Amen.

Ioan. 6.

Eodem die de somnio Ioseph.

SERMO LXXXI.

SERMO II.

VOTIENS vobis, fratres charissimi, lectiones de Testamento veteri recitantur, sicut frequẽter admonui, nõ hoc solum debetis attẽdere quod sonat in verbo, sed quod intelligitur & sapit in spiritu. Sic & Apostolus cõmonet nos dicens, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Hęc enim omnia quæ in veteri Testamento leguntur, sicut dicit Apostolus, in figura contingebãt illis: scripta sunt autẽ propter nos. Cùm enim populꝰ Christianus fideliter ad Ecclesiã venit, quid ei prodest q audit qualiter sancti Patriarchæ aut vxores acceperint, aut filios procreauerit, nisi quare hæc facta sint, aut quid res ipsæ figurauerint, spiritali sensu perspexerit? Ecce audiuimꝰ quòd beatus Iacob genuerit filium, & vocauerit nomẽ eius Ioseph, & cum plusquam reliquos filios suos dilexerit. Hoc loco beatus Iacob figuram habuit Dei patris: sanctus quòque Ioseph typum gessit Domini Saluatoris. Diligebat ergo Iacob filiũ suũ, quia Deus pater diligit vnicum suum, sicut ipse dixit: Hic est filius meus dilectus. Iacob misit filiũ suũ, vt de fratribus suis solicitudinẽ gereret, & Deus pater misit vnigenitum suũ, vt genus humanũ peccatis lãguidum visitaret. Ioseph dũ fratres suos quęreret, errabat in eremo, & Christus genus humanũ requirebat, quod errabat in mũdo, quodammodo quasi & ipse errabat, quia errãtes requirebat. Ioseph enim fratres suos quærebat in Sichimis. Sichima interpretatur humerus. Semper enim peccatores dorsum magis quàm faciem ponunt in facię iusti. Humeri enim retro sunt. Sicut enim fratres Ioseph inuidia percussi, fraternæ dilectioni dorsũ magis quàm facies offerebant: ita & infelices Iudæi, veniẽte ad eos salutis authore, inuidere potius quàm diligere maluerũt. De talibus dicitur in Psalmo, Obscurẽtur oculi eorum ne videãt, & dorsum illorũ semper incurua. Inuenit ergo Ioseph fratres suos in Dothaim. Dothaim interpretatur defectio. Verè in grandi defectione erant, qui de parricidio cogitabãt. Videntes ergo Ioseph fratres sui, de mortẽ illius tractauerũt, sicut videntes Iudæi verũ Ioseph Dominum Christum, vt eum crucifigerẽt vno omnes cõsilio statuerunt. Ioseph expoliauerunt fratres sui tunica polymita & talari, & Iudęi Christum per mortẽ crucis expoliauerũt tunica corporali. Ioseph exutus tunica mittitur in cisternam, id est, in lacum, & Christus expoliatus carne humana descendit in infernum: Ioseph posteaquã de cisterna leuatur, Ismaëlitis, id est, gentibus venditur: & Christus posteaquã de inferno regreditur, ab omnibus gentibus fidei cõmercio comparatur. Ioseph per consilium Iudæ triginta argẽteis distrahitur: & Christus per cõsilium Iudæ Iscariotis eodem numero venundatur. Quòd autẽ in diuersis translationibus nõ æquali pretio Ioseph scribitur venũdatus, sed alij dixerũt viginti argẽteis, alij triginta; hoc spiritaliter significauit, quòd Christus nõ æqualiter ab omnibus credẽdus vel diligẽdus esset. Denique etiam nũc in Ecclesia alij eũ plus diligunt, alij minus. Ipsi enĩ plus valet Christus, qui eũ maiori charitate dilexerit. Ioseph descẽdit in Ægyptum, & Christus in mũdum. Ioseph à penuria frumenti saluat Ægyptum, & Christus à fame verbi dei liberat mundũ. Nisi enim Ioseph fratres sui vendidissent, defecerat Ægyptꝰ. Fratres, verum est, nisi Christũ Iudæi crucifixissent, perierat mũdus. Videamus tamẽ, fratres charissimi, vnde in beato Ioseph fratres sui tã crudeliter sæuierunt. Vnde, nisi inuidiæ veneno, per quod mors intrauit in orbẽ terrarũ? Denique audi Scripturam dicentẽ, Inuidebant ei fratres sui, & nõ poterant ei loqui quicquam pacificum. Vidit enim beatus Ioseph somnium, quasi stantẽ se in agro cum fratribus suis, & manipulos alligantẽ, & fratrum manipulos adorare manipulum suum. Hoc in illo Ioseph tũc impletũ est, quãdo eum in Ægypto adorauerunt fratres sui. Et nõ incõgruè coacti sunt steriles manipuli fructuosum manipulum adorare, per quem de famis periculo liberandi erãt. Vidit etiã aliud somniũ, quòd sol & luna & vndecim stellæ adorarẽt eum. Cui respondit frater suus, Nũquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Hoc in illo Ioseph impleri non potuit, quia iã mater ipsius de hac luce migrauerat: in nostro vero Ioseph, id est, Domino Iesu Christo, somni illius sacramenta cõpleta sunt. Sol enim & luna & vndecim stellæ cum adorauerunt, quãdo post resurrectionẽ sancta Maria quasi luna, & beatus Ioseph velut sol, cum vndecim stellis, id est, beatis Apostolis, incuruati & prostrati sunt ante eum, & impleta est prophetia quę dixerat, Laudate eum sol & luna, laudate eũ omnes stellæ & lumẽ. Nã intantũ in illo Ioseph impleta non est somnij huius interpretatio, vt mater ipsiꝰ ante multos annos legatur fuisse defuncta, quàm præfata somnia illa vidisset. Et reuerà quomodo fratribꝰ ipsius potest cõuenire, q eũ quasi stellæ adorare possent, quos inuidię nox obscuros & tenebrosos effecerat? Iam enim claritatẽ stellarum perdiderant, qui in se lumen charitatis extinxerant. Meritò ergo hoc in Domino Saluatore nostro veriùs creditum fuisse cõpletum, quem, sicut iã antea dixi, beatũ Ioseph & beatam Mariam cum vndecim Apostolis frequẽtiùs legimus adorasse. Nã quòd Apostoli lumen stellarum habuerint, ipse Dominus in Euangelio dixit: Vos estis lux mundi. Et iterũ de ipsis ac suis similibus: Tũc iusti, inquit, fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Ioseph interpretatur augmentatio siue ampliatio. Sed in illo Ioseph ampliationem non habuit, nisi sola Ægyptus: in nostro Ioseph augmẽtum habere vniuersus meruit mundus. Ille Ioseph erogauit triticum, noster erogare dignatus est verbum. In omnem terrã exiuit sonus Apostolorum: & in fines orbis terræ verba eorũ. Nos ergo, fratres dilectissimi, qui nullis præcedentibus meritis tanta bona per misericordiam veri Ioseph Domini nostri Iesu Christi consecuti sumus, ad quos nõ vmbra veteris Testamenti, sed ipsa veritas venit, quantũ possumus cũ Dei gratia laboremus, vt quod nobis cõtulit iudicatus, integrum inueniat iudicaturus. Qui tibi tãtum cõtulit, scit quantum reposcat. Et quidẽ ille cùm venerit, redditurus est quod promisit, sed requisiturus est quod redemit: & quod dedit in primo adũtu, exacturus est in secũdo. Nemo ergo Christo Domino nostro reddat mala pro bonis. Quis enim est qui ita impiè agit, nisi ille qui accepit vitã, & restituit mortẽ? Mortẽ enim restituit, qui seipsum malè viuendo interficit. Quis est qui reddit mala pro bonis? Ille qui cùm deberet dare ꝓpria, rapit aliena: qui pro charitate reddit odiũ, inuidiã pro benignitate, pro humilitate superbiã, pro castitate luxuriã. Quis est qui Christo reddit mala pro bonis? Ille qui cùm deberet lectioni insistere, & ad

Gen. 37.
Psal. 148.
Gen. 31.
Gen. 32.
Matth. 5. & 13.
Psal. 68.

Ecclesiam currere, eligit potius ad tabulā ludere, spectacula furiosa, vel cruenta, vel turpia frequentare; & cui oportebat peccata sua orando, legendo, eleemosynas faciēdo cōsumere, studet potius augere, & amplius cumulare: Quis est qui reddit mala ꝓ bonis? Qui pro luce tenebras, pro benignitate malitiam, pro sobrietate ebrietatem, pro eleemosynis rapacitatem, pro iustitia iniquitatem restituit. Qui ergo hæc mala adiuuante Domino non admisit, quantum potest munera in se diuina custodiat: qui verò his malis se fētit obnoxium, & intelligit obuolutum, citò ad pœnitentiæ medicamenta recurrat, & antequam anima illa tenebrosa de corpore mortis suę discedat, eleemosynis, ieiuniis & orationib⁹ remediū sibi in die necessitatis acquirat. Sic ergo agam⁹, fratres, vt ante tribunal Christi, & qui boni sunt coronā, & qui negligētes sunt veniā consequātur, vt illos ornet vita integra, istos valeat excusare correcta, præstāte Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Hom. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthęū, Homo erat paterfamiliās, qui plātauit vineam, &c. Quæ habentur inter sermones De verbis Domini quinquagesimonono.
Item eodem die sermo De diuersis, LXXXII I.

Sabbato post secundam Dominicam in Quadragesima, de eo quòd Ioseph latuit patrem in Ægypto.

SERMO I.

SERMO LXXXII.

IN beato Iacob, fratres charissimi, & in sancto filio eius Ioseph, qui diligēter attēdit, rem nimis admirabilem Deum fecisse cognoscit. Primùm non credo fuisse sine causa, quòd Dominus, qui se totiens dignat⁹ fuerat ostēdere beato Iacob, per tot annos noluit ei indicare, quòd Ioseph filius eius viueret, sed permisit eū longa afflictione consumi. Si hoc quisquā sine certa & euidenti ratione factū esse credit, vel hoc consideret, quòd nec filius eius Ioseph in tū proximo positus permissus sit ad patrē suum mittere, vt ei nunciaret quòd nō solùm viueret, sed etiam in grādi honore floreret. Ab illo enim loco vbi erat beatus Iacob vsque in Ægyptum vix erant trecenta miliaria. Vnde frequentissimè & ex Ægypto in locis illis vbi Iacob erat, plurimi properabant, & ex illo loco ad Ægyptum infinitæ multitudines assiduè confluebāt. Sed fortè aliquis dicit, quòd beatus Ioseph paruulus exierit à patre suo, & ideo recordari eū non potuisset. Nō ita est, fratres charissimi. Puer enim erat sedecim annorū, & nulla ratione parētes suos poterat obliuisci. Nam & in tātum eos oblitus nō erat, vt fratres suos, vbi primùm vidit, agnosceret. Sed dicit aliquis, quòd licētiam aut potentiam non habuerit mittendi ad patrēm suum. Etiam si hoc quasi verisimile videatur, posteaquā de carcere deductus est, & dominus fact⁹ est in omni terra Ægypti, per illos septē annos fertilitatis, & illos duos qui transacti sunt tēpore inopię antequā fratres sui ad eū descenderēt: per istos nouem annos in trecētis miliariis sine vlla dubitatione potuit mittere ad patrē suum: sed occulto iudicio hoc Dominus fieri nō permisit, intantū vt nec tunc se manifestaret fratribus suis, quādo ad emēdum triticum venerant, quinimò durissimè eis loquens, & fratrē illorū in vinculis tenens, ad patrem suū eos cum grādi dolore redire iussit. Attēdite adhuc ad aliud maius miraculū, & videte quomodo beat⁹ Ioseph, qui patrē suum nouerat pro se intolerabilē amaritudinē sustinere, quasi parū esset quod antè pertulerat, adhuc & Bēiamin ei fecit auferri: quo facto vtiq; nouerat eū multiplicē passurum esse dolorē. Hæc enim omnia sine spiritus sancti dispēsatione facta fuisse, nō credo. Deus enim, cuius iudicia plerunq; sunt occulta, nūquam tamē iniusta, qui beato Iacob noluit indicare filium suū viuere, ille etiā sanctū Ioseph non permisit vt patri suo gloriā suā nūciaret: quinimò adhuc Simeō in vinculis tenēdo, Beniamin auferendo, ipsius patris sui Angustias cumulauit. Hęc autē, fratres charissimi, si fideliter attēdamus, cum grādi misericordia Dominum fecisse cognoscimus. Ab initio enim mundi hoc Deus in sanctis suis exercuit, quod in beato Iacob cum grandi pietate compleuit. Sed quare sit hoc factum diligenter attēdite. Quamuis enim serui & amici Dei capitalia crimina vitauerint, & multa opera bona fecerint, tamē sine minutis peccatis esse non possunt, non credimus, quia non mētitur ille qui dixit: Nō est immunis à peccato, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Et beatus Ioānes Euangelista, qui vtique meritis non erat inferior sancto Iacob, clamat & dicit, Si dixerimus quia peccatum nō habemus, ipsi nos decipimus, & veritas in nobis nō est. Et illud quod alibi scriptū est, Iustus septies cadit, & resurgit. Quia ergo, sicut iam dictum est, sine istis minutis peccatis Iacob esse non potuit, volens Deus ipsa parua peccata in hoc seculo tribulationis igne consumere, implet in eo quod ipse per spiritum sanctū dixit, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et illud: Flagellat Deus omnē filiū quē recipit. Et illud: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei. Vt ergo sanctum Iacob deus noster velut aurū, purgatū in futuro iudicio præsentaret, prius ab illo omnes maculas peccatorū abstersit, vt in eo ignis ille arbiter quod exureret inuenire non posset. Quod etiam in ipso beato Ioseph factum esse cognoscimus. Cùm enim, sicut dixit Scriptura, dominus esset cum eo, & gratiam ei apud dominum suum & apud principē carceris dedisset, præuentus tunc est vt ab homine auxilium postularet, dicēs magistro pincernarū, Memēto mei cùm tibi bene fuerit, & supplica Pharaoni, vt me eiiciat de isto carcere. Et quia nondum scriptum erat, Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in homine: cùm in omnibus Dei gratiam meruisset, surreptum est illi vt ab homine auxilium peteret. Pro qua re additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere, tanquam diceret ei Deus: Ego tibi ostendo, vt magis à me quàm ab homine debeas auxiliū postulare. Sine vlla enim dubitatione credēdum est, quòd pro castigatione sancti Ioseph nō permisit Deus magistrū pincernarū vt in mēte haberet, quòd ei sanctus Ioseph quando de carcere dimissus est supplicauerat. Et quia etiam & ipse Ioseph quāuis sanctus tunc, sine peccato esse non poterat, ideo tanto tēpore fuit in carcere clausus, vt in eo impleretur quod scriptum est, Ego quos amo, arguo: & quos diligo castigo. Si diligenter attendimus, fratres charissimi, quod erga beatū Iacob Deū fecisse credimus, hoc etiam Ioseph circa fratres suos exercuisse cognoscimus, quia vtique tam sanctus fuit, vt eos odio habere nō potuisset. Vnde credendum est, quòd ideo eos tantis tribulationibus fatigauerit, vt illos ad confessionem criminis, & ad medicamentū pœnitentiæ prouocaret. Denique cum ingenti dolore dixerunt se meritò pati illa, quia peccassent in fratrem suum videntes angustiā eius. Et quia sciebat beatus Ioseph, quòd fratribus suis parricidij crimen sine grandi pœnitētia indulgeri non posset, & semel & secundò & tertiò illos medicabili tribulatione tāquā spiritali igne decoxit, nō vt se vindicaret, sed vt illos corrigeret, & de tā graui crimine liberaret. Denicq; priusquam peccatū suum cōfiterentur, & crimen quod admiserant mutua inter se castigatione consumerent, nec agnoscendum eis se dedit, nec pacis osculum eis indulsit. Cùm verò illos pro peccato quod in ipso admiserāt humiliter videret afflictos, deosculatus est singulos, & per singulos fleuit, & pauentium colla pio oculorum rore perfundens, odium fratrum charitatis lachrymis abluebat. Quod ergo Deus in beato Iacob fecit, & quod Ioseph erga fratres exercuit, hoc etiā & nos in illis qui in nobis peccauerint debemus implere, & nō ipsos, sed peccata eorum studeamus odire: & ita velimus secundum culpæ merita durissima castigatione corripere, vt eos studeamus in veritate diligere. Hæc si facimus, fratres charissimi, impletur in nobis illud quod scriptū est, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Ad extremū vt totū quod dixit breui sermone concludam, taliter indulgeamus, is qui in nobis peccauerint, qualiter volumus vt nobis indulgeat Deus quotiēs in illo peccamus. Hæc si facimus, securi possumꝰ dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Adhuc nos delectabat cū charitate vestra de beato Ioseph aliquid loqui: sed propter pauperes qui ad opera sua festinant, melius est hoc vt nobis in die crastina reseruemus. Et ideo conuersi ad Dominum misericordiam ipsius deprecemur, vt desiderium audiendi verbū Dei, quod in nobis placatus contulit, & augere semper & conseruare dignetur, qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Iob 15.
1. Ioan. 1.
Prouer. 14.
Eccl. 27.
Hebr. 12.
Act. 14.
Galat. 6.
Matth. 6.

In eodem die Hom. de eo quod scriptū est in Euangelio secundum Lucam, Homo quidā habuit duos filios, & dixit adolescētior ex illis: Pater, da mihi portionem substantiæ, &c. quæ habentur inter sermones De verbis Domini, XXXIII. ex Enarrat. in Psal. 70. Et de quæstionibus Euangeliorum lib. II. cap. XXXIII.
Item in eodem sermo LXXXIIII. de Diuersis.

Lucæ 15.

Dominica tertia in Quadragesima, de Ioseph & domina sua.

SERMO I.

SERMO LXXXIII.

BEATVS Ioseph sanctus & fidelis dñi famulus, tribulationibus magis iustus ostēditur, qui primò inuidia fratrū Ismaëlitis in seruū addictus, ab eisq; venditus à quibus se viderat adorādū, deinde Ægyptio domino traditus, semper tamen ingenui animi tenuit dignitatē; docuitq; exemplo suo & seruos & liberos in peccando nō conditione coæquales esse, sed mēte. Cùm esset decorus & speciosus facie, pulchritudinē vultus sui nō ad alienam deriuauit iniuriam, sed ad suā gratiā cōseruauit: hoc se pulchriorē iudicans, si nō dispēdio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur: & illum esse verū decorē qui nō alienos oculos caperet, nec mentes fragiles vulneraret. Crimē enim dominæ suæ fuit, quę malè vidit, nō beati Ioseph, qui malè videri non voluit. Nec in eo qui visus est culpa est, quia nō erat in potestate seruili, vt non videretur à domina: maritus debuit cauere vxoris oculos. Discāt tunc & viri cauere oculos feminarū, cùm amātur & qui nolunt amari. Denique adamatus est Ioseph, qui amantē contēpserat: & bene excusauit eum Scriptura, dicens, Genes. 39. Immisit oculos vxor domini eius in Ioseph: hoc est, nō iste se ostētauit, nec illa cœpit incautū: sed illa retia sua immisit, & indagine sua capta est: catenas suas sparsit, & in suis vinculis colligata est. Dixit autē illi, Dormi mecū. Prima adulterij oculorū tela sunt, secūda verborū. Sed qui nō capitur oculis, potest verbis resistere. Excusatur, q; ingressus est: prædicatur, quòd elapsus est. Nec plus fecit per vestimēta corporis, quàm per animi castimoniā: reliquit tanquā non sua, quæ adultera manibus detinebat, & aliena iudicauit quæ tactu impudicæ potuerant cōprehendi. Magnus planè vir, qui vēditus seruire tūc nesciuit, ingenuā adamatus nō redamauit, rogatus nō acquieuit, apprehēsus aufugit: cōcupiscitur adolescēs à domina, sed ad cōcupiscentiā prouocatus & rogatus refugit: vna hac in re blādiris supplicat, quæ in cęteris imperabat. Amabat illum, an potius se? Ego puto quia nec illū, nec se. Si illū amabat, quare volebat perdere? si se amabat, quare quęrebat perire? nec probaui, quia non amabat: veneno libidinis ardebat non flamma charitatis lucebat. Sed ille nouerat videre q; illa non nouerat. Pulchrior erat intus Ioseph quàm foris; pulchrior in luce cordis quàm in facie corporis: vbi illius feminæ oculus non penetrabat, ipse sua pulchritudine fruebatur. Intuēs ergo interiorem pulchritudinē castitatis in speculo conscientiæ suæ, quando illā maculari, quando violari feminea tentatione permitteret? Quod ergo videbat in se, & tu vis videre in te pulchritudinem pudicitiæ interiorem spiritus talem? Si habes ad illam qualescunq; oculos, exempli gratia tibi aliquid propono, ipsam vis in coniuge tua: noli ergo odisse in aliena, quod amas in tua. Quid enim debes amare in cōiuge tua? Vtique castitatem. Hanc odisti in aliena. Serua ergo in cōiuge aliena quod seruare cupis in tua: quia & in vxore castitatem potius diligis quàm carnē. Sed fortè existimas te amatorē esse carnis vxoris tuę, & nō castitatis. Sordida quidē cogitatio, misera & voluptuosa: sed nō te dimitto sine exemplo. Tu putas q; carnem amas vxoris tuæ: ego enim dico quod castitatem plus amas. Denique hanc plus amas in filia tua. Quis enim hominum, qui nō filias suas castiget, & non castas esse velit? Nunquid & ibi carnē amas? Nunquid concupiscis corpus pulchrū, vbi exhorresceris incestum? Si ergo amatorem te castitatis conuincis, quid te offendisti vt eā non ames in te? Quod amas in filia tua, ama hoc & in vxore aliena: quia & filia tua vxor erit aliena. Ama ergo & in te castitatem. Nāsi amas vxorem alienam, nō continuò habebis: castitatem si amaueris, mox habebis. Blāda castitas & sancta, in cubiculo cordis tui suauis est, eius amplexus nō habet amaritudinē, conuersatio illius in nullo tibi in domo conscientię cōtradicit. Ama ergo & in te & in aliis castitatem, & imitaberis beatū Ioseph, qui noluit impudicæ mulieri accubitu illicito cōsentire, repulit cōcupiscentiam alienam, amplexus est pudicitiam suam. Amator Dei, dilectissimi, mulieris amore non vincitur, castum animū incitans adolescētia nō permouit, nec diligētis authoritas. Mirati estis castitatē, aspicite nūc benignitatem. Ille pro odio reddit charitatem: & cùm videret fratres suos, imò inimicos ex fratribus, cúmque ab eis agnosci vellet, dilectionis affectū pio dolore testatus est ad eos. Osculabatur singulos, & per singulos flebat, & irriguis fletibus pauentiū colla perfudit. Odiū fratrum charitatis lachrymis abluebat. Cōstat viuo patre atq; mortuo, quòd germano semper amore dilexit, nec recordatur illū in quo ad necem fuerat deiectus in lacū, nō cogitauit addictam pretio germanitatē: sed pro malis bona restituens, iā tunc nec dum data Apostolica præcepta cōpleuit. Ergo beatus Ioseph cogitans veræ charitatis dulcedinem, venenum inuidiæ, quo fratres suos nouerat fuisse percussos, neo auxiliante studuit de corde suo repellere. Et reuerà, fratres, quid infelici viro prestat inuidia, quem in secretis cōscientię quibusdam vngulis liuor ipse discerpit, & alienam felicitatem tormētum illius facit? Quam inquam mercedem ex odio suo recipiet, nisi horribiles animæ tenebras, & confusæ mentis horrorem, qui vultu semper animoq; mœrēte voto quo vult alij nocere, se cruciar, quem sęuissimis exagitatum stimulis ab omni consilio ac mētis sobrietate deturbat? Et ideo obseruemus, fratres, vitij huius ineursum, ne fortè participes operis diaboli inueniamur, &

Inuidiam cauēte

Sapient. 2. mur, & pari cum illo sententia condēnemur, sicut scriptum est, Inuidia diaboli, mors intrauit in orbē terrarum. Imitantur autē eum qui sunt ex parte eius. Quod malum lædit parum aliquid etiam eos in quos intenditur: grauius tamen & perniciosius eos prius à quibus procedit, affligit. Sicut enim ærugo ferrum, ita inuidia illam ipsam animam, in qua est, interimit & cōsumit. Et sicut aiunt, viperas dilacerato & dirupto illo ipso materno vtero in quo conceptæ sunt, nasci: ita & inuidiæ natura illam ipsam animam à qua concepta est, & consumit & perdit. Qualis hæc animæ tinea est? Quæ cogitationum tabes pectoris? Quanta rubigo, zelare in
Hæc eadem in cypriano. homine donum Dei, & in malo opprobrio bona aliena conuertere, aliorum gloriam facere pœnam suam, velut quosdā pectori suo admouere carnifices, cogitationibus & sensib' suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent. Non cibus talibus letus, nō potus potest esse iucūdus. Suspiratur semper & ingemiscitur ac doletur: diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Et quantum ille cui inuidet successu melior profecerit, tantū inuidus in manus incēdium huoris ignibus exardescit: pallor in facie, tremor in labiis, stridor in dentibus. Quisquis ille est quem in zelo suo persequitur inuidus, subterfugere cum forsitā poterit & vitare: inuidus verò fugere nō valebit. Vbicunque fuerit, aduersarius suus secum est hostis in pectore semper inclusus. Deniq; Dominus in Euangelio, cùm esset discipuli interrogarent, quis inter illos maior
Matth. 18. esset, respōdit: Quisquis fuerit, inquit, minimus in omnibus his, hic erit magnus. Quo verbo omnem causam & materiā mordacis inuidiæ eruit & abscindit. Christiano ergo populo zelare non licet. Contra inuidiam redde humilitatē. Audi beatū Ioannem Apostolum in
1. Ioan. 3. Epistola sua dicentem: Qui odit fratrē suum, homici-
1. Ioan. 2. da est. Et iterum: Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat. Descendit enim in gehennam ignarus, & cæcus præcipitatur in pœnam. Recedit ipse scilicet
Ioan. 8. à Christi lumine monentis & dicentis: Ego sum lux mūdi, & qui credit in me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Nos verò, Deo auxiliante, venena inuidiæ fugientes, non solùm cum bonis, sed etiā erga malos charitatis dulcedinē habeamus. Sit in manibus diuina lectio, in sensib' Dominica cogitatio, oratio iugis omnino non cesset, & salutaris operatio perseueret, vt quotiens ad tentādum nos accesserit inimicus, semper nos bonis operibus inueniat occupatos. Cōsideret ergo vnusquisque conscientiam suam, & si se videt de prosperitate proximi sui inuidię veneno percussum, euellat de pectore suo spinas & tribulos, vt in eo semen Domini quasi in fertili agro multiplicata segete luminis concipiatur, vt amaritudo inuidię, Christi dulcedine leniatur. Amet eos & quos antè oderat, & de meliorum semper profectibus gratuletur. Nō deroget sacerdotibus, nec præpositos suos venenatis dētibus laceret, faciat se illis adunata dilectione participē. Dimittitur ei, quando & ipse dimiserit: accipientur sacrificia sua, cùm & ipse pacificus ad deū accesserit. Cogitet vnusquisque paradisi delicias, regno cælesti discat adhærere: ad quod nisi concordes & vnanimes spiritu non ad-
Ioan. 13. 7 mittuntur. Cogitemus ergo, fratres, quòd filij Dei soli possint vocari, qui sunt pacifici, secundum quod scriptum est: In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Ad quod vos pius Dominus bonis operib' sua protectione perducat, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

A *In eadem Dominica, de eo quod scriptum est, Mortuus est Ioseph, & filij Israël creuerunt, &c.* Exod. 1.

SERMO II. SERMO LXXXIIII.

VDIVIMVS in lectione quæ lecta est, fratres dilectissimi, quòd mortuo Ioseph filij Israël creuerunt, & multiplicati sunt nimis, & quasi herba germinauerunt. Quid est hoc, fratres charissimi? Donec viueret Ioseph, non referūtur creuisse filij Israël, nec q; multiplicati sunt nimis: sed posteaquā mortuus est, sic germinasse dicūtur, cùm vtique sub patrocinio vel defensione Ioseph magis debuerāt crescere & multiplicari. Sed hęc, fratres charissimi, in illo Ioseph figurata sūt, in nostro autem Ioseph, id est Dño Christo, in veritate cōpleta sunt. Prius enim quàm moreretur, id est, quàm crucifigeretur Ioseph noster, pauci in eum crediderūt: posteaquam verò mortuus est & resurrexit, in vniuerso
B mundo multiplicati sunt, & creuerunt Israëlitæ, id est populi Christiani. Sic & ipse Dominus in Euāgelio dixit: Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuū fue- Ioan. 12.
fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructū affert. Postea enim quàm passione pretiosum granum frumenti mortuū est & sepultū, per vniuersum mundum de vno illo grano messis Ecclesiæ pullulauit. Nō enim, sicut antea, in Iudæa tātùm nota Psal. 75.
est Deus, nec solùm in Israël nomē eiⁿ colitur, sed à solis ortu vsque ad occasum nomē illius collaudatur. Interea mortuus est Ioseph, & surrexit nouus rex in Æ- Exod. 1.
gypto, qui ignorabat Ioseph, & alloquitur gentē suā, vt persequerentur filios Israël. Dū rex ille viueret qui nouerat Ioseph, non referūtur afflicti fuisse filij Israël, nec in luto & latere fatigati, nec masculi eorum necati, & feminæ viuificatæ: sed posteaquam surrexit rex ille qui non nouerat Ioseph, omnia ista gesta referuntur. Hæc
C enim, fratres, secūdum quod dicit Apostolus, in figura contingebant populo Iudæorum: scripta sunt autem 1. Cor. 10.
propter nos. Quod in illis carnaliter figurabatur, in nobis spiritaliter adipletur. Et nos ergo, si diligenter attēdimus, intus in nobis in homine interiore hęc fieri frequēter agnoscimus. Anima enim nostra aut à legitimo rege regitur, aut à tyranno vastatur. Si enim Deo adiuuāte, piè viuimus, si de charitate, de misericordia & de patiētia atque pœnitentia, cæteriq; his similibus cogitamus, licet adhuc in Ægypto, id est, in carne simⁿ, tamē à Christò rege gubernamur: & ipse reget nos in luto & latere, sed nō consumit, nec nos curis terrenis vel nimiis solicitudinibus atterit & affligit. Si verò anima nostra cœperit declinare à Deo, & ea quę sunt turpia & Rom. 8.
inhonesta sectari, tunc prudētia carnis quæ inimica est Deo, repudiato rege Christo, subdit infelicia colla tyrānno. Quod cùm fuerit factum, alloquitur gentē suā, D id est, corporis voluptates, & vitiorū ducibus ad cōsiliū cōuocatis initur deliberatio aduersus filios Israël, id est aduersus cogitationes sāctas & acceptabiles Deo, quomodo circumueniantur, quomodo opprimātur, vt luto & lateribus affligātur, vt masculos interficiant, & feminas reseruēt. In masculis intelligitur sensus rationabilis, in feminis cōcupiscentia carnis. Vult ergo diabolus in nobis viros occidere, & feminas reseruare: id est, sensum in nobis rationabilem ac Deū videntem extinguere, & quę ad cōcupiscentiā carnis pertinēt reseruari. Nō nobis hæc ad historiam tantum scripta sunt, nec putādum est diuinos libros Ægyptiorum gesta narrare: sed quæ scripta sunt, sicut Apostolus ait, ad nostram Rom. 15.
doctrinam & cōmonitionem scripta sunt: vt tu quihęc audis, & gratiā baptismi iam cōsecutus es, & annumeratus es inter filios Israël, & susceptisti in regē Christū, si post hoc declinare volueris, & pro cupiditate opera seculi

culi agere actus terræ & luti, id est, luxuriosa explere A
ministeria, agnoscas & intelligas quia surrexit in te rex alius qui nescit Ioseph. Rex Ægypti ipse te cogit ad opera sua, non iustitiæ, sed iniquitati seruire: ipse faciet laterem sibi operari & lutum: ipse te sub prepositis, magistris & compulsoribus ad opera terrena & luxuriosa plagis & verberibus aget: ipse est qui te facit discurrere per seculū, maris ac terrę elementis pro cupiditate turbari: ipse est rex Ægypti, qui te forū pulsare litibus facit, & pro exiguo terrę cespite, propinquos iurgiis fatigare: ipse est qui te persuadet luxuria castitati insidiari, decipere innocentiam, in domum tuam quæ sunt fœda, foris quæ sunt crudelia, intra conscientiā quæ sunt flagitiosa committere. Si ergo tales videris esse actus tuos, scito te regi Ægypti militare: id est, non Christi, sed diaboli spiritu agi. Nos fratres charissimi, qui ante aduentū Domini Saluatoris, domus diaboli fuimus, & per gratiam Christi de potestate ipsius liberari meruimus, quantum possumus, ipso Deo adiuuāte, laborare B
debemus, ne à nobis malis actib' nostris offensus Christus abscedat, & diabolus illo recedente succedat: ne fortè cor nostrū vero lumine offocato tenebrosa nox occuper, ne in nobis impleatur illud quod in Euangelio scriptū est, Cùm exierit spiritus immūdus ab homine, vadit per loca arida, quęrēs requiem, & nō inuenit: Lucæ 11.
post hæc dicit, Reuertar in domū meam vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eā scopis mūdatam, & adducit secum septē alios spiritus nequiores se, & ingressi habitāt ibi: & erunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hoc enim, charissimi, de Christiano etiam baptizato intelligēdum est. Per gratiam enim baptismi vacuatur quisque omnibus malis: postea verò cū Dei adiutorio laborare debet, vt impleatur omnibus bonis. Nā si aliquē liberū à malis vacuauiq; à bonis inuenerit inimicus, adducit secū alios spiritus nequiores se, & erūt nouissima hominis illius peiora priorib'. Et ideo vnde expulsa est luxuria, introducatur castitas: vnde eradicata est auaritia, plantetur eleemosyna: vnde malitia vel inuidia expellitur, charitas dominetur. Et quia veniens Dominus noster alligauit fortem, id est, diabolum, & vasa eius, id est, nos de potestate eius eripuit, quantum possumus, ipso auxiliāte, studeamus, vt illi à quo saluati sumus, toto corde & toto animo vsque ad vitæ nostræ terminum seruiamus. Et quia, expulso diabolo, domū sibi de nobis vbi requiesceret, & vasa in quibus habitaret facere dignatus est Christus, in domo sua nō patiatur iniuriā: nihil ibi inhonestū, nihil sordidū, nihil deprehēdat obscurū: sed ita domiciliū cordis nostri fide plenū, & vacuum malis omnibus semper inueniat, vt nos non solum frequentius visitare, sed etiam habitare in nobis dignetur: qui cum patre & spiritu sancto viuit D
& regnat in secula secula seculorum, Amen.

Ibidem. Item eodem die Hom. de eo quod scriptū est in Euangelio secundū Lucā, Erat Iesus eiiciēs dæmonīū, & illud erat mutū, &c. quę habētur de quæstionibus Euangeliorū lib. 1. cap. v. & lib. 2. cap. 17. & inter sermones De verbis Domini, xi.

Feria secunda post tertiam Dominicam in Quadragesima, de paleis Ægyptiorum.

SERMO LXXXV. SERMO I.

VAMVIS, fratres charissimi, omni tēpore verbum Dei cum grandi desiderio nos oporteat fideliter semper audire, in istis tamen diebus specialiter lectioni diuinæ insistere, & de salute animæ nostræ debemus attentiùs cogitare: quia per totum anni spatium Christianorum populus multis vitiorum fluctibus calliditate diaboli insectatur, quia propinquāte Paschali sollēnitate, maiore impetu contra fideles quosque se præparare con-

A sueuit, & grauioribus stimulis corda nostra compūgere vel inquietare cōtendit. Sicut enim in diebus istis ad similitudinem diaboli & angelorū eius Pharao & Ægyptiorum populus persequebatur filios Israël, & luto eos ac lateribus affligentes ad amaritudinem perducebant: ita & hoc tempore imminente Paschali sollennitate, quia veros Israëlitas qui baptizandi sunt, dolet diabolus de suo exercitu vel possessione discedere, grauiores consueuit tribulationes immittere, maiora scādala concitare. Sed nos, si Moysen sequimur, id est, si legem libenter audimus, prospicere vel desiderare Ægyptum nolumus, Pharaone submerso per sacramentū baptismi, velut per trāsitum maris rubri de eius potestate vel seruitio liberamur. Certissimum est, fratres charissimi, qa quomodo tūc Ægyptij filios Israël multis tribulationibus ad amaritudinē perducebāt: ita, sicut iā diximus, & in hoc tēpore diabolus & angeli eius
B fideles Christianos & bonis operib' deditos impugnare vel inquietare nō cessant. Hoc tamē scitote fratres, quia diabolus nō persequitur nisi bonos. Malos enim luxuriosos, cupidos & superbos persequi diabolus non cōsueuit. Amici enim sunt sui, & semper volūtates illi' faciūt. Et in tantum eos nō persequitur, vt etiā per illos alios persequatur. Malos enim homines diabolus quasi malleos vel flagella habere cōsueuit. Denique nō persequitur bonos, nisi per malos. Habet ergo Deus ministros suos, habet & diabolus adiutores suos. Deus enim per homines bonos, tāquā per ministros suos, agit omne q; bonū est: diabolus verò per homines malos, velut per satellites suos, exercet omne quod malū est. Diabolus per malorū auaritiā vestitos expoliat, Deus per homines bonos vestit nudos. Diabolus per impios & superbos etiā & eos qui pacē habere videtur, ad scādala vel lites instigat: Deus per pios & humiles discordes
C quoq; pacificat. Et quia lōgū est ire per singula, vt pro certo agnoscat & intelligat charitas vestra, quia sicut omne q; bonū est per bonos homines agit Deⁿ, ita omne quod est crudele & impiū, per malos homines consueuit exercere diabolus. Deniq; cōsiderate fratres, & corporalibus etiā oculis videbitis, quomodo populus diaboli persequitur populū Christi, dū adulteri persequūtur castos, insectātur sobrios ebriosi, humilibus insidiantur superbi, benignos inuidi, largos cupidi, & eos qui mansuetudinem vel patientiam retinent, affligere non desinūt iracundi. Et ideo consideret vnusquisque consciētiam suam, & si se videt & in cognitione & in opere semper quod bonum est diligere, & quod honestum est iugiter exercere, ministrum se Dei esse cognoscat & gaudeat. Qui verò seipsum interrogans viderit quod malum est, non solùm cogitare, sed etiam dicere vel exercere, adiutorē diaboli se esse intelligat, simul & D
dicat, & dū adhuc peccatrix anima in corpore suo tenetur inclusa, cum Dei adiutorio de potestate diaboli se conetur eruere. Nemo se circūueniat, fratres charissimi. Vnusquisque cuius opera & voluntates exercet in isto seculo, cum ipso erit postmodum in futuro. Ac sic omnis homo aut cum Christo regnaturus est, aut cum diabolo in inferni supplicio cruciandus. Et ideo dum tēpus est, & in nostra potestate cōsistimus, cū Dei adiutorio vnusquisq; qui se malis operib' in sinistra esse cognoscit, priusquā ab hacluce discedat, ad dexterā transire cōtendat, non ad sinistrā, ne audiat, Discedite à me Matth. 25.
maledicti in ignē æternū: sed ad dexterā, vt inter agnos audire mereatur, Venite benedicti, percipite regnū. Vt hæc omnia cū Dei adiutorio possimus implere, attentiùs de dādis eleemosynis cogitemus. Qualiter autem de sinistra trāseatur ad dexteram, euidens & manifesta ratio demonstrat. Qui fuit ebriosus, sit sobrius; sit pa-

Sapient. 2. mur, & pari cum illo sententia condenemur, sicut scriptum est, Inuidia diaboli, mors intrauit in orbẽ terrarum. Imitantur autẽ eum qui sunt ex parte eius. Quod malum lædit parum aliquid etiam eos in quos intenditur: grauius tamen & perniciosius eos prius à quibus procedit, affligit. Sicut enim ærugo ferrum, ita inuidia illam ipsam animam, in qua est, interimit & cõsumit. Et sicut aiunt, viperas dilacerato & dirupto illo ipso materno vtero in quo cõceptæ sunt, nascẽ: ita & inuidiæ natura illam ipsam animam à qua concepta est, & consumit & perdit. Qualis hæc animæ tinea est? Quæ cogitationum tabes pectoris? Quanta rubigo, zelare in homine donum dei, & in malo opprobrio bona aliena

Hæc eadem in Cypriano. conuertere, aliorum gloriam facere pœnam suam, velut quosdã pectori suo admouere carnifices, cogitationibus & sensib⁹ suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent. Non cibus talibus letus, nõ potus potest esse iucũdus. Suspiratur semper & ingemiscitur B ac doletur: diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Et quantum ille cui inuidet successa meliore profecerit, tantũ inuidus in manus incẽdium liuoris ignibus exardescit: pallor in facie, tremor in labiis, stridor in dentibus. Quisquis ille est quem in zelo suo persequitur inuidus, subterfugere eum forsitã poterit & vitare: inuidus verò fugere nõ valebit. Vbicunque fuerit, aduersarius suus secum est hostis in pectore semper inclusus. Deniq; dominus in Euangelio, cùm eũ discipuli interrogarent, quis inter illos maior

Matth. 18. esset, respõdit: Quisquis fuerit, inquit, minimus in omnibus his, hic erit magnus. Quo verbo omnem causam & materiã mordacis inuidiæ eruit & abscindit. Christiano ergo populo zelare non licet. Contra inuidiam redde humilitatẽ. Audi beatũ Ioannem Apostolum in

1. Ioan. 3. Epistola sua dicentem: Qui odit fratrẽ suum, homicida est. Et iterum: Qui dicit se in luce esse, & fratrem C

1. Ioan. 2. suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat. Descendit enim in gehennam ignarus, & cæcus præcipitatur in pœnam. Recedit ipse scilicet

Ioan. 8. à Christi lumine monentis & dicentis: Ego sum lux mũdi, & qui credit in me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Nos verò, Deo auxiliante, venena inuidiæ fugientes, non solùm cum bonis, sed etiã erga malos charitatis dulcedinẽ habeamus. Sit in manibus diuina lectio, in sensib⁹ Dominica cogitatio, oratio iugis omnino non cesset, & salutaris operatio perseueret, vt quotiens ad tentãdum nos accesserit inimicus, semper nos bonis operibus inueniat occupatos. Cõsideret ergo vnusquisque conscientiam suam, & si se videt de prosperitate proximi sui inuidię veneno percussum, euellat de pectore suo spinas & tribulos, vt in eo semen Domini quasi in fertili agro multiplicata segete luminis concipiatur, vt amaritudo inuidię, Christi dulcedine leniatur. Amet eos & quos antè oderat, & de meliorum semper profectibus gratuletur. Nõ deroget sacerdotibus, nec prepositos suos venenatis dẽtibus laceret, faciat se illis adunata dilectione participẽ. Dimittitur ei, quando & ipse dimiserit: accipientur sacrificia sua, cùm & ipse pacificus ad deũ accesserit. Cogitet vnusquisque paradisi delicias, regno cælesti discat adhærere: ad quod nisi concordes & vnanimes spiritu non admittuntur. Cogitemus ergo, fratres, quòd filij Dei soli

Ioan. 13. possint vocari, qui sunt pacifici, secundum quod scriptum est: In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Ad quod vos pius Dominus bonis operib⁹ sua protectione perducat, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

A *In eadem Dominica, de eo quod scriptum est, Mortuus est Ioseph, & filij Israël creuerunt, &c.* Exod. 1.

SERMO II. SERMO LXXXIIII.

VDIVIMVS in lectione quæ lecta est, fratres dilectissimi, quòd mortuo Ioseph filij Israël creuerunt, & multiplicati sunt nimis, & quasi herba germinauerunt. Quid est hoc, fratres charissimi? Donec viueret Ioseph, non referũtur creuisse filij Israël, nec q̃ multiplicati sunt nimis: sed posteaquã mortuus est, sic germinasse dicũtur, cùm vtique sub patrocinio vel defensione Ioseph magis debuerãt crescere & multiplicari. Sed hęc, fratres charissimi, in illo Ioseph figurata fũt, in nostro autem Ioseph, id est Dño Christo, in veritate cõpleta sunt. Prius enim quàm moreretur, id est, quàm crucifigeretur Ioseph noster, pauci in eum crediderũt: posteaquam verò mortuus est & resurrexit, in vniuerso mundo multiplicati sunt, & creuerunt Israëlitæ, id est populi Christiani. Sic & ipse dominus in Euãgelio dixit: Nisi granum frumenti cadens in terrã mortuũ fue- Ioan. 12.

fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructũ affert. Postea enim quàm passione pretiosum granum frumenti mortuũ est & sepultũ, per vniuersum mundum de vno illo grano messis Ecclesiæ pullulauit. Nõ enim, sicut antea, in Iudæa tãtùm notus Psal. 75. est Deus, nec solùm in Israël nomẽ ei⁹ colitur, sed à solis ortu vsque ad occasum nomẽ illius collaudatur. Interea mortuus est Ioseph, & surrexit nouus rex in Æ- Exod. 1.

gypto, qui ignorabat Ioseph, & alloquitur gentẽ suã, vt persequerentur filios Israël. Dũ rex ille viueret qui nouerat Ioseph, non referũtur afflicti fuisse filij Israël, nec in luto & latere fatigati, nec masculi eorum necati, & feminæ viuificatæ: sed posteaquam surrexit rex ille qui non nouerat Ioseph, omnia ista gesta referuntur. Hæc enim, fratres, secũdum quod dicit Apostolus, in figura contingebant populo Iudæorum: scripta sunt autem 1. Cor. 10.

propter nos. Quod in illis carnaliter figurabatur, in nobis spiritaliter adĩpletur. Et nos ergo, si diligenter attẽdimus, intus in nobis in homine interiore hęc fieri frequẽter agnoscimus. Anima enim nostra aut à legitimo rege regitur, aut à tyranno vastatur. Si enim Deo adiuuãte, piè viuimus, si de charitate, de misericordia & de patiẽtia atque pœnitentia, cæteristq; his similibus cogitamus, licet adhuc in Ægypto, id est, in carne simꝰ, tamẽ à Christò rege gubernamur: & ipse reget nos in luto & latere, sed nõ consumit, nec nos curis terrenis vel nimiis solicitudiñibus atterit & affligit. Si verò anima nostra cœperit declinare à Deo, & ea quę sunt turpia & Rom. 8.

inhonesta sectari, tunc prudẽtia carnis quæ inimica est Deo, repudiato rege Christo, subdit infelicia colla tyrãno. Quod cùm fuerit factum, alloquitur gentẽ suã, id est, corporis voluptates, & vitiorũ ducibus ad cõsiliũ cõuocatis initur deliberatio aduersus filios Israël, id est aduersus cogitationes sãctas & acceptabiles Deo, quomodo circumueniantur, quomodo opprimãtur, vt luto & lateribus affligãtur, vt masculos interficiant, & feminas reseruẽt. In masculis intelligitur sensus rationabilis, in feminis cõcupiscentia carnis. Vult ergo diabolus in nobis viros occidere, & feminas reseruare: id est, sensum in nobis rationabilem ac Deũ videntem extinguere, & quę ad cõcupiscentiã carnis pertinẽt reseruari. Nõ nobis hæc ad historiam tantum scripta sunt, nec putãdum est diuinos libros Ægyptiorum gesta narrare: sed quæ scripta sunt, sicut Apostolus ait, ad nostram Rom. 15.

doctrinam & cõmonitionem scripta sunt: vt tu quihęc audis, & gratiã baptismi iam cõsecutus es, & annumeratus es inter filios Israël, & susceptisti in regẽ Christũ, si post hoc declinare volueris, & pro cupiditate opera seculi

culi agere actus terræ & luti, id est, luxuriosa explere A ministeria, agnoscas & intelligas quia surrexit in te rex alius qui nescit Ioseph. Rex Ægypti ipse te cogit ad opera sua, non iustitiæ, sed iniquitati seruire: ipse faciet laterem sibi operari & lutum: ipse te sub prepositis, magistris & compulsoribus ad opera terrena & luxuriosa plagis & verberibus aget: ipse est qui te facit discurrere per seculũ, maris ac terrę elementis pro cupiditate turbari: ipse est rex Ægypti, qui te forũ pulsare litibus facit, & pro exiguo terrę cespite, propinquos iurgiis fatigare: ipse est qui te persuadet luxuria castitati insidiari, decipere innocentiam, in domum tuam quæ sunt fœda, foris quæ sunt crudelia, intra conscientiã quæ sunt flagitiosa committere. Si ergo tales videris esse actus tuos, scito te regi Ægypti militare: id est, non Christi, sed diaboli spiritu agi. Nos fratres charissimi, qui ante aduentũ Domini Saluatoris, domus diaboli fuimus, & per gratiam Christi de potestate ipsius liberari merui- B mus, quantum possumus, ipso Deo adiuuãte, laborare debemus, ne à nobis malis actib⁹ nostris offensus Christus abscedat, & diabolus illo recedente succedat: ne fortè cor nostrũ vero lumine offocato tenebrosa nox occupet, ne in nobis impleatur illud quod in Euangelio Lucæ 11.

scriptũ est, Cùm exierit spiritus immũdus ab homine, vadit per loca arida, quętẽs requiem, & nõ inuenit: post hæc dicit, Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eã scopis mũdatam, & adducit secum septẽ alios spiritus nequiores se, & ingressi habitãt ibi: & erunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hoc enim, charissimi, de Christiano etiam baptizato intelligẽdum est. Per gratiam enim baptismi vacuatur quisque omnibus malis: postea verò cũ Dei adiutorio laborare debet, vt impleatur omnibus bonis. Nã si aliquẽ liberũ à malis vacuumq; à bonis inuenerit inimicus, adducit secũ alios spiritus nequiores se, & erũt no- C uissima hominis illius peiora priorib⁹. Et ideo vnde expulsa est luxuria, introducatur castitas: vnde eradicata est auaritia, plantetur eleemosyna: vnde malitia vel inuidia expellitur, charitas dominetur. Et quia veniens Dominus noster alligauit fortem, id est, diabolum, & vasa eius, id est, nos de potestate eius eripuit, quantum possumus, ipso auxiliãte, studeamus, vt illi à quo saluati sumus, toto corde & toto animo vsque ad vitæ nostræ terminum seruiamus. Et quia, expulso diabolo, domũ sibi de nobis vbi requiesceret, & vasa in quibus habitaret facere dignatus est Christus, in domo sua nõ patiatur iniuriã: nihil ibi inhonestũ, nihil sordidũ, nihil deprehẽdat obscurũ: sed ita domiciliũ cordis nostri fide plenũ, & vacuum malis omnibus semper inueniat, vt nos non solum frequentius visitare, sed etiam habitare in nobis dignetur: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula secula seculorum, Amen.

Ibidem. Item eodem die Hom. de eo quod scriptũ est in Euangelio secundũ Lucã, Erat Iesus eiiciẽs dæmoniũ, & illud erat mutũ, &c. quę habẽtur de quæstionibus Euangeliorũ lib. 1. cap. v, & lib. 2. cap. 17. & inter sermones De verbis Domini, XI.

Feria secunda post tertiam Dominicam in Quadragesima, de paleis Aegyptiorum.

SERMO LXXXV. SERMO I.

VAMVIS, fratres charissimi, omni tẽpore verbum Dei cum grandi desiderio nos oporteat fideliter semper audire, in istis tamen diebus specialiter lectioni diuinæ insistere, & de salute animæ nostræ debemus attentiùs cogitare: quia per totum anni spatium Christianorum populus multis vitiorum fluctibus calliditate diaboli insecẽtur, quia propinquãte Paschali sollẽnitate, maiore impetu contra fideles quosque se præparare con- D dicat, & dũ adhuc peccatrix anima in corpore suo teneturinclusa, cum Dei adiutorio de potestate diaboli se conetur eruere. Nemo se circũueniat, fratres charissimi. Vnusquisque cuius opera & voluntates exercet in isto seculo, cum ipso erit postmodum in futuro. Ac sic omnis homo aut cum Christo regnaturus est, aut cum diabolo in inferni supplicio cruciandus. Et ideo dum tẽpus est, & in nostra potestate cõsistimus, cũ Dei adiutorio vnusquisq; qui se malis operib⁹ in sinistra esse cognoscit, priusquã ab hacluce discedat, ad dexterã transire cõtendat, non ad sinistrã, ne audiat, Discedite à me Matth. 25.

maledicti in ignẽ æternũ: sed ad dexterã, vt inter agnos audire mereatur, Venite benedicti, percipite regnũ. Vt hæc omnia cũ Dei adiutorio possimus implere, attentiùs de dãdis eleemosynis cogitemus. Qualiter autem de sinistra trãsceatur ad dexteram, euidens & manifesta ratio demonstrat. Qui fuit ebriosus, sit sobrius; sit patiens

tiens qui fuerat iracũdus: qui solebat res alienas rapere, incipiat etiã proprias pauperibus erogare; qui solebat maledicere, benedicat; qui solebat periurare, etiam à iuramento abstineat; qui consueuerat detrahere, semper quod bonũ est loqui studeat; qui erat superbus, sit humilis. Et hoc ordine semper cõtrariis studeamus sanare contraria, vt destructis viriis, virtutes festinemus instruere. Et hoc ordine qui sunt in sinistra, trãsire conentur ad dexterã, vt ante tribunal æterni iudicis quicunque talis esse voluerit, audire mereatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui: ad quod vos Dominus perducere dignetur, cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die sermones de Epistola & Euangelio eiusdem diei, habentur infrà Dominica sexta post octauas festi Trinitatis.

Feria quarta post tertiam Dominicam in Quadragesima, de natiuitate Moysi & rubo.

SERMO LXXXVI. SERMO I.

IN lectione diuina, fratres charissimi, quę nobis recitata est, audiuimus, quòd posteaquam sanctus Moyses natus est, propter metũ Pharaonis missus sit in fiscellã scirpeã, & proiectus in carectum fluminis. Si diligẽter attẒdimus, fratres charissimi, sicut beatum Isaac & Iacob & Ioseph, ita Moysen typũ Christi prętulisse cognoscimus. Denique considerate diligentiùs, & videbitis quanta in illo sint figurata mysteria. Moyses à muliere Iudæa nascitur, & à Pharaonis filia adoptatur. Filia enim Pharaonis Ecclesiam figurauit, quę exierat de domo patris sui, & veniebat vt lauaretur ad aquam. Pharao in diaboli typũ accipitur: filia eius, sicut dixi, Ecclesia intelligitur. Quòd autem pater eius diabolus antea fuerit, Dominus in Euangelio Iudæos increpãs, ait: Vos, inquit, ex patre diabolo estis. Patrem ergo diabolum habuimus, non ex eo nascendo, sed nequitias illius imitando. Exierat ergo filia Pharaonis de domo patris sui, quę quamuis impiũ habuerit patrem, attamen ei dicitur per Prophetam: Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Qui dicit, Audi filia, pater est. Et ille qui admonetur obliuiscẽdus, pater nihilominus nominatur: ac sic Deus pater admonet, vt diabolũ patrem debeat derelinquere. Hæc ergo est Ecclesia quę exiit de domo patris sui diaboli, & ad aquam, id est ad aquã baptismi festinauit, vt lauaretur à peccatis, quę in domo patris sui cõtraxerat. Denique statim viscera misericordiæ accipere meruit, & collegit Moysen à parentibus suis proiectũ in flumine. Moyses ergo à matre sua proiicitur, & à Pharaonis filia inuenitur atque colligitur: & Christus Dominus à synagoga, de qua natus est, repudiatur, & ab Ecclesia inuenitur atq; suscipitur. Postquam autẽ creuit Moyses, abiit in regionẽ longinquam, & accepit Æthiopissam vxorẽ. Agnoscite, fratres, hoc nõ paruum esse mysteriũ. Aethiopissa illa ex gentibus erat, quam beatus Moyses duxit vxorem, quia & Christus ex gẽtibus sibi sociaturus erat Ecclesiam. Moyses dereliquit populum suum in longinquis regionibus, & Aethiopissæ cõiungitur: & Christus derelicto populo Iudæorũ, de extremis regionibus Ecclesiæ sociatur, illi vtique quæ dicit in Psalmis, A finibus terræ ad te clamaui. Audi ex persona Ecclesiæ, in Canticis canticorum ait Ecclesia: Nigra sum & formosa. Quid est, Nigra sũ & formosa: nisi nigra per naturam, formosa per gratiã? Nigra originali peccato, formosa baptismi sacramento. Dũ ergo pasceret Moyses oues soceri sui in deserto, apparuit ei Dñs in rubo, & dixit Moyses: Vadã, & videbo quare rubus ardet, & non cõsumitur. Et appropinquanti dixit Dominus: Ne appropinques huc, sed solue corrigiam calciamẽti tui, quia locus in quo stas, terra sancta est. Rubus ille genus est spinarum. Ardebat enim, & non cõsumebatur. In rubo significata est synagoga Iudæorũ. Multo enim tẽpore in eis feruor & flamma sancti spiritus fuit: & tamen ita contra Dei gratiã rebelles semper spiritui sancto restiterunt, vt eorum peccata vel sacrilegia igne sancti spiritus consumi non possent. Dixit autem Dominus ad Moysen: Veni, & mittam te in Aegyptũ. Et respõdens Moyses, dixit: Domine, nõ sum eruditus, & tardus sum ad loquendum, Et ait illi Dñs: Ego aperiã os tuum, & instruam te quæ oportet te loqui. Beati sunt quorum os Dominus aperit, vt loquantur. Omnib⁹ enim qui pro veritate, pro iustitia, pro castitate, pro humilitate, pro misericordia loquuntur, sine vlla dubitatione os illorũ nõ aperit nisi Dominus. Sicut econtrariò qui de luxuria, de auaritia, de superbia, de rapinis, de scurrilitate vel nequitia assiduè loquũtur, quis illorũ os aperiat, non opus est dicere: potest hoc vnusquisque sine vlla difficultate cognoscere. Et ideo, fratres charissimi, auxiliante Domino, bona iugiter cogitemus, vt os nostrũ nõ crudelis aduersarius, sed Deus pius aperiat. Ex abũdantia enim cordis os loquitur. Vnusquisq; nostrũm cuius prẽsentiã susceperit in corde, ipsius verba proferre consueuit ex ore. Nostrum autẽ cor aperiatur christo, & claudatur diabolo, vt in nobis impleatur illud quod de Dño & populo sancto scriptũ est: Et habitabo, inquit, in eis, & inambulabo. Et iterũ: Ego & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui semper quod iustũ est loquitur, & Deus in illo habitat, & ipse in Deo. Dixit ergo Dñs ad Moysen: Quid est, inquit, quod in manu gestas? Et ille ait: Virga. Proiice, inquit, eam in terram. Quam cùm proiecisset, versa est in serpẽtem, ita vt fugeret Moyses. Virga illa, fratres charissimi, crucis mysterium præferebat. Sicut enim per virgam Aegyptus decẽ plagis percutitur, ita & per crucem totus mundus humiliatur & vincitur. Et sicut Pharao & populus eius per virgæ sacramentũ affligitur, vt ad seruiendũ Deo dimittat populũ Iudęorum: ita & diabol⁹ & angeli eius per crucis mysterium fatigantur & premuntur, vt à Dei seruitio reuocare nõ possint populum Christianum. Quòd autem misit Moyses manum suam in sinum suum, & protulit eam leprosam, & iterũ misit & protulit sanam, & carni reliquæ similem, non otiosè debemus accipere. In manu illa typus synagogæ vel Ecclesiæ gerebatur. Sicut prior fuit populus Iudæorum, posterior gẽtium, ita antè fuit synagoga quàm Ecclesia. Sed quia Ecclesia eligitur, & synagoga repudiatur, ideo in primis manus Moysi leprosa efficitur, & postea carni reliquæ similis redditur: ac sic synagoga propter infidelitatem leprosa relinquitur, Ecclesia quasi manus sana ad omne opus apta præeligitur. Leuauit ergo Moyses Sephoram vxorem suam, & veniebat in Aegyptum, & astitit Dominus contra eum, & volebat occidere eum. Forsitan in hoc loco possumus intelligere, q; displicuerit Deo, quare Moyses tãta mirabilia facturus, vxoris impedimentum secum ducere vellet in Ægyptum. Vnde datur intelligi, quòd ex illo loco remiserit vxorẽ suam ad soceru suum. Nam intantum sine illa descendit in Ægyptũ, vt postea iam in eremo constituto Moysi ipsam vxorẽ suam, sicut legimus, Iethro cognatus suus adduxerit. Quòd autẽ virga proiecta in terram, versa est in serpẽtẽ, quid significet videamus. Serpens pro sapiẽtia reputatur, sicut Dominus in Euangelio: Estote, inquit, prudentes, sicut serpentes. Virgam crucẽ diximus figurasse. Crux ergo quę in fidelib⁹ stultitia esse creditur, sicut dicit Apostolus, gentibus stultitia, posteaquam in terrã missa est, id est, ad passionẽ Domini præparata, versa est in serpentem, hoc est, in sapientiã: & in tantã sapiẽtiam quæ omnem mundi istius sapientiam deuoraret: denique omnes serpentes quos magi incantationibus suis fecerãt, deglutiuit. Per virgã ergo Ægyptus flagellatur, & per crucem mũdus vincitur, & diabolus superatur. Oremus ergo, fratres charissimi, vt & nobis Christus Dominus pro sua pietate cõcedat mundi huius cõcupiscentiam vincere, & de diabolo & angelis eius ante tribunal suum felicem victoriam reportare, cui honor est & imperium in secula seculorum, Amen.

Ioan. 8. Psal. 44. Psal. 60. Cant. 1. Exo. 1. Luc. 6. Lucæ 16. Leuit. 16. Ioan. 14. Exod. 4. Matth. 10. Sanguis. Ranæ. Ciniphes. Cynomyia. Mors animalium. Exod. 18. Matth. 10. 1. Cor. 1.

In eadem feria, de decem plagis Aegyptiorum.

SERMO LXXXVII. SERMO II.

MOYSES ad Ægyptum veniẒs, fratres charissimi, defert & virgam, qua castigat & verberat Aegyptum decem plagis Moyses, lex intelligitur, quæ data est huic mundo, vt eũ decem plagis, id est decem mandatis quæ in decalogo continentur, corripiat & emendet. Quòd autem lex Moyses intelligi possit, Dominus in Euangelio dixit, Habẽt Moysen & Prophetas, id est, Legẽ & prophetas. Virga vero per quam Aegyptus subiicitur, & Pharao superatur, crucis Christi imaginem præferebat, per quam mundus hic vincitur, & princeps huius mundi cum principatibus & potestatibus triumphatur. Quòd autem virga proiicitur, & fit draco vel serpens, & deuorat Aegyptiorum serpentes, serpens pro sapientia ponitur: sicut scriptum est, Estote prudentes, sicut serpentes. Ideirco virga Moysi, id est, crux Christi, posteaquã ad terras descendit, id est, posteaquam ad credulitatem & fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam, & in tantam sapientiam quæ nomen Aegyptiorum, id est, huius mundi sapientiam deuoraret. Quòd verò aquæ fluminis vertuntur in sanguinẽ, satis conueniẒter aptatur, vt fluuius cui Hebræorũ paruulos crudeli nece tradiderant, authoribus sceleris poculum sanguinis redderet, & cruorẽ polluti gargitis, quem parricidali cæde maculauerant, potando sentirent. Secũda verò plaga in qua inducuntur ranæ, indicari figuraliter arbitror carmina poẽtarum, qui inani quadã & inflata modulatione velut ranarum sonis & cãtibus similes mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim animal illud vtile est, nisi quòd sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit. Post hoc ciniphes producuntur. Hoc animal pẽnis quidem suspenditur per aẽra volitãs, sed adeò subtile est & minutum, vt oculi visum, nisi acutè cernentis, eludat: corpus tamen cùm insederit, acerbissimo terebrat stimulo, ita vt quem volantem quis videre non valet, sentiat stimulantem. Hoc ergo animalis genus dignissimè arti philosophiæ vel hæreticorum calliditati poterit comparari: quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumuenit, vt deceptus quisque nec videat, nec intelligat vnde decipitur. Quarto quoque in hoc loco cynomyia, id est, musca canina inducitur, quę Cynicorum sectæ meritò cõparatur, qui ad reliquas deceptionis suæ improbitates, etiam voluptatem & libidinẽ summum prædicant bonum. Quoniam igitur per hæc singula prius deceptus est mundus, adueniens sermo & lex Dei huiusce modi cum correptionibus arguit, vt ex qualitate pœnarum qualitates proprij agnoscat erroris. Quinto in loco animaliũ nece vel pecudum Ægyptus verberatur. Vecordia in hoc arguitur stultitiaq; mortalium, qui tanquàm irrationabilia pecora cultum & vocabulum Dei imposuerunt figuris, nõ solùm hominũ, sed & pecorũ. Vnde iusto iudicio factum est, vt in quibus cultũ credebant inesse diuinum, in his viderent miseranda supplicia. Vlcera post hæc & vesicæ cũ feruore, sexto in verbere producũtur: & videtur mihi, quòd in vlceribus arguatur dolosa & purulẽta malitia, in vesicis tumẽs & inflata superbia, in feruore, irę ac furoris insania. Hucusq; per errorum suorum figuras mundo supplicia tẽperantur. Post hęc verò verbera veniũt de supernis voces & tonitrua, & grando, & ignis discurrens in grãdine. Videre temperamẽtum diuinæ correptionis. Nõ cum silentio verberat, sed dat voces, & doctrinam cæliùs mittit, per quam possit culpam suam mundus castigatus agnoscere: dat & grandinem, per quam tenera adhuc valtentur nascentia † vitiorũ: dat & ignem, sciẽs esse spinas & tribulos peccatorum quos debeat ignis ille depascere: de quo dicit Dominus, Ignem veni mittere in terram. Per hunc enim incentiua voluptatis & libidinis consumuntur. Quòd autem locustarum octauo in loco fit mentio, puto per hoc genus plagæ aut detrahentis, aut semper à se discordãtis humani generis inconstantiam designari. Locusta enim cùm regem non habeat, sicut Scriptura dicit, vna acie ordinatum ducit exercitũ. Homines verò cùm rationabiles à deo facti sint, neque semetipsos regere potuerunt, neque Dei regis patienter moderamina pertulerunt. Nona plaga tenebrę sunt, vt mentis eorum cæcitas arguatur, vt intelligant diuinæ dispẽsationis & prouidentiæ obscurissimas esse rationes. Posuit enim Deus, sicut Psalmista dicit, tenebras latibulũ suum. Quæ superbi audacter & temerè perscrutari cupiẽtes, & alia ex aliis asserentes, in crassas & palpabiles errorum deuoluti sunt tenebras. Ad vltimũ, primogenitorum infertur interitus. Primogenita Aegyptiorum nõ incõgruè principatus & potestates mũdi huius, id est, diabolus & angeli eius intelligũtur, quos in aduentu suo Christus destruxisse dicitur: id est, captiuos duxisse, & triumphasse in ligno crucis suæ. Possumus primogenita Aegyptiorum accipere etiam omnes hæreticorum auditores, & inuentores fallsarum quæ in hoc mundo sunt religionũ, quas Christi veritas cũ suis extinguit autoribus. Et vt hæc quæ dicta sunt, tenaciùs vestræ memoriæ inhæreãt, & ea velut mũda animalia in ore cordis reuolugere, & spiritaliter ruminare possitis, breuiter recapitulationẽ facimus. Quòd enim in prima plaga aquę cõuertuntur in sanguinem, significantur doctrinæ philosophorum, quæ paruulos sensu decipiũt. Quodverò in secunda plaga multitudo ranarum, intelliguntur in eis carmina poẽtarũ, quæ nullis vnquam prodesse potuerũt. In tertia plaga ciniphes, id est, muscæ minutissimæ producuntur, grauissimo stimulo corpora cõpungentes: & in eis phillisophię artis astutia, & infeliciũ hæreticorũ venena vel cõmenta subtilissima designantur. Quarta plaga musca canina inducitur, & Cynicorum doctrinæ meritò cõparatur, qui inter reliqua mala libidinem summum prædicant bonum.

Quinto loco animalia occidũtur: & significatur in hoc vecordia vel stultitia hominũ. Sexto loco vlcera & pustulę vesicę cũ feruore mittuntur. In vlceribus arguitur dolosa & purulẽta malitia, in vesicis tumens & inflata superbia: in feruore, iræ ac furoris insania. Postea verò septimo loco tonitrua & voces de cęlo mittũtur simul & grãdo vel ignis. In vocibus & tonitruis agnoscitur doctrina cęlestis, in grãdine disciplina quam accipiunt peccatores: in igne gratia sancti spiritus, per q̃ libidinũ voluptates & peccatorum tribuli cõsumuntur. Octaua plaga locustę introducũtur, animal dente noxium: & significatur in eis superbia hominũ malignorũ, qui se inuicẽ falsis testimoniis & proditionibus persequũtur. De quib⁹ Apostolus dicit, Si inuicẽ mordetis & comeditis, videte ne ab inuicẽ consumamini.

Lucæ 12. Locustæ. Prouer. 30. Psal. 17. Mors primogenitorum. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

9 Noua plaga tenebræ inducuntur, per quas cæcitas
10 mentis vel cordis arguitur. Decima plaga primogenita percutiuntur, in quibus aut spiritales nequitiæ, aut originalia peccata intelligi possunt, quę veniẽte Christo per mysterium crucis & gratiam baptismi delerivel extirpui manifestissimè cõprobãtur. Hęc ergo, fratres charissimi, quę illo tempore per figuras & imagines legimus facta, gaudeamus, & gratias Deo agamus, quia in nobis per eius misericordiã & sentimus, & videmus esse completa: regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum, Amen.

Matth. 18. Item eodẽ die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secũdum Matthæum, Si peccauerit in te frater tuus, &c. quæ habetur inter sermones De verbis Domini decimo quinto & decimo sexto, & De quæstionibus Euangeliorũm, lib. 2. cap. 6. tom. 4.

Exod. 6. *Feria quarta post tertiam Dominicam in Quadragesima, de eo quod scriptum est, Indurauit Dominus cor Pharaonis.*

SERMO LXXXVIII. SERMO I.

2 VOTIENS lectio illa recitatur, fratres charissimi, in qua frequenter audimus cor Pharaonis Dñm indurasse, non solùm laicis, sed etiã aliquib' clericis solet scrupulũ generare. Dicũt enim aliqui inter se, Cur enim iniquitas illa Pharaoni imputatur, cùm Dominus cor illius obdurasse referatur? Et quia de hac re immundissimi Manichæi sacrilego furore Scripturam veteris Testaméti reprehẽdere solẽt: rogo vos, fratres charissimi, diligenter attẽdite, quia etsi nõ quantum debemus, certè vel quantum possimus breuiter volumus charitati vestræ suggerere, qualiter obdurationem illam debeatis accipere. Primò hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quia nunquam prius Deus deserit hominẽ, nisi prius ab homine deseratur. Cùm enim & semel & secundò & tertiò vnusquisq; gratuia peccata cõmiserit: expectat tamen illum Deus, sicut per Prophetam dicit, Vt conuertatur & viuat. Cùm verò in peccatis suis cœperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur desperatio, ex desperatione obduratio generatur, dum homines negligentes in primis despiciunt peccata sua, quia parua sunt, crescentibus minutis peccatis adduntur etiam crimina, & cumulum faciunt & demergunt. Quod cùm factum fuerit, impletur hoc quod scriptũ est, Peccator cùm venerit in profundum malorũ, contemnit. De talibus & Apostolus dicit, Ignoras, quòd patientia Dei ad pœnitentiã te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impœnitẽs, thesaurizas tibi iram in die iræ. Et de tali obduratione etiam alibi legimus, Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadit prœceps. Et iterum de corrigendo filio Scriptura loquitur. Vnde ait, Tunde latera filij tui, dũ infans est, ne induret, & non consentiat tibi. Ista enim testimonia Scripturarũ ideo charitati vestræ insinuare volui, vt intelligatis, quia & obduratio non Dei potẽtia compellente perficitur, sed Dei remissione vel indulgentia generatur: ac sic Pharaonem non diuina potentia, sed diuina patiẽtia credenda est obdurasse. Denique quotiens eum Dei plaga percussit, afflictus pœnituit. At vbi ei remissio diuina indulgẽtiam dedit, iterum se in superbiam elatus erexit. Hoc ergo definitissimè credite fratres, & hoc intelligite, quia quotiens Dominus dicit, Ego indurabo cor Pharaonis: nõ aliud intelligi voluit, nisi ego, inquit, suspendo plagas meas & flagella, vnde eum per indulgentiã meam cõtra me obdurari permitto. Sed fortè aliquis dicat: Quare illum Deus parcẽdo indurari fecerit, & quare flagella remouerit? Hoc loco securus ego respondeo: Ideo Deus totiens flagella remouit, quia Pharao pro ingẽti cumulo peccatorum suorum nõ tanquam filius ad emẽdationẽ meruit corripi, sed tanquam hostis permissus est indurari. Tantæ enim illius iniquitates præcesserunt, & Deum totiens sacrilego ausu contempserunt, vt in illo impleretur quod de talibus spiritus sanctus dixit, In labore hominum non sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua: prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Ecce qualiter obduratur, qui ad correctionem castigari à Domino non meretur. De illis autẽm quos indurari Dei misericordia non permittit, scriptum est, Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Et iterũ: Ego quos amo, arguo & castigo. Et iterum: Quẽ enim diligit Dominus, corripit. De hac obduratione etiam Propheta ex persona populi ad Dominum clamat, dicens: Indurasti cor nostrum, ne timeremus te. Quod vtique nõ est aliud, nisi, Deseruisti cor nostrum, ne cõuerteremur ad te. Quam rem multis præcedẽtibus sacrilegiis in populo Iudæorũ impletã esse cognouimus. Nemo ergo cum Paganis aut Manichæis Dei iustitiã reprehẽdere aut culpare præsumat: sed certissimè credat, quòd Pharaonem non Dei violentia, sed propria iniquitas & indomabilis superbia cõtra Dei præcepta totiens fecerit obdurari. Quid est autẽ quod dixit, Ego indurabo cor eius, nisi cùm abfuerit gratia mea, obduret illum nequitia sua? Et vt hoc cuidẽtius possit agnosci, aliquam similitudinem de rebus visibilibus charitati vestræ proponimus. Sicut enim quotiẽs nimio frigore aqua cõstringitur, solis calore superueniẽte resoluitur, & discedente eodem sole iterum obduratur: ita nimirum peccatorũ frigore refrigescit charitas multorum, & velut glacies obdurantur, & cùm eis iterum calor diuinæ misericordiæ superuenerit, resoluuntur: ille vtique calor de quo scriptũ est, Non est qui se abscondat à calore eius. Quod etiam erga Pharaonẽ impletum esse cognoscimus, à quo quotiẽs flagella remota sunt, contra Deum se obduratus erexit: quotiens verò afflictus est, humiliter supplicauit. Quare autẽ Deus noster non omnes ita misericorditer flagellat, vt nullũ contra se obdurari permittat? Aut illorum iniquitati qui obdurari merentur, adscribendũ est, aut ad inscrutabilia Dei iudicia referendum, quæ plerunque iunt occulta, nunquam tamen iniusta. Nobis ergo sufficiat piè & humiliter credere illud quod Apostolus dixit, Nũquid iniquitas apud Deum? Absit. Et illud quod in cantico consuetudinis psallere, Deus fidelis, in quo nõ est iniquitas. Vnde, sicut iam superiùs suggessit de Pharaone, hoc sine aliqua dubitatione credamus, quòd eum non tam Dei potentia quàm Dei patientia fecerit obdurari. Quam rem etiam ipso confitente euidenter agnoscimus. Sic enim ipse cùm castigaretur, iustitia compellente, professus est: Dominus iustus, ego autem & populus meus impij. Qua ergo conscientia Christianus Deum iniustum esse conqueritur? Nam & in tantum non eum Deus irreuocabiliter obdurauit, vt post decem plagas populum Dei non solùm dimitteret, sed etiam exire compelleret. Quod enim decẽ plagis percussus fecisse legitur, post primam castigationẽ implere potuisse cognoscitur. Quam rem etiam circa vernaculos nostros exercere cõsueuimus, quos nimis delicatè aut satis remissè nutrimus, vel quibus frequenter peccantibus indulgemus. Cùm enim peiores de ipsa remissione redduntur, solemus his exprobrantes dicere: Ego te talem feci, ego tibi parcendo proteruiam tuam negligentiámque nutriui. Et hæc non dicimus, quòd ex voluntate nostra in tantam sunt superbiam deuoluti, sed quia magis de bonitate vel indulgentia nostra

Obduratio cordis quomodo intelligẽda

Ezech. 33.

Prouer. 18.

Rom. 2.

Eccles. 30.

Ibidem.

Psal. 72.

Heb. 12.

Apoc. 3.

Prouer. 3.

Esa. 63.

Psal. 18.

Rom. 9.

Deut. 32.

nostra fuerint obdurati. Ita & Deus de Pharaone fecisse dignoscitur, dũ ab illo pro ineffabili bonitate plagas suspendit, ille obdurato corde cõtra Deũ superbus erigitur. Ergo vobis, fratres charissimi, hæc suggerendo quasi indicula quædã directa & obscura insinuare curaui: vos verò si pio & fideli animo sicut cõsuestis Scripturæ diuinæ sacramẽta percipitis, dño donãte pleniùs quid rei veritas habeat cognoscitis. Nos verò fratres charissimi qui in veritate agnoscimus, quòd ex multitudine peccatorum desperatio nascitur, & ex desperatione obduratio generatur: secũdum illud quod suprà dictũ est, Peccator cùm venerit in profundo malorũ, contemnit: quotiẽs nobis aliqua peccata surrepserint, sine vlla mora medicamentum eleemosynæ vel pœnitentiæ festinemus animarũ nostrarum vulneribus prouidere. Vtiliter enim malagma vel fibula calidis adhuc vulneribus apponitur, & citò ad sanitatẽ vulnus reducitur, q̃ putrescere longa abusione non finitur. Et ideo quotiescunq; delinquitur, peccata nostra iudices nos sentiant nõ patronos, accusatores suos, & nõ defensores esse cognoscant: secũdum illud quod scriptum est. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tu agnosce, & Deus ignoscit. Nã quo pacto Deus dignetur ignoscere, quod in se homo dedignatur agnoscere? Quomodo enim si aliqua plaga aut aliquod vulnus in corpore nostro superuenerit, sine aliqua mora medicamenta requirimus, & medicamenta apponere festinamus': ita & animæ vulneribus exercere debemus, ne fortè si plus de corporib' quàm de animæ salute soliciti sumus, iniusto iudicio ancillã dominæ præferentes, increpationẽ Prophetica mereamur excipere: Homo, inquit, cùm in honore esset, non intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis factus est illis. Hoc enim nobis oportet, vt plus de animæ quàm de corporis incolumitate cogitem', & imaginem Dei ita in nobis studeamus excolere, vt ante tribunal æterni iudicis sine confusione venire possimus: qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Prouer. 18.

Psal. 47.

In eadem feria, de Pharaone.

SERMO LXXXIX. SERMO II.



3 AEGYPTIORVM turmę inter maritimos fluctus alienũ iter ingressæ, aqua vindice puniuntur, vt illos in ditionẽ reuocarẽt, qui Deum habebant peculiariter defensorẽ. Quos in mediũ marini aluei sinum desperata traxit audacia, inanis furor ire amplius prouocabat insania, confundentibus & in naturã suam redeuntibus vndis, grauiter eos per diuersa mox lituũ excepit, & insepultos bestiarum pastibus arena seruauit. Elegerat Deus Moysen, qui Pharaonẽ virtutibus inuitaret, signis & magnalibus admoneret, vindicta terreret, & territũ seueritate cõpesceret. Sed dicis: Quomodo posset liberari admonitus, qui iam Dei sentẽtia trahebatur? Obdurabo, inquit, cor Pharaonis. Sentẽtiam protulit quã se facturum promiserat, nõ quam iam fecisse monstrabat. Obdurabo, inquit, nõ obduro. Aliud est facere, aliud est quod iã fecisse promittitur, nec tamen impletur, vt metu territi corrigantur. Consumi Hebræos prœcepit luto, latere, paleis denegatis, vt tandẽ afflicti si bellũ contingeret Ægyptiis, nõ valerẽt resistere ciuitati. Leuãtur ergo machinæ vsque ad cælũ, turres eminent, & aptissimè construunt fabricam: non quòd deessent ædificia ciuitati, sed populũ perire quærebat, qui diuino fauore pollebat. Augetur populus dũ opprimitur, & dum putat minui, quotidie crescit; plus insequitur quasi posset vincere, quos diuina maiestas prædixerat esse victores. Inter hæc prœcepit vocari obstetrices, imperat vt Hebręarũ si nati essent masculi necarẽtur, & sexus inferior seruaretur. O prodiga furoris audacia: necdum natis pœna mãdatur, & ante principiũ vitę periculũ concitatur! Cohibe nefarie homo in saniã tuam. Quos necdum vides insequeris. Quid scelestius: nõdum natos occidis. Seruet ordinẽ feritas tua, nascantur antè quos punias. Præstant tamẽ partũ ministræ, noluerunt exercere ad perniciẽ quod didicerãt ad salutem, facilius Hebręas mulieres quàm Ægyptias parere dicentes; nec illis obstetricum ministeria sunt necessaria, quibus Deus prouenit ad animas liberãdas. O magnum humanitatis ingenium, & pium pro salute mendacium! Tantum timuerunt obstetrices Deum, vt præcepta regis contemnerẽt, & mulierum sacraria cõseruarẽt. Sed incredulus Pharao in alterum se nocendi aditũ vertit, vt quod occultè antea tẽtauerat in populis palãm faceret, omnem Hebræã masculinã prolẽ iussit occidi. Quod vbi ad aures matrũ rumor aduexit, pulsatum est planctibus cælum: & cùm ab ipsis vberib' auulsa proles raperetur ad mortem, succedebat dolor vincens parturiẽtis dolorem. Nulla tamen mater infelicior fuerat, nisi quæ fœcundior erat. Optabant tamẽ omnes steriles esse, quam fœcundæ parerent. Quid impie insanis? quid crudeliter sæuis? Licet plurimis insontium mortes acerbas inferas, & animas miserorũ crudeliter cremes, tibi necis augetur, & pœnæ non detrahitur meritum. Cùm enim passim paruulorũ corpuscula deiicerẽtur in flumine, Moysen man' excepit humana, quem pro totius vindictæ causã quærebant. Nã cùm Pharaonis filia viridanti in ripa tremula posceret fluenti lauacra, inuenit in loculo quem pater nõ posset nutrire supplicio. Ad quem educandum in nutricem mater adducitur, ad alendum occasio coniunxit affectũ, quem regis diuiserat metus. Nouũ miraculum genus fecit misericordis filia parricidæ. Nã dum paruulum seruat ignara, patrem decipit incauta. Dignũ malitiæ eius sceleris erat, vt filię prouisione periret, qui genitrices indixerat parturire. Competens processit diuina vindicta, vt suis affectibus puniretur, & Moyses præ aliis exuẽdis exueretur. A fluctibus deniq; mystica lingua Moyses nomen accepit, & Pharaonis necem quam præparauerat in nomine, in flumine maris inuenit. Hic, operante virga, per medios fluctus ac si puluerulentos exhibet gressus, imperio suspensam in altitudine montium erigit vndam, vt Dei plebem redderet salũã. Audistis nefariam crudelissimãmque vocẽ durissimi Pharaonis. Masculos in amnẽ proiicite, feminas viuificate. Iubet hostis in flumen paruulos proiici, iubet innocentes crudeli morte necari. Non prohibet nasci, dum natos decernit occidi. Quos enim necdum viuere natura concesserat, eos sententia iam sustinet ad pœnam. O noua & inaudita crudelitas! Antè iudicium celebratur, quàm reus ipse damnetur. Antè sententia profertur, quàm obnoxius sententiæ demonstretur. Vtique reorũ mos est, vt reatus sui sentẽtiam expectare soleãt. Nec enim reus potest antè damnari, quàm eius culpa cœperit manifestari. Hi verò nec rei nati, nec reatus sui sententię meritò mancipati. Nascebantur enim non vt vitæ salutis perciperent fructum, sed vt esset quos crudelitas seculo faceret luctum. Nunc præcipis, quod factum deberes vlcisci. Non natorum pietas, non parentum dolor te flectit, qui inter infantium mortẽ parentũmque dolorem, sæuitiæ tuæ expleri sententiam gaudes. O parentum vota crudelia lętitia luctibus immutata! Ad facinus profuit, quicquid in eorũ felicitate processit. Gaudebat lætissimus hostis, inter madentes omnium fletus. Quantæ perierunt dolentium preces, quantæ incassum effusæ sunt lachrymę, quãti gemitus

Exod. 1.

Exod. 2.

Exod. 4.

vlulatusq; multorum, cùm parẽtes manibus natos exponi viderent, qui simile nihilominꝰ mox facturi fuissent: Suos iam casus in aliis alij cernebant: alij cõtinentes filios suos cùm iam celare non possent, exponebãt: alij mox editos exposuerunt, ne quanto retinerent tardius, tãto emitterẽt crudelius. Quãti pro filiis optauerunt mori, quanti sentẽtiam contemnere voluerũt tyranni? Satiemus, inquiũt, eũ, & nostro mœrore eius sæuitiã repleamus. Percutitur Ægyptus primogeniti affectu, vt ex sese cognoscerẽt, quãtus dolor sit filiorum, qui necauerunt filios Hebræorum. Percutitur, inquã, Ægyptus primogenitorum affectu, oritúrque funestus clamor. Dignitas nullum excusabat, nec alium conditio opprimebat. Non seruus ad obsequium, nõ dominus ad imperiũ. Non regem honor excusabat, nec inopem necessitas alienabat. Stabant Hebrẽi vindicta dominãte illæsi, quos non tantùm propria salus lætos reddiderat, sed & hostium plaga lætiores effecerat. Excũt læti, exeunt securi Domino protegẽte inuicti. Tũc pœnitet Pharao q; viuat, & euasisse eum tanta eius scelera non sustinebãt, vt qui in tantis plagis nullam emendauerat culpã, quæ fuerat competens exquirebat. Iungit currus, exercitum præparat, aciem dirigit, nemo relinquitur, qui saluari mereatur. Includuntur persequentibus Aegyptiis Hebræi inter mare & hostes, inter vndas & gladios. Hinc mare spumat, inde arma coruscãt. Hinc aquarũ, inde armorum strepitꝰ. Sic operari Deus suis assueuit, vt vbi defecit humanum consiliũ, illic intercedat diuinum adiutorium. Quibus visis populus territus formidabat, cùm cõspiceret rapidos cursus influere litoribus mare, voluente æquora flamine collisa laxare, mox vniuersi exclamabant ad ducẽ Hebrẽorũ: Dum Pharaonis dominio carere volumus, discrimen, inquiũt, inuenimus: & cùm volũtariè seruire nolumus ad periculũ peruenimus. Exhibes mala quibus adhuc vsque promittis, nec te interitus nostris authorẽ intelligis, dũ tantis malis obnoxium non agnoscis. Quibus Moyses sanctissimus ait, Ne formidetis viri, estote fide armati, credite verbum quod sentietis futurum. Credite victoriam vestram iam properare, & gentis furentis interitum. Non consentiẽtibus ventis aquarum volumina imperfectis cursibus refrenantur, ne hostes vestros ante puniant quàm iubentur. Statim diuino iussu virgę ictu rumpitur mare, & diuisis vndis campos quos natura non nouerat exhibuit. Hiantibus vndis freti, arcana & maris secreta declarat vnda. Erigitur in cumulum pelagus, & murorum instar suspensos exhibet fluctus. Fit litus vbi fuerat pelagus, & limite recto via porrigitur, vbi populus Domini mirabiliter graderetur. His namq; visis populus Domini propter se cũcta gesta cognouit, & iussu diuino intrepidus introiuit. Ambulabat, inquit, securus, Domino pugnãte inuictus, sequitur Pharaonis exercitus aquarum supplicio periturus. Putabat illic posse se pugnare, vbi solus cũ suis fuerat periturus. Sic itaq; Dñs locutus est Moysi: Nũc aduenit Ægypti interitus. Quos enim disperdere volui, supplicio hoc abolere disposui. Ad pristinum statũ redeat maris, q; fuerat, vt salute iustis, interitũ operetur iniustis. Confestim iussu diuino impetu facto Ægyptij rapiũtur, & ruina aquarum oppressi fluctu voluente in litore proiiciũtur, ante mortui Aegyptij quàm incolumes peruenirent Hebræi. Hæc vindicta debebatur, vt citiùs periret, qui consequi denegauit salutem.

Item in eodẽ die Hom. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribæ & Pharisęi, dicentes: quare discipuli tui, &c. quæ habetur de quæstionibus Euangeliorum lib. 1. cap. 16. & 17. tom. 4.

A *Feria quinta post tertiam Dominicam in Quadragesima, de via trium dierum.*

SERMO I. SERMO XC.

IN lectionibus diuinis quæ nobis præteritis dieb⁹ recitatę sunt, audiuimus dñm præcepisse Moysi, vt viam trium dierum pergeret in desertũ, & cum omni populo sacrificaret Dño. Videamus, fratres dilectissimi, quid sit illud quod dixit Moyses: Viam trium dierũ ibimus in desertũ, vt sacrificemus Domino Deo nostro. Hęc quidẽ volebat Moyses, sed contradicebat Pharao, & nõ volebat filios Israël à se longè discedere. Nõ volebat princeps huius mundi exercitum Domini triũ dierum sacramẽta cognoscere: illa vtiq; sacramenta, de quibus propheta dixit, Viuificabit post duos dies, in die tertio suscitabit nos. Prima dies passio Domini Saluatoris est. Secunda qua descendit ad infernũ. Tertia autem resurrectionis est dies. Et ideo in die tertia Deus antecedebat eos per diem in columna nubis, per noctem autẽ in columna ignis, duciturq; populus per mare rubrum. Tres enim dies non incõgruè possumus dicere, patrem & filium & spiritum sanctũ: quia & pater dies est, & filius dies est, & spiritꝰ sanctus dies est: & hi tres vnus dies. Via triũ dierum, quia exitus de Aegypto rectè intelligitur ille qui dixit, Ego sum via, veritas & vita: quia nemo venit ad patrẽ, nisi per ipsum. Ipse est via per quã populus qui Deo coniungitur, de Aegypto, id est, de idolorũ obseruatione educitur: per mare rubrũ Christi sanguine rubicundum, & quodammodo iã tunc mysterio consecratum, tanquã per baptismi sacramentum Pharaone submerso, populus Dei eripitur. Et verè ita fit, fratres, quando in salutari lauacro tertio Christiani merguntur: tunc Aegyptij, id est originalia peccata vel actualia crimina, quasi in rubro mari sepeliũtur, & filiis Israël pertrãseũntibus ad Dei seruitiũ, sola patiuntur peccata naufragium. Et ne aliquis dubitet & putet nõ omnia peccata sopiri per baptismũ, agnoscat & intelligat, quia quomodo nullus remansit Aegyptiorũ, sic nihil remanet penitus peccatorum. Sed antequã mare rubrum transiretur, clamauit Moyses ad Dominũ. Quomodo clamat, quia nulla eius vox auditur? Et tamen dicit ad eum Deus: Quid clamas ad me? Vellem scire quomodo sancti sine voce clament ad Deũ. Apostolus docet, Quia dedit Deus spiritũ filij sui in cordib⁹ nostris, clamantẽ Abba pater. Et alibi: Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et iterũ: Qui autẽ scrutatur corda, scit qd desideret spiritus, quia secundũ Deũ postulat pro sanctis. Sic ergo inspirãte spiritu sancto, apud Deũ per silẽtium sanctorũ clamor auditur. Post hæc iubetur Moyses virga percutere mare. In virga mysteriũ sanctę crucis agnoscite. Et verũ est, fratres: attendite enim & videte, quòd nisi virga supra mare eleuetur, populus Dei de Pharaonis potestate nõ tollitur. Sic est, fratres charissimi. Si sãcta crux eleuata non esset, Christianus populus in ęternũ perisset. Eleuata verò virga, id est, cruce erecta, cedit mare, cedunt & fluctus eius: hoc est, vincitur mundus, & mũdi istius potestates. Cogitur ergo fluctus in cumulum, & vnda in semetipsa repressa curuatur. Soliditatẽ recipit liquor, & solum maris arescit in puluerẽ. Bonitatẽ creatoris intellige. Si voluntati eius obtemperas, si legẽ ipsius seruaueris, ipsa tibi elemẽta etiã contra sui naturam seruire cõpellit. Oremus ergo, fratres dilectissimi, vt Dominꝰ noster quod de Aegyptiis fecit in mari rubro, faciat in corde & in corpore nostro, vt det nobis virtutẽ & adiutoriũ spiritus sancti, vt in nobis ipsis spiritales Ægyptios possimus extinguere. Extinguit namq; spiritalem Aegyptiũ, qui non agit opera tenebrarum.

Exod. 5.

Osęę 6.

Ioan. 14.

Exod. 14.

Gal. 4.

Rom. 8.

Extin-

Extinguit Ægyptiũ qui non carnaliter, sed spiritaliter viuit. Extinguit Ægyptium, qui cogitationes fordidas & impuras vel depellit ex corde, vel omnino non recipit: sicut & Apostolus dicit, Assumẽtes scutum fidei, in quo possimus omnia tela maligni ignita extinguere. Hoc ergo modo possumus hodie etiam Ægyptios videre mortuos & iacentes ad litus, submergi quadrigas eorum & equos. Possumus etiam Pharaonem videre submergi, si tanta fide viuamus, vt Deus pacis conterat satanam sub pedib⁹ nostris velociter. Via etiam trium dierũ, potest intelligi, bene cogitare, bene loqui, bene operari. Et reuerà qui hoc agit, & tota animi virtute custodit, non in nocte, sed in die ambulat: nec filius tenebrarũ, sed filius lucis efficitur: & impletur in illo illud quod Apostolus dicit, Fuistis aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Quando fuimus tenebræ, fratres? Vtique quãdo vias noctis ambulauimus, id est, quando malũ cogitauimus, malũ diximus, malũ etiã operati sumus. Postea verò veniẽtes ad Christũ, per ipsius gratiã relinquamus opera tenebrarum, & bene cogitando, bene loquendo, bene operando viam lucis currere festinemus. Istę ergo sunt tres viæ, per quas peruenitur ad cælũ: sicut & illæ tres aliæ sunt, per quas amatores mundi perueniunt in infernũ: hoc est, malum cogitare, malum dicere, malum facere. Ista est lata & spatiosa via quæ ducit ad perditionẽ. Et per istas vias diues purpuratus descendit in infernũ: per illas verò alias Lazarus ad Abrahæ peruenire meruit sinũ. Istas tres vias obsidet inimicus, sicut de Pharaonis exercitu legimus. Electos ascensores ternos stãtes, demersit in mare rubrum. Qui sunt isti electi ascẽsores? Electi vtique à diabolo ad luxuriam, ad malitiã, ad omnium malorum caput superbiam. Et hi ergo terni stantes, istas tres obsident vias, vt ille aut hominem ad opera mala subuertat, aut ille sermonem malum eliciat, aut ille cogitationem iniquam extorqueat. Sed felix est qui totas tres istas vias, Deo adiuuante, deuitans, per totum triduum de Pharaonis societate discedit, ita vt nullum illi diẽ subtrahat inimicus, nec splendorem fidei eius vertat in noctẽ. Et ideo, fratres, faciamus illud quod scriptum est, Omni custodia serua cor tuum. Consideremus cum Dei adiutorio, & custodiamus cor simul & conscientias nostras: & si est quisquã in nobis cui cogitationẽ malã inimicus eliciat, quantum potest laboret, vt vel in sermone nõ peccet: vt si ei diabolus vnum diem rapuit & conuertit in noctẽ, vel secundum diem in illo obtinere non possit. Si verò & hoc subtilitate callidissima potuerit obtinere, vt malum & corde cogitemus, & ore loquamur, si iam duos perdidimus, vel vnum diem cum Dei adiutorio cõseruemus, ne etiam nos vsque ad opera mala possit nequitia inimici subuertere. Si verò & hoc factum est, non tamen de misericordia desperemus, sed citò per pœnitentiam de luto fecis pedes animæ nostræ excutere festinemus. Non enim vult Dominus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Sic tamẽ conuertamur, ne iterum retrò respiciamus, neque opera mala quę fecimus faciamus: nec reuertamur quasi carnis ad vomitum, sed ad pretiosam & desiderabilem patriam tẽdentes, per viam bonorum operũ perueniamus ad regnũ, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & reguat in secula seculorum, Amen.

Ephes. 6.

Ephes. 5.

Exod. 14.

Prouer. 4.

Eodem die, de amara aqua & manna.

SERMO II. SERMO XCI.

IN lectione quę nobis ad missas legenda est, fratres charissimi, audituri sumus, quòd filij Israël post transitum maris rubri venerunt ad Mara, id est, ad aquam amaram: & non poterat populus bibere aquã, eo quod esset amara. Pro qua re Dominus beato Moysi ostẽdit lignum, & misit illud in aquam, & facta est dulcis. Mirum admodũ est vt lignum ostenderet Moysi quod mitteret in aquam, & faceret eam dulcem: quasi non potuisset sine ligno aquam dulcem efficere Deus, aut Moyses nesciebat lignum vt Deus illi ostẽderet. Sed videndũ est, quid decoris in his interior habeat sensus. Rubrum enim mare, sacramẽtum baptismi significauit. Aqua amara, legis literam significauit. Denique lex si secundum literã suscipiatur, satis amara est. Quomodo nõ esset amara quæ occidit, dicẽte Apostolo, Litera occidit: Quid enim tam amarum, quàm vt puer octauo die circumcisionis vulnus accipiat, & rigorem ferri tenera patiatur infantia? Amarum satis & peramarum est huiusmodi poculum legis, intantum vt populus Dei nõ ille qui in Moyse baptizatus est in mari & in nube, sed Christianus populus qui in spiritu & aqua baptizatus est, non possit bibere de ista aqua: sed ne gustare quidẽ de circumcisionis amaritudine potest, nec hostiarum ferre cruorẽ valet, nec sabbati obseruãtiam custodire. Si verò ostẽdat Deus lignũ quod mittatur in hãc amaritudinẽ, vt dulcis fiat aqua legis, potest de illa bibere Christianus. Quod est istud lignũ quod Dominus ostẽdit? Salomon demonstrat, cùm de sapientia dicit, Quia lignum vitæ est omnibus amplectẽtibus eam. Si ergo lignũ sapiẽtiæ Christi missum fuerit in lege, & ostenderit nobis quomodo spiritaliter intelligi debeat circũcisio, quomodo sabbata, quomodo lex obseruata sit, tũc efficitur, aqua amara dulcis, & amaritudo legis cõuertitur in dulcedinẽ intelligẽtiæ spiritalis, & tũc potest bibere populus Dei. Vt ergo possit bibi aqua amara, ostendit Deus lignũ quod mittatur in eam, vt qui ex ea biberit, non moriatur, nec amaritudinẽ sentiat. Vnde constat, quòd si quis sine ligno vitæ, id est, sine mysterio crucis, sine fide Christi, sine intelligẽtia spiritali bibere voluerit de legis litera, per amaritudinem moriatur. Hæc sciẽs Paulus apostolus dicebat, quia litera occidit: hoc est apertè dicere, quia aqua amara occidit si non per spiritum in dulcedinẽ conuertetur. Lignum ergo in aquã mittitur, vt in dulcedinem commutetur. Verũ est, fratres. Tũc amaritudo ab aqua tollitur, quãdo crucis lignũ baptismi sacramẽto cõiũgitur. Et illud aduertite fratres, quòd Iudęorũ sabbata de manna nũquã omnino pluerit, nec meruerunt Iudæi vt eorũ sabbato gratia illis de cælo descenderet. In nostra autem Dominica die nõ solùm semper venit mãna, sed etiam ab ipso die veniendi initiũ fuit. Semper ergo nobis Dominus pluit manna de cælo. Cœlestia namque sunt eloquia ista quæ nobis dicta sunt, & ideo nos qui tale mãna suscipimus, semper nobis manna datur de cælo. Vnde infelices Iudęi dolendi & lugendi sunt, quia mãna sicut patres ipsorum nõ merẽtur accipere, illi nũquã mãna manducant. Nõ enim possunt manducare illud quod est minutũ sicut semen coriãdri, & candidum sicut pruina. Nihil enim in verbo Dei minutũ, nihil subtile, nihil infelices Iudæi sentiunt spiritale, sed totum pingue, totũ crassum. In crassatum est enim cor populi huius. Sed & interrogatio nominis hoc idẽ sonat. Mãna enim interpretatur, Quid est hoc. Vide si non ipsa nominis virtus ad discendũ te prouocat, vt cùm audieris legem Dei recitari in Ecclesia, semper interroges & dicas doctorib⁹, Quid est hoc. Hoc enim est quod indicat mãna. Tu ergo si vis mãducare mãna, si cupis suscipere verbũ Dei, scito illud minutũ esse & valde subtile, sicut semen coriandri. Habet enim in se aliqd oleris, quo nutriri & recreari possit infirmꝰ, quia qui infirmus est, olera mãducet. Habet aliquid rigoris, & ideo vt prui-

a. Cor. 3.

Prouerb. 3.

vt pruina est. Candoris autem & dulcedinis habet plurimum. Quid enim candidius, quid splendidius eruditione doctrinę? Quid dulcius, quidve suauius eloquiis Domini, quæ dulcia sunt super mel & fauũ? Sed quid est quod dicit, vt in die sexto duplum colligatur in repositionem quantum sufficiat etiam sabbato? Hoc secundum nostram intelligentiam non otiosi nec securi prætérire debemus, sed per eleemosynas recondere quãtum sufficiat & in futuro die. Si quid enim hic boni operis acquiras, si quid iustitiæ, misericordiæ & pietatis recondas, hoc tibi in futuro seculo erit cibus. Denique hoc & Apostolus admonet, dicẽs: Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quid ergo agimus nos, qui magis illud recondere volumus quod corrũpatur, non quod permaneat & perduret in crastinum, id est, in futuro seculo? Diuites auari & cupidi hæc recõdũt quæ in hoc seculo, imò cum seculo corrumpantur: qui autem bona opera recondunt, illa permanent vsque in crastinũ. Denique scriptum est, quòd qui infideles fuerunt, seruauerunt, inquit, de manna, & ebullierunt ex eo vermes, & computruit. Illud autẽ quod pro die sabbati reponebatur, non est corruptum, neque vermes ebullierũt in eo, sed permansit integrũ. Et tu ergo si propter præsentem vitam tantũmodo & propter amorẽ seculi thesaurizes, cõtinuò vermes ebulliũt. Deniq; audi de peccatoribus & his qui præsens seculum diligũt, quid Propheta dicat, Vermes, inquit, eorum non morientur. Isti sunt vermes quos generat auaritia, isti sunt vermes quos generat diuitiarũ cæca cupiditas his qui habent pecunias, & videntes in necessitate fratres suos claudũt ab eis viscera sua. Propterea & Apostolus dicit, Diuitibus autẽ seculi huius præcipe nõ superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, cõmunicent & thesaurizẽt sibi verã vitam. Sed dicit aliquis: Si mãna verbum Dei esse dicis, quomodo vermes facit? Verum est, fratres: nõ aliunde fiunt vermes in nobis, nisi ex verbo Dei. Sic enim ait: Nisi venissem, & locutus eis fuissem, peccatũ non haberent. Post susceptum autem verbum Dei qui peccat, efficitur ei ipsum verbum vermis, qui eius semper cõscientiam fodiat, & arcana pectoris rodat. Nunc ergo festinemus cæleste manna suscipere. Istud enim manna prout vult quisque talem saporem sapit. Audi enim & Dominum dicentem his qui accedunt ad se: Fiat tibi secundum fidem tuam. Et tu ergo si verbũ Dei quod in Ecclesia prædicatur, tota fide & tota deuotione suscipias, fiet tibi ipsum verbũ quodcũq; desideras. Verbi gratia, Si tribularis, cõsolatur te, dicens: Cor cõtritum & humiliatum Deus non despiciet. Si lætaris prosperè, cumulat tibi gaudia, dicẽs: Lętamini in Dño, & exultate iusti. Si iracũdus es, mitigat te, dicens: Dominus sanat omnes languores tuos. Si paupertate consumeris, consolatur te, dicẽs: Dominus erigit de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Sic ergo mãna verbi Dei reddit in ore tuo saporẽ quẽcunq; volueris. Hoc tamẽ si quis infideliter suscipiat, & non comedat, sed abscõdat, putásne cousq; deducendum est verbum Dei, vt etiam vermis fieri putetur? Nõ te turbet auditus: audi Prophetam ex persona Domini dicẽtem, Ego autẽ sum vermis, & nõ homo. Sicut ipse est qui fit aliis in ruinã, aliis autẽ in resurrectionẽ: ita & ipse est qui nunc in mãna fidelibus quidẽ dulcedo mellis, infidelib⁹ autẽ vermis efficitur. Et ideo, fratres charissimi, quãtum possumus cum Dei adiutorio lectioni diuinæ studeamus insistere, vt legem Dei spiritaliter meteamur agnoscere, vt nobis verbum Dei nõ efficiatur vermis, qui nostras conscientias iugiter arguat & affligat: sed illud impleatur in nobis quod scriptũ est, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Dñe super mel & fauum ori meo! Quam gratiam oremus vt nobis Deus pro sua pietate præstare dignetur: cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Galat. 6. — Esaiæ 66. — 1. Tim. 6. — Ioan. 15. — Matth. 9. — Psal. 50. — Psal. 31. — Psal. 102. — Psal. 112. — Psal. 11.

Psal. 118.

Item in eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Operamini non cibum qui perit, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Feria sexta post tertiam Dominicam in Quadragesima, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, &c. Et de non differendo baptismo.

SERMO I.

SERMO XCII.

IN lectione Euangelij infirmitatem humani generis suscepisse dñm Iesum Christum, plenissimè nobis sanctus Euãgelista mõstrauit. Siquidem cùm dixisset *venisse Dominum in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo, in quo prædio erat fons Iacob*: addidit, *Iesus*, inquit, *fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteum.* Venit Dominus noster Iesus Christus ad prędiũ quod sanctus Iacob Ioseph filio suo dereliquerat: quod prædiũ non tam Ioseph quàm Christo arbitror derelictũ, cuius figuram sanctus Ioseph patriarcha portauit, quẽ verè sol adorat & luna & omnes stellæ benedicunt. Ad hoc prædium ideo venit Dominus, vt Samaritani, qui hæreditatem sibi Patriarchę Israël vindicare cupiebãt, agnoscerent possessorem suum, & conuerterentur ad Christũ, qui legitimus Patriarchæ hæres est factus. Iesus, inquit, fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteũ. Videte diuersitatẽ mysterij. Inter Apostolos exultabat in spiritu in monte positus, nõ solùm confortabat eos, verumetiam gloriam his propriã demonstrabat: in Samaria cõstitutus fatigatus ex itinere sedebat supra puteum. Nũquid Dei virtus poterat fatigari? Nõ vtique: sed fatigabatur, quòd fidelẽ populũ inuenire nõ poterat. Tũc ergo fatigatur Christus, quando nullam virtutem in suo populo recognoscit. Hodieq; fatigat eum inobediẽtia nostra, fatigat eũ infirmitas nostra. Infirmi enim sumus, quando non ea quæ fortia sunt atque perpetua, sed temporalia & caduca sectamur. Bene ait, Sedebat suprà puteum, nõ requiescebat, quoniam in Samaritanis non poterat requiescere. *Et hora*, inquit, *erat quasi sexta.* Sexta die Deus de limo terræ hominem figurauit, sexta hora venit Samariam visitare, vt qui in eum Samaritani crederẽt, ipse in his inciperet requiescere, vt verum illud quietis sabbatũ celebraret. Sedebat ergo Dominus supra puteum, *& venit Samaritana mulier haurire aquam.* Magnũ mysterium. Venit mulier ad puteum, & fontem quem non sperauit inuenit. *Dicit ad eam Dominus, Da mihi bibere.* Bonus Dominus vltrò se offert nõ quærenti, vt compleatur illud Propheticum, Palàm apparui non quærentibus me, inuentus sum ab his qui nõ interrogauerunt nomen meum. Petit bibere daturus, sedit supra puteum, vt non in altitudine quæramus aquã, sed de eo fonte qui supra omnes aquas est salutaria nobis pocula hauriamus. Quis est fons nisi Domin⁹ noster Iesus Christus, cui dicitur, Quoniam apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumẽ? Bonus fons qui nos de huius vitæ refrigerauit incẽdio, & inundatione sua aridiitatem nostri pectoris superauit. Vnde & mulieri dicitur: *Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuã.* Nõ omnes sciũt donum Dei, quia nõ omnes desiderãt aquã viuam. Si enim desiderarent, nunquã circa se baptismi sacramẽta differrent. Igitur de se pronũciant, & vitæ suæ testimonium perdunt,

Esa. 65. — Psal. 35. — Ioan. 4. — Ioan. 7.

perdunt, qui ideo volunt tardiùs baptizari, vt flagitia & scelera multa cõmittant. Noli differre, ô homo, remedia salutis tuæ, quoniã nescis quãdo à te anima tua repetatur. Deniq; Samaritana ignara mysterij, dicebat, *Domine, neque hauritorium habes, & puteus est altus.* Ante aduẽtum Dñi & puteus altus erat, & sine hauritorio aquam sibi vnusquisque haurire nõ poterat. Venit Dominus fons viuus vt Pharisęorum corda diluerет, sitim extingueret, pectora satiaret, non quærens hauritoriũ, sed vltrò se infundens mentibus singulorum. Et addidit: *Omnis qui biberit ex hac aqua quã ego dabo eis non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Vnum baptismũ docet, qui post ingressum ęterni fontis & cęlestis poculi sacramentum, vnumquemque nostrũ sitire nõ patitur. Et ideo nos quibus tãta beneficia nullis præcedentibus meritis præstitit diuina misericordia, quantum possumus cũ ipsius adiutorio laboremus, vt tantæ pietatis gratia non nobis iudiciũ pariat, sed profectũ. Quod ipse præstare dignetur, cui est honor & gloria in secula secula seculorum, Amen.

Eodem die, de Raphidin, & de petra percussa, & Amalech.

SERMO II.

SERMO XCIII.

MNES, inquit Apostolus, qui volũt piè viuere in Christo, persecutionẽ patiuntur, & ab hostibus impugnãtur. Et ideo agens quisque iter vitæ huius, auxiliante Christo, indesinẽter debet esse armatus, & stare semper in castris. Si ergo & tu semper vigilare volueris, vt te cognoscas in Dñi castris militare, obserua illud q; idem Apostolus dicit, Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularib⁹, vt ei placeat cui se probauit. Qui si ita militas, vt à rebus secularibus liber sis, & in castris Dei agas semper excubias, vt dicatur de te illud quod paulo superiùs audiuimus, quia per verbũ Dñi excas de deserto Sin, & venias in Raphidin. Sin interpretatur tentatio, Raphidin verò sanitas iudicij. Qui bene exit de tentatione, & quem tẽtatio probabilem reddit, ipse venit ad sanitatem iudicij. Saluus erit, & sanitas cum eo erit, qui in tentatione vitæ præsentis nunquam contra Deũ murmurans minimè fuerit vulneratus; sicut in Apocalypsi legimus, Qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso. Venit ergo ad sanitatem iudicij, qui bene causam alterius audiens disponit sermones suos in iudicio: & munera super innocentẽ nõ accipit. Quid ergo in cõsequentibus Scriptura commemorat: Sitiuit, inquit, ibi populus aquam & murmurauit cõtra Moysen. Cùm enim dixisset, Sitiuit populus: quid opus fuit vt adderet aquas? Sic enim habet antiqua Trãslatio, Quare hoc addidit, nisi aquã sitiuit qui debuit sitire iustitiam? Beati enim qui esuriunt & sitiũt iustitiam. Et iterum: Sitiuit anima mea ad Deum viuum: Multæ enim sunt sites. Sitiunt iusti, sitiunt & peccatores: Illi iustitiam, Illi luxuriam. Iusti sitiunt Deum, peccatores sitiunt aurum. Sitiuit ergo populus aquã, qui debuit sitire iustitiã. Dixit ergo ad Moysen dominus: Tolle virgam, & percute petram, vt educat populo aquam. Ecce est petra, & habet aquam. Sed hæc petra nisi percussa fuerit, aquas omnino non habet: percussa verò fontes producit & flumina, sicut in Euãgelio legimus: Qui credit in me, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Percussus enim Christus in cruce, nouí Testamẽti fontes eduxit. Necesse enim erat vt ille percutereтur. Nisi enim ille percussus fuisset; & de sacro ei⁹ latere sanguis & aqua manasset, vniuersus mũdus sitim verbi Dei patiens interisset. Percussit ergo Moyses virga bis silicem. Quid est hoc, fratres? Nec hoc puto esse sine mysterio. Quid est hoc, quòd nõ semel, sed bis virga percussa est petra? Ideo secunda vice petra percutitur, quia duo ligna in crucis patibulo erigũtur, quia in vno ligno sacras manus expãdit; in alio verò à capite vsque ad pedes immaculatũ corpus extẽdit. Bibit ergo de petra populus, & statim bellum iniit cõtra Amalech. Videte fratres, quia postea quàm quisque de petra biberit, id est, Christi sacramẽta susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere. Tãdiu enim aliquis diabolum cõtra se pugnãtem non sentiet, quãdiu opera illius exercere voluerit. Qui verò illum reliquerit, & de petra bibẽs Christũ sequi elegerit, necesse est vt illum patiatur infestum, cui † illo iudicio voluit præponere Christũ. Quisquis ergo Christo coniungitur, non ad delicias, non ad voluptates, sed ad prælium præparetur: quia omnes qui volũt piè viuere in Christo, persecutionem patiũtur. Et iterum: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Inierũt ergo bellum filij Israël, & Moyses vocat Iesum, & dicit ad eũ: Elige tibi viros, & pugna contra Amalech. Vsq; ad hũc locum beati huius nominis mẽtio, id est, Iesus, nusquam facta est. Hic primùm vocabuli huius splendor obfulsit. Moyses vocat Iesum, lex inuocat Christũ. Elige, inquit, tibi viros potentes: Non poterat Moyses eligere viros potẽtes: Iesus solus est qui potest viros potentes eligere. Ipse vtique qui dixit Apostolis suis, Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ipse est qui donum fortis intrauit, & vasa eius diripuit. Moyses autẽ ascendit in verticẽ collis. Et factum est cùm eleuaret manus Moyses, vincebat Israël. Aduertite fratres: Moyses manus quidem leuat, non tamen extẽdit. Cui ergo seruabatur, vt manus extenderet, nisi Domino nostro Iesu Christo, qui extentus in cruce vniuersum orbem complexurus brachia pietatis expandit? Moyses ergo leuauit manus: & licet non expandit, tamen ipsa eleuatione mysterium crucis ostendit. Videte fratres, iam tunc per sacramentum crucis superatas esse aduersarias gẽtes. Et nos, fratres dilectissimi, si adiuuante Dño manus erigimus, diabolum superamus. In manibus, opera debemus accipere. Si ergo talia sunt opera tua, vt illa possis in altũ in conspectu Domini leuare, potes etiam & tu in teipso aduersarios tuos extinguere. Quis bene manus leuat, nisi qui per eleemosynam in cælo iugiter thesaurizat? Quis ergo bene manus leuat, nisi qui assiduè victũ ac vestitũ paupertib⁹ subministrat? Quis bene manus leuat? Ille vtiq; qui implet illud Apostoli, Eleuantes, inquit, puras manus sine ira & disceptatione. Quia ergo quotidie nobis & vobis pugna imminet cõtra aduersarias potestates, si volumus vincere, manus nostræ, id est, actus nostri & cõuersatio nostra nõ sit in terris: sed, sicut Apostolus dicit, Super terram ambulãtes conuersationem habeamus in cælo. Scriptũ est tamẽ, quia sicut vitulus ablingit in campis herbam viridem, ita populus Israël ablinget populum Amalech super terrã. Per quod indicari videtur, quia populus Dei nõ tam manu & armis quàm voce pugnabat & lingua, id est, orationẽ ad Deum fundebat. Ergo & tu si vis vincere, audi Apostolum dicentem, Orationi insistentes, & vigilantes in ea: Hæc est Christiani pugna gloriosissima, nõ in suis viribus præsumere, sed semper Dei auxiliũ implorare, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

2. Tim. 3. — 2. Tim. 2. — Exod. 17. — Apoc. 2. — Exod. 17. — Matth. 5. — Psal. 41. — Exod. 17. — Ioan. 7. — Exod. 17. — Ioan. 15. — Matth. 12. — Exod. 17. — Leuare manus. — 1. Tim. 2. — Colos. 4.

Item eodem die Hom. de eodem de quo suprà in Euangelio secundum Ioannem quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & in lib. LXXXIII. Quæstionum, quæst. CXIII.

Sabbato

Sabbato post tertiam Dominicam in Quadragesima, Sermo habitus ad mensam S. Cypriani, de eo quod scriptum est in Psalmo, Erudimini omnes qui iudicatis terram: & de muliere in adulterio deprehensa.

Psal.2. Ioan.8.

SERMO D. AVGVST. I. SERMO XCIIII. CAP.I.

ERVDIMINI *omnes qui iudicatis terrã.* Terram iudicare, est corpus domare. Audiamus Apostolum iudicantem terram: Nõ sic pugno, inquit, tanquam aërem cędẽs; sed castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne fortè aliis prædicans ipse reprobus efficiar. Audi ergo iudicantem terrã: & iudica terrã, ne sis terra. Si enim terram iudicaueris, cælũ eris, & in te factã gloriã Dñi enarrabis. Cæli enim enarrant gloriam Dei. Si autem terrã non iudicaueris, terra eris. Si autem terra fueris, ad eum pertinebis cui dictum est. Terram manducabis. Audiant ergo iudices terrę. Corpus castigent, libidines frenent, ament sapientiam, vincant concupiscentiam. Et vt hoc faciant, erudiantur.

Terram iudicare.

Psal.13.

Gen.3.

CAPVT II. Psal.2.

HÆC est autem summa eruditionis: Seruite Dño in timore, & exultate ei cum tremore. Exulta ei, non tibi. Hi à quo es quod es: & quòd homo es, & quòd iustus es: si tamen iam iustus es. Si autem putaueris quòd ab illo quidem homo es, à te autem iustus es, non seruis Domino in timore, nec exultas ei in tremore: sed tibi in præsumptione. Et quid tibi fiet, nisi quod sequitur? Ne quando irascatur Dominus, & pereatis, inquit, de via iusta. Non enim ait, Ne quando irascatur Dominus, & non intretis in viam iustam, sed pereatis de via iusta. Iam enim videris tibi iustus non rapiendo alienum, non adulterando, non homicidium faciẽdo, non falsum testimoniũ aduersus proximum dicendo, patrẽ & matrem honorando, vnum Deum colẽdo, idolis & dæmoniis non seruiendo. De hac via peribis, si tibi ista præsumpseris, si tibi ista à teipso esse putaueris. Infideles enim non intrant in viam iustã, superbi pereunt de via iusta. Quid enim ait? Erudimini omnes qui iudicatis terram. Et ne fortè vires & potentiã, qua iudicatis terram, vobis tribuatis, & à vobisipsis cã vobis esse credatis, nolite sic: Seruite Dño in timore, exultate nõ vobis in præsumptione, sed ei in tremore. Ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta, cùm exarserit citò ira eius. Quid ergo faciendũ est, ne pereamus de via iusta? Beati omnes qui confidunt in eum. Si beati qui confidunt in eũ, miseri qui confidunt in se. Maledictus enim omnis homo qui spẽ suã ponit in homine. Ergo nec in te, quia & tu homo es. Si enim spem tuã posueris in alio homine, inordinatè humilis eris: si autem spẽ tuam posueris in te, periculosè superbis. Quid autem interest? Vtrunque perniciosum. Nihil horum eligendum, inordinatè humilis nõ leuatur: periculosè superbus præcipitatur.

Capvt II. Psal.2.

Fiden lũ in Dominũ. Ierem. 17.

Inordinatè humilis.

CAPVT III.

DENIQVE vt nouerit sanctitas vestra, propter istum sensum redarguendum & confundendũ, quòd in se quisque confidit, dicta esse ista verba, Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Apostolum audite hæc ipsa verba dicentẽ, & sentẽtiam cur dicta sint, explanantem. Ecce Apostoli verba sunt, Cum timore & tremore vestrã ipsorum salutẽ operamini. Quare ergo cum timore & tremore meã salutem operor, cùm sit in potestate mea operari salutẽ meam? Vis audire quare cum timore & tremore? Deus est enim qui operatur in vobis, ideo cũ timore & tremore. Quia q̃ impetrat humilis, amittit superbus. Si ergo Deus est qui operatur in nobis, quare dictum est, Vestrã ipsorũ salutẽ operamini? Quia sic Deus in nobis operatur, vt & nos operemur. Adiutor meus esto. Designat esse operatorẽ, qui inuocat adiutorẽ. Sed volũtas, inquit, bona, mea est. Fateor tua. Sed & ipsa à quo

Philip.2.

Psal.16. Volũtas bona à Deo data, à Deo excitata.

A data, à quo excitata? Noli me, ipsum Apostolũ interroga. Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quid est ergo quod tibi arrogabas? Quid est quòd superb̃ ibas, & peribas? Redi ad cor tuũ, inueni te malũ; & vt sis bonus, inuoca bonũ. Nõ enim in te placet Deo, nisi quod habes ex Deo. Quod autem habes ex te, displicet Deo. Si bona tua cogitas, quid habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis? Solus est ille qui non nouit nisi dare. Non habet datorẽ, qui non habet meliorẽ. Quo tu si inferior es, imò quia inferior es, gratulare, quia ad eĩ̃ imaginẽ factus es, vt in illo inuenias qui in te peristi. Non enim potuisti in te, nisi perdere te: nec scis inuenire te, nisi ille qui fecit te, quærat te.

1.Cor.4.

CAPVT IIII. Ad iudices.

ALLOQVAMVR tamen & eos qui secundum istã visibilem & popularem intelligentiam iudicant terrã. Iudicant enim terram reges, duces, principes, iudices: B Vnusquisq; pro munere quod accepit in terra, iudicat terram. Quid est autẽ quod dicitur, Iudicat terram, nisi iudicat homines qui sunt in terra: Nã si terram propriè non accipias, nisi quam calcas, agricolis ergo dictũ est, Qui iudicatis terram. Porrò autem si reges iudicãt terrã, & quicunq; sub regibus potestatẽ accipiũt à regib̃, erudiãtur & ipsi: quia terra iudicat terrã. Et timere debet eum qui est in cælo, terra iudicans terram. Parem quippe suũ iudicat, homo hominẽ, mortalis mortalem peccator peccatorem. Si enim procedat in mediũ Dominica illa sententia: Qui sine peccato est, prior in illã lapidẽ mittat: nónne omnis iudicans terram terræ motum patitur? Euangelicũ capitulum recolamus. Pharisæi tentãtes Dominũ, adduxerunt ante eum mulierem in adulterio deprehẽsam: de quo peccato pœna fuerat lege definita, lege scilicet data per Moysen famulũ Dei. Hac ergo complexione dolosa & fraudulenta ad Dominum Pharisæi accesserunt: vt si iuberet lapidari mulierem diffamatam, perderet mansuetudinem: si autem quod lex iusserat prohiberet, peccasse teneretur in legem. Sicut autem interrogãtes de tributo Cæsari reddendo, ore suo cepit, vicissim interrogans cuius esset prolatus numus, cuius haberet imaginem & superscriptionẽ. Respondentes enim ipsi qui interrogauerũt, in numo esse imaginem Cæsaris: respondit eis secundum os ipsorum, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt: vt admoneret sic reddendam Deo in homine imaginem Dei, quemadmodum in numo imago sua redditur Cæsari: ita & in ista adultera interrogatores interrogauit, & ideo iudices iudicauit. Non prohibeo, inquit, lapidari, quam lapidari lex iussit: sed quæro à quibus. Nõ enim resisto, sed legis ministrum requiro. Denique audite. Lapidare vultis secũdum legem: Qui sine peccato est, prior in illam lapidem mittat. Quãdo D autem hæc audiunt, digito scribebat in terra, vt erudiret terram. Quando autem hoc dixit Pharisęis, leuauit oculos suos ipse, & inspexit terram, & fecit eã tremere. Proinde cùm hoc dixisset, iterũ cœpit scribere in terram. At illi compũcti & tremefacti, vnus post alterum discesserunt. O terræ motum, vbi sic terra mota est, vt etiam mutaret locum! ILLIS ergo discedentibus, remãsit peccatrix & Saluator. Remãsit ægrota & medicus. Remãsit misera & misericordia. Et aspiciẽs mulierẽ, dixit: Nemo te condẽnauit? Et illa, Nemo, Dñe. Sed tamẽ adhuc solicita erat. Peccatores enim dãnare non ausi sunt. Non ausi sunt lapidare peccatricẽ, qui seipsos intuentes similes inuenerunt. Sed adhuc mulier erat in magno periculo: quia & ille ei iudex remãserat, qui erat sine peccato. Nemo, inquit, te condẽnauit? At illa, Nemo Dñe: si nec tu, secura sum. Cui solicitudini taciturnæ Dominus voce respondit: Nec ego te cõdemnabo.

Ioan.8.

De muliere adultera. Vide Tract. 33. in Ioan. Lenit. 10.

Luce 18.

CAPVT VII. 23.q.4.ca. Duo.

Duo homo & peccator.

Tract.12.in Ioannem.

CAPVT

al. & ame terrere, sed dilige.

CAPVT VIII.

Nec

Nec ego quãuis sim sine peccato, nec ego te condemnabo. Illos à vindicta repressit conscientia: me ad subueniendũ inclinat misericordia. Hæc attendite & erudimini omnes qui iudicatis terram. Omnes scilicet, q̃ etiam sic intelligendum est, quomodo de quibus Apostolus dicit, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autẽ sunt, à Deo ordinatæ sunt. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Principes enim nõ sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonũm fac, & habebis laudem ex illa. Et si non ab illa, tamen ex illa. Aut enim iustè agis, & iusta potestas laudabit te: aut iustè agentẽ, etiam si potestas iniusta damnet te, Deus iustus coronabit te. Ac per hoc tu iustitiam tene, tu bene viue. Et siue damnet, siue absoluat, habebis laudẽ ex illa. Beatus ille cuius hic sanguis fusus est. Nónne ex ipsa potestate, antequàm & à qua visus est iudicari, laudem inuenit? Confessionem † promisit, in B fide permansit. Mortem non timuit, sanguinem fudit, diabolum vicit. VT ergo non sitis iniquę potestatis quicũnque per homines vultis habere in homines potestatẽ, erudimini ne peruersè iudicetis, & antè in anima pereatis, quàm quẽquã in carne perdatis. Iudex esse vis? potes meritis, vel pecunia: nondũ reprehẽdo. Forasse enĩ prodesse cupis rebus humanis, & emis vt prosis, vt seruias iustitiæ nõ parcis pecuniæ. Prius propterte esto iudex in te. Prius iudica te de te, vt de penetrali conscięntię securus procedas ad alterũ. In teipsum redi, te attende, te discute, te audi. Ibi te volo p̃bare integrũ iudicem, vbi nõ quæris testem. Procedere vis cum potestate, vt alter tibi dicat de altero quod tu nescis. Prĩ intus iudica. Nihil tibi de te dixit cõscientia tua? Si nolis negare, vtique dixit. Nolo audire quid dixerit. Tu iudica quod audisti. Dixit tibi de te quid fecerit, quid acceperis, quid peccaueris. Vellem scire qualẽ sententiã protulisti. Si bene audisti, si rectè audisti, si in audiẽdo te iustus fuisti, si tuæ mentis tribunal ascẽdisti, si teipsum antè teipsum in oculeo cordis suspendisti, si graues tortores adhibuisti timoris, bene audisti, si sic audisti: & proculdubio pœniteńdo peccatum punisti. Ecce & discussisti & audisti & punisti, & tamẽ tibi pepercisti. Si sic audis & proximũ tuũ, si erudiaris sicut admonuit Psalmus, Erudimini omnes qui iudicatis terrã. Si sic audis proximum tuũ, quomodo audis & te: peccata persequeris, nõ peccantem. ET si fortè quisquã durus est ad corrigenda peccata auersus à timore Dei, hoc ipsum in eo persequeris, hoc ipsum corrigere conaberis, hoc perdere & tollere laborabis, vt seruetur homo peccato dãnato. Duo enim nomina sunt, homo & peccator. Hominem Deus fecit, peccatorem se ipse homo fecit. Pereat quod fecit homo: liberetur q̃ fecit Deus. Noli ergo vsque ad mortẽ, ne cùm persequeris peccatum, perdas hominẽ. Noli vsque ad mortem, vt sit quẽ pœniteat: homo nõ necetur, vt sit qui emendetur. Hãc in corde retinens homo in homines dilectionem, esto iudex terrę, * & ama non currere, sed diligere. Si superbis, superbi in peccata, non in hominem. In illud sæui quod tibi displicet, & in te, nõ in eũ qui factus est, sicut tu. De vna officina existis, vnum artificẽ habuistis, vnus limus est vestra materies. Quid perdis nõ amãdo quem iudicas? Quoniã iustitiam perdis, perdis nõ amãdo quẽ iudicas. Adhibeantur pœnæ, nõ recuso, non interdico, sed animo amantis, animo diligentis, animo corrigentis. Nùm enim filiũ tuum non erudis? Et prius agis, vt, si fieri potest, pudore & liberalitate erudiatur, & erubescat patrẽ offendere, nõ tanquã seuerissimũ iudicem timeat: gaudes ad talem filiũ. SED si fuerit fortè ista contemnens, adhibebis & verbera. Incutis pœnam, in geris dolorem, sed quæris salutem. Multi amore, multi timore correcti sunt: sed per tremorem timoris ad amorem peruenerũt. Erudimini qui iudicatis terrã. Diligite & iudicate. Non enim sic quæritur innocentia, vt pereat disciplina. Scriptum est, Disciplinã qui abiicit, infelix est. Bene potest addi ad istam sentẽtiam, Sicut disciplinam qui abiicit, infelix est: sic disciplinam qui negat, crudelis est. Ausus sum aliquid dicere, fratres mei, quod vobis aliquanto plenius exponere ipsius rei obscuritate cõpellor. Repeto quod dixi, Disciplinã qui abiicit, infelix est. Hoc manifestũ est: Disciplinam qui nõ dat, crudelis est. Teneo prorsus, teneo & ostendo, feriendo pium, parcendo crudelẽ: exemplum ante oculos pono. Vbi inuenio feriendo pium? Non eo ad alios, ad patrem & filium eo: pater & quãdo ferit, amat, & non vult puer cędi. Contemnit voluntatem, cõsulit ad vtilitatem. Quare? Quia pater est, quia hęreditatem parat, quia successorem nutrit. Ecce feriẽdo pius est, feriendo misericors est. Da mihi hominem parcẽdo crudelẽ. Non recedo à personis, eos ipsos ante oculos pono. Sed si puer impunitus & indisciplinatus sic viuat vt pereat, & pater dissimulet, pater parcat, pater perditum filiũ disciplinæ asperitate offendere timeat, nónne parcendo crudelis est? Erudimini ergo omnes qui iudicatis terram: & bene iudicãdo non à terra præmium, sed ab illo expectate qui fecit cælum & terram.

Omnes.

Rom.13.

Sapi.6.

Feriens, pius, parcens, crudelis.

al. *prompsit*, De S. Cypriano loquitur. CAP. VI.

Eodem die, De decem in lege præceptis, & de decem plagis.

SERMO II. SERMO XCV.

Omittitur, quia sumptus ex lib. de decem plagis, qui est tom. 9.

Item eodem die Homilię de eo quod scriptũ est in Euangelio secundũ Ioannem, Perrexit Iesus in montem Oliueti, &c. quæ habentur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

C *Dominica quarta in Quadragesima, de decem chordis, & de decem præceptis.*

SERMO I. SERMO XCVI.

Qui habetur tom. 9.

Eodem die, de filiis Israël.

SERMO II. SERMO XCVII.

Erit in appendice sermo XXXIX.

In eadẽ Dominica Hom. de eo quod scriptũ est in Euangelio secundum Ioannem, Abiit Iesus trans mare Galilęæ, quod est Tiberiadis, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, to. 9.

Feria secunda post quartam Dominicam, de thuribulis.

SERMO I. SERMO XCVIII.

MODO, fratres dilectissimi, cùm diuina lectio legeretur, audiuimus dixisse Dominum ad Moysen, vt thuribula in quibus superbi illi ac rebelles incensum obtulerant conflaret, & producta in laminas altari affigeret, vt essent in testimonium rebellium & superborum. Thuribula, inquit D Dominus, quæ sanctificata sunt in mortibus peccatorũ, facito ea laminas ductiles, & circunda ex eis altare: quia oblata sunt coram Domino, & sanctificata sunt. Hoc ergo per hãc figuram videtur ostendi, quòd thuribula ista, quæ Scriptura nominat ærea, imaginem tenẽt Scripturę diuinæ: cui Scripturæ hæretici ignẽ alienũ imponentes, sensum videlicet per errorem & intelligentiã alienam à Deo & veritati contrariam introducẽtes, incẽsum Domino nõ suaue, sed execrabile offerũt. Ista ergo thuribula ærea, id est, hęreticorũ voces, si adhibeamus ad altare Dei, vbi diuinus ignis est, vbi vera fidei prædicatio, meliùs ipsa veritas ex falsorũ cõparatione fulgebit. Si enim, verbi gratia, dicã, ponam dicta Arrianorum vel Manichæorum, aut alterius cuiuslibet hæreticorũ, & ex sermonibus veritatis ac Scripturarũ diuinarũ testimoniis velut diuini altaris igne confu-

Duo homo & peccator.

Tract.12.in Ioannem.

al. & ame terrere, sed dilige.

CAPVT VIII.

cõfutem, nõnne cuidẽtior eorum ex ipsa comparatione apparebit impietas? Nam si doctrina Ecclesiastica simplex esset, & nullis extrinsecus hæreticorũ dogmatum assertionibus cingeretur, non poterat tam clara & tam examinata videri fides nostra. Sed idcirco doctrinam catholicam contradicẽtium obsidet impugnatio, vt fides nostra non otio torpescat, sed multis exercitationibus elimetur. Propter hoc denique & Apostolus
1. Cor. 11. dicebat: Oportet autem hæreses esse, vt probati quiq; manifesti fiant inter vos. Hoc est dicere, Oportet hæreticorum thuribulis altare circundari, vt certa & manifesta omnibus fiat fidelium atque infidelium differentia. Cùm enim fides catholica velut aurũ cœperit fulgere, & prædicatio eius vt argẽtum igne probatum intuentibus resplenderit, tunc maiore cum turpitudine & dedecore hæreticorum voces obscuri æramenti vtilitate sordebunt. Hæc autem diximus de thuribus eorum qui condemnati sunt, quæ altari iubentur affigi, quòd ex cõparatione impiorũ isti clariores appareant: simul vt & posteris daretur exẽplum, ne quis præsumptione superbi spiritus non sibi à Deo datũ munus põtificatus inuaderet: sed vt illi credatur quem nõ ambitio humana, nõ fauor corruptus asciuerit, nec munerũ oblatio profana surrogauerit, sed meritorum conscientia & Dei voluntas assumpserit. Quod ergo pertulerũt superbi illi Leuitæ, qui Domino non iubẽte sibi sacerdotiũ vendicabant, hoc patiuntur quicũque se in episcopatus, aut presbyteratus, vel diaconat⁹ officium vel muneribus aut adulationibus impudenter conãtur ingerere. Quomodo combusti sunt illi in corpore, sic isti exurentur in corde. Hortatur ergo Moyses pontificem magnum, vt offerat incensum in castris, & exoret pro populo. Iã enim, inquit, vastari populus cœpit. In spiritu videbat Moyses quæ gerebãtur. Abiit ergo Aarõ, vt offerret incensum pro populo, & stetit inter viuos & mortuos, & mitigatus est furor Dei. Si intellexisti historiæ ordinem, & oculis, vt ita dicam, cernere potuisti stantem pontificem medium inter viuos & mortuos, ascende nunc ad verbi huius celsiora fastigia, & vide quomodo verus põtifex Iesus Christus assumpto thuribulo carnis humanæ, & superposito igne altaris, anima sine dubio illa magnifica, cum qua natus est in carne, adiecto etiam incẽso qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos & mortuos stetit, & mortẽ non permisit vltrà grassari: sed, sicut Apostolus dixit, destruxit
Hebr. 2. eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, vt qui in ipsum pontificem Christum credit, iam non moriatur, sed viuat in æternum. Hoc fuit ergo mysterium, quod futurum iam tunc angelus ille, qui populũ vastabat, expauit. Agnoscebat enim figuram thuribuli, & ignis & incensi, & qualis offerenda esset Deo hostia ab eo qui medius mortuorum viuorumq; constituendus erat præuidebat: & illos tunc imago præfigurata saluauit, ad nos autẽ salutis veritas ipsa peruenit. Neque enim indumenta põtificis purpura ac lana byssõque contexta erubuisset angelus ille vastator. sed ista quæ futura erant induměta Domini & Saluatoris nostri singularis & magni pontificis intellexit, & his cessit quibus vtique vniuersa creatura inferior erat. Puto autem quòd non solùm primo aduentu Domini & Saluatoris nostri forma ipsa completa sit: sed cadẽ fortasse seruabitur & in secundo. Veniet iterũ filius hominis, & cùm venerit, sine dubio inueniet quosdam mortuos, quosdã viuẽtes. Hoc loco non incõgruè mortui intelligũtur, illi qui nimietate scelerũ in peccatis suis mortui comprobantur, viuentes autem illi qui in operibus vitę permanserint. Veruntamen vtrolibet modo stabit etiam in futuro magnus hic pontifex & saluator noster

A medius viuorum & mortuorũ. Sed & tũc fortè medius viuorum & mortuorum stare dicẽdus est, cùm statuet oues quidem à dextris, hædos autem à sinistris, & dicet his qui à dextris erũt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mũdi. His autem qui à sinistris sunt dicet. Ite in ignẽ æternum operarij iniquitatis, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius, quoniam non nouiuos. Et sunt vtique mortui qui in ignem mittuntur æternum. Sunt autem viui illi qui mittuntur ad regnum. Ad quod regnum vos pius Dominus perducere pro sua pietate dignetur, cui est honor & imperium cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Eodem die, de virga Aaron.

SERMO II. SERMO XCIX.

Erit in appendice sermo x I.

B Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Iohannẽ, Propè erat Pascha Iudæorũ, & ascendit Iesus Hierosolymã, & cæteraquæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. Ioan. 2.

Feria tertia post quartam Dominicam in Quadragesima, De exploratoribus, & de botro.

SERMO I. SERMO C.

MOD ò cùm diuina lectio legeretur, audiuimus q; tẽpore illo quo missi sunt duodecim exploratores ad considerandam terram repromissionis, duo ex illis vuam mirę magnitudinis in phalanga detulerint ad filios Israël. Duo isti, fratres dilectissimi, multis modis intelligi possunt. Nã & duo ista Testamẽta non incongruè significasse credũtur, & duo præcepta quibus diligitur Deus & proximus. Possunt etiam in historia & allegoria intelligi. Quòd autem duũm Testamentorũ typum habuerint, hinc euidenter agnoscimus, quia quomodo in medio
C duorũ illorũ vua exhibita legitur, ira in medio duũm Abacuc 3.
Testamentorum Christus Dominus euidenter agnoscitur, secundũ illud quod scriptum est, In medio duũm animalium cognosceris, id est, in medio noui vel veteris Testamenti. Quòd autem dicit, In medio, non sic intelligẽdum est, quòd Christus inter nouum & vetus Testamentum sic fuerit medius, vt nec in nouo nec in veteri contineretur. Non ita est, fratres charissimi. Sed quod ait, In medio duũm animalium cognosceris: hoc sentiendum est, quod sit in medio veteris Testamenti, & in medio noui: id est, intus in interiori & spiritali intellectu, non in litera quæ non solùm Iudæos, sed etiã hæreticos omnes consueuit occidere, sed in spiritu, qui omnes Christianos spiritaliter intelligentes viuificat. Hoc est ergo, in medio duũm animalium cognosceris, in interiori sensu noui siue veteris Testamenti. Exhibita
D est ergo vua à duobus. Isti autẽ duo qui vuam de terra repromissionis afferre meruerũt, sicut iam diximus, possunt intelligi etiam duo præcepta dilectionis, id est, diligę deũ & diliges proximum. Denique considerate Matth. 22.
fratres, quia sicut illi duo pendẽtem vuam attulerunt, ita & de istis duob⁹, id est, dilectione Dei & proximi dicitur: In his duobus præceptis tota Lex pẽdet & Prophetæ. Sicut enim vua illa Christum Deũ figurauit, ita & terra repromissionis, in qua natus est, sanctæ Mariæ videtur imaginẽ prætulisse. In ipsa enĩ impletũ est, Veritas de terra orta est. Quoniodo autẽ beata Maria non Psal. 84.
fuit terra repromissionis, quæ per prophetã multo antè promissa est? Nã per beatũ Esaiam Dũs eam ante multa annorũ spatia repromisit. sic enim ait: Ecce virgo in Esa. 7.
vtero cõcipiet, & pariet filiũ. Exhibita est enim vua de terra repromissionis. Ipsa est enim de qua legimus: Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra. Et de ipsa Deut. 32.
scriptum est: Petra autẽ erat Christus. Et illud: Cum 1. Cor. 10. Gen. 49.
adipe

adipe renium, & sanguine vuæ. Et iterum: Lauabit in A vino stolam suam, & amictum suum in sanguine vuæ. Hæc, inquam, vua in ligno suspensa duorum defertur obsequio, quæ nobis vtique, sicut iam dictũ est, duũm Testamentorũ repræsentatur oraculis, quæ in logo crucis pependit, cuius vinũ in pretiũ nostrũ passionis expressione, pfluxit. Sed operępretiũ est, arcana sacramẽtorũ aperiri effectib⁹ rerũ. Hãc vuã duo deferunt inserto vecte pendentem. Possunt isti duo etiam Christianũ vel Iudaicũ populũ figurare. Isti ergo sunt duo, id est, synagogæ vel Ecclesiæ populi. Et quia prior fuit Iudæorum populus, præcedit Iudæus, sequitur Christianus. Salutem suam hic ante conspectum suum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium præfert, ille contemptũ. Ideo & de Iudæis Propheta testatur, Obscu-
Psal. 68. rentur oculi eorum ne videant, & dorsum illorũ semper incurua. Incedunt duo sub sacro fasce ordine suo. Hic semper videt, ille semper relinquit. Iudæus autem B proximum se æstimat, sed absentat. Christianus ergo præsenti munere fruitur, Iudæus solo onere prægrauatur: quia Christus sicut credenti salus, ita onus est non credenti. Iudæis enim ille specialiter annunciatus: de quibus dictum est, In sua venit, & sui eum non receperunt: factus est eis lapis offensionis & petra scandali: & quem Israël non cognouit, gentium fides recepit. Et ideo pòst sequitur iste, sed spem suam sub oculis habẽs antecedit & proficit: ille prior graditur, sed deserit & recedit. Portat quidem Christum in lege Iudæus, sed à gratia quã in mysteriis portat auersus est: quia quem prædicatione suscepit elect⁹, corde perdit incredulus: & quem vnus aspernatur in lege, alter miratur in corpore. Vnde amborum Dũs & redẽptor noster ab hoc adorante gestatur, ab illo se auersante suspenditur. Ac sic impletũ est in Iudæis: Posuerunt ad me dorsa, & nõ facies suas. Et quia Christũ Dũm, quem prior populus C Iudæorum, & post dorsum reliquit & crucifixit, nos postea venientes adorare & portare meruimus, secundum illud quod Apostolus ait, Glorificate & portate
1. Cor. 6. Deum in corpore vestro: quantũ possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne à ceruicibus nostris tam sanctam sarcinam malis operibus deponamas. Sarcina enim Christi, leuare consueuit, non premere. Sic & ipse
Matth. 11. in Euãgelio dixit. Iugum meũ suaue est, & onus meum leue. Si enim iugum Christi subdita & humili ceruice suscipimus, magis nos portat quã à nobis portetur. Sicut enim iugum seculi semper premit, ita iugũ Christi leuare cõsueuit. Et quia omnis homo aut Christũ portando erigitur, aut iugũ seculi sustinendo ad inferiora deprimitur, attendat vnusquisq; conscientiã suã: & si se sanctis cogitationibus & bonis operibus iugũ Christi portare cognouerit, gaudeat & Deo gratias agat, & D cũ grandi solicitudine vel timore perseuerare contendat. Qui verò luxuriosis cogitationibus & malis operibus durissimo mundi huius iugo se nimium grauari
Psal. 2. cognoscit, orationibus, ieiuniis vel eleemosynis proiiciat iugũ diaboli, vt mereatur excipere iugum Christi, & de omnibus malis actibus suis cũ Propheta fideliter dicat: Dirumpamus vincula eorũ, & proiiciamus à nobis iugũ ipsorũ. Tunc enim de illa spiritali vua, de qua nobis vinum lætitię prelũ crucis expressit, cũ securа cõscientia bibere poterimus, si nos nec luxuria sordidauerit, nec iracundia cõbusserit, nec inflauerit superbia, nec auaritia obscurauerit, nec inuidia vipereo veneno percusserit. Omnia enim ista de corde suo debet expellere, qui ad altare desiderat vel optat accedere. Et quia spiritalis vindemia, id est, paschalis sollennitas imminet, in qua festiuitate botrus ille, de quo superiùs diximus, per iniuriã vel pondera crucis expressus est, de tanta ac tali vua accepturi calicem salutaris, & vinũ lætitiæ bibituri, exceptoria cordis vel pectoris nostri cum grandi nitore ac diligentia, ieiuniis, vigiliis, orationibus, eleemosynis, & præcipuè castitatis nitore mundemus: contra nullũ hominẽ odium in corde seruantes, & non solũ amicos, sed etiam inimicos & aduersarios diligentes, cum securа conscientia
Matth. 6. in oratione Dominica dicamus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Eodem die, de serpente æneo.

SERMO II. SERMO CI.

IN lectione quæ nobis recitata est, fratres charissimi, audiuimus quòd eo tẽpore, quo propter superbiam Iudæorũ & murmurationem eorũ contra Dũm à serpentibus regulis, id est, basiliscis, in deserto populus vastabatur, præceperit Dũs Moysi, vt serpentẽ ęneum faceret, cúmque in ligno suspenderet, quẽ percussi respicientes ab interitu sanarentur. Serpẽs iste, fratres dilectissimi, licet hoc satis mirũ esse videatur, tamen figurauit incarnationẽ Dũi. Durum fortè alicui videri poterat ista significatio, nisi hoc ipse Dũs
Ioan. 3. in Euangelio suo dixisset. Sic enim ait: Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis. Suspensus est ergo tunc serpens æneus in cõto, quia Christus suspendendus erat in ligno. Tunc eũ quicunque fuisset à serpente percussus, serpentẽ æneũ respiciebat, & sanabatur: nunc verò humanũ genus, q; à spiritali serpente diabolo percussum fuerat, Christũ credendo respicit, & sanatur. Quicũque percussus serpentem illũ æneum non vidisset, moriebatur. Ita est, fratres, nisi quisque in Christo crediderit crucifixum, diaboli veneno premitur. Tũc enim vnusquisq; respiciebat serpentem mortuũ, vt posset euadere viuũ. Nũc verò qui vult diaboli vitare venenũ, Christum respiciat crucifixum. Et quia mors à morsu nomẽ accepit, & generi humano morsus antiqui serpentis acciderat, & mors nisi à morte superari non poterat, ideo mortẽ Christus sustinuit, vt iniusta mors iustã vinceret mortem, & liberaret reos iustè, dum pro eis occidebatur iniustè. Quicquid enim diabolus in Adam exercuerat, quasi iustè videbatur egisse in homine, qui se vnius arboris delectatione vendiderat. In Adam ergo quasi in proprio seruo iure sibi domino dominiũ vendicauit: in passione autẽ Christi, in quo peccati maculam non inuenit, iniustè mala omnia perpetrauit. Sic & ipse
Ioan. 14. Dominus in Euangelio dixit: Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Quid est, Nihil inue-
Psal. 68. nit? Nullum omnino peccatũ. Et in Psalmis, Quæ non rapui, inquit, tunc exoluebam. Quod ergo iustè debebat Adam, Christus iniustè mortẽ suscipiendo persoluit. Ille expandit manũ ad pomorũ dulcedinẽ, iste ad crucis amaritudinẽ. Ille arborẽ necis, iste salutis ostendit. Ille se contra Deum erexit, & cecidit, Christus se humiliauit, vt omnes erigeret. Adam mortẽ vniuersis intulit, & Christus vitam omnibus reparauit. Respiciebat ergo vnusquisque ad serpentem æneum, & à
Num. 21. venenatis serpentibus sanabatur. Serpens æneus in ligno positus venena viuorum serpentium superauit, & Christus in cruce suspensus & mortuus, antiqua diaboli venena restrinxit, & omnes qui ab eo percussi fuerant, liberauit. Quare tamen serpens ille non de auro, non de argento, sed de æramẽto fuerit factus, videamus. Hoc mihi videtur, quòd duas significationes habere possit. Vnam propter diuturnitatem, quia vasa

ænea durare diutius solent. Aliam propter vocis claritatem: nam inter omnia metalla vasa ærea maiorē tinnitū reddere, & longiùs sonare solent. Doctrina nō in vna tantū gente Iudæorū innotescere, sed per vniuersū mundum claro salutiferæ prædicationis sono poterat peruenire: ideo serpens ille æneus efficitur, vt doctrina Christi in vniuerso mundo clarius prædicetur: secundum illud quod de Apostolis scriptū est, In omnē terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Et tamen, fratres, etiam secundū medicorū carnalium disciplinā quibus de morte serpentis contra viuorū serpentiū venena salubria præparantur antidota, nō est incongruū vt mortuū debeat serpentē intēdere, quia viuorū serpentiū venenis desiderat liberari. Hæc ergo omnia ideo diximus, vt quoscunque serpentis, id est, diaboli & angelorum eius venena percusserint, ad Christū qui in similitudine illius ænei in ligno suspensus est, fideliter aspiciant, vt cum beato Paulo apostolo dicere possint: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et quia de beatæ crucis mysterio diutius loqui & dulce est & salubre, reliquas eius significationes breuiter, si iubetis, charitatis vestræ auribus intimamus. Quid enim dulcius, quid suauius vel cogitari vel dici potest quā sanctæ crucis mysteriū, per quā non solū ab inferis reuocari, sed etiam in cælos eleuari meruimus? Quia sine vlla dubitatione vbi caput nostrū Christū ascendisse credimus, mēbra illius secutura esse confidimus. Ligni crucis etiam vmbra vel figuræ, in veteri quoq; Testamento plurimū valuerunt. Nullum Moyses signū sine ligni sacramento peregit. Vt enim signa & prodigia in Ægypto faceret, virgam accepit à Domino, & ad signa quæque diuinitùs audiebat, & dicebatur ei: Eleua virgam tuam. Non vtique Deus virgæ auxilio indigebat, sed erigebatur, vt scire possimus, quantū esset illud futuri ligni mysteriū, cuius fuerat vmbra figuratū virgæ illius sacramentum. Fortè si rubrū mare diuidendū est, iubetur Moyses eleuare virgā, & mare cognoscens venturi ligni figuram, mox iter populo pandit insuetū. Si ad aquam Marrhæ amaram venitur, nisi lignū in se susceperit, nō dulcescit. Quæ res erat indicio, amaritudinem gentiū per lignum crucis in vsum dulcedinis quandoque esse vertendā. Si autē non habet aquā populus vnde bibat, petra ligno percutitur, & dat per gratiam quod nō habuerat per naturā. Si Amalech sæuus hostis occurrit, Iesus filius Naue virgā tenere manu iubetur, & Moyses brachia sua in modū crucis extendere, ac sic per figuram crucis vincitur insuperabilis inimicus. Sed nec Helisæus ligni huius mystici virtutē penitùs ignorauit, qui securim de manubrio in gurgitē lapsam misso in flumine ligno de profundo euocauit: significans vtiq; dura corda & ferreas hominū ceruices de profūdo emersas errore, ligno crucis esse in posterū subiugandas. O crux cuius tantus ac talis decerpitur fructus! Fructus autē crucis, gloriē est resurrectio. Hic fructus ligni huius verè plantatus est secus decursus aquarū. Sēper cūm cruci baptisma iungitur. Dedit hoc lignū fructū in tēpore suo, dedit fructum interim Domini resurrectione, dabit & cū apparuerit de cælis ille qui visus est super terram, cū præcedente ipso crucis signo iam fulgido venerit de supernis: tunc resurgēt corpora sepultorū, tunc exultabunt sancti in gloria, tunc in suis cubilibus lætabuntur, qui nunc de sui regis ac Domini cruce non confunduntur, sed potius gloriantur.

Psal. 18.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est secundum Ioannem, Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Feria quarta post quartam Dominicam in Quadragesima, de eo quòd senior populus in deserto mortuus est, & iunior in terram repromissionis ingressus est.

SERMO I. SERMO CII.

SCIRE & intelligere debemus, fratres dilectissimi, quia senior populus Iudæorum, qui propter incredulitatem in deserto mortuus est, significauit priorem populum Iudæorū: paruuli verò eorū, id est, iunior populus figurauit populū Gentiū. Sicut enim seniore populo mortuo, iunior terram repromissionis accepit, ita reprobato Iudæorū populo, iunior populus Christianorū gratiā diuinæ benedictionis obtinuit. Tamen, fratres charissimi, non transitoriè vel negligenter sed cum ingēti tremore cōsiderandum est, quia de sexcentis milibus duo tantū terrā repromissionis ingressi sunt. Hoc ergo audiant, qui ita Dominum misericordē esse volunt, vt iustum esse non credant. Si enim diligenter attendimus, fratres, & erga illa sexcenta milia quæ in eremo mortua fuerant, Deus noster misericors fuit, & circa illos duos qui terrā repromissionis intrauerunt iustus apparuit: quomodo non fuit misericors, qui eos per quadraginta annos reseruauit & expectauit ad pœnitētiam, & non solū conuerti noluerunt, sed etiā frequētī rebellione contra Dominū murmurantes, ad peccatorum suorum cumulū grauiorē semper sarcinam addiderunt? Quomodo non est misericors, qui nos tanto tempore expectat, vt corrigamur? Nunquid tam prolixa misericordia potest Deo auferre iustitiam? Quanto enim diutius expectat, tāto grauius vindicat. Quādo enim prolixis temporibus peccamus, & nihil mali à Domino sustinemus, patientia est, non negligentia. Non ille potentiam perdidit, sed nos ad pœnitentiam reseruauit. Ergo & in illis qui in eremo mortui sunt, misericors fuit, quos tanta longanimitate sustinuit: & in illis duobus promissa cōpleuit, quos fidei merito in terram repromissionis induxit. Sed dicit aliquis, quòd etiam si egissent pœnitentiam, terram repromissionis intrare non potuissent: quia Deus definitam illis dederat sententiam, dicens: Non intrabitis terrā pro qua iuraui patribus vestris, sed in solitudine iacebūt cadauera vestra. Nō ita est, fratres charissimi: atque vtinam tam citò peccator homo resurgat ad pœnitentiā, quā citò Deus etiā definitā vult mutare sententiam. Audi ipsum Dominū per Prophetā spem maximam humano generi promittentem: Repentè inquit, loquar ad gentē, vt pro peccatis suis faciam eis malum: & si pro iniquitatibus suis egerit pœnitentiam, & ego pœnitētiam agam super malo quod cogitaui vt facerem eis, & non faciam. Videte fratres, quanta sit circa nos pietas Dei nostri, & agnoscite vtrū velit negare misericordiam, qui de conuersione nostra suam dixerat mutare sententiam. Conuertamur ergo, fratres charissimi, nec emendationē nostrā ad extremū vitæ nostræ tempus differre velimus: sed audiamus Prophetā dicentē, Nolite tardè cōuerti ad Dominū, nec differatis de die in diē, quia nescitis quæ superuentura pariat dies. O homo quare differs de die in diē, fortè hodie habiturus vltimum diē? Sēper ergo, fratres charissimi, cū ingenti timore atque tremore ad memoriā reuocemus, quòd tanta sit apud Dominum nostrū iustitia, vt, sicut iam suprà dictum est, de sexcentis milibus duo tantùm terram promissionis intrauerint. Hæc si humili & contrito corde assiduè cogitare volumus, salubrē nobis metum incutientes, medicamenta nobis de alienis vulneribus facimus, & aliorum mors proficit ad nostram salutem. Iterum atque iterum rogo vos fratres, & admoneo vt istam securitatem & iustum iudiciū Dei, quo senior ille populus pro peccato murmurationis in deserto consumptus est, cum grandi semper metu & solicitudine cogitemus, & sic amemus Dei misericordiam, vt tamē iustitiam timeamus. Parcit modò & tacet: sed non semper tacebit. Modò enim pro ineffabili pietate sua non solùm nos admonet, sed etiam rogat vt nos à peccatis mortiferis reuocemus. Audiamus illum dum rogat, ne nos postea non audiat ille dum iudicat. Audiamus eū per Prophetā dicentem: Fili, inquit, miserere animæ tuæ placens Deo. Quid ad hæc respōdebit humana fragilitas? Deus te rogat vt tui miserearis, & non vis. Causam tuā apud te agit, & à te nō potest impetrare. Et quomodo te audit ille in die iudicij supplicantem, cū tu eum pro teipso nolueris audire rogentem: Quis enim non expauescat & metuat, fratres charissimi, quòd pro quadraginta dierum spatio, annis quadraginta populus Iudæorum pœnam recipere meruit in eremo? Si enim pro vnius diei culpa vnius anni spatium recompēsandum est pœna, nos qui tanta quotidie peccata committimus, si eleemosynarū vel pœnitentiæ nō subuenerint medicamenta, timeo ne nobis non inferantur tēporalia, sed æterna supplicia. Et quia calidis vulneribus solent medicamenta celerius subuenire, quotiensçunque peccauerimus, non expectemus mortifera securitate vulnera ipsa putrescere, nec iterum vulnera vulneribus augeamus, sed continuò ad spiritalem medicum recurrentes, salutē recipere festinemus. Et ideo quomodo quando in corpore vulnus accipimus, si statim medicamenta requirimus, citò sanitatem recipere poterimus: ita si moram fecerit, necesse est vt tardiùs ad sanitatem plaga ipsa redeat, aut aliqua fœda cicatrix in corpore nostro remaneat. Si hæc in corpore facimus, quanto magis in animæ vulneribus adhibere debemus, vbi ad imaginē & similitudinē Dei facti sumus? Si tantam curam impendimus corpori, quod velimus nolimus in puluerē redigendum est, quantam solicitudinem & curam erga salutem animæ debemus apponere: vt, sicut dicit Apostolus, Sine macula vel ruga mereamur ante tribunal æterni iudicis apparere? Ne fortè si multis peccatorum vulneribus lacerati & vitiorum pannis sordentibus inuoluti ad illud nuptiale conuiuium venerimus, dicatur nobis illud quod ille sponsus cælestis in Euangelio dixit, Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Auertat à nobis Deus illud quod sequitur. Cùm enim hæc peccator ille audiens obmutescceret, dixit paterfamiliās: Ligate illi manus & pedes, & proiicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dētium. Ecce qualem sententiam accepturi sunt qui maiorem de corpore quàm de anima solicitudinem gerunt, & plus cogitant qualiter caro sua paruissimo tempore viuat in oculis hominum, quàm quomodo anima sua ornata bonis operibus ad beatitudinem vel similitudinem perueniat angelorū. Hæc ergo, fratres charissimi, sicut superiùs supplicaui, si attentiùs voluerimus cogitare, remedia nobis in die necessitatis acquirimus: vt cùm dies iudicij venerit, non cum impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & Deum timentibus ad æterna præmia feliciter veniamus, auxiliante Dño nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritū sancto in secula seculorum, Amen.

Hier. 26.

Eccl. 5.

Eccl. 30.

Ephes. 5.

Matth. 22.

Item eodem die Homiliæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate, &c. quæ habentur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & in libro quinquāginta Homiliarum. XLIII.

Feria quinta post quartam Dominicam in Quadragesima, de Balaam & Balach.

SERMO I. SERMO CIII.

LECTIO quæ nobis hodie recita est, fratres charissimi, dicit, quòd profecti filij Israël collocauerunt castra ad Occidentem Moab iuxta Iordanē contra Iericho, & vidit Balach filius Sephor, & reliqua omnia quæ de Balaam & asino scribit historia plena negotiis. Interior verò intellectus multū negotiosior esse potest, vel ipsas tantum historiæ explanari facit sententias: Deo tamen donante breuiter quæ possumus enarramus. Hic Balaam famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxiis præpotens. Nō enim habebat potestatem vel à se verba ad benedicendū, sed habebat ad maledicendū. Dæmones enim ad maledicendū inuitantur, non ad benedicendū: & ideo quasi expertus in talibus, opinioni erat omnibus qui erant in Oriente. Nisi eūm experimenta plurima præcessissent, quòd frequenter maledictis hostē vertisset armatū, non vtique præsumpsisset rex hoc posse fieri sermonib⁹ quod ferro & acie vix posset impleri. Certus ergo Balach de hoc, & frequenter expertus, omissis omnibus instrumentis & auxiliis bellicis, mittit ad eū legatos, dicens: Veni nunc maledic populū hunc, quia fortior hic est quàm nos: si fortè possimus aliquos pcutere ex eis, & eiicere eos de terra. Et addidit: Scio, inquit, quòd quos benedixeris, benedicti erūt; & quos maledixeris, maledicti erunt. Ego non credo, quia sciret, q; quibus benedixerit, benedicti sint: sed videtur mihi adulandi gratia hæc dicere, vt attē eius efferens & extollens, promptiorē reddat ad facinus. Sed tamē veniūt ad Balaam legati. Venerūt enim, inquit, seniores Moab & seniores Madian, & diuinacula in manibus eorū. Igitur Balaam diuinaculis acceptis, cū solerent dæmones ad se venire, fugatis quidē vidit adesse Dominū. Venit ergo ipse Dominus ad Balaam, nō quòd dignus esset ad quem venisset Deus, sed vt fugarentur illi qui ad maledicendū & malefaciendū adesse cōsueuerunt. Et dixit Deus ad Balaam: Nō eas cū eis, neque maledicas populū: est enim benedictus. Deus ire Balaam atque inuocare dæmones ad maledicendum prohibet: si tamen à cupiditate cessasset. Sed quia persistit in desiderio pecunię, indulgens Deus arbitrij volūtatē rursus ire permisit. Ascendit ergo asinam Balaam: occurrit ei angelus qui excubabat pro Israël, de quo scriptum est, dicente Dño ad Moysen: Angelus meus ibit tecū. Pertendēs autem ire cōptimitur in via, conteritur ab asina. Sed magus dæmones vidit, asina tamē angelū videt: non quòd digna esset videre angelum, sicut nec loqui digna erat, sed vt cōfutaretur Balaam, vt ait Scriptura in quodam loco, Mutū animal humana voce respondens arguerat Prophetæ dementiā. Hæc asina, id est, Ecclesia prius portabat Balaam, nūc autē Christū, ex quo soluta est à discipulis, & à quibus innexa erat vinculis relaxata, vt filius Dei sederet super eam, & cū ipsa ingrederetur sanctam ciuitatē Hierusalē: sicut scriptū est, Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit tibi mitis, & sedet super iugalē, id est, asinam. Asinam, credentes sine dubio ex Iudæis dicit, & pullum nouellū eos profectò qui sunt ex gentibus credentes in Christum. Balaam hic qui interpretatur populus vanus, videtur mihi habere personam scribarum & pharisæorum Iudaici populi. Balach verò qui exclusio vel deuoratio interpretatur, & ipse habere personam intelligendus est vnius alicuius mundi huius contrariæ potestatis, quæ excludere & deuorare cupiat Israël. Primùm ergo omnium de ipso Balaam requiramus, cur in Scripturis nunc vituperabilis est, nunc laudabilis ponitur. Nam vituperabilis est,

Exod. 38.

2. Pet. 2.

Matth. 21. Ioan. 12.

est, cùm ædificat aras, & victimas imponit dæmoniis, & apparatu magico poscit diuina cõsulta. Culpabilis est, cũ consiliũ pessimũ dat, vt populus decipiatur per mulieres Madianitas, & cultũ idolorũ. Rursus laudabilis est, cũ verbũ Dñi ponitur in ore eius, cùm spiritus Dei fit super eũ, cũ de Christo prophetat, cũ Iudæis & gẽtibus de aduẽtu Christi mysteria futura pronũciat, cũ pro maledictionibus benedictionẽ populò largitur, & nomẽ Israël super visibilẽ gloriã mysticis excolit eloquiis. Hæc, fratres charissimi, pauca de plurimis pro tẽpore vobis dicta sufficiant, sed omnia in corde diligẽtissimè retinete, & corda vestra semper ad spiritalia agnoscẽda cõuertite: vt quia omnẽ prophetiã iam per Euangeliũ nobis Dominus reuelauit, ad illud gaudiũ peruenire mereamur, q̃ piè & iustè viuentib⁹ Dominus repromisit: ipso adiuuante qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Ioan. 5. Item eodem die Homiliæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor, &c. quæ habẽtur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & in libro quinquaginta Homiliarum, xxxii.

Feria sexta post quartam Dominicam in Quadragesima, de suscitatione Lazari.

SERMO CIIII. SERMO I.

MVLTIS quidem signis ac virtutibus Dominus ac Saluator noster Christus Iesus diuinitatis suæ potentiam declarauit, sed maximè in Lazari morte, vt in præsenti lectione audiuit dilectio vestra, ostendens se esse de quo scriptum
Psal. 45. erat, Dominus virtutũ nobiscũ, susceptor noster Deus Iacob. Quas tamẽ virtutes Dominus ac Saluator noster duplici genere operatus est, & corporaliter & spiritaliter, id est, visibiliter, & inuisibiliter, vt per visibile
Ioan. 9. opus inuisibilẽ virtutẽ ostẽderet. Superius cæcũ à natiuitate lumine oculorũ illuminauit visibili opere, vt inuisibili illa virtute cæcitatẽ Iudæorũ cognitionis suę lumine illustraret. In præsenti verò lectione Lazaro mortuo vitã donauit, vt incredula corda Iudæorũ de morte peccati suscitaret in vitã. Deniq; multi Iudęorũ propter Lazarũ Christo Domino crediderũt. Cognouerunt enim in resurrectione Lazari manifestam filij Dei potentiã, quia morti potestate ꝓpria imperare nõ
Act. 9. & 20. est cõditionis humanæ, sed diuinæ naturæ. Legimus quidẽ & Apostolos mortuos suscitasse: sed illi vt suscitarẽt Dominũ orauerunt. Suscitauerunt autẽ non sua virtute, nec sua potestate, sed inuocato nomine Christi qui morti ac vitæ dominatur: filius autẽ Dei Lazarum
Ioan. 11. virtute propria suscitauit. Deniq; vt ait Dominus, Lazare, exi foràs, statim ille egressus de monumento est: neque mors tenere poterat, quẽ vita vocabat. In naribus humor sepulturæ erat: Lazarus viuus astabat. Non expectauit mors iteratã vocem Saluatoris audire, quia virtutem vitæ ferre nõ poterat: sed ad vnã vocẽ Domini mors & corpus Lazari de monumẽto & animã dimisit de inferno, & totus Lazarus de monumẽto viuus ꝓcessit, qui totus ibi nõ fuerat. Tardius quis de somno suscitatur, quã Lazarus de morte. Humor corporis adhuc erat in naribus Iudęorũ, & Lazarus viuus astabat. Sed iam caput lectionis ipsius videamus. Ait ergo Dominus ad discipulos suos, vt audiuit in præsenti lectione dilectio vestra: *Amicus*, inquit, *noster Lazarus dormit sed vado vt à somno suscitem eum.* Bene dixit Dominus, Amicus noster Lazarus dormit: quia verè de morte velut de somno erat surrecturus. Sed discipuli ignorantes cur hoc Dominus dixisset, aiunt ad illũ: *Domine, si dormit, sanus erit.* Tũc respõdẽs ait illis manifestè: *Lazarus mortuus est: sed gaudeo propter vos, vt credatis, quia*

A *non ibi eram.* Sed si gaudere se dicit hic Dominus ꝓpter discipulos de Lazari morte, quid est quòd postea flesse refertur in Lazari morte? Sed aduertamus rationẽ gaudij, & lachrymarũ. Gaudebat Dominus propter discipulos, flebat ꝓpter Iudæos. Propter discipulos gaudebat, quia per resurrectionẽ Lazari cõfirmari habebat fides ipsorũ in Christo. Propter Iudæorũ flebat incredulitatẽ, quia nec resurgente Lazaro Christo Domino fuerant credituri. Aut fortè idcirco fleuit Domin⁹, vt lachrymis suis mũdi peccata deleret. Si Petrus potuit lachymarũ suarũ fusione propria peccata abstergere: cur nõ credimus lachrymis Dñi mũdi peccata deleta fuisse? Deniq; post lachrymas Domini multi ex populo Iudæorũ crediderũt. Vicit ex parte incredulitatem Iudæorũ Dominicæ pietatis affectus, & discordes mẽtes eorũ molliuit prima fusio lachrymarũ. Et idcirco fortè vtrunq; de Domino in præsẽti lectione refertur,
B quòd & gauisus sit & fleuit: quia qui seminat in lachrymis, vt scriptũ est, in gaudio metet. Lachrymę ergo Domini gaudia mũdi sunt: quia idcirco ille lachrymas fudit, vt nos gaudia mereremur. Sed redeamus ad ordinem. Ait ergo ad discipulos suos: Amicus, inquit, noster Lazar⁹ mortuus est: sed gaudeo ꝓpter vos, vt sciatis quia nõ eram ibi. Aduertamus & hic mysteriũ, quomodo nõ se illic Dominus fuisse dicit. Cũ enim dicit manifestè, Lazarus mortuus est: præsentẽ se illic fuisse, euidẽter ostendit. Neq; enim hoc dicere Dñs potuisset, nullo sibi nũciante, nisi præsens fuisset. Quomodo enim in loco, vbi Lazar⁹ mortuus est præsens non erat Dñs, qui omnia loca totius mũdi diuina potestate circumuenit? Sed hic quoq; Dñs ac Saluator noster sacramentũ in se carnis ac diuinitatis ostẽdit. Nõ erat ibi secundũ carnẽ, hic erat secundum diuinitatẽ: quia Deus vbiq; est. Cũ ergo venisset Dñs ad Mariã & Martha sororẽ Lazari, videns turbã Iudæorũ, ait: Vbi po-
C suistis eũ? Nũquid nesciebat Dñs vbi positus esset Lazarus, qui absens mortuũ Lazarũ ꝓnunciauerat, & qui diuinitatis suę maiestate vbiq; erat? Sed hoc Dñs ex veteri cõsuetudine fecit. Nã & ad Adã similiter ait: Vbi es Adã? Nõ quia nesciret vbi esset Adã: sed idcirco in- Gen. 3.
terrogauit, vt peccatũ suũ Adã ore proprio cõfiteretur, vt posset peccati veniã promereri. Interrogat & Cain: Vbi est frater tuus Abel? Et ille dixit, Nescio. Nõ quia Gen. 4.
nesciret vbi esset Abel, idcirco interrogaret Cain: sed cũ ille negaret, parricidiũ eiꝰ argueret q̃ in fratrẽ commiserat. Deniq; Adã quia interroganti Dño confessus est peccatũ q̃ cõmisit, veniæ redditus est: Cain quia negauit parricidiũ quod cõmisit, æterna pœna dãnatus est. Sic cũ hic dicit Dñs, Vbi posuistis eũ: nõ idcirco interrogat, quia nesciret vbi positus esset Lazarus, sed vt turba Iudæorũ ad monumẽtũ Lazari sequerentur: vt videtes diuinã Christi potẽtiã in Lazari resurrectione, ipsi aduersus se testes existerẽt, si tãtæ virtuti nõ crederẽt. Dixerat eũ illis superiùs Dñs: Si mihi nõ cre- Ioan. 10.
D ditis, vel operib⁹ credite, & cognoscite quia pater in me est, & ego in illo. Deinde cũ venisset ad monumẽtũ, ait ad circũstãtes Iudæos, Tollite hinc lapidẽ. Quid dici- Ioan. 11.
mus? Nũquid lapidẽ Dñs à monumento præcepto remouere nõ poterat, qui inferni claustra ꝓpria virtute remouit? Sed q̃ ab hominib⁹ fieri poterat, homines facere præcepit: q̃ autẽ diuinæ virtutis erat, sua potẽtia demõstrauit. Lapidẽ eũ à monumento reuocare, humanæ virtutis est; animã verò ab inferno reuocare, solus diuinæ potentiæ est. Verùm facilè, si voluisset, sola iussione verbi remouere à monumẽto lapidẽ potuisset, qui verbo mundũ creauit. Cũ ergo remouisset lapidem à monumento, ait magna voce: *Lazare, veni foràs:* ostendens se esse de quo scriptum erat, Vox Domini Psal. 28.
in vir-

Psal. 67. in virtute, vox Domini in magnificentia. Et iterum: Ecce dabit virtuti suæ vocẽ virtutis. Virtutis planè & A magnificentiæ vox ista est, quæ statim Lazarũ de morte ad vitã reuocauit, & antè anima corpori reddita est, quã sonũ vocis miserat. Licet alibi esset corpus, alibi anima, tamẽ vox ista Domini statim & animam corpori reddidit, & corpus animæ repræsentauit. Deterrita enim mors est, audita voce tantæ virtutis. Nec mirũ sanè, si ad vnã vocem Domini resurgere Lazarus potuit, quãdo omnes qui in monumentis sunt ad vnã vocem solam resurrecturos in Euangelio ipse declarauit dicẽ-
Ioan. 5. do: Venit hora, quãdo omnes qui in monumentis sunt audient vocẽ filij Dei, & resurgẽt. Vnde sine dubio tũc mors audita voce Domini omnes mortuos à se potuisset dimittere, nisi propriè vocatũ Lazarũ cognouisset. Vt ait ergo Dominus, Lazare exi foras, statim ille exiuit ligatis manibus & pedibus, & facies eius sudario erat cooperta. Quid & hic dicemus? Nunquid Dominus in Lazaro sepulturæ vincula rũpere non poterat, B qui mortis vincula diruperat? Sed hic Domin⁹ ac Saluator noster duplicem virtutẽ in Lazaro suæ operationis ostendit, vt vel sic incredulitati Iudæorũ fidem credulitatis infunderet. Non enim minoris admirationis est, Lazarum ligatum pedibus ambulare potuisse, quã à mortuis resurrexisse.

Eodem die, quòd iusto Dei iudicio filij Israël terram promissionis receperint.

SERMO CV. SERMO II.

IN lectionibus quæ nobis recitatæ sunt, fratres charissimi, audiuimus quòd mortuo Moyse Iesus susceperit principatũ, & transito Iordane, expulsis vel interfectis gentib⁹ Chananæis, terras eorũ filiis Israël tradiderit possidẽdas. Quotiens lectiones istæ, fratres charissimi, de Te-
C stamento veteri recitantur, solent Pagani, & vel maximè immundissimi Manichæi, ore sacrilego blasphemare & dicere, quia iniustitia Dei fuit, vt filios Israël per violentiam de terra Ægypti tolleret, & postea expulsis Chananæorũ gentibus, terras eorum eis tradiderit possidendas. Vnde ne fortè simplices quosque vel imperitos ista murmuratio profana decipiat, quantũ possum breuiter, Deo auxiliante, sanctitati vestræ demonstrare cupio, ab antiquis patribus traditã verissimam rationem, & ostẽdere quia Deus noster non solũ misericors, sed & iustus est, & iudicia eius plerunque sunt occulta, nunquã tamẽ iniusta. Tradunt maiores nostri, quòd quando filij Noë omnem terram inter se inuicem diuiserunt, terra ista quæ dicitur Chananæorũ, in diuisione orbis, seniori filio Noë, id est, Sem in possessionẽ obuenerit, & eam tẽpore non paruo possederit. Postea verò increscẽtes populi Chananæi de illo
D vtique filio, qui à patre fuerat maledictus venerunt ad loca illa, & per violentiã expulsis fratribus suis, id est, filiis Sem, terrã eorũ more barbarico possederunt. Et quia beatus Abraham de genere Sem legitur fuisse, filij eius, id est, populi Israëlitæ, nõ alienã terram tradẽte Domino peruaserunt, sed suam propriam, quã per violentiã patres eorũ perdiderant, receperunt. Et quia Chananæi, excepto illo peccato, quòd possessionẽ alienam inuaserant, multa nefanda & inaudita crimina cõmittebant, intantũ, vt quãdo Dominus Sodomã & Genes. 15. Gomorrhã subuertebat, dixisse legatur, Necdũ enim cõpletæ sunt iniquitates Amorrhæorũ: & expectabat Dominus vt aut cõuerterẽtur, & agerent pœnitentiã: aut certè si cõuerti nollent, crimina criminibus cumulãtes, & peccãdi mẽsuram implẽtes, iustissimã Dei sententiã sustinerẽt. Quia ergo eos dupliciter inuenit reos diuina cẽsura, pro eo quòd & terras alienas inuaserãt, & postea scelera & crimina inaudita commiserant, iusto iudicio puniuntur, & Israëlitico populo antiquorũ patrũ possessio reformatur. Et quidẽ secundũ literam, sicut in Scripturis sanctorũ scriptũ inuenimus, charitãti vestræ rustico & simplici sermone quẽ toti intelligere possent, insinuanda credidimus, vt habeatis quod respondere possitis perditis & sacrilegis Manichæis: quia, sicut iam dictũ est, filij Israël antiquorũ parentũ suorũ terrã recipiunt, non alienã quasi per iniustitiam tollunt. Et hæc quidẽ secundũ literam iusto Dei iudicio gesta referuntur: sed quia, sicut dicit Apostolus, Omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem 1. Cor. 10.
propter nos, in quos fines seculorũ deuenerũt: quid etiam spiritaliter ista significent, si diligenter, sicut Deo inspirante cõsuestis, attẽditis, ratione euidẽtissima cognoscetis. Terra repromissionis, quã totiens Deus dicit lacte & melle manantẽ, nos fuimus, antequã pec-
B caret Adã, quando in nobis nihil aliud erat, quã quod misericordia contulerat cõditoris. Postquã autẽ in Adam omnes moriuntur, & iterũ omnes eunt in condẽnationẽ per transgressionẽ primi hominis, terrã repromissionis Chananæi cœperant possidere. Voluntas eiꝰ Dñi possessionẽ cordis nostri, nõ vitiis, sed virtutibus naturaliter deputauerat. Quæ post præuaricationem Adæ insolescentibus vitiis tanquã populis Chananęis, à propria religione, id est, ab intellectu vel mẽte rationali, virtutes sanctæ depulsæ sunt, & vitia remanserũt. Cũ virtutibus rursum si per Dei gratiã possessio animę nostræ recepta fuerit, nõ tam alienas occupasse terras, quàm proprias videbimur recepisse. Cũ enim, auxiliãte Dño, à populo virtutibus cõtra se dimicantibus, vitia fuerint superata, locũ quẽ sibi in corde nostro cõcupiscentiæ vel fornicationis spiritus retentabat, deinceps castitas occupabit: quẽ furor cepit, sapientia pos-
C sidebit: quẽ tristitia mortẽ operans inuaserat, salutaris & plena gaudij lætitia obtinebit: quem desidiæ tepor vel negligentiæ vastabat, humilitas honestabit: quem cupiditas obscurum fecerat, misericordia ad claritatẽ pristinã reuocabit: quẽ inuidia veneno suo percusserat, benigna simplicitas adornabit. Ita singulis vitiis expulsis, eorũ loca, id est, affectus, virtutes è contrario possidebũt. Ipsæ tamẽ virtutes, filij Israël, id est, animæ videntis Deũ non immeritò nuncupantur: & cũ vniuersas, Deo auxiliante, cordis sui expulerint passiones, nõ tam alienas possessiones peruasisse, quã proprias terras recuperasse credendæ sunt. Et illud aduertite fratres, quod specialiter ad donũ gratiæ pertinere cognoscitur. Nõ enim lege naturæ, nec per legẽ literæ, quia nõ per Moysen, id est per legẽ veteris Testamenti, sed per Iesum successorem Moysi terra repromissionis Israëlitico populo reformatur. Sic enim & Apostolus ait: D Nihil, inquit, ad perfectũ adduxit lex. Non per legis literam, sed per Euangelicam gratiam, gentes crudeles & pessimæ, id est, originalia peccata vel actualia crimina, de terra repromissionis, id est, Christianorũ cordibus, Iesu duce potuerunt effugari: sicut ipse in Euãgelio dicit, Nemo potest domũ fortis intrare, & vasa Matth. 12.
eius diripere, nisi prius alligauerit fortẽ. Et iterum: Cõ- Ioan. 16.
fidite, quia ego vici mundũ. Sicut enim vetus Adã cõsentiendo diabolo nos de terra repromissionis exclusit: ita ecõtrariò nouus Adam Christus resistendo diabolo ad antiquam patriã reuocauit. Et hoc fratres attendite, quia terra repromissionis nõ recipitur, nisi priꝰ regnante Iesu Iordani fluuius trãseatur. Ita est, fratres, quia ad spiritalem terram repromissionis, id est, conscientiam purã, non nisi per sacramentũ baptismi peruenitur. Denique per ipsum fluuiũ Iesus Israëliticum

populũ trãsire fecit. Hæc enim quę vobis suggessimus, fratres charissimi, velut mũda animalia spiritaliter tu-
minate. Scriptũ est itaq; Quos Deus amat, arguit & ca-
Apoc. 3. stigat. Et vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Quoties Domino dispẽsãte tribulari permittitur, vel aliquas aduersitates cõtra iustitiã sustinemus, patienter & æquanimiter, auxiliante Domino, sufferamus, propter illud q; Apostolus ait:
Rom. 8. Nõ sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Cũ tribulamur, à Domino corripimur, vt nõ cũ hoc mũdo dãnemur. Magis timere debemus, si aut nullas aut paruas tribulationes in hoc seculo patimur: quia si Deus flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit, sine dubio quẽ nõ flagellat, nõ recipit. Si pro terrenis bonis tantos labores & tã grauia pericula homines æquo animo patiuntur, quare pro fide thesauro æterno sumus pigri? Quare sumus timidi, pro illis diuitiis, quas nec naufragia nobis possunt auferre? Iustus enim naufragus euadit diues & nudus. His diuitiis plenus erat sanctus Iob. Nihil in domo remanserat, omnia vno ictu perierunt, quibus opulentus paulo antè videbatur: subitò mẽdicus in stercore sedet, à capite vsq; ad pedes vermibus scatens. Quid ista miseria miserius? Quid interiore felicitate felicius? Perdiderat omnia illa quæ dederat Deus: sed habebat ipsũ qui omnia dederat Deũ. Nudus inquit, exiui de vtero matris meæ, nudus reuertar in terrã. Dũs dedit, Dũs abstulit: sicut Dũo placuit, ita factũ est: sit nomẽ Dũi benedictũ in secula. Certè pauper est, certè nihil habet. Si nihil remansit, de quo thesauro istæ gemmæ laudis Dei proferũtur? Postea tentator ad carnẽ accessit, omnibus sublatis tẽtatricẽ vxorẽ reliquit. Etiam dimisit, sed Adã ille non fuit. Et ibi qualis inuentus est, quomodo
Iob. 2. respõdit vxori blasphemiam suggerẽti? Locuta es, inquit, quasi vna ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare nõ sustineamus? O virũ putrẽ & integrũ! ô fœdũ & pulchrum! ô vulneratũ & sanũ: ô in stercore sedentẽ, & in cælo regnantẽ! Si amamus, imitemur: vt imitemur, laboremus. Adiuuat certantẽ, qui certamen indixit. Nõ te sic spectat Deus in agone certantem, vt populus aurigam. Clamare eũ nouit, adiuuare nõ nouit. Coronæ vẽniã parare potest, vires subministrare non potest. Homo enim non Deus. Et fortè dũ spectat, plus laborat sedẽdo quã ille luctando. Deus quando spectat certatores suos, adiuuat eos inuocantes. Nã vox athletæ ipius est
Psal. 39. in Psalmo: Si dicebã, Motus est pes meus, misericordia tua, Dñe, adiuuabat me. Non ergo pigri, fratres mei,
Lucæ 11. quæramus, petamus & pulsemus. Qui quærit, inuenit; qui petit, accipit, & pulsanti aperietur, præstante Dño nostro Iesu Christo, cui est honor & imperiũ cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homiliæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Erat quidam languens Lazarus, &c. quæ habentur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & inter sermones de verbis Domini XL. III. II. & LII. & in libro LXXXIII. Quæstionum, quæstione LXV. tom. 4.

Sabbato post quartam Dominicã in Quadragesima, de eo quod Iesus præcepit populo, vt parati essent ad trãseundũ Iordanẽ: & de Raab meretrice, & subuersione Hiericho.

SERMO CVI. SERMO I.

SICVT frequenter charitati vestræ suggessimus, fratres charissimi, Moyses non solũm typum Christi, sed etiam figuram Legis intelligitur habuisse. Denique in monte vbi
Matth. 17. Dominus transfiguratus est, Moyses & Helias loquebantur cũ eo. Et in illis duobus Lex & Prophetia significatæ sunt. Mortuo ergo Moyse, Iesus suscepit imperiũ, & cessante lege, Dominus noster verus Iesus totius mundi obtinuit principatũ. Iesus ergo ille qui typum Domini præferebat, veniens ad Iordanẽ dixit ad populũ: Parate vobis cibos ad diem tertium. Diẽ tertiũ, fratres charissimi, trinitatis agnoscimus esse mysteriũ. Quos ergo cibos præparare debemus, vt ad diẽ tertiũ veniamus? Videtur mihi, quòd cibus iste fides intelligi debeat. In Christianis enim fides est, per quã in trinitatẽ creditur, & ad sacramẽtũ baptismi peruenitur. Quod ergo tunc Iesus ille dixit populo suo, hoc nunc & verus Iesus per ministros suos dicit populo Christiano. Quid est enim aliud dicere, Parate vobis cibũ ad Iosue 1.
diẽ tertiũ: nisi, Trinitatis suscipite sacramentum? Post hæc Iordane transito, quasi baptismi cõpleto mysterio, populus Israël terram repromissionis ingreditur. Verum est, fratres charissimi, nisi quis per baptismi sacramentũ transierit, terram veræ repromissionis, id est æternã beatitudinẽ nõ videbit. Mittit tamẽ Iesus duos
B exploratores ad ciuitatem Hiericho, & suscipiuntur Iosue 2.
à meretrice. Iesus duos mittit exploratores, quia verus Iesus daturus erat duo præcepta dilectionis. Quia & reuerã quid nobis aliud quos mittit verus Iesus, nisi vt diligamus Deũ, diligamus & proximũ? Dixit ergo Iesus, Præparate vobis cibos, & estote parati ad diẽ tertiũ. Sicut enim tunc præparatis cibis die tertio ventũ est ad Iordanẽ fluuium: ita & nunc in Ecclesia catholica assumptis spiritalibus cibis fidei, spei & charitatis, peruenitur ad trinitatis mysteriũ, & ad baptismi sacra-
Iosue 4. mentum. Tulit autem Iesus duodecim lapides, & posuit in Iordane. Ex ipso Iordane tulit alios duodecim, & fixit in loca castrorũ. Illi duodecim qui missi sunt in Iordane, videntur mihi typum habuisse Patriarcharum. Illi verò qui leuati sunt de Iordane, figuram habuisse Apostolorũ. Post mortem enim Moysi, sepultis
C Patriarchis, Apostoli surrexerunt. Sic & in Psalmo le-
Psal. 4. gimus, Pro patribus, inquit, tuis nati sunt tibi filij: cõstitues eos principes super omnem terram. Sic sepultis Patriarchis Apostoli nascuntur, quomodo sepulto seniore populo, iunior populus Iesu duce in terram repromissionis inducitur. Senior ille populus typum habuit Iudæorum, iunior verò figurã habuit gentiũ. Ille populus senior transito mari rubro sepelitur in eremo: iunior verò populus ad hoc transit Iordanem fluuiũ, vt acciperet regnũ. Verum est, fratres. Nemo beatitudinẽ regni cælestis accipiet, nisi prius per baptismi sacramenta transierit. Nam de illo seniore non amplius quã duo meruerunt terram repromissionis intrare: & in ipsis duobus aliquid figuratum esse cognoscimus. Sicut enim suprà dictum est, duo sunt præcepta dilectionis, quæ Christianum populum inuitant, vt vitam æternam accipiant. Ita illi duo fuerunt, qui
D Iudæorum populo cõsilium dabant: quòd si in Deum crederent, feliciter terram repromissionis introirent. Post hæc ad ciuitatem Hiericho ventum est, & muri Iosue 6.
eius ad clamorem populorum & sono tubarum vsque ad fundamenta deiecti sunt. Hiericho, fratres, typum habuit mundi huius. Sicut enim tunc canentibus tubis muri illi ceciderunt, ita & nunc oportet vt ciuitas mundi, id est superbia cum suis turribus, auaritia scilicet, inuidia atque luxuria, simul cum populis, id est omnibus concupiscentiis malis, assidua sacerdotũ prædicatione destruatur atque dispereat. Non ergo oportet, vt sacerdotes in Ecclesia taceant, sed audiant Do-
minum dicentem: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta Esa. 18.
vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Clamare ergo iubemur, & vehementer clamare. Ne pareas, inquit, id est, peccatoris iniquitati, ne tacẽdo pereas: & dum verecundiæ eius consulis, non consulas sanitati,

sanitati, ne vulnera illius quæ clamando resecare po-
A teras, reticendo in peius enutrias. Clamare ergo iubemur, & ne quis se non audisse dicat, aut quenquã vox lateat sacerdotis, vehementer clamare. Et nẽ fortè hoc ipsum non sufficeret, addit, dicens: Sicut tuba exalta vocẽ tuam. Scitis quòd tuba nõ tã oblectationis esse soleat, quã terroris: non tã delectationẽ præferre, quã inferre formidinẽ. Tuba itaque peccatoribus necessaria est, quæ non solũ aures eorũ penetret, sed & cor cõcutiat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, & strenuos quosq; hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis. Nam sicut in prœlio tuba formidolosi militis mentẽ deiicit, & animũ fortis accẽdit: ita & sacerdotalis tuba mentem peccatoris humiliat, animos viri sancti corroborat. Nec parcit voci, vt parcat saluti: & vno eodẽmq; sono isti adhortationẽ dat, quemadmodum sit fortior ad vincẽdũ, illi terrorem incutit, quemadmodũ sit tardior ad peccandũ. Hæc enim consuetudo
B tubæ est, vt delinquẽtiũ opera dissipet, & sanctorũ facta confirmet. Deniq; sacerdotalibus tubis Hiericho muri qui intra se continebant peccatorũ populũ, corruerunt. Nõ illos pulsauit aries, non expugnauit machina; sed quod mirum est, sacerdotalis sonus aut tubæ terror euertit. Muri qui aduersus ferrum inexpugnabiles extiterant, sacra tubarum voce collisi sunt. Quis enim non stupeat in illo facto saxa sono dirupta, fundamẽta clangore esse quassata, & ita vniuersa collapsa, vt cũ victores nihil manu læderent, apud aduersarios nihil stabile remaneret? Sed quamuis muros illos nemo contingeret, expugnabantur tamen forinsecus sono iustorum, intrinsecus habitacula peccatorũ. Sic enim æquo Dei iudicio & iustis aperuerunt viã, & defensionẽ perfidis negauerunt. Sed hæc omnia in figura facta esse, nõ dubiũ est. Nam sacerdotales illius temporis tubas quid aliud præfigurasse credimus, quã
C huius tẽporis sacerdotũ prædicationes, per quas non cessant peccatoribus terribili sono austerũ iudicium nunciare, tristẽ gehennæ interitũ prædicare, & quodã cõminationis strepitu aures delinquẽtium verberare? Sicut enim tunc tubarum clangor destructis cæmentorũ muris ad populi interiora peruenit, ita nunc prædicatio sacerdotũ destructis prauis cogitationibus ad animæ nuda pertransit. Et sicut sacræ vocis sonus contumacem populũ destruxit & captiuauit, ita & nunc sacerdotalis prædicatio populũ peccatorem subiugat.
Septẽ ergo diebus, sicut Scriptura dicit, muri Hiericho
1. Corin. 2. sacerdotalibus tubis circũdati ceciderunt. Vnde nos spiritalibus spiritalia comparantes, dicimus quòd hoc septenario numero nunc per sacerdotes Dei non tam vnã ciuitas destruitur, quã totius mundi iniquitas dissipatur. Nã sicut in singularis vrbis nuncupatione vniuersi mũdi habitus figuratur, ita septẽ dierũ circulo to-
D tius mũdi spatia distinguuntur, per quæ sacerdotaliũ prædicationum tubæ ipsi seculo excidiũ annunciant, & iudiciũ cõminantur: sicut scriptũ est, Quoniã mundus petibit, & omnia quæ in mũdo sunt. Qui autẽ facit voluntatẽ Dei, manet in ęternũ, sicut & Christus in
1. Ioan. 2. æternũ manet: cui est honor & gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum lux mundi, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Dominica in passione Domini, de Samsone.

SERMO CVII. SERMO I.

IN lectione ista quæ nobis recitata est, fratres charissimi, multa & nimia obscura diuina mysteria continentur. Quæ quia non possunt breuiter explicari, hac sola ex causa Psalmos matutinos temperius voluimus cõsumma-
A re, ne vos sermo prolixior fatigaret. Et quia hora consuetudinaria de Ecclesia exituri estis, ea quæ dicenda sunt secundũ vestrã cõsuetudinẽ, cũ silentio & quiete attẽto animo audite. Sãson, fratres dilectissimi, qualẽ fortitudinẽ habuerit de gratia Dei, nõ de natura propria, iam audistis. Nã si fortis esset natus, cũ ei capillus diminueretur, fortitudo nõ adimeretur. Et vbi erat illa potentissima fortitudo, nisi in eo quòd Scriptura dixit, Incedebat cũ illo spiritus Dñi? Ad Domini spiritũ
Iudic. 14. pertinebat illa fortitudo. In Sãson vas erat, in spiritu plenitudo erat. Vas impleri & exinaniri potest. Videamus ergo Allophylis qualẽ parabolã Sãson proposuit. De mãducãte, inquit, exiuit cibus, & de forte est egressa dulcedo. Prodita est hæc parabola, delata est ad amicos, soluta est, victus est Sãson. Hic si iustus est, latet valde, & in profundo est viri huius iustitia. Nã & quòd legitur victus blanditiis muliebribus, & quòd ad me-
B retricẽ intrauerit, videte huius meritum vacillare minus intelligẽtib⁹ secreta veritatis. Requiramus, fratres charissimi, quid significauerit victus, quid figurauerit virtus, quid significauerit cedens blãditiis muliebrib⁹, quid significauerit prodẽs secretũ parabolæ, quid significauerit intrans ad meretricẽ, quid significauerit vulpes capiens, & per caudas vulpiũ, quibus ignẽ alligauit, inimicorũ fructus incendens. Quos quidẽ fruct⁹ de cõpendio incendere potuit, si non in vulpibus mysteriũ cogitaret. Nunquid stipula arida ardere non potuit, nisi ignẽ per eam vulpes traxissent? Intelligamus ergo, fratres charissimi, grãdia hic latere mysteria quę viderat. Samson, fratres dilectissimi, Christũ significabat. Verũ mihi dicere videor, sed cõtinuò occurrit cogitantibus, Et Christus vincitur blanditiis muliebribus? Et Christus quomodo intelligitur ad meretricẽ intrare potuisse? Deinde & Christus capite nudatur,
C capillo raditur, virtute spoliatur, alligatur, excæcatur, illuditur. Euigila fides, attẽde quid sit Christus, nõ solum quid fecerit, sed etiam quid passus est Christus. Quid fecit? Operatus est, vt fortis, passus est, vt infirm⁹. In vno intelligo vtrunq;, video fortitudinẽ filij dei, video infirmitatem filij hominis. Accedit & aliud, quia Christus totus quomodo eũ Scriptura cõmẽdat, & caput & corpus est. Sicut Ecclesiæ caput est Christus, ita Ephes. 5.
Christi corpus Ecclesia est. Habet ergo Ecclesia in se fortes, habet infirmos: habet iustos, habet & iniustos. Modò enim corpus Christi quod iustis area, postea horreũ erit. Tamen cũ area est, non recusat paleas sustinere. Cũ tẽpus aduenerit, reponet triticũ, & à paleis
Matth. 13. segregabit. Quædã ergo fecit Sãson ex persona capitis, quędã ex persona corporis: totũ tamẽ ex persona Christi. In eo enim quòd virtutes & mirabilia operatus est Sãson, caput Ecclesiæ Christũ significabat: in eo autẽ
D quòd prudẽter fecit, illorum qui in Ecclesia iustè viuunt, imaginẽ gessit. Vbi fortè prętientus est, & incautè egit, eos qui in Ecclesia peccatores sunt, figurauit. Meretrix quam Samson in coniugiũ sumit, Ecclesia est, quæ ante agnitionem vnius Dei cũ idolis fornicata fuit, quàm postea sibi Christus adiunxit. Postquam ab eo illuminata fidẽ suscepit, etiam hoc meruit, vt per eũ salutis sacramẽta cognosceret, & ab eodẽ reuelarẽtur ei mysteria cælestium secretorum. Nã quæstio ipsa quæ cõtinet, De edente exiuit cibus, & de forte est egressã dulcedo, quid aliud significat quàm Christum à mortuis resurgentem? De edẽte vtique, id est, de morte quæ cuncta deuorat atq; consumit, exiuit cibus ille qui dixit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: quem humana exacerbauit iniquitas, eique aceti & fellis amaritudinẽ propinauit, atque ab eo plebs gentium vitæ dulcedine conuersa suscepit: ac sic de mor-

tui leonis ore, id est, de Christi morte qui accubãs dormiuit vt leo, apũ, id est Christianorũ processit examẽ. A Quòd autẽ dicit, Nõ inuenissetis propositionẽ meã, nisi arassetis in vitula mea: hæc vitula, id est, Ecclesia reuelata sibi à viro suo secreta fidei mysteria trinitatis, resurrectionis, iudicij pariter & regni, in fines terræ Apostolorũ & sanctorũ doctrina, & prædicatione vulgauit, & intelligentibus atq; cognoscentibus æternæ vitæ præmia repromisit. Sequitur autẽ, Iratus est Sãson, quia duxit sodalis eius vxorem eius. Sodolis iste omniũ hæreticorũ figuram gessit. Magnũ secretũ est, fratres mei. Nã hæretici qui Ecclesiam diuiserunt, vxorẽ Domini sui ducere & abducere voluerunt. De Ecclesia eñ & de Euãgeliis exierunt, qui impietatis adulterio Ecclesiam, id est, Christi corpus in partẽ suã conãtur inuadere. Vnde fidelis ille seruus & amicus Dominicæ sponsæ loquitur, Despondi enim vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Videamus mysteriũ, iste Samson quid fecerit offensus. Cepit enim vulpes, id B est, adulterantes sodales: de quibus dicitur in Cantico canticorum, Capite nobis vulpes paruulas, exterminantes vineas. Quid est, capite? Id est, comprehendite, conuincite, cõfutate, ne exterminentur ecclesiasticæ vineæ. Quid est aliud vulpes capere, nisi hæreticos diuinæ legis authoritate reuincere, & sanctarũ Scripturarũ testimoniis velut quibusdam vinculis alligare, atque constringere? Vulpes capit, ligatis caudis ignẽ apponit. Quid sibi volunt caudæ vulpiũ colligatæ? Caudæ vulpiũ quid sunt, nisi posteriora hæreticorum, qui prima habent magna & blanda & deceptoria opera, posteriora ligata, id est, damnata, & in ignem in fine trahentia, vt eorũ fructus & acta cõsumant, qui suis seductionibus acquiescũt? Quòd autẽ intrauit ad meretricem, si sine causa fecit quicunq; fecit, immũdus est. Si nõ ita intrauit vt cõcũberet, mysterij causa fortassis intrauit. Sed cõcubuisse nõ legimus. Sequitur: Inimici verò expectabant ad portas ciuitatis, vt cõprehenderẽt eũ, cũ de meretrice ad quã intrauerat, fuisset egressus. Ille autẽ dormiebat. Videte quemadmodũ nõ scriptũ est, quia mixtus est meretrici: sed scriptũ, quia dormiebat. Vbi surrexit, inquit, media nocte exiit, abstulit portas ciuitatis ipsius cũ seris, & easdem portas in cacumine mõtis posuit. Ab Allophylis teneri non potuit, portas ciuitatis quibus ad meretricem intrauit abstulit, & in mõte leuauit. Quid est hoc? Infernũ & amorem mulieris, vtrunque Scriptura cõiungit. Inferni ignẽ tenebat domus meretricis. Pro inferis ponitur domus meretricis. Rectè pro inferis ponitur: quia neminem repellit, omnem intrantẽ ad se trahit. Agnoscimus hoc loco redẽptoris nostri opera, postquam synagoga, ad quã venerat, à se per diabolũ separata est, posteaquã eũ decaluauit, id est, in locò Caluariæ crucifixit, ad inferna descẽdit: & inimici custodiebant locũ dormientis, id est, sepulchrum, & capere volebant D quem videre nõ poterãt. Ille autẽ dormiebat ibi. Hoc ideo dixit, quia verè mortuus erat. Et quod dictũ est, Media nocte surrexit, hoc significauit, quia in secreto surrexit. Apertè eñ passus est, solis autem discipulis & certis quibusq; resurrexisse manifestus est. Ergo quòd intrauit, omnes viderunt: quòd surrexit, pauci cognouerunt, tenuerunt & palpauerunt. Tollit tamẽ portas ciuitatis, id est, aufert portas inferni. Quid est, portas inferni tollere, nisi mortis imperium remouere? Recipiebat eñ, nõ remittebat. Quid autẽ fecit Dominus Iesus Christus? Ablatis portis mortis, ascendit in cacumẽ mõtis. Nouimus eñ eũ & resurrexisse, & in cælos ascẽdisse. Quid est autẽ quòd & in capillis virtutẽ habebat: Et hoc, fratres, diligẽter aduertite. Virtutẽ non habuit in manu, nõ in pede, nõ in pectore, non in ipso capite: sed in capillis, in crinib⁹. Quid sunt capilli, quid comæ? Et nos videmus, & interrogatus Apostolus respõdet nobis: Coma velamẽtũ est. Et in velamẽto Christus habebat virtutẽ, quando vmbræ veteris legis eum tegebãt. Coma ergo Samson in velamẽto erat, quia in Christo aliud videbatur, & aliud intelligebatur. Quid sibi autẽ vult, quòd proditũ est secretum, & decaluatus est Samson? Contempta est lex, & passus est Christus. Christũ eñ nõ occiderent, si legẽ non cõtẽpsissent. Nã nouerant & ipsi, quia eis Christũ nõ licebat occidere. Dicebãt iudici, Nobis nõ licet occidere aliquẽ. Decaluatus est Sãson, reuelata sunt cõdẽsa, remotũ est velamẽtũ, & Christus qui latebat apparuit. Capilli autem rediuiui caput iterũ vestierunt: quia Iudæi nec resurgetẽ Christũ agnoscere voluerũt. Fuit quidẽ in molẽdino, fuit cæcatus, fuit in domo carceris. Domus carceris vel molendinũ, labor est huius seculi. Excæcatio autẽ Sãson illos indicat, qui infidelitate cæcati Christum nec virtutes operantẽ, nec ascẽdentẽ ad cælestia cognouerũt. Cæcitas ergo Samson quã intulerũt, cæcitatẽ Iudæorũ significabat. Christus autẽ à Iudæis & cõprehẽsus est, & occisus. Adduxerũt ergo eũ inimici, vt illuderent ei. Iã hic imaginẽ crucis attẽdite. Expansus eñ manus ad duas colũnas, quasi ad duo ligna crucis extẽdit: sed aduersarios suos interẽptos oppressit, & illius passio interfectio facta est persequẽtium. Et ideo Scriptura cõcludit, Plures mortuus occidit, quã viuus occiderat. Nã hoc mysteriũ in Dño nostro Iesu Christo implerũ est. Redẽptionẽ nostrã quã ipse viuens minimè celebrauerat, mortuus cõsummauit: cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

2.Cor. 11.

Cant. 2.

Iudic. 6.

1.Cor. 12.

Ioan. 17.

Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Quis arguet me de peccato, & cætera: quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

C *Feria secũda post Dominicam passionis Domini, de Gedeon.*

SERMO I.

SERMO CVIII.

HODIERNA die audiuimus, fratres, quòd cùm sub arbore quercus Gedeõ, filius Ioas, triticeã messem virga cæderet, angelo promittẽte audire meruit, quòd ipse à potestate inimicorũ in libertatẽ Dei populũ vindicaret. Nec mirum, si electus ad gratiam, cũ sub vmbra iã tunc sãctæ crucis & venerabilis sapientiæ prædestinato incarnationis futuræ mysterio cõstitutus, feracis segetis sẽsibilia de latibulis frumenta produceret, electionẽque sanctorũ à purgamentis inanis paleæ sequestraret: quia tanquã virga veritatis exercitati, superflua veteris hominis cũ actibus eius deponentes, quasi in torculari ita in Ecclesia cõgregantur. Ecclesia eñ torcular est fontis æterni, in qua cælestis vitis fructus exundat. Gedeõ verò cũ audisset, quòd per eũ Dñs plebẽ suã à multitudine hostiũ liberaret, obtulit in sacrificio hædũ caprarũ: cuius carnẽ, secundũ præcepta angeli, & azyma supra petrã posuit, & in eã ius perfudit. Quæ simul virgę cacumine quã gerebat angelus Dei cõtigit, & de petra ignis erupit, atq; ita sacrificiũ q̃ offerebatur absumptũ est. Per q̃ indiciũ declaratũ videtur, q̃ petra illa typũ habuerit corporis Christi: quia scriptum est, Bibebant autem de spiritali consequẽte eos petra: petra autem erat Christus. Quod vtique non ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatũ est, quę sitiẽtium corda populorũ perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tũc igitur in mysterio declaratum est, quia Dominus Iesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec solùm delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hædi ad culpam facti refertur, ius ad illecẽbras cupiditatum: sicut scriptum est, Quia cõcupiuit

Iudic. 6.

1.Cor. 12.

Num. 11.

piuit populus cupiditatem pessimam: & dixerũt, Quis A nobis dabit carnẽ? Quòd igitur extendit angelus virgam, & tetigit petrã, de qua exiuit ignis, ostẽdit quòd caro Domini repleta spiritu diuino, peccata omnia humanæ conditionis exureret. Vnde & Dominus ait, Ignem veni mittere in terram. Aduertit igitur vir doctus & præsagus futurorum superna mysteria, & ideo secundum oracula occidit vitulum à patre suo idolis deputatũ, & septennem alium immolauit Deo. Quo facto manifestissimè declarauit, post aduẽtum Domini omnia abolenda esse gẽtilitatis sacrificia, solúmque sacrificiũ Deo Dominicæ passionis pro religione populi deferẽdũ. Etenim vitulus ille erat in typo Christi. Septem autem annorũ erat, quia in Christo septẽ spiritalium plenitudo virtutũ, vt Esaias dixit, habitabat. Hunc vitulũ Abrahã obtulit, quando diẽ Domini vidit, & gauisus est. Hic est qui nũc in hędi typo, nunc in ouis, nunc in vituli offerebatur. Hædus, quòd sacrifi- B ciũ pro delictis sit; ouis, quòd volũtaria hostia; vitulus, quòd immaculata sit victima. Præuidit ergo mysteriũ sanctus Gedeon. Denique elegit trecẽtos viros ad prœlium, vt ostẽderet nõ in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mundũ ab incursu grauium hostiũ liberandum. Trecenti enim in Græca⁷, tau, similitudinẽ crucis estendũt. Et licet fortis esset & fidẽs, pleniora adhuc de Domino futuræ victoriæ documẽta quærebat, dicẽs: Si saluas in manu mea Israël, quẽadmodũ locutus es Domine, ecce ego pono lanæ vellus in area: & si ros factus fuerit super vellus, & super omnem terram siccitas, cognoscã quia in manu mea secũdũ promissa tua populũ liberabis. Et ita factũ est. Sed adiecit postea, vt rursus ros proflueret per totã terrã, & siccitas esset in vellere; & ita cõpletum est. Ros enim in vellere fides erat in Iudæis: quia sicut ros verba Dei descendunt. Vnde & Moyses ait: Expectetur sicut pluuia C eloquium meum, & sicut ros verba mea. Ergo quando totus orbi, infructuoso æstu gẽtilis superstitionis arebat, tũc erat ros ille cęlestis visitationis in vellere, id est, in Iudæa. Postea verò quàm oues quæ perierant dom' Israël, vnde puto figuram Iudaici velleris adumbratã: oues, inquã, illę fontẽ aquæ viuæ negauerunt, ros fidei exaruit in pectoribus Iudæorũ, meatũsq; suos fons ille diuinus in corda gẽtium deriuauit. Inde est, quòd nũc fidei rore totus orbis humescit: at verò Iudæi prophetas suos & cõsilliarios perdiderũt. Nec mirũ, si perfidię subeunt siccitatẽ, quos Dominus Deus prophetici imbris vbertate priuauit, dicens, Mandabo nubibus ne pluãt super vineã istã. Est enim Propheticæ nubis pluuia salutaris, sicut Dauid dixit, Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Hãc nobis Scripturæ diuinæ totius mũdi pluuiã pollicebã- D tur, quæ spiritu diuini roris rigaret orbem sub Domini sãluatoris aduẽtu. Venit ergo iam ros, venit & pluuia, venit Dominus stillicidia secũ cælestia deferẽs: & ideo iã nos bibimus, qui antè sitiebamus, & diuinũ illũ spiritũ haustu interiore potamus. Hoc ergò præuidit sanctus Gedeon, quia verũ & spiritalem rorẽ etiam gẽtes nationesque erant fidei perceptione bibituræ. Nec tũc otiosè Gedeõ vellus nec in campo posuit, nec in prato: sed posuit in area, vbi messis est tritici: Messis autem multa, operarij verò pauci: eo quòd per fidẽ Domini in Ecclesia futura esset messis fœcunda virtutũ. Nec illud otiosum est, quòd exiccauit vellus Iudaicum, & torem eius misit in peluim, vt repleretur aqua, non tamen ipse ex eo rore pedes lauit. Alij debebatur tanti prærogatiua mysterij: Expectabatur Christus, qui sordes omnium solus posset abluere. Nõ erat tantus Gedeon, qui hoc sibi mysteriũ vindicaret. Nõ enim Gedeon, sed filius hominis venit nõ ministrari, sed mini- Matth. 10. strare. Aliquotiẽs ea quę dicuntur, rogo vos fratres, vt nõ molestẽ accipiatis, quod propter tardiores quosque & simplices breuiter replicamus. Qui enim literati & docti sunt, Deo propitio sine labore intelligũt quę dicũtur: reliquis verò idiotis atque simplicib⁹, nisi breuis recapitulatio facta fuerit, timeo ne ex his quæ dicũtur Recapitu- parũ capere possint. Gedeon, fratres charissimi, typum latio. gessit Domini Saluatoris. Et quia trecẽti secũdũ Grę- cũ computũ crucẽ faciũt, ita tunc Gedeon in trecentis viris Iudæorũ populũ de crudelissimis gẽtibus eripuit, quomodo postea Christus per mysteriũ crucis totum genus humanum de potestate diaboli liberauit. Torcular enim vbi messẽ terebat, propter assiduas tribulationes ecclesiæ typũ gessit. Messis quę cędebatur, Christianum populum significauit, quem adueniens Christus virga disciplinę vel baculo crucis suæ, à paleis, id est, à peccatis omnibus separauit. Nã & angel⁹ ille qui venit ad eũ, & ipse in typũ Domini Saluatoris accipitur. Arborẽ sub qua sterit, & virgam quã tenuit, crucẽ significasse, manifestũ est. Petra illa, super quã Gedeon obtulit holocaustum, Christus erat. Sic enim ait Apo- 1.Cor. 10. stolus, Petra autẽ erat Christus. Hædus ille qui oblat⁹ est, humanũ genus peccatis obnoxiũ designauit. Quòd angelus virga sua tetigit petrã, & exiit ignis, & cõsumpsit hædũ illũ: crux tetigit Christũ, & de petra, quę erat Christus, ignis exiit charitatis, qui humani generis peccata cõsumpsit. De ipso enim verus Gedeon Christus Luc. 12. in Euãgelio dixit, Ignem veni mittere in terrã: & quid volo nisi vt accẽdatur? Taur⁹ verò quem occidit, & ipse Dominũ figurabat, qui pro redemptione generis humani oblatus est. Quòd autẽ septẽ annorum erat, septemplicẽ gratiã spiritus sancti, quę in Christo venit, significasse videtur. Vellus quod in area posuit, & rogauit Dominũ, vt in solo vellere esset ros, & in omni terra siccitas, & factũ est ita: & iterũ rogauit, vt vellus remaneret siccũ, & in tota area esset ros: vellus significauit populũ Iudęorũ, area autẽ in toto mundo populũ omniũ Gẽtium. Et quia primo tẽpore ros verbi Dei in sola Iudęa fuit, & totus mundus in siccitate remansérat; ideo primùm ros in vellere venit, & area sicca fuit: postea verò quãdo Iudęi Christũ Dominũ occiderũt, per passionis iniuriã expressũ est vellus, & remansit Iudęorum populus aridus & siccus, & in totam aream, id est, vniuersum mũdũ, ad omnes gẽtes, nõ solũ ros, sed etiã pluuia verbi Dei & Apostolorũ flumina peruenerunt. Deniq; inuniuersa terra quasi area, rore gratię perseuerãte in nobis, spiritalis irrigatur ecclesia, & infelix synagoga ab omni humore vel pluuia diuini verbi sicca remãsit & arida. Vt hæc ergo spiritalis pluuia, & ros diuinę gratię perseueret in nobis, omnia quę prędicãtur salubriter cogitando, & nobis inuicẽ colloquendo, velut mũda animalia ruminemus: vt vtilẽ succum, vnde anima nostra in æternũ posit viuere, habere possimus, & talibus deliciis satiati cũ Prophęta dicere meteamur, Pſal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine! Sed tunc in nobis dulcẽdo verbi Dei poterit permanere, si hoc etiam aliis plena & perfecta charitate frequentiùs referendo voluerimus ingerere, vt nõ solùm de nostra sed etiam de aliorum salute lucra nobis spiritalia possimus prouidere, auxiliante nobis Domino nostro Iesu Christo: cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Iudic. 6.

Deut. 32.

Esaiæ 5.

Pſal. 71.

Matth. 9.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Miserunt principes & Pharisæi, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibid. tom. 9.

Feria tertia post Dominicam Passionis, & illo versu Psalmi, Sicut deficit fumus, deficiant, &c.

SERMO CIX.

SERMO D. AVGVST. I.

Apud Possidium legitur. De versu Psalmi, 67. Sicut deficit fumus, deficiant, &c.

CAP. I.

AVDIVIMVS & cõtremuimus quod in voce Psalmi est prophetatũ. Ait enim, *Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Nõ dubito, fratres mei, quòd omniũ vestrũ corda cõcussa sint, nec cuiusquam conscientia sub his verbis intrepida steterit. Quis enim gloriabitur, castũ se habere cor? aut quis gloriabitur, mundũ se esse à peccato? Ac per hoc cum Scriptura dicit, Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie Dei, quis nõ cõtremiscat, quis nõ pauibundus exiliat? Quid ergo facimus, aut quæ spes nobis est? Neque enim frustra hæc cãtantur. Aut verò cũ hæc dicit Propheta, optat ea hominibus, ac non potius ventura prænuidet? In verbis quidem figura optãtis apparet, sed intelligitur præsciẽtia nũciantis. Sicut enim quædam in Scriptura Prophetarum tanquã in præteritum facta narrantur, cũ futura prædicantur: ita quædã tanquã voto dicuntur optantis: sed qui rectè intelligũt quod audiunt, visionem prænunciantis agnoscũt. Lõgè autem ante natiuitatem Dominicæ incarnationis, isti Psalmi dicti atque conscripti sunt. Nõ ante Deũ Christũ, sed ante natum ex virgine Maria Christũ. Nã profectò pater Abraham longè ante Dauid regem, cuius tempore hi Psalmi cantati sunt, fuit. Dominus autem dixit, Ante Abrahã ego sum. Ipse enim est verbũ Dei, per quod facta sunt omnia: sed ipse implens Prophetas, in carne se esse venturum per eos prædixit. Ad eius autẽ incarnationem pertinet passio. Neq; enim potuit pati illa quæ in Euangelio scripta sunt, nisi in carne mortali & passibili, quam gerebat. Et ibi vtique legitur, quẽadmodum Domino crucifixo hi qui crucifixerunt eũ, vestimenta eius diuiserũt sibi, & cùm inuenissent in eis tunicã desuper textã, noluerunt eam cõscindere, sed sortẽ super eam miserunt: vt ad quem peruenireret, integra peruenireret: qua significabatur charitas, quæ diuidi non potest. Hæc ergo cùm in Euangelio iam facta narrantur, longè ante multos annos in Psalmo cùm futura prænũciarentur, tanquam gesta & transacta narrata sunt. Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, & dinumerauerũt omnia ossa mea. Ipsi verò cõsiderauerũt & inspexerũt me: diuiserũt sibi vestimẽta mea, & super vestẽ meam miserũt sortẽ. Omnia tanquã præterita dicũtur, & futura prædicũtur. Sicut ergo in verbis præteriti temporis futura facta significãtur: sic in figura optãtis prænunciantis mens intelligẽda est. Sic & de Iuda Domini traditore, tanquã optat ei Propheta, quod venturũ esse prædicit. Et de ipsis Iudæis, Fiat, inquit, mẽsa eorũ in laqueũ, & in venationẽ, & in scandalũ. Quod de his prædictum esse sine dubitatione exponit: sicut de Iuda quæ sub eadem figura prænũciata sunt, apostolus Petrus cõmemorat. Nec sine causa & quæ futura sunt, tanquã transacta dicuntur. DEO enim sic certa sunt, vt iã pro factis habeantur, & tanquam optãs videtur dicere Propheta, quod certũ prænũdet esse vẽturũ: nihil aliud, quantũ mihi videtur, ostendens, nisi nobis non debere displicere cognitam sententiã Dei, quã fixam immobilẽmque constituit. Et ideo in Actibus Apostolorum, cùm quidam Propheta, nomine Agabus, prædiceret apostolũ Paulũ in Hierosolyma à Iudæis multa esse passurum, & vsque ad vincula peruenturum, cùm hoc audito fratres reuocare & retinere vellent, ne illuc pergeret: Quid facitis, inquit, conturbantes cor meum? Ego enim non solùm alligari, sed etiam mori paratus

Psal. 67.

Prouer. 20.

Quẽdam prophetãtur vt ro optantis.

Ioan. 8. Ioan. 1.

Ioan. 19.

Psal. 21.

Psal. 68.

Act. 1.

CAP. II. Nõ nobis displicear cognita Dei sẽtẽtia

Act. 21.

A sum pro nomine Domini nostri Iesu Christi. Atq; ità cũ viderẽt fratres immobilẽ virũ ad omnia perferenda constantiã, dixerunt, Fiat Domini volũtas. Nũquid ergo quia dixerunt, Fiat voluntas Dei, optauerunt Apostolo, vt talia pateretur: ac nõ potius mentẽ suã sublimi & diuino statuto deuotissimẽ subdiderunt: Sic & Propheta cùm dicit, Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie Dei: videt hoc certissimè peccatoribus imminere, & placet ei quod Deus statuit, ne Deo ipse displiceat. QVID ergo faciemus, fratres, nisi vt, dũ tempus est, vitam muremus, & facta nostra, si quæ sunt, corrigamus? Vt quod sine vlla dubitatione venturũ est peccatoribus, nos nõ inueniat super quos veniat: non quia nõ erimus, sed vt non tales inueniat, qualibus venturũ esse prædictũ est. Propterea se iudex venturũ minatur, vt nõ inueniat quos puniat, cùm venerit. Propterea illud cantant Prophetæ, vt corrigamur. Si damnare vellet, taceret. Nemo volens ferire dicit, obserua. Totũ, fratres, quod audiuimus per Scripturas, vox est Dei dicẽtis, Obserua. Et totum quod patimur, tribulationes in hac vita, flagellũ Dei est corrigere volẽtis, ne dãnet in fine. Quasi dura sunt, molesta sunt, horrẽt quã do narrãtur: quæ quisq; grauia valde patitur in hac vita: in cõparatione autẽ æterni ignis non parua, sed nulla sunt. Siue ergo nos flagellemur, siue cũ alij flagellãtur, admonemur à Domino. Omnia ista, fratres, quę in hac vita infligũtur à Domino, admonitiones sunt & stimuli correctionis nostræ. Veniet autẽ ignis ęternus, de quo dicetur illis qui ad sinistrã stituẽdi sunt, Ite in ignẽ ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tũc acturi sunt quidã pœnitentiã. Nã scriptum est in libro quodã Sapiẽtię, Dicẽt intra se pœnitẽtiã agẽtes, & præ angustia spiritus gementes, Quid nobis profuit superbia, & quid diuitiarũ iactãtia cõtulit nobis? Trãsierunt omnia illa, tanquã vmbra. Erit enim ibi pœnitẽtia, sed in fructuosa; erit ibi pœnitentia, sed dolorẽ habens, medicinã non habẽs. Nũc est fructuosa pœnitẽtia, quãdo correctio libera. Pœniteat te ad vocẽ Scripturæ. Nam ad vocẽ prę̃sentis iudicis, sine causa pœnitebit te. Tũc iam ille sententiã dicturus est, Et nõ erit quod reprehẽdas, quãdo sententiã dicturus est. Nõ enim tacuit ante sententiã. Nõ enim te distulit, vt corrigeres te, quãdoquidẽ latroni in cruce pẽdẽti se mutare permisit. Tũc enim latro pendẽs cũ Domino, credidit in Christum, quãdo de illo discipuli titubauerunt. Contẽpserũt Iudęi mortuos suscitantẽ, nõ contẽpsit latro secũ in cruce pẽdẽntẽ. Nõ est ergo quod in fine dicatur Domino, Nõ me permisisti bene viuere, aut dilationẽ correctionis nõ mihi dedisti: aut non ostẽdisti, quid appeterem, quid vitarẽ. VIDETE quia nõ tacet, videte quia differt, videte quia blanditur, hortatur, minatur. Constituit verbũ suum in sublimitate; per totũ mundum recitatur generi humano. Non est qui iam dicat, Nesciui, non audiui. Impletur quod dictum est in Psalmo, Nec est qui se abscondat à calore eius. Modò ergo calor eius in verbo eius est. Mutare ergo modò à calore eius, & non deflues sicut cera ab igne eius. Nã illud, fratres mei, venturũ est aliquando, quod modò rident impij, quod modò contemnunt derisores, quod putant falsò cantari, aliquando venturũ est. Si non venerunt tanta, quanta prædicta sunt, desperemus & illud aliquando venturũ. Si autẽ omnia quæ de Ecclesia futura prænũciata sunt, iam videmus exhibita, & cęcorũ etiam oculos feriunt, quid dubitamus etiam illa ventura? Quando dicebatur Ecclesia Christi futura per totum orbem terrarum, dicebatur à paucis, & ridebatur à multis. Modò iam impletum est, quod tanto antè prędictum est, Diffusa est Ecclesia per totũ orbẽ terrarum.

Ante

Flagellũ Dei, admonitio nostra est.

Matth. 25.

Sap. 5.

Pœnitẽtia infructuosa. Pœnitẽtia fructuosa.

Lucæ 23.

CAPVT VIII.

Psal. 18.

Genes. 22.

Martyribus plenus est mũdus.

al. *dubitemus?*

CAP. V.

Deus & iustus & misericors.

CAPVT VI. De pœnitent. d. n. c. Nouit.

Genesis 6.

Hiere. 18.

Psal. 67.

CAP. VII.

Ante milia annorũ promissum est Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Venit Christus ex semine Abrahæ, benedictæ sunt in Christo iã omnes gẽtes. Prædicta sunt schismata, & hæreses futurę: videmus illa. Prædictæ sunt persecutiones, factæ sunt à regibus colẽtibus idola. Pro ipsis idolis aduersus nomẽ Christi repleta est terra martyribus. Sparsum est semẽ sanguinis, surrexit seges ecclesiæ. Nec frustrà orauit ecclesia pro inimicis suis. Crediderunt & qui persequebantur. Prædictũ est etiã, quia ipsa idola euertenda essent per nomen Christi. Nam & hoc inuenimus in Scripturis. Ante paucos annos Christiani illa legebant, & nõ videbant: adhuc futura illa expectabant, & sic abierunt: non illa viderũt, sed tamẽ credẽtes quòd futura essent, cũ fide abierunt ad Dominũ. Nostris tẽporibus etiam ipsa cernuntur. Omnia quæ antè prædicta sunt de ecclesia, videmus impleta. Solus dies iudicij nõ est venturus? Ipse solus prænunciatur, & nõ veniet? Vsqueadeò fumus duri & lapidei cordis, vt legamus Scripturas, & videamus omnia prorsus ad literã euenisse quæ scripta sunt, & de his quæ remanent desperemus? Quantũ est enim quod remanet, ad ea quæ iã nobis exhibita videmus? Tam plura Deus ostendit, & de reliduo nos fraudaturus est? VENIET iudicũ redditurũ pro meritis; bonis bona, malis mala. Boni simus, & securi iudicem expectemus. Fratres mei, maximè nunc dicentem me audite: Nolo tecum computare præterita. Ab hodierno die te muta, cras te alterũ inueniat. Nos autẽ peruersitate nostra sic volumus Deum misericordẽ, vt nõ sit iustus. Alij rursus quasi præfidẽtes de iustitia sua, sic volunt iustum, vt nolint misericordẽ. Vtrunque se exhibet Deus, vtrunque præstat, nec misericordia eius prę̃scribit iustitię, nec iustitia eius aufert misericordiã. Misericors & iustus est. Vnde misericordẽ probamus? Parcit modò peccatoribus, dat veniam confitentibus. Vnde probamus, quòd iustus est? Quia vẽturus est dies iudicij quem modò differt, nõ aufert. Et cùm venerit, redditurus est pro meritis. An hoc vultis vt reddatur auersis quod reddetur conuersis? Fratres, iustũ videtur vobis, vt ibi ponatur Iudas, vbi positus est Petrus? Et ipse ibi poneretur, si se correxisset. Sed de venia desperans, potius sibi collũ ligauit, quã regis clementiã supplicauit. Itaque fratres, sicut dicere cœperã, nõ est vnde reprehẽdamus Deum. Quid cõtra illũ dicamus, nõ erit, cùm venerit iudicare. COGITET vnusquisque peccata sua, & modò illa emẽdet, cũ tẽpus est. Sit fructuosus dolor, non sit sterilis pœnitudo. Tanquã hoc dicit Deus, Ecce indicaui sententiam, sed nondum protuli. Prædixi, nõ fixi. Quid times quia dixi? Si mutaris, mutatur. Nam scriptũ est, quòd pœniteat Deum. Nũquid quomodo hominẽ, sic pœnitet Deum? Nã dictum est, Si pœnituerit vos de peccatis vestris, pœnitebit & me de omnibus malis quę facturus eram vobis. Nunquid quasi errantem pœnitet Deum? Sed pœnitẽtia dicitur in Deo mutatio sentẽtiæ. Nõ est iniqua, sed iusta. Quare iusta? Mutatus est reus, mutauit iudex sententiam. Noli terreri. Sententia mutata est, non iustitia. Iustitia integra manet: quia mutato debet parcere qui iust' est. Quomodo pertinaci non parcit, sic mutato parcit. Ipse rex est indulgentiæ, qui dator est legis. Misit legem, venit cum indulgẽtia. Reum te fecerat lex, absoluit te qui dedit legem. Imò non absoluit. Nam absoluere est, innocentem iudicare. Donat potius peccata conuerso. Omnes enim sunt rei qui peccatis suis inuoluti sunt. Nemo se optet absolui. Omnes veniam deprecemur. Venia verò datur mutato. Et erimus securi, cùm audierimus, Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. CERTE, fratres, modo pereãt

A peccatores, & non pereunt peccatores. Si incipiant instẽ viuere, peribunt vtique peccatores, sed nõ peribũt homines. Homo peccator, duo nomina sunt: homo vnũ nomẽ est, & peccator vnum nomẽ est. In his duobus nominibus intelligimus, quia vnũ horum Deus fecit, alterum horum homo fecit. Hominẽ enim Deus fecit, peccatorẽ se ipse homo fecit. Quid ergo contremiscis, quando tibi dicit Deus, Pereãt peccatores à facie mea? Hoc tibi dicit Deus, Pereat in te quod tu fecisti, & seruo quod ego feci. Et modò ardet ignis in calore verbi, res est in feruore spiritus sancti, sicut dixim' iamdudũ, quia scriptum est in alio Psalmo, Nec est qui se abscõdat à calore eius. Spiritum autẽ sanctum esse calorẽ, dicit Apostolus, Spiritu feruentes. Ergo pro facie Dei, tibi pone interim Scripturam Dei. Liquefce ab illa, pœniteat te, cũ audis hæc de peccatis tuis. Cùm autem te pœnitet, & cùm teipsum excrucias sub calore verbi, cũ etiã lachrymę currunt, nónne cerę tabescũt, & tanquã in lachrymas currẽti similis inueniris? Modò ergo fac quod in posterũ times, & nõ habebis quod in posterũ timeas. TANTVM nõ sicut fumus deficiãt. Nã vtrũque ibi habes positum: fortè nõ sine causa, quia est etiã distãtia peccatorũ. In ipso vno verbo vtrunque posuit Psalmus, Sicut deficit fumus, deficiãt, & sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Qui sunt qui sicut fumus deficiũt? Qui sunt nisi superbi, nõ cõfitentes peccata sua, sed defendentes? Quare fumo cõparati sunt? Quia fumus erigit se, extollit se tanquã in cęlũ: sed quanto sit superior, tãto faciliùs euanescit & disperit. Rursus cõsiderate quod dixi: Solidior est fumus igni proximus, & terrę proximus: nõdum sic euanuit, nondum sic est dispersus in vẽtos: quando autem attenuatur, euanescit, & disperit, quãdo se multum extulerit. Quia ergo superbus sic se erigit cõtra Deũ, quomodo fumus cõtra cęlũ, restat vt ita deficiat, & tanquã in ventos suę vanitatis elatione dissipatus intereat: quẽadmodũ disperit fumus elatus, tumida nõ solida magnitudine inflatus. Sic est enim fum'. Vides magnam molẽ: habes quasi quod videas, & non habes quod teneas. Talẽ ergo pœnã, fratres, ante omnia detestamini, nec defendatis peccata vestra: & si adhuc facitis, nolite defendere. Subdite vos Deo, & sic tundite pectora vestra, vt & ipsa quę remanserunt, nõ fiant. Conamini nõ facere, & si fieri potest, nulla facite: si autẽ fieri nõ potest, vt nulla faciatis, maneat tamen illa pia cõfessio. Erit enim respectus misericordię ipsius, vt te conãte omnia perimere, & quantum adiuuerit perimente, de reliquis qui tibi restant in itinere inuento & in conatu cõprehenso, facilè ignoscat: tantũ proficere affectã, nõ deficere. Si non te inuenit dies vltimus victorem, inueniat vel pugnantem, nõ captũ & addictum. EST autem misericordia abundantissima, & larga eius beneuolẽtia, qui nos sanguine filij sui redemit, cum propter peccata nostra nihil essemus. Nam ipse aliquid magnũ fecit, cùm hominem ad imaginem & similitudinem suam creauit. Sed quia nos nihil fieri voluimus peccando, & traducem mortalitatis de parentibus duximus, & massa peccati, massa iræ facti sumus: placuit tamen illi per misericordiam suam redimere nos tanto pretio: dedit pro nobis sanguinem vnici sui innocenter nati, innocenter viuentis, innocenter mortui. Qui nos tanto pretio redemit, non vult perire quos emit. Non emit quos perdat; sed emit quos viuificet. Si peccata nostra † superant nos, pretium suum non contemnit: Deus pretium magnum dedit. Nec tamen nobis tantum de ipsius misericordia blandiamur, si non fuerimus conati aduersus peccata nostra: nec si aliqua maximè capitalia fecerimus, speremus ita futurũ esse

Psal. 18.

Rom. 12.

CAPVT VIII. Sicut fumus deficiant. Psal. 67.

CAP. IX. Misericordia Dei abundãtissima & largabeneuolẽtia ergã hominem

al. *separam.*

misericordiam, vt ei cõiungatur iniquitas. Nunquid enim & eos qui nihil † egerũt, quẽadmodũ correcti viuerent, sed in pertinacia & duritia animi permãserunt, accusauerũt etiã Deũ, defendendo peccata sua, ibi cõstituturus est, vbi cõstituit sanctos Apostolos, Prophetas, Patriarchas, & fideles suos bene de se meritos, sibi seruiẽtes, ambulãtes in castitate, modestia, humilitate, eleemosynas facientes, ignoscẽtes quod à quoquã perpessi sunt? Talis est enim via iustorũ, talis est via sanctorũ tenentiũ Deũ patrẽ, tenentiũ Ecclesiam matrẽ, nec illũ parentẽ, nec istam offendentes, sed in amore vtriusque parentis viuentes, & ad hæreditatem æternã properantes, non læso patre, nõ læsa matre, datur vnicuiq; hęreditas. QVIA duo parẽtes nos genuerũt ad mortẽ, duo parentes nos genuerunt ad vitam. Parentes qui nos genuerũt ad mortẽ, Adã est & Eua; parẽtes qui nos genuerũt ad vitã, Christus est, & Ecclesia. Et pater meus qui me genuit ad mortẽ, Adã mihi fuit, & mater mea Eua mihi fuit. Nati sumus secundũ istã progeniẽ carnis, ex munere quidem Dei: quia & istud munus nõ est alterius, sed Dei: & tamẽ, fratres, quomodo nati sumus? Certè vt moriamur. Præcessores genuerũt sibi successores: nũquid genuerũt sibi cũ quibus hic semper viuãt? Sed tanquã decessuri, qui illis succederẽt, genuerũt sibi. Deus autẽ pater, & mater Ecclesia, nõ ad hoc generant: generant autẽ ad vitã æternam, quia & ipsi æterni sunt. Et habemus hæreditatẽ promissam à Christo vitã ęternã, secundũ quod verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Nutritus creuit, passus, mortuus & resuscitatus accepit hæreditatẽ regnũ cęlorũ. In ipso homine accepit resurrectionẽ & vitam æternã, in ipso homine accepit, in verbo autẽ nõ accepit: quia incõmutabiliter manet ab ęterno in ęternũ. Quia ergo accepit resurrectionẽ & vitã ęternã, caro illa quæ resurrexit, & viuificata ascendit in cælũ, hoc nobis promissum est. Ipsam hęreditatẽ expectamus, vitã ęternã. Adhuc enim nõ totum corpus accepit, quia caput in cælo est, mẽbra adhuc in terra sunt: nec caput solũ accepturũ est hæreditatẽ, & corpus relinquetur: totus Christus accepturus est hęreditatẽ. Totus secũdum hominẽ, id est, caput & corpus. Membra ergo Christi sumus, sperem hæreditatẽ: quia cùm ista omnia transierint, hoc bonũ accepturi sumus quod nõ trãsibit, & hoc malum euasuri quod non trãsibit, æterna sunt enim vtraque. Non enim aliquid non æternum promisit suis, nec aliquid temporale minatus est impiis. Quomodo vitam, beatitudinẽ, regnũ, hæreditatẽ sempiternam sine fine promisit sanctis: sic ignem æternum minatus est impiis. Si quod promisit nondũ amamus, saltem quod minatus est timeamus. Conuersi ad Dominum, &c.

Ioan.7. Item in eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannẽ, Ambulabat Iesus in Galilæam, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibid. tom. 9.

Feria quarta post Dominicam Passionis, & illo versu Psalmi, Tibi derelictus est pauper, &c.

SERMO D. AVGVST. I.

Inscribitur in MS. Sermo habitus Carthagine in Basilica nouarum, die Dominico, de versu Psalmi, Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor.



ANTAVIMVS Domino & diximus, *Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor.* Quęramus pauperẽ, quęramus pupillũ. Nec mirũ sit quòd admoneo vt quęramus, quos sic abundare cernimus & sentimus. Nõnne pauperibus plena omnia? Nõnne pupillis plena sunt omnia? Et tamen inter omnia quæro pauperem, quæro pupillũ. Ac prius ostendendum est charitati vestræ id quod putamus non hoc esse quod quærimus. Qui enim dicuntur pauperes & sunt, in quos à Deo mandatæ eleemosynę fiunt, de quibus fatemur scriptũ, Include eleemosynam in corde pauperis, & ipsa orabit pro te Dominũ. Abundat quidem hoc genus hominũ: sed altiùs intelligendus est iste pauper. De illo genere est iste pauper, de quo dictum est, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cælorũ. Sunt pauperes nõ habentes pecuniã, victum quotidianũ vix inueniẽtes, alienis operibus † insidiantes, misericordia sic indigentes, vt etiam mendicare nõ erubescant: sed si de his dictum est, Tibi derelictus est pauper: nos quid facimus qui hoc nõ sumus? Ergo nos qui Christiani sumus, non sumus Deo derelicti? Et quę alia nobis spes est, si non sumus illi derelicti, qui nos nõ derelinquit? Discite ergo esse pauperes & Deo relinqui, ô cõpauperes mei! Diues est, superbus est. Nam & in diuitiis istis, quæ vulgo appellantur diuitiæ, quibus est contraria vulgaris ista paupertas: in diuitiis ergo istis nihil est sic cauendũ, quàm superbiæ morbus. Qui enim nõ habet pecuniã, nõ amplissimas facultates, nõ habet vnde se extollat. Si ergo qui non habet vnde se extollat, nõ laudatur pro eo quòd nõ se extollit: qui habet, laudetur, si senõ extollit. Quid ergo laudo humilẽ pauperẽ? Vnde superbiat, nõ habet. Quis autẽ ferat & inopẽ & superbũ? LAVDA diuitem humilem, lauda diuitem pauperẽ. Tales vult apostolus Paulus, qui scribens ad Timotheũ dicit, Præcipe diuitibus huius seculi, non superbè sapere. Noui quid dicã. Hoc illis pręcipe. Habent diuitias intrinsecus, superbiam persuadentes, habent diuitias in quibus laborãt esse humiles. Da mihi Zachæũ habentẽ magnas diuitias, principẽ publicanorum, confessorem peccatorũ, statura breuem, animo breuiorem, ascẽdentẽ lignũ, vt transeũtem videret qui pro illo pendebat in ligno. Da mihi dicentem, Dimidiũ rerũ mearũ do pauperibus. Sed multũ diues es, ô Zachæe, multum diues es. Ecce dimidiũ dabis. Dimidium quare reseruabis? Quia si cui aliquid abstuli, quadruplũ reddo. Sed ait mihi quisque mendicus, debilitate fessus, pannis obsitus, fame lãguidus, respondet mihi, & dicit, Mihi debetur regnũ cęlorũ: ego enim similis sum illi Lazaro, qui iacebat vlcerosus ante diuitis domũ, cuius canes lingebãt vlcera, & quærebat saturari de micis quę cadebant de mensa diuitis: ego illi similior sum, inquit. Nostrũ genus est, cui debetur regnũ cęlorũ, nõ illi generi qui induũtur purpura & byssо, & epulantur quotidie splẽdidè. Talis enim erat ille, ante cuius domũ iacebat pauper vlcerosus: & videte exitus amborũ. Cõtigit enim mori inopẽ illũ, & auferri ab angelis in sinũ Abrahę. Mortuus est diues, & sepultus est. Nã pauper fortè nec sepultus. Et quid postea? Cùm apud inferos diues ille in tormentis esset, leuauit oculos suos, vidit pauperem quem contẽpserat in Abrahę gremio quiescentẽ. Desiderauit guttam, à quo ille micam. Et quoniam dilexit opulentiã, non inuenit misericordiam. Voluit subueniri fratribus suis, semper vecors, serò misericors. Nihil omnino quod postulauit, accepit. DISCERNAMVS ergo, inquit mihi, pauperes & diuites, quid me ad alia intelligẽda exhortaris? Aperti sunt pauperes, aperti sunt diuites. Audi ergo me de hoc quod proposuisti domine pauper. Cùm enim illum sanctum vlcerosum te esse dicis, timeo ne superbiendo non sis quod dicis. Noli contemnere diuites misericordes, diuites humiles: & vt citius dicam quòd paulo antè dixi, diuites & pauperes noli contemnere, ô pauper. Esto & tu pauper, pauper, id est, humilis. Si enim diues factus est humilis, quãto magis pauper debet esse humilis? Pauper non habet vnde inflatur, diues habet eum quo luctetur. Audi ergo me. Esto verus pauper, esto pius, esto humilis. Nam si de ipsa pannosa & vlcerosa paupertate gloriaris, quia

al. legerunt.

Beda, Rom. 8.

CAP. X. Duo parẽtes ad vitã, ad mortẽ.

Ecclí. 29.

al. insudãtes

Matth. 5.

CAPVT II.

1. Tim. 6.

Luc. 19.

Luc. 16.

Psal. 9. SERMO CX.

CAP. I.

ris, quia talis fuit ille qui ante domũ diuitis inops iacebat, attẽdis quia pauper fuit, & aliud nõ attẽdis. Quid, inquis, attẽdo? Lege Scripturas, & inuenies quod dico, Lazarus pauper fuit, Abrahã, in cuius sinũ leuatus est, diues fuit. Cõtigit, inquit, mori inopẽ illũ, & auferri ab angelis. Quò? In sinũ Abrahę, id est, in secretũ, vbi erat Abrahã. Nolitę enim carnaliter intelligere, quòd velut in sinũ tunicę Abrahæ leuatus sit pauper. Sinus erat, quia secretũ erat. Vnde dicitur, Redde vicinis nostris in sinũ eorũ, id est, in secreta eorũ. Quid est, Redde in sinũ eorũ? Torque conscientiã eorũ. Lege, aut si legere non potes, audi cùm legitur, & vide Abrahã opulẽtissimũ fuisse in terra, auro, argẽto, familia, pecore, possessione: & tamẽ diues iste pauper fuit, quia humilis fuit. Humilis autẽ fuit. Credidit Abrahã Deo, & deputatũ est illi ad iustitiã. Iustificatus est gratia Dei, nõ propria pręsũptione. Fidelis erat, bene operabatur. Filiũ iussus est immolare: neque cũctatus est ei offerre quod acceperat, à quo acceperat. Probatus est Deo, cõstitutus est exemplum fidei. Iã Deo notus erat: sed nobis mõstrandus erat. Non est inflatus quasi in operibus bonis suis, quia pauper erat diues iste. Et vt scias, quia nõ est inflatus tanquã in bonis operibus suis: Sciebat enim quia quicquid habebat, à Deo habebat; & nõ in semetipso, sed in Domino gloriabatur. Audi Paulũ apostolũ: Si enim Abrahã ex operibus iustificatus est, habet gloriã: sed nõ ad Deũ. VIDETIS, quia cùm abundẽt pauperes, rectè quærimus pauperẽ: in turba quærimus, & vix inuenimus. Occurrit mihi pauper, & quæro pauperẽ. Interim tu manũ porrige pauperi quem inuenis. Corde quæris quem quæris. Tu dicis, Pauper sum, sicut Lazarus: diues iste meus humilis nõ dicit, diues sum sicut Abrahã. Ergo tu te extollis, ille se humiliat. Quid inflaris, & non imitaris? Ego, inquit, pauper leuor in sinũ Abrahę. Nõ vides quia pauperẽ diues excepit? Nõ vides quia diues susceptor est pauperis? Si enim superbis cõtra eos qui habẽt pecuniã, negas eos ad regnum cælorũ pertinere, cũ in eis fortasse inueniatur humilitas, quę in te nõ inuenitur. Nõ times ne tibi, cùm mortuus fueris, dicat Abrahã, Recede à me quia blasphemasti me? Admoneamus ergo diuites nostros, quod Apostolus admonuit, Nõ superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarũ. Admoniti sumus. Diuitiæ ille quas putatis plenas esse deliciarũ, pleniores sunt periculorum. Pauper erat, & securior dormiebat. Somnus facilius accedebat ad duram terram, quàm ad lectum inargentatũ. Attẽdite curas diuitũ, & cõparate securitati pauperũ. Sed audiat diues iste, vt non superbè sapiat, neq; speret in incerto diuitiarũ. Vtatur mũdo, tãquã nõ vtẽs. Sciat se viã ambulare, & in has diuitias tãquã in stabulo intrasse. Reficiat, viator est: reficiat se & trãseat, nõ secũ tollit quod in stabulo inuenit. Alius viator erit, & ipse habebit, sed nõ auferet. OMNES hic relicturi sunt, quod hic acquisierũt. Nudus, inquit, exij de vtero matris meę, nudus reuertar in terrã. Dominus dedit, Dñs abstulit. Non abstulit, quia tibi derelictus est pauper. Nudus exij de vtero matris meæ, nudus reuertar in terrã. Audi aliũ pauperẽ. Nihil intulimus in hũc mundũ: sed nec auferre aliquid possumus. Victũ & tegumẽtũ habẽtes, his cõtenti simus: Nã qui volunt diuites fieri, incidũt in tẽtationẽ & desideria multa & stulta & noxia, quæ mergũt homines in interitũ & perditionẽ. Radix est enim omniũ malorũ auaritia: quã quidã appetẽtes à fide pererrauerũt, & inseruerũt se doloribus multis. Qui sunt isti qui à fide pererrauerũt, & inseruerũt se doloribus multis? Qui volunt diuites fieri. Modò respondeat mihi ille pannosus. Videamus, si nõ vult diues fieri: videamus, interrogemus eũ, si non vult diues fieri. Respõdeat, non mentiatur. Audio linguã, sed interrogo conscientiã. Dicat si nõ vult diues fieri: si autẽ vult, iã incidit in tentationẽ & desideria multa & stulta & noxia. Nõ enim opes dico, sed desideria. Vnde? Quia vult diues fieri. Quid inde? Desideria multa & stulta & noxia, quę mergũt homines in interitũ & perditionẽ. Vide vbi sis. Quid mihi osẽtas nullas facultates, cũ ego cõuincã tãtas cupiditates? Ecce iã compara duos. Iste diues est, ille pauper. Sed iste diues est, iã est, nõ vult fieri: iste diues est, aut de parẽtibus, aut de donis & hęreditatibus. Ponamus, faciamus: diues est etiã de iniquitatibus, iã nõ vult addere, imposuit modũ, fixit limitẽ cupiditati, iã corde militat pietati. Diues est, inquis. Respõdeo, Diues est. ITERVM tu accusator respõdes & dicis, De iniquitate diues est. Quid si facit amicos de mãmona iniquitatis? Dñs nouerat quod dicebat: vtiq; nõ errabat, quãdo pręcipiebat: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt & ipsi recipiãt vos in tabernacula ęterna. Quid si hoc facit iste diues? Iã finit cupiditatẽ, exercet pietatẽ. Tu nihil habes, sed diues vis fieri: incides ergo in tẽtationẽ. Sed fortè inde factus es pauperrimus & egẽtissimus: quia nescio quid habebas paternũ, quod te sustẽtaret, & calũnia aliqua cõpetitoris abstulit. Gemis, audio: tẽpora accusas: Quod gemis, si posses, faceres. An nõ videmus, an nõ quotidianis exẽplis plena sunt omnia? Heri gemebat, quia perdebat sua: hodie pergẽs ad maiorẽ, rapit aliena. Inuenum verũ pauperẽ, inuenimus piũ humilẽ, nõ de se fidentẽ, pauperẽ verũ, mẽbrũ pauperis, qui propter nos pauper factus est, cũ diues esset. Vide diuitẽ nostrũ, qui propter nos pauper factus est, cùm diues esset. Vide illũ diuitẽ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Plus est aurũ facere, quã habere. Diues es auro, argẽto, pecore, familia, fundis, fructibus, tibi ista creare nõ potuisti. Vide illũ diuitẽ. Omnia per ipsum facta sunt. Vide illum pauperẽ. Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Quis dignè cogitat diuitias eius? Quomodo faciat qui non fit, quomodo creet non creatus, formet nõ formatus, mutabilis immutabilis, temporalis sempiternus? Quis dignè cogitet diuitias eius? PAVPERTATEM cogitemus, ne fortè pauperes vel ipsam capiamus. Cõcipitur vtero virginali, includitur visceribus matris. O paupertas! In angusto diuersorio nascitur, inuolutus infantilibus tegumẽtis in præsepio ponitur, deinde fit cibaria iumentis pauperibus, deinde cęli & terræ dominus, creator angelorũ, omniũ visibiliũ & inuisibilium effector & cõditor fugit, vagit, nutritur, crescit, tolerat ætatẽ, occultat maiestatẽ: postea tenetur, contẽnitur, flagellatur, illuditur, cõspuitur, colaphizatur, spinis coronatur, ligno suspẽditur, lãcea perforatur. O paupertas! Ecce caput pauperũ quos requiro, cuius pauperis mẽbrũ inuenimus verũ pauperẽ. Breuiter quæramus pupillũ: quia in paupere requirẽdo fatigati sumus. Domine Iesu, pupillũ quero. Fatigatus quæro: citò respõde, vt inueniam. Nevobis dicatis, inquit, patrẽ in terra. Pupillus in terra, immortalẽ patrẽ inuenit in cælo. Ne vobis dicatis, inquit, patrem in terra: inuẽtus est pupillus iste. Oret pupillus iste: audiamus eum, & imitemur eũ. Quæ eius est oratio? Quoniã pater meus & mater mea dereliquerũt me. Pater, inquit, meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autẽ assumpsit me. Si ergo beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cęlorum tibi derelictus est pauper. Si pater meus & mater mea dereliquerũt me, Dominus autem assumpsit me: pupillo tũ eris adiutor. Conuersi ad Dominum, &c.

Lucæ 16.

Secretũ, sinus Abrahæ.

Psal. 78.

Genes. 13.

Genes. 15.

Rom. 4.

CAPVT IIII.

2. Tim. 6.

Diuitię plenæ periculorum.

CAP. V. Iob. 1.

CAPVT III.

2. Tim. 6.

CAPVT VI.

Luc. 11.

2. Cor. 8.

Ioan. 1.

Christus pauper & diues.

CAPVT VII. Pauperis Christi.

Matth. 23.

Psal. 26.

Matth. 5. Psal. 9.

Ioan 10. Item eodẽ die Homilia, de eo quod scriptũ est in Euangelio secundum Ioannẽ, Facta sunt encænia in Hierosolymis, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Feria

Feria quinta post Dominicam Passionis, de aduersitate temporali.

SERMO CXI. SERMO I.

VOTIENS, fratres charissimi, aliquæ aduersitates veniunt, quotiẽs aut hostilitas aut siccitas aut mortalitas iusto Dei iudicio nobis fuerit irrogata, non eius iniustitiæ, sed nostris hoc peccatis imputare debemus. Quia, sicut dicit Apostolus, Non iniquus est Deus qui infert iram. Multorũ enim malis moribus atque clamoribus exagitatus est mũdus. Et vt hoc omnes intelligere possint, apertius charitati vestrę insinuo: sic sunt boni & mali, quomodo si duo vasa sint plena, & vnũ habeat putredinem, & aliud aromata pretiosa cũ vno vẽtilabro vẽtilata. Illud vas vbi fuerint aromata, odorẽ desiderabilẽ, aliud autẽ fœtorẽ intolerabilẽ reddit. Ita simul boni atque mali indiscretẽ quidẽ turbati, sed alto Dei iudicio separati. Quotiens aliqua tribulatio in mundũ venerit, qui boni sunt velut sancta vasa gratias agũt Deo, qui eos castigare dignatur: illi verò qui sunt superbi, luxuriosi, cupidi, blasphemãt & murmurant contra Deũ, dicẽtes, O Deus, quid tanti mali fecimus, vt talia patiamur? Vnde sæpe fit, vt infelices isti amore huius vitę obligati, nec istã tenere possint, & illã sempiternã, de qua fugiet dolor & gemitus, amittant: & quod peiꝰ est, nec istã mala præsentia possunt euadere, & ad illa quę æterna mala sunt, eorũ crimina eos faciũt peruenire. Nõ insultãs, sed gemẽs & dolens hæc dico. Ecce sicut in eo qui superbo & rebelli spiritu emẽdare se noluerit, impletur illud quod scriptũ est: Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Iustꝰ autẽ iustiora faciet, & sanctus sanctiora. Nõ enim spes bonorũ in isto est mundo posita. Spes enim quæ videtur, ait Apostolus, nõ est spes: quoniã & ipsa spes mundana quæ videtur in amaritudine vera est. Amarã enim potionẽ mũdus suis dilectoribus propinat. O infelicitas generis humani! Amarꝰ est mũdus, & diligitur; putas si dulcis esset, qualiter amaretur? Vos alloquitur veritas dilectores mũdi, vbi est quod amastis, vbi est quod pro magno tenebatis, vbi est quod dimittere nolebatis, vbi sunt tot regiones, vbi tãtę splẽdidissimę ciuitates? Lugendo potius ista dicta sunt quã insultando. Magno affectu ista deputarentur, si tantũmodo audirẽtur. At cùm oculos nostros dira calamitas & obsidionis percusserit, & nũc tẽpore mortalitatis affligat, mortuorũ hominũ sepeliẽdis corporibus vix illi qui remanere videbãtur, occurrerãt. Cõsiderãtes etiam illa mala quę iusto Dei iudicio illata sunt, quãdo totæ prouincię in captiuitatẽ ductę sunt, sustinuimꝰ matres familiãs abductas, prægnãtes abscissas, & nutrices aulsis è manibus paruulis, atq; in vias proiectis, nec viuos ipsos filios retinere, nec mortuos permiserunt sepelire. Cruciatꝰ magnꝰ & dolor, timor & horror tortores cordis pariter insistebãt, maximè cũ à talibus feminis hoc impia barbarica exigebat potẽtia, vt quęsę sciebat multorũ mãcipiorũ fuisse dominã, barbarorũ se subitò sine vllo pretio lugeret ancillã. Sic impletũ est in nobis illud quod dictũ est per prophetã Dauid: Vendidisti populũ tuũ sine pretio, & non fuit multitudo in cõmutationibus eorũ. Dura à delicatis, & à nobilibus mulieribus seruitia sine vlla miseratione humanitatis à barbaris exacta sunt. Strepitus clamoris huius in auribus nostris vrget, dũ talia audimus atq; videmus. Nũquid ferreæ sunt carnes hominũ, etiã si ferrus ferreus in aliquibus inueniatur? Quis ista audiẽs videsq; nõ doleat? Vnde cũ Propheta dicere possumꝰ, Quis dabit capiti meo aquã, aut oculis meis fontẽ lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Non solùm mortẽ corporũ, verumetiã animarũ. Christianis loquimur, multos cognouimus in ista visitatione sine sacramento baptismi ex ipsa vita fuisse ereptos, atque inter vasa iræ relictos. Quis luctus idoneior, quis planctus celsior inueniri potest, quandò sic exarsit ira omnipotẽtis, vt repellerer etiã tabernaculũ suũ, in quo habitauit in hominibus? Et ille etiã qui vnico filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, nec pretium tãti sanguinis attenderit, nulli ecclesię, nulli clero, nulli sacratæ virgini, nulli parcere ciuitati. Nos verò, fratres charissimi, quibus Dominus nõ pro nostris meritis parcere, sed adhuc ad pœnitentiã reseruare dignatur, nõ sine grandi timore debemus considerare, quòd hæc omnibus nobis præbentur exẽpla. Et ideo illorũ mors proficiat, ad nostrã salutẽ, eorũ tribulatio sit nostra correptio, de aliorũ plagis faciamus medicamenta vulneribꝰ nostris: & semper timeamus quod Dominꝰ in Euãgelio dixit, Putatis quòd hi Galilæi prę omnibus peccatores fuerint, quoniã talia passi sunt? nõ dico vobis: sed nisi pœnitẽtiã egeritis, omnes similiter peribitis. Et ideo qui solebat esse luxuriosus, sit castus; qui superbꝰ, sit humilis; qui erat inuidus, sit benignus; qui per fraudes vel calũnias solebat res alienas rapere, incipiat de suis largiores eleemosynas dare. Nimis delicatũ est quod à nobis requirit Dns noster, fratres charissimi: nõ dixit nobis, Ieiunate plus quã potestis, & plus quã vires vestræ sufferũt vigilate. Nõ nobis dicit, A vino vel à carnibus abstinete. Nõ à nobis requirũtur, sed hoc dignatur iniũgere quod omnes homines possũt cũ ipsiꝰ gratia sine grãdi labore cõplere. Sed quod pessimũ est multi sunt, qui durissimũ & amarissimũ auaritię iugũ cũ multis laboribus volũt ferre, & dulce iugũ Christi & onus eius leue dissimulãt humeris suis imponere: malũt cũ multis peccatis sub sarcina graui succũbere, quã iugũ Christi, quod eos potest in cęlũ eleuare, suscipere. Vos verò, fratres, nobiscũ sapiẽter & fideliter cogitãtes, dirũpatis à ceruicibus vestris durũ & asperũ auaritiæ iugum, & iugũ Christi suauissimũ vestris humeris imponite, secũdum Apostolum cõuersationẽ vestrã leuãtes in cælũ, vt cùm Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos cum ipso appareatis in gloria, quod ipse præstabit in, &c.

Apoc.22. Rom.8. Rom.5. Luc.13. Phil.3.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Rogabat Iesum quidam Pharisæus, &c. quæ habetur in libro quinquaginta Homiliarum, XXXIII. Luc.7.

Item in eodem die sermo De diuersis, LXXV.

Feria sexta post Dominicam Passionis, de studio sapientiæ, & meditatione legis Dei.

SERMO CXII. SERMO I.

PORTET, fratres charissimi, vt mũdo corde & casto corpore sapientiam diuinam discere diligatis, & intelligere appetatis, quia ipsa cognitio Dei fideliter se quærẽtibus & instar meditantibus tribuit. Cognitione autem Dei nihil melius est, quia nihil beatius est, & ipsa vera beatitudo est. Vnde & Saluator ad patrẽ ait: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te vnum verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum. Huius ergo sapientiæ notitia qualiter adispicatur, audite. Primò omniũ quęrendum est homini quæ sit vera scientia, veráque sapientia: quia sapientia huius seculi, stultitia est apud Deum. Scientia vera est, à diaboli seruitio, quod sunt peccata, recedere: & sapientia perfecta est, Deum colere secundum mandatorum illius veritatem: quia in his duobus vita beata acquiritur, sicut Psalmista ait, Diuerte à malo, & fac bonum. Nec etiam sufficit cuiquam mala non facere, nisi etiã bona faciat; nec bona facere, nisi etiã mala omittat. Omnis ergo qui sic sapiẽs est, proculdubiò beatus erit in æternum. Beata siquidem vita est, cognitio diuinitatis: cognitio diuinitatis virtus

Ioan.17. 1.Cor.3. Psal.33.

virtus boni operis est; virtus boni operis, fructus est æternæ beatitudinis. Adhuc ergo bonũ habemus sollatiũ, diuinarũ lectionẽ Scripturarũ: quia sacrarũ lectio Scripturarũ, diuinæ est prę cognitio nõ parua beatitudinis. In his enim quasi in quodam speculo homo seipsum considerare potest, qualis sit, vel quò tendat. Lectio assidua purificat omnia, timorẽ incutit gehennæ, ad gaudia superna cor instigat legentis. Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare & legere. Nã cũ oramus, ipsi cum Deo loquimur; cũ verò legimus, Deus nobiscũ loquitur. Geminũ confert donũ lectio sanctarũ Scripturarũ, siue quia intellectũ mẽtis erudit, seu quia à mundi vanitatibus abstractũ hominẽ ad amorẽ Dei perducit. Labor honestꝰ est lectionis, & multis ad emũdationẽ animi proficit. Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis interior homo nutritur & pascitur, sicut Psalmista ait, Quã dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super mel & fauũ ori meo! Sed ille beatissimus est, qui diuinas Scripturas vertit in opera. Omnes planè Scripturę sanctæ ad nostrã salutẽ scriptę sunt, vt proficiamus in eis in veritatis agnitionẽ. Sæpius cæcꝰ offendit quã vidẽs: sic ignorans legẽ Dei sæpius ignorãter peccat, quã ille qui scit. Sicut cæcus sine ductore, sic homo sine doctore rectã viã vix graditur. Et ideo, fratres charissimi, quicunque ex vobis lectiones sacras legere & intelligere possunt, in his studiũ impendãt, vt earũ frequẽter meditatione vtantur: qui verò sensum locutionis sacræ ex lectione nõ possunt percipere, attẽtùs audiãt interpretãtẽ, vt recipiãt saltẽ inde ędificationẽ. Cùm verò magisterio cælesti instructi quid faciendũ, quidve vitãdum sit, dilectissimi, accipiatis, nõ sit mora in faciẽdo, quod intus sapiatis intelligendo: quia, vt beatus Paulus apostolꝰ ait, nõ auditores legis iusti sunt apud Deũ, sed factores legis. Et ipsa veritas ait, Seruus qui scit volũtatẽ domini sui, & non facit, vapulabit multis. Item alibi scriptũ est: Scienti bonũ, & nõ facienti, peccatũ est illi. Itaque omni diligentia studete vt cognoscatis volũtatem Dei: postquam autẽ cognoueritis voluntatẽ eius, sũmo nisu contẽdite, vt hanc faciatis implẽtes mandata illius, & instãter deposcite, vt in hoc perseuerãtes peruenietis ad promissa illius. Ad quod nos adiuuare dignetur ipse qui per suam bonitatem nos vocauerat, & per suam gratiam liberauerat, quiq; bene certãtibus cælestia regna promiserat Iesus Christus Dominꝰ noster, qui viuit & regnat cũ Deo patre & spiritu sancto per omnia secula seculorum, Amen.

Rom.2. Luc.12. Iacob.4. Luc.19.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersus Iesum, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom.9. Ioan.11.

Sabbato post Dominicam passionis, de vita mortali & immortali.

SERMO CXIII. SERMO I.

Est de verbis Domini sermo XVII.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptũ est in Euangelio secundum Ioannem, Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom.9. Ioan.17.

Dominica in Ramis palmarum, de passione Domini.

SERMO CXIIII. SERMO I.

Erit in appendice sermo XLI.

In eadem Dominica, de traditione Symboli.

SERMO CXV. SERMO II.

Erit in appendice sermo XLII.

In eadem Dominica, Ad competentes.

SERMO CXVI. SERMO III.

ODIE, fratres charissimi, specialiter ad Cõpetentes humilitatis nostrę sermo dirigitur. Et quãuis omnibꝰ etiã fidelibꝰ baptizatis admonitio nostra cõueniat, & vnusquisq; qui de animæ suæ salute solicitudinẽ gerit vnde proficere possit, credimꝰ quòd in ista humili suggestione nostra reperiat, peculiariter tamẽ eos qui nũc baptismi sacramẽta desiderãt, volumus admonere. Primùm ergo cõpetẽtes isti, quare hoc nomine vocẽtur, agnoscãt. Cõpetentes dicũtur simul petẽtes: quomodo consedentes nihil est aliud, nisi simul sedentes, & colloquentes nihil aliud est, nisi simul loquẽtes: concurrentes sine dubio non intelligũtur, nisi simul currentes: ita & competentes non possunt aliud intelligi, nisi simul petentes. Ecce iã quare hoc nomen competentes habeant, didicerũt: nunc verò isti qui simul petunt, debent scire quid petunt. Quid ergo petunt qui baptismi sacramenta desiderãt? Quid vtique, nisi vt qui erant vasa diaboli, mereantur effici vasa Christi? Totum in nobis spiritaliter impletur ministeriis angelorũ. Ideo rogo vos & cõmoneo omnes cõpetentes, & cõtestor simul & annuncio, vt cũ Dei adiutorio in istis diebus vsque ad Pascha, diligenter perseuretemini conscientias vestras, ne fortè sit vnꝰ homo cõtra quem odiũ in corde teneatis. Si enim ille qui baptizandus est, iracundiã vel odiũ in corde reseruat, nescio si in eo gratia diuina proficiat. Dicturus est enim, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et si hoc in eo futurũ est quod ipsꝰ orat: quid superest, nisi quomodo ipse dimiserit, sic ei iustitia diuina dimittat, secundũ illud quod Dns ipse dixit, Date, & dabitur vobis; dimittite, & dimittetur vobis? Ac sic qui nõ dimiserit, ipse cõtra se tanuã diuinæ misericordiæ claudit, dicẽdo, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. Primò ergo hoc specialiter cõpetentes attendãt, ne vllũ hominem odio habeant. Secundò interrogent conscientias suas, & si alicui vt euenire solet, fecerunt iniuriam, citò veniam petant. Tertiò si aut per furtum, aut per falsũ testimoniũ, aut per aliquã calliditatẽ, aut per stateras dolosas vel mẽsuras duplices cuicũque aliquid abstulerũt, si secundũ exẽplũ Zachæi nõ possunt in quadruplũ, vel simplo restituãt. Nã nescio qua fronte gratiam diuinæ misericordiæ se credit posse accipere, qui res alienas quas malè abstulit, dissimulat restituere. Sed fortè hoc etiã oportet cõpetẽtibꝰ obseruare, vt si agnoscunt se, persuadẽte diabolo, furtũ, homicidiũ, aut adulteriũ cõmisisse, aut si aliqua mulier cõpetens potiones diabolicas aliquãdo ad abortum accepit, & filios suos adhuc in vtero positos, aut etiã natos occidit (quia satis graue peccatũ est) pro omnibus his cum gemitu & cõpũctione Dei misericordiã quęrant, & ad baptismi sacramenta per pœnitẽtiã mũdati perueniãt. Et hoc ante omnia quicũq; se has culpas habere vident, obseruẽt, vt castitatẽ & ante baptismũ custodiãt, & post baptismũ nõ paruo tẽpore se à voluptate custodiãt. Venenũ inuidiæ fugiãt, ne imitatores diaboli esse videantur, de quo scriptũ est, Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ: imitantur autẽ eũ qui sunt ex parte illius. Superbiã etiã per quã ipse diabolus cecidit, vitare contendant: quia Christus quẽ sequi desiderant, mitis fuit & humilis corde. Et satis timendũ est illud quod scriptũ est: Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Mendaciũ etiam de ore suo non proferant, propter illud quod scriptũ est, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et iterũ: Os quod mentitur, occidit animam. Nec solùm à periurio, sed etiam à iuramento abstinere

Matth.6. Luc.6. Iacobi 4. Psal.5. Sap.1. Sap.2.

Eccl.13. abstineant: quia non mentitur qui dixit, Vir multum iurãs implebitur iniquitate, & non discedet de domo illius plaga. Vinũ verò & istis diebus parum accipiant, & cùm dies Paschæ venerint, cum grandi se cautela à crapula vel ebrietate custodiant; ne fortè quod per sacramentum baptismi mundatum vel illuminatũ fuit, si crapula surrepserit, per intemperantiam obscuretur. Et ideo etiã si aliquis eos per inimicam amicitiam ad bibendũ cogere voluerit, omnino refugiant, & nunquã penitus acquiescant, sed quod decet & expedit Christianis, in cibo vel in potu percipiãt. Et quia omnes cõpetentes vterus matris Ecclesiæ Christo inspirãte concepit, nihil iniustum aut inhonestum exerceãt, ne fortè malè agendo viscera materna cõcutiãt, & ante legitimũ partũ velut abortiũ eos mater sancta proiiciat: sed magis omnes cõpetentes benigni sint, humiles, mansueti, sobrij, vt ad salutaris baptismi sacramẽtũ ordine legitimo cõuenientes, de hædis cõuertantur ad agnos, de sinistra transferantur ad dexterã, cũ illis qui ad dexteram erunt, illam desiderabilem vocẽ feliciter audituri, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ est ab origine mundi. Si secundũ consuetudinem suã charitas vestra diligenter attendat, agnoscere potestis admonitionem nostrã, licet ad competentes dicta sit, posse tamen omnibus baptizatis fidelibus conuenire. Et ideo nos qui iã ante multa tempora in Christo renati sumus, istis qui baptizandi sunt exẽplum sanctæ conuersationis in omnibus præbeamus, vt si nos imitari voluerint, nõ per latã & spatiosam viã trahantur ad mortẽ, sed per arctam & angustã peruenire mereantur ad vitam. Et ideo nõ solùm exemplis, sed etiã verbis eos ad omne opus bonũ admonere debetis: præcipuè tamẽ qui filios aut filias excipere religioso amore desiderant, & antequã baptizentur, & posteaquã baptizati fuerint, de castitate, de humilitate, de sobrietate vel pace eos admonere vel docere nõ desinant, & agnoscant se fideiussores esse ipsorũ. Pro ipsis enim respondẽt, quòd abrenuncient diabolo, pompis & operibus eius. Et ideo tam illi qui excipiunt, quã qui excipiũtur, id est, tam patres quàm filij, pactũ, quod cũ Christo in baptismi sacramento cõscribunt, custodire cõtẽdãt: nec vnquã aliquid de diaboli pompis vel mũdi istius luxuriosis oblectationibus cõcupiscant, vt Deo adiuuante, & illi qui filios suscipiũt, si castè & iustè vixerint, & illi qui excipiũtur, si eos imitari voluerint, sicut credimus, pariter ad præmia æterna perueniãt: præstante Domino Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Matth. 25.

Item in eadem Dominica, de eodem alius sermo, qui habetur in libro quinquaginta Homilitarum, XLIX.
Item in eadem Dominica alius sermo de Psalmo vicesimo primo, Deus Deus meus respice in me; qui sumitur in expositione Doctoris, tom. 8.
De eodem etiam Psalmo tractatur in libro De gratia noui Testamenti ad Honoratum, cap. 5. & sequentibus, tom. 2.

Feria secunda post Dominicam Palmarum, de passione Domini, & Iuda traditore.

SERMO CXVII. SERMO I.

Est in appendice sermo XLIII.

In eadem feria, de passione Domini, & Susanna.

SERMO CXVIII. SERMO II.

Est in appendice sermo XLIIII.

In eadem feria de Symbolo.

SERMO CXIX. CAP. I. SERMO D. AVGVST. III.

YMBOLVM est breuiter complexa regula fidei, vt mẽtem instruat, nec onerer memoriam: paucis verbis dicatur, vnde multum acquiratur. *Credo in Deum patrem omnipotentem.* Vide quàm citò dicitur, & quantũ valet. Deus est, & pater est. Deus potestate, pater bonitate. Quàm felices sumus, qui Dominũ nostrũ patrem inuenimus. Credamus ergo in eũ, & omnia nobis de ipsius misericordia promittamus. Quia omnipotẽs est, ideo in Deũ patrem omnipotentẽ credimus. Nemo dicat: Nõ mihi potest dimittere peccata. Quomodo nõ potest omnipotẽs? Sed dicis: Ego multũ peccaui. Et ego dico: Sed ille omnipotẽs est. Et tu: Ego talia peccata cõmisi, vnde liberari & mundari non possum. Respõdeo: Sed ille omnipotens est. Videte quid ei cantetis in Psalmo, Benedic, inquit, anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos. Ad hoc nobis est eius omnipotentia necessaria. Nã vniuersæ creaturæ ad hoc erat necessaria, vt crearetur. Omnipotẽs est ad facienda maiora & minora. Omnipotens est ad cælestia & terrestria. Omnipotens est ad faciẽda immortalia & mortalia. Omnipotens est ad facienda spiritalia & corporalia. Omnipotẽs est ad faciẽda visibilia & inuisibilia: magnus in magnis, nec paru⁹ in minimis. Postremò omnipotẽs est ad faciẽda omnia quæ fecerevoluerit. †Nã ego dico quãta non possit. Nõ potest mori, nõ potest peccare, nõ potest mẽtiri, nõ potest falli. Tãta nõ potest: quæ si posset, nõ esset omnipotẽs. Credite ergo in eũ, & cõfitemini. Corde enim creditur adiustitiã: ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Ideo cũ credideritis, oportet vt cõfiteamini. Quãdo Symbolũ reddidis, accipite modò quod teneatis, & postea reddatis, & nunquã obliuiscamini. POST hoc quid? *Et in Iesum Christum.* Credo, dicis, in Deum patrem omnipotẽtem, *& in Iesum Christũ filium eius vnicum, Dominum nostrum.* Si filiũ vnicum, ergo patri ęqualem. Si filiũ vnicum, ergo eiusdẽ substantię cuius est pater. Si filiũ vnicum, ergo eius omnipotentiæ cuius est pater. Si filium vnicum, ergo patri coæternum. Hoc in se, & apud se, & apud patrẽ. Propter nos quid? Ad nos quid? *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex virgine Maria.* Ecce quà venit, quis, ad quos. Per virginem Mariam, in qua operatus est spiritus sanctus, non homo maritus, qui fœcundauit castam, & seruauit intactã. Sic ergo carne indutus est Dominus Christus, sic factus est homo qui fecit hominem, assumendo quod non erat, nõ perdendo quod erat. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Non verbum in carnem versum est, sed verbum manens carne accepta. Inuisibilis semper, fact⁹ est visibilis quando voluit, & habitauit in nobis. Quid est, In nobis? In hominibus. Factus vnus ex hominum numero, vnus & vnicus. Vnicus patri. Nobis quid? Et nobis vnicus Saluator. Nemo enim præter ipsum Saluator noster, & nobis vnicus redemptor. Nemo enim præter ipsum redemptor noster, non auro, non argento sed sanguine suo. ERGO ipsa vbi empti sumus ei⁹ commercia videamus. Cùm enim dictũ esset in Symbolo, Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria: iam quid pro nobis *Passus est*, sequitur, *sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.* Quia filius Dei vnicus Dominus non crucifixus, filius Dei vnicus Dominus non sepultus est: homo crucifixus est, homo sepultus: Deus non est mutatus, Deus nõ est occisus, & tamen secundum hominem occisus. Si enim cognouissent, ait Apostolus, nunquam Dominum glorię crucifixissent. Et Dominum gloriæ ostendit, & crucifixum confessus est: quia si quis etiam tuam tunicam illæsa carne tua conscindat, tibi facit iniuriam: nec sic clamas pro veste tua, vt dicas, Conscidisti tunicam meam: sed, Conscidisti me, sila de me fecisti. Loqueris ista integer, & versũ dicis, & de carne tua nihil detra-

A B C D

Omnipotens.

Philip. 2.

Psal. 102.

al. Iaui.

Rom. 10.

Luca. 2.

Ioan. 1.

Christus nobis vnicus Saluator, & vnicus redẽptor.

CAP. III

1. Cor. 2.

detraxit qui læsit. Sic & Dominus Christus crucifixus est, Dominus est, vnicus patri est. Saluator noster est, Dominus glorię est, tamen crucifixus est: sed in carne, & sepultus in sola carne. Nam vbi sepultus est, & quãdo sepultus est, tunc ibi nec anima fuit. Sola carne in sepulchro iacebat, & tamen confiteris Iesum Christũ filium eius vnicum Dominum nostrum: qui cõceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria. Qui Iesus Christus vnicus filius Dei Dominus noster sub Põtio Pilato crucifixus: qui Iesus Christus vnicus Dei filius Dominus noster & sepultus: qui Iesus Christus vnicus Dei filius Dominus noster, sola caro iacet, & tu dicis Dominus noster. Dico, planè dico, quia vestẽ intueor, & vestitũ adoro. Caro illa illius vestimẽtum fuit: quia cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse æqualis Deo: sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, non formã Dei amittens: in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

CAPVT IIII. Matth. 28.

NON contemnamus solam carnem, quãdo iacuit, tunc nos emit. Quare nos emit? Quia nõ semper iacuit: *Tertia* enim *die resurrexit à mortuis.* Hoc sequitur in Symbolo. Cùm confessi fuerimus eius passionẽ, cõfitemur & resurrectionem. In passione quid egit? Docuit quid toleremus. In resurrectione quid egit? Ostendit quid speremus. Hic opus, ibi merces. Opus in passione, merces in resurrectione. Nec quia resurrexit à mortuis hîc remansit. Sed quid sequitur? *Ascendit in cælũ.* Et modò vbi est? *Sedet ad dexteram patris.* Intellige dexterã, ne quęras ibi sinistram. Dextera Dei dicitur æterna felicitas. Dextera Dei dicitur ineffabilis, inæstimabilis, incomprehẽsibilis beatitudo atq; prosperitas. Hęc est dextera Dei. Ibi sedet. Quid est, Ibi sedet? Ibi habitat. Sedes enĩ dicũtur, vbi quisque habitat. Nũ enim quando illũ vidit Stephanus sanctus, mentiebatur qui dicebat, Sedet ad dexterã patris? Quomodo enim dicit Stephan⁹, Ecce ego video cælũ apertum, & filium hominis stantem ad dexteram Dei? Quia ille vidit stantem, mentiebatur fortè qui dicebat tũc, Sedet ad dexteram patris? Sedet ergo, dictũ est, manet, habitat. Quomodo? Quomodo tu. Quo statu? Quis dicet? Dicamus quod docuit, dicamus quod nouimus. QVID? *Inde venturus iudicaturus viuos & mortuos.* Confiteamur Saluatorẽ, ne timeamus iudicem. Qui enim modò in eum credit, & præcepta eius facit, & diligit eum, nõ timebit quando veniet iudicare viuos & mortuos: non solùm nõ timebit, sed vt veniat optabit. Quid enim nobis felicius, quàm quãdo venit quẽ desideramus? Quãdo venit quem amamus? Sed timeamus quia iudex noster erit. Qui modò est aduocatus noster, ipse tũc erit iudex noster. Audi Ioannẽ: Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosipsos seducim⁹, & veritas in nobis nõ est. Si autem cõfessi fuerimus peccata nostra, dixit, Fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata, & mũdet nos ab omni iniquitate. Hæc scripsi vobis, vt nõ peccetis. Et si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christũ iustũ, & ipse est exoratio peccatorũ nostrorũ: Si haberes causam apud aliquem iudicẽ agendã, & instrueres aduocatũ, esses susceptus ab aduocato, ageret causam tuã sicut posset: & si non illã finisset, & audires illũ iudicio venturũ, quantum gauderes quia ipse potuit esse iudex tuus, qui fuit paulo antè aduocatus tuus? Et modò ipse pro nobis orat, ipse pro nobis interpellat. Aduocatum enim habemus, & iudicẽ timeamus: imò quia aduocatum præmisimus, securi iudicem venturum speremus.

Dextera Dei, æternafelicitas.

CAPVT II.

Act. 7.

CAP. V. Saluator noster. Iudex noster.

Aduocatus noster & Iudex.

1. Ioan. 1.

CAPVT VI.

TRANSITVM est in Symbolo quod pertinẽt ad Iesum Christum filium Dei vnicum Dominum nostrum: sequitur, *Et in spiritum sanctum*, vt cõpleatur trinitas, pater & filius & spiritus sanctus: Et de filio multa sunt dicta, quia filius suscipit hominẽ, filius verbũ caro factum est, non pater, non spiritus sanctus: sed carnẽ filij tota trinitas fecit. Inseparabilia enim sunt opera trinitatis. Sic ergo accipite spiritum sanctum, vt non credatis minorem esse quàm filiũ, & minorem esse quàm patrẽ. Pater enim & filius & spiritus sanctus tota trinitas vnus Deus. Nihil ibi distat, nihil varium, nihil defectiuum, nihil alteri cõtrarium, æquale semper, inuisibile & incommutabile pater & filius & spiritus sanctus. Liberet nos trinitas à multitudine peccatorum.

A B C D

CAPVT VII. Sancta Ecclesia catholica quæ.

IAM quod sequitur ad nos pertinet. *Sanctam Ecclesiam.* Sancti Ecclesia nos sumus: sed non sic dixi, nos, quasi ecce qui hîc sumus, qui me modò audistis. Quotquot hîc sumus, deo propitio, Christiani fideles in hac ecclesia, id est, in ista ciuitate, quotquot sunt in ista regione, quotquot sunt in ista prouincia, quotquot sunt & trans mare, quotquot sunt & in toto orbe terrarum: quoniã à solis ortu vsque ad occasum laudatur nomen Domini. Sic se habet Ecclesia catholica mater nostra vera, vera illius sponsi coniunx. Honoremus eam, quia tanti Dñi matrona est. Et quid dicã: Magna est spõsi & singularis dignatio, meretricem inuenit, virginẽ fecit. Quia meretrix fuit, non debet negare, ne obliuiscatur misericordiam liberãtis. Quomodo nõ erat meretrix, quando post idola & dęmonia fornicabatur? Fornicatio cordis in omnibus fuit. In paucis carne, in omnibus corde. Et venit & virginẽ fecit. Ecclesiã virginẽ fecit. In fide virgo est. In carne paucas habet virgines sãctimoniales: in fide omnes virgines debet habere & feminas, & viros. Ibi enim debet esse castitas & puritas & sanctitas. Nã vultis nosse quàm virgo sit? Apostolum Paulũ audite, amicũ sponsi audite zelantem sponso, non sibi. Aptaui vos, inquit, vni viro. Ecclesiæ dicebat. Et cui Ecclesiæ? Quocũq; literę illę peruenire potuerũt, aptaui vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Timeo autem dixit, ne sicut serpẽs Euam decepit astutia sua. Serpẽs ille nũquid corporaliter cõcubuit cum Eua? Et tamen virginitatẽ cordis eius extinxit. Hoc timeo, dicit, ne corrumpantur mẽtes vestræ à castitate, quæ est in Christo. Virgo est, ergo Ecclesia: virgo est, virgo sit. Caueat seductorem, ne inueniat corruptorem. Virgo est Ecclesia. Dictur⁹ es mihi fortè: Si virgo est, quomodo parit filios? Aut si non parit filios, quomodo dedimus nomina nostra, vt de eius visceribus nasceremur? Respondeo: Et virgo est, & parit, Mariam imitatur quę Dominũ peperit. Nunquid non virgo sancta Maria & peperit, & virgo permansit? Sic & Ecclesia & parit, & virgo est. Et si cõsideres, Christum parit: quia membra eius sunt qui baptizantur. Vos estis, inquit Apostolus, corpus Christi & membra. Si ergo mẽbra Christi parit, Mariæ simillima est.

Ecclesia & parit & virgo est, Mariæ simillima.

2. Cor. 11.

1. Cor. 12.

CAPVT VIII. Remiss. pecc.

REMISSIONEM *peccatorũ.* Hęc in Ecclesia si nõ esset, nulla spes esset: remissio peccatorum si in Ecclesia nõ esset, nulla futuræ vitæ & liberationis æternæ spes esset. Gratias agimus Deo, qui Ecclesiæ suæ dedit hoc donũ. Ecce vẽturi estis ad fontem sanctum, diluemini baptismo, salutari lauacro regenerationis. Renouabimini, eritis sine vllo peccato, ascendentes de illo lauacro: Omnia quæ vos præterita persequebãtur, ibi delebũtur. Ægyptiis insequentibus Israẽlitas similia erãt vestra peccata, persequẽtibus, sed vsque ad mare rubrũ. Quid est, Vsque ad mare rubrũ? Vsq; ad fontẽ Christi cruce & sanguine consecratum. Quod enĩ rubrũ est, iudicẽ timeamus: imò quia aduocatum habemus, & iudicẽ timeamus: imò quia aduocatum præmisimus, securi iudicem venturum speremus.

Exod. 14.

Ioan. 19.

Peccata vestra, hostes vestri sunt. Sequuntur, sed vsque ad mare. Cùm vos intraueritis, euadetis, illa delebuntur. Quomodo euadentibus per siccum Israëlitis, aqua cooperuit Ægyptios. Et quid dicit Scriptura? Vnus ex eis non remansit. Peccasti multa, peccasti pauca, peccasti magna, peccasti parua: quod est minus ex eis non remansit. Sed quoniam victuri sumus in isto seculo, vbi quis non viuit sine peccato, ideo remissio peccatorum non est in sola ablutione sacri baptismatis, sed etiam in Oratione Dominica & quotidiana, quã post octo dies accepturi estis. In illa inuenietis quasi quotidianũ baptismum vestrũ, vt agatis Deo gratias qui donauit hoc munus Ecclesiæ suæ, quod confitemur in Symbolo. Vt cùm dixerimus, Sanctam Ecclesiam: adiungamus, Remissionem peccatorum. Post hæc, *Carnis resurrectionem*. Iste iam finis est. Sed finis sine fine erit resurrectio carnis. Sed erit postea nulla mors carnis, nullę angustię carnis, nulla fames & sitis carnis, nullæ afflictiones carnis, nulla senectus & lassitudo carnis. Noli ergo horrere carnis resurrectionem. Bona eius vide, mala obliuiscere. Prorsus quicquid querelarum est carnaliũ modò, tunc ibi non erit. Æterni ermus, æquales angelis Dei. Vnã cum angelis sanctis ciuitatem habebimus, à Dño possidebimur, hæreditas eius erimus, & ipse hæreditas nostra erit, quoniã ipsi dicimus modò, Dominus pars hæreditatis meæ. Et de nobis dictũ est filio ipius: Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam. Possidebimus & possidebimur, tenebimus & tenebimur. Quid dicã? Colimur & colimus. Sed colimus vt Deũ, colimur vt ager. Vt sciatis quia colimur, Dominũ audite: Ego sum vitis vera, vos estis sarmenta, pater meus agricola. Si agricola dicitur, agrum colit. Quẽ agrum? Colit nos. Et agricola terræ huius visibilis arare potest, fodere potest, plantare potest, rigare, si aquam inuenerit, potest: nunquid potest incrementum dare, germen educere in terram, radicem figere, in auras promouere, robur addere ramis, fructibus onerare, foliis honestare? Nunquid agricola potest? Agricola tamen noster Deus pater omnia ista potest in nobis. Quare? Quia credimus in Deum patrem omnipotentem. Ergo tenete quod & proposuimus vobis, & quomodo Deus dare dignatus est exposuimus.

Psal. 105.

Remissio peccatorũ etiam in Oratione Dominica.

Capvt IX.

Matth. 22.

Psal. 15.

Psal. 2.

Ioan. 15.

Item eodem die alius sermo de eodem, qui habetur in libro 50. Homiliarum, XLII.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibid. tom. 9.

Feria tertia post Dominicam Palmarum, de reparatione generis humani.

Sermo CXX.

Sermo I.

Est in appendice sermo XLV.

In eodem feria, de passione Domini.

Sermo CXXI.

Sermo II.

Est in appendice sermo XLVI.

In eodem feria. Sermo CXXII. Sermo III.

Dilectissimi fratres, Dominus noster Iesus Christus nobis salutẽ exhibuit, diuinæ verò naturæ nihil minuit. Gratias ergo agamus pietati eius, qui infirmitati nostræ de homine suo vitale composuit medicamẽtum. Magnificemus eum, quia nullum diuinæ virtutis, dum nobis subuenit, fecerit detrimentum. Verè pius, verè Saluator, qui in tantum dilexerit opus suum, qui in tantum reputauerit seruũ suum, id est, humanũ genus vniuersum: vt culpã eius suo verbere expiaret, vulnera eius suo liuore sanaret. Denique ille peccat, hic vapulat. Ille preuaricatur, iste crucifigitur. Quis hoc existimet, & quis cogitet? Quis compenset Dominum pro seruis mori dignatum? Et hoc pro quib⁹? Pro sceleratis, pro impiis. Quid tibi Domine retribuet opus tuũ bonum à te factum, propria voluntate peruersum, sed tua miseratione reparatum? Quid ab eo pro tãtis beneficiis expetis? Nũquid aliquid èius eges, aut ab eo quod ei nõ dedisti, requires? An fortè, imò hoc quæris vt aptum facias cui miserearis, vt dignum cõstituas quem immortalitatis tuæ participem reddas, vt facias bonum quem corones in æternum? Sed quid à nobis, vt hoc retribueres, accepisti? Nihil certè, an aliquid? Indulgeat Dominus terrę miseræ, si quippiam terra & cinis præsumpserit dicere. Non repudiet insipientẽ, sed respiciat confitentem. Dicat terra Domino suo, dicat homo factori suo. Nẽpe accepisti aliquid ex me, quod non habuisti in te. Volẽs enim subuenire terræ, sed excedere nolẽs modum iustitiæ, mortalem morte tua redimere cogitabas: sed vnde mori posses ex te nihilominus non habebas. Tu omnipotẽs, ego egens, tu immortalis, ego mortalis. Accepisti ex me egestatem pulueris, sumpsisti de me mortẽ carnis. Fudisti pro me pretium redẽptionis. O pretiosum pretium perditorum! Dicant nunc qui redempti sunt à Domino, quos liberauit de manu hostis: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculũ misericordia eius. Dicat ei terra redẽpta, terra irrigata, redẽpta sanguine, irrigata baptismate: Magna iniquitas mea, sed maior est redẽptio tua. Audiat ergo vocẽ Domini mei humani generis aduersarius, & nihil iam sibi applaudat elatus, quia pro totius mundi facinore in cruce pependit Dominus noster Iesus Christus. Nunc, inquit, iudicium est mundi, nunc princeps huius mũdi mittetur foras. Et ego, cùm exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. O quàm benè te tuo impetu diabole percussisti! Crudelitas tua tibi exitium, nobis attulit commodũ. Dũ nulli parcis, teipsum tandem interimis. Per vnius delictum omnes captiuasti, per vnius iustitiã omnes nihilominus amisisti. Si illũ qui tibi cõsenserat inuasisti, istum in quo nihil inueneras cur indebitè occidisti? Effudisti innoxiũ sanguinem, redde damnatam progeniem. Tu certè ille es qui tibi diuinitatis similitudinem arrogabas elatus, nũc ab homine diuino prosterneris superatus. Et quid mirũ, si te vtpote creaturã suam virtus diuina fecisset? Sed hoc est magnum atque mirificum, vt de puluere assumeret, vnde tuam nequitiam prosterneret atque cõtereret: vt qui supra sidera superbus erigebaris, nunc à carne supereris. Ille igitur sanguis quem effudisti, te vicit, me redemit. Denique illũ bibo, & veneni tui perniciẽ saluatus vltrà non timeo. Præualuisti in paradiso, sed victus es de patibulo. Quid mihi circumiectam paradiso igneã rhomphæam opponis? Ecce exaltati crucifixi profluens vnda restinxit versatilem flammã. Iam iam patet humano generi paradisus, in quo latronem confitentẽ reduxit Dominus Iesus Christus. O quàm grande mysterium! Paradisus qui clausus fuerat preuaricatori, iam reseratur latroni. An fortè & in hoc latrone totũ hominem, vel illum etiam primum generis humani parentem aduertere cõuenit? Si enim is qui aliis interficiendo intulerat mortẽ, latronis accepit nomen: quanto magis qui ipsam mortẽ, quæ non erat, peccãdo inuenit, latronis nõ immeritò crimẽ incurrit? Christus autem ait latroni, Hodie, inquit, mecũ eris in paradiso. Cui aliquando, charissimi, tardaueratur esse cõuersio, cùm latronis iam pendentis, iam morientis non fuerit repudiata confessio? O ampla Domini miseratio, obliuiscentis iniusti crimen, suscipientis pœnitentis fidem, pro scelere damnatum facientis electum, mortis debitorem reddentis æternitatis vitę participem! Sed planè huius

A

B

C

D

Psal. 76.

Psal. 106.

Ioan. 12.

Luca 23.

huius latronis extrema quidem, sed non minima fides, qui Dominum tunc nõ suscitantem mortuos, sed morientem pro peccatoribus propemodum agnoscere & cõfiteri promeruit. Solus denique Petrus passionis timore perterritus, quasi hominẽ denegat, latro crucifixum adorat. Sed Petrum ꝓnis correxit respiciendo, latronẽ verò beatificauit in gloria assumẽdo. O latronẽ laudabilẽ, mirabilem, imitabilem, sæuientem gladio, violentum cælo, rapinis inhiantem, fide feruẽtem! Sed hæc mutatio dexteræ excelsi est, vt versam vicem redderet diabolo Christus videlicet, vt quemadmodum diabolus primum deprauando hominem abstulerat de paradiso, sic Christus latronem cõfitentem erueret de inferno. Ille præsumentẽ de interdicto ligno decepit, iste pendentem de pœnali ligno redemit. Etenim, fratres, assumamus & nos vocem latronis huius, si nõ volumus esse latrones. Dicamus & nos, Memento nostri Domine, cùm veneris in regnum tuum. Hãc ergo cõfessionem illi⁹ sancti latronis, fratres charissimi, quam decantando protulimus, & respondendo propria voce fecimus, deuotione certissima proferamus: & sic dicamus, vt audiamur; sic cõfiteamur, vt saluemur. Fide ergo dicamus, corde clamemus. Ipse autẽ Dominus noster Iesus Christus audiet profectò vocẽ nostri clamoris, si integram deuotionem approbauerit mentis. Ipse perducat nos ad arborẽ vitæ, qui eruit nos de lacu miseriæ. Ipse aperiat nobis ianuas paradisi, qui confregit portas inferni. Ipse populum suum eruat à flagello, qui se conteri permisit ante præsidem Pontium Pilatum. Ipse in regnum suum perducat cõfitentes, qui pati dignatus est pro impiis innocens, vt sit nomen Domini benedictum in secula seculorum, Amen.

In eodem feria, de expositione Symboli.

Sermo CXXIII.

Sermo IIII.

Portet attẽdere, fratres charissimi, quãta Dei pietas sit erga humanũ genus. Omnipotens Deus creator & conditor angelorum & hominum, omnis creaturæ visibilis & inuisibilis, patrẽ se voluit vocari ab homine, & pro filiis habere quos fecit ex limo terræ. Si ergo credis Deo, dęmonem relinque: si Deum sequi volueris, quicquid eo non placeat deuitare procura. Gaude & exulta, quia vnum eundemq; Deum habes & patrem, ipsum cole, ipsum dilige, ipsius fac voluntatem. Nihil de idolorum cultu vel superstitionibus paganorũ cogites: quia Deus est omnipotens, qui omnia quæ tibi promittit potens est reddere. *Et in Iesum Christum filiũ eius vnicum, Dominum nostrum.* Nisi enim eundem Dei filium, eundemq; Christũ filium hominis tota mẽte absque vlla hæsitatione credideris atque cõfitearis, nec patrẽ tibi prodesse cõfiteri. Crede ergo filiũ Dei vnigenitum ab ingenito Deo patre, vitam à vita, verũ Deum de Deo vero, coæternũ & coëssentialem, omnipotentem & coęqualẽ per omnia patri, & ad æterna cum eo & cũ omnibus sanctis eius gaudia mereberis peruenire. *Qui cõceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.* Cũ spiritum sanctum ministratorem tantæ natiuitatis audieris, nullatenus dubites virginem potuisse concipere. Cur non credis eũ in vtero incorruptæ virginis potuisse hominẽ figurare, quẽ credere debes hominẽ fecisse de limo terræ? Nec dubites Mariam virginem mãsisse post partum, quia qualiter hoc factum sit, nõ humanus sermo neque sensus potest comprehẽdere: quoniã Deus pater voluit filiũ suum coæqualẽ sibi per omnia, in nullõque dissimilem humanam pro hominibus suscipere carnẽ: vt omnibus sibi credentibus eiusq; obsequentibus voluntati æternam vitam largiretur & gloriam: vt hominem ad imaginem Dei factũ, & per inuidiã deceptum diaboli, atq; à regno expulsum æterno, per vnicum filium suum carnem assumẽdo & humanã naturam suscipiẽdo erueret à diabolo, & regno restitueret æterno. *Qui passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.* Qui propter te humanæ carnis accepit corruptionem, ipse pro tua redemptione & salute in humanitate quam accepit, crucis pertulit passionem: quia passio illius nostra est vita, mors illius est liberatio nostra. *Tertia die resurrexit à mortuis.* Si te triduana Domini sepultura conturbet, resurrectio gloriosa cõfirmet. Quicquid enim infirmitatis audis in Christo, nostræ hoc necessitatis, nostræ redemptionis est causa: quicquid gloriæ, eius est proprię potestatis. Qui ideo mortuus est, vt nos reuiuisceret, ideo resurrexit, vt nos ad vitã resuscitaret æternam. *Ascendit ad cælum, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.* Si tibi magnũ & pretiosum videtur, quòd pro te filius Dei pepẽdit in cruce, illudq; sublime quòd ascendit in cælum, illud te multo magis stupere oportet, quòd pro te mortuus est & sepultus. Quia ad hoc descendit, vt ea quæ humanæ displicẽt infirmitati, pro tua salute sufferret, & te ad æternã & ad cælestem gloriam secũ perduceret. *Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* Ipse qui ab iniquis & impiis iudicaturus est ad mortem, ipse omnes bonos & iustos iudicaturus est ad gloriã, omnesq; impios detrusurus ad pœnam. *Et in spiritum sanctum.* Sicut credidisti Deum patrẽ omnipotentem, & filium eius vnigenitum, pari fide & veneratione crede spiritum sanctum vnum Deum esse, pari filióque coæqualem in omnibus, in nulloq; dissimilem. *Sãctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum.* In qua omnis qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto æternam omnium percipiet indulgentiã peccatorum, extra quam omnes iniqui & impij ad supplicia deputãtur æterna. *Carnis resurrectionem & vitam æternam.* Quod in Christi gloriosa resurrectione audisti cõpletũ, hoc in te omnino in futuro iudicio crede esse complendum: & carnis tuæ resurrectio te reparet in æternum. Nisi enim credideris, reparandum te esse post mortem, ad præmium vitæ æternæ peruenire nõ poteris. Si autem credideris, æternis gaudiis inseraris: per Christum Dominum nostrum viuentem & regnãtem cum patre & spiritu sancto nũc & semper, & in omnes æternitates seculorum seculi, Amen.

A

B

C

Feria quarta post Dominicam Palmarum, de passione Domini.

Sermo CXXIII.

Sermo I.



In lectione Euangelica quæ nobis hesterno die recitata est, fratres charissimi, audiuim⁹ Dominũ dixisse discipulis suis, Omnes vos scandalum patiemini in hac nocte propter me. Cui beatus Petrus ait: Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scãdalizabor. Sed Dominus inspector cordis respõdit, & dixit: Amen dico tibi, antequã gallus cantet, ter me negabis. Ille autẽ dixit: Etiã si me mori oportuerit ꝓ te, nõ te negabo. Videte fratres charissimi, verus & cęlestis medic⁹ venã cordis inspexerat, & qua hora tẽtationis põdus vel infidelitatis frigus vẽturũ esset, prædixerat. Medicus prædicabat, & ægrotus negabat. Sed vbi ad horã vẽtũ est, falsum fuit q̃ ꝓmiserat homo, & verũ apparuit quod prædixerat Deus. Quid enĩ homo sine dei gratia possit, timor beati petri apostoli euidẽter ostẽdit. Per solũ enim liberũ arbitriũ, nõ addito etiã dei adiutorio ꝓmiserat se pro Domino moriturũ. Sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus cùm negaret Christũ, & nisi quod ait Propheta, Omnis caro fœnũ? Et ideo beatum Petrum pau-

Matth. 26.

D

Esa. 40.

Iulum Dominus subdeseruit, vt in illo totũ humanum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratia præualere, & vt ecclesiæ rectori futuro ignoscendi peccantibus quædam regula poneretur. Credendæ enim erant Petro apostolo claues Ecclesię: imò creditæ sunt ei claues regni cælorum. Credenda quoque ei erat populorum innumera multitudo quę esset pro suæ naturę vitiis, passionibus, culpis inuoluta atque peccatis. Denique sic ad eũ Saluator dicit: Tibi, inquit, dedi claues regni cælorũ. Deinde sequitur, dicẽs: Quęcũque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo: videlicet vt in clauibus fidelis ianitor, in sententiis esset clementissimus dispẽsator. Erat enim reuerà hic Petrus paulo durior & seuerus, sicut eius austeritatẽ truncata ob Christi iniuriam serui principis sacerdotũ declarat auricula. Hic igitur tã durus tamq; seuerus, si donum nõ peccandi à Domino fuisset indeptus, quę venia commissis populis donaretur? Sed idcirco diuinæ prouidẽtiæ secretum ita tẽperauit atque permisit, vt primus ipse laberetur ac rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem sentẽtiam proprij casus intuitu tẽperaret. Quãtum igitur diuini muneris erga salutẽ hominum, quãtum curę quantumq; solicitudinis impendatur, aduertite. Totius corporis morbũ in ipso capite curat Ecclesiæ, & in ipso vertice cõponit mẽbrorum omniũ sanitatem, in ipsa cõfessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamento, in Petro scilicet illo qui dixerat, Etiam si me oporteat mori tecũ, non te negabo. Hic est Petrus, qui diuina reuelatione prior omniũ veritatẽ meruit confiteri, dicẽs: Tu es Christus filius Dei. Hic tantus & talis venit ad illam nostẽ, in qua Dominus tradebatur, & cũ se calefacere vellet ad prunas, accessit ad eum puella, & dicit ei: Et tu hesterno die cũ homine hoc eras. At ille mox respõdit, Nescio hominem istum. Quid agis, ò Petre, futuræ rector Ecclesiæ, quid loqueris? Intuere quid sis interrogatus, vel quid interroganti responderis. Vox tua repentè mutata est: hoc est, omne illud quod cito, sed non cauto sermone promiseras. Hoc est totum quod etiã omnibus negantibus te vsque ad mortem perseuerare iuraueras? Nondum fidem tuam aliquis tentauit atque discussit, nondum te ob Christi negationẽ aduersarius traxit ad publicum, nondum es apud reges & præsides propter nomen eius exhibitus: non tibi flagella, nondum sunt admota tormenta. Quis porrò est qui te interrogat, quod tam citò negasti? Nõ est seruus, non liber, nõ pharisęus, nõ scriba, nõ sacerdos, non miles, non centurio, nõ spiculator, nullus postremò eorũ qui autoritate sua posset formidinẽ incutere confitenti: mulier te simplici voce interrogat, & fortasse nec proditura confessum: nec verò tantum mulier, sed puella: & non solùm puella, sed ostiaria, vile proculdubio abiectúmque mancipium. O res stupẽda! Puella accedens fidẽ Petri discussit, & mirũ si soliditatẽ Petri non turbo, non imber, sed roris leuissima gutta transfixit. Petrus labia puellæ non sustulit: sed vbi locuta est, ille turbatur. præcessit sermo puellæ, & immobilis colũna concussa est. Veruntamen instabat illa interrogãs, & dicebat: Et tu hesterno die cũ homine hoc eras? Petrus autẽ eo magis oppressus formidine, hominẽ se scire negauit. Quẽ respiciens Christus, suorũ fecit recordari sermonũ. At ille intelligens factu, cõuersus ad pœnitentiam amarissimè fleuit. Agnouit enim sibi vt homini peccati irrepsisse pernicię, quod torũ hactenus, vt memini, diuinitus procuratum est. Videte ergo, fratres charissimi, quemadmodũ exiguæ culpæ permittitur subiacere tantus Apostolus, vt emendatus elationis vitio atque correctus: integro vestiatur moderationis & clemẽtiæ indumẽto. Iam enim eruditus es & edoctus in Petro, quẽadmodum cũ Dominus tui causa patitur circũscribi delicto, quẽadmodũ illum fidei pieratisq; signiferum, & generis humani columnam permiserit metu dominante quassari, vt populorum doctoribus & magistris esset exemplum, à Deo sibi non peccãdi gratiam minimè cõdonatã, sicut dicit apostolus Paulus, Considerans te, ne & tu tẽteris. Cùm fortè quis fuerit in Ecclesia delicto præuentus, non statim abiciat, condẽnet, sed compatiatur ac lugeat, consoletur & reuocet, cõmoder iacẽti affectum, porrigat manũ, erigat lapsum, spem ei diuinę clemẽtiæ repromittens, sub qua etiam seruire exemplo tãtorum comprobat magistrorũ. Hæc autem nos, vt suprà memorauimus, non iustos culpando, sed peccatores ad spem erigendo protulimus; & primò quidem virtutes eius extulimus, vt & iustis formam cautelæ, & peccatoribus salutis monstraremus exemplum.

Matth. 16.

Ibidem.

In eadem feria, De expositione Symboli.

SERMO II. SERMO CXXV.

Est in appendice sermo XLVII.

In eadem feria, de Oratione Dominica.

SERMO III. SERMO CXXVI. CAP. I.

VONIAM domino gubernante, iam estis in via regia cõstituti, & propè est dies quo ad cælestis regis veluti cõsistorium veniatis, moneo vos charissimi, vt precẽ legitimã patri & Deo offerendã antè discatis. Nã quia stupida mens hominum & ignara cælestium, nec scire, nec inuenire poterat quemadmodum Deum dignè precaretur: ipse verus Dominus & magister ostẽdit & docuit, per se quidem sanctos Apostolos, per illos autem nos, quomodo debeamus orare. Sic, inquit, orabitis: *Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: Veniat regnum tuum, fiat volũtas tua, &c.* O verè cælestis oratio, quæ tota est oratio! Nã si singula verba prout sunt, latiùs tractare voluerimus, dies antè quàm sermo deficiet. Attamẽ breuiter percurramus. Dicimus: Pater noster qui es in cælis. Sic incipiendo, bonitatẽ Dei & gratiam protestamur. Nam quando nos terrestres & miseri, & imbecilles, & inutiles serui auderemus vultũ leuãtes ad cælum dicere, Pater noster: nisi ipse per suũ nobis vnigenitum hãc fiduciã præstitisset? Sicut scriptũ est: Quotquot eum receperunt, dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Accepta igitur potestate patrem vocamus Deum: quia per fidem spiritũ adoptionis accipimus, vt nos factos Dei filios gratulemur. DEINDE dicimus, *Sanctificetur nomen tuum.* Hoc actio gratiarum est, veluti si dicatur, Sanctum sit & benedictum nomẽ tuũ. Decet ergo gratias agere, qui gratiam meruerunt. *Veniat regnum tuum.* Non vtique vt incipiat ille regnare, cuius regnũ est omnium seculorum: sed hoc optamus, vt finem nostris faciat malis, & veniens de cœlo nos assũmat in regnum. Hoc enim dicto admonemur, vbi vitam nostram & substantiam & regnum sperare debeamus. Similiter dicimus: *Fiat voluntas tua sicut in cælo, ita & in terra.* Quis enĩ obstat Deo, quo minus fiat voluntas eius vbique? Sed hoc oramus, vt sicut in cælo fit voluntas Dei, vbi nullus offendit: ita virtutem nostris animis tribuat, vt eius volũtatem nos q̃ sumus in terra, facere & implere possimus. Vel certè cùm dicimus, Fiat voluntas tua: docemur semper ad Dei, nõ ad nostram respicere voluntatẽ: quia in nostra volũtate aliquotiens contraria sunt, in Dñi autem volũtate vita est semper & bonitas. Consequenter iã post cęlestia etiam terrestria postulamus, sed tantũ necessaria. Nam dicimus, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

Matth. 6.

Ecclesi. 7. Genes. 22. Iob 1. 2.

Matth. 6.

Ioan. 1.

CAP. II.

hodie. O sapientia vera & diuina prouidentia, quæ docuit & panẽ solùm petere, & hodie nominare. Hoc enĩ dicto & auiditas cum auaritia tollitur, & humanæ vitæ insinuatur incertũ: secũdum illud, Nolite soliciti esse in crastinũ. Verè enim incõueniens esset cum in multos annos & tẽpora, vel certè in aliũ diẽ necessaria postulare, cui fortè sub nocte esset vita finienda. Sic enim & ille auarissimus dives, qui restructis horreis & repletis dixerat ad animam suam: Habes multa bona in annos multos, epulare: audiuit à Domino, Stulte hac nocte repetunt animã tuam: quæ præparasti, cuius erunt? Cõpetenter ergo oramus, panem nostrum quotidianũ hodie nobis dari: quia crastinus dies quid pariat, ignorãmus. DICIMVS deinde, *Dimitte nobis debita nostra.* Debita, fratres, peccata intelliguntur. Nam debitum contrahitur, quotiescunque delinquitur: quod debitũ quãndoq; solui in gehenna necesse est. Et quia humanæ fragilitati non deest quotidie vnde delinquat: ideo petimus vt debita nobis, dũ sumus in corpore, dimittantur, ne vsq; ad nouissimũ quadrantem desudemus. Bene autem adiungitur, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Vides charissime, quanta nos conditione diuinus sermo præstringat: Dimitte ergo, vt dimittatur tibi. Habes aliquẽ debitorem qui in te peccauit, qui fortè iniuriam fecit: dimitte illi roganti, indulge poscenti, parce pœnitenti: ne dũ denegas pietatem fratri, tibi claudas indulgentiã patris. Iam verò vtilissimo fine oratio sacra completur orando cõtra tẽtationem & malum. Dicimus enim, *Ne nos inducas in tẽtationem, sed libera nos à malo.* Inducit Deus in tentationem hominem, cùm tentari permittit vt probet, nõ vt perimat. Tẽtat autem non quasi mentiũ nescius humanarũ, sed vt suos fideles faciat in seculo manifestos, sicut scriptum est: Vasa figuli probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. Sic Abraham tentauit in filio & honorauit, sic Iob dãdo in tentationes varias probauit, sic sanctos Apostolos, sic beatissimos martyres per ignem quoque & gladios coronauit. Ex quo apparet, à Deo tentationes huiusmodi prouenire, & diabolum nihil sine Dei permissione valere. Ergò Deus solus adorãdus est, qui potest educere de tentatione. Educit verò, cùm liberat à malo. A malo autẽ liberat, quãdo super id quod possumus, non nos permittit tentari. Habetis fratres, ostẽsum, & quẽ debeatis orare, & cui gratias agere, & cuius cupere regnum, vel expectare voluntatẽ. Deinde cõtra tentationes & malũ, cuius sit auxilium præstolandũ. Ecce in paucis omnia, & in breuitate cõpleta sunt. Quia ergo non difficilè discitur, imò facilè retinetur, omnes hortor tã viros quàm feminas, discite retinere: vt cùm fueritis gratiam Domini quam cupitis consecuti, inter omnes sanctos hanc precẽ ore consono proferre possitis, & corde mũdo diligere: vt Christus sedens ad dexterã patris in ore vestro verba sua videẽs, & in corde vestro sua præcepta, & hic vos custodiat, & futuro æuo dignos efficiat. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Matth. 6.

Ioan. 13.

Item, De eo quod scriptum est in Esaia, Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitiente, &c. Inter 50. Homil. 36.

Feria quinta in cœna Domini, de eo quod scriptum est in Euãgelio secundum Ioannem, Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, &c.

SERMO CXXVII. SERMO I.

ODIE, fratres charissimi, audiuimus Euangelistam dicentem, *Quia cùm surrexisset à cœna Dominus, posuit vestimenta sua & præcinxit se linteo, & cœpit lauare pedes discipulorũ.* Quid nos, dilectissimi, in hoc loco dicturi sumus? Quam excusationẽ prætendere poterimus, qui dedignamur impendere peregrinis, quod ille dignatus est impendere seruis suis? Sed tum fortè aliqui viri potentes & nobiles, sunt aliquæ delicatæ matronæ, quæ dedignantur se inclinare vsque ad vestigia sanctorum in hoc mundo peregrinantium: hospitum pedes non solùm ipsi dedignantur abluere, sed nec suorum quidem cuiquam vt pro se faciant, imperare. Erubescunt forsitan nobiles delicatis manibus viri, vel mulieres Christianæ in hoc mundo sanctorum contrectare vestigia, quia hoc natalium prærogatiua nõ patitur. Mala nobilitas quæ se per superbiam apud Deum reddit ignobilem. Erubescunt ergo nobiles & potentes sanctis & peregrinis abluere pedes in hoc seculo: sed si se non correxerint, plus habent erubescere & dolere, cùm ab illorũ cõsortio separati fuerint in futuro. Tũc sine vllo pœnitẽtię remedio affligentur, cùm illos quos despexerant, propter humilitatẽ viderint accipere regnũ, se propter superbiã meruisse supplicium. Timeamus ergo, fratres, illud quod beatus Petrus apostolus timuit, quãdo audiuit Dominum dicentem, Si non lauero te, non habebis partem mecũ. Et dum Petrus recusat, negat illi Christus regnũ, nisi accepisset obsequium: ne fortè & nos, si sanctorum pedes dedignamur abluere, partem cum illis non mereamur habere, inclinemus nos potius ad sanctorum vel peregrinorum vestigia: quia cùm hoc sancta humilitate complemus, illorum quidem pedes manibus nostris tangimus, sed animarum nostrarum sordes & maculas per fidem & humilitatẽ abluimus, & non solùm minuta, sed etiam capitalia peccata purgamus. Gaudete ergo, dilectissimi, & exultate in Domino, qui nobis in hoc die salutiferæ cõsolationis mysteria cõsecrauit. Vnde autem cõmendauit Dominus corpus & sanguinem suum? Vnde nisi de humilitate sua? Nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Respice altitudinem ipsius; In principio erat verbum. Ecce qualis est cibus sempiternus. Sed manducant angeli, manducant supernæ virtutes, manducant cælestes spiritus, mãducant & saginãtur, & integrũ manet quod eos satiat & lætificat. Quis autem homo posset ad illum cibũ ascendere? Quia ergo ad illum panẽ homo non poterat ascẽdere, dignatus est panis ipse descẽdere ad hominẽ: & hoc cũ ineffabili pietate factũ est, quia oportebat vt mẽsa illa angelorum lactesceret, & ad paruulos peruenireret. Sic ergo fecit sapientia Dei, sic nos per carnis assumptionem pauit pane cælesti. Quia verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Vide ergo humilitatẽ quia panem angelorum manducauit homo: id est, verbum illud vnde pascuntur angeli sempiternũ, quod est æquale patri, manducauit homo. Et ideo, fratres charissimi, quia nos Dominus noster patiẽtia docuit, pœna liberauit, morte redemit, speremus semper in Domino, & nihil sine eius voluntate & adiutorio præsumamus. Nostis enim quid temerè beatus Petrus promiserit Christo: Et si omnes, inquit, scãdalizati fuerint in te, ego nunquã scãdalizabor. Dominus qui nouerat fragilitatem humanã, & sciebat non esse in promissione, sed in consummatione virtutem: Amen, inquit, dico tibi, quòd in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Dicit ei beatus Petrus: Etiã si me mori oportuerit tecũ, non te negabo. Videte fratres, responsionẽ discipuli, & intelligite dilectionis esse quod dixit. Sed qa per solũ sui amoris studium, non addito etiã adiutorio Domini voluit esse promissum, stare nõ potuit per hominem, quod sub diuinitate pendebat: fuit quidem in voluntate, sed non fuit in virtute, sicut ipse Dominus dicit, Spiritus promptus est, caro autem infirma. Et iterum: Sine me nihil potestis facere. Vsque ad mortem promisit, & in timore negauit. Habuerat cõfessionem mira-

Matth. 25.

Ioan. 6.

mirabilem, si habuisset in cõsummatione virtutẽ. Vnde, dilectissimi fratres, rogo & admoneo vos, vt vnusquisque recurrat ad testẽ idoneum, id est, cõscientiam suam: & si ibi aliqua vulnera inuenerit peccatorũ, confugiat ad remedium lachrymarum, pœniteat se fecisse quod fecit, incipiat vigilantissimo corde præterita curare, præsentia vitare, futura prospicere, & Deo auxiliãte, omnia mala repellere: quia quãdiu quis in hoc seculo viuere possit ignorat, nec licet euadere, nisi pœnitentia præcurrente. Illud ante omnia, dilectissimi fratres, quod specialiter pertinet ad fideles, pia fide & tota animi deuotione cogitate. Accessuri ad altare Domini Dei nostri inspicite vniuersa latibula cordis vestri, ne fortè sint ibi aliqua peccata, quę nõdum curata sint eleemosynis atque ieiuniis: & tirnete illud Apostoli, Qui mãducauerit corpus Domini, & biberit sanguinẽ eius indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de corpore illo edat, & de calice bibat. Nullus ex vobis cõtra vllum hominem odiũ reseruet in corde suo, vt securi possitis dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Castitatem autem ante omnia custodite, gulam refrenate, ebrietatẽ fugite, pauperibus secũdum quod vires suppetũt, eleemosynas date. Et hoc ante omnia rogo, fratres charissimi, vt gaudiũ, q̃ nobis hucusq; de vestra deuotione fecistis, in die craستina, id est, in passione Domini cõpleatis. Non enim qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. Et ideo sic agere debetis, ne per vnius diei negligẽtiam perdatis, quod per totã Quadragesimã acquisistis. Sic est enim tota Quadragesima abstinere, orare vel psallere, & in passione Dñi, id est, in Parasceue de ecclesia se subtrahere: quomodo si quis cũ grãdi labore studeat terrã colere, & messem non mereatur accipere. Et ideo rogo vos, vt nullus se de ecclesia subtrahat, nisi fortè quẽ aut corporis infirmitas, aut grandis & publica necessitas tenuerit occupatũ. Ipse enim in Paschali sollẽnitate legitimũ gaudium poterit celebrare, qui in passione Domini se noluit de ecclesiæ cõuentu subtrahere. Qui me in hac suggestione libenter audierit, cõsido quòd illi Deus & in hoc seculo & in futuro gloriosa præmia recompensabit: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

1.Cor.11.

Matth.6.

Eodem die de Iuda Iscarioth.

SERMO II.

SERMO CXXVIII. Est in appendice sermo XLVIII.

Eodem die, de fide recta.

SERMO III.

SERMO CXXIX.

REDIMVS in vnum Deum, patrem & filium & spiritũ sanctum, visibilium & inuisibilium factorem, per quẽ creata sunt omnia in cælo & in terra. Hunc vnum Deũ, & hanc vnam esse diuini nominis trinitatem: patrem non esse filium, sed habere filium qui pater non sit: filiũ non esse patrem, sed filium Dei esse natum: sanctum quoq; paracletũ esse, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed à patre filioq; procedat. Est ergo ingenitus pater, genitus filius; non genitus paracletus, sed à patre & filio procedens. Pater est, cuius vox hæc est audita de cælis, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Hic filius est qui ait, Ego à patre exiui, & veni in hunc mundum. Paracletus est ipse de quo filius ait, Nisi abiero ad patrem, paracletus non veniet ad vos. Hanc esse trinitatẽ personis distinctam, indifferentẽ; præter illam nullam diuinam esse naturã vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicuius, quæ Deus esse credatur. Hũc igitur filiũ Dei Deum natum à patre, & esse principium, patremq; illum sanctificasse in vtero Mariæ virginis, atque ex ea vnum hominem sine viri semine generatũ: id est, suscepisse Dominum nostrum Iesum Christũ non imaginarium corpus, aut forma sola compositum, sed solidum. Atque hũc & esurisse & sitisse, & doluisse & fleuisse, & omnia corporis exercitia sensisse. Postremò crucifixũ, mortuum & sepultum, tertia die resurrexisse, cõuersatum postmodum cum discipulis, quib⁹ sanctum paracletum misit, dum ad cælos ascendisset: hũc filium hominis nunc vocari. Resurrectionẽ veram humanæ credimus carnis. Animam hominis nõ diuinam esse substantiã vel Dei patris, sed creaturam diuina voluntate prolapsam. Si quis ergo dixerit atque crediderit, à Deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse atque eius omnia instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit Deum patrem eundẽ filium esse vel paracletũ, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit Deũ filium eundem esse patrem vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit paracletum spiritum, esse patrem seu & filium, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit hominẽ Iesum Christũ à filio Dei assumptum non fuisse, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit filiũ Dei Deum passum fuisse, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit hominem Iesum Christum, hominem impassibilem fuisse, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit alterum Deum esse priscæ legis, alterum Euangeliorum, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit ab altero Deo mundũ fuisse factum quàm ab illo de quo scriptum est, In principio fecit Deus cælũ & terram, qui solus verus Deus est, anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit corpora humana non resurrectura post mortẽ, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit animam humanam Dei portionem vel Dei esse substantiam, anathema sit. Si quis aliquas Scripturas præter eas quas catholica Ecclesia recepit, vel in auctoritate habendas esse crediderit, vel fuerit veneratus, anathema sit. Si quis non dixerit, semper patrem, semper filium, & semper spiritum sanctum esse, anathema sit. Si quis non dixerit filiũ natum esse de patre, id est, de substantia paterna, anathema sit. Si quis nõ dixerit verbũ Dei filium Dei esse, & Deum patrem eius, & omnia posse, & omnia nosse, & patri æqualẽ, anathema sit. Si quis dixerit, quòd in carne constitutus filius Dei cùm esset in terra, in cælis cũ patre non erat, anathema sit. Si quis dixerit, quòd in passione crucis dolorem sentiebat filius Dei Deus, & non caro cum anima quam induerat formã seruiã sibi acceperat, sicut ait Scriptura, anathema sit. Si quis non dixerit, quòd in carne quam assumpsit sedet in dextera patris, in qua vẽturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit. Si quis nõ dixerit spiritum sanctum de patre esse verè ac propriè, sicut filius de diuina substantia, & Deum verum, anathema sit. Si quis dixerit spiritum sanctum facturam, aut per filium factum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia per filium & spiritum sanctum patrẽ fecisse, id est, visibilia & inuisibilia, anathema sit. Si quis nõ dixerit patris & filij, & spiritus sancti vnam diuinitatem, parem maiestatem, potentiã, vnam gloriã, dominationẽ, vnum regnum atq; vnam voluntatem, anathema sit. Si quis tres personas nõ dixerit veras, patris & filij & spiritus sancti æquales, semper viuẽtes, omnia cõtinẽtes visibilia & inuisibilia, omnia potẽtes, omnia iudicantes, omnia viuificãtes, omnia faciẽtes, omnia quę saluãda sũt saluãtes, anathema sit. Si quis nõ dixerit adorandum spiritum sanctum ab omni creatura, sicut filium & patrem, anathema sit. Si quis de patre & filio bene sensẽrit, de spiritu autem sãcto nõ rectè habuerit, hæreticus est. Quòd omnes hæretici

Matth.3. Ioan.16.

Genesi.

Philip.2.

retici de filio Dei & spiritu sancto malè sentientes, in perfidia Iudæorum & gentilium inueniuntur. Quod si quis patiatur Deum patrẽ & Deum filium & Deũ spiritum sanctum deos dici, & non Deum, propter diuinitatem & potẽtiam vnam, quam credimus esse & scimus patris & filij & spiritus sancti, anathema sit. Si quis subtrahens aut filium, aut spiritum sanctum, ita solum existimet esse Deum patrem dici, aut credi vnũ Deum, anathema sit.

Ioan.13.

Item in eadẽ feria Hom. de eo quod scriptũ est in Euangelio secundum Ioannem, Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.
Item eodem die alius sermo de Psalmo 63. Exaudi Deus orationẽ meã, &c. qui sumptus est de expositione Doctoris eiusdem Psalmi, to. 8.

Feria sexta in parasceue, de cruce & latrone.

SERMO I.

SERMO CXXX. Est in appendice sermo XLIX.

Eodem die, de expositione Symboli, ad competentes.

SERMO II.

SERMO CXXXI.

VÆ so vos, fratres charissimi, vt nobis referantibus expositionẽ Symboli attẽtiùs audiatis. Quæ doctrina Symboli virtus est sacramẽti, illuminatio animæ, plenitudo credentiũ, in eo q̃ docetur aut discitur, & vnitas trinitatis, & trinitas distincta personis, & opulentia creatoris, & redemptio passionis. Hoc nexus infidelitatis absoluitur, hoc vitæ ianua panditur, hoc gloria confessionis ostẽditur. Symbolum, dilectissimi, breue est verbis, sed magnũ est sacramẽtis: paruum ostendẽs imminutione latitudinis, sed totum continens cõpendio breuitatis: exiguum est, vt memoriam nõ obruat, sed diffusum vt intelligẽtiam supercedat, cõfirmans omnes perfectione credẽdi, desiderio confitẽdi, fiducia resurgendi. Diguè ergo & attentiores & frequentiores, & pro ratione tẽporis ipsius puriores ad audiendũ Symbolũ cõuenistis. Quicquid enim præfiguratũ est in Patriarchis, q̃quid nũciatum est in Scripturis, quicquid prędictũ est in Prophetis vel de Deo ingenito, vel ex Deo Dei vnigenito, vel de spiritu sancto, quamuis latenter ostẽsum sit, vel de suscipiendi hominis sacramẽto, vel de morte Domini resurrectionisq; mysterio, totum hoc breuiter iuxta oraculũ Propheticum, symbolum in se continet confitendo. tenẽdo ergo, fratres charissimi, collationẽ fidei & gratiã, professionis mysterium memoriæ commendatum, iam ad istius Symboli professionis sacramentũ textumq; veniamus, quod in hũc modum incipit: *Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ: & in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominũ nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionẽ, remissionem peccatorum, huius carnis resurrectionem, vitam æternã, Amen.* Repetendus est nobis, dilectissimi, sermo Symboli huius, qualiter ea quæ dicimus vestris sensib⁹ melius inseramus. *Credo in Deũ patrem omnipotentẽ, creatorem cæli & terræ.* Tertia igitur vice repetitur, vt ad reliqua capiẽda fideli cursu peruenire possimus. Et quia lex fidei nostræ in trinitate cõsistit, vt ipse numerus repetitionis cum signo veniat trinitatis, tertia vice ordo Symboli recensendus est. In primis, dilectissimi, qualis sermo sit, in capite Symboli diligẽter aduertite, & quali principio inchoẽtur, solicitiùs pertractate. Ergo in primo habet, *Credo.* Vide quòd Dominus noster nõ nos iuber discutere diuina iudicia, sed credere: nec rationẽ requirere, sed fidẽ simpliciter & immobiliter exhibere.

In Deum patrem. Aduertite, quòd cùm Dei patris nomẽ in confessione coniũgit, ostendit quòd non ante Deus esse cœperit & postea pater: sed sine vllo initio & Deus semper & pater est. Quia ergo semper fuit pater, semper habuit filium cui pater est. *Omnipotentem* verò ideo dicit, quia omnipotens est, cuiq; nihil impossibile est, qui cælum, terram, mare, homines, atque omnia animalia & reptilia non aliquo operis actu, sed solo verbi creauit imperio. Et ideo non nobis veniat in cogitationem quomodo hoc aut illud potuit fieri, qui omnipotentẽ præcipimur confiteri. *Creatorem cæli & terræ.* Hoc ait quod superius dixi, quia omnia sola verbi potestate perfecit. *Credo & in Iesum Christum filium eius.* Aduertite, quòd quomodo in patrem, sic & in filium credendum sit. Et quia cum patre æqualis est maiestate, tãtum ipsi quantum & patri honoris nos debere nouimus, & seruitutis obsequiũ. *Iesum Christũ.* Iesus Saluator interpretatur, Christus verò à chrismate dicitur: quia sicut antiqui reges à sacerdotib⁹ oleo sacro perfundebãtur, sic Dominus noster Iesus Christus spiritus sancti infusione repletus est. *Qui conceptus est de spiritu sancto.* Non poterat aliunde quàm de Deo cõcipere, quæ deum meruit procreare. *Natus ex Maria virgine.* Non potuit non talem habere conceptum, quæ virgo erat permansura post partum. *Passus sub Pontio Pilato.* Iste Pilatus iudex erat in illo tẽpore, ab imperatore positus in Iudæa, sub quo Dominus passus est: cuius mẽtio ad tẽporis significationem, nõ ad personæ illius pertinet dignitatem. *Crucifixus & sepultus.* Crucẽ illam in qua ille crucifixus est in corpore, nos gestamus in fronte. *Sepultus est.* Sicut in veritate natus, ita in veritate mortuus & sepultus. *Tertia die resurrexit.* Triduana sepulturæ mora euidenter ostendit, quòd dum corpus in sepulchro iacuit, anima illa de infernis triumphauit. *Ascendit ad cælos:* id est, conditionem naturæ nostræ quam de homine matre natus assumpsit, super cælos in dexterã Dei patris collocauit. *Inde venturus iudicare viuos & mortuos.* In ipso corpore venturus est ad iudicium, in quo ascendit ad cælum. Christianos iudicat & Paganos, iustos & peccatores, fideles & impios. *Credo & in spiritum sanctum.* Aduertite, quòd sicut in patrem, ita & in filiũ & in spiritum sanctum sit credendum. Nam qui vel in vnam de trinitate personam non crediderit, in duabus illi credidisse non proderit. *Sanctam ecclesiam catholicam.* Sciendum est, quòd Ecclesiam credere, non tamen in Ecclesiam credere debeamus: quia Ecclesia non est Deus, sed domus Dei est. Catholicam dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hæreticorum ecclesiæ ideo catholicæ non dicuntur, quia per loca atque per suas quasq; prouincias cõtinentur; hæc verò à solis ortu vsque ad occasum vnius fidei splẽdore diffunditur. *Sanctorum communionem:* id est, cum illis sanctis qui in hac quam suscepimus fide defuncti sunt, societate & spei cõmunione teneamur. *Remissionem peccatorum.* Oportet enim, vt post remissionem quæ nobis præstatur munere redemptoris in baptismo, plenæ credulitatis teneamus affectum. *Carnis huius resurrectionem.* Carnem quã in hac vita sub mortali conditione portamus resurrecturam esse immortalem, ac rationem redditurum pro animę cõsortio credamus. *Vitam æternam.* Absque vlla dubitatione fatemur, nos vitam æternã cõsecuturos, si hæc quæ vobis exponimus sacramenta fideliter teneatis, ac bonis actibus cõseruetis. Hũc breuem Sermonẽ de vniuerso Symbolo vobis debitum reddidi, q̃ Symbolũ cùm audieritis, totum istũ Sermonem nostrum breuiter collectũ recognoscetis: nec vt eadẽ verba teneatis vllo modo scribere debetis, sed audiẽdo pdiscere, & memoria semper tenere atq; recolere. Quicquid

August. tom. 10.

cuim in Symbolo audistis iam, diuinis Scripturarum sanctorũ literis cõtinetur. Cõmemoratio fit promissionis Dei, vbi per Prophetã prænuncians Testamẽtum nouũ dixit, Hoc est testamẽtũ quod ordinabo eis post dies illos, dicit Dominus, dans legẽ meam in mẽte eorum, & in corde eorũ scribam ea. Huius rei significãdę causa, audiẽdo Symbolum nõ in tabulis vel in vlla materia, sed in cordib⁹ scribitur: præstabit ille qui vos vocauit ad suũ regnũ, vt eius gratia regeneratis vobis, etiã spiritu sancto scribatur in cordibus vestris, vt q̃ creditis diligatis, & fides in vobis per dilectionẽ operetur, ac sic Domino Deo largitori bonorũ omniũ placeatis, nõ seruiliter timẽdo pœnã, sed liberaliter amando iustitiã. Hoc ergo Symbolũ quod vobis per Scripturas & sermones ecclesiasticos insinuatum est, sub hac brẽui forma fidelibus confitendum & profitendum est.

Hier. 31.

Item in eodem die, de passione Domini, sermo De diuersis, LXXVI.

Sabbato in vigilia Paschæ, de Ioseph qui corpus Domini petiit à Pilato, &c.

SERMO CXXXII.

SERMO I.
Est in appendice sermo L.

Eodem die de sepulchro Domini.

SERMO II.

SERMO CXXXIII.

VIDEAMVS, fratres, de Domini corpore, postẽaquam de cruce deponitur, quid geratur. *Accepit illud Ioseph ab Arimathia, vir iustus*, sicut ait Euãgelista, *& in nouo suo sepeliuit monumento, in quo nõdum quisquam positus fuerat.* Beatum ergo corpus Domini nostri Iesu Christi, quod cùm nascitur, ex vtero virginis gignitur: cùm recedit, iusti tumulo cõmendatur. Beatũ planè corpus quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit enim illud Ioseph tumulo incorruptum, sicut seruauit illud Marię vterus illibatum. Sicut enim pollutione ibi non tangitur, sic mortis corruptione non læditur. Vbique beato corpori defertur sanctitas, vbiq; virginitas. Nou⁹ illud venter cõcepit, nouus tumulus cõclusit. Dominica ergo est virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulturã vuluam dixerim: est enim similitudo non parua. Sicut enim Dominus de matris vulua viuus exiuit, ita & de Ioseph sepultura viuus surrexit. Et sicut de vtero tunc ad prædicandũ natus est, ita & nunc ad euangelizandũ renatus est de sepulchro: nisi quòd gloriosior est ista quàm illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illam natiuitatẽ ad inferos descẽditur, post hãc remeatur ad cęlos. Religiosior est planè ista quàm illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, totius mundi Dominum nouem mensibus in vtero clausum tenuit; hæc autem triduo tãtùm tumuli gremio custodiuit. Illa cũctorum spẽ tardius protulit, hęc omniũ salutẽ citius suscitauit. Fortasse quis dicat de priori Dominicæ natiuitatis prędicatione, in qua prędicauimus, nõ minorem esse gloriã, quòd tumulus Ioseph suscitauerit Dominũ, quàm quòd eum sanctæ Marię vterus procrearit. Quę cõparatio vẽtris & tumuli, cùm ex intimis visceribⁿ illa ediderit filiũ, hic autem solũmodo locũ præstiterit sepulturæ? At ego dico, non minorẽ Ioseph affectum fuisse quàm Mariæ. Siquidẽ illa vtero Dominum, hic corde cõcepit. Illa Saluatori membrorum suorũ præstitit, hic secretum sui cordis non negauit. Illa Dominũ pannis inuoluit, cùm natus est: hic linteis cùm recessit: illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit. Cõueniũt ergo sibi obsequia, cõuenit & affectus. Inde necesse est etiã meritũ conuenire, nisi quòd Mariã ad obsequiũ angelus admonuit, Ioseph autẽ iustitia sola persuasit. Igitur Ioseph in suo sepulchro posuit Dominũ. Legimus in Propheta: Sepulchrũ patens est guttur eorum. Si ergo sepulchrum patens est guttur hominũ, vide ne fortè secundũ hanc similitudinem Dominum Ioseph non tam in terrena posuerit sepultura, quàm in monumẽto sui cordis collocauerit, & custodiendum illũ susceperit, nõ tam memoria fragili moriturorum, quàm memoria sancta virtutũ. Hæc enim virtutũ fidelis est memoria, quæ intra se cõtinens Christũ, lædi eũ hæreticorũ corruptione nõ patitur. De qua memoria in sacramentis Dominus dicit: Quotiẽscunq; feceritis hæc, in memoriam mei facietis donec veniã. Quotiẽscunque enim Christum loquimur, totiẽs eum sanctiori memoriæ commendamus. Sepulchrum ergo patens guttur hominũ rectè planè dicit Propheta. Sepulchrũ enim Christi patens est Euãgelistarum beatum guttur, per quod illud æterno literarũ thesauro cõdiderũt. Patens autem sepulchrum ideo dicitur, quia qui vult ad Christi peruenire mysteriũ, nõ ingreditur ad illud, nisi per Euãgelicæ Scripturæ secretũ. In literarum enim secreto, quasi quodã nouo vasculo cõmendatus est Dominus. Quisquis igitur illũ videre desiderat, ibi & passionis eius sacramẽtum inueniet, & resurrectionis gloriã recognoscet. Patens ergo guttur sanctorum est. Vnde Apostolus ad Corĩthios ait: Os nostrũ patet ad vos, ô Corinthij: inuitãs eos vt per prædicationis suæ apertã ianuam in grediãtur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectoris memoria collocatur Domin⁹ à Ioseph, vt in iustitiæ sede requiescat, & habeat filius hominis vbi caput reclinet. Videamus igitur quare Saluator in aliena sepultura ponatur, ac suã non habeat sepulturã. Ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur salute. Mors enim ista nõ illi accidit, sed nobis proficit: mors ista nõ illi illata est, sed nobis delata. Vt quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortẽ propriã non habebat? Et quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? Vt quid illi sepultura, qui triduũ tantum tẽporis spatio non tã in sepulchro mortu⁹ iacuit, quàm veluti in lecto cõquieuit? Ipsa enim tẽporis breuitas declarat, poti⁹ somnũ fuisse, quàm mortẽ. Sepulchrum autẽ mortis est habitaculũ. Necessarium ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui vita est; nec opus habebat semper viuẽs habitaculo defunctorum. Rectè autẽ hanc vitam nos in nostro sepulchro condimus, vt viuificet mortẽ nostram, vt cum ipso à mortuis resurgamus. Vnde & illa Maria Magdalenæ quæ Dominũ inter cæteros defunctos in sepulchro requirebat arguitur, & dicitur illi: Quid quæris viuentẽ cum mortuis? Hoc est, Quid quæris in tumulo, quẽ adorare debes in cælo? Quid quæris apud inferos, quem redisse iã constat ad superos? Quem illa adhuc non intelligens nec cognoscens, respondit illi: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Æstimabat enim eum, sicut dicit Scriptura, hortulanum esse. Sancta ergo & simplex femina Christum requirit, à Christo, ac deuotione mẽtis propherat & nescit. Ait enim Domino de semetipso: Si tu sustulisti eũ, dicito mihi. Rectè interrogat, Si tu sustulisti eum. Ipse enim tulit corpus suũ, qui illud protulit de sepulchro: ipse tulit corpus, qui illud iacẽs & dormiens sua aspiratione collegit: ipse tulit corpus suũ, qui illud diuinitatis virtute gestãs portauit ad cęlos. Atq; ideo mulier sapiẽter interrogat & requirit, Si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti cũ: hoc est, Si illud auferens de sepulchro ad paradisum trãstulisti. Audierat enim illum dicentẽ latroni: hodie mecum eris in paradiso. Aut certè si de inferno in patris dexterã collocasti, sicut ait Apostolus:

Ioan. 19.

Psal. 5. & 13.

1. Cor. 11.

2. Cor. 6.

Luc. 24.

Luc. 23.

Colos. 3. stolus: Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Beatus ergo qui ita quęrit Christũ Dominum, vt credat eum & in paradiso constitutum, & in cælestibus collocatum. Nam qui eum in inferno requirit aut in tumulo, dicitur ei: Quid quæris viuentem cum mortuis?

Item eodem die alius sermo de eodem, de quo suprà: qui habetur in lib. 50. Homil. homilia 36.

Genes. 1. *Eodem die, de eo quod scriptum est in Genesi, In principio creauit Deus cælum & terram, &c.*

SERMO CXXXIIII.

SERMO III.

MVLTÆ sunt & magna venerandæ Paschæ mysteria, quæ diuinis libris sunt consecrata, & in antiquis Iudæorũ archiuis fuerant reseruata, quorũ admirabilis ratio & mira, sides pura, religio syncera veluti quodã velamine tecta suã sanctitatem in abditis occulebãt, & prisci antistites adũbrata cernebant, & sacrificia cruẽta muneribus offerebant. Hanc artifex nõ terrenis coloribus, sed cælestibus virtutibus clypeo deuotionis auro coruscãte depinxit, & animũ tenaciter diligẽs in ipso tẽplo humani corporis dedicauit, integris & acerrimis sensibus officia distribuit, & amorẽ in eius corde conclusit. Et cùm ille clarus rector astrorum, poli genitor, dux dici, luminis imperator, interiector germinis, autũni tẽperies, anni cursum & quadripartita tẽporum spatia cõpleuerit, diei huius sollẽnitatem nos docuit celebrare. Quanta nobis bona Dominicæ passionis admirabiles triumphi cõtulerint, mortali & humana voce nec prædicare nec memoriter valeo enumerare. Ex illo itaq; beneficiorũ aceruo, quæ cælestis munificentia humano generi largita est, vnum grãnum fidei q; in se cõtinet multiplicẽ vitæ rationem in gremio sapiẽtiæ collocabo, vt in ipso prudentiæ fulco coalescat diuini sermonis imbre satũ, magnaq; & admirãda ex modica præbet stirpe, & orationis opacitate, exuberãtia præstet. In principio, inq̃t, fecit Deus cælum & terrã. Exclusit omnium infeliciũ errores, vnum imperatorem deum patrẽ ostẽdit, vnum conditorem vniuersitatis filium indicauit. Fiat lux: & facta est lux. Et vidit Deus lucẽ quia bona est: nõ quòd Deus lucẽ antè nõ nosset, quã non nisi visam laudaret, cùm sit lux solus omniũ ipse, sicut Euãgelista testatur: Ego sum lux mũdi. Et Apostolus: Qui habitat lucẽ inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, nec videre potest. Hanc lucem dixit in seculo, qua bona est secũdum hominem, non secundũ Deum. Deus enim non tantam hanc lucẽ tribuit quam poterat ipse largiri, sed quantũ mortalis oculus capere potuit. Nec qui vniuersum orbẽ illuminat tribueret splendorẽ, nisi quẽ mortalis capere aut sustinere vtique posset. Terra erat inuisibilis & incõposita. Sed terra inuisibilis esse non poterat. Cui ergo inuisibilis erat? Si angelis, vbi tãta moles abscõdi poterat? Si hominibus, adhuc homo non erat. Deus quippe fundauit terrã super aquas, & mediatatẽ aquarum super cælos imposuit, & mediatatem nbysius demersit, & in maria congregauit, & sic terra apparuit. Et dixit Deus: Fiat firmamẽtum inter aquã & aquam. Et vocauit Deus firmamẽtum Cælũ. Videtis quia aquã super firmamẽtum cęli imposuit, & per separationem aquarũ arida terra apparuit, & recedentibus aquis visibilem significauit. Quòd autem inuisibilis & incõposita, necdũ fuerat ordinata, necdum diuersis fructib⁹ plena, Tenebræ, inquit, erãt super abyssos, & spiritus Dei ferebatur super aquas. Si enim faculã in tenebris inferas, cõtinuò illuminãtur vniuersa: quãto magis vbi Deⁿ erat, tenebræ esse nõ poterãt? Hic spiritus quidẽ res est Dei: nõ tamen ipse Deus intelligetur esse. Nã etsi spiritus dicitur, nõ omnis spiritus Deus est. Sic enim spiritus Dei dictus est, quomodo & angelus Dei: hoc est, res Dei, nõ tamen ipse deus qui spiritus Dei. Hic ergo spiritus qui superferebatur aquas, seminarius est animandæ conditionis. Vnde & aquæ & terræ mox iussu Dei emersẽrũt, quia nec aqua nec terra viueret, aut aliquid generaret, nisi hoc Dei spiritus animaret. Vnde & terra fruges, & aqua produxit pisces. Duos autẽ spiritus esse, vnum Dei, alterum huius mundi, Apostolus dicit: Nos iam non habemus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex Deo est: vt ostenderet alterum esse spiritũ Dei, qui Deus est: alterum spititũ huius mũdi, quo animantur vniuersa. Amos propheta dicit: Qui solidat tonitruũ, & condidit spiritum: eum vtique qui Deus dici nõ poterat, generatus. Fecit ergo in principio cælũ & terrã. Cælum spiritum, terrã carnẽ, hoc est, hominem spiritalẽ. In principio, hoc est, in Christo. Interrogauerunt eũ Iudæi: Quem te dicis? Respondit: Principium, qui & loquor vobis. Terra, inquit, inuisibilis & incõposita. Quia carnẽ hominis Christus assumere disponebat, incõposita dicebatur. Cõposita necdum erat, quia necdũ Gabrielis angeli annũciatione cõposita, necdũ assumptione Domini visibilis facta, necdum virtutum frugibus plena. Diuisio aquarum, Iudæorum populorũ & Christianorũ, sicut Apocalypsis: Aquas quas vidisti, populi sunt & nationes. Cum aquas dicit super cælos impositas, Christianũ populum nunciat. Tertia die germinat terra herbam pabuli secundum suum genus, & omnẽ lignũ faciẽs fructum. Cùm igitur terram germinare iubet, in ecclesia catechumeni sunt quasi herbę. Cùm credũt, velut in culmo se erigũt. Fideles quoque in spica maturi accrescunt, vnde & sanctorũ grana in horreis cælestib⁹ recõdunturˇ. Lignum enim fructiferum, diuersa sunt genera sanctorũ. Quas arbores nec turbines cupiditatum possunt euertere, nec ardentis libidinis flãmæ exurere. Fiat, inquit, luminare maius in inchoatione diei, & luminare minus in inchoatione noctis. Sol Christus est. Luna ecclesia in orbe cõpleta, solis claritate quotidie illustrata. Stellæ quoque lucentes, sanctorum sunt milia, id est, Apostoli, patriarchę, martyres, virgines, sacerdotes, cũcti iusti pariter & fideles virtutum suarũ flamma radiãtes. Quinta die fœtus suos pisces & aues factũ est vt producerẽt. In comparatione piscium sanctos dicimus, qui in aqua baptismatis viuunt. Ideo pisces benedictionem primò consequi meruerunt, quia fideles in sacramento baptismatis bene dici potuerunt. Sexta verò die fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.

Ioan. 8. 1. Tim. 6.

1. Cor. 2.

Ioan. 8.

Psal. 18.

Matth. 6.

Eodem die de expositione Orationis Dominicæ post redditum Symbolum.

SERMO CXXXV. CAP. I.

SERMO IIII.

REDDIDISTIS quod creditis, audistis q̃ oretis; quoniã inuocare nõ possetis in quẽ non credidistis, Apostolo dicente: Quomodo inuocabunt in quẽ non crediderũt? Ideo prius Symbolũ didicistis, vbi est regula fidei vestræ breuis & grãdis. Breuis, numero verborũ: grãdis, põdere sententiarũ. Oratio autẽ quã hodie accepistis tenẽdam, & ad octo dies reddẽdam, sicut audistis cùm Euãgeliũ legeretur, ab ipso dño dicta est discipulis ipsius, & ab ipsis peruenit ad nos, quoniã in omnẽ terrã exiit sonus corũ. Ergo nolite inhęrere terrenis qui patrẽ inuenistis in cælis. Dicturi enĩ estis; *Pater noster qui es in cælis.* Ad magnũ genus pertinere cœpistis. Sub isto patre fratres sũt dñs & seru⁹: sub isto patre fratres sunt imperator & miles: sub isto patre fratres sunt diues & pauper. Omnes Christiani fideles diuersos in terra habẽt patres, alij nobiles, alij ignobiles: vnũ verò patrẽ inuocãt q̃ est in cælis. Si ibi est pater noster, ibi nobis præparat hęreditas.

Rom. 10.

Symbolũ est regula fidei.

Talis est autē iste pater, cū quo possideamus quod donat. Dat enim hæreditatem, sed nō moriēs illam nobis derelinquit. Nō enim ipse discedit, sed ille permanet vt nos accedamus. Quia ergo audiuimus à quo petamus, sciamus & quid petamus, ne fortè talem patrem mala
CAPVT VI. petendo offendamus. QVID ergo nos docuit Dominus Iesus petere à patre, qui est in cælis? *Sanctificetur nomen tuum.* Quale beneficium est, dum petimus à Deo, vt sanctificetur nomē Dei? Semper sanctum est. Quare ergo petimus vt sanctificetur, nisi vt nos per ipsum sanctificemur? Quod ergo semper sanctum est, vt in nobis sanctificetur, oramus. Sanctificatur in vobis nomē Dei, quando baptizamini. Vt quid hoc orabitis cū baptizati fueritis, nisi vt quod accipitis perseueret in vobis? Sequitur alia petitio: *Veniat regnum tuū.* Siue petamus, siue nō petamus, venturum est regnum Dei. Quare ergo petimus, nisi vt veniat & nobis quod vēturum est omnibus sanctis? vt & nos Deus in numero sanctorū suorum habeat, quibus venturū est regnum eius? Dicimus tertia petitione: *Fiat volūtas tua, sicut in cælo, ita & in terra.* Quid est hoc? Vt quomodo tibi seruiunt angeli in cælo, & nos tibi seruiamus in terra. Angeli ipsius sancti obediūt illi, non illum offendūt: faciunt iussa amando eum. Hoc ergo oramus, vt & nos præceptum Dei charitate faciamus. Iterum verba ista & aliter intelligūtur. Fiat volūtas tua, sicut in cælo, & in terra. Cælum in nobis anima est, terra in nobis corpus est. Quid est ergo, Fiat volūtas tua? Sicut & nos audimus præcepta tua, sic nobis consentiat caro nostra, ne dum cōtendunt caro & spiritus, præcepta Dei minus implere possimus.

CAPVT VII. SEQVITVR in oratione: *Panem nostrum quotidianū da nobis hodie.* Siue exhibitionem corpori necessariam petamus à patre, in pane significantes quicquid nobis est necessarium, siue quotidianum panem illum intelligamus quē accepturi estis de altari, petimus bene vt det nobis eū. Quid est enim quod oramus, nisi ne malè aliquid admittamus, vnde à tali pane separemur? Et verbum Dei quod quotidie prædicatur, panis est. Non enim quia non est panis ventris, ideo non est panis mētis. Cùm autem ista vita transierit, nec panē illum quærimus quem quærit fames: nec sacramētum altaris habemus accipere, quia ibi crimus cū Christo, cuius corpus accipimus: nec verba ista nobis dici habent quę dicimus vobis: nec codex legēdus est, quādo ipsum videbimus quod est verbū Dei, per quod facta sunt omnia, quo pascuntur angeli, quo illuminātur angeli, quo sapientes fiūt angeli, non quærentes verba locutionis anfractuosæ: sed bibētes vnicum verbum, & inde impleti ructāt laudes, & nō deficiunt in laudibus. Beati enim,
Psal.83. CAPVT VIII. Match.6. ait Psalmus, qui habitāt in domo tua, in secula seculorum laudabūt te. ERGO in hac vita petimus, quod sequitur, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* In baptismo omnia debita, id est, peccata prorsus dimittūtur nobis. Sed quia nemo hic potest viuere sine peccato: & si non magno crimine vnde separetur ab illo pane, tamen nemo potest sine peccatis esse in hac terra, & non possumus accipere nisi vnū baptismum: semel in oratione accipimus, vnde quotidie lauemur, vt nobis peccata nostra quotidie dimittantur: sed si faciamus quod sequitur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Itaque, fratres mei, moneo vos in Dei gratia filios meos, & sub illo patre fratres meos moneo vos, vt quando aliquis offendit & peccat in vos, & venit & confitetur, & petit à vobis veniā, vt ignoscatis illi, & cōtinuò ex corde dimittatis, ne vobis à Deo veniā venientē prohibeatis. Si enim nō dimittitis vos, nec ille dimittet vobis. Ergo & hoc in ista vita petimus, quia & hic possūt dimitti, vbi posūt haberi peccata.

A In illa autē vita nō dimittūtur, quia nec habentur.

DEINDE petimus dicētes: *Ne nos inferas in tēntationē,* CAP.V. *sed libera nos à malo.* Et hoc in ista vita nobis necessariū est petere, ne inferamur in tēntationē, quia hic sunt tēntationes & liberemur à malo, quia hic est malum. Ac per hoc omnes istæ petitiones septē, tres ad vitā æternam pertinēt, quatuor ad vitā prēsentē. Sanctificetur nomē tuum: semper erit. Veniat regnū tuum: hoc regnū semper erit. Fiat volūtas tua, sicut in cælo, & in terra: semper erit. Panem nostrū quotidianū da nobis hodie: nō semper erit. Dimitte nobis debita nostra: non semper erit. Ne nos inferas in tēntationem, sed libera nos à malo: non semper erit. Sed vbi est tēntatio, & vbi est malū, ibi necessariū est vt petamus. [Vnde Deus omnipotēs ita à nobis orandus est, vt quicquid humana fragilitas cauere & vitare nō prævalet, hoc ille propitius nobis † cōferre dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui al. condonare
B viuit & regnat cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.]

Item eodem die alii sermones de eodem de quo suprà, qui habentur in lib. quinquaginta Homil. quadragesimo 1. & de verbis Domini 28.
Item in eodem sermones De diuersis, LXXVII. & LXXVIII. cum tribus sequentibus.

In die sancto Paschæ, de eo quod scriptum est in Psalmo: Hæc dies quam fecit Dominus, &c. Psal.117.

SERMO I. SERMO CXXXVI.
In appendice LI.
In eodem festo, de descensu Christi ad inferos.

SERMO II. SERMO CXXXVII.
In appendice LII.
In eodem festo, de resurrectione.

SERMO III. SERMO CXXXVIII.
In appendice LIII.
In eodem festo, de resurrectione corporū, contra Gentiles.

SERMO D. AVGVST. IIII. SERMO CXXXIX. CAP. I.

PER hos dies, sicut recolit charitas vestra, solēniter legūtur Euāgelicę lectiones ad resurrectionē dñi pertinētes. Omnes enī Euāgelistæ quatuor, neq; de passione, neq; de resurrectione eius tacere potuerunt. Nā quia multa fecit dñs Iesus, nō omnes omnia cōscripserunt: sed ali° ista, alius illa, summa tamē cōcordia veritatis. Multa etiam cōmemorat Ioannes Euangelista facta esse à Domino Ioan. vlt.
Iesu Christo, quæ à nullo eorū cōscripta sunt. Tāta facta sunt, quāta tunc fieri debuerūt: tāta scripta sūt, quāta nūc legi debuerūt. Vt autē ostendantur Euāgelistæ Concordia Euangelistarum.
omnes quatuor, in eo quod simul omnes dicūt, & non prętermittūt: id est, vel de passione, vel de resurrectione Christi, non inter se dixisse cōtraria: valde operosus est labor. Nōnulli enim putauerūt eos inter se esse contrarios, cùm ipsi essēt cōtrarij animæ suæ. Et ideo data est I. Reg. 16.
opera ab eis qui potuerūt, adiuuāte dño, vt ostenderēt inter se nō esse contrarij. Sed, sicut dixi, si hoc vobis ostendā, & in populo velim ista tractare, multitudo audientiū prius obruitur tædio, quàm † reueletur scientia al. relaxetur.
veritatis. Sed scio fidē vestrā, id est, fidem huius totius multitudinis, & eorū qui hodie hic non sunt, & tamen fideles sunt: noui fidē eorū sic esse certā de veritate Euāgelistarum, vt expositione mea nō indigeant. Qui nouit quomodo ista defendat: doctior est, nō fidelior. Hab. Defensio fidei titubantibus necessaria.
fidē, habet facultatē defendendi fidem. Alius non habet facultatem & copiam & doctrinam defendendi fidē, sed habet ipsam fidē. Ille autē qui nouit defendere fidem: titubantibus est necessarius, nō credentibus. In defensione enim fidei, curantur vulnera dubitationis vel infidelitatis. Qui ergo defendit fidē, bonus est medicus: sed in te non est infidelitatis morbus. Quando ille nouit curare quod tu non habes? Nouit ille ponere medicamentum, sed in te non est vitium. Non est sānis Match. 9.
opus medicus, sed malē habentibus.

TAMEN

CAPVT II. TAMEN quæ possunt expeditiùs dici pro tēpore, & commodiùs audiri: subticere vobis non est consilij. De ipsa resurrectione, cuius in seipso Dominus præmisit exemplum, vt sciremus quid etiā in corporibus nostris in fine seculi sperare debeamus, multi multa disputant: aliqui fideliter, aliqui infideliter. Qui fideliter disputant, scire volūt diligentiùs quid respōdeant infidelibus: qui autem infideliter disputant, argumētantur contra animas suas, disputando contra potentiam omnipotētis, dicentes: Vnde fieri potest, vt mortuus resurgat? Dico ego: Deus est qui facit, & tu dicis, fieri nō potest? Non dico: da mihi Christianum, da mihi Iudæū: sed, da mihi paganum, idolorum cultorem, dęmonum seruum, qui non dicat Deum esse omnipotentem. Negare Christum potest, negare omnipotentem Deū non potest. Quem tu ergo credis (quasi pagano loquor) quē tu credis Deū omnipotentē, ipsum ego dico mortuorum suscitatorem. Si dixeris, Non potest fieri, derogas omnipotenti. Si autem credis illum omnipotentē, me quare respuis ista dicentem? Omnes sectæ Deum omnipotētem fatentur.
CAPVT III. SI diceremus carnem surrecturam, vt esuriat, vt sitiat, vt egrotet, vt laboret, vt corruptionibus subiiciatur: meritò credere non deberes. Habet enim modò caro ista has vel necessitates vel calamitates. Et hoc vnde? Causa peccatum est. In vno peccauimus, & omnes ad corruptionem nati sumus. Omnium calamitatū tēporaliū, peccatum cāusa est. Malorū omnium nostrorum causa, peccatum est. Nō enim sine causa homines mala ista patiūtur. Iustus est Deus, omnipotēs est Deus: nullo modo ista pateremur si nō mereremur. Sed cùm essemus in pœnis, ad quas venimus de peccatis, Dominus noster Iesus Christus voluit esse in pœnis nostris sine peccatis suis: sustinēdo sine culpa pœnam, & culpam soluit & pœnam. Culpam soluit, peccata donādo: pœnam soluit, à mortuis resurgēdo. Hoc promisit, & nos in spe ambulare voluit: perseueremus, & ad rem perueniemus. Caro resurget incorruptibilis, caro resurget sine vitio, sine deformitate, sine mortalitate, sine onere, sine pondere. Quæ nūc tibi facit tormentum, postea tibi erit ornamētum. Ergo si bonum est, habere corpus incorruptibile: quare hoc facturum Deum volumus desperare?

CAPVT IIII. PHILOSOPHI seculi huius, qui magni fuerūt, & docti, & cęteris meliores, animā humanam immortalē esse senserunt: nec solùm senserūt, sed quātis potuerunt argumentationibus defenderunt, & ipsas defensiones suas cōscriptas posteris reliquerūt. Sunt libri, legūtur. Ideo istos philosophos dixi aliis fuisse meliores in cōparatione peiorū: quia fuerunt philosophi qui diceret, homini, cùm mortuus fuerit, nullā vitam postea remanere. Talibus illi vtique prępponendi sunt. Et in quo illi meliores erāt, quāmuis in multis à veritate deuiātes, tamen in quo erāt isti superiōres, veritati fuerant propinquantes. Hi ergo qui senserunt atque dixerunt animas humanas immortales, de malis hominum, de ęrumnis erroribusq; mortaliū quæsierunt causas, quantum homines potuerunt: & dixerunt sicut potuerūt præcessisse nescio quę in alia vita peccata, quorum peccatorum merito ista corpora velut carcerem animæ mererētur. Deinde quæsitū est ab eis, quid postea cùm fuerit homo mortuus, quid erit. In hoc cōtriuerūt ingenia sua, & laborauerunt, quantū ingenia potuerūt, reddere hominibus rationem, vel sibi vel aliis, & dixerunt, animas hominū malē viuentium immūdas pessimis moribus, cùm exierint de corporibus, rursus cōtinuò reuolui ad alia corpora, & pœnas hic luere quas videmus: eas verò animas quæ bene vixerunt, cùm exirent de corporibus, ire ad superna cælorum, requiescere ibi in stellis & luminibus istis cōspicuis, vel quibuscunque cælestibus abditisq; secretis, obliuisci omniū prætteritorū malorū, & rursus delectari, redire ad corpora, & venire iterum ad ista patiēda. HOC ergo interesse voluerūt inter CAP.V.
animas peccatorum & animas iustorū: quia peccatorū animas de proximo statim cùm exierint de corporib°, dicūt reuolui ad altera corpora, iustorū autem animas diu esse in requie: non tamē semper, sed rursus delectari corporibus, & de summis cælis post tantam iustitiā ad ista mala facere ruinā. Hoc dixerunt valde magni philosophi. Isto plus inuenire nihil potuerunt philosophi
mūdi huius, de quibus dicit Scriptura nostra: Stultam 1. Cor. 1.
fecit Deus sapientiam huius mundi. Si sapientiā, quāto magis stultitiam? Si sapiētia mundi stultitia est apud Deum, vera stultitia mundi quàm longè est à Deo? Est tamen quædam stultitia mūdi huius, quæ peruenit ad
Deum, de qua dicit Apostolus: Quoniā in sapiētia Dei 1. Cor. 3.
non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Et dicit quomodo. Iudæi signa petunt, & Græci sapiētiam quærūt: nos autē prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus stultitiā, ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis Christū Dei virtutem & Dei sapiētiam. Venit Dominus Christus, sapiētia Dei: cælum tonat, ranę taceant. Quod dixit veritas, verum est. Quod dixit in malo quidem esse genus humanū causa peccati, manifestum est. Sed qui crediderit in mediatorē, qui cōstitūtus est medius inter Deum Mediator noster.
& homines, inter Deū iustum & homines iniustos, medius homo iustus, humanitatē habēs de imo, iustitiam de summo, & ideo medius, hinc vnū & vnū inde: quia si vtrunque inde ibi esset, si vtrunq; hinc nobiscū iaceret, medius nō esset. Qui ergo crediderit in mediatorē & fideliter ac bene vixerit, erit quidē de corpore, & erit in requie, postea verò recipiet corpus nō ad tormētum, sed ad ornamentum, & viuet cum Deo in æternū.
Nō est, q. eum delectet vt redeat: quia secū habet corp°. Ergo charissimi, quoniā propositi vobis hodie quid dicant etiam philosophi mundi huius, quorum Deus sapientiam tāquam veram stultitiam reprobauit, crastino, adiuuante Domino, exponere poterimus.

De eodem die est sermo De diuersis primus, de Alleluia, quod modò in spe canitur, postea verò in re.
Item sermones De diuersis XXIX. LXXXII. & LXXXIII. cum quinque sequentibus.

Feria secunda Paschæ de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Duo ex discipulis Iesu ibant, &c. Luc. 24.

SERMO D. AVGVST. I. SERMO CXL. CAP. I.

HESTERNO die, id est, nocte, lecta est, ex Euāgelio resurrectio Salutatoris. Lecta est autem ex Euāgelio secundū † Matthæum. Hodie verò, sicut audistis pronunciare Lectorem, recitata est nobis Domini resurrectio, sicut Lucas al. Marcianus
D euangelista conscribit. Quod sæpe admonēdi estis, & memoriter tenere debetis: nō vos debet mouere quod alius Euangelista dicit, si quid alius prætermittit: quia & ille qui prætermittit quod aliūs dicit, dicit aliquid quod ille prætermiserat. Aliqua verò singuli dicūt; alij tres nō dicūt, aliqua duo dicūt, alij non dicunt, aliqua tres dicūt, & vnus nōn dicit: Authoritas autē tanta est Euāgelij sancti, vt quia in eis loquebatur spiritus vnus, verū sit etiā quod dixerit vnus. Hoc ergo quod modò audistis, quia dñs Iesus, posteaquam resurrexit à mortuis, inuenit duos in via ex discipulis suis colloquentes inuicē de his quæ cōtigerāt, & dixit illis: *Qui sunt sermones isti quos loquimini vobiscū, & estis tristes,* &c. solus dicit Lucas euāgelista. Breuiter hoc attigit Marcus, quia apparuit duobus in via: sed quid illi dixerint Domino, vel quid eis dixerit Dominus, prætermisit. Quid ergo ista lectio cōtulit nobis? Magnū aliquid, si intelligamus. AP-

paruit Iesus: videbatur oculis, & nõ agnoscebatur. Magister ambulabat cum illis in via, & nõdum illi ambulabant in via: & ipse erat via: sed inuenit eos exorbitasse de via. Quando enim cum illis fuerat ante passionẽ, omnia prædixerat passurum se fuisse, moriturũ, tertio die resurrecturum. Omnia prędixerat: sed sermo illius, illorũ oblitio fuit. Sic perturbati sunt, quando eum viderunt in ligno pendentem, vt obliuiscerentur docentem, non expectarent resurgentem, nec tenerent promittentem. Nos, inquiunt, *sperabamus quia ipse erat redẽpturus Israël.* O discipuli, sperabatis, ergo iã non speratis? Ecce Christus viuit, & spes mortua est in vobis. Prorsus viuit Christus. Viuẽs Christus mortua discipulorũ corda inuenit: quorum oculis apparuit, & non apparuit, & videbatur & abscõdebatur. Nam si nõ videbatur, quomodo illũ interrogantẽ audiebant, interrogãti respondebãt? In via cum illis tanquã comes ambulabat, & ipse dux erat. Vtique videbãt, sed nõ agnoscebãt. Tenebãtur enim oculi eorum, sicut audiuimus, ne eum agnoscerent. Non tenebãtur, ne viderẽt: sed tenebantur, ne eum agnoscerent. Eia fratres, vbi voluit Dominus agnosci? In fractione panis. Securi sumus, panẽ frangimus, & Dominum agnoscimus. Noluit agnosci, nisi ibi propter nos, qui nõ eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eramus eius carnem. Quisquis ergo fidelis es, quisquis nõ inaniter Christianus vocaris, quisquis ecclesiã non sine causa ingrederis, quisquis verbũ Dei cum timore & spe audis, cõsoletur te fractio panis, absentia Domini nõ est absentia. Habeto fidem, & tecum est quem non vides. Illi quando cũ eis Dominus loquebatur, nec fidem habebant: quia eum resurrexisse nõ credebant, nec resurgere posse sperabãt. Perdiderant fidem, perdiderãt spem, ambulabant mortui cum viuente, ambulabãt mortui cum ipsa vita. Cũ illis ambulabat vita: sed in eorum cordib' nondũ renouata erat vita. Et tu ergo si vis habere vitam: fac quod fecerũt, vt agnoscas Dũm, hospitio susceperũt. Similis enim erat Dominus tanquã in longinqua pergenti, illi verò tenuerũt eum. *Et posteaquam venerunt ad locum quò tendebãt, dixerũt: Iam hîc nobiscum mane, declinauit enim in vesperum dies.* Tene hospitẽ, si vis agnoscere Saluatorẽ. Quod tulerat in fidelitas, reddidit hospitalitas. Dominus ergo præsentauit seipsum in fractione panis. Discite vbi Dũm quæratis, discite vbi habeatis, discite vbi agnoscatis quãdo manducatis. Norunt enim fideles aliquid quod melius intelligũt in ista lectione, quàm illi nõ nouerũt. Dominus his cognitus est: & posteaquam cognitus est, nusquã cõparuit. Abscessit ab eis corpore, dũ tenebatur fide. Ideo enim Dñs noster absentauit se corpore ab omni Ecclesia, & ascẽdit in cęlũ: vt fides ædificetur. Si enim nõ nosti nisi quod vides, vbi est fides? Si autẽ credis & quod non vides, cùm videris gaudebis. Ad quod modò credis ædificatur fides, quia reddetur species. Veniet q̃ non videbimus, veniet, fratres, veniet: sed vide quomodo te inueniat. Nã veniet quod dicũt homines, vbi est, quãdo est, quomodo est, quãdo erit, quãdo venturũ est: Certus esto, veniet: nec solũ veniet, sed & si nolis veniet. Væ qui non crediderunt: erit enim his magnus tremor, & magnũ gaudiũ eis qui crediderũt. Gaudebũt fideles, cõfundẽtur infideles. Fideles dicturi sunt, Gratias tibi Dñe, vera audiuimus, vera credidimus, vera sperauimus, vera cernimus. Infideles autẽ dicturi sunt, Vbi est q̃ nõ credebam', vbi est quod illa quæ legebãtur mẽdacia putabamus? Laudãdi ergo qui nõ vident & credũt: quia cùm viderint, gaudebũt. Causa salutis nostrę susceptę Dominus carnem: in qua suscepit & mortẽ. Resurrexit die tertio, iã non vlteriùs moriturus: & recepta quã deposuerat carnis substãtia, primus nobis resurrectionis incorruptibilis fecit exẽplũ. Ascẽdẽs in eodẽ corpore ad patrẽ, sedet ad dexterã Dei, iudiciũ patris cõmunicãs potestate, quẽ vẽturũ ad iudiciũ speram' viuorũ ac mortuorũ: vt & nos de nobis credamus, de ipso puluere eandẽ carnem accipere, eadẽ ossa, eandẽ semper mãsuram mẽbrorum reparationẽ. Omnes sumus resurrecturi: sed nõ omnes lætaturi. Veniet dies, inquit, quando omnes qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocẽ filij Dei: & procedẽt qui bona egerũt, in resurrectionẽ vitę, q̃ verò malè egerũt, ĩ resurrectionẽ iudicij. Ita fiet, vt cõfusioni reddatur suppliciũ, fiducię reddatur præmiũ. Ibũt enĩ illi in ambustionẽ æternã: iusti autẽ in vitam æternam. Cõuersi ad Dom. &c.

Eodem die, de resurrectione.

SERMO D. AVGVST. II. — SERMO CXLI. CAP. I.

RESVRRECTIO Dñi nostri Iesu Christi ex more legitur his diebus ex omnib' libris sanẽti Euãgelij. In hac lectione animaduertim', quomodo discipulos suos prima mẽbra sua, hærẽtes lateri suo obiurgauit Dñs Iesus: quia quẽ dolebãt occisum fuisse, nõ credebant viuũ esse, patres fidei, nondũ fideles magistri. Vt crederet totus orbis terrarũ quod prędicaturi fuerãt: & propter quod fuerãt morituri, nondũ credebãt. Quẽ viderant mortuos suscitasse, nõ credebãt resurrexisse. Meritò ergo obiurgabãtur, ostendebãtur sibi, vt innotescerẽt sibi, qui essent per seipsos, quid futuri essent per illũ. Sic etiã Petrus demõstratus est sibi, quãdo Dñi imminẽte passione præsumpsit, & veniẽte ipsa passione titubauit. Vidit in se, doluit se in se, fleuit se in se: conuersus est ad eũ qui fecerat se. Ecce isti nondũ credebãt. O qualis & quanta illius pia dignatio, dignaq̃ pietas, qui nobis dedit credere quod nõ videmus! Nos credim' verbis eorũ, illi nõ credebãt oculis suis. Resurrectio autẽ Dñi nostri Iesu Christi noua vita est credẽtiũ in Iesum, & hoc sacramẽtũ est passionis & resurrectionis eius, q̃ valde nosse & agere debetis. Nõ enim sine causa vita venit ad mortẽ: Nõ sine causa fons vitę, vnde bibitur vt viuatur, bibit hũc calicẽ q̃ ei nõ debebatur. Nõ enĩ Christo debebatur mori.

CAPVT II. Peccatum est mortis & pater & origo.

VNDE venerit mors, originẽ ipsius quęramus. Pater mortis peccatũ est. Si enim nunquã peccaretur, nemo moreretur. Legẽ Dei, hoc est, pręceptũ Dei cũ conditione homo primus accepit: vt si seruaret, viueret; si corrũperet, moreretur; nõ sese credẽdo moriturũ, fecit vnde moreretur, & inuenit verũ fuisse quod dixerat q̃ legẽ dederat. Inde mors, inde mortalis, in de labor, inde miseria, inde etiã post mortẽ primã mors secũda, id est, post mortẽ temporalẽ, mors sempiterna. Huic ergo traditioni mortis obnoxius, his legibus inferni obstrictus nascitur omnis homo: sed propter illũ hominem Deus homo factus est, ne periret homo. Non enim legibus mortis obstrictus venit: ideo dicitur in Psal. Inter mortuos liber. Quẽ sine cõcupiscẽtia virgo cõcepit, quẽ & virgo peperit, & virgo permansit. Qui vixit sine culpa, qui est mortuus, ꝑpter culpã nõ suã. Nam mortuus est propter nostrã. Pœna culpæ mors. Dñs Christus mori venit, peccare nõ venit: cõmunicãdo nobiscũ sine culpa pœnã, & culpã soluit & pœnã. Quã pœnã soluit? quę nobis debebatur post istã vitã. Ergo crucifixus est, vt in cruce ostẽderet veteris hominis nostri occasum: & resurrexit, vt in vita sua ostenderet nostræ vitæ nouitatẽ. Sic enim doctrina docet Apostolica: Traditus, inquit, est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. Huius rei signũ circumcisio data erat patribus, vt octauo die circumcideretur omnis masculus. Circũcisio fiebat ex cultellis petrinis: quia petra erat Christ'. In ista circũcisione significabatur expoliatio carnalis vitæ octauo die per Christi resurrectionẽ: Septimus enim dies hebdomadis sabbato completur. Sabbato Dominus iacuit in sepulchro: octauo autẽ die resurgẽdo nos innouauit. Nos ergo octauo die resurgẽdo circumcidit: nos in ipso spe viuimus.

CAPVT III. Colos. 3. — AVDIAMVS Apostolum dicentẽ: Si conresurrexistis cum Christo. Quomodo resurgimus, qui nondum mortui sumus? Quid est ergo quod voluit dicere Apostolus, Si cõresurrexistis cũ Christo? Nũquid ille resurrexisset, nisi prius mortuus fuisset? Viuẽtibus loquebatur, nondũ morientibus, & iam resurgẽtibus. Quid sibi vult? Videte quid dicat, Si resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dexterã Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nõ quæ supra terrã. Mortui enim estis. Ipse dicit Apostolus, non ego, sed tamen verum dicit: & ideo dico & ego. Quare illud dico & ego? Psal. 115. Credidi propter quod locutus sum. Si bene viuim', mortui fuimus, & resurreximus. Qui autem nondum mortuus est, nec resurrexit, malè adhuc viuit. Et si malè viuit, nõ viuit; moriatur, ne moriatur. Quid est, Moriatur, ne moriatur? Colos. 3. Mutetur, ne damnetur. Si resurrexistis cum Christo, verba repeto Apostoli, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedẽs: quę sursum sunt sapite, non quę super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cùm enim Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos cũ illo apparebimus in gloria: hæc sunt verba Apostoli. Et qui nondũ mortuus est, dico vt moriatur; & qui adhuc malè viuit, dico vt mutetur. Si enim malè viuebat, & iã malè nõ viuit, resurrexit. SED quid est bene viuere? CAPVT IIII. Bene viuere, quid. Quæ sursum sunt sapere, nõ quę super terrã. Quãdiu terra es, in terrã ibis. Gen. 3. Psal. 71. Quamdiu lingis terrã? Amãdo terram, lingis vtique terram, & efficeris eius inimicus, de quo dicit Psalmus, Et inimici eius terram lingent. Quid erratis filij hominũ? Quid estis filij Dei? Filij hominũ quousq̃ graues corde? vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium? Quod mendacium quæritis? Psal. 4. Mendaciũ quęrerẽ. Mundũ. Beati esse vultis, scio. Da mihi hominẽ latronẽ, scleratum, fornicatorẽ, maleficum, sacrilegũ, omnibus vitiis inquinatum, omnibus flagitiis seu facinoribus obrutum, qui nõ velit beatè viuere. Scio, omnes vultis beatè viuere: sed vnde homo beatè viuat, hoc nõ vultis quærere. Quæris aurũ, quia putas te de auro beatum futurum, sed aurum te nõ facit beatũ. Quare quæris mendaciũ? Quare vis esse in isto sęculo sublimatus? Quia honore hominum & pompa sęculi putas te beatum futurũ: sed põpa sęculi non te facit beatum. Quare quæris mũdaciũ? Et quicquid hic aliud quæris cùm sęculariter quæris, cùm amando terram quæris, cùm lingendo terram quæris, propterea quęris vt sis beatus. Sed nulla res terrena te facit beatum. Quare non cessas quærendo mendacium? Vnde ergo eris beatus? Filij hominum quousque graues corde? Nõ vultis esse graues corde, qui terreno mendacio oneratis cor vestrum? Quousq̃ fuerũt graues corde homines? Antequam veniret Christus, antequã resurgeret Christus, fuerũt homines graues corde. Quousq̃ graues corde? vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendaciũ? Volentes beati esse, eas res quæritis vnde miseri sitis. Fallit vos quod quæritis: mendacium est, quod quęritis. Beatus vis esse? Ostẽdo tibi, si vis, vnde habes beatus esse. Sequitur ibi, Quousque graues corde? vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium? CAP. V. SCITOTE. Quid? Quoniã dominus magnificauit sanctũ suũ. Venit Christus ad miserias nostras, esuriuit, sitiuit, fatigat' est, dormiuit, mira fecit, mala passus est, flagellatus est, spinis coronatus est, sputis illit', alapis cęsus, ligno fixus est, lãcea vulneratus est, in sepulchro positus, sed tertio die resurrexit. Finito labore, mortua morte; Ecce ibi oculum habete in eius resurrectione: quia ita magnificauit sanctũ suũ, vt resuscitaret eũ à mortuis, & daret ei honorẽ in cælo sedenti ad dexteram suam. Ostendit tibi quid debeas sapere, si vis beatus esse. Hîc enim beatus esse nõ potes: quia nemo hîc beatus esse potest. Bonam rẽ quæris, sed terra ista nõ est regio eius quàm quæris. Quid quæris? Beatam vitam. Sed non est hîc. Aurũ si quæreres in illo loco vbi non est, ille qui nouit, quia nõ est ibi, nõn diceret tibi, Quid fodis, quid terrã solicitas? Fossam facis quà descendas, non vbi aliquid inuenias. Quid es responsurus admonenti te? Aurum quæro. Et ille, Non dico tibi, Nihil est quod quęris: sed, Nõ est ibi q̃ quæris. Sic & tu quãdo dicis, Beatus esse volo, bonã rẽ quęris: sed nõ est hîc. Si habuit illud hîc Christ', habebis & tu in regione mortis tuæ. Quid ille inuenit hîc, attẽde, veniẽs de alia regione: & quid inuenit, niũ q̃ hîc abundat? Mãducauit tecũ, quod abũdat in cella miserię tuę. Acetũ hîc bibit, sed hîc habuit. Ecce quid in cella tua inuenit. Sed ad magnam mẽsam suam te inuitauit, mẽsam cæli, mẽsam angelorum, vbi ipse panis est. Descẽdens ergo & ista mala inueniens in cella tua, & nõ dedignatus est talẽ mẽsam tuã, & promisit suam. Et quid nobis dicit? Credite credite vos venturos ad bona mẽsæ meæ, quãdo nõ sum dedignatus mala mẽsæ vestræ. Malum tuũ tulit, & bonum suum dabit. Vitam suam promisit nobis. Sed incredibilius est quod fecit. Mortẽ suam prærogauit nobis: tanquã diceret, Ad vitã meam vos inuito, vbi nemo moritur, vbi nemo deficit. Ecce ad quod vos inuito, ad regionem angelorũ, ad amicitiam patris & sancti spiritus, ad cœnam sempiternã, ad fraternitatem meam: postremò ad mẽipsum. Ad vitam meam vos inuito. Non vultis credere, quia dabo vobis vitam meam? Tenete pignus mortem meã. Modò ergo cùm in ista morte corruptibili viuimus, morum mutatione cum Christo moriamur, à morte iustitię cũ Christo viuamus: beatam vitam non accepturi, nisi cùm ad illum venerimus qui venit ad nos, & cum illo esse cœperimus qui mortuus est pro nobis.

Eodem die. SERMO III. — SERMO CXLII.

SALVTIS humanæ, fratres charissimi, & mundi redituna libertas non modica taxatione requiritur, sed Christi sanguine tẽperatur. Sed quãtum venerabilis dici huius officium credentibus contulit gaudiũ, tantũ incredulis interitum portauit & luctum. Confert lætitiam Christianis ex fide, ingerit pœnam Iudæis desperantibus ex cruce. Illis iniuria filij Dei æternam contulit mortem, nobis ad perpetuã proficit salutem. Quis, rogo, diuinæ pietatis excessus est, vel quanta amoris amplitudo mõstratur? Ad hoc Deus propter hominem perditũ de cælo voluit descendere, non vt honorem in mundo accipere videretur, sed vt suspenderetur in cruce. Et dũ voluit deceptum laqueis mortis eximere, ipsam subire nõ dedignatus est mortem. Et qualem mortem? Quæ detestabilior omni morte extitisset. Hoc Apostolus asseuerat, dicens: Humiliauit, inquit, se vsque ad mortem: mortem autem crucis. Philip. 2. Vnde post mortẽ victrix resurrectio parabatur. Dicamus, fratres. Hæc est dies quam fecit Dominus; gaudeamus & epulemur in ea: hoc est Pascha quod colimus: in hoc peregrinamur, hoc præteritum redit, hoc voluitur in futurum.

Eodẽ die Sermo, de resurrectione corporũ, contra Infideles.

SERMO D. AVGVST. IIII. — SERMO CXLIII. CAP. I.

PROPRIA fides est Christianorum, resurrectio mortuorum. Hãc in seipso, id est, resurrectionẽ mortuorũ, caput nostrũ Christus ostendit: Et exemplum fidei nobis præstitit, vt hoc sperent membra in se, quod præcessit in capite.

capite. Hesterno die vobis insinuauimus, sapiẽtes gentiũ, quos Philosophos dicũt, ipsos qui in eis excellẽtissimi fuerũt, scrutatos fuisse naturã, & de operibus artificẽ cognouisse: Prophetas nõ audierũt, legẽ dei non acceperũt: sed eis deus quodammodo silens ipsius mundi operibus loquebatur, & eos ad quærendũ artificẽ rerũ, mundi species inuitabat: Nec potuerũt in animum inducere, cælũ & terram sine authore constare. De his beatus paulus apostolus ita loquitur: Reuelatur, inquit, ira Dei de cælo super omnẽ impietatem. Quid est, Super omnem impietatem? Non solùm super Iudęos, qui Dei legem acceperũt, & legis datorem offenderũt: verũetiam super omnẽ impietatem Gentiũ reuelatur ira Dei de cælo. Et ne quisquã diceret, quare cùm ipsi legẽ non acceperint? secutus adiunxit: Et iniustitiam eorum qui veritatẽ in iniquitate detinent. Iam tu respondę: Quam veritatem? Non enim acceperunt legem, nõ enim audierũt Prophetam. Audi quam veritatẽ. Quoniam quod notũ est, inquit, Dei, manifestũ est in illis. Vnde manifestũ? Adhuc audi: Deus enim illis manifestauit. Si adhuc quæris, quomodo manifestauit, quibus legem non dedit? Audi quomodo: Inuisibilia enim eius à constitutione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur. Inuisibilia enim eius, hoc est, inuisibilia Dei, à cõstitutione mũdi, id est, ex quo cõstituit mũdũ, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, illa per hęc intellecta conspiciũtur. Sẽpiterna quoque, (verba Apostoli dico, ipsa attexo:) Sẽpiterna quoq; virtus eius & diuinitas subaudis, intellecta cõspiciuntur, vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? Quia cognoscentes Deum, non sicut deum glorificauerũt, aut gratias egerũt. Non dixit, Nescientes Deum: sed, Cognoscentes.

Rom. 1.

Ibidem.

CAPVT II. Pulchritudo creaturarum, confessio earũ, qua Deũ confitentur.

VNDE cognoscẽtes: Ex his quę fecit. Interroga pulchritudinẽ terræ, interroga pulchritudinẽ maris, interroga pulchritudinem dilatati & diffusi aëris, interroga pulchritudinem cæli, interroga ordinem siderum, interroga solem fulgore suo diem clarificantem, interroga lunam splendore subsequentis noctis tenebras temperantem, interroga animalia quæ mouentur in aquis, quæ morãtur in terris, quæ volitãt in aëre, latẽtes animas, perspicua corpora, visibilia regenda, inuisibiles regentes: interroga ista. Respondẽt tibi omnia: Ecce vide, pulchra sumus. Pulchritudo eorũ, confessio eorum est. Ista pulchra mutabilia quis fecit, nisi incõmutabilis pulcher? In ipso denique homine vt possent intelligere & cognoscere deum vniuersi mũdi creatorem, in ipso, inquam, homine interrogauerũt hæc duo, corpus & animã. Hoc interrogabãt q; & ipsi gestabãt: videbant corpus, animã non videbant. Sed corpus nisi de animo nõ videbãt. Videbãt enim per oculũ: sed intus erat qui per fenestras aspiciebat. Deniq; discedẽte habitatore, iacet domus. Discedente qui regebat, cadit quod regebatur. Et quoniam cadit, cadauer vocatur. Nónne ibi oculi integri? Et si pateãt, nihil vident. Aures assunt: sed migrauit auditor. Linguę organũ manet: sed abscessit musicus qui mouebat. Interrogauerunt ergo ista duo, corpus quod videtur; animã quæ non videtur: & inuenerũt melius esse illud quod nõ videtur, quàm illud q; videtur: meliorẽ animã latẽtẽ, deteriorẽ carnem apparentem. Viderũt ista, intuiti sunt, discusserũt vtrunq;, & inuenerũt vtrunq; mutabile in ipso homine. Mutabile corpus per ætates, per corruptiones, per alimenta, per refectiones, per defectiones, per vitã, per mortẽ. Trãsierũt ad animã, quam vtiq; cõprehenderant meliorẽ, & etiam inuisibilẽ mirabantur. Inuenerũt & ipsam mutabilẽ, modò velle, modò nolle, modò scire, modò nescire, modò meminisse, modò obliuisci, modò timere, modò audere, modò ire in sapientiã, modò in stultitiã

Cadauer.

A deficere. Viderũt & ipsam mutabilẽ, trãsierũt & ipsam: quæsierũt enĩ aliquid immutabile. SIC ergo peruenerunt ad cognoscendum deum qui fecit, per ista quæ fecit: sed non sicut Deũ honorauerunt, aut gratias egerũt, ipse dicit Apostolus: Sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiẽs cor eorum: dicẽtes se esse sapientes, stulti facti sunt. Sibi arrogando quod acceperant, perdiderũt quod tenebãt: Dicẽtes se quasi magnos esse, stulti facti sunt. Et quò peruenerũt? Et immutauerunt, inquit, gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis. Idola dicit. Et parũ erat facere idolum ad speciẽ hominis, & ad sui operis similitudinem addicere artificem: parũ fuit hoc. Sed insuper quid? Et volucrũ & quadrupedum & serpẽtiũ. Omnia quippe ista muta animalia, & irrationabilia illa quasi magni sapiẽtes deos sibi fecerũt. Reprehẽdebã quãdo adorabas imaginẽ hominis: quid tibi faciã, quãdo adoras imaginẽ canis, imaginẽ colubri, imaginẽ crocodili? Peruenerũt vsq; ad ista. Quantum quærẽtes in superna euecti sunt, tantũ cadentes in ima demersi sunt. Altius enim mergitur quod de alto cadit. Hi ergo, sicut hesterno die vos commonui, quæsierunt quid postea, id est, quid post hanc vitã. Quæsierũt sicut homines: sed quando inuenirent cùm homines essent? Doctrinã dei nõ habuerunt, Prophetas nõ audierunt, nõ potuerũt inuenire, suspicati sunt. Retuli heri vobis suspiciones illorũ. EXEVNT animæ malæ, inquiũt, & quia immũdę sunt, cõtinuò in alia corpora reuoluũtur. Excũt animę sapiẽtiũ atq; iustorũ: & quia bene vixerũt, volant ad cælũ. Age bellè, bellè inuenisti illis locũ: volãtes ad cælum peruenĩunt. Et quid ibi? Ibi erũt, inquiunt, & requiescẽt cum diis. Sedes eorũ erunt stellæ. Nõ malum habitaculum illis inuenistis: vel ibi illas dimittite, nolite illas deiicere. Sed inquiunt, post tẽpora lõga, facta penitùs obliuione veterũ miseriarũ, incipiũt velle reuertij ad corpora, & delectabit eas venire: & rursus veniũt ad ista patiẽda, ad ista tolerãda, ad obliuiscendũ deũ, ad blasphemandũ Deũ, ad sequẽdas corporis voluptates, ad pugnas cõtra libidines. Veniũt ad istas miserias vnde & quò? Dic mihi quare? quia obliuiscũtur. Si omnia mala obliuiscũtur, obliuiscantur & delectationẽ carnis. Hoc solum mali sui meminerunt, vnde ruerũt. Veniũt. Quare? Quia delectat eas rursusin corporibus habitare. Vnde delectat, nisi per memoriã, quia ibi aliquando habitauerũt: nele torã memoriam, & fortè residuã facies sapiẽtiam. Nihil remaneat quod reuocet. EXHORRVIT quidam author ipsorum cui demõstrabatur, vel qui inducebat apud inferos demõstrantẽ patrẽ filio suo. Nostis enim hoc propè omnes: atque vtinam pauci nosseris. Sed pauci nostis in libris, multi in theatris, quia Æneas descendit ad inferos, & ostẽdit illi pater suus animas Romanorum magnorum venturas in corpora: expauit ipse Æneas, & ait:

Rom. 1.

B

Sup. ser. 139

C

al. in.

CAPVT III.

CAPVT IIII.

CAP. V.

D

O pater, ánne aliquas ad cælum hinc ire putandum est
Sublimes animas, iterúmque ad tarda reuerti Corpora?

Virg. 6. Aen.

Sentiendúmne est, inquit, quòd eant ad cælum, & iterum redeant? Quæ lucis miseris tã dira cupido? Melius filius intelligebat, q̃ pater exponebat. Reprehendit cupiditatem animarum rursus in corpora redire volentium. Dixit diram cupiditatem, dixit eas miserias, nec erubuit eas. Ad hoc Philosophi perduxistis, vt purgentur animæ, perueniant ad summam munditiam, & per ipsam munditiam obliuiscãtur omnia, & per obliuiones miseriarũ redeãt ad miserias corporum. Dicite, obsecro: Nónne etiam hæc si verà essent, melius nescirentur? Etiam si vera essent, inquam, quæ sine dubio falsa, quia fœda sunt, nónne melius nescirẽtur? An fortè dicturus es mihi, Non eris sapiens si ista nescieris?

Vt quid

Vt quid illa sciam? possum ne esse modò melior, quàm tunc ero in cælo? Si in cælo, quando ero melior & perfectior, obliuiscar omnia quæ hîc didici, & hæc ibi melior nesciturus sum, sine modò me illa nescire. In cælo habitantem dicis omnia obliuiscentẽ: sine in terra esse horum omnium nescientem. Deinde rogo te, Sciũt se istæ animæ in cælo, passuras esse rursus huius vitæ miserias, an nesciunt? Elige quod volueris. Si sciunt se passuras esse tãtas miserias, quomodo sunt beatæ miserias suas futuras cogitãtes? Quomodo sunt beatæ, vbi sunt sine securitate? Sed video quid eligas: dicturus es, Nesciunt. Laudas ergo ibi hanc ignorantiã, quam me nũc habere non sinis, docendo me in terra, quod me nesciturum dicis in cælo. Nesciunt, inquis. Si nesciunt, & se non putant passuras errando sunt beatæ. Quod enim passuræ sunt, putant se nõ passuras: quod falsum putare, quid est aliud quàm errare? Erũt ergo errore felices, erunt beatæ non æternitate, sed falsitate.

A

B

CAP. VI.

Ioan. 8.

LIBERET nos veritas, vt beati verè esse possimus, quoniam non fraudat nos sermo redemptoris nostri. Si vos filius liberauerit, tũc verè liberi eritis. Ipse enim dixit, Si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Deinde audite aliud peius, aliud dolendum vel potius irridendũ. Hic sapiens, hic philosophus, hoc est interrogatus, verbi gratia, Pythagoras, Plato, Porphyrius, & nescio quis alius ipsorũ, quare philosopharis? Propter, inquit, beatam vitam. Quando habebis istam beatam vitã? Cùm hoc corpus, inquit, reliquero in terra. Modò ergo misera vita geritur, sed spes est beatæ vitæ: ibi beata vita geritur, sed spes est miseræ vitæ. Ergo si spes nostræ infelicitatis est felix, & felicitas infelix; abiiciamus hæc, & vel rideamus, quia falsa sunt, vel doleamus quia magna existimantur. Sunt enim ista, fratres mei, magna magnorum deliramenta doctorum. Quanto melius tenemus magna magnorum sacramẽta doctorum? Amore corporum dicũt redire animas purgatas, mundatas, sapientes, purgatas animas amore corporũ redire ad corpora. Ergo anima purgata si sic amat, nónne amor iste magnæ sunt sordes? Sed corpus est omne fugiendum.

CAPVT VIII.

1. Cor. 15.

C

CAP. VII. 1. Retr. 4. 21. de ciui. Dei, cap. 26

MAGNVS eorum Porphyrius philosophus, fidei Christianæ acerrimus inimicus, quia iam Christianis temporibus fuit: sed tamen ab ipsis deliramentis erubescẽdo, à Christianis ex aliqua parte correptus, dixit, scripsit, Corpus est omne fugiendũ. Omne dixit, quasi omne corpus vinculum ærũnosum sit animæ. Et prorsus si corpus qualecunque est fugiendum, nõ est vt laudes ei corpus, & dicas, quomodo deo docẽte fides nostra laudat corpus: quia & corpus q; modò habemus, quamuis habeamus hinc de peccato pœnã, & corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: tamẽ habet corpus istud speciem suam, dispositionem membrorum, distinctionem sensuum, erectam staturã, & cætera quę bene considerantes stupent. Veruntamen illud omnino incorruptibile, omnino immortale, omnino ad mouendum agile & facile erit. Sed ait Porphyrius, Sine causa mihi laudas corpus, qualecunquè sit corpus: si vult esse beata anima, corpus est omne fugiendũ. Hoc dicunt philosophi: sed errant, sed delirant. Citò probo, nolo diutius disputare, libros vestros lego: quia illa quę prædicata sunt, debent habere subditum. Duo enim sunt inuicem sibi connexa, prędicata & subdita. Superat omnia Deus: huic cuncta sunt subdita. Et anima si habet aliquem honorem apud Deum, debet habere aliquid subditũ. Sed nolo hinc diutius disputare, libros vestros lego: mundum istum animal dicitis, id est, cælum & terram, maria, omnia quæ sunt ingentia corpora, & immensa vsquequaque elementa. Totum hoc vniuersumq; corpus, quod ex his elementis omnibus constat, dicitis esse animal magnum; id est, habere animam suã, sed sensus corporis non habere: quia extrinsecus nihil est quod sentiri possit: habere tamen intellectum, hærere Deo: & ipsam animam mundi vocari Iouem, vel vocari Hecatem, id est, quasi animam vniuersalem mundum regentem, & vnum quoddam animal facientem: eũdemq; mundum æternum esse dicitis, semper futurum, finem non habiturum. Si ergo æternus mundus, & sine fine manet mundus, & animal est mundus: anima ista semper tenetur in mundo? certè corpus est omne fugiendum. Quid est quod dicebas, Corpus est omne fugiendum? Ego dico, beatas animas incorruptibilia corpora semper habituras. Tu qui dicis, corpus omne fugiendum, occide mundũ. Tu dicis, vt fugiã de carne mea, fugiat Iupiter tuus de cælo & terra. QVID quod inuenimus eundem Platonem, magistrum istorum omniũ, in libro quodam suo quem scripsit De constitutione mundi, inducere Deũ factorem deorum, faciẽtem scilicet deos cælestes, stellas omnes, solem & lunam? Dicit ergo deum opificem deorũ cælestium, dicit ipsas stellas habere animas intellectuales, quæ intelligunt Deum, & corpora visibilia quæ cernuntur. Dico vt intelligatis: Sol iste qui videtur, non videretur, nisi corpus esset. Hoc verum est: stella vlla vel luna non videretur, nisi corpus esset; verum dicit. Ideo dicit & Apostolus, Et corpora cęlestia, & corpora terrestria. Et sequitur: Alia gloria cælestiũ, alia & terrestrium. Et rursus dicens de gloria cælestiũ corporum Apostolus adiunxit, & ait: Alia gloria solis, alia gloria lunę, alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Videtis, quia promissa est sanctorum corporibus claritas, & diuersa species claritatis, quia diuersa sunt merita charitatis. Sed illi quid dicunt? stellæ istæ quas videtis, corpora sunt quidem, sed habent suas animas intellectuales, & sunt dij. Interim de corporibus, quia corpora sunt, verum dicunt. Sed vtrum habeant animas suas, vt quid discutio? Modò veniamus ad rem. Inducitur deus à Platone ipso alloqui deos, quos fecit de corporali & incorporali substantia, atque inter cætera dicere illis, Quoniam estis orti, immortales esse & indissolubiles non potestis. Iam ad istam vocem illi intremiscere poterant. Quare? Quia immortales esse cupiebãt, & mori nolebant. Ergo vt eis auferret timorem, secutus adiunxit atque ait, Non tamen dissoluemini, neque vos vlla mortis fata periment, nec erunt valentiora quàm consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quàm illa quibus colligati estis. Ecce Deus securitatẽ dat diis à se factis: securitatem illis dat immortalitatis, securitatem illis dat, quòd non relinquant globos corporum suorum. Certè corpus est omne fugiendum. Quantum existimo, responsum est illis, sicut intelligere potestis: sicut & nos loqui possumus, quantum hora sermonis permittit, quantum capacitas* nostra sinit, responsum est eis. Iam verò quid & ipsi dicant de resurrectione ẽcorporum quasi acutè, vt non eis, sicut arbitrantur, etiam nos respondere possimus, multum est vt hodie vobis dicam. Sed quia semel promisi vobis, per istos dies istam de resurrectione carnis quæstionem esse versandam, ad ea quæ restant, adiuuante Domino, & aures & corda in crastinum præparate.

Plato?

Sapient. 9.

D

al. nostras

Item eodem die sermo De diuersis, xxx.

Feria tertia Paschæ.

SERMO CXLIIII. CAP. I. Matth.28. Mar.16. Luc.24.

SERMO D. AVGVST. I.

RESVRRECTIO dñi nostri Iesu Christi, & hodie recitata est: sed de altero lib. Euangelij, qui est secũdum Lucam. Primò enim lecta est secundum Matthæum, hesterna autem die secũdum Marcũ, hodie secundam Lucam. Sic habet ordo Euangelistarum. Sicut enim passio ipsius ab omnibus Euãgelistis conscripta est, sic dies isti septem vel octo durãt spatium, vt secundum omnes Euãgelistas resurrectio Domini recitetur. Passio autem quia vno die legitur, non solet legi, nisi secundum Matthæũ. Volueram aliquando vt per singulos annos secundum omnes Euãgelistas etiã passio legeretur: factum est, non audierunt homines quod consueuerũt, & perturbati sunt. Qui autem amat literas Dei, & non vult semper esse idiota, omnia nouit, & omnia diligenter inquirit. Sed sicut cuique à Deo parata est mensura fidei, sic quisq; proficit. Rom.12.

CAP. II. NVNC attẽdamus quod hodie, cùm legeretur, audiuimus. Nã quod heri cõmendaui charitati vestræ, expressimus: hodie audiuimus infidelitatem discipulorũ, vt intelligamus quantum eius beneficio nobis præstitũ est. Si credamus quod nos audiuimus, vocauit eos, instruxit eos, vixit cum eis in terra, fecit ante oculos eorũ tanta mirabilia vsque ad mortuos suscitãdos. Mortuos resuscitauit, carnẽ suam nõ credebatur resuscitare. Venerũt mulieres ad monumentũ: corpus in monumẽto non inuenerũt: resurrexisse Dominum ab angelis audierunt: feminæ viris nunciauerunt. Et quid scriptũ est? Quid audistis? Visa sunt ista ante oculos eorum quasi deliramẽta. Magna infidelitas cõditionis humanæ. Quãdo locuta est Eua quod dixerat serpẽs, audita est: citò mulieri creditũ est, feminis vera dicentibus q; viueret Christus, minus creditũ est. Nã hoc est quod egit dñs Iesus Christus, vt pri⁹ illud sexus femineus nũciaret. Quia ergo per sexũ femineum cecidit homo, per sexũ femineũ reparatus est homo: quia virgo Christũ peperit, femina resurrexisse nũciabat: per feminã mors, per feminã vita. Sed nõ crediderunt discipuli quod dixerant feminæ, delirare putauerũt, quãdo veritatẽ nũciabant. Luc.24. Genes.3.

CAPVT III. Luc.24. ECCE alibi, Duo ambulabant in via, & loquebãtur secum de his quæ acciderãt in Hierusalẽ, de iniquitate Iudæorum, de morte Christi: ambulabãt fabulantes, & quasi mortuum dolentes, resurrexisse nescientes. Apparuit & ipsis, factus est tertius viator, miscuit cum eis amica colloquia: oculi eorum tenebãtur, ne agnoscerent eũ. Oportebat enim vt melius cor instrueretur. Cognitio differtur: quærit ab eis quid inter se loquerentur, vt quod ipse sciebat illi faterentur. Et quod audistis, mirati cœperunt, quia de re clara & tam manifesta velut à nesciente interrogabantur. Tu solus, inquiũt, peregrinus es in Hierusalem, & nescis quæ ibi gesta sunt? At ille dixit, Quæ? De Iesu Nazareno, qui fuit Propheta potẽs factis & dictis. O discipuli, propheta erat Christus Dominus prophetarũ? iudici nomen præconis imponũt, ad alienigenarũ verba deuenerant. Quid est quod dixi? Recolite quòd quando ipse Iesus ait discipulis suis, Quem dicunt homines esse filiũ hominis? responderunt opiniones alienas. Alij dixerunt quòd Helias es, alij quia Ioãnes Baptista, alij quia Hieremias, aut vnus ex prophetis. Verba ista alienorũ erãt, nõ discipulorum. Ecce ad ista verba discipuli venerũt. Nũc ergo vos quem me esse dicitis? Respondistis mihi opiniones alienas, fidem vestram volo audire. Tũc Petrus vnus pro omnibus, Tu es Christus, filius Dei viui. Nõ quicunque vnus ex prophetis, sed filius Dei viui, adimpletor prophetarũ, creator angelorũ. Tu es Christus filius Dei viui. Audiuit quod decuit eum audire ex hac voce, & tali voce, Beatus es Simon Bar-Iona: quia nõ tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo Ecclesiã meam, & portæ inferi nõ prẽualebũt aduersus eã. Tibi dabo claues regni cælorũ, & quæcunque solueris super terram, soluta erũt & in cælo; & quæcũq; ligaueris super terrã, ligata erũt & in cẽlo. Fides hoc meruit audire, non homo. Nã ipse homo quid erat, nisi q; ait Psalmista, Omnis homo mendax? Matth.16. Psal.115.

CAPVT IIII. Matth.16. DENIQVE cõtinuò post hæc verba denunciauit eis passionem suam & mortem. Expauit Petrus, & ait, Absit à te Domine, non fiet istud. Tunc Dominus: Redi post me satanas. Petrus satanas, vbi sunt illa verba, Beatus es Simon Bar-Iona? Iunquid beatus satanas? Beatus de Deo, satanas de homine. Denique ipse Dominus exposuit quare illũ dixerit satanam. Non enim sapis quę dei sunt, sed quę sunt hominis. Vnde tũc beatus? Quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cęlis. Vnde postea satanas: nõ sapis quæ Dei sunt, quę quãdo sapueras beatus eras, sed sapis quæ hominis sunt. Ecce quomodo alternabat anima discipulorũ quasi ex ortu & occasu; modò stabat, modò iacebat, modò illuminabatur, modò tenebrabatur, quia de Deo illuminabatur, de suo tenebrabatur. Vnde illuminabatur? Accedite ad eum, & illuminamini. Vnde tenebrabatur? Qui loquitur mẽdaciũ, de suo loquitur. Filium Dei eũ dixerat, & timebat, ne moreretur cùm filius Dei esset. Nisi ille venisset vt moreretur, nos vnde viueremus? Psal.33. Ioan.8.

CAP. VI. Ioan.1. VNDE nos habemus vitam, inde ille habuit mortem. Ipsum Euangelium attende: In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quare ibi mortem. Vbi? Vnde? Quomodo? Erat verbum, verbum apud Deum, Deus verbum. Si inuenis ibi carnẽ & sanguinem, inuenis mortẽ: ergo ille verbum. Vnde illi mors? A nobis hominibus in terra positis, mortalib⁹, corruptibilib⁹, peccatoribus. Vnde vita? Non erat illi vnde haberet mortem, nõ eramus nos vnde haberemus vitam. Accepit ille mortẽ de nostro, vt daret nobis vitam de suo. Quomodo ille mortem de nostro? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Accepit hinc à nobis quod offerret pro nobis. Vitam autem vnde nobis? Et vita erat lux hominũ. Ipse nobis vita, nos illi mors. Sed qualis mors? Dignatione, non cõditione, quia dignatus est, quia voluit, quia misertus est. Potestatẽ, inquit, habeo ponendi animã meã, & iterum sumendi eam. Hoc Petrus nesciebat, quãdo audita morte Domini expauit. Sed ecce iã dixerat Dominus moriturum se, & resurrecturum tertia die. Factũ est quod prædicabat, & non credebant quod audierãt. Ecce iã triduum est ex eo quo ista facta sunt, & nos putabamus quòd ipse erat redẽpturus Israël. Sperabatis, iam desperatis: de spe cecidistis? leuat vos qui vobiscũ ambulat. Discipuli erant, ipsum audierant magistrum, nouerant ipsum, ab illo instructi erant, & nõ potuerũt imitari, & habere fidem latronis pendentis in cruce. Ibidem. Ioan.10. Luc.24.

CAP. VII. SED fortè aliqui vestrũm nesciunt quod dixi de latrone, nõ audiendo passionem secundum omnes Euãgelistas. Iste enim euangelista Lucas narrauit quod dico, quia duo latrones crucifixi sunt cũ Christo: dixit & hoc Matthæus. Sed vnus eorũ latronum qui insultauit Dño, & alter eorũ qui credidit Christũ: Matthæus non dixit, Lucas dixit. Recolamus fidem latronis, quã non inuenit Christus post resurrectionem in discipulis suis. Pendebat in cruce Christus, pendebat & latro. In medio ille, illi à lateribus. Insultat vnus, credit alter, iudicat medius ille. Ille enim qui insultabat, hoc dixit, Si filius Dei es, libera te. Et alius ad illũ, Tu non times deũ. Luc.23. Matth.27. Luc.23.

Si nos

Si nos propter facta nostra meritò patimur, ipse quid fecit? Et conuersus ad eũ, Memento, inquit, mei Dñe, dum veneris in regnũ tuũ. Magna fides, huic fidei quid addi possit, ignoro. Titubauerũt qui viderũt Christũ mortuos suscitantẽ: credidit ille quẽ videbat secũ in ligno pendentẽ. Quando illi titubauerũt, tunc ille credidit. Qualem fructũ Christ⁹ de arido ligno percepit? Quid enim Dominus dixerat? Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiso. Tu differs te, agnosco te. Quãdo hoc sperabat latro? adductus de latrocinio ad iudicẽ, à iudice ad crucẽ, de cruce ad paradisum. Deinde ipse attendens merita sua, non dixit, Memento mei vt liberes me hodie: sed, Cùm veneris in regnũ tuũ, tũc memor mei esto: si mihi tormenta debentur, vel quousque veneris in regnum tuum. Et ille: Non sic, inuasisti regnũ cælorũ, vim fecisti, credidisti, rapuisti: hodie mecum eris in paradiso. Non te differo. Tantæ fidei hodie reddo quod debeo. Latro dicit, Memento mei Dñe, cũ veneris in regnũ tuũ. Non solũ credebat resurrecturũ, sed etiam regnaturũ. Pendenti crucifixo, cruẽto ligno horrẽti. Cũ veneris, inquit, in regnũ tuũ: & illi, Nos sperabamus. Vbi latro inuenit, discipulus perdidit. Luca 23. magna fides latronis. CAP. VII.

DEINDE iam, charissimi, magnũ sacramentum quod cognouimus, audite. Ambulabat cum illis, suscipitur hospitio, panẽ frangit & cognoscitur. Et nos non dicamus, quia Christũ nõ cognouimus: nouimus, si credimus. Verũ est, nouimus si credimus, habemus si credimus. Habebant illi Christũ in conuiuio, nos intus in animo. Plus est Christũ habere in corde, quã in domo. Cor enim nostrũ interius nobis est, quã sit domus nostra. Iam verò vbi debet eum fidelis agnoscere? Agnoscit qui fidelis est; qui autẽ catechumenus est, ignorat. Sed ianuã contra eũ nemo claudat, vt nouerit. Hesterno die admonui charitatẽ vestrã, quia resurrectio Christi est in nobis, si bene viuamus. Si vita nostra mala moriatur, & quotidie noua proficiat. Abundant hic pœnitentes. Quando illis imponitur manus fit ordo longissimus. Orate pœnitentes, & eunt orare pœnitentes. Quomodo pœnitet quod fit: si pœnitet, non fiat. Si autẽ fit, nomẽ erat, crimen manet. Aliqui ipsi sibi pœnitentiæ locũ petierunt, aliqui excõmunicati à nobis in pœnitentię locũ redacti sunt: nolunt inde surgere, quasi electus sit locus pœnitentiũ. Qui debet esse locus humilitatis, sit locus humilitatis. Vobis dico qui vocamini pœnitentes, & non estis. Vobis dico. Quid vobis dicam? Laudo vos, in hoc non laudo: sed gemo & plango. Serm. præsens. 141. Ad pœnitentes. CAPVT VIII. De verb. Domini, serm. 16.

ET quid faciã fratres? Immutate vitam in melius. Mutate, quia finis incertus est. Omnis homo cum casu suo ambulat. Quid differtis bene viuere, cũ putatis, quia longa erit vita? Longam vitam putatis, & mortem subitaneã non timetis? Sed ecce longa sit: & quæro vnũ pœnitentẽ, & non inuenio. Quanto melius bona longa, quã mala vita erit? Longã cœnam malã ferre nemo, longam vitam malam omnes habere volunt. Vtiq; si grande quod viuimus, bonũ sit ipsum grãde. Quid enim vis mali, dic mihi in omnibus actibus tuis, cogitationibus, cupiditatibus? In terra non vis segetẽ malam, nõ vis vtiq; malã, sed bonã arborẽ, equũ, seruum, bonũ amicũ, bonũ filiũ, vxorẽ bonam. Et quid hæc magna cõmemorẽ? quando non vis vestem malã habere, sed bonã, caligam postremò ipsam non vis nisi bonam? Aut da mihi aliquid te velle quod malum est, nec te velle aliquid bonum: puto villam malam non vis, sed bonam, solam animam malam vis? Quid te offendisti? Quid de te tuipse malè meruisti? Inter bona tua nõ vis esse malum, nisi te solum. Puto, quia dico quod soleo, & facitis quod soletis. Ego corã Deo excutio vestimenta mea. Timeo ne mihi imputetur, quia non dico, officium meum impleo, fructum vestrum quæro, de bonis operibus vestris gaudium habere volo, non pecuniam. Non enim qui bene viuit, diuitem me facit, & tamen diuitiæ meæ non nisi spes vestra est: in Christo gaudium meum, solatium meum, & respiramentum periculorum in his tentationibus nullum est, nisi bona vita vestra. Obsecro vos fratres, si obliti estis vestri, miseremini tamen mei.

Eodem die, de resurrectione Domini.

SERMO CXLV. CAP. I.

SERMO D. AVGVST. II.

DE resurrectione Domini quòd sequebatur in Euangelio secundum Lucã, hodie terminatũ est, vbi audiuimus apparuisse dñm in medio discipulorũ suorũ disceptantium de resurrectione eius, & non credẽtium. Tam verò eis inopinatũ fuit & incredibile, vt nec videntes viderẽt. Videbant eũ viuũ, quẽ planxerant mortuũ: videbant in medio sui stantem, quẽ doluerant in cruce pendentem. Videbãt ergo: & quia suis oculis non credebant, vt verum viderent, falli se putabant. Æstimabant, sicut audistis, se spiritũ videre. Quod postea crediderunt de Christo pessimi hæretici, prius hoc crediderunt titubantes Apostoli. Sunt enim hodie qui nõ credunt carnem habuisse Christum: quia & partũ virginis destruunt, & nolũt eũ natũ ex femina credere. Verbum caro factum est: prorsus à sua fide, vel potius à sua infidelitate, totã istam dispensationem salutis nostræ, quòd factus est homo pro inueniendo homine, qui Deus fecerat hominẽ, totum hoc quod Christus in remissionem peccatorũ nostrorũ verũ, non falsum sanguinẽ fudit, & de vero suo sanguine chirographũ peccatorum nostrorum deleuit: hoc totũ hæretici dãnabiles euacuare conantur, totũ hoc Manichæi non credunt. Ecce loquitur & Euangeliũ: Stabat Dominus inter discipulos suos, nondũ credentes quòd resurrexerat. Videbãt eũ, & putabant se spiritum videre. Si nihil mali est, credere Christum spiritũ fuisse, non carnẽ: si nihil mali est, dimittãtur in ista opinione discipuli. Luc.24. Manichæi. Cõtra eos qui carnem Christi negant. Ioan.1. Colos.2. Luc.24.

ATTENDITE vt intelligatis quod volo dicere: Deus autem donet vt dicã, vt sic dicam, quomodo vos audire expedit. Ecce hoc ipsum repeto. Aliquando ipsi detestabiles carnem detestantes, & secundum carnem viuentes, aliquando hoc dicunt, & sic decipiunt. Qui melius credunt de Christo, illi qui dicunt quia carnem habuit: an nos qui dicimus, Deus erat spiritus, & oculis hominũ non corpus, sed Deus apparebat? Quid est melius, caro, an spiritus? Quid responsuri sumus, nisi spiritum carne esse meliorem? Si ergo dicis, Cõfiteris quia spiritus melior est, quàm caro. Melius ergo de spiritu sentio, qui eum spiritum fuisse dico, non carnem. O infelix error! Quare ego spiritum & carnem dico fuisse Christum? Tu dicis spiritum, ego spiritum & carnem. Non tu melius dicis, sed minus dicis. Audi ergo totum quod dico ego: id est, catholica fides, & quod dicit fundatissima fides & serenissima veritas. Tu qui dicis spiritum tantum fuisse Christum, quod est & spiritus noster, id est, anima nostra, hoc dicis tantum fuisse Christum. Audi quid dicas. Dico quod dicas. Erat ipse spiritus ex ea natura & substantia, vnde & noster est spiritus. Quanto minus dicas, attende. Erat ibi verbum, tu dicis humanus spiritus solus. Ego dico, verbum, spiritus, corpus: Deus & homo. Si duo nolo dicere, isto vtor compendio, Deus & homo, & verus Deus, & verus homo. Sed de ipso homine si quæris à me, duo iterum dico, Anima humana, caro humana. Tu homo es propter animam, & carnem: ille Christus propter Deum & hominem. Ecce quod dico. Sed tu melius te dicere putas: Catholica fides fundatissima & serenissima veritas.

tas: quia dicis, spiritus erat, spiritus apparebat, spiritus videbatur, spiritus in homine conuersabatur. Hoc dicis, hoc dixi: hoc putabant & discipuli. Si nihil malum dicis, si bonũ est quod dicis: bonũ erat quod discipuli putabant. Si Dominus eos dimittit, vt sic putẽt, dimittendus es & tu. Hoc enim credebant quod & tu: si bonum est quod tu credis, bonũ erat quod illi credebãt. Sed nõ erat bonum. AIT illis Dominus, Quid turbati estis, & cogitationes ascendũt in cor vestrũ? Cogitationes istæ terrenæ sunt. Si enim cælestes essent, descenderent in cor, non ascenderent. Quare enim dicitur nobis, Sursum cor vestrum, nisi vt terrenæ cogitationes non ante se inueniant cor nostrum, quod sursum posueramus? Ergo quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrũ? Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte. Parum est vobis attendere. Manus mittite, si parum est, attendite. Nec sufficiat attendere, palpate. Nec tangere solũ dixit: sed, Palpate & cõtrectare. Probẽt sibi manus vestræ, si mẽtiuntur oculi vestri: palpate & videte, oculos & manus habete. Quid palpate, & quid videte? Quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Errabas cũ discipulis, corrigere cũ discipulis. Humanum est, cõcedo. Putatis spiritũ Christũ, hoc & Petrus, hoc & cæteri qui spiritũ putauerũt se videre: sed in isto errore nõ remanserũt, vt scias prorsus hoc fuisse in cordibus eorũ: Medicus nõ dimisit, accessit, medicamentũ adhibuit, vulnera in cordibus videbat: & vnde vulnera cordiũ curaret, in corpore cicatrices ferebat. Sic ergo credamus, scio quia creditis sic: sed ne fortè in agro isto Dñi sit herba mala, etiã eos alloquor quos nõ video. Nemo credat de Christo, nisi q̃ de se credi voluit Christus. Antequã nobis expedit, vt credamus q̃ credi de se voluit, qui nos redemit, qui salutẽ nostram quæsiuit, qui pro nobis sanguinẽ suum fudit, qui pro nobis quod nobis non debebatur, attulit: hoc credamus quòd Christus est filius Dei, verbũ Dei. Quid est verbũ Dei? Quod dicere nõ potest verbũ hominis, hoc est verbũ Dei. Quæris à me, quid sit verbũ Dei? Si tibi vellẽ dicere quid sit verbũ hominis, non explico, fatigor, hæsito, succũbo, nõ possum explicare vim verbi humani. Ecce antequã dicã vobis, quod volo dicere, iam verbũ est in corde meo, nondũ à me dictũ est, & à apud me est: dicitur à me, & peruenit ad te, & nõ recedit à me. Intenditis vt audiatis verbũ à me, mentes vestras pasco, cùm loquor. Diuideretis inter vos cibũ si afferrem ventribus, nec totus peruenirет ad singulos. Sed quãto plures estis, tanto in plura frusta quod ponerem diuideretis, & tanto minus quisque acciperet, quãto maior esset multitudo accipientiũ. Modò autẽ cibũ attuli mentibus, dico accipite, sumite, & comedite. Accepistis, comedistis, & nõ diuisistis. Quicquid loquor, & omnib⁹ totũ est, & singulis totũ est. Ecce quomodo non potest satis explicari, quantã vim habet hominis verbũ, & dicis mihi, Quid est verbũ Dei? Verbũ Dei pascit angelorũ tot milia. Mente enim pascuntur, mente replentur. Implet angelos, implet mundũ, implet virginis vterũ: nec ibi spatiatur, nec hic angustatur. Quid est verbum Dei? Ipse breuiter de se dicit: sed magnũ est quod dicit, Ego & pater vnũ sumus. Nolo murmurres, verba appende. Quid ergo? Plura verba de vno verbo nõ sufficiunt explicando verbũ. Ergo quod non potest explicari, Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Suscepit totum quasi plenum hominem, animam & corpus hominis. Et si aliquid scrupulosius vis, animam & carnem habet & pecus. Cùm dico animam humanam & carnem humanam, totam animã humanam accepit. Fuerunt enim qui hinc hæresim facerent & dicerent, quia anima Christi non habuit mentẽ, nõ habuit intellectũ, non habuit rationem, sed verbũ Dei illi fuit pro mente, & pro intellectu, & pro ratione. Nolo sic credas. Totũ redemit qui totũ creauit, totũ suscepit, totũ liberauit verbũ. Vbi mẽs hominis & intellectus, ibi anima viuificans carnẽ. Caro vera & integra erat ibi, peccatum solum non erat ibi.

CAP. III. Lucæ 24. Cogitationes terrenæ ascendunt. Sursum cor.

CAPVT IIII.

Verbum Dei. Vide suprà serm. 40.

Ioan. 10.

Ioan. 1.

Eodem die, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Marcum, Post hæc autem duobus ex his ambulantibus, apparuit in alia effigie, &c. Matth. 16.

SERMO D. AVGVST. III.

SERMO CXLVI. CAP. I.

ODIERNO die iam ecce tertiò audiuimus ex Euangelio Domini nostri resurrectionem: quemadmodũ me vobis locutũ esse meministis: quoniã hoc moris est, vt secundũ omnes Euãgelistas resurrectio Domini recitetur. Marci Euãgeliũ est, quod modò, cũ legeretur, audiuimus. Marcus autem meruit istam dispẽsationẽ, cũ in numero illorũ duodecim nõ fuisset, quemadmodũ & Lucas. Nã cũ sint quatuor Euangelistæ, Matthæus, Ioannes, Marcus, & Lucas, duo sunt ex illis duodecim Apostolis, id est, Matthæus & Ioannes. Sed illorum præcessio infœcunda nõ fuit, vt consequentes comites nõ haberent. Marcus & Lucas Apostolorũ non pares, sed suppares fuerunt. Ideo iam voluit spiritus sanct⁹ etiam ex his qui inter duodecim non fuerunt, eligere ad Euangeliũ conscribendũ duos, ne putaretur gratia euangelizandi vsq; ad Apostolos peruenisse, & in illis fontẽ gratiæ defecisse. Cùm enim dicat Dominus de spiritu suo & de verbo suo: quod si quis perceperit dignéq; habuerit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã: fons vrique manando se indicat, non remanando. Per Apostolos peruenit gratia ad alios, & missi sunt euangelizare, quoniam qui vocauit primos, ipse vocauit secundos: ipse vocauit etiã vsque ad nouissimũ tẽpus corpus vnigeniti sui, id est, Ecclesiam toto orbe diffusam.

Ioan. 4.

CAP. II. Mar. 16.

QVID ergo audiuimus Marcum dicentem? Quòd apparuerit Dñs in via duobus, sicut dixit & Lucas, cuius Euangelium heri audiuimus: *Apparuit*, inquit, *duobus in via in alia effigie*. Lucas autem hoc ipsum aliis verbis dixit, sed ab eadẽ sententia non deuiauit. Lucas enim quid dixit? Tenebantur oculi eorũ, ne eũ agnoscerent. Marcus quid dixit? Apparuit eis in alia effigie. Quod ille dixit, Tenebantur oculi eorũ, ne eũ agnoscerent: hoc iste dixit, In alia effigie. Alia enim effigies visa est, retentis oculis nõ apparentis. Quid ergo, fratres, quoniã Lucas dixit, quod credo vos de lectione hesterna recentissimè meminisse, quòd cũ benedictum frangeret panẽ, aperti sunt oculi eorũ? Ergo clausis oculis in via cum illo comitabantur, & poterãt scire vbi gressus ponerent, si clausos oculos haberẽt? Aperti sunt ergo ad cogitationem, non ad visionẽ. Dñs itaque noster Iesus Christus ante panis fractionẽ ignotus loquitur cũ hominibus, in panis fractione cognoscitur: quia ibi percipitur, vbi vita æterna percipitur. Hospitio suscipitur, qui domum parat in cælo. Ait enim secundum Euangelistã Ioannẽ, Multæ mãsiones sunt apud patrem meum: alioquin dicerem vobis, Ibo parare vobis locũ. Sed si iero & parauero, iterum veniens assumam vos. Hospes in terra esse voluit Dominus cæli, peregrinus in mundo, per quẽ factus est mundus. Hospes esse dignatus est, vt tu haberes suscipiendo benedictionem, non quia ille indigebat, cùm hospes intrabat.

Luc. 24.

Ioan. 14.

Panis fractio vitæ distributio.

CAP. III. 3. Reg. 17. De verbis Domini, ser. 26.

HELIAM sanctum famis tempore per corũ Dñs pascebat: & quẽ persequebantur homines, ei seruiebant aues. Afferebat seruo Dei coruus mane panes, ad vesperam

vesperam carnes. Non indigebat ergo ille quem Deus ministris auibus pascebat, & tamen quamuis Helias non indigeret, mittitur ad viduam Sareptanam, & dicitur ei, Vade, illa vidua pascet te. Defecerat ei Deus, vt ad viduã mitteretur? Sed si Deus seruo suo sine humano ministerio semper præberet panem, vidua vnde haberet mercedẽ? Mittitur ergo non indigẽs ad indigentẽ, non esuriens ad esurientẽ, & dicit ad eam, Vade, & affer mihi pusillũ vt manducẽ. Illa modicum habebat quod consumptura erat, & moriendo defectura. Respondit, quantũ haberet, Prophetæ intimauit: & ait illi Propheta, Vade prius, affer mihi. Illa nõ dubitauit, sed obtulit. Obtulit refectionẽ, sed meruit benedictionem. Benedixit sanctus Helias hydriã farinæ, capsacẽ olei. Illud in domo repositũ erat cõsumendũ: & illud oleũ in palo pẽdebat finiendũ. Accessit benedictio, & vasa illa thesauri facti sunt. Laguncula olei facta est fons olei, farina parua vberrimas segetes superauit. Si Helias nõ indigebat, Christus indigebat: IDEO fratres mei, admonet nos Scriptura sancta, quia plerunque seruos suos quos potest pascere Deus, ideo facit indigentes, vt inueniat operãtes. Nemo superbiat, quia dat pauperi: Christ⁹ pauper fuit. Nemo superbiat, quia hospitẽ suscipit: Christus hospes fuit. Melior est susceptus quã suscipiens, ditior accipiens quã tradens. Qui accipiebat, cũcta possidebat: qui dabat ab illo cui dabat, acceperat quod dabat. Nemo ergo superbiat, fratres mei, quando dat pauperi, non dicat in animo suo: Ego do, ille accipit: Ego suscipio, ille indiget tecto, Fortè quẽ suscipis iustus est: ille indiget pane, tu veritate; ille tecto, tu cælo; ille indiget pecunia, tu iustitia. Fœnerator esto, eroga quod recipiat: noli timere, ne te fœneratorem iudicet Deus. Prorsus esto fœnerator, sed Deus tibi dicit: Quid vis? Fœnerari vis. Quid est fœnerari? Minus dare, & plus accipere. Ecce mihi da: ego accipio minus, & do plus. Quem quæris cui des, vnde crescat pecunia tua? Hominem quæris: quando accipit, gaudet: quando reddit, plorat. Vt accipiat, precatur: ne reddat, calũniatur. Da quidem & homini, & noli te auertere ab eo qui mutuũ petit. Sed tu dedisti, nõ ploret cui dedisti: & si hoc ipsum quod daturus est, vel quod accepit exigitur, fortè ad manũ nondũ habet: pertulisti petentẽ, expecta habentem: cũ habuerit, reddet tibi. SED auarus es, dicit tibi Deus: Me cõueni, ego filiũ diuitem pauperẽ propter te feci. Propter nosenim pauper factus est, cũ diues esset. Aurũ quæris, ille fecit. Argẽtũ quæris, ille fecit. Familiã quæris, ille fecit. Pecora quæris, ille fecit. Possessiones quæris, ille fecit. Quid quæris tantũ quæ fecit? Ipsum accipe qui fecit: cogita quemadmodũ te dilexit. Omnia per ipsũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Omnia per ipsũ, & ipse inter omnia. Qui fecit hominẽ factus est homo: factus est q̃ fecit, ne periret q̃ fecit. Qui fecit omnia, factus est inter omnia. Attende diuitias: quid ditius eo per quẽ facta sunt omnia? Et tamen ille cũ diues esset, mortalẽ carnẽ accepit in vtero virginis. Infans natus est, pannis infantilibus inuolutus est, in præsepio positus est, patienter expectauit ætates, patienter tẽpora pertulit, per quẽ facta sunt tempora. Suxit, vaguit, infans apparuit. Sed iacebat & regnabat, à matre nutriebatur, & ab angelis nunciabatur, & stella fulgente declarabatur. Tales diuitiæ, talis paupertas: diuitiæ, vt crearẽris: paupertas, vt restituereris. Quòd ille ergo pauper suscept⁹ est hospitio quasi pauper, dignatio fuit suscipientis, nõ miseria egentis. FORTE dicis tibi, O beati qui meruerunt Christũ suscipere! Si ego tunc fuissem, O si vnus fuissem de duobus illis quos inuenit in via! Tu esto in via, non deerit hospes Christus. Putas enim iam non tibi licere suscipere Christũ? Vnde, inquis, licet? Iã resurgẽs manifestatus est discipulis suis, ascendit in cælũ: ibi est ad dexterã patris: nõ est venturus nisi in vltimo seculo ad iudicandos viuos & mortuos. Venturus est autẽ in claritate, non in infirmitate: daturus regnũ, nõ quæsiturus hospitiũ. Quando dabit regnũ, excidit tibi quod dicturus est: Cũ vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis? Ille diues, egens est vsq; in finẽ seculi. Eget prorsus, nõ in capite, sed in mẽbris suis: vbi dolebat quãdo dixit, Saule Saule, quid me persequeris? Obsequamur ergo Christo. Nobiscum est in suis, nobiscũ est in nobis: nec frustra dixit, Ecce ego vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ seculi. Hæc faciẽdo agnoscimus Christũ in bonis operib⁹, non corpore, sed corde: nõ oculis carnis, sed oculis fidei. Quia vidisti, credidisti, ait cuidã discipulo suo incredulo, qui dixerat: Nõ credo, nisi tetigero. Et Dñs: Veni tange, & noli esse incredulus. Tetigit, & clamauit, Dñs meus & Deus meus. Et domin⁹: Quia vidisti me, credidisti: ipsa est tota fides tua, quia credis quod vides: laudo eos qui nõ vidẽt, & credunt: quia cũ viderint, gaudebunt.

CAPVT IIII.

Christus pauper & hospes.

Fœnerari.

CAP. V.

1. Cor. 8.

Ioan. 1.

Luc. 2.

CAP. VI. Luc. 24.

Ioan. 20.

Eodem die, de resurrectione corporum, contra Gentiles.

SERMO D. AVGVST. IIII.

SERMO CXLVII. CAP. I.

DIEBVS his sanctis resurrectioni Domini dedicatis, quantũ donante ipso possumus, de carnis resurrectione tractemus. Hæc enim est fides nostra, hoc donũ in Domini nostri Iesu Christi nobis carne promissum est, & in ipso præcessit exẽplũ. Voluit enim nobis quod promisit in fine, non solũ prænunciare, sed etiam demonstrare. Illi quidẽ qui tunc fuerunt cũ illũ videret, & cũ expauescerent, & spiritũ se videre crederent, soliditatẽ corporis tenuerũt. Locutus est enim nõ solũ verbis ad aures eorũ, sed etiã specie ad oculos eorũ: parũmque erat se præbere cernẽdũ, nisi etiam offerret pertractandum atque palpandũ. Ait enim, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrũ? Putauerunt enim se spiritum videre. Quid turbati estis, inquit, & cogitationes ascendũt in cor vestrũ? Videte manus meas & pedes meos: Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnẽ non habet, sicut me videtis habere. Cõtra istã euidentiam disputant homines. Quid enim aliud facerẽt homines qui ea quæ sunt hominũ sapiũt, quã sic disputare de Deo cõtra Deũ? Ille enim Deus est, isti homines sunt. Sed Deus nouit cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt. In homine carnali tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi. Quod solent videre, credũt: quod nõ solent, non credunt: Præter consuetudinem facit Deus miracula, quia Deus est. Maiora quidẽ miracula sunt, tot quotidie homines nasci qui nõ erant, quã paucos resurrexisse qui erant: & tamen ista miracula non cõsideratione cõprehensa sunt, sed assiduitate viluerunt. Resurrexit Christus, absoluta est res. Corpus erat, caro erat, pependit in cruce, emisit animã, posita est caro in sepulchro. Exhibuit illã viuam, qui viuebat in illa. Quare miramur? Quare non credimus? Deus est qui fecit. Cõsidera authorem, & tolle dubitationem. QVÆRVNT ergo homines, vtrũ corruptio ista corporis, quã sentiunt in carne sua, futura sit in resurrectione mortuorũ? Dicimus non futuram. Respondens nobis, Si corruptio nõ erit, quare manducabitur? Aut si non manducabitur, quare post resurrectionẽ Dominus manducauit? Modò Euangelium cùm legeretur, audiuimus, quia cùm exhiberet se viuũ oculis manibũsque discipulorum suorum, parum illi visum est ad demonstrandam euidentiam corporalẽ: sed addidit, Habetis hic aliquid quod manducetur? Et ob-

Luc. 24.

CAP. II.

Luc. 24.

Et obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis: manducauit, & reliquias dedit eis. Dicitur ergo nobis, Si corruptio corporis nõ resurget, quare manducauit Dñs Christus? Legistis quia manducauit, nunquid legistis, quia esuriuit? Quòd manducauit, potestatis fuit, non egestatis. Si desideraret mãducare, egeret. Rursus si manducare nõ posset, minus valeret. Nunquid & angeli, quando suscepti sunt hospitio à patribus nostris, non manducauerũt, & tamẽ corruptibiles non fuerũt? Rursus dicunt, Resurgent vitia quæ erant in corpore humano, cũ quib⁹ moritur homo? Respondemus. Nõ resurgent vitia. Et dicitur nobis: Quare ergo Dñs cum suorũ vulnerũ cicatricibus resurrexit? Quid ad hoc dicimus, nisi quia & hoc potestatis fuit, non necessitatis? Sic resurgere voluit, sic voluit quibusdam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices vulneris, vt sanaret vulnus incredulitatis. ADHVC disputant & quærunt à nobis: Paruuli qui moriuntur, paruuli resurrecturi sunt: an ætas erit plena reuiuiscentiũ quorum erat parua morientiũ? Hoc quidem in Scripturis definitũ non inuenimus. Incorruptibilia corpora & immortalia resurrectura promissa sunt. Sed si parua ætas redditur, si statura pusilla reuocatur, nunquid & propterea infirmitas reuocatur? Si parui erunt, nunquid iacebũt, & ambulare non poterunt? Credibilius tamẽ accipitur & probabilius & rationabilius, plenas ætates resurrecturas, vt reddatur munere, quod accessurum erat tẽpore. Nõ enim crediturí sumus etiam senectã resurrecturã anhelã & curuã. Postremò corruptionẽ tolle, & quod vis adde. Sed inquis: Quomodo erit terrenum corpus in cælo? Philosophi enim gentiũ illi valde magni, quorũ vobis iam vel insanas certè vel humanas sentẽtias intimaui, quæsierunt quippe ista non spiritu Dei, sed cõiectura cordis humani: hinc maximè faciũt quæstionẽ, tractant subtiliter de momentis ponderũ & ordine elementorũ: & dicunt quòd etiam videmus mundum sic esse dispositũ, vt ima sit terra tanquam in fundo eius, secunda aqua superfundatur terræ, tertius aër veniat, quartus æther cuncta cooperiat. Illud elementũ supernũ, quod æthera appellant, ignem dicunt esse liquidũ & purũ, inde sidera esse formata, ibi nihil esse posse terrenũ, quoniã ordo ponderũ non admittit. Si dicamus eis nostra corpora in terra esse noua victura, & in cælo non futura, audacter & temerè, imò infideliter dicimus. Credere enim debemus talia corpora nos habituros, vt vbi velimus, quãdo voluerimus, ibi simus. Nã si respondemus, ad soluendã de ordine ponderũ quæstionẽ, in terra nos esse victuros, de ipso corpore Dñi nobis est quæstio, cũ quo ascendit in cælũ.

Genes. 18. Tobiæ 12.

Resurrectio cũ cicatricibus, potestatis fuit.

CAPITE II. Paruulorũ resurrectio.

CAPVT IIII. Lucæ 24.

AVDISTIS quod de Euangelio modò recens sonuit in auribus nostris: Eleuatis manib⁹ suis benedixit eis: & factũ est dũ benediceret eis, recessit ab eis, & ferebatur in cælũ. Quis ferebatur in cælũ? Dñs Christ⁹. Quis Dominus Christus? Dominus Iesus. Quid enim, separaturus es hominẽ à Deo, & facturus es aliã personam Dei, aliã hominis, vt iam nõ sit Trinitas, sed quaternitas? Quomodo tu homo anima es & corpus, & sicut anima & corpus vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus. Sed verbũ nõ recessit à patre, & ad nos venit, & patrẽ non deseruit, & in vtero carnẽ accepit, & mundũ rexit. Quid ergo leuatũ est in cælũ, nisi quod sumptũ est de terra? Id est, caro illa, corpus illud: de quo loquẽs ad discipulos ait, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnẽ non habet, sicut me videtis habere. Credamus hoc, fratres: & si argumenta philosophorum difficilè soluimus, illud quod demonstratum est in Domino, sine difficultate fidei teneam⁹. Illi garriãt, nos credamus. SED non potest, inquiunt, esse terrenum corpus in cælo. Quid si hoc velit Deus? Respõde contra Deũ, & dic, Non potest Deus. Nónne & tu quicũque paganus, dicis omnipotentẽ Deum? Nónne in libro Platonis, quod hesterno die demonstraui, legitur dixisse Deus non factus diis à se factis: Quoniã estis orti, immortales quidẽ esse & indissolubiles nõ potestis: non tamen dissoluemini, neq; vlla-vos mortis fata perimẽt, nec erunt valentiora quã consiliũ meũ, quod maius est vinculũ ad perpetuitatẽ vestrã, quã illa quibus estis colligati? Totũ ad voluntatẽ suã redegit De⁹, qui potest & quod impossibile est. Nam quid est aliud, non potestis esse immortales, sed vt non moriamini, ego facio, nisi & quod fieri non potest ego facio?

Ibidem.

Cap. v.

De ciuit. Dei li. 22. c. 26.

Suprà serm. 143.

VOLO tamen aliquid etiam de diuersitate ponderum disputare. Rogo dic mihi, Terra terra est, Aqua aqua est, Aër aër est, Æther est cælum, & ignis ille liquidus cælũ est. Quatuor nẽpe ista grauida quasi cõstruxerunt & ædificauerunt mundum: hoc est, ex his quatuor ædificatus est mũdus. Quære quid in imo sit, terra est. Quid desuper, aqua. Quid super aquam, aër est. Quid super aërem, cælũ est, æther est. Quid corpora solida quæ tenentur atque tractantur? non humida dico quæ labuntur & fluunt, corpora dico, tractabilia, vnde sunt? Terræ deputanda sunt, an aquæ, an aëri, an ætheri? Responsurus es, Terræ. Terrenũ ergo corp⁹ est lignũ? Planè terrenũ. In terra nascitur, in terra alitur, in terra crescit. Tractabile est, non fluxibile. Redi mecũ ad illũ ordinẽ ponderũ. Terra est in fundamẽto. Ordinẽ sequerè. Quid super terrã? Aquæ. Quare lignũ natat super aquã? Terrenũ est corpus. Si reuoces ad illum ordinẽ ponderũ, sub aqua esse debuit, non supra. Inuenimus inter terrã & lignũ aqua mediã: super terrã aquã, & super aquam iterum terram, quandoquidem lignum terra est. Perdidisti illum ordinem, tene fidẽ. Ergo terrena corpora inuenta sunt super elementum, quod secundum est in ordine elementorum, quando natant ligna, neque merguntur. ATTENDE aliud quod plus miretis. Corpora ipsa grauissima, & tamen terrena, mox vt dimissa fuerint super aquam, cõtinuò demergũtur, & ad ima profunda peruenìunt: sicut est ferrum, postremò sicut est plumbum. Quid enim plumbo grauius? Accedit tamen manus artificis ad plumbum, facit inde aliquod vas concauum, & natat plumbum super aquam. Ergóne non dabit Deus corpori meo, quod dat artifex plumbo? Deinde aquã ipsã vbi ponitis? Redire ad ordinem elementorum. Certè respondebiris, quòd aqua sit super terram. Quare ergo antequam in terra currant, pendent in nubibus flumina? Reuoca inde considerationem tuam & cogitationem ad ea quæ dicturus sum, si Domino adiuuante explicare potuero. Quid facilius mouetur, quid velocius agitatur: grauius corpus, an leuius? Quis non respondeat, Leuius? Leuiora enim corpora facilius mouentur, velocius aguntur: grauiora difficilius atque tardi⁹. Certè regulam fixisti, certè cõsideraſti, & circumspectis omnibus respondisti, quia facilius mouẽtur, & velocius aguntur corpora leuiora quàm grauiora. Ita est, dicis. Respõde ergo mihi. Quare leuissima aranea tardè se mouet, & grauis equus velociter currit? De ipsis hominibus loquar: maius corpus hominis grauius est, breuius corpus quod minus habet ponderis, leuius est. Ita verò est, si alius portet. Si autem ipse homo corpus suum portat, validus currit, macer languore vix ambulat. Appende macrum & robustum hominem: illũ languore vix paucas libellas appendentem, illum salubritate corporis multa pondera in carne sua gerẽtem. Tẽta tu ambos tollere: grauis est validus, leuis est macilentus. Recedat portator, appareat ambulator: ipsos dimit-

CAP. VI.

CAP. VII.

dimittẽ sibi, agant corpora sua: video macrum vix passum mouentem, video validũ robustũmque currentem. SI hoc valet sanitas, immortalitas quid valebit? Dabit ergo Deus mirã facilitatẽ, mirã leuitatẽ. Nõ sine causa illa corpora spiritalia nuncupata sunt: non ideo dicta sunt spiritalia, quia erũt spiritus, nõ corpora. Nã ista quæ modò habemus, dicũtur animalia corpora: & tamẽ animæ nõ sunt, sed corpora. Quomodo nũc ista animalia dicũtur, & animæ non sunt: sic illa spiritalia dicũtur, sed nõ sunt spiritus, quia corpora erunt. Quare dicitur spiritale corpus, charissimi, nisi quia ad nutũ spirit⁹ seruiet? Nihil tibi cõtradicit ex te, nihil in te rebellat aduersus te, nõ ibi erit quod Apostolus gemit, Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spiritus aduersus carnẽ: nõ ibi erit, Video aliã legẽ in membris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ. Hæc bella ibi nõ erũt: pax, ibi erit, pax perfecta ibi erit. Vbi volueris, eris: sed à Deo nõ recedes. Vbi volueris, eris: sed quocũq; ieris, Deũ tuũ habebis. De quo beatus eris, semper cũ illo eris. Nemo ergo fallat, nemo argumentetur, nemo sua suspicione deliret, q̃ nobis p̃misit Deus, venturũ esse certissimè teneamus. Quãdo videbatur Christus, fratres mei, quãdo spiritus putabatur, vt se corpus esse persuadẽret: nõ solũ præbebat oculis videndũ, sed etiã manibus cõtrectandũ. Quibus ad exhibendũ fidei veritatẽ in corpore, dignatus est etiã nõ necessitate, sed potestate cibũ sumere. Tamen adhuc illis præ gaudio trepidãtibus, firmamentũ cordis adhibuit de sanctis Scripturis: & ait illis, Hęc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cũ adhuc essem vobiscũ: q̃m̃ necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. Tũc aperuit illis sensum: sicut Euangeliũ loquitur, q̃ modò lectũ est, vt intelligerẽt Scripturas: & dixit eis, Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã in remissionẽ peccatorũ per oẽs gentes, incipientibus ab Hierosolymis. Illud nõ vidimus, sed hoc videmus. Quãdo ista promittebantur, nondũ videbãtur. Apostoli Christũ præsentem videbant: sed toto orbe terrarũ diffusam Ecclesiã non videbant. Videbant caput, & de corpore credebant. Habemus vices nostras, habemus gratiam dispẽsationis & distributionis nostræ ad credendum certissimis documentis, tempora nobis in vna fide sunt distributa. Illi videbant caput, & credebant de corpore: nos videmus corpus, credamus de capite.

CAPVT VIII. Corpora animalia & spiritalia.

Galat. 5. Rom. 7.

Lucæ 24.

Item de eadem feria alius sermo in illud Lucæ: Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis, Pax vobis, &c. inter eos qui à Parisiensibus additi sunt, III I & sermones de Diuersis, XXXI. XXXII. ac XXXIII.

Feria quarta Paschæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis, &c.

SERMO CXLVIIII. CAP. I.

SERMO D. AVGVST. I.

ET hodie lectio recitata est de his quæ facta sunt post resurrectionẽ Dñi secundũ Euãgelistã Ioannẽ. Audiuit nobiscũ charitas vestra, Dñm Iesum Christũ ad mare Tiberiadis ostendisse se discipulis suis: & qui eos iã fecerat piscatores hominum, inuenit eos adhuc piscatores piscũ. Per totã noctẽ nihil ceperunt: viso autẽ Dño, & eo iubente, retia mittentes ceperunt quantũ numerũ audistis. Nunquã hoc pomin⁹ iuberet, nisi aliquid significare vellet, quod nobis nosse expediret. Quid ergo pro magno potuit ad Iesum Christũ pertinere, si pisces caperẽtur, aut si nõ caperẽtur? Sed illa piscatio, nostra erat significatio. Recolam⁹ ergo vobiscũ duas illas piscationes discipulorũ factas esse iubente Domino Iesu Christo: vnã ante passionẽ, alterã post resurrectionẽ. In his ergo duabus piscationibus tota figuratur Ecclesia: & qualis est modò, & qualis erit in resurrectione mortuorũ. Modò habet enim sine numero multos & bonos & malos: post resurrectionẽ autem habebit certo numero solos bonos.

Ioan. 21.

Duæ piscationes.

RECORDAMINI ergo primã piscationem, † vbi videamus Ecclesiam qualis est isto tẽpore. Dominus Iesus inuenit discipulos suos piscantes, quando primũ eos vocauit, vt sequerentur eũ. Tunc tota nocte nihil ceperunt. Eo autẽ viso, audierũt ab illo, Mittite retia. Domine, inquiũt, per totã noctẽ nihil cepimus, sed ecce in verbo tuo mittimus. Miserũt, iubẽte omnipotẽte. Quid potuit aliud fieri, nisi quod ille voluisset? Sed tamen eodem ipso facto aliquid nobis, vt dixi, q̃ nosse expediat, significare dignatus est. Missa sunt retia. Adhuc Dominus nondũ erat passus, nondũ resurrexerat. Missa sunt retia: ceperũt tantũ piscũ, vt duo nauigia implerentur, & ipsa retia eadẽ piscũ multitudine scinderentur. Tũc illis dixit: Venite, & faciã vos piscatores hominũ. Acceperũt ab illo retia verbi Dei, miserunt in mundũ tanquã in mare profundum: ceperunt quantã multitudinẽ Christianorũ cernimus & miramur. Duo autẽ illa nauigia, duos populos significabãt, Iudæorũ & gentiũ, sỹnagogæ & ecclesiæ, circũcisionis & præputij. Illorũ enim duorũ nauigiorũ tanquã duorũ parietum de diuerso venientium, lapis angularis est Christus. Sed quid audiuimus? Ibi premebantur nauigia præ multitudine. Sic fit modò: multi Christiani qui malè viuũt, Ecclesiã premunt. Parũ est quia premunt, & retia dirũpunt. Nam si non essent retia scissa, schismata non essent commissa. TRANSEAMVS ergo ab ista piscatione quã toleramus: & ad illam veniamus quã ardenter optamus & fideliter exoptam⁹. Ecce Dñs mortu⁹ est, sed resurrexit: apparuit ad mare discipulis suis, iubet eos retia mittere. Nõ quomodocũq; intẽdite. Nã in prima piscatione nõ illis dixit, Mittite retia in dexterã aut in sinistram: quia si diceret, In sinistrã, soli mali significarẽtur: si diceret, In dexteram, soli boni figurarentur. Ideo nõ dixit, vel in dexterã, vel in sinistrã: quia permixti erãt capiẽdi boni cũ malis. Iam modò post resurrectionem qualis erit ecclesiæ audite, discernite, gaudete, sperate, cõprehendite. Mittite, inquit, retia in dexterã partẽ. Iã dexteri capiuntur: nulli mali timeãtur. Scitis enim quia dixit se separaturum esse oues ab hædis, oues posituru ad dexterã, hædos ad sinistrã: sinistris dicturũ, Ite in ignẽ æternũ: dexteris dicturũ: Accipite regnũ. Ecce vnde mittite retia? In dexterã partẽ. Miserũt, ceperũt: certus est numerus: nemo est ibi super numerũ. Modò autẽ quãti super numerum accedunt ad altare, qui in populo Dei videtur, & in libro vitæ non scribuntur. Ibi ergo certus numerus est. De quibus piscibus & vos esse affectate: non audiẽdo tantũ & laudando, sed intelligendo, & bene viuẽdo. Mittuntur ergo retia, capiuntur pisces magni. Quis est enim, ibi tunc paruus, quando erũt æquales angelis Dei? Capiuntur ergo pisces magni, centũ quinquaginta & tres. Dicet mihi aliquis, Et tot erunt sancti? Absit à nobis, vt tantã paucitatẽ esse sanctorũ & in illo regno futurorum etiã de sola ista Ecclesia suspicemur. Certus numerus erit: sed milia milium erunt de populo Israẽlitico. Ioãnes sanctus in Apocalypsi de solo populo Israẽl duodecies duodena milia dicit futuros, qui se cũ mulieribus non coinquinauerunt, virgines enim permanserunt. At verò de cæteris gẽtibus venire dicit cũ stolis albis tanta milia hominum, quæ numerare nemo potest. ALIQVOD ergo signum vult iste numerus, & anniuersaria sollẽnitate sermonis huius cõmemorare vobis debeo, quod omni anno soletis audire. Cen-

Ioan. 21.

Capt. II. al. ibi.

Prima. Luc. 5.

Marc. 1. Luc. 5.

CAPVT III. Secunda piscatio.

Ioan. 21.

In dexterã.

Ioan. 11.

Matth. 25.

Matth. 22. Ioan. 11.

Apoc. 14.

CAPT. III.

153. pisces. re. Centum quinquaginta & tres pisces, numerus est significãs milia miliũ sanctorũ atque fideliũ. Quare ergo isto numero tot milia, quæ futura sunt in regno cælorũ, Dñs significare dignatus est? Audite quare. Scitis legẽ datam esse per Moysen populo Dei, & in ipsa lege, præcipuũ cõmemorari Decalogũ, id est, decẽ præcepta legis. Quorũ est vnũ præceptũ de colẽdo vno deo, Exod. 20. secundũ præceptũ, Ne accipias nomen Dñi Dei tui in vanum: tertiũ præceptũ de obseruatione sabbati, quod Christiani spiritaliter obseruant, Iudæi carnaliter violant. Ista tria præcepta ad Deũ pertinent, reliqua septẽ ad homines, propter illa duo principalia, Diliges Dñm Matth. 22. Deum tuũ in toto corde tuo, & ex tota anima tua, & diliges proximũ tuũ tanquam teipsum. In his duobus mandatis, tota lex pendet & prophetæ. Quia ergo duo sunt ista præcepta in illo Decalogo, tria pertinẽt ad dilectionem Dei, & septẽ ad dilectionem proximi. Quæ sunt septẽ pertinẽtia ad hominẽ? Honora patrẽ tuũ & B matrem, non mœchaberis, non occides, nõ furaberis, non falsum testimoniũ dixeris, non cõcupisces vxorẽ proximi tui, non concupisces rem proximi tui.

Cap. v. Præcepta nullus implet, nisi adiutus gratia Dei. Mysterium numeri. Esaiæ 11. H Æ C decem præcepta nemo implet viribus suis, nisi adiuuetur gratia Dei. Si ergo legẽ nemo implet viribus suis, nisi Deus adiuuet spiritu suo, iam recolite quemadmodũ spiritus sanctus septenario numero cõmẽdatur, sicuti sanctus Propheta dicit, implendũ hominẽ spiritu Dei, sapientiæ & intellectus, cõsilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, spiritu timoris Dei. Istæ septem operationes cõmendant septenario numero spiritũ sanctũ, qui quasi descendens ad nos, incipit à sapientia, finit ad timorẽ. Nos autẽ ascendentes incipi- Eccles. 1. mus à timore, perficimur in sapientia: initium enim sapientiæ, timor Domini. Si ergo spiritu opus est, vt lex possit impleri, accedant septem ad decem, fit numerus decẽ & septẽ. Si cõputes ab vno vsq; ad decẽ & septẽ, C fiunt centũ quinquaginta & tres. Non opus est omnia nunc numerare, apud vos numerate: sic cõputate, vnũ & duo & tria & quatuor sunt decẽ. Quomodo decem sunt vnũ & duo & tria & quatuor, sic adde cæteros numeros vsq; ad decẽ & septẽ: & inuenis numerũ sacrum fideliũ atque sanctorũ in cælestibus cũ Dño futurorũ.

Eodem die.

SERMO D. AVGVST. II.

SERMO CXLIX. CAP. I. O D I E terminatum est de his quæ narrat Ioannes, quomodo apparuerit Dominus post resurrectionem discipulis suis. Cõpellauit ergo apostolum Petrũ illum præsumptorem & negatorem, cũ loquerẽtur iam viuus morte deuicta, & dicebat, Simõ Ioan. 21. Ioannis (sic enim appellabatur Petrus) amas me? Respondebat ille quod erat in corde ipsius. Si Petrus respondebat q; in corde habebat. Dñs quare quæreba. qui cõrda videbat? Denq; ipse etiã Petrus mirabatur, & cũ quodã tædio audiebat quærentem, quẽ nouerat omnia scientẽ. Semel dictũ est, Amas me? Responsum est, Diligo te, tu scis. Et iterum, Amas me? Domine, tu omnia nosti: tu scis quia diligo te. Et tertiò, Amas me? Contristatus est Petrus. Quid cõtristaris Petre? Quia respondes amorẽ, oblitus tuũ timorẽ. Sine interroget, interroget te Dñs: medicus est qui te interrogat, ad sanitatem pertinet quod interrogat. Noli tædio affici. Expecta, implebitur numerus dilectionis, vt deleat numerum negationis: vbique tamen idem in ipso ternario numero interrogationis suæ Dominus lesus respõdenti amorem commendat agnos suos, & dicit, Pasce oues meas: tanquam diceret, Quid retribues, quia diligis me? dilectionem ostende in ouibus. Quid mihi præstas, quia diligis me? quando ego tibi præstiti vt me diligeres. Si dilectionẽ tuam erga me habes, vbi ostendas habes, vbi exerceas habes: pasce agnos meos.

QVATENVS autẽ essent pascẽdæ agni Dominici CAP. II. oues, tanto pretio cõparatæ, quanta essent dilectione pascẽdæ, in consequẽtibus demonstrauit. Postquam enim Petrus impleto legitimo numero trinæ responsionis professus est se esse Domini dilectorẽ, cõmendatis sibi ouibus eius, audit de sua futura passione. Hic demonstrauit Dominus sic diligendas oues suas ab eis quibus eas cõmendat, vt parati sint mori pro eis. Sic idem Ioannes in Epistola sua ait, Sicut pro nobis Chri- 1. Ioan. 3. stus animam suã posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere. Responderat ergo Domino Petr⁹ per superbã quandã præsumptionẽ quando ei dixerat, Animã meã pro te ponã. Nõdũ eres acceperat quibus Ioan. 13. impleret promissum. Modò iam vt possit hoc implere, charitate impletur. Ideo dicitur, Amas me? Et respon- B det, Amo, quia hoc non implet nisi charitas. Quid est ergo, Petre? Quando negasti, quid timuisti? Totum q; timuisti, hoc erat mori. Viuus tecũ loquitur quẽ mortuum vidisti: noli iam timere mortẽ: in illo vita est quã timebas. Pependit in cruce, cõfixus est clauis, spiritum reddidit, lãcea percussus est, in sepulchro positus. Hoc timuisti quãdo negasti, ne hoc patereris timuisti, mortem timendo vitã negasti. Modò intellige: quando timuisti mori, tunc mortuus es. Mortuus est eũ negando: sed surrexit plorando. Quid deinde ait illi? Sequere me: sciens eius maturitate. Si enim meminisses, imò Ioan. 21. meminerunt, qui legerũt; dixit Petrus: Sequar te quocunque ieris. Et Dominus ad illũ, Non potes me sequi modò: sequeris autẽ postea. Modò, inquit, non potes: Ioan. 13. promittis, sed ego video vires tuas. Ego venã cordis inspicio, & quod verũ est ægroto renuncio. Non potes me modò sequi; sequeris autẽ postea. Sed ista renunciatio non est desperatio.

CAPVT III. ADIVNXIT & ait, Sequeris autem postea. Eris sanus, & sequeris me. Iam quia vidit quid agatur in corde ipsius, & vidit quod donum dederit dilectionis animæ ipsius, dicit ei, Sequere me. Ego certẽ dixeram, Non potes modò: ego modò dico, Sequere me. Respexit Petrus ad discipulum quẽ diligebat Iesus: id est, ad ipsum Ioannẽ qui Euangeliũ hoc scripsit: & ait Domino, Domine iste quid? Scio quia diligis eum, quomodo ego sequor, & ipse nõ sequitur? Ait Dominus: Sic eum volo manere, donec veniam: tu me sequere. Ipse verò Euangelista, ipse qui scribit de quo dictũ est hoc, Sic eum volo manere, donec veniam: secutus adiunxit verba sua in Euangelio, & ait, natam fuisse famã inter fratres propter hoc verbũ, quia discipulus ille nõ esset moriturus. Et vt tolleret istã opinionẽ adiũxit: Nõ ait Ioan. 21. dixit, eũ nõ esse moriturũ: sed tantũ dixit, Sic eũ volo D manere donec veniã: tu me sequere. Hãc ergo opinionẽ qua putabatur Ioãnes nõ esse moriturus, abstulit ipse Ioãnes verbis suis cõsequẽtibus, ne hoc crederẽtur: & ait, Nõ hoc dixit dñs, sed hoc dixit. Quare autẽ hoc dixerit, Ioãnes nõ exponit, sed nobis reliquit: propter q; pulsam⁹, si fortè aperiatur nobis. QVANTVM-mihi CAPVT IIII. Dñs donare dignatur, quãtũ mihi videtur; videtur aũt & melius melioribus; sic puto istã solui quæstionẽ duobus modis: aut de passione Petri dixit Dominus quod dixit: aut de Euãgelio Ioãnis quod est de passione: vt hoc, Sequere me, sit, patere pro me, patere quod ego. Crucifixus est eũ Christ⁹, crucifixus est & Petrus. Expertus est clauos, expertus est cruciatus, Ioãnes autem nihil eorũ expertus est: hoc est, Sic eum volo manere, sine vulnere, sine cruciatu, dormiat & expectet me: tu me sequere. Patere quod ego: sanguinẽ fudi pro te, fũde pro me. Vno ergo isto modo exponi potest quod dictum

ctum est: Sic eum volo manere, donec veniam: tu me A sequere. Nolo vt ipse patiatur, tu patere. Secundũ autẽ Euangeliũ Ioannis, hoc modo videtur intelligi, quod Petrus scripsit de Dño, scripserũt & alij: sed scripta eorum magis circa humanitatẽ Dñi videntur occupata. Dñs enim Christus & Deus est, & homo. Quid est homo? Anima & caro. Quid autẽ Christus est? Verbũ, anima & caro, sed qualis anima? Nã & pecora habẽt animas. Verbũ, rationalis anima & caro, hoc totũ Christus. Sed de diuinitate in literis Petri non aliud: In Euangelio autẽ Ioãnis multũ memini. In principio erat Ioan. 1. verbũ, ipse dixit. Transcendit nubes, & transcendit sidera, transcendit & angelos, transcendit omnẽ creaturam, peruenit ad verbũ, per quod facta sunt omnia. In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt. Quis videat, quis cogitet, quis digne suscipiat, quis dignè pronunciet? Tunc hunc qui B Ioan. 21. bene intelligit quando Christus venerit: Sic eum volo manere, donec veniam. Exposui sicut potui: potest ipse melius in cordibus vestris.

Item eodem die Homilia, de eo quod dictum est in Euangelio secundum Ioannem, Manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibid. tom. 9.
Item eodẽ die sermones de Diuersis 111. & v. de duabus piscationib.

SERMO CL. *Feria quinta Paschæ.* SERMO I.

Exod. 12. A G N V S ille legalis, cuius immolatione antiquus Hebræorũ populus Ægyptiæ seruitutis iugũ abiecit, quomodo multimodis sacramentis veriorẽ sanctæ Ecclesiæ hostiam in figura sui contineat, tunc potissimum ipsa rerũ veritate probatũ est, quando Pascha nostrũ immolatus 1. Cor. 5. est Christus: qui sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & Esaiæ 53. sicut agnus corã tondente se sine voce, sic non aperuit C os suũ. Iste est agn⁹ qui in altari crucis hostia viua deo patri pro nobis in odorem suauitatis oblatus, transitũ nobis de regione vmbræ mortis ad terrã repromissionis patefecit. Iste est, inquã, qui simul victima & sacerdos, omnẽ veteris sacerdotij & sacrificij vmbram clara luce reuelando, figuris & ænigmatibus finẽ imposuit: nouo autẽ Ecclesiæ populo nouum sacerdotiũ & nouum sacrificiũ initiauit, vt videlicet nouũ vinum Matth. 9. Ioan. 12. in vtres nouos mitteretur. Quod si granũ fruměti cadens in terrã & mortuũ tam mirabiliter omnia innouauit, multo magis in seipso rediuiuũ cum fructu multiplicato resurgens cuncta fœcundauit: & nõ solũ spiritalib⁹ rationabilis terræ incrementis, sed & ipsis quoque terrenis seminibus hoc tẽpore ampliorẽ prouentũ dedit. Vnde modò in germina erũpentis terræ tota hilarior facies, vario suorũ fructuũ ornatu omnẽ hactenus quasi mortuã rerũ naturam resurgenti suo Domi- D no cõresuscitat: vbi arborũ & herbarũ grata venustas, diuerso quidẽ germinũ munere, pari tamen gestu lætitiæ, singulari huic sollennitati festiua occurit. De cæli autẽ nunc vsq; quodãmodo tristi, tandẽ verò læta facie quid dicã, quæ aliquãdiu iam densa caligine nubiũ Psal. 24. adoperta aëris huius spatiũ omne turbauit? Et ecce repentè quasi iustitia de cælo in terrã prospiciente, mita serenitas mundo arridet, & in vnã lætitiam cæli & terræ vota concurrunt, vt Deũ & hominẽ Christũ communi exultatione excipiant, qui cõmunẽ vtrisq; pacẽ afferre venerat, & mediũ parietẽ maceriæ soluẽs, fecit vtraq; vnũ. Hinc astrorũ omniũ fomes, splendor ille solaris suã frontẽ admodũ rugatã iam iámq; expurgat: & quasi rex cõspicuus in diademate capitis sui, in die despõsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui, cæterisq; stellis velut comitibus suis largiora luminis sui dona impendit. Luna enim ab ipso ortus sui die semper in quodã sui dispendio posita, ad paschalia gaudia pleno se lumine parat. Et vt cuncta breuiter perstringam, sicut omne quod in rebus subsistit diuina dispensatione hominis imperio seruit: sic de salute humana omnibus vna exultatio incumbit. Cũ igitur pro homine omnis creatura tantis indiciis sua gaudia monstret, cõsequẽs est, vt ab hominibus ipsis testimonia tali lætitiæ non desint. Præfigurata est in protoplasto Adã Christi re- Gen. 2. surrectio: quia sicut ille post soporẽ surgens, Euã de latere suo fabricatã agnouit: ita Christus à morte resurgens ex vulnere lateris sui ædificauit Ecclesiam. Noë Gen. 9. quoq; vir agricola, cùm plantasset vineã, & inebriatus vino obdormisset, & disco opertus iaceret in tabernaculo suo, expergefactus à somno, filio suo verecũdiam suã non celanti, maledictũ perpetuæ seruitutis imponens, Christũ significauit: qui vineã suã fecit Ecclesiã, cuius amore poculo passionis inebriatus, & assumptæ carnis tegmine nudatus à mortuis resurrexit, sicut ipse ait in Cãticis, Expoliaui me tunica mea, quomodo in- Cant. 5. duar illa? Ionas verò qualiter & ipse in se Dñi mortem & resurrectionẽ expresserit, Euangelicus sermo aper- Matth. 12. tè declarat. Quia igitur, fratres, omnis creatura quodã charitatis officio nostræ saluti cõgaudet, nostrũ est ex hoc nobis in vsum viuendi aliquid trahere: ne cõmunis omniũ lætitia ius suũ in nobis amittat, quos causæ totius summa in capite spectat. Et primũ quidẽ velut oues pascuæ Domini, in ara cordis igne charitatis assati, nosmetipsos offeramus hostiã viuentẽ, sanctã, deo placentẽ: & azymis cõtinentiæ, mortificata iam habẽ- Rom. 12. Colos. 3. tes mẽbra nostra quæ sunt super terrã, id est, fornicationẽ, immunditiã, & cætera vitiorũ ergastula declinemus, & in statione virtutũ sedẽ nobis aptem⁹: mortuis quoq; operibus abrenunciantes, fructũ optimũ vt terra bona afferamus, exẽplóque bonæ arboris in omni bonitate & iustitia fructificemus. Ne verò & claritas solis nostræ desit cõuersationi: Luceat lux nostra corã Matth. 5. hominibus, vt videant opera nostra bona, & glorificẽt patrẽ nostrũ qui in cælis est. Si igitur ita agentes vltimus nos dies inuenerit, erit nobis quandoq; in præmio ipsa quoq; corporum resurrectio: vbi cùm Christ⁹ Colos. 3. apparuerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria, qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Eodem die.

SERMO D. AVGVST. II.

SERMO CLI. CAP. I.  S I c se habet, fratres mei, sic se habet miseria nostræ cõditionis & Dei miseratio, vt tẽpus mæstitiæ, tẽpus lætitiæ præcedat: id est, vt prius sit tẽpus mæstitiæ, posterius tẽpus lætitiæ. Prius sit tẽpus laboris, posterius quietis: prius sit tẽpus calamitatis, posterius felicitatis. Sic se habet miseria nostræ cõditionis, vt diximus, & diuina miseratio. Tẽpus enim mæstitiæ, laboris, miseriæ, peccata nostra nobis pepererũt. Tẽpus verò lætitiæ, quietis, feliciratis, nõ venit de meritis nostris, sed de gratia Saluatoris. Aliud meremur, aliud speramus. Meremur mala, speram⁹ bona. Hoc facit misericordia eius qui creauit nos. Sed tẽpore miseriæ nostræ, &, sicut Scriptura loquitur, diebus natiuitatis nostræ nosse debemus vnde debeat esse ipsa tristitia. Tristitia eũ sic est, quomodo Tristitia. sterc⁹. Stercus nõ loco suo positũ, immũditia est. Stercus non loco suo positũ, immundam facit domũ: loco suo positum, fertilem facit agrum. Videte stercoris locum ab agricola prouisum. Ait Apostol⁹, Et quis est 2. Cor. 2. qui me lętificet, nisi qui cõtristatur ex me? Et alio loco, 2. Cor. 7. Tristitia, inquit, secundũ Deum pœnitentiã in salutẽ impœnitendam operatur. Qui secundũ Deum tristis est,

est, in pœnitentiam tristis est de peccatis suis. Tristitia de iniquitate propriam iustitiam parturit. Prius tibi displiceat quod es, vt possis esse quod non es.

CAP. II. Pœnitentia impœnitenda.

QVÆ secundum Deum est, inquit, tristitia, pœnitentiam in salutē impœnitendam operatur. Pœnitentiam, inquit, in salutem. Qualē salutem? Impœnitendam. Quid est, Impœnitendam? Cuius te omnino pœnitere non possit. Habuimus enim vitam, cuius nos debuimus pœnitere: habuimus vitam pœnitendam, sed non possumus peruenire ad vitam impœnitendā, nisi per malæ vitæ pœnitentiam. Nunquid fratres, vt dicere cœperam, in massa tritici purgata inuenies stercus? Tamen ad illum nitorem, ad illam speciē & pulchritudinē per stercus peruenitur, reipublicæ fœditas via fuit. Meritò etiā Dñs dicit in Euangelio de quadā arbore infructuosa: Iam ecce triennīū est, quòd venio ad eam, & fructū in ea non inuenio: præcidam illam, ne mihi agrū impediat. Intercedit colonus: intercedit iam securi imminente infructuosis radicibus, & penè ferente: intercedit colonus, quomodo intercessit Deo Moyses. Intercedit colonus & dicit, Dñe dimitte illā & hoc anno. Circūfodio ei & adhibeo cophinū stercoris: si fecerit fructū, bene: si quo minus, præcides eā. Arbor ista genus est humanū. Visitauit istam arborem Dñs tempore Patriarcharū, quasi primo anno. Visitauit eam tempore Legis & Prophetarū, quasi secundo anno. Ecce in Euangelio tertius annus illuxit. Iā quasi præcidi debuit: sed interpellat misericors misericordē. Qui enim se volebat exhibere misericordem, ipse sibi oppositus intercessorē. Dimittatur, inquit, in hoc anno, circūfodiatur ei fossa: signū est humilitatis, adhibeatur cophinus stercoris, si fortè det fructū: imò quia dat fructū, ex parte non dat fructū, veniet Dominus eius, & diuidet eam. Quid est, Diuidet? Quia sunt boni, & sunt mali. Modò autē in vno cœtu, tanquam in vno corpore sunt constituti. ERGO fratres mei, vt dixi, Stercoris locus opportunus dat fructum, importunus autem locū facit immundū. Nescio quis tristis est. Inueni nescio quē tristem: stercus video, locū quæro. dic amice, vnde tristis es? Perdidi, inquit, pecuniā. Locus immundus, fructus nullus: audiat Apostolū, Tristitia mūdi mortē operatur. Nō solùm fructus nullus, sed & magna pernicies. Sic & de cæteris rebus ad gaudia secularia pertinentibus, quas res longū est enumerare. Video aliū tristantē, gementē, flentem. Multū stercoris video, & ibi locū quæro. Et cū viderem tristē, flentem, inspexi & orantem. Orans nescio quid mihi bonæ significationis ingessit. Sed adhuc locum quæro. Quid enim si iste orans, gemens, magno fletu mortem roget inimicis suis? Etiam si sic iam plorat, iam rogat, iam orat, locus immundus, fructus nullus. Plus est quod inuenimus in Scripturis: rogat vt moriatur inimicus ipsius, incidit in maledictionem Iudæ: Oratio eius fiat in peccatū. Inspexi aliū rursus gementē, flentem, orantē: stercus agnosco, locum quero. Intendi autem orationi eius, & audio dicentē: Ego dixi, Domine miserere mei, sana animā meam, quoniā peccaui tibi. Gemit peccatū: agnoscp agrū, expecto fructum; Deo gratias. Bono loco est stercus: non ibi vacat: fructū parturit. Hoc est verè tēpus fructuosæ mæstitiæ, vt cōditionē mortalitatis nostræ, abūdantiā tentationū, surreptiones peccatorū, aduersitates cupiditatū, rixas cōcupiscentiarum cōtra bonas cogitationes semper tumultuantiū doleamus: hinc tristes simus. HOC tēpus miseriæ nostræ & gemitus nostri, Quadraginta dies illi significant ante pascha. Lætitia verò quæ posterior erit, quietis, felicitatis, vitæ æternæ, regni sine fine, quod nondū est, his diebus Quinquaginta, quibus diebus Deo laudes dicuntur, significātur. Significātur enim nobis duo tempora: vnū ante resurrectionem Domini, alterum post resurrectionem Domini. Vnū in quo sumus, alterū in quo nos futuros esse speramus. Tēpus mæroris quod significant dies Quadragesimæ, & significamus & habemus. Tēpus autē lætitiæ & quietis & regni, quod significant dies isti, significamus per hallelu-ia, sed nōdum habemus laudes. Sed nunc suspiramus ad hallelu-ia. Quid est, Hallelu-ia? Laudate Deum. Sed nondū habemus laudes, in Ecclesia frequētantur laudes Dei post resurrectionē, quia nobis erit perpetua laus post resurrectionē nostram. Domini passio tēpus nostrū significat, in quo nunc flemus. Flagella, vincula, contumeliæ, sputa, spinea corona, vinum fellitū, in spongia acetū, insultationes, opprobria, postremò ipsa crux, in ligno mēbra sacra pendentia, quid nobis significant, nisi tēpus quod agimus, tempus mæroris, tēpus mortalitatis, tēpus tentationis? Ideo fœdū tēpus: sed fœditas ista stercoris sit in agro, non in domo. Mæror sit de peccatis, non de cupiditatibus fraudatis. Fœdū tēpus: sed si bene vtatur, fidele tempus. Quid fœtidius agro stercorato? Pulchrior fuit ager, antequā cophinū stercoris haberet; perductus est ager ad fœditatē, vt veniret ad vbertatem fidei. Ergo fœditas huius temporis signum est: sed nobis sit ista fœditas tēpus fertilitatis. VIDEAMVS ergo cum Propheta quid dicat, Vidimus eum. Qualē? Nō habētem speciē neque decorem. Quare? Aliū Prophetam interroga: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Dinumerata sunt ossa pēdentis. Fœda species, crucifixi species: sed ista fœditas pulchritudinē parturit. Quā pulchritudinē? Resurrectionis: quia speciosus forma præ filiis hominū. Laudem^a ergo, fratres, Dñm: quia ei^b fidelia ^a pmissa retinem^a, nondū accepim^a. Parū putatis, quia ^a pmissorē tenemus, vt iā debitorē exigam^a? Promissor ne^a debitor fact^a est bonitate sua, nō prærogātia nostra. Quid ei debemus, vt eū debitorē teneamus? An fortè quod audistis in Psalmo: Quid retribuā Domino? Primò quando dicit, Quid retribuam Domino, verba sunt debitoris, nō debitu exigētis. Prærogatū est illi, Quid retribuā Domino. Quid est, Quid retribuam? Rependā. Pro qua re? Pro omnib^a quæ retribuit mihi. Quid retribuit mihi? Primò nihil erā, & fecit me: pericram, quæsuit me: quærens inuenit me, captiuum redemit me, emptū liberauit me, de seruo fratrē^a fecit me. Quid retribuam Domino? Non habes quod retribuas. Quando ab illo totum expectas, quid habes retribuere? Sed expecta. Nescio quid vult dicere. Cur quærit? Quid retribuā pño pro omnib^a quę retribuit mihi? Circuspiciēs vndique quid retribuat, quasi inuenit. Quid inuenit? Calicē salutaris accipiā. Retribuere cogitabas, adhuc accipere quęrebas. Vnde, rogo? Si adhuc accipere quæris, adhuc debitor eris, quando retributor? Si ergo semper debitor eris, quādo retribues? Nō inuenis quod retribuas, nisi quod dederis nō habebis. Vide quando dicebas: Quid retribuā, ad illud pertinet quod dixisti, Omnis homo mendax. Qui enim voluerit dicere, quia retribuet aliquid Deo, mendax est: (Omnia ab illo speranda sunt à nobisipsis præter illū nihil nisi fortè peccatū,) & mendaciū de suo loquitur. Verè plenè de suo abundat homo; mendaciū omnino hic habet & thesaurū mendaciorum: cor suum mentiatur, quantū potest, non deficit; fingat quicquid potest, mentiatur quicquid potest. Quare? Quia quod gratis habet, de se habet, non illud emit. Quando venitur ad veritatem, si verax vult esse, non erit de suo. MENDAX Petrus de suo. Vbi mendax?] Præmisit nobis Dominū passionē, & dicit: Absit à te, nō fiat illud. Omnis homo men-

Luc. 13.

Hallelu-ia quid.

CAP. V. Esa. 53.

Psal. 21.

Psal. 44.

Psal. 15.

Psal. 102.

Psal. 40.

Quę hic fructificanda.

CAP. VI. Duo tempora, Quadragesimæ & Quinquagesimæ quid significent.

CAP. VI. Mendax Petrus.

al. promisit.

mendax. Vnde mendax? Ipsum Dominum audi: Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominis. Verax autē Petrus. Quando? Tu es Christus filius Dei viui. Vnde ista veritas homini mendaci? Ecce homo dicit, Tu es Christus filius Dei viui. Quis dicit? Petrus. Quid erat Petrus? Homo qui dixit verum. Certè omnis homo mendax. Ecce, ecce lingua eius, ecce lingua de lingua eius. Quomodo omnis homo mēdax? Audi, quia omnis homo mandax, quia de suo. Ergo vnde Petrus verax? Audi ipsam veritatem, Beatus es Simon bar-Iona. Vnde beatus? De suo? Absit, quia tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cęlis est. Laudem^a ergo Dominū, charissimi, laudemus Deum, dicamus hallelu-ia. Significemus istis diebus diem sine fine: significemus locū immortalitatis, tēpus immortalitatis: festinemus ad domum ęternā. Beati qui habitāt in domo tua, in secula seculorū laudabūt te. Lex dicit, Scriptura dicit, veritas dicit: Vēturi sumus ad domum Dei, quæ est in cælis. Ibi non quinquaginta diebus Deum laudabimus: sed quēadmodū scriptū est, In secula seculorū. Videbimus, amabimus, laudabimus. Nec quod videbimus deficiet, nec quod amabimus peribit, nec quod laudabimus tacebit. Sēpiternū totū erit, sine fine erit. Laudemus, laudemus, sed nō solis vocibus, laudemus & moribus: laudet lingua, laudet vita: sed habeat charitatem infinitā. Conuersi ad Dominum, &c.

Matth. 16. Verax Petrus.

Psal. 83.

Ephes. 5.

Rom. 6.

Colos. 3.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptū est in Euangelio secundū Ioannem, Maria stabat ad monumentum, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Item de eodem die est sermo de Diuersis, vt. contra Philosophos.

SERMO CL. II.

Feria sexta Paschæ. SERMO I.

Est fragmentum sermonis VI. de Diuersis.

SERMO CLIII.

Eodem die. SERMO II.

SACRAMENTVM, dilectissimi, Dominicę resurrectionis diuina voluit prouidentia variis figuris rerum & Prophetarum oraculis aliquotiēs præsignari: quatenus per omnes seculi labentis ætates omnis sanctorū spes ad illū tēderet solū, qui est expectatio omniū gentium. Vnde illud quòd in ipso mundi nascentis exordio mater omnium viuentiū Eua de costa viri dormiētis est producta, matrem credentiū Ecclesiā ex latere Christi in cruce morientis monstrat exortā: sicut in actu euigilantis Adæ, figura est Domini resurgentis à morte. Vnde dicit Apostolus. Factus est primus homo in animam viuentē, secundus homo in spiritum viuificantē. Noē verò qui in opere arcæ & ipso suo nomine requiē Dei in sanctis significat, in eo vel maximè redemptoris nostri figurā repræsentat, quòd cū esset agricola, vineā plantauit, & vini poculo ebriatus, in suo tabernaculo est denudat^a. Quæ res ad illum propriè spectat, qui calice passionis adeò factus est ebrius, vt ipso tegmine corporis nudaretur ad tempus, & statim in resurrectione euigilans, illis daret benedictionem qui in mysterio venerantur eius passionē, irrisoribus autem suis dignā maledictionē. De quo calice dicit Psalmista: Calix meus inebriās quā præclarus est! Et in Euangelio Dominus: Calicem quē dedit mihi pater, nō bibam illū? Virga quoq; Moysi in terram proiecta, & in draconem conuersa, cùm teneretur per caudā, rediit iterū in virgam: quia illa potestas diuinæ maiestatis de cælo descendens ad terram pro nobis voluit esse mortalis: sed post peractam carnis assumptæ dispensationē, recepit se ad paternæ dexteræ sedē. De Iona quem absorptum piscis eumuit illęsum in aridā, euidentē habemus ipsius Domini sententiā, quòd sicut ille fuerit in vētre ceti tribus dieb^a & tribus noctibus, ita foret hominis filius in corde terræ. Extant & alia quàm plurima de hac sollennitate sollēnitatū sancta præconia, quibus omnibus astipulatur & ipsa tēporū ratio, quæ Paschalē terminū vernali dedicauit æquinoctio, expectato duntaxat sequente primi mensis plenilunio: vt sicut ab inferioribus sol in altum proficiens, primò nunc adęquat lōgitudine noctes, luna etiā per diurna suæ lucis incremēta videtur esse plenissima: ita resurgens ab inferis sol iustitiæ, Ecclesiam caten^a in tenebris cōstitutā suo illustraret lumine. Hęc sunt sacrosancta huius diei Paschalia gaudia, hæc seculis omnibus desiderata & prædicata sollennia: quę nos semper animo venerari, semper opere pro modulo nostro iustū est imitari, sicut dicit apostolus Ioānes, Qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et ille quidē pro nobis ad tēpus crucifixus, nos quotidie crucem tollere, & ipsum sequi oportet. Mortē ille ad horā gustauit, nos semper debemus mortificare membra nostra, quæ sunt super terrā, fornicationem, immunditiam, & cętera. Resurrexit ille à mortuis, resurgere nos iubemur à vitiis, dicente Apostolo: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quòd si modò carnē nostrā pro Christo cū vitiis & concupiscētiis crucifixerimus, cōplātati etiā similitudini mortis eius mortificatione vitiorum fuerimus, cùm Christus apparuerit vita nostra, tūc & nos apparebimus cū ipso in gloria, qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorū, Amē.

Genes. 2.

1. Cor. 15.

Genes. 9.

Psal. 22. Ioan. 18. Exod. 7.

Ioan. 2.

Matth. 12.

SERMO CLIV. CAP. I.

Eodem die. SERMO III.

DEVS misericordiæ & iustitię hodie resurrexit à mortuis per potētiā patris, vt Paul^a ait, Qui suscitauit eū à mortuis. Et Propheta, Inter mortuos liber est. In quo & nos omnes post resurgemus, & viuemus. Quia enim præstitit nobis ducatū ad regnū suū, iubemur & nos prepatare viam Domino, hoc est, humilitatem, dilectionē Dei & proximi, iustitiam, bonitatē, integritatē, patiēntiā, charitatem, prudentiā, pietatē & innocentiā. Hæc omnia præcepit nobis Dominus per semetipsum exēplis, qui per agnū significatur. Quæritur ergo, quare agnus iste non die, sed ad vesperam immoletur? Hæc causa manifesta est. Dominus enim noster ac Saluator in consummatione seculorū passus est, vt Ioannes ait, Filioli mei, nouissima hora est. Hodie fides Ecclesiæ confirmata est in Christo, & in semine Abrahæ omnes gētes benedicūtur, ac Saluator mūdi innotuit, & plenam supernis ciuibus & hominibus lętitiā cōtulit, cùm viuum se post passionē suā prębuit iuxta promissum suū. Bene quoque Dominicus sermo ac resurrectio Domini cōiungūtur. Venerabilis est hic dies, qui Dominicus dies & dies primus atque perfectus est, & dies clarus, in quo visa est prima lux. In quo trāsgressi sunt filij Israēl mare rubrū siccis pedibus, & in quo pluit māna filiis Israēl in deserto, & quo Dominus baptizatus est in Iordane. quo vinū de aqua in Cana Galilęę factū est, quo benedixit Dominus quinque panes, quibus satiauit quinq; millia hominū. In quo resurrexit Dominus à morte, quo intrauit Dominus in domos clausas, vbi erāt discipuli congregati propter metum Iudæorum: in quo spiritus sanctus descēdit in Apostolos, & in quo speramus Dominum nostrum Iesum Christum ad iudiciū venturum: in quo die omnis creatura reformabitur in melius, vt sol & luna septuplum lumen accipiant, & sancti homines vitam ęternam propter merita bonæ obedientię recipiant à Deo.

Ioan. 20. Act. 2.

Gen. 1. Exod. 14. Exod. 16. Matth. 3. Ioan. 3. Matth. 14.

Sabbato post diem sanctum Paschæ.

SERMO D. AVGVST. I.

ET hodie resurrectio Domini recitata est de sancto Euangelio. Lectum est enim Euāgelium secundum Ioānem audiuimus quę in aliis libris Euangelij non audieramus.

SERMO CLV. CAP. I.

Omnibus quidẽ cõmunis est prædicatio veritatis, & de fonte vno omnes biberũt. Sed in prædicatione Euãgelij, sicut sæpe commonui charitatem vestram, alia omnes, alia tres, alia duo, alia singuli posuerunt. Modò ergo quod audiuimus secundũ Ioannem Euangelium, quia Maria vidit Dominum, & dixit ad eam Domin⁹, Noli me tangere, nondum enim ascẽdi ad patrẽ: solus euangelista Ioannes cõmemorat. Hinc ergo loquendũ est sanctitati vestræ. Visis enim linteaminibus in sepulchro, Dominũ non resurrexisse credideranf, sed ablatum esse. Ipse Ioannes (seipsum enim dicit, quem diligebat Iesus,) cũ audisset nunciantibus mulieribus & dicentibus, Tulerũt Dominũ meum de monumento, cucurrit cum Petro, & attendit in monumentum, vidit sola linteamina, & credidit. Quid credidit? nõ quia resurrexerat, sed quia de monumẽto perierat. Hoc sequentia verba testãtur. Sic enim scriptũ est, quod modò audiuimus. Attendit, vidit & credidit: nondũ enim sciebat Scripturas, quia oportebat eũ à mortuis resurgere. Apparuit ergo quid credidit: quod fidei non erat hoc credidit: credidit, sed falsum credidit. Apparuit ei postea Dominus, fugauit falsum, inseruit verũ. TAMEN illud quod solet mouere lectorem & auditorem non incuriosum neque negligentem, quomodo sit dictũ, Noli me tangere; nondũ enim ascendi ad patrem: hîc videamus, Domino ipso adiuuante, quid dictũ sit. Mouet enim hoc quidem, Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem. Quando enim ascendit ad patrẽ? Sicut indicãt Actus Apostolorũ, quadragesimo die post resurrectionẽ suã, quẽ diem in nomine ipsius celebraturi sumus: tunc ascendit ad patrẽ, tunc eũ discipuli qui manibus tetigerunt, oculis deduxerunt. Tũc sonuit angelica vox: Viri Galilęi, quid statis, intuentes in cęlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet quomodo eum vidistis euntem in cęlum. Si ergo tunc ascendit ad patrem, quid dicimus, fratres mei? Maria non poterat eum tangere in terra stantẽ, & poterat tangere in cælo sedentem? Si hîc non poterat, quanto minus poterat ibi? Quid est ergo, Noli me tãgere: non enĩ ascendi ad patrẽ? Sic enim sonant verba: tanquã diceret, Tunc me tange, cùm ascendero: antequam ascendã, noli me tangere. O Domine, hîc es, & nõ tango: cũ ascẽderis, tangam? Deinde si antequam ad patrem ascẽderet, tactũ horrebat humanum, quomodo se discipulis nõ solũ videndũ, sed etiam contrectandũ præbuit, quãdo dixit, Quid cogitatis in cordibus vestris? Videte manus meas, & pedes meos: palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Incredulus etiã ille discipulus Thomas tetigit latus perforatũ, & exclamauit, Dominus meus & Deus meus. Quando tetigit; nondum ascenderat Iesus ad patrem. Au fortè aliquis insipiens dixerit, antequã ad patrem ascenderet, viri eũ poterãt tangere: mulieres autem nõ poterant, nisi cùm ad patrem ascenderet? Absurda est ista cogitatio, & peruersa sententia. Prorsus quod audiuit maria, audiat Ecclesia. Hoc omnes audiãt, omnes intelligant, omnes faciant. Quid ergo est, Noli me tãgere; nondũ enim ascendi ad patrem? Quòd me vides, hominem solum putas, patri æqualem esse adhuc nescis: noli me tangere talem, noli in hominẽ solũ credere: sed verbum ęquale genitori intellige. Quid ergo est, Noli me tãgere, noli credere? Quid noli credere? Quia hoc solum sum quod vides. Ascendam ad patrem, & tunc tange. Tibi ascendo, quando intellexeris æqualẽ. Quando enim me putas minorem, nondum ascendo tibi. TANGERE autem, credere esse, puto quia facilè possumus intelligere de illa muliere quæ tetigit fimbriam vestimenti Christi, & salua facta est. Recordamini Euangelium: Dominus Iesus Christus ibat ad visitendam archisynagogi filiã, quę primò nũciata fuit infirma, postea mortua. Illo pergẽte, ecce mulier de trãsuerso venit, quę fluxu sanguinis laborabat per duodecim annos, & in medicis frustrà curãtibus, & nõ sanantibus, omnia sua consumpserat: dixitque in corde suo, Si tetigero fimbriã vestimenti eius, salua ero. Hoc ipsum dicere, iã tãgere fuit. Denique audi sententiã, cũ salua facta esset secundũ fidem suã, ait Dominus Iesus Christus, Tetigit me aliquis, Et discipuli, Turbæ te cõprimunt, & dicis, Quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis: nam ego scio virtutẽ exiisse de me. Gratia præcessit, vt illa sanaretur, non vt ille minueretur. Dicunt ergo discipuli, Premunt te turbæ, & tu vnũ aut vnam sensisti? Et ille, Tetigit me aliquis: illi premunt, ista tetigit. Quid est, illi premunt, ista tetigit? Iudęi affligunt, Ecclesia credidit. SECVNDVM hunc ergo intellectum, quo videmus mulierem tetigisse, quod est credidisse, secundũ hoc dictum est ad Mariã, Noli me tangere, ascendam & tange. Tunc enim tãge, quando cognoueris, In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum & Deus erat verbũ. Verbum quidẽ caro factũ est, verbũ incõtaminatũ, immaculatũ, immutabile manet, integrũ. Sed quia tu hominẽ solũ vides, verbum nõ vides, nolo credas in carne, & relinquas verbũ. Totus Christus tibi appareat, quia ęqualis est patri inverbo. Noli ergo, inquit, modò tangere: quia nondum vides qui sim. Ecclesia ergo, cuius figurã Maria gerebat, audiat quod audiuit Maria. Tãgamus omnes, † si credamus, iã ascẽdit ad patrẽ, sedet ad dexterã patris. Cõfitetur hoc hodie vniuersa Ecclesia: Ascendit in cælũ, sedet ad dexteram patris. Hoc audiũt qui baptizãtur, hoc credunt antequã baptizẽtur. Quãdo ergo credũt, Maria tangit Christũ. Intellectus obscurus & sanus: incredulis clausus, fide pulsanti est apert⁹. Ipse ergo Dominus Iesus Christ⁹ & ibi est, & nobiscũ est: & cũ patre est, & ĩ nobis est: & ab illo nõ recedit, & nos nõ deserit, & orare docet, vt magister; & cũ patre exaudit, vt fili⁹.

Ioan. 20. — Capvt I. — Act. 1. — Lucæ 24. — Ioan. 20. — Noli tangere, id est, soli homini tanquã deo credere. — Capvt II. — Lucæ 8. — Capvt IIII. — Ioan. 20. — Ioan. 1. — al. fir. — In Symbolo Apostolico.

Eodem die. SERMO II. — SERMO CLVI.

In appendice LIIII.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Vna sabbati Maria Magdalena venit manè, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Item eodem die alius sermo de Epistola, qui habetur in lib. quinquaginta Homiliarum, XX.

Dominica in octauis Paschæ, ad Competentes.

SERMO I. — SERMO CLVII.

Erit in appendice sermo LXXXVI.

Eadem Dominica. SERMO II. — SERMO CLVIII.

Omittitur, quia est fragmentum sermonis 147. De tempore.

Eadem Dominica. SERMO III. — SERMO CLIX.

Est in appendice sermo LV.

Eadem Dominica.

SERMO D. AVGVST. IIII. — SERMO CLX. — CAPI.

AVDIVIT charitas vestra, cùm sanctum Euangelium legeretur, Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum post resurrectionem suam clausis ostiis intrasse ad discipulos suos. Magnũ miraculũ: sed mirari desinis, si Deũ cogitaueris. Mirũ enim esset, si solus homo hoc fecisset. Refer ad omnipotentiã, nõ ad phantasiã. Ostiis clausis intrauit. Respondeo tibi, vt scias quia vera caro fuerat, cicatrices tangendas monstrauit. Sed sicut non est, inquis, naturæ corporalis per ianuam clausam intrare: sic non est naturæ corporalis, super

Ioan. 20. — Magnum miraculũ intrare ianuis clausis.

super fluctus maris ambulare. Intrauit per clausa ostia, responde mihi, da mihi solìditatem carnis. Ambulauit super aquas maris, da mihi & tu pẽdus carnis. Vis nosse hoc omnipotentiæ fuisse? Et Petro dedit. Qui quod voluit, dedit; quod propriũ erat, sibi seruauit. Ille enim viuens per clausas ianuas intrauit, qui nascẽdo integritatem matris non violauit. Ergo, fratres admirati credamus, credentes obaudiamus, obaudiẽtes speremus promissa, si facimus iussa: quia vt faciamus iussa, ipse adiuuat à quo speramus promissa.

Matth. 14. — Lucæ 2. — Capvt I. — Vetus & nouus homo. — Capvt III. Duo genera hominum in Ecclesia. — Esaiæ 5. — Galat. 5. — 1. Cor. 3. — Philip. 4. — Capvt IIII.

HODIE octauæ dicũtur infantiũ, reuelãda sunt capita eorũ, quod est indicium libertatis. Habet enim libertatẽ ista spiritalis natiuitas: propriè autẽ carnis natiuitas seruitutẽ. Duæ sunt vtiq; hominis natiuitates, nasci & renasci. Nascimur ad laborem, renascimur ad quietẽ: Nascimur ad miserias, renascimur ad ęternã felicitatẽ. Nã illi pueri, infantes, paruuli lactẽtes, maternis vberibus inhærẽtes, & quãtũ in eos gratię referatur nescientes, vt ipsi videtis, quia infantes vocãtur, & ipsi habẽt octauas hodie. Et isti senes, iuuenes, adolescẽtuli, omnes infantes. Vna quippe illorũ infantia pertinet ad vetustatẽ, altera ad nouitatẽ. Nã quos videtis recentes à partu, veteres nascũtur. Verus homo noster dict⁹ est Adã, ex quo nascimur: nouus homo Christus, per quẽ renascimur. Isti ergo & noui sunt, & renati sunt ad aliã vitã, & est in illis, si dici potest, quando nascũtur, nona vetustas. Ecce miscentur hodie fidelibus infantes nostri, & tanquã de nido volant. Necesse est ergo, vt parturientes eos alloquamur. Sicut enim recolitis, fratres mei, Hirundinũ vel domesticorũ passerũ pullos quando volare de nido cœperint, matres eũ strepitu circũuolãt, & vocibus piis testãtur pericula filiorũ. SCIMVS ergo multos, qui appellantur fideles, malè viuere, & gratiæ, quã acceperunt, moribus suis nõ cõuenire, laudare Deũ lingua, blasphemare vita. Scimus autẽ alios inter istos multos, tanquã inter multã & abundantem paleã, velut grana gemẽtes in tritura, sed spe horrei se collocantes. Duo ista genera hominũ scim⁹ esse in Ecclesia. Areã Dominicam Ecclesiã nouimus, ventilationẽ in die iudicij speramus, massam frumẽti in resurrectione desideramus, horreum invita ęterna sumere cupimus. Ibi nulla palea erit, sicut in gehẽna nullũ granũ erit. Nunc ergo, fratres mei, cùm sciamus duo ista genera hominũ esse in Ecclesia, piorũ & impiorũ, bonorũ & malorũ, timentiũ & contemnentiũ, quibus cõiungantur isti, nescimus. Quid autẽ velimus, & ipsi sciũt: vtrũ de illis vota nostra compleantur, humana ignorãtia solicitudine fatigatur, aliquãdo & falsis suspicionibus agitatur. Ex his discitur in hac terra, vbi sine tẽtatione nõ viuitur. Admoneo ergo vos sancta germina, admoneo vos nouellæ in agro Dominico plãtæ, ne de vobis dicatur quod de vinea dom⁹ Israël dictũ est, Expectaui vt faceret vuas: fecit autẽ spinas. Botrum in vobis inueniat, qui botrus pro nobis calcatus est. Vuam ferte, bene viuite. Fructus enim spiritus est, sicut dicit Apostolus, charitas, gaudiũ, pax, lõganimitas, benignitas, bonitas, mãsuetudo, fides, cõtinẽtia, castitas. Quãdo ad nos venerit agricola noster, cuius nos operarij sumus, ille qui intus dat incrementum: nam nos foris secus plãtare nouimus & rigare: sed ait Apostolus, Neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed Deus qui incrementum dat, qui modò videt quomodo audiatis, qui modò inspicit quomodo timeatis, aut iã timere incipiatis, cùm ad vos ille agricola venerit, inueniat in vobis quod dixerat Apostolus, Gaudium meum & corona mea, omnes qui statis in Domino.

FRATRES, filij dulcissimi, filij charissimi, imitamini bonos, cauete malos. Scio enim quia venturi sunt ad vos homines mali, & persuasuri vobis vinolentiã, & dicturi sunt vobis, Quare? Nõne & nos sumus fidelissimi? Scio, inde doleo, inde timeo. Iã tu si dixeris cõstanter: frater, nec tevellẽ facere quod facis: sed si te nõ possum ducere in bonũ meũ, vel noli me trahere ad malũ tuũ. Hominib⁹ istis, vt fieri solet, caput dolebit. Dicturus est tibi vicinus tuus aut vicina, Est hic incãtator, est hic remediator, & nescio vbi mathematicus. Tu dicis, Christianus sum, non licet mihi. Et si ille dixerit tibi, Quare? Nõnne ego Christianus sum? Tu dicturus es, Sed ego fidelis sum. Et ille tibi, Et ego baptizatus sum. Fiunt angeli diaboli, mẽbra Christi. Quia ipsum possidet inimicus, trahere quærit & aliũ. Inueniat vos paratos, qui istavobis preparauit. Ideò loquor, ideo cõrestor, ideo nõ taceo, ideo vestimẽta mea excutio, ideo in tribunali Dei mei excusatũ me habeo. Dicam Deo meo, Domine, nõ tacui; Domine, talentum quod mihi dedisti non abscõdi, sed erogaui. Hoc poterit mihi dicere, Serue nequã, Tu dares, ego exigerẽ. Ecce Domine dedi, tu exige. Et si fortè vos vetus titillauerit cõsuetudo, habetis quẽ interpelletis. Maior est adiutor quã oppugnator. Ideo gemitis, ideo oratis, ideo dicitis, Ne nos inferas in tentationẽ. Obseruate illud etiã, fratres mei, quod suprà dicitis, Dimitte nobis debita nostra: vt faciatis quod sequitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Eleemosynã facis, eleemosynã accipis. Ignoscis, ignoscetur tibi. Erogas, erogabitur tibi. Deũ audi dicentẽ, Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis. In mẽte habete pauperes. Omnib⁹ dico, Facite eleemosynas, fratres mei; facite, & nõ perdetis. † Deũ credite. Nõ solũ dicovobis, nõ perditis quod facitis pauperib⁹: sed planè dico vobis, hoc solũ nõ perditis, cætera perditis. Ecce videamus si exhilaratis pauperes hodie, horrea ipsorũ vos estis, vt det vobis ne⁹ vndẽ detis, & dimittat quod fortè peccatis. Includite eleemosynã in corde pauperũ, & ipsa p vobis exorabit Dñm: cui est honor & gloria in sęcula sęculorũ, Amẽ.

Matth. 25. — Matth. 6. — al. Deo. — Luc. 6. — Eccl. 29.

Eadem Dominica. SERMO V. — SERMO CLXI.

In appendice LVI.

Eadem Dominica, de resurrectione.

SERMO VI. — SERMO CLXII.



CERTISSIMA est fiducia Christianorum, diuinitùs promissa resurrectio mortuorũ. Hãc enim veritas ipsa promisit. Veritas enĩ mẽtiri nõ potest. Alioquin veritas nõ est, si mẽtiri potest. Vera est igitur de resurrectione corporũ promissa veritas: quia veritas quæ mẽtiri nõ nouit, totum necesse est vt impleat quod promisit. Hanc enim resurrectionẽ corporũ, vt futurã certissimè nouerim⁹, ipse Dominus nobis in suo corpore dignat⁹ est demõstrare. Resurrexit Christus, vt resurrecturũ se nõ dubitet Christianus. Quod enim præcessit in capite, sequetur in corpore. Nosse enim debem⁹, dilectissimi fratres, duas esse mortes, & duas esse resurrectiones. Dicitur enim mors prima, dicitur & secũda. Porrò primæ mortis duæ sunt partes. Vna qua peccatrix anima per culpã discessit à creatore suo. Altera qua iudicante Deo, exclusa est per pœnã de corpore suo. Mors autẽ secũda, ipsa est corporis & animæ punitio sempiterna. Per mortẽ verò secundã anima soli⁹ mali hominis in æternũ cũ corpore suo cruciatur. Vtraq; ergo mors omnẽ hominem tenebat obstrictum, quia naturæ transgressio vnumquenque peccatis propagat obnoxium. Venit autem Dei filius immortalis & iustus, vt moreretur pro nobis: in qua carne quia nullum potuit habere peccatum, sine reatu pertulit peccati supplicium.

Secun-

Secundã itaque primæ mortis partẽ, id est, solius corporis mortẽ, Dei filius pro nobis accepit, per quã à nobis & dominationẽ peccati, & pœnã æternę punitionis exclusit. Hoc ergo Christus in suis fidelib⁹ misericorditer operatur, vt hìc eos primò in anima resuscitet, donans fidẽ, vt rectè credant, tribuẽs charitatẽ, vt bonis operibus libẽter insistant. In nouissimo verò die ad hoc eis corpora resuscitare dignabitur, vt eis æternam beatitudinẽ largiatur. Resuscitati ergo in anima per fidem, dilectissimi fratres, cùm iustitia viuamus, vt etiã corpore ad æternã lætitiã resurgamus. Discedamus ab operibus malis, quæ mortificãt animam, etiã dũ viuit corpus, vt in æternis bonis & anima nostra mereatur esse & corpus. Seruemus primę resurrectionis munus, quod nobis per fidẽ largitus est Christus, vt cùm resurrexerimus corpore, mereamur cum Christo Saluatore sine fine regnare. Tunc absorbebitur mors in victoria.
1.Cor.15. Tunc dabitur fidelibus vera vita, veráque lætitia. Tunc Deꝰ pro meritis fidei atque bonorum operũ dabit suis fidelibus regnum cælorum: qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto in virtute Deus, &c.

SERMO CLXIII. *Eadem Dominica.* SERMO VII.

PASCHA Christi dilectissimi, regnum est cæli, salus mundi, vita credentiũ, occasus inferni, gloria supernorũ, resurrectio mortuorum, testimonium resurrectionis diuinæ, pretiũ redẽptionis humanæ, cognitio mortis abolitæ. Quæ festiuitas Dei sacrata mysterio & cognita sacramento, virtutẽ Dominicę resurrectionis per angelos indicat, per Apostolos manifestat, per corda credẽtium bona multiplicat. Hic igitur est dies, dilectissimi,
Psal.117. quem fecit Dominus, vt audistis, celsior cunctis, lucidior vniuersis, in quo Dominus resurrexit, in quo sibi nouã plebẽ, vt ipsi viderit, regenerationis spiritu cõquisiuit, in quo singulorum mẽtes gaudio & exultatione perfudit. Hic ergo dies resurrectionis Christi, defunctis vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Siquidẽ operatione virtutis eleuat de imis, suscitat de terrenis, collocat in excelsis, consummat iustos, firmat dubios, dãnat incredulos. Ad hoc enim Domin⁹ hodie resurrexit, vt imaginẽ nobis futuræ resurrectionis ostenderet: & ideo hodie vitali lauacro resurgẽs Dei populus ad instar resurrectionis Ecclesiã nostrã splẽdore niuei candoris illumnet, gratias agere Deo nostro debemus, quòd dũ sancti Paschæ sollennitatẽ colimus, futurę resurrectionis speciem iam videmus: resurrecturũ est humanũ genus in seculi cõsummatione post mortẽ, nunc resurgit in baptismo: suscitandus est tunc Dei populus post soporẽ, nũc suscitatur post infidelitatẽ: liberandus est tũc à mortali conditione, nunc liberatur ab ignorãtiæ cæcitate: renascituru est ad æternitatẽ, tunc nascitur ad salutem. Omnes enim qui olim in Christo baptizati, assumere non possunt candidam vestem, cõuersationem saltem candidã nõ relinquant. Solet sub nigro habitu anima satis pura latitare, nec multũ interest, si quis nõ habet candidã vestẽ. Talis latro fuit ille qui in
Lucæ 23. Euangelio crucifixus cum Saluatore clamasse dicitur: Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuũ. Attendite ergo, charissimi, & videte, quid fidelis obtinet, quid meretur? Regnum Saluatoris latro poscit in cruce: & dum pœnæ multitudinem patitur, ad pręmia æterna perducitur. Imitamini ergo eius deuotionem, imitamini amare regnũ Christi: quod poscit latro moriẽdo, vos desiderate bene viuẽdo. Illius credulitati paradisus aperitur, & nostræ spei æternorum mõstratur firmitas præmiorum. Lætemur ergo & exultemus in hac die, in qua Dominus resurgens intulit pacem, intulit salutem. Hoc itaque admoneo, fratres dilectissimi, vt quotiens Paschalis sollennitas venit, quicunque viri, quęcunque mulieres de sacro fonte filios spiritaliter exceperunt, cognoscant se pro ipsis fideiussores apud Deũ extitisse, & ideo semper illis solicitudinẽ veræ charitatis impendant, & admoneãt, vt castitatẽ custodiant, virginitatem vsque ad nuptias seruent, à maledicto vel periurio linguã refrenẽt, cantica turpia vel luxuriosa ex ore non proferant, nõ superbiãt, nõ inuideant, iracundiã vel odiũ in corde nõ teneãt, auguria non obseruent, phylacteria & characteres diabolicos nec sibi nec suis aliquãdo suspẽdant, incantatores velut ministros diaboli fugiant, fidẽ catholicã teneãt, ad Ecclesiam frequẽtiùs currant, contẽpta verbositate lectiones diuinas attentis auribus audiãt, peregrinos accipiant, & secundũ quod ipsis in baptismo dictum est, hospitũ pedes lauẽt, pacẽ & ipsi teneãt, & discordes ad concordiã reuocare cõtendant, sacerdotibus & parẽtibus honorẽ amore verę charitatis impendãt. Hęc ergo omnia & his similia si filios & filias vestras admonere contenditis, cũ ipsis ad æternam beatitudinẽ feliciter peruenietis. Nemo se circumueniat, fratres charissimi, nullus homo sibi solummodo viuat: & sicut frequẽter suggessi, quantoscunque aliquis exẽplo sanctæ vitæ ædificauerit, cum tantis & pro tantis mercedem beatæ vitæ retributionis accipiet: & quantiscunque exẽplum malæ conuersationis, etiam si non cũ illi sequãtur, præbuerit, pro tantis se malis rationẽ nouerit redditurum. Et ideo sicut iam suprà suggessi, neophytis nostris, auxiliante Domino, exẽplũ bonæ cõuersationis, quantũ possumus debemus ostendere, vt nõ pro illorũ destructione pœnã recipere, sed potiꝰ pro ædificatione ad indulgẽtiam peccatorũ mereamur peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo.

Eadem Dominica, ad baptizatos, vt bonos, non malos, in Ecclesia imitentur.

SERMO CLXIIII. CAP. I. SERMO D. AVGVST. VIII.

HODIERNO die qui baptizati sunt in Christo & regenerati, alloquamur eos, & vos in eis, & ipsos in vobis. Ecce facti estis mẽbra Christi. Si cogitetis quid facti estis, omnia
Psal.34. vestra ossa dicẽt, Domine, quis similis tibi? Non enim dignè cogitari potest illa dignatio Dei: deficit omnis sermo, sensusque humanus, venisse vobis gratuitã gratiam nullis meritis præcedentibus. Ideo & gratia dicitur, quia gratis datur. Quã gratiã? Vt sitis mẽbra Christi, filij Dei, vt sitis fratres vnici. Si ille vnicus, vnde vos fratres, nisi quia vnicus natura, vos gratia fratres facti? Quia ergo membra Christi facti estis, admoneo vos: timeo de vobis, non tantũ à Paganis, nõ à Iudęis, nõ ab hęreticis, quantũ à malis catholicis. Eligite vobis de populo Dei quos imitemini. Nã si turbã imitari volueritis, inter paucos angustã viã ambulãtes nõ eritis. Abstinete vos à fornicatione, à rapinis, à fraudibus, à periuriis, ab illicitis rebus, à iurgiis: ebrietas repellatur à vobis: adulterium sic timete quomodo mortẽ, mortẽ nõ quæ animã soluit à corpore, sed vbi anima semper ardebit cũ corpore. FRATRES, fratres mei, filij mei, filiæ meę, sorores meæ, scio agere diabolũ partes suas, nec quiescere loqui in cordibus eorum, quos obligatos suis vinculis tenet: scio fornicatoribus, adulteris qui contẽti non sunt cõiuge sua, dicere diabolum in cordibus eorũ, Nõ sunt magna carnis peccata. Cõtra hanc diaboli susurrationem debemus habere Christi incarnationẽ. Hoc est vnde Christianos decipit inimicus per carnis illecebras, cũ eis facit leue quod grauе est, lene quod asperum est, dulce quod amarum est.

Gratuita gratia quia gratis data.

CAP. II. Contra eos qui dicunt peccata carnis non esse magna.

Sed

Sed quid prodest quia satanas facit leue, quod Christ⁹ ostendit graue? Nũquid nouũ aliquid facit diabolus dicere Christianis fidelibus, nihil graue est quod facis in carne tua peccans? Nũquid in spiritu facile deletur carnis peccatum, facilè à Deo venia datur? Quid facit
Genes.3. magnũ? Artificiũ suũ facit quod in paradiso dixit, Mãducate, & eritis sicut dij: nequaquam moriemini. Deꝰ dixerat, Qua die manducaueritis, morte moriemini. Monet inimicus & ait, Nõ moriemini: sed aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. Dimissa est iussio Dei, & audita est persuasio diaboli: tunc inuẽta est vera iussio Dei, & falsa deceptio diaboli. Nunquid profuit, obsecro vos, quia dixit mulier, Serpẽs seduxit me? Nũquid valuit excusatio? Si valuit excusatio, quare secuta est
CAP. III. damnatio? IDEO vobis dico, fratres mei, filij mei, qui habetis vxores, vt nihil aliud noueritis: & qui nõ habetis, & ducere vultis, integri vos ad eas seruate, sicut integras vultis inuenire. Vos qui continentiã Deo vouistis, nolite retrospicere. Ecce dico vobis, ecce clamo vobis, ego me absoluo; erogatorem me posuit Deꝰ, nõ exactorẽ: sed tamen vbi possumus, vbi datur locus, non cesso: vbi scimus, corripimus, obiurgamus, anathematizamus, excommunicamus: & tamen nõ corrigimus.
1.Cor.3. Quare? Quia neque qui plantat, aliquid est, neque qui rigat: sed qui incrementũ dat Deus. Modò qui loquor, qui moneo, quid opus est nisi audiat me Deus pro vobis: hoc est, in cordibus vestris? Breuiter dico, & vobis cõmẽdo, & fideles terreo, & vos ædifico. Mẽbra Christi estis: nolite me, sed Apostolũ audite: Tollẽs, inquit,
1.Cor.6. mẽbra Christi, faciã membra meretricis? Sed dicit aliquis, Meretrix non est quã habeo, cõcubina mea est. O sancte Episcope, meretricẽ fecisti cõcubinã meã! Nũquid ego dixi? Apostolus clamat, & ego incurri calumniã. Ego volo te esse sanum, quare in me furis sicut insanus? Habes vxorẽ qui hoc dicis? Habeo, inquis. Bene,
Meretrix est quæcũque cõcubina præter vxorem. velis nolis, illa quę præter vxorem tecũ dormit, meretrix est. Ecce vade & die ei, quia iniuriam tibi fecit Episcopus. Habes vxorem legitimã tuam, & alia tecum dormit, quæcunque est illa, iam dixi, meretrix est. Sed seruat vxor tua tibi fidẽ, nec nouit alium nisi te solum, & nõ disposuit se nosse alterum. Cùm ergo illa sit casta, tu quare fornicaris? Si illa te vnũ, quare tu duas? Sed dicis, Ancilla mea cõcubina mea est, nunquid ad vxorẽ alienã vado? nunquid ad meretricem vado publicam? an nõ licet mihi facere in domo mea, quæ volo? Dico tibi, nõ licet. In gehennã vadũt qui hoc faciũt, in sempiternum ignem ardebũt. VEL hic liceat mihi loqui & dicere, Corrigãt se qui tales sunt dũ viuunt, ne
CAPVT IIII. postea velint, & nõ possint: quia subitò venit mors, & nõ est qui corrigatur, sed qui in ignẽ mittatur. Nã quãdo veniat illa nouissima hora, nescitur, & dicitur, Cor-
Cras cras vox coruina. Genes.8. rigo. Quando corrigis, quãdo mutaris? Cras, inquis. Ecce quotiẽs dicis, Cras cras, factus es coruus. Ecce dico tibi, cùm facis vocẽ coruinã, occurrit tibi ruina. Nam ille coruus cuius vocẽ imitaris, exiit de arca, & nõ rediit. Tu autẽ frater redi in Ecclesiã, quam tũc illa arca significabat. Sed vos me audite. O baptizati, audite me per sanguinẽ Christi qui estis renati, obsecro vos per nomẽ quod super vos inuocatũ est, per illud altare ad quod accessistis, per sacramẽta quę accepistis, per iudiciũ futurũ viuorũ & mortuorũ. Obsecro vos, obstringo vos per nomen Iesu Christi, vt non imitemini eos quos infideles esse cognoscitis: sed illius sacramentum maneat in vobis, qui de ligno descẽdere noluit sed voluit de sepulchro resurgere, Amen.

Ioan.20. Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Cùm serò esset die illa vna sabbatorũ, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Dominica prima post octauas Paschæ, de pastoribus.

SERMO I. *qui habetur in tomo nono.* SERMO CLXV. Ioan.10.

Item eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum pastor bonus, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibid. to.5. item de verbis Domini, ser.49. & 50.
Item de Diuersis sermo x. De verbis in Actis Apostolorum scriptis, Nónne manens tibi manebat, &c.
Item sermo de Diuersis xi. de monitis baptizatorum.

Dominica II. post octauas Paschæ, de pace & vnitate.

SERMO I. SERMO CLXVI.

LEGIMVS in Euangelio, fratres charissimi, quòd Saluator & Dominus noster cùm appropinquaret passioni, & transitũ suum de hoc mũdo ad patrem discipulis insinuaret, inter alia verba quæ ob sui cõmemorationem dilectis comitibus suis impẽderat, maximè pacis bonũ & vnitas quasi speciale munus illis cõmendauit, dicẽs: Pacẽ
Ioan.14. meam do vobis, pacẽ meã relinquo vobis: ac si diceret, In pace vos dimisi, in pace vos inueniam. Proficiscens voluit dare, quæ desiderabat rediens in omnibus inuenire. Hãc suis hæreditatem dedit, dona omnia suę pollicitationis & præmia, in pacis conuersatione promisit. Atque ideo, fratres, si hæredes Christi esse volumus in eius pace esse & manere debemus. Pacẽ nobis, sicut audistis, Christus dedit, cõcordes atque vnanimes esse
Matth.5. pręcepit, dilectionis & charitatis fœdera incorrupta atque inuiolata mãdauit. Cuius pacis ornamẽta mirabiliter alio ostendit loco, dicens: Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur. Et si filius Dei incipit vocari qui pacificus esse iã cœpit, nõ vult filius Dei dici qui pacem noluerit amplecti: negat Deum sibi patrẽ, qui pacificus esse cõtẽnit. Pacificos ergo esse oportet Dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione cõcordes, fideliter sibi vnanimitatis nexibus cohęrẽtes. Sed hęc pax cũ bonis & Dei pręcepta seruãtibus custodiẽda est, nõ cũ iniquis & sceleratis, qui pacẽ inter se habẽt in peccatis suis. Pax Christi, ad salutem sempiternã proficit: pax quæ in diabolo est, ad perpetuã venit perditionẽ. Pax cum bonis, & bellũ cum vitiis semper habendum est: mala siquidem impiorũ hominũ odio habẽda sunt. Nã homines ipsi, quamuis mali sint, amandi sunt, quia creatura Dei sunt: pax verò quæ in bonis est, cõcordiã fratrũ & charitatẽ copulat proximorũ. Pax spiritũ specialiter Dei prometetur, pax dilectionis mater est, pax
Zach.8. iudiciũ est sanctitatis, de qua Dominus per Prophetã, ait, Pacẽ & veritatẽ diligite. Pax plebis sanitas, gloria sacerdotis, & patriæ lætitia, & terror hostium siue visibiliũ siue inuisibilium. Omnibus viribus pax est custodienda, fratres, quia semper in Domino manet qui in pace sancta manet, & cũ sanctis Dei societatem habet. Sacerdotis est, in pace populũ admonere quid debeat agere; populi est, in humilitate audire quę monet sacerdos. Quicquid non licet, pastoris est prohibere ne fiat; plebis est, audire ne faciat, atq; vnitatis vinculũ omnes debẽt prelati simul & subditi in fide & dilectione per omnia seruare: quia sine pacẽ nõ suscipitur sacerdotis oratio, nec plebis oblatio. Si ergo volumus velociter à Deo exauditi, & gratanter munera nostra ab eo accipi, debemus vtique in pace cõuersari. De qua nos ipsa veritas instruere dignata est: Si offers, inquit, munꝰ tuũ
Matth.5. ad altare, & ibi recordatꝰ fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersũ te, relinque ibi munus tuum ante altare: & vade priꝰ recõciliare fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuũ. Quia ergo vnitatẽ nostrã & cõcordiã Deus desiderat, ostẽdit ipse Saluator in Euangelio
Ioan.17. ad patrem ita loquens: Pater, inquit, sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnũ sicut & nos.
1.Cor.1. Vnde & Apostolus fideles adhortatur dicẽs: Obsecro vos fratres, vt idipsum sapiatis, & vnum dicatis omnes.

Et item:

Ephes. 4. Et item: Nõ sit, inquit, inter vos zelus & cõtentio. Omnis amaritudo, & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Item alibi ait, Sustinentes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vn⁹ spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Hæc itaq; vnanimitas sub Apostolis olim fuit. Sienou⁹ credentium populus, Domini mãdata custodiẽs, charitatẽ suam tenuit, probat Scriptura quæ dicit, Turba
Act. 2. autem eorũ qui crediderunt, vna anima & mente age-
Act. 1. bant. Et iterum: Et erant perseuerantes omnes vnanimes in oratione, cum mulieribus & Maria quæ fuerat mater Iesu, & fratribus eius. Et ideo efficacibus precibus orabãt, ideo impetrare cum fiducia poterãt quodcunque de Dei misericordia postulabãt. In nobis verò sic vnanimitas diminuta est, vt & largitas operationis infracta sit. Domus tunc venundabant, & thesauros sibi in cælo reponentes, distribuenda in vsus indigentiũ
B pretia Apostolis offerebant: at nũc de patrimonio nec decimas damus. Et cùm vendere iubeat Dominus, emimus potius & augem⁹. Sic in nobis emarcuit vigor fidei, sic credẽtium robur elanguit. Et idcirco Dominus tẽpora nostra respiciẽs, in Euangelio suo dicẽs ait:
Luc. 18. Filius hominis cũ venerit, putas inueniet fidem in terra? Videmus fieri quod ille prædixit. In Dei timore, in lege iustitię, in dilectione, in opere fides est. Nemo futurorũ metũ cogitat. Diẽ & irã Domini, & incredulis vẽtura supplicia & statuta perfidis æterna tormẽta nemo considerat, quæ metueret conscientia nostra si crederet, quia nõ credit, omnino nõ metuit: si autem crederet, & caueret; si caueret, & euaderet. Excitem⁹ nos, quantũ possumus, dilectissimi fratres, & somno inertię veteris abrupto ad obseruãda & gerẽda Dei præcepta vigilemus. Simus tales, quales nos esse ipse præcepit, dicẽs: Sint lũbi vestri præcincti, & lucernæ ardẽtes, & vos similes hominibus expectãtib⁹ dominũ suũ,
Luc. 12. quãdo reuertatur à nuptiis, vt cũ venerit & pulsauerit, aperiãt ei. Et, Beati serui illi, quos aduenies domin⁹ inuenerit vigilãtes. Accinctos nos esse oportet, ne cũ expeditionis dies venerit, impeditos & implicatos apprehendat. Luceat in bonis operibus nostrũ lumẽ & fulgeat, vt ipsum lumen nos ad lucẽ charitatis æternæ de hac seculi nocte perducat, quo cũ Christo, qui est verę pacis author, & cum sanctis angelis eius ęterna pace &
al. fruamur. perpetua felicitate † fruatur: præstãte Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Ioan. 16. Item in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannẽ, Modicum, & iam videbitis me, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Dominica tertia post octauas Paschæ.

SERMO CLXVII. SERMO I.

Hic sequebatur sermo de verbis secundum Ioannem, Pacem meam do vobis, &c. quem habes in appendice sermone VII.

Eadem Dominica, de dilectione inimicorum.

SERMO CLXVIII. SERMO II.

IN diuinis voluminibus, fratres charissimi, ita dispẽsauit spiritus sanctus, vt & sanis ornamẽta, & ęgrotis spiritalia medicamẽta deesse nõ possint. Quã rẽ ego, Domino donãte, cognoscens, vnde animarum remedia possitis accipere, spiritalia antidota studui prouidere. Collegi ergo, quantum potui, paucos de amœnissimis Scripturarum mõtibus flores, vnde, sicut iã dictũ est, & ægrotis medicamẽ cõficerem, & de thesauro cælesti pretiosissimas margaritas à peccatorũ corruptione liberis ornamẽta componerem. Primum medicamentũ est animę ægro-
A tãti plena & perfecta dilectio, per quam possit non solũ amicos, sed etiã inimicos diligere. Quã rẽ qualiter fidelis Christianus credere, tenere & obseruare debeat, de veteri ac nouo Testamẽto, prout potuimus, vnicũ ac singulare remedium animarũ pro amore inimicorũ pauca capitula excerpsimus, quę vnusquisque si nõ discutiẽdo, sed credendo susceperit, & peccatorũ suorum indulgentiam accipiet, & ad æternã beatitudinẽ, Deo auxiliante, peruenietur. In primis cõsiderãdũ est, quanta in beato Iacob fuerit charitas, vt odientẽ se fratrẽ suũ maluerit in longinquis regionibus fugere, quàm vicẽ odij repensare: quem sicut vitare sciuit, ita odisse nesciuit: & reuersus multis muneribus, vt eũ sibi placatũ faceret, honorauit. Deinde attendendũ est, quàm benigna fuerit etiã erga inimicos antiquorum sanctorum charitas. Nam beat⁹ Ioseph pro parricidij crimine impiis & inimicis fratribus suis non odij amaritudinem,
B sed charitatis dulcedinẽ repensauit. Osculabatur enim Genes. 45.
singulos, & per singulos flebat, quibus non solùm nihil mali repẽdit, sed omnia bona retribuẽs tã viuo quàm mortuo patre germano semper amore dilexit. Beatus Germanus amor.
quoque Moyses, cùm frequenter eũ populus rebellis non solùm contẽnere, sed etiam lapidare vellet, diuinę charitatis memor, ita pro illis Domino supplicabat, vt clamaret, & diceret: Si nõ dimiseris peccatũ populi tui Exod. 32.
dele me de libro tuo quẽ scripsisti. In ipso enim veteri Testamento legimus scriptũ, Itinera eorũ qui iniuriam retinẽt malefacti in mortẽ. Et iterũ: Ne memor, inquit, sis iniurię proximi tui. Et iterũ: Si videris asinũ inimici Leuit. 19. Exod. 33.
tui iacentẽ in luto, nõ præteribis nisi prius alleues eũ. Quo loco diligenter vnusquisque cõsideret, quòd si asinum inimici nõ licet in luto dimitti, quanto magis homo ad imaginẽ Dei factus nõ debet odio haberi nec negligi? Beatus quoque Iob ita veram & perfectã charitatem etiã cũ inimicis fideliter retinebat, vt gaudens
C & libera cõscientia ad Deũ diceret: Si gauisus sum ad Iob. 31.
ruinã inimici mei, & exultaui in eo quòd inuenisset eũ malũ, vel si in corde dixi, bene. Beatus quoque Dauid, licet virtutibus multis fuerit exornatus, nulla tamẽ eũ actio familiarius Deo cõiunxit, quã dilectio inimicorũ suorũ. Cui cũ inimicus suus in faciem maledicere, 1. Reg. 16.
maluit tamẽ parcere, & Dei iudicio reseruare, quã suæ iracũdię satisfacere. Et in tantũ nõ fuit simulata nec vel falsa dilectio sua, vt ipsos etiã aduersarios suos fleret, & in illis qui eos occidere prę sumpserãt vindicaret. Ideo securus in Psalmo dicebat illud, quod omnes homines satis attẽto & tremẽti animo dicere debẽt: Si reddidi, Psal. 7.
inquit retribuentib⁹ mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animã meã, & cõprehendat, & cõculcet in terra vitã meã, & gloriam
D meã in puluerẽ deducat. Ecce quali maledicto seipsum cõtemnat, qui de inimicis diligendis Dei præcepta cõtemnens, odiũ in corde seruare nõ metuit. Vnde cõsiderandũ est, qua fronte vel qua conscientia versiculũ istũ ex ore suo proferre poterit, qui inimicis suis mala pro malis retribuit. Per Salomonẽ quoq; spiritus san-
Prou. 24. ctus clamat & dicit: Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: ne fortè videat Deus, & displiceat illi, & auertat iracũdiam suam ab eo: & vtique cùm ab illo auerterit, ad illũ dirigat qui de inimici ruina gaudebat, secũdum illud, Qui in ruina ętatur alterius, nõ erit impu-
Prou. 17. Eccles. 28.
nitus. Item ibi: Homo homini reseruat iram, & à Deo quęrit medelã? Et in hominem similem sibi non habet misericordiam, &c. Ipse cùm caro sit, reseruat iram, & propitiationẽ quęrit à Deo: quis exorabit pro delictis ipsius? Dicitur quidẽ in veteri Testamẽto, Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuũ. Sed qui sano intellectu Scripturę diuinę sensum agnoscere cupit, senten-

tiam istam hoc modo intelligat, vt diligat omnem hominẽ proximũ suũ, odio habeat diabolũ inimicũ suũ. Quod etiam in vno homine malo impleri
A potest. In ipso enim vno qui malus est, & proximum habes & inimicũ. Nã quod homo est, proximus tu⁹ est: quòd malus est, non solũ tuus, sed etiam suus inimicus est: dilige ergo in eo carnẽ & animam, hoc est, proximũ tuũ quẽ Deus fecit, & odio habe malitiã, quã ipso consentiẽte diabolus intromisit. Quod cum sancto & pio animo feceris, vices cælestis medici agis, odio habens morbũ, & diligẽs ægrotũ. Item per Salomonẽ loquitur
Prou. 25. spiritus sanctus: Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si
Rom. 12. sitit, potũ da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Hoc ergo loco cũ grandi diligẽtia obseruandũ est, ne fortè dũ eũ bene nõ intelligimus, de medicamẽtis nobis vulnera faciamus. Solent enim nõnulli hoc pręceptũ quasi ad satiandũ furorem suum assumere. Dicunt enim apud se, Ecce cibo inimi-
B cum meum, vt ardeat in æternũ. Auertat Deus huiusmodi intelligentiã ab animis nostris. Qualiter ergo accipi debeat locus iste, sancti & antiqui patres, reuelãte spiritu sancto, definierũt: Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ, &c. hoc enim, inquit, faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. Caput in homine, sensus rationalis intelligitur: qui sensus cùm à feruore charitatis recedens factus fuerit frigidus, vnde scriptũ est, Quia
Matth. 24. abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorũ, necesse est vt quod obest saluti, cõtrariũ sapiat, vt cui deberet esse amicus, inimicus existat. Ad sanãdũ ergo talem phreneticũ, homines sanctos & charitatis igne succensos hortatur spiritus sanctus, dicẽs: Carbones ignis cõgeres super caput eius. Cùm enim inimico tuo pio animo frequẽtius bene feceris, quamlibet sit impius & crudelis, barbarus & cruẽtus: tamẽ tandẽ aliquãdo eru-
C bescit & dolet, & pœnitere incipit quod admisit. Nã cũ pœnitẽtiã cœperit agere, sensus rationalis, hoc est caput ipsius incipit charitatis igne succẽdi: & qui prius quasi frigidus & phreneticus contra te cõsueuerat iracundiam retinere, spiritali calore de tua bonitate succensus incipit toto corde diligere. Ecce quomodo sancti patres hũc Scripturę locũ intelligendũ esse dixerũt. Nã absit à sensu catholico, vt eo animo quisque boni aliquid inimico suo conetur impendere, vt eũ pro hoc beneficio velit æterno incendio concremari. Vnde cũ grandi cautela de pace fidei cõsiderandũ est, & timendum, ne sequamur literã occidentẽ, sed magis spiritum viuificantẽ diligamus. Et illud, fratres charissimi, cum grãdi tremore cõsiderare debem⁹, quod in Psalmo terribiliter spiritus sanctus dixit. Cũ enim illã cęlestẽ Hierusalẽ, id est, cõgregationẽ omniũ sanctorũ, quæ cum
D Christo est regnatura, ad laudandũ Dominũ prouoca-
Psal. 147. ret, cùm dixisset, Lauda Hierusalẽ Dominũ: addidit, Qui posuit fines tuos pacẽ. Ergo vt ipsi videtis, Hierusalẽ illa cælestis muros de pace cõstructos habet. Qui enim talem pacẽ & talẽ charitatẽ habet, vt omnes homines diligat, & ꝓ bonis oret, vt meliores fiãt; pro malis supplicet, vt citò se corrigant, de qua parte voluerit intrare, illi⁹ cælestis Hierusalẽ portas apertas merebitur inuenire: qui autẽ nõ vult habere talem charitatẽ, qualem & Christus præcepit, & Apostolus docuit, ex omnipten Hierusalẽ portas clausas inueniet. Et quia oleũ charitatis habere noluit, clausis ianuis spõsi, cũ illis fa-
Matth. 25. tuis virginibus illam metuendam audiet vocẽ, Amẽ dico vobis, nescio vos vnde sitis. Quomodo enim illis quinque virginibus, quæ charitatis oleum habuerunt, illa cælestis Hierusalem aperiet ianuas suas, vt intrent in gaudiũ Domini fuitsic illis ecõtrariò qui sine charitate viuunt clauder, & æterna à se separatione repel-
A let, & implebitur illud quod in Psalmo dicitur de Hierusalẽ. Quoniã, inquit, cõfortauit seras portarum tuarum. Clausis portis & confirmatis seris, nunquã exiet amicus, nunquã intrare poterit inimicus: quia sicut iustus nunquã erit exiturus à gloria, ita & peccator nunquã poterit liberari à pœna. Et ideo si volumus, vt ab istis malis nos dignetur diuina pietas liberare, vt feliciter ad illã cælestem Hierusalẽ mereamur intrare, totis viribus laboremus, vt in nobis impleatur illud quod A
Rom. 8. postolus dixit: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladi⁹? Et illud: Certus sum enim, quia neq; mors, neque vita, neq; angeli, neque principat⁹, neque potestates, neque altitudo, neq; profundũ, neque instãtia, neque futura, neq; creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu Domino nostro. Ecce sicut audistis, beatũ Apostolũ
B & apostolicos viros tãta ãc tã terribilia à charitate Dei separare nõ poterãt. Vnde nimis dolẽdum est, quòd cũ illi à charitate Dei, nec tormẽtis poterãt separari, nos interdum otiosis fabulis separamur, & nõnunquã ob paruissimum cõuicium & cuiuscunque miseri hominis detractionẽ ita derelinquim⁹ charitatẽ, vt nõ solùm cũ eo multis diebus, sed etiã mẽsibus fortassis & annis nec loqui nec ad conuiuium peruenire velimus: & nõ attẽdimus quia dum nos inuicẽ odio habemus, ita muros
Ioan. 4. ciuitatis Hierusalẽ cõtra nos claudimus, vt nullus nobis aditus permaneat, per quẽ intrare possimus. Et quia ciuitas illa habitatorẽ Deum habet, dicente Ioãne Euãgelista, De⁹ charitas est: qui charitatẽ habere noluerit, qua frõte vel qua cõscientia ad Dominum, qui est charitas, prę sumit accedere? Hęc omnia, fratres charissimi dum vobis paterna pietate frequẽter insinuo, absoluo apud Deum conscientiã meã. Et quia nullus vnquã
C erit qui se in veritate valeat excusare, quòd veram pacẽ & verã charitatẽ tenere nõ possit; totis viribus misericordiam Dei deprecemur, vt nobis illã charitatẽ, sine qua nullus vnquã Deũ videbit, insinuare & donare dignetur, vt nullis nec tormentis nec dãnis ac persecutionibus ab illius dilectione vel dulcedine separemur. Si iubetis, iã nõ est opus vt prolixiori vos sermone diutius fatigemus: & ideo iã ista quæ ad prę sens dicta sunt, vestrę charitati sufficiãt, dum hæc Deo placita quæ accepistis sanctis cogitationibus, velut munda animalia assiduè ruminatis, & qualiter ea cũ Dei adiutorio possitis adimplere, in vestris animis definitis. Ea quæ sequuntur de amore inimicorum, aut die crastino, aut certè die Dominico absque aliqua lassitudine corporis opportunius audietis.

Item eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Vado ad eum qui me misit, &c. quæ habetur in D
Ioan. 16. expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & inter sermones de verbis Domini, LX. & LXI.

Dominica in Rogationibus, de pace.

SERMO CLXIX. SERMO I.

In appendice erit LVII.

Eadem Dominica, de dilectione inimicorum.

SERMO CLXX. SERMO II.

INTENDITE, fratres mei, ad charitatem, quam sic laudat Scriptura diuina, vt nihil ei coęquet. Cùm nos moneat Deus, vt nos inuicem diligamus: nunquid hoc tantùm monet, vt diligas diligentẽ te? Hęc est mutua dilectio, hoc non sufficit Deo: peruenire enim voluit vsque ad inimicos diligendos, dicẽs: Diligite inimicos vestros, Matth. 5.
benefacite eis qui oderunt vos, & orate pro eis qui vos persequuntur, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, qui

qui pluit super iustos & iniustos. Quid dicis, diligis inimicũ tuũ? Respondebis fortè, per infirmitatẽ nõ possum. Sed profice & age vt possis, maximè quia oratur⁹ es in dicẽ, quẽ fallere nemo potest, qui acturus est causam tuam. Interpella ergo hũc iudicem, vbi nullus tabellarius conturbat, nullus officialis remouet, nullus emitur aduocatus. qui possit pro te preces effũdere, aut verba dicere, quæ non didicisti: sed ipse filius Dei vnicus æqualis patri, sedeus ad dexterã patris, illius assessor, tuus iudex est: docuit te pauca verba, quæ quiuis idiota potest tenere & dicere, & in eis constituit tibi causam tuam, docuit te ius cæleste quomodo preceris. Sed fortitan respondebis, per quẽ peto, per me, an per alium? Qui te docuit orare, ipse pro te allegat precem, quia tu reus eras. Gaude quia ille erit tunc iudex tuus, qui modò aduocatus tuus est. Ideo ergo quia oraturus es, acturus es causam tuã paucis verbis venturus ad illa verba, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dicit enim tibi Deus: Quid mihi das, vt ego dimittam tibi debita tua? Quale munus offers, quale sacrificiũ conscientię tuæ imponis altaribus meis? Continuò docuit te, quid petas & quid
Matth.6. offeras. Petis, Dimitte nobis debita nostra, & tu offers. Quid? Sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Debitor es ei qui falli non potest. Habes & tu debitorem. Dicit tibi Deus: Tu debitor meus es, ille debitor tuus: hoc facio ergo tibi debitori meo, quod tu feceris debitori tuo. Inde offers mihi munus, vnde pepercerís debitori tuo. Rogas me pro misericordia tua, noliesse pi-
Osee 6. ger in misericordia: attende quod Scriptura dicit, Misericordiã volo magis quàm sacrificiũ. Noli offerre sacrificium sine misericordia: quia non remittuntur tibi
Matth.9. peccata tua, nisi offeras cũ misericordia. Sed fortè dicis, nõ habeo peccata. Quantũuis cautus sis, frater, tamẽ in carne viuens in seculo agis inter pressuras & angustias, & inter innumerabilia tentamẽta versaris, non poteris esse sine peccato. Certè dicit tibi Deus: Secut⁹ esto, de peccato, noli dimittere si non habes quod ego tibi dimittam, sed magis exige si nihil debes: si autem debitor es, magis gratulare te habere debitorẽ, in quo facias quod fiat in te. Audi me, & discute te, quia vel de paucis prodis qui possunt veraciter orare, orationẽ Dominicã veraciter dicere, Domine, dimitte mihi, sicut & ego dimitto. Non fallaciter, non ficẽtè, ex corde vero fac, vt & in te verum fiat. Si enim qui te lęsit, qui in te peccauit, petit à te veniã, & ignoscis, iã potes securus dicere: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nã si resistis roganti, contẽneris & tu, cũ rogaueris. Clausisti cõtra pulsantẽ, clausum inuenies, cũ pulsaueris. Nã si aperueris viscera indulgentię rogãti te, aperiet & tibi Deus, cũm rogaueris eum. Modò enim illos alloquor qui petũt veniã à fratribus suis Christianis, & nõ accipiũt. Ecce tu si cõcesseris, securus orabis. Ille verò si te rogauerit, & si nõ cõcesseris, quomodo securus eris? Quisquis enim es qui peccasti, & veniã non meruisti, noli timere, interpella Deũ ipsius & tuũ: debita enim sunt. Nũquid poterit debita exigere seruus, quæ donauerit domin⁹? Si fortè nõ te rogauerit qui in te peccauit, si veniã nõ deprecatur, si peccauerit insuper adhuc & irascitur, tu quid facies? dimittis, an nõ dimittis? Ecce nõ dimisisti. quare? Quia nõ rogauit. Si propterea nõ dimisisti quia nõ rogauit, noli turbare in Dominicã orationẽ, securus illã dic, nõ tibi pectus percutias, quia nõ roganti nõ dimisisti: Ergo ille qui nõ rogauit, remãsit. Exigitur prorsus, exigitur ab illo: verũtamen in te sit perfecta charitas, roga, p nõ rogante: quia rogas pro multũ periclitãte. Hic iam attende magistrum & Dominum tuum, non in cathe-

A dra sedentem, sed in ligno pendentẽ circũspectis vndique turbis inimicorum, & dicentẽ: Pater, ignosce illis: Lucæ 23.
quia nesciunt quid faciũt. Vide magistrũ, audi imitatorem. Nunquid tunc Dominus Christus, pro rogantibus rogauit, & non potius pro insultantibus & interficientibus? Nũquid deseruit medicus officiũ suũ, quia phreneticus sæuiebat? Dic enim, Ignosce illis: quia nesciunt quid faciũt. Saluatorẽ occidũt, quia salutem nõ quærunt. Econtra & tu forsitan dicturus es: Et quãdo ego hoc possum quod Dominus potuit? Quare hoc dicis? Attende vbi hoc facit, attẽde quia in cruce hoc fecit, non in cælo. Semper enim Deus in cęlo cũ patre, in cruce autem pro te homo, vbi se imitandum præbuit omnibus. Pro te enim misit ipsam vocẽ, vt ab omnibus audiretur. Nã potuit pro illis orare in silentio, sed tũ nõ haberes exẽplum. Sed si multũ est ad te dominus, nõ sit ad te multũ seruus. Nõ potes imitari Dominũ tuum,
cũm penderet in cruce. Stephanũ seruum eius, cũ lapi- Act.7.
B daretur, attende. Primùm ait tanquã seru⁹ ad dominũ: Domine Iesu, accipe spiritum meum: & post hæc genu flexo ait, Domine, ne statuas illis hoc peccatũ: & cùm hoc dixisset, obdormiuit in requie dilectionis. Pacem pinguissimã inuenit, quia pacem inimicis optauit. Nũquid & ipse tunc pro rogantibus rogauit, & nõ pro sæuientibus, pro lapidantibus & interficientibus? Habes exemplum, disce, vide quomodo pro se stans orauit, & pro illis genu flexit: putamus, fratres, quia plus eos diligit, quàm seipsum? Pro severò stans, tanquã iustus, facilè exaudiebatur. Nã pro iniquis genu figẽdum erat. Ostendit ergo dilectionem vsque ad inimicos veniam rogantes. Ergo, fratres, propter securitatem Dominicę orationis, rogantibus ex corde dimittite, & vt Domin⁹ vobis vestra peccata dimittat in hoc mortali corpore & futuro vsque in secula seculorum, Amen.

C Item in eadem Dominica alius Sermo, de dilectione inimicorum: qui habetur in libro quinquaginta Homiliarum, v I.
Itẽ in eadem Dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Amen, amẽ dico vobis, Si quid petieritis, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. Ioan.16.

Feria secunda in Rogationibus: De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Quis vestrũm habebit amicum, &c. Luc.11.

SERMO I.

SERMO CLXXI.

SVAVIS Dominus & mitis, fratres charissimi, habet ianuam pietatis, nec repellit inde pulsantes, sed culpat potius negligentes: neque enim aliquid petitur quod nõ habeat, vt cùm non dederit, erubescat. Diues est & pi⁹, affluẽs & benignus, dat & nõ improperat: imò tunc thesauri domus eius tristitiã patiuntur, quãdo desunt delectabi-
D lia fastidia petitionũ. Ipse Dominus dicit: Vsque modò Ioan.16.
nihil petistis. Petite, & accipietis; pulsate, & aperietur vobis. Ego sum ostiũ & ianua. Quare trepidat pulsando manus vestra, & dormitat in mẽdicitate cõscientia vestra? Ego sum ianua vitę, nõ horreseo sordidum pulsatorem, nõ pauperẽ repudio petitorem, tantum nemo suã negligat paupertatẽ. Pulsate, & aperietur. Stãt angeli ad ianuam, vt introducant, nõ vt repellant: vt suggerãt, nõ vt terreãt. Nulla est põpa ianua mea. Ego sum ianua, qui sustinui crucis ignominiam. Quare timeant petentes egẽtiam, cũ nulli aliquando denegauit misericordiã? Quis sperauit in Domino, & confusus est? Si
Psal.117. pulsant qui desiderant castitatẽ, dat eis continuò gra- Psal.33.
tiam & sanctitatem & dicit eis, Nolite ambulare polluti, nolite incedere maculosi. Sãcti estote, quia ego sanctus sum. Si accedat pupill⁹ parua manu pulsare ianuã paternam, nũciant eũ angeli domino, pupillus pulsat, defen-

defensionis pietatem expectat, responde illi Domine:
Psal.9. Tibi enim dereliẽt⁹ est pauper, pupillo tu eris adiutor. Respondet illi qui diues est, misericordia plenus, qui miseris pater est: Ego sum iudex viduarũ, & pater orphanorum. Nemo lædat quos ego suscipio, nemo expoliet quos ego defendo. Et qui accesserint ad ipsam ianuã, quamuis diuidant vocẽ disparis precis, tamẽ ab vnius diuitis patrisfamilias domo oẽs accipiunt pietatem. Hoc amat ianua Saluatoris, vt pulsatorib⁹ semper abundet opportunis, importunis. Propterea ipse Dñs videns iantã suã à peritorũ voce, à pulsantiũ clamore silere, inuitat omnes ad orationẽ, omnibus paratus tribuere pietatem. Petite, & si non acceperitis, adhuc petitę, & perseuerate pulsare. Nolite deficere, quia nõ necat Deus fame animã iusti. Qui tamẽ voluerit esse dulciter humilis & benignus, securus tanquã in tutissimo portu cõsistit. Opponit ergo parabolã cuiusdã hominis, cuius hospes improuisus aduenit, & hospes hospi-
B tem excepit: passus est verecundiã, abiit continuò ad dõmũ diuitis magnã, non sine sacramẽto tres petit panes: quia vnus hospes erat gratia pietatis, sed substantia trinitatis. Nõne vnus hospes erat in tribus, qui ve-
Genes.18. nit ad patrẽ Abrahã? Hospes & amicus, pransor & mãsor: & omnia illi in trinitate sunt exhibita humanitatis obsequia, quia trinitatis gloria refulget. Trimũ attulit vitulũ pater, tres mẽsuras similaginis cõsperſit futura mater, paritura filiũ pro quo pater mactaret agnũ, & ipsa corpus Christi in trinitate iam fecerat sacramẽtum. Ita & iste amicus, veniente hospite, pergit ad domum diuitis, & triũ panũ allegat necessitatẽ: pulsat, & nullus respõdet de ianitoribus, quia oẽs tenuerat sõnus. Non angeli, nõ archangeli, nõ prophetæ, nõ ministri. Et ille pulsat, quamuis nemo respõdeat. Quandoque paterfamilias ad importunitatẽ pulsãtis respõdit, ille de interiorib⁹ sacris, de throno quietis: quid pulsas
C sine tẽpore, qui piger fuisti cũ tẽpore? Dies fuit, & in lumine nõ ambulasti, nox superuenit, & pulsare cœpisti. Excusat tẽpus q̃ improbus quærit affectus: Iã pueri quiescũt, & nõ est dignũ, vt propter te iniuriã patiantur? antequã venires diutius vigilauerunt, modò pro tẽpore quieuerũt, nõ est qui posset tibi dare respõsum. Et ille: Dñe, à te peto, ad te pulso, imò te pulsorẽ es ianua, tu surge, da mihi misericordiã; qui nõ es dedignatus de luto limi formare viscera mea. Ministerio nõ indiges, quia omnia potes. Sed si pueri tui dormiunt, tu non dormis qui custodis Israël. Gratis peto, sub gratia mendico, nõ sub lege præsumo. Sed si Lex & Prophetę vsq̃ ad Ioannẽ, sed tua gratia nõ habet finẽ. Quo deuenerunt pueri, prophetæ tui, & ego noui. Sed tu Dñe
Apoc.1. qui es initiũ & finis, primus & nouissimus, noli ad me tædiare nouissima hora noctis petentẽ, qui nocte media captiuã duxisti captiuitatẽ. Quid faciet paterfamilias tanti perseueratoris voce cõstrictus? Nõ excitat, phetã, nõ immittit angelũ, nõ archangelũ: ipse surget & dabit illi quantũ desiderat. Bene pertinax ille petitor & nocturnus mẽdicator ad hospitẽ propriũ repedauit, diues factus refecit, nec hospes ab hospite irrefectus discessit. Quis est iste hospes rogo vos fratres, qui in nocte venit, & imparatũ hospitẽ inuenit: imò ideo nocte venit hospes in perpetua & deficiente paupertate? In nocte venit hospes, gratia in summa ignorantia, in magna egẽtia, immittit tristitiã, quãdo dicit nocturnus petitor. In tribulatione inuocaui Dñm, & exaudiuit me in laticudine. Et iterum: Multæ tribulationes iustorũ, & de omnibus his liberauit eos Dñs, quoniam proximus est. Ideo hospes superuenit improuisus subitò, cũ quispiam tædio afficitur pressuratũ. Superuenit illi orandi desideriũ, flendi arripiens votum. Illa hora

A hospes venit gratia, vt cõpungat cõscientiam, ne in sua moriatur egẽtia: sed eat & petat ad diuitẽ, nõ suis meritis, sed meritis hospitis venientis, & accipiat tres panes: vt in patre & filio & sancto spiritu possit & ipse pascere cæteros indigentes. Quicquid boni cogitauerit homo subitò corde percussus, sciat quia hospes ille venit de cęlo, & bene venit qui nocte venit. In tribulatione subuenit, nõ ingerens tædiũ, sed affectum. Et quia
Dñs Christus ad discipulos suos clausis ostiis in tribu- Ioan.20.
latione venit, non sperãtus, sed optatus, salutauit in pace, & hospes hospites suos refecit in pace. Nõne est iste
hospes qui dicit, Ecce sto & pulso, si quis aperuerit mi- Apoc.3.
hi, intrabo & cœnabo cũ illo & pater meus? Quã bona domus, vbi pater & filius ingreditur hospes amicus, qui & spiritus sanctus! Ipse ibi exhibet in domo pauperis, in hospitio puritatis diuersa pulmẽtaria, propter cœnam Dominicã. Quæ sunt ista pulmẽtaria? Gaudiũ,
B longanimitas, cõtinentia, fides, castitas. Tantũmodò non pigeat hospitem suscipere Dñm, ipse secũ portat dulcedines deliciarum, vt pascat ibi lætantes exercitus angelorũ. Cũ illo hospite pax est & iucunditas, qui venit ad hospitẽ suũ, non torquere sed pascere: nõ expoliare, sed vestire: nõ perculere, sed sanare. Ipsum hospitem semper apertis cordis nostri ianuis suscipiamus, & nunquã nobis dominetur tyrãnus inimicus, & in omnibus, Christo donante, eius mandata seruemus.

Item eadem feria Homilia, de eodem de quo suprà: quæ habetur inter sermones De verbis Domini, xxix. Et libro II. De quæstionibus euangeliorum, cap. xxi. & xxii. tom. 4.

Item eadem feria alius sermo de Epistola dici: qui habetur in lib. quinquaginta Homiliarum, xli. & xlvi. & xlvii.

Feria tertia in Rogationibus. al. *post Dominicam Quadragesimam.*

SERMO I.

SERMO CLXXII.

C VONIAM ieiuniorum tẽpus est, fratres mei, de ieiunio cũ sanctitate vestra tractandũ est, vt sciatis quemadmodũ ieiunetis. Ieiunia enim Christianorũ spiritaliter potius, quã carnaliter obseruanda sunt. Vnde à peccatis principaliter ieiunemus: ne ieiunia nostra, sicut Iudæorum ieiunia à Dño respuantur. Quale est enim vt à cibis quos Dominus creauit, nescio quis impostor abstineat, & peccatorũ fagina pinguescat? Nõ tale ieiuniũ ego elegi, dicit Dominus. Nã Esa.58.
si flectas, inquit, vt circulum ceruicẽ tuã, cilicium autẽ & cinerẽ substernas, nec sic vocabo, inquit, ieiuniũ acceptũ. Sed quid? Solue, inquit, omnẽ nodum iniquitatis, & obstinationẽ malorũ. Dimitte conflictos in requiẽ, & omnem iniquã cõuentionẽ dissipa. Paruum est enim ieiuniũ, abstinere tantũmodo à peccatis, nisi addamus & bona. Frange esurienti panẽ tuũ, & egenos
D sine tecto induc in domũ tuã. Si videris nudum, vesti. Porrò autẽ ieiuniis nostris etiã illud oportet accedere, quod Dominus in Euãgelio præcipit: Cùm ieiuna- Matth.6.
tis, inquit, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunãtes. Amẽ dico vobis, receperunt mercedem suam: vos autem cũ ieiunatis, vngite capita vestra, ne appareatis hominibus ieiunantes: & pater vester qui videt in absconso, reddet vobis in palam. Quare, fratres, non præuideat sanctitas vestra, aliter ieiunia acceptari non posse, nisi contigerit legaliter ieiunare: Secũdum Apostoli dictum, fratres, me quidem hæc eadem vobis dicere Philip.3.
non piget, vobis autem tutissimum. Sed & Dominus in Euangelio: Omnis, inquit, scriba doctus in regno Matth.13.
cęlorũ, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Vt ergo sciat sanctitas vestra, fratres, non solũ noua dicenda, sed & vetera repe-

Esaiæ 1. repetenda: Legimus spiritum sanctum per Esaiã Prophetam taliter imperfectos increpantem, Neomenias vestras & sabbatũ & diem magnũ non sustineo, dicit Dominus. Ieiuniũ est quod probat Altissimus, non solùm intermissa corporis refectio, verumetiam à malis actibus facta discessio. Itaque cura ne mens tua grauetur oppressa peccatis, neque animus tuus vitiorum illecebris delectetur: & digna Deo exoluisti ieiunia. Cæterum si corpus tuũ ieiunia longa consumpserint, atque illi subtraxeris cibum, cùm non detrahis vitia in malis perseuerans, magis horres quam placeas Deo. Tunc erunt Deo accepta ieiunia, si operibus sanctis fuerit expiata cõscientia. Cur enim corpus fame discrucias, cui turpiter peccando blanditis? Principaliter ergo animus ieiunet à malis, & sic corpus subeat exercendo ieiunia. Nam cũ sit ieiunium animæ humiliatio, quale est humiliari cibo, & augeri peccato? Qui igitur corpori suo ieiunia deuotus indicit, principaliter renunciet vitiis, cupiditatum fomites comprimat, frãgat impetus mentis, libidines vincat, faces auaritiæ ardentes extinguat, latiũsque factis vim dilectionis extẽdat, atque in alimenta pauperum abrupti apparatus al. impend. a. † stipendia largiatur. Omnia enim corporis nefanda peccata animi virtute calcẽtur, vt & anima sanctitate corporis adiuuetur. Tunc enim & impetrari poterit quod optatur, si casto corpore animóque deuoto ad officia sanctitatis implenda, per curam obseruationis quisque incedat. Hæc sunt quæ diuinam cõmouent pietatẽ, quæ ad impetrãdam precibus sanctitatẽ semper aditũ faciunt. Cæterũ si caput substernas atque cineres desuper spargas, si denique collũ tuũ velut circulum torqueas, atque ad exorandã clemẽtiam Dei largos fletus effundas, nihil proficis. Cõmouere enim diuinam nõ poteris pietatẽ, qui circa proximos tuos debitam neglexisti charitatẽ. Scriptũ est enim, Non tale Esaiæ 58. ieiunium ego elegi, dicit Dominus. Nam si flectas vt circulum ceruicẽ tuã, ciliciũ autẽ & cinerem substernas: nec sic vocabo, inquit, ieiuniũ acceptũ. Sed quid? Solue, inquit, omnem nodũ iniquitatis & obstinationem malorũ. Dimitte quassatos in requiem, & omnẽ iniquã conuentionem dissipa. Frange esurienti panẽ tuũ, & egenos sine tecto induc in domũ tuã. Si videris nudũ, vesti: & domesticos seminis tui ne despicias. Tunc erumpet temporaneũ lumen tuum, & vestimenta tua citò orientur, & præibit ante te iustitia tua, & claritas Dei circundabit te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: dum adhuc loqueris dicet, Ecce adsum. Hæc sunt enim quibus homo & refectus cibo frequẽter impetrat quod exoptat, & ieiunans maiora præmia consequitur sanctitatis. Tale ieiunium delectat Christum, tali denique delectatur cunctipotens, cum ad ieiunandum non immanium delictorum frequens reatus impellit, non denique adipiscendæ gloriæ temporalis vel cumulandi patrimonij cupiditas inanis accendit, sedvrget semper religionis affectus & deuota synceritas; quam cùm fuerint comitata plenæ pietatis officia, quantum ille valebit, tantum ille proficiet. Taliter agendo merebitur statim præsentem Dominum propitiũmque sentire. Imple ergo miserationis officia, & sanctificasti ieiunia. Sagina pauperum viscera, & anima tua muneribus sanctitatis pinguescit. Vesti nudum, & tua peccata contecta sunt. Peregrinum hospitio tuo contende, suscipere, vt & te Deus in cælorum regna suscipiat.

Item in eadem feria Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Nolite sanctum dare canibus, &c. quæ habetur in lib. 2. De sermone Domini in monte, tom. 4. cap. XXIII. & sequentibus, & inter sermones de verbis Domini, V.

Matth. 7.

In vigilia ascensionis Domini.

SERMO I. SERMO CLXXIIII.

SCIRE debemus & intelligere, fratres charissimi, quia dies compunctionis & pœnitentiæ celebramus, & ideo nõ nos oportet nimio risu vel in aliquo minus cauto & congruo cachinno dissolui; timẽtes illud quod Dominus in Euangelio dixit, Vç vobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis: & illud quod alibi scriptũ est, Extrema gaudij luctus occupat. Nec aliquibus durũ esse videatur, quòd magis ad tristitiam vel plãctum quã ad lætitiam vos prouocare videmur. Si enim diligenter attenditis, fratres, in omnibus Scripturis hoc Dominus hortatur & admonet, vt sic in hoc seculo debeamus esse soliciti, vt in futuro possimus esse securi, sicut ait Psalmista: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent: & in Euangelio, Beati qui lugẽt, quoniã ipsi consolabuntur. Quia arcta & angusta via est quæ ducit ad vitã, lata & spatiosa quæ trahit ad mortẽ. Melius est nobis post paucas angustias ad æternam beatitudinẽ peruenire, quã post breuẽ lætitiã ad inferni profunda descendere. Vnde totis viribus elaborare debemus, vt pœnã purpurati diuitis possimus euadere, & ad beatitudinẽ pauperis Lazari peruenire. Quid enim illi profuit superbia diuiti, quòd hic paruo tempore luxuriosus pascebatur deliciis suis, & nunc sine vllo termino inferni flãmam pascit medullis suis? Melius est ergo, vt vos paruo tempore ad salubrem tristitiam prouocemus, & postea vobiscũ ad æternã lætitiã peruenire mereamur: quã si vobis ad tẽpus falsam dulcedinẽ velimus ingerere, & postea vobiscũ perpetuam amaritudinẽ sẽtire. Et licet omni tẽpore, fratres charissimi, vobis oporteat Dei misericordiam corpore contrito & corde cõpuncto requirere, & ab illo indulgentiam peccatorũ fideliter postulare: nũc tamen propter imminentẽ peccatis nostris debitã & grauissimã seueritatẽ, cum ingenti rugitu vel gemitu assiduis orationibus & largioribus eleemosynis debemus Dei misericordiã implorare, vt ipse nobis misericordiã & benedictionẽ aquarũ cælestiũ tribuat, pacẽ reddere dignetur, peccatorũ indulgẽtiã dare, & prospera dignetur, psua pietate cõcedere. In his diebꝰ præcipuè otiosis fabulis finẽ conemur imponere, & quãtum vires suppetunt, orare studeamus, & psallere. Et si pacẽ tẽporũ desideramus accipere, nõ dissimulemus pacem cũ proximis custodire. Si enim inveritate vis vt vincatur diabolus inimicus tuus, citò tibi reconcilietur proximus tuus. Cõtra nullũ hominem desæuiat ira tua, & citò à te indignatio diuina cessabit, secundũ illã promissionem Domini & Saluatoris: Si, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater vester cælestis peccata vestra. Nullus sibi de industria aliquas occupationes inquirat, per quas se de Ecclesiæ conuẽtu subducat. Sine dubio peccatorũ suorũ vulnera diligit, qui in istis tribus diebꝰ ieiunãdo, orando & psallẽdo medicamenta sibi spiritualia non requirit. Abundant, & nimiũ abundant negligẽtiæ, quas per totũ anni spatiũ congregauimus: & ideo vel in istis tribus diebus q̃ad nitorẽ vel purgationẽ animæ pertinet, agere studeamꝰ. Nolite vos de Ecclesiæ cõuẽtu subtrahere: quia nõ tã longo spatio fatigamur, vt hoc sustinere nõ valeamus. Sicut qui in istis sex horis de cõuentu ecclesiæ nõ subducit se, magnũ remediũ animę suę noscitur puidere: ita ecõtrariõ qui aut per cupiditatẽ, aut pro alia qualibet minus necessaria occupatione adesse noluerint, inde sibi faciũt crudelia vulnera, vnde habere poterãt medicamẽta salubria, & inde se grauant, vnde subleuare poterãt. Sed credo de Dei misericordia q̃ ita vobis inspirare dignabitur, vt non negligentiam peccatorum acquirere, sed magis per compũctionem ieiunando, orando, psallendo, & eleemosynas faciendo ad remedium possitis indulgentiæ peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Luc. 6. Prou. 14. Psal. 125. Matth. 5. Matth. 7. Luc. 16. Matth. 6.

Item in eadem vigilia Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Subleuatis Iesus oculis, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

In festo ascensionis Domini.

SERMO CLXXIIII. SERMO D. AVGVST. I.

Erit integer inter sermones de Diuersis 90.

SERMO CLXXV. *In eodem festo.* SERMO II.

SALVATOR noster, dilectissimi fratres, ascendit in cælũ: Non ergo turbemur in terra. Ibi sit mens, & hic erit requies. Ascendamus cũ Christo interim corde: cùm dies eiꝰ promissus aduenerit, sequemur & corpore. Scire tamẽ debemus, fratres, quia cum Christo non ascẽdit superbia, nõ auaritia, non luxuria, nullũ vitiũ nostrũ ascendit cũ medio nostro. Et ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus vitia vel peccata deponere. Omnes enim quasi quibusdã cõpedibus nos premũt, & peccatorũ nos retibus ligare cõtendunt, & ideo cũ Dei adiutorio secundũ quod ait Psalmista, Dirumpamus vincula eorum: vt securi possimus dicere Domino, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Resurrectio Dñi spes nostra est, ascensio Domini glorificatio nostra est. Ascensionis hodie sollẽnia celebramus. Si ergo rectè, si fideliter, si deuotè, si sanctè, si piè ascensionem Dñi celebramus, ascendamus cum illo, & sursum corda habeamus. Ascendentes autem non extollamur, nec de nostris quasi de propriis meritis præsumamus. Sursum autẽ corda habere debemus ad Dominũ. Sursum enim cor nõ ad Dominum, superbia vocatur. Sursum autem cor ad Dominum, refugiũ vocatur. Videte fratres magnum miraculum. Altus est Deus, erigis te, & fugit à te. Humilias te, & descendit ad te. Quare hoc? Quia excelsus, & humilia respicit, & alta de longe cognoscit. Humilia de proximo respicit, vt attollat: alta, id est, superba de longe cognoscit, vt deprimat. Resurrexit enim Christus, vt spem nobis daret, quia surgit homo qui moritur: ne moriendo desperaremus, & vitam nostram in morte finitã putaremus, securos nos fecit. Soliciti enim eramus de ipsa anima, & ille nobis resurgendo de carnis resurrectione fiduciã dedit. Crede ergo, vt munderis. Prius te oportet credere, vt postea per fidẽ Deũ merearis aspicere. Deũ enim videre vis, audi ipsum, Beati mũdo corde, quoniã ipsi Deũ videbũt. Prius ergo cogita de corde mũdando: quicquid ibi vides quod displicet Deo, tolle. Venire ad te vult Deus: audi ipsum dicentem, Ego & pater veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus. Ecce quid promittit Deus. Si ego qualiscunque fragilis homo venturum me ad domũ tuã promitterem, sine dubio mundares eam, superflua proiiceres, quæ erant necessaria præparares: Deus ad cor tuũ venire vult, & piger es ei domũ mũdare? Omnia vitia inimica sunt Deo, & ideo ipso auxiliante proiice illa, si vis excipere Deũ. Non enim amat Deus habitare cum auaritia immunda, sordida & insatiabili, cui infideles homines seruire volunt, & Deũ videre cupiunt. Et tu ergo munda cor tuum. Si potes, id age, id operare, vt Christus mundet vbi maneat. Roga, supplica, humiliare: audi Scripturam dicentem, Deus superbis resistit. Esto humilis, vt in te requiescat Deus. Idem ipse Christus tibi est via & patria. Secundum hominem via, secundum Deum patria. Si fideliter curris, per ipsum vadis, & ad ipsum peruenies. Etenim tibi æterna via assumpsit quod non erat, non amisit quod erat. Ipsius ergo misericordiam deprecemur, vt nobis fidem rectam & intellectum sibi placitum ad exercenda opera bona concedat: Quod ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat per omnia.

Psal. 1. Psal. 115. Ioan. 14. Ioan. 4. 1. Pet. 5.

In eodem festo. SERMO III. SERMO CLXXVI.

Est in appendice sermo LVIII.

In eodem festo. SERMO IIII. SERMO CLXXVII.

ASCENSIONIS Domini nostri Iesu Christi sanctus & sollennis dies hodie illuxit, exultemus & iocundemur in eo. Christus descẽdit, inferiora patuerunt. Christus ascendit, superiora claruerunt. Christus in sepulchro, mentiantur custodes. Christus in inferno, visitentur quiescẽtes. Christus in cælo, credant omnes gentes. Ipse ergo debet esse autor nostri sermonis, qui est largitor nostræ salutis. Nam de quo aliquid loquamur vobis, nisi de illo qui modò ex Euangelio loquebatur omnibus nobis? Ascẽsurus enim ad patrẽ, dicebat discipulis suis: Hæc locutus sum vobis, cũ adhuc essem vobiscũ. Paracletus autem spiritus sanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & cõmonebit vos omnia quæcunque dixi. Non turbetur cor vestrũ, neq; formidet. Audistis quia dixi vobis, Vado ad patrẽ meũ: quia pater maior me est. Ascensurum enim se dixit ad patrẽ, & contristati sunt discipuli, quòd eos corporali forma desereret, & ait illis: Quia dixi vobis, Vado ad patrem, tristitia impleuit cor vestrũ. Si diligeretis me; gauderetis vtique, quia vado ad patrẽ: quia pater maior me est: hoc est, ac si diceret, ideo subtraho vestris oculis istam serui formã, in qua pater maior me est, vt ab oculis carnis serui forma remota, Dominum spiritaliter videre possitis. Ergo & propter veram formã serui quam susceperat, verũ dixit, Pater maior me est: quia vtique homine maior est Deus: & propter verã formã Dei in qua permanet cum patre, verũ dixit, Ego & pater vnũ sumus. Ascendit ergo ad patrem per id quod homo erat: sed mansit in patre per id quod Deus erat, quia in carne ad nos processit, & à patre non recessit. Ascendit, inquã, ad patrem verbũ quod caro factum est, vt habitaret in nobis, & suam præsentiam repromisit, dicens: Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Secundum formam serui, dicit de illo Ioannes apostolus: Ipse est verus Deus, & vita æterna. Secundũ Dei formam dicit de illo apostolus Paulus: Qui cũ in forma Dei esset: non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens. Secundum formam Dei ipse de se loquitur: Ego & pater vnum sumus: secundum formam serui dicit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Vnde illa fiducia, vnde ista formido? Illa vtique vox ex proprietate substantiæ, ista verò ex participatione infirmitatis assumptæ. Hæc ergo, charissimi, prudenter intelligentes de Scripturis sanctis, dum legimus discernamus: sed dum discernimus, ne fortasse erremus, intellectum ab ipso Domino postulemus, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Ioan. 14. Matth. 28. 1. Ioan. 5. Philip. 2. Ioan. 10. Matth. 26. Psal. 110.

In eodem festo. SERMO V. SERMO CLXXVIII.

ASCENSIONIS ergo Dominicæ inclytũ & regale mysteriũ, quòd Christus terrã leuauit ad cælũ, canit etiã totus mũdus, & festis agit gaudiis triũphos Dñi sui: quia erexit à tra inopẽ, & de stercore exal-

tauit pauperem, cúmque leuauit ad patrem. Quis igitur illuc poteſt aſcendere, & aëreos dæmones tranſire, niſi ille ſolus qui peccatum non potuit habere? Crux ergo illa nõ obfuit, ſed profuit, quia & nobis Chriſtus vicit, & ille in ea ſuperari nõ potuit. Nõ ſepulchra, nõ inferi victricẽ domuere carnẽ: expendit Deus pro homine quod decreuerat, & rapuit quẽ volebat. Vident hoc præſẽtes Apoſtoli, & paulatim ſemetipſum ad ſuperna tollentẽ, pectore pauidi, mente cõfuſi, oculis trepidi cõſequuntur, donec vlrò ſolutã nubẽ ſerena dies exciperet, & fulgore coruſco vallatũ humanis cõſpectibus occultaret. Cũ ergo cũ diſcipuli tanto lumine perculſi non viderent, & curioſos oculos iubar rubidũ coruſcis ictibus euitaret, confeſtim ex victoribꝰ angeli directi duo, metu & dolore ꝓſtratos Apoſtolos verbis

Act. 1. talibus cõſolantur: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælũ? Iſte Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ita veniet quemadmodũ vidiſtis eum euntẽ in cælum.

B Sic venies, inquiunt, manifeſtus, quemadmodũ nunc extollitur ſuper aſtra præclarus, & poli ſecreta ſuſcipiunt quẽ refundant. Sanctificatur diuino comitatu immenſus aër, & omnis illa volitans turba per auras Chriſto aſcendẽte tranſtringit, pauet omne cælũ, mutantur aſtra, cõcurrit confeſtim fulmineus ille militiæ cæleſtis exercitus. Videt regẽ ſuũ viuæ carnis manubias reportare, atq; hoſte debellato hominẽ in ſuperna cõſcendere, agnoſcunt in cicatricibus ſigna bellorum: adorãt in carne vulnera iam ſanata, vbi nihil peccati macula extinxerat, nec quippiã ſua virulẽtia grauidus ille veneni draco vomuerat. Serpẽs enim veſtigium in petra nõ figebat. Plaudũt agmina, tubæ ſonãt, lætis ſe miſcentia blanda modulamina choris fundunt. Ecce cõfeſtim ſplendidus ille ſenatus cæleſtis ex regnis ſoluitur. Namque in imis poli læta carminibus regia ampla Dei reſeratur, vndique ſiderei repagula

C cæli, atque aſtriferi orbis arcana ſoluta penitùs compage pareſcunt. Receſſit in geminam arcẽ diuiſus aër, & lati ardua cæli latera conciſis marginibus dependerunt. Fit vnus ibi ſine cælo dies, & claris titubat fulgoribus, & tunc æternis inter ſe ita reſonant obſequia læta carminibus: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini

Pſal. 23. portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Aſcendebat enim cruoris rubore perfuſus, à trophæis victricibus laureatus. Viderũt cælites cuncti ſpecioſum vulneribus Chriſtum, ſpolia caſtris tyrannicis reportata; & admirantes fulgentia diuinæ virtutis vexilla, talibus concrepant hymnis, deducũntque lætantes: Quis eſt, inquiunt, iſte rex gloriæ? Et aiunt: Dominus virtutum

Eſaiæ 53. ipſe eſt rex gloriæ. Hic eſt ille candidus & roſeus compunctus à multitudine: hic eſt ille qui non habuit ſpeciem neque decorem, infirmus in laqueo, fortis in ſpolio, vilis in corpuſculo, armatus in prælio, fœdus in

D morte, pulcher in reſurrectione, candidus ex virgine, rubicundus in cruce, fuſcus in opprobrio, clatus in cælo. Quando id quiſpiam, fratres, noſſet, vt Deus lateret in carne, maieſtas habitaret in corpore, & ita in mũdo gereret prælium, vt ipſum corpus poſt ſepulchra mox leuaret ad cælum? Recepit igitur ſe intra velamina diuina cum carne maieſtas, didicit cælum portare hominem, atque ſub pedibus Chriſti famulantia æthera iãcuerunt. Ecce iam porta patet, quam clauſerat Adam, clauſtrum quod cælo iniquitas infixerat reparatum eſt. Si quis ſe ad Chriſtũ tenuerit, & vnius ſubſtantiæ patrem & filium & ſpiritum ſanctum confeſſus fuerit, cæli ianuas per ipſum ſecurus intrabit, Amen.

In eodem feſto. SERMO VI. SERMO CLXXIX.

In M S. quibuſdam codicibus tribuitur D. Fulgentio.

A VANTIS ornatibus gaudiorum refulſit hodie aula cælorũ? Angeli enim vota ſua ſperata diutius receperunt, & hymnũ dixerunt. In alleuatione portarũ lux in cælis, ſplendor in ianuis, quia Chriſtus rurſum aſcendit, procedens de thalamo ſuo, aſcenſurus in throno ſuo. Pſal. 18. Vnde ſanctus Dauid poſuit organũ ſuũ in foribus cælorum, cantans canticũ nouũ. Quoniã qui deſcendit, Epheſ. 4. ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos. Lætioribus ergo fiſtulis organũ tangens reſultat, & dicit protoferum æterni conſulis cernens, non auro gemmiſque decorũ, ſed nubiũ glacie cãdidatũ. Qui ponit, inquit, nubẽ aſcenſum ſuũ, qui ambulat ſuper pennas ventorũ. Pſal. 103. Pſal. 90. Iam enim ſuper aſpidẽ & baſiliſcũ ambulauit, & cõculcauit leonem & draconẽ: pede mortis, plauſu reſurrectionis. Mirabilis in oculis noſtris clarificatus coruſcat aſcenſionis virtutibus, ſedens ſuper nubẽ leuem, compluens Apoſtolos pacis hæreditate & teſtamentaria charitate: Pacem, inquit, meã do vobis, pacẽ relinquo Ioan. 14. vobis. Ad hanc melodiã ſonantium organorũ ante aulam regiam cælorũ inuitati ſequuntur Apoſtoli, benedictionis gratiã petituri: gradiũtur cum Dño filij ſpõſi pignus accepturi ſpiritus ſancti. Leuans autem manus Luc. vlt. ſuas benedixit eos, dedit eis arrhã ſponſalem muneris pretioſam, non ex auro gemmiſq; diſtinctam, ſed charitatis anſulis cõtextã catenam, qua alligati ſequantur eum ad ſponſam agni Hieruſalem patriam ſempiternam. Dñe, inquiunt, quare nos derelinquis aſcendens, qui nos elegiſti in ripa præcedens? Dñe, quando ſumus verba tua ſuper mel & fauum eminus percepturi, & ſtillantis rorantiſq; gratiæ balſamum de tuis labiis ac

C faucibus libaturi? Aut inſtrue quò aſcendis, aut ne deſeras cùm aſcendis: quaſi ſcuto benignitatis tuæ remãſimus in aperto nudati, tanquã pupilli matris amplectentis pẽnatæ velamine deſtituti. Quando venies ad nos, qui redemiſti nos? Mors tua fuit peccatũ noſtrũ, ſit aſcenſus tuus pignus noſtrũ, ne nimis abſorpti mœrore mergamur, quos eleuaſti de gemitibus inferorũ. Aſcendẽs ergo Dñs alumnorũ ſuorũ triſtitiam excelſa de nube ſuſpiciẽs, emittit cõſolatores mœroris, nũcios aſcendentis, & indices reuertẽtis. Viri, inquiunt, Gali- Act. 1. læi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis cum euntẽ in cælum. Sic veniet. Vna erit euectio, vna lætitia nubifera, vna ſpecies mãſuetа, ſed iuſtis clarifica, & peccatoribus metũenda. Nõ vos terrebit aduentus, quos conſolatur eius aſcenſus. Sic veniet, clauorũ vulnera illæſa demonſtrans, & foraminũ cruenta monilia. Vobis filiis ſponſi cũ coronã cæleſtis

D exhibebit imperij, crucis vulnera nõ mutabit, quia ſignũ filij hominis fulgebit. Accepto ergo Apoſtoli aſcẽ- Luc. vlt. dentis mãdato, deſuper venturo ſancti ſpiritus pignore pretioſo, in templo erant vnanimes collaudantes Act. 1. Dñm, vt vna eos inuehiret corona ignea aduentãtium gratiarũ. In templo ergo, fratres, ſemper vnanimes demoremur, & in domo Dñi ambulãtes cũ cõcordia pacis eius ſperemus aduentũ, & in tẽplo eius omnes dicã- Pſal. 28. mus gloriam, vt etiam ignis gratiæ inſidat ſuper nos, Amen.

In eodem feſto. SERMO VII. SERMO CLXXX.

Aſſeribitur D. Fulgentio in aliquot manuſcriptis.

DELECTAT aſpicere Chriſtum Dominum portatoriis nubibus aſcendentem, cùm reſurgens à mortuis reuerti cœpit ad cælum, vnde venerat ſaluare genus humanum. Qui ſunt

ſunt qui expectant aſcendentem, qui viderunt reſurgentẽ, fugerunt pendentẽ, & ſequuntur oculis aſcendentem? Timor in cruce, amor in nube, viſus delectabilis in aëre. O dulcis deſcendentis affectus! ò delectabilis euolantis aſpectus! Facit vale, & benedicit in pace. Illi ſe cõmendant, & ille benedictionis gratiã relin- Luc. vlt. quit. Benedicit eos extenſis manibus, & præparatis in occurſum imponitur nubibus. Finit eloquiũ, & iam repetit cælũ. Candida enim ſubitò apparuit nubis euectio, Pſal. 134. parata in cælo. Apparuit nubes, intrauit in eam, qui educit nubes ab extremo terræ vt oblectaret oculos eorũ nubis amœnitas, & irroraret eos aſcendentis de cęlo ſuauitas, ne ſola deſiderantium inanis remaneret anxietas. Ecce in clypeo Actuũ Apoſtolorũ pendẽtium viuunt picta lumina piſcatorum: adeſt conſolator qui aſcendit ſaluator. Mittit cõtinue duos cæleſtes prætores, vt alumnos ſuos ſecuros redderet metuẽtes, & in gaudiũ conuerteret lachrimantes. Oportebat enim B cæleſtes mitti conſolatores, ne remanerent trepidi piſcatores. Nam & cũ imperator de vrbe tranſit ad vrbẽ, & eius nunciatur aduentus, non mittuntur niſi domeſtici prætores ac palatini, vt nuncient prouincialibus, quòd eſt regis aduentus aut reditus: ita & Domino aſcendente prætorũ cæleſtium turba reſplenduit decãtantium, vt tanquã prouincialium reſpirare facerent à timore corda paſtorũ. Quando etiam patitur ac reſurgit, domeſtici angeli deſtinantur, vt à nube ac prætorio monumenti reſurrexiſſe nunciarent Dominũ cæli: & nunc eũ aſcendit, de choro præcedentiũ poteſtatũ, & multitudine cantantiũ in aëre caſtrorũ, duo palatini cæleſtes imperij diriguntur, vt & flebilia requieſcerent

Act. 1. lumina piſcatorũ, hymnũ cæleſtem recitant. Piſcatores viri, inquiunt, Galilæi, quid aſpicitis in Ieſum euntem in cælũ? ſic veniet quemadmodum vidiſtis eũ eũtem in cælum. Profectus eſt deſiderabilis, non veniet C vobis terribilis: nubes in occurſu, nubes in reditu. Vulnera portauit, ipſa iterũ reportabit. Crucẽ retulit cum triũpho, ſignũ filij hominis vobis parebit in cælo. Sic veniet ipſo corpore, in ipſa nube, in ipſa veritate, vobis in amore, impiis in tremore. Beati quibus verè dicitur: Sic veniet quemadmodũ vidiſtis eum euntem in cælum. Nunquid ſic veniet oculis peccatorum? Ipſa erit veritas, ſed non erit ipſa ſecuritas. Dies erit tremẽdi iudicij, deſcẽnſus angelorum, reſurrectio mortuorũ. Aſcendent angeli, & quodam digito tubæ ſonantis tãgent ſepulchra terræ trementis, vt pignora reſtituant throno igneo iudicantis. Aſcendent angeli ad ſepulchra prophetarum & ipſorum apoſtolorum omniũque ſanctorum, & dicent eis: Ecce eſt qui ſic iterum redit quomodo aſcendit. Nos diximus, quia ſic veniet quomodo cum vidiſtis euntem in cælum: qui deduxi- D ſtis euntẽ, ſuſcipite redeuntem. Iſta allocutio non eſt linguarum ſeptuaginta, ſed patenter nubes dicuntur pluuiales, vt occurrant in rore & refrigeroſa amœnitate, qui conſcientiæ non continent quæſtionẽ. Peramus ergo à Domino Deo noſtro, vt ſicut hodie aſcenſionis celebramus tempus & diem, ita reuertẽtis mereamur

Pſal. 5. matutinam ſuſcipere pietatem: vt dicamus ei, Mane adorabo Domine, mane aſtabo tibi, & contemplabor te.

Item in eodem alius ſermo, inter eos quos Pariſienſes addiderunt, v. I. & ſermones de Diuerſis, x II. XIIII. & XC.

In vigilia Pentecoſtes, de expoſitione Symboli.

SERMO CLXXXI.

SERMO I.

In appendice erit LII.

In eodem vigilia, de expoſitione Orationis Dominicæ, ad neophytos.

SERMO II. SERMO CLXXXII.

DVo ſunt, chariſſimi, quæ principaliter attendere debet humana circũſpectio, & dignitatem ſuæ conditionis, & excellentiam ſuæ reformationis. Dignitatem ſuæ conditionis, vt peccare timeat: excellentiam redemptionis, vt gratiæ redimentis ingratus non exiſtat. Sola quippe voluntate redẽptoris homo de terræ vtilitate ſubleuatus eſt, & ad Dei ſimilitudinẽ priuilegio rationis ſublimatus eſt. Hãc miſer homo perdidit, cũ diabolica perſuaſione ſeductus, à conditoris ſui inſtituto ſuperbiẽdo receſſit. Quem lapſum Pſalmiſta cõſiderans, quaſi dolendo dicebat: Homo Pſal. 48. cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. De ſumma erectione proprio arbitrio corruens, meritò vltima deiectione dãnatus eſt, qui per ſe cadere potuit, ſed per ſe reſurgere non valuit. Hunc caſum plangere habet quotidianis lamentis humana fragilitas, quatenus cõ redeat per quotidiana lamenta, vnde corruit per vana oblectamẽta: & quæ cecidit pede ſuperbiæ, reſurgere ſtudeat pede obedientiæ. Hoc attẽdens Pſalmiſta dicebat: Nõ veniat mihi pes ſuperbiæ, & ibi cecciderunt Pſal. 35. qui operãtur iniquitatẽ, expulſi ſunt, nec potuerũt ſtare. Expulſi ſunt ab intima quiete, nec potuerũt ſtare, id eſt, perſeuerare, ſicut per eundẽ Pſalmiſtã de eiſdẽ dicitur: Quia caro ſunt, ſpiritus vadẽs, & nõ rediens. Ad Pſal. 77. hanc ergo reuerſionem ſiue reſurrectionem neceſſaria fuit medicinalis gratia Redẽptoris, quæ ſanarer humilitate quod corruptũ fuerat elatione ſuperbiæ. Aſſumpſit ergo verbũ dei, formã ſerui, in qua poſſet cõſeruos verbo inſtruere, & ad exẽplũ vitæ ſuæ morũ diſciplna informare. Humilitatẽ quippe & obedientiam verbo & exẽplo inſinuabat, quando diſcipulis exhortãdo dicebat: Tollite iugũ meũ ſuper vos, & diſcite à me, quia Matth. 11. mitis ſum, & humilis corde. Iugũ enim meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue. Iugũ enim eius obedientiæ merito eſt ſuaue, cui ſeruare eſt regnare, & onus præceptorum leue, quod non premendo grauat, ſed adimplendo per gratiã adiuuat. Inſinuauit etiam verbo ſobrietatẽ, vbi dixit: Nõ grauẽtur corda veſtra in crapula & ebrieta- Luc. 21. te. Docuit exẽplo qui turbam ſe comitantẽ nõ refecit ſumptuoſis deliciis, ſed panibus hordeaceis. Docuit etiã intentionẽ noſtrã ad interna bona dirigens qualiter eſſet ieiunãdum, quando dixit: *Cùm ieiunatis, nolite* Matth. 6. *fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Illos notans qui luctuoſis ſordibus rigorem ſimulant abſtinentiæ, vt videantur hominibus ieiunantes. Qualiter etiã ſit facienda eleemoſyna, ſilentio præterire noluit, vibi dixit: *Cũ facis eleemoſy-* D *nam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* Hoc documento inſinuans, quia eleemoſynã & omne opus miſericordiæ, q̃ facimus nõ venando laudes hominũ, ſed propter intentionẽ vitæ æternæ, quæ per dexterã ſignificatur, facere admonemur. Qualiter quoq; eſſet orandũ, admonuit, vbi ait: *Tu autẽ cũ oraueris, intra in cubiculũ:* id eſt, habeto cor quietũ, & ab omni tumultu exteriorum liberum: *& clauſo oſtio*, id eſt, excluſa phantaſmatum turba, *ora patrem tuum.* Ecce dictũ eſt qualiter ſit orandum: addit etiam quid ſit orandũ, ita ſubiungens: *Sic autem orabitis: Pater noſter qui es in cælis, &c.* Hæc oratio compendioſis verbis, id eſt, ſeptẽ petitionibus, omnes ſpecies orationis comprehendit, quibus Deum interpellamus, aut pro appetendis bonis, aut pro vitandis malis, aut pro delendis commiſſis. Harum ſeptem petitionum tres prius poſitæ pertinent ad æternitatem, quatuor ſequentes ad vitæ præſentis neceſſi-

Deut.4. terrã. De quo dictũ est: Deus noster ignis consumens est. Ipse itaq; Apostolos suos viuę lucis fonte perfudit, vt ipli postmodũ vniuersum mundũ tanquam duodecim solis radiis ac totidẽ lampades veritatis illuminẽt, & inebriati nouo vino repleant atque irrigent sitientia corda populorũ. Inquiram⁹ hoc loco post resurrectionem vel ascensionẽ Domini, quid adhuc adiici possit Apostolorũ perfectioni per participationẽ spiritus sancti. Erat quidẽ in eis fides, sed fiduciæ constantia deerat. Iam quidẽ Christũ per vniuersa poterãt prædicare: sed adhuc pro Christo vsque ad mortẽ certare non poterant, vsqueadeò vt nullũ ex discipulis coronauerit palma martyrij ante aduentũ spiritus sancti. Præterea iam recesserat ex oculis eorum Dominus Iesus, qui eos prædicatione visibili os ad os loquens corroborabat, & virtutũ miraculis instruebat: & dum cũ eo erãt, facilè credebant quæ videbant. Fides adiuuabatur aspectibus, præsentibus cõfirmabatur operibus, signis ac virtutibus pascebatur. Postquã verò Dñs Iesus sublatus ex oculis eorũ recessit in cælũ, non sufficiebant attonitæ ac trepidæ eorũ mentes, non sufficiebant, vt dignũ erat, cælestia & æterna cogitare: nec prævalebant adhuc portare angusta eorũ pectora diuinorum sensuum magnitudinẽ, vt possent intelligere Christũ quomodo erat verbũ Deus apud Deum: sicut eis ipse Dñs adhuc in corpore constitutus euidenter insinuat, dicens: Multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis ea portare modò: cũ autem venerit spiritus veritatis, ipse vos docebit omnẽ veritatem. Vides quòd post discessionẽ adorandæ summæq; virtutis discipulorum pectora dilatata sunt, ad sustinendã magnitudinẽ diuini luminis, & intelligẽtiam veritatis? Deus itaque est qui potest post munificentiam suã accumulare gratiã, augere sapientiam, confirmare constantiã. Videamus ergo ante visitationem cælestis consolatoris, quantũ eis de magnanimitate, quantũ de perfectione defuerit. Nã primùm cùm eum supra tumentia maris dorsa vidissent substratis fluctibus ambulantem, & cũ aquarum iter instabile sub diuinis solidaret vnda famula vestigiis, turbati sunt dicentes, Phantasma est, & præ timore clamauerunt. Post infusionẽ verò spiritus sancti iam
Ioan.1. non dicunt, quia phantasma est: sed in principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & deus erat verbũ. Et iterũ, Erat, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Et Apostolus dicit:
Colos.1. Quia ipse est ante omnes, & omnia per ipsum cõstant. Vnus autẽ ex discipulis Thomas, nondũ huius muneris benedictione ditatus, cũ in corpore iam glorificato, in corpore iam cælesti per carnis vulnera Deũ quęreret, & ad credendam incorruptibilẽ diuinitatẽ fixuris clauorum & cicatricum testimoniis indigeret: Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meã in latus eius, non credam. Alius verò iam sancti spiritus eruditione repletus, confidenter exclamat:
1.Ioan. 1. Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ palpauerunt, de verbo vitæ, & annunciamus vobis vitam æternã, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Et iterum alio loco Paulus apostolus tãtæ maiestatis locupletatus illapsu, fiducialiter protestatur:
2.Cor.5. Et si cognouimus secundũ carnem Christũ, sed nunc iam non nouimus. Beatus Petrus domini passione iam proxima, nondũ diuina paracleti inspiratione fundatus, nolens à se Christũ corporaliter separari, in traditorem & gladiatores gladiũ stringit, & vim vi æstimat repellendã. Stephanus autem plenus spiritu sãcto, iam non in terra Christũ requirit, sed aperto cælo vidit gloriam Dei: neque iam de vindicta cogitat, sed

A pro persecutoribus suis exorat & supplicat: Domine, ne statuas illis hoc peccatũ. Ante aduentũ verò spiritus sancti sub ipso crucis Dominicæ tẽpore, alij ex discipulis effugantur, alij vnius ancillæ voce terrentur, & metu corda trepida penetrante, dñm suum negare cogũtur. Post illustrationẽ verò spiritus sancti & confirmationẽ, custodiis excruciati, verberibus afflicti, ibãt gaudẽtes, quia digni essent pro Christi nomine cõtumeliã pati. Et qui antè negauerant cũ iuramento, quia non nouimus hominẽ istũ, nunc propter eũ in suppliciis gloriãtur, & operante in se spiritu sancto, parũ putant esse quod pro Christi amore patiuntur. Et qui antè verbis deterrebantur, nunc pœnis & cruciatibus roborantur, & Christum Dominũ non iam vocibus, sed moribus confitentur, ac dilectionis magnitudinẽ sanguinis effusione testantur. Et inter hæc calefacti & accensi mero Dominicæ charitatis exclamant, Non sunt
Rom.8. condignę passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quę
B reuelabitur in nobis. Ergo beati apostoli illo fidei igne feruentes, de quo ipse Dominus dicit, Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo, nisi vt accendatur: ab impia multitudine putabantur ebrij & musto pleni. Et dicebant ad inuicẽ, quia musto pleni sunt isti. At verò nouo vino repleti erant, quia spiritu sancto iam fuerant innouati, & apparebat in eis quod ipse Dominus dixerat, Nouũ vinũ in vtres nouos mittẽdũ est. Istud ve-
Matth.9. rò nouum vinum non putemus solos tunc Apostolos suscepisse. Hoc musto inflammantur, & hoc præclaro poculo quotidie inebriantur etiã corda fidelium, & animæ conuertentiũ. Quod frequenter fieri videmus, quando pro desiderio salutis suæ parentes & patriam suam fugiunt. Exeunt nullo compellẽte de terra & de cognatione sua, & mortui huic mundo, alios spiritaliter animarum inquirunt parẽtes, & liberi sub iugo ve-
C niunt, & paulo antè elati atq; sublimes humilia affectant, superba fastidiũt, & cupiunt esse quod antè despexerant, & odisse incipiunt quod fuerant. Præsentiũ hospites, futurorum appetitores, æternã illam patriam contempta tẽporalium falsitate suspirant. Hoc itaque musto spiritales animæ inebriatæ, & penitus cõmutatæ, abstinentiã deliciis, vigiliis dulcibus somnis, paupertatẽ diuitiis anteponunt. Arduũ contra vitia laborem, iucundissimã computãt voluptatem. Dulcescunt eis vitia, & quæ prius fuerant pretiosa, vilescunt. Diligunt inimicos suos, & benefaciunt his qui se oderunt: non cõuincuntur indignãtibus, non irritantur in opprobriis, non franguntur in iniuriis: prorsus horum nihil sentiũt, ꝓpter feruorẽ spiritus sancti, & propter æternã retributionẽ. Hoc spiritali mero calebãt martyres, quãdo abiicientes & post se iactantes omnia seculi blãdimenta, ibant ad passiones, obliuiscẽtes facultates
D & affectiones, patrimonia ac matrimonia sua, & vincẽtes armatã cõtra se paruulorũ pignorũ fletib⁹ pietatẽ, vociferãtes quidẽ parentes, pluuerẽ mittẽtes in capita sua, & matres facies suas auulsis crinibus dilacerantes. Sed illi hæc omnia, tanquã ebrij, nõ videbant, nec cognoscebãt suos: quia infuso præcordiis suis spiritu sancto ad dolores, ad supplicia, tanquã ad cõsolationes & ad præmia festinabãt. Itaque anniuersariũ quidẽ diem celebramus de aduẽtu spiritus sãcti: sed nos ita agam⁹, vt quotidie eũ ad nos castis operib⁹ & castis pectorib⁹ inuitem⁹. Ita eũ puri atq; purgati sensib⁹ & cogitationib⁹ esse debemus: ita nos oportet ori & cordi adhibere custodiã, vt nos dignos ei⁹ visitatione & illuminatione faciam⁹, & videamur liberi esse ab omni immũditia cogitationũ, quia, vt dixi, Peruersæ cogitationes sepa- Sap.1.
rãt à Deo. Studeam⁹ liberi esse ab omni obtrectatione omniq; malitia: quia in maleuolã animã nõ ingreditur sapien-

sapientia, nec habitat in corpore subdito peccatis. Per iram ac superbiã, animæ negligentium spiritus sancti
A custodia & protectione nudantur. Non ergo per huiusmodi passiones contristemus spiritũ sanctũ, sed potius eũ ad sedem cordis nostri per gratiam humilitatis & pacis mansuetudinẽ euocemus, ac lętificemus cum
Esaiæ 66. operibus & profectibus nostris: quia ipse dicit, Super quem requiescam, nisi super humilẽ & quietũ, & trementem sermones meos? Si ergo promereri cupimus tanti visitatoris ingressum, mundemus primũ domum animæ nostræ ab indignis carnalis concupiscẽtię passionibus, à superbiæ dominatione, à fœtore iactantiæ, à teporis horrore: de quo ipse Dominus dicit, Vtinam,
Apoc.3. inquit, frigidus esses aut calidus: nunc verò quia tepid⁹ es, incipiam te euomere ex ore meo: id est, ex visceribꝰ mei intimi cordis expuere. Præparemus itaque hanc domũ quotidie ad sacri regis aduentũ, cãmque diuersis probabilium morũ floribus adornem⁹. Repleamur
B iucundis pretiosisq́ue odoribus castitatis, fidei & compunctionis incenso, balsamo beneuolẽtiæ, & thymiamate charitatis: vt amputatis vitiis, & virtutibus insertis, destructa in nobis habitatione diaboli, mutemur in templum Dei, vt tam beatus hospes nitido delectatus hospitio, stabilem ac perpetuam in nobis faciat mansionem. Propter hoc enim ad nos ille descendit, vt nos ad illum possimus ascendere: cui est gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Eodem die, de aduentu Spiritus sancti.

SERMO CLXXXVI. CAP.I.

SERMO D. AVGVST. II.

HODIERNI diei solennitas Domini Dei magni & magnæ gratię quę superfusa est super nos, recordationem facit. Deo enim solennitas celebratur: ne quod semel factũ est,
Solennitas & perennitas. de memoria deleatur. Solẽnitas enim ab eo quod solet in anno, nomen accepit: quomodo perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur ęstate, sed per totũ annũ fluit: ideo perenne, id est, per annum, sic & sollenne quod solet in anno celebrari. Celebramus hodie aduentũ spiritus sancti. Dominus enim spiritũ sanctũ de cælo misit, quem in terra promisit: & quia sic promiserat de cælo esse missurum. Nõ potest ille venire, ait, ni-
Ioan.16. si ego abiero: dum autem abiero, mittã illũ ad vos. Pas-
Matth. 27. sus est, mortuus est, resurrexit, ascendit: restabat vt im-
Act.1. pleret quod promisit. Hoc expectantes discipuli eius, animæ, vt scriptũ est, centum viginti, deculpato numero Apostolorum: duodecim enim elegit, & centũ viginti spiritum misit. Hoc ergo promissum expectantes
Matth.9. in vna domo erãt, orabãt: quia desiderabãt iã ipsa fide, quod ipsa oratione, ipso spiritali desiderio: vtres noui erant, vinũ nouum de cęlo expectabatur, & venit. Iam
Ioan,7. enim fuerat magnus botrus ille calcatus & glorificat⁹.
CAP.II. Legimus enim in Euangelio, Spiritus enim nõdũ erat datus, quia Iesus nõdum fuerat glorificatus. Iam quid respondit, audistis, magnum miraculũ. OMNES qui aderant, vnã linguam didicerant. Veni spiritus sanctus, impleti sunt, cœperunt loqui linguis variis omniũ gẽtium, quas non nouerant nec didicerant: sed docebat ille qui venerat, intrauit, impleti sunt, fudit. Et tũc hoc erat signum, quicunque accipiebat spiritum sanctum, subitò impletus spiritu; linguis omnium loquebatur,
Act.1. non illi solùm centum viginti. Docent nos literæ ipsæ, postea crediderunt homines, baptizati sunt, acceperũt spiritum sanctum, linguis omnium gentiũ locuti sunt. Expauerunt qui aderant, alij admirantes, alij irridẽtes: ita vt dicerent, Isti ebrij sunt, musto pleni sunt. Ridebant, & aliquid verum dicebant. Impleti enim erant vtres nouo vino. Audistis cùm Euangelium legeretur,
A Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: spiritalia Matth.9.
non capit carnalis. Carnalitas vetustas est, gratia nouitas est. Quantocunque homo in melius fuerit innouatus, tãto amplius capit, quod verũ sapit. Bulliebãt mu- CAPVT III.
sto, & musto bulliẽte linguę gentiũ profluebãt. NVNQVID modò, fratres, non datur spiritus sanctus? Quisquis hoc putat, nõ est dignus accipere. Datur & modò. Quare ergo nemo loquitur linguis omniũ gentiũ, sicut loquebatur qui tũc spiritu sancto implebatur? Quare? Quia quod illud significabat, impletũ est. Quid est illud? Quando celebrauimus Quadragesimam, recolite, quia commẽdauimus vobis Dominũ Iesum Chri- Act.1.
stũ Ecclesiam suam cõmendasse & ascendisse. Quærebãt discipuli, Quando erit finis seculi? Et ille, Non est vestrũm scire tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Adhuc ꝓmittebat quod hodie compleuit, Accipietis virtutem spiritus sancti superueniẽtis
B in vos, & eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in tota Iudæa & Samaria, & vsque in fines terræ. Ecclesia tunc in vna domo erat, accepit spiritum sanctum: in hominib⁹ paucis erat, in linguis totius orbis erat. Ecce quòd prætendebat modò. Nam quòd illa Ecclesia parua linguis omnium gẽtiũ loquebatur: quid est quòd Ecclesia ista magna à solis ortu vsq; ad occasum linguis omniũ gẽtium loquitur? Modò impletur quod tũc promittebatur. Audiuimus, videmus. Audi filia & vide: ipsi reginę Psal.44.
dictũ est, Audi filia & vide: Audi promissum, vide cõpletũ. Nõ te fefellit De⁹ tuus, nõ te fefellit sp̃ũsus tuus, nõ te fefellit qui suo sanguine te dotauit, nõ te fefellit qui de fœda pulchram, de immũda virginem fecit. Tu tibi promissa es: sed promissa in paucis, impleta in multis. NEMO ergo dicat, Accepi spiritum sanctũ, quare CAP.III.
non loquor linguis omniũ gentiũ? Si vultis habere spi-
C ritum sanctũ, intendite fratres mei: spiritus noster quo viuit omnis homo, anima vocatur: spiritus noster quo viuit singulus quisque homo, anima vocatur: & videtis quid faciat anima in corpore. Omnia mẽbra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per nares olfacit, per linguam loquitur, per manus operatur, per pedes ambulat: omnibus simul adest mẽbris, vt viuant: vitã dat omnibus, officia singulis. Non audit oculus, non videt auris, non videt lingua, nec loquitur auris & oculꝰ: sed tamẽ viuit: viuit auris, viuit lingua: officia diuersa sunt, vita communis. Sic est Ecclesia Dei, in aliis sanctis fa- Ecclesia Dei.
cit miracula, in aliis sanctis loquitur veritatem, in aliis sanctis custodit virginitatẽ, in aliis sanctis custodit pudicitiã cõiugalẽ, in aliis hoc, in aliis illud: singuli ꝓpria operãtur, sed pariter viuũt. Quòd autẽ est anima corpori hominis, hoc est spirit⁹ sanctus corpori Christi, quod Spiritus sanctus.
est Ecclesia: hoc agit spiritus sanctus in tota Ecclesia, D quod agit † Ecclesia in omnibus membris vnius cor- al.minus.
poris. Sed videte quid caueatis, videte quid obseruetis, videte quid temeatis. Cõtingit vt in corpore humano, imò de corpore aliquod pręcidatur membrum, man⁹, digitus, pes, nunquid præcisum sequitur anima? Cùm in corpore esset, viuebat, præcisum amittit vitã. Sic & homo Christianus catholic⁹ est, dum in corpore viuit, præcisus hæreticus factus est membrum amputatum, non sequitur spiritus. Si ergo vultis viuere de spiritu sancto, tenete charitatem, amate veritatem, desiderate vnitatem, vt peruenia tis ad æternitatem, Amen.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Sic Deus dilexit mundũ, &c. quæ sumpta est de expositione Doctoris, ibidem, tom.9.

Feria tertia Pentecostes.

SERMO CLXXXVII. SERMO I.

Manuscripta quædam Augustini titulum habent, alia Fulgentij.

DIES nobis, fratres, gratus illuxit, quo sancta Ecclesia fidelium fulget aspectibus, feruet in cordibus. Celebramus quippe istum diē quo Dominus Iesus Christus post resurrectionem, ascensione glorificatus misit spiritū sanctum.

Ioan. 7. Sic enim scriptum est in Euangelio cū diceret, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: qui credit in me, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ. Euangelista secutus exponit & ait, Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eū. Nondū enim erat spiritus datus, quia Iesus nōdū fuerat glorificatus. Restabat ergo vt clarificato Iesu, cùm resurrexit à mortuis, & ascendit ad cælos, iam daretur spiritus sanctus ab eo missus à quo promissus: sicut & factū est. Quadraginta enim Dominus post resurrectionē diebus cū discipulis conuersatus, ascendit in cęlum, & die quinquagesimo, quem hodie celebramus, misit spiritum sanctum, sicut

Act. 2. scriptū est, Factus est subitò sonus de cælo, quasi ferretur flatus vehemens, & visæ sunt illis linguę diuisæ sicut ignis, qui insedit super vnūquēque: & cœperūt linguis omnibus loqui, quomodo spiritus dabat eis pronunciare. Flatus ille à carnali palea corda mundabat, ignis ille fœnum veteris concupiscentiæ consumebat, linguæ illæ quibus loquebantur, à spiritu sancto impleti per omniū gentiū linguas futurā Ecclesiā † designabant. Sicut enim post diluuiū impietas superba hominū turrim cōtra Dominū ædificauit excelsam, quando

al. presig. Genesis. per linguas diuersas diuidi meruit genus humanū, vt vnaquęque gēs lingua propria loqueretur, ne ab aliis intelligeretur: sic humilis fideliū pietas earum linguarū diuersitate ecclesię cōtulit vnitatē, vt quod discordia dissipauerat, colligeret charitas, & humani generis tāquā vnius corporis mēbra dispersa ad vnū caput Christū cōpaginata redigeret, & in sancti corporis vnitatē dilectionis igne conflaret. Ab hoc itaque dono spiritū sancti prorsus alieni sunt, qui oderunt gratiā pacis, qui societatē nō retinēt vnitatis. Licet enim etiā ipsi hodie

al. vnitatis, sollemniter cōgregētur, licet istas audiāt lectiones, quibus spiritus sanctus promissus & missus est: ad iudiciū audiūt, nō ad præmiū. Quid enim eis prodest percipere auribus, quod cordibus respuūt, & eius diē celebrare, cuiū lumē oderūt? Vos autem fratres mei, membra corporis Christi, germina † veritatis, filij pacis, hūc diē agite læti, celebrate securi. Hoc enim in vobis impletur, quod illis diebus quādo venit spiritus sanctus, prę-

al. vnitas. signabatur. Sicut enim tunc qui spiritum sanctū percipiebat, etiā vnus homo linguis omnibū loquebatur: sic & nūc per omnes gētes omnibus linguis ipsa † veritas loquitur, in qua cōstituti spiritū sanctum habetis, qui à Christi Ecclesia loquēte omnibus linguis, nullo schismate diffidetis.

Ioan. 10. Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundū Ioannem, Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostiū, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & inter sermones de verbis Domini, XLIX.

Feria quarta Pentecostes, de missione Spiritus sancti.

SERMO CLXXXVIII. SERMO I.

In appendice LXI.

Ioan. 6. Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundū Ioannē, Nemo potest venire ad me nisi pater meus qui misit me, traxerit eū, &c. quæ sumpta est de expositione Doctoris, ibid. tom. 9. & ex sermonibus de verbis Domini, XLVI.

A *In festo sanctæ Trinitatis, quod celebratur Dominica in octauis Pentecostes, de sancta Trinitate.*

SERMO CLXXXIX. SERMO I.

AVDIO, fratres, quòd quidā inter se disputāt, quomodo pater & filius & spiritus sanctus & tres sunt, & vnum sunt. Videtis ex quęstione quàm periculosa sit disputatio. Lutum & vas figuli de creatore disputat, & ad naturæ suæ rationem nō potest peruenire, & curiosè quęrit scire de mysterio trinitatis, quod angeli in cælo scire nō possūt. Quid enim dicūt angeli in cælo, Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutū ipse Psal. 23. est rex glorię. Similiter in Esaia dicitur: Quis est iste qui Esaiæ 63. ascēdit de Edō, candida vestimēta eius? Vide quid dicunt, pulchritudinē prędicāt, & de natura tacēt. Ergo & nos simpliciter dicamus: Vis scire naturam Dei: hoc scito quòd nescias, nec in hoc cōtristeris quia nescias:

B quia & angeli nescierunt, & similiter omnes creaturæ. Sed dicit aliquis: Quomodo ergo credo quod nescio? Quomodo Christianū sum, qui nescio quomodo sum Christianus? Dicā simpliciter, antequā aliqua de Scripturis proferā: O Christiane, qui tibi videris nihil scire, si scias hoc ipsum quòd nescias, nónne magis plus videris à cæteris scire? Gētilis homo videt lapidē, & deū putat: philosophi vidēt cælū, & Deum putant. Alij vident solē, & Deū putāt. Tu verò vide quantā super istos habeas scientiā, qui dicis, Deus lapis esse non potest. Sol Deus esse non potest, quia alterius imperio currit. Vides quòd in eo quod dicis nihil te scire, magis nosti. Gentiles autē in eo quòd se dicūt scire, nesciunt, quia falsa sunt quę nouerūt: simúlque cōsidera quòd voceris fidelis, non rationalis. Denique accepto baptismo hoc dicimus. Fidelis factus est, siue factus sum,

C credo quod nescio, & propterea scio, quia me scio nescire quod nescio. Sed dicit aliquis: Hoc nō est exponere, sed expositionē fugere. Et nos sciebamus scire quod nesciebamus: tu nos dicebas scire quod ignoramus. Nōne meū est piè ignorantiam confiteri, quā temerè mihi scientiā vendicare: In die iudicij non dānor, quia dicam nesciui naturam creatoris mei: si autem aliquid temerè dixero, temeritas pœnā habet, ignorātia veniā promeretur. Dicamus aliquid de Scripturis, rationem non sequētes, sed autoritatē Domini Saluatoris. Christus enim dicit ascēsurus in cęlū ad Apostolos loquēs, quibus prędicat vt magister & Dominus. Nemo enim nouit sic de natura sua dicere, quomodo ipse qui Deus est, nobis autē sufficiat scire de trinitate, quod Dominus exponere dignatus est. Quod ergo dicit ad Apostolos, Ite & baptizate omnes gentes in nomine patris & Matth. 28. filij & spiritus sancti: tria nomina audio, & vnū dicitur

D nomen. Non enim dixit, In nominibū: sed, In nomine. Tria nomina dicit, & quomodo vnum ponit? In nomine patris & filij & spiritus sancti vnum est: sed trinitas est nomen quod dicitur, in nomine patris Dei, in nomine filij Dei, in nomine spiritus sancti Dei, pater & filius & spiritus sanctus vnum nomen est diuinitatis. Sed requiris à me quomodo vno nomine tres appellantur? Nescio, & liberè me nescire profiteor: quod Christus voluit indicare hoc solum scio, quia in hoc Christianus sum, quia vnum Deum in trinitate confiteor. Si autem dixero vnam personam esse patris & filij & spiritus sancti, Sabellianus appellor, & incipio non esse Christianus, sed Iudęus: quia & Iudæus vnum Deum dicit: & quia patrem nescit & filium & spiritum sanctum, propterea mysteriū non nouit trinitatis. Ergo si sic dicimus vnum Deum, vt patrem & filium & spiritum sanctum excludamus à mysterio trinitatis, Iudęi efficimur. Ergo liberè dico nō ex me

me, sed ex sententia Saluatoris, scādalum esse quod in A animo nascitur auditoris, quomodo tres vnū sint, quomodo pater & filius & spiritus sanctus nō diuidantur in diuinitate, sed in personarum qualitate. Quandocunque personas appello, rogo vos ne me putētis personas hominū dicere, ego personas in patre & filio & spiritu sancto nō dico quasi personas hominū: personā patris dico, quia pater est; & filij, quia filius est; & spiritus sancti, quia spiritus sanctus est. Nō est pater filius, nec filius pater, nec spiritus sanctus pater aut filius. Diuidūtur enim proprietatibū, sed natura sociātur. Videte, hoc ipsum scādalū Philippus quondā apostolus sustinebat, quādo dixit ad ipsum Dominū: Domine, o-

Ioan. 14. stende nobis patrē. Cui respondēs Dominū ait: Philippe, tanto tēpore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Qui videt me, videt & patrē. Quid? ipse pater est, ipse filiū? Hoc impiū est dicere: sed hoc dicit, in eo quòd filiū vides, intellige patrē. Nō enim potest appellari filiū, B nisi habuerit patrē. Quando dicitur pater, non dicitur nisi habuerit filiū. Multa sunt quæ dici possunt: sed sufficiat fidelibus pauca de mysterio trinitatis audisse. Rogo vos, hoc maius inter nos certamē sit, quomodo aduersariū superemus, quomodo ieiunemus, quomodo peccata nostra plāgamū, quomodo pro tāto scelere satisfaciamus, quomodo eleemosynis insistamus, quomodo cogitatio nostra nō nos captiuos in libidinē trahat, quomodo cōtra omnē iniuriā patientiā habeamū, quomodo fratri iniuriam facienti non resistamus, sed vincamus eū in humilitate, quā à Christo didicimus; qui cū pateretur, non cōminabatur. Quando venerit cogitatio, & proposuerit quid est Deus, & quę est ratio trinitatis, nobis sufficiat credere quia est: & nō temerè rationē quęrere trinitatis, sed timere & orare Dominū semper debemus, & sibi soli scientiam nostram in hac parte exhibeamus, vt diebus ei ac noctibus laudes canamus, cui sit gloria in sęcula sęculorum, Amen.

Sapient. 7. *In eodem festo, de eo quod scriptum est, Splendor est enim lucis æternæ, &c.*

SERMO CXC. SERMO II.

APOSTOLI lectionem mecum pariter audistis, dilectissimi. Ait enim de Domino Iesu Christo, *Splendor est enim lucis æternæ, & imago inuisibilis Dei*, eo quòd & imago solis lux sua sit quæ de eo sole procedit. Quippe cū constet, lumē istud diuinitatis æstimari, cōprehendi & definiri nō posse, ideo præmoneo, vt tantū de vnitate substantiæ spiritaliter credatis, & filiū verū de vero patre cognoscatis. De qualitate autem rei quęrere nō debetis, quia Deus credi se voluit, nec examinari: quia quātus sit sciri nō potest. Hoc enim Prophetæ, hoc Apostoli D prædicauerūt. Denique pro captu, pro viribus, pro fide nostra intueamur, Deus quid sit: & videamus an aliquid possit ei comparari. Certè hoc est Deus, quod & cū dicitur nō potest dici, cū æstimatur nō potest æstimari, cū cōparatur nō potest cōparari, cū definitur ipsa definitione crescit: quia cęlum manu sua cooperit, pugno omnem mundi ambitū claudit, quem totū omnia nesciūt; & metuēdo sciūt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipsa sibi elementorū succedentiū momentanea vicissitudo seruiendum testatur. Videte ergo, si aliquid esse possit, cui pater & filius possit comparari, quia talis est filius qualis & pater. Non enim ipse cum patre vnum se diceret, nisi talem se de patre, qualis est pater, sciret. Ratio quidem quæ apud Græcos λόγος nuncupatur, inter patrem vel filium personas vel vocabula distinguit; quia & ipse filius ratio dicitur: quæ tamē ratio multis nominibus appellatur, A modò verbū, modò virtus, modò sapientia, modò dextera, modò brachiū, modò margarita, modò thesaurū, modò retia, modò aratrū, modò fons, modò petra, modò lapis angularis, modò homo, modò agnus, modò vitulus, modò aquila, modò leo, modò via, modò veritas & vita, cùm sit Deus omnia in omnibus: vt per hęc vocabula diuinarū dispositionū mysteria cognoscātur, non vt ipsa maiestas filij Dei propriè definita demonstretur. Hoc enim filius Dei quod pater est, non aliud, id est, per quem omnia facta sunt. Nam & hoc verbum nuncupatur, quia semper in patre, & de patre, & nihil pater sine eo iussit aut fecit. Virtus dicitur, quia propriè de deo est, & omnis potestas in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia non aliunde quā de patre veniēs credētibus arcana cælestia reuelauit. Dextera nūcupatur, quia per eū omnia diuina opera perfecta sunt. B Brachiū dicitur, quia ab ipso omnia continētur. Margarita appellatur, vt nihil eo pretiosius habeatur. Thesaurus dicitur, quia in ipso omnes opes, diuitię cælestiū regnorū reconditæ cognoscuntur. Retia dicitur, quia per ipsum & in ipso de mari sęculi diuersarum gentiū multitudo, more piscium, per baptismū in Ecclesia congregatur, vbi bonorum malorūmque discrimē agnoscitur. Aratrū nūcupatur, quia signo crucis eī dura pectora subiugātur, vt necessario semini præparētur. Fōs aquę viuæ appellatur, quia ex eo sitiētia corda cælestis aquæ gratia irrigātur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinē, incredulis dutitiā præstat. Lapis angularis dicitur, quia vtrosque parietes noui & veteris Testamēti, ipse vnus & mediator in semetipso cōtinens copulauit. Agnus appellatur, vt innocentia & passio Christi demōstretur. Homo dicitur, quia secūdum carnē propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, C quia propter nostrā salutē immolari sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilē resurrectionē ad patris sui reuolauit sedē. Leo est dictus, quia ipse est rex regū, qui mortem ac diabolum virtutis suæ potestate cōminuit. Via est, quia per ipsum ad patrem accessus est. Veritas est, quia mēdaciū nescit. Vita est, quia dat vitā. Ipse vniuersa significat. Est ergo pater, Deus immēsus, æternus, incōprehēsibilis, inæstimabilis. Est & filius Deī & Dominus noster tantus quātus est pater, sed nō aliunde quàm de patre: quia ego, inquit, de patre exiui, hoc est, lumen de lumine. Sed ne ex eo occasionē aliquam hęreticus capiat, cùm duo nomina vel duas personas, id est patris & filij statuo, quasi duos ex diuersitate cōfingam: nos patrem & filiū ita nominamus, vt vnū Deū in his personis & in omnibus assignemus. Porrò pater & filiū etsi duę personæ credūtur, ratione tamē & substantia vnum sunt: quia inæqualium societas melioris D offensa est, & iniuria est eius qui verus est Deus, si non verus alius comparetur. Deum enim qui iniustè cōparat, violat. Cùm autē ego patrem & filiū statuo, vnitatē generis assigno, & si illam in personis diuido, discretionem tamen personarum rursum eadem nomina in vnitatis sui naturalis fœderis lege consigno.

In eodem festo, de sancta Trinitate.

SERMO CXCI. SERMO III.

MVLTA quidē & frequenter ausi sunt Arriani hæretici aduersus seruos Dei, qui fidem rectam & catholicam custodiunt, per adulterinam doctrinam asserere, & orthodoxos persequi tentarunt. Intantum autē nunc exurrexerunt contra fidē, ita vt multos ex nobis polluerint, & aures nostras commouerint, vt animas laniarent. Sceleratæ autem hęresis suę perfidiam tegunt: sed non diutius

Hic

hic vel facere permissum est. Est enim gubernator ecclesiarum suarum Dominus, qui pro omnibus nobis mortem sustinuit. Et ideo indeficiens nobis est oratio dilectissimi fratres. Primò, vt sancta Domini & catholica Ecclesia dissensionibus omnibus & hæresibus carens, vnitatē spiritus in vinculo charitatis vbiq; cōseruet, quā per fidē rectā & vitam immaculatā tenere, amplecti, seruare, custodire omnibus inuocantibus Dominū est quidē iustū, præcipuè episcopis qui ecclesiis præsunt. Secundò, vt Ecclesiæ regula sanctáque patrū traditio atque iudicia in perpetuum firma solidáque permaneāt. Est autē patrū nostrorū fides hæc: Credimꝰ in Deum patrē omnipotentē, cunctorū visibiliū & inuisibilium cōditorem. Credimus & in Dominū Iesum Christū, per quē creata sunt omnia, verū Deū, vnigenitum, verū Dei filium, nō factū aut adoptiuum, sed genitum, vnius cum patre substantiæ, quod Græci dicūt homousion: atque ita per omnia æqualē Deo patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate esse possit inferior: tantúmque esse confitemur illum qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autē quia dicimus genitum à patre filium, diuinæ & ineffabili generationi aliquod tempus asseribimus: sed nec patrem dicimus aliquando cœpisse, nec filiū. Non enim possumus aliter confiteri æternum patrem, nisi confiteamur etiam & filium coæternum. Ex filio pater dicitur: & qui semper pater fuit, semper filium habuit. Credimꝰ & in spiritum sanctum, Deū verū ex patre procedentem, æqualem per omnia patri & filio, natura, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil quod inferius superiūsq; dici possit. Ideo tota deitas sua perfectione æqualis est, vt exceptis vocabulis quæ proprietatem personarū indicant, quicquid de vna persona dicitur, de tribus dignissimè possit intelligi. Atque vt confutantes Arrium, vnā eandémque dicimus trinitatis substantiā esse, & vnum in tribus personis fatemur Deum: ita impietatē Sabellij declinantes, tres personas expressas sui proprietate distinguimus: nō ipsum sibi patrē, ipsum filiū, ipsum spiritū sanctū esse dicentes: sed aliā patris, aliam filij, aliā spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantū modo, sed etiā nominum proprietates, id est, personas cōfitemur. Nec pater filij aut spiritus sancti personam aliquādo excludit; nec rursus filius aut spiritus sanctus patris nomē, personámque recipit: sed pater semper pater, filius semper filius, spiritus sanctus semper sanctus: itaque substantia vnū sunt: personæ autē nominibus distinguuntur. Ipsum autē Dei filiū, qui absq; initio cum patre & spiritu sancto est, dicimus in fine seculorū perfectū naturæ nostræ hominē suscepisse ex Maria semper virgine, & verbū carnē esse factū, sed assumēdo hominem, nō permutando deitatē. Nec, vt quidā sceleratissimi opinantur, spiritum sanctū dicimus pro semine fuisse, sed potentia & virtute creatoris operatum. Sic autē cōfitemur in Christo vnā filij esse personā, vt discamus duas atque integras esse substantias, deitatis scilicet & humanitatis, quæ ex anima constat & corpore: atque vt cōdemnamus Photinū, qui solū & nudū hominē cōfitetur in Christo, ita anathematizamus Apollinarē, & eius similes, qui dicūt Dei filiū minus aliquid de humana suscepisse natura, & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptū hominē his proprer quos assumptus est fuisse dissimilē, quoniā absque sola peccati macula, quæ naturalis non est, nobis confitemur fuisse conformē. Illorū quoque execramus similiter blasphemiam, qui nouo sensu asserere conātur, à tēpore acceptæ carnis omnia, quæ erant diuinitatis, in hominem demigrasse, & rursum quæ humanitatis erāt, in Deum esse transfusa: vt quod nulla vnquam hæresis ausa est dicere, vincatur hac cōfusione vtraque exinanita esse substantia, & deitatis scilicet & humanitatis, & amisso proprio statu in aliud esse mutata: vt qui tam Deū perfectū in filio quā hominē cōfitemur, nec Deū verè, nec hominē temerè credamus. Nos autē ita dicimus susceptū à Dei filio hominē, vt Deus tamē impassibilis permaneret. Passus est etenim Dei filius nō putatiuè, sed verè omnia quæ Scriptura testatur, id est, esuriem, sitim, lassitudinē, dolorē, mortem, & cætera huiusmodi: sed secundū illud passus est quod pati poterat, nō secūdū illā substātiā quę assumpsit, sed secundū illā quæ assumpta est. Ipse enim Dei filius secundū deitatē suam impassibilis est vt pater, incorruptibilis vt pater. Et quāuis propriè persona filij, id est, Dei verbū susceperit passibilē hominē, tamē eius inhabitatione secundū suā substātiā deitas verbi nihil passa est, vt tota trinitas, quā impassibilē esse necesse est. Mortuus ergo est Dei filius eadem natura carnis in qua natus est & passus, in qua & resurrexit. Nō enī exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata in ęternū cum deitate mansura. Venturus est ad iudiciū viuorū & mortuorum: vt & iustos remuneret & puniat peccatores. Resurrectionem carnis ita credimus, vt dicamus nos in eadē in qua nūc sumus veritate mēbrorum esse reparandos, qualésque semel post resurrectionē fuerimus effecti, in perpetuū māsuros. Vnā esse sanctorū vitā omnium, sed præmia pro labore diuersa, & ecōtrario pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia. Baptismavnum tenemus, quod iisdem sacramentiverbis in fantibus quibusue etiā maioribus dicimus esse celebrandū. Hominē si post baptismum lapsus fuerit, primò per recōciliationem, deinde per pœnitentiā credimus posse saluari. Nouum & vetus Testamētum recipimus in illo librorum numero, quē sanctę Ecclesię catholicę tradit authoritas. Animas à Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimꝰ, anathematizātes eos, qui animā, quasi partem Dei, diuinę dicunt esse substantiæ. Eorum quoq; condemnamus errorē, qui eas ante peccasse, vel in cęlo cōuersatas esse dicunt, quàm in corpora mitterētur. Execramur etiā blasphemiā eorū, qui dicūt, impossibile aliquid homini à Deo esse prēceptū, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in cōmune posse seruari: vel qui primas nuptias cum Manichęo, vel secundas cum Cataphrygis dānant. Anathematizamus etiā illos qui Dei filium necessitate carnis mētitum esse dicūt, & tunc propter assumptū hominē non omnia facere potuisse quęvoluit. Iouiniani quoque damnamus errorē, qui dicit nullā in futuro meritorū distantiā. Nos quoque habituros esse virtutes, quas hic habere negleximus. Liberum sic cōfitemur arbitrium, vt dicamus nos Dei semper indigere auxilio, & tū illos errare, qui cum Manichęo dicunt, hominē peccatum vitare nō posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque enim tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus hominē semper & peccare, & non peccare posse, vt nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hęc est fides, dilectissimi fratres, quam in catholica didicimus Ecclesia, quámq; semper tenuimus & tenemus, quā credimus & à nobis deinceps posse teneri.

In eodem festo, de Symbolo ac deitate & omnipotentia patris.

SERMO IIII. SERMO CXCII.

STENDIMVS, fratres dilectissimi, vt vestra certè dilectio recordatur, Deum in quo vos credere promisistis, & creditis verū esse Deum, ita etiam verum patrem, hunc verò eundem

eundem etiam omnipotentē. Hinc enim ordo Symboli monstratur esse. Nam licet hoc ipso quòd verꝰ Deus esse probatur, sine dubio omnipotens intelligatur: tamen magis hoc fidei proficit, sicut Scripturis sanctis omnipotētia eius asseritur. Magna enim credētibus oritur cōfidentia, cū agnoscūt illum omnia posse quem credunt. Omnipotētem ergo Dominū ac Deum nostrum ipsa eius in primis opera testātur, qui fecit hunc mūdum totū de nihilo, & totā quę magna est pulchritudinē, támque speciosas rerum formas, ex nulla materia extātę cōposuit. De ipso enim dicit Scriptura diuina: In principio fecit Deus cælum & terrā. Et rursus: Quoniā ipsiꝰ est mare & ipse fecit illud. Quis ergo neget omnipotentē esse, quē tā clara cognoscit operatū? Sed multo magis eum esse omnipotentē fatebitur, cū hęc ipsa, quàm facilè operatus sit, agnouerit. Propheta loquitur in Psalmo: Ipse dixit, & facta sunt; ipse mādauit, & creata sunt. Absque vllo labore, absque difficultate aliqua verbo res cōdidit: quicquid ratio humana miratur, nō labore Deus, sed iussione reformauit. Imperio eius extiterunt omnia, quæ antè non fuerant: cū ex nihilo tanta procedūt, omnipotentē loquuntur authorem. Neque verò à Deo ista sola creata sunt quę videmus: sed maiores potentiæ diuinę diuitias, inuisibilia eius opera testātur. Siquidem ab ipso creatæ sunt omnes angelicæ potestates; quę quāuis nō videantur à nobis, tamē, vt ex Scripturis diuinis agnoscimus, Deo militāt: & ipsi seruiūt throni, dominationes, ac virtutes omnes & spiritalis substātię potestates. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentē. Vnde vrentē tanti regis exercitū Propheta describens: Millia, inquit, millium ministrabāt ei, & decies millies cētena millia assistebant ei. Certè si breuiter agnoueritis ex creatione ista visibilium & inuisibiliū omnipotētiā Dei, nunc & eandē eius virtutē ex administratione cognoscite. Cū enim toto sub Noē peccāte mūdo diluuiū inducit, cūm Sodomā & Gomorrhā pluuia ignis exurit, cū populo suo de Ægyptiorū seruitute liberato siccā in mari prębet viā, quid aliud quā se omnipotentē testatur, & seipsum qui mare fecit, qui illud etiā siccauit ex ea parte qua voluit? Cūm verò ipsum populū per quadraginta annos in solitudine cibauit, id est, mānna, ineffabilē virtutē suæ diuinitatis asseruit: vt ostenderet quia nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et vt innumeras virtutes Dei pauca cōmemorando præteream, ostendit etiam hunc omnipotētiā suā Deus, cūm filiū suū, quē secundum hominē mori voluit pro salute nostra, solutis inferni legibus à mortuis suscitauit, vt in Christo ostenderet se esse, à quo mortales homines sunt creati, qui etiam immortalē fecit ex mortuo. Ad ipsius omnipotentiæ virtutem pertinet, vt istum mundū, quē aliquādo fecit ex nihilo, in fine seculorū dissoluat. Vnde Propheta, Cælū, inquit, plicabitur reuolutū vt liber, & omnia sidera cadent vt folia de vite, & sicut folia cadent de ficu. Et Saluator in Euangelio, Quia cælum & terra transibūt, verba autē mea nō transibūt. Eadem omnipotentia omnes homines qui sunt mortui, quiq; morientur in finē, ad diem iudicij suscitabit, vt Propheta dicit, Reddet vnicuique iuxta opera sua. Et alios quidem in cælorum regno consortio copulabit angelorum, alios verò gehennæ supplicio diabolo iunget. In hunc credentes Deum, dilectissimi fratres, omnipotentem, iustum, seuerum, & his tamen benignum qui hic seueritatem eius timendo peccata vitauerunt: In hunc, inquam, credentes Deum, cum omni timore & tremore, vt ait Apostolus, vestram salutem operamini: & ab omni peccato, & ab omnibus criminibus & vitiis recedentes, ad sola opera iustitię festinate: ambulantes, sicut Saluator ait, in luce, dum habetis lucē, ne tenebræ vos cōprehendant. Cauete à malorū consortiis atque colloquiis, & ad sola verba Dei audienda fidelium præparetur auditus, & ad res sanctas solas loquendas lectorū lingua moueatur, vt auditū bonum & sermonē bonū bona opera subsequātur. Quod Dominus noster Iesus Christus in nobis secundū bonę volūtatis studiū perficere dignetur: cui est honor & gloria cū patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Genesi. 1. Psal. 94.

Psal. 32. & 148.

Daniel. 7.

Esaiæ 34.

Matth. 24.

Psal. 67.

Philip. 2.

In eodem festo, de Domino Iesu Christo, quòd ab initio sit cum patre secundum deitatem, qui secūdum hominem nobis à certo initio natus est ex virgine.

SERMO V. SERMO CXCIII.

HEVSQVE, fratres dilectissimi, de Deo patre in quē creditis locuti sumus, vt quòd ipse sit verus Deus, quòd verꝰ pater, quòd omnipotens diuinarum Scripturarum authoritate mōstratur: nunc verò iuxta ordinē Symboli trāsimus ad filium. Postquā diximus in Symbolo, Credo in Deum patrē omnipotentem: sequitur. Et in Iesum Christum filiū eius, qui natus est ex Maria virgine, cōceptus de spiritu sancto. Hic iam solicitus auditor attēdat, vt sciat vnā filij Dei, eandémque personam, iuxta susceptī hominis veritatem. Hic enim cùm dicimus credere nos in Christū filium Dei, qui natus est ex Maria virgine, non eo modo dicimus, vt in hominē tantū verum nos fidem habere fateamur, sed in Deum verū qui suscepit hominē verum. Vnus enim & idē est Dominus noster Iesus Christus, qui & verbum Dei est, & sine initio genitus est ex patre, & homo verus in fine seculorum natus ex virgine. Gemina enim in hoc loco hæresis cōtrariis nos nititur impugnare sententiis. Inde Apollinaris, hinc Arrius: qui sic in Christo hominē perfectū suscipit, vt Deū illum neget esse perfectū, dū ipsum Dei verbum principio ipsi conatur includere, & cum nō creatorē, sed creaturam fatetur. Apollinaris verò ita Dei filium ecōtrariò perfectū credit esse Deum, vt ei verum hominē timeat copulare, dum metuit ne suscipientis dignitatē suscepti hominis obfuscet infirmitas. Nos autē catholici cōtra vtrunque diuinarum Scripturarū authoritate muniti, aduersus Arrium veram & perfectam verbi diuinitatē, aduersus Apollinarē perfectam hominis in Chtisto defendimus veritatē. Itaque sicut cōtra Arrium superiore tractatu perfectionē deitatis in Christo asseruimꝰ, ita nunc cōtra Apollinarem perfectū hominē cōprobauimus. Vnde luci diſsime pro nobis est Apostoli authoritas dicētis, Misit Deus filium suum factū ex muliere. In primis dicendo factum, distinguit humanam à verbi diuinitate substantiam. Factū enim vel creatū Dei verbū dici omnino nō potest, per quod omnia facta sunt, sicut beatus Ioannes ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Misit, inquit, Deus filiū suū factum ex muliere. Cùm ergo dicit, Factum, ostendit se hic nō de diuinitate tractare. Cū autē addidit, Ex muliere, substantiam veri hominis expressit: vt hæc sit natura facti hominis, quę fuit ipsius vnde factus est: id est, vt ea credatur esse natura Christi, qui factus est ex virgine, quæ fuit natura virginis, ex qua Christus formatus & natus est. Indē est quod alibi idem Apostolus de Dei filio dicit: qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Nam etsi nō intercessit semen hominis in cōceptione virginis, tamen quia ex carne Christus formatus est, quæ constat ex semine, dicitur factus ex semine. Quemadmodum ergo secūdum diuinitatem

Galat. 4.

Ioan. 1.

Rom. 1.

Si hæc quæ suggessi, fratres, impiere volueritis, remissionem peccatorũ promerebimini, & vitam æternam.

Item in eodem festo alius sermo, de indiuidua trinitate & inseparabili vnitate incipiens: Sancta & diuina eloquia, &c. qui sumptus est ex sermonibus De verbis Apostoli, 1.

Item in eodem festo alius sermo, incipiẽs: Extorsisti mihi, dilecte fili, &c. qui sumptus est ex libro contra Felicianum, tom. 6.

Item in eodem festo Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secũdum Ioannem, Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, &c. quæ sumpta est de expositione Doctoris, ibid. tom. 9. & ex sermonibus de verbis Apostoli, XLIII.

Item in eodem festo alia Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioãnem, Cùm venerit paracletus, quem ego mittam vobis, &c. quæ sumpta est de expositione Doctoris, ibid. tom. 9.

Dominica prima post festum sanctæ Trinitatis, De auaritia vitanda.

SERMO CXCVI. SERMO I.

Extat integrè sermo XXVIII. de Diuersis.

In eadem Dominica, de Dauid & Isai patre suo, & de Goliath spurio.

SERMO CXCVII. SERMO II.

IN Scripturis diuinis, fratres charissimi, vna eadémque persona, prout tẽpus & locus fuerit, diuersam significationẽ habere potest. Nã beatus Isaac, quod optimè nouit sanctitas vestra, quãdo à patre oblatus est, Christũ Dominũ figurauit: cũ verò filio suo Iacob benedixit, & ad accipiendã vxorẽ in Mesopotamiã misit, Iacob typũ habuit Christi, & Isaac Dei patris imaginẽ gessit. Iterũ beat' Iacob qui typũ Christi habuit, quãdo vxorem accepit, Dei patris figurã gessit. Quando enim beatũ Ioseph plus omnibus filiis diligebat, & tunicam ei polymitam fecit, incarnationem Domini Saluatoris significauit. Quomodo ergo tũc factum est, fratres charissimi, in beatis patriarchis, in Isaac videlicet & in Iacob: ita in Isai patre Dauid figuratum esse cognoscimus. Quãdo enim Isai Dauid filiũ suum mittebat, vt requireret fratres suos, typum Dei patris habuisse videtur, Isai misit Dauid, vt requireret fratres suos, & Deus pater misit vnigenitũ suũ, ex cuius persona scriptũ est, Narrabo nomen tuum frattribus meis. Ad requirẽdos enim fratres suos venerat Christus, quãdo dicebat: Nõ sum missus nisi ad oues perditas domus Israël. Dixit ergo Isai ad Dauid filiũ suũ, Accipe ephipolẽtæ & decem formellas casei, & vade require fratres tuos. Ephi, triũ modiorũ mensura est: & tribus mensuris, mysteriũ intelligitur trinitatis. Bene nouerat hoc mysteriũ etiã & beatus Abrahã. Denique quando sub iliceMãbre in tribus personis sacramẽtũ videre meruit trinitatis, tria sata similẽ misceri præcepit. Tria sata, tres mẽsuræ sunt. Hãc ergo mensuram & Isai dedit filio suo. In decem formellis casei, intelligitur Decalogus veteris Testamenti. Venit ergo Dauid cum tribus mensuris & decẽ formellis casei, vt fratres suos in prœlio positos visitaret: quia venturus erat Christus cum Decalogo legis & mysterio trinitatis, vt genus humanum de potestate diaboli liberaret. Veniente autẽ Dauid, vnus ẽ fratrib' increpauit eũ, dicens: Quare dimisisti pauculas oues illas, & venisti ad prœliũ? Frater iste senior, qui Dauid typum Christi gerentem per malitiam increpauit, significauit populum Iudæorum, qui per inuidiã Christo Domino, qui pro salute humani generis venerat, detraxerunt, & multis frequenter iniuriis affecerunt. Quare, inquit, dimisisti oues illas, & venisti ad prœliũ? Quasi nõ tibi videtur per os eius saluti hominum inuidens diabolus loqui: tanquã si diceret Christo, Quare dimisisti nonaginta & nouem oues quæ nõ errauerũt, & venisti vt vnam requireres quæ perierat, & eam de manu spiritalis Goliæ, id est, de potestate diaboli per crucis baculum liberatam ad ouile proprium reuocares? Quare, inquit, dimisisti paucas oues illas? Malo quidem & superbo animo, sed tamẽ verũ dicebat, quia Iesus, sicut iã dictũ est, dimissut' erat nonaginta & nouẽ oues, vt quæreret vnam, & ad ouile proprium, id est, ad angelorũ consortium reuocaret. Prius tamẽ quã veniret Dauid, cùm iam vnctus esset à beato Samuele, sicut & ipse Sauli regi suggessit, & leonẽ & vrsum sine armis occidit. Sed & leo & vrsus ambo typũ diaboli pferebãt. Qui pro eo quòd de ouibus Dauid aliquid inuadere ausi sunt, ipsius Dauid virtute sunt suffocati. Hoc totũ, fratres charissimi, quod tũc in Dauid legimus figuratũ, in Domino nostro Iesu Christo cognoscimus esse cõpletum. Tunc enim & leonem & vrsum strangũlauit, quando ad inferna descendens, omnes de eorum faucibus liberauit. Deniq; audi Prophetã ex persona Domini supplicantem, Erue à fram ea animam meam, & de manu canis vnicã meã. Libera me ex ore leonis. Et quia vrsus in manu fortitudinem habet, & leo in ore, in istis duabus bestiis idẽ diabolus figuratus est. Hoc ergo ex persona Christi dictum est, vt vnica eius Ecclesia de manu, id est, de potestate, vel de ore diaboli tolleretur. Venit ergo Dauid, & inuenit Iudęorum populũ in valle Terebinthi positũ, vt contra Allophylos dimicaret, quia vẽtutis erat verus Dauid Christus, vt de cõualle peccatorũ siue lachrymarum humanũ gen' erigeret. Stabant autem in valle contra Allophylos. In valle erant, quia eos peccatorum pondus oppresserat. Stabant enim, & pugnare contra aduersarios non audebant. Quare nõ audebant? Quia Dauid, qui typum Christi gerebat, nondum venerat. Verũ est, fratres charissimi. Quis enim contra diabolũ pugnare poterat, antequã Christus Dominus genus humanũ de potestate diaboli liberaret? Dauid enim interpretatur manu fortis. Quid eo fortius, fratres, qui vniuersum mundũ vicit, armatus non ferro, sed ligno? Stabãt ergo filij Israël contra aduersarios quadraginta diebus. Quadraginta dies, propter quatuor tẽpora, & quatuor partes orbis terræ vitã præsentem significant, in qua cõtra Goliath vel exercitum eius, id est, cõtra diabolũ & angelos eius, Christianorũ populus pugnare nõ desinit. Nec tamen vincere posset, nisi verus Dauid Christus cũ baculo, id est, cum crucis mysterio descẽdisset. Ante aduentum enim Christi, fratres charissimi, solutus erat diabolus, veniens Christus fecit de eo quod in Euangelio dictũ est, Nemo potest intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem. Venit ergo Christus, & alligauit diabolum. Sed dicit aliquis: Si alligatus est, quare adhuc tãtum præualet? Verum est, fratres charissimi, quia multum præualet, sed tepidis & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquã innexus canis catenis, & neminem potest mordere, nisi cum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videtẽ, fratres, quàm stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluntates & cupiditates seculi noli coniungere, & ille ad te non præsumit accedere. Latrare potest, solicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet: nec extorquet à nobis cõsensum, sed petit. Venit ergo Dauid & inuenit Iudæorũ populum cõtra diabolum prœliantem: & cùm nullus esset, qui præsumeret ad singulare certamen accedere, ille qui figuram Christi gerebat processit ad prœlium, tulit baculum in manu sua, & exiit contra Goliath. Et in illo quidem tunc figuratum est, quod in Domino Iesu Christo completũ est. Venit enim verus Dauid Christus, qui contra spiritalem Goliath, id est, cõtra diabolum pugnaturus crucem suam ipse portauit.

1.Reg. 17.

1.Reg. 16.
1.Reg. 17.

Psal. 21.

Matth. 15.
1.Reg. 17.

Matth. 12.

Videte

1.Reg. 17. Videte fratres, vbi Dauid Goliath percusserit, in fronte vtique, vbi crucis signaculum non habebat. Sicut enim baculus crucis typum habuit, ita etiã & lapis ille de quo percussus est, Christum Dominum figurabat.

Psal. 117. Ipse est enim lapis viuus: de quo scriptũ est, Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. Quòd autem Dauid non habens gladium ascendit super Goliath, & suo eum proprio interfecit gladio; designatũ est quòd in aduentu Christi suo gladio diabolus victus est: qui per nequitiam suam & iniustam persecutionẽ quam exercuit in Christum, omnium in eũ credentium perdidit principatum. Quòd autem arma Goliæ Dauid posuit in tabernaculo suo, arma diaboli nos fuimus. Sic enim dicit Apostolus. Sicut enim exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato, ita & nunc exhibete mẽbra vestra arma iustitię Deo. Et iterũ, Nolite, inquit, exhibere mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Arma enim inimici nostri misit Christus in tabernaculo suo, quãdo nos qui domus diaboli fueramus, per ipsius gratiã templũ Dei esse meruimus. Nã & vicissim nos in Christo & in nobis Christus habitare cognoscitur. Quòd autẽ Christus in nobis habitet, Apostolus probat dicens, In interiore homine per fidem habitare Christum. Quòd autẽ iterum nos habitemus in Christo: idẽ Apostolus designat, dicẽs: Quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Et Dominus in euãgelio ad discipulos suos, Ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Quòd verò non in alio mẽbro, sed in frõte percussus est: hoc significat quòd modò in nostris cõpetẽtibus exercetur: quia quãdo catechumenus in fronte signatur, spiritalis Goliath percutitur, & diabol' effugatur. Et quia de cordibus nostris per gratiã Christi diabolũ effugatũ esse cognoscimus pariter & sentimus: quantũ possum' cũ ipsius adiutorio laboremus, ne malis operib' nostris & impiis vel luxuriosis cogitationibus iterum eum in nos inuitare velimus, vt eo inspirante ad æterna præmia feliciter venire mereamur. Quod ipse præstare dignetur, qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Rom. 6.

Ephes. 3.

Galat. 3.

Ioan. 14.

Item in eadem Dominica alius sermo de eodem: qui habetur in libr. 50. Homiliarum, XXXI.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euãgelio secundum Lucam, Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, &c. quę habetur inter sermones de verbis Domini, XXIII. & XXV. & in libr. 50. Homiliarum, VII. & in lib. secundo de quæstionibus Euangeliorum, XXXVII. tom. 4.

Lucæ 16.

Dominica II. post festum sanctæ Trinitatis, De plaga Dei.

SERMO CXCVIII. SERMO I.

CVM Regum lectio legeretur, audiuimus quòd cùm Dei plaga sæuiret in populo Iudæorũ, angelus Dñi qui percutiebat, steterit iuxta aream Areuna Hiebusæi. Et dixit Domin' ad angelũ: Extende manũ tuam super Hierusalem, vt disperdam eam. Cumq; extendisset manum angelus, misertus est Dominus super afflictionem: & ait angelo percutienti populũ, Sufficit nunc, contine manũ tuam. Et cessauit plaga à populo. Areuna, fratres charissimi, rex erat Hiebusæorũ, & partem aliquam possidere videbatur in Hierusalẽ: quia licet omnes in circuitu nationes subditæ fuerint regi Dauid, non tamen permisit Deus, vt Hiebusæi ad integrum delerentur. Rex ergo ille paganus populum gentiũ figurabat. Aduertite fratres, quia in Iudęorũ terra nõ inuẽtus est locus dignus vbi altare Domini poneretur, sed in terra gentiũ locus eligitur, vbi & angelus videtur, & Domini altare construitur, & sic ira omnipotentis Domini mitigatur. Iam tũc figurabatur quòd in Iudæorũ cordibus ad offerẽdas spiritales hostias locus dignus non possit inueniri: sed gentiũ terra, id est, Christianorũ cõsciẽtia eligitur, vbi templũ Domini collocetur. Quam rem Apostolus euidenter ostendit, dũ Iudęos increpat, dicens, Vobis, inquit, oportuit loqui primùm verbũ Dei: sed quia vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: hoc est dicere, Quia Christũ repulistis, & dignũ locũ non prępara stis in quo altare Domini poneretur, in terra gentium, id est, in cordibus populorum altare Domini collocabimus. Et inde est quod nobis idẽ Apostolus clamat, Templũ Dei sañctũ est, quod estis vos. Et ideo attendite, fratres charissimi, quia tunc gentilis regis terra eligitur, quando populus Iudæorũ Dei plaga percutitur, quod in passione Domini videmus esse cõpletum. Nam quando Iudæorũ populus crucifigens Dominũ reprobatur, tũc in area gentiũ, id est, in omni terra altare Domino cõsecratur. Angelus ergo Domini in area, regis gentilis stetit, & vetus angelus, id est, Christus gentiliũ populũ visitauit. Rex ergo ipse obtulit beato Dauid areã & boues ad holocaustum: sed rex Dauid accipere noluit, nisi prius pretiũ daret. Et hoc in aduentu Domini Saluatoris impletũ est, qui gentium corda sibi assumere noluit, nisi prius pro eis pretiũ sanguinẽ daret. Quid ergo dedit? Quinquaginta, inquit, siclos argẽti. In quinquagenario numero, & gratia spiritus sancti intelligitur, & peccatorũ remissio designatur. Nã quinquagesimo die spiritus sanctus Apostolis mittitur: & in veteri Testamento quinquagesimus annus remissioni & indulgẽtiæ cõsecratur. Dauid quidẽ ille argentũ dedit, noster verò Dauid, cuius ille typum tenebat, preciosum sanguinẽ fudit. Ergo vt areã pagani regis Dauid emeret, siclos quinquaginta obtulit: & verus Dauid Christus vt in area gentiũ altare sibi constitueret, quinquagesimo die gratiã spiritus sancti & peccatorũ indulgentiã dedit. Et ideo, fratres, quia in nobis & de nobis tẽplum sibi dignat' est facere, in domo sua nõ patiatur iniuriã: quia si de peccatis nostris iniuriam pertulerit, citò discedit, & vę miserę animæ, de qua ille discesserit. Sine dubio enim qui à lumine deseritur, à tenebris occupatur. Ita ergo cũ ipsius adiutorio agere studeamus, vt tã pium dominum non solum hospitem recipere, sed etiam perpetuum habitatorẽ habere mereamur, præstante eodem Domino Iesu Christo, cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

1.Reg. 17.

Psal. 117.

Rom. 6.

Ephes. 3.

Galat. 3.

Ioan. 14.

Act. 13.

1.Cor. 3.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euãgelio secundum Lucam, Homo quidam fecit cœnam magnam, &c. quæ habẽtur inter sermones De verbis Domini. XXXIII. & lib. 11. de quæstionibus Euãgeliorum, XXX. Item de verbis Apostoli, sermo XXX.

Tract. de 5. hæresibus, qui hic erat locus sermonis CXCIX. habetur tomo 6.

SERMO CXCIX.

Dominica tertia post festum sanctæ Trinitatis, de iudicio Salomonis, & duabus meretricibus.

SERMO I. SERMO CC.

DE duabus meretricibus, dilectissimi fratres, quę ad iudiciũ Salomonis venerũt, vnde nobis ad vesperã lectio recitãda est, ex quibus vna quę erat nõ solùm luxuriosa, sed etiam crudelis & impia, clamabat ad regem, vt diuidi iuberet infantẽ: nũc si libẽter accipitis, de ipsis quid sancti patres nostri exposuerũt, charitatis vestręaurib' cupimus intimare. Illa enĩ quę clamabat, vt puer integer seruaretur, Ecclesię catholicę typũ gerebat: illa alia crudelis & impia quę clamabat, vt puer diuideretur, Arrianam hęresim designabat. Catholica enĩ quasi mater piissima omnib' hęreticis clamabat: Nolite Christũ minorẽ facere patre, nolite vnitatẽ diuidere, nolite vnũ Deũ diuersis gradibus diuidendo veluti idola gentiũ in vestris cordibus fabricare, totum nobiscũ possidete: si vultis habere pacẽ, nolite vnitatem scindere. Nõ enim si vos

3.Reg. 3.

rorum tenueritis, nobis nihil remanet. Tanta est illius omnipotẽtia, vt eum omnes totũ possideant, & singuli totũ. Sed impia, & crudelis hæresis clamat, non, sed diuidatur. Quid est, Diuidatur, nisi non filius æqualis sit patri? Dũ enim filio subtrahit æqualitatẽ, & bonũ omnipotentemq; denegauit patrẽ. Deus enim pater si potuit filiũ sibi similẽ gignere, & noluit, non est bonus: Si voluit, & non potuit, non est omnipotẽs. Certi estote, fratres mei, quia huic sententiæ nullus vnquã Arrianorum poterit respondere, sed quotiens constricti fuerint verissima ratione, velut anguis lubricus ad alias quascunque quæstiones callidas & tortuosas refugiũt. Ergo, fratres charissimi, testamẽtum profero, verba testatoris refero. Si habet quod diuidatur, bi inuenio: Si non habet quod diuidatur, ex ipso testamento illis resisto.

Ioan.14. O infelix hæretice, quid habet testamentum audi, Pacem meã do vobis, pacẽ relinquo vobis. Hæc est Christianorum hæreditas: & quis est ipse testator? Lege testamentum, & inuenis. Cùm Propheta de domino loqueretur ait, Magnificabitur vsque ad terminos terræ,

Mich.5. Luc.2. & iste erit pax: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Non diuisoribus sanctæ vnitatis, sed hominibus bonæ voluntatis. Ipse est hæreditas, ipse testator, ipsum quæris diuidere. Quid partiris vnũ? Si vnum diuideris, integrum nihil habes. O Arriana hæresis crudelis & impia erubescè! Iudicante Sa-

3.Reg.3. lomone, meretrix ne vnum viuum, ne vndecunq; conceptum etiã natum proderet, non dimisit diuidi filium suum, & tu diuidis Deum tuum? Illa est meretrix, tamẽ pia, quia mater. Tu hæresis impia, quia non mater. Quod paris præfocas, q; nõ parturis cõgregas. Viscera tua duruerũt, illius tremuerunt. Quid dicit illa, quę typum gerebat catholicæ matris? Date illi puerum, & nolite diuidere eum. Filius meus est, sed melius apud illã migret natus, migret totus, tamẽ apud me maneat ma-

C ternus affectus. Date illi puerum, non auferantur vota, membrorum illius integritas non diuidatur, ne mihi pietas auferatur. Quod dicit, Date illi puerum, & nolite diuidere, ecce & ego dico: Totũ possidè, & noli diuidere Deũ. Non, inquit, sed si vis habere pacẽ, diuide hæreditatẽ. Sine præiudicio dico. Et quomodo habeo diuidere? Audi: Pater maior me est, filius minor, spiritus creatura. O partes, ô iustitia, ô æquitas! Facio partem, quia diuido pacem. Si enim fracta fuerit pax, iam non est pax. Sed quomodo apud te pax illibata est, apud quẽ fides integra nõ est? Vnde quia mecum vis possidere, & pacem vis diuidere, hæreditatem non vis diuidere? Postremò si more tuo non paci, sed perfidiæ studes, vade interpella iudicem Christum, videamus quid tibi

Luc.12. dicturus est. Dic ei quod in Euangelio dictum est, Domine, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. Sine dubio respondet tibi: Amice, quis me cõstituit iudicẽ aut diuisorẽ? Vis diuidere pacem, & quęris habere iudicem pacem; iudex tuus nolo esse. Pax sum, consentientibus assideo, litigantes fugio. Si enim omnibus Christianis meis per vnãvoluntatem vnum cor habere concedo, quomodo inter me & patrem diuido vnitatẽ, qui omnibus fidelibus meis vnum cor & vnam tribuo

Ioan.14. charitatem? Quid ait Dominus Philippo? Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, ego veni patri meo te adiungere, tu noli me separare. Quid quæris quasi alterũ præter me? Qui me videt, videt & patrem. Tanta est in nobis similitudo, tanta vnitas, tanta charitas, vt ego in patre sim, & pater in me. Per quam vnitatẽ vos Dominus sibi iungere & cõseruare dignetur: præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in sęcula sęculorum, Amen.

In eadem Dominica, de Helia.

SERMO II. SERMO CCI.

IN lectionibus quæ nobis diebus istis recitantur, fratres charissimi, frequẽter admonui, vt non sequamur literã occidẽtem, & viuificãtẽ spiritum relinquamus. Sic enim

2.Cor.5. Apostolus ait: Litera enim occidit, spiritus viuificat. Si enim hoc tãtùm volumus intelligere quod sonat in litera, aut paruam aut propè nullam ædificationẽ de diuinis lectionibus capiemus. Illa enim omnia quæ recitantur, typus erãt & imago futurorum. In Iudæis enim figurata, in nobis gratia Dei donãte cõpleta sunt. Beatus enim Helias typũ habuit Domini Saluatoris. Sicut enim Helias à Iudæis persecutionem passus est, ita & verus Helias Dominus noster ab ipsis Iudæis reprobatus est & contemptus. Helias reliquit gentem suam, & Christus deseruit synagogã. Helias abiit in desertũ, & B Christus venit in mundũ. Helias in deserto coruis ministrantibus pascebatur, & Christus in deserto mundi huius gentium fide reficitur. Corui enim illi qui beato Heliæ iubente Domino ministrabant, gentium populum figurabant. Propterea & de gentium Ecclesia dicitur, Nigra sum & formosa filia Hierusalem. Vnde est Cant.1. Ecclesia nigra & formosa? Nigra per naturam, formosa per gratiã. Vnde nigra? Ecce in iniquitatibus conce- Psal.50. pt⁹ sum, & in delictis peperit me mater mea. Vnde formosa? Asperges me hyssopo, & mũdabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Vnde nigra? Apostolus dicit, Video aliam legem in mẽbris, repugnãtem legi mentis Rom.7. meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Vnde formosa? Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Verè Ecclesia gẽtium coruis similis erat, quãdo viuentem Dominum contẽnebat, & ante acceptam gratiam C velut morticinis cadaueribus idolis ministrabat. Post hæc iubetur Helias proficisci in Sareptam Sidoniorũ, vt ibi pascatur à vidua. Sic enim ad eũ Dominus dixit, Vade in Sareptam Sidoniæ, ego mandaui viduæ, vt te 3.Reg.17. pascat ibi. Quomodo & per quẽ mãdauit Deus viduæ, cùm propè nullus tunc alius esset propheta cum quo Deus manifestiùs loqueretur, nisi beatus Helias? Quia licet essent eo tẽpore aliqui de filiis prophetarũ, ita persecutionẽ Iezabel metuebãt, vt vix vel absconditi euadere possent. Ego, inquit Dominus, mandaui viduæ. Quomodo mãdat Dominus, nisi inspirando quod bonum est intus in anima per gratiam suam? Ac sic omnis homo qui boni aliquid operatur, Deus illi loquitur intus. Nemo ergo de se, sed de Domino glorietur. Nunquid tunc in Iudæa non erant multæ viduæ? Et quid fuit, quòd nulla Iudæorum vidua beato Heliæ cibum meruit ministrare, sed ad viduam gẽtilẽ mittitur, vt ab D ipsa pascatur? Vidua enim ista ad quam Propheta mittitur, typũ Ecclesiæ gerebat, sicut & corui illi qui heliæ ministrauerant, figuram gentium habuerunt. Venit ergo Helias ad viduam, quia Christus venturus erat ad ecclesiam. Sed videamus, fratres dilectissimi, vbi beatus Helias viduam illã inuenit. Exierat enim, vt aqua se lauaret, & ligna colligeret. Quid enim aqua & quid ligna significẽt, videamus. Satis enim ista duo Ecclesiæ & amica & necessaria esse cognoscimus, id est, lignũ & aquã. Deniq; sic scriptum est: Et erit tanquam lignum Psal.1. q; plãtatum est secus decursus aquarum. Nam in ligno crucis mysterium, in aqua ostẽditur baptismatis sacramẽtum. Exierat ergo, vt colligeret duo ligna. Sic enim respõdit beato Heliæ, cùm ab ea cibũ peteret. Dixit enim, Viuit Dñs, quia nõ habeo mũ pugillum farinæ, & modicum olei in vase, & ecce ego exeo, vt colligã duo ligna, & faciã mihi cibum & filio meo, & manducabimus

mus & moriemur. Sicut ergo suprà dixi, vidua illa typũ A habebat Ecclesiæ, filius viduæ figuram gerebat populi Christiani. Venienti ergo Helia, exiit vidua colligere duo ligna. Videte fratres, quia non dixit tria, nec quatuor, nec vnũ tantummodo lignum, sed duo ligna colligere voluit. Ideo duo ligna colligebat, quia in typo Heliæ Christũ excipiebat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim Domini Saluatoris duobus lignis aptata est. Ideo duo ligna colligebat vidua illa, quia in illũ qui in duobus lignis pependit, creditura erat Ecclesia. Dixit ergo vidua illa, Colligo duo ligna, vt faciam cibum mihi & filio meo, & manducabimus & moriemur. Verum est, fratres dilectissimi. Nemo in Christum crucifixum credere merebitur, nisi huic sęculo moriatur. Nam quicũque corpus Christi dignè manducare voluerit, necesse est vt moriatur præteritis, & viuat futuris. Vidua ergo illa, sicut diximus, Ecclesiam figurabat, filius viduę typum gentilis populi præferebat. Filius viduę defunctus iacebat, quia & filius Ecclesiæ, id est, populus gentium multis peccatis & criminibus mortuus est. Orãte Helia filius viduæ suscitatur, veniẽte Christo filius Ecclesiæ, id est populus Christianus de carcere mortis reducitur. Helias inclinatur in oratione, & viuificatur viduæ filius, & Christus procumbit in passione, & suscitatur populus Christianus. Quòd autẽ tribus vicibus beatus Helias ad resuscitandũ puerum incuruatus est, hoc etiam antequã ego dicam, credo quod charitatis vestræ præuenit intellectus. Nam quòd tribus vicibus inclinatur, mysterium trinitatis ostẽditur. Viduę enim filiũ, id est, populum gentium, nec solus pater sine filio, nec pater & filius sine spiritu sancto, sed sola trinitas suscitauit. Denique hoc etiã in sacramẽto baptismatis demõstratur, dum tertia vice vetus homo mergitur, vt nouus surgere mereatur. Post hæc ostendit se beatus C Helias regi, & ascendit in montem Carmeli, & posuit caput suum inter genua sua, & orauit vt Dominus daret pluuiam super terram. Et dixit ad puerũ suum: Respice contra mare. Et renunciauit puer, se penitùs nihil vidisse. Et ait illi; Vade, & cõsidera septies. Septima autem vice renunciauit & dixit: Video nubeculã paruulã quasi vestigium hominis ascendentẽ de mari. Et subitò cõtenebrati sunt cęli, & facta est pluuia magna. Helias ergo, sicut diximus, figurã habuit Domini Saluatoris. Helias orauit, & sacrificium obtulit, & Christus pro vniuerso mũdo seipsum immaculatum sacrificium tradidit. Helias orauit in monte Carmeli, & Christus in monte Oliueti. Helias orauit, vt pluuia in terrã veniret: & Christus, vt in cordibus humanis gratia diuina descẽderet. Quod autem dixit Helias ad puerũ suum, Vade, & considera septies: septiformẽ sancti spiritus gratiã, quæ dãda erat Ecclesiæ, designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nubeculã paruulam ascendentẽ de mari, D carnẽ Christi figurabat, quę in mari mundi istius nascitura erat. Quam ob rem ne fortè aliquis dubitet, nubẽ illam vestigium hominis habuisse dixit: illius vtiq; ho-

Matth.6. minis qui dixit, Quem dicũt homines esse filiũ hominis? Sicut ergo orante Helia post tres annos & sex mẽses pluuia de cęlo descendit: ita & in aduentu Saluatoris tribus annis & sex mẽsibus, quibus prędicare dignatus est, pluuia verbi Dei totũ mundum feliciter irrigauit. Et sicut tũc in aduẽtu Helię omnes sacerdotes idolorũ interfecti sunt & deleti, ita in aduentu veri Helię, id est, Domini nostri Iesu Christi obseruatio sacrilega Paganorũ destructa est. Hæc breuiter charitatis vestræ sensibus intimantes, velut pauca capitulã, quasi quædã indicula fidei vestræ oculis demõstramus, per quę sancta desideria vestra ad perscrutãda diuina mysteria salubriter incitẽtur: & vt spiritale pabulũ sanctis animabus vestris iugiter ruminãdum salubri cõsilio procuremus, ne fortè de memoria excidat, si iubetis, recapitulationẽ ex his quæ dicta sunt faciamus. Sicut ergo suprà diximus, sanctũ Heliam intelligite typum habuisse Dñi Saluatoris. Denique sicut Dominus posteaquam multas virtutes exercuit, posteaquã passus est, resurrexit & ascẽdit in cælũ: ita & Helias post mirabilia quæ per eũ Deus fecit, igneo curru eleuatur ad cælũ. Quòd Helias deseruit Iudęam, significauit quòd Christus reliquerit synagogam. Corui qui Heliæ ministrauerunt, sicut iam dictũ est, figurã gentilis populi mõstrauerũt. Vidua illa quæ eũ in Sarepta suscepit, typum gessit Ecclesiæ: Duo ligna quę colligebat, crucis mysteriũ figurabant. Hęc ergo, fratres charissimi, si sincera, sicut credimus, benignitate suscipitis, & velut munda animalia assidua cogitatione in vestris cordibus ruminatis, im- B plebitur in vobis illud q; scriptũ est, Thesaurus deside- Prouer.23. rabilis requiescit in ore sapiẽtis: regnãte ipso Deo nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Dominica quarta post festum S. Trinitatis, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Nolite iudicare, vt Matth.7. *non iudicemini, &c.*

SERMO I. SERMO CCII.

AVDIVIMVS Euangelistam dicẽtem, fratres charissimi, *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Quid est hoc, fratres, cùm ipse Dominus in alio loco Euangelij dixerit, Nolite secũdum Ioan.7. faciẽ iudicare, sed iustũ iudiciũ iudicate: Et alibi dicatur, Iudiciũ verum iudicate? Nõ enim sibi diuina lectio Zach.7. cõtraria esse potest, sed intellectum sobrium quærit in cõuersatione humana, dilectissimi fratres, sunt aliqua quæ rationabiliter reprehendũtur. Sunt verò quædam quæ nõ sine peccato iudicantur. Apertè enim mala & iudicari & argui debent. Illa verò quæ ignoramus, & vtrũ bono an malo animo fiãt, scire nõ possumus, iudicare penitùs non debemus. Verbi gratia: Vides hominẽ frequentius ieiunantem, cõgaude, & noli nimis laudare: quia potest hoc & pro humana gloria fieri. Sed & noli vituperare, quia potest & pro Deo & pro animæ remedio ieiunare, Vidisti aliũ indicto publico ieiunio velle prãdere, cũ dilectione admone. Si dixerit pro stomachi lassitudine se ieiunare nõ posse, crede & noli iudicare: quia vtrunque potest fieri, vt per gulam vel luxuriam prandere velit, & præ infirmitate ieiunare non possit. Vidisti alterum subditis suis cum seueritate disciplinam imponere, & indulgẽtiam tardius dare; noli iudicare crudelẽ: quia forsitan non hoc facit morbo iracundiæ, sed zelo disciplinę & amore iustitię: D propter illud quod scriptum est, Zelus domus tuæ co- Psal.68. medit me. Fortè aliquis vicinus aut amicus tuus, dum animũ suum habet in rebus satis sibi necessariis occupatũ, tardius te salutauerit, aut tardi⁹ occurrerit quàm debuit: noli eum superbum iudicare, noli malignũ credere, sed magis hoc aut per obliuionem aut per negligẽtiam, quàm per despectum vel superbiam factũ crede: quia fortè & tibi hoc, vt est humana fragilitas frequẽter euenit, vt in reb⁹ aliis nimis intẽtus, aliquid minus cautè ac minus solicitè fecisse videaris, & tamen noluisti te, p hac re malo animo iudicari. In istis ergo & in his similib⁹ quę vtrũ bono an malo animo fiãt, scire nõ possumus, melius est vt ad partẽ dexteram nostrum animũ declinemus: quia tolerabili⁹ est nos in hoc præfiniri, vt eos qui mali sunt, bonos esse credamus, quàm ex cõsuetudine iudicandi etiã de bonis quod malũ est suspicemur. De istis ergo quæ sunt Deo nota & nobis inco-

totum tenueritis, nobis nihil remanet. Tanta est illius omnipotẽtia, vt cum omnes totũ possideant, & singuli totũ. Sed impia & crudelis hæresis clamat, non, sed diuidatur. Quid est, Diuidatur, nisi non filius æqualis sit patri? Dũ enim filio subtrahit æqualitatẽ, & bonũ omnipotentemq; denegauit patrẽ. Deus enim pater si potuit filiũ sibi similẽ gignere, & noluit, non est bonus: Si voluit, & non potuit, non est omnipotẽs. Certi estote, fratres mei, quia huic sententiæ nullus vnquã Arrianorum poterit respondere, sed quotiens constricti fuerint verissima ratione, velut anguis lubricus ad alias quæcunque quæstiones callidas & tortuosas refugiũt. Ergo, fratres charissimi, testamẽtum profero, verba testatoris refero. Si habet quod diuidatur, bi inuenio: Si non habet quod diuidatur, ex ipso testamento illis resisto.

Ioan.14. O infelix hæretice, quid habet testamentum audi, Pacem meã do vobis, pacẽ relinquo vobis. Hæc est Christianorum hæreditas: & quis est ipse testator? Lege testamentum, & inuenis. Cùm Propheta de domino loqueretur ait, Magnificabitur vsque ad terminos terræ,

Mich.c. Lucæ 2. & iste erit pax: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Non diuisoribus sanctæ vnitatis, sed hominibus bonæ voluntatis. Ipse est hæreditas, ipse testator, ipsum quæris diuidere. Quid partiris vnũ? Si vnum diuiseris, integrum nihil habes. O Ariana hæresis crudelis & impia crudescet! Iudicante Sa-

3.Reg.3. lomone, meretrix ne vnum viuum, ne vndecunq; conceptum etiã natum proderet, non dimisit diuidi filium suum, & tu diuidis Deum tuum? Illa etsi meretrix, tamẽ pia, quia mater. Tu hæresis impia, quia non mater. Quod paris præfocas, q; nõ parturis cõgregas. Viscera tua duruerũt, illius tremuerunt. Quid dicit illa, quę typum gerebat catholicæ matris? pate illi puerum, & nolite diuidere eum. Filius meus est, sed melius apud illã migret natus, migret totus, tamẽ apud me maneat maternus affectus. Date illi puerum, non auferantur vota, membrorum illius integritas non diuidatur, ne mihi pietas auferatur. Quod dicit, date illi puerum, & nolite diuidere, ecce & ego dico: Totũ possidẽ, & noli diuidere Deũ. Non, inquit, sed si vis habere pacẽ, diuide hæreditatẽ. Sine præiudicio dico. Et quomodo habeo diuidere? Audi: Pater maior me est, filius minor, spiritus creatura. O partes, ô iustitia, ô æquitas! Facio partem, quia diuido pacem. Si enim fracta fuerit pax, iam non est pax. Sed quomodo apud te pax illibata est, apud quẽ fides integra nõ est? Vnde quia mecum vis possidere, & pacem vis diuidere, hæreditatem non vis diuidere? Postremò si more tuo non paci, sed perfidiæ studes, vade interpella iudicem Christum, videamus quid tibi

Lucæ 12. dicturus est. Dic ei quod in Euangelio dictum est, domine, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. Sine dubio respondet tibi: Amice, quis me cõstituit iudicẽ aut diuisorẽ? Vis diuidere pacem, & quæris habere iudicem pacem; iudex tuus nolo esse. Pax sum, consentientibus assideo, litigantes fugio. Si enim omnibus Christianis meis per vnã voluntatem vnum cor habere concedo, quomodo inter me & patrem diuido vnitatẽ, qui omnibus fidelibus meis vnum cor & vnam tribuo charitatem? Quid ait Dominus Philippo? Tanto tem-

Ioan.14. pore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, ego veni patri meo te adiungere, tu noli me separare. Quid quæris quasi alterũ præter me? Qui me videt, videt & patrem. Tanta est in nobis similitudo, tanta vnitas, tanta charitas, vt ego in patre sim, & pater in me. Per quam vnitatẽ vos Dominus sibi iungere & cõseruare dignetur: præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica, de Helia.

SERMO II. SERMO CCI.

IN lectionibus quæ nobis diebus istis recitantur, fratres charissimi, frequẽter admonui, vt non sequamur literã occidẽtem, & viuificãtẽ spiritum relinquamus. Sic enim

2.Cor.3. Apostolus ait: Litera enim occidit, spiritus viuificat. Si enim hoc tãtùm volumus intelligere quod sonat in litera, aut paruam aut propè nullam ædificationẽ de diuinis lectionibus capiemus. Illa enim omnia quæ recitantur, typus erãt & imago futurorum. In Iudæis enim figurata, in nobis gratia Dei donãte cõpleta sunt. Beatus enim Helias typũ habuit Domini Saluatoris. Sicut enim Helias à Iudæis persecutionem passus est, ita & verus Helias Dominus noster ab ipsis Iudæis reprobatus est & contemptus. Helias reliquit gentem suam, & Christus deseruit synagogã. Helias abiit in desertũ, & Christus venit in mundũ. Helias in deserto coruis ministrantibus pascebatur, & Christus in deserto mundi huius gentium fide reficitur. Corui enim illi qui beato Heliæ iubente Domino ministrabant, gentium populum figurabant. Propterea & de gentium Ecclesia dicitur, Nigra sum & formosa filia Hierusalem. Vnde est Cant.1. Ecclesia nigra & formosa? Nigra per naturam, formosa per gratiã. Vnde nigra? Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Vnde for- Psal.50. mosa? Asperges me hyssopo, & mũdabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Vnde nigra? Apostolus dicit, Video aliam legem in mẽbris, repugnãtem legi mentis Rom.7. meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Vnde formosa? Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Verè Ecclesia gẽtium coruis similis erat, quãdo viuentem Dominum contẽnebat, & ante acceptam gratiam velut morticinis cadaueribus idolis ministrabat. Post hæc iubetur Helias proficisci in Sareptam Sidoniorũ, vt ibi pascatur à vidua. Sic enim ad eũ Dominus dixit, Vade in Sareptam Sidoniæ, ego mandaui viduæ, vt te 3.Reg.17. pascat ibi. Quomodo & per quẽ mãdauit deus viduæ, cùm propè nullus tunc alius esset propheta cum quo Deus manifestiùs loqueretur, nisi beatus Helias? Quia licet essent eo tẽpore aliqui de filiis prophetarũ, ita persecutionẽ Iezabel metuebãt, vt vix vel absconditi euadere possent. Ego, inquit Dominus, mandãui viduæ. Quomodo mãdat Dominus, nisi inspirando quod bonum est intus in anima per gratiam suam? Ac sic omnis homo qui boni aliquid operatur, Deus illi loquitur intus. Nemo ergo de se, sed de Domino glorietur. Nunquid tunc in Iudæa non erant multæ viduæ? Et quid fuit, quòd nulla Iudæorum vidua beato Heliæ cibum meruit ministrare, sed ad viduam gẽtilẽ mittitur, vt ab ipsa pascatur? Vidua enim ista ad quam Propheta mittitur, typũ Ecclesiæ gerebat, sicut & corui illi qui Heliæ ministrauerant, figuram gentium habuerunt. Venit ergo Helias ad viduam, quia Christus venturus erat ad ecclesiam. Sed videamus, fratres dilectissimi, vbi beatus Helias viduam illã inuenit. Exierat enim, vt aqua se lauaret, & ligna colligeret. Quid enim aqua & quid ligna significẽt, videamus. Satis enim ista duo Ecclesiæ & amica & necessaria esse cognoscimus, id est, lignũ & aquã. Deniq; sic scriptum est: Et erit tanquam lignum Psal.6 q; plãtatum est secus decursus aquarum. Nam in ligno crucis mysterium, in aqua ostẽditur baptismatis sacramẽtum. Exierat ergo, vt colligeret duo ligna. Sic enim respõdit beato Heliæ, cùm ab ea cibũ peteret. Dixit enim, Viuit Dũs, quia nõ habeo nisi pugillum farinæ, & modicum olei in vase, & ecce ego exeo, vt colligã duo ligna, & faciã mihi cibum & filio meo, & manducabimus

mus & morietur. Sicut ergo suprà dixi, vidua illa typũ habebat Ecclesiæ, filius viduæ figuram gerebat populi Christiani. Venienti ergo Helia, exiit vidua colligere duo ligna. Videte fratres, quia non dixit tria, nec quatuor, nec vnũ tantummodo lignum, sed duo ligna colligere voluit. Ideo duo ligna colligebat, quia in typo Heliæ Christũ excipiebat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim domini Saluatoris duobus lignis aptata est. Ideo duo ligna colligebat vidua illa, quia in illũ qui in duobus lignis pependit, creditura erat Ecclesia. Dixit ergo vidua illa, Colligo duo ligna, vt faciam cibum mihi & filio meo, & manducabimus & moriemur. Verum est, fratres dilectissimi. Nemo in Christum crucifixum credere merebitur, nisi huic seculo moriatur. Nam quicũque corpus Christi dignè manducare voluerit, necesse est vt moriatur præteritis, & viuat futuris. Vidua ergo illa, sicut diximus, Ecclesiam figurabat, filius viduę typum gentilis populi præferebat. Filius viduę defunctus iacebat, quia & filius Ecclesiæ, id est, populus gentium multis peccatis & criminibus mortuus est. Orãte Helia filius viduæ suscitatur, veniẽte Christo filius Ecclesiæ, id est populus Christianus de carcere mortis reducitur. Helias inclinatur in oratione, & viuificatur viduæ filius, & Christus procumbit in passione, & suscitatur populus Christianus. Quòd autẽ tribus vicibus beatus Helias ad resuscitandũ puerum incuruatus est, hoc etiam antequã ego dicam, credo quod charitatis vestræ præuenit intellectus. Nam quòd tribus vicibus inclinatur, mysterium trinitatis ostẽditur. Viduę enim filiũ, id est, populum gentium, nec solus pater sine filio, nec pater & filius sine spiritu sancto, sed sola trinitas suscitauit. Denique hoc etiã in sacramẽto baptismatis demõstratur, dum tertia vice vetus homo mergitur, vt nouus surgere mereatur. Post hæc ostendit se beatus Helias regi, & ascendit in montem Carmeli, & posuit caput suum inter genua sua, & orauit vt Dominus daret pluuiam super terram. Et dixit ad puerũ suum: Respice contra mare. Et renunciauit puer, se penitùs nihil vidisse. Et ait illi; Vade, & cõsidera septies. Septima autem vice renunciauit & dixit: Video nubeculã paruulã quasi vestigium hominis ascendentẽ de mari. Et subitò cõtenebrati sunt cęli, & facta est pluuia magna. Helias ergo, sicut diximus, figurã habuit Domini Saluatoris. Helias orauit, & sacrificium obtulit, & Christus pro vniuerso mũdo seipsum immaculatum sacrificium tradidit. Helias orauit in monte Carmeli, & Christus in monte Oliueti. Helias orauit, vt pluuia in terrã veniret: & Christus, vt in cordibus humanis gratia diuina descẽderet. Quod autem dixit Helias ad puerũ suum, Vade, & considera septies: septiformẽ sancti spiritus gratiã, quæ dãda erat Ecclesiæ, designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nubeculã paruulam ascendentẽ de mari, carnẽ Christi figurabat, quę in mari mundi istius nascitura erat. Quam ob rem ne fortè aliquis dubitet, nubẽ illam vestigium hominis habuisse dixit: illius vtriq; ho-

Matth.16. minis qui dixit, Quem dicũt homines esse filiũ hominis? Sicut ergo orante Helia post tres annos & sex mẽses pluuia de cęlo descendit: ita & in aduentu Saluatoris tribus annis & sex mẽsibus, quibus prędicare dignatus est, pluuia verbi Dei totũ mundum feliciter irrigauit. Et sicut tũc in aduẽtu Helię omnes sacerdotes idolorũ interfecti sunt & deleti, ita in aduentu veri Helię, id est, Domini nostri Iesu Christi obseruatio sacrilega Paganorũ destructa est. Hæc breuiter charitatis vestræ sensibus intimantes, velut pauca capitulã, quasi quædã indicula fidei vestræ oculis demõstramus, per quę sancta desideria vestra ad perscrutãda diuina mysteria salubriter incitẽtur: & vt ſ; iritale pabulũ sanctis animabus vestris iugiter ruminãdum salubri cõsilio procuremus, ne fortè de memoria excidat, si iubetis, recapitulationẽ ex his quæ dicta sunt faciamus. Sicut ergo suprà diximus, sanctũ Heliam intelligite typum habuisse Dñi Saluatoris. Denique sicut Dominus posteaquam multas virtutes exercuit, posteaquã passus est, resurrexit & ascẽdit in cælũ: ita & Helias post mirabilia quæ per eũ Deus fecit, igneo curru eleuatur ad cælũ. Quòd Helias deseruit Iudęam, significauit quòd Christus reliquerit synagogam. Corui qui Heliæ ministrauerunt, sicut iam dictũ est, figurã gentilis populi mõstrauerũt. Vidua illa quæ eũ in Sarepta suscepit, typum gessit Ecclesiæ: Duo ligna quę colligebat, crucis mysteriũ figurabant. Hęc ergo, fratres charissimi, si sincera, sicut credimus, benignitate suscipitis, & velut munda animalia assidua cogitatione in vestris cordibus ruminatis, im-

Prouer.25. plebitur in vobis illud q; scriptũ est, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiẽtis: regnãte ipso Deo nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Dominica quarta post festum S. Trinitatis, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Nolite iudicare, vt Matth.7. *non iudicemini, &c.*

SERMO I. SERMO CCII.

AVDIVIMVS Euangelistam dicẽtem, fratres charissimi, *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Quid est hoc, fratres, cùm ipse Dominus in alio loco Euangelij dixerit, Nolite secũdum Ioan.7. faciẽ iudicare, sed iustũ iudiciũ iudicate: Et alibi dicatur, Iudiciũ verum iudicate? Nõ enim sibi diuina lectio Zach.7. cõtraria esse potest, sed intellectum sobrium quærit in cõuersatione humana, dilectissimi fratres, sunt aliqua quæ rationabiliter reprehendũtur. Sunt verò quædam quæ nõ sine peccato iudicantur. Apertè enim mala & iudicari & argui debent. Illa verò quæ ignoramus, & vtrũ bono an malo animo fiãt, scire nõ possumus, iudicare penitùs non debemus. Verbi gratia: Vides hominẽ frequentius ieiunantem, cõgaude, & noli nimis laudare: quia potest hoc & pro humana gloria fieri. Sed & noli vituperare, quia potest & pro Deo & pro animæ remedio ieiunare. Vidisti aliũ indicto publico ieiunio velle prãdere, cũ dilectione admone. Si dixerit pro stomachi lassitudine se ieiunare nõ posse, crede & noli iudicare: quia vtrunque potest fieri, vt per gulam vel luxuriam prandere velit, & præ infirmitate ieiunare non possit. Vidisti alterum subditis suis cum seueritate disciplinam imponere, & indulgẽtiam tardius dare; noli iudicare crudelẽ: quia forsitan non hoc facit morbo iracundiæ, sed zelo disciplinę & amore iustitię: propter illud quod scriptum est, Zelus domus tuæ co- Psal.68. medit me. Fortè aliquis vicinus aut amicus tuus, dum animũ suum habet in rebus satis sibi necessariis occupatũ, tardius te salutauerit, aut tardiũ occurrerit quàm debuit; noli eum superbum iudicare, noli malignũ credere, sed magis hoc aut per obliuionem aut per negligẽtiam, quàm per despectum vel superbiam factũ crede: quia fortè & tibi hoc, vt est humana fragilitas frequẽter euenit, vt in rebũ aliis nimis intẽtus, aliquid minus cautè ac minus solicitè fecisse videaris, & tamen noluisti te, p hac re malo animo iudicari. In istis ergo & in his similibũ quę vtrũ bono an malo animo fiãt, scire nõ possumus, melius est vt ad partẽ dexteram nostrum animũ declinemus: quia tolerabiliũ est nos in hoc præfiniri, vt eos qui mali sunt, bonos esse credamus, quàm ex cõsuetudine iudicandi etiã de bonis quod malũ est suspicemur. De istis ergo quæ sunt Deo nota & nobis inco-

incognita periculosè nostros proximos iudicamus. De
Matth.7. ipsis enim Dominus dixit, Nolite iudicare, vt nõ iudi-
A xilium, vt ipse nobis & veram discretionẽ & perfectam
charitatem præstare pro sua pietate dignetur: cui est
gloria & imperium cum patre & spiritu sancto, in secu-
la seculorum, Amen.

In eadem Dominica, de misericordia, & indulgentia.

SERMO II. SERMO CCIII.

INTER omnia qb⁹ humana indiget fragi-
litas, maximè necessaria est misericordia,
quia quanto fragilior est corrupta natura,
tãto minore indiget prouidẽtia beneficij.
Et ideo fratres, quia sine hac vita nostra subsistere non
potest, discamus quomodo in nos primũ diuinam pro-
uocemus clementiã, vt secundũ multitudinem misera-
tionũ suarum, nostræ miseriẽ subuenire dignetur, qua-
tenus in præsentis vitę cursu vitemus nostrę salutis dã-
num, & in futuro interitũ possimus euadere perpetuũ.
B Ad hoc enim impetrãdũ, dilectissimi, sicut nobis Scri-
ptura sacra ostendit, præcipuũ est misericordiæ bonũ;
de qua ipse Saluator ait, Beati misericordes, quoniam Matth.5.
ipsi misericordiam consequẽtur. Non potest peccator
misericordiã à Deo sperare, qui misericordiã non facit
peccantibus in se. Ergo dimittat homo tẽporale debi-
tum, vt mereatur recipere æternale bonum. Si animas
nostras cupimus peccatorũ sordibus emũdari, miseri-
cordiam in nos peccantibus non negemus, vt in die re-
tributionis ad promerendam Dei misericordiam, mi-
Psal.6. sericordiæ operibus adiuuemur. Quomodo miseri-
cordiã à Deo expectat vel sperat, qui crudelis est in cõ-
seruos suos? Si quis cupiat deũ sibi misereri, ita & mise-
1.Ioan.2. reatur debitoribus suis. Certissimè indulgẽtiam expe-
ctare poterit, q aliis indulgere nouit. Ad misericordiæ
opus optimè nos in Euangelio dominus exẽplo robo-
C rauit, vbi ait, Estote ergo misericordes, sicut pater ve- Luc.6.
ster cęlestis misericors est. Qui solũ suũ oriri facit super
bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Omnis
misericordia facit locũ vnicuique secundum meritum
operum suorum. Qui facit misericordiam, Deo offert
sacrificiũ satis placabile. In iudice misericordia & disci
plina debet esse, q a vna sine altera bene esse nõ poterit.
Misericordia sola si fuerit, securitatem faciet peccandi
subiectis. Iterum si disciplina semper aderit, vertitur
animus delinquentis in desperationẽ, & iudex nõ me-
rebitur à Deo misericordiã, sed hanc misericordiam à
seipso debet homo incipere. Quomodo in aliis est mi-
sericors, qui in seipso crudelis est? In seipso crudelis est,
qui sibi perpetuas peccatis suis præparat flãmas. Bene
misericors est, qui à seipso incipit, & se diligẽter custo-
dit, ne puniatur cum diabolo, & sic aliis præstet, quod
D sibi bonũ esse prospicit. Per indulgentiã autem docuit
nos Dũs, quomodo possimus impetrare misericordiã
ab illo, cùm in Euangelio ait: Dimittite, & dimittetur Luc.7.
vobis. Itẽ: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, di- Matth.6.
mittet & vobis pater cælestis peccata vestra. Si non di-
miseritis hominibus, nec pater vester cælestis dimittet
vobis peccata vestra. Hęc quoque vera scientia magnã
per nos misericordiã sonat his qui eã rectè intelligere
possunt. Igitur ex nostro iudicio iudicat nos dn⁹. Quo-
dãmodo in potestate nostra est, quomodo iudicemur à
iudice. Si misericorditer iudicem⁹ in nos delinq̃ntibus
misericorditer iudicat Deus de nobis in se peccãtibus.
Intẽdamus ergo in exẽplũ illius, sicut doctor gẽtiũ nos
admonẽs ait: donate vobis met ipsis q̃s aduersus aliquẽ Colos.3.
habet querelã, sicut deus in Christo donauit vobis, ita
& vos facite: hoc est, quomodo Deus in Christo nobis
peccata donauit; sic etiã nos qui in nos peccãt dimitta-
m⁹. Itẽ alibi idẽ Apostolus ait: Nulli malũ ꝓ malo red-
dentes.

Rom.12. dentes. Et alio loco. Noli vinci à malo, sed vince in bo-
A no malũ. Sciendũ est certissimè quòd vnusquisque ta-
lẽ indulgentiam accepturus est à Deo, qualem & ipse
dederit proximo suo. Tunc oratio nostra pro peccatis
nostris ad aures omnipotentis dei citò peruenie⁹: si de-
linquentium preces in nostris auribus acceptabiles e-
runt. Qui clementer peccantibus ignoscere nouit, cle-
mentiam diuinæ pietatis certissimè accipit. Vnde &
Prouer.22. scriptum est: Qui pronus est ad misericordiã, benedi-
ctus à dño. Sic enim remittitur nobis, vt nos remise-
rimus eis qui nobis quacunque malignitate nocuerũt.
Multa itaque genera sunt miserationum, quæ cùm fa-
cimus adiuuamur vt dimittãtur nobis nostra peccata.
Sed ea nihil est maius, qua ex corde dimittimus quod
quisq; peccauit. Non solùm enim qui dat esuriẽti cibũ,
sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinantibus
hospitium, & cætera huiusmodi, verumetiam, qui dat
veniã peccanti, eleemosynam dat. Et qui emendat ver-
B bere in quẽ potestas datur, vel coërcet aliqua disciplina:
& tamen peccatum eius q ab illo læsus aut offensus
est dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur: non solũ
in eo quod dimittit atq; orat, verumetiam in eo quod
corripit & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemo-
synã dat, quia misericordiam præstat. Proinde, fratres,
obsecro vt ante omnia misericordiæ operam detis, &
in quibuscunque possitis proximos vestros adiuuetis.
Ad indulgẽdum quoque proximis vestris delicta eorũ
prõpti sitis, vt peccatorũ vestrorum veniam pro hoc ab
omnipotẽte iudice adipisci valeatis, & vitam æternam
cũ sanctis omnibus in cælesti regno perpetualiter ha-
bere mereamini, præstãte domino nostro Iesu Christo,
qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per
omnia secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica, de eo quod scriptum est, de sancto Heli-
C *seo, Ascende calue, &c.*

SERMO III. SERMO CCIIII.

VM diuina lectio legeretur, audiuimus, q
4.Reg.2. prætereunte beato Heliseo pueri irridentes
clamauerũt, Ascende calue. Ob quam rem,
orãte Heliseo, egressi sunt duo vrsi de saltu,
& lacerauerunt quadraginta duos pueros. Inimici dei
& hostes animæ suæ immũdissimi Manichęi, qui Scri-
pturam veteris Testamenti non solùm recipere nolũt,
sed etiam rabido ore blasphemare præsumunt, solent
dicere: Quæ fuit tanta crudelitas in Heliseo, vt propter
iocularia verba infantũ, quadraginta duos pueros fe-
cerit lacerari? Et ideo qualiter eorum insaniæ respõdẽ-
dum sit, breuiter charitati vestræ suggeremus. Tẽpore
illo quo beatus Heliseus in Iudęa fuit, tã ille quàm re-
liqui Prophetæ, nõ solũ nõ honorabantur ex maxima
parte populi, sed etiam irrisui & opprobrio habebãtur,
D & velut insani atque arrepticij credebantur: intantum
vt eo tẽpore quo beatus Heliseus vnũ de filiis prophe-
tarum mitteret, vt Iehu vngeret in regẽ, principes qui
4.Reg.9. sedebãt cũ Iehu dixerũt: Quid ad te venit insanus iste?
Prophetam Domini videbãt, & cũ esse arrepticiũ bla-
sphemabant. Nã in illo tempore sancti Prophetæ ita in
grandi contẽptu & opprobrio habebãtur, vt etiã beato
Heliseo qui tanta miracula faciebat, sicut suprà dixim⁹
pueri indisciplinati clamarẽt, Ascẽde calue, ascẽde cal-
ue. Quam rẽ etiã parẽtibus suis instigãtibus fecisse cre-
dẽdi sunt. Manifestẽ pueri illi nõ clamarẽt, si hoc eorũ
parẽtibus displiceret. Dolens ergo beatus Heliseus de
interitu populi, imò sanctus spiritus per beatum Heli-
seũ volens reprimere superbiam Iudæorum, fecit veni-
re duos vrsos, & lacerauerũt quadraginta duos pueros;
vt percussis paruulis maiores reciperẽt disciplinam, &
A mors filiorũ fieret disciplina parentũ, & Prophetã quẽ
mirabilia facientẽ nolebant amare, discerẽt vel time-
re. Sed ita perseuerauerũt Iudæi in malis suis, vt sibi de
medicamentis vulnera facerẽt, & inde acquirerẽt mor-
tem, vnde poterant obtinere salutẽ. Conuerterũt enim
sibi lucem in tenebras, & dulcedinem in amaritudinẽ
commutauerunt. Denique impletum est in aliis quod
scriptũ est, Percussi filios vestros, & disciplinã non re- Hier.2.
cepistis. Nemo ergo beato Heliseo ore vipereo dero-
gare præsumat, quia hoc quod de pueris illis factũ est,
nõ tam ipse propria virtute, quàm per illũ spiritus san-
ctus fecisse credendus est. Sed hoc, sicut dixi, pro gran-
di pietate, & ineffabili misericordia factum est, vt quia
Deo humiliter prædicãtibus prophetis Iudæi nolebãt
credere, vel cũ seueritate vindictam irrogatam metue-
rent, & timentes mortem corporum vel sic salutem re-
quirerent animarum. Quam rem non solùm in veteri
B Testamẽto, sed etiã in nouo per beatum Petrum apo-
stolum in Anania & Saphyra legimus fuisse cõpletam.
Quos ideo Petri sententia damnauit, vt nullus in obla-
tionibus vel muneribus suis spiritui sancto mẽtiri præ-
sumat. Et quidẽ, fratres charissimi, secundũ literam ita
credendũ est, vt suprà suggessimus, quòd beatus Heli-
seus non iracundiæ morbo cõmotus, sed zelo Dei suc-
cẽsus, ad corrigendũ populum Iudæorũ paruulos per-
misit lacerari, nõ vt vindicaret, sed potius vt illos corri-
geret; tamẽ in hoc facto etiã passio Domini Saluato-
ris prefigurata fuisse, euidẽter ostẽditur. Nã quomodo
pueri illi indisciplinati clamauerunt beato Heliseo, A-
scẽde calue, ascẽde calue, ita & insensati populi Iudęo-
rũ Heliseo Christo tẽpore passionis voce sacrilega cla-
mauerũt: Crucifige, crucifige. Quid est, Ascẽde calue, Luc.23.
ascende calue: nisi ascende crucẽ in loco Caluariæ? Et
hoc attẽdite fratres, quia sicut sub Heliseo quadragin-
C taduo pueri lacerati sunt, ita & post quadraginta duos
annos passionis dominicæ, venerũt duo vrsi, Vespasia-
nus & Titus. Et hoc considerate fratres, quia in sollen-
nitate Paschali facta est obsidio Iudęorum, vt iusto dei
iudicio ex omnibus prouinciis cõgregati Iudęi in ipsis
diebus pœnam sibi debitam sustinerent, in quibus verũ
Heliseum Dominum & Saluatorẽ nostrũ in cruce suspẽ-
derant. Illo enim, id est, quadragesimo secũdo anno
à die passionis dñi nostri, quasi diuina manuacti Iudęi,
Hierosolymis sicut solebãt ad celebrandũ pascha con-
uenerant. In historiis legimus, q tũc tricies cẽtena mi-
lia hominũ ex Iudæis Hierosolymis fuerint cõgregata,
ex quibus ferro & fame vndecies cẽtena milia legũtur
esse cõsumpta, & centũ milia iuuenum Romã perducti
sunt in triũphum. Duobus enim annis obsessa est ciui-
tas illa, & tãta multitudo mortuorũ de ciuitate proie-
cta est, vt muris ipsa cadauera coæquarẽtur. Istam ergo
D vastationem figurabant illi duo vrsi, qui quadraginta-
duos pueros propter irrisionem beati Heliseĩ lacerasse
dicũtur: & impletũ est quod dixerat Psalmus, Extermi- Psal.79.
nauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est
eã. Quia, sicut dictum est, post quadragintaduos annos
à duobus vrsis, Vespasiano & Tito, gens illa sacrilega
q merebatur excepit. Et quia infelices Iudæi propter
superbiã repudiari & despici, ac per totum mundũ dis-
pergi meruerunt, nos quibus tanta beneficia pietas di-
uina cõcessit, cum omni humilitate fidẽ rectam tenen-
tes, & vt superbia in nobis locum inuenire non possit,
charitatem integrã cum omnibus hominibus conser-
uantes, vsq; ad finẽ vitæ nostræ mundo corde & casto
corpore seruire Domino laboremus, vt post laborẽ bo-
norũ operum, illam desiderabilẽ vocem audire mere-
amur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiũ domi-
ni tui: quia bene administrasti vitam tẽporancam, ac-
cipe

cipe sempiternam. Quia custodisti pretium sanguinis mei, sume consortium regni mei. Ad quod regnum vos pietas diuina perducere dignetur: quæ viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Item in eadem Dominica, Homil. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam. Remittite, & remittetur vobis, &c. quæ habetur in libr. 50. Homiliarum, x x ix.

Dominica quinta, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Si vis venire ad vitam, serua mandata, &c.

SERMO CCV. CAP. I.

SERMO D. AVGVST. I.

Matth. 19.

VANGELICA lectio, quę modò personuit in auribus nostris, fratres, auditorē magis atque factorem, quàm expositorē desiderat. Quid hac luce clari⁹, *Si vis venire ad vitam serua mandatum*? Quid ergo dicturus sum? Si vis venire ad vitam, serua mandatum. Quis est qui nolit vitā, & tamē quis est qui velit seruare mādatum? Si mandata seruare non vis, quare vitam quæris? Si ad opus piger es, quare ad mercedē festinas? Dixit sē ille dives adolescēs seruasse mandatum. Audiuimus prēcepta maiora, *Si vis perfectus esse, vnū tibi deest, vade vēde omnia quæ habes, & da pauperibus*: nec perdes: sed *habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me*. Nā quid tibi prodest, si feceris, & non sequaris me? *Abscessit* autem *tristis ac mæstus*, sicut audistis: *habebat enim multas diuitias*.

Euangeliū, os Christi.

Quod audiuit ille, audiuimus & nos. Os Christi, Euāgeliū est. In cælo sedet: sed in terra loqui nō cessat. Nō simus surdi: nam ille clamat. Non simus mortui: nā ille tonat. Si maiora non vis facere, minora fac. Onus maiorū ad te multum est, vel minora prende. Quid ad vtraq; piger es? Quid vtrisq; aduersaris? Maiora sunt, Vēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Minora sunt, Non homicidium facias, nō adulteres, nō falsum testimoniū quæras, non furetis, honora patrem & matrē, diliges proximum tuū tanquam teipsum. Ista fac. Quid ad te clamo, vt vēdas res tuas, qui extorquere nō possum ne rapias alienas? Audisti, Non furaberis, tu rapis. Ante cōspectum tanti iudicis, iam te non furem teneo, sed raptorem.

CAP. II.

PARCE tibi, misere re tui. Adhuc vita ista dat tibi dilationē, noli abiicere correctionem. Fuisti herifur, noli & hodie. Iam fortè & hodie fuisti, eras noli. Aliquando fini malum, & pro mercede exige bonū. Bona habere vis, & bonus esse non vis? Cōtraria est vita tua votis tuis. Si magnum bonum est, habere villam bonam: quantum malum est habere animam malam? *Discessit dives contristatus, & ait Dominus: Quàm difficile est, vt qui diuitias habet, intret in regnum cælorum*. Et quàm esset difficile, similitudine proposita, ostendit tam esse difficile, vt omnino sit impossibile: omne enim impossibile difficile est, sed nō omne difficile est impossibile. Quare difficile est? Similitudinem attende: *Amen dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnū cælorum*. Camelum intrare per foramē acus, si diceret pulicē, impossibile esset. Deniq; *hoc audito, contristati sunt discipuli, & dixerunt: Si ita est, quis nā poterit saluus fieri?* quis diuitū? Pauperes audite Christum, populo Dei loquor. Plures estis pauperes, vel vos apprehendite, & tamē audite. Quicūq; de paupertate gloriamini, cauete superbiā, ne vincāt vos humiles diuites. Cauete impietatē, ne vincant vos pij diuites. Cauete ebrietatē, ne vincāt vos sobrij diuites. Nolite de paupertate gloriari, si nō debēt illi de diuitiis gloriari.

CAP. III. 1. Tim. 6.

AVDIANT diuites, si tamē sunt: audiāt Apostolum, Præcipe diuitibus huius mūdi nō superbè sapere, quia sunt diuites alterius sæculi. Pauperes sunt diuites alterius sæculi, Apostoli sunt diuites alteri⁹ sæculi, qui dicebāt, Tanquam nihil habentes, & omnia

2. Cor. 6.

possidentes. Vt sciatis de quib⁹ loquatur diuitibus, addidit, Huius mūdi. Audiant ergo Apostolū diuites huius mūdi: Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi, non superbè sapere. Primus vermis diuitiarū superbia. Mala tinea, totū rodit, & ad cinerē vsque perducit. Prēcipe ergo nō superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarū: ne fortè dives dormias, & pauper surgas. Neq; sperare in incerto diuitiarum. Apostoli verba sunt, sed in Deo, inquit, viuo. Fur tibi tollit aurum, quis tollit tibi Deū? Quid habet dives, si Deum non habet? quid non habet pauper, si Deū habet? Noli ergo in diuitiis sperare, ait, sed in Deo viuo, qui præstat nobis abundanter omnia ad fruendū, cum quib⁹ omnibus & seipsum. Si ergo nō debent de diuitiis sperare, nō in eis fidere, sed in Deo viuo, de diuitiis quid facturi sunt? Audi quid, Diuites sint in operibus bonis. Quid est hoc? Expone Apostole. Multi enī q̄ nolunt facere, nolūt intelligere. Noli dare occasionē mali operis per obscuritatem sermonis. Dic quid dixeris, diuites sint in operibus bonis. Audiant, intelligant: nō permittātur se excusare, sed se potius incipiāt accusare, & dicere q̄ audiuimus modò in Psalmo, Quoniā peccatū meum ego agnosco. Dic tu quid est, Diuites sint in operibus bonis. FACILE tribuāt. Quid est, Facilè tribuant? Nūquid & hoc intelligitur? Facilè tribuant, cōmunicēt. Habes tu, non habet alius: cōmunica, vt cōmunicetur tibi. Cōmunica hic, & cōmunicabis ibi. Cōmunica hic panem, & accipies ibi panē. Quem hic panem? Quem colligis cum sudore & labore, ex maledicto primi hominis. Quē ibi panem? Qui dixit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descēdi. Diues es hic, sed pauper es ibi. Habes aurum, sed nondum tenes præsentē Christū. Eroga quod habes, vt accipias quod nō habes. diuites sint in operib⁹ bonis, facilè tribuant, cōmunicent. Ergo perdituri sunt res suas? Communicēt, dixit, non, Totum dent. Teneāt sibi quantum sufficit, teneant plus quàm sufficit. Demus inde quandam partē. Quam partē? Decimam partem. Decimas dabant Scribæ & Pharisæi. Erubescamus, fratres, Decimas dabant, ꝓ quibus Christus nondum sanguinem fuderat. Decimas dabant Scribæ & Pharisæi, ne fortè aliquid magnū facere te putes, quia frangis panē pauperi: & vix est millesima ista facultatū tuarum, & tamē nō reprehendo. Vel hoc fac. Sic sitio, sic esurio, vt & ad istas micas gaudeam. Sed tamē quid dixerit viuus, qui pro nobis mortuus est, nō tacebo: Nisi abundauerit iustitia vestra, inquit, super Scribarum & Pharisæorū, nō intrabitis in regnum cælorū. Ille nos nō palpat: Medicus est, vsque ad viuum peruenit. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, nō intrabitis in regnū cælorū. Scribæ & Pharisæi decimas dabant. Quid est? Interrogate vosipsos. Videte quid faciatis, de quāto faciatis: quid detis, quid vobis relīquatis: quid misericordiæ impendatis, quid luxuriæ reseruetis. Ergo facilè tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurū, vt apprehendant veram vitam.

1. Tim. 6. Vermis diuitiarū, superbia.

Commu-nicare.

Psal 50.

CAP. III.

Ioan. 6.

Matth. 23.

Matth. 5.

ADMONVI diuites: audite pauperes. Vos erogate, vos rapere nolite. Vos tribuite facultates, vos frenate cupiditates. Audite pauperes eundē ipsum Apostolum, Est autē quæstus magnus. Quæstus est acquisitio lucri. Est autē quæstus magnus, inquit, pietas cum sufficientia. Communem habetis cum diuitibus mundū: nō cōmunem habetis cum diuitibus domum, cōmune habetis cælum, cōmunem lucem. Sufficientiam quærite: quod sufficit quærite, plus nolite. Cętera grauāt, non subleuant; onerant, nō honorant. Quęstus magnus, pietas cum sufficiētia. In primis pietas. Pietas est Dei cultus, pietas cum sufficientia. Attulisti huc aliquid? Sed nec vos diuites aliquid attulistis. Totum hīc

CAP. V.

1. Tim. 6.

Pietas

hīc inuenistis, cū pauperibus nudi nati estis. Cōmunis est in vtroque infirmitas corporis, communis vagitus, miseriarum testis. Nihil enim intulimus in hunc mundum. Pauperibus loquitur, sed nec auferre aliquid possumus. Victum & tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volūt diuites fieri, qui volunt, non qui sunt. Nam qui sunt, sint. Quod ad illos pertinet audierunt, vt diuites sint in operibus bonis: facilè tribuant, communicēt. AVDIERVNT ipsi, vos qui nō estis, audite. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationē & laqueos, & desideria multa & noxia. Nō timetis? Audite quod sequitur, Quę mergūt homines in interitū & perditionem. Non times? Radix est omnium malorum auaritia. Auaritia est, esse velle diuitē, non iam esse diuitem. Ipsa est auaritia. Merg i non times in interitum & perditionem? Nō times radicem omnium malorum auaritiam? De agro tuo extirpas radicem spinarum, & nō extirpas de corde tuo radicem malarū cupiditatū? Purgas agrum tuū vnde fructū capiat vētur tuus, & nō purgas cor tuū, vbi habitet Deus tuus? Radix est enim omnium malorū auaritia, quā quidam sequētes, à fide pererrauerūt, & inseruerunt se doloribus multis. Audistis quid faciatis, audistis quid timeatis, audistis vnde ematur regnū cælorum, audistis vnde impediatur regnū cælorum. Omnes in verbo nei cōcordate, & diuitem & pauperem Deus fecit. Scriptura loquitur, diues & pauper occurrerunt sibi, Fecit autem ambos Dūs. Diues & pauper occurrerunt sibi. In qua via nisi in ista vita? Nat⁹ est diues, natus est pauper. Occurristis vobis pariter ambulātes viam. Tu noli premere, tu noli fraudare. Iste eget, ille habet. Fecit autē ambos Dominus. Per eū qui habet, iuuat egentem: per eum qui non habet, probat habētem. Audiuimus, diximus, timeamus, caueamus: oremus, peruenīamus.

CAP. VI.

Prouer. 22.

Esaiæ 50.

In eadem Dominica, de Heliseo.

SERMO CCVI.

SERMO II.

ICVT de beato Helia diximus, fratres charissimi, quòd typum habuerit Dūi Saluatoris, ita & sanctū Heliseum confidenter & securè asserimus Saluatoris nostri imaginē prętulisse. Clamauit enī ad beatum Heliseum, sicut in lectione diuina audistis, vidua quædam, & voce flebili supplicauit dicens, Vir meus mortuus est, & ecce creditores veniunt, & volūt mihi tollere filios meos. Ille autē interrogauit eā quid haberet in domo sua. Respōdit mulier & ait: Viuit dominus, quia non habeo nisi modicū olei quo vngar. Et dixit Heliseus: Pete vasa à vicinis tuis, & clauso ostio, mitte ex illo oleo in omnia vasa, & cùm plena fuerint, vēde & redde creditoribus tuis. Vidua ista, fratres charissimi, typū Ecclesiæ præferebat, sicut & illa quæ meruit beatum Heliam excipere. Vidua ergo ista, id est, Ecclesia debitum graue cōtraxerat non solidorum, sed peccatorum. Debitum habēbat, & creditorem creudelissimū sustinebat, quia se diabolo multis peccatis obnoxiā fecerat. Sic enim & Propheta prędixit, In peccatis vestris vēditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrē vestram. Vidua ergo illa pro tam grandi debito captiua quodāmodo tenebatur. Captiua erat, quia redēptor nondū venerat. Sed posteaquā viduam istam verus redēptor Christus Dominus visitauit, ab omnibus debitis liberā fecit. Vnde enim illa vidua liberata sit videamus. Vnde, nisi de augmēto olei? In oleo misericordia intelligitur. Ergo viduę illi ideo debitum creuerat, quia oleū misericordiæ peccādo perdiderat. Considerate fratres. Defecit oleū, & debitum creuit. Creuit oleū, & periit debitū. Creuerat cupiditas, & periit charitas. Redit charitas, & perit iniquitas. Veniente verò Helisco Christo Dño, vidua, hoc est Ecclesia, per augmētum olei, id est, donum gratiæ & misericordiæ, vel charitatis pinguedine, de peccatorū debito liberatur. Quid tamē ci beatus Heliseus dixerit, videamus. Pete vasa multa à vicinis & proximis tuis, & clauso ostio infunde in vasculis vicinorū. Qui erāt isti vicini, nisi Gētiū populi: Et licet vidua illa Ecclesię typum habuerit, tamē vidua erat, & ideò vicini illi vnde vasa petebātur, populum Gentiū figurabant. Quæ tamen vasa vacua exhibebantur, vt oleum misericordię accipere mererētur: quia omnes gentes, antequam donū gratiæ consequantur, fide & charitate, & bonis operibus vacuę esse probantur. Denique omnes qui ad salutare baptismū consequendū ecclesiæ offerūtur, & chrisma & oleū benedictionis accipiunt, vt iam non vasa vacua, sed Deo plena, & templum Dei esse mereātur. Cōsiderate ergo, fratres charissimi: quamdiu vidua illa oleum in vasculo proprio habuit, nec sibi sufficiebat, nec debitū reddere poterat. Verū est, charissimi. Qui se solum diligit, nec sibi sufficit, nec peccatorū suorum debitū reddit. Cùm verò in alienis vasculis, id est, omnibus vicinis & propinquis, & omnibus omnino hominibus cœperit oleū charitatis infundere, tunc & sibi sufficere, & ab omnibus se debitis poterit liberare. Et verè, fratres, talis est natura sancti amoris & verę charitatis, vt erogando crescat, & quantū in aliis plus expenditur, tantum in se abūdantius cumuletur. Cibū corporis si volueris egēti tribuere, ad præsens quod illi dederis tu habere nō poteris. Panē charitatis si dederis centū hominibus, integer manet. Si vniuerso mūdo largiri volueris, tibi nihil deficit: imò nō solùm non deficit, sed omnium illorum quib⁹ largitus fueris, lucrum tibi multipliciter crescit. Verbi gratia: Vnū panem charitatis habebas. Si nemini dedisses, ipsum solum haberes. Mille hominibus dedisti, mille panes acquisisti: quia tāta est possessio charitatis, vt & singulis tota sit, & omnib⁹ integra esse possit. Ergo & aliis dedisti, & tu nihil penitùs perdidisti. Imò nō solùm nō perdidisti, sed sicut iā dixi, quicquid aliis à te collatum est, tu centupliciter acquisisti. Ergo, fratres charissimi, agnoscite viduā non alio nisi de oleo à suis creditoribus absolutam, & intelligite ecclesiā catholicam non aliūde, nisi per oleum misericordiæ Dei de suis fuisse criminibus liberatam. Sed hoc attendite, fratres, quòd mulier illa quamdiu habuit vasa vbi oleū infunderet, tādiu oleū creuit. Nam dixit filio suo: Affer mihi vas. Et ille respōdit: Nō habeo. Et ait Scriptura stetisse oleū, posteaquā vbi poneret nō inuenit. Sic, dilectissimi fratres, tādiu charitas augetur, quādiu tribuitur. Et ideo etiā ex industria debemus vasa quærere vbi oleū possimus infundere: quia probauimus q̄ dum aliis infundimus, plus habemus. Vasa charitatis, homines sunt. Si charitatis oleo volumus abundare, nō solùm bonos, sed etiam malos debemus diligere. Bonos, quia boni sunt. Malos, vt boni fiant. Habet enim hanc virtutem oleum charitatis, vt & bonos meliores faciat, & malos de peccatorū tenebris ad lucē veritatis reducat. Quòd autem ait Scriptura clauso ostio viduā illam oleū in vasculis infudisse, hoc significauit vt vnusquisque eleemosynā clauso ostio faciat: id est, pro solo Dei amore, nō ideò vt laudetur ab hominibus, sed vt apud Deum inuenire gratiam mereatur. Qui enim pro laude humana eleemosynā facit, aperto ostio facit, quia apertū omnibus patet. Qui verò pro sola vita æterna & pro remissione peccatorū bona opera fecerit, etiā si publicè faciat, clauso ostio facit: quia de illa eleemosyna nō hoc quęrit quod videtur, sed quod nō videtur. Laus enim humana videtur, æternū prēmium nō videtur. Sed audi quid dicit Apostolus, Quæ enim videtur, tempo-

4. Reg. 4.

2. Cor. 4.

ralia

ralia sunt: quæ autē non videntur, æterna. Securus ergo vnusquisque eleemosynam faciat, tantū vt pro illa gloriam humanam non requirat. Post hæc audiuimus, quòd dum beatus Heliseus transiret per Sunam, quędā mulier magna susceperit eum, & dixerit ad virū suum, Animaduerto quòd homo iste vir Dei sit, faciamus illi cœnaculum, & ponamus ei in eo lectum, mensam, sellam & candelabrum, vt quando venerit, maneat ibi. Et mulier illa sterilis erat, sed orante Heliseo genuit filiū. Sic & Ecclesia, antequā Christus veniret, sterilis fuit. Et sicut illa, orante Heliseo, genuit filium, ita & Ecclesia, veniente ad se Christo, genuit populum Christianum. Sed filius mulieris illius, dū Heliseus absens esset, mortuus est: sic & filius Ecclesiæ, hoc est, populus Gētium, antequā Christus veniret, peccatis mortuus erat. Descendente de monte Heliseo, filius viduę huic vitę, redditur: descēdente de cælo Christo, filius Ecclesię, id est, populus Gentium suscitatur: sed hoc qualiter factū sit, videamus. Mortuo enī filio suo, mulier illa abiit, & vestigiis sē sancti Helisei prostrauit. Beatus verò Heliseus dedit baculum suum puero, & dixit ad eum: Vade, & mitte baculum meum super faciē pueri. Si te salutauerit homo, nō resalutes eum, nec loco, fratres, videte, ne alicui surrepat impia cogitatio, & dicat quòd auguriū beatus Heliseus obseruare voluerit, & ideo iusserit puero suo, vt salutantem se in via non resalutaret. Frequēter hoc in Scripturis legimus: sed pro celeritate est dictū, non pro aliqua superflua & sacrilega obseruatione præceptū. Ac si diceret: Ita velociter ambula, vt nullis fabulis in via occupari aut retardari præsumas. Abiit ergo puer, & misit baculū super faciē pueri, & penitùs non surrexit. Puer iste typum habuit beati Moysi. Misit enim eum Deus cum baculo in Ægyptum: sed baculus sine Christo flagellare Ægyptū potuit, de originali verò vel actuali peccato liberare vel resuscitare nō potuit. Nihil enim, dicente Apostolo, ad perfectū adduxit lex. Opus erat, vt qui baculum miserat, ipse descēderet. Baculus sine Heliseo nihil valebat, quia crux sine Christo nihil poterat. Venit ergo beatus Heliseus, & ascēdit in cœnaculum, qua venturus erat Christus, & ascensurus crucis patibulum. Inclinauit se Heliseus, vt puerū resuscitaret: humiliauit se Christus, vt mundum in peccatis iacentem erigeret. Misit Heliseus oculos super oculos, manus super manus. Videte fratres, quantum se vir ille perfectæ ætatis contraxit vt paruulo mortuo & iacenti congrueret. Quod enim Heliseus in puero præfigurauit, hoc in toto genere humano Christus impleuit. Audi Apostolum dicentem, Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem. Quia paruuli eramus, paruulum se fecit. Quia mortui iacebamus, pius se medicus inclinauit: quia & reuera fratres, nemo potest iacētē erigere, si se noluerit inclinare. Quòd autem puer osculauit septies, septiformis gratia sancti spiritus ostenditur, quæ humano generi vt resuscitetur in aduētu Christi tribuitur. De ipso spiritu dicit Apostolus, Si quis spiritū Christi non habet, hic non est eius. Ipsum etiam spiritū Dominus dedit discipulis, quando insufflauit & dixit, Accipite spiritū sanctum. Os enim quodāmodo super os posuit, quādo insufflando spiritū dedit. Gratias ergo agamus piissimo redēptori, qui nos nullis præcedētibus meritis suscitauit, & non solùm de morte perpetua eripuit, sed etiā adiuuāte gratia ipsius, si bene egerimus, æterna præmia repromisit: quod ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula secula seculorum, Amen.

Nebr. 7.

Philip. 2.

Rom. 8.

Ioan. 20.

Dominica sexta, de Naaman Syro.

SERMO I.

SERMO CCVII.

Est in appendice sermo LXII.

In eadem Dominica, de Heliseo & Giezi puero.

SERMO II.

SERMO CCVIII.

REQVENTER charitati vestrę suggessimus, fratres charissimi, beatum Heliseum typum habuisse Domini Saluatoris: Giezi autē discipulus non incongruè Iudam traditorē, vel Iudæorū populum intelligitur figurasse. Sicut enim Giezi ideo seruiebat beato Heliseo, vt pecuniā posset acquirere; ita & Iudas propterea adhæserat Domino Saluatori, vt fraudem faceret, & terrenas diuitias congregaret. Denique sic in Euangelio scriptum est, Quia fur erat, & loculos habebat, & ea quæ mittebantur asportabat. Nā Giezi qui gratiam magistri poterat promereri, sicut & dominus suus cōsecutus fuerat beati Helię, cupiditate victus meruit in ęternum crudeli lepra perfundi. Iudas verò pro amore pecunię & apostolatus gratiā perdidit, & laqueo vitam finiuit. Ac sic intelligimus omnes auaros & cupidos, intus in anima peccati lepra esse perfusos. Naamā verò princeps militiæ, qui leprosus erat, & suggerente ancilla ad beatum Heliseum sanandus aduenit, populum gentiū figurauit. Puella illa quæ captiua fuerat de Iudęa ducta, & suggesserat dñæ suæ, quòd si ad beatum Heliseū suus Dominus pergeret, sanitatē reciperet: puella, inquā, illa prophetiæ imaginē gessit: quia licet tempore illo in sola Iudæa gratia prophetiæ floruit, tamē non potuit fieri, nisi vt etiā ad vicinas gētes beata eius notitia peruenirет. Audiuit ergo Naamā puellam, & venit ad Heliseum. Audiuit populus gentiū prophetiam, & venit ad Christū. Naaman veniens ad Heliseum sanatur à lepra: & populus gētium veniēs ad Christum, ab omni peccatorū lepra purgatur. Potest tamē, sicut iam dixi, giezi etiā Iudęorum populum figurare, qui eo tēpore peccati lepra percutitur, quo ab ea gentiū populus liberatur. Deniq; sic infelices Iudæi in passione Domini clamauerunt, Sāguis eius super nos & super filios nostros. Tūc enim peccati lepra perfundi meruerūt, quādo cōtra cęlestem medicū ore sacrilego clamauerūt, Tolle tolle, crucifige eum. Ergo eo tēpore in illis remāsit lepra, quo ad gentes Domini trāsiit gratia. Denique sic & apostolus Petrus ad eos locutus est, dicens: Vobis, inquit, oportuit, primùm loqui verbū Dei: sed quia vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gētes. Quādo doctrina Apostolorū ad gentes trāsiit, tūc in miseris Iudæis peccati lepra remāsit. Quid tamē mādauerit beatus Heliseus Naaman Syro, videamus: Vade, inquit, & lauare septies in Iordane. Quod autē audiens Naaman, vt lauaretur septies in Iordane, indignatus est, & nolebat annuere, & ab amicis suis consilio accepto, acquieuit vt lauaretur & purgatus est: hoc significauit, quia populus gētium, antequā Christus crucifigeretur, ipsi per se Christo loquenti non credidit, sed postea prędicantibus Apostolis ad sacramētū baptismi fideliter venit. Naaman munera obtulit beato Heliseo, & ille accipere noluit: Christi in hoc gratiam figuratam intellige, quæ ideo gratia dicitur, quia gratis datur. Sic enim Dominus in Euāgelio discipulis dixit, Infirmos curate, mortuos suscitate, dæmones expellite. Gratis accepistis, gratis date. Et ga omnia sacramēta & mysteria dñi nostri quæ in Iudæis erāt præfigurata, in nobis videm° esse cōpleta, quantas postumus Deo gratias referamus, vt cùm dies iudicij aduenerit, ab auditu malo liberati, illa ad nos vox desiderabilis dirigatur, Venite benedicti, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mūdi. Ad quod vos Dominus sua ꝓtectione perducat, cui est honor & imperiū cū patre & spiritu sancto in secula seculorū, Amē.

Ioan. 12.

4. Reg. 5.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Act. 13.

Matth. 10.

Matth. 25.

Item in eadē Dominica, Homilia de eo quod scriptū est in Euāgelio secundū Matthæū, Amen dico vobis, Nisi abūdauerit iustitia vestra, &c. quæ sumpta est ex lib. 1. de ser. Domini in mōte, cap. 6. & 7. to. 4.

Domi-

Dominica septima, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Marcum, Cùm turba multa esset cum Iesu, nec haberēt quod manducarent, &c.

SERMO I.

SERMO CCIX. CAP. I.

ALTITVDINEM diuinitatis suæ & misericordiam humanitatis multis & variis modis in Scripturis S. Dominus noster Iesus Christus ostendit, quemadmodū solet in mysteriis & sacramētis, vt & petentes accipiant, & quærētes inueniāt, & pulsantibus aperiatur. Omnia enim quę in hoc mūdo sub fragilitate nostra exhibuit miracula, nobis proficiunt. Non vtiq; sine causa faciebat ea Dominus, vel quasi frustrà & inaniter. Verbū Dei est Christus, qui nō solùm sonis, sed etiā factis loquitur hominibus. Hoc enim etiā quod hodie de sancto Euāgelio lectum est, quęrit intellectorē: & cùm fuerit intellectū, spiritale facit gaudiū. Et in hac lectione simul considerāda est in vno codemq; redemptore nostro disiuncta operatio diuinitatis & humanitatis, atque omnimodis detestandus error Eutychetis, qui vnam tantū in Christo dogmatizare præsumit operationē. In alteruta enī parte vel qui solum hominem fuisse dixerit, gloriā negabit conditoris, vel qui solū Deū, negabit misericordiā redemptoris: nēpe quòd super turbā miseretur Dominus, ne vel inedia, vel longioris viæ deficiat labore, nouerimus affectū esse atq; compassionē humanæ fragilitatis. Quòd autē de septē panibus & paucis piscib° satiauit quatuor milia hominū, credimus diuinæ opus esse virtutis. ATTENDAT ergo sanctitas vestra, quia hoc nobis propositū est, q; cum vestra charitate tractemus, quid sibi velit huius rei tantū mysterium, quòd eo modo se Deum discipulis demonstrasse sancta testatur Scriptura, quomodo Euangeliū narrat. Ait enim Euāgelista in hodierna lectione: *Cùm multa turba esset cū Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis, Misereor turbæ huic.* Sed requiramus quò d ait superiùs: In illis diebus cùm turba multa esset. Superius enim accesserūt Iudæi ad Saluatorem, accusantes discipulos eius, eo quòd non lotis manibus manducarent. Quos Dominus redarguit, quia quæ de corde mala procedūt, ea potius hominē coīquinarēt. Et relictis illis, venit in finibus gētium, vbi mulier Chananæa, quæ est mater gentiliū, pro filia sua, id est, Ecclesia, Dominum deprecatur. Quæ tādiu postulauit, donec acciperet q; petebat. Post hæc iterū curauit mutū & surdū. Ergo in his diebus cùm multitudo populi cōcurrisset, nec haberēt quod manducarēt: turbas enim hic omnes gētis significare creaturas intelligimus, pro quibus ipse Dominus misericordia cōmouetur, q; non haberēt quod manducarēt: hīc spiritaliter debemus intelligere, quòd ideo non habebant quod māducarēt, quia gētes legem non habebant, id est, quinque libros Moysi, non Prophetas, nō prædicationē S. Ioannis, quia gentes nō per legem, sed per fidē venerūt ad redemprorem. Ideo triduo perseuerat, hoc est, in natiuitate, in passione, in resurrectione Domini, siue in patre, & in filio, & in spiritu sancto. Perseuerare enim permanere est in cōfessione, sicut ipse Dominus ait: Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Dicit ergo Dominus, *Non habent quod manducent.* Quia legē non habent, *& dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiāt in via*: vt qui per fidē Christi crediderunt, per fidem Christi saluarentur.

Marc. 1.

Matth. 10. Marc. 8.

CAP. III.

QVIDAM *autem ex his de longè venerunt.* Lōgè enim erāt gentes à Deo, errando per idola. Et modò omnis qui peccat, lōgè est à Deo. *Dicunt discipuli eius, Vnde istos quis poterit saturare panibus in solitudine?* Adhuc Apostolos tenebat incredulitas, donec mysteria reuelarentur: nec recordabantur q; fecerat de quinque panibus & duobus piscibus. *Et interrogauit eos Iesus quot panes haberent. Qui dixerūt, Septē. Et præcipit turbæ vt discumberēt super terram. Et accipiens panes gratias egit, & dedit discipulis suis vt apponerēt. Et pisces similiter benedixit, & posuit ante illos. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt septē sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor milia, extra mulieres & infantes.* Et virtutes quidē domini manifestissimè credimus esse factas in præsenti: sed quid lateat in mysterio, ipsius gratia donāte requiramus. In superiori enim lectione de quinque panibus & duobus piscibus quinque milia hominum satiauit: hīc septem panibus saturauit quatuor milia hominū. Ibi discipuli suggerunt Domino, dicētes: Locus desertus est, & hora præteriit, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Hīc penitùs tacent discipuli: sed ipse Dominus pro eis solicitus est. Videamus quare tacent. Quia necdum missi fuerunt prædicare gētibus, sed potiùs ad oues perditas domus Israël. PRIOR ergo illa parabola pertinet ad Iudæos, ista verò ad gentes. Ibi quinque panes fuerant, hoc est, quinq; libri Moysi. Hīc verò septem panes, qui sunt septiformes spiritus dona, sicut ait sanctus Esaias propheta, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eū spiritus timoris Domini. Ibi duodecim cophini pleni spiritu sancto, hīc septē ecclesiæ, siue septē candelabra aurea. Ibi duo pisces, qui sunt duo Testamēta, siue vnus liber omniū prophetarū, vel sancti Ioannis prædicatio: hīc indefinitus numerus ponitur, quæ sunt dona gratiarū, sicut ait Apostolus, Alij per spiritum datur sermo sapiētiæ, alij sermo scientiæ, alij prophetia, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonū: omnia verò hæc operatur vnus atq; idē spiritus. Ibi super fœnū recūbunt, & hīc super terrā. Vtrinq; vna cōuersatio, vna gratia, vna virtus, vna deitas. Ibi super fœnū discūbunt, hoc est, mortificata opera carnis: quia, Omnis caro fœnū, ait Propheta. Hīc super terrā discūbunt, id est; opera terrena conculcāt. Ibi quinque milia refecti, qui numerus pertinet ad Iudæos. Nā post ascensionē Domini loquētē sancto Petro, quinque milia sunt baptizati. Hīc autem quatuor milia, hoc est, de tota terra omnes gētes à quatuor cardinib° cæli, de septiformis sancti spiritus gratia esse repletas in vitā ęternā. Et ideo, dilectissimi, nos qui non per legem, sed per fidē credimus in Domino nostro Iesū Christo, qui nō operibus, sed ipsa gratia sumus redēpti, qui nō ex quinq; panib°, id est, ex quinq; libris Moysi, sed ex septiformis gratia spiritus sancti sumus repleti, sicut beatus Esaias prophetauerat, dicēs, Spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit illū spiritus timoris Domini. In hac ergo septiformi spiritus sancti gratia maneam°, in qua vocati sumus, repleti dono spiritus sancti, per Dominū nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

CAPVT IIII.

Esaiæ 11.

1. Cor. 12.

Esa. 40.

Act. 4.

Esa. 11.

In eadem Dominica, de Heliseo & securi in gurgite lapsa.

SERMO II.

SERMO CCX.

VM diuina lectio legeretur, fratres charissimi, audiuimus quòd eunte beato Heliseo cum filiis prophetarū ad Iordanē fluuium, dum sibi ligna conciderent, cecidit securis in aquam: & ille de cuius manu ceciderat, clamauit ad beatum Heliseum, Heu Domine mi, & ipsam mutuò susceperam. Post hæc in loco vbi securis illa corruerat, beatus Heliseus misit lignum, & natauit ferrum. Heliseum, fratres dilectissimi, typum habuisse Domini Saluatoris, frequenter charitati vestræ suggessimus. Sed & in puero, qui erat de filiis prophetarum, cui securis

de manu lapsa est, non incongruè Christus Dominus intelligitur. Securis illa quæ cecidit, Adam, siue totum genus humanum significasse dicitur. Tenebat ergo filius Prophetarum securim in manu sua, & Dominus ac Saluator noster humanũ genus quod creauerat in manu potentiæ suæ. Sed quomodo securis illa de manu Prophetæ in profundũ corruit, ita & genus humanum de manu Domini omnipotentis per superbiã se excussit & cecidit, & in fluuio luxurię vel omnium peccatorũ gurgite se submersit. Securis illa in profũdo iacebat, quia genus humanum in omnium criminum abyssum
Psal.68. infelici ruina corruerat, sicut scriptũ est: Infixus sum in limo profundi. Et iterum: Deueni in altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. Fluuius enim ille vbi securis cecidit, significat præterfluẽtem & fugitiuã, & in abyssum descendentẽ voluptatẽ, vel luxuriam seculi huius. Fluuius enim à fluendo nomen accepit. Et quia omnes peccatores transitoriis voluptatibus inhærentes fluere dicuntur, ideo securis illa in fluuio & in limo iacebat oppressa. Veniens verò Heliseus, misit lignum, & natauit ferrum. Quid est lignũ mittere, & ferrum in lucem producere, nisi patibulum crucis ascendere, & de profundo inferni humanum genus erigere, ac de omnium peccatorũ limo per crucis mysterium liberare? Postquã verò natauit ferrum, misit manũ Propheta, & recepit illud, & rediit ad vtiles vsus domini sui. Ita & de nobis factũ est, dilectissimi fratres, qui de manu Domini superbiendo cecideramus, per crucis lignum iterum ad manum vel ad potestatẽ Domini redire meruimus. Et ideo, quantũ possumus, cũ ipsius adiutorio laboremus, ne iterum superbiẽdo de manu Domini cortuamus. Et quia nullis præcedentibus meritis de tenebris producti sumus ad lucẽ, de morte ad vitam reuocati, de multis erroribus in viam reducti, curramus dũ lucẽ habemus, nec prætereũtia salutis tempora negligamus, nec
Colos.3. nos delectet mundi huius malè dulcis & nimiũ periculosa lætitia: ne iterum de operibus sanctis, & de iustitię via quasi de manu Domini corruentes, ad luxuriosũ mũdi huius fluuiũ recurramus, & in omniũ peccatorũ limum infelici iterum ruina mergamur, sed audiamus Apostolum dicentem: Si cõsurrexistis cũ Christo, quæ
Ephes.5. sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs, quæ sursum sunt quærite. Quare dicit, Si resurrexistis, nisi quia cecideramus? Et alibi idem Apostolus, Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quasi non tibi videtur ad securim in limo iacentẽ clamare? Surge, inquit, qui in profũdo gurgite dormis, & per crucis mysteriũ illuminabit te Christus. Iam ista omnia, fratres charissimi, per baptismi sacramentum, Deo auxiliante, sic agere studeamus, vt nobis beneficia Domini nostri non iudiciũ pariant, sed profectũ. Et ita dulcedinem charitatis, puritatẽ cordis, & castitatẽ cor-
1.Cor.3. poris teneamus, ne in nobis Dei sacramenta patiantur iniuriã. Si enim verum est, imò quia verũ est quod dicit Apostolus, Quia tẽplum dei sumus, & spiritus dei habitat in nobis, quoties aliquod peccatũ aut cogitando, aut loquendo, aut etiã operãdo perficimus, tẽplum dei destruimus, & ei qui in nobis habitat iniurias irrogamus. Et ideo si quis in se templum Dei aut turpibus cogitationibus fordidauit, aut luxurioso sermone polluit, vel quibuscunq; criminibus fortè iã vsq; ad fundamenta destruxit, dum tempus est cũ dei adiutorio studeat reparare perdita, erigere lapsa, destructaq; construere, vt cùm dies iudicij aduenerit, etsi coronam nõ meremur accipere, vel ad peccatorũ mereamur indulgentiã peruenire. Quod autẽ dixi, vel ad peccatorũ indulgẽtiam, pro humilitate quæ nobis satis est, necessaria videor suggessisse. Nã medicus ille cælestis cõpunctis pœnitẽtibus, & eleemosynis largius faciẽtibus non solùm veniã, sed etiã coronam recõpensare cõsueuit. Ergo, fratres charissimi, etsi negligẽs, tamen qualiscunq; pręco veritatis à dño cõstitutus, quod & vobis expedit audire, & me oportet dicere, si non quantũ debeo, vel quantum possumus suggero, clamo, admoneo. Qui cõtẽnit præconem, timeat iudicem. Nullus ex nobis ante tribunal Christi se excusare poterit, nõ se fuisse admonitum, vt omnibus vitiis resisteret, & virtutibus operam daret. Et quia vobis quid vitare vel fugere debeatis, assidua prędicatione monstratum est, sic Deo auxiliante agite, vt vobis admonitio vestra magis ad præmium quàm ad iudicium ante tribunal æterni iudicis proficiat. Quod ipse vobis concedere dignetur, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica, de fame Samariæ.

SERMO III. SERMO CCXI.

Est in appendice sermo LXIII.

Dominica octaua, de verbis libri Salomonis, Sunt qui se diuites affectant, nihil habentes. Et sunt qui se humiliant, cùm sint diuites. Redemptio animæ viri diuitiæ eius, pauper autem non suffert minas.

SERMO D. AVGVST. I. SERMO CCXII.

Citat Beda 2.Cor.8.Col.3.

SANCTA Scriptura, quæ modò in auribus nostris lecta est, admonuit nos, imò per illã Deus qui iubet nobis loqui ad vos, quærere vobiscum & pertractare quid sit, & quid sibi
Prouer.13. velit quod lectum est, *Sunt qui se diuites affectant nihil habentes: & sunt qui se humiliant, cùm sint diuites.* Non enim arbitrandum est, neque omnino credendum, quod de istis diuitiis, quibus inflantur superbi, de visibilibus istis dico atque terrenis, curauerit Scriptura sancta nos admonere, vt vel eas pro magno habeamus, vel nõ habere timeamus. Quid enim prodest homini, ait aliquis, qui se diuitem videri affectat, cùm nihil habeat? Istum notauit Scriptura atque reprehendit. Sed nec ille valde admirandus aut imitandus est, & pro magno habẽdus, quem videtur in laude posuisse, si temporales atq; Ibidem.
terrenas diuitias intellexeris. Et sunt, inquit, qui se humiliant, cùm sint diuites. Ille rectè displicet nobis, qui cùm nihil habeat, se diuitem affectat. Quid? Iste placet nobis, qui cùm sit dives, humiliat se? Fortè placet, qa humiliat se: non tamen placet quia dives est. Accipiamus ergo & hoc. Non indecorũ est nec inhonestũ, nec inutile quod Scripturæ sanctę nobis cõmendare voluerũt humiles & diuites. NIHIL enim tam timendũ est in CAP.II.
diuitiis quàm superbia. Denique apostolus Paulus hoc admonet Timotheum, Pręcipe, inquit, diuitibus hu- 1.Tim.6.
ius mundi, non superbè sapere. Non enim diuitias expauit, sed morbum diuitiarum. Morbus autem diuitia- Diuitiarũ morbus, superbia.
rum, est superbia magna. Nam grandis animus est, qui inter diuitias isto morbo non tentatur. Maior animus diuitiis suis, qui eas vincit non concupiscendo, sed cõtemnendo. Magnus est ergo dives, qui non se ideo magnũ putat quia dives est. Qui autem ideo se magnum putat, superbus & egenus est. In carne crepat, in cor de mendicat; inflatus est, non plenus. Vtres autem duos si videas, vnũ plenum, alterum inflatum, in vtroque eadem est magnitudo sed nõ in vtroque eadem plenitudo. Si attendis, falleris: si appẽdis, inuenies. Qui plenus est, difficile mouetur, qui inflatus est, citò auferitur. Pręcipe, ergo, inquit, diuitibus huius mũdi. Non adderet, Huius mundi, nisi quia sunt diuites & nõ huius mũdi. Diuites non huius mundi. 2.Cor.8.
Qui sunt diuites nõ huius mũdi? Quorum princeps & caput est ille, de quo dictũ est, Pauper pro nobis factus est,

est, cùm esset dives. Sed si ille solus, quid profuit? Vide quid sequitur: Vt illius paupertate vos ditaremini. Puto quia paupertas Christi non nobis attulit pecuniam, sed iustitiam. Paupertas autem illius vnde? Qua mortalis effectus est. Ergo diuitiæ veræ immortalitas. Ibi
CAPVT III. enim vera copia, vbi nulla indigẽtia. QVIA ergo nos immortales fieri nõ possemus, nisi pro nobis Christus mortalis esset effectus, ideo pauper factus est, cùm esset
Beda, 2.Cor.8. dives: & nõ ait, pauper factus est cùm dives fuisset: sed pauper factus est cũ dives esset: paupertatẽ assumpsit, & diuitias nõ amisit. Intus dives, foris pauper. Latens Deus in diuitiis, apparens homo in paupertate. Vide
Ioan.1. diuitias eius: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. Quid ditius eo, per quem facta sunt omnia? Aurũ habere dives potest, creare nõ potest. Cùm itaque eius iste diui-
Ibidem. tiæ commẽdatæ essent, vide paupertatẽ eius: Et verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Hac eius sumus paupertate ditati, quia in sanguine eius qui manauit de carne eius, quod verbum caro factum est, vt habitaret in nobis, conscissus est saccus peccatorum nostrorum. Per sanguinem illum abiecimus pannos iniquitatis, vt indueremur stola immortalitatis. Omnes ergo diuites boni fideles: Nemo se cõtemnat, pauper in cella, dives in conscientia. Dives quippe in conscientia securior dormit in terra, quàm dives in purpura. Ibi nõ excitat solicitudo maligna, compũcto corde de scelere. Serua diuitias in corde tuo, quas tibi contulit paupertas nomini Dei tui. Imò ipsum adhibe tibi custodem, ne pereat de corde quod dedit, seruet ipse quod dedit.

CVPVT IIII. Omnes fideles diuites sunt intus.

OMNES ergo diuites boni fideles, sed non diuites huius mundi. Deniq; diuitias suas nec ipsi sentiũt, sentient postea. Viuit radix, sed hyemis tempore etiam viridis arbor aridæ similis est. Tẽpore quippe hyemis & arbor quę aret, & arbor quę viget, vtraque nuda est honore foliorum, vtraque vacua honore frugum: veniet æstas, & discernet arbores. Viua radix folia producit, impletur fructibus: arida inanis æstate, sicut hyeme, remanebit. Itaq; illi horrẽũ præparatur, huic securis adhibetur, vt amputata in ignem mittatur. Sic æstas nostra, Christi est aduẽtus: hyems nostra, Christi occultatio: æstas nostra, Christi reuelatio. Denique arboribus
Col.3.Beda bonis & fidelibus hanc allocutionẽ præbet apostolus, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Certè mortui: sed mortui specie, viui in radice. Attende autem venturum tẽpus æstatis, quomo-
Ibidem. do sequatur & dicat, Cùm autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Hi sunt diuites, sed non huius mũdi. Nec tamen & diuites mũdi contẽpti sunt. Et ipsos lucratus est sua paupertate, qui cùm dives esset, propter nos pauper effectus est. Nam si eos contempsisset, & in numero sanctorum habere noluisset, nõ timotheo, sicut dicebã, Apostolus
1.Tim.6. Diuites huius mundi. præcepisset, vt & ipse præciperet: Pręcipe, inquit, diuitibus huius mũdi non superbè sapere. Inter hos qui fide sunt diuites, sunt quidã diuites huius mũdi. Pręcipe illis, quia & ipsi mẽbra illius pauperis facti sunt. Pręcipe illis quid in illis timeas à diuitiis. Non superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarũ. INDE enim
CAP.V. superbit dives, quia sperat in incerto diuitiarum. Nam si incerta diuitiarũ prudenter attenderet, nunquam superbiret, sed semper timeret. Quãto esset ditior, tanto fieret solicitior, & secundũ hanc vitam, nõ solùm secũdũ illã. Multi enim in istis seculi perturbationibus securiores pauperes fuerũt. Multi autẽ propter suas diuitias quæsiti & correpti sunt. Multi se habuisse planxerunt, quod semper habere minimè potuerunt. Multos pœnituit, cõsilium sui Domini nõ recepisse, qui dixit: Nolite Matth.6.
vobis thesauros condere in terra, vbi tinea & comestura exterminat, & vbi fures effodiũt & furãtur: sed thesaurizate vobis thesaurũ in cælis. Nõ dico vobis vt perdatis, sed vt migretis. Multi enim hoc facere noluerũt, & nõ se obedisse doluerunt: quãdo nõ solùm sua perdiderũt, sed propter illa & ipsi perierũt. Præcipe ergo diuitibus huius mũdi non superbè sapere, & fiet in eis q audiuimus in prouerbio Salomonis, Sunt qui se humiliant, cùm sint diuites. Et secundũ istas diuitias tẽporales fieri potest. Sit humilis, plùs gaudeat quia Christianus est, quàm quia dives est. Nõ inflectur, nõ extollatur: attẽdat paupertẽ fratrẽ, non dedignetur frater pauperis appellari. Quantumcunque enim dives sit, ditior est Christus, qui fratres suos esse voluit pro quibus sanguinem suũ fudit. TAMEN ne dicerent diuites, nõ se CAP.VI.
habere quid faciant de diuitiis suis, admonuit Timotheũ, vt eos etiã cõsilio regeret, nõ solùm præcepto cohiberet: cùm dixisset, Neq; sperare in incerto diuitiarũ: ne se spem perdidisse arbitrarẽtur, subiecit, Sed in deũ viũ, qui præstat nobis omnia abũdanter ad fruẽdum: temporalia ad vtendũ, æterna ad fruendum. Sed de diuitiis suis quid faciant? Diuites sint, inquit, in operibus bonis, facilè tribuãt. Hoc prosint diuitiæ, ne sit tibi difficultas tribuẽdi. Vult enim pauper, & non potest: vult dives, & potest. Facilè tribuãt, cõmunicent, thesaurizẽt sibi fundamẽtum bonũ in futuro, vt apprehẽdant verã
vitam. Nam ista vita falsa est. Huius vitę falsitate decep- Luc.16.
tus ille in purpura & bysso, iacentem vlcerosum pauperem ante suam ianuam cõtemnebat. Sed ille linctus à canibus, thesaurum sibi æternum in Abrahæ gremio cõparabat, & si non abundanti facultate, pia tamen & opima volũtate. Ille autem dives qui sibi magnus videbatur in purpura & bysso, mortuus & sepultus est. Et quid inuenit? Aeternam sitim, indeficientes flammas. Successit ignis purpuræ & bysso: ea tunica ardebat, qua se expoliare non poterat. Pro epulis ariditas, & desiderium guttæ de digito pauperis, sicut illi micarũ de mẽsa diuitis. Sed illius egestas præteriẽs, huius pœna permanens. Hoc attendant diuites huius mundi, & non superbè sapiant. Facilè tribuant, communicẽt: thesaurizent sibi fundamẽtum bonum in futuro: ibi sunt veri diuites, sed non huius mundi, vt apprehendant veram
vitam. FORTE ergo hoc admonuit Scriptura diuina CAPVT VII.
vbi ait: Sũt qui se diuites affectãt, nihil habẽtes, propter Prou.13.
superbos pãnosos. Si enim vix toleratur dives superbus, pauperẽ superbũ quis ferat? Meliores sunt ergo illi qui se humiliant, cùm sint diuites. Veruntamen de aliis diuitiis se dicere Scriptura testatur: secura enim adiũxit, *Redemptio animæ viri diuitiæ eius, pauper autem non suffert minas.* Intelligere debemus ex alia nescio qua paupertate pauperem, & ex aliis nescio quibus diuitiis diuitem. Altius enim diuites in corde, diuites pleni fortitudine, opimi pietate, abundantes charitate, secum sunt diuites, interiores sunt diuites. Sunt autẽ qui se diuites affectant, cùm sint pauperes: iusti sibi videntur, cùm sint iniqui. Diuitias quippe illas intelligere debemus, quoniam aperuit Scriptura quid dixerit, *Redemptio animæ viri diuitiæ ipsius.* Intellige, inquit, quas tibi diuitias cõmendem, quoniam dixi, Sunt qui se diuites affectant, nihil habentes: & sunt qui se humiliant, cùm sint diuites, illas temporales & terrenas & visibiles diuitias cogitabas. Ego autem non ipsas dico, sed quas dicam consequenter admoneo. Redemptio animæ viri, diuitiæ ipsius sunt. Ergo qui non habent animæ redemptionem, quia iniqui sunt, & iustos se videri affectant, quia hypocritæ sunt, ipsi sunt de quibus ait: Sunt qui se diuites affectãt, nihil habentes, iustos se volunt videri,

cùm

cùm in cella conscientiæ non habeant aurum iustitiæ. Et non sunt pleni, tanto humiliores, quãto ditiores: de quibus dictũ est, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cælorum. QVID ergo quæris diuitias, quæ oculis humanis & carneis blandiũtur? Lucet aurũ: sed plus lucet fides. Elige quid habere in corde debeas. Intus plenus esto, vbi diuitias tuas Deus videt, homo non videt. Nec tamen quia homo nõ videt, ideo debes contemnere quod intus habes. Vis videre, quia & oculis iniquorũ plus lucet fides, quàm aurum? Quomodo laudat etiam auarus dominus seruum fidelẽ? Nihil illo dicit esse pretiosius: imò eum omnino pretiũ nõ habere restatur. Habeo seruum, inquit, nõ habet pretiũ. Expectas tu vnde? Fortè bene saltat, aut optimus coquus est. Non. Attẽde interiorem laudem. Nihil, inquit, fidelius. Placet tibi homo seruus tuus fidelis, & tu non vis esse Deo seruus fidelis? Attendis, quia habes seruũ, attende quia habes & Dominum. Seruum tuum potuisti cõparare, nõ creare. Dominus tuus & verbo suo creauit te, & sanguine suo redemit te. Si viluisti tibi, recole pretium: si hoc oblitus es, lege Euãgelium, Instrumentum tuũ. Fidem amas in seruo tuo, & Dominus tuus nõ quærit eã in suo? Redde quod exigis. Quod tibi gaudes reddi ab inferiore, redde superiori. Amas seruũ qui fideliter custodit aurũ tuũ, noli contemnere Dominum, qui misericorditer custodit cor tuũ. Omnes ergo habẽt oculos ad laudãdam fidem, sed quãdo illam exigũt reddi sibi. Nã quando ab eis exigitur, claudunt oculos, nolunt eã videre quàm pulchra sit. Aut fortè stulta insania propterea nolunt reddere ne perdant, quomodo timet quis reddere pecuniam: cùm enim reddideriteã, non habebit. Non sic redditur fides: & redditur, & habetur. Mirũ dictu, imò si non redditur, non habetur.

Matthæ. Capvt viii. Fides est auro præferenda.

CAPVT IX. REDEMPTIO *animæ viri, diuitiæ ipsius.* Meritò illi vanissimo diuiti insultauit Deus, vt admoneret nos ne talia imitaremur. Cui regio fructuosa succedẽs, turbauit hominem copia plus quàm inopia. Cogitauit enim apud se, dicens, Quid faciam, quo congregem fructus meos? Et cùm æstuasset arctatus, tandẽ sibi visus est cõsilium inuenisse. Sed vanum consilium. Hoc enim cõsilium non inuenit pudentia, sed auaritia. Destruã, inquit, veteres, apothecas minores, & nouas faciam ampliores, & implebo eas: & dicã animæ meæ, Anima, habes multa bona, satiare, iocũdare. Ait illi: Stulte, in quo tibi sapiẽs videris? Stulte, quid dixisti? Dico animę meę: Habes multa bona, satiare. Hac nocte auferetur à te anima tua: hæc quę parasti cuius erunt? Quid enim prodest homini, si totum mũdum lucretur, animæ autem suæ detrimẽtum patiatur? Ideo redemptio animæ viri, diuitiæ eius. Has ille vanus & stultus diuitias nõ habebat. Animam quippe suã eleemosynis non redimebat, fructus perituros condebat. Recondebat, inquam, perituros fructus perituris, nihil largiẽs Domino ad quẽ fuerat exituros. Quam frontẽ habituros erit in illo iudicio, cùm audire cœperit, Esuriui enim, & nõ dedistis mihi manducare? Animã enim suã superfluis & nimiis epulis satiare cupiebat, pauperũ tot inanes ventres superbissimus contẽnebat. Nesciebat pauperũ ventres apothecis suis esse tutiores. Quod enim recõdebat in illis apothecis suis, fortassis & à furibus auferebatur. Si autem reconderet in pauperum ventribus, in terra quidẽ digerebatur, sed in cælo tutius seruabatur. Ergo redemptio animæ viri, diuitiæ ipsius. Et quid sequitur?

Luc. 12. Matth. 16.

CAPX. PAVPER *autem no sufferet minas.* Pauper scilicet inanis iustitia, non habẽs intus spiritus plenitudinem, ornamenta spiritalia, supellectilẽ spiritalẽ, totumq; illud quod oculis non videtur, sed mente plus cernitur. Nõ habens hæc intus, non sufferet minas. Quando ei dictũ fuerit ab aliquo potẽte, dic hoc verbum contra inimicum meum, dic falsum testimonium, vt eum quẽ volo opprimam & domem, fortè tentat. Non facio, nõ mihi adduco peccatum. Tantum negat, quousque diues minari incipiat. Sed quia pauper est, non suffert minas. Quid est, Pauper est? Nõ habet diuitias interiores quas martyres habuerunt, qui pro veritate ac fide Christi omnes minas seculi contempserunt. Nihil de corde perdiderunt, in cælo quãtum inuenerunt? Pauper ergo nõ suffert minas. Non potest dicere diuiti cogenti se ad alicuius iniuriam, aut falsum testimoniũ, non facio: non habet intus vnde respõdeat, non est thesauro interiore solidatus & plenus: non est qui dicat, quia non habet vnde dicat: nõ est qui dicat, Quid mihi facturus es qui minaris? Vt multũ, ablaturus quod habeo: Tollis quod relicturus sum. Tollis, quod & si non tollas, dum viuo forsitã perditurus sum. De arca interiore nihil perdo. Cùm mihi minaris auferre quod interius habeo, verè vis auferre quod intus habeo. Sed illud potes auferre & habere. Fidem si minãdo abstuleris, & ego perdo, & tu nõ habebis. Nõ ergo facio quod hortaris, non curo quod minaris. Sed potes sæuiendo etiam de patria me pellere. Nocuisti si illuc me expuleris, vbi Deum meum inuenire nõ possum. Fortè valebis etiã occidere. Ruente carnali domo, incolumis habitator abscedo, & ad illũ cui seruo fidẽ securus exibo, & te amplius nõ timebo. Vide enim quid minaris: vt falsum testimonium dicã, mortẽ minaris, sed corporis. Plus ego eum timeo, qui dixit, Os quod mẽtitur, occidit animã. His diuitiis intus plenus & opimus, talia minanti vel meliora respõdet. Pauper autem non suffert minas. SIMVS ergo diuites, & timeamus esse pauperes. Quæramus ergo impleri cor nostrum diuitiis ab illo qui verè diues est. Et si fortè vnusquisq; vestrũm intrat in cor suum, & illic diuitias istas nõ inuenit, pulset ad diuitem. Fiat ante ianuam diuitis illius pius mendicus, vt sit illo donante diues impletus. Et verè fratres mei paupertatẽ nostrã, egestatem nostram debemus Domino Deo nostro cõfiteri. Hanc cõfitebatur publicanus, qui nec oculos ad cęlũ audebat leuare. Non enim habebat cum qua substantia leuaret oculos suos homo peccator. Attẽdebat ad inanitatem suam, sed plenitudinem nomini cognoscebat, nouerat se venire ad fontẽ sitiẽtem. Aridas fauces ostendebat, piè vbera implenda pulsabat: Domine, inquit, tundens pectus, oculos deiiciẽs in terrã, propitius esto mihi peccatori. Dico ego, quia iam ex aliqua parte diues erat, cùm ista cogitabat & petebat. Nam si adhuc omnino pauper erat, huius cõfessionis gemmas vnde proferebat? Sed tamen abũdantior & plenior de tẽplo descẽdit iustificatus. Ille autẽ Pharisæus ad orationẽ ascendit, & nihil rogauit. Ascenderũt, inquit, ad templũ orare. Iste rogat, ille non rogat. Sed ille vnde orat? Sunt qui se diuites putant, nihil habẽtes, Domine, inquit, gratias tibi ago, quia nõ sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quę possideo. Iactauit se: sed inflatio est ista, nõ plenitudo. Diuitẽ se putauit nihil habẽs, pauperem se ille cognoscit iã aliquid habẽs. Vt nihil aliud dicam, habebat ipsam cõfessionis pietatem. Et descẽderunt ambo. Sed iustificatus, inquit, publicanus ille magis quàm ille Pharisæus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Conuersi ad Dominum.

Prouer. 13.

Luc. 18.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptũ est in Euangelio secundum Matthæum, Cauete à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos, &c. quæ habetur in lib. II. de sermone Domini in monte, tom. 4. cap. XXVII. & XXVIII. & inter sermones de verbis Domini, XII. & de verbis Apostoli, sermo XIII.

Domi-

Dominica nona, de timore Domini & vera humilitate.

SERMO CCXIII. SERMO I.

DAVID propheta & Psalmista, qui teste Scriptura secundum cor Dei electus fecit omnes voluntates eius: ipse, fratres charissimi, quid creator noster in his appetat & diligat, quodam loco ostendit, ita dicens: Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra? Si ergo Dominus altissimus, cuius excellentiæ & magnitudinis nõ est finis, in omni creatura sua, & ea quæ in supernis, & ea quę in infimis est constituta, in angelis videlicet & in hominibus humilitatẽ considerat & probat: quantum necesse est nobis humilitati semper studere, ipsámque in omnibus cõseruare, vt sic placeamus conditori nostro? Quanta autem sit veræ humilitatis virtus, facilè ex verbis Domini agnoscitur, qui, vt superbiam Pharisęorum damnaret, dixit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Humilitatis quippe passibus ad cęli culmina conscenditur, quia Deus excelsus non superbia, sed humilitate attingitur; de quo dictum est, Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam: vnde & in Psalmis dicitur, Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à lõgè cognoscit. Alta posuit pro superbis. Humilia verò respicit vt attollat: alta, id est, superba cognoscit vt deiiciat. Discamus humilitatẽ, per quã Deo propinquare poterimus: sicut ipse in Euangelio ait, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Per superbiam mirabilis angelorum creatura cecidit de cælo, per humilitatẽ Dei fragilitas humanæ naturæ ascendit in cælum. Honesta est enim inter homines humilitatis cõsuetudo, sicut Salomon ait: Vbi fuerit superbia, ibi erit & cõtumelia; vbi autem humilitas, ibi & sapiẽtia. Item alius Sapiens: Quanto, inquit, maior es, tãto humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Item Deus per Prophetam ait, Ad quem autẽ respiciam, nisi ad humilem & quietũ & trementem verba mea? Quicunque humilis & quietus non fuerit, nõ potest in eo habitare gratia spiritus sancti. Deus humilis factus est nostræ salutis causa: erubescat homo superbus esse. Quantũ humilitate inclinatur cor ad ima, tantùm proficit in excelso. Qui enim humilis erit, exaltabitur in gloria. Primus humilitatis gradus est, veritatis sermonem humiliter audire, memoriter retinere, volũtariè perficere. Eam quippe quã non inuenerit humilem, veritas fugit mentem. Quãto quis humilior erit de seipso, tanto maior erit in cõspectu Dei. Superbus verò quãto gloriosior apparet inter homines, tanto deiectior ante Deũ. Qui enim sine humilitate bona opera agit, in ventum puluerem portat: item Scriptura dicit: Quid superbit terra & cinis, dum vento superbiæ dispergitur, quod ieiuniis & eleemosynis congregare videtur? Noli, ô homo, in virtutibus gloriari tuis, quia alterum habiturus eris iudicem, non teipsum. In cuius conspectu teipsum in corde tuo studeas humiliare, quatenus ille te exaltet in tẽpore retributionis suæ. Descende vt ascẽdas, humiliare vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Qui enim sibi vilis videtur esse, ante Deũ pulcher est. Qui sibi displicẽt, Deo placent. Esto igitur paruus in oculis tuis, vt sis magnus in oculis Dei. Tãto enim eris apud Deũ pretiosior, quãto fueris ante oculos tuos despectior. In summo honore summa tibi sit humilitas. Honoris laus est, humilitatis virtus. Sed hanc veræ humilitatis virtutẽ nemo sine timore Dei habere potest, quia eorum neuter sine altero esse potest. Quid autẽ timor Dei efficiat, fratres audite: Initium sapientiæ timor Domini. Magna est cautela peccati, Dei semper præsentiam timere. Qui perfectè Deum timet, diligẽtet se à peccatis custodit. Timenti Deũ in nouissimo die bene erit, & merces eius in æternũ permanet. Qui erubescit in cõspectu hominis peccare, quãto magis dignũ est quòd erubescat in conspectu Dei iniquitatem agere, qui non solùm opera, sed & corda cõsiderat? Qui timore sancto Deũ metuunt, inquirũt quę beneplacita sunt illi. Alius est timor filiorũ, alius est timor seruorũ. Serui enim propter tormenta dominos timent, filij verò propter amorẽ patris timẽt. Si filij Dei sumus, timeamus eũ ex charitatis dulcedine, non de timoris amaritudine. Homo sapiẽs in omnibus Deũ metuit operibus suis, sciens se eius nunquã præsentiam effugere posse, sicut Psalmista Deo dicit: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Itẽ: Quia neque ab Orientẽ neque ab Occidẽte, subauditur, patet locus fugienti Deũ. Qui timet Dominũ, accipiet doctrinam eius: & qui vigilauerit in mandatis eius, inueniet benedictionẽ sempiternam. Timentis Deũ beata est anima, & à tentatione diabolica tuta remanet. Beatus homo qui semper est pauidus, & cui donatũ est Dei timorem semper ante oculos habere. Qui timet Dominũ, recedit ab itinere prauo, & ad virtutũ semitã vias suas dirigit. Timor Dei repellit peccata, & adiicit virtutes. Timor cautum facit hominem & solicitũ, ne peccet. Vbi verò timor Dei non est, ibi dissolutio vitæ est. Qui Deum in prosperis non timet, timeat vel in aduersis, refugiat ad illũ qui flagellat & sanat. Beatus vir qui timet Dominũ, in mãdatis eius cupit nimis. Timor Dei timorẽ expellit gehennæ, quia facit hominẽ peccatũ cauere, & iustitiæ opera augere. Post hæc ad illũ perueniet timorẽ, qui dicitur sanctus, & permanet in seculum seculi, quia est in dilectione. Sic ergo, fratres, timeamus Deum, vt diligamus eũ: quia perfecta charitas foras mittit timorẽ seruilem: atque ita abundantiã habere possumus securitatis & plenitudinẽ omnium bonorũ: vnde & Propheta ait, Timete Dominũ omnes sancti eius, quoniã nihil deest timentibus eum. Diuites egerũt & esurierũt: inquirentes autẽ Dominum nõ minuentur omni bono. Quapropter obsecro vos, dilectissimi, vt timorẽ Dei semper ante mẽtis vestræ oculos habeatis, & obliuionem pręceptorum Dei omnino fugiatis, illúdq; sedulò cogitetis, qualiter timentes Deũ, & mãdatis eius obedientes, ad vitã vadunt perpetuam, contemnentes verò & pręcepta eius spernentes, in pœnã ibũt æternã: humilitatemq; veram in corde vestro intus habeatis, sicque eam non fictè moribus coram proximis vestris insinuetis, vt & ipsi bonis exẽplis vestris instructi glorificent Deum, & vobiscum ęternam in cælis studeant percipere remunerationem, pręstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat, &c.

Psal. 112. Luc. 14. 18. Iacobi 4. Psal. 137. Matth. 11. Eccles. 3. Esaiæ 66. Eccl. 10.

In eadem Dominica, de timore Domini.

SERMO CCXIIII. SERMO D. AVGVST. II.

Citat Beda, Rom. 11. ex sermone de timore Dei.

CAP. I. NON dubito, dilectissimi fratres, insitum esse cordibus vestris timorẽ Dei, quo ad veram & solidam fortitudinẽ perducamini. Cùm enim fortis ille dicatur qui neminẽ timet, peruersè fortis est qui primò Deũ non vult timere, vt timẽdo audiat, audiendo diligat, & diligendo non timeat. Tũc erit verè fortissimus, nõ superba duritia, sed secura iustitia. Sic etiã seriptũ est, Timor Dñi, spes fortitudinis. Cùm enĩ timetur pœna quã minatur, discitur amari præmiũ quod pollicetur: ac sic per timorẽ pœnæ bona vita retinetur. Per bonam vitam bona conscietia comparatur, vt per bonam conscientiam nulla pœna timeatur. Quapropter discat timere, qui non vult timere. Discat ad tempus esse

Psal. 138. Prou. 14.

esse solicitus, qui semper vult esse securus: vt enim di-
1 Ioan. 4. cit Ioãnes, Timor nõ est in charitate, sed perfecta cha-
ritas foras mittit timorẽ. Dixit sanè, & veraciter dixit.
Si ergo habere non vis timorem, prius vide vtrum iam
perfectã habeas charitatẽ, quę foras mittit timorem. Si
verò ante istã perfectionem timor excluditur, superbia
inflat, nõ charitas ædificat. Nam sicut in bona valetu-
dine fames non fastidio, sed cibo pellitur: ita in bona
mente timor non vanitate, sed charitate pellendus est.
Cap. 11. DISCVTE itaq; cõscientiam tuam, quisquis timere
iam nõ vis. Noli superficiem compalpare, descende in
te, penetra interiora cordis tui. rimare diligẽter, vtrum
nulla ibi vena venenata tabificum amorẽ seculi sugat
& sorbeat, vtrum nulla carnalis voluptatis mouearis &
capiaris illecebra, nulla inani iactantia tumidus extol-
laris, nulla cura vanitatis exæstues: si iã iniquitatis dili-
gentia non fatigat, vtrũ æquitatis negligẽtia nulla sur-
repat. Si hęc ita sunt, rectè gaudes, gaude esse te sine ti-
Matth. 22. more. Exclusérit autẽ eum charitas Dei quẽ diligis ex
toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte tua: exclu-
serit eũ & charitas proximi, quẽ diligis tãquã teipsum.
Et ideo pro illo satagis, vt etiã ipse tecũ ex toto corde,
ex tota anima, ex tota mente diligat Deum: quia non
aliter rectè diligis & teipsum, nisi quia sic diligis Deum,
vt non propterea minus eũ diligas, quia cõuerteris vel
ad teipsum. Si autẽ quãuis intra teipsum nulla irritaris
cupiditate, quod quidem de se quis audeat gloriari: ta-
men si teipsum in teipso diligis, & de teipso tibi places,
hoc ipsum vehemẽtius timere debes, quia nihil times.
Nõ enim quacũq; dilectione foràs mittẽdus est timor,
sed recta dilectione qua tota diligimus Deum, & pro-
pterea proximum, vt sic & ipse diligat Deum. Si autem
in se diligere, & sibi placere, nõ est iustitiæ charitas, sed
superbiæ vanitas. Ac per hoc Apostolus iusta reprehẽ-
sione perculsit seipsos amãtes & sibi placẽtes. Perfecta
ergo charitas foras mittit timorem. Sed ea dicenda est
Prouerb. 3. charitas, quæ non est vilitas. Quid autem vilius quàm
homo sine Deo? Ecce quid amat qui seipsum nõ in Deo,
sed in seipso amat. Rectè huic dicitur, Noli altum sape-
Rom. 11. re, sed time. Qui enim altũ sapit, & ideo nõ timet, vtiq;
Beda. perniciosè nõ timet. Neque enim mitis & pius est, qui
seipsum in seipso amat & laudat: sed elatus & ferox, nõ
Psal. 33. nouit dicere, In Domino laudabitur anima mea, audiãt
mites, & iocundentur. Quid enim boni amat, qui fortè
hoc ipsum propter hoc ipsum amat nihil timere? potest
enim hoc ipsum sibi persuadere, nõ sanitate, sed imma-
nitate. Verbi gratia. Est aliquis audacissimus latro, quã-
to peruersè fortior, tãto periculosè crudelior, qui pro-
pter ipsum amorẽ suũ quo amat nihil timere, ingentia
facinora moliatur, vt quod amat exerceat, & exercẽdo
corroboret: quanto eius fuerint maiora commissa, tãto
maior erit nõ timentis audacia. Non hoc ergo pro ma-
D gno bono amandum est, quod & in homine pessimo
Cap. 111. inueniri potest. QVAPROPTER timeat Christia-
nus, antequã perfecta charitas foras mittat timorem:
credat & intelligat se peregrinari à Domino, quamdiu
viuit in corpore quod corrumpitur & aggrauat animã.
Tanto minor sit timor, quanto patria quò tendimus
propior. Maior enim timor debẽt esse peregrinãtium,
Matt. 10. minor propinquantium, nullus peruenientium. Sic &
Luce 12. timor perducit ad charitatẽ, & perfecta charitas foràs
mittit timorem. Timeat autẽ Christianus, non eos qui
corpus occidũt, & postea non habent quid faciant: sed
eum qui habet potestatem & corpus & animam in ge-
Psal. 18. hennam ignis occidere. Est autẽ alius timor Domini
castus permanens in seculum seculi. Non ergo eũ per-
fecta charitas foràs mittit, alioquin non permaneret in
seculũ seculi: nec frustra cùm dictum esset, Timor Do-
A mini, additum est castus: atq; ita coniunctum est, per-
manens in seculum seculi. Quare, nisi quia ille timor,
quem foràs charitas mittit, propterea pungit animam,
ne amittatur aliquid quod in creatura diligitur, vel ip-
sa salus & requies corporalis, aut aliquid tale post mor-
tem? Propterea enim timentur & apud inferos pœnæ
& dolores ac tormenta gehennarum. Cùm verò cauet
anima, ne Deus illam desertus deserat, timor est castus
permanens in seculum seculi. De quo latius dicerem,
nisi sermo iam longior & meis senilibus viribus, & ve-
stræ fortasse satietati parcere cogeret.

Item in eadem Dominica, Homi. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Quidam homo erat diues, qui habebat villicum, &c. quæ habetur inter sermones de verbis Domini, XXXV. & de verbis Apostoli, sermo XXIII.

Dominica decima, de Christiano nomine.

SERMO I.

SERMO CCXV.

B ROGO vos, fratres charissimi, vt attẽtiùs
cogitemus quare Christiani sumus, & cru-
cẽ Christi in fronte portamus. Scire
enim debemus quia nõ nobis sufficit, q̃
nomen Christianũ accepimus, si opera
Christiana nõ fecerimus: sicut ipse Dominus in Euan-
gelio dixit, Quid prodest quòd dicitis mihi, Domine,
Domine, & non facitis quæ dico? Si te militem Chri-
stianũ dicas, & iugiter cruce Christi te signes, & elee-
mosynam secundum vires tuas nõ feceris, charitatem
& iustitiam vel castitatem habere nolueris, nihil tibi
prodesse poterit Christianum nomẽ. Magna res est si-
gnũ Christi & crux Christi: & ideo de isto tam pretio-
so signaculo res magna & pretiosa signari debet. Quid
enim prodest, si de anulo aureo sigillũ facias, & putri-
C das paleas intus recondas? Quid prodest, si signũ Chri-
sti in fronte & in ore gestamus, & intus in anima crimi-
na & peccata recõdimus? Qui enim malè cogitat, malè
loquitur, malè operatur, si se emendare noluerit, quan-
do se signat, peccatum illius nõ minuitur, sed augetur.
Multi enim dum ad furtũ aut ad adulterium vadunt, si
pedẽ impegerint, signant se, & tamẽ de malo opere nõ
reuocant se: & nesciũt miseri, quia includunt in se ma-
gis dæmones quàm excludunt. Qui autem à se cũ Dei
adiutorio vitia & peccata repellit, & quod bonum est
cogitare simul & implere contenderit, iustè signũ cru-
cis labiis suis apponit, quia talia opera conatur agere,
quæ signũ Christi mereantur accipere: & quia scriptũ
est, Regnũ Dei non est in sermone, sed in virtute: & ite- 1. Cor. 4.
rum, Fides sine operibus mortua est, vt nomen Chri- Iac. 2.
stianũ non ad iudicium, sed ad remedium habeamus,
conuertamus nos ad opera bona, dum in nostra sunt
D potestate remedia. Et vt hæc, Deo auxiliante, possitis
implere, pacem & ipsi habete, & eos qui discordes sunt
ad cõcordiam reuocate. Mẽdacium fugite, periurium
velut mortem perpetuam nolite facere. Ante omnia,
sicut iam supra dictũ est, secũdum vires eleemosynam
pauperibus exhibete, oblationes quæ in altario conse-
crentur offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de
aliena oblatione cõmunicauerit. Qui possunt, aut ce-
reolos, aut oleũ q̃ in cicindelibus mittatur, exhibeant.
Symbolũ vel orationẽ Dominicã & ipsi tenete, & filiis
vestris ostendite. Nã nescio qua fronte se Christianum
dicat, q̃ paucos versus in Symbolo vel in oratione Do-
minica parare dissimulat. Filios quos in baptismo exci-
pitis, scitote vos fideiussores p̃ ipsis apud deũ extitis-
se. Et ideo tã illos q̃ de vobis nati sunt, quàm illos quos
de fonte excipitis, semper castigate atq; corrigite, vt ca-
stè & iustè & sobriè viuãt. Et vos ipsi ita agite, vt si vos
filij

filij vestri imitari voluerint, non vobiscum in igne ar-
A deãt, sed simul vobiscum ad præmia æterna perueniãt.
Qui causas audiunt, iustè iudicent: nec munera super
innocẽtes accipiant, quia munera excæcant corda sa-
piẽtium, & immutãt verba iustorum, ne fortè dum ac-
quirũt pecuniã, perdant animã suam. Nemo enim ha-
bet iniustũ lucrũ sine iusto damno. Vbi lucrum, ibi &
damnum. Lucrum in arca, dãnum in consciẽtia. Nul-
lus se inebriet, nemo in conuiuio suo cogat alium am-
plius bibere quàm oportet, ne per ebrietatẽ & suam &
illius animã perdat. Omni die Dominico ad Ecclesiã
conuenire. Si enim infelices Iudæi tãta deuotione ce-
lebrãt sabbatum, vt in eo nulla opera terrena exerceãt:
quanto magis Christiani in die Dominico soli Deo va-
care, & pro animæ suæ salute debent ad Ecclesiam cõ-
uenire? Quãdo ad Ecclesiam cõuenitis, pro peccatis ve-
stris orate. Nolite rixas cõmittere, nolite lites & scan-
dala cõcitare. Qui ad Ecclesiam veniẽs hæc fecerit, ibi
B se litigando vulnerat, vbi se orando sanare potuerat. In
Ecclesia stantes nolite verbosari; sed lectiones diuinas
patienter audite. Qui enim in ecclesia verbosari voluerit,
& pro se & pro aliis redditurus est rationem, dũ ver-
bum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. Et
decimas de fructibus vestris ecclesiis reddite. Qui fuit
superbus, sit humilis; qui erat adulter, sit castus; qui so-
lebat furtum facere, vel res alienas inuadere, etiam de
propria substãtia incipiat pauperibus erogare. Qui fuit
inuidus, sit beneuolus. Qui fecit iniuriam, citò veniam
petat. Cui iniuria facta est, citò dimittat. Quotiẽs ali-
qua infirmitas superuenerit, corp̃ & sanguinẽ Christi
ille qui ęgrotat accipiat, & inde corpusculũ suũ vngat,
Iacobi 5. vt illud q̃ scriptum est impleatur in eo, Infirmatur ali-
quis, inducat presbyteros, & orent super eũ vngentes
eũ oleo, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit
eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Vide-
C te fratres, quia qui in infirmitate ad ecclesiã cucurrerit,
& corporis sanitatẽ recipere, & peccatorũ indulgentiã
merebitur obtinere. Cùm ergo duplicia bona possint
in Ecclesia inueniri, quare per præcantatores, per fon-
tes & arbores & diabolica phylacteria, per characteres
& aruspices & diuinos vel sortilegos multiplicia sibi
mala miseri homines conãtur inferre? Sicut iam suprà
diximus, filios & omnes familias vestras admonete fra
tres semper, vt castè & iustè ac salubriter viuant. Nec
solùm eos verbis, sed etiam exẽplis ad bona opera pro-
uocate. Ante omnia vbicũq; fueritis, siue in domo, siue
in itinere, siue in cõuiuio, siue in confessũ, verba turpia
& luxuriosa nolite ex ore vestro p̃ferre, sed magis vici-
nos & proximos vestros iugiter admonete, vt semper
quod bonũ est & honestũ loqui studeant, ne fortè de-
trahẽdo, malè loquẽdo, & in sanctis festiuitatibus cho-
D ros ducẽdo, cantica luxuriosa & turpia proferendo de
lingua sua, vnde debuerant Deũ laudare, inde sibi vul-
nera videãtur infligere. Isti enim infelices & miseri ho-
mines, qui balationes & saltationes ante ipsas basilicas
sanctorum exercere nec metuunt nec erubescunt, & si
Christiani ad ecclesiã venerint, Pagani de ecclesia re-
uertũtur, quia ista cõsuetudo balandi de paganorũ ob-
seruatione remãsit. Et iã videte qualis est ille Christia-
nus, qui ad ecclesiã venit orare, & neglecta oratione, sa-
crilega verba paganorũ non erubescit ex ore proferre.
Videte tamen, fratres charissimi, si iustum est vt ex ore
Christianorũ, vbi corp̃ Christi ingreditur, luxuriosum
canticũ quasi venenũ diaboli proferatur? Ante omnia
quicq̃d vultis vobis ab aliis fieri, hoc aliis facite. Quod
vobis ab aliis nõ vultis fieri; nulli alij feceritis. Quã rem
si volueritis implere, ab omni peccato potestis vestras
animas liberare: quia & qui literas nõ nouit, istas duas
A sententias memoriter teneat, & cum Dei adiutorio o-
peribus & potest & debet implere. Et licet credãquòd
illa infelix consuetudo, quæ de paganorũ profana ob-
seruatione remãsit, iam nobis castigantibus & de locis
istis fuerit, Deo inspirante, sublata, tamen si adhuc ag-
noscatis aliquos illam sordidissimam turpitudinẽ de
hinnicula vel ceruula exercere, ita durissimè castigate,
vt eos pœniteat rẽ sacrilegam commisisse. Et si quãdo
luna obscuratur, adhuc aliquos clamare cognoscitis,
& ipsos admonete denũciãtes eis quòd graue sibi pec-
catum faciunt, quando lunam, quæ Deo iubente, cer-
tis tẽporibus obscuratur, clamoribus suis à maleficiis
sacrilego ausu se defensare posse confidũt. Et si adhuc
videtis aliquos ad fontes, aut ad arbores vota reddere,
&, sicut iam dictum est, sortilegos etiam & diuinos vel
præcantatores inquirere, phylacteria etiã diabolica &
characteres aut herbas, vel succos sibi aut suis appẽdere
B durissimè tãta eorũ peccata increpãtes dicite, quia qui-
cunq; fecerit hoc malum, perdit baptismi sacramen-
tũ. Et quia audiuimus, quòd aliquos viros vel mulieres
ita diabolus circũueniat, vt quinta feria nec viri opera
faciant, nec mulieres lanificium, coram Deo & sanctis
angelis eius cõtestamur, quia quicunque hoc obserua-
re voluerint, nisi per prolixam & duram pœnitentiam
tale sacrilegiũ emendauerint, vbi arsurus est diabolus,
ibi & ipsi damnandi sunt. Isti enim infelices & miseri,
qui in honore Iouis in quinta feria opera non faciunt,
non dubito quòd ipsa opera die Dominico facere nec
erubescunt nec metuũt. Et ideo quoscunque tales esse
cognouerit is, durissimè castigate. Et si emẽdare noluerint,
nec ad colloquium nec ad conuium vestrum eos
venire permittite. Si verò ad vos pertinent, etiã flagel-
lis cædite, vt vel plagam corporis timeãt, qui de animæ
suæ salute nõ cogitãt. Nos enim, fratres charissimi, co-
C gitantes periculum vestrum, paterna vos solicitudine
admonemus. Si nos libenter auditis, & nobis facietis
gaudiũ, & vos feliciter peruenietis ad regnum. Quod
ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto
viuit & regnat in seculũ seculorum, Amen.

In eadem Dominica, de Christiano nomine.

SERMO II.

SERMO CCXVI.

GAVDEAMVS, fratres charissimi, & Deo
gratias agamus, quia secũdũ desideria no-
stra vos incolumes inuenire meruimus. Et
verè, fratres, iustè & meritò pater gaudet
quotiẽs filios suos & corpore sanos, & in dei timore de-
uotos inuenerit. Et qa tã de vestra quàm de nostra sa-
lute duplicatũ nobis gaudiũ nunc pietas diuina cõces-
sit, quod ad profectum animarum vestrarum pertinet,
D debemus charitati vestræ suggerere. Oportet, fratres
charissimi, vt tota mentis intentione inquirere vel in-
telligere studeamus, quare Christiani sumus, & quare
crucem Christi in frõte portamus. Agnoscite & intel-
ligite, fratres, quòd non ideo Christiani facti sumus, vt
de ista tantùm vita soliciti simus: sicut enim dicit Apo-
stolus, Si enim in hac vita tantùm in Christo sperantes 1. Cor. 15.
sumus, miserabiliores sumus omnibus hominib̃. Qui
enim nõ cogitat nisi de ista tãtum modo vita, animali-
bus & pecoribus similis est. Quid enim quærũt anima-
lia, nisi manducare, bibere, luxuriari, & dormire? Tales
sunt qui plus cogitãt de carne sua, quàm de anima, qui
plus diligũt gulam ac luxuriam, quàm castitatem atq;
iustitiam. Scire debetis, fratres charissimi, quoniã ideo
Christiani facti sumus, vt semper de futuro seculo, &
de æterno præmio cogitemus: & plus pro anima quàm
pro corpore laboremus, quoniam caro nostra paucis
annis

annis erit in mundo: anima autē nostra, si bene agimus sine fine regnabit in cęlo. Si verò, quod Deus nō patiatur, mala opera exerceamus, & plus pro carnis luxuria quàm pro salute animæ laboremus, timeo ne quando boni Christiani cum angelis accipiuntur in vitā æternam, nos, quod absit, præcipitemur in gehennam. Non nobis sufficit, fratres, quòd Christianum nomen accepimus, si bona opera non fecerimus Christiana. Illi enim prodest, quòd Christianus dicitur, qui castitatem diligit, ebrietatem fugit, superbiam detestatur, inuidiā velut venenū diaboli respuit. Ille verè Christianus est, qui furtum non facit, qui falsum testimonium non dicit, qui nec mentitur nec periurat, qui adulterium non committit, qui ad ecclesiam frequentius venit, qui de fructibus suis nō gustat, nisi prius ex ipsis Deo aliquid offerat, qui decimas annis singulis erogādas pauperib⁹ reddit, qui sacerdotibus suis amorē impendit, qui omnes homines sicut seipsum diligit, qui nullum hominē odio habet. Ille verò non solum Christianus est, sed ipse Christus in illo habitat: qui stateras dolosas & mensuras duplices velut gladiū diaboli pertimescit. Ille bonus Christianus est, qui quando ad ecclesiam venit, & oblationem quæ in altario mittatur exhibet, & pauperibus secundum quòd vires habet argentum porrigit aut bucellam: qui peregrinos in domum suam excipit: qui hospitibus pedes lauat: qui non solùm lites nō concitat, sed etiam discordes ad concordiam reuocat: qui maioribus & parentibus honorem & amorē verę charitatis impendit: qui & ipse castè viuit, & filios vel vicinos suos vt castè & sobriè viuant, & verbis admonet, & exemplis docet. Ille bonus Christianus est, qui quoties sanctæ sollennitates veniunt, vt securiùs communicet, ante plures dies castitatem cū propria vxore custodit, vt sincera & secura conscientia ad altare domini casto corpore & mūdo corde præsumat accedere. Qui symbolum & orationem Dominicam memoriter tenet, & filios vel filias suas vt ipsi teneant, fideliter docet. Ecce audistis fratres, quales sint Christiani boni. Et ideo quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, vt nomē Christianū non sit falsum in nobis, nec in nobis Christi sacramenta patiantur iniuriā, sed semper opera Christiana & cogitemus in corde, & impleamus in opere. Nā ille Christianus qualis est, qui vix aliquādo ad ecclesiam venit: & quando venerit non stat vt oret pro peccatis suis, sed vt causas dicat, aut lites & rixas concitet: & si locum inuenerit vsque ad vomitum bibit, & postquā se inebriauerit surgit quasi phreneticus & insanus diabolico more balare & saltare, & incipit verba turpia & amatoria vel luxuriosa cantare. Iste talis non dubitat furtum facere, adulterium non timet admittere, falsum testimonium dicere, maledicere, periurare. Siue viri siue mulieres qui talia opera faciunt, non ad remedium, sed ad iudicium, Christianum nomē & baptismi sacramenta suscipiunt: & nisi pœnitentiam egerint, in æternum peribunt. Ecce, fratres, ostēdimus vobis quales sint Christiani boni, & quales sint mali. Et ideo quos bonos videtis, imitamini: quos verò malos esse cognoscitis, castigate semper, increpate, corrigite, vt de profectu vestro & de illorum perfectione duplicē mercedē habere possitis. Qui ergo boni sunt; casti, sobrij, humiles & benigni, Deo auxiliante perseuerent in operibus suis bonis. Qui verò opera mala faciunt, citò se cōtrigant, antequam illorum animæ de hac luce discedant: quoniam si sine pœnitētia mortui fuerint, non veniunt ad vitā, sed præcipitantur ad mortem. De qua pœna nos pius Dominus liberare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

A *Dominica vndecima, de eo quod scriptum est, Mulierem fortem quis inueniet, &c.*

SERMO I. SERMO CCXVII.

ECCLESIA catholica, fratres charissimi, nō solùm post aduentū Domini & Saluatoris nostri prædicata est, sed etiā ab initio mūdi multis figuris & sacramentis secretioribꝰ designata. Nā & in sancto Abel Ecclesia catholica fuit, & in Noē, & in Abrahā, & in reliquis vsque ad aduētum Dñi Saluatoris: de ipsa enim ait Salomon, *Mulierem fortem quis inueniet?* Quod dixit, quis inueniet, difficultatem inueniēdi, non impossibilitatem oportet intelligi. Mulier ista fortis, Ecclesia est. Quomodo non est fortis quæ ab initio mundi tātis tribulationibus fatigatur, & tamen non vincitur? Mulierē fortem quis inueniet? Quis alius, nisi Christus? Non autem eam fortem inuenit, sed inueniendo fortē fecit. B Nam vt eam inueniret, nonagintanouē dimisit in mōtibus, & quæsiuit vnam quæ errauerat, & humeris suis impositam ad ouile proprium reuocauit. *Lanam & linum fecit manibus suis.* Lanificam & linificam matronā istā sanctus sermo describit. Queris fortè à nobis, quid sit lana, quid linum? Lana carnale aliquid, linum verò spiritale significat: quia in ordine vestimentorum interiora sunt linea vestimenta, lanea verò exteriora. Lana etiam de commixtione animalium nascitur. Linū verò sine carnis voluptate de terra procreatur, ideo castitatis imaginem præferre videtur: intantum vt sacerdotes veteris Testamenti ex præcepto legis, propter castitatis indicium lineis femoralibus vterētur. Ergo in lana carnale aliquid, in lino verò spiritale significatur. Pro laude etiam pronūtur. Inuenis enim hominē porrigentē manu eleemosynas pauperi, nec tamen de Deo ibi cogitantem, sed hominibus placere cupientem; lanea vestem, quæ videri potest, habet, interiorem lineam non habet. Inuenis alium dicentem tibi: Sufficit mihi conscientia mea, Deum colo, Deum adoro; quid mihi opus est ad ecclesiā ire, aut visibiliter Christianis misceri? Lineam vult habere sine tunica. Nō nouit neque cōmendat talia opera mulier ista. Inuenit hęc mulier lanam & linum, & fecit vtile. Multi inueniunt, sed non faciunt vtile manibus suis. Cùm libenter auditis, inuenitis: cùm bene viuitis, facitis. *Brachia sua firmauit in fuso.* De fuso isto quod Dominus dederit, dicam; neq; enim ista lanificia sunt à viris aliena. In fuso lanificium signat, in lanificio bonum opus tāquam castæ mulieris & matronæ impigræ. Diligenter tamen attende in lanificio duo instrumēta, colū & fusum. In colo lana inuoluta, quæ filo ducenda transeat in fusum. Quod in colo inuolutū est, adhuc in sinistra, & nōdū in fuso est. D Quod in fuso collectū est, iā præteritū est. Opus ergo tuū in fuso sit, nō in colo. In colo enim est quod factur⁹ es, in fuso q; fecisti. Vide ergo si habes aliq̄d in fuso. Ibi enim firmātur brachia tua, ibi erit fortis cōstantia tua, ibi securus Deo dices, Da, qa dedi: dimitte, quia dimisi: fac, qa feci. Quod pēdet in colo, ad fusum traiiciēdum est, nō autē quod collectū est in fusum, ad colū reuocādū est. Ergo vide quid agas, vt habeas in fuso, vt brachia tua firmes in fuso, quod te cōsoletur, quod te confirmet, quod tibi det fiduciā deprecandi & sperādi. Sequitur. *Manus suas aperuit pauperi.* Eia fratres, exercete lanificiū sanctum. Si quis habet plenū cellarium, plenū horreū, omnia ista in colo sunt, transeant in fusum. In sinistra sunt, quādiu pauperibus non erogaueris: at vbi cœperis eleemosynam facere, transferūtur ad dexterā, & fit opus vn de vestis fieri possit. *Omnes domestici eius vestiti sunt.* Nūquid de nuditate seruorum suorum solicitus erit vir eius habens coniugem talem: Quis est iste vir, nisi Christus: aut quæ est coniunx, nisi Ecclesia? Vestiti sunt quotquot in Christo baptizati sunt. Et boni serui & mali vestiti sunt. Non cessat illa mulier omnes vestire, vt nemo queratur & dicat: Ideo non sum bene operatus, quia nō sum bene vestit⁹. *Duplicia pallia fecit viro suo.* Pallia laudes sunt, fides & confessiones. Laudas Deū, laudas hominē. Dupliciter laudas, & simpliciter laudas. Dupliciter, quia homo est & Deꝰ. Simpliciter, non vt sis fictus. Photinus, à quo hæretici Photiniani appellantur, quasi simplex palliū fecit viro suo. Solū enim hominē credidit, Christū Deū colere noluit. Existit alter texens viro suo pannosum palliū. Ait enim, Christus Deus est tantū, omnino hominis nihil habens; hoc Manichæi dicūt. Photiniani dicūt, homo tātū est. Manichęi dicūr, Deus tantū est. Ecce de quali ecclesia quàm pretiosa vestimenta procedunt. Et propterea de illa scriptū est, quòd duplicia pallia fecerat viro suo. Duplicia pallia. Cōfitemur enim Deū in homine, & hominē in Deo. B De bysso & purpura vestimēta spiritalia præparauit. De bysso candidā cōfessionē, de purpura gloriosam passionē. Byssum, cùm Deū cōfitemur, agnoscimus. Purpuras in martyribus collaudamus. Nos fratres, quibus Deus tantū bonū conferre dignatus est, vt nec de Iudæis, nec de hæreticis nascemur, sed catholicæ Ecclesiæ filij esse mereremur, quantū possumus, Deo gratias referamus, qui nobis fidē rectā, & sibi placitā inspirare vel insinuare dignatus est: & totis viribus, quia fides sine operibus nos saluare nō potest, ad spiritale lanificiū illud nostros animos præparemus. Iugiter ideo eleemosynas facientes, de colo trahere festinemus ad fusum, & de sinistra trāsferamus ad dexterā, vt per eleemosynas pauperū stolā vnusquisq; nostrūm præparet in æternū, vt, sicut dicit Apostolus, In cælesti conuiuio vestiti & nō nudi inueniamur: ne nobis dicatur, Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Sed magis ab auditu malo liberati, illam felicem & desiderabilē vocem audire mereamur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod præparatum est ab origine mundi, quod ipse præstare dignetur.

In eadem Dominica, de verbo Dei audiendo, & muliere forti.

SERMO II. SERMO CCXVIII.

ROGO vos fratres charissimi, vt secundum consuetudinē fideliū cum silentio & quiete ea quæ vobis prædicantur, accipiatis. Animus enim noster quando, donante Deo, aliquid potuerit de lectione sanctarum Scripturarū concipere, spiritalē nidū in cordibus vestris desiderat inuenire. Et ideo velut castissimi turtures diuina verba sācti spiritus feruore in nidum cordis vestri fouere contendite, ne permittatis vt in vobis semen verbum Dei peccatorū frigore cōgelescat, propter illud quod scriptū est, Abundauit iniquitas, refrigescit charitas. Estote magis, sicut dicit Apostolus, Spiritu feruentes. Quomodo eī colūbę vel turtures postquā genuerint oua, si illa permiserint refrigerari, perdent fructū iflorū: ita & vos, si conceptū verbū Dei per obliuionē refrigerari permittitis, desiderabilem fructū habere non potestis. Præstate in vobis nidū sermonibus sanctis, secundum quod scriptū est, Turtur inuenit sibi nidū vbi reponat pullos suos. Et quoniā nobis Scriptura Salomonis cōmendat mulier magnam, habentē magnū virū, dicens, Mulierē fortē quis inueniet? Ideo de hac secundū tenorem pauca quæ Deus dignatur suggerere, auribus vestris cupimus intimare. Mulierem fortē quis inuenieri Difficile est inuenire eam, & difficile est nescire eam. Nōnne ipsa est ciuitas in monte quæ abscondi nō potest? Quare ergo dictū est, Quis inueniet: cū dici debuerit, quis non inueniet? Sed tu ciuitatē in monte positam vides. Vt autē in mōte poneretur, inuenta est. Ipsa est eīn ouis illa quæ perierat. Et reuerà, fratres, ecclesia catholica est, quæ iam illustrata est, quis ergo eam non videt? Quando latebat quis eam inueniebat? Sicut enim iam dicta est ipsa ciuitas, ita & ouis quā perditā quæsiuit pastor. Ipse pastor mons est, ouis ergo in humeris eius ciuitas est in monte. Facile est eam videre collocatā in monte. Quomodo autē eū inuenires, cùm lateret inter vepres & spinas vtiq; delictorū suorū? Ibi eam quæ fisse magnū; ibi inuenisse mirabile est. Hæc eius difficilis cōmendatur inuentio, cū dicitur, Mulierem fortem quis inueniet, id est, Ecclesiā. Quis nō videt eam iam à Christo inuentā, iam eminentē iam cōspicuam, iam gloriosam, iam ornatā, iam lucidā, & vt citò explicē, toto terrarū orbe diffusam? Mulierē istam ecclesiam qui queſiuit & inuenit, Christus agnoscitur. B Et postquā eam inuenit, non solūmodo de spinis peccatorū suorū eripuit, sed etiam lapidibus pretiosis ornauit: ideo de ipsa dicitur, Pretiosior est lapidibus pretiosis; Volo aliud cōmendare charitati vestræ; quantū capitis, quantū timeo, quantū timere debetis de his lapidibus pretiosis. Sunt in ecclesia lapides pretiosi & semper fuerunt, docti scilicet abundantes scientia & eloquentia & omni instructione legis. Pretiosi planè isti lapides sunt; de ipsis fuit Cyprianus, de ipsis fuit Ambrosius, & cæteri eorum similes. Ex eorum numero quidam errauerunt ab ornatu huius mulieris.

In eadem Dominica, Homil. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant, &c. quę habetur inter sermones de verbis Domini, xxxvi.

Dominica duodecima, de reddendis decimis.

SERMO I. SERMO CCXIX.

PROPITIO Christo fratres charissimi, iam propè sunt dies in quibus messes colligere debeamus: & ideo gratias agentes Deo qui dedit, de offerendis, imò reddendis decimis cogitemus. Deus enim, qui dignatus est totū dare, decimam à nobis dignatus repetere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam, Sic enim per Prophetam ipse promisit, dicēs: Inferte, inquit, omnē decimā in horreis meis, vt sit cibus in domo mea, & probate me in his, dicit Dominus. Si non aperuero vobis cataractas cæli, & dedero vobis fructū vsq; in abundantiam. Ecce probauimus quomodo nobis decimæ magis quàm Deo proficiant. O homines stulti, quid mali imperat Deus, vt non mereatur audiri? Sic enim dicit, Primitias areæ tuæ & torcularis tui nō tardabis offerre mihi. Exod. 22. Si tardus dare peccatū est, quāto peius est, non dedisse? Et iterū dicit: Honora Dñm Deū tuū de tuis iustis laboribus, deliba ei de fructibus iustitiæ tuæ; vt repleantur horrea tua frumento, vino quoque torcularia tua redundabunt. Non præstas hoc gratis, quod citò recipies magno cū fœnore. Quæris fortè cui proficiat q; Deus accipiat redditurus? Quæris iterū cui proficiat quod pauperibus datur? Si credis, tibi proficit: si dubitas, perdidisti. Decimæ, fratres charissimi, tributa sunt egentiū animarū. Redde ergo tributa pauperib⁹; offer libamina sacerdotibus. Quòd si decimas nō habes fructuum terrenorū, quod habet agricola, quodcunque te pascit ingeniū, Dei est; & inde decimas expetit vnde viuis: de militia, de negotio & de artificio redde decimas. Aliud enim pro terra dependimus, aliud pro vsura vitæ pensamus. Redde ergo homo, quia possides: redde, quia nasci meruisti: sic enim dicit Domi- Ingenium pro ingenuoso opere.

a. Cor. 5. Matth. 22. Rom. 12. Psal. 83. Prou. 31.

nus, Dabunt singuli redemptionē animarū suarum, & non erunt in eis morbi neq; casus. Ecce habes in Scripturis sanctis cautiones Domini tui, per quas tibi promisit, quòd decimas si dederis, non solū abundantiam fructuū recipies, sed etiā sanitatē corporis cōsequeris.

Prouerb.3. Replebuntur, inquit, areæ tuæ frumento, vino quoque torcularia tua redundabūt, & non erunt in eis morbi neque casus. Cū enim decimas dando & terrena & cęlestia possis munera promereri, quare per auaritiā duplici benedictione te fraudas? Audi ergo indeuota mortalitas. Nosti, quia Dei sunt cuncta quæ percipis, & de suo non accōmodas rerū omniū conditori? Non eget Dñs Deus, non præmiū postulat, sed honorē; nō de tuo aliquid exigit quod refundas. Primitias rerū & decimas dignantur petere, & negas auare. Quid faceres, si nouē partibus sibi sumptis, tibi decimā reliquisset? Quod certè iā factū est, cū messis tua pluuiarū benedictione subtracta ieiuna defecit, & vindemiam tuā aut grando percussit, aut pruina decoxit. Quid auidè supputas? Nouē tibi partes retractæ sunt, quia decimā dare noluisti. Constat quidē, quòd ipse nō dederis, sed tamē Deus exigit. Hęc enim est Domini iustissima cōsuetudo; vt si tu illi decimam nō dederis, tu ad decimā reuoceris: scriptū est enim, Hæc dicit Dñs, Quia decima agri tui primitiæ terræ vobiscū sunt. Vidi autem, & fallere me existimastis, intus in thesauris vestris & in domib⁹ vestris erit direptio. Dabis impio militi, quòd nō vis dare sacerdoti. Cōuertimini quoq; ad me, dicit Dominus omnipotens, vt aperiam vobis cataractas cæli, & effundam vobis benedictionē meam desuper, & non corrumpā fructus terræ vestræ, neq; languebit vitis in agro vestro, & beatos vos dicent omnes gentes. Benefacere Deus semper paratus est, sed hominū malitia prohibetur: quia à Dño Deo sibi dari vult omnia, & non vult ei quæ possidere videtur offerre. Quid si diceret Deus: Meus est homo quem feci, mea est terra quā colis, mea sūt & semina quę spargis, mea animalia quæ fatigas, mei sunt imbres & pluuiæ, & ventorū flamina mea sunt, meus est solis calor: & cū omnia mea sint elemēta viuēdi, tu qui manus accōmodas, solā decimā merebaris. Sed quia piè nos pascit omnipotens Deus, amplissimā tribuit minus laboranti mercedem, sibi tantū decimā vendicans, nobis omnia condonauit. Ingrate fraudator ac perfide, diuina te voce conuenio. Ecce annus iam finitus est, redde Dño pluenti mercedē. Redime te homo, dum viuis; redime te ipse, dum potes; redime, inquā, te dū pretium in manib⁹ habes; redime te, ne dū te mors auara præuenerit, & vitā simul & prætiū perdas. Sine causa hoc dimittis vxori, quæ forsitā alterū habebit maritū. Sine causa hoc marito dimittit mulier, quia aliā sine mora cupit habere vxorē. Frustrà parentibus ac propinquis curam tuā iniungis, nemo te post mortem tuam fideliter redimet, quia in vita tu te redimere noluisti. Depone iam auaritiæ sæuiā de ceruicibus tuis, contemne crudelissimam dominā, quę dum te iugo durissimo premit, iugū Christi suscipere nō permittit. Sicut enim iugū auaritiæ in infernū premere, ita iugum Christi in cælū leuare consueuit. Decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit: & quanti pauperes in locis, vbi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, tantorū homicidiorum reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia à Dño pauperibus delegatū suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmiū cōparare, aut peccatorū desiderat indulgentiā promereri, reddat decimā, & de nouē partibus studeat eleemosynam dare pauperib⁹: ita tamen, vt quicquid, excepto victu mediocri & vestitu rationabili superfuerit, nō luxuriæ reseruetur, sed in thesauro cælesti per eleemosynā pauperū reponatur. Quicquid em nobis Deus plus quā opus est dederit, nō nobis specialiter dedit, sed per nos aliis erogandū transmisit: quod si nō dederimus, res alienas inuasimus. Et quia natale sancti Ioannis Baptistæ cum gaudio cupimus celebrare, sicut reliquis præuenientibus, ita imminēte ista tam pręclara sollennitate ante plures dies castitatem omnes omnino custodiant, vt festiuitatem illam possint omnes cum gaudio celebrare, & ad altare Domini cum libera & sincera conscientia mereantur accedere. Hoc etiam deprecor & per tremendum diem iudicij vos adiuro, vt omnes vicinos vestros, omnes familias, & cunctos ad vos pertinentes admoneatis.

In eadem Dominica, de eo quod scriptum est in Psalmo, Deus manifestus veniet, &c.

SERMO D. AVGVST. II.
Citat Beda ad Rom. 2.

SERMO CCXX.

CAPVT I. AD exhortandas mentes charitatis vestræ, pauca de præsenti Psalmo, quæ donat Dominus, gratanter accipite. De Domino nostro Iesu Christo prophetatū est in isto Psalmo, vbi audiuimus & cantauimus: *Deus manifestus veniet, Deus noster non silebit.* Psal.49. Ipse enim Dominus Christ⁹, Deus noster, filius Dei, primo aduentu venit occultus, secundo aduentu veniet manifestus. Quando venit occultus, nō innotuit nisi seruis suis; quādo veniet manifestus, innotescet bonis & malis. Quando venit occultus, venit iudicandus; quādo veniet manifestus, veniet iudicaturus. Deniq; tunc cū iudicaretur, siluit, & de silētio eius Propheta prædixerat, Sicut ouis ad immolandū ductus est, & sicut agnus coram tondēte, sic nō aperuit os suū. Esaiæ 53. Sed Deus noster manifestus veniet, de⁹ noster, & non silebit. Nō quomodo siluit, quādo iudicandus erat, ita silebit, quādo iudicaturus erit. Et nūc nō silet, si sit qui audiat. Sed dictū est, Tunc non silebit quando vocē eius agnoscent, & qui modò contēnunt. Modò enim quando dicunt præcepta Dei, quibusdā in risum veniunt. Præcepta Dei quibusdam in risum veniunt. Et quoniā quod promisit Deus modò nō ostēditur, & quod minatur modò non videtur, quod præcipit irridetur. Modò enim felicitatē quæ dicitur huius mundi, habent & mali. Infelicitatē quæ dicitur mūdi huius, habent & boni. Attendunt homines qui credūt præsentia, & non credunt futura, quoniam ista bona & mala præsentis sęculi promiscuē habent boni & mali. Si diuitias optant, vident habere diuitias & pessimos homines & bonos homines. Videt etiā si exhorrēt paupertatē & miserias huius sęculi, laborare in his miseriis nō solū bonos, sed etiā malos: & dicūt in corde suo, quia res humanas Deus nec respicit nec regit, sed omnino in intimo quodā mūdi huiʼ fūdo, dimisit nos casib⁹ volui, nec aliquā pr. uidētiā exhibet nobis. Ac per hoc fit in illis cōtemptus præcepti, quia non vident manifestationē iudicij. Hominū carnaliū peruersum iudicium. VERVNTAMEN CAPVT II. etiam modò debet quisque attendere, quia quando vult Deus respicit & iudicat. Ad horam autē non differt: quando verò vult, differt. Et vnde hoc? Quia si nunquam in præsenti iudicaret, non esse crederetur: si omnia in præsenti iudicaret, nihil iudicio reseruaret. Ad hoc enim multa seruantur iudicio, & quædam in præsentia iudicantur, vt illi qui differuntur, timeāt & conuertantur. Nō enim amat Deus damnare, sed alleuare. Et ideo patiens est in malos, vt de malis faciat bonos. Sic enim dicit Apostolus, Quia reuelabitur ira Dei super omnem impietatem, & reddet Deus vnicuique secundum opera sua. Admoneat autem & corripit

Rom.2. ripit hominem contemnentem, & dicit: An diuitias bonitatis & longanimitatis eius contēnis? Quia bonus est in te, quia longanimis est in te, quia patiēs est in te, quia differt te, & nō aufert te, contemnit, & omnino nullū iudiciū Dei putās: ignorans quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autē secundū duritiā cordis tui thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundū opera sua. Quicquid ergo homo facit modò, in thesaurum mittit, sed nescit quid colligat, quomodo diuites, qui in thesaurū terræ mittunt, quasi sciunt quid colligunt, sed nesciunt cui colligūt. Quis enim possideat diuitias eorū post mortē ipsorū, prorsus ignorant; & aliquando diuitię eorū ad inimicos eorum perueniunt. Et ideo se quisq; fraudat nolēs manducare, vt ditescat, vt alius de laboribus eius fluat & luxurietur & dissoluatur.

CAP. III. QVOMODO ergo colligunt quidem scientes, sed cui colligant, nesciunt, sic contrà in thesaurum cælestem boni quid colligant sciunt, mali quid colligant nesciunt. Bonus enim ponit in thesauro cælesti omnia opera misericordiæ quæ fecit circa homines quibus subuenit, & scit quoniā fidelis est custos, qui illi seruat omnia quæ reponit. Et nō ea videt, sed de thesauro suo certus est: quia neque aliquid à fure surripitur, neque ab hoste inuaditur, neque ab inimico & improbo & potente quasi cuicto tollitur, sed semper manebit, quia à domino potentissimo custoditur. Si enim pecunias homines fideli seruo cōmendant & securi sunt, misericórdias suas commendant potenti domino, & soliciti sunt? Nouerunt ergo, quia quicquid reponunt, totū ibi saluum est: qui fideles sunt, potentiæ domini sui fidem iungunt. Credunt enim quia seruat, & inueniunt quod seruat. Nā & homines qui pecuniā colligunt, nunquid vident arcā ipsam, aut in arca pecuniam semper colligunt & mittunt, aut infodiunt & seruant? Nō vident, & tamen quasi conscientia eorum scit, quia ibi est in loco illo vbi posuerunt. Et fortè iam fur tulit, & vanus gaudet qui inaniter reseruauit. In thesauro autem cælesti si quid posuerimus, & de nūi custodia securi sum⁹, & omnino furē nullū patimur, nec damnum aliquod sustinemus. Mali verò & ipsi mittunt in thesaurum, vt in thesauro omnia mala opera sua seruet illis Deus. Hoc est quod dixit Apostolus, Thesaurizas tibi iram in die iræ iusti iudicij Dei. Sed quoniā seruatur, quicquid mali faciunt & nesciunt: vbi venerit Deus noster manifestus, & non silebit, conuocabit ad se omnes gēnes, sicut dicit in Euangelio, & separabit quosdā ponēs ad dexterā, quosdā ad sinistram: & incipit iam tractare thesauros vtrorumque, quid quisq; posuit vt inueniat.

Psal.49.

CAPVT III. Matth.25. VENITE benedicti, inquit, patris mei, ad eos qui sunt ad dexterā, percipite regnū quod vobis paratum est ab initio mundi. Regnū cælorū, regnū sempiternū, societatē cū angelis, æternā vitā, vbi nullus oritur, neq; moritur, hoc percipite. Quando enim opera vestra in thesaurū mittebatis, regnū cælorū emebatis. Percipite regnū quod vobis paratū est ab initio mundi. Etiam ostendit illis thesauros suos. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & potastis me. Nudus eram, & vestistis me. Hospes fui, & adduxistis me. In carcere fui, & venistis ad me. Æger fui, & visitastis me. Et respondent illi: Domine, quando te vidimus in his necessitatib⁹ constitutū, & ministrauimus tibi? Et ille: Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quia ergo quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, percipite quod misistis, possidete quod emistis. Mihi enim seruatori ideo credidistis. Deinde conuertet se ad illos qui sunt à sinistris, & ostendet illis thesauros suos inanes operis boni: Ite, inquit, in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi mādūcare. Aut si aliquid inuenistis in thesauro isto, aut aliquid misistis; cogitate & reddetur vobis. Sed nūquam te, inquiunt, ipsi vidimus esurientē. Et ille: Quādo vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Fortè enim ideo mihi nō faciebatis, quia me in terra ambulare non videbatis. Tā mali estis, vt si videretis, sicut Iudæi crucifigeretis. Hodie enim mali homines qui conantur, si fieri posset, non esse ecclesias vbi illis prædicentur præcepta Dei, nónne & ipsum Christum occiderent si in terra viuentē inuenirēt? Sed audebūt dicere quasi illi qui nesciat cogitationes hominū: Domine, quando te vidimus esurientem? Et ille: Quando vni ex minimis meis nō fecistis, nec mihi fecistis. Minimos meos, egentes posuerā vobis in terram: ego tanquā caput, dicet, in cælo sedebam ad dexteram patris, sed mēbra mea in terra laborabāt, membra mea in terra egebant: mēbris meis si daretis, & ad caput peruenisset quod daretis. Et si sciretis quia minimos meos egentes quando vobis in terrā posui, laturarios vobis institui, qui opera vestra in thesaurum meū portarent: nihil in eorū manibus posuistis, propterea apud me nihil inuenistis. TVNC ergo non silebit, sed apparebit: ideo dictū est, Nō silebit. Modò autē dicit illud lector de codice, & cōtēnitur. Dicit illud de ore suo tractator aut disputator episcopus, & irridetur. Nunquid sic irrideri habet, quando ab ipso iudice potentissimo dicitur, Vnusquisque recipiet quod fecit, bonum siue malū? Tunc dicturi sunt homines sera & infructuosa pœnitentia: O si possemus iterū viuere, & quod contēpsimus audire & facere. Tunc dicēt illi quos ex aduerso constituunt iniquitates eorum, sicut dicitur in libro Sapientiæ: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid cōtulit nobis? Transierunt omnia sicut vmbra. Videtis quia pœnitebit eos: sed ista pœnitentia cruciabilis, non sanabilis. Vis habere vtilem pœnitentiam? Modò habe. Si enim modò habueris, corrigeris. Cū correctus fueris, fundetur hic thesaurus tuus, vbi colligebantur mala opera tua, & implebitur alius thesaurus, vbi bona tua colligantur. Sed fortè conuersus ad Dñm, statim morieris, opera tua nulla fortè inuenientur in illo thesauro. Planè ibi inuenies opera tua, quia scriptum est, Pax in terra hominibus bonæ volūtatis. Deus non annotat facultatem, sed coronat volūtatem. Scit quia voluisti, & non potuisti: sic te annotat quasi feceris quod voluisti. Ergo opus est vt conuertaris, ne differēdo subitò moriaris, & omnino nihil inueniatur quod in præsenti habeas, & in futuro possideas. Conuersi ad Dominum, &c.

CAP. V. 2.Cor.5. Sap.5. Luc.2.

Dominica decimatertia, de eo quod scriptum est, Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, &c.

SERMO I.

SERMO CCXXI. Eph.4.

MODO, fratres charissimi, cùm diuina lectio legeretur, audiuimus Apostolum dicētem, *Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.* Nemo ita cogitet cum Christiano loquendam veritatem, & cum Pagano mendacium. Cum proximo tuo loquere veritatem. Proximus est omnis homo, proximus tuus ille est qui tecum natus est ex Adam & Eua. Omnes proximi sumus ratione natiuitatis, & alter alteri frater. Illa spe cælestis hæreditatis proximum tuum debes putare omnem hominem, etiam antequam fit Christianus. Non enim nosti qualis futurus sit apud Deum aliquando quem rides idolum adorantem, conuertetur vt adoret Deum, fortassis religiosius quàm tu

Proximus.

qui cum paulo antè ridebas. Multi qui videntur Christiani, malè agendo & in malo opere perseuerando ab ecclesia excludendi sunt. Multi qui foris esse videntur, ita credituri sunt & in bono opere permansuri, vt in æternũ socientur Ecclesiæ. Et ideo nec illi superbiant, nec isti desperẽt, quia quæ futura sunt, scire non possumus. Omnẽ igitur hominẽ Christianũ putemus, non solũ conditione mortalitatis humanæ, qua in terra eadem sorte deuenimus: sed etiam spe illius hæreditatis, quia non scimus quid futurum sit. Qui enim Iudæus est, hæreticus, aut Paganus, fortè, sicut dictũ est, per misericordiam Dei conuertetur ad Deũ, vt inter sanctos primũ locum habere mereatur. *Irascimini, & nolite peccare.* Si propterea irasceris seruo tuo quia peccauit, ne ipse pecces irascere tibi. *Sol non occidat super iracundiam vestram:* intelligitur quidem secundum tẽpus, fratres charissimi, quia etsi ex ipsa humana conditione & infirmitate mortalitatis quã portamus, surrepat ira Christiano, nõ debet diu tenere, & fieri pridiana. Eiice illã de corde, antequã occidat lux ista visibilis, ne te deserat lux inuisibilis. Sed & aliter melius intelligitur, quia noster sol iustitiæ & veritatis Christus, non iste sol qui adoratur à Paganis & Manichæis, & videtur etiã à peccatoribus: sed ille alius, cuius virtute anima humana illustratur, ad quẽ gaudent angeli. Non ergo occidat sol iste super iracundiam tuã: id est, non deserat Christus mentẽ tuã, quia non vult Deus habitare cũ iracũdia tua. Occideris autẽ tu ab iracundia tua, quia ira cũ inueterauerit, fit odiũ: cũ factum fuerit odiũ, iam homicida es. Omnis enim qui odit fratrem suum, homicida est, sicut dicit Ioannes apostolus. Item ipse dixit:
1. Ioan. 2. Omnis qui odit fratrẽ suũ, in tenebris manet. Nõ mirũ si ille manet in tenebris à quo occidit sol. Ad hoc pertinet fortè quod audistis etiã in Euangelio, Periclitabatur nauigiũ in stagno, & dormiebat Iesus.
Matth. 8. Nauigamus in hac vita, quasi per quoddam stagnũ, & ventus est, & procellæ non desunt tentationũ: Vnde hoc fit, nisi quia dormit in te Iesus? Si non in te dormiret, trãquillitatẽ haberes intrinsecus. Quid est autẽ, quòd in te dicitur dormire Iesus, nisi quia fides tua, quæ est de Iesu, sopita est in corde tuo? Quid facies vt libereris? Excita Iesum, & dic: Magister, perimus. Euigilabit ille, id est, rediet in te fides tua, & manebit tecum in æternum. Euigilãte Christo, si tẽpestas illa immerserit, nec oppleuerit nauẽ tuã, iam fides tua imperabit ventis & fluctibus, & nõ trãsiet periculũ. Fratres, sæpe diximus, sæpe dicemus, & quandiu vixerimus dicere debemus, quia ecclesia temporis huius & paleam habet & frumentũ: nemo quærat expellere torã paleã, nisi tẽpore ventilationis: nemo ante tempus deferat aream, ne dũ fortè nõ vult peccatores sustinere, præter aream inuẽtus prius ab auibus colligatur, quã ingrediatur in horreum. Quomodo autẽ, fratres, dicamus, attẽdite. Grana cũ cœperint triturari inter paleã, se nõ iam tangũt, & quasi non se nouerunt, quia intercedit medio palea. Et quicunque longius attendit aream, paleam solummodo putat, nisi diligentiùs intueatur, nisi manum porrigat, nisi spiritu oris, idest, flatu purgante discernat, difficilè peruenit ad discretionem granorum. Hæc similitudo ad illum pertinet, qui cũ profecerit, putat quòd ipse solus sit bonus. Hæc cogitate, fratres, etiã Heliam tentauit, cũ dixit, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego remãsi solus, & quærunt animã meã. Sed quid dicit illi respõsum diuinũ? Reliqui mihi septem milia virorũ, qui nõ curuauerunt genua ante Baal. Noli, inquit, te putare solũmodo, adhuc septẽ milia sunt, quid te solũmodo putas? Intẽdat ergo mecũ sanctitas vestra, & assit misericordia Dei, audite breuiter. Quisquis adhuc malus est, non putet neminẽ bonũ esse. Quisquis bonus est, nõ putet se solũmodo esse. Tenete hoc. Ecce repeto. Videte quia dico, quisquis malus est, interrogans conscientiam suã, non arbitretur neminem esse bonũ. Quisquis bonus est, nõ arbitretur se solũmodo esse bonũ. Et non timeat bonus immixtionẽ malorũ, quia veniet tempus vt separẽtur mali à bonis. Interim sicut dictum est, qui boni sunt, sustineant malos: qui mali sunt, imitentur bonos. Nec boni in superbiã erigantur, nec mali periculosa desperatione frangantur. Modò enim qui boni sunt, possunt Deũ offendere: & qui mali sunt, si citò se emẽdauerint, possunt Dei misericordiã promereri. Cũ verò de hac luce discesserimus, nec bonus poterit vnquã malus fieri, nec malus qui est, ad bonitatẽ venire. Hæc ergo, fratres charissimi, salubriter cogitantes, pro salute animæ nostræ nõ surdi ad illud quod
Eccl. 5. nos Dñs misericorditer prouocat, dicens: Nolite tardari conuerti ad Dñm, nec differatis de die in diem. Et
Esaiæ 55. iterũ: Quærite Dñm Deũ, dum inueniri potest: inuocate eũ, dum propè est. Ille enim qui eum, dũ inuenẽdi tempus est, non quæsierit, in æternum inuenire non poterit. Sic ergo cum Dei adiutorio agere studeamus, vt præcepta & mandata Domini nostri magis nobis pariant de sequacitate remedium, quàm de transgressione iudicium, præstante eodem Domino nostro, qui cum Deo patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica, de beato Iob, & de eo quod scriptum est in Psalmo, Cantate & exultate & psallite in cithara & voce psalmi, &c.

SERMO II. — SERMO CCXXII.

BEATVS Iob, fratres dilectissimi, de quo nobis hesterna lectio recitata est, tam sanctus fuit vt in illo cõpleretur illud quod in Psalmo spiritus sanctus dixit, *Psallite Domino in*
Psal. 97. *cithara & voce Psalmi.* Non vocẽ solã, sed opera assumite: vt non tantũ cantemus, sed & manibus operemur. Qui cãtat & operatur, psallit in psalterio & cithara. Qui psallit in psalterio, diuina de cælo verba canit. Qui autem operatur manibus, humana opera perficit. Extende manus, & da pauperi, nudum vesti, hospitio recipe peregrinum. Sed cũ facis, piè ac hilariter fac. Recole illi te facere, qui dicturus est, Esuriui, & dedistis mihi mãducare. Videte qualia organa adiungãtur in similitudinibus. *In tubis,* inquit, *ductilibus.* Beatus Iob, fratres dilectissimi, ita Dei spiritu plenus erat, vt velut ductilis tuba laudes Domini dulciter decantaret. Sic eũ de talibus sonitus est, *In tubis ductilibus & in voce tubæ corneæ.* Ductiles æreæ sunt tubæ, & tundendo producũtur. Quando enim producuntũr? Quando malorum hominum persecutionem patimur, si patienter omnia sustinemus, & nunquam contra dispensationẽ Domini murmuramus, vapulando erimus tubæ ductiles ad laudem Dñi productæ, si cũ tribulatione proficimus. Tribulatio tunsio est, profectus productio est. Tuba ductilis erat beatus Iob, quãdo à diabolo percussus tãtis damnis, orbitate etiã filiorum afflictus, in nullo cõtra Dominum murmurauit. Tunsione illa tantæ tribulationis factus est tuba ductilis. Ergo audiamus si ipsa tuba bene sonuit. Audi, Dñs dedit, Dominꝰ abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Videte fratres, quomodo & quã diligenter sonuit, quàm suauem sonum dedit. Nec hoc solum sufficit, nisi adhuc tundatur. Datus est autem in potestatẽ satanę, vt caro percuteretur. Percussus est, cœpit putrescere, ita vt eum scatentes globi verminũ exararẽt. Ipse tamẽ beatus Iob quamlibet esset iustus, non tamen fuit sine peccatis. Neque enim melior erat
1 Ioan. 1. sancto Ioãne euãgelista, qui ait: Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus. Per illã enim crudelissimã pœnã minuta peccata purgabãtur. Quã rem etiã ipse intelligẽs, Deo gratias referebat, & negligẽtiarũ suarũ quasi verissimus iudex non molli linteo, sed testa radebat saniem fluentẽ. Ex omnibus tamen bonis suis, sola ei à diabolo mulier reseruatur. Suppositа est vxor Eua, quasi ad seductionẽ. Hoc erat necessariũ, vt vxor ei reseruaretur: equidẽ nõ ad solatiũ mariti, sed ad ministeriũ diaboli. Suggessit mulier blasphemiã, Iob nõ obtẽperat, sed recusat. Euã Adã in paradiso nõ repulit, repulit Iob Euam in sterquilinio. In stercore sedebat Iob, cũ flueret vermibus, atque putresceret: sed melior Iob vulneribus plenus in stercore, quã Adã integer in paradiso. Equidẽ adhuc vxor sua
Iob. 2. Eua erat, sed iã ille Adã non erat. Quid ergo dixit mulier? Blasphema Deũ, & morere. Ecce audiuimus quomodo tunditur tuba ista. Percussit eum diabolus à capite vsq; ad pedes graui vulnere, & putrescens vermibus sedebat in stercore. Audiuimus quemadmodũ tũsus est: tubæ huius ductilis vocẽ dulcẽ, si placet, audiamus. Respõdit enim vxori: Locuta es, inquit, quasi vna ex insipientibus mulieribus: si bona suscepimus de manu Dñi, mala quare nõ toleremus? O sonũ fortẽ, ô sonum dulcẽ, quẽ nõ dormientẽ excitet sonus iste? Quẽ non excitet præsumptio in Dño, vt aduersus diabolũ securus procedat in prœliũ, & non se suis viribus obtecturus, sed Dei auxilio protegendus? Ipse enim adiutoriũ dedit, qui eum tentari permisit. Nõ enim tunderet diabolus de se ipso: nihil enim facere poterit, nisi quod dispensatio diuina permiserit. De illius enim diaboli
Hiere. 50. pœna futura Propheta commemorans ait: Contritus est malleus vniuersæ terræ. Malleũ vniuersæ terræ, diabolũ voluit intelligi. De ipso malleo in manu Domini posito, id est, in potestate Dei, tundũtur ductiles tubæ, id est, animæ sanctæ, vt resonent Dei laudes. De isto malleo & iustus tunditur & peccator. Ille vt probetur, ille vt puniatur. Aut certè vt iustꝰ augeatur in bonis, & peccator corrigatur à malis. Sub isto enim malleo in manu, id est, in potestate Dñi constituto tunduntur nõ solũ humiles, sed & superbi. Sed humiles
Psal. 1. producũtur, superbi cõminuũtur vt vitrũ. Vna eadémq; tũsio bonos producit ad gloriã, malos redigit in fauillã, vt impleatur in eis illud quod scriptũ est, Et erit tãquã puluis quẽ proiicit ventus à facie terræ. De ipso enim malleo quotiens animæ sanctæ, Deo dispensante vel permittente, tunduntur, in nullo murmurant, in nullo penitùs cõtradicunt, magis humilit er velut ductilis tuba proclamant, Iustus es Domine, & iusta iudicia tua, adhuc minus patimur quã meremur: & hæc quidem dicunt animæ sanctæ. Animæ verò superbæ & peccatis obnoxiæ, quotiens aliqua aduersitate pulsantur, rebelles contra Dñm murmurare præsumunt, dicentes: De quid tibi feci? Quare tanta patior mala? Quibus in conscientia respondet diuina iustitia: Bene dicis, ô Deus, quid tibi feci? Verum est quia nihil mihi fecisti, sed totum tibi. Si enim aliquid boni fecisses, mihi feceras. Cũ verò peccata & crimina cõmisisti, tibi omnia fecisti, nõ mihi. Et quia quæcũque seminauerit homo, hæc & metet: non est iniustum quòd spinas & tribulos peccatorũ colligat qui nequitiã seminauit. Nos verò, fratres charissimi, audiamus Apo-
Galat. 6. stolũ dicentem, Seminemus quod bonũ est ad omnes, maximè ad domesticos fidei. Timeamus, ne fortè, si in carne seminamus, secundũ Apostolũ de carne metamꝰ corruptionẽ: sed ipso attestante, seminemus in spiritu, vt de spiritu metamus vitam æternam: ad quam nos Dominus sub sua protectione perducat, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica, de patientia, Sermo III. tom. 4. — SERMO CCXXIII.

Item eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Beati oculi qui vident, &c. quæ habetur inter sermones de verbis Domini, XXXVII. & in lib. quinquaginta Homiliarum, XXXVIII. & de verb. Apostoli, XI.

Dominica quarta decima, de beato Iob.

SERMO I. — SERMO CCXXIIII.

Est in appendice LXIIII.

In eadem Dominica, de beato Iob.

SERMO II. — SERMO CCXXV.

IN lectione quæ nobis lecta est, fratres charissimi, audiuimus quòd gloriosissimus Dei athleta contra hostem callidissimum admirabiliter prœliatus sit, & secundũ quod Apostolus ait; Spectaculũ
1. Cor. 4. Deo & angelis eius & hominibus dignũ non sine ingenti admiratione audire, & quodãmodo oculis fidei videre meruimus. Vidimus beatũ Iob non solũ contra felicitatem mũdi, sed etiã contra paupertatẽ & asperrimos dolores, & cõtra filiorũ orbitatẽ fortiter & feliciter dimicantẽ. Qui cũ esset diues, nullũ contẽptum habuit. Cũ penuriam pateretur, neminẽ blasphemauit, nec contra Dei dispensationem murmurare præsumpsit: sed locuples dicebat, Domus mea omnibus viato-
Iob. 31. ribus patuit, & de velleribus ouium mearum calefacti sunt humeri infirmorũ. Postea verò, cum paupertate premeretur, in angustiis loquebatur, Dñs dedit, Dñs
Iob. 1. abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Fortiter colluctatus est diabolus, sed athletam Dei superare nõ potuit. Immanes suscitauit fluctus, & firmissimam petram cõmouere non valuit. Machinationes suas adhibuit, & turrim validissimam non prostrauit. Arborem concussit, & decutere poma non valuit. Et ramos quidem confregit, sed radici nihil nocuit. Parietem perforauit, sed thesaurum auferre non potuit. Thesaurum autem dico non auri & argenti, sed fidem iusti. Hunc enim eius thesaurum diabolus diripere festinabat, quando eum omni facultate nudatum plaga intolerabili cruciabat. Vidisti augmentari fluctus, vidisti petrã firmissimam, vidisti turrim inexpugnabilẽ, vidisti Deũ gloricficatum, & diabolum conftractum, & quali nomine hunc iustum appellem, ignoro. Athletam cũ vocẽ? Sed præcellit tantarũ copia coronarum. Petram eum dicam? Sed firmiorem video. Militem appellabo? Sed robustiorem cerno constantia. Turrim eũ nominabo? Sed eminet sapientia. Arborem eum dicam? Sed decoroſior inuenitur. Fructũ illũ appellem? Sed pretiosior demonstratur. Thesaurũ eũ nominabo? Sed copiosior esse dignoscitur. Et quali vocabulo appellem sanctum illũ, non inuenio. Audiant hæc diuites, audiant hæc pauperes, quemadmodum hic beatus in diuitiis suis & felicitate benignus dispensator extitit diuitiarum, & in tentatione paupertatis patienter & fortiter tolerauit. Vides igitur non esse impossibile diuitem esse in operibus bonis, & pauperem per patientiam egestatis posse esse beatum. Nolo mihi dicas, quia paupertatem timeo. Paupertatem times, & peccatum non metuis? Nolo timeas paupertatem: sed iniquitatem time, quæ mater est tormentorũ. Dominus à te stipendiũ postulat, & dare ei non vis. Cùm enim audis eum dicentẽ:
Matth. 25. Quamdiu fecistis vni ex minimis istis, vtiq; si tribuas pauperi, Christo fœneras. Si contrahis à paupere manum tuam, quomodo & qua fiducia in illa die & tu à

Domino misericordiam postulabis? Nonne arguet te, dicens: Vidisti me nudũ, & non operuisti; esurientem, & non pauisti? Quid tu ad hæc respondebis, & quam veniam deprecaberis? Nõne conscientia tua reũ te faciet, & obmutesces? Et tu quidẽ multis & pretiosis vel exquisitis deliciis interdũ vsque ad crapulã satiaris, & pauperi vnde esuriem repellat, vel cibum simplicẽ dissimulas erogare. Vestibus etiam nimiũ pretiosis indutus incedis, & pauperi nudo nec vilissimũ tribuis vestimentũ. Domũ tuã in omni põpa cõponere vel ornare cõtendis, forsitan nec in angulo eius peregrinum vel pauperẽ recipis. Sed qui talis est, cũ ei irreuocabilis aduenerit finis, si pœnitentia non subuenerit, perget ad inferos nudus bonis operibus, remanente domo cum omni ornatu suo in testimoniũ auaritiæ suę. Vnusquisque enim prætereuntiũ dicet, Hæc domus illius fuit raptoris, prædonis, auari. Quantas viduas afflixit, quãtos orphanos denudauit, quantos miseros fecit, vt hãc domũ tantis expensis de iniquitate quæsitis regeret. Sed dicet aliquis: Nobilis sum, & in honore constitutus. Nobilitatẽ nemo reprehendit, de istis dignitatib⁹ nemo disputat, quæ à Deo bene hominibus concedũtur. Diuites ergo in honoribus cõstitutos si iustè & castè & misericorditer vixerint, reprehendere nemo debet. Illi verò dolendi sunt & lugendi qui inflati superbia dignitatũ, putãt se immortales cũ ipsa dignitate futuros, & non cõsiderãt cõditionem suã, quia de terra sunt, & in puluerẽ redigentur, & pro parua lætitia vitę huius (si tamẽ lætitia vel vita dicenda est) perpetua sustinebunt tormẽta. Attendis pauperẽ, & despicis, & nõ recogitas quoniã homo est sicut & tu. Homo chara & amica possessio Dei, homo cuius causã firmatum est cælum, & extensum est mare, fundata est terra, propter quẽ sol oritur & occũbit, luna crescit & deficit, astra micantia surgunt. Tu ne ergo cõtemnis hominẽ pauperẽ, propter quem Deus talia & tanta constituit? Ad extremũ vt adhuc amplius dicã, propter quẽ Dei filius humanã carnẽ assumpsit, opprobria & flagella sustinuit, crucẽ pertulit, & flagelli amaritudinẽ sensit, mortem gustauit, ad inferna descendit, & eos qui à diabolo detinebantur obnoxij, sanguinis sui pretio liberauit. Ecce quanta & qualia humano generi pietas diuina concessit. Videte ergo, si iustũ est, vt à nobis pauper quisq; despiciatur, cui tot beneficia pietas diuina largitur? Amemus ergo, fratres charissimi, & non despiciamus pauperes vel peregrinos, ne nos ille despiciat qui propter nos pauper factus est, cũ esset diues. Cõsiderate fratres, & diligenter attendite, quia ab initio nullum pauperẽ despicere voluit Deus. Nã sicut in Scripturis diuinis frequẽter & diligenter audistis, vt superbiã & vanitatẽ mundi reprimeret Deus, non elegit rhetores, non eloquẽtes, nõ cõsules, non diuites, non potentes, quibus verbi secreta cõmitteret: sed aut opiliones, sicut Patriarchas & beatum Dauid: aut piscatores, sicut beatũ Petrũ, vel reliquos Apostolos, vt per infirma destrueret fortia, & per humilia excelsa & superba deiiceret. Amemus ergo pauperes, vt cũ illo partẽ habere possimus, qui dixit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Nã quia genus humanum per superbiam mortale vulnus acceperat, Christus medicamentũ humilitatis exhibuit. Noli ergo despicere humilẽ pauperem: qui cũ sibi pauper sit, facere te diuitẽ potest. Qui enim diuites sunt, imitẽtur beatũ Iob humiliter largas eleemosynas facientem. Non extollantur in prosperis: & si siniistrum aliquid, Dño permittente, pertulerint, non deprimantur aduersis; & in nullo contra Dei iudicia murmurantes, sed humili & pia cõscientia cum beato Iob dicant, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum: cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto, in cuncta secula seculorũ, Amen.

Item in eadem Dominica, Homil. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Et factum est dum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariam, &c. quæ sumpta est ex libro secundo de quæstionibus Euangeliorum, tom. 4. capite 40. Et, de verbis Apostoli ad Gal. 5. Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Caro enim cõcupiscit, &c. sermo 43. De verbis Domini Item de verb. Apostoli, sermo 3.

Dominica quintadecima, de beato Tobia.

SERMO I. SERMO CCXXVI.

Est in appendice sermo LXV.

In eadem Dominica, de faciendis eleemosynis.

SERMO II. SERMO CCXXVII.

ACIENDIS eleemosynis, fratres charissimi, charitatem vestram admonui, & cõsilium dare præsumpsi. Et licet apud plures, Deo inspirãte, profecerit admonitio nostra, timeo tamẽ ne sint aliqui qui aut minus faciant quã possint, aut nec fortè faciant. Sed dicit aliquis: Pauper sum, ideo elemosynã dare nõ possum. Vt nullus se pauper excusare posset, Dominus & Saluator noster pro calice aquæ frigidæ mercedem se redditurum esse promisit. Dicis ergo, Pauper sum. Si nihil amplius habes in substantia tua, quã tibi aut in victu aut vestitu rationabili aut mediocri sufficiat, sola tibi potest bona voluntas sufficere. Sed rogo te, diligenter conscientiã tuã interroga, ne fortè aliquotiens per ebrietatẽ perdas quod per eleemosynam dare potueras: ne fortè per gulam studeas in terra consumere, quod per eleemosynã debueras in cælũ recondere. Ne fortè delicias præparando, ornamenta ad luxuriã cõparando, nõ habeas q̃ pro remedio animæ tuæ possis pauperibus erogare. Et cùm pretiosæ vestes nostræ à tineis soleant deuorari, pauperes nec vilia vestimenta merentur accipere. Si ergo ista omnia impedimenta non aggrauãt animam nostram, & hoc solum habemus quod nobis vel nostris sufficere possit, non apparebimus rei, si eleemosynam pauperibus non erogamus. Si verò, vt iam dictũ est, frequenter luxuria deuorat quod misericordia in cælo thæsaurizare potuerat; corrigamur dũ tẽpus est: & quod hucusque aut nõ fecimus aut fortè minus quã oportuit fecimus, implere totis viribus studeamus. Et ideo, ô anima Christiana, quæ mecum audis & legis, adiuua te cõsilio sanctissimi Danielis. Sic enim ait; Cõsiliũ meũ accipe, & peccata tua eleemosynis redime. Quod cõsilium si non libenter audieris, ad cælum sine causã pulsabis. O anima, quæ intra carneos & fragiles parietes habitas, vigila, ora, pete, quære, pulsa. Vigila, inquã, petendo, ora quærendo, pulsa operando. Vigilanti tibi & petenti respõdet Dominus, Ecce adsum. Si transieris per ignẽ, tecũ est Dñs tuus, & flamma non ardebit in te: quia sicut aqua extinguit ignem, sic extinguit eleemosyna peccatum. Si ergo aperueris pauperibus manus tuas, Christus tibi aperiet iancua suas, vt paradisi possessor introeas. Si fortè putas, quòd finis mundi tardius veniat, vel tuum cõsidera finem. Ecce paulatim deficit mundus, subtrahuntur omnia bona quæ fuerant, & accedunt mala quæ non erant. Quotidie quod prædixit Dei sermo, completur, & nec sic homo mutatur. Accipe ergo consilium, dum in manibus tuis habes pretium tuum. Dona tibi de tuo dum tuum est: quia fragile est quod tenes, & cæterorum est quod attendis. Considera quale pro te pretium dederit Dominus tuus, sanguinem fudit. Charum te habuit, quem tam caro pretio comparauit. Diuitis purpurati fuge frater exemplum, cuius canes pauper Lazarus suis vulneribus pauit, & micas cadentes de mensa diuitis non accepit. Sed post non longũ tẽporis interuallũ mutatæ sunt vices. Pauper beatitudinẽ emit mendicitate, & diues suppliciũ facultate. Ille in Abrahæ gremio ab angelis eleuatur, diues verò ad inferni profunda perducitur. De quo loco vidit diues pauperem imò iam pauper diuitem. Desiderat guttam, qui negauerat micam. Hæc ergo cogitent diuites, qui facultatibus suis se redimere nolũt, ne similia patiantur. Diues fuit ille, de quo nunc loquimur. Sunt & hic diuites, ad quos nunc loquimur. Vnius sunt nominis, caueant ne sint vnius conditionis. Ergo inter diuitem purpuratũ, & Lazarũ vlcerosum mutatæ sunt vices. Diues perdidit quod habebat, pauper cœpit esse quod non erat. Diues ille in seculo apothecas plenas reliquerat, & in inferno guttãm ardens petebat, & impetrare non poterat. Attendite fratres. Totum diuitis corpus flammis gehennæ consumitur, & sola lingua amplius cruciatur. Ideo sine dubio in lingua maiorem sentit ardorem, quia per eam superbè loquẽdo contẽpserat pauperem. Ipsa enim lingua quæ noluerat dicere, vt eleemosyna pauperi donaretur, gtauiùs gehennę flãmis exuritur. Clamauit enim & dixit, Pater Abrahã, mitte Lazarũ vt intingat digitũ suũ, & refrigeret linguã meã. O diues, qua fronte quæris guttam, qui noluisti porrigere micam? Iustè nunc exigeres, si dedisses. O mundi bona, apud inferos mala! Accesserunt ad seruitiũ diuitis ignes, & ad obsequium sæui tortores. Patitur duros tartarorũ ministros. Torquetur & clamat, O iuste & integer iudex, vel secundũ peccata mea cõpensentur supplicia ista, vel contra spatia annorũ meorum quibus habui bona, mala recipiam, aut certè in duplum vel quadruplũ. Cur per tot milia annorũ mè teneri iubes in flãma? Peccatorũ meorũ sum nexibus alligatus, ne fugiã. Per momenta compungor, vt doleam. Sæuit in me ignis, & non parcit, cruciat & reseruat: nec totũ est quod punit, cui sæuum est q̃ ignoscit. Post illas lamentabiles voces, potuit ei sine dubio responderi, Quid faciam tibi? Eleemosynas non fecisti, quæ peccatorum tuorũ pœnas extinguerent. Clamauit tibi Scriptura, & non audisti. Propheta non tacuit, Apostolus prædicauit, Euangeliũ tonuit. Annunciatũ est suppliciũ impiorũ, iustorũ præmiũ est repromissũ. Tu vmbras & nebulas seculi huius tenere te credens, diuina præcepta velut inanes fabulas respuisti. Interueniãt pro te pauperes, & quicquid petieris, dono. Sed iusto iudicio vicem tibi reddo: quia iudiciũ sine misericordia ei qui non fecit misericordiã. Non tibi poterit præstare iustitia mea, nisi quod merẽtur opera tua. Sine causã mortuus in potestate aliena positus clamas, qui eo tẽpore quo potuisti cùm mevideres in paupere, cæcus eras. Fratres mei, manu Dei formati, magno mecum pretio comparati, audite consilium Domini Dei nostri, implete desiderium pontificis vestri, vt cum ipso accipiatis hæreditatem in regno patris vestri. Ex seruo factus es amicus. Contemne quod natus es, fac tibi vicem cum Christo. Quare non accipiat partem de substantia tua, qui tibi præmia præparauit æterna? Quare non accipiat vel decimum, qui contulit totũ? Contra terrenum patrimonium Deus offert cælum. Sic enim ait, Venite benedicti, percipite regnum, quia esuriui, & dedistis mihi manducare. Tunc vos, si modò eleemosynas largiter fidelitérque facitis, feliciter dicere poteritis: Domine, quando te vidimus esurientem, & ministrauimus tibi? Quid est hoc, fratres? Conuenit fidelis debitor, & creditores excusant? Tũc vobis respondebit pater, Dominus & amicus, cum quo fecistis cæleste commercium: Quãmdiu fecistis vni ex minimis meis mihi fecistis. Nõnne ego quæ accepi, terrena accepi? Cælestia reddã, dabo æternum præmiũ, & ad partẽ dexterã regnũ. Non quia nõ peccastis, sed quia pecata vestra eleemosynis redemistis. Rogo vos, fratres, vt ista recipiantur in animis vestris, & ita proficiat peregrinis, vt ante tribunal æterni iudicis, & mihi pro benigna admonitione venia, & vobis pro eleemosynarum largitate æterna gloria tribuatur, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor cũ patre & spiritu sancto in secula seculorũ, Amen.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Nemo potest duobus dominis seruire, &c. quæ habetur lib. secundo de sermone Domini in monte, cap. decimoquinto, tom. 4. Et de verb. Apostoli ser. XXI. & XXII.

Dominica sextadecima, de Iudith.

SERMO I. SERMO CCXXVIII.

Est in appendice LXVI.

In eadem Dominica, de Iudith.

SERMO II. SERMO CCXXIX.

Est in appendice LXVII.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Ibat Iesus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim, & cætera: quæ habetur inter sermones de verbis Domini, XLIII. Luc. 7.
Item de epistola, ser. VII. de verb. Apostoli.

Feria quarta, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Cùm venisset Iesus ad turbas, accessit ad eum, et cætera. Et de ieiunio & oratione. Matth. 17.

SERMO I. SERMO CCXXX.

ADVERSVS dæmonum nequitiam, quę nobis Dñs arma ostendit, debemus vtique retinere. Hoc, ait, genus in nullo eiicitur, nisi oratione & ieiunio. Hæc cùm plena fide exercentur, pietas est. Pietas autem ad omnia vtilis est, professionem habens vitæ præsentis & futuræ. Inspiciamus ergo vtiliter orationis fructus & ieiunij, quia ipsa sunt arma aduersus improbas cogitationes. Ieiuniũ purgat mentem, subleuat sẽsum, carnem spiritui subiicit. Ieiunium cor facit cõtribulatum & humiliatum quod Deus non spernit. Ieiunium concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verum lumen accendit. Ieiunium verbositatem non amat, diuitias superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem commendat, præstat homini seipsum intelligere quod est infirmum & fragile: atque dum ita se intelligit imbecillem, aptiorem virtutẽ Dei adiutorem, quærit & accipit. Quærit autem per frequẽtes orationes & obsecrationes. Oratio quidẽ est refectio ieiuniorũ, aduocat gratiã spiritus sancti. Oratio duritiã cordis mollit, austeritatẽ tẽperat, ieiuniũ dulcificat. Sicut enim sine potu nõ est plena refectio, sic & ieiuniũ sine oratione nõ potest animã perfectè nutrire. Quid autẽ oratio, nisi ascensio animæ de terrestribus ad cælestia, inquisitio supernorũ, inuisibiliũ desideriũ? Abeat dissensio secularium morum, quib⁹ premitur mens humana quotidie. Oratio coniunctio spiritus sancti: si tamen orationi intẽtus sit animus: sicut clamat Propheta, Sitiuit in te anima mea quã multipliciter tibi & caro mea. Quid autẽ sitiendum est, sequitur: Vt videat virtutẽ. Crẽdite mihi, si ad vidẽdam plenam virtutẽ Dei, plenè sitiant animæ humanæ substantiæ, nec fastidio victa dissimulet, replebitur adipe & pinguedine spiritali. Et sitiens illam Dei visitationẽ sensu proprio cum fide clamabit: Adhæsit anima mea post te, suscepit me dextera tua. Ieiuniũ inertiam tollit de anima, impedimenta carnalia aufert. Oratio verò perseuerãs iungit Deo; atq; ita gaudens assistere se Dño gloriatur. Adhærens autẽ anima mea Domino, incipit securitatem habere & libertatem, nec pauores sustinet timoris. Suscepta anima tanto patrocinio dexteræ Dei, Psal. 62.

Matth. 25.

Dei, quomodo poterit noceri ab aliqua potestate? Sicut scriptum est, quòd nemo illud rapit de manu patris; hoc præstat iciunium, hoc præstat oratio.

Dominica decimaseptima, de ebrietate vitanda.

SERMO I.

SERMO CCXXXI.

LICET proprio Christo, fratres charissimi, credam vos ebrietatis malum velut inferni foueam expauescere, & non solum ipsi non velitis amplius bibere, sed nec alios adiurare vel cogere plus quã oportet accipere: tamen non potest fieri, nisi sint aliqui negligentes qui sobrij esse non velint: vos qui semper conuiuia sobria exhibetis, nolite ad nostram iniuriã reuocare, quia nobis necesse est aliquos ebriosos arguere. Cùm enim fratres charissimi, ebrietatis malũ sit graue vitiũ & Deo odibile, ita per vniuersum mundũ à pluribus in consuetudinẽ missum est, vt ab illis qui Dei præcepta cognoscere nolunt, iam nec putetur nec credatur esse peccatũ: intantum vt in conuiuiis suis irrideant eos qui minus bibere possunt, & per inimicam amicitiam adiurare homines non erubescũt, vt potum amplius accipiant quã oportet. Qui enim alterũ cogit, vt se plus quã opus est bibendo inebriet, minus malũ ei erat, si carnem eiº vulneraret gladio, quã animam eius per ebrietatẽ necaret. Et quia corpora nostra terrena sunt, quomodo pluuia nimiũ grandis & diuturna si fuerit, terra infunditur, & in lutũ resoluitur, vt nulla in ea cultura possit fieri: sic & caro nostra quando abundantiori potu fuerit inebriata, nec spiritalem culturã accipere, nec fructus animæ necessarios poterit exhibere. Et ideo quomodo omnes homines sufficientem pluuiã in agris suis accipere desiderant, vt & culturam valeant exercere, & de fructũ vbertate gaudere: ita & in agro corporis hoc tantũ deberent bibere quod oportet, ne per nimiã ebrietatem ipsa corporis terra velut in paludem conuersa, magis vermes & serpentes vitiorum generare, quã fructus bonorũ operũ possit afferre. Omnes enim ebriosi tales sunt, quales paludes esse videntur. Quod enim in paludibus nascatur, non ignorat charitas vestra: totum quod ibi nascitur, nullum fructum habere cognoscitur. Nascuntur ibi serpentes, sanguisugæ: nascuntur ibi ranæ & diuersa genera vermiũ, quæ magis horrorem possunt generare, quã aliquid quod ad victum proficiat exhibere. Illæ enim herbæ vel arbores, quæ aut in ipsis paludibus, aut circa ripas earum nasci solent, nihil vtilitatis habere videntur, in tantum vt in annis singulis incẽdio cõcremẽtur. Videte quod de ebrietate nascitur, igni præparatur. Tales enim sũt, sicut iã dixi, omnes ebriosi, quorum prandia ducuntur vsq; ad noctẽ, quorũ cœnas lucifer videt, qui stare non possunt, etiam cùm videntur esse iciuni, quorũ sensus tardi, graues, obtusi, & quodãmodo iam sepulti. Denique in ipsa frequẽter ebrietate nec seipsos, nec alios recognoscunt, nec ambulare valent, nec stare, dicere aliquid vel audire quod ad rationem pertineat, omnino non possunt. Frequenter etiam vsque ad vomitum ingurgitare se non erubescunt, & ad mensuras sine mensura bibere. Maiora enim pocula prouidentur, certa bibendi lege cõtenditur, qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine. Inde lites & rixæ nascuntur: inde diuersis & horrendis saltationibus membra torquentur: inde adulteria & nonnunquam homicidia perpetrantur. Et quotiens nimium potũ accipiunt, tãquam in paralysim resoluti, dum suis pedibus ambulare nõ possunt, fœdissima latera aliorũ manibº portantur ad lectũ. Et est in illis oculorum caligo, vertigo, fatigatio & dolor capitis, suffusio vultus, membrorum omnium tremor, animæ ac mentis stupor. In talibus impletur quod scriptũ est: Cui væ, cui tumultus, cui iræ, rixæ, cui sine causa vulnera, cui suffusio oculorum? Nónne his qui morantur in vino, & eis qui inuestigant vbi potus fiunt, & student calicibus epotandis? Sed illi qui tales esse volunt, miserabiliter se excusare conantur, dicentes: Ingratũ habeo amicũ meũ, si quotiens illum ad conuiuiũ vocauero, potũ ei quantum voluerit, ipse non dedero: & non sit tibi amicus, qui te Deo vult facere inimicum, qui & tuus & suus est inimicus. Si & te & alium inebriaueris, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicũ. Et ideo sapienter considera, si iustũ sit, vt te à Deo separes, dum te ebrioso coniũgis. Ad extremũ tu eum noli adiurare, noli cogere: sed in potestate illius dimittẽ, vt quantũ sibi placuerit bibat: & si se inebriare voluerit, vel solus pereat, & non ambo pereatis. O infelicitas generis humani, quàm multi inueniuntur qui ebriosos & luxuriosos amplius quàm oportet cogunt bibere, & ante ostiũ pauperibus petẽtibus vel vnum calicem diffimulant dare; nec attẽdũt, quia illud quod luxuriosis videntur ingerere, Christus in pauperibus deberet accipere, qui dixit: Quod fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Sed qui tales sũt, quando alios in nimio potu sepeliunt, pauperi eleemosynam petenti dicunt, Vade vade in ante, & dabit tibi Deº: & vtique dum ambulauerit homo, ei daturus est. Quid est ergo quod dicit, Vade in ante, & dabit tibi Deus: nisi, Vade ad illum hominẽ qui habet Deũ, quia daturus est Deus: Ac sic ore suo ipse confitetur, apud se Deũ non esse, quo inspirante possit erogare pauperibº. Rogo, fratres charissimi, diligenter attendite & videte, quia quando animalia ducuntur ad aquam vbi saturauerunt sitim suam, etiam si supra aquã ipsam diutius teneantur, repleta siti bibere nolunt omnino, nec possunt. Considerent ebriosi, si non peiores animalibus iudicandi sunt. Cùm enim animalia amplius quàm eis opus est, bibere nolunt, illi & duplũ & triplũ eis quàm expedit, potũ accipiũt. Et vnde trium aut quatuor dierum refectionẽ potuerant rationabilem habere, vno die cum grandi peccato contendunt perdere potius, quã expendere propter inuidiam aut ebrietatem: atq; vtinam potum tantummodo perderent, & non etiam ipsi perirent. Quantum mali in se habeat ebrietas rex magistrum pistorum cruci appendi fecit propter inuidiam aut ebrietatem. Populus autẽ Iudæorum, de quo scriptũ est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere: postquã vinum plus quàm oportebat accepit, idola sibi fabricari fecit, & in honore ipsorum idolorum cœpit phrenetico choros ducere more, diuersis saltationibus mẽbra torquere. Herodes quoq;, vbi nimio vino concaluit, ad vnius puellæ saltationem sanctum Ioannẽ Baptistam interfecit. Quid adhuc de ebrietatis malo nascatur, spiritus sanctus per Salomonẽ testatur, dicens: Vinum, inquit, & mulieres apostatare faciunt à Deo sapientes, & arguunt sensatos. Et iterum: Ne intuearis vinũ quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius. Ingreditur eũ blandè, & in nouissimo mordebit vt coluber, & quasi regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuũ loquetur peruersa. Paulus etiã apostolus contra ebrietatis malũ nos admonet, dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Iterum atque iterum quid mali in se ebrietas habeat, eis qui illam diligunt sanctarum Scripturarum testimoniis euidenter ostendimus. In Salomone scriptum est: Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. Et iterum: Noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas; ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum Dei, & mutent

Prouer.23.

Eccl.19.31. & 32.

Eccl.19.

Pro.23.

Ephes.5.

Prou.31.

mutent causam filiorũ pauperũ. Item hic ait: Operariº ebriosus non locupletabitur. Et iterũ: Vinum si bibas moderatè, eris sobriº. Itẽ illic: Vinũ in iucũditatẽ creatum est, non in ebrietatẽ ab initio. Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potãtum, & sanitas corporis & animæ. Vinũ multum potatũ, ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciẽs vulnera. Sed quando ista suggerimus, fortè irascuntur cõtra nos, & murmurãt ebriosi: quãtis nõ dẽsint qui irascuntur, Deo tamẽ propitio multi erũt qui libenter salubre cõsilium audiẽtes, de isto tam graui peccato per Dei misericordiam liberabuntur. Ipsi tamen qui cõtra coalumnam & amicam suã ebrietatem loquẽtibus irascũtur, libera à nobis voce audiãt: quia quicũque ebriosus pœnitentiã de ipsa nõ egerit, sed vsq; ad mortẽ suam in ipsa ebrietate permanserit, in æternũ profectò peribit: quia nõ mentitur spiritus sanctus per Apostolum, dicens: Neque ebriosi regnũ Dei possidebunt. Et ideo quicũque sunt ebriosi, melius faciũt vt non nobis, sed sibi potius irascantur, & cum Dei adiutorio de luto fecis se excutiant: vel de cloaca ebrietatis, dũ adhuc tempus pœnitendi est, festinent, quanta possunt celeritate, Deo auxiliante, consurgere, & totis animæ viribus cum Propheta supplicantes Domino dicant: Eripe me de luto, vt nõ inhæream. Et illud: Nõ me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Ebrietas enim quasi inferni puteus, quoscunque susceperit, nisi digna subuenerit pœnitentia, & emendatio fuerit subsecuta, ita fortiter sibi vendicat, vt eosdem ipsos de inferni tenebrosò puteò ad charitatis vel sobrietatis lucẽ redire sine pœnitentia nõ permitttat. Sed hic ante omnia intelligere & scire debemus, quia non vna die efficiũtur homines ebriosi: sed cũ paulatim adiurantibus & cogẽtibus crudelissimis inimicis potius quàm amicis, per singulos dies, singulos aut binos calices ad potum cõsuetudinarium addunt. At vbi hoc in sum miserint, ita eos ipsius ardor ebrietatis occupat, vt illos semper sitire compellat. Sed qui se de hoc malo desiderat liberare, quomodo sibi interuallo dierũ potum addendo ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucẽ redeat. Qui si semel totũ quod amplius accipiebat, subtraxerit, vbi nimia siti cœperit exardescere, cũ grandi amaritudine clamat & dicit, Malle se mori, quàm sibi bibẽdi vel inebriandi consuetudinem tollere: nec attendit quod tolerabilius erat illi in carne mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. Et ideo vt nec ardorem nimium patiatur, & de tã grauimalo, quod patitur, liberetur, sicut iam dictum est, per interualla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat, quousque ad rationabilem bibendi cõsuetudinem redeat. Qui hoc ita, vt diximus, per partes subducere voluerit, & de ebrietate liberabitur, & illã intolerabilem pœnam non patietur. Ergo, fratres charissimi, dum hæc suggero, me absoluo apud Deum. Quicunque me audire contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suo alios adiurare vel cogere voluerit, & pro se & pro illis in die iudicij reus erit. Et quia, quod peius est, aliqui etiam clerici, qui hoc deberent prohibere, ipsi cogunt bibere aliquos plus quàm expedit, amodò incipiant & seipsos corrigere, & alios castigare, vt cùm ante tribunal Christi venerint, nec de sua nec de aliorũ ebrietate incurrant supplicũ. Sed magis dum & ipsi se emẽdant, & alios castigare nõ cessant, peruenire ad æternum præmium mereantur. Et illud ante omnia rogo, & per tremendũ diem iudicij vos adiuro, vt quotiescũque vobis inuicem conuiuia exhibetis, illam fœdam cõsuetudinem per quam grandi mensura sine mensura tres homines aut volẽtes aut inuiti solebãt bibere, tanquã venenum diaboli de vestris conuiuiis respuatis: quia ista infelix cõsuetudo adhuc de Paganorũ obseruatione remansit. Et quicũq; hoc in suo conuiuio aut alieno fieri acquieuerit, diabolo se sacrificasse non dubitauerit. De qua bibitione nõ solùm anima occiditur, sed etiã corpº debilitatur. Sed credo de Dei misericordia, quòd ita vobis inspirare dignabitur, vt tã lugendũ & etiã erubescendũ malũ ita vobis in horrorẽ veniat, vt illud nunquam fieri permittatis, sed quod in illa ebrietate periturũ erat, in paupẽrũ refectionẽ proficiat, præstãte Domino nostro Iesu Christo: qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum, Amen.

1.Cor.6.

Psal.68.

In eadem Dominica, de ebrietate vitanda.

SERMO II.

SERMO CCXXXII.

REQVENTER charitatẽ vestrã, fratres charissimi, paterna pietate admonui, vt ebrietatis malũ, tanquã inferni foueã, vitare vel fugere deberetis. Et licet apud plures proficeret castigatio, quàm multi tamen sunt qui nec Deũ timẽt, nec eos qui honesti sunt vel sobrij, reuerẽtur, & tantũ bibunt, vt interdum necesse habeant viscera nimio potu plena per vomitũ relaxare: & tanquã fractæ naufragę naues, ita ipsius ebrietatis fluctibus fatigãtur, vt nec vbi sunt, recognoscãt, & dicere aliquid vel audire, quod ad rationem pertinet, omnino non valeant. Illud verò quale est quòd ipsi infelices ebriosi, quãdo se nimio vino ingurgitant, ridẽt & vituperant eos qui rationabiliter hoc tantùm quod sufficit bibere volunt, dicentes eis: Erubescite, & verecundia sit vobis, quare non potestis bibere quantũ nos? Dicunt enim eos non esse viros. Et videte miseriam ebriosorũ. Se dicũt esse viros qui in ebrietatis cloaca iacent, & illos nõ dicunt esse viros qui honestè & sobriè stant. Iacent prostrati, & viri sunt: stant erecti, & viri non sunt? Victor ebrietatis vituperatur, & victus ebrietate laudatur. Irridetur sobrius, qui & se & alios potest regere: & non irridetur, imò non plangitur ebriosus, qui nec se nec alios potest agnoscere. Solent ebriosi ita se excusare, vt dicãt, Persona potens me coẽgit, vt amplius bibam, & in conuiuio regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus: & quod implere nolumus, non potuisse nos dicimº. Nolle in culpa est nostra, & nõ posse prætẽditur. Et etiã si ad hoc veniretur, vt tibi diceretur, Aut bibas aut morieris: melius erat vt caro tua sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falsò obiicitur. Ipsi enim reges & quicunque sunt alij potentes, quia Deo propitio, & Christiani sunt & prudẽtes & sobrij & toto corde Deũ timẽtes, si te viderent definisse, vt eis nõ acquiescas pro timore Dei inebriari, si tibi sub mora videantur irasci, postea verò te in grandi admiratione suscipiunt, dicẽtes: Quantum cum illo egimus, quãtis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamẽ nunquã eum à sobrietate separare potuimus. Nam & Deus qui te videt per eius amorẽ inebriari nõ velle, ipse tibi gratiam etiam illorum dabit qui te vt amplius biberes videbantur hortari & cogere. Nemo dicat, fratres charissimi, quòd in istis temporibus martyres non sint, quotidie martyres fiunt. Martyr enim, Testis interpretatur. Quicunque ergo pro veritate testimonium dederit, & omnes causas cum iustitia iudicauerit, quicquid pro testimonio veritatis vel iustitię pertulerit, totum ei Dominus pro martyrio cõputabit. At sic & ille qui ebrietati resistit, si cum Dei adiutorio perseuerare voluerit, & pro ipsa ille aliquas pertulerit tribulationes:

omnia ei Domin⁹ ad martyrij gloriã reputabit. Velim tamen scire, fratres charissimi, cùm Dominus habet plures seruos, si vel vnũ ex illis velit fieri ebriosũ, sine dubio nullus tam malus qui hoc voluerit aliquando aut velit. Et qua frõte, qua conscietia qui seruũ non vult habere ebriosũ, ipse vult ebriosus fieri? Ecce de donis Dei tu habes seruũ, & te habet Deus seruũ: qualiter vis vt tibi seruiat seruus tuus, taliter & tu seruire Deo tuo debes. Dic mihi, rogo te, si iustum tibi videtur, vt tu habeas seruũ sobriũ, & De⁹ habeat ebriosũ, ac sic te dignum iudicas, cui seruus sobrius seruire debeat? Hæc ergo, fratres charissimi, diligenter attẽdite & considerate, quia nõ est iustũ vt faciamus Deo quod nolumus nobis fieri. Fortè dices: Quomodo Deo facio quod mihi fieri nolo? Aut quomodo tibi non placet seruum ebriosum habere & tu nõ vis sobrius Deo seruire? Ideo enim, charissimi, tanta infelicitate se inebriant homines, quia putãt ebrietatem, aut paruum, au nullũ peccatum esse. Sed pro ista ignorantia maximè sacerdotes in die iudicij reddituri sunt rationem, si commissis sibi populis, quæ vel quanta mala de ebrietate nascuntur, assiduè noluerint prædicare. Qui ergo credit ebrietatem esse paruum peccatũ, si se nõ emẽdauerit, & pro ipsa ebrietate pœnitentiã nõ egerit, cũ adulteris & homicidis æterna sine remedio illũ pœna cruciabit, secũdũ illud quod ipsi bene nostis beatũ Apostolũ prædicasse, Neque, inquit, fornicarij, neque idolis seruiẽtes, neque molles, neque masculorũ concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebriosi regnũ Dei possidebũt. Videte ebriosos cũ fornicatoribus & idolis seruiẽtibus, & masculorũ cõcubitorib⁹, & adulteris iũxit. Et illud: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et ideo definiat ac deliberet vnusquisq; apud se, ebrietatẽ grauẽ esse peccatum, & tũc aut nũquã, aut difficilè eum ebrietas poterit superare. Cùm enĩ non solùm in futuro seculo propter ebrietatẽ torquẽdi sunt homines, sed etiã in præsenti per ipsam ebrietatẽ multis frequẽter infirmitatibus fatigantur, vel morbum corporis timeant qui de animæ suæ salute non cogitãt; oculorũ suffusionẽ atque caliginẽ, capitis vertiginẽ & mẽbrorũ tremorẽ expauescant, qui inferni supplicia non formidãt. Et hęc quidẽ nõ solùm laicis, sed etiã clericis dicimus, quia quod perus est, multi sunt etiã maioris ordinis clerici: qui cùm aliis sobrietatis bonũ deberẽt iugiter prædicare, nõ solùm hoc nõ faciunt, sed etiã & se ahósque inebriare nõ erubescunt, nec metuũt. Sed agnoscant & doleant quicunque tales sunt: quia si se noluerint emendare, & pro se & pro aliis necesse est eos æterna supplicia sustinere. Illud verò quale est, quòd iam transacto conuiuio expleta siti, cùm amplius bibere non possint nec debeant, tunc quasi nouelli, quasi & qui ipsa hora superuenerint, diuersis nominibus incipiunt bibere, non solùm viuorum hominum, sed etiam angelorum & reliquorum antiquorum sanctorum: æstimantes quòd maximum illis honorem impendant, si se in illorũ nominibus nimia ebrietate sepeliant: ignorantes quòd nullus tam grauem iniuriam sanctis angelis vel sanctis hominibus agnoscitur irrogare, quàm illi qui in eorum nominibus bibendo per ebrietatem suas animas probantur occidere. Sunt enim aliqui qui sola ex causa aliqua falsa cibaria sibi ordinant fieri, vt per ipsam salsitudinem nimia se possint ebrietate obruere. Hęc enim si Pagani qui Deum ignorant faciunt, nec mirandum est, nec nimis dolendum; quia & in Deo spem non habent, antiquam parentum suorum consuetudinem seruant: Christiani verò quos Deus de tenebris duxit ad lucem, de morte vocauit ad vitam, quibus omnes Scripturę clamant ebrietatẽ fugere, sobrietatem diligere, quare turpissimas illorum ebrietates comitantur, de quorũ perfidia liberari per Dei misericordiã meruerunt? Et ideo rogo, & per tremendum diem iudicij vos adiuro, & vt quantum potestis, ebrietatis malũ, auxiliante Deo, fugiatis, & iam vobis incipiat verecundum esse quod hucusque gentibus & Paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo quia, Deo propitio, illis dissimiles estis in fide, similes esse in ebrietate penit⁹ nõ debetis: quia etiã si reliqua peccata Christiani non admittant, sola eos, si frequens fuerit ebrietas, & emẽdatio ac pœnitentia non subuenerit, in inferni profunda prępcipitat, secundũ illud quod iã dictum est, Neque ebriosi regnũ Dei possidebũt. Sed dicet aliquis. Ego regnum Dei nolo, æternam requiem tantùm obtinere desidero. Nemo se decipiat, fratres: duo enim loca sunt, & tertius non est † vllus. Qui cum Christo regnare nõ meruerit, cum diabolo absque dubitatione vlla peribit. Ad extremũ qui amico suo nimium propinat, in anima efficitur inimic⁹, corpus quoque eius debilitare, & animã probatur occidere. Melius erat, vt illud quod vna die plus eũ bibere coẽgit quàm expedit, per duos aut tres dies ipsum amicum ad conuiuiũ reuocaret suum: & vndevna die eũ nimiũ bibendo debilitauerat, ipsum in aliis diebus sufficiente potu reficeret, nec potum ille perderet, nec amicũ deciperet. Aut certè, quod est melius, quicquid nimio potu perditum erat gula, pauperibus daretur in eleemosynã: vt & caro rationabiliter bibendo reficeretur, & per misericordiã pauperum animę redẽptio præpararetur. Et nos quidẽ istam castigationẽ nõ propter eos, qui sunt honesti & sobrij, diximus: quia cũ Dei subsidio multos nouimus parca & sobria cõuiuia prępcparare. Et ideo vos qui pro Dei amore hoc tantùm sumitis quod oportet, & quod ebriosis in terra perditur, à vobis per eleemosynam in cælo reponitur: non vobis sufficiat quòd vos honesti & sobrij estis; sed quantum potestis, ita castigate & corripite ebriosos, vt eis nunquam liceat vobis præsentibus amplius bibere quàm oportet: vt dum & ipsi sobrietatem diligitis, & alios per vestrã admonitionẽ ab ebrietatis perditione reuocatis, nõ solùm pro vestra, sed etiã pro aliorũ salute duplicia vobis prępmia in æterna beatitudine pręparetis. Et illud quàm lugendũ & erubescendũ est, fratres charissimi, quòd dicuntur aliqui rustici, quãdo aut vinũ habuerint, aut alia sibi pocula fecerint, quasi ad nuptiale conuiuiũ, ita ad bibendum vicinos vel proximos suos inuitare, vt eos per quatuor aut quinque dies teneãt, & nimia ebrietate sepeliant, & tamdiu ad domos suas de illa lugenda potatione nõ redeant, donec omnem potum, quẽ ille qui eos inuitauerat, habuit, perexpendat, & vnde se vel per duos aut tres mẽses cum omni familia sua rationabiliter reficere potuit, quatuor aut quinque diebus dolẽda aut erubescenda bibitione consumat. Ego, fratres charissimi, dum hæc humiliter & cum grandi charitate pro solicitudine paterna cõmonco, absoluo apud Deũ cõscietiam meam. Qui verò me libenter audierit, & fideliter quod ei prædicatum est, implere voluerit, habebit præmium æternum. Qui autem contempserit, timeat ne ei æternum necesse sit sine vllo fine sustinere supplicium. Sed credim⁹ de misericordia Dei, quòd ita omnes ebriosi de ebrietatis malo ad bonum sobrietatis sunt per Dei gratiam redituri, vt & nobis gaudium faciant, & ipsi feliciter ad æternum peruenire mereãtur præmium, Amen.

1. Cor. 6.

Ephes. 5.

al. vllis.

Feria

Feria quarta quatuor temporum occurrẽtium post festum exaltationis sanctæ Crucis, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Ecce vnus accedens ait illi, Magister bone, &c.

SERMO CCXXXIII. CAP. I. Matt. 13.

SERMO I.

OMINVS ac redemptor noster in Euangelio suo loquitur, dicens: Cùm dormirẽt homines, venit inimic⁹, & superseminauit zizania. Inimic⁹, in figura homo dictus est. Audi Apostolũ dicentẽ, Fuistis aliquãdo tenebrę: nũc autem lux in Domino. Audi homo: Nõ enim ille dedit tibi tenebras, qui dedit tibi lucem. Quò vadis homo, quò traheris? Quid concupiscentias carnales sectaris, quando audis, Spiritu ambulate, & cõcupiscẽtias carnis nolite perficere? Audi potius Dominũ dicentẽ; Cõuertimini ad me, & cõuertar ad vos. Accedite ad eũ, & illuminamini: & facies vestræ non erubescent. Audi homo: Si recesseris à Deo, nõ effugies manum eius. Si autem ad eũ accesseris, illicò habebis eũ, quia nusquã recedit. Audi Prophetam dicentem: Si ascẽdero in cælum, tu illic es: si descendero ad infernũ, ades. Vbi ergo nõ est De⁹ quẽ tu fugis? Malus es tu, qui bonum fugis. Mors es tu, qui vitã fugis. Inuoluere te vis tenebris, vbi te abscondas, sed illum latere non potes, cuius oculi omnia vident. Ait autẽ Apostolus. Quem fructũ habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Sequitur vox iudicis, dicens: Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ergo qui fugit Dominum, & recedit à Deo, ille cõfunditur, & perit in sua impietate. Vt ergo nõ pereat tunc, nũc reuertatur ad Dominum, & illuminabitur, & vultus eius nõ erubescet.

Ephes. 5. Gal. 5. Zach. 1. Psal. 33. Psal. 138. Rom. 6. Matth. 25.

CAP. II. DICAM tamen, fratres mei, quod sentio: & quod dixero intelligite. Inter vos segetes Dei mixta sunt zizania, id est, amatores mundi, amatores pecuniæ, amatores deliciarum, cõsultores nugarum, omnes quęrentes, quæ sua sunt, nõ quę Iesu Christi. In Ecclesia Christi sictè intrãtes: promittentes, & nõ facientes; vouẽtes, & nõ reddentes; renunciantes malo, & iterũ idẽ facientes: hæc amantes, zizania sunt. Non amant illi Christũ, qui aliquid plus amant quàm Christum. Audi homo vocem Domini Dei tui: Qui diligit, inquit, patrẽ aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut filias, aut fratres, aut agros super me, non est me dignus. Si vis tenere quod non habes, dimitte quod habes, vt amor Christi sit in corde tuo. Ecce petis à Deo, & dicis: Domine da mihi. Quid tibi dabit, qui aliunde manus tuas videt occupatas? Ecce Dominus vult dare quæ sua sunt, & nõ habet vbi ponat. Vide ergo, Dimitte quod tenes, & accipis quod quęris. Dimitte temporalia & caduca, & accipies æternam & perpetuam vitam. Dimitte terrena, & accipis cælestia. *Ait autem quidam ad Iesum: Magister bone, quid boni faciã, vt habeam vitã æternã?* Vtiq; qui dicebat, Quid boni faciã, vitã æternã desiderabat: sed plus amabat quod tenebat. Vidit Dominus occupatas manus, dare vult, & nõ habet vbi ponat. Occupatę sunt manus accipientiũ. Dicit enim tibi Dominus, Vadevẽde omnia, & da pauperibus, & pone illa in cęlo, quia in terra impedũt.

Matth. 10. Matth. 19.

CAP. III. QVID times, ô homo; dare pauperib⁹? Nõ perdes ea, sed seruãtur tibi in cælo. Nõ vt perdas iussi, dicit Dominus: sed vbi ponas suggessi. Post hæc habebis homo thesaurũ non in terra periturum, sed in cælo permansurum. Aliquãdo venit homini tribulatio, venit timor damni. Times, ô homo, vt non pecuniam tuam perdas, times ne argẽtum tuum perdas, times ne possessionem tuam perdas, & non times ne tuipse totus pereas? Pro hoc dicis falsum testimonium, pro hoc mentiris & rapis aliena, pro hoc iuras & periuras, quod omnino lex vetat. Nónne cùm hæc omnia facis, totus fœnũ es, totus stipula, totus palea, & nõ times ne totus ardeas? Semper turbata est anima tua amoribus seculi. Dic, Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Auarus pro auro suo habet tristitiã, patitur tribulationem, habet pericula seruorũ, pericula latronũ. Auarus amat aurũ plusquã animã suã, tu Christiane ama Christum plusquã omnia tua. Ille seruet in amore auri, tu Christiane serue in amore Christi, & eris beatus in regno Christi. Audi ô homo: Aurũ in terra est, & ex terra est, & terra est, & pars terræ est. Impius dũ diligit creaturã, offendit creatorẽ, & amittit cũ qui creauit ex nihilo omnia. Audi, ô homo, nõ tu perdis Deũ, sed ipse peris à Deo. Ille est redemptor animæ quem vis amittere. Quid enim proderit tibi, si totũ mundũ lucreris, animę verò tuę detrimentũ patiaris?

Matth. 16.

CAPVT IIII. EXPERGISCERE aliquãdo, ô homo, & ama Christũ. Hæc est enim sapiẽtia vera, id est, amare Christũ. Multi enim dicunt, & scire volũt, quare illũ vocat ad se Dominus, & illum non vocat: vni subuenit, & vni nõ; hunc dignũ habet, & illum indignũ; istum honorat, & illũ cruciat & affligit. Audi, ô homo: Hunc dignũ habet pro bonis operibus suis, illum habet indignũ pro operibus suis malis: quia debitor est Domin⁹, & reddet bonis bona, & malis mala. Dicturus es forsitan: Quare ille sic? Respondet tibi Dominus Deus tuus, Quia bonum non denegauit; sed dixi prius, Lauamini, mundi estote. Quid volebas? Quid quærebas? Quid cupiebas? Gratiam Dei. Ergo si gratiã Dei quęris, aufer primùm nequitiam ab anima tua, & à cõspectu oculorũ meorũ. Iã cessa à malo, & fac bonum; inquire pacẽ, & sequere eã totis viribus tuis. Et cùm hæc feceris, & gratiã meam percipies, & oculi mei super te erũt, & aures meæ ad preces tuas, & priusquã me inquisieris dicam, adsum.

Psal. 41. Psal. 33.

CAP. V. FACIAMVS bona, fratres charissimi, vt mereamur in futuro seculo inuenire requiẽ, quã nobis Dominus noster promisit, dicẽs: Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Et cum Propheta à Domino exultãtes dicamus, Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Misericordiã inueniũt, qui sunt misericordes. Iudicium timeant contẽptores, qui nec sibi parcũt, nec miserẽtur aliis: qui dicũt, Peccemus, & parcet nobis De⁹, quia misericors est & bon⁹. Omnino misericors & bonus est Deus: sed qui modò parcit, in futuro nõ parcet. Iudiciũ paratũ habent sine misericordia impij. Intelligamus, fratres, & videamus vbi spẽ nostrã ponere debeamus. Misericordia illi, qui fecit misericordiã. Beati misericordes, quia ipsis miserebitur Deus. Spes est in misericordia, si ab opere misericordiæ nos nõ fuerim⁹ atidi. O homo, quid quæris à Deo misericordiam, si ipse non es misericors? Quid quæris à Deo indulgentiam peccatorum tuorum, cùm ipse tibi simili non indulges? Audi homo, audi vocem Domini Dei tui, vbi dicit ipse, Date, & dabitur vobis; dimittite, & dimittetur vobis. Audi iterum vbi ipse dicis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim tu non dimiseris aduersario tuo, ipse tibi prius eris aduersarius. Ille te lęsit auferendo pecuniam tuã, tu te lędis non indulgendo aduersario tuo. Forsitan dicturus es: Non illi parcam, quia me læsit multum, & sanguinem meum quæsiuit. Tu si non illi indulges, perditionem animæ tuæ habebis. Insuper adhuc dicis: Non illi parcam, quia aduersarius mihi fuit. Crede mihi homo, peior tibi eris aduersarius, si non illi parcas. Dicis tu. Ille me non rogat. Si te ille non rogat, tu pro illo roga, vt ei à Domino dimittatur quod in te deliquit. Nam si tu dicis, Non illi parcam, litigare vis, non dimittere. Et qua fronte aut qua fiducia dicturus es Domino tuo, Dimitte, quia ego dimisi?

Matth. 5. Psal. 100. Luc. 6.

Confi.

Rom.7. Considera, ô homo, & vide aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuæ, & captiuantem te in lege peccati. Iã ipse captiuus traheris, & expoliatori irasceris? CAP.VI. NEMO nobis imputet, fratres mei, si per vos Dominicam pecuniam duplicare nõ potuerimus. Mali serui erimus, si nõ fecerimus quod nobis præceptum est. Si autem fecerimus, boni serui erimus, & cũ Domino sine fine lętabimur. Illũ omnes amemus, per quem facti sumus, Illũ diligamus, per quem redempti sumus. Pro illo nos inuicẽ diligamus in hoc seculo, vt cum eo gaudere mereamur pariter in futuro: quoniã sic placuit Domino Deo nostro de nobis, vt hic constituti cum vestra charitate cantemus ei. Laudem⁹ Dominum, fratres, lingua, corde, ore & voce. Sic enim sibi vult dici laudem, vt non sit inter nos discordia: sed vult esse in nobis concordiã vocibus & moribꝰ. Ofelix laus in cælo, vbi templũ Dei angeli sunt! Ibi est concordia summa laudãtiũ, vbi nulla lex in mẽbris nostris repugnat. Ibi nõ est rixa, nec vlla cupiditas. Hic ergo cantemus Domino laudẽ soliciti, vt illic possimus esse securi. Quare autẽ hic simus soliciti, fratres mei? Audite quare: Quia tẽtatio est vita humana. Sic namque nos Matth.16. Dominus exhortatur suo eloquio, dicens, Vigilate, & orate, vt nõ intretis in tentationẽ. Nõ vis esse solicitus, Matth.6. quando videris dicere, Dimitte nobis debita nostra? Quomodo es securus, qui quotidie videris petere remissionem peccatorum? Quomodo es securus quãdo adhuc dicis, Dimitte mihi peccata mea: & iterũ dicis, Et ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo? Quomodo ergo videris clamare, Libera nos à malo, si securus es? Audi homo, audi. Tu es malus, quando te Deus liberat à ęipso malo. Vides aliã legẽ in membris tuis, repugnantem legi mentis tuæ, & captiuantẽ te in lege peccati. Audi quid sumus nos, quid nobiscũ portamus. Quamdiu in corpore mortis huius cõtinemur, CAPVT VII. vitiũ nobiscum portamus. AVDI iterum Prophetam Psal.141. dicentẽ: Domine, educ de carcere animã meã. Carcer meus est, vsq; dũ in corpore mortis fuero. Nã quando fuero de hoc corpore liberatus, terra teræ redditur, spiritus cęlo recipitur. Vado ergo, dimitto terrã, quia quã diu hic sum, mẽte seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati. Dicet aliquis perfidorũ: Ergo cùm fueris ab hac carne liberatus, iã nõ eris tu nisi spiritus. Audi ergo hęretice. Carnẽ quã dico, nõ in ęternũ pono, sed hic depono. Respondet incredulus: Ergo rediturus es ad corpus mortis? Et vnde tã piã vocẽ clamasti, Educ de carcere animã meã? Audi imperite, & cõtra quotidianas lectiones surde. Redeo ad corpus nõ mortis huiꝰ, quia corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate. Modò est animale, tunc erit spiritale. Nemo potest accipere æternale, nisi prius tẽporale dimiserit. Ergo dimitte tẽporale hoc malum, vt accipias æternale illud bonũ. Audite fratres, & cauete. Hic enim iter agimus, & in itinere positi sumꝰ, nõdum in patriam peruenimus. CAVEAMVS eos CAPVT VIII. qui in itinere nobis insidiantur, quia hic agunt aduersus nos, ne ad patriam nostram, id est, ad paradisum reuertamur. Terra autem ista morientium est, illa verò Matth.16. viuentium est, de qua Propheta dicebat, Credo videre bona Domini in terra viuentium. In illa autem terra semper viuetur, & nũquam morietur. Lucet terra illa plus quàm species argenti, vbi ciues iustorum angeli sunt. Illi in terra illa gaudẽt, nos in terra ista lugeamꝰ, vt ad illorum gaudia peruenire mereamur. Videte fratres: ecce hic in itinere positi sumus, insidiator noster diabolus aduersatur in via, nobis quęrit nocere, ne in terram viuentium reuertamur. Duo enim sunt præcepta dilectissimi, quæ nobis omnino sunt obseruanda:

A id est, Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, Matth.22. & ex tota mente tua, & diliges proximum tuũ tanquã teipsum. In his duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ. Quicunque enim in his duobus præceptis ambulauerit, festinet in via, & peruenìet ad patriã paradisi, vbi lætantur omnes sanẽti in gloria redemptoris sui, & laudẽ dicũt nomini sanẽto eius, qui erepti sunt de hac peregrinationis ærumna, & viuunt semper in lætitia sempiterna.

Sabbato quatuor temporum occurrentium post festum sanctæ Crucis. Homilia de eo quod scriptum est secũdum Lucam, Dicebat Iesus turbis hanc similitudinem, Arborẽ fici habebat quidam, &c. quæ habetur inter sermones de verbis Domini, xxxi.

Dominica decimaoctaua, De verbis Euangelij vbi Dominus interrogauit Iudæos, cuius filium dicerent esse Christum.

SERMO D. AVGVST. I. SERMO CCXXXIIII. CAP. I.

B INTERROGATI Iudæi, sicut nunc ex Euãgelio, cũ recitaretur, audiuimus, quomodo esset Dominus noster Iesus Christus filius Dauid, quẽ Dominũ suũ dixerit ipse Dauid, respondere nõ potuerũt. Hoc enim in Domino nouerant quod videbant. Apparebat enim eis filiꝰ hominis: occultus autẽ erat filius Dei. Hinc est, quòd eũ & superari posse crediderũt, & ligno suspẽsum irriserũt, dicẽtes: Si filius Dei est, descẽdat de cruce, & credimus in Matth.27. eũ. Aliud videbãt, aliud nõ cognoscebãt. Si enĩ cognouissẽt, nunquã Dominũ gloriæ crucifixissent. Sciebant tamẽ Christũ filiũ Dauid. Nã etiã nũc ipsum sperãt esse venturũ. Latet eos, quòd venerit, sed volẽtes latet. Neque enim si pendẽtẽ nõ agnouerũt, & regnantẽ agnoscere nõ debuerũt. In cuius enim nomine vocantur, & Gen.12. benedicũtur omnes gentes, nisi in eius quẽ putãt Christũ nõ fuisse? Ipse enim filius Dauid, vtique ex semine Gal.3. Dauid secũdũ carnẽ, filius est Abrahã. Si autẽ dictũ est C ad Abrahã, In semine tuo benedicẽtur omnes gentes, & vidẽt iam in Christo nostro benedici omnes gẽtes, quid expectãt quod [iã] nõ venit, & nõ timẽt quod vẽturũ est? Lapidẽ enim se dixit ipse Dominus noster Iesus Christus, prophetico ad se asserendũ vtẽs eloquio. Luc.20. Lapidẽ autẽ talẽ, vt si quis in eũ offenderit, conquassetur: super quẽ autẽ lapis ille venerit, conterat eũ. Quãdo enim in eũ offenditur, humilis iacet: iacendo humilis quassat offendentẽ, veniendo excelsus conterit superbientẽ. Iam ergo Iudęi illa offensione quassati sunt: restat vt eius præclaro aduentu etiam conterãtur, nisi fortè cùm viuunt, agnouerint ne moriantur. Patiens enim est Deꝰ, & illos quotidie † inuitat ad fidẽ. SED al.immitat. cùm Iudæi respõdere nõ possent Domino proponenti CAP.II. quæstionẽ & dicẽti, Cuius filium dicerent Christũ: atque illi responderent, filiũ Dauid: addenti & proponẽ- D ti, *Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicẽs,* Psal.109. *Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid,* inquit, *in spiritu dicit eum Dominum, quomodo est filius eius?* Non dixit, non est filius eius: sed, Quomodo est filius eius? Quomodo cùm dicit, verbum quęrẽtis est, non negantis: tãquam si hoc eis diceret, Bene quidem dicitis Christum filium Dauid, sed ipse Dauid Dominum eum dicit. Quem dicit ille Dominum, quomodo est filius? Dicerent Iudæi, si instructi essent fide Christiana, quam nos tenemus; si cõtra Euangelium corda non clauderẽt, si vitam spiritalem in se habere voluissent, responderẽt instructi Ecclesiastica fide huic quæstioni, & dicerent: quoniam in principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Ecce quomodo est Dominus Dauid. Sed quia verbum caro factũ est, & habitauit in nobis: ecce quomodo est filiꝰ Dauid. Sed nescientes obmutuerunt, nec ore saltem clauso

CAP. III. clauso aures aperuerunt, vt quòd respondere non po- A tuerunt interrogati, nossent edocti. SED quia magnũ est nosse mysterium, quomodo sit Dominus Dauid & filius Dauid: quomodo sit vna persona homo & Deus: quomodo sit in forma hominis minor patre, in forma Ioan.14. Dei ęqualis patri: quomodo iterum dicit, Et pater ma- Ioan.10. ior me est: &, Ego & pater vnũ sumus: quia magnũ est sacramentũ, vt capi possit, mores informandi sunt. Indignis enim clausum est, promerẽtibus aperitur. Nec lapides, nec vectes, nec pugni, nec calces sunt quibus pulsamus ad Dominũ. Vita pulsat, vitæ aperitur. Cordẽ petitur, corde quæritur, corde pulsatur: cordi aperitur. Cor autem hoc quod rectè petit, rectẽque pulsat, Amare Deũ gratis, pietas est. & quærit, piũ esse debet. Primò amare Deum gratis: hæc est enim pietas: nec sibi extra illũ ponere mercedẽ quã expectet ex illo. Illo enim melius est nihil. Et quid charũ petit à Deo, cui ipse Deus vilis est? Terrã dat, & gaudes, amator terrę, & factꝰ terra. Si gaudes, quãdo dat B terrã: quanto amplius gaudere debes, cùm seipsum dat tibi qui fecit cælũ & terrã? Gratis ergo amãdus est Deus. Iob.1. Nã diabolus hoc sancto Iob nesciẽs quid in illo intus ageretur, magnũ crimen obiecit, dicẽs: Nũquid gratis CAPVT IIII. cõlit Iob Deum? ERGO si aduersarius hoc obiecit, timere debemus ne hoc nobis obiiciatur. Cũ magno enim calumnioso habemus negotiũ. Si quærit fingere al.Euadimus quod nõ est, quãto magis obiicere quod est? † Gaudeamus tamẽ, quia talis est iudex, qui falli ab accusatore nostro nõ potest. Nã si hominẽ haberemus iudicẽ, huic quicquid vellet fingeret inimicus. Nemo est enĩ diabolo astutior ad confingẽdũ. Nam & nũc omnia falsa crimina de sanctis ipse cõfingit. Scit suas criminationes valere nõ posse apud Deũ, inter homines illas spar- 2.Cor.1. git. Et hoc ei quid prodest, cùm dicat Apostolus, Gloria nostra hæc est, testimoniũ cõscięntiæ nostræ? Putatis tamẽ quia ille falsa crimina nulla astutia confingit? C Nouit quid inde mali agat, nisi ei resistat vigilãtia fidei. Quare diabolus de bonis spargat mala. Ideo enĩ & de bonis mala spargit, vt infirmi non putẽt aliquos esse bonos, & tradant se rapiendos libidinibus & dissipandos, dicẽtes apud seipsos: Quis est enim qui seruat mandatum Dei: aut quis est qui seruat castitatẽ? Dũ putat quia nemo, ipse fit nemo. Hoc ergo agit diabolus. Sed talis erat vir Iob, de quo nihil posset cõfingere. Nota enim erat & nimis clara vita eius. Sed quia multas habebat diuitias, hoc obiecit, Quod & si esset, in corde esse posset, in moribꝰ apparere nõ posset. Colebat deũ, faciebat eleemosynas, & quo corde faciebat, nemo sciebat: nec ipse diabolꝰ, sed Deꝰ nouerat. Perhibet Deꝰ testimoniũ seruo suo: diabolus calũniatur seruo Dei. Permittitur illi tentari, probatur Iob, cõfunditur diabolus. Inuenitur Iob gratis colere Deũm, gratis diligere. Non quia aliquid, sed quia seipsum nõ abstu- D Iob.1. lit. Ait enim, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum. Ignis tentationis accessit, sed aurum, nõ stipulam inuenit. Abstulit sordes, non conuertit in cinerem. CAP.V. ERGO ad sacramentũ Dei intelligendum, quomodo Christus & homo & Deus sit, cor mundandum est. Mundatur autẽ moribus, vita, castitate, san- Galat.5. ctitate, dilectione, & fide, quę per dilectionem operatur. Hoc autem quod loquor, totum tanquam arbor est, quæ radicem habet in corde. Neque enim facta procedunt nisi de cordis radice: vbi si plantaueris cupiditatem, spinæ procedunt. Statim Dominus post illam quæstionem propositam Iudæis, illis respondere non valentibus, subiecit de moribus loqui, vt ostenderet quare illi indigni fuerint intelligere quod interrogauit. Miseri enim superbi cùm respõdere nõ possent, vtique debuerunt respondere: Nescimus nos, Magister

dic nobis. Obmutuerunt in propositione, nec os aperuerunt ad inquisitionem. Et statim Dominus de superbia illorum, Cauete, inquit, à scribis, qui amãt præ- Matth.23. sidere in synagogis, & diligunt primum locum in conuiuiis. Non quia accipiunt, sed quia diligũt. Hic enim cor eorum accusauit. Accusator cordis autem esse nõ posset, nisi cordis inspector. Oportet enim vt seruo Dei habenti aliquem honorem in Ecclesia deferatur primꝰ locus: quia si nõ deferatur, malum est illi qui nõ defertꝰ non tamẽ bonũ est illi cui defertur. Oportet ergo vt in cõgregatione Christianorum Præpositi plebis eminẽtius sedeant, vt in ipsa sede distinguantur, & eorũ officiũ satis appareat, nõ tamen vt inflentur de sede: sed vt cogitẽt sarcinã vnde reddituri sunt rationẽ. Quis autem nouit, vtrum hoc amẽt, aut nõ amẽt? Res ista cordis est, iudicem habere nõ potest nisi Deum. Ipse autẽ Dominus admonebat suos, ne incidẽrẽt in tale fermẽ- tum, quod alio loco dicit, Cauete à fermẽto Phariseo- Matth.16. rũ & Sadducæorũ. Et cùm putarent illi propterea hoc eum dicere, quia panes non intulerãt: respõdit eis, Excidit vobis quot milia saturati sunt ex quinq; panibꝰ? Tũc intellexerunt, inquit, quia fermentũ doctrinã eorũ dicebat. Amabãt enim illi ista tẽporalia: æterna verò nec timebant mala, nec diligebãt bona. Clauso cordẽ intelligere nõ poterãt quod Dominus interrogauit.

CAP.VI. QVID autem faciat Dei Ecclesia, vt possit intelligere quod prima meruit credere? Faciat capacem animũ ad recipiendũ quod dabitur. Quod vt fieret, id est, vt capax animus esset, Dominus Deus noster suspendit promissa, non abstulit. Ideo suspendit, vt nos extendamus. Ideo nos extendimus, vt crescamus. Ideo crescimus, vt attingamus. Vide apostolum Paulum in suspẽsa extensum, Nõ quia iam acceperim, aut iam perfectꝰ Phil.3. sim: Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnũ autem, quę retrò oblitus, in ea quę antè sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmã supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Ille in terra currebat, sed in spiritu ascendebat. Vide ergo extentum, vide ad suspensa pendentem. Sequor, inquit, ad palmam supernę vocationis Dei in Christo Iesu. Ambulãdum ergo est, nec pedes vngendi, nec iumenta quærenda, nec nauis prouidenda. Affectu curre, amore ambula, charitate ascende. Quid quęris? Viam. Inhęre Christo, qui descendendo & ascendendo seipsum fecit viam. Vis ascendere? Ascendentem tene. Tu enim per teipsum leuare te non potes. Quia nemo ascendit in cęlũ, nisi qui Ioan.3. de cælo descendit, filius hominis, qui est in cęlo. Si nemo ascendit, nisi qui descendit, ipse autem est filius hominis Dominus noster Iesus: vis & tu ascendere? Membrũ ipsius esto qui solus ascẽdit. Etenim ille caput cum cęteris membris, vnus homo est. Et cùm ascendere nemo potest, nisi qui in eius corpore membrum ipsius factus fuerit, impletur, quia nemo ascendit, nisi qui descendit. Non enim potes dicere, Ecce quare ascendit, verbi gratia, Petrus, quare ascendit Paulus, quare ascenderunt Apostoli, si nemo ascendit, nisi qui descendit? Respondetur tibi, Petrus, Paulus, cęteri Apostoli, & omnes fideles quid audiunt ab Apostolo? Vos autem estis corpus Christi, & membra 1.Cor.12. ex parte. Si ergo corpus Christi & membra vnus sunt, Ephes.5. noli facere duos. Reliquit enim ille patrem & matrẽ, & adhæsit vxori suę, vt essent duo in carnem vnam. Reliquit patrem, quia non hic ostendit se æqualem patri. Semetipsum enim exinaniuit, formã serui accipiens. Reliquit & matrem synagogam, de qua carnaliter natus est. Adhęsit vxori suę, id est, Ecclesiæ suę. Phil.2. Quod testimonium & ipse cùm commemorarer, quòd separari non liceret coniugium, demonstrauit:

Non

Matth. 19. Non legistis, inquit, quia Deus qui fecit ab initio masculũ & feminã fecit eos? Erunt duo, inquit, in carnem vnam. Quod ergo Deus cõiunxit, homo nõ separet. Et quid est, Duo in carnẽ vnã? Sequitur & dicit, Igitur iã non duo, sed vna caro. Nemo ascendit, nisi qui descẽdit. NAM vt noueritis, quia vnus homo est spõsus & spõsa secundũ carnẽ Christi, non secundũ diuinitatem: nã secundum diuinitatẽ quod est ille, nos esse non possumus: quia ille creator, nos creatura; ille effector, nos facti; ille cõditor, nos cõditi: sed vt essemus cũ illo vnũ in illo, caput nostrũ esse voluit, accipiẽdo carnem ex nobis, in qua moreretur pro nobis. Vt noueritis ergo quia hoc totum vnus est Christus, per Esaiã dixit, Sicut sponso alligauit mihi mitrã, & sicut sponsam induit me ornamẽto ipse sponsus, ipse sponsa. Ipse planè spõsus in cãpite, spõsa in corpore. Erunt, inquit, duo in carnẽ vnã: & nõ iã duo, sed vna caro est. Itaque ad mẽbra ipsius pertinẽtes, vt hoc sãcramentũ intelligamus, vt dixi, fratres, piè viuamus, deũ gratis diligamus. Ipse autẽ qui ostẽdit peregrinãtibus formam serui, seruat peruenientibus formã Dei. De forma serui strauit viã, de forma Dei cõdidit patriã. Quia ergo multum est ad nos capere hoc, sed non est multũ credere hoc: Nisi enĩ crediderit is, ait Esaias, non intelligetis: ambulemus per fidẽ quãdiu peregrinamur à Domino, donec ad specie peruenianus, vbi videbimus facie ad faciẽ. Ambulantes per fidem, bene operemur. In bonis operib⁹ gratuita sit dilectio Dei, benefica sit dilectio proximi. Deo enim quod prestemus nõ habemus; sed quia proximo habemus quod prestemus, præstando indigẽti promerebimur abundantem. Inde vnusquisque quod habet, prestet alteri. Quicquid plus habet largiatur inopi. Ali⁹ habet pecuniam: pascat pauperẽ, vestiat nudũ, ẽdificet ecclesiã, operetur de pecunia quicquid boni potest. Alius habet cõsiliũ: regat proximũ, pellat tenebras dubitationis luce pectoris. Alius habet doctrinã: erogat de cellario Domini, ministret cõseruis cibaria, confortet fideles, reuocet errantes, quærat perditos, quantum potest faciat. Est quod sibi erogẽt etiam pauperes: alius claudo pedes accommodet, alius cęco suos oculos duces præbeat. Alius visitet infirmũ, ali⁹ sepeliat mortuũ. Sunt ista in omnibus, vt prorsus difficilè inueniatur aliquis qui non habeat vnde alteri aliquid præstet. Et illud extremum & magnum quod ait Apostolus, Inuicẽ onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Ioan. 3. Cap. VII. Esaiæ 61. Esaiæ 7. 2. Cor. 5. 1. Cor. 13. Psal. 100. Gal. 6.

In eadem Dominica, de eodem de quo supra.

SERMO CCXXXV. CAP. I.

SERMO D. AVGVST. II.

QVÆSTIONEM propositam Iudæis, debẽt soluere Christiani. Dominus enim Iesus Christus, qui eam Iudæis proposuit, ipse nõ soluit Iudęis, nobis autem soluit. Et commemorabo charitatẽ vestram, & inuenietis quia soluit. Primò nodum videte quæstionis. Quæsuit à Iudæis quid eis videretur de Christo, cuius esset filius: quia & ipsi sperant Christum. In Prophetis legerunt, venturum expectauerunt, præsentem occiderunt; quia vbi legebant venturum Christum, ibi legebant, quia occisuri erant Christũ. Sed illius futurum aduentum sperabant in Prophetis: nam futurum suum facinus nõ videbant. Sic ergo eos interrogauit de Christo, non quasi de incognito, aut cuius nomen nũquam audissent, aut cuius aduentum nunquam sperassent. Nam quoniam adhuc eum sperant, ideo errant. Equidem & nos speramus eum: sed venturum iudicem, non vẽturum iudicandum. Propheræ autem sancti vtrunque prophetauerunt: Venturum eum iniustè prius iudicãdum, venturum postea iustè iudicaturũ. *Quid ergo*, inquit, *vobis videtur de Christo, cuius filius est?* *Respondeunt illi: Dauid.* Prorsus de Scripturis. *Quomodo Dauid in spiritu vocat eum Dominũ: dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum? Si ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?* HIC cauendum est, ne putetur Christus se negasse filiũ esse Dauid. Nõ se filium Dauid negauit, sed modũ quæstiuit. Dixistis filiũ me esse Dauid, non nego: sed si ille eum Dominum vocat, dicite mihi quomodo sit filius, qui est Dominus? Dicite quomodo? Illi nõ dixerũt, tacuerũt. Dicamus & nos, exponente ipso Christo. Vbi? Per Apostolum suũ, Prius inde probemus, quia ipse Christus exposuit. Apostol⁹ dicit, An vultis experimẽtũ accipere ei⁹ qui in me loquitur Christus? Ergo per Apostolum istum dignatus est soluere quæstionem. Primum per Apostolum loquens Christus, quid dixit ad Timotheum? Memor esto, Christũ Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundũ Euãgeliũ meũ. Ecce Christus filius est Dauid. Quomodo est & Dominus Dauid? Dic Apostole: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse æqualis Deo. Agnosce Dominũ Dauid. Si agnoscis Dominũ Dauid, Dominũ nostrũ, Dominũ cæli & terræ, Dominũ angelorũ, equalẽ Deo in forma Dei: si agnoscis vnde filius Dauid, attẽde quod sequitur. Apostol⁹ Dominum Dauid tibi ostendet dicẽdo, Qui cùm in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse ęqualis Deo. Filius Dauid vnde? Semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum fact⁹ obediens vsque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis: propter quod & Deus illum exaltauit. Resurrexit Christus ex semine Dauid, filius Dauid, quia exinaniuit se. Quomodo exinaniuit? Sumendo quod nõ erat, non perdẽdo quod erat. Exinaniuit se, humiliauit se. Cũ esset Deus, homo apparuit. Contemptus est in terra ambulans, qui cælũ fecit. Contẽptus est quasi homo, quasi nullius virtutis. Nõ solùm cõtemptus, sed insuper & occisus. LAPIS erat iacens, offenderũt in eum Iudæi, & quassati sunt. Quid autem ait ipse? Qui offenderit in lapidẽ istũ, conquassabitur. Super quẽ venerit autẽ lapis iste, conteret eum. Prius iacuit & offenderũt. Veniet desuper, & cõteret quassatos. Accepistis & filiũ Dauid, & Dominũ Dauid. Dominum Dauid semper: filium Dauid ex tẽpore. Dominum Dauid natũ de substantia patris: filium Dauid natum ex Maria virgine, conceptum de spiritu sancto. Vtrunque teneamus. Vnũ horum nobis erit habitatio æterna, alterum horum nobis est à peregrinatione liberatio. Dominus enim noster Iesus Christus nisi dignatus esset fieri homo, perisset homo. Factus est quod fecit, ne periret quod fecit. Homo verus, Deus verus: Deus & homo totus Christus. Hæc est catholica fides. Qui negat Dominum Christum, Photinianus est: qui negat hominem Christum, Manichę⁹ est: qui confitetur Dominum æqualem patri Christum & hominem verum, passum verè, sanguinem fudisse verum: non enim veritas nos liberaret, si falsũ pretium pro nobis daret: vtrunque qui confitetur, Catholicus est. Habet patriam, habet viam. Habet patriã, In principio erat verbũ: habet patriam, Cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitrat⁹ est, esse æqualis Deo. Habet viam, Verbum caro factum est: habet viam, Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Ipse patria quò imus, ipse via quà imus. Per ipsum ad ipsum eamus, & non erramus.

Matth. 22. Psal. 109. Cap. II. 2. Cor. 13. 2. Tim. 2. Philip. 2. Cap. III. Matth. 21. In lapidẽ iacentem offendere. Lucę 20. Ioan. 1. Philip. 2.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Accesserunt ad Iesum Pharisæi. Et interrogauit eum vnus ex legis doctoribus, &c. quæ habetur in libro quinquaginta Homiliarum, XXXVIII.

Domi-

Dominica decimanona, De eo quid sit homini facere bonum.

SERMO CCXXXVI.

SERMO D. AVGVST. I.

Habitus in Basilica sanctæ Celerinæ.

CAP. I.

LECTIONES diuinorum eloquiorum cũ recitarentur, audiuimus. Ea nobis est materies loquendi proposita, inde sapere debemus, inde seminare quod sapimus, adiuuante illo, in cuius manu sunt, sicut scriptum est, & nos & sermones nostri. Nec fruſtrà alio loco scriptũ est, Laudabo sermonem, in Domino laudabo verbũ. Hoc laudatur in Domino, quod dat Dominus. Quãuis ergo infirmi simus, vasa tamen sumus eius: capimus quãtum possumus, cõmunicam⁹ sine linore quod capim⁹. Suppleat ille in cordibus vestris, quod nos minus fecerimus, quia & quod operamur in auribⁿ vestris, quid est nisi ille totum agat in cordib⁹ vestris? Lectio prima prophetica quid nobis cõmendauerit, me cõmemorante recolite. Quid dignum, inquit, offerã Domino? Quærebat homo sacrificiũ quo placaret Deum, vel quo placeret Deo: Curuabo, inquit, genu Deo excelso, placabo eũ in milibus taurorũ, aut in denis milibus caprarũ pinguium, aut offeram Deo fructũ vẽtris mei pro peccato animæ meæ? Respondetur ergo tibi, ô homo. O homo à quo respondetur, nisi à quo factus es homo? Respondetur ergo tibi, ô homo, quærenti quid offeras Deo, & vnde places Deum, vel vnde placeas Deo.

Sapient. 7. Psal. 55. Michęæ 6.

CAP. II.

RESPONDETVR tibi quid sit bonũ: aut quid aliud Dominus requirat à te, nisi vt facias iudiciũ & iustitiã, & diligas misericordiam, paratúsque sis ire cũ Domino Deo tuo. Quærebas quid offerres pro te, offer te. Quid enim Dominus quærit à te, nisi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius fecit te. Quærit te à te, quia tu pedideras te. Si autẽ facias quod iussit, inuenit in te iudiciũ & iustitiã. Iudiciũ primo in teipso, iustitiam ad proximum tibi. Quomodo iudiciũ in teipso? Vt displiceas tibi quod eras, & possis esse quod nõ eras. Iudiciũ, inquã, de teipso in teipso sine acceptione personę tuæ, vt nõ parcas peccatis tuis, nec ideo tibi placeãt, quia tu facis. Nec te laudes in bonis tuis, & Deũ accuses in malis tuis. Hoc enim est peruersum iudiciũ, & ideo nec iudiciũ. Vt enim ostẽderet Deus peruersum iudicium non esse iudiciũ, non ait, quid Dominus quęrit à te, nisi facere rectũ iudiciũ: sed facere, inquit, iudiciũ. Si enim rectũ, tunc iudicium. Si autẽ peruersum, non iudiciũ, sed vitium. Quid ergo faciebas quando te perdideras, & post tuam perditionẽ ibas? Ibas, & nõ redibas. Quid faciebas? Scio quid faciebas. In bonis tuis te laudabas, in malis tuis Deum blasphemabas. Hoc est peruersum iudicium: & ideo, vt dixi, nec iudicium. Vis ergo facere rectum iudicium, hoc est iudicium? illud quod faciebas, corrige; præpostera, & rectũ erit. Quid est, Corrige? Deum lauda in bonis tuis, te accusa in malis tuis. Cũ tibi ergo peruersus displicueris, tẽque illo qui creauit adiuuãte correxeris, rectus seruabis iustitiã. Placebit enim tibi Deus, si rectus fueris. Non discrepabis à recto, nisi prauus atque peruersus. Rectus autem recto conuenies, & sine dubio tibi placebit Deus. Quando enim displicebat, peruersitati tuæ displicebat.

Iudicium & iustitia. Peruersum iudicium, vitium.

CAP. III. Psal. 72.

AVDI sanctum Psalmum, Quàm bonus Israël Deus rectis corde! Iste qui hoc dicit in Psalmo displicuerat illi Deus? Absit à me vt arguam, & non potius cõfitenti credã. Ecce audite mecũ, & considerate quid dixerit. Quàm bonus Deus, inquit, Israël! Quibus? Rectis corde. Mei autẽ, inquit, quando nõ eram rect⁹ corde, mei autem penè commoti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei. Quod est, Commoti sunt pedes: hoc est, Effusi sunt gressus mei, Quod est penè, hoc est, paulo minus. Quid itaque ait penè? Paulo minus commoti sunt pedes mei, effusi sunt gressus mei. Penè, inquit, lapsus sum, penè cecidi. Vnde in tantum periculum peruenisti? Quia zelaui, inquit, in peccatorib⁹ pacem peccatorũ intuẽs. Zelaui, inquit, in peccatoribus, intuẽs pacem peccatorum, hoc est, malos homines videẽdo felices, titubaui sub Deo, penè cecidi à Deo. Ecce vnde illi displicuerat Deus, quare mali habẽt bona? Denique videte verba titubantis, quę apud se dixerit, Ecce ipsi peccatores. In ipso Psalmo verba sunt titubãtis: ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerũt diuitias: & dixi, Quomodo sciuit Deus? Ipse dicit in Psalmo, ipse loquitur, cui nondũ recto Deus displicuerat, quòd mali abundarent bonis. Quomodo, inquit, sciuit Deus, etsi est scientia in altissimo? Videte adhuc quid adiungat: videte quẽ admodũ titubãdo propinquet casui, & sitvicinus perditioni. Videte, inquã, quid adiungat. Nunquid vanè iustificaui cor meũ, & laui in innocentibus manus meas? Perdidi, inquit, totũ quod bene vixi. Iustificaui cor meũ, laui in innocentibus manus meas, ad hoc vt mali sint felices, & ego tribuler: Et fui, inquit, flagellatus tota die. Gaudent illi, & ego flagellor. Gaudent qui blasphemant Deũ, flagellor qui colo Deum. Quomodo sciuit Deus? Hinc titubauit, hinc penè cecidit, hinc putauit ad Deũ res humanas nõ pertinere.

Cap. IV.

CVM ergo hoc putaret, nõ recto, sed peruerso corde, & quasi vtrisimili ratione duceretur propter istam inconuenientiã credere ad Deũ gubernationem rerũ humanarum nõ pertinere: placuerat illi sic prædicare, hoc asserere, hoc docere. Reuocatus est sanctorum authoritate. Videte enim verba eius: Si dicebam, inquit, Si dicebam, narrabo sic, prędicabo sic, docebo sic; dicã hominibus ad Deum curam rerum humanarum non pertinere. Si dicebam, narrabo sic: Ecce generationem filiorum tuorum reprobaui. Quomodo ergo narrabo sic? Non sic narrauit Moyses, non sic narrauit Abraham, Isaac & Iacob: non sic narrauit Hieremias, non sic Esaias, non sic cæteri Prophetæ. Isti autem omnes filij tui. Ego ergo si narrabo sic, generationem filiorum tuorum reprobabo. Quid ergo faciã? Suscepi cognoscere. Suscepi, inquit, cognoscere: sed magnum est cognoscere, difficile est cognoscere. Hoc, inquit, posteaquam dixi, Suscepi cognoscere, hoc labor est ante me. Quomodo cognoscam & iustũ Deum esse, & res humanas nosse, & peruersis bene esse, rectis malè aliquãdo esse? Quomodo sit iustum, suscepi cognoscere, & labor est ante me. QVOVSQVE labor? Donec introeam in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissima. Intra ergo in sanctuarium Dei anima fidelis, intra in sanctuarium Dei anima pia, cui non displicet Deus in malis tuis, & in bonis malorum cui nõ displicet Deus. Et si nescis qua ratione fiat, crede nõ iniustè fieri quod finit aut facit Deus. Humana ratione ducebaris, diuina authoritate reuocare, & crede aliquid ibi esse quod te latet. Nam Deum peruersum & iniquum esse non posse, fide certissima credẽdum est. Sic intrans fide in sanctuariũ Dei, intrãs credẽdo, discis intelligendo. Sic enim ait, Donec introeã in sanctuariũ Dei. Quo intrat fides, & post fidẽ quid? Et intelligam in nouissima. Veniẽt nouissima, quãdo nulli bono erit malè, nulli malo erit bene. Venient, inquã, nouissima, quando discernẽtur pij ab impiis, iusti ab iniustis, laudatores Dei à blasphematoribus Dei. Venient quãdo discernentur, vt nulli, sicut dictum est, bono sit malè, nulli malo sit bene. Quare ergo modò nõ sic? Fortè & modò sic. Sed quod nunc est in occulto, pòst erit in manifesto. Ingredere mecum, si potes, in sanctuarium

Cap. V.

Dei

Dei fortè ibi, si possum, docebo te: imò disce mecũ ab eo qui docet me, etiam nũc malis non esse bene, & melius esse bonis quàm malis, quamuis nondum venerit bonorũ felicitas, nondũ venerit malorũ pœna nouissima.

Cap. v. Forte intelliges mecũ, nõ esse bene malis. Rogo enim te, & quæro abs te, tibi quare malè est? Respõsurus es, Egestas angit, premit difficultas, dolor fortasse membrorũ, timor ab inimico. Tibi ideo malè est, quia pateris mala: & bene est illi qui est ipsum malum? Malum esse, malum pati. Multũ interest inter malum esse, & malũ pati. Tu quod pateris nõ es: malum enim pateris, sed tu malus non es. Malum, inquã, pateris: sed tu malus non es. Ille autem malũ nõ patitur, & malus est. Noli ergo falli, noli falli: Nõ potest fieri vt tibi malè sit, qui pateris malũ: & illi benè sit, qui est malus. Cùm enim est malus, putas quia non patitur malũ, cùm patitur seipsum? Tibi malè est, quia malum alienũ pateris in corpore tuo: & illi bene qui malum seipsum patitur in corde suo? Tibi malè est quia malã habes villã, & bene est illi qui malam habet animam? Esto bonꝰ qui habes bona. Bonę sunt diuitię, bonum est aurum, bonum argẽtum, bonæ familię, bonæ possessiones. Omnia ista bona sunt, sed vnde facias bene, nõ quæ te faciant bonũ. Habero bona quæ te faciant bonũ. Quæ sunt, inquis, ista? Fac iudiciũ, fac iustitiam, bona sunt quæ habes. Fac iudicium, fac iustitiã. Esto & tu bonꝰ inter bona tua. Erubescе bonis tuis. Esto bonus mansurus inter bona peritura. Erubesce bonis tuis. Noli esse malus in eis, ne pereas cum eis. Cętera quomodo se habeãt, fratres mei, quomodo sit seruanda iustitia, & quomodo diligenda misericordia, & quomodo debeat quisque paratus esse ire cum Domino Deo suo, alio tempore, donante Domino, disputabimus vobis. Tenete me debitorẽ, ne diu habeatis fatigatorem. Conuersi, &c.

Bona quibus facias bene, & quæ faciũt bonum.

In eadem Dominica sermo habitus ad mensam sancti Cypriani, in die Dominico de conductis in vinea, & de iustitia.

Sermo CCXXXVII. Cap. I.

Sermo D. August. II.

Lectiones sanctas plures, cùm recitarẽtur, audiuimus, & de his nos oportet dicere, quod Dominus fuerit donare dignatus. Sed lectionẽ omnis auditor quod recẽtius lectum est magis meminit, & vt inde aliquid à tractatore verbi dicatur expectat. Cùm ergo in vltimum sit sanctum Euangelium recitatum, nõ dubito expectare charitatem vestram, vt de ista vinea & de conductis, & de mercede denarij aliquid audiatis. Sed ego memini superiore Dominico quid promiserim. Cùm enim de sancto Propheta quod lectum fuerat aliquid exponere voluissem: lectum autem fuerat quærenti homini, quibus sacrificiis placaret Deum, renunciatũ est, nihil ab illo Deũ quærere, nisi facere iudiciũ & iustitiam, & diligere misericordiã, paratúmque esse ire cum Domino Deo suo: tractaui, quantum potui, de iudicio, tantúmque sermo productus est, vt non remaneret temporis spatium quo possem de cęteris disputare. Vnde me, ꝓmisi hodierno die de iustitia esse dicturum. Sed qui expectabatis, vt de Euangelio loquerer, nolite vos putare fraudatos. Opus enim in illa vinea, ipsa est iustitia. Putate ergo vos esse conductos. Qui pueri venerunt, prima hora se adductos putent; qui adolescentuli, tertia; qui iuuenes, sexta; qui grauiores, nona; qui decrepiti, vndecima. De tempore nolite causari. Opus quod faciatis audite, mercedem securi expectate. Et si attenditis, Dominus vester qualis est, nolite inuidere, si merces ęqualis est. Quod est opꝰ, nostis: sed cõmemorabo. Audite quod nostis, & facite quod audistis. Diximus, opus Dei esse iustitiã. Interrogatus ergo Dominus Iesus quod esset opus Dei: respõdit, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quẽ ille misit. Poterat dicere, Iustitia est opus Dei. Nũquid ergo nos præsumere aliquid cõducti contra patrem familiãs ausi sumus? Si iustitia est opus Dei, sicut ego dixi: quomodo erit opus Dei quod Dominus dixit, vt credatur in eum, nisi ipsa sit iustitia credere in eũ? Sed ecce, inquis, à Domino audiuimus. Hoc est opus Dei, vt credamus in eum: à te audiuimꝰ quòd opꝰ Dei sit iustitia. Proba nobis credere in Christũ, hanc esse iustitiam. Videtur mihi quoniã iam respondeo quęrenti, & iusta flagitanti, videtur tibi credere in Christũ non esse iustitiam? Quid est ergo? Impone huic operi nomẽ. Proculdubiò si bene cõsideras quod audisti, responsurus es mihi, Ista fides vocatur, credere in Christũ, fides vocatur. Accipio quod dicis, credere in Christũ, fides vocatur. Audi & tu aliũ Scripturæ locum, Iustus ex fide viuit. Facite iustitiã, credite, Iustus ex fide viuit. Difficile est, vt malè viuat, qui bene credit. Credite ex toto corde, credite nõ claudicãtes, nõ hæsitãtes, nõ cõtra ipsam fidẽ humanis suspicionibus argumentãtes. Fides appellata est ab eo quia fit quod dicitur. Duæ syllabæ sonant, cùm dicitur fides. Prima syllaba est à facto, secunda à dicto. Interrogo ergo te vtrũ credas? Dicis, Credo. Fac quod dicis, & fides est. Ego enim respondentis vocem audire possum, cor credẽtis videre nõ possum. Sed nũquid ego ad vineã conduxi, qui cor videre nõ possum? Nec ego conduco, nec ego opus indico, nec ego denariũ mercedẽ præparo. Cooperarius vester sum. Pro viribꝰ quas ille donare dignatur, in vinea laboro. Quo autem animo laborem, qui me conduxit videt. Mihi enim, ait Apostolus, minimũ est, vt à vobis iudicer. Et vos vocẽ meã potestis audire, nõ potestis cor meũ videre. Omnes cor nostrum Deo videndũ proponamus, & opus ex animo faciamus. Cõducentem non offendamus, vt libera frõte mercedem accipiamus. Et nos, charissimi, videbimus sincerè inuicẽ corda nostra, sed postea: nũc autem adhuc tenebras mortalitatis huius circumferimus, & ad lucernã Scripturæ ambulamus; sicut dicit apostolus Petrus, Habemus certiorẽ prophęticum sermonem, cui benefacitis, intendentes tanquam lucernę in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Proinde, charissimi, propter ipsam fidem qua credimus in Deũ, in comparatione infidelium dies sumꝰ. In infidelitate nox cũ ipsis fuimus, modò lux, dicente Apostolo, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Tenebræ in nobis, lux in Domino. Itẽ in alio loco, Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis, neque tenebrarum, sic vt in die honestè ambulemus. Dies ergo in cõparatione infidelium. In comparatione verò illius diei quando resurgent mortui, & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induetur immortalitate, adhuc nos sumus. Nobis tanquam iam in die, dicit apostolus Ioãnes: Dilectissimi, filij Dei sumus. Et tamẽ quia adhuc nox est, quid sequitur? Et nondũ apparuit quod erimus. Scimꝰ, quoniã cùm apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Sed ista merces est, non opꝰ. Videbimus eum sicuti est, ipsa merces est. Tunc erit dies, quo clarior esse nõ possit. Nunc ergo in isto iam die honestè ambulemus. In ista adhuc nocte non de inuicem iudicemus. Videte enim & ipsum apostolum Paulum, qui dixit, Sic vt in die honestè ambulemus, nõ resultare, neque dissonare à co-apostolo suo Petro, qui dicit: Cui benefacitis intendentes, fermoni scilicet diuino, tanquã lucernæ in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

Matt. 10.

Michæ 6.

Matt. 20.

Cap. II.

Ioan. 6. Credere, est opus Dei, iustitia est opus Dei.

Facere iustitiam, est credere

Abac. 2. Rom. 1.

Fides à facto & dicto.

1. Cor. 4.

Cap. III.

2. Pet. 1.

Dies sunt fideles. Ephes. 5.

1. Thess. 5.

Rom. 13.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 3.

Rom. 15.

2. Pet. 1.

Vide-

Cap. VI. III. 1. Cor. 4.

Videte hoc ipsum dicentẽ apostolum Paulũ: Itaque nolite ante tempus quicquã iudicare. Et quando erit tempus? Donec veniat Dominus, & illuminet abscõdita tenebrarũ, & manifestet cogitationes cordis, & tũc laus erit vnicuique à Deo. Quid est ante tẽpus, nisi antequã corda inuicẽ videatis? Intẽdite si hoc est quod dixi: omnia verba ipsius sentẽtiæ paulisper audite. Nolite ante tẽpus quicquam iudicare. Et quãdo erit tempus? Donec veniat Dominus & illuminet abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Quomodo te reprehendẽt tenebræ, quando à luce laudaberis? Tunc patebũt corda, modò latent. Suspectus est nescio quis quasi inimicus, & fortè est amicus. Videtur alter quasi amicus, & est fortsitã occultus inimicus. O tenebræ, sæuit & amat, blanditur & odit! Si ex vocibus iudico, tranquillũ vitãs scopulũ incurro. Fugio amicũ, hæreo inimico. Hoc fecit cor latens. Ibi credendũ est, ibi intus, vbi latet, vbi occultũ est. Ad hoc excolendũ conductus es. Ibi credẽdo cooperare, vbi te nõ videt cooperarius tuus, sed videt te Dominus tuus. Iustus ex fide viuit. Hoc age.

Rom. 1.

Cap. V. Supra ser. 236.

Iam de iudicio priore dominico disputaui, vt iudicares teipsum, & cùm te inuenires peruersum, nõ tibi blãdireris, sed corrigeres te, & fieres rectus, & tibi placeret Deus rectus. Nã rectus Deus peruerso nõ placet. Vis vt tibi placeat rectus Deus? Esto rectus: Iudica teipsũ, noli tibi placere. Quod tibi in te meritò displicet, castiga, emẽda, corrige. Scriptura sancta sit tibi tanquã speculum. Speculũ hoc habet splendorẽ non mendacem, splendorem non adulantem, nullius personam amantem. Formosus es, formosum te ibi vides. Fœdus es, fœdum te ibi vides. Sed cùm fœdus accesseris, & fœdum te ibi videris, noli accusare speculum. Ad te redi, non te fallit speculum, tu te noli fallere. Iudica de te, contristare de tua fœditate: vt cum abieris & discesseris, tristis, fœdus, correctus: possis redire formosus. Cùm ergo iudicaueris teipsum sine adulatione: iudica & proximum cum dilectione. Est enim quod iudices, quod vides. Fieri enim potest vt aliquid mali videas vnde sordescas. Fieri potest vt malum suũ ipse proximus tuus tibi cõfiteatur, & prodat amico quod texerat inimico. Quod videris iudica: quod non vides, Deo dimitte. Quãdo autẽ iudicas, dilige hominẽ, oderis vitiũ. Noli propter hominẽ diligere vitiũ, nec propter vitiũ diligas hominẽ. Homo proximus est tuus: Vitiũ inimicũ proximo tuo. Tũc amas amicũ, si oderis quod nocet amico. Si credis facis, quia iustus ex fide viuit.

Scriptura sancta, speculum.

Cap. VI.

Quod abũdat in rebꝰ humanis, hoc dico. Aliquãdo amico tuo charissimo inimicꝰ est aliquis, qui erat amicꝰ amborũ. Incipiũt esse de tribus amicis duo inter se inimici, quid faciat medꝰ qui remãsit? Vult, exigit flagitat à te vt oderis cũ illo quẽ odisse cœpit, & hæc verba tibi dicit, Non es amicus meus, qui es amicus inimici mei. Quæ vox huius est ad te, ipsa est & illiꝰ ad te. Tres enim eratis. Tres eratis, duo cœperũt esse discordes, remãsisti tu. Si huic te iũxeris, illũ habebis inimicũ: si illi, istũ: si ambobus, ambo murmurabũt. Ecce tẽtatio: ecce spinę in vinea quò cõducti sumus. Expectas fortè à me audire q.d facias. Permane amicus amborũ. Qui discordãt inter se, cõcordẽt per te. Mala si quæ audis ab altero de altero, noli prodere alteri: ne fortè sint postea amici qui modò sunt, inimici, & proditores suos prodãt sibi. Sed hoc propter homines dixi, nõ propter oculos eius qui nos conduxit. Ecce nemo te prodit. Deus videt qui te iudicat. Audisti ab irato verbũ, à dolẽte, à succẽsente, moriatur in te. Quare proditur, quare profertur? Nõ enim si in te fuerit, disrũpet te. Dic sanè amico tuo, qui vult te facere inimicũ amici tui. Alloquere, & tanquã ægrotantẽ animũ medicinę lenitate p[illegible]tracta. Dic illi: Quare vis vt sim inimicus illius? Respõd[illegible]: Quia inimicus meus est. Vis ergo vt sim inimicus inim[illegible] tui? Inimicus esse debeo vitij tui. Iste cui me vis fac[illegible] inimicũ, homo est. Est alius inimicus tuus, cui debeo esse inimicus, si amicus tuus sum. Respõdebit: Quis est [illegible]lius inimicus meus? Vitiũ tuum. Respondebit: Quod est vitiũ meũ? Odiũ quo odisti amicũ tuum. Esto ergo similis medico. Medicus non amat ægrotantẽ, sinõ odit ægritudinẽ. Vt liberet ægrotũ, persequitur febrẽ. Nolite amare vitia amicorũ vestrorũ, si amatis amicos vestros.

Cap. VII.

Sed qui dico, putas ne facio ipse quod dico? Fratres mei, facio, si in me prius facio. In me autẽ facio, si à Domino accipio, facio. Odi vitia mea, cor meũ sanandum offero medico meo. Persequor ea, quantum possum, gemo de illis, cõfiteor, quia sunt in me, & ecce ego accuso me. O qui me reprehendebas, corrige te! Hæc est iustitia, ne dicatur nobis, Stipulã in oculo fratris tui videbis, & trabẽ in oculo tuo nõ vides? Hypocrita, eiice primum trabẽ de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Ira, festuca est: Odium, trabes est. Sed nutri festucam, & fit trabes: ira inueterata fit odiũ, festuca nutrita fit trabes. Vt ergo festuca non fiat trabes, nõ occidat sol super iracundiã vestrã. Videbis, sentis te odio liuentem, & reprehendis iracũdẽ? Tolle odiũ, & rectè reprehendis. Ira est in oculo eius, in tuo trabes. Nam si odisti tu, quomodo vides quod detrahas? Trabes est in oculo tuo. Quare trabes est in oculo tuo? Quia festucam ibi natã contempsisti. Cum illa dormisti, cũ illa surrexisti. Eam in te ipso excoluisti, falsis suspicionibus irrigasti, verba adulantiũ & ad te mala verba de amico deferentiũ credendo, nutristi. Festucã non auulsisti diligentia tua, trabẽ fecisti. Tolle trabẽ de oculo tuo, noli odisse fratrẽ tuũ. Expauescis, an non expauescis? dico tibi, noli odisse & securus eris. Et respõdes mihi, & dicis mihi, Quid est odisse? Et quid mali est, quia odit homo inimicũ suũ? Odisti fratrem tuum. Sed si odiũ cõtemnis, audi quod nõ attẽdis, Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Qui odit, homicida est. Nunquid modò potes, dicere, Quid ad me, vt homicida sim? Qui odit, homicida est. Non venenũ parasti, nõ ad percutiendũ inimicũ cum gladio processisti: non ministeriũ sceleris præparasti, non locũ, non tempus: postremò ipsum scelus nõ fecisti. Tantũ odisti, & prius te quã illũ occidisti. Disce ergo iustitiam, vt non oderitis nisi vitia, homines ametis. Hoc si tenueritis, & hãc iustitiã feceritis, vt homines etiã vitiosos sanari malitis potius quã dãnari, bonũ opus in vinea fecistis. Sed exercete vos in hoc, fratres mei. Ecce post sermonẽ fit missa catechumenis. Manebunt fideles; venietur ad locũ orationis. Scitis quò accessuri sumus, quid prius Deo dicturi sumus? Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Agite vt dimittatis, agite. Venietis enim ad ista verba orationis, quomodo ea dicitis, quomodo nõ dicitis? Postremò interrogo, Dicitis, an nõ dicitis? Odisti, & dicis? Respõdebis mihi, Ego nõ dico. oras, & nõ dicis: odisti, & dicis: oras, & nõ dicis? Citò respõdeo. Ergo si dicis, mẽtiris: Si nõ dicis, nihil mereris. Obserua te, attẽde te. Modò es oratur, dimitte ex toto corde. Litigare vis cũ inimico tuo, prius litiga cũ corde tuo. Litiga, inquam, litiga cũ corde tuo. Dic cordi tuo: Noli odisse. Illud autẽ cor tuũ, animus tuꝰ odit adhuc. Dic animo tuo, Noli odisse. Quomodo orabo, quomodo dicã, dimitte nobis debita nostra? Possũ quidẽ hoc dicere, sed q. sequitur quomodo dicã? Sicut & nos. Quid? Sicut & nos dimittimꝰ. Vbi est fides? Rac q. dicis, Sicut & nos. Sed nõ vult dimittere aãa tua, & cõtristatur, quia dicis ei: Noli odisse. Responde illi:

Cap. III. 1. Cor. 4.

Cap. V.

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

Iustitia. Matth. 7.

Ira, festuca; odium, trabes.

Ephes. 4.

1. Ioan. 3.

Matth. 6.

Psal.41. illi: Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Quare conturbas me? Quare tristis es? Noli odisse, nec perdas me. Quare conturbas me? Spera in Deũ. Langues, anhelas, ægritudine sauciaris: non potes tibi tollere odiũ. Spera in Deũ, medicus est; pro te pependit in ligno, & nondũ est vindicatus. Quid vis vindicari? Ideo enim odisti, vt vindiceris. Vide pendentẽ Dñm tuum, vide pendentẽ, & tibi de lignò tanquam de tribunali præcipientẽ. Vide pendentẽ, & tibi laguenti de suo sãguine medicamẽtum facientẽ. Vide pendentẽ, si vindicari vis. Vindicari vis: vide pendentẽ, audi precantẽ, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

Lucæ 23. Cap. ix. SED potuit hoc Christus, dicis mihi, ego non possum. Ego enim homo sum, ille Deus: homo ego, homo ille, Deus homo. Deus ergo vt quid homo, si nõ corrigitur homo? Sed ecce tibi loquor, ô homo, multum est ad te imitari Dominũ tuũ, attende Stephanum conseruum tuũ. Certè Stephanus sanctus, homo erat, an Deus? Homo erat. Planè homo erat: hoc erat quod tu. Sed quod fecit, non fecit, nisi donante illo, quẽ rogas & tu. Vide tamen quid fecerit. Loquebatur Iudæis, sæuiebat & diligebat. Vtrũque ostẽdere debeo quia dixi, sæuiebat: dixi & diligebat. Vtrunque debeo demonstrare, & sæuientẽ & diligẽtem. Audi sæuientẽ, Dura ceruice. Verba sunt sancti Stephani, quando loquebatur Iudæis, Dura ceruice, & incircumcisi corde & auribus, vos semper † resistitis spiritui sancto. Quẽ prophetarũ non occiderunt patres vestri? Audisti sæuientem. Alterum debeo, audi & diligentẽ. Irati illi facti, & grauiùs inardescentes, & mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt, Dei famulũ lapidare cœperunt. Hic proba sancte Stephane dilectionẽ tuam, hic hîc te videamus, hic spectemus, hîc victorem diaboli triumphatorẽmque cernamus. Audiuimus sæuientem aduersus tacentes, videamus si diligis sæuientes. Sæuiebas aduersus tacentes, videamus si diligis lapidantes. Si enim odisti, & odisse potuisti, nunc est tempus quando lapidaris, tunc maximè odisse debes. Videamus si reddis duritiã cordis lapidibus duris, lapidibus qui te lapidant. Lapides enim mittunt lapides, dura duri. Qui in lapide legem acceperunt, lapides mittunt.

De sancto Stephano.

Act.7. al. resistitis.

Cap. x. VIDEAMVS charissimi, videamus, spectemus magnũ spectaculũ: Spectemus & diei crastino proponendum. Videamus. Ecce Stephanus lapidatur, sit constitutus quasi ante oculos nostros. Eia membrũ Christi, eia athleta Christi, inspice ilium qui pro te pependit in ligno. Crucifigebatur ille, tu lapidaris. Ille dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Tu quid dicis, audiamus. Videam te, ne fortè possim imitari vel te. Primò beatus Stephanus stans orauit pro se, & ait: nomine Iesu, accipe spiritũ meum. Deinde genu flexit, & flexo genu ait: Dñe, ne statuas illis hoc peccatum. Hoc dicto obdormiuit. O felix somnus, & requies vera! Ecce quid est requiescere, pro inimicis orare. Sed paululum quæso te sancte Stephane, expone nobis hoc, nescio quid, quare pro te stans oraſti, & pro inimicis genu flexisti? Respondebis fortasse quod intelligimus. Pro me stans oraui, quia pro me qui rectè Deo seruui, orãdo & impetrãdo non laboraui. Pro me non laboraui: quia qui pro iusto orat, nõ laborat; ideo stans pro se orauit. Vẽtũ est vt oraret pro Iudæis, pro interfectorib⁹ Christi, pro interfectorib⁹ sanctorũ, pro lapidatorib⁹ suis, attẽdit numiã & magnã esse impietatẽ ipsorũ, quæ difficilè donari possit, & genu fixit. Fige genu in hac vinea fortissime operarie: fige, inquã, genu in opere huius vineæ fortissime operarie. Magnũ opus tuũ, egregium & laudãdũ multũ. Multũ altũ fodisti, qui odiũ inimicorũ de corde exuisti. Conuersũ ad Dominum, &c.

Luc. 23.

Act.7.

Dominica vicesima, de bono disciplinæ.

SERMO I. — SERMO CCXXXVIII.

Est in appendice tomi IX. tractatus XII.

In eadem Dominica, de disciplina Christiana.

SERMO II. — SERMO CCXXXIX.

Est tomo IX. tractatus D. Augustini, primus de Diuersis. Item de verbis Apostoli, sermo XXIIII.

Dominica vicesima prima, De tribus pueris missis in fornacem ignis.

SERMO I. — SERMO CCXL.

IVBET tyrannus fornacem incendi, & quantum ipse igne furoris ardebat, tanto sanctiores pueros consummabat. Nunc vndantis fumi densitate cælum contegitur, nunc horrifico sonitu Chaldęi cuncti terrentur, vt magnitudo diuinę seueritatis per supplicia monstraretur. Sæuiebat violentus inimicus suppliciũ suis famulis quæsiturus. Sæuiebat, non vt iustos trucidaret, sed vt suis interitũ procuraret. Sæuiebat, non vt crescerẽt pœnarũ augmenta, sed vt cũnctis monstraretur diuina potestas, vt dum impij suppliciis gloriarentur, flammarum impetu vorarentur. Sæuiebant scelerati Chaldæi suppliciis præsentibus perituri, & futurorũ ignari ministri iussa accelerant, parant incendia, flammas exaggerant. Crudelitas eius possidet mentẽ, sæuitia immutat voluntatem. In fornacem missi sunt sancti, fugiunt flammæ, cedunt ignes, incendia expauescũt. Timent ignes lædere, quos fuerãt iussi incolumes seruare. Ostẽdunt iustorũ meritum, dum tyranni contẽnunt imperiũ. Licet sanctis cũ igne iocari, quibus cũ hominib⁹ non licuit cõmorari. Licuit in fornace Deũ venerari, quẽ apud homines nõ licuit honorari. Licet flãmarum mereri obsequia, qui non meruerãt Chaldæorum supplicia. Licet ignibus cõseruari illæsos, quos tyrãnus dederat exurẽdos. Licet in pœna esse securos, quos extra pœnã non licuit esse intactos: vt vbi interitus, ibi salus: vbi supplicia, ibi inuenirẽtur refrigeria. Accipe hostis à suppliciis exemplum, qui humanitatis perdidisti cõsilium. Fugiunt ignes iustos, quos iniustè damnasti: expauescunt flãmæ, & innocẽtes pronunciãt, quos dignos supplicio deputas: & quæ sæuire cõsueuerant, dignos sanctos in fornace cernebãt. Damnant hostes & absoluũt ignes. Chaldæi adiiciunt, & pœnæ defendũt. Homines sæuiunt, & supplicia venerãtur. Tyrannus putabat tantũ tormenta posse sæuire, quantũ ipse sacrilegus existimabat se potestatẽ habere. Ignes iusti cedunt, ardores flãmarum in refrigerium vertũtur: & instituræ naturę voraces impetus obliuiscuntur, vt iustos venerantes timerẽt, & corũ hostes persequentes punirent. Ignes iustos hospitio cũ omni honore suscipiunt, & libẽter obsequium præbent. Hostis mutato genere sęuit, nec aliqua pietate mouetur, nec humanitate blãditur. Posset vincere, si ignibus imperaret. Offeruntur ergo ignibus iusti vestitu tecti, vinculis colligati: defẽduntur ardoribus iusti, & quos vis humana damnauit, ignis absoluit. Nihil cogitat, nihil metuit. Sic namque crudelitas tyrannica superata prosternitur, dũ sui satellites deuorãtur. Cernit pœnã, & seruorum Dei aspicit gloriam. Iustis ignes obsequium præstant, iniustis interitum subministrant. Dũ vindicat flamma, impij necantur, & iusti saluantur. Cùm ad fornacem tyrannus festinanter accederet, stupet laudem, miratur factum, veneratur Deum cum tribus pueris in fornace. Aspicit iusto diuinóque ambitu protegi, quos nuper iusserat violentus extingui. In illis in fornace videt, quem in illis antè non esse putaret. Quo visũ territus, furori addit lenitatem: fit repentè confessor, qui nuper fuerat persecutor. Prædicat quem paulo antè negabat, venerari

rari præcipit, qui venerantes damnauit. Rogat de fornace iustos procedere, precatur de igne Dei famulos prosilire. Exite, inquit, serui Dei excelsi. Nũc me defẽsorẽ Dei profiteor, cuius inimicũ fuisse cõstat; vt cuius seruos igharus persequebar, eius inimicos vt defensor vleiscar. Tunc de fornace egrediuntur illæsi Hebræi, lætantur incolumes, triumphant victores, quòd Deo fideliter seruierunt, & furorem tyranni contẽpserunt.

Daniel.3.

In eadem Dominica, de auguriis.

SERMO II. — SERMO CCXLI.

In appendice sermo LXVIII.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Dominica vicesima secunda, de Susanna.

SERMO I. — SERMO CCXLII.

Erit in appendice LXIX.

In eadem Dominica, de castitate coniugali.

SERMO II. — SERMO CCXLIII.

QVANDOCVNQVE castitatem, fratres charissimi, secundũ quod decet & expedit, cõmendamus, fortè adolescentes & adhuc in viridi ætate positi dicunt: Iuuenes homines sumus, continere nõ valemus. Quibus nos respondere & possumus & debemus, ne fortè ideo castitatẽ custodire nõ possint, quia amplius manducant quã expedit, & vinum amplius accipiunt quã oportet, familiaritatem mulierũ vitare nolunt, atq; earum suspectã societatẽ habere nec metuũt nec erubescunt. Qui tales sunt, audiant Apostolũ dicentẽ. Fugite fornicationẽ. Et illud: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et illud Salomonis: Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos. Illi verò qui dicunt, quòd castitatẽ seruare nõ possint, respondeant nobis vtrũ vxores habeant, an non. Si habent, quare non attendunt illud quod veritas in Euãgelio ait: Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Et quare non seruant fidẽ vxoribus suis, quã sibi ab eis seruari desiderant? Cũ enim vir à virtute nomen acceperit, & mulier à mollitie, id est, fragilitate, quare contra crudelissimam bestiam libidinẽ vult vnusquisq; vxorẽ suam victricem esse, cũ ipse ad primũ libidinis ictum victus cadat? Hoc loco fortè qui adhuc vxoribus non sunt cõiuncti, dicũt se excusare posse, quia coniugia non habent, quibus fidẽ seruare debeant, & propterea continere nõ possint. Istis qui istam falsam & miserabilẽ excusationẽ conantur prætendere, iustissimè respõderi & potest & debet, quia nullus magis illicita vitare debet, quã qui respuit quæ licebant: cũ vxorem accipere liceat, & cõtra omniũ Scripturarum authoritatẽ adulterium cõmittere nunquã liceat: quare cũ Dei gratia nõ accipis quod licet, & cum Dei offensa præsumis quod non licet? Velim tamẽ scire, si illi qui vxores nõ habẽt, & prius quã coniugiis copulẽtur, adulteria cõmittere nec metuunt nec erubescunt, vtrũ velint sponsas suas, antequã ad nuptias veniãt, ab aliquibus adulteris violari? Cũ enim nullus sit qui hoc patienter accipiat, quare vnusquisq; sponsæ suæ non seruat fidẽ, quam sibi ab ipsa seruari desiderat? Quare vxorem virginẽ optat accipere, cũ ipse sit corruptus? Quare viuenti vxori desiderat copulari, cùm per adulterium in anima iam ipse sit mortuus: secundũ illud quod scriptũ est, Anima quę peccauerit, ipsa morietur? Et illud quod terribiliter clamat Apostolus, Fornicatores iudicabit Deus. Et illud: Neque adulteri regnũ Dei possidebunt. Et iterũ: Omnes adulteranres & adulteros tanquam clibanus

2. Cor. 6. Ephes. 5. Eccl. 19.

Matth. 7.

Ezech. 18.

Hebr. 13.

corda eorum. Sed fortè putãt aliqui, quòd feminis ante nuptias fornicari non liceat, sed viris liceat. Ista punienda, & nimium grauia mala, quod peius est, ideo à multis viris sine vllo timore Dñi cõmittuntur: quia ita à pluribus in cõsuetudinẽ missa sunt, & ita vilia vel leuia † dicuntur, vt nec iam inter grauia crimina putentur. Nã in fide catholica quicquid mulierib⁹ nõ licet, omnino nec viris licet. Vno enim pretio, id est, Christi prætioso sanguine redimuntur & viri simul & feminę. In vnã fidẽ vocantur, & in vno Ecclesiæ corpore congregantur: simul baptismi sacramẽta percipiunt, simul ad altare ad accipiendũ corpus & sanguinẽ Christi accedunt, simul vtiq; sexui præcepta donata sunt. Cùm hæc ita sint, qua fronte vel qua cõscientia quod & viris simul, & mulieribus non licet agere, soli viri se credunt impunè committere? Sed & illi qui hoc facere præsumunt, pro certo cognoscant, quòd si citò se nõ emendauerint, & eis fructuosa pœnitentia nõ subuenerit: & sic subitò de hac luce rapti fuerint, æterna illos flãma sine vllo remedio cruciabit. Et illud quale est, quòd multi virorũ ante nuptias concubinas sibi assumere non erubescunt, quas post aliquot annos dimittant, & sic postea legitimas vxores accipiant. Tractant enim apud se, vt prius de multis calumniis & rapinis & iniustas diuitias, & iniqua lucra conquirant: & postea cõtra rationẽ plus nobiles quã ipsi sunt, vel ditiores vxores accipiant. Ecce quãtis malis se obligant, qui non solũ luxurię, sed etiã auaritiæ vel cupiditati infeliciter seruire desiderant. Vnde corã Deo & angelis contestor, atque denuncio ista mala & semper prohibuisse, & nunquã ei placita fuisse: quia præcipuè temporibus Christianis concubinas habere nunquã licuit, nunquã licebit. Sed q; peius est, faciunt hoc multi viri iure fori, non iure cælis; nõ iustitia iubente, sed libidine dominãte. Cũ enim Apostolus cõiugia habẽtibus dicat. Tẽp⁹ breue est, & superest, vt qui habent vxores, tanquã non habentes sint. Et illud: Abstinete ad tẽpus, vt vacetis orationi: quomodo adulteras cõcubinas permittit habere qui castitatẽ seruare & in coniugiis positis præcepit? Pro qua re iterũ atq; iterũ voce libera clamo, quia qui ante legitimas nuptias concubinam sibi adhibere præsumit, peius peccatũ facit quã qui adulteriũ committit: quia qui adulterat, adhuc tam graue malũ secretè vult agere, in publico autẽ aut metuit aut erubescit cõmittere: ille verò qui publicè concubinã habere voluerit, fronte impudentissima rem execrabilẽ toto populo vidente, licenter se putat admittere. Sed fortè illi qui isto peccato non sunt maculati, dicunt: Quare qui hoc agunt à communione non suspendũtur? Ideo enim tantum scelus à sacerdotibus minimè vindicatur, quia à multis admittitur. Si enim vnus aut duo aut quatuor vel quinque, mala ista facere præsumerent, & poterant & debebant, nõ solũ à cõmunione suspendi, sed etiam à colloquio & conuiuio Christiani populi separari, secundum illud Apostoli, Cum huiusmodi nec cibum quidem sumere: multitudo tamen peccantium, sicut iam dictum est, prohibet sacerdotes Domini in illis distinguere. Faciunt tamen boni sacerdotes quod possunt, & cum perfecta charitate contendunt orare & suspirare iugiter, & gemitus ac rugitus effundunt, vt in quibus propter infinitam multitudinem nõ possunt seueritatem vel disciplinam ecclesiasticam exercere, monendo vel orando pro eis possint eos vel aliquando ad pœnitentiã prouocare. Vnde iterum atque iterum rogo pariter & contestor, vt qui vxorem optat accipere, sicut illam virginem inuenire desiderat, ita ipse vsque ad nuptias virgo sit: quia si non fuerit, benedictionem accipere cum sponsa sua non merebitur. Et imple-

al. diuentur.

1. Cor. 7.

1. Cor. 5.

Psal.108. impleturin eo quod scriptum est, Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Iam vide si pœnitentiæ remediũ non subuenerit, quid de illo erit, vel qua sentẽtia eũ necesse erit in futuro iudicio subiacere, qui iam in seculo benedictionẽ cũ sponsa sua non fuit dignus accipere? Et illud attẽdite fratres, si in tã graui periculo sunt qui vxores non habent, & aut concubinas sibi adhibent, aut adulteria admittunt: quid de se infelices illi cogitant, qui fortè cõiugia habentes adulterant, & insano furore, vel crudeli infelicitate de iudicio Dei desperant, qui nec supplicia inferni formidant, nec desiderãt præmia æterna? Si enim fidẽ haberent, vtique Deo crederent, & venturum iudiciũ cũ tremore metuerent. Probatur enim quia hominibus credunt, & Deo nõ credunt, vt publicè vbi homines vident adulteria timeant, & secretè vbi Deus videt omnino non timeant. Si qualemcunque scintillã fidei haberent, sicut non permittunt seruos suos in præsentia sua peccare, ita nec illi in cõspectu Dñi sui adulterare præsumerent. Sed de talibus clamat per Prophetã spiritus sanctus: Dixit, inquit, insipiens in corde suo, Nõ est Deus. Certũ est enim quia non credit Deũ esse, qui in tenebris & in occulto illa præsente Deo facit, quæ publicè facere præsentibus hominibus pertimescit. Nescit infelix, quia vultus Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorũ. Sed fortè dicit aliquis: Ecce cõpellente negotio, aut iubẽte rege ab vxore tot mensibus aut annis separatus, quomodo castitatẽ seruare possim? Cui iustissimè respõderi potest, vt redeat ad vxorẽ suã. Sed cùm hoc negotiatori dixero, potest mihi dicere, quia si negotiũ dimiserit, nõ habeat vnde viuat. Militans dicit: Si exercitũ dimisero, iracundiam regis incurro. Istis talib? veraciter dici potest: Si timet regẽ, & ideo nõ redit ad vxorẽ suã propriã, debet timere Deũ, vt non tangat alienam. Nã quomodo illũ qui non iussus relicto exercitu reuertitur ad vxorem suã, rex potest occidere: sic & illũ qui longè positus adulterat, potest Deus perpetua pœna damnare. Rogo vos, fratres charissimi, si propter negotij necessitatẽ & regis iussionem vnusquisq; ab vxore sua interdum etiã longo tẽpore separatur, quare propter Deũ & animã suã tam longo spatio temporis castitas nõ seruatur? Meretur ergo negotiũ, meretur regis iussio, vt tantis diebus non agnoscatur vxor propria: & non meretur amor & iussio Dei, vt nõ contingatur alienat? Sed qui hoc propter negotiandi lucrum & regis imperiũ seruãt, & propter Deũ seruare dissimulant, sciant qui talia agunt, q̃ si eis non pœnitẽtia subuenerit, cũ ante tribunal Christi stare cœperint, ab auditu malo liberari nõ poterũt: sed dicetur illis, Discedite à me maledicti in ignẽ æternum. Et illud quale est, quòd aliquotiens vir fortissimus procedẽs ad prælũ fortè non minus decem inimicos occiderit, & ex ipsã victoria aliquã puellam de præda accipiens, dũ cũ illa per adulteriũ iungitur, anima sua peccati gladio interficitur. Et videte quantum malũ sit, vt aliquis crudelior existat in se, suã animam occidendo per luxuriã, magis quã per carnalem victoriam aduersariorum corpora trucidando. Verè lugendum est & dolendũ, vt ille qui, sicut iam dixi, decẽ aduersarios vicit, ab vna muliere superetur: & qui tot inimicos occidit in corpore, ab vna puella iuguletur in corde. Verè nimis graue malũ est, vt vir fortis qui ferro non vincitur, libidine superetur: & eum mollia aut blanda subuertãt, quẽ dura nõ superant, & qui esse captiuus vel seruus hominũ dedignatur, seruus esse peccati mereatur, cũ indignius sit mente seruire quã corpore, secundũ quod scriptũ est, A quo enim quis vincitur, huius & seruus efficitur. Hæc ergo fratres charissimi, si vobis ego non dixero, rationem pro animabus vestris in die iudicij reddituru ero. Quicunque autẽ magis mihi irasci, quã se emendare voluerit, nõ habet vnde per ignorantiã se possit ante tribunal æterni iudicis excusare, vt dicat se nõ fuisse admonitũ, nec à malis prohibitũ, nec ad ea quæ sunt Deo placita castigatione & admonitione frequentissima prouocatũ. Sed credimus de Dñi misericordia, quòd ita negligentibus quibusq; inspirare dignabitur, vt sibi magis vel peccatis suis quã medicamẽtis sacerdotalibus irascantur. Et quomodo ægrotãtes à carnalibus medicis requirũt sanitatẽ corporũ, sic à spiritalibus medicamenta desiderent animarũ. Sed cõfidimus quia præstabit hoc diuina misericordia, quòd ita nobis de sua emendatione studebunt gaudiũ facere, vt ad æternũ mereantur præmiũ feliciter peruenire: præstante Dño, & cætera.

Matth.12.

1.Pet.2.

In eadem Dominica, de castitate coniugali.

SERMO III. SERMO CCXLIIII.

MAGNVM mihi gaudiũ facitis, fratres charissimi, dum in sollẽnitatibus martyrũ tanta deuotione fidei ad ecclesiã conuenitis. Sed si vultis, Deo auxiliante, & vestrũ profectũ & nostrum gaudiũ spiritaliter adimplere, ita inter vos & pacẽ & charitatẽ, inspirante Dño, conseruate, vt cõtra hominẽ nullũ odiũ habeatis in corde, p̃ bonis orate, vt semper ad meliora proficiant, pro malis assiduè supplicate, vt citò se corrigant: & secundũ præceptum Dñi, Quæcunquè vultis vt faciant vobis homines, hęc & vos facite omnibus. Tũc enim in vẽritate pax & iustitia & misericordia custoditur, quando non solũ nullis hominibus malum facimus, sed etiam vbicunque poterimus adiuuare cõtendimus. Si ergo hæc Christo adiuuãte fideliter agamus, beatos martyres in his quæ suprà diximus, præcipuis & præclaris operibus imitãtes, partem cum illis in æterna beatitudine habere poterimus. Et tunc pro nobis absq; vlla dubitatione sancti matyres intercedunt, quando in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscunt. Castitatem ante omnia cum Dei adiutorio custodite, propter illud quod scriptum est: Neque adulteri regnũ Dei possidebunt. Et illud: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Pueri vel puellæ qui in cõiugio coniũgendi sunt, virginitatem vsque ad nuptias seruent. Nam si ante legitimam cõiunctionem per adulterium corrupti fuerint, ad nuptias corpore quidem viui veniunt, sed in anima mortui cõprobantur: quia scriptũ est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nulla mulier potationes ad abortum accipiat, nec filios aut conceptos aut iam natos occidat, quia quæcunque fecerit hoc, ante Christi tribunal sciat se illic eorum causam quos occiderit esse daturam. Sed nec alias diabolicas potationes mulieres debent accipere. Mulier autem quæcunque fecerit hoc per quod iam non possit cõcipere, quantoscunq; parere poterat, tantorum homicidiorum se ream esse cognoscat. Mulier autem ingenua quæ mortiferas potationes accipit, vt non concipiat, velim scire si hoc ancillas vel colonas suas facere velit? Et ideo sicut vnaquæque vult vt sibi mancipia nascantur quæ illi seruiant: ita illa quantoscunque conceperit, aut ipsa nutriat, aut nutriẽdos aliis tradat, ne fortè illos aut cõcipere nolit, aut, quod grauius, occidere velit, qui boni Christiani poterant fieri generati. Quotiens ad ecclesiã iti qualibet sollennitate venitis, & sacramẽta Christi percipere volueritis, ante dies plures castitatem seruate, vt cum secura conscientia ad altare Dei possitis accedere. Quam rem etiam per totam quadragesimam, & vsque ad clausulã paschæ fideliter custodite, vt vos

Psal.52.

Matth.7.

1.Cor.6. Hebr.13.

Ezech.18.

D

vt vos sollennitas paschalis castos & puros inueniat. Qui enim bonus Christianus est, nõ solũ ante dies plures quã cõmunicet, castitatẽ seruat, sed & vxorem suã, excepto desiderio filiorũ, non agnoscit: quia vxor non propter libidinem, sed propter filiorũ procreationem accipitur. Deniq; & ipsæ tabulæ matrimoniales hoc continent, Liberorũ, inquit, procreandorũ causã. Videte quia nõ dixit libidinis causã, sed liberorum procreandorũ. Velim tamen scire, fratres charissimi, ille qui vxore sua incontinenter vtitur, si quotiens eũ luxuria victũ agnouit, totiens suũ agrũ in vno anno arauerit vel seruerit, qualẽ messem colligere possit? Qui ergo se cõtinere nolunt, si totiens terram quandã suam quã iam seminauerant, iterum arent & seminent, videamus qualiter de eius fructu gaudebũt, quia, sicut optimè nostis, nulla terra poterit dare legitimũ fructũ, in qua frequẽter in vno anno fuerit seminatũ. Quod ergo nõ vult aliquis in agro suo, quare facit in corpore suo? Sed dicet aliquis: Homo iuuenis sum, continere nõ possum. Ne fortè ideo te nõ cõtines, quia plus mãducas quã expedit, & plus vinũ accipis quàm oportet. Fortè etiã turpibus cogitationibus occupas mentem tuam, & luxuriosa verba non solũ libenter, sed etiã frequenter aut ipse dicere, aut aliis dicentibus, audire nec metuis nec erubescis. Incipe cũ dei adiutorio gulæ cõcupiscentias refrenare, castis cogitationibus & honestis sermonibus mẽtem vel linguã tuã iugiter occupare, & videbis quia Deo auxiliante castitatem poteris custodire: nec te pigeat, si corporis infirmitas nõ prohibet, frequẽtiùs ieiunare, ad ecclesiam maturiùs surgere, vt possis tuam animã à libidinosis maculis nitidã custodire. Et si hoc nõ infideliter faciens vides te adhuc carnis impugnationibus fatigari, & fortè aliquotiens excepto filiorũ desiderio ad cognoscendã vxorẽ propriam vinci, secũdũ vires tuas quotidianas eleemosynas adde: quoniã scriptũ est, Sicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemosyna extinguit peccatũ. Et illud quod contra omnia peccata magnũ est & salubre medicamentũ: Omnibus qui in te peccauerint, plenã indulgẽtiam tribue, vt quod per incontinentiam inquinatur, ieiuniis, eleemosynis, ac præcipuè per inimicorũ indulgentiã diluatur. Sed dicis, Vxorem excepto desiderio filiorũ agnoscere, peccatũ nõ est. In tantũ peccatũ est, vt Propheta pœnitens clamet, In iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Et sic in veteri Testamẽto legimus, quando populus Iudæorũ accessurus erat ad montẽ Sinai, ex præcepto Dñi dicebatur eis, Sanctificamini & estote parati in diẽ tertiũ, & ne appropinquetis vxoribus vestris: & illud, Si quis nocturno pollutus fuerit somno, non mãducet carnes sacrificij salutaris, ne pereat anima sua de populo. Si post pollutionem quæ nobis nolentibus fieri solet, nobis cõmunicare nõ licet, nisi prius præcedat cũpunctio & eleemosyna: & si infirmitas nõ prohibet etiam ieiunium: quis est qui potest dicere illud quod vigilantes & volentes facimus non esse peccatũ? Deniq; mulieres quãdo maritos accipiunt, per triginta dies intrare in ecclesiam nõ præsumant. Quod etiam similiter viri obseruare deberent. Sed dicis, Peccatũ quidẽ est, sed tamen paruum est. Nec nos dicimus quia capitale peccatũ est: sed tamen si frequentius exerceatur, & ieiuniis vel eleemosynis non redimatur, nimis immundã animã facit. Noli despicere peccata tua, quia parua sunt: nam & pluuiarum guttæ sunt, sed flumina implent, & moles trahunt, & arbores cũ suis radicibus tollunt. Tu qui dicis, quia paruum peccatũ est: velim scire quotiẽs tale peccatũ admittis, si tot paruulas plagas in corpore, & tot maculas aut scissuras in vestibus tuis fieri velis? Cũ ergo in corpore tuo plagas, nec in veste tua scissuras vel maculas fieri acquiescis, qua conscientia hoc facere in anima tua nõ metuis? Ac sic quicunque hoc fecerit, plus amat vestẽ & carnẽ suam quã animã. Cũ enim ad imaginẽ Dei facti sumus, quotiẽs aliquid turpe, aut loquimur, aut facimus, totiens Dei imaginem fordidamus. Etiam videte si hoc vos deceat aut oporteat. Verè dico vobis, fratres charissimi, quia non hoc de nobis Deus meretur, vt in nobis imago ipsius per malas cõcupiscentias iniuriã patiatur. Et cũ nullus homo velit cũ tunica sordibus plena ad ecclesiam cõuenire, nescio qua cõscientia cũ anima per luxuriam sit inquinata, præsumit ad altare accedere: non timens illud quòd Apostolus dixit, Qui eũ manducat corpus, & sumit sanguinem Dñi indignè, reus erit corporis & sanguinis Dñi. Si erubescimus ac timemus eucharistiã manibus sordidis tangere, plus debemus timere ipsam eucharistiam in anima polluta suscipere. Et quia, sicut dixi, in anima nostra facti sumus ad imaginẽ Dei, si in tabula aut lignea aut lapidea faceres imaginẽ tuam, & aliquis impudens homo vellet illã Imaginẽ aut lapidibus frangere, aut aliquibus sordibus inquinare, velim scire si cõtra eum non moueretur animus tuus? Rogo te, si imaginẽ pictã in tabula mortua sic zelaueris, putas qualẽ iniuriã patitur Deus, quando in nobis imago sua per luxuriã sordidatur? Et ideo si nobis nõ parcimus propter nosmetipsos, parcamus nobis vel propter imaginẽ Dei ad quam facti sumus. Ante omnia vt quotiens dies Dominicus aut aliæ festiuitates veniũt, vxorem suã nullus agnoscat. Et quotiens fluxũ sanguinis mulieres patiuntur, similiter obseruandũ est: propter quod ait Propheta, Ad mulierem menstruatã non accesseris. Nã qui vxorẽ suã in profluuiis positã agnouerit, aut in die Dominico, aut in alia qualibet sollennitate se cõtinere noluerit, qui tunc concepti fuerint, aut leprosi, aut epileptici, aut etiam fortè dæmoniaci nascentur. Denique quicunque leprosi sunt, non de sapientibus hominibus, qui & in aliis diebus & in festiuitatibus castitatem custodiunt, sed de rusticis maximè, qui se continere non sapiunt, nasci solent. Et reuerà fratres, si animalia sine intellectu non se contingunt, nisi certo & legitimo tempore, quanto magis homines qui ad imaginem Dei facti sunt, hoc obseruare deberent? Sed quod peius est, sunt aliqui ita luxuriosi, vel ebriosi, qui aliquotiens nec prægnantibus vxoribus parcunt. Et ideo si se non emundauerint, ipsi videant si non peiores animalibus iudicandi sint. Istis talibus clamat Apostolus, dicẽs: Vt sciat vnusquisq; suum vas possidere in honore & sanctificatione, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ spem non habent. Et quia sunt multi qui legitimam non custodiunt castitatem cum suis vxoribus, sicut suprà dixi, largas eleemosynas faciant, & omnibus inimicis suis indulgeant: vt, sicut iam dictum est, quod luxuria sordidum effecit, assiduis eleemosynis abluatur. Rogo vos, fratres, vt mihi indulgeatis, quia pro salute animæ vestræ cum grandi timore & cum verecundia de talibus rebus vos admonere videor, quia & hoc mihi expedit dicere, & vos oportet audire. Et ideo omnia quæ à nobis audistis, vbicunque fueritis inuicem vobis dicite, & cum charitate vos admonete. Sicut enim reus ero ante tribunal Christi, si vobis non dixero, ita & vos si inuicem quoscunque negligentes agnoscitis, admonere noluerit, timere debetis, ne vobis necesse sit pro illis reddere rationem. Sed credimus de Dei misericordia, quòd ita nobis agere inspirabit, vt nobis non solũ de nostra ueo placita conuersatione, sed & pro aliorum salute & in

Ecclj.

Exod.19.

Ezech.18.

1.Cor.11.

1.Thess.4.

B

C

D

hoc seculo & in futuro duplicata à Deo præmia repensentur, Amen.

Dominica vicesima tertia, de Continentia & Sustinentia.

SERMO CCXLV. CAP. I.

SERMO D. AVGVST. I.

DVo sunt quæ in hac vita veluti laboriosa præcipiuntur à Dño, continere & sustinere. Iubemur enim continere ab his quæ in hoc mũdo dicuntur bona, & sustinere quæ in hoc mundo abundant mala. Illa Continentia, ista Sustinentia vocatur. Duæ virtutes quæ mundant animam, & capacem faciunt diuinitatis. In frenandis libidinib⁹ & coërcendis voluptatibus, ne seducat q̃ malè blanditur, & eneruet quod prosperũ dicitur, Continẽtia nobis opus est: nõ credere felicitati terrenæ, & vsq; ad finẽ quærere felicitatem, quæ non habet finem. Vt autem est continentiæ, felicitati mundi non cedere: ita sustinẽtiæ est, iniquitati mundi non cedere. Siue ergo in affluentia rerum simus, siue in angustia, expectandus est Dñs, qui & quod verè bonũ & suaue est, det: & quod verè malum est, auertat à nobis. Bona dei quæ promittit iustis, in finem seruantur. Bona & mala quæ versantur & miscẽtur in seculo, nec boni soli habent nec mali. Quicquid boni in hoc mundo dixeris, habẽt boni, habẽt & mali. Veluti salutẽ ipsã corporis, & boni habẽt & mali. Diuitias & apud bonos & apud malos inuenies. Successũ filiorũ, & bonorũ & malorum donũ videmus esse cõmune. Vitã longã diu viuũt boni: equidẽ diu viuunt & mali. Morbi, dolores, damna, oppressiones, orbitates, cõmunis hæc est omnium materies lachrymarum. Facile est ergo videre & bona seculi apud bonos & malos, & mala seculi bonos malósq; perferre. Et ideo quorundã pedes in via Dei titubant, & exorbitare conantur. Multi etiam deuiant & exorbitant, cũ instituerint & proposuerint animo, propterea seruire se Deo vt bonis terrenis abundent, & malis carent, eáque deuitent. Cùm enim hoc sibi proposuerint, & hanc mercedẽ cõstituerint pieratis & religionis suæ, quando viderint se laborare, & florere iniquos, quasi perdiderint spem, quasi eos fefellerit qui vocauit, quasi frustrà opus indixerit qui in mercede decepit, renunciant Deo. Et quò se miseri conuertũt, auertentes se ab illo à quo facti sunt, & inhærẽtes illis quæ facta sunt? Cũ perierit q̃ factũ est, vbi erit amator tẽporis qui perdidit æternitatem? PROINDE propter illa bona quæ non dabit Deus nisi bonis, & propter illa mala quæ nõ inferentur nisi malis, quia in fine apparebũt vtraq;, credi sibi vult De⁹. Quæ cũ merces fidei, aut q̃ omnino vel nomẽ fidei, si modò vis videre q̃ teneas: Nõ debes ergo videre, vt credas, sed credere vt videas: credere quãdiu nõ vides, ne cũ videris erubescas. Ergo credamus, dũ tẽpus est fidei, antequã tit tẽp⁹ speciei: tũc enũ dicit Apostolus, Quãdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à Dño. Per fidẽ enim ambulam⁹. Ergo per fidẽ ambulamus, quãdiu credimus q̃ nondũ videmur. Tenebimus autẽ speciẽ, cũ viderimus facie ad faciẽ, sicuti est. Tẽpus fidei, & tẽpus speciei Ioannes etiã apostolus distinguit in epistola sua dicens: Dilectissimi, nunc filij Dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus. Scimus quoniã cũ apparuerit, similes ei erim⁹, quoniã videbimus eũ sicuti est. Laboriosum est fidei tempus: Quis negat? Laboriosum est, sed hoc est opus cuius illa merces est. Noli piger esse in opere, cuius mercedẽ desideras. Si quẽ enim & tu ipse mercenariũ cõduxisses, nõ antẽ mercedẽ numerares, quã in opere exerceres: diceres ei, Fac & accipe: nõ tibi diceret, Da & facio. Sic ergo & Deus: Tu nõ fallis mercenarium tuũ timens Deũ, & te ipse De⁹ fallit, qui iussit, ne fallas mercenariũ? Tamen tu quod promiseris potes & non dare, & si nõ est in corde tuo dolus falsitatis, est tamen in fragilitate humana inopia difficultatis. Quid de eo timeamus, qui nec fallere potest quia veritas est, & abundat omnibus † qui fecit omnia? CREDAMVS ergo Deo, fratres, hoc est primũ præceptũ, hoc est initium religionis & † vitæ nostræ, fixum habere cor in fide, & figendo cor in fide viuere bene, abstinere ab omnibus seductoriis, sustinere mala tẽporalia: & quamdiu illa blandiuntur, & illa minantur, aduersum vtrũque in hoc habere cor, ne in illa defluas, ne in illa frangaris. Habendo ergo cõtinentiã, & habendo etiã sustinentiã, cũ bona tẽporalia transierint, & mala quæ inferantur nõ erunt: habebis omne bonũ, habebis nullum malũ. Ideo in lectione quid nobis dictũ est? Fili accedens ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animã tuã ad tentationẽ. Deprime cor tuũ, & sustine, vt crescat in nouissimis vita tua. Non vt modò, sed vt in nouissimo: vt crescat in nouissimis vita tua. Quantũ putamus crescit? Vt fiat æterna. Modò enim vita humana quãdiu videtur produci, decrescit potius quã crescat. Attendite & videte, quomã decrescit. Natus est homo: Verbi gratia, constituit illi Deus vitæ suę septuaginta annos, accedit illi vita dicimus crescendo: accedit, an decedit? Ecce de septuaginta annis vixit annos sexaginta, remãserunt decẽ. Diminutũ est quod erat propositũ: & quanto plus viuit, tanto minus illi restat. Ideóque viuendo hic decrescit vita, non crescit. Tene quod tibi promisit Deus, vt in nouissimis crescat vita tua.

DEINDE sequitur quod lectum non est: Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurũ & argentũ, homines verò acceptabiles in camino humiliationis. Durũ videtur, defecisti. Nónne illud quod nõ deficit perdidisti? Multi multa patiuntur propter pecuniam periturã, & tu nõ vis pati propter vitã mansuram? Sic recusas laborare pro Dei promissis, quasi non laborares pro cupiditatibus tuis. Quanta patiuntur pro sua iniquitate latrones, quanta patiuntur pro suis sceleribus perditi, pro sua nequitia luxuriosi, pro sua auaritia negotiatores mare transmeantes, ventis tẽpestati bũsq; corpus & animã cõmittẽtes, sua relinquentes, ignota quærẽtes? Iudex si pronũciet † exiliũ, tremor est: Deus mortẽ minatur, & lætitia est? Quid ergo magnũ tibi imperat sapientia, quod nõ posset imperare & auaritia? Tamẽ cũ imperat auaritia, facis. Et cùm feceris quod imperauerit auaritia, quid habebis? Plenam domum auro & argento. Nõ legisti, Quanquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vanẽ conturbabitur? Thesaurizat, & nescit cuiea colligat. Quare ergo tantasti & dixisti Deo, Auribus percipe lachrymas meas? Quare tu non percipis auribus verba eius, à quo vis percipi lachrymas tuas? Si accusaueris auaritiam tuam, mutaberis ad sapientiam suam. Sed cùm susceperis iugum sapientiæ, laboriosa erit. Laboriosa planẽ. Sed vide quò fine, qua mercede. Nunquid quod per sapientiam colligis, nescis cui colligas ea? Tibi colligis. Expergiscere, euigila, habeto cor formicæ. Æstatis tempus est, collige quod tibi ad hyemem prosit. Noli esse piger, collige grana de area, de area Dominica, id est, verba Dei de ecclesia Dei, & reconde intus in corde. Quis enim est qui dicat, Bene mihi erit, & nõ moriar? Quamuis amet vitã, mortẽ timet. IPSE timor mortis, hyems quotidiana est. Et tunc maxime pungit timor mortis, quando nobis bene est. Nam quando malè est, nõ timemus mortem. Quando nobis bene est, tunc magis timemus mor-

al. quia.

CAP. II.

al. vie.

Fides, primum præceptum.

Eccl. 2.

B

Vide ser. 1. de verb. Dom.

CAPVT IIII. Eccl. 2.

C

al. perdat.

Psal. 38.

D

al. exilium.

CAP. III.

Merces fidei.

1. Cor. 5.

Tempus fidei & tẽpus speciei. 1. Ioan. 3.

Tempus fidei laboriosum.

Prouerb. 6.

CAP. V.

mortem: ideo ille diues quẽ delectabant multũ diuitiæ suæ (habebat enim magnas diuitias & magnas possessiones) credo quòd interpellabatur timore mortis, & inter delicias cõtabescebat: cogitabat enim se illa bona relictuũ: congregauerat, & nesciebat cui: & aliquid cupiebat æternũ, & venit ad Dñm, & ait illi: Magister bone, quid boni faciã, vt vitã æternã consequar? Bene est mihi, sed labitur quod teneo: bene est mihi, sed subitò nõ erit quod habeo. Dic mihi vnde habeã quod semper erit? Dic mihi quomodo peruenia ad id quod non perdam? Et Dñs illi: Si vis venire ad vitam, serua mandata. Quæsuit, Quæ mandata? Audiuit, respondit se à iuuentute sua omnia seruasse. Ait illi Dñs consiliarius vitæ æternæ: Vnũ tibi deest. Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo. Non enim dixit, perde, sed serua, & veni sequere me. Ille qui delectabatur diuitiis, & propterea quærebat à Dño, quid boni faceret, vt vitam ęternam consequeretur, quia à deliciis ad delicias migrare cupiebat, & has quib⁹ delectabatur relinquere formidabat, abiecesit tristis ad thesauros suos terrenos. Noluit credere Dño, qui potest seruare in cælo, quod periturũ erat in terra. Noluit esse verus amator thesauri sui. Malè tenendo, perdidit: multũ diligendo, amisit. Nã si bene illũ diligeret, in cælũ migraret, quò ipse postea sequeretur. Domũ illi Deus ostẽdit vbi migraret, non locũ vbi perderet: secutus enim ait, Vbi cũ fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. SED videri nolunt homines diuitias suas. Fac quòd in terra thesaurizent, nunquid non timẽt videri diuitias suas? Obstruunt & cooperiunt eas. Et cũ obstruxerint & cooperuerint, nunquid vident quod habent? Nec ipse videt, & optat vt lateat, timet ne pereat. Esse vult diues in opinione, nõ in veritate. Quasi sufficit habere in cõscientia, quod seruat in terra? O quanto maior tibi & melior conscietia erat, si seruares in cælo! Hic cũ obrueris in terra, times ne sciat seruus tuus & auferat & fugiat. Hic times ne auferat tibi seruus tuus: tibi non times, quia bene tibi seruat dominus tuus. Sed habeo, inquis, seruum fidelẽ, qui & nouerit & non † prodat, & non tollat. Cõpara illũ domino tuo. Si fidelẽ seruũ inuenisti, dominus tuus quãdo te fefellit? Etsi non potest seruus tuus tollere, potest tamen perdere: dominus tuus nec tollere nec perdere potest, nec perire permittit. Seruat tibi, manet tibi, liberat te, manentem te facit; nec perdet te, nec perdet quod ei commendaueris. Veni, inquit, accipe quod apud me posuisti. Abiit. Nõ hoc tibi dicit Deus. Ego, inquit, tibi qui te prohibui fœnerare, fœneratus sum à te. Volebas enim fœnore crescere, vt dares homini qui tibi plus redderet: & quãdo accipiebat gaudens, & quando reddebat plorans. Hoc volebas, & prohibebã ego: dixi enim, Qui pecuniam suã non dabit ad vsuram. Prohibebã te à fœnore: hoc tibi dicit Dñs tuus, Pauca vis dare, & plura accipere? Relinque hominẽ qui plangit, quando exigis: me inueni qui gaudeo quando reddo. Ecce, inquit, assum. Da & sume, tempore redditionis reddã tibi. Et quid reddam? Pauca dedisti, plura sume. Terrena dedisti, cælestia sume. Tẽporalia dedisti, æterna sume. Mea dedisti, meipsũ sume. Quid enim dedisti, nisi ex eo quod accepisti? Ergóne quod dederis non reddo, qui vnde dares dedi? Qui teipsum qui dares dedi, qui tibi Christum cui dares dedi, qui tibi diceret: Quando vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Ecce vt des pascit, & esurit, pter te. Donat, & eget. Quando donat, vis accipere: quando eget, nõ vis dare. Eget Christus, quãdo eget pauper. QVI omnibus suis vitam æternam paratus est dare, in vnoquoq; pauper tẽporaliter est dignatus accipere, & consiliũ dat quò migres. Tedit eũ consiliũ quò migrare debeas. Migra enim de terra in cælũ, ne perdas. Quã multi enim quod seruabãt perdiderunt, & nec sic correcti in cælo ponere didicerũt. Si fortè tibi aliquis diceret: † Transporta diuitias tuas ab Occidẽte in Orientẽ, si nõ vis vt pereant; æstuares, laborares, satageres, attẽderes quæ haberes, videres tẽ multiplicitate rerũ tuarũ facilè in longinqua migrare non posse. Sed & fortè fleres, quia ire cogereris, & quomodo tecũ tolleres quod collegeras nõ inuenires. In longinquiora te migrare iussit, qui non ait, Migra ab Occidente in Orientẽ, sed ait: Migra de terra in cælũ. Æstuas, quasi difficultatẽ maiorem tibi videris pati, & dicis tibi: Si nõ inueniebam iumẽta & naues quibus ab Occidẽte migrarẽ ad Orientẽ, quomodo inueniã scalas quib⁹ † è terra migrẽ in cælũ? Noli, inquit tibi De⁹, laborare, noli laborare, qui te diuitẽ feci, qui tibi q̃ dares dedi, laturarios tibi pauperes feci. Si, verbi gratia, inuenires aliquẽ inopẽ de transmari, aut quò ire velles inuenires inde ciuẽ aliquẽ necessitatẽ patientẽ, nónne diceres tibi, Ciuis iste inde est quò ego volo ire? Eget hic, do illi quod ibi mihi reddat. Ecce eget hic pauper, qui ciuis est regni cælorũ. Quid dubitas facere traiectitiũ? Sic enim dant qui hoc faciunt, vt plura accipiant, cùm ad ea loca venerint, vnde est ille qui accepit.

Matth. 19.

B

Matth. 6.

CAP. VI.

C

al. Transfori gra.

al. Pauperes, laturarii. Vide etiam de Tẽpore, ser. 30.

Psalm. 4.

D

CAP. VII.

FACIAMVS & nos. Hoc fit, si credamus, si fidem excitemus. Nam vanè conturbamur, quia dormiente Christo in naui, penè naufragauerunt discipuli. Dormiebat Iesus, turbabãtur discipuli. Venti sæuiebãt, fluctus excitabãtur, nauis mergebatur. Quare? Quia Iesus dormiebat. Sic & tu, quãdo tẽpestates tentationũ sæuiunt in isto seculo, turbatur cor tuũ, tãquã nauis tua. Quare, nisi quia dormit fides tua? Sic enim Paulus apostolus dicit: Quia habitat Christus per fidẽ in cordibus nostris. Excita ergo Christũ in corde tuo, vigilet fides tua, tranquilletur conscientia tua, & liberetur nauis tua. Senti, quoniã qui promisit verax est. Nondũ ostendit: quia nondũ est tẽpus vt ostendat. Multa tamen ostendit, Christũ suũ promisit, & dedit. Resurrectionẽ eius promisit, & dedit. Euangeliũ eius promisit, & dedit. Ecclesiam suã toto orbe diffundendã promisit, & dedit. Tribulationes ipsas in rebus humanis prædixit, & ostendit. Quanta sunt quæ restant? Implentur quæ promissa sunt, implentur quæ prædicta sunt: & eitubas ne nõ veniat quod restat? Tũc timere deberes, si quod prædictũ est nõ videres. Bella sunt, fames sũt, cõtritiones sunt. Regnũ super regnũ est, terrę mot⁹ sũt, exaggerationes, abũdantia scãdalorũ, frigus charitatis, copia iniquitatis. Hęc omnia lege, prædicta sunt. Lege, vide, quia omnia quæ vides prædicta sunt: & crede te visurũ esse q̃ nondũ venit, numerans quanta venerũt. Tu autẽ videndo Deũ ostendere quæ prædixit, nõ credis daturũ esse quod promisit? Ibi credere debes, vbi turbari cœpisti. Si finis mundi est, migrandũ est de mũdo, nõ amandus mundus. Ecce turbatur mũdus, & amatur mundus. Quid si tranquillus esset mundus? Formoso quomodo hæreres, qui sic amplecteris fœdũ? Flores eius quomodo colligeres, qui ab spinis non reuocas manũ? Non vis relinquere mundũ, relinquit te mundus, & sequeris mundũ. Cor ergo mundemus charissimi, & nõ perdamus sustinentiã, sed percipiamus sapiẽtiã, & teneamus cõtinentiã. Trãsit labor, venit requies. Transeunt falsa deliciosa, & veniet bonũ quod concupiuit anima fidelis, cui inardescit & suspirat omnis peregrinus in seculo. Patria bona, patria cælestis, patria contemplationis, angelorũ patria, vbi nullus moritur, quò nullus hostis admittitur, patria vbi habes sempiternum Deũ amicũ, vbi nullum timeas inimicum.

CAPVT VIII.

Matth. 8.

Eph. 3.

In eadem Dominica ad iuuenes, vt contineant.

SERMO CCXLVI.

SERMO II.

AD vos mihi sermo, ô iuuenes, flos ætatis, periculũ mentis. Tempus quidẽ omne atque omnis ætas qua corruptibilis caro illa portatur, vacare à tentationibus non potest, Et tamdiu quisq; bonus in agone luctatur, ne ab aduersario superetur, in periculis agit, quãdiu cũ illo sicut in arenoso quodam stadio, sic in ista morte contendit. Mox enim vt homo seculo nascitur, & vitam plenã miseriæ, velut propheta futuri laboris sui, præconio lachrymosæ vocis ingreditur, etiã si nondũ in animo suo, in animo tamen parentũ suorũ, vel quorumlibet hominũ, in quorũ manibus nutriẽda eius infirmitas iacet, tentari iam potest, & diaboli circumuentionibus rapi, aut per ligaturas execrabilium remediorũ, aut per sacrilega sacra gentiũ, aut si fortè mors vrget negligentia renunciationis in baptismo salutari: &, vt breui cõplectar, tentatur illa ætas, cũ à suis in mundo diligitur, & in Christo negligitur. Trahit enim secũ propaginem mortis, & in illo peccati vulnere radicatur, quod primo homini ex quo corruptionis originẽ duximus, venenoso dente serpentis inflictum est. Vnde sanctus Iob neminẽ esse mundũ dicit à peccati vtiq; sordibus, nec infantẽ, cuius est vnius diei vita

Psal.50. super terrã. Sed de iã nato quid loquar, cũ Dauid luctuosa voce clamet: In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Superflua enim posset videri baptismata recentiũ paruulorũ, nisi omnes homines morerentur, & originale peccatũ per parentũ viscera vsq; ad fructũ prolis tramite mortalitatis excurreret: cũ & mortalẽ creaturã Dñs omnipotens lege sui ordinis format, & immortalitatẽ rẽouationis optimus pater misericordiæ gratia subministrat. Quòd si nec infantia mortalis hominis propter corruptionis vinculũ à tentationibus vacat, quid de cæteris ætatib⁹ dicã? An fortè senectus excepta est, & in carne iam vicina cadaueri sanguis ac membra illicitæ cõcupiscentiæ friguerunt, & à fesso ac propè mortuo iam corpore materies tentationis emarcuit? Imò verò tantus est in malis senibus plerunq; gurges auiditatis & insatiabilis vorago ventris & gutturis, vt quanta boni senes prudẽtia serenantur, tanta isti vinolentia sepeliantur: quasi ad hoc in eis arida viscera & succo exhausta curuentur, vt ad vigorẽ pristinum reparandũ ebrietatis inundatione riganda sint. Quid auaritia, quæ radix est omnium malorũ? Nónne in frigidis senibus tanto ad acquirendũ feruentiùs inardescit, quanto citius relictura est quod acquirit, mirabili sanè dementia? Grauiorib⁹ enim sumptibus se onerare festinat, cũ iam peruenerit quò tendebat. Si ergo puerilis & senilis ætas non est à tentationibus libera, quarũ altera, id est puerilis, nondum bene ingreditur, altera iam egreditur istam vitã: & altera paulò antè nõ erat, altera paulò pòst non erit: quid sentiendũ est de flagrantia iuuenilis ætatis, quæ veriusq; in medio constituta & ab infirmitate pueritiæ iam recessit, & nõdũ ad torporẽ senectutis accessit: nec pluribus atq; maioribus tẽtationũ tẽpestatibus quatitur. Hęc fluctuũ crebriore impetu seculi inundantis operitur. Presumit viribus, formę dignitate iactatur, põpa rerũ tẽporaliũ præfulgere aut exoptat aut gaudet. Itaq; iuuẽtuti malorũ venenũ est quicquid veritas pręcepit, esca est quicquid diabolus suggerit: sed amaritudo iustitiæ medicamentũ est virilis ætatis: dulcedo autem iustitiæ musciipula est temeritatis: ad hoc pertinet

Prouer.27. quod scriptũ est, Dulciora sunt vulnera amici, quã vo-
Psal.140. luntaria oscula inimici. Et illud quod ait Dauid, Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleũ

A autem peccatoris non impinguet caput meum. Vrat veritas, & tamen sanet. Nam oleũ peccatoris adulatio assentatoris mulcet, sed decipit. Ibi enim lenitur superbia, sed labitur vita. Loquitur enim Propheta ex persona eius qui iam medicũ quærit, qui manũ curantis etiã cũ doloris acerbitate supportat, qui ægritudinẽ suam sanari potius quã laudari desiderat. Periculosum verò est vlcus iuuentutis, quod cupiditatibus contabescit. Sed spes ista desperatorũ est, spes rerũ perituratũ, quæ animæ miseræ non soluit, sed inflat affectũ, facitq; illã tactum nõ ferre veritatis, vt etiam de sua immortalitate desperans, amet dicere, amet etiã ista sibi dici, Man-
1. Cor.15. ducemus & bibamus, cras enim moriemur: oderit autẽ dicere & audire, Sobrij estote & iusti, & nolite peccare. Amet perniciosam inimici lenitatem, oderit salubrem medici asperitatẽ. Ista peruersitas, ista vesania in iuuenili ætate maximè formidanda est. Hinc ille na-
B scitur sermo hominũ in flagitia defluentiũ, & inde in scelera crudescentiũ. Dixerunt enim cogitantes apud
Sap.2. se non rectè: Exiguũ, & cũ tædio est tẽpus vitæ nostræ, & nõ est refrigeriũ in fine hominis, & nõ est qui agnit⁹ sit reuersus ab inferis. Venite ergo fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquã in iuuẽtute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & cætera quæ in eodẽ loco attexuntur gestientis verba luxuriæ, hominũ de vita æterna desperantiũ, & sp m suã tanquã in arena torrentis, ita in tẽporali carnis corruptione ponentiũ. Ex hac autẽ enumeratione libidinum & putredinũ & vermibus flagitiorũ, videte in quæ facinora & in quã immania scelera prosilitur. Exhausti enim atq; submersi immoderatorũ delictorũ turpium corruptela, vel dum seueritatẽ veritatis sibi cõtradicẽtis oderũt. Opprimamus ergo inquiunt, pauperẽ & iu-
C stum, & non parcamus viduæ nec seni, nec reuerea-
mur canos multi tẽporis. Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ. Quod infirmũ est, inutile inuenitur. Circũueniamus ergo iustũ, quoniã inutilis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris. Talia de Dño nostro Iesu Christo Iudæorũ impietas cogitauit. Quod manifestiùs in verbis consequentibus inuenitur: paulò enim pòst dicit, Promittit scientiã Dei se habere, & filiũ Dei se nominat: deinde rursus paulò pòst dicũt. Contumelia & tormento interrogemus illum, vt sciamus reuerentiam illius. Morte turpissima condẽnemus eũ. Erit enim respectus ex sermonib⁹ illius. Sed attendite quã de illis sententiã ferat spiritus sanctus, quando statim subiungit: Hæc cogitauerunt, & erraueruntur: excæcauit enim illos malitia illorũ. Omnia horrenda facinora quæ timentur in sceleratis hominibus, videte de quã labe cõsurgant. Quid enim mollius quàm illa luxuria?
D quid durius quã ista crudelitas? Iam dudũ dicebant, Fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter, & non prætereat nos flos tẽporis, & vbiq; relinquamus signa lætitiæ: nunc dicunt opprimentes pauperẽ, Nõ parcamus viduæ, nec reuereamur senem: Circũueniamus iustũ, contumelia & tormento interrogemus eũ, morte turpissima condemnemus eum. Vinum sequitur furor, vnguenta tormenta, sanguis rosas, ira lætitiam. A talibus ligatus, cæsus, interfectus est Dñs. Quis de coronis florentibus cruenta vincula formidaret? Quis de suauibus poculis dolores sæuissimos præuideret? Quis de mollibus pratis tam durum crucis lignũ prænosceret, & tamen nulla ætas, nulla luxuria, nisi iuuentus flori temporis comparata est? Sic enim dixerunt, Vtamur creatura tanquã in iuuẽtute celeriter. Vos ergo, ô iuuenes, maximè monemus & hortamur, vt veræ virtutis pulchritudine capiamini. Nulla species terrena vel cælestis, nullus fulgor me-

metallorum, nulla nemorum amœnitas, nullæ florum
A purpuræ, null⁹ vel naturalis vel adhibitus carnis ornatus, nullus quarumlibet chordarum atque tibiarũ sonus, nulla odorum iocunditas, nulla saporũ suauitas, nulli amplexus pulchritudini, inspirationi, dulcedini, fomentis sapientiæ conferantur. Ab his enim quæ turpiter amantur, non ab ipso amore prohibemur. Amare
Sapientiæ sanctus amor. vultis, amate sapientiã: ambite vt perueniatis ad eam: vt non vos exhorreat eius aspectus in homine, vos in timore cõponite. Sicut lasciui oculi ornamenta corporis, sic illa cordis inquirit. Nec de vestris diuitiis hęc ornamenta proferatis, quia odit superbos, & quasi hę c suo se iactare cupientes. Quid autẽ habes quod nõ accepisti? Ipsa ergo dona vnde illi placeas. Tantùm dilige eã, & seruabit te. Circunda eã, & exaltabit te; honora eam, & amplexabitur te, vt det capiti tuo coronã gratiarũ. Clara est & quæ nunquã marcescet sapientia, & facilè inuenitur ab his qui diligunt illam. Proponite hãc adiungere vobis iugiter, in illam exardescite, in
B illam deperite. Teipsum abnega tibi, ne illi te abneges dum tibi places. Non habet amaritudinem conuersatio illius. Si amatores estis, hanc amate; si formosi estis, Deo placete; si iuuenes estis, diabolum vincite. Daniel ab angelo vir desideriorum appellatus est. Quæ illa eius erant desideria, nisi quibus in sapientiæ pulchritudinem ardenter inhiabat: quia in iuuenili ætate calcauit lasciuiã, & regum superbiam pressit captiu⁹, & ora leonum clausit inclusus? Nec vos feminæ adolescẽtulæ alienũ à vobis arbitremini hunc esse sermonem. Ad vos enim, nõ tamen vt cõfundã vos, hæc dico, sed vt filias meas charissimas moneo. Iuuenilia desideria fugite, nuptæ Susannam, viduæ Annã, virgines Mariã cogitate. Nec in publicũ propterea procedatis, vt florem fœni vestri oculis hominum ostentare cupiẽtes, in domo vitæ mortẽ quæratis. Omnis enim caro fœnum, &
C claritas hominis vt flores fœni. Quid ergo facietis cũ fœnũ aruerit, flos deciderit? Verbum autem Domini, quod manet in ęternum, cineres vestros nõ facilè inuẽturum putetis, quod nunc superba ætatis viriditate cõtemnitis. Stricte iterum dico atque contestor, iuuenilia desideria fugite. Si auditis hoc, si obtẽperatis, si tanquam Dei verbum cum honore & timore suscipitis, non solùm pulchri ante oculos Dei, sed & sani eritis. Si autẽ de hac admonitione nostra etiã iocos fortasse amatorios vobis faciatis, de ipsis ferramentis medici mortifera vobis vulnera infligitis. Certè Iudęi, qui Do-
Sapientia. minũ crucifixerũt, quod cùm audimus horrescim⁹, & ingenti execratione prosequimur: sed tamẽ illi cùm de sua luxuria cogitarent: deliciosorũ agrorũ solitudines meditabantur, dicentes: Nullũ pratũ sit quod non pertrãseat luxuria nostra. Quomodo ergo parceret Christo, si eum inuenisset in terra, qui quidem nõ solitaria prata irritandis libidinibus suis, sed frequẽtissimas ecclesias elegit regnantis in cælo? Ecce tertiò contestor & dico, desideria iuuenilia fugite. Danielis desideriis æstuate. Filij, à iuuentute vestra eligite doctrinam, &
D vsque ad canos inuenietis sapientiam.

Dominica vicesima quarta, de adulterino habitu virorum ac mulierum.

SERMO CCXLVII.

SERMO I.

VDIVIMVS ex parabola Euãgelica quẽdam patremfamiliãs nuptias filio suo fecisse, & ad eas plurimos inuitasse. Inter quos cùm ingressus esset quidam non habens habitũ nuptialẽ, visus à patrefamiliãs iussus est non tantùm excludi à nuptiis, sed in tenebras exteriores retrudi. Hæc parabola insensatos homines huius temporis

A euidenter redarguit, quãuis altiore dissertione aliquid secretius & sacratius possit intelligi. Prius ergo quæramus quis sit iste paterfamiliãs, quis sit iste fili⁹, quę sint istæ nuptiæ. Quibus prospectis faciliùs intelligere poterim⁹, cur ille ab his nuptiis exclusus sit, qui ad eas cũ adulterina veste accessit. Intelligimus itaque hunc patremfamiliãs, Deum patrẽ omnipotentẽ, cui famulantur vniuersę familiæ gentiũ, qui coęternũ & coęqualẽ sibi genuit filium in cęlis sub patre, in terris sub matre. Cui nuptias fecit, quando ei ecclesiã ex omni genere hominũ sociauit. Ad hanc Christi & Ecclesiæ societatẽ cõuocati sunt nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, omnis cõditio, omnis sexus, omnis ætas. Inter hos accessit vnus, qui solus excludi meruit, quia habitũ taliũ nuptiarũ sanctitati congruentẽ nõ habuit. Attẽdite fratres, iste vnus multi sunt, & tamen hęc tota multitudo vnitatis nomine cõprehenditur. Multi enim sunt,
B quantum ad numerum personalis discretionis: sed vn⁹ sunt per † cõsonantiã vnius prauitatis. Sicut enim Ec- al. cõsonantiã
clesia vna est per fidẽ sub capite Christo, ita tota reproborum multitudo, siue pateat, siue lateat, vnũ corpus est sub principe diabolo. Qui ergo per infidelitatẽ manifestè à Deo recedit, ad has nuptias nõ accedit. Qui verò fidelis est, accedit corpore, recedit mente, nobiscum intrat Ecclesiam, communicat nobiscũ Christi mensam. Boni & mali pisces adhuc latent intra retia, donec vẽtiletur area. Tũc manifestè apparebit, quia multi vocati, pauci electi. Tunc iste adulterator habit⁹ nuptialis, iussu patrisfamiliãs & manifestè excludetur, & in carcerem retrudetur. Interim tamen amici spõsi tales simulatorem non ignorant, quia habitus impudicus corporis, nũci⁹ est adulterini cordis: impudic⁹ autẽ habitus corporis sui in viris, supflua & inordinata capil-
C latura, vestimentorũmque muliebriũ affectata similitudo, calciamentorũ quoque metas necessitatis excedens simulata longitudo. In mulieribus facies fucata, virilium vestimẽtorum imitatio, capillorum natiui coloris adulteratio. Hic habitus in vtroque sexu adulterinus est, & sanctarũ nuptiarum societate indignus, & à conspectu tanti sponsi & tantæ sponsæ prorsus amouendus. Nec silentio pręterire hoc debẽt amici sponsi, diligentes decorem domus Dei. Debent huiusmodi adulteris publicè oblatrare, ne dicatur de eis, Canes Esaiæ 56.
muti latrare non valentes. Qui enim quantitatem vel formam, quã omnipotens & prudentissimus plasmator finxit, in aliam transfigurare contẽdit, nónne euidenter dicere ei videtur qui se finxit, Cur me fecisti sic? Improba temeritas, conditoris plasmata vilificare, vt quãtitatem suam & formam, quantũ in se est, in aliud transfiguret: quod si à natura haberet, incomparabili-
D ter se habere doleret. Nec ista dicimus à nobis tanquã ex nobis. Habemus patres nostros doctores egregios, qui ante nos contra ista scripserunt, & irrefragabili authoritate damnauerunt. Audiamus Paulum doctorem gentium, de superflua capillatura dicẽtem Corinthiis: Vir si comam nutriat, ignominia est illi. Cùm enim vir 1. Cor. 11.
ex Dei ordinatione primatum habeat supra mulierẽ, qui contra honorem sui sexus superfluitate capillorum caput velat, primatum suum sibi abiudicat, vt meritò de eo dicatur: Homo cùm in honore esset, non in- Psal.48.
tellexit, comparatus est, vt vera dicamus, non tantùm mulieribus, sed etiam iumentis insipientibus. Iudicio 11. quæst. 3.
enim legum iure ab obtenta dignitate deiicitur, qui Priuilegium.
priuilegio sibi concesso abutitur. Audiamus & bea- 74. dist. Vbi ista.
tum Cyprianum egregium martyrem, & suauissimum doctorem, de adulterino habitu disputantem. Dicit enim in epistola quam scribit, De habitu virginum:

Opus Dei & factura eius & plasma eius nullo modo adulterari debet in habitu flauo colore vel nigro, vel quolibet denique lineamenta natiua corrũpente medicamine: dicit enim Deus, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã: & audet quisquã mutare & conuertere quod fecit Deus? Manus † Deum offendunt, quando id quod ille formauit reformare & transfigurare contendunt: scientes quòd opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcũque mutatur. Si quis pingendi artifex vultum alicuius & speciẽ & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iã cõsummatóque simulachro, manus alius afferret, & iã formata, iã picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria & iusta indignatio videretur. Et in sequentibus: Non metuis, ne, cùm resurrectionis dies venerit, artifex tuꝰ nõ te recognoscat, & ad sua præmia & promissa venientem remoueat & excludat, increpãs vigore cẽsoris & iudicis dicat, Opus hoc meum nõ est, nec imago hęc nostra est, cũ te flauo medicamine polluisti, cùm formam quam dederit tibi, mẽdacio deformasti, facies corrupta est, membra aliena sunt: Deum videre non poteris, quoniam oculi tibi non sunt quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. Audite me itaq; vt parentem, audite quẽso vos docentẽ pariter ac monentẽ. Audite vtilitatibus vestris & cõmodis fideliter consulentẽ. Estote tales quales vos Deus artifex fecit: estote tales quales vos manus patris instituit. Maneat in vobis facies incorrupta, ceruix pura, forma sincera, à calciamentis superfluis pedes liberi, crines nullo colore fucati, oculi conspiciendo Deũ digni. Apostoli vox est, quẽ Dominus vas electionis appellauit: dicit enim, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cęlo cælestis. Sicut portauimus imaginẽ terreni, sic portemus imaginem cælestis. Hanc imaginẽ portat virginitas, portat integritas, portat sanctitas & veritas, portant disciplinæ Dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnẽ tolerantiã fortes, ad sustinendã iniuriã mites, ad faciẽdam misericordiã faciles, fraterna pace vnanimes atq; concordes: quia omnia obseruare, diligere & implere debemus, vt Apostoli præceptum adimpleamus: Empti estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Deũ enim in corpore nostro portamꝰ, cùm imaginẽ eius per immundas & profanas adinuẽtiones non deformamus, cũ per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio parere studemus. Ita enim imaginem suam in nobis recognoscet, & nuptialiveste ornatos à suo sanctorũque consortio non excludet: quod nobis misericorditer præstare dignetur, qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amẽ.

S. Cyprianus, De habitu virginum. Genes. 1.

al. Deo inferam.

1. Cor. 15.

1. Cor. 6.

In eadem Dominica, de Continentia.

SERMO CCXLVIII. SERMO II.

ADMONET nos lex diuina & exhortatur, fratres charissimi, vt cõcupiscentiã huiꝰ mũdi deuitantes, continentiæ salubri operam demus, ne nos illecebra voluptatũ per varia ducat desideria, & laqueo mortis irretitos, in præcipitium & voraginem tradat inferni: loquitur sapientia homini, & dicit, Post concupiscẽtias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstas animæ tuæ concupiscentiam eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Amor enim istius mundi parit inimicitiam Dei: vnde scriptum est, Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur: hoc enim apostolus sciens Ioannes, persuadet nos, & dicit, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo: quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscẽtia oculorum & superbia spiritus. Hoc & coapostolus eiꝰ Paulus rursus monet, & dicit: Qui emunt sic sint quasi nõ possidentes; & qui hoc mundo vtuntur, quasi non vtantur: præterit enim figura huius mũdi. Vnde & ipse Saluator in parabola sua ostendit, quòd diuitiæ & voluptates seculi suffocant verbũ, ita vt nõ referat fructum: & alibi præcepit, dicẽs, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me: & itẽ, Qui nõ renunciauerit, inquit, omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Hæc igitur considerantes, fratres charissimi, perpendite quantum necessaria vobis sit cõtinentia, per quam Christi discipulatui condigni, ad regnũ potestis cũ eo venire perpetuum. Continentia verò & sobrietas nõ in sola integritate carnis consistit, sed etiam in cultu & ornatu, vita pariter & moribus consistit. Debet enim vnusquisque cõtinens esse ab omnibus illicitis. His autẽ quæ licita sunt debet cum modestia & sobrietate vti. Nõ enim decet Christianũ seculi lucris inhiare, cui promissum est regnũ cæleste, sed suo Domino per continẽtiã cõdignè viuere, vt possit cum eo in perpetuum gaudere. Castitatem debet amare, & fornicationẽ fugere: nõ auaritiæ studere, sed victu & vestitu contentus esse: nõ superbire, neque sperare in incerto diuitiarum, sed humiliter sentire, & mundi pompam contemnere. Non debet esse vaniloquax & arrogans, non mendax neq; iniuriosus, neque bilinguis, non susurro neque detractor: sed veritatem debet ex ore & corde proferre, linguam suam à multiloquio temperare: quia scriptũ est, In multiloquio non effugies peccatum. Oculos cõtra vanitatem claudere, auditum à scurrilitate & falsitate, imò ab omni eloquio malo auertere: risum excelsum & excussum nõ amare: guttur & nasum ad illecebram dulcium ciborum & suauium odorum non libẽter adhibere, sed magis bonum & suauẽ odorẽ virtutũ appetere. Manus & pedes & omnia membra corporis solicitè custodire, ne fiant arma iniquitatis peccato, sed magis potentiæ arma Deo ad destruendũ spiritalẽ inimicum. Cor quoque debet miles Christi ante omnia solicita custodia seruare, ne fortè illud iactantia extollat, ita inflammet, inuidia perforet, auaritia infestet, libido exurat, tristitia grauet, torpor & ignauia oneret: & ne illud, quod cunctis grauius est, per nouitatum præsumptiones hæresis scindat. Qui enim cordis occulta per continentiã quieta seruate intus contendit, vtique & mẽbra corporis facilius contra prauos actus foris custodit: scriptũ est enim, Omni custodia serua cor tuũ, quia ex ipso vita procedit: item alibi, Mors tecum in introitu delectationis posita est: & Saluator in Euangelio, Bonꝰ, inquit, homo de bono thesauro cordis sui pfert bonũ, & malus homo de malo thesauro cordis sui pfert malũ: & item, De corde, ait, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes. Cùm ergo, fratres, de cordis radice fructus siue boni siue mali exeant, necesse est vt primũ cor mundemus, deinde carnem nostram per ieiunia & vigilias ad laborẽ vtilẽ castigemus, ne carnis libido mentẽ maculet. Difficile est eũ, vt in die deliciis viuẽtes mũdũ cor habeant: inde dixit Apostolus, Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ subiicio; ne fortè cũ aliis prædicẽ, ipse reprobus efficiar: & itẽ, Qui autẽ Christi sunt, ait, carnẽ suã crucifixerũt cũ vitiis & cõcupiscentiis. Sobriè quippe & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spẽ, & aduẽtũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mũdaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorum operum, vt cùm venerit in ma-

1. Cor. 7.

Matth. 16.

Lucæ 14.

Ecclesi. 18.

Iacobi 4.

1. Ioan. 2.

Matth. 5.

Sapient. 1.

Ecclesi. 18.

Prouerb. 10.

Prouerb. 5.

Prouerb. 4.

Matth. 12.

Matth. 15.

1. Cor. 9.

Gal. 5.

1. Cor. 10.

in maiestate sua cum sanctorum angelorum milibus, pro bonis laboribus & sancta conuersatione reddat nobis præmia vitæ ęternæ potius, quàm pro desidia & voluptate præsentis vitę cruciatum retribuat sempiternum, quia veraciter de eo scriptum est, quòd reddat singulis secundum opera, Iesus videlicet Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Dominica vicesima quinta, de castitate & munditia.

SERMO CCXLIX. SERMO I.

LORIOSVM & insignem inter cęteras virtutes castitas & munditia locum tenet, fratres charissimi, quia ipsa sola est quę mũdas mentes hominũ præstat videre Deũ: vnde ipsa veritas ait, Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Ac si ecõtrariò diceret: Illi verò miseri sunt, quorum corda sunt carnali cõcupiscẽtia polluta, quia ęternas merguntur in pœnas. Castitas enim angelica est vita, castitas cũ humilitate spiritus sancti merebitur habitationem, quã expellit immunditia libidinũ: dicẽte Scriptura, Corpus peccatis subditum spiritus sanctꝰ effugiet. Membra nostra debẽt Deo esse dicata, non fornicationi. Opponat homo desiderio carnis suæ æternorũ flãmas tormentorũ. Assuescat iuuenis castitatem, vt sit dignus sapientia Dei. Vbi immũditia est corporis, ibi habitatio diabolici spiritus, qui maximè gaudet in inquinatione carnis nostræ. Omnes immũditiæ Deo displicẽt, & maximè quæ non sunt naturales. Admonet itaq; nos Scriptura sancta, dicẽs: Post cõcupiscentias tuas non eas, & à volũtate tua auertere. Si præstas animæ tuæ cõcupiscẽtias eius, faciet te in gaudiũ inimicis tuis venire. Eiusmodi quoq; Salomon sapientissimus proferebat sententias de cauenda immũditia, dicens: Fauus distillãs labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouissima autẽ illius amara quasi absynthiũ, & acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descẽdũt ad mortẽ, & ad inferos gressus illius penetrãt: per semitã vitæ nõ ambulãt, vagi sunt gressus illius & muestigabiles. Nunc ergo fili auẽti me, & ne recedas à verbis oris mei. Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Hoc siquidem non solũ de meretricũ immunditia dixit, sed etiã de omni carnis cõcupiscentia, quæ solicitat animã suã consentire suis desideriis. Sed ratiõ mẽtis prohibere debet impetus carnis, & refrenare voluptates eius iniquas. Item ille qui suprà prohibet cohabitationem feminarũ, iuuenibꝰ dicit. Nũquid abscõdere potest homo ignẽ in sinu suo, vt vestimẽta illius nõ ardeant; aut ambulare super prunas & nõ cõburentur plãtæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierẽ proximi sui, nõ erit mũdus cùm tetigerit eã. Similiter & beatꝰ Apostolꝰ admonet nos: Bonũ est, inquiẽs, mulierẽ non tangere: quasi statim in tactu periculũ esset. Pulchra est enim casta iuuenũ pudicitia & Deo amabilis, & ad omne bonũ vtilis. Qui filios habet spiritales vel carnales, nutriat illos in castitate Deo, non in fornicatione diabolo. Quid prodest homini filiũ habere, nutrire, amare, si ęternis cũ nutriat tormẽtis? Qui in castitate viuũt, angelicã habẽt in terris conuersationẽ. Castitas hominẽ cęlo cõiungit, angelis facit ciuẽ. Qui mulierẽ habet legitimã, legitimè vtatur ea temporibus opportunis, vt secundũ Apostolũ possit vacare orationi, & benedictionẽ mereatur filiorum à Deo accipere. Nemo dicat, à fornicatione se custodire nõ posse. Fidelis enim est Deus, dicit Apostolus, qui nõ permittit nos tẽtari supra id quod portare possumus: sed faciet cũ tẽtatione prouentũ. Talis vnicuiq; homini tẽtatio datur siue in carnis desiderio, siue in ambitione seculi, vel etiã in quacũq; tẽtationis molestia, qualẽ aut cũ laude vincere, aut cũ opprobrio succũbere poterit. Omnibꝰ enĩ castitas pernecessaria est, sed maximè ministris Christi altaris, quorũ vita aliorũ debet esse eruditio, & assidua salutis prędicatio. Tales enim decet Dominũ habere ministros, qui nulla cõtagione carnis corrũpantur, sed potius continentia castitatis splẽdeãt, & totis honestis fulgeant in populo exẽplis: quibus Dominus per legislatorẽ dicit, Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester. Deus enim lux est, & tenebrę in eo non sunt vllę: nec aliqua fœditas ei sociari potest. Et ideo, fratres charissimi, siue viri, siue feminæ, siue clerici, siue laici, secundũ Apostoli admonitionẽ, mũdemus nos ab omni inquinamẽto carnis & spiritus, perficientes sanctificationẽ in timore Dei. Studeamus, vt ei qui ad æternã suam gloriã nos vocauit, placeamus, quatenus cum eo feliciter in æternũ regnare possimꝰ, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat, &c.

Sermo CCXLIX.

Matth. 5.

Sapient. 1.

Ecclesi. 18.

Prouerb. 5.

1. Cor. 7.

Ecclesi. 9.

Leuit. 19.

In eadem Dominica, de incauta familiaritate extranearum mulierum.

SERMO II.

NEMO dicat, fratres charissimi, quòd tẽporibus nostris martyrũ certamina esse nõ possint: habet enĩ & pax nostra martyres suos. Nã, sicut frequẽter suggessimus, iracundiã mitigare, libidinem fugere, iustitiã custodire, auaritiã cõtẽnere, superbiã humiliare: pars maguã martyrij est. Non incõgruè dictũ est, fratres charissimi, auaritiã cõtemnere, iracũdiã mitigare, libidinem fugere. Contẽnenda est enim auaritia, quæ nobis ideo iniqua lucra procurat, vt suos faciat nos. Nostri enim essemus, si illa nostra nõ esset. Cõtemnenda est, inquã, auaritia, quæ velut ignis, quãto magis acceperit, tanto amplius quærit. Iracundia verò mitiganda est, quæ prius nocituris impendit quàm nocendis. Quòd autem libidinem fugiendam esse suggerimus, apostolus Paulus euidenter ostendit: qui cùm omnibus vitiis prędicauerit resistẽdũ, dum contra libidinẽ loqueretur, non dixit, Resistite: sed, Fugite fornicationẽ. Ac sic contra reliqua vitia, Deo auxiliãte, debemus in præsenti resistere, libidinẽ verò fugiendo superare. Sic & alibi in Scripturis diuinis legimus: Noli, inquit, in faciem virginis intendere, ne te scãdalizet vultus eius. Et beatus Ioseph vt impudicam dominã posset euadere, pallium quo apprehensus fuerat, reliquit & fugit. Ergo cõtra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriã. Nec tibi verecundũ sit fugere, si castitatis palmã desideras obtinere. Vnde, fratres charissimi, ab omnibus Christianis, præcipuè tamẽ clericis siue monachis indigna & inhonesta familiaritas fugiẽda est: quia sine vlla dubitatione qui familiaritatem nõ vult vitare suspectam, citò dilabitur in ruinam. SED fortè negligẽs quisque & minus de animæ suæ salute solicitus, respondet & dicit: Ecce ego & familiaritatem habeo mulierum extranearum, & tamen castitatis ornamenta custodio. Infelix est & nimiũ periculosa ista præsũmptio. Multi enim dum se putabant vincere, victi sunt. Sed dicit aliquis, Inter mulieres extraneas habitans continentiam teneo, & volo habere quod vincam. Quid est dicere, Volo habere quod vincam, nisi viuere desidero sub ruina? Sed ego, inquit, libidinis impetum tanquam aduersariũ meum volo captiuum iugiter retinere. Vide ne contra te incipiat ipsa captiuitas præualere, & vbi te putabas obtinere triumphum, inde in æternum incurras opprobrium. Inter omnia Christianorum certamina sola duriora sunt prœlia castitatis, vbi

Sermo CCL. Cap. I.

Cap. II.

vbi quotidiana est pugna, & rara victoria. Grauem castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur & timetur. Et ideo, sicut iam dictum est, nemo se falsa securitate decipiat, nemo de suis viribus periculosè præsumat, sed audiat Apostolum dicentē, Fugite fornicationem. Dauid enim ille sanctissimus in mille passibus mulierē nudatam vidit, & statim homicidiū fecit & adulterium. Et alibi in aliena domo cum extraneis mulieribus putant se castitatis obtinere triūphum, ignorantes dupliciter se apud Deū reos existere, dū & seipsos in periculū mittunt, & aliis exemplū peruersę familiaritatis ostendunt. Quanticunque enim illorū stultitiam imitantes per inhonestam familiaritatē castitatis ornamenta perdiderint, illorū animę ab illis in die iudicij requirentur, qui eis exemplum perditionis ostendunt. Et ideo, fratres charissimi, contra mortifera blandimenta, & cōtra adiutores diabolo qui familiaritatē suspectam habere nec metuūt nec erubescūt, nec nos exēplo suo decipiant Dei adiutorium imploremus iugiter, vt nos de laqueo venantiū liberare dignetur: sciētes, quod in malis omnibus, quæ suprà diximus, Christianis quotidiana martyria deesse non possunt.

1.Cor.6.

Cap.iii. Sicvt enim castitas & veritas & iustitia Christus est, sic & ille qui eis insidiatur, persecutor est, ille qui & in aliis défendere & in se custodire voluerit, martyr erit. Et ideo qui hæc tota animi virtute & ipse diligit, & vt alij diligant, & verbis simul & exemplis ostendit, & vbicunque veritas vel iustitia siue castitas laborāt, quātum præualet se etiā vltrò iugiter & secūdum quod vires habuerit defendere cōtendit, nō vnā, sed plures coronas, Deo remunerante, percipiet. Et vt hæc obtinere cū Dei adiutorio mereamur, non solū ab extranearum mulierū familiaritate, sed etiam ancillarum nostrarū vel quarūcunque vicinarū aut filię aut alūnę aut ancillę vnusquisque familiaritatē, vel secretā colloquutionē vitare contēdat: quia quanto earum vilior cōditio, tanto facilior ruina est. De familiaritate enim talium Salomon nos admonet, dicens: Nūquid alligabit quis ignem in sinu suo, & vestimēta eius nō ardebunt? Aut ambulabit quis super prunas, & nō comburentur plantæ eius? Et illud, Pretium meretricis vix dimidiū panis, mulier autem pretiosam viri animam capit. Et quanta iniquitas & quàm lugenda peruersitas, vt animam, quàm Christus sanguine suo redemit, luxuriosus quisque propter vnius momenti delectationē libidinis diabolo vendat. Verè enim nimium plangenda & miseranda conditio est, vbi citò prēterit quod delectat, & per diabolum in cruce manet sine fine quod cruciat. Sub momento enim libidinis impetus trāsit, & opprobrium infelicis animæ permanet.

Prou.6.

Cap.vt iii. Sed dicit aliquis: Homo iuuenis sum, facio quod me delectat, & postea pœnitentiam ago. Hoc est dicere, percutio me gladio crudeli, & postea ad medicum vado: & nescit quod in vnius horæ puncto vulnus accipitur, & vix longo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur. Qui enim adulterans dicit se postea pœnitentiam acturum, quare non timet ne cum subitum periculum superueniens rapiat, & pereat illi delectatio, & succedat illi damnatio? Et de infelici libidine, vnde suprà diximus, credendum est illud quod Propheta dixit, Quomodo confractus est malleus vniuersæ terræ? Quamuis autem post aduentum Domini per innumerabilia monasteria, & per cleros vel laicos castitatem seruantes, quasi confractus esse malleus ille videatur: adhuc tamen, quod peius est, multo plures sunt, qui ab ipso malleo confringuntur, quàm illi qui de ruina vel collisione ipsius liberantur. Vnde iterum atque iterum rogo, vt diligentiùs consideremus, & quantū possumus timeamus quod Dominus in Euangelio dicit, Qui viderit mulierē ad concupiscendū eā, iā mœchatus est eā in corde suo. Pro qua re, sicut iā dictū est, non solùm ab extraneis mulieribꝰ, sed etiā ab ancillis propriis refrenāda est & secreta familiaritas, & oculorū incauta fragilitas, ne impleatur in nobis illud quod Propheta terribiliter clamat, Intrauit mors per fenestras vestras. Per quas enim fenestras mors ad animas nostras ingreditur, nisi per visum oculorum, & auditum auriumē Si per linguam aut amico tuo aut seruo tuo iusseris vt ad te meretrix adducatur, per os tuum ad animā tuā gladiꝰ ęternæ mortis ingreditur. Si enim consiliū malū libenter audieris, si detrahētem, vel aliquid luxuriosè loquentē, aut etiā cantica turpia proferentē non respuis, per cordis fenestram mors intrauit in animā tuam. Et quia Dominus dixit, Qui viderit mulierem ad concupiscendū eā, iam mœchatus est eam in corde suo: intelligitur quòd voluntas perfecta faciēdi reputabitur pro opere facti. Ac si dum aliquis libidinoso animo considerat, per fenestrā corporis in secretum cordis venenū mortis instillat. Talis enim cogitatio, etiā si aliquo impedita casu, non impleat voluntatem suam, nihilominus actionis crimine condemnatur à Domino: ac sic illa casta est cū qua libidinis malum voluit exercere, & ille iam adulter tenetur in corde. Et ideo audiamus Propheta dicētem: Omni custodia conserua cor tuū. Et illud: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Quomodo enim si aliquis carbones ignis apprehendat, si eos citò proiecerit, nihil nocebunt: si verò diutius tenere voluerit, sine vulnere eos iactare nō poterit: ita & ille qui ad concupiscēdum oculos defixerit, & libidinis malū in corde suscipiens moras in suis cogitationibus habere permiserit, executere eas à se sine animæ occisione vel plaga non poterit. Et ideo cum Propheta iugiter clamemus, Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos, &c.

Hier.50.

Matth.5.

Hier.9.

Cap.v.

Prouerb.4.

Psal.118.

Psal.24.

Item in eadem Dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Cùm subleuasset Iesus oculos, &c. incipiens, Miracula quæ fecit Dominus, &c. quæ sumpta est de expositione doctoris, ibidem, tom. 9.

Dominica vicesima sexta, si occurrat, de eo quod scriptum est, Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, &c.

Sermo ccli.

Sermo i.

Sciendvm est, fratres charissimi, quòd ideo à sanctis patribus nostris cōstitutū est Christianis & mandatum, vt in sollennitatibus sanctorum, & maximè in Dominicis diebus otium haberent, & à terreno negotio vacarēt, vt paratiores & promptiores essent ad diuinum cultū, cùm non haberent quod eos inde retardaret incōmodum, relinquerēntque eo tempore terrenam solicitudinem, quo facilius possent Dei intendere volūtatem. Inde ipse Dominus per Prophetam dicit, *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus.* At hi qui diuersis curis ac negotiis implicati, hanc sententiā Dei spernunt, & diuinæ contēplationi vacare nolūt, timeo quòd in futuro iudicio illis ianuam Domini pulsantibus atque aperiri poscentibus, Dominus respondeat, Amen dico vobis, nescio vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatē. Et qui modò Deū quærere negligunt, ab ipso tunc respuuntur. Idcirco, fratres mei, nō sit vobis molestum, in Dominicis diebus & in natalitiis sanctorum diuino studere cultui. Dominicum ergo diē Apostoli & Apostolici viri ideo religiosa sollennitate habendū sanxerūt, quia in eodē Redēptor noster à mortuis resurrexit. Quique ideo Dominicus appellatur, vt in eo à terrenis operibꝰ vel mūdi illecebris abstinentes, tantū diuinis cultibus seruiamus: dātes scilicet diei huic honorē & reuerentiā, propter spem resurrectionis nostrę, quam habemus in illa. Nam sicut ipse Dominus Iesus Christus, & Saluator resurrexit à mortuis; ita & nos resurrecturos in nouissimo die speramus. Apparet autem hunc etiā in Scripturis sanctis esse sollennē. Ipse enim est primꝰ dies seculi, in ipso formata sunt elemēta mūdi, in ipso creati sunt angeli, in ipso quoque à mortuis resurrexit Christus, in ipso de cælis spiritus sanctus super Apostolos descēdit, māna in eodem in eremo primū de cælo datum est. His enim speciebus ac talibus indiciis, Dominica dies extat insignis. Ac ideo sancti doctores Ecclesiæ decreuerunt omnē gloriam Iudaici sabbatismi in illam trāsferre, vt quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate: quia tunc erit requies nostra vera, quando resurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima & corpore simul perfecta. Obseruemus ergo diē Dominicā, fratres, & sanctificemus illā, sicut antiquis preceptū est de Sabbato, dicente Legislatore: A vespere vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Videamus ne otium nostrum vanum sit, sed à vespera diei Sabbati vsque ad vesperam diei Dominici sequestrati à rurali opere, & ab omni negotio, soli diuino cultui vacemus. Sic quoque sanctificamus ritè Sabbatum Domini, dicente Domino, Omne opus nō facietis in eo. Veniat ergo cuicunque possibile sit ad vespertinam atque nocturnam celebrationē, & oret ibi in cōuentu Ecclesiæ pro peccatis suis Deū. Qui verò hoc nō possit, saltem in domo sua oret, & nō negligat Deo soluere votū, ac reddere pēsum seruitutis. In die verò nullus se à sacra missarum celebratione separet, neque otiosus quis domi remaneat cæteris ad ecclesiā pergētibus, neque in venatione se occupet, & diabolico mācipetur officio, circumuagando campos & syluas, clamorem & cachinnum ore exaltans; non gemitum nec orationis verba ex intimo pectore ad Deū proferens. Adhuc quòque, quod detestabilius est, ad Ecclesiā aliqui venientes non intrant, non insistunt precibus, non expectant cum silentio sanctarum missarū celebrationem: sed quando lectiones diuinæ intus legūtur, tunc ipsi foris aut causas dicere, aut diuersis student calumniis impugnare, aut videlicet in alea vel in iocis inutilibus inudare. Aliquotiēs enim, quod peius est, aliqui nimia iracundia succenduntur, & amarissimè rixantur, ita vt armis se vel fustibus alterutrum imperāt, & sæpe homicidiū perpetrēt: & hoc ab illis maximè fit, qui pleni inuidia & odio, diabolo ductore in conuentū Ecclesiæ pergunt, nō vt semetipsos adiuuēt, sed vt alios lędāt. Tales etiāsi homicidio ibi pereūt, aut subita morte rapiuntur, quò aliàs, nisi cū ipso, cuius secuti sunt vestigia, vadūt in æterna tormēta? Nolite hæc facere, fratres mei, nolite vosmetipsos decipere, nolite in cōuentu vestro locū dare diabolo: sed magis vosmetipsos prēparate hospitium Christo. Non ergo foris fabulis, sed intus psalmodiæ & orationibus studete. Nolite inuicē in Ecclesia verbosari, sed quieti estote. Sunt enim plurimi, & præcipuè pleræque mulieres, quæ ita in Ecclesia garriūt, ita verbosantur, vt lectiones diuinas, nec ipsæ audiant, nec alios audire permittant. Nunquid talis conuentus cū tali ordine in domo Dei debet fieri, aut aliter decet in conspectu Dei & sanctorū angelorū eiꝰ assistere? Adhuc quoque, quod valde dolendum est, cōqueri vobiscū volo, quia sunt aliqui, & maximè potentes istius mundi, qui cùm veniunt ad Ecclesiam, nō sunt deuoti ad laudes Dei celebrandas, sed cogūt presbyterum, vt abbreuiet missam & ad eorū libitum cantet: nec ei licet morem ecclesiasticum sequi propter illorū gulam & auaritiam, quatenus vnus punctus diei ad Dei officiū, & reliquum diurnū spatiū cum nocte simul ad eorū deputetur voluptates. Nolite, fratres mei dilectissimi, hæc facere, nolite hæc facientibus cōsentire: quia nō solùm qui hęc faciūt; sed etiam qui cōsentiunt facientibus, pereunt. Ante omnia ergo causas in festiuitatibus nolite dicere neque audire, sed alio tempore & cum iustitia: nec munera accipiendo subuertatis iusta iudicia, quia secundū Domini sententiā, quocūque iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. Nullus se vestrūm inebriet, quia ebrius insano simillimus est. Nolite in hominibus bibēdo nomina vestra delere de cęlo. Sunt quidē multi, quod peius est, qui nō solùm seipsos inebriant, sed etiā alios cogūt & adiurāt, vt amplius quàm expedit bibāt, & inde sæpe inter eos nascūtur iurgia & homicidia. Nunquid perpenditis, fratres, cuius illi in hoc sequantur voluntatē? Ebriosi enim, ait Apostolus, & homicidæ regnū Dei nō possidebūt. Obsecro vos, dilectissimi patres & matres, fratres, & sorores, per nomē Domini nostri Iesu Christi, & per regnū venturū eius ac iudiciū, vt subtrahatis vos ab omni homine ambulāte inordinatè, & digni ambuletis vocatione qua vocati estis, nec negligatis honorem vestrū, neque parui pendatis redēptionē, quæ est in Christo Iesu. Filij Dei nuncupati estis, quia verus filius Dei vos liberauit. Studete bonis moribus tanto parenti placere, quatenus vos non vt nequissimos seruos perpetuam tradat ad pœnā, sed vt charissimos filios supernam ducat ad patriā, vt sitis cohæredes filij eius Iesu Christi, cū quo viuit & regnat Deus in vnitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

Psal.45.

Lucæ13.

Exo.20.

1.Cor.6.

In anniuersario dedicationis Ecclesiæ vel altaris.

Sermo ccli.

Sermo i.

Votiens cvnqve, fratres charissimi, altaris vel templi festiuitatem colimꝰ, si fideliter ac diligenter attēdimus, & sanctè ac iustè viuimus, quicquid in templis manufactis agitur, totū in nobis spiritali ædificatione completur. Nō enim mētitus est ille qui dixit, Templū enim Dei sanctū est, quod estis vos: Et iterū: Nescitis, quia corpora vestra templū sunt spiritus sancti, qui in vobis est? Et ideo, fratres charissimi, quia nullis præcedentibus meritis, per gratiam Dei meruimus fieri templū Dei, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne Dominus noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis inueniat quod oculos suos maiestatis offendat: sed habitaculū cordis nostri euacuetur vitiis, & virtutibus repleatur, claudatur diabolo, & aperiatur Christo, & ita laboremus, vt nobis bonorum operum claubus ianuam regni cælestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus quasi quibusdā seris ac vectibus vitę nobis ianua clauditur, ita absque dubio bonis operibus aperitur. Et ideo, fratres charissimi, vnusquisque cōsideret cōscientiam suam: & quando se aliquo crimine vulneratū esse cognouerit, priꝰ orationibus, ieiuniis vel eleemosynis studeat mundare conscientiā suam, & sic Eucharistiam prę sumat accipere. Si enim agnoscēs reatum suum, ipse se à diuino altari subtraxerit, citò ad indulgentiā diuinæ misericordiæ perueniet. Quia sicut qui se exaltat, humiliabitur: ita econtrariò, qui se humiliat, exaltabitur. Qui enim, sicut dixi, agnoscens reatum suum, ipse se humiliter ab altari ecclesiæ pro emendatione vitæ remouere voluerit, ab æterno illo & cælesti conuiuio excommunicari penitùs non timebit. Rogo vos, fratres, diligenter attendite, si ad mensam cuiuscunque potentis hominis nemo præsumit cū vestibus cōscissis & inquinatis accedere, quāto magis à conuiuio æterni regis, id est, ab altari Domini debet

1.Cor.3.&6.

debet se vnūsquisq; inuidiæ vel odijveneno percussus, iracūdiæ furore repletus, cum reuerentia & humilitate subtrahere, propter illud quod scriptū est: Vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et iterum: Amice quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem? Sic enim habet textus Euāgelicę lectionis, quòd quidam fecerit nuptias filio suo, & intrauerit vt videret simul recūbentes: & vidēs ibi hominem non habentē vestem nuptialē, dixit ad eū: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestē nuptialem? Et illo obmutescente, dixit ministris: Ligate illi manus & pedes, & proijcite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentiū. Ecce qualē sententiam merebitur audire, qui ad conuiuiū nuptiale, id est, altare Domini, aut ebriosus, aut adulter, aut odiū in corde retinēs, præsumit accedere. Auertat hoc Deus à nobis, fratres charissimi, & cōcedat vt mala ista aut nunquā velimus admittere, aut si admissa fuerint, sine vlla mora pœnitentia vel pace studeamus sanare, & largioribus eleemosynis festinemus abluere: ne fortè, si cum peccatorū vulneribus ante tribunal æterni iudicis venerimus, ab illa æterna ecclesia, & ab illa cælesti Hierusalē perpetua excōmunicatione separemur. Considerate, fratres, rogo vos, si hodie aliquis à cōuentu ecclesiæ huius, p aliquo crimine proiiciatur foras, in quāto dolore vel tribulatione erit anima sua? Et si intolerabilis dolor est de illa ecclesia foras proiici, vbi ille qui proiiciatur & manducare & bibere & cū hominibus loqui potest, & habet spē vt iterū mereatur ad ecclesiam reuocari: quantus putatis dolor ille erit, si aliquis pro criminibus suis ab illa Ecclesia, quæ in cælis à conuentu angelorū vel sanctorum omnium congregatione fuerit separatus: cui nec hoc solum sufficiet ad pœnam, quod foris proiicitur, sed insuper in tenebras exteriores æterno incendio cōcremandus excluditur? Qui enim in illa cælesti Hierusalem excommunicari meruerit, non solùm hoc pœnę habebit, quòd nec mānducare vel bibere poterit, sed etiā flammas infernales sustinebit, vbi est fletus & stridor dentium, vbi vlulat^o, lamēratio & pœnitentia, sine vllo remedio: vbi est vermis ille qui non moritur, & ignis qui nunquam extinguitur: vbi mors quæritur, & non inuenitur. Quare in inferno mors quæritur, & non inuenitur? Quia quibus in hoc seculo vita offertur, & nolunt accipere, in inferno quærunt mortem, & nō potetūt inuenire. Vbi erit nox sine die, amaritudo sine dulcedine, obscuritas sine lumine, vbi nec diuitiæ, nec parentes, nec cōiuges, nec filij, nec vicini poterūt subuenire, vbi nihil peccator inueniet, nisi quod de hoc seculo castè & iustè viuendo per eleemosynorū largitatē transmiserit. Hæc ergo cogitantes, fratres charissimi, tā casti, & tā sobrij, & tam pacifici ad istud altare, Deo auxiliante, studeamus accedere, vt ab illo æterno altari nō mereamur excludi. Qui enim ad istud altare casto corpore & mūdo corde cū mūda & secura cōscientia venit, ad illud altare quod in cælis est, felici trāsmigratione perueniet. Ad extremum, fratres charissimi, nō est graue nec laboriosum quod suggero: hoc dico quod vos frequēter facere aspicio. Omnes viri, quando cōmunicare desiderāt, lauāt manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, vbi corpus Christi accipiant. Nō est graue quod dico, fratres, quomodo viri lauant aqua manus suas, sic eleemosynis lauent conscientias suas. Similiter & mulieres quomodo nitidum exhibent linteolum, vbi corpus Chtisti accipiant: sic corpus castum & cor mundum exhibeant, vt cum bona conscientia Christi sacramenta suscipiant. Rogo vos, fratres, nunquid est aliquis qui in arca sordibus plena velit mittere vestem suam? Et si in arca sordibus plena vestis non mittitur pretiosa, qua fronte in anima quæ peccatorū sordib^o inquinatur, Christi eucharistia suscipitur? Et quia istis verissimis exēplis loqui cœpimus, etiā & hoc quod non nostis insinuo. Nō puto esse aliquem hominē qui in arca sua vbi pretiosas vestes habet repositas, acquiescat, aut carbonem viuum aut qualemcumque scintillam includere. Quare hoc, fratres? Quia timet ne cōburātur vestimenta quibus in festiuitate induitur. Rogo vos, fratres, qui in arca sua nō vult scintillā ignis includere, quare in anima sua flammā iracundiæ non timet accendere? Sed quare hoc fiat, manifestè & euidēter cognoscimus. Ideo enim in arcam ignem nō mittimus, quia diligimus vestem nostram: flammam verò iracundiæ ideo non extinguimus, quia non solùm nō diligimus, sed etiam odio habemus animam nostram, secūdum id quod scriptum est: Qui diligit iniquitatē, odit animā suam. Et ideo, fratres charissimi, exempla ista attentiùs cogitantes, arcellas interiores, id est, conscientias nostras, quantum possumus, cum Dei adiutorio custodire diligentiùs studeamus, vt cùm dies iudicij aduenerit, in illa æterna & beata ecclesia, vbi nunquam habitare poterit malus, vnde nunquam exitur^o est bonus, nō cum pannis veteribus foras in tenebras exteriores exclusi appaream^o: sed stola immortalitatis induti, castitatis vel iustitiæ gemmis ornati, eleemosynarum luceveſtiti, audire mereamur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Et illud: Serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. Ad quod gaudiū nos Dominus sua protectione perducat, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Matth. 5. & 22.

Psal. 10.

Eodem die. SERMO II. SERMO CCLIII.

RECTE festa ecclesiæ colunt, qui se ecclesiæ filios esse recognoscūt. Hæc enim omnium credentiū mater est, quę natos ad mortem, regenerat ad salutē. Hęc est post synagogā quidem vocata, sed ante synagogā promissa. Hęc enim iam in primo homine præfigurata est. Nam sicut ex Adæ latere fabricata est Eua: ita ex Christi corpore & vulnere redempta creuit ecclesia. Hæc intra arcam diluuio exundante seruata, crucis beneficiū & baptismatis mysterium præsignauit. Hanc Sara sterilis & desperata in senectute vnico pignore fœcunda pręcinuit, quòd Ecclesia vnicū, id est, dilectissimum Deo populū seculo tā senescente progenuit. Hęc est regina illa, de qua ad Dominū dicitur, Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circūamicta varietate: id est, diuersarū circūdata prętioso decore virtutū. Hęc est illa regina, quę venit à partibus Æthiopię, audire sapientiā Salomonis. Sed hęc nō tam ex vna regione quàm ex vniuersis mundi partibus reges paritura cōuenit, sicut etiā Euāgelista cōmemorat: Regina austri venit à finibus terrę audire sapientiā Salomonis. Venit ecclesia ad redēptorem & eruditorē suum, vt de stultitia erroris doctrinā perciperet veritatis. De qua plenius, sicut audiuimus, Regnorū scribit historia, ita dicens: Et ingressa regina Hierusalem cū multo comitatu & diuitiis, cum camelis portantibus aromata, & aurū infinitū nimis, & gemmas pretiosas, venit ad Salomonem, & locuta est ei vniuersa quę habebat in corde suo. Ergo in figura reginę huius Ecclesia venit ex gentibus, & à finib^o terræ, imponens finē cupiditatibus vitiisque terrenis, vt audiret sapientiam Salomonis: id est, veri pacifici Domini nostri Iesu Christi, qui fecit vtraque vnum, soluēs inimicitias inter Deum & hominem in carne sua. Venit post veteres & profanas superstitiones audire & discere de fidei illuminatione & iudicio futuro, de animæ immortalitate, de spe resurrectionis & gloriæ. Venit ergo in Hierusalem cū multo comitatu: id est, non iā cū vna tantùm genre Iudæorum, sicut prius synagoga solos habuit Hebræos, sed totius mundi gentibus diuersisque nationibus. Venit ergo exhibens munera digna Christo, aurū & gemmas pretiosas, & hoc camelis portantibus, id est, ex gētili populo venientib^o, qui prius fuerant vitiorum fœditate distorti, & malorum onere curui, ac peccatorum prauitate deformes: cum his tāquam muneribus regina hæc ingreditur ad pacificum regem Christū; exhibens fidei aurū, puritatis incensa pretiosa, splēdorēsque gemmarū, morū scilicet insignia & ornamenta virtutū, & locuta est ei vniuersa quę habebat in corde suo. id est, aperuit ei cor suum, manifestauit ei occulta conscientiæ suæ in confessione & pœnitudine præcedentium delictorum. Videamus quid agat hæc regina. Videns, inquam, regina Saba omnem sapientiā Salomonis, & domū quā ædificauerat, & cibos mensę eius, & holocausta quæ ferebat in domo Domini, nō habebat vltrà spiritū. Quid erat rationis, vt prępotens regina domus expensas, & cibos regios tātopere miraretur? Ergo hoc loco aliqua maiora nos oportet inquirere. Vidit ergo ecclesia ex gentibus cōgregata sapientiā Christi: id est, post carnalia instituta gentilium, post humanam & animalē doctrinā philosophorū, accepit intellectū salutis & vitæ, inspexit spiritaliū membra bonorū, agnouitverū fabricatorē cęli & terræ, & potētissimū humani generis cōditorem; de cuius sapientia dicitur, Omnia in mensura & pondere & numero cōstituisti. Vidit & domū quam ędificauerat, id est, incarnationem hominis assumpti, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vidit & cibos mēsę Salomonis, id est, illos de quibus Dominus dicebat: Meus cibus est, vt faciā voluntatem eius qui me misit patris. Cibus enim Christi, est salus nostra, reficitur cælestibus epulis, profectib^o nostris. Cibus eius sumus, dū acquisiti ecclesiæ in membra et^o corpúsque transimus. Vel cibus eius altaris sacramēta cęlestia sunt, de quibus dicitur: Panem cęli dedit eis, panē angelorū mānducauit homo. Vidit & holocausta eius orationum sine dubio, supplicationūmque mysteria, & obstupuit vbi vidit inęstimabiles diuitias domini sui, dixitque ad regem: Verus sermo est quem audieram in terra mea super sermonibus tuis & super sapientia tua, & non credebam narrantibus, donec ipsa venì & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars nunciata mihi nō fuisset. Maiora sunt sapiētia & opera tua, quàm rumor quem audiui. Cùm ergo peruenerit regina hęc siue ecclesia, siue quęcunque anima sancta in ęternam Hierusalē, id est, visionē pacis, & ingressa fuerit beatā requiem & gloriā cęlestiū promissorum, multo plura & magnificētiora perspiciet quàm ei sunt in hac terra per sacra eloquia, per Prophetas atque Apostolos nunciata. Nunc enim tanquā in speculo & ęnigmate, tūc autē oculis suis videbit, id est, facie ad faciē. Tunc beata & illustris anima inter stupendas remuneratoris sui constituta diuitias, ineffabilibus reginæ huius verbis vti ad Deum poterit, dicens: Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonib^o tuis: maiora sunt opera tua, quàm rumor quē audiui. Et reuerà id quod parat Deus diligētibus se, fide nō cōprehenditur, spe non tangitur, charitate nō capitur, desideria & vota transgreditur. Acquiri potest, ęstimari nō potest. Habet de perceptione fructum, nō habet de satietate fastidium. Ad quę vos bona perducat, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Ioan. 4.

Psal. 44.

Matth. 12.

3. Reg. 10.

Eodem die, Sermo habitus in regione tertia, in Basilica sanctæ Petri Carthagmensis, De versu Psalmi, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi claritatis tuæ. In quo declaratur quid vasa aurea & argētea, lignea & fictilia; alia in honorem, alia in contumeliam significent in magna domo Ecclesiæ. Psal. 25.

SERMO D. AVGVST. III. SERMO CCLIIII. CAP. I.

DECOREM domus Dei, & locum tabernaculi claritatis eius diligimus, si & nos ipsi sumus. † Quis ergo decor est domus Dei, & locus tabernaculi claritatis eius, nisi tēplū eius de quo Apostolus dicit, Tēplū enim Dei sanctum est, quod estis vos? Sicut ergo in fabricis manufactis cum eleganter & magnificē construuntur, corporalis noster mulcetur aspectus: ita cùm lapides viui, corda fidelium charitatis vinculo cōtinētur, decor est domus Dei, & locus tabernaculi claritatis eius. Discite ergo quod amare debetis, vt amare possitis. Qui enī diligit decorē domus Dei, non est dubiū quia Ecclesiā diligit, nō in fabrefactis parietibus & tectis, nō in nitore marmorū & laquearibus aureis: sed in hominibus fidelibus, sanctis, Deū diligentibus ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex tota mēte sua, & proximū suū tanquā ‡ seipsum. SED in cōgregatione Christiana, quantum pertinet ad participationem & cōmunionē Sacramentorū, multiplicati sunt super numerū. Alius est ergo numerus: alij super numerū. Numerus est, de quibus dicit Apostolus: Nouit Dominus qui sunt eius. Super numerū autē: Quoniam in magna domo non solùm vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: alia quidem in honorē, alia in cōtumeliam. Numerus ergo, vasa in honorem: super numerū, vasa in contumeliam. Cùm ergo sint ista duo genera vasorum: nūquid dubitamus vbi sit decor domus Dei? Si ergo vis diligere, agēs quod cantasti, decorē domus Dei, & locum tabernaculi claritatis eius: quęre vasa in honorē. Et nolo dicas, Quęsiui, & non inueni. Ideo enim quęsisti, & nō inuenisti: quia quod quęsisti tu nō fusti. Similis simili cohęret, dissimilis dissimilem refugit. Si fueris vas in contumeliam, proculdubiò vas in honorem graue tibi erit & ad videndum. Non audis quomodo quidam de quodam dicant: Grauis est nobis etiam ad videndū? Quod tibi graue est ad videndū, quādo erit apertū ad inueniendū? Vasa enim ista, interiorū hominū sunt. Non vtique cùm visus fuerit iustus, iā agnoscitur iustus. Eundem aspectū habet & iustus & iniustus. Vterque homo: sed non vterque domus Dei. Et si ambo Christiani appellantur, vtrunque vas, sed non vtrunq; in honorem: sed aliud in honorem, aliud in contumeliam. Nunquid propter mala vasa, deserenda est domus magna? Nouit vti Deus, id est, Dominus magnæ domus, & vasis in honorem, & vasis in contumeliā. Sicuti est malorū, malè vti etiam bonis: sic ecōtrà Dei, bene vti etiā malis. QVANTIS bonis vtuntur mali? Omnis enim creatura Dei bona est. Quomodo ea malè vtuntur mali? Quomodo eos increpat Scriptura, dicens: Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis. Quod nomen acceperunt isti malè vtentes bonis Dei? Sequitur, & dicit, Adulteri. Vnde adulteri? Nescitis quia amicus huius mundi, inimicus Deo constituitur? Adulteri, inquit. Sunt animæ adulteræ, sunt fornicariæ. Discutiamus eas. Fornicariæ animæ sunt, multis diis falsis quodammodo prostitutę. Adulteræ autem, tanquam legitimo iam coniugio copulatæ, & ipsi legitimo cōiugio non seruantes animæ castitatem. Vt autem hoc dicam expressiùs, Pagani anima fornicaria est, Christiani mali

al. Quid. 1. Cor. 3.

Vita ecclesia.

Matth. 22.

al. sicut. CAPIT. Psal. 19. Numerus, & super numerum. 1. Tim. 2.

Vasa in honorem, vasa in contumeliam.

Sap. 2.

CAPITIL. 1. Tim. 4. Abytus.

Iac. 4.

Animæ adulteræ & fornicariæ.

mali adultera. Pagani anima fornicaria, legitimum vi-
rũ non habet, sed per diuersa dæmonia prostituta cor-
rumpitur. Christiani autem mali quare adultera est?
Quia nec castitatẽ diligit, nec virum deserit. Non er-
go dicas, Quare sunt isti in domo Dei? Respõdetur ti-
bi, Vasa sunt in contumeliam. Nouit eis vti Deus. Nõ
errat qui creauit, quoniã qui potuit creare, nouit ordi-
nare. Habent in domo magna locum suũ. Si autẽ quæ-
ris à me, quomodo eis bene vtatur Deus? Fateor, Dei
consiliũ sicut homo explicare nõ possum. Noui enim
cum Paulo apostolo expauescere, quod etiã ille cũ cõ-
Rom.11. sideraret, expauit, & expauescẽs exclamauit: O altitu-
do diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscruta-
bilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis
enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius
ei fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur illi? Quo-
niã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: ipsi glo-
ria in secula seculorum. Nobis cõsideratio, admiratio, B
tremor, exclamatio: quia nulla penetratio. Ipsi autem
quid? Gloria in secula seculorũ. Siue de vasis in hono-
rẽ, siue de vasis in contumeliam: ipsi gloria in secula se-
culorũ. Alios coronat, alios dãnat, nusquã errat. Alios
probat, alios de aliis probat, omnes ordinat.

CAP. IIII. QVID faciunt, inquit, in hoc mundo homines ma-
li? Responde mihi, in fornace aurificis palea quid facit?
Puto non ibi esse sine causa paleã, vbi aurum purgatur.
Vide ser. 6. de verb. Domini. Videamus quæ ibi sint omnia. Fornax est, palea est,
aurũ est, ignis est, artifex est. Sed illa tria, aurum, palea,
ignis, in fornace: artifex ad fornacẽ. Attende etiã istum
mundum. Mundus fornax est; palea, homines mali; au-
rum, homines boni; ignis, tribulatio; artifex, Deus. At-
tende & vide. aurum nõ purgatur, si palea non vratur.
Vide aurũ in hoc ipso Psalmo, vbi diligimus decorem
domus Dei, & locum tabernaculi claritatis eius. Vide
Psal. 25. ibi aurũ, vide vocẽ auri: purgari cupit. Proba me Do-
mine, & tẽta me: vre renes meos, & cor meũ. Proba me,
inquit, Domine, & tẽta me. Qui timere debuit tẽtatio-
nem, petit tentationẽ. Proba me, inquit, Domine, & tẽ-
ta me. Et vide si nõ ignẽ quærit. Proba me, & tẽta me,
vre renes meos & cor meum. Non times ne in igne de-
ficias? Nõ, inquit. Quare? Quia misericordia tua ante
oculos meos est. Ecce, inquit, quare securus dico, Pro-
ba me Domine, & tẽta me, vre renes meos & cor meũ:
non quia idoneus sum viribus meis ignẽ sustinere tẽta-
tionis, sed quia misericordia tua ante oculos meos est.
Qui mihi, inquit, donastiuit aurũ probatũ essem, in for-
nace me perire permittis? Prorsus mittis purgandũ, ci-
Psal. 120. cius purgatum. Custodiat Dominus introitũ tuũ & exi-
tum tuũ. Vide ipsum exitũ, vide ingressum in fornacẽ.
Iacobi 1. Omne gaudiũ existimate, fratres, cùm in tentationes
varias incideritis. Ecce audisti ingressum, quære exitũ.
Facile enim est intrare: exire magnum est. Sed noli ti-
mere. Fidelis Deus. Nempe quia ingressus fueras, de e-
1. Cor. 10. xitu cogitabas. Fidelis Deus, qui non vos permittit tẽ-
tari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione
etiam exitum. Quid est exitum? Vt possitis sustinere. In
CAP. V. Abundantia malorũ, purgatio est bonorũ. 2. Tim. 2. trasti, incidisti: sustinuisti, existi. MAGNA materies
est purgationis bonorũ, abundãtia malorum. Nam in
multitudine malorũ quamuis permixti lateant boni,
nouit Dominus qui sunt eius. Sub manu tanti artifi-
cis, auri mica in magna palea perire non potest. Quan-
ta ibi palea, quàm modicũ aurum? Sed noli timere, tã-
tus est artifex vt purgare possit, perdere non possit. Vi-
de aurum beatum Apostolum in ista fornace mundi
huius quemadmodum periculis probatur, vt veniamus ad vasa inhonorata quæ intus sunt, quibus nouit
bene vti Dominus magnẽ domus. Apostolus ergo
2. Cor. 11. cùm periculis probaretur, quid dicebat? Periculis in
A mari, periculis in deserto, periculis ex genere, periculis
ex gentibus. Ista omnia foris sunt. Intus attende. Peri-
culis in falsis fratribus. Alloquor ergo aurum Dei, al-
loquor vasa facta in honorem, alloquor grana in tritu-
ra areæ, inter paleã laborãtia. Tibi dico quisquis audis,
non me, sed per me: Esto bonus, tolera malũ. Nolo di-
cas, quis est bonus: imò & hoc volo dicas, quoniã quã-
tũcũque fueris bonus, non eris sine aliquo malo. Vnde
Luc. 18. rectissimè dicitur, Nemo bonus, nisi solus Deus. Sed
bonus ille qui facit bona, Deus est. Si ergo bonus De⁹
qui facit bona, & sol⁹ ille bonus effector bonorũ, quo-
modo est effector bonorũ; si nullus est hominũ bonus?
Secundum modulum ergo proximũ, est & homo bo-
nus. Qui si non esset, Dominus ipse nõ diceret, Homo
Matth. 12. CAP. VI. bon⁹ de bono thesauro cordis sui profert bona. Esto
ergo bonus, & tolera malũ. Esto simpliciter bonus, &
dupliciter tolera malũ. Bonus, non nisi intus. Nã si nõ
B intus, nusquam bonus. Esto ergo bonus intus, malum
tolera & foris & intus. Foris tolera hæreticũ, tolera Pa-
Michæ 7. ganum, tolera Iudæum, tolera & intus malũ Christia-
num: Quia inimici hominis domestici eius. Patiẽs mo-
lestos multos int⁹ malos stomacharis, indignaris, quasi
iam venerit tempus ventilationis. In tritura positus es,
in tritura es adhuc, area trituratur adhuc, adhuc grana
& manipuli cũ gentes credũt, ad areã colligũtur. Putas
esse te posse in area triticum solum? Erras. Geme in
area, vt gaudeas in horreo. Fiũt multa mala à Christia-
nis malis. Illi qui foris sunt, & nolũt esse Christiani, in-
ueniunt occasiones ad excusationes. Hortatori suo vt
credat, ista respondet: Vis me esse quod est ille & ille?
Et nominat illũ & illũ: aliquãdo & verũ dicit, Cùm au-
tem verum non potest inueniri, quid magnum est ca-
lũniari? Cũ ille non trepidat calũniari, facit aliũ quod
non videt suspicari. Tu cũ hominẽ audieris ista dicẽtẽ,
C Fortè quia nosti fratres tuos malos, dicis apud teip-
sum: Verum dicit, Periculum in falsis fratrib⁹. Sed no-
li deficere, quod ille quærit, tu esto. Esto bonus Chri-
CAP. VII. stianus, vt conuincas calumniosum Paganum. SED
ille calumniatur, & de bonis dicit falsa, plerunque illi
creditur. Quid facit aurũ? Vndique palea est, ignis, sor-
des. Pone nũc fidem, esto mundior: ipsa exercitatione
esto mũdior: valeat tibi ille qui auferat quo sordidior
es; nõ qui opprimat quod aurũ es. Etenim si defeceris,
peris in palea: & si peris in palea, aurum nõ eras, sed au-
rum esse te fingebas. Nouit Dominus qui sunt eius. Illi
2. Tim. 2. autem qui sunt mali, de quibus erubescis quãdo es in-
ter malos qui sunt foris: memẽto quòd non sint in do-
mo magna vbi es vas in honorẽ, sed in contumeliam.
Instruxit te Apostolus, rogat te Deus. Si mali nõ es-
al. regat. Matth. 5. sent pro quibus oraremus, quando nobis diceretur, O-
rate pro inimicis vestris? an fortè vellemus bonos ha-
D bere inimicos? Vnde fieri potest? Nõ habebis bonũ ini-
micũ, nisi fueris mal⁹. Si autem fueris bonus, inimicus
tuus non erit, nisi malus. Orate pro inimicis vestris. Er-
go boni orate pro malis. Redi ad cor tuum. O tu qui in
Psal. 25. ista fornace purgaris, si potuit esse vox tua, Proba me
Domine, & tẽta me; vre renes meos & cor meũ, quoniã
misericordia tua ante oculos meos est, ecce redi ad cor
tuum. Sub Deo es, orationẽ fusurus es: Occurrit tibi
qui te læsit, occurrit tibi qui te pressit, occurrit tibi qui
te spoliauit, occurrit tibi qui te in carcerẽ misit: Eia at-
tende cor tuum, respice Dominũ tuũ. Ecce malus ini-
micus tuus, ecce bonus Dominus tuus. Nocet tibi ini-
micus tuus malus, ora pro inimico tuo, dicit tibi Do-
minus tuus bonus. Inter inimicum tuum malũ & Do-
minum bonum, quid tu facturus es? Contra hunc ora-
turus, aut huic obtemperaturus?

SVSCI-

CAP. VIII. SVSCIPIS ex præcepto Domini tui orare pro ma-
A ligno inimico tuo illo: quid facturus es? Dominus ius-
dura iussa. Matth. 5. sit, dura iussit: sed magna promisit. Quæ dura iussit? di-
ligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos,
Psal. 16. & orate pro persequẽtibus vos. Dura sunt: sed propter
verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias duras. Vnde ti-
bi viribus tuis custodire vias duras, nisi quia misericor-
dia eius ante oculos meos est? Ecce dura iussit, amara
iussit, vide quæ promisit. Orate pro persequentib⁹ vos,
vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est. Si tibi diceret:
Ora pro inimico tuo, vt sis filius patris tui, ne exhære-
det te pater carnalis, quia hoc tibi relicturus est, quod
hinc non est ablaturus, timeres & faceres: promittitur
tibi pro his duris, vt sis filius Altissimi, cogita patrẽ &
agnosce hæreditatẽ. Dic ergo, incipe ergo orare pro i-
mimico tuo illo magno, qui tibi multa mala fecit, qui
in te multa dura cõgessit. Incipe pro illo orare, & vide
B cor tuũ tecũ litigare. Quod ergo vis, quod tibi placet,
quod delectaris secundũ interiorẽ hominẽ, quod ob-
temperas Dño tuo, & oras pro inimico tuo, aurum est.
quod verò, cũ orare cœperis, incipis tecũ carnalis infir-
mitas litigare, ipsę sunt sordes à quibus te vult Deus in
CAP. IX. fornace purgare. EXERCERE ergo in mediis ma-
lis, ô bone, si quis es bonus: nõ de tuo bono quia fusti
malus, sed de Deo bonus qui nũquam est malus: Exer-
cere in mediis malis. Nec mihi volo dicas, Saltẽ si ne-
cesse esset propter exercitationẽ nostrã vt essent mali,
pauci essent mali, & boni multi essent. Nõ attẽdis quia
si pauci essent, multis non nocerent? Vtiq; cõsidera vir
prudẽs, quia si multi boni essent, & pauci mali essent:
pauci mali multis bonis nocere non auderẽt. Si nõ au-
derent, nõ exercerẽt. Nũc verò quia multi sunt mali,
laboratur à paucis bonis inter multos malos: Et cũ la-
boratur, sudatur: & cũ sudatur, aurũ purgatur. Esto er-
go in decorẽ domus Dei. Iam tecum in corde tuo liti-
C gauit infirmitas, inuoca vt vincas: assit tibi Deus, adiu-
uet qui iubet. Iam factus es victor infirmitatis tuæ, iam
suscepisti animũ & fructũ orandi pro inimico tuo, vi-
de quid boni sit: Cõpara illũ tibi. Ille meditatur tenta-
tiones, tu fundis orationes. Ille si nocet, palã nocet: Tu
quod pro illo oras, Deus nouit. Ille nõ credit, quia cor
tuũ non discutit. Cũ ergo ille palã nocet, tu occultè o-
ras. In isto torculari, quia & torculari Ecclesia cõpara-
ta est, vide si non ille, qui palã nocet, amurca currẽs est
Amurca, oleum. per publicũ. Amurca per publicum currit, oleũ autem
ad sedẽ suã occultos transitus habet. Et cùm occultè
transeat, in magnitudine apparet. Quã multi enim, ô
fratres mei, quã multi in ista conflictatione rerum, in
huius mundi malitia, in ista malorũ abundantia sub-
traxerunt se, & conuersi sunt ad Deũ, & vale fecerunt
mũdo, & cœperũt pauperibus subitò donare res suas,
D qui paulo antè rapiebãt alienas. Sed multi raptores, in-
uasores, spoliatores publicè apparent, amurca illa est
per plateas currẽs. Illi autẽ, vnus hinc, vnus inde, cor-
de cõiuncto, malus, faciens mala, permaniere erube-
scens, Dei monita cogitans, spẽ seculi irridens, spẽ cæ-
lestẽ expectans, mutans amores & mores: oleũ sanctí-
tatis est in torculari, vas in honorem est in domo ma-
gna, aurum est in fornace, granũ est in horreo: Ibi est
decor domus Dei.

diligenter debemus attendere, & foris viribus labora-
re, vt quod in tẽplis vel altaribus visibiliter colitur, in
nobis inuisibiliter cõpleatur. Quia quamuis sancta sint
templa quæ videmus de lignis & lapidibus fabricari,
tamen plus apud Deũ pretiosa sunt templa cordis &
corporis nostri: quia illa fiunt ab homine carnali, ista
ab artifice mundi. Templa de lignis & lapidibus hu-
mano ingenio cõponuntur, tẽpla corporũ ipsius cæle-
stis artificis manu fabricantur: sicut scriptum est, Ma-
Psal. 118. Heb. 11. nus tuæ fecerunt me & plasmauerũt me. Et iterũ: Prius
quã te formarẽ in vtero, nouì te. Nã quòd templa suc-
cenduntur, ita econtrariò qui charitatis luce repletus
est, si negligens fuerit, citò refrigescit charitas, & cupi-
ditas inardescit. Ergo nec ille desperet qui malus est,
quia citò potest refugere: nec ille qui bonus est, aut ne-
gligẽs remaneat, aut aliquid de sua virtute præsumat,
nè gaudiũ suũ cõuertatur ad luctũ. Et ideo, dilectissimi
B fratres, castitatẽ corporis, puritatẽ cordis cũ Dei adiu-
torio seruare, quãtum possumus, studeamus. His enim
rebus ignis in nobis charitatis vel cõpunctionis sem-
per accenditur & nutritur. Qui enim nec castitatẽ cu-
stodit in corpore, nec puritatẽ tenet in mente, quotiẽs
sanctæ sollennitates adueniunt, in corpore videtur ha-
bere gaudiũ, in corde nõ celebrat nisi luctũ. Quale e-
nim gaudiũ cõscientia illa potest habere, in cuius ani-
ma multis vitiis occupata magis diabolus probatur
habitare quã Christus? Quale gaudiũ potest habere a-
nima, quæ iracundiæ furore succenditur, cupiditatis
nigredine obscuratur, superbiæ amarissimo felle re-
pletur, inuidiæ veneno percutitur, luxuriæ sordibus in-
quinatur? Nos verò, fratres charissimi, etiã si nobis ali-
qua, vt solet fieri, peccata surrepunt, quantũ possumus
cum Dei adiutorio laboremus, iciuniis, vigiliis, oratio-
nibus, eleemosynis mundare sordida, lapsa construere,
templũ Dei viui reædificare, vt veniens Dominus in
C nobis nihil inueniat quod oculos suæ maiestatis offen-
dat, quia de ipso scriptũ est: Ecce sto ad ostiũ & pulso, Apoc. 3.
si quis surrexerit, & aperuerit mihi, intrabo & cœnabo
cum illo, & ille mecũ. Et iterũ, Ego & pater venienus, Ioan. 14.
& mãsionẽ apud eũ faciemus. Quã beata est illa anima,
in qua pater & filius venientes nõ solùm habitare vel
manere, sed etiã cœnare dignantur! Quod autẽ dixit,
Cœnabo cũ illo, & ille mecũ: scimus euidenter quia a-
postolus Paulus ostendit, dicens: Templũ Dei sanctum
1. Cor. 3. est, quod estis vos. Et per Prophetã Dñs dicit: Et habi
Leuit. 26. tabo, inquit, in eis, & inambulabo. Et quia, sicut ipsi
vidistis, fratres, habitare & inambulare desiderat in no-
bis Deus, cum ipsius adiutorio ita cor nostrum studea-
mus bonis semper cogitationibus occupare, & corpo-
ra nostra ab omni sorde luxuriæ munda vel casta iugi-
ter custodire, vt Deum in nobis delectet habitare. In
3. Reg. 6. templo enim à Salomone ædificato legimus duo alta-
Duo altaria. ria fuisse constituta, vnũ foris, aliud intus. In illo quod
foris erat, animalium cędebatur sacrificium. In illo verò altari quod intus erat, thymiamatis offerebatur in-
censum. Videamus ergo fratres, ne fortè in nobis duo
sint altaria cõstituta, corporis scilicet & cordis nostri.
Denique duplex à nobis sacrificium quærit Deus, vnũ
Duplex sacrificium à nobis exigit Deus. vt simus casto corpore, aliud vt mundo corde esse de-
beamus. Ergo in exteriore altari, id est, in corpore
nostro offerantur opera bona, in corde odorem suauí-
tatis redoleat cogitatio sancta. In altari cordis nostri
iugiter, quod est Deo placitum, operemur. Tunc enim
ordinẽ legitimum consecrationis altaris cum gaudio
celebramus, quando altaria cordis vel corporis nostri
munda & pura in conspectu diuinæ maiestatis offeri-
mus. Nam nescio, qua fronte, aut qua conscientia op-
tat in altaris consecratione gaudere, qui in cordis

Eodem die. SERMO IIII.

SICVT optimè nouit sanctitas vestra, fratres,
consecrationem altaris hodie celebramus,
& iustè ac meritò gaudentes celebramus
festiuitatem, in qua benedictus vel vnctus
est lapis, in quo nobis diuina sacrificia consecrantur.
Sed quãdo festiuitates istas colimus, fratres charissimi,

sui altari non studet munditiam custodire. Nos verò, fratres charissimi, ita agere studeamus, vt semper festiuitatē duplicem celebrare mereamur: & quomodo de templi vel altaris consecratione gaudemus, sic inuisibiliter de corporis castitate vel animæ puritate spiritale gaudiū habere mereamur. Et hoc considerate, fratres, quòd in illo altari quod à Salomone legimus dedicatū, iugiter quotidianus ignis ardebat: quod vtinā & in nobis pietas diuina perficiat. Vnde non solū orationibus, sed etiam bonis operibus placādus est Deus, vt in altari cordis nostri ignē suū semper accendat, illum de quo ipse dixit, Ignem veni mittere in terrā: & quid volo nisi vt accendatur? quia duo sunt ignes, cupiditatis scilicet, & charitatis: & vnus de parte Dei, alter de parte diaboli: vnus deuorans omnia mala, alter vniuersa bona consumens: consideret vnusquisq; conscientiam suam, & si in se videt ignem cupiditatis ardere, cum Dei adiutorio festinet extinguere: quia nihil in illo boni remanere poterit, quē ignis cupiditatis accenderit: sicut econtrariò nihil in eo mali remanebit, in quo ignis arserit charitatis. Flamma enim cupiditatis in corde peccatorum velut in altari deuorans omnia bona, diabolo ardorē suauitatis exhalat: in anima verò sancta, velut in sacrosancto altari flāma charitatis quæcunque superuenerit mala cōsumens, Deo odorem suauitatis exhibet. Et quia vniuscuiusque cor altare est, aut Dei, aut aduersarij, sicut iam dixi, attendat vnusquisque conscientiā suā, & si cupiditatis igne consumitur, eleemosynarū refrigerio mitigetur: quia scriptū est, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatū. Qui ergo cupiditate cōsumitur, subtrahat à se opera mala, & quod bonum est exercere conetur. Qui verò flāma charitatis accenditur, semper bonis operibus augeatur, & nutriat in se ignē quē in eo Christus dignetur accendere.

Lucrtia. Ignes duo.

Eccl.3.

Eodem die.

SERMO CCLVI. CAP.I.

SERMO D. AVGVST. V.

CELEBRITAS huius congregationis, dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationū ista, domus autē Dei nosipsi. Si domus Dei nosipsi, nos in hoc sēculo ædificamur, vt in fine sēculi dedicemur. Ædificium, imò ædificatio habet laborem; dedicatio exultationem. Quod hic fiebat, quando ista surgebant, hoc fit modo cū congregantur credentes in Christū. Credendo enim quasi de syluis & montibus ligna & lapides præciduntur: cū verò catechizantur, baptizantur, formantur, tanquā inter manus fabrorū & opificum dolantur, collimantur, complanantur. Veruntamen domū Dni nō faciunt, nisi quādo charitate cōpaginātur. Ligna ista & lapides si non sibi certo ordine cohærerent, si non se pacificè innecterent, si non se inuicem cohærendo sibi quodammodo amarent: nemo huc intraret. Denique quādo vides in aliqua fabrica lapides & ligna bene sibi cohærere, securus intras, ruinam non times. Volens ergo Dns Christus intrare, & in nobis habitare, tanquā ædificando dicebat: Mandatū nouū do vobis, vt vos inuicem diligatis. Mādatū, inquit, nouum do vobis. Veteres enim eratis, domū mihi nondū faciebatis, in vestra ruina iacebatis. Ergo vt eruamini à vestræ ruinæ vetustate, vos inuicē amate. Consideret ergo charitas vestra, ædificari adhuc istam domū toto, sicut prædictū est & promissum, orbe terrarum. Cùm enim ædificatur domus post captiuitatē, sicut habet alius Psalmus, dicitur, Cantate Domino cāticum nouum, cantate Domino omnis terra. Quod ibi dixit, canticum nouum: hoc Dominus dixit mandatum nouum. Quid enim habet canticum nouū, nisi amorem nouum? Cantare amantis est. Vox huius cantoris, fervor est sancti amoris.

Ioan.13.

Psal.95. Mandatum nouum, cāticum nouū.

CAPVT II.

AMEMVS, gratis amemus. Dominū enim amamus, quo nihil melius inuenimus. Ipsum amemus propter ipsum, & nos in ipso, tamē propter ipsum. Ille enim veraciter amat amicum, qui Deū amat in amico, aut quia est in illo, aut vt sit in illo. Hęc est vera dilectio: propter aliud si nos diligimus, oderimus potius quā diligimus. Quid enim amat? Iniquitatem. Quid odit? Fortè vicinum suū, fortè vicinā suam. Expauescat, odit animā suā. Odium animæ, amor nequitiæ. Ergo contrà, odiū nequitiæ, amor animæ. Qui diligitis Dnm, odio habete quod malū est. Bonus est deus, malū est quod amas, & teipsum malū amas. Quomodo amas Deum, cùm adhuc amas quod odit deus? Audisti enim, quia Deus dilexit nos, & verū est: Dilexit nos, & quales dilexerit, si attēdamus, erubescimus. Sed ideo non erubescimus, quia diligendo tales fecit esse non tales. Erubescimus recordatione præteritorū, gaudeamus spe futurorum. Quare enim erubescamus quod sumus: & non potius confidamus, quia spe salui facti sumus? Deniq; audiuimus, Accedite ad eū, & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Si recedat lumen, redis ad confusionem. Accedite ad eū, & illuminamini. Ergo ille lumē, nos sine illo tenebræ. Si recesseris, in tuis tenebris: si accesseris, non de tuo lucebis. Fuistis enim aliquando tenebræ, ait Apostolus fidelibus ex infidelibus: Fuistis aliquādo tenebræ, nūc autem lux in Domino. Si ergo lux in Domino, tenebræ sine Domino. Porrò si lux in Domino, & tenebræ sine Domino, accedite ad eum, & illuminamini.

Verus amor & vera dilectio.

Psal.10. Psal.96.

1. Ioan.4. Apoc.1.

Psal.33.

Ephes.5.

CAP.III. Psal.29.

ATTENDITE in Psalmo dedicationis, quem modò cantauimus ex ruina ædificiorū. Concidisti saccū meum: hoc pertinet ad ruinā. Quid ergo ad ædificiū? Et accinxisti me lætitia. Vox dedicationis, Vt cantet tibi gloria mea, & nō cōpungar. Quis est qui loquitur? In verbis eius agnoscite. Si expono obscurum est. Ergo verba eius dicā, continuò agnoscetis loquētem, vt ametis alloquentē. Quid est qui dicere potuit, Eruisti Dne ab inferis animā meā: Cuius anima iam ab inferis eruta est, nisi de qua dictū est alio loco, Non derelinques animā meam in inferno? Proponitur dedicatio, & cantatur liberatio cāticum dedicationis domī, & dicitur: Exaltabo te Domine, quoniā suscepisti me, & nō iocundasti inimicos meos super me. Attēdite Iudæos inimicos, qui se putabāt occidisse Christū, vicissē tanquā inimicum, perdidisse quasi hominē cæteris similem atque mortalem. Resurrexit tertia die, & eius vox est, Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me. Attendite Apostolū dicentē, Propter quod eum exaltauit. Et non iocūdasti inimicos meos super me. Ipsi quidem in Christi morte iocundabantur, sed in eius resurrectione, ascensione, prædicatione aliqui cūpungebantur. In eius ergo prædicatione & per Apostolorū constantiæ diffamationem aliqui compungebantur & conuertebantur, aliqui obdurabantur & cōfundebantur, nulli tamen iocūdabātur. Modò quādo implētur Ecclesiæ, putamus iocūdari Iudæos? Ecclesiæ ædificātur, dedicātur, implētur, quomodo illi iocundantur? Nō solùm nō iocundantur, sed etiā cōfunduntur, & impletur vox exultātis, Exaltabo te Domine, quoniā suscepisti me, & nō iocūdasti inimicos meos super me. Nō iocūdasti super me: si mihi credāt, iocundabis in me.

Psal.29.

Psal.33.

Psal.29.

Psal.29.

Psal.29.

Psal.29.

CAP.IV. NE multa dicamus, ad illa quæ cantauimus aliquādo veniamus. Quomodo dicit Christus, Concidisti saccum meum, & accinxisti me lętitia? Saccus eius erat similitudo carnis peccati. Non tibi vilescat, quòd ait, Saccum meum, ibi erat inclusum pre-

pretium tuum. Concidisti saccum meum. Euasimus ad saccum istum. Concidisti saccum meum. In passione conscissus est. Quomodo ergo Deo patri dicitur, Concidisti saccum meum? Quomodo patri dicatur, vis audire, Concidisti saccum meum? Quia proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū. Fecit enim per Iudæos nescientes, vnde redimerentur scientes, & confunderentur negantes. Nesciunt enim quid boni nobis operati sunt malo suo. Suspensus est saccus, & quasi lætatus est impius. Concidit saccum lancea persecutor, & fudit pretium nostrum redemptor. Cantet Christus redemptor, gemat Iudas venditor, erubescat Iudæus emptor. Ecce Iudas vendidit, Iudæus emit, malum negotium egerunt, ambo damnati sunt, seipsos perdiderunt venditor & emptor. Dicat ergo caput nostrum, dicat pro corpore occiso, pro corpore dedicato. Dicat, audiamus, Concidisti saccum meum, & accinxisti me lætitia: id est, Concidisti mortalitatem meam, & accinxisti me immortalitate & incorruptione. Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar. Quid est, Non compungar? Iam contra me non ferat lanceam persecutor. Vt non compungar. Christus enim surgens à mortuis, iam non moritur, & mors illi vltrà non dominabitur. Quòd autem mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo. Itaque & nos, inquit, existimemus nos mortuos esse peccato, viuere autem Deo in Christo Iesu Domino nostro.

Rom.8.

Deest cap.5 CAP.VI.

ERGO dum nouam constructionem sanctæ huius Ecclesiæ libenter attendimus, quam diuino nomini hodie dedicamus, inuenimus à nobis deberi & Deo nostro maximam laudem, & sanctitati vestræ congruum de diuinæ domus ædificatione sermonem. Tunc autem sermo noster congruus erit, si in se aliquid ædificationis habeat, quod vtilitati animarum vestrarum Deo vos interius ædificāte proficiat. Quod hic factum corporaliter videmus in parietibus, spiritaliter fiat in mentibus: & quod hic perfectum cernimus in lapidibus & lignis, hoc ædificante gratia Dei perficiatur in corporibus vestris. Principaliter ergo gratias agamus Domino Deo nostro, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum: & eius bonitatem tota cordis alacritate laudemus, quoniam ad cōstruendam istam domum orationis fidelium suorum visitauit animum, excitauit affectum, surrogauit auxilium: inspirauit necdum volentibus vt vellent, adiuuit bonæ voluntatis conatus vt facerent, ac per hoc Deus, qui operatur in suis & velle & perficere pro bona voluntate, hæc omnia ipse cœpit, ipse perfecit. Et quia opera bona in conspectu suo nunquam esse permittit inania, fidelibus suis quibus operantibus præbuit virtutis suæ fauorem, tribuet condignam pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agendæ sūt gratiæ Deo nostro. Hanc enim Ecclesiam, quam fecit nomini suo construi, fecit etiam sanctorum martyrum reliquis amplius honorari.

De eodem die alij sermones, eorum qui à Parisiensibus additi sunt, XVI. & XVII.

FINIS SERMONVM DE TEMPORE.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI, OPVS SERMONVM

DE SANCTIS, TAM IN SPECIE QVAM IN GENERE,

siue communi, quorum festiuitates præcipuè sancta celebrat Ecclesia, eo ordine quo occurrunt.

DE SANCTO ANDREA.

In vigilia S. Andreæ, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, &c. quæ habetur in expositione Doctoris ibidem, tom. 9.

Ioan. 1.

In festo S. Andreæ sermo, Mirum quibusdam videtur, &c. qui habetur inter sermones de verbis Domini, 1x.

DE SANCTO THOMA.

In festo sancti Thomæ apostoli, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Ioan. 1.

DE SANCTO STEPHANO.

SERMO I.

In festo sancti Stephani. SERMO I.

Quædam ex Fulgentio episcopo adscribunt.

CAP. I.



HESTERNO die celebrauimus natalem, quo rex martyrum natus est in mundo: hodie celebramus natalem quo primicerius martyrum migrauit ex mundo. Oportebat enim, vt primùm immortalis pro mortalibus susciperet carnem: & sic mortalis pro immortali contemneret mortem. Et ideo natus est Dominus, vt moreretur pro seruo; ne seruus timeret mori pro Dño. Natus est Christus in terris, vt Stephanus nasceretur in cælis: Ingressus est Dñs mundum, vt Stephanus ingrederetur in cælum. Altus ad humilia descendit, vt humilis ad alta ascenderet. Filius Dei factus est hominis filius, vt filios hominum faceret filios Dei. Fecit Christus † mirabilia, fecit & Stephanus. Sed Christus fecit sine Stephano: nunquid Stephanus potuit facere sine Christo? Viuebat Stephanus de Christo, sicut sarmentũ de vite. Miraris fructũ de sarmento pendentẽ, vide sarmentum in vite manentẽ. Eia sancte Stephane, dic aliquid Iudæis, vt incipias lapidari, & possis coronari. Iaculare verba, & excipe saxa. Dic aliquid de incircumcisis cordibus, & morieris lapidibus. Dic aliquid de eo cuius nomen nolunt audire. Erubescant & fæuiant, muta efficiantur labia dolosa. Dic eis vbi vides viuum, quem irriserunt crucifixum. Dic eis vbi eum vides, & hic non viues, sed cum illo melius viues. Dic eis quia nihil est quod fecerunt, viuit enim quem occiderunt. Dic eis quia vides ad dexterã patris stantẽ, quẽ irriserunt in cruce pendentem. ET ille inquit: Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram Dei. At illi clamantes continuerunt aures suas. Aures clauserunt, & ad lapides cucurrerunt, imperũmq; fecerunt omnes in eum, & lapidabant Stephanũ inuocantem Dominum, & dicentem, Adhæsit anima mea post te, quia lapidatur caro mea pro te. Accipe spiritum meum, & redde mihi promissum tuum. Orauit Christus pro suis crucifixoribus, orauit & Stephanus pro suis lapidatoribus. Dñs Iesus Christus orauit affixus ligno, Stephanus genu flexo. Qui stando suum spiritũ cõmendauit Dño, pro illorũ delicto fixo genu orauit. Orabat Dominũ pro inimicis vt amicus, dicẽs, Certe ego patior, ego lapidor, in me fæuiunt, & in me fremũt, sed ne statuas illis hoc peccatum: quia, vt hoc dicã tibi, à te primò audiui. Ego seruus tuus patior, sed multũ interest inter me & te. Tu Dominus, ego seruus. Tu verbũ, ego auditor verbi. Tu magister, ego discipulus. Tu creator, ego creatus. Tu Deus, ego homo. Multũ inter peccatum istorũ qui lapidant me, & illorũ qui crucifixerunt te. Quãdo ergo dixisti, Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt: pro magno peccato petisti, & me pro minimo petere docuisti. Dñe, inquit, ne statuas illis hoc peccatũ: tanquã diceret, Ego patior in carne, isti non pereant in mente. Illi lapides mittebant, & sanctus Stephanus orationes fundebat. MAGNA pietas, fratres, magna clementia: prorsus qualia in mẽsa Domini sui comedit, talia & ipse in suo cõuiuio præparauit. Scriptũ est enim, Ad magnã mensam sedisti, scito quoniã talia te oportet prepparare. Talia ergo in oratione exhibuit, qualia in sui Domini mensa comedit. Dominus Iesus Christus dixit, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: sanctus Stephanus dixit, Ne statuas illis hoc peccatũ, & hoc dicto obdormiuit. O somnum pacis! Quid illo somno tranquillius? Quid illo somno quietius? Qualis ibat ad amicos, qui sic diligebat inimicos? Nã vt nouerit sanctitas vestra, quantum valuerit oratio sancti Stephani martyris, recurrite nobiscum ad illum adolescentem persecutorem, nomine Saulũ, sicut ex libro, dũ legeretur, audiuimus: qui cũ Stephanus lapidaretur, & ab ipso omniũ lapidantium vestimenta seruarẽtur, vt tanquã in manibus omnium ipse lapidare videretur, qui ad lapidandũ omnes exertos reddebat: hic cũ iret in via, subitò circumfulsit eũ lumẽ de cælo, & audiuit vocẽ dicẽtem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris? Durũ est tibi cõtra stimulum calcitrare. Et ille: Et tu quis es, Domine? Et Dominus ad eũ: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Quid mihi & tibi? Quare te erigis cõtra me malo tuo, & te nõ potius humilias bono tuo? Ad tanta mala quæ cõmisisti in me, olim quidẽ debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. Saule, Saule, quid me persequeris? Sed quia insanis cõtra nomen meũ, ego te faciam seruũ meum. O Saule lupe rapax, comedisti: expecta paululũ, & digeres. Dicã planè, elisus est filius perditionis, & erectus est vas electionis. Nã si sanctus Stephanus sic nõ orasset, Ecclesia Paulũ non haberet. Sed ideo erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. Ergo quod fecit Saulus, patitur Paulus: q̃ fecit persecutor, patitur prædicator: quod fecit lupus, patitur agnus: quia sic est in tali homine vindicandũ, vt discat pati quod faciebat. Sentiat & ipse quod aliis inferebat. Dicitur Ananiæ à Domino Iesu Christo, Vade ad eum, & signa eum charactere meo: Multa enim patietur pro nomine meo. Abiit Ananias, baptizauit Saulũ, & fecit ex lupo agnũ. Cœpimus habere nos prædicatorem, quẽ sanctus Stephanus habuit lapidatorẽ. Sic ergo exauditus est sanctus Stephanus, vt eius orationibus deleretur peccatũ quod cõmiserat Saulus. Cõmendemus ergo nos orationibus eius. Multo magis enim nunc exaudietur pro veneratoribꝰ suis, † qui sic exauditus est tunc pro lapidatoribus suis.

Ioan. 1.

Act. 7.

Luc. 23.

CAPVT III.

Eccl. 31.

CAP. II.

Luc. 23.

Act. 9

CAPVT IIII.

CAP. III.

1. Tim. 4.

CAP. II. Act. 7.

Psal. 90.

Psal. 62.

al. miracula.

al. quãdo.

In eodem festo. SERMO II.

Est in appendice LXX.

SERMO III. CAP. I.

In eodem festo. SERMO III.

DONET mihi Dominus pauca dicere salubriter, qui donauit S. Stephano tanta dicere fortiter. Sic cœpit ad suos persecutores loqui, quasi timeret eos: Viri fratres & patres audite. Quid lenius? Quid clemẽtius? Cõciliabat auditorẽ, vt cõmendaret Saluatorẽ. Blande cœpit, vt diu audiretur. Et quia hinc fuerat accusatus, quòd verba dixerat cõtra Dñm, & Legẽ: ipsam Legẽ exposuit, vt eius Legis esset prædicator, cuius accusabatur esse vastator. Et audiuimus, & audistis, nõ sunt nostra multum necessaria, quia multa audistis: hoc tantũ exhortandã video charitatẽ vestram & ædificandã, vt sciatis sanctũ Stephanũ honorẽ Christi quæsisse, vt sciatis sãctũ martyrẽ testem Christi fuisse, vt sciatis tanta eũ tũc miracula in nomine Christi fecisse. Hoc enim salubriter scitis, sanctũ Stephanũ fecisse mirabilia in nomine Christi; nullũ autẽ miraculũ fecisse Dñm Christum in nomine Stephani, vt discernatis seruum à Dño, cultorem à Deo, adoratorẽ ab adorãdo. Quando enim discernitis, tũc vos amat. Nõ enim ille pro se sanguinem, sed pro Christo fudit. VIDETE cui animam suam cõmendauerit. Ecce, inquit, video cælos apertos, & filium hominis stantẽ ad dexteram Dei. Vidit Christũ, confitẽs Christũ, moriturus pro Christo, perrecturus ad Christũ. Dñs in cruce pendẽs pro inimicis suis ait, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Stephanus sub lapidibus genu flexo ait: Domine, ne statuas illis hoc peccatũ. Secutus est vestigia pastoris sui, tanquam bona ouis. Bonus agnus secutus est agnũ, cuius sanguis tollit peccatũ mũdi. Impleuit quod ait apostolus Petrus, Christus pro nobis passus est, relinquẽs vobis exẽplum, vt sequamini vestigia eius. Sequuntur ergo martyres vestigia Dñi sui. Christus in cruce, Pater, in manus tuas commẽdo spiritũ meũ: Stephanus sub lapidibus, Dñe Iesu accipe spiritũ meum. Christus in cruce, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt: Stephanus sub lapidibus, Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatum. Quomodo nõ posset ibi iste esse vbi erat quẽ secutus est, vbi erat quẽ imitatus est? Triũphauit; coronatus est. SANE corona nostra, est ædificatio vestra: & gaudiũ nostrum salus vestra: salus & tẽporalis & sempiterna. Promissionẽ enim habemus, sicut dixit Apostolus, vitæ præsentis & futuræ: sed salutẽ præsentem donat Deus & hominibus & pecoribus, donat Deus & bonis & malis. Hanc autẽ salutẽ temporalẽ, pro æterna salute martyres contẽpserunt. Gaudetis sine dubio, quia saluos nos videtis, & nos in Christo de vestra salute gãdemus: sed satagite vt etiam in illo die de vobis gaudeamus, quia quod ait Apostolus, pro sua dispensatione tam magna & ampla, vt eius vix vestigia consectemur, hoc nobis loquebatur quod dicebat. Ei quem ædificabat dicebat, Gaudium & corona mea. Quicunque ergo proficiunt in Christo de laboribus nostris, gãdium sunt & corona nostra: quia nostrum est fideliter dispensare non nostram, sed Dominicam pecuniam: vestrum est cum cura & solicitudine magna suscipere. Ego enim possum esse dator, non exactor. Et dator nõ quasi meæ rei, sed Dei, vnde & ego viuo: quia ad vnã domũ magnani omnes pertinemus, vnũ patrẽfamiliãs Dominũ habemus. Cellarium habet amplũ, vnde & nos & vos viuere possimus. Tantũ eũ rogemus, vt fastidiũ detergat, prius donet esuriẽ, & sic porrigat panẽ. Vnde viuo, inde dico: Vnde pascor, hoc ministro. Nã vobiscum pauper sum. Diuitiæ omnes nostræ Deus noster, vita omnium nostrũm beata est & æterna. Ergo qui gloriatur, in Domino glorietur.

Act. 7.

Philip. 4.

1. Cor. 1.

In eodem festo, de dilectione inimicorum. SERMO D. AVGVST. LXXI.

SERMO IIII. CAP. I.

IESVS filius Naue, in eremo pugnabat, & Moyses orabat: nõ quidem ambo pugnabant, & ambo orabant, sed vnus pugnabat, & alius orabat. Meritò qui pugnabat, non deficiebat, quia † ille orando vincebat. Ita & ego loqui quidẽ videor, sed aliis orantibus loquor, vt precibus eorũ contingat mihi quod Dominus ait, Aperi os tuũ, & ego adimplebo illud. Si ille ab vno tantùm orante inuabatur, & nõ superabatur: quãto magis ego pro quo nõ vnus, sed multi rogant Deũ meũ; Loquẽdo iam non timebit cor meũ, quia laudẽ Domini loquetur os meũ. Dominus noster Iesus Christus fratres iubet nobis aliquid; & promittit nobis aliquid. Quod iubet, hic est: quod promittit, alibi est. Quod iubet, finitur, quia tẽporale est: q̃ promittit, nõ finitur, quia æternũ est. Quod iubet, opus est: quod promittit, merces est. Hinc aduertat vestra sanctitas, quanta est eius misericordia erga nos, vt laborẽ hic posuerit cũ fine, mercedem in cælo sine fine. Et ideo debemus prius hic laborare, & postea in cælo mercedẽ sumere: quàm hic mercedẽ vel accipere, & postea laborare. De quibusdã enim dicit: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suã. Sed fortè auidus es ad mercedẽ, & piger ad laborem. Qua fronte postulas quod promisit Deus, si non facis quod iussit Deus? Prius audi monitiones, & sic exige repromissiones. Prius, inquã, audi iubentẽ, & tũc exige pollicentẽ. Iubet enim nobis, & dicit, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderũt, & orate pro persequentibus & calũniantibus vos. Audisti opus, expecta mercedẽ: Vt sitis, inquit, filij patris vestri, qui in cælis est, qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. ATTENDE ipsum Dominũ qui hoc iussit, q̃ fecerit. Nónne post tanta quæ in eũ cõmiserunt impij Iudæi, qui retribuebant ei mala pro bonis, pendens in cruce ait: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Orauit in homine, qui exaudiuit eũ patre. Nã & modò orat pro nobis, orat in nobis, & oratur à nobis. Vt sacerdos noster orat pro nobis; vt caput nostrum orat in nobis, vt noster oratur à nobis. Quando ergo in cruce pendens orabat, videbat & præuidebat omnes inimicos, sed multos ex illis futuros amicos præuidebat, & ideo omnibus veniam postulabat. Illi fæuiebant, & ille orabat. Illi dicebãt Pilato, Crucifige: ille clamabat, pater, ignosce. In asperis clauis pendebat: sed lenitatẽ non amittebat. Illis iam petebat veniam, à quibus tãtam accipiebat iniuriã. Illi fæuiebant, illi circũlatrabant, illi insultando caput agitabãt, quod sanũ nõ habebãt: quia caput quod est Christus, nõ habebãt; & quasi in vno summo medico in medio cõstituto phrenetici circũquaq; fæuiebãt: pẽdebat ille, & sanabat. Pater, inquit, ignosce illis. Attendite fratres. Magna pietas. Pẽdebat, & tamẽ petebat. Et nõ descendebat, quia de sanguine suo medicamẽtũ phreneticis faciebat. Deniq; post resurrectionẽ sanauit, quos pẽdẽs insanissimos toleranit: & sãguinẽ quẽ fuderũt fæuientes, biberũt credẽtes: & facti sunt sequẽtes, qui erant persequẽtes. Ecce quare venit Christus nõ perdere quod inuenerat; sed quærere & saluare quod perierat: vt diligẽdo fæuientes inimicos, faceret credentes amicos. SED ne multũ à te longè dicas imitari Dominũ tuum, qui pro te passus est, relinquens tibi exemplum vt sequaris vestigia eius, attende Stephanum conseruum tuum. Homo erat, sicut & tu: de massa peccati creatus, sicut & tu: eo pretio redemptus, quo & tu. Diaconus erat, Euangelia legebat, quæ legis vel audis & tu. Ibi inuenit scriptum,

Deut. 32.

Exod. 17.

al. alius.

Ezech. 2.

Psal. 144.

Matth. 6.

Matth. 5.

1. Pet. 2.

CAP. II.

Luc. 23.

Christus orat pro nobis, orat in nobis, & oratur à nobis.

CAP. III.

Luc. 19.

1. Pet. 2.

Act. 8.

Matth.5. diligite inimicos vestros. Didicit legẽdo, perfecit implendo. Qui cũ à Iudæis saxorũ grandine cæderetur, non solũ non cõminabatur, sed insuper lapidatoribus suis veniã precabatur. Positis enim genibus orabat, dicens: Dñe, ne statuas illis hoc peccatũ. Illi lapidabant, & ille orabat. Illi eum furore persequebantur, ille pacatus Christum sequebatur. Illi malitia cæcabantur, illo aperto cælo viso Dei filio sapientia illustrabatur. Illi lapides mittebant, ille orationes præmittebat: tanquam dicens, Dñe, si istos modò occideris inimicos, quos postea facies amicos? DENIQVE fratres, vt noueritis quantũ valuerit oratio sanctí martyris Stephani, recurrite nobiscũ ad illũ adolescentẽ nomine Saulũ. Qui, cũ sanctus Stephanus lapidaretur, omniũ vestimẽta seruabat, & tanquã matribus omniũ lapidabat. Et postea, sicut nostis, accepit epistolas à principibus sacerdotũ, vt quoscunque inuenisset Christianos viros ac mulieres, vinctos adduceret in Hierusalẽ, torquendos & puniendos. Hic cũ iret in viam, subitò circumfulsit eũ lumen de cælo, & cecidit in terrã, & audiuit vocem de cælo dicentẽ sibi: Saule Saule, quid me persequeris? Et ille: Tu quis es Dñe? Et Dominus ad ad illum: Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Durũ est tibi contra stimulũ calcitrare: quia non stimulũ, sed pedes quibus calcitras, vulnerabis. Quid mihi & tibi? Quare me persequeris? Quare te erigis contra me malo tuo, & te non potius humilias bono tuo? Sed contra tanta mala quæ cõmittis in me, olim quidẽ debui perdere te, sed Stephanus seruus meus orauit pro te. Elisus est sæuiens, erectus est credens. Elisus est lupus, erectus est agnus. Elisus est persecutor, erectus est prædicator. Dicam planius, dicã apertius. Elisus est filius perditionis, erectus est vas electionis. Elisus est Saulus, erectus est Paulus. Nam si martyr Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulũ hodie non haberet. Sed ideo de terra erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. ECCE quare Dñs dicit, Diligite inimicos vestros, quia diligẽdo inimicum, facis amicum. Sed contra tanta & talia hæc, tu quis es qui non diligis? Figis genu, collidis frõtẽ in terrã, & dicis: O ô si moriatur inimicus meus! Deo, si quid à te promerui, occide inimicũ meũ. Et vtique tu qui oras vt homo moriatur, malus oras cõtra malũ, & facti estis duo mali: ille malè agendo, tu malè orando. Tu malus orando incipis esse quando dicis, Deus occide malũ. Respõdet tibi ipse: Quẽ vestrũ? Te malũ, an tuũ inimicũ? Aduertat sanctitas vestra. Iudex homo per seipsum reũ nõ occidit, sed iubet, & spiculator occidit. Iudex dicit, Occide: & tortor occidit. Et tu quãdo dicis, Occide inimicũ meũ, te facis iudicẽ, & Deũ quæris esse tortorẽ. Respõdet tibi Deus: Nõ ero prorsus, nõ ero peccatoris tortor, sed liberator: quia nolo mortem peccatoris, sed vt cõuertatur, & viuat. Nam si volũtatẽ tuã haberẽ, te prius occiderẽ, antequã inuitatus venires. Nónne me blasphemasti? Nónne nomẽ meũ de terra delere voluisti? Nõne me in præceptis vel in seruis meis contẽpsisti? Si tũc te occidissem inimicum, quem modò facerẽ amicũ? Quid ergo malè orãdo doces me, quod non feci in te? Imò ergo dicit tibi Deus, Doceã te vt imiteris me. In cruce pendens dixi. Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Docui hoc milites meos, docui hoc martyres meos. Prius esto & tu martyr meus, tyro meus, aduersus diabolum: alter inuictè nullo modo pugnabis, nisi pro tuis inimicis orauerit. Cõuersi ad Dominum Deum patrem, &c.

Act.7.

CAPVT III.

Ezech.33.

SERMO V.

In eodem festo. SERMO V.

Est in appendice sermo LXXI.

In eodem festo. SERMO VI.

Quidam codices Fulgentio tribuunt.

SERMO VI.

VONIAM video nostras disputationes graphio ceráque ligari, & nequaquã sumus idonei lectitare, adiuuate meipsum, quæso, intercessũ vestro apud martyrem istum, quẽ Gamaliel stolatus reuelauit, Saulus spoliatus lapidauit, & Christus pannis inuolutus dituait, & pretioso lapide coronauit. Triumphalis est dies iste beatissimi, triumphalis est dies S. Stephano martyri, à lapidibus mortuis condẽnato, extra ciuitatem lapide præcipitato, corpore pernecato, capite vulnerato, lapide conquassato, & anguli lapide coronato. Pulcher erat minister, quia pulcher erat & magister. Pulcher erat vbique Stephanus iste, in corde & corpore. De magistri pulchritudine cãtatur in Psalmo, Speciosus forma præ filiis hominũ, diffusa est gratia in labiis tuis. Et ipsi cantamus in Psalmo, Specie tua & pulchritudine tua, intẽde, prosperè procede & regna. Stephano ergo martyri & pulchritudo erat corporis, & flos ætatis, & eloquẽtia sermocinantis, & sapientia sanctissimæ mẽtis, & operatio diuinitatis. Inuidia magna obstiterat Iudæis ob Christianæ causam professionis. Videbant enim Stephanũ Iudæi Iudæũ, in medio Iudæorũ in ciuitate metropolitana parentũ suorũ disputantẽ cõtra sacra Iudæorum, & cõtra Sacrificia, & contra Legem, & cõtra Circũcisionẽ, cõtra Sabbata, exurgentes in iracundiã, & concipientes venenata sensa, loquebãtur ad inuicẽ sibi talia verba, Quid est istud? quid est hoc quod agimus? quid facimus? quid dicimus? quid vult sibi iste homo & iuuenis & pulcher, & eloquẽtissimus & sapiẽtissimus homo? Nam signa magna & mirabilia facit iste homo, & sine causa Christus mortuus est homo. Venite, inquiunt, fratres, simúlq; conueniamus in vnũ, faciamus consiliũ, confirmemus falsum testimonium. Fecimus cõtra Deũ, faciamus & contra famulũ. Diximus cõtra Dñm, Expedit vt vnus moriatur, quã tota gẽs pereat: dicamus cõtra famulũ, Exterminemus eũ de terra viuentiũ, & nomẽ eius nõ memoretur amplius. Quando cõsiliũ cõtra Iesum fecimus, multum nobis profuimus, quia præualuimus, circũuenimus, dedimus, accepimus, ligauimus, tradidimus, superauimus, oppressimus, crucifiximus. Amatori cupiditatis dedimus pecuniã, quã de Mãmona iniquitatis distraximus vnusquisq;. Ligauimus incapabilẽ filiũ virginitatis, tradidimus iudici iudicẽ æquitatis, superauimus superantẽ imperiũ vanitatis, oppressimus opprimentẽ superbiã calamitatis, cõspuimus faciẽ sanctitatis, & crucifiximus cæci filiũ maiestatis. Occidimus tamen, sepeliuimus, eiúsq; sepulchrũ anulo nostro signauimus, sed ab angelo resignatũ inuenimus. Dicamus, indicemus sepulchrũ signatũ custodientibus custidil°, & miraculũ resurrectionis videntibus, tantã pecuniã, vt Pilato mẽtirentur cõtulimus, testimoniãq; produximus, & cõfusione vigilantes caruimus. Sed & nũc, ô viri, quid agemus, quid faciemus, quid dicemus, qui vnũ Christum occidimus, & multos Christianos conspicimus? Ecce, inquiunt, in vno Christo à nobis occiso, ducentí sunt discipuli eius de ipso numero nostro translati, & Nicodemus sacerdos noster est, & tria & quinq; millia hominũ ad eorũ baptismũ cucurrerũt, multas Iudæas & Græcas & barbaras nationes baptizauerunt, & suis sacrariis præposuerunt. Ecce adhuc, q̃ est nobis peius ac deterius, septẽ diaconos ordinauerunt, inter quos vnus qui vocatur Stephanus, & iuuenis & pulcher & eloquẽtissimus & sapientissimus est præ omnib°, signis miraculorũ est plenus, & si est plen°, necesse est vt confluat ad eum noster populus, & in nostram confusionem

Psal.44.

nem apud omnes Iudæos sit magnificatus, nisi nostris manibus fuerit lapidatus. Cur ergo, inquiunt, adhuc stamus? Quẽ expectamus? Quare tardamus Stephanũ istũ nostrę confusionis demonstratorẽ, publicũ pũblicè rapiamus ad cõciliũ, in nostrũ statuamus medium, pontificali perturbemus synodo, testimonio opprimamus falsissimo, faciamus ministro quod fecimus & magistro. Si enim non dubitauimus magistrum lanceare, non debemus dubitare Stephanũ lapidare. Cõsenserũntque omnes Iudęi impij viri, ad homicidium semper parati. Rapiunt Stephanũ, ad suũmque perdũcunt consiliũ. Exagitant & perturbant, & interrogant, audiunt & attẽdunt. Audiunt sapientissimũ, & conspiciunt speciosissimum. O Iudęi semper inimici Dei, intendite bene, qui iudicatis non bene. Si ergo iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominũ. Intendite simul pontifices & ministri, sacerdotes & populi omnes, simul Iudęi intendite faciẽ ministri Dei, intẽdite faciẽ Stephani, si potestis. Moyses eũ propter execũtionẽ vestram contra faciem suam posuit velamentum. Stephanus verò ad confusionẽ vestram contra vestrũ cõuentũ resurrectionis annũciat sacramẽtũ. Sed, ô Iudæi, fidẽ nullatenus miramur in vobis, per multa cõgruitis iniquitatibus vestris. Qui enim faciem despicitis legislatoris, personam suscipitis delatoris, personam Iudæi suscipitis delatoris. Qui despexistis faciẽ Moysi legislatoris, personam Iudæi suscepistis crudelissimi delatoris; & ad dedecus vestrũ semper additis crimen vestrũ. Et Moyses vester, quando velamentũm posuit contra sanctã faciem suam, nolebat videre criminosam faciẽ vestram: Stephanus verò reuelata facie sua, speculabatur in cælum gloriam Dei filij, ideo videbant vultũ eius Iudæi tanquã vultum angeli Dei. Et nunc tantũmodo beate martyr Stephane, terram despice; cælum conspice, & pontificem sperne, patrem attẽde. Despice Iudæum & sacerdotẽ & populũ, cõspice in cælo patrẽ & filiũ & spiritum sanctũ. Indica tamen Iudæo quid sit illud quod diu contẽplaris in cælo. Ecce, inquit Stephanus, video cælũ apertũ, & Iesum quẽ crucifixistis, quem illũsistis morientem, quẽ signato sepulchro posuistis iacentem, video ego ad dexteram patris stantẽ. Quid ergo vobis profuit Iudæi, quia crucifixistis filiũ Dei, & filij Dei martyrem lapidatis? Ecce duplo labefacti estis, quia ciuitatem vestrã amisistis, & ipsum lapidatorũ principem perdidistis, & de ciuitate sancta eradicata est vestra planta. Impleta est enim in Iudæa maledicta maledictio illa Dauidica, Propterea Deus destruet te in finẽ, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuã de terra viuentiũ. Silentiũ autem fecerunt turbæ Iudęorũ dãnabili animositate sua, & super martyrem Stephanũ dentibus colubrinis stridebant, quẽ quasi serpentẽ in corde habebant, præcipitántq; martyrẽ sanctũ extra ciuitatẽ suã, præmittentes testimonia, dicentes falsitatẽ: proiiciúntq; vestimẽta ante Sauli vestigia, & currunt cũ lapidibus, vinas erigunt, brachia dirigũt, petras iaciunt, lapidántq; iustũ iniustũ procumbẽtẽ, morientẽ, orantẽ atque dicẽtem, Dñe Iesu meus, ostensor meus, defensor meus, propter quem fæuit in me nudus lapidator meus; exaudi me, exaudi sancte meus, virginis filius, lapis viuus, ad exaudiendũ me vnus, intende in me ipsum tui fontis lauacro mundatũ, tui salutaris gratia sine macula cõsecratum, pro tuo nomine spoliatũ, humanis lapidatũ manibus, sed ab amore Sauli non separatũ: & ne statuas illis hoc peccatum misericors vsq; in finem. Stephanus sanctus moriens, & in æterna pace dormiuit.

Psal.51.

Item in eodem festo: Relatio sancti Augustini de miraculis sancti Stephani.

SERMO VII.

Habetur lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 8.

Item in eodem sermones de Diuersis, 11. & XCII. & CIII. & sequentes vsque ad centesimum.

SERMO VII.

DE S. IOANNE APOSTOLO.

In festo sancti Ioannis apostoli & euangelistæ, Homilia de eo quod scriptũ est in Euãgelio eiusdem, Dixit Iesus Petro, Sequere me, &c. quæ habetur in expositione doctoris, ibidem, tom. 9.

DE SANCTIS INNOCENTIBVS.

In festo sanctorum Innocentum.

SERMO I.

SERMO VIII.

Psal.75.



REDIMVS Iudæis, quia notus aliquando in Iudæa Deus: & ipsi id negant, propter quod credimus, quia nõ patrem nouerunt qui filiũ negant. Vnũ Dñm communis natura testatur, quia vnus est mundus. Vnũ Deũ significat, quia vna est fides noui & veteris Testamẽti. Vnũ spiritũ sanctũ gratia testatur, quia vnũ baptismũ in nomine trinitatis, dũ Prophetæ dicunt, Apostoli audiunt. Vnũ Deũ magi crediderũt, aurum, thus, & myrrham supplices ad Christi cunabula detulerunt. Aurũ & thus & myrrha, pastores, magi, machæra, vt cruentis victimis infantiũ æterna repleantur altaria: vbi cũ paruuli victimantur, matres miseræ lamentantur. Nascente Domino, luctus cœpit, non cælo, sed mundo. Indicitur matribus lamẽtatio, angelis exultatio, infantibus trãsmigratio. Deus est qui natus est, innocentes illi debentur victima, qui venit dãnare mundi malitiã. Agnelli debent immolari, quia agnus futurus est crucifigi, qui tollit peccata mundi. Sed oues vlulant matres, quia agnos perdunt sine voce balantes. Grande martyriũ, crudele spectaculũ. Eximitur machæra, & nulla interuenit causa, Sola stridet inuidia, cũ qui natus est, nulli faciat violentiam. Sed oues cernimus matres, quæ superant agnos lugentes. Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus magn°. Pignora sunt nõ credita, sed creata, nõ deposita, sed exposita. Testis est ipsa natura, quæ pugnabat in martyres, cũ tyrannus iactaret infantes. Mater crines capitis dissipabat, quæ ornamentũ capitis amittebat. Quãtis modis infantem volebat abscondere, & ipse se infantulus publicabat. Nesciebat tacere, quia necdum didicerat formidare. Pugnabat mater & carnifex. Ille trahebat, illa tenebat. Ad carnificem mater clamabat: Quid separas à me, quẽ genui ex me? Vterus genuit, nõ mansit ille cũ vixit, vbera mea frustra lacte cõtorquet, cautè portaui quem à te video manu crudeli iactari. Modò eũ effuderunt viscera mea, & tu elidis ad terrã. Alia acclamabat mater, cũ exactor latro nõ cõpelleret simul occidi cũ paruulo matrẽ, vt quid me dimittis inanẽ? Si culpa est, mea est. Si nõ est crimẽ, iunge mortẽ, & libera matrẽ. Alia dicebat: Quid quæritis? Vnũ quęritis, & multos occiditis, & ad vnũ qui vnus est attingere non potestis. Alia cõtra clamabat: Veni iã, veni Saluator mundi. Quamdiu quæreris, nullũ times, videat te miles, & nostros nõ occidat infantes. Miscebatur lamentatio matrũ, & ad cælũ transibat oblatio paruulorũ. Sed ille qui agnũ tentauit, ipse per Herodem agnulos iugulauit. Manet authori & ministro suppliciũ, diaboli & Herodis iudicium, cũ ista resurrectio cœperit mortuorũ. Herodes quid putas acturus eris, quãdo cõtra te tantorũ classes infantiũ iudiciale cœperint exercere litigium? Inuenies claram linguã, magnã vocem, mensuram perfectam, omnes iuuenes candidatos, in mensuram ætatis plenitudinis Christi fulgentes. Cùm stare cœperint ante eum, quem putaueras occidendũ, pro quo fuderunt sanguinẽ pretiosum: Ipsum videbis

chrono igneo præsidentem, illos soliũ Dominicũ circũdãtes, cãdore rubeo splendẽtes, propter eãdidã ætatem & sanguinẽ passionis. Quid acturus es, quid dicturus? Tacebis reus, dum tantus cantabit exercitus sanctorum, Vindica sanguinẽ seruorũ tuorum, qui effusus est. Introëat in conspectu tuo gemitus compeditorũ, ipso iuuãte qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Apoc. 6.

Item in eodem festo. SERMO II. SERMO IX.

HRISTO igitur secundum prophetiæ fidem nato in Bethleem Iudæ, temporibus Herodis regis, de Orientis partibus aduentãtes quidã viri ex magorum gente, percontantur ab Herode, vbi nam esset rex qui nuper natus est Iudæorũ, affirmãtes vidisse se stellam eius in Oriente, quæ sibi etiã dux itineris exstitisset: causam verò tantæ properationis adorandi ac venerandi nuper editi regis esse. Quibus ille auditis incredibiliter deterretur, timens & verens ne stat° sui periclitaretur imperij, aduocatis accersitisque legis doctoribus requirens perc̃ũtatur, vbi nam Christum nasci sperarent. Vbi verò ex Michææ oraculis locus natiuitatis eius apud Bethleem designatus est, vno præcepto rex omnes lactentes pueros, non solũ apud Bethleem, sed & in omnibus eius finibus à bimis & infrà, secundum tẽpus quod explorauerat à magis, interimi iubet, si quomodo etiam Iesum cũ æquæuis posset extinguere. Sed præuenit regis insidias puer abductus in Ægyptum, parẽtibus de dolo regis angelo prænunciante cõmonitis. Deceptus itaque Herodes rex, & illusus à magis, mittit in Bethleem & in omnes fines eius, vt interficiantur pueri à bimatu, & infrà. Occiduntur pro Christo paruuli, pro iustitia moritur innocentia. Quã beata ætas, quæ necdũ Christũ potest loqui, & iam pro Christo meretur occidi! Nondum opportuna vulneri, & iam idonea passioni. Quã feliciter natí, quibus in primo nascendi limine æterna vita obuiam venit. Incurrunt quidẽ inter ipsã primordia acceptæ lucis periculum, & finem salutis, sed de ipso protinus fine capiunt principia æternitatis. Immaturi quidem videntur ad mortem, sed feliciter moriuntur ad vitam. Vix dum gustauerant præsentem, statim transeunt ad futuram. Nondũ ingressi infantiæ cunas, & iam peruenium ad coronas. Rapiuntur quidem à cõplexibus matrũ, sed redduntur gremiis angelorũ. Nihil ergo egisti ferocissimæ austeritatis audacia, potes martyres facere, Christũ nõ potes inuenire. Putabat se infelix tyrannus Domini Saluatoris aduentu regali solio detrudendum. Sed non ita est. Non ad hoc venerat Christus, vt alienam gloriam inuaderet, sed vt suã donaret. Nõ, inquã, ad hoc venerat Christus, vt regnum terrestre præriperet, sed vt cæleste donaret. Non venerat ad potestates dignitatẽsq; rapiẽdas, sed ad cõtumelias & iniurias perferendas. Nõ ad hoc venerat, vt sacrũ illud caput ad diadema gẽmatũ, sed vt ad coronã spineam præpararet. Non, inquã, ad hoc venerat, vt constitueretur supra sceptra magnificus, sed vt crucifigeretur illusus. Nascente ergo Dño cõturbatur Herodes, & omnis Hierosolyma cũ eo. Quid mirum, si pietate nascente perturbetur impietas? Ecce iacẽtem in præsepio pertimescit armatus, contremiscit humilem rex superbus, obuolutũ pannis metuit purpuratus, cũ simulatione alloquitur magos: Ite, inquit, requirite de puero, & cũ inueneritis, renũciate mihi, vt & ego veniens adorem eũ. Simulabat adorare se velle, quẽ conabatur occidere. Sed nõ timet veritas falsitatis insidias. Quã cæca feritas, quæ credebat quòd deprehendere Dñm fraudibus posset. Ecce cuius terra cælimq; ostendebat aduentũ, quia pastorum non latebat simplicitatem, quem angeli de extrema venientes Æthiopiæ parte merentur agnoscere, dolis suis ad illum non potest rex sacrilegus peruenire. Fallitur ergo stulti furor tyranni, Christum non potest inuenire perfidia, quia Deus non crudelitate, sed credulitate quærendus est: qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Matth. 2.

In eodem festo. SERMO III. SERMO X.
Est in appendice LXXII.

In eodem festo. SERMO IIII. SERMO XI.
Est in appendice LXXIII.

In natali sanctorum martyrũ Fabiani & Sebastiani, sermo de Diuersis c.
In natali sanctorum Fructuosi episcopi, Auguri, & Eulogij Diaconorũ, & Agnes virginis, sermo de Diuersis CI.

DE SANCTO VINCENTIO.

In festo sancti Vincentij martyris.

SERMO D. AVGVST. I. SERMO XII. CAPI.

IN passione, quæ nobis hodie recitata est, fratres mei, euidenter ostenditur iudex ferox, tortor cruentus, martyr inuictus. In cuius corpore pœnis variis exarato, iam tormenta defecerant, & adhuc mẽbra durabãt. Tot cõuicta miraculis persistebat impietas, tot vexata suppliciis non cedebat infirmitas. Agnoscatur ergo operata diuinitas. Quando enim corruptibilis puluis contra tam immania tormẽta duraret, nisi in eo Dominus habitaret? In his enim omnibus ille agnoscendus, ille glorificandus, ille laudandus est, qui & in prima vocatione dedit fidem, & in suprema passione virtutẽ. Vultis nosse quia vtrũque donatũ est? Audite apostolum Paulũ: Vobis, inquit, donatũ est pro Christo nõ solũm vt crẽdatis in eũ, verumetiam vt patiamini pro eo. Acceperat hæc vtraque beatus Vincentius Leuita, acceperat & habebat. Si enim nõ accepisset, quid haberet? Habebat in sermone fiduciam, habebat in passione tolerantiã. Nemo ergo de suo corde præsumat, quãdo profert sermonem: nemo de suis viribus confidat, quãdo suffert tentationem: quia vt & bona prudenter loquamur, ab illo est nostra sapientia: & vt mala fortiter perferamus, ab illo est nostra patientia. Recolite Dñm Christum suos in Euangelio discipulos admonentem: Recolite martyrum regem cohortes suas armis spiritalibus instruentẽ, adiutoria ministrãtem, præmia pollicentem: qui cum dixisset discipulis, In hoc mundo pressuram habebitis: mox vnde territos consolaretur, adiunxit dicens, Sed confidite, ego vici mundum. Quid ergo miramur, charissimi, si in illo Vincentius vicit, à quo victus est mundus? In hoc, inquit, mundo pressuram habebitis: vt si premit, non opprimat; si oppugnat, non expugnet.

Philip. 1.

Ioan. 16.

DVPLICEM mundus aciem producit cõtra militẽ Christi. Admonemur, fratres. Duplicẽ dixi aciem producit mũdus cõtra milites Christi. Blanditur, vt decipiat; terret, vt frãgat. Nõ nos teneat voluptas propria, nõ nos terreat crudelitas aliena: & victus est mũdus. Ad vtrosq; aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus. Si consideretur in ista passione humana patientia, incipit esse incredibilis: si agnoscatur diuina potentia, desinit esse mirabilis. Tãta grassabatur crudelitas in martyris corpore, & tãta tranquillitas proferebatur in voce, tãtãq; pœnarum asperitas fœuiebat in membris, & tanta securitas sonabat in verbis: vt miro modo putaremus Vincentio patiente alũ non loquẽtem torqueri. Et verẽ, fratres, ita erat. Prorsus ita erat. Alius loquebatur. Promisit enim & hoc testibus suis Christus in Euangelio, quos ad huiusmodi certamina præparabat. Sic eis ait: Nolite premeditari quomodo aut quid loquamini. Non eis vos estis qui loquimini, sed

Matth. 10.

sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Caro ergo patiebatur, & spiritus loquebatur. Et loquente spiritu, nõ solũ cõuincebatur impietas, sed etiã cõfortabatur infirmitas. CLARIOREM nobis martyrẽ tot tormenta faciebãt. Multiplici enim vulnerũ varietate confossus, non deserebat pugnã, sed acriùs iterabat. Putares quòd eũ duraret flãma, non vreret: & tãquã figuli fornax lutũ molle suscipiẽs, durã redderet testam. Poterat martyr noster dicere Daciano, lã non vret ignis tuus carnẽ meã, quia exaruit sicut testa virtus mea: & quoniam veraciter scriptũ est, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis; probatus est atque decoctus illo igne Vincentius, Dacianus verò arsit & crepuit. Si enim non ardebat, vnde clamabat? Quid enim erant verba irascentis, nisi fumus ardentis? Ergo martyri nostro refrigeriũ in corde habenti, flãmas extrinsecus admonebat: sed ipse facibus furoris accensus, tanquã clibanus intus ardebat, & habitatorẽ suũ diabolum cõcremabat. Per furiosas enim Daciani voces, per truces oculos, & minaces vultus, & totius corporis motus ille habitator eius interior monstrabatur: & per hæc signa visibilia tanquã per sui vasculi, quod impleuerat † crepantes rimulas, prodebatur. Nõ tantũ martyrem cruciabant plurima tormenta, quantum illum vastabat insania. SED iam, fratres, illa omnia transierunt, & ira Daciani, & pœna Vincentij. Nunc autem pœna Daciano, corona verò manet Vincentio. Denique his præmissis futuræ videlicet retributionis finib°, etiã in hoc mundo Martyrũ gloriã demõstremus. Quę hodie regio, quæue prouincia vlla quousque vel Romanũ imperũ, vel Christianũ nomẽ extenditur, natalẽ non gaudet celebrare Vincentij diaconi? Quis autem hodie vel nomẽ Daciani audisset, nisi Vincentij passionẽ legisset? Quòd verò tãta cura seruauit Dominꝰ martyris corpus, quid aliud demõstrauit, nisi gubernasse se viuentẽ, quẽ nõ reliquit exanimẽ? Vicit ergo Dacianũ viuens Vincentius, vicit & mortuus. Viuens tormenta calcauit, mortuus maria transnatauit. Sed ipse inter vndas gubernauit cadauer extinctum, qui inter vngulas animũ donauit inuictũ. Non flexit flamma tortoris cor eius, non mersit aqua maris corpus eius. Sed in his & huiusmodi omnibus nihil est aliud, nisi pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Cap. IX. I.

Psal. 11. Eccl. 27.

al. crepantis.

Cap. XIII.

Martyrum gloria etiã in hac vita.

Psal. 115.

In eodem festo. SERMO XIII.

SERMO D. AVGVST. II.

VNCTORVM licet, dilectissimi, gloriosas martyrum passiones, quos distincta regionibus loca meruerunt, vna fides faciat omnibus indiscreto honore venerabiles; propriã tamen sibi in hoc venerationis obsequio vindicant dignitatem, qui Ecclesiam Dei & documentis præceteris erexerunt, & patrociniis adiuuerunt. Inter quos iustè beatũ Leuitam Vincentium, cuius confessione & morte Christum incredulis prædicatum incunctanter agnoscimus, catholicis studiis celebramus. Qui vt fidelium deuotionem Deo studiosiùs cõmendaret, altiori charitatis flammescens affectu, morti sese tandem fideliter obtulit, quo videlicet robur fidei in solidissima petra Christo fundatum, sequacibus imitandũ daretur: necnon & semen Apostolicę prædicationis per eũ pluribus disseminatum ope suæ intercessionis tutum, ac perfectæ consummationis fruge refertum in cælestibus demum horreis conderetur. Hunc ergo ampliꝰ propria venerentur, quem etiam peregrina mirantur: quatenus eis se largiorem exhibeat in beneficiis, quibꝰ se amabiliorem cognoscet in gaudiis: fiãtque in eiꝰ sollennitate vberior lætitiæ ambitus de quo fidei creuit effectus. Huius denique spiritus tanto virtutũ munere claruit, vt sacri ministerij fultus officio, qui filium Dei Dominũ nostrũ secuturus esset in passione, eiusdẽ Christi calicẽ credẽtibus prius ministraret in salutem. Cuius haustu feliciter mente ebriatus, rapidi hostis atque in Christum sęuientis insaniam interritus adiit, modestus sustinuit, securus irrisit, sciens paratus esse vt resisteret, nesciens elatus esse quo vinceret: quia cuius amore spiritalibus armis pręmunitꝰ resistebat, eius adiutorio quicquid pœnarũ in illũ ferientis ira excogitabat, insuperabilis fortiter patiẽdo vincebat. Ideo non hũc laminę ignitę fartaginis, non ceulei, nõ vngulę ferreque manus, non vires pauẽdæ cædentiũ, nec dolor scissorũ mẽbrorũ, nõ foci fragor, & ilrepentis in patiẽtis visceribus salis iniectio. Daciani quiuerunt aliquatenus subdere iussioni. Sed dũ intantum eius vecordiæ tumor excresceret, vt tãtis passionis subactũ doloribus autvicisse aut interemisse se lætabundus extolleret, suscepta spe frustratus, vnde victor visus est apparere, inde victus cõpulsus est erubescere: quoniam quo Dei martyr duriori vrgebatur pœna, eo ampliori cõfessionis, exultabat cõstantia. Vnde ipsiꝰ passionis vel vltima præuidere, seu morari fratres euidentiùs placet, quatenꝰ animaduertat sanctitas vestra, quò diabolus suũ perduxerit dolis ministrũ, vel quomodo Christus suũ in finẽ vsquequaque seruauerit famulũ. Ex quo illud sanẽ erat mirabile, quia quãtũ ille extrinsecus multiplici pœnarũ genere cõtritus arctabatur, tantũ intrinsecꝰ exultãte interiori homine dilatabatur: quantũmque ille externus iactãtia tẽporalis potẽtiæ inflabatur, tantũ interius despici se perpẽdẽs interiori vexatus homine præfocabatur. Contẽni igitur se vidẽs fœuiebat, nec in quẽ iãvindictã inferret, inueniebat. Videbat nãque desęuientiũ manus carnificũ plus in eo inuenire vulneris quàm corporis: solúmque ingentẽ spiritum ei stultitiã exprobrare suã, quòd protiocabat veritatis normam. Quapropter credẽs quod causam cõfusionis auerteret, si personã quæ se † superauerat, absentaret: minúsque Dacianus erubescereet, si Vincentiũ populus non videret, iussit eũ à publico remoueri. Sed nec sic quidem caret supplicio. Cõtusa quò iacebat testa substernitur, vt vis acuminis, cõcisam molẽ superiecti corporis plus discinderet, atque reddita tormẽtis mẽbra quæ secarent, obuia susciperẽt fragmenta. Fallitur tamẽ vincẽdi opinione cęca crudelitas. Nã diuina bonitas dilectum suũ amplꝰ in cõfẽssione comitata infert nouã tenebris lucẽ, & tabernaculũ splendidum obscurũ reddit ergastulum. Fouebat laceros artus medica Dei manus, & venustiori pristinæ sanitatis augmẽto fossi lateris dãna supplebat. Insolita igitur huiꝰ luminis claritate perculsi, obstupuere custodes: quin & vocem angelis hymnũ Deo cõcinẽtibus, mẽs pallidi ianitoris expauit. Currit exanimis minister ad præsidẽ, quẽ grauius relatio nũcij quàm ictus percussit gladij: & cùm nõ posset ex magnitudine rei tacere quod viderat, tremor iudicem occupat, dolor lacerat, furor inflammat: & ne in pœnis Vincentius vincens gloriã martyrij obtineret: Citius, inquit Dacianus, producatur è carcere, ne dum insistimus rebellem punire, videamur eũ potius victoria coronare. Profertur itaque ex illo tetri carceris barathro, cælesti quidẽ gratia pulchrior, & si adhuc esset passiꝰ, robustior. Sed vbi desiderũ ad regni vocationem tendentis nullo pœnarum vel mortis genere frangendum intelligit, iubet inuida mens lenioris strati fulcra substitui, ac blandiori eum requie confoueri, scilicet vt si amoto paululum carnifice animam quietus exhalaret, diceretur non esse occisus, sed mortuus: quasi non eũ pœna peremerit, cum quo & pœna simul perierit. Intercea beatum Vincentium cælestis aula susciperit, ac

Cap. IX. I.

Cap. XIII.

al. sprenerat.

beatæ felicitatis munere donat. Ad cui^9 ingressum angelici lætantur spiritus, omnésque simul conciues gratulantur sancti. Nósque tibi gratias agimus Domine Iesu, quòd anima tuo digna cõsortio quæ pertinax tulit suppliciũ, mendax fugit obsequiũ: & quę fuit contẽta persecutor quo fureret, sit dedignata quòd parceret. Cognito igitur sancto eius abscessu, iudex insanus, & quia Christus vicisset in Vincentio nescius Dacianus, illius sibi promittit cadaueris expositione vindictam, cuius gemit ex virtute victoriã. Feris namque & canib^9 decepta furoris superbia absumendum proiici mãdat lictoribus: vt tali pastu eorum impleret ventrẽ, quorũ ipse gerebat mentẽ. Sed vt diuinis excrescentibus beneficiis maioris victoriæ Vincentio gratia conferatur, mittitur coruus auis inimica cadaueribus, expositas corporis dapes seruatura iciuna. Hinc, fratres dilectissimi, hinc aduertite distincta meritorũ obsequia. Helias quondã impias Achab vel Iezabelis manus cautè declinans, in deserto coruis ministrantibus pascitur: assertor autẽ veritatis Vincentius Daciani rabie peremptus, feris exponitur consumendus, sed coruo famulãte seruatur illæsus. Obtinuit ergo Helias diuino nutu coruis præstantibus quo aleretur, præstitum est Vincẽtio, obsequente quoque coruo, ne comederetur. Qui vt cælitùs se custodem designatũ ostenderet, aduentãtes reliquas aues eminus nõ segni impetu perturbabat, inter quas immanem quoq; lupũ propius accedentẽ, veluti qui cõmissum thesaurũ sacrilega audacia attaminare præsumeret, pennis & alis deuerberans procul abegit. Sed ille quòd non tam ad inferendam venisset iniuriam, quàm ad augendã miraculi pãpam, quadam sui ſabitudine stupidus indicabat. O impudẽs furor, & stulta vesania! Coruus obsequitur, lup^9 veneratur, Dacianus persequitur, nec erubescit velle se adhuc ferox perdere, quem mansuefacta bestialis feritas satagebat protegere. Vnde ad occulendam martyris laudẽ nõ iã secretum, sed profundũ elegit: credens sibi ad delitescendam eius gloriam nõ claustra fidem seruatura, sed maria: quasi nõ idẽ elementi Dominus esset, per quem dudũ ei carceris abdita cælesti fulgore radiata micuissent. Datur nautis mergendũ corpus in fluctibus, vt ad auxiliũ saltem æquora proficerent, cui ad vincendum Christi militem terra defecissẽt. Enauigatis itaque magna ex parte freti gurgitibus proiectũ inter sorbentes vndas præpotens est Dei dextera cõsecuta, & quæ spiritum intulerat in cælũ, corpus mox retulit ad sepulchrum. Sic prædicator veritatis, charissimi, nec tormẽtorũ vincitur pœnis, nec tenebrosi carceris superatur angustiis. Non bestiis dilaniatur, non profundo celatur, sed litori redditur, præconio diffamatur: vt qui verè confessus fuerat nomen deitatis, veritate sibi adesse experiretur diuinæ suffragia bonitatis. Cui^9 gloriosam virtute vitam ita pretiosæ mortis gratia decorauit, vt quod viuendo docuit, moriendo constanter astrueret: erátque consequẽs quatenus ad eius visionẽ per mortẽ attingeret, quẽ probabilis vitæ conuersatione semper attestatus fuisset, sciens quòd de contemptu præsentis vitæ gloria surgit beatitudinis æternæ, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat, &c.

Item in eodem alius sermo, inter eos quos Parisienses addiderũt, VIII. Et de Diuersis sermones XLIIII. & CII.

DE SANCTI PAVLI CONVERSIONE.

SERMO XIIII. *In festo conuersionis sancti Pauli.*

SERMO D. AVGVST. I.

Citat Beda ad Rom. 8.

ODIE de actibus Apostolorum lectio hæc pronũciata est, vbi Paulus apostolus ex persecutore Christianorum, annũciator factus est Christi. Prostrauit enim Christus persecutorem, vt faceret Ecclesiæ doctorem: Percutiens eum & sanans, occidẽs & viuificans. Occisus agnus à lupis, & faciẽs agnos de lupis. Ita enim in pręclara prophetia, cùm Iacob patriarcha benediceret filiis suis, (pręsentes tangẽs, futura prospiciẽs) prædictũ erat, quod in Paulo cõtigit. Erat autẽ Paulus, sicut ipse testatur, de tribu Bẽiamin. Cùm autem Iacob benedicens filios suos, venisset ad benedicendum Beniamin, ait de illo, Beniamin lupus rapax. Quid ergo? Lupus rapax semper? Absit: sed qui manè rapit prędã, ad vespẽrã diuidit escas. Hoc in apostolo Paulo impletum est, quia & de illo dictũ erat. Iam, si placet, audiamus illũ mane rapientẽ, ad vesperũ escas diuidẽtẽ. Manè & vespere posita sunt pro eo, ac si diceretur, pri^9 & postea. Sic ergo accipiamus: Prius rapiet, postea diuidet escas. Attẽdite raptorẽ: Saul^9, inquit, acceptis epistolis à principib^9 sacerdotũ ibat, vt vbicũq; inueniret Christianos, ad sacerdotes attraheret & adduceret, vtique puniendos. Ibat spirãs & anhelãs cędes. Hic est manè rapiens. Nam & quãdo lapidatus est Stephanus primus martyr pro nomine Christi, euidentius aderat & Saulus: & sic aderat lapidãtibus, vt non ei^9 sufficeret si tantũ suis manibus lapidaret. Vt enim esset in omniũ lapidantiũ manibus, ipse omniũ vestimẽta seruabat: magis sæuiens omnes adiuuando, quàm suis manibus lapidãdo. Audiuimus, manè rapiet: videamus ad vesperã qualiter diuidat escas. Voce Christi pro stratus de cælo, & accipiens desuper interdictum iam sęuiendi, cecidit in faciẽ suã: prius, prosternendus: postea sanandus. Non enim postea Christo viueret, nisi occideretur in eo quod malè antè vixisset. Quid ergo prostratus audit? Saule, Saule, quid me persequeris? Durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Et ille: Quis es Domine? Et vox desuper: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Membris adhuc positis in terra caput clamabat in cælo, & nõ dicebat quid persequeris fideles meos: sed, Quid me persequeris? Et ille: Quid me iubes facere? Iã parat se ad obediẽdũ, qui pri^9 sęuiebat ad persequendũ. Iã formatur ex persecutore prædicator, ex lupo ouis, ex hoste miles. Audit quid facere debeat. Cæcus sanè fact^9 est, vt interiore luce fulgeret cor ei^9. Exterior lux ad tẽpus subtracta est persecutori, vt interior redderetur prædicatori: & tamẽ eò tempore quo cętera non videbat, Iesum videbat. Ita & ex ipsa cæcitate eius informabatur mysteriũ credẽtiũ, quòd qui in Christũ credit, ipsum intueri debet. Cętera nec nata cõputare, vt creatura vilescat, & creator in corde dulcescat. Videamus ergo. Adductus est ad Ananiam, & Ananias interpretatur ouis. Ecce lupus rapax adducitur ad ouem sequendã, nõ rapiendã. Sed ne repentinum ouis expauescęret lupũ, ipse pastor de cælo qui omnia faciebat, nunciauit lupũ venturũ oui, sed nõ sęuiturũ. Et tamen tã immanis fama lupũ illũ pręcesserat, vt non posset ouis audito eius nomine nõ cõturbari. Nam cùm Dominus Iesus eidem Ananiæ nũciasset Saulum venisse, iam vt crederet ad eum Ananias ire se debere, ait Ananias: Domine audiui à multis de viro hoc, quòd multa mala sanctis tuis operatus est, & nũc literas accepit à principibus sacerdotum, vt vbicũque inuenerit tui nominis sectatores pertrahat. Dominus autem ad illum, Sine, ego illi ostendam quanta illum oportẽat pati pro nomine meo. Mira & magna res geritur. Lupo sæuitia interdicitur. Lupus ad ouem captiuus ducitur. Tanta autem pręcesserat fama lupi raptoris, vt eius nomine audito timeret ouis etiam sub manu pastoris. Confortatur, ne iam puret sęuientem, ne timeat timentem. Ab agno pro ouibus mortuo, fit ouis secura de lupo. Ego, inquit, illi ostendam, quanta

quanta illum oportẽat pati pro nomine meo. Vbi terror, vbi salus? Quod faciebat cõtra nomẽ pastoris, patitur pro nomine pastoris. O sęuitia, ô misericordia! Vides illum præparare ferrũ, secaturus est, non perẽptur^9. Curaturus, & nõ occisurus. Christus dicebat: Ego illi ostendam quanta illũ oportẽat pati pro nomine meo. Sed quo fine? Ipsum qui patiebatur audite: Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã quę reuelabitur in nobis. Ac si dicat: Sæuiat mundus, fremat mundus, concrepet linguis, coruscet armis, quicquid potest faciat, quid faciet ad id quod accepturi sumus? Appẽdo quod patior contra id quod spero. Hoc sentio, illud credo: & tamẽ plus est quod credo quàm quod sentio. Quicquid est quod sęuit, p nomine Christi, si potest vinci, tolerabile est: si nõ potest vinci, migrare hinc facit. Non extinguit, sed accelerat ipsum præmiũ, ipsam dulcedinẽ. Quæ cũ venerit, sine fine erit. Opus cũ fine, merces sine fine. Nã & operarius deficeret in via, nisi attẽderet quod accepturus esset. Cũ enim attenderis quid sis accepturus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris, nec digna ęstimabis pro quib^9 illud accipias. Miraberis tantũ dari pro tãto illo labore. Vita nostra Christ^9 est, Christũ attẽdite. Pati venit, sed glorificari; cõtẽni, sed etiã exaltari; mori, sed etiã resurgere. Ista cogitãtes, fratres charissimi, nõ desperemus, quia etsi peccatores sumus, magnũ medicũ habem^9: ipsum medicũ audite: Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Vtilitas autẽ rei gestę huius hæc est. Apostolus ipse cõmemorat in epistolis suis. Dicit enim ad hoc sibi veniã datã peccatorũ suorũ, vt nemo de se desperet, qui fuerit magnis peccatis inuolutus, & in magnis scęleribus irretitus: quasi veniã non sit accepturus, si cõuersus fuerit ad eũ qui pẽdens in cruce pro persecutoribus orauit, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Fact^9 est ille ex persecutore prędicator & doctor gentiũ. Qui pri^9, inquit, fui blasphem^9, & persecutor & iniuriosus. Vides quod meritũ pro pœna cõsequitur. Gratia enim salui efficimur de peccatis nostris, largiẽte ipso Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in sęcula sęculorum, Amen.

Item in eodem festo alij sermones, qui habentur de verbis Apostoli, VIII. IX. & X.

Item in eodem festo alius sermo, qui insertus est in sermone XVII. in lib. quinquaginta Homiliarum.

Item in eodem sermones de Diuersis, XXXIII. de vocatione apostoli Pauli, &c. & XXXV. ac XXXVI. de conuersione S. Pauli.

DE MARIÆ VIRGINIS PVRIFICATIONE.

In festo purificationis sanctissimæ virginis Marię sermo, Hodiernus dies. &c. qui habetur inter sermones de Tempore, XX.

DE CATHEDRA S. PETRI.

SERMO XV. *In festo cathedræ sancti Petri.*

SERMO I.

Est in appendice LXXXIIII.

SERMO XVI. *In eodem festo.*

SERMO II.

NOSTIS, fratres charissimi, beatissimum Petrum in Saluatoris passione suis erroribus profecisse, & posteaquam negauit Dominum, fuisse apud Dominum meliorem. Fidelior enim factus est posteaquam fidem se perdidisse defleuit: atque ideo maiorem gratiam reperit quã amisit. Tanquam bonus enim pastor tuendum gregẽ accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnib^9 firmamentum. Et quia ipse interrogationis tentatione negauerat, cęteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiã meã. Petra enim dicitur, eo quòd primus nationibus fidei fundamẽta posuerit, & tanquã saxum immobile totius operis Christiani cõpagẽ molẽmq; cõtineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur, sicut ait Apostolus, Bibebant autem de spiritali sequẽte eos petra: petra autẽ erat Christus. Rectè consortiũ meretur nominis, qui cõsortiũ meretur & operis. In eadẽ domo enim Petrus fundamentũ ponit, Petrus plantat, Dominus incremẽtat, Dominus irriguũ subministrat. Petrus ergo tentationibus suis proficit, fletib^9 suis gaudet, periculis suis crescit. Hinc namque in mare dũ super vndas temerari^9 viator ingreditur, nutat incessũ, sed cõualescit affectu. Periclitatur corpore, sed deuotione nõ labitur. Mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur. Sustentabat enim fides, quẽ vnda mergebat: & quẽ fluctuũ procella turbabat, Saluatoris dilectio confirmabat. Ambulabat enim in mari Petrus magis dilectione, quàm pedibus. Nõ enim videbat vbi pedũ vestigiũ figeret, videbat autẽ vbi figeret vestigiũ charitatis. In naui enim positus cõsiderat Dominũ, & amore eius ductus descẽdit in mare. Non cogitat labẽtes aquas, nõ fluenta currentia: & dũ Christũ respicit, non respicit elementũ: dum credit fide, etiam inter vndas solidũ inuenit vestigiũ. Iactetur licet fluctibus mare, ventis pelagus cõturbetur, nõ tamẽ turbabatur Petri semita, quæ ducit ad Dominũ. Ambulat igitur super aquas Petrus, & sub pedibus eius mollis vnda non cedit. Legimus in veteri Testamento, filios Israël per mare rubrũ siccis itineribus ambulasse, & ad securitatẽ gradientiũ ne laberentur, vnda iter solidãt: quanto hic melius, vbi ambulãte Petro nec mutatur vnda, nec labitur, nec solidatur aqua, nec refugit? Melius, inquã, vbi eadẽ vnda quæ fluctuat & sustentat, ibi idẽ gurges qui mergit & famulatur. Illic vt portaretur per mare populus Israël meatum suũ natura perdiderat: hic dũ portatur in aquis Petrus, cursum suum fluentẽ nõ perdidit. Temerarius ergo viator Apostolus noui itineris viam carpit, modò curuati gurgitis molẽ ascendit, modò sub labentes sinus vndę descendit, & inter marinos fluctus ascensus illi itineris descensúsque nõ deest. Sed vbi turbantibus ventis exagitantur procellæ, incipit timere quod credidit, statim ei gurges subtrahitur, vnda subducitur. Mox enim deficiente fide, defecit semita. Tunc exclamans ad Dominum Iesum, saluum se fieri deprecatur. Quem apprehensa manu Saluator liberat, & subiungit dicẽs: Modicæ fidei, quare dubitasti? Hoc est, Cur tam modicæ fidei es, vt qui credendo in mare ambulare cœperas, nõ id perseuerando transires? Scriptum est enim, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed dũ cunctaris & dubitas, iter quò ingressus fueras perdidisti. Cur, inquam, tãmodicę fidei es, vt non ea fide qua venire cœperas, peruenires? Intellige ergo, quia in mare credulitas te portabat, perfidia submergebat. Igitur sanctus Petrus dũ fluctuat, dũ mergitur, dũ periclitatur, sic peruenit ad Dominum: ostendens nobis quòd non nisi per pericula properetur ad Christũ. Multi enim diaboli fluctus sunt in hoc mũdo, tentationum multa naufragia, à quib^9 ita liberari possumus, si clamantibus manum suam Saluator extẽderit. Nos ergo clamare ad Dominum non cessemus, ille auxilium solitum non negabit: Iesus Dominus noster, qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat in sęcula sęculorum, Amen.

In natali sanctæ Perpetuæ & Felicitatis mart. sermones de Diuersis, CIIX. CIIII. & CV.

De annvnciatione dominica.

In festo annunciationis Dominicæ, de eo quod scriptum est in Esaia, Et requiescet super eum spiritus Domini, &c.

SERMO XVII.

Sermo D. Avgvst. I.

In m. s. codicibus inscribitur, De timore Dei: apud Bedam 2. Cor. 11. Sermo de nativitate Domini.

Cap. I. MVLTA nobis, fratres, de Dei timore præcepta sunt; & quàm sit vtile timere Deum, innumerabiliter diuina eloquia sonuerũt. Ex qua vberrima copia pauca me commemorantẽ, & ad ea, quantũ pro temporis breuitate potuero, differentẽ libenter aduertite. Quis nõ sapientẽ se esse lętetur, aut si nondũ est, esse desideret? Sed quid dicit Scriptura? Initiũ sapientiæ timor Domini. Quem non regnare delectet? Sed audiamus quid in Psalmo spiritus
Eccl. 1. Psal. 110. monet: Et nũc reges intelligite, erudimini omnes qui
Psal. 2. iudicatis terrã. Seruite Domino in timore, & exultate
Philip. 2. ei cũ tremore: vnde & Apostolus dicit, Cũ timore & tremore vestrã ipsorũ salutem operamini: legimus etiã
Eccl. 1. scriptũ, Concupisti sapientiã, serua iustitiã, & Dominus præbebit illam tibi. Multos enim reperimus negligentissimos iustitiæ, & auidissimos sapientiæ: Hos docet Scriptura diuina peruenire non posse ad id quod appetũt, nisi seruãdo quod negligũt. Serua, inquit, iustitiam, & prębebit tibi Dominus quã concupisti sapientiã. Quis autẽ potest, nisi Deũ timeat, seruare iustitiã?
Ibidem. Dicit enim alio loco: Nã qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Portò si Dominus nõ præbet sapientiã,
Psal. 110. nisi seruanti iustitiã, qui autẽ sine timore est, nõ poterit iustificari: recurritur ad illã sententiã, Initium sapiẽ-
Eccl. 1. tiæ timor Domini. Esaias etiam propheta cùm
Cap. 11. septẽ illa notissima dona spiritalia cõmẽdaret, incipiẽs à sapientia peruenit ad timorẽ Dei, tanquã de sublimi descendens ad nos, vt nos doceret ascẽdere. Inde ergo cœpit quò volumus peruenire, & illuc peruenit vnde debemus incipere. *Requiescet in eo*, inquit, *spiritus Dei, spi-*
Esaiæ 11. *ritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris Domini.* Sicut ergo ille non deficiendo, sed docendo à sapientia vsque ad timorẽ descendit: sic nos non superbiendo, sed proficiendo à timore vsque ad sapientiã oportet ascendere. Initium enim sapientiæ timor Domini. Ipsa est enim
Eccl. 1. illa conuallis plorationis, de qua Psalmus dicit, Ascensiones in corde eius disposuit in cõualle plorationis. Per
Psal. 83. conuallem quippe humilitas significatur. Quis est autẽ humilis, nisi timẽs Deum? & eo timore cõterens cor
Psal. 50. in lachrymis cõfessionis & pœnitentiæ: Quia cor contritum & humiliatũ Deus nõ spernit. Sed nõ timeat ne in conualle remaneat. In ipso enim corde contrito & humiliato, quod Deus nõ spernit, ascẽsiones per quas
D in illum assurgeremus, ipse disposuit: nam ita Psalmus dicit, Ascensiones in corde eius disposuit in conualle plorationis, in loco quem disposuit. Vbi fiunt ascẽsiones? In corde, inquit. Sed vnde ascendendũ est? Vtique à conualle plorationis. Et quò ascendendũ est? In locum, inquit, quem disposuit. Quis iste locus est, nisi quietis & pacis? Ibi enim est illa clara, & quæ nunquã marcescit sapientia: vnde ad nos exercitandos quibusdam doctrinæ gradibus descendit Esaias à sapientia vsque ad timorem, à loco scilicet sempiternæ pacis vsque ad conuallem plorationis: vt nos in confessione pœnitentiæ dolendo, gemendo, flendo, nõ remaneamus in dolore & gemitu & fletu: sed ascendentes ab ista conualle in montem spiritalem, vbi ciuitas sancta Hierusalem mater nostra æternã fundata est, impertũrbabili lætitia perfruamur. Ergo ille cùm proposuisset sapiẽtiam, lumen scilicet mentis indeficiens, adiunxit in-

A tellectum: tanquam quærentibus vnde ad sapientiam veniretur, responderet, ab intellectu: vnde ad intellectum, à consilio: vnde ad cõsiliũ, à fortitudine: vnde ad fortitudinem, à scientia: vnde ad scientiam, à pietate: vnde ad pietatẽ, à timore. Ergo ad sapientiã, à timore, quia initiũ sapiẽtiæ timor Domini. A cõualle plorationis vsque ad montem pacis. Beati enim pauperes Cap. 11. Matth. 5.
spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ. Ipsi sunt in cõualle humiles, ipsi in tremore, cor cõtritũ & humiliatũ sacrificant Deo. Vnde ascendũt ad pietatẽ, vt non resistant voluntati eius, siue in sermonibus eius, vbi nõ capiunt sensum eius, siue in ordine ipso & gubernatione creaturæ, cùm pleráque aliter accidunt, quàm pritata hominis voluntas exposcit: ibi quippe dicendum est,
Verùm non quod ego volo, sed quod tu vis, pater. Bea- Matth. 16. Matth. 5.
ti enim mansueti, quoniã ipsi hæreditate possidebunt terram. Non terrã morientiũ, sed terrã de qua dictum
B est, Spes meas es tu, portio mea in terra viuentiũ. Ab ista Psal. 141.
quippe pietate merebuntur scientiæ gradũ, vt nouerint nõ solũ mala præteritorum peccatorũ suorum de quibus in primo gradu pœnitentiæ dolore fleuerunt, sed etiam in quo malo sint huius mortalitatis & peregrinationis à Domino, etiam cùm felicitas secularis arridet. Nã ideo scriptũ est: Qui apponit scientiam, appo- Eccles. 1. Matth. 5.
nit & dolorem. Beati enim lugẽtes, quoniam ipsi consolabuntur. Inde assurgunt ad fortitudinem, vt mundus eis crucifigatur, & ipsi mũdo, vt in huius vitæ peruersitate & abundãtia iniquitatis charitas nõ refrigescat. Sed tolletur fames sitisque iustitię, donec ad eius saturitatem veniatur in illa immortalitate sanctorum, & societate angelorum. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Verùntamen propter inquietudinem tentationum & quod
C dictum est, Væ mundo ab scandalis, si qua fortè de- Matth. 18.
licta minutatim furtimque subrepta fuerint, quibus humana præoccupatur infirmitas, consilium deesse non debet. Neque enim tantum potest in ista morali vita ille fortitudinis gradus, vt qui cum astutissimo aduersario continua certatione confligit, non aliquando feriatur: maximè per tentationes linguæ, vbi si dixerit
quis fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis. Quod Matth. 5. Luc. 6.
ergo est consilium, nisi quod Dominus dicit, Dimittite, & dimittetur vobis? Et ideo sicut in gradibus quos per sese iam †dicimus quintum consilium esse, sicut in al. Dominus.
Euangelio in illis beatitudinis laudibus quinto loco ponitur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sextus est apud Esaiam intellectus: vbi ab omni fallitate carnalis vanitatis corda mũdantur: vt pura intentio dirigatur in finem. Propterea etiam sexto loco Dominus dixit: Beati mũdo corde, Matth. 5.
quoniam ipsi Deum videbunt. Cùm verò ad finem
D peruentum fuerit, iam consistitur; iam requiescitur, iam securã pace triumphatur. Et quis finis, nisi Deus Christus? Finis enim legis Christus ad iustitiam omni Rom. 10.
credẽti. Et sapientia Dei quis nisi Christus? Et filij Dei quis nisi Christus? In illo ergo sapientes, & in illo filij Dei fiunt, quicunque fiunt: & hæc est pax plena atque perpetua. Ideo cùm apud Esaiam sit septima sapientia sursum versus ascendentibus, vnde cœpit ipse ad nos docendo descendere: septimo loco Dominus qui
nos erigit, posuit: Beati pacifici, quoniam filij Dei vo- Matth. 5.
cabuntur. Has igitur promissiones habentes, & his gradibus tendentibus ad Dominum, omnia mundi huius aspera & dura toleremus, nec nos eius frangat sæuitia, quo victo in æterna pace gaudebimus. Ad hoc nos enim iam demonstrat, & cernere hortatur octaua sententia, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cælorum.

In eo-

In eodem festo, de quo scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Missus est angelus, &c.

A

Sermo II.

SERMO XVIII.

Hunc quidam D. Fulgentio tribuunt.

DEST nobis, dilectissimi, optatus dies beatæ ac venerabilis semper virginis Mariæ, ideo cũ summa exultatione gaudeat terra nostra, tãtæ virginis illustrata die solenni. Hæc est enim flos campi, de qua ortũ est pretiosum liliũ conuallium, per cuius partum mutatur natura protoplastorum, deletur & culpa. Prœcisum est in ea illud Euæ infelicitatis elogium quo dicitur, In dolore paries
Genes. 3. filios tuos: quia ista in lætitia Dominũ peperit. Eua enim luxit, ista exultauit: Eua lachrymas, Maria gaudiũ in vẽtre portauit. Quia illa peccatorẽ, ista edidit innocẽtẽ. Virgo quippe genuit, quia virgo cõcepit. Inuiolata pepetit, quia in cõceptu libido non fuit. Vt robique miraculũ, & sine corruptione grauida, & in partu virgo puerpera. Descẽdit angelus de cęlo missus à patre Deo in nostrę redẽptionis exordiũ, ad beatã salutandã Mariã: *Aue*, ait, *gratia plena, Dominus tecũ.* Impleta est ergo
Lucæ 1. Maria gratia, & Euę vacuata est culpa. Maledictio Euę, in benedictionẽ mutatur Marię: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecũ. Tecũ Dominus in corde, tecũ inuẽtre, tecũ in vtero, tecũ in auxilio. Gratulare beata virgo, Christus rex è cælo suo incarnatur in vtero tuo, ex sinu patris in vterũ dignatur descẽdere matris. *Benedicta tu,*
inquit, *in mulieribus,* quæ vitã & viris & mulieribus peperisti. Mater generis nostri pœnã intulit mũdo, genetrix Domini nostri salutẽ attulit mũdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meritiMaria. Eua occidẽdo obfuit, Maria viuificãdo, profuit. Illa percussit, ista sanauit. Pro inobediẽtia enim obediẽtia cõmutatur, fides pro perfidia cõpensatur. Læta igitur Maria gestat infantẽ, exultans amplexatur filiũ, portat à quo portabatur. Nec fortui-
tu, vt fingũt Sabelliani, reperit paruulum, sed decursis nouẽ mẽsibus peperit Christum. Plaudat nũc organis Maria, & interveloces articulos tympana puerperę cõcrepẽt. Cõcinant lætantes chori, & alternantibus mo-
Ibidem. dulis dulcisona carmina miscẽatur. Audite igitur quẽadmodum tympanistria nostra cantauerit. Ait enim, Magnificat anima mea Dominũ. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, &c. Causam igitur inualescentis errati, miraculũ noui partus euicit, & Euæ plãctũ Mariæ cãtus exclusit. Deniq; post illius benedicibile angeli præsagiũ, dum tacita secũ virgo mentis altercatione conflixit, qualis esset ista salutatio, nũcius interim cælestis exequitur: *Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum: Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. At illa: Quomodo*, inquit, *fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et angelus ad eam: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideóque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Iam audisti quomodo fiet
hoc, respondẽ nunc verbum: Vitam quid tricas mũdo? Audisti quomodo fiet hoc, quia spiritus sanctus superueniet in te, vt prolem gignas, & virginitatem nõ perdas; filium proferas, & post partum incorrupta maneas. O beata Maria, seculum omne captiuum tuum deprecatur assensum, te apud Deum mundus suæ fidei obsidem fecit. Noli morari Virgo, nuncio festinanter respondẽ verbum, & suscipe filium: da fidem, & senti virtutem. *Ecce*, inquit, *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Nec mora, reuertitur nuncius, & virginalem thalamum ingreditur Christus. Efficitur subitò prægnans beata Dei genitrix, & cuncta per secula prædi-

B

C

D

catur felix. Cõcepit mox ad credulitatẽ verbi, virilis ignara cõsortij: impleturvterus nullo humano pollutus amplexu. Exstat itaq; virgo cùm cõcipit, virgo grauida, virgo cùm parit, & virgo post partũ. Præclara ergo illa virginitas, & gloriosa fœcunditas. Exultat Maria, & mattẽ se læta miratur, & de spiritu sanctò se peperisse gaudet: nec quia peperit innupta terretur, sed quia genuerit cum exultatione miratur. Gaudeamus ergo & nos, fratres, in die annunciationis, quæ per angelum hodie facta est ad aures Virginis, quæ dũ desp̃sãretur fabro, cæli nupsit architecto. Promittitur enim ei filius per visitationẽ sancti spiritus. Hæc illa audiẽs gaudet, cupitque effici mater. Quid igitur mirũ, si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione cõcipitur? Non enim decebat vt ille qui nobis afferebat salutẽ, matri præriperet integritatis dignitatem. Nã qui terra, mari cælóque non capitur, intra vnius corpusculi membra
B suscipitur. Hæc est illa nouitas, Hieremię prophetæ vaticinio prænunciata, Faciet, inquit, Dominus nouũ Hier. 31.
super terrã, femina circundabit virũ. O femina super feminas benedicta, quæ virum omnino non nouit, & virũ suo vtero circũdedit! Circundat virũ Maria angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum serpenti cõsentiendo. Salutat angelus puellam viri salutationis ignaram, terretur virgo nouitate verborũ: ad quam angelus, vt superiùs prætulimus, dixit, Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiã apud Dominũ. Ne, inquit, à cõspectu meo terrearis mater Domini mei: ego cõceptionis tuæ minister aduenì, nõ vt virginitatem amitteres interueni. Ipse me misit ad te, qui est nasciturus ex te. Concipies & paries filiũ; non cuiuslibet meritũ hominẽ, sed totius seculi Saluatorem. Recole Maria in libro Esa. 7.
Esaię prophetę virginẽ quã parituram legisti, & gaude atque exulta, quia tu esse meruisti. Tu ibi præfigurata
C es Virgo, tu ecce concipies in vtero, non de viro, sed de spiritu sancto, & grauida eris, & incorrupta permanebis. Paries quidem filiũ, & virginitatis non patieris detrimentũ. Efficieris grauida, & eris mater semper intacta. Senties põdera ventris, & pudorẽ non perdes castitatis. Intumescent vbera tua, & intacta manent genitalia tua. At illa dixit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundũ verbum tuum. O felix obediẽtia, ô insignis gratia, quæ dum fidem humiliter dedit, cæli in se opificem corporauit. Impleuit in ea Dominus, quod dudum Osee 6.
prędixerat: Obedientiam, inquit, malo quàm sacrificium, & scientiam Dei plus quã holocausta. Hæc fuit vera obedientia omnique sacrificio gratior, hęc volũtas cunctis hostiis acceptior: hinc promeruit gloriam, quam ipsa postmodum hausit: Ecce, ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O beata Maria,
D quis tibi dignè valeat iura gratiarum ac laudũ præconia rependere, quę singulari tuo assensu mundo succurristi perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, quę solo tuo commercio recuperandi aditũ inuenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cùm susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit pertẽ excusabile quod per te ingerimus: fiat impetrabile quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes vnica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio præmiorum. Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque

celebrant

celebrant tuam commemorationem, Assiste parata votis poscentium, & rependе omnibus optatum effectum. Sint tibi studia assiduè orare pro populo Dei, quæ meruisti benedicta redemptorem ferre mũdi, qui viuit & regnat in secula seculorum.

In eodem festo. SERMO III.

Est in appendice LXXV.

Item in eodem festo sermo: Vos, inquam, conuenio, ô Iudæi, &c. qui insertus est in sermone quarto De tempore, tom. 6.

Item in eodem festo, sermo: Legimus, & fideliter retinemus, &c. qui habetur inter sermones de Tempore, IX.

DE SANCTIS, QVORVM FESTA INTER PASCHA ET PENTECOSTEN OCCVRRVNT.

DE SANCTIS PHILEPPO ET IACOBO.

In festo sanctorum Philippi & Iacobi apostolorũ, Homilia de eo quod scriptum est secundum Ioannem. Non turbetur cor vestrum, neque formidet, &c. incipiens, Erigenda, &c. quæ sumpta est ex expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. Et ex sermonibus de verbis Domini, LIIII. & sequentibus. Et ex libro quinquaginta Homiliarum, XXXIII.

DE INVENTIONE S. CRVCIS.

In festo Inuentionis sanctæ crucis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Erat homo ex Phariſæis, &c. quæ sumpta est, ex expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. Et ex sermonibus de verbis Apostoli, XIIII. & ex libro quinquaginta Homiliarum, III.

De cæteris sanctis, quorum festa eodem tempore occurrũt, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum vitis vera, &c. incipiens, Iste locus Euangelicus, &c. quæ sumpta est ex expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & ex sermonibus de verbis Domini, LIX.

In natali sanctorum martyrum Protasij & Gerualij, sermo de Diuersis, XXXIX.

DE S. IOANNE BAPTISTA.

In vigilia S. Ioannis Baptistæ, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam. Fuit in diebus Herodis regis Iudæ, &c. quæ habetur in libro quinquaginta Homiliarum, XLIII.

In festo natiuitatis Ioannis Baptistæ.

SERMO XX. SERMO I.

Est in appendice LXXVI.

SERMO XXI. *In eodem festo.* SERMO II.

NATALEM sancti Ioannis, fratres charissimi, hodie celebramus, quod nulli vnquam sanctorum legimus fuisse cõcessum. Solius enim Domini & beati Ioannis dies natiuitatis in vniuerso mundo celebratur & colitur. Illum enim sterilis peperit, illum virgo concepit: in Elisabeth sterilitas vincitur, in beata Maria conceptionis cõsuetudo mutatur. Elisabeth virum cognoscendo filium genuit, Maria angelo credidit, & concepit. Hominem concepit Elisabeth, & hominem & Maria. Sed Elisabeth solum hominem, Maria Deum & hominem. D Quid sibi ergo vult Ioannes? Vnde interpositus? vnde præmissus? Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet, dicens: Matth. 11. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Præcellit cæteros, eminet vniuersis. Antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere natus est, inferior est Ioanne. Dicit fortasse aliquis: Si inter natos mulierum Ioannes maior est, maior est Saluatore. Absit. Ioannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est. Ille corruptibilis vteri sinibus effusus est, iste impollutæ virginis flore progenitus. Ideo autem cum Ioannis natiuitate Domini generatio deputatur, ne Dominus extra veritatem videatur conditionis humanæ, si comparetur hominibus, Ioannes præmissus est ante Deũ. Tanta in illo excellentia erat, tanta gratia, vt ipse putatus sit Christus. Quid ergo dixit de Christo? Nos omnes de plenitudine eius accepimꝰ. Quid ergo nos? omnes Prophetæ, Patriarchæ, Apostoli, quotquot sancti, & ante incarnationem præmissi, vel ab incarnato missi, omnes nos de plenitudine eius accepimus. Nos vasa sumus, ille fons est. Si ergo intelligimus mysteriũ, fratres mei, Ioannes homo est, Christus Deus est. Humilietur homo, vt exaltetur Deus secundũ illud quod de Domino ipse Ioannes dixit: Illũ oportet crescere, me Ioan. 3. autem minui. Vt humiliaretur homo, hodie natus est Ioannes, quo incipiunt decrescere dies. Vt exaltetur Deus, eo die natus est Christus, quo incipiũt crescere dies. Magnũ sacramentũ, fratres charissimi. Ideo celebremus natalem Ioannis, sicut & Christi, quia & ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio nisi humilitatis nostræ, sicut natiuitas Christi plena est mysterio altitudinis nostræ? Ergo in homine minuamur, vt in Deo crescamus. In nobis humiliemur, vt in illo exaltemur. B Humilietur humana præsumptio, vt crescat diuina miseratio. Nã huius rei sacramẽtũ etiã in passionibꝰ amborũ impletũ est. Vt minuatur homo, caput Ioãnis absciditur: vt exaltetur Deus, Christꝰ in ligno suspẽditur. Quare autem beatũ Ioannẽ Dominus & Saluator noster lucernã esse dixerit, & quare eũ mitti ante se voluerit, breuiter si iubetis, charitatis vestræ auribus intimabo. Præmissus est enim velut vox ante verbũ, lucerna ante solẽ, præco ante iudicẽ, seruiusante dominũ, amicus ante sp̃osum. Et quia vniuersum mundũ peccatorũ tenebræ & nox infidelitatis oppresserãt, & solẽ iustitiæ aspicere nõ valebãt, beatus Ioãnes quasi lucerna præmittitur, vt cordis oculi qui lippitudine iniquitatis oppressi fuerant, magnũ & verũ lumẽ videre non poterant, ad lumẽ lucernæ primũ quasi tenuẽ splẽdorẽ videre cõsuescerent, vt paulatim peccatorũ nubilo remoto, & infidelitatis humore digesto, adueniẽte Christo ab illo cælesti lumine lætificari possent potius quã retorqueri. Sicut enim lippientes oculos ad videndum prouocas, si exiguũ splendorẽ lucernæ ostẽderis, & amplius crucias, si lumen magnũ ingesseris: ita Dominus & Saluator noster, qui est lumẽ verũ, nisi prius beatum Ioannẽ velut lucernã præmitteret, claritatẽ eius totus mundus sustinere non posset. Loquatur Ioãnes, & dicat, Ego vox clamantis in deserto. Vox erat, quia verbi Matth. Dei spiritu replebatur. Sicut sermo vocis quodammodo ministerio ac vehiculo ad audientem à loquente transmittitur, ita Ioannes Christũ sonãs, verbi erat minister & portitor. Sanctus, inquã, Ioannes typũ in se legis, quæ Christũ longè per signa & indicia mõstrabat, ostendit, & ideo misit ad Christum duos de discipulis suis. Isti duo discipuli à Ioãne ad Christum missi, forte duo populi sunt, quorũ vnus ex Iudęis credidit, alter ex gẽtibus. Ioãnes dirigit ad Christũ, lex mittit ad gratiã, & per Euangelij fidẽ veterem desiderat astrui veritatẽ. Nos ergo, fratres dilectissimi, vt tam sanctam festiuitatem non solũm corporali, sed etiam spirituali cũ gaudio celebrare possimus, secundũ vires nostras ad dãdas eleemosynas, & ad tenẽdam cũ omnibus pacẽ nostros animos præparemus: & ab omni scurrilitate vel turpiloquio non solũm nosmetipsos, sed & omnẽ familiã nostram, & vniuersos ad nos pertinẽtes pro amore Dei & zelo sanctæ disciplinę prohibere totis viribus laboremus, nec permittamus sollennitatem sanctam cantica luxuriosa proferendo polluere. Tunc enim pro nobis sanctus Ioannes quicquid petierimus poterit obtinere, si nos festiuitatem suam pacificos, sobrios, castos, absque vllo turpiloquio cognouerit celebrare. Hęc ergo, fratres charissimi, pro paterna solicitudine suggero: nam Deo propitio ita de vestra deuotione confido, quòd nõ solũm vosipsos, sed etiam

etiam omnes qui ad vos pertinent cũ omni honestate castos sobriósque conseruetis. Vnde Deo gratias agẽs supplico, vt qui vobis dedit ea quę sancta sunt fideliter incipere, concedat vobis felicem perseuerantiã custodire, qui cum patre & spiritu sancto viuit, &c.

SERMO XXII. *In eodem festo.* SERMO III.

Est in appendice LXXVII.

Eodem die.

SERMO XXIII. CAP. II. SERMO D. AVGVST. IIII.

DIEI hodiernæ sollẽnitas, sollennẽ desiderat tãta expectatione sermonẽ. Ergo, adiuuãte Domino, ministrabimus vobis quod dederit, recolentes & animo tenẽtes nostrę officiũ seruitutis: vt loquamur nõ tãquã magistri, sed tanquã ministri, non discipulis, sed condiscipulis: quia nec seruis, sed cõseruis. Magister autẽ vnus est nobis, cuius schola in terra est, & cathedra in cęlo. Cuius præcursor Ioannes est natus, cuius natiuitatis dies hodiernus traditur, hodie celebratur. Hoc maiorũ traditione suscepimus, hoc ad posteros imitanda deuotione trãsmittimus. Ioannis ergo non Euangelistæ, sed Baptistæ natalẽ hodie celebramus. Qua prima repofita, occurrit quæstio nõ prætereunda, quare natalẽ, quo est natꝰ ex vtero Ioannes, potius celebramus, quàm cuiuslibet Apostoli vel Martyris vel Prophetæ vel Patriarchæ? Si interrogemur, quid respondebimus? Quantũ mihi videtur, quantũ meatũ virium mediocritati occurrit, est causa hæc: Discipuli Domini nati sunt, & per ętatis accessum ad annos capaciores perducti, in discipulatum assumpti sunt. Illorũ postea fides Domino adhæsit, sed nullius illorum natiuitas Domino militauit. Recordemur & Prophetas, recolamus Patriarchas, nati sunt homines, ętatis accessũ pleni spiritu sanctoChristũ ꝓphetauerunt. Nati sunt, vt postea prophetarent: Ioãnis autem ipsa natiuitas Dominũ Christũ prophetauit, quẽ conceptũ ex vtero salutauit. ISTA vt potuimus soluta quęstione: alterã aggrediamur, pro viribus quas dederit Dominus. Occurrit enim alia quæstio aliquãto, vt mihi videtur, obscurior, & ad perseruãdũ laboriosior: in qua me multum adiuuabit vestra intẽtio, & pro mea exiguitate ad Dominũ deprecatio. Ioannes iste tãta excellens gratia, vt quẽadmodum dictũ est, Dominũ etiã ex vtero salutaret, nondũ loquendo, sed exultãdo, cuius gratia in Deũ iam tũc erat aperta, quãdo eius caro in carne erat inclusa. Hic ergo Ioãnes nõ inuenitur inter discipulos Domini, sed inuenitur potius discipulos habuisse cũ Domino. Quid est hoc? Quid est istẽ homo? Homo tantùm. Quis est homo tantus? quãD tus tantus homo? Tamen non sequebatur inter discipulos Dominũ, & sequebantur eũ discipuli: absit vt dicam contra Dominum, sed tamen quasi extra Dominum. Discipulos habet Christus, discipulos habet Ioannes. Docebat Christus, docebat Ioannes. Quid iam dicam? Baptizabat Ioannes, baptizabat Christus. Plus hic de Baptismo dico, à Ioãne baptizatus est Christus. Vbi sunt qui de ministerio baptismi, arrogantia tumidæ animositatis inflantur? Vbi sunt voces carentes humilitate, elatæ superbia, Ego baptizo, ego baptizo? Quid dixisses, si Christum baptizare meruisses? Magna; iam quantum aduertit sanctitas vestra, apparere & eminere causa cœpit, qua fuerat Christus à patre mittendus, & Ioannes à patre præmittendus. Prior missus est Ioannes, sed sicut ab obsequentibus anteceditur iudex. Posterior homo creatus est Christus, sed Ioannem creauit Deus Christus. Erat igitur Ioannes homo perfectus quidẽ, & cuius tanta gratia commẽdata est, vt ipse de illo Dominꝰ diceret, Inter natis mulierũ nemo exurrexit maior Ioanne Baptista. Iste ergo tã magnus agnoscit Dominũ in paruo magnũ, agnoscit homo eũ qui venerat homo Deus. Si enim in natis mulierum, hoc est, in hominibus, nemo exurrexit maior Ioanne Baptista, quisquis Ioanne plus est, nõ tantũ homo, sed & Deus est. Debuit ergo tantus iste, & discipulos proprios habere, & cũ discipulis suis magistrum omnium Christũ cognoscere. Quòd enim est maius testimoniũ veritatis, quàm se humiliando eũ agnoscere, cui æmulando potuit inuidere? Putari Christꝰ potuit, & noluit: existimari Christus potuit, & noluit. Dixerũt homines cùm fallerentur in eo, Num fortè hic est Christus? Respondit ille quod non erat, vt maneret quod erat. Inde quippe Adã lapsus perdidit quod erat, quia quod non erat vsurpauit. Recolebat hoc iste magnus, sed in paruo Christo minimus. Nouerat hoc, recolebat hoc & tenebat, quia recipere quod perdiderat cogitabat. Homo ergo iste, vt dixi, magnus Ioãnes, cui Dominus tale perhibuit testimoniũ, quẽ sic veritas cõmãdauit, vt diceret, In natis mulierũ non exurrexit maior Ioãne Baptista: potuit credi Christus, imò iã ab eis qui eius magnitudinis gratia fallebãtur, credebatur Christus: & in illo morerẽtur, nisi ab illo cõfitente corrigerẽtur. Respõdit ergo putantibus, & ait, Non sum ego Christus: tanquã diceret, Certè in honorẽ meũ ita fallimini, & certè mihi hoc putãdo magnam additis laudẽ, sed debeo cognoscere, vt vobis errantibus ille possit ignoscere. Si enim quod non erat fallaciter putaretur, ab illo qui erat veraciter amputaretur. PRÆMISSVS est ergo Ioannes, vt Dominũ humilẽ baptizaret. Baptisari enim Dominus propter humilitatẽ voluit, non propter iniquitatẽ. Dominus Christus quare est baptizatus? Dominus Christus Dei filius vnigenitus, quare est baptizatus? Inueni quare est natus, & inuenies quare sit baptizatus. Ibi quippe inuenies humilitatis viam, quam pede superbo non carpis. Quam nisi humili pede calcaueris, ad cęlestitudinẽ quò ducit peruenire nõ poteris. Baptizatus est propter te, qui descendit propter te. Vide quantus factus sit tantillus. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Nõ enim erat rapina, sed erat naturæ æqualitas filij cũ patre. Ioãnes si se Christum putari vellet, illi rapina esset. Nõ ergo rapinã arbitratus est esse æqualis Deo. Erat enim & sine rapina, erat coæternus, ab æterno natus erat. Tamẽ semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, hoc est, formã hominis. Qui cùm in forma Dei esset, non formã Dei accepit: sed cùm in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit. Suscepit quod nõ erat, ita vt nõ perderet quod erat. Manẽs Deꝰ, hominẽ assumpsit. Formam serui accepit, & factus Deus homo, à quo factꝰ est homo. VIDE ergo quę maiestas, quæ potestas, quæ sublimitas, quę cũ patre ęqualitas. Venit propter nos ad indumentũ formæ, & intellige illam à magistro tantæ humilitatis viam: quoniam plus est quòd voluit homo fieri, quàm quòd voluit ab homine baptizari. Baptizat ergo, inquam, Ioannes Christum, seruus dominũ, vox verbũ. Mementote enim, Ego sum vox clamantis in deserto: & memẽtote, quia, Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Baptizat ergo, inquam, Ioãnes Christum, seruus dominum, vox verbum, creatura creatorem, lucerna solem, sed solem, qui fecit hũc solem, solem de quo dictum est, Ortus est mihi sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, de quo impij serò pœnitentes in fine dicturi sunt: Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia cõtulit nobis? Trãsierunt illa omnia, tanquam vmbra, & cum vmbris qui secu-

S. Ioannis Bapt. natiuitas cur celebretur.

CAPVT II.

Alia quęst.

Ioannes nõ inter discipulos Domini, sed discipulos habuit cũ Domino.

Matth. 11.

Solutio quęst.

Lucæ 3.

B

Ioan. 1.

CAP. III.

Christus quare baptizatus.

C

Philip. 2.

CAP. IIII.

Ioan. 1.

Malach. 4

Sap. 5.

secuti sunt vmbras. Ergo, inquiunt, errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Illis nõ est ortus Christus, à quibus non est agnitus Christus. Sol ille iustitiæ, sine nube, sine nocte. Ipse non oritur malis, non oritur impiis, non oritur infidelibus. Nam solem istum de cælo
Matth.5. corporeum, quotidie facit oriri super bonos & malos. Baptizauit ergo, vt dixi, creatura creatorem, lucerna solem, & non se extulit baptizator, sed subdidit baptizando. Conuersi ad Dominum, &c.

Item in eodem festo sermo de Diuersis, XI.

De sanctis Petro et Paulo apostolis.

In vigilia Petri & Pauli apostolorum, de eo quod scriptũ est in Euangelio secundum Ioannem, Simon Ioannis, diligis me
Ioan.21. *plus his? &c.*

SERMO XXIIII. CAPIT. SERMO D. AVGVST. VI.

APOSTOLVM Petrum primum omnium Apostolorum meministis in Domino passione fuisse turbatum. A se turbatũ, sed à Christo innouatũ. Fuit enim prius audax præsumptor, & postea factus est timidus negator. Promiserat se pro Domino moriturũ, cum prius pro illo esset Dominus moriturus. Quando ergo dicebat, Tecum ero vsque ad mortẽ, & animam meam pro te ponã; respõ-
Matth.26. dit ei Dominus: Animã tuam pro me ponis? Amẽ dico
Ioan.13. tibi, priusquã gallus cãtet, ter me negabis. Ventũ est ad horam. Et quia Deus erat Christus, homo autẽ Petr⁹,
Psal.115. impleta est Scriptura, Ego dixi in pauore meo, Omnis
Rom.3. homo mẽdax. Dicit autẽ Apostol⁹, Quoniã Dei verax, omnis autẽ homo mẽdax. Verax Christus, mẽdax Petr⁹. Modò quidẽ interrogat eũ Dominus, sicut auditis cũm Euangeliũ legeretur, & dicit ei: *Simõ Ioãnis, diligis me plus his? Respondit ille & dixit, Etiã Domine, tu scis quia amo te.* Et iterũ Domin⁹ hoc interrogauit, & tertiò hoc interrogauit. Et respõdẽti dilectionẽ, cõmẽdauit gregẽ. Per singula enim dicebat Dominus Iesus Petro di-
Cap.11. cenți, *Amo te: Pasce agnos meos, pasce oiculas meas.* IN vno Petro figurabatur vnitas omnium pastorũ, sed bonorũ, qui sciũt oues Christi pascere Christo, nõ sibi. Nũquid modò Petrus mendax erat, aut amare se Dominũ, mẽdaciter respondebat? Veraciter hoc respondebat, hoc
Ioan.13. enim respondebat quod in corde suo videbat. Quãdo autẽ dixerat, Animã meã pro te ponam, de futuris voluit præsumere viribus. Omnis autẽ homo qualis sit tunc cum loquitur fortè scit, qualis autẽ cras sit futurus, quis scit? Reuocabat ergo oculos suos ad cor suũ Petrus, quando interrogabatur à Domino, & fidens respondebat quod sibi videbatur: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Quod tibi dico, tu scis: quod hic video in corde meo, vides & tu. Nõ ausus est tamẽ dicere quod Dominus interrogauerat. Non enim simpli-
Plus his? citer Domin⁹ dixerat, Diligis me? sed addiderat, Plus his diligis me: id est, plus me diligis quàm istis? De aliis discipulis ille nõ potuit dicere nisi, Amo te, non ausus est dicere plus his. Noluit iterum esse mandax: sufficerat ei testimonium perhibere cordi suo: non debuit
Cap.III. esse iudex cordis alieni.

VERAX ergo Petrus, an verax in Petro Christus? Quãdo autẽ voluit Dñs Iesus Christ⁹, deseruit Petrũ & inuẽtus est homo Petrus: quãdo autẽ placuit Domino Iesu
1.Cor.10. Christo, impleuit Petrũ & inuentus est Petrus verax. Veracẽ Petrũ petra fecerat: petra enim erat Christus.
al. præmunit. Et quid ei ⁊ nunciauit, quando tertiò respondit amare se Christum, & tertiò Dominus Petro suas oiculas commendauit? Prænunciauit ei passionem suam.

A Cùm esses, inquit, iunior, cingebas te, & ibas quò volebas: cũm autẽ senueris, extendes manus tuas, & alter
Ioan.21. te cinget, & feret quò tu non vis. Euãgelista nobis exposuit quid dixerit Christus. Hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte clarificaturus esset Deum: id est, quia pro Christo fuerat crucifigendus: hoc est enim, Extẽdes manus tuas. Vbi est ille negator? Deinde post hæc ait Dominus Iesus Christus, Sequere me. Nõ sic quomodo prius, quando vocauit discipulos. Nã & tunc dixit, Sequere me: sed tũc ad doctrinã, modò ad coronã. Nunquid nõ quando negauit Christũ occidi timuit? hoc timuit pati, quod passus est Christus. Sed iã timere nõ debuit. Videbat enim in carne viuentẽ, quẽ viderat in ligno pendentẽ. Resurgendo Christus abstulit mortis timorem: & quoniã abstulerat mortis timorem, meritò interrogabat Petri amorem. Ter negauerat timor, ter cõfessus est amor. Trinitas negationis,
B desertio veritatis: trinitas confessionis, testimoniũ dilectionis. Conuersi ad Dominum, &c.

In festo apostolorum Petri & Pauli.

SERMO I. SERMO XXV.

FILIOLI mei audite nos, & liberate vos. Currite provobis, & nobis præstatis & vobis. Cõmune erit gaudiũ nostrũ, si vos videmus induere Christũ. Iuuenes & virgines, seniores cũ iunioribus ad gratiã festinẽt. Mater nostra patiẽdo nõ discernit ętates. Ipsa genuit Petrũ: ipsa parturiuit & Paulũ, vt ex lupo fieret agnus. Tanquã ergo natus est Saulus, creuit & factus est magnus. Baptizatus est à matre, illuminatus à Deo patre: & cœpit velle Petrum videre: & cùm quęreret eũ velle videre, magis eum Petrus cœpit timere. Audiuit enim Petrus, quia Saulus eũ quæreret. Noli timere beate Petre, quia Sau-
C lus non te quærit, sed Paulus vas electionis te cupit videre. O sancte Petre, benedic patrẽ, & suscipe fratrem, & habes cum quo potes defendere matrẽ! O beate Petre, quia cõuersus est Saulus, miraris: qualis es tu, erit & ipse talis, & vnus vobis erit natalis. Qui fecit ex Saulo Paulum, ipse fecit ex Simone Petrum. Vnus vos honorauit, vnus vos coronauit. Mutauit persecutorem, mutauit & piscatorẽ. Et si te priorem, tamen ambos ditauit honore vno. Veni sancte Paule, veni sequere Petrũ: sed docentem, non fugientẽ. Fugiebat, quando te nesciebat. Nam ille beatissimus Paulus, sicut in lectione actuũ Apostolorũ, cùm recitaretur, audiuimus, cælesti voce prostratus est. Dum fureret adcaulas in lupina rabie, & exosum sibi nomen innocẽtis agni persequitur, dum quærit discerpere autvexare gregẽ, audiuit altisonã vocẽ, Saule, Saule, quid me persequeris? Quid frustra insanisti contra nomẽ meũ, & occidisti martyrem meũ: Olim quidẽ debui perdere te, sed Stephanus me⁹ orauit pro te. Et ille: Quis es Domine? Et Dominus ad illũ: Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Caput de cælo pro membris clamat. Inquietatur corpus & de cælo intonat Christus, Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Quid est quòd rugiente Saulo mugit arcanum, & contra sæuitiam Pauli militia conqueritur cæli, nisi vt qui non crediderat surgenti, saltem crederet in cælo sedẽti? Nã dicitur Ananiæ, Accede ad eum, & signa cum charactere meo: multa enim patietur pro nomine meo. Et ille: Domine, audiui à multis de viro hoc, quia multa mala fecit sanctis tuis. Ait illi Dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi. O beate Anania, meritò in timore trepidares, si forti manu non esset cui militares! Ideo prosternitur superbia, vt erigatur sanctitas. Venit ergo Ananias, baptizauit Saulum, & fecit Paulũ. Baptizauit lupum,

lupum, & fecit agnũ: & cœpimus habere prædicatorẽ, quem habuimus persecutorẽ. Denique cœpit prædicare Christum, cui antea resistebat, postea paratus pati pro eo contra quem antea pugnabat. Patitur Paulus quod fecerat Saulus. Saulus lapidauit, Paulũs lapidatus est. Saulus Christianos virgis affecit, Paulus pro Christo quinquies quadragenas vna minus accepit. Saulus persecutus est ecclesiam Dei, Paulus submissus est in sporta. Saulus vinxit, Paulus vinctus est. Et dum Saulus sæuiens quærit minuere numerum Christianorum, etiam ipse accessit ad numerũ confessorũ. Et dũ inferret aliis necẽ, suscepit ipse pro eo mortẽ. Dũ intrat lupus rapax in stabula pecudis, subitò & ipse factus est ouis. Itaque quis iã desperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? Nam beatissimũ Petrũ piscatorẽ modò gentbus, puolutis adorat genitũ multitudo credentiũ, per Dñm nostrũ Iesum Christũ, &c.

In eodem festo. SERMO II.
Est in appendice LXXVIII.

SERMO XXVI.

In eodem festo. SERMO III.
Est in appendice LXXIX.

SERMO XXVII.

In eodem festo. SERMO IIII.

SERMO XXVIII.

PISCATORIS & persecutoris sacratissimum diem geminæ festiuitatis occursu, deuotione præcipua hodie celebremus. Ille quo retia euasit sęculi, iste quo ex prædone confessor factus est Christi. Elegit ecce duos, vnũ piscatorẽ, alterũ grassatorẽ. Illũ vocat ex litore, istũ clamat ex itinere. Illũ accersit ex ponto, istũ terret de cælo. Cũ igitur Petrus linea castra laxaret in freto, Christ⁹ retia misit in verbo. Cepit Christus, cepit & Petrus; Christus discipulũ, Petrus piscicu-
Mtth.4. lum: & dũ circundat gentẽ squameã, ipse venit in retia. Præteriẽs, inquit, Iesus vidit duos fratres, Simonẽ, qui dicitur Petrus, & Andreã fratrẽ eius, retia mittentes in mare. Erãt enim piscatores. Quibus Christus sic ait: Venite, inquit, post me, & faciam vos fieri piscatores hominũ. At illi relictis retibus, secuti sunt eũ. Stabat Petr⁹ mobilitate & gurgite pẽdulus, & inter obscuras aquas inquieti maris, victũ quẽ nõ habebat, artificio requirebat: nutabat super ambiguã vndã, vt posset inuenire capturã. Vario fertur referturq; vestigio, stat mobilis, & mouebatur stabilis. Rimatur inter cæteros marini germinis fluctus, sub obscura fugitiuã insequitur prædã: maculosus paries sit cæca piscibus in mari custodia. Et dũ insidiatur Petrus gregib⁹ æquoreis piscũ in mari, ipse in rete incidit Saluatoris. Fit de prædone prædatio, de piscatore piscatio, de pirata captiuitas. Venite, inquit, post me, & faciã vos piscatores hominũ. At illi relictis retibus suis, secuti sunt eũ. Dũ vellet Petrus inani muro quærens concludere piscẽ, hamo verbi Christus & ipsum tenuit piscatorẽ. Distendebat Petrus sinũ lini, voluit in se vacuã cortinam: & dum insequitur grauidi semper æquoris prolẽ, captorem suũ, emptorẽ Saluatorẽ trahebat, & trahebatur. Exercebat in æquore violentiam, & patiebatur in mẽte capturam. O aquæ genus, pirata reptilũ deseruit artificiũ hoc, quẽ mutasti de pisce ad piscem! Est enim Christus piscis ille, qui ad Tobiã ascendit de flumine viuus: cuius iecore per passionẽ assato, fugatus est diabolus, & per amaritudinẽ fellis afflatus est cæcus, & illuminatus est mundus. De pisce, inquã, ad piscem, de rete ad ecclesiam, de mari ad fontẽ, de captura factus est factura. Reliquit ergo salũ fluctuantem, & cœpit ambulare post piscem. Similitudo artis inflãmat desiderium audientis, vt qui ante capturam latebat in salo,

A verbi nunc retia spargat in mundo. Tunc enim pisces induxit, nunc autẽ homines sagenis spiritalibus irretiuit. Paulus autẽ paruus, sed ex paruo magnus, dũ diceretur Saulus fideræ vocis tuba conterritus, certè elisus audacia, vt seminet erectus in mundo doctrinam. Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Ibat igitur Saulus furiis inuectus, duri pectoris efflabat incendium, sanctorũque sanguinem sitiens, per totam Iudæam alienus ferebatur insania, vt Christi membra laniaret in terris. Fit vna religione crudelis, vt quæstionarius, & innocentium per campos sceleratissimi aggeris euacuatus, vt Iudæa quæ pridem sæuierat in capite, crudelitatẽ exerceret in corpore. Acceperat enim Saulus potestatẽ à principibus sacerdotũ, vt homines fidei nostræ occideret, & germinantẽ fidei campũ manu nefaria detruncaret. Dũ ergo portat Saulus funereũ cõtra milites Christi gladiũ, fulmineũ de cælo ac-
B cepit testimoniũ. Dum grassatur, percutitur: dũ Christi sanctos persequitur, violento radio cælestis luminis cæcatur: & qui aduersus Deũ erigebatur diuina voce, terribiliter prosternitur: Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Caput pro membris clamat. Inquietatur corpus: & intonat Christus in cælis, Saule Saule, quid Act.9. me persequeris? Quid est quod mugit populus, mugit arcanũ, & contra sæuitiã Pauli prouincia conqueritur cæli; vt qui non crediderat resurgentẽ, saltem crederet in cælis sedentẽ: & qui defuncto Apostolorum Domino asseuerat ex sepulchro mendaciũ, de cælo viuentis acciperet testimonium? Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Subitò igitur ad istam diuinam vocem increpationis infixus in terrã, & sæuitiã perdit & semitã: deponit feritatẽ, & incurrit oculorum cæcitatẽ. Cœpit habere ductores, quos habuerat antè persecutores. Vbi nam Paule currebas, quando currebas? Ecce nũc
C aberrans quæris locũ, & qui persequebaris Christum, cæcus curris ad manũ. O Saule rapax lupe, comedes: sed expecta paululũ, & digerens digereris. Credis ergo Saule in Deo, adhibes fidem perfido? Non solent istæ manus in sanguine pollui, nisi te adhuc ab eis videris cruciari. Parũ erat generi tuo, quòd crucifixerat Christum, insuper & manus mittere non formidauit in cælum. Expressit patibulũ, posuit in ostia sepulchri custodes. Iam Christus ascendit ad patrem, & adhuc genitrix tua non caret seueritate. O Iudæa Prophetarum sanguine temulenta, nondum satiata es à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ? Flumina tui sceleris spumant, & te adhuc vsque non satiant? Ab origine mundi sanguinem bibis, & adhuc sitis, nec dum tui facinoris vnda siccauit etiam alueo tui sceleris sitim? Modò Christũ patibulo crucifixisti, & tam citò cru-
D delitate sanguinis aruisti? Sed ecce prosternitur audacia tua, vt sanctitas erigatur. Cadit miles diaboli, vt surgat signifer Christi. Mittit Petrus in seculum retiaculum, circumfert Paulus Dominicum in mundo vexillum. Et iste piscator hominum, & ille titulat signo crucis gentiles. Currunt itaque vterque ad palmam martyrij, & vterque perueniunt ad coronam: non quidem eodem temporis cursu, sed eodem anni vertentis occasu. Petrus pro Christo capite deorsum verso in ligno suspenditur, Paulus pro Christo gladio trucidatur. Ille propriis gressibus proficiscebatur ad Christum, oculisque superiora respiciens, beatum spiritum deducebat ad cælum: iste ceruicem curuat ad pœnam, & offerebat ceruicem capitis ad coronam. Petrum crux necat, Paulum gladius immolat. Duo genera suppliciorum Domini & Christi, in duobus Apostolis Christi. Petrus patitur crucem, Paulus sentit pugionem. Piscatorem suspendit hamus crucis,

persecutorem mucro minuit persecutoris. Nunc ad memoriam piscatoris flectuntur genua imperatoris. Ibi radiant gemmæ diadematis, vbi fulgent beneficia piscatoris. Ex piscatore fecit Dominus Apostolorum principem, ex persecutore fecit Apostolicum confessorem. Præstitit passio socios, quos fecerat fidei prædicatio copulatos. Veneremur ergo principes gregis nostri, si volumus caulas intrare pastoris.

Sermo xxix.

In eodem festo. SERMO V.

HODIE duos Christiani nominis fundatores exultantis Ecclesiæ festa concelebrant. Hi enim duo electi sunt ad duorum populorum salutem: Petrus ad Iudæorum, Paulus ad gentium. Petrus, vt in Iudæa veterem ac desertum agrum repararet, atque eũ sub vmbra legis infructuosum & à calore veri solis absconditum fidei salubritate & gratiæ fœcundaret. Paulus verò ad gentes mittitur, & ad terram nouam, quæ nullam ante dederat frugem, nullũ fuerat experta cultorem, qui aratro Dominicæ crucis proscinderet, & in rudi campo Christi nouellam infatigabilis operarius excitaret. Petrus itaque vineam vbi iam fuerat reparat, Paulus plantat vbi non erat. Petrus in Iudæis arborem ab antiqui germinis nobilitate degenerẽ, in radice sua excolit: Paulus verò in alieno fomite peregrinos ponit gentiũ ramos. Petrus in Iudæis terrã malè fœcũdã excolit: Paulus in gentibus nondũ cultam fœcundat. A Petro in Iudæa olea reparatur, à Paulo in gentibus oleaster inseritur. Petrus in Iudæis mollit duritiam, Paulus in gẽtibus illuminat ignorantiã. Petrus tenebras & vitia pellit ex oculis, Paulus reddit oculos à natiuitate cęcatis. Vario ac diuerso genere innumeri populi ad vnius regis militiã congregantur, ac sic duo potẽtissimi duces Petrus antiquũ de veteribus reducit. Paulus nouũ de gentibus Christi conducit exercitũ. Discurrunt itaq; per vniuersum mũdum duo splendidissimi negotiatores, portantes corã gentibus & regibus & filiis Israël pretiosa fidei mercimonia. Circumferunt aromata iustitiæ, thura diuinæ venerationis, incẽsum cõpunctionis, balsamum castitatis. Illi igitur sal prudentiæ spiritalis, de quibus dicitur, Vos estis sal terræ, quibus vtique animæ condiantur, vt inuiolatæ ab æterna peccati corruptione seruentur. Erogant per omnem terram spiritales dispensatores pretia salutis, thesauros sanctitatis. Quærunt quos secum ad cęlos attrahant piissimi animarum parentes, dispares partiũ studiis, operũ meritis pares. Æquales enim illos ac similes per varia ac diuersa virtutũ genera dixerm. Nã & si cũ Petro Christus vixit in terris, sed Paulum cõpellare non dedignatur è cælis, adhuc etiam persequentem. Sed in opere persequentis Apostoli fidem præuidebat, & ideo quia prospexit zelum, honorauit affectũ. Et quia sub proposito placendi Deo agebatur ignarus ad culpam, statim post admonitionẽ cucurrit deuotus ad gratiã. Quamobrẽ & si in corpore non est locutus cũ Christo Paulus, non minus est illud quod locutus est Christus in Paulo, dicẽte eodẽ, An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? Ac sic quẽ foris prædicationibus præferebat, int' corde gestabat Nescio igitur quid ei defuerit sanctitatis, de cuius pectore Dñs quasi de peculiari templo suo salutaria populis reddebat oracula. Petrus ambulare super aquas debita soli Deo potestate præsumpsit, & rerum obstãte natura per insueti itineris nouas vias pendulum inferens gressum tumentia maris dorsa calcauit; sed non minor Paulus, qui, sicut ipse de se dicit, nocte & die in profundo maris fuit. Non minor, inquam, Paulus, quem velut nouũ Testamenti Ionam, die ac nocte per maris profunda iactatũ absorbuit fluctus & reddidit, quasi sacrum depositum violare nõ audens, quia famulatrix eũ vnda custodiẽs illæsum populorum prædicationibus reseruabat. Hic est quoque beatus Petrus in illa cælestium discipulorũ schola præcipuus, ac primus idoneus qui verba vitæ ex Christi ore suscipiens, per Euangelij potestatẽ Iudęorum gentem perditã quæreret, & abdicatos ad hæreditatẽ vocaret, interpres legis, assertor gratiæ, destructor synagogæ, ecclesiæ reparator: & ideo solus inter Apostolos meruit audire, Amẽ dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: dignus certè qui ædificandis in domo Dei populis lapis esset ad fundamẽtũ, columna ad sustentaculũ, clauis ad regnũ. De hoc ait sermo diuin', Et ponebãt, inquit, infirmos suos, vt vmbra saltẽ trãseũtis Petri obũbraret eos. Si tunc opẽ ferre poterat vmbra corporis, quanto magis nunc plenitudo virtutis? Si tunc supplicantibus proderat aura quædam pertranseuntis, quanto magis gratia nunc permanentis? Meritò per omnes Christi ecclesias auro pretiosius habetur ferrum illud pœnalium vinculorum. Si tam medicabilis fuit obũbratio visitantis, quanto magis catena vincientis? Vt vmbra, inquã, transeuntis Petri obũbraret eos. Si inanis quædam species vacuæ imaginis habere potuit in se vim salutis, quanto plus de corpore meruerunt attrahere salubritatis ferreo pondere sacris impressa mẽbris vincula passionis? Si ad præsidia supplicantiũ tam potens fuit ante martyrium, quanto magis efficax post triumphũ? Felices illi nexus qui de manicis & cõpedibus in coronã mutãdi, Apostolũ cõtingẽtes martyrem reddiderunt: felices catenæ, quæ nudatis penè ossibus inhærentes, viuas reliquias de sanguinis sudore iam attrita carne rapuerunt, tactũque membrorum cruciatus sui sanctificat instrumentum, in quo dum afflictio crescit ad pœnam, causa pœnæ proficit ad gloriam. Felicia vincula, quæ reum suum vsque ad Christi crucem non tam condemnatura, quã consecratura miserũt. In illa itaque cruce imitari metuẽs sacrificiũ redẽptoris, capite in terra demergi elegit. O virtus humilitatis ingenitæ, honorari etiã supplicij genere pertimescit, & qui non recusat Dominici tormenta patibuli, similitudinem expauescit triumphi.

Matth. 5.

2. Cor. 13.

Matth. 16.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, &c. quæ inserta est in sermone xxxi. de verbis Apostoli.
Item in eodem sermones de Diuersis, xci. cvi. cvii. & cviii.
Item in octauis eorundem Apostolorum, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Iussit discipulos ascendere in nauiculã, &c. quæ sumpta est ex sermonibus de verbis Domini, xiii. & xiiii.

DE SANCTA MARIA MAGDALENA.

In festo sanctæ Mariæ Magdalenæ, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Rogabat Iesum Pharisæus quidam, &c. incipiens, Quod admonemur, &c. quæ habetur in libro quinquaginta Homiliarum, xxiii.

DE S. PETRO AD VINCVLA.

In festo sancti Petri ad vincula, Homilia de eo quod scriptũ est in Euãgelio secundum Matthęum, Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, &c. quæ inserta est in sermone xxxiii. de verbis Apostoli.

DE SANCTO LAVRENTIO.

In festo sancti Laurentij.

SERMO I. Sermo xxx.

Est in appendice lxxxx.

In eodem festo. SERMO II. Sermo xxxi.

Est in appendice sermo lxxxi.

In eo-

Sermo xxxii.

In eodem festo. SERMO III.

QVM omnes beatos martyres, quos nobis antiquitas tradit, honorificentia digna miremur, præcipuè tamẽ beati Laurẽtij martyris triumphũ debemus tota deuotione suscipere. Maiorẽ ergo affectum ibi debeo, vbi credulitatem meã cogit cõtẽplatio, quã vbi fidẽ meam hortatur opinio. Maiorẽ, inquã, affectũ ibi debeo, vbi per ea quæ vidi, cõpellor, deuotione credere etiã illa quæ non vidi. Nã cũ audio, aliquãta mihi impossibilia videbantur: sed cœpi ea credere potuisse fieri, dum similia facta esse cõspexi. Et ideo tẽporis nostri passio, hanc nobis tribuit cõferre gratiã, vt fidem præteritam cõfirmaret. Supradictum igitur virũ beatum tota debemus deuotione suscipere. Primũ, quia pretiosum sanguinẽ suũ propter Dominũ tradidit. Deinde, quòd prærogatiuã nobis apud Dominũ nostrũ non minimã tribuit, ostendens qualis esse debeat in Christianis fides. Tertiò, quòd idem tam sanctæ conuersationis fuerit, vt coronam martyrij tẽpore pacis inuenerit. Sed cùm sanctitate tanta beatũ Laurentiũ pro Christi nomine vidissent certare gentiles, errorẽsque eorũ manifestos rationabili castigatione conuinceret, tunc illi inebriati furore rapuerunt eũ, & cæde crudelissima sauciarunt, tunc beati viri corpus flammis in craticula tradiderũt. Verè beatũ corpus, quod nõ ad pœnã funestus ignis, vel tormenta à fide Christi immutauit, sed ad requiem Dominicam sancta religio coronauit. Sed & ipsa flãma ideo susceptit martyrẽ, nõ vt eũ à fide sua ignis mutaret, sed vt probatũ Dño suo redderet. Tali eũ incẽdio beata cõsecrata sunt viscera, non cõdemnata. Cõuenit huic passioni quod ait Apostolus: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Saluus enim iste factus est, dum venerabilis confessionis est incendio cõcrematus. Hæc est tota causa passionis, fratres, propter quã morti addictus est sanctus vir, quòd sui similes cęteros hortaretur. Nam exhortatio illa in tantũ profecit, vt illo à sęculo recedente, fides eius regionis ipsius loca vniuersa peruaserit. Ita Christus tunc in beato martyre suo Laurentio persecutiones passus est: nunc illic plurimi Christianorũ exultant in populis. Sufficere nobis debent ad profectum salutis nostræ martyrũ exempla sanctorũ, qui propter adipiscendam cælestẽ coronam omnibus se mandatis Dominicis subdiderunt, & ita cunctis deuinxerunt se legibus Saluatoris, vt propter ante actã vitã mererentur ad hanc martyrij gloriam peruenire. Non enim illo in tempore tantum perfecerũt præceptũ Domini, quo confessionis supplicium pertulerunt; sed necesse fuit illis prius secundum Euãgelium vixisse, vt Christi passionibus participarẽtur. Necesse est, inquam, vt initia bona fierent quorũ finis est optimus subsecutus, & martyres eos nõ solùm fuisse cùm passi sunt, sed etiam tunc martyres Christi esse cùm viuerent. Martyr enim Græcè, Latinè Testis dicitur. Igitur quotiencunque bonis affectibus mandatum Christi facimus, totiẽs Christo testimoniũ perhibemus. Vnde & crux Domini non tantũ illa dicitur, quæ passionis tempore ligni affixione construitur, sed illa quæ totius vitæ curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. De qua mihi videtur Saluator dicere, Qui vult post me venire, tollat crucem suam, & sequatur me. Nunquid enim omnes martyres qui secuti sunt Dominum, crucifixi sunt cũ Domino? Nunquid omnes virgines qui iuxta Apocalypsim sequuntur agnum Dei, crucifixi sunt vt sequãtur? Nunquid Paulus apostolus crucifixus fuerat, cùm dicebat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Dominí nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo? Hoc autem dicit, vt intelligas crucem non ligni esse patibulũ, sed vitæ virtutisq; propositũ. Tota igitur vita Christiani hominis, si secundũ Euangelium viuat, crux est atque martyrium.

1. Cor. 3.

Maximus.

Matth. 16.

Gal. 6.

In eodem festo. SERMO IIII. Sermo xxxiii.

Est in appendice lxxxii.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Amen dico vobis, nisi granum frumenti, &c. incipiens: Humilitatis magnæ, &c. quæ sumpta est de expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.
Item in eodem sermones de Diuersis xxxvii. xxxviii. & cxi.

IN FESTO ASSVMPTIONIS *sanctissimæ Dei genitricis virginis Mariæ.*

SERMO PRIMVS. Sermo xxxiiii.

Qui habetur in tomi noni appendice, tractatu viii.

In eodem festo. SERMO II. Sermo xxxv.

Est in appendice lxxxiii.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. quę habetur de verbis Domini, xxv. & xxvii.

DE DECOLLATIONE SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ.

In festo decollationis sancti Ioannis Baptistæ.

SERMO I. Sermo xxxvi.

Est in appendice sermo lxxxiiii.

Item alij de eodem, inter sermones à Parisiensibus additos, x. & xi.

In natali B. Cypriani sermo, inter additos à Parisiensibus. xii.
Et sermones de Diuersis cxiii. cxiiii. cxv. & cxvi.

DE OMNIBVS SANCTIS.

In festo omnium Sanctorum.

SERMO I. Sermo xxxvii.

Est in appendice lxxxv.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Videns Iesus turbas, ascendit in montem, &c. quæ sumpta est ex primo libro, De sermone Domini in mõte, tom. 4.
Item in eodẽ alius sermo, inter eos quos Parisienses addiderunt, xiiii.

DE ANIMABVS FIDELIVM DEFVNCTORVM.

In die commemorationis animarum fidelium defunctorum, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Venite benedicti, &c.

SERMO I. Sermo xxxviii.

MODO cùm Euangelica lectio legeretur, audiuimus dicentem Dominum, *Venite benedicti, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Vt ergo istam vocem desiderabilem audire, & ab audito malo possitis per Dei gratiam liberari, totis viribus, Deo auxiliante, contendite lectionem diuinam in domibus vestris frequenter legere, & in ecclesia libenter & obedienter audire. Sicut illi vox desiderabilis est, per quam dicitur misericordibus, Venite benedicti, percipite regnum: ita econtrariò scleratis & immisericordibus metuenda est & valde terribilis, *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Auertat à nobis hoc Deus, fratres charissimi, & ab auditu malo nos liberare dignetur, vt in nobis impleatur illud quod scriptum est, In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Hoc est auditum malum quod audituri sunt impij. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Irreuocabilis enim sententia erit, quæ à piissimo Deo ideo multo antè prædicitur, vt à nobis totis visceribus caueatur. Si enim nos Deus noster vellet punire, non nos ante tot sęcula commoneret. Inuitus quodammodo vindicat, qui quomodo euadere possimus, multo antè demonstrat. Non enim te vult percutere, qui tibi clamat,

Matth. 25.

Psal. 111.

Obserua. Cõsiderate tamẽ quid dictur⁹ est ad dexterã
Matth.25. positis: Venite, inquit, benedicti, percipite regnũ quòd
A vobis paratum est ab origine mundi. Aduertite fratres
charissimi, quia regnũ cælorũ nobis prædestinatũ, ge-
henna autẽ nõ nobis, sed diabolo præparata est. Deni-
que sic audituri sunt ad sinistrã: *Esurini enim*, inquit, *&*
nõ dedistis mihi mãducare. Ergo nec illi quiad dexterãerũt,
ideo accipiunt, quia nunquã pe ccauerũt, sed quia pec-
cata sua mundare eleemosynis studuerunt. Et illi qui
ad sinistram erunt, non ideo mittuntur ad ignem quia
peccatores fuerunt, sed quia peccata sua eleemosynis
redimere noluerunt. Ac sic & illos largitas sola glori-
ficabit, & istos sola sterilitas condemnabit: quia sicut
impossibile est, vt nullus homo possit sine peccato esse,
sic per Dei misericordiam possibile est, vt bonis operi-
bus, & præcipuè eleemosynis se vnusquisque redimat
à peccato, vt tamen in malo impleatur quod scriptum
est, Iudiciũ sine misericordia illi qui non fecit miseri-
Iacobi 2. cordiam. Cõsequẽter & in bono illud in Psalmo, Dis-
Psal.111. B persit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum
seculi. Et hoc cõsiderate fratres, pro qua re mittuntur
in ignẽ æternũ. Non enim illis dicendũ est, quia homi-
cidia fecistis, adulteria cõmisistis, quia alienam substã-
tiam rapuistis: sed hoc solũ audituri sunt, quia esuriui,
& nõ dedistis mihi manducare. Rogo vos, fratres, no-
lite hæc transitoriè cogitare, nec credatis quòd hoc de
Iudæis tantum aut Paganis vel hæreticis fuerit dictũ:
sed definitissimè credite, quia hoc Christiani & Ca-
tholici qui in malo opere perseuerare voluerint, audi-
turi sunt. Ad iudiciũ enim nõ veniunt nec Pagani, nec
Ioan.3. hæretici, nec Iudæi: quia de ipsis scriptum est, Qui non
credit, iam iudicatus est. Et ideo inter illos qui ad sini-
stram mittendi sunt, nõ solùm laici erunt, sed & multi
episcopi, quod peius est, clerici mali, vel monachi cu-
pidi vel superbi, simul & sanctimoniales & viduæ ira-
cundæ, superbæ, vel cupidæ, & si eis fructuosa pœnitẽ-
tia non subuenerit, audituri sunt illam metuendã & ir-
reuocabilẽ vocẽ, Discedite à me maledicti in ignẽ æ-
ternum. Sẽtentia ista, si eam fideliter cũ ingenti timore
voluerimus audire, ab omni opere malo nos poterit
reuocare. Diligẽter ergo cauete & videte quid Veritas
dixit, Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ: quia e-
suriui, & non dedistis mihi manducare. Si in ignẽ mit-
tetur qui esurienti nõ dedit panẽ suũ, putas vbi mittẽ-
dus est qui tulit alienũ? Si in ignẽ mittetur qui nudum
nõ vestit, vbi mittendus est qui vestitum expoliauit? Si
cum diabolo dãnatur qui hospitibus nõ præbuit do-
mum suã, putas vbi mittendus est qui tollit alienã? Si
perituru⁹ est qui carcerem nõ visitauit, quid de illo fiet
qui fortè in carcerẽ misit? Rogo vos, fratres charissimi,
hinc attẽdite, quã spẽ habere possunt qui mala faciũt,
quando illi perituri sunt qui bona nõ faciunt? Deniq;
& alio loco Dũs terribiliter nos admonet, dicens: Om-
nis arbor quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur, & in i-
gnem mittetur. Nõ dixit, Quæ facit fructũ malũ: sed,
Quæ nõ facit fructũ bonũ. Hinc ergo possumus eui-
denter agnoscere, quas pœnas arbor spinosa in die iu-
dicij patietur, quando illa quæ fructũ nõ dederit, exci-
detur, & in ignem mittetur. Nemo se decipiat, fratres
charissimi; nemo se falsa spe circumueniat: quia Chri-
stiani nominis nõ facit sola dignitas Christianũ, nihil-
Iacobi 2. que prodest quòd aliquis Christianus vocatur in no-
mine, si hoc nõ ostendit in opere. Scriptũ est enim, Fides
sine operibus mortua est. Qui eũ credit, & opera bo-
na nõ exercet, clamat illi Scriptura diuina, Tu, inquit,
credis quia Deus vnus est, bene facis. Et dæmones cre-
dunt, & cõtremiscũt. Ac sic qui credunt, & opera bona
non faciunt, fidẽ dæmonũ videntur habere. Qui verò
non credunt, peiores dæmonibus comprobantur. Et
A illud diligenter considerandum est quod Dominus
dicit: Qui audit mandata mea, & facit ea, ipse est qui
diligit me. Et iterum: Si quis diligit me, mandata mea Ioan.14.
seruat. Et sine dubio qui non custodit, non diligit.
Et illud valde timendum est, quod iterum Dominus
dicit: Quid prodest quòd dicitis, Domine Domi-
ne, & non facitis quæ dico vobis? Scire debemus, fra-
tres charissimi, quòd nihil prodest verbis proferre fidẽ,
& factis deserere veritatẽ. Sicut nõbis non placet, si ser-
ui nostri verbis se profiterentur esse nostra mancipia,
& tamen nõ velint implere opera sua: ita nec Deo pla-
cet, si quisq; Christianũ verbis tantũmodo esse pronũ-
ciat: & opera quæ fieri iussit Christus, implere dissimu-
let. Denique beatus Apostolus, cũ de reddenda ratio-
ne in die iudicij loqueretur, ita pronunciauit dicens:
Oportet nos, inquit, omnes stare ante tribunal Chri- 2.Cor.5.
sti, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit
B siue bonũ, siue malum: & Dũs in Euangelio, Tunc, in- Matth.6.
quit, reddet vnicuiq; secundũ opera sua. Non dixit, Se-
cundũ fidẽ suã: sed, Vnicuiq; secundũ opera sua: quia,
sicut iam suprà dictum est, Iacobus apostolus clamat,
Fides sine operibus mortua est. Nos ergo, fratres cha-
rissimi, si & pœnam euadere, & ad æternam beatitudi- Iacobi 2.
nem volumus peruenire, non solùm credamus in Deũ,
sed etiam toto corde diligamus, & quantum possu-
mus, ipso adiuuante bona opera facere studeamus, vt
cùm, ipso auxiliante, fecerimus quæ præcepit, mereca-
mur recipere quæ promittit, Amen.

Eodem die, de iudicio extremo, & parabola zizaniorum.

SERMO II. SERMO XXXIX.

REcogitemus, fratres charissimi, cũ-
cta mala quæ fecimus, vt minis æterni
iudicis perterriti, ad vltimum saltem stu-
C deamus bona facere. Vnde Dominus in
Euangelio dicit: Non omnis qui dicit Matth.7.
mihi, Domine dñe, intrabit in regnũ cælorum: sed qui
facit voluntatem patris mei qui est in cælis, ipse intra-
bit in regnum cælorum. Hoc etiam, fratres charissimi,
cogitare debemus, quia in illa die reddet Deus vnicui-
que secũdum opera sua, bonis bona, & malis mala. Bo-
nos mittet in vitam æternam, malos in ignẽ æternũ. Vç
illi homini qui cum diabolo mansionẽ habebit. Pen-
semus quòd istud regnũ finẽ habet, regnũ Dei finem
non habet. Ista vita laboriosa, caduca & fragilis, plena
scandalis, inuidiosa, quid aliud quærit nisi manducare,
bibere, inebriari, luxuriari, detractiõnes facere? Certè
vbi volumus permanere, illuc debemus festinare. Fra-
tres, nos peregrini sumus in hoc mundo, conuertamur
ad Dũm, qui fecit nos. Fratres, audistis quòd Dũs vin-
D dicare veniet, & peccatores mittet in ignem æternum,
sicut in Psalmo dicit: Exurgat Deus, & dissipentur ini- Psal.67.
mici eius. Quid autẽ suis dicturus sit in die illa, audia-
mus: Venite benedicti patris mei. Et iusti regnabũt si- Matth.25.
ne fine cũ Christo, sicut dicit, Et iusti epulentur, & ex-
ultẽt in cõspectu Dei. Et, Dñe, nõnne bonũ semen se-
minasti in agro tuo, vnde ergo mixtũ est zizania? Et ait
illis: Inimicus homo hoc fecit. Primũ colligite zizania,
& alligate per fasciculos ad cõburendũ. Messis hæc, est
genus humanũ in consummatione seculi ad iudicium
cõgregãdũ. Zizania, peccatores. Inimicus homo dia-
bolus, qui superseminauit peccata. Messores sunt an-
geli, qui eligunt iustos à peccatoribus. Ligate fascicu-
los, hoc est, rapaces cũ rapacibus, adulteros cũ adulte-
ris, fornicatores cũ fornicatoribus, homicidas cũ ho-
micidis, auaros cũ auaris, iracũdos cũ iracũdis, falsos
testes cum falsis testibus, fures cum furibus, derisores
cum

cum deriſoribus, ſimiles cum ſimilibus. Hi ſunt faſci-
A culi ad comburendũ. Triticũ autẽ congregate in hor-
reũ meũ, id eſt, mittite iuſtos in paradiſum. Fratres, ex-
paueſcere & timere debemus de tam breui ſatietate, de
tam longa fame, de tam longis tenebris, de tam breui
luce. Dũ tẽpus habemus, conuertamur ad Dominum,
qui fecit nos, vt non mereamur introire in illas tene-
bras, ſed in lucem: quia omnis homo cuius opera facit,
eius filius eſt. Si opera Dei facimus, filij Dei ſumus.
Quod modò peccamus citò emendare debemus, &
Pſal.68. non addere peccata peccatis. Vnde Pſalmiſta, Appo-
nite iniquitatem ſuper iniquitatem eorũ, & non intrẽt
in iuſtitiam tuã. Cõfeſſionẽ quæramus puro corde, &
pœnitentiam donatã à ſacerdotibus perficiamus. No-
lite iram recondere in cordibus veſtris, quia quando
iram portamus, nec oblatio nec oratio àdeo recipitur.
Date eleemoſynã, recipite peregrinos in domibus ve-
ſtris, pedes eorũ lauate, & lectos ipſorũ præparate, do-
B lentes conſolamini. Nolite deſpicere peregrinos, quia
ipſi peregrini eſtis. Nõ circumuenias fratrẽ tuũ in ne-
gotio, quia Deus iudex eſt. Pauperes & viduas & or-
phanos nolite opprimere. Nolite de rapinis pauperũ
eleemoſynas facere. Triſtatur qui perdit, gaudet qui
acquirit. Lucratur pecuniam, & perdit animã. Atten-
dit quid acquirit, & nõ attendit quid perdit. Fratres,
cũ Domini adiutorio, dum tempus habemus, labore-
mus quaten⁹ à malis ſimus pœnitẽtes aut per ieiuniũ,
aut per eleemoſynas, aut per vigilias, aut per orationes,
aut per charitatẽ, vt mereamur peruenire ad regna cæ-
leſtia, vbi eſt ſatietas ſine fame, vbi eſt lux ſine tenebris,
iuuentus ſine ſenectute, requies ſine labore, gaudium
ſine fine. Ipſe qui nos creauit, nos adiuuet, vt ad cæle-
ſtia regna mereamur peruenire, per Chriſtum Domi-
num noſtrum, Amen.

Eodem die, de iudicio extremo cogitando.

SERMO XL. SERMO III.

FRatres chariſſimi, quã timẽdus eſt
ille dies, in quo Dominus noſter Ieſus
Chriſt⁹ proponit venire cũ flãma ignis,
qui inflãmabit aduerſarios ſuos, & eos
Matth.24. qui faciunt iniquitatem. In illa die plã-
gent ſuper ſe omnes tribus terræ, & videbunt filiũ ho-
minis venientẽ in nubibus cæli cũ virtute magna, &
maieſtate excelſa, & cõmouebitur ante eũ tra, & pecca-
tores peribũt, & cælũ plicabitur, & mare ſiccabitur, &
mõtes ſicut terra ardebũt, & terra vſq; ad inferos. Sol
cõuertetur in tenebras, & luna non dabit lumẽ ſuũ, &
ſtellæ cadẽt de cælo in terram, & virtutes cælorũ cõ-
mouebũtur, & tũc apparebit ſignũ filij hominis, quod
eſt crux Chriſti, in cuius lumine tenebrabitur totus
mundus. Tũc ſancti volabũt obuiã Chriſto in aẽra, &
D ſic ſemper cũ Domino erunt, peccatores autẽ peribũt
& cõfundentur. Et tunc fiet iudicium. Et tunc veniet
Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & mittet angelos ſuos
ad quatuor angulos terræ, & cõgregabũt electos eius à
ſummo cæli vſq; ad ſummũ eius, & tũc ſeparabit Do-
minus ſanctos ſuos à peccatoribus, & mittet eos in
caminũ ignis ardentis, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ, qui
præparatus eſt diabolo & angelis eius. Væ illis homi-
nibus qui habebunt manſionẽ cũ diabolo, ex qua aſcẽ-
det fumus tormẽtorũ in ſecula ſeculorũ. Quorũ ver-
mes nõ morientur, & ignis nõ extinguetur. In qua nul-
la vox niſi gemitus, vbi nulla requies', ſed ſemper in-
quietudo. In qua nullũ habebũt refrigeriũ, ſed ſemper
flammã; vbi lux nunquã videbitur niſi tenebræ, & non
venient vnquã in memoriam ante Deũ. Quorũ cibus
eſt cruciatus, & manſio eorũ cũ diabolo, vbi nulla viſi-
tatio niſi pœna. O homo qui deſideras regnũ Dei poſ-
A fidere, cur feciſti malũ? Dum potes emẽda, dum tem-
pus habes clama ad omnipotentẽ Deũ, dũ datur ſpatiũ
luge, dũ licentia eſt pœniteas, feſtina dũ potes, dũ anim-
ma verſatur in corpore, dũ adhuc viuis futurũ reme-
diũ require tibi prius, quã te profundũ abſorbeat pela-
gus, & prius quã te malignus rapiat infernus, vbi nulla
datur indulgentia, vbi nullus regreditur ad veniam: de
qua pœna pius nos Dũs eripere dignetur', qui cũ Deo
patre viuit & regnat per omnia ſecula ſeculorũ, Amẽ.

Eodem die, de igne Purgatorij.

SERMO IIII. SERMO XLI.

IN lectione Apoſtolica, fratres chariſſi-
mi, audiuimus Apoſtolũ dicentẽ, Fũda- 1.Cor.3.
mentũ aliud nemo poteſt ponere præter
id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ie-
ſus. Si quis autẽ ſuperædificat ſupra fũ-
damentũ hoc, aurum, argentũ, lapides pretioſos, ligna,
B fœnũ, ſtipulã, vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit. Dies
enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, &
vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis cõprobabit. Si cuius
opus mãſerit quod ſuperædificauit, mercedẽ accipiet.
Si cuius arſerit, detrimentũ patietur: ipſe autẽ ſaluus e-
rit: ſic tamen quaſi per ignẽ. Multi ſunt qui lectionem
iſtam malè intelligentes falſa ſecuritate decipiuntur,
dũ credunt, quòd ſi ſupra fundamentũ Chriſti capita-
lia crimina ædificent, peccata ipſa per ignẽ tranſitoriũ
poſſint purgari, & ipſi poſtea ad vitã peruenire. Intelle-
ctus iſte, fratres chariſſimi, corrigendus eſt, quia ipſi ſe
ſeducũt qui taliter ſibi blandiũtur. Illo ẽnũ tranſitorio
igne, de quo dixit Apoſtolus, Ipſe autem ſaluus erit, ſic
tamen quaſi per ignẽ: nõ capitalia, ſed minuta peccata
purgantur. Et quamuis, q̃ peius eſt, non ſolũ maiora,
ſed etiã minuta, ſi nimium plura ſint, mergunt: de ipſis
maioribus ſiue minoribus peccatis, & ſi non omnia
C vel aliqua cõmemoranda ſunt, nec aliquis ſe inaniter
excuſare conetur, & dicat neſcire ſe quæ ſint minuta
peccata, vel quæ crimina capitalia. Et quamuis Apo-
ſtol⁹ capitalia plura cõmemorauerit, nos tamẽ ne deſ-
perationẽ facere videamur, breuiter dicimus quæ ſunt
illa: Sacrilegiũ, homicidiũ, adulteriũ, falſum teſtimo-
nium, furtum, rapina, ſuperbia, inuidia, auaritia: & ſi
longo tẽpore tenetur iracundia, & ebrietas ſi aſſidua
ſit, in eorum numero cõputatur. Quicũque eũ aliqua
de iſtis peccatis in ſe dominari cognouerit, niſi dignè
ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpatiũ, longo tẽpore pœ-
nitentiã egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à
peccatis ipſis abſtinuerit, illo tranſitorio igne, de quo
ait Apoſtolus, purgari non poterit, ſed æterna illum
flamma ſine vllo remedio cruciabit. Quæ autem ſint
minuta peccata, licet omnibus nota ſint, tamen quia
longum eſt vt omnia replicentur, opus eſt vt ex eis vel
D aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo aut in po-
tu plus accipit quàm neceſſe ſit, ad minuta peccata
nouerit pertinere. Quoties plus loquitur quàm o-
portet, aut plus tacet quàm expedit. Quoties paupe-
rem importunè petentem exaſperat. Quoties cùm
corpore ſit ſanus, aliis ieiunantibus prandere voluerit,
aut ſomno deditus tardius ad eccleſiam ſurgit. Quo-
ties excepto deſiderio filiorum, vxorem ſuam cogno-
uerit. Quoties in carcere clauſos, & in vinculis poſitos
tardiùs requiſierit. Quoties infirmos tardiùs viſitaue-
rit. Si diſcordes ad concordiam reuocare neglexerit.
Si plùs aut proximum, aut vxorem, aut filiũ, aut ſeruũ
exaſperauerit quàm oportet. Si amplius fuerit blandi-
tus quàm expedit. Si cuicũque maiori perſonæ aut ex
voluntate, aut ex neceſſitate adulari voluerit. Si pau-
peribus eſurientibus cibũ nõ dederit, aut nimium de-
liciosa, aut ſumptuoſa ſibi conuiuia præparauerit. Si ſe

in ecclesia aut extra ecclesiam fabulis otiosis, de quibus in die iudicij ratio reddenda est, occupauerit. Si dum incautè iuramus, & cũ hoc per aliquã necessitatem implere nõ poterimus, vtiq; periuramus. Et cũ omni facilitate vel temeritate maledicimus, cũ scriptũ
1.Cor.6. sit, Neq; maledici regnũ Dei possidebũt. Et cũ aliquid suspicamur temerè, quod tamẽ plerunque non ita, vt credimus, cõprobatur, sine vlla dubitatione delinquimus. Hæc enim, & his similia, ad minuta peccata pertinere non dubiũ est, quæ, sicut iam dixi, enumerari vix possunt, & à quibus non solũ populus Christianus, sed etiam nullus sanctorũ immunis esse potuit aliquando, aut poterit. Quibus peccatis licet occidi animã nõ credamus, ita tamẽ eam velut quibusdam pustulis, & quasi horrẽda scabie replentia deformẽ faciunt, vt eã ad amplexus illius sponsi cælestis aut vix, aut cũ grandi
Ephes.6. cõfusione venire permittant. De quo scriptũ est, Apparuit sibi Ecclesiam non habentẽ maculam aut rugã. B Et ideo continuis orationibus, & frequentib⁹ ieiuniis, & largioribus eleemosynis, & præcipuè per indulgentiam eorũ qui in nos peccant, assiduè redimantur, ne fortè simul collecta cumulũ faciant, & demergant animam. Quicquid enim de istis peccatis à nobis redemptum nõ fuerit, illo igne purgandũ est, de quo dixit A-
1.Cor.3. postolus, Qui in igne reuelabitur. Et si cuius opus arserit, detrimẽtũ patietur. Aut eũ, dũ in hoc mũdo viuim⁹, ipsi nos per pœnitẽtiã fatigam⁹: aut certè volẽte aut permittẽte Deo multis tribulationib⁹ pro istis peccatis affligimur, & si deo gratias agimus, liberamur. Quod ita fit, si quotiens maritus, aut vxor, aut filius moritur, vel si substãtia quæ à nobis plus quàm oportet amatur, aufertur. Licet plus Christũ quã ipsam substantiam diligamus, & si necessitas fuerit, malimus ipsam substantiam perdere, quàm Christum negare: tamẽ quia, sicut iam dixi, si plus eam, quã oportet diligimus, amittere C eam aut dum viuimus, aut dum morimur, sine grandi dolore non possumus: & tamen, si Deo, qui illam à nobis auferri velut pius pater permittit, tanquã boni filij gratias agamus, & minus nos pati quã meremur cũ vera humilitate proferamus, ita peccata ipsa in hoc seculo purgantur, vt in futuro ille ignis purgatorius aut nõ inueniat, aut certè parum inueniat quod exurat. Si autẽ nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operib⁹ peccata redimimus, ipsi tamdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu supradicta peccata minuta tanquam ligna, fœnũ, stipula cõsumãtur. Sed dicit aliquis, Nõ pertinet ad me quamdiu moras habeam, si tamen ad vitam æternã perrexero. Nemo hoc dicat, fratres charissimi, quia ille purgatorius ignis durior erit quã qui potest in hoc seculo pœnarũ videri aut cogitari, aut sentiri. Et cũ de die iudicij scri-
Psal.89. ptũ sit, quòd erit dies vnus tanquã mille anni, & mille D anni tanquã dies vnus, vnde scit vnusquisq; vtrum diebus an mensibus, aut fortè etiã & annis per illum ignẽ sit transiturus? Et qui modò nec vnũ digitũ suũ in ignẽ vult mittere, timeat necesse est vel tunc paruo tempore cũ anima & toto corpore cruciari: & ideo totis viribus vnusquisq; laboret, vt capitalia crimina possit euadere, & minuta peccata, ita operibus bonis redimere, vt de ipsis nihil videatur remanere quod ille ignis possit absumere. Illi autẽ qui capitalia crimina cõmittũt, si quamdiu viuunt, ea redimere pœnitentiæ medicamentis noluerint, ad illũ ignẽ, de quo dicit Apostolus,
1.Cor.3. Ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ: sicut iam dictum est, venire non poterunt, sed magis illam durã & irreuocabilem sentẽtiam audituri sunt, Discedite à
Matth.25. me maledicti in ignẽ æternum. Et ideo, qui ab ista perpetua pœna, & ab illo purgatorio igne desiderant liberari, crimina capitalia nõ admittant: aut si iam cõmiserunt, fructuosam agant pœnitentiã, & illa parua vel A quotidiana peccata bonis operibus redimere non desistant. Quibus tamen operibus minutã peccata redimãtur, pleniùs vobis insinuare desidero. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos, & positos in vinculis requirimus, discordes ad concordiã reuocamus, in dicto ecclesiæ ieiunio ieiunamus, pedes hospitib⁹ abluimus, ad vigilias frequẽter cõuenimus, eleemosynã ante ostiũ prætereuntibus pauperibus damus, inimicis nostris, quoties petierint, veniam indulgemus. Istis enim operibus, & his similibus, minuta peccata redimuntur quotidie. Pro capitalibus verò criminibus non hoc solum sufficit, sed addendæ sunt lachrymæ, rugitus & gemitus, continuata longo tẽpore ac protracta ieiunia, & largiores eleemosynæ erogandæ, vltrò nosipsos à cõmunione Ecclesiæ remouentes, in luctu & in tristitia multo tẽpore permanentes, & pœnitentiam etiam publicè agẽtes: quia iustum est, vt qui cum multorum destructione se perdiderit, cũ multorũ ædificatione se redimat. Ad extremũ non est impossibile vel incõgruũ quod suggero, vel sic lugeamus extinctam nostram animam, quomodo alienam carnem mortuam plangimus. Si aut vxor, aut filius, aut maritus mortui fuerint, in terram se collidunt homines, capillos trahendo, pectora tundendo, in luctu & pœnitẽtia, vel in lachrymis non paruo tẽpore perseuerant. Rogamus fratres, exhibeamus nos animæ nostræ quod illi exhibent alienæ carni. Et hoc videte fratres, quã malũ sit, vt lugeamus quod non possumus suscitare. Carnem quã non possumus suscitare plangimus, & animã nostrã mortuã non plangimus, quã possumus per pœnitentiã ad statũ pristinũ reuocare. Sed quod nobis peius est, corpus mortuũ plangimus quod amamus; animã verò mortuam quã non amamus, nõ dolemus, nõ plangimus. Et ideo mutata vice incipiamus plus Dominũ amare quã seruum, id est, plus factorẽ corporis quã corpus: plus dominã quàm ancillã, id est, plus animã ad imaginẽ Dei factã, quàm carnẽ de limo terræ formatam: vt cùm die vltimo caro nostra putrescere, & à vermibus deuorari cœperit in sepulchro, anima in Abrahæ gremio angelorũ manibus eleuetur, & in die iudicij recepto per resurrectionẽ corpore audire mereamur: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiũ Domini tui. Et vt hæc, quę suprà diximus, cordibus vestris tenaciùs valeãt inhærere, & ipsa Apostolica lectio pleniùs possit intelligi, breuiter ea charitati vestræ volo repetere. Omnes sancti qui Deo fideliter seruiũt, lectioni vel orationi vacare, & in bonis operibus perseuerare cõtendunt, nec capitalia crimina, nec minuta peccata, id est, ligna, fœnũ & stipulã supra fundamentũ Christi, sed bona opera, id est, aurũ, argentũ, lapides pretiosos superædificantes, per ignẽ illũ, de quo dicit Apostolus, Quia in igne reuelabitur, absque vlla violatione trãsibũt. Illi verò, qui quamuis capitalia crimina non admittãt, & ad perpetrãda minuta peccata sunt faciles, & ad redimẽda sunt negligentes, ad vitam æternã pro eo quòd in Christũ crediderunt, & capitalia peccata non admiserunt, vẽturi sunt: sed prius aut in hoc seculo per Dei iustitiam vel misericordiã, sicut iã dictum est, amarissimis tribulationibus sunt coquendi, aut illi ipsi per multas eleemosynas, & præcipuè dum inimicis suis clementer indulgent, per Dei misericordiam liberandi, aut certo illo igne, de quo dicit Apostolus, longo tempore cruciãdi, vt ad vitam æternã sine macula & ruga perueniant. Illi verò qui aut homicidiũ, aut sacrilegium, aut adulteriũ, vel reliqua his similia cõmiserunt, sicut iam dictum est, si eis digna pœnitentia nõ subuenerit, nõ per pur-

purgatorium ignẽ transire merebuntur ad vitam, sed æterno incendio præcipitabuntur ad mortem. Et ideo A quoties in lectione Apostolica audieritis, Si quis supra fundamentũ Christi superædificat aurũ, argẽtum, lapides pretiosos, de sanctis hoc & perfectis Christianis accipite, qui velut aurũ purgatũ merebuntur ad æterna præmia peruenire. Illi verò superædificant ligna, fœnũ & stipulã, de bonis Christianis, sed negligentius minuta peccata purgare, vt sæpe dictum est, intelligite: quæ peccata si nec diuina iustitia multis tribulationib⁹ purgauerit, nec vnusquisq; eleemosynarũ largitate redemerit, nõ sine grandi dolore illis implebitur illud q̃ dicit Apostolus, Si cuius opus arserit, detrimentũ patietur ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Nemo tamen, sicut iam suprà dictũ est, seipsum circũueniat, vt hoc etiam pro capitalibus criminibus, si incurata remanserint, posse fieri credat. Et ideo, sicut iã sæpe dixi, quantũ possumus, cum Dei adiutorio labo- B remus, vt & maiora peccata possimus euadere, & minuta sine quibus esse nõ possum⁹, iugiter amore inimicorũ & eleemosynarum largitate redimere, præstante Domino Iesu Christo, qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

DE SANCTIS IN GENERE, SIVE COMMVNITER.

DE APOSTOLIS.

In festis sanctorum Apostolorum, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.

SERMO XLII. CAP. I.

SERMO D. AVGVST. I.

IN lectione Euangelij, quæ modò recitata est, admonemur quærere quę sit messis de
Lucæ 11. qua Dominus ait, *Messis quidẽ multa, operarij autem pauci. Rogate Dominũ messis, vt mit-* C *tat operarios in messem suam.* Tunc adiecit duodecim discipulis suis, quos & Apostolos nominauit, alios septuaginta duos, & misit illos omnes, sicut ex verbis eius apparet, ad paratã messem. Quæ ergo erat illa messis? Nõ enim illa messis in his gentibus erat, vbi nihil fuerat seminatũ. Restat ergo, vt intelligamus, istã messem fuisse in populo Iudæorũ. Ad illã messem venit Dñs messis, ad illã messem misit messores: ad gẽtes autẽ nõ messores, sed seminatores. Intelligamus ergo messem factã in populo Iudæorũ, sementẽ in populis gentiũ. Ex illa enim messe Apostoli electi sunt, vbi iam cũ meteretur, maturũ erat, quia ibi Prophetæ seminauerunt. Delectat inspicere agriculturam Dei, & oblectari donis ei⁹, & opera in agro eius. In hac enim agricultura operabatur qui dicebat, Plus omnibus illis laboraui. Sed vi-
1.Cor.15. res ei dabantur ad operandũ à Dño messis: ideo subiecit, Nõ ego sum, sed gratia Dei mecũ. Nam se in agri- D cultura versari satis ostendit, vbi ait, Ego plantaui, A-
1.Cor.1. pollo rigauit. Hic autẽ Apostolus de Saulo Paulus, hoc
Paulus modicus. est de superbo minimus. Saulus enim à Saule denominatur. Paulum enim modicũ est. Vnde nomen suum
1.Cor.15. quodãmodo interpretatur ait, Ego sũ minimus Apostolorum. Ipse ergo Paulus, id est, modicus & minimus missus ad gentes, præcipuè ad gentes se missum dicit. Ipse scribit, nos legimus, credimus, prædicamus: Ipse
Gal.1. ergo dicit in epistola sua quæ est ad Galatas, vocatum se iam à Domino Iesu venisse Hierosolymam, & Euãgelium cum Apostolis contulisse, dexteras sibi datas fuisse, & signum concordiæ, signum cõsonantiæ, quod ab se ipsi didicerant, eis in nihilo discrepabat. Deinde placuisse dicit inter se & ipsos, vt ipse ad gentes, illi autem in circuncisionẽ irent; ille seminator, illi messores. Meritò etiam Athenienses, quamuis nescientes nomen suum ei dixerũt: Audientes enim ab eo verbũ, Act.17. Quis est, inquiunt, hic seminator verborum?

ATTENDITE ergo, & delectet vos mecũ inspice- CAP.II. re agriculturam Dei in messes duas, vnam transactam, Messes duæ, Iudæorum & Gentium. aliam futuram. Transactam in populo Iudæorum, futuram in populis gentiũ. Probemus hoc. Et vnde nisi de Scriptura Dei Dñi messis? Ecce habemus ibi præsenti capitulo dictũ esse: Messis multa, operarij autem pauci. Rogate Dñm messis, vt mittat operarios in messem suam. Sed quia in illa messe futuri erant contradictores & persecutores Iudæi, *Ecce*, inquit, *mitto vos sicut* Luc.10. *agnos in medio luporum.* Euidentius de hac messe aliquid ostendamus in Euangelio secundum Ioannẽ, ad puteũ vbi fatigatus Dñs sedit, magna quidẽ acta sunt sacramenta, sed angustũ tempus est, vt omnia pertractẽtur. Quod autẽ ad præsentẽ rem pertinet, audite. Susce-
pimus enim messem eandẽ in populis, in quibus Prophe- B tæ prædicauerũt: ideo enim illi seminatores, vt Apostoli possint esse messores. Samaritana mulier loquitur cum Dño Iesu, & inter cætera cũ dixisset ei Dñs quo- Ioan.4. modo debeat adorari Deus: ait illa, Scim⁹ quia venit Messias, qui dicitur Christus, & omnia nos docebit. Et Dñs ad illam: Ego sum qui loquor tecũ. Crede quod audis: quid quæris quod vides? Ego sum qui loquor tecũ. Quòd autem illa dixerat, Scimus quia Messias veniet, quẽ annunciauerunt Moyses & Prophetæ, qui dicitur Christus. Iam enim spica messis erat gignẽda, acceperat & Prophetas seminatores, Apostolos expectabat matura messores. Mox vt hoc audiuit credidit, & hydriam dimisit, & festinanter cucurrit, annunciare Dñm cœpit. Discipuli tunc ierunt ad emendos panes. Qui redeuntes inuenerunt Dñm loquẽtem cum muliere, & mirati sunt. Non sunt tamẽ ausi dicere ei, Quid vel quare cũ illa loqueris? Admirationẽ apud se habuerunt, audaciam corde pressérunt. Nũc ergo Samarita- C næ non erat nouum nomẽ Christi, iam expectabat venientẽ, iam crediderat esse venturũ. Vnde crediderat, sine Moyse seminauerat: sed hoc expressi⁹ audite. Dominus tunc ad discipulos suos ait, Dicitis quia adhuc longè est æstas, leuate oculos vestros, & videte albas regiones ad messem. Et adiungit: Alij laborauerũt, & vos in labores eorũ intrastis. Laborauit Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Prophetæ, laborauerant seminando; in aduẽtu Dñi matura messis inuenta est. Missi messores cum falce Euãgelij, portauerunt manipulos ad aream Dominicam, vbi Stephanus triturabatur.

HIC autem accepit Paulus ille, & ad gentes mitti- CAP.III. tur, & non tacet hoc in commendando gratiam, quã præcipuè propriéque suscepit: ait enim in Scripturis suis, missum se esse prædicare Euangelium, vbi Christus non erat nominatus. Sed iam quia facta est illa D messis, & omnes Iudæi qui remanserunt, messem attendamus quod nos sumus. Seminatum est enim ab Apostolis & Prophetis. Ipse Domini seminauit. Ipse enim in Apostolis fuit, quia & ipse messuit Christus. Non enim illi aliquid sine illo, ille perfectus est sine illis. Ipse enim illis ait: Quia sine me nihil potestis face- Ioan.15. re. Seminans ergo Christus iam in gentibus quid dicit, Luc.8. Exiit seminans seminare. Ibi mittuntur messores metere, hic exiit seminans seminare impiger. Quid enim pertimuit, quòd aliud cecidit in via, aliud in petrosa loca, aliud inter spinas? Si istas difficiles terras timeret, ad terram bonam non peruenirет. Quid ad nos, quid nobis est iã de Iudæis disputare, & loqui de palea: hoc solùm ad nos, ne via simus, ne saxũ, ne spinæ, sed terra bona. Paratum cor meum vnde tricenum, vnde sexagenum, vnde millenum & centenum; illud minus est, & illud plus est, sed totum triticum est. Via non sit vbi

conculcatum semen à transeuntibus velut auis auferat inimicus. Saxum nõ sit, vbi modica terra statim facit germinare, quod nõ possit solẽ portare. Spinæ nõ sint, cupiditates seculi, solicitudines vitæ vitiosæ. Quid enim peius solicitudine vitæ, quæ peruenire nõ permittit ad vitã? Quid miserius, quàm curando vitã amittere vitã? Quid infelicius, quàm timendo mortẽ, cadere in mortẽ? Extirpentur spinæ, paretur ager, suscipiantur semina, perueniatur ad messem, horreũ desideretur, non ignis timeatur. Capvt xlii. 1.Cor.3. Lucæ 13. Ad nos itaque pertinet, quos qualescũque Dominus in agro suo cõstituit operarios, dicere ista vobis, seminare, plãtare, rigare, aliquibus etiã arboribus circũfodere, & cophinũ stercoris adhibere, pertinet ad nos hæc fideliter agere: ad vos, fideliter capere; ad Dominũ, nos adiuuare operãtes, vos credẽtes, omnes laborãtes, sed mundũ in illo vincentes. Quid ergo ad vos pertinet, dixi: quid ad nos pertineat, volo dicere. Sed fortè alicui ex vobis videtur, quia dixi superfluũ aliquid me velle dicere, & apud seipsum loquẽs in cogitatione dicit: O si iã dimittat nos, iã dixit, quid pertineat ad nos, quod ad ipsum pertinet quid ad nos: Puto melius esse in alterna & mutua charitate pertineamus ad vos. De vna modò quidẽ vos familia estis, nos ex eadẽ quidẽ familia dispẽsatores sumus omnes, ad vnum Dominum pertinemus omnes. Nec quod do, de meo do: sed illius à quo accipio & ego. Nam si de meo dedero, mendaciũ dabo. Qui enim loquitur mẽdaciũ, de suo loquitur. Debetis ergo audire quid pertineat ad dispẽsatorẽ, siue vt in vobis ipsis si tales inueneritis, cõgratulemini, siue etiã in hoc populo futuri sunt dispensatores, & nos ibi sumus vbi estis. Et nos quidem modò de superiore loco cõseruis metiri cibaria, antepaucos annos inferiori loco cum cõseruis accipiebamus cibaria. Episcopus laicis loquor. Sed inde scio quàm multis futuris episcopis loquor. Ergo videamus quomodo nos intelligamus, quod præcepit Dominus eis quos mittebat Euangeliũ prædicare, & mente parata messẽ videamus. *Nolite* inquit, *ferre sacculum aut peram, aut calceamenta, & neminem per viam salutaueritis: Et in quamcũque domũ intraueritis, dicite, Pax huic domui. Si est illic filius pacis, requiescet super illum pax vestra: si quo minus, ad vos reuertetur.* Si requiescit, perdidi? Absit hoc à mente sanctorum. Ergo nec illud accipiendum est carnaliter, ac per hoc fortè nec saccus, nec calceamenta, nec pera, maximéque illud vbi nobis, simpliciter sine discussione accipiamus, superbia videtur imposita, ne quenquã in via salutemus. Attẽdamus Dominũ nostrum exemplũ verum & adiutoriũ. Probemus quia adiutoriũ: Sine me nihil potestis facere. Probemus quia exẽplum: Christus pro nobis passus est, Petrus dicit, nobis relinquens exẽplum, vt sequamur vestigia eius. Ipse Dominus noster loculos habuit in via, & ipsos loculos Iudæ commẽdauerat. Patiebatur quidem furẽ. Sed ego à Domino meo discere cupiens dico: Domine patiebaris furẽ, vnde habebas vnde tolleret, me hominem miserum & infirmũ monuisti nec sacculum portare. Tu portasti loculos, & erat vbi furẽ patereris. Si non portares, nec ille inueniret quod auferret. Quid restat, nisi quod hic dicat mihi, intellige quod audis, noli portare sacculũ. Cap. v. Luc.10. Ioan.19. 1.Pet.2. Cap. vi. Portare sacculum.

Quid est sacculus? Pecunia clausa, id est, occulta sapientia. Quid est, Nolite portare sacculũ? Nolite fieri sapiẽtes penes vosmetipsos. Accipite spiritũ sanctum. Fons in te debet esse, non sacculus, vnde erogatur, non vbi includatur. Hoc est pera, quod est sacculus. Calceamenta quid sunt? Calceamenta, quibus vtimur, coria mortuorũ sunt, nobis tegmina pedum. Per hoc ergo iubemur renũciare mortuis operibus. Hoc in signa Moyses admonebatur, quãdo Dominus loquẽs ait: Solue calceamenta de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est. Quid tã terra sancta, quàm Dei Ecclesia: In illa ergo stemus, calceamẽta soluamus, id est, mortuis operibus renunciemus. Nã de his calceamentis, quibus calceati ambulamus, consolatur me idẽ ipse Dominus meus. Si enim ipse calceatus non esset, nõ de illo Ioãnes diceret, Nõ sum dignus soluere corrigiã calceamentorũ. Sit ergo obedientia, non surrepat superba duritia. Ego, inquit, Euangeliũ impleo, quia nudo pede ambulo. Tu potes, ego nõpossum. Quod simul accipimus, custodiamus. Quomodo charitate flagremus, inuicẽ diligamus. Ac sic sit, vt ego amẽ fortitudinẽ tuam, & tu portes infirmitatẽ meam. Quid autẽ tibi videtur qui nõ vis intelligere quemadmodũ ista dicta sint, & cogeris prauiter ipsi Domino calumniari de loculis & calceamẽtis? Quid tibi videtur? Itáne placet vt iter agẽtes occurramus charis nostris, & eos non salutemus maiores, nõ resalutemus minores? Iámne Euãgeliũ imples, quia salutaris & taces? Hic verò nõ viatori iter agenti, sed miliario similis erit iter ostẽdenti. Ergo stoliditatẽ deponamus, & verba Domini intelligamus, & in via neminẽ salutemus. Nõ enim sine causa hoc iubemur, aut nollet nos facere quod iuberet? Exodi 3. Luc.3. Iosu.8. Cap. vii. Neminem per viam salutare.

Quid ergo est, Neminẽ salutetis in via: Potest quidẽ & simpliciter sic accipi, quia iussit nos festinãter agere iniuncta. Et hoc ita dixit, Neminẽ per viam salutaueritis: tanquã diceret, Omnia prætermittatis, dũ quod iniunctũ est peragatis, ea locutione qua solẽt dicta exaggerari cõsuetudine sermocinãdi. Nec longè pergamus: in eodẽ sermone paulo pòst dicit: Et tu Capharnaum, quæ vsque ad cælũ exaltata es, vsque in infernũ deprimeris. Quid est, Vsque ad cælũ exaltata es? Nũquid ciuitatis illius mœnia nubes tetigerunt, aut ad sidera peruenerunt? Sed quid est, in cælum exaltata es? Nimiũ tibi felix videris, nimium potens, nimium superba es. Sicut ergo hoc exaggerandi gratia dictũ est, in cęlum exaltaris, ei ciuitati, quę nõ vsque exaltabatur in cælũ, aut ascẽdebat: sic pro festinatione exaggerationis dictũ est, ita currite, sic agite quod iniunxi, vt ne nimiũ quidem vos retardẽt agentes, sed omnia contemnentes, ad finẽ propositã festinate. Sed est aliud quod hic magis recogitẽ nõ dissimile intelligere, quod plus pertinet ad me & ad omnes dispẽsatores, sed & ad vos auditores. Qui salutat, salutẽ dicit. Nã & antiqui in epistolis suis sic scribebant, Ille illi salutẽ. Salutatio à salute nomen accepit. Quid ergo est, Neminẽ in via salutaueritis? Qui salutant in via, per occasionẽ salutant. Video vos citò intellexisse, nec tamẽ debeo iã finire. Non enim omnes citò intellexistis. Vidi in voce intelligentes, plures video silentio requirentes. Sed quia de via loquimur, tãquam in via ambulemus. Veloces tardos expectate, & pariter ambulate. Quid ergo dixi, Qui in via salutat, per occasionẽ salutat? Non ad eum ibat quẽ salutat. Aliud agebat, aliud occurrit: aliud petebat, aliud transuerso quod ageret inuenit. Quid est ergo, per occasionem salutare? Per occasionem salutem annunciare. Quid est autem, aliud, salutẽ annunciare, quàm Euangeliũ prædicare? Si ergo prædicas, hoc age per dilectionem, non per occasionem. Sunt ergo homines qui sua quærentes, non aliud prædicant Euangelium: de quibus Apostolus gemens dicit, Omnes enim sua quærũt, non quę Iesu Christi. Et hi salutabant, hoc est, salutem annunciabant, Euangelium prædicabant, sed aliud quærebant: & ideo per occasionem salutabant. Et quid est hoc? Si talis fueris, quisquis es facis: imò non talis quisquis facis, sed fortè aliquis talis qui facis. Si talis fueris, non facis, sed fit de te. Luc.14. Hierem.8. Salutare per viam.

Nam

Capvt viii. Nam & tales admisit Apostolus: non tamen vt tales essent, præcepit. Et ipsi agunt aliquid, & perficitur ex ipsis: aliud quærunt, & verbũ annunciant. Quid quærat annunciator, ne cures; quod annũciat, tenere velis. Quod verò attendit, non ad te pertinet. Salutem audi ab ore ipsius. Salutem tene ab ore ipsius. Noli iudex esse cordis ipsius. Si vides eum alia requirentem, quid ad te? Audi salutem, Quæ dicunt facite. Securũ te fecit. Quid? Quæ dicunt facite. Mala faciũt, quæ facere nolite. Bona faciunt, non in via salutant, nõ per occasionem Euangeliũ annunciant. Imitatores eorũ estote, sicut & ipsi Christi. Bonus tibi prędicat, carpe vuam de vite. Malus tibi prædicat, carpe vuã pendentẽ in sepe. Botrus implicitè in palmite, inter spinas creuit, & de spinis non germinauit. Planè quando tale aliquid vides & esuris, solicitè carpe, ne cùm ad vuã manũ mittis, lacereris à spinis. Hoc est quod dico, sic audi quod bonũ est; ne malos mores imiteris. Prędicet ex occasione, salutet in via, illi nocebit quòd nõ audiuit pręceptũ Christi, Neminẽ in via salutaueritis: tibi non nocebit, qui siue à trãseunte, siue à veniente salutẽ audis, salutẽ tenes. Apostolum audi, sicut præmisera, admittentem ista. Quid enim? Dum omni modo, siue occasione, siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudio, sed & gaudebo. Scio enim ipsum mihi proficere in salutẽ per vestram obsecrationẽ. Tales igitur Apostoli Christi prędicatores Euãgelij non salutantes in via, hoc est, nõ aliud quærentes vel agentes, sed germana charitate Euangeliũ annũciantes, veniant ad domũ & dicãt, Pax huic domui. Non ore solùm dicũt, quo pleni sunt, fundunt, prædicant pacẽ, & habent pacẽ. Nõ sunt tales de quibus dictum est, Pax pax, & nõ est pax. Quid est pax pax, & nõ est pax? Prædicantes nõ habent, laudãt & nõ amant; dicunt, & non faciunt. Sed tamen tu accipe pacem, siue occasione, siue vetitate Christus annũciatur. Qui ergo plenus est pace & salutat, Pax huic domui, si est illic filius pacis, requiescet super eũ pax illius; si quo minus fortè enim non est illic filius pacis, nihil perdidit qui salutauit. Ad vos, inquit, reuertetur. Reuertetur ad te, quę nõ discessit à te. Hoc enim dicere voluit, tibi ꝑdest quod annũciasti, nihil profuit qui nõ suscepit; nõ quia ille inanis remãsit, ideo tu perdidisti mercedẽ, redditur tibi provolũtate tua, redditur tibi ꝑcharitate quã impẽdisti, reddet tibi qui te securũ velit voce angelica, Pax in terra hominibus bonæ volũtatis. Cap. ix. Euangeliũ annunciare germana charitate. Matth.23. 1.Cor.4. Luc.10. Philip.1. Luc.2.

Sermo xliii.

In eisdem festis. Sermo ii.

Si omnium sanctorum martyrum grata nobis debet esse sollennitas, fratres charissimi, quanto gratior eorum qui præsentem seculi sunt principem martyrum? Si agnorum, quanto magis arietum? Illorum enim filij non generatione carnis, sed imitatione virtutis facti sunt omnes, qui posterius vsque ad mortem cõfessi sunt Christum. Hos obtulerunt populi gentium, de quibus Psalmus antè cantauit, dicens: Afferte Domino filios arietum. His primum Dominus cùm ad confessionẽ sui nominis hortaretur, non solùm se promisit victoriæ coronatorem, sed & certaminis adiutorem: etiam in ipsis & posteros admonebat, quoniam quod dicebat, scriptũ posteris relinquebat. Illis ergo ait, exhortans eos, Cùm autem adducent vos ad principes & potestates, nolite cogitare quid respondeatis, vel quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Meditari vetuit, & cõfiteri præcepit. Maluit enim auferre præsumptionem humanam, & gratiam dare diuinam, vt in semetipsis timidi, & mundo esset audaces. Vnde & in alio Psalmo vox martyrum dicit, quasi ex parte humanæ fragilitatis verendo, Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Et paulo pòst de auxilio diuino confidens dicit, Fortitudinem meã ad te custodiam. Supra ceteras enim turbas fideliũ, necnon antiquorũ iustorum & Prophetarum eminẽtes Apostolos suos volens Dominus ostẽdere, dixit ad eos, Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & aures quæ audiũt quę vos auditis. Multi enim Prophetæ & iusti voluerũt videre quæ vos videtis, & nõ viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt. Item alibi: Iã, inquit, nõ dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eiꝰ. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcũque audiui à patre meo, nota feci vobis. Itẽ ait idẽ alio loco: Quæcunque alligaueritis super terram, erũt ligata & in cęlo; & quęcũque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Item alibi scisciranti Petro quid sibi & sociis suis profuisset, reliquisse omnia, & sequi redemptorẽ, respondit dicens: Amẽ dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israẽl. Isti sunt lux mũdi, quia per ipsos lumen fidei & veræ scientiæ primũ Dominus huic mundo tradidit, & ab errorum ac peccatorũ tenebris gẽtes & populos eruit. Isti sunt sal terræ: quia per eos terrigenæ cõdimẽtũ saporis vitæ æternæ perceperunt, vt restringerẽt carnis lasciuiã, & à putredine peccatorum & vitiorũ vermibus seruarent illæsi. Isti sunt lapides pretiosi, quos in fundamẽto cælestis ædificij positos Ioannes in Apocalypsi sua describit, quia prædicatio eorum Ecclesiæ fundamenta locauit. Vnde & Paulus ait, Vos estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentũ Apostolorum & Prophetarũ. Isti sunt duodecim portę Hierusalem nouæ, quæ de cælo descendit; quia per ipsos ianuam fidei primùm intrauimus, & inter ciues sanctorũ annumerati sumus. Hoc ergo considerantes, fratres charissimi, quæ tanti duces populi nos docuerunt, studeamus factis implere quæ illi iusserunt. Discamus eorũ exemplo mundi diuitias contẽnere, præsentis seculi voluptatem nõ amare, regnum cæleste desiderare, Christo nihil præponere: sed eius mandatis in omnibus obedire, paupertatẽ præsentiũ rerũ diligere, virtutũ diuitias habere, sapientię thesaurum appetere, spiritales delicias quęrere, nulli inuidere, sed omnes homines diligere, amicos in Deo, & inimicos propter Deũ: quia hæc est vera & sola dilectio. Nã amor carnalis & vitiosus in præcipitium trahit, & comparabitur odio: vnde scriptũ est, Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus Dei perfectissimi, & in proximorum dilectione repleti, hinc potuerunt mundi impetũ vincere, & cruẽtum seculum domare; quia nihil amauerũt in omni re, nisi Dei voluntatem. Ita & nos, fratres, diligamus in omnibus rebus Dei facere voluntatẽ, & creatorẽ nostrum amemus in semetipso, creaturam verò in conditore suo: & sic habebimus ordinatissimã charitatẽ, quia Deus charitas est: & qui diligit hanc dilectionẽ, diligit Deũ. Et si ita dilexerimus, diligit nos ipse Deus, diligũt nos & sancti Apostoli iudices nostri, & exorant pro nobis, vt in vniuersali iudicio Christi cum ipsis in perpetuũ coronemur. Quod præstare dignetur ipse iudex & Dominus noster, qui cum patre & sancto spiritu viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen. Psal.58. Ioan.15. Matth.18. Matth.5. Ephes.2. Iac.4. Psal.28. Matth.10. Phil.2.

Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Confiteor tibi Domine pater, &c. quæ habetur de verbis Domini, viii.

Item aliæ Homiliæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola, &c. quæ habentur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9. & de verbis Domini, L. IX. A

Item alia Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secũdum eundẽ, Hoc est præceptum meum, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

Item alia Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum eũdem, Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

DE VNO MARTYRE.

In festo vnius martyris.

SERMO I.

SERMO XLIIII.

RIVMPHALIS beati martyris N. dies hodie nobis anniuersaria celebritate recurrit, cuius glorificationi sicut cõgaudet Ecclesia, sic eius proponit sequẽda vestigia. Si enim compatimur, & cõglorificabimur. In cuius glorioso agone duo nobis præcipuè cõsideranda sunt, indurata videlicet tortoris sęuitia, & martyris inuicta patientia. Sæuitia tortoris, vt eam detestemur. Patientia martyris, vt eam imitemur. Audi Psalmistam aduersus malitiam increpantem, Noli æmulari in malignãtibus, quoniam tanquã fœnũ velociter arescent. Quòd autem aduersus malignantes patientia exhibenda sit, audi Apostolum suadentẽ, Patientia vobis necessaria est, vt reportetis promissiones. Coronatã itaq; est beati martyris patientia, mancipata est æternis cruciatib⁹ tortoris incorrecta malitia. Hoc attẽdẽs in agone suo gloriosus Christi athleta, nõ exhorruit carcerẽ. Ad imitationem capitis sui tolerauit probra, sustinuit irrisiones, flagella nõ timuit: & quot ante mortẽ pro Christo pertulit supplicia, tot eide se obtulit sacrificia. Quod enĩ propinante Apostolo biberat, altè retinebat: Quia non sunt condignę passiones huius tẽporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Et quia momẽtaneũ hoc & leue nostræ tribulationis æternũ gloriæ pondus operatur in cælis, huius promissionis amore à terrenis suspensus, & prægustata supernæ suauitatis dulcedine inestimabiliter affectus: dicebat cũ Psalmista, Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terrã? Defecit caro mea, & cor meũ, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ. Cõtẽplabatur enim quãtũ in ænigmate infirmitas humana oculũ mẽtis in ęternitate figere potest, quãta sint supernæ ciuitatis gaudia: & ea enarrare non sufficiẽs admirãdo clamabat, Quid mihi est in cælo? Quasi diceret, Excedit vires meas, excedit facultatem eloquẽtiæ meæ, trãscẽdit capacitatẽ intelligẽtiæ meæ illud decus, illa gloria, illa celsitudo, quę nobis à cõturbatione hominũ remotis in abscõdito faciei suæ, Iesus Christus Dominus noster reformauit corpus humilitatis nostræ cõfiguratũ corpori claritatis suæ. Huius perfectę libertatis cõtemplatione nullum vitabat periculũ, nullũ horrebat suppliciũ: & si millies posset mori, nõ putabat se hãc dignè posse aliqua ratione promereri. Patiẽter enim permittũt ægroti se à medicis secari, vri, & variis amaritudinũ cõfectionibus auxiari, vt tẽporali tãdẽ restituãtur sanitati, quãto magis vir beatus longanimiter tolerauit omnem acerbitatẽ tormẽtorũ tẽporaliũ, vt coronaretur in misericordia & miserationibus, & in bonis satiaretur desiderũ suũ? In torculari itaque conculcari voluit, vt tanquam vua matura in vinum deficeret, & vinum malorum granatorum dilecto suo propinaret, quo mentes religiosæ ebriatæ sciũt viriliter conculcare, & ad æterna in retortis oculis anhelare. Qui ergo in tyrocinio suo mundanas contempsit diuitias, qui corporales etiã refrenauit illecebras, qui in proiectu militiæ suæ multas est perpessus iniurias, in perfectione sacrificij nil sibi reseruans, seipsum obtulit holocaustum, bibẽs illum calicem pretiosum, quem sedens ad magnam mensam sacræ lectionis sibi prius ab inuitatore suo videat appositum. Cuius mors quantũcũque videatur in conspectu reproborũ despicabilis, in oculis tamen eius est pretiosa, qui in sanctis suis est mirabilis. Ipse enim primò vocauit militẽ suũ, ipse iustificauit, ipse magnificauit, ipse dedit ei pugnare, ipse dedit & vincere. Longè est dissimilis hęc militia mundanæ militiæ, in qua victores existimantur, qui quod malè desiderant assequuntur, qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. In Christiano ergo agone manifesta est pœna, occulta victoria, secũdum quod ex persona martyrũ clamat Psalmista, Deus tu repulisti nos, & nõ exibis in exercitibus nostris. Da nobis auxiliũ de tribulatione: quia vana salus hominis. In Deo faciemus virtutẽ: tanquã si dicerent, Victoria nostra, gloria nostra intus est, nõ foris est. Foris despecti, intus dilecti. Hinc est quòd Ecclesia in pressuris posita infirmiora mẽbra sua confortat, dicens: In mundo pressuram habebitis: sed nolite timere pusillus grex, quia ego vici mũdum. Sed quomodo vicit mũdum? Factus est obediens patri vsque ad mortem. Quid autem de morte? Propter quod & Deus illũ exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ. Quomodo vicit Christus, vincere appetat Christianus, vt vbi est Christus, esse mereatur & Christianus: audi Christianæ militiæ per seipsum Christũ pro militibus suis sic orantẽ, Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus.

Rom. 8. B Psal. 36. Hebr. 10. Psal. 72. Psal. 59. Ioan. 16.

Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est secundum Ioannem, Nisi granum frumenti, &c. quæ habetur in expositione Doctoris, ibidem, tom. 9.

DE PLVRIBVS MARTYRIBVS.

In festis plurium martyrum.

SERMO D. AVGVST. I.

SERMO XLV. CAP. I.

PSALMVS qui cantatur Domino, videtur sanctis martyrib⁹ cõuenire. Sed si membra Christi sumus, sicut esse debemus, ad omnes nos pertinere intelligamus, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autẽ venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Quò eũtes, & vnde venientes? Quid seminantes in lachrymis? Quæ sunt semina? qui manipuli? Eũtes in mortẽ, veniẽtes à morte. Euntes nascẽdo, veniẽtes resurgẽdo. Seminantes opera bona, metẽtes mercedẽ æternã. Semina ergo sunt nostra, quicquid boni fecerimus; manipuli nostri, quod in fine recipiemus. Si ergo bona sunt semina, nostra bona opera, quare seminantur cũ lachrymis, cùm hilarem datorẽ diligat Deus? Hic primum videte charissimi, quomodo maximè ad beatos martyres verba ista pertineãt. Nulli enim tantum impenderũt, quã illi qui seipsos impenderũt: sicut dicit apostolus Paul⁹, Et ipse impẽdat pro animabus vestris. Impenderunt enim seipsos cõfitendo Christũ, & implẽdo in eius adiutorio quod dictum est, Ad mẽsam magnã sedisti, scito quoniam talia te oportet præparare. Quæ est magna mẽsa, nisi vnde accipimus corpus Christi & sanguinẽ? Quid est, scito quoniam talia oportet te prepparare; nisi quod beatus Ioannes exponit: Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere? Ecce quantum impenderunt.

C Psal. 125. D 2. Cor. 9. 2. Cor. 12. Eccl. 31. 1. Ioan. 3.

SED nunquid sancti martyres perierunt, quando CAP. II. securitatem à Domino etiam de capillo acceperunt? Perit manus, vbi non perit pilus? Perit caput, vbi non perit capillus? Vbi non perit palpebra, perit oculus? Hac ergo accepta magna securitate, impenderunt seipsos. Operibus ergo bonis seminemus, cùm tẽpus est, dicente Apostolo, Qui parcè seminat, parcè & metet. 2. Cor. 9.

Infati-

Galat. 6. Infatigabiles, inquit, cùm tempus habem⁹ operemur bonũ ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, & iterum, Bonum, inquit, facientes nõ deficiamus: tẽpore enim suo metemus. Qui defecerit in semine, non gaudebit in messe. Quare ergo in lachrymis, cùm omnia opera nostra habere debeãt hilaritatẽ? Et quidẽ de martyrib⁹ dici potest, quia cũ lachrymis seminauerũt. Fortiter enim certauerunt, & in magnis tribulationibus fuerunt. Nam vt eorum lachrymas Christus cõsolaretur, transtulit eos, & trãsfigurauit eos in se, & dixit, Tristis es anima mea vsque ad mortẽ. Veruntamẽ, fratres mei, videtur mihi, quòd caput nostrum infirmioribus suis mẽbris cõpassum est, ne de se fortè mẽbra infirma desperarẽt, sicut est humana fragilitas, morte pinquante perturbarentur, & dicerẽt non se ad Deum pertinere: nã & si pertinerẽt, gauderẽt: prius ergo Christus sub persona martyrum dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Quis hoc dicit? Quæ potestas, quæ infirmitas? Audite quę dicit: Potestatem habeo ponendi animã meã, & potestatem habeo iterum sumendi eã. Nemo tollet à me animam meam, sed ego pono eam, & iterũ sumo eam. Hæc potestas tristis erat, quando faciebat quod nõ faceret, nisi voluisset. Potestate enim fecit, non cõditione: quia ipse voluit, nõ quia Iudæus potuit. Trãsfigurauit ergo in se infirma membra corporis sui: & fortè de illis dictũ est, qui seminãt in lachrymis, in gaudio metẽt: id est, de infirmioribus. Nõ enim in lachrymis seminabat ille ipius Christi magnus pręco, qui dicebat, Ego enim iam immolor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui. De cætero mihi superest corona iustitiæ, corona de manipulis. Superest, inquit, mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illũ diem iustus iudex: quasi diceret, Reddet mihi messem cui meipsum impendo sementem. Hæc verba quantũ intelligimus, fratres, exultãtis sunt, nõ plorãtis. Nunquid quando ista dicebat, in lachrymis erat?

Ibidem. Matth. 26. B Ioan. 10. 1. Tim. 4. C

CAP. III. AD infirmos ergo referamus hæc verba, vt nec ipsi desperent qui in lachrymis seminauerunt: quia etsi seminauerunt in lachrymis, trãsiet dolor & gemitus, trãsit tristitia cũ fine, & venit lætitia sine fine. Verũtamen charissimi, ecce quomodo mihi videtur ad omnes pertinere quod dictum est, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent: Euntes ibant & flebant, mittẽtes semina sua: veniẽtes autẽ venient cum exultatione, tollentes manipulos suos. Audite si, adiuuante Domino, explicare potuero quẽadmodũ ad omnes pertineat, Eũtes ibant, & flebãt. Ex quo nascimur iuius. Quis enim stat? Quis nõ ex quo viã intrauit, cogitur ambulare? Infans natus est, crescẽdo ambulat. Mors finis est. In die iam veniendũ est, sed cũ exultatione. Quis enim nõ hic plorat in via ista mala, quãdo ipse infans inde incipit? Vtiq; infans quãdo nascitur, de angustiis veteri in huius mundi latitudinem funditur, de tenebris procedit ad lucem: & tamen de tenebris veniẽs ad lucẽ, plorare potest, ridere non potest. Est enim vita ista, vt quãdo gaudetur hic, time ne fallat; quando hic ploratur, roga vt euadas: & transit tribulatio, & venit tribulatio: & rident homines, & plorant homines; & quod rident homines, plorandum est. Sed plorat alius damnum suũ, plorat alius pressuram suam, † quia in carcere est cõstitutus. Plorat alius quòd amiserit mortuum aliquem amicorum suorum: ille hinc, iste hinc. Iustus vnde? Primò de his omnibus: iustus enim plorat veracirer, non plorat steriliter. Plorat plorantes, plorat ridentes: quia & qui plorant de rebus vanis, inaniter plorant; & qui rident de rebus vanis, malo suo rident. Ille vbique

al. qui.

plorat, plus ergo ipse plorat. SED venient cũ exultatione portantes manipulos suos. Vides ergo hominem iustum, cùm facit opus bonum, hilarẽ esse? Planè hilarescit. Hilarem enim datorẽ diligit Deus. Quãdo enim plorat? Quando bona opera sua orãdo cõmendat. Orationes sanctorũ voluit cõmendare Psalmus, orationes peregrinantium, orationes in hac via laborãtium, orationes amantium, orationes gementium, orationes æternæ patriæ suspirantiũ, donec ea visa fatientur qui nũc in mœrore sunt cõstituti. Etenim, fratres mei, quãdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Non desiderat patriam peregrinatio sine lachryma. Si desideras quod nõ habes, funde lachrymas: nã vnde dicturus es Deo, Posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo? Vnde dictur⁹ es Deo, Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte? Panis mihi factę sunt: cõsolatæ sunt esuriẽtem, pauerunt gementẽ. Factę sunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte. Vnde? Dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? Quis iust⁹ nõ habuit istas lachrymas? Qui non habuit, peregrinum se esse nõ doluit. Qua fronte ad patriam venit, qui non absens suspirauit? Nõnne nobis quotidie dicitur, Vbi est Deus tuus? Discite fratres mei, discite de paucis esse. Bene viuite, ambulate viã Dei, & videte quia auditis, Vbi est Deꝰ tuꝰ? Felices eritis, cũ hoc audieritis; infelices, si dixeritis. Quando enim defendimus fidẽ Christianã, & respondeur nobis, Ecce prędicatur nobis vbique nomẽ Christi, quare abũdãt mala: quid aliud dicitur, nisi Vbi est Deus tuus? Qui audit, gemit: quia qui dicit, perit. SVNT lachrymę piorũ, sunt lachrymę sanctorum, quas indicãt orationes eorũ. Bene operatur, & hilaris est: plorat vt bene operetur: plorat quia bene operatus nõ est. Plorãdo exigit bonũ op⁹, plorãdo cõmẽdat bonũ op⁹ quod fecit. Crebrę ergo sunt lachrymę iustorũ, sed in ista via. Nũquid in patria? Quare non in patria? Quia venientes veniẽt in exultatione, portantes manipulos suos. Felicitas venit, nũquid lachtyma redit? Porro autẽ illi qui hic inaniter plorãt, inaniter ridẽt, cupiditatibus suis dissipati, quãdo fraudãtur gemunt, quãdo fraudãt exultãt. Plorant & ipsi in via ista, plorant & ipsi, sed non in exultatione portantes manipulos suos. Quid colligũt qui nihil seminauerũt? imò colligũt, sed quod seminauerũt: quia spinas seminauerũt, ignẽ colligunt, & eũt nõ de fletu ad risum, sicut sancti, Euntes ibãt, & flebant, mittentes semina sua: veniẽtes autem venient in exultatione. Illi à fletu ad fletũ, à fletu cũ risu ad fletũ sine risu. Quid enim illis fiet? Quò eũt quãdo resurrexerint? Quid nisi quod Dominus dixit, Ligate illi man⁹ & pedes, & proiicite illũ in tenebras exteriores? Age quid postea? Tenebræ erũt, & dolor non erit? Fortè palpabunt, & nõ dolebunt? nõ videbunt, nõ cruciabũtur? Absit. Nõ solũm tenebrę erũt, nõ eis sola tollitur species qua gaudebãt, sed datur etiam quod in ęternum gemãt. Ne contẽneres enim tenebras, ô quisquis es flagitiosus, qui soles propter tua mala facta, & propter lasciua adulteria non solũm tenebras nõ horrere, sed q ęrere; qui soles plus gaudere quãdo lucerna extinguitur, non tales tenebras habebis vbi gaudeas, vbi lętęris, vbi te voluptatibus carnis oblectes, non sic erũt ipsę tenebrę. Quomodo erũt? Ibi erit fletus & stridor dentium. Tortor sine defectu, tortus sine defectu. Nec qui torquet, fatigatur, nec qui torquetur, moritur. Erunt ergo ęternę lachrymę illis qui sic vixerunt, ęterna gaudia sanctorum, quando veniẽtes venient in exultatione portantes manipulos suos: dicent enim tempore messis Domino suo, Domine adiuuante te fecimus quod iussisti, redde quod promisisti. Certaeris, &c.

CAP. VI. 1111. 1. Cor. 9. 2. Cor. 5. Psal. 53. & 41. Lachrymæ sanctorum. Lachrymæ iniquorũ. Matth. 22. D

In ęter-

In eisdem festis. SERMO II. SERMO XLVI.

NON martyrium sola effusio sanguinis consummat, nec sola dat palmã exustio illa flãmarum. Peruenitur non solùm occasu, sed etiã cõtẽptu carnis ad coronã. Absque iniuria sanctorum in pertẽcutionibus defunctorũ dicere liceat, carnem afflixisse, libidinẽ superasse, auaritiæ resistisse, de mundo triũphasse, pars magna martyrij est. Si verò fratres dilectissimi ad consortiũ martyrum vel sacerdotum volumus peruenire, de imitatione martyrũ cogitemus. Debẽt enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, vt pro nobis dignẽtur Domino supplicare. Si enim tormenta quę sancti martyres pertulerunt sufferre nõ possumus, vel cõtra malas concupiscentias ipsis intercedẽtibus repugnemus. Et quia nõ desunt quotidiana peccata, nõ desunt etiã quotidiana remedia. Nemo se credat aliquã felicitatẽ aut aliquod verũ gaudiũ in hoc seculo possidere. Beatitudo hic parari potest, possideri non potest. Duo sibi tempora ordine suo succedũt, tẽpus flendi & tẽpus ridendi. Nemo se circumueniat, fratres, nõ est in hoc mundo tẽpus ridẽdi. Scio, fratres, quòd omnis homo gaudere desiderat: sed nõ toti ibi quęrunt gaudiũ, vbi oportet inquiri. Verũ gaudium in hoc mũdo nec fuit, nec est, nec esse poterit: sic enim ipse Dominus in Euãgelio suos discipulos admonuit, dicẽs: In mũdo pressuram habebitis: & iterũ, Mũdus gaudebit, vos autẽ tristes eritis: sed tristitia vestra cõuertetur in gaudium. Ac sic in hac vita cũ labore & dolore quod bonũ est, auxiliãte Domino, faciamus, vt in futuro seculo bonorũ fructus colligere cum gaudio & exultatione possimus: secundum illud, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. In hunc itaque, fratres charissimi, mundũ per peccatum primi hominis de beata paradisi sede proiecti, & quasi in exiliũ missi sumus, ac sic in hoc seculo patriã nõ habemus, sic & Apostolus dicit, Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Non ergo requiramus gaudium in hoc mũdo, quia, sicut suprà dictum est, verum gaudiũ cõparari hic potest, possideri non potest. Nõ quæras in via, quod tibi seruatur in patria. Et quia cõtra diabolũ Christo duce quotidie tibi pugnare necesse est, prẽmiũ nõ requiras in prœlio, quod tibi seruatur in regno. Nõ quæras in pugna, quod tibi seruatur in futuro, cũ fuerit perfecta victoria: magis illud attende quod Apostolus dicit, Omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionẽ patiũtur: & iterum, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Ita ergo agere debemus, vt ad principalem patriã redire feliciter mereamur: vbi nos parentes nostri Patriarchæ, Prophetæ, & Apostoli suscipere vel videre desiderant, vbi etiam conciues nostri angeli & ciuitas illa cælestis Hierusalem & rex ciuitatis ipsius Christus expãsis nos brachiis charitatis expectant, vt ad ipsos prostrato diabolo, pleni bonis operibus feliciter redeamus. Scitis enim, fratres, quia omnes negotiatores, & quicũque alia agẽtes interim in via sunt soliciti, vt in patria possint esse securi: & tunc habẽt verã lætitiam, quando cũ magno lucro peruenire merẽtur ad patriã: ita & nos, dilectissimi fratres, tunc animũ nostrum præparemus ad gaudiũ, quando peruenire merebimur ad Christum. Interim modò gaudeamus in spe, verum gaudiũ postea habituri in re. Quod peius est, multi sunt qui peruerso ordine de voluptate & deliciis & luxuria seculi huius gaudere se credunt: sed quod in gaudio videntur ferere, necesse illis erit cũ luctu & lachrymis recipere: quia nõ mẽtitur ille qui in Euãgelio dixit, Vę vobis qui riderẽtis nũc, quia lugebitis & flebitis. Sic fecit & ille infelix diues, qui purpura induebatur & byſſo. Gaudiũ quidẽ habuit in mũdo, sed flammas inuenire meruit in inferno. Lazarus qui iacebat ad ianuam eius, tristitiã habuit in via, sed verũ gaudium recepit in patria. Nos verò, fratres charissimi, quantũ possumus, Dei misericordiam deprecemur, vt nobis ita amorem vitæ ęternę inspirare dignetur, vt plus patriam velimus amare quã viam, & amplius de futuro quàm de præsenti seculo cogitemus: & sic semper in exilio mũdi huius agere studeamus, vt ad futurũ iudiciũ cũ libera & secura cõsciẽtia ornati bonis operibus peruenire possimus, præstãte Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria cũ patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Ioan. 16.

2. Cor. 5.

2. Tim. 3. Act. 14.

Luc. 6.

In eisdem festis.
SERMO III. SERMO XLVII.

Tribuitur etiam Leoni.

QVOTIENSCVNQVE, fratres charissimi, sanctorũ martyrũ sollẽnia celebramus, ita ipsis intercedẽtibus expectemus à Domino cõsequi tẽporalia beneficia, vt ipsos martyres imitando accipere mereamur ęterna. Ab ipsis enim sanctorũ martyrũ in veritate festiuitatum gaudia celebrantur, qui ipsorũ martyrũ exempla sequuntur. Solẽnitates enim martyrũ exhortationes sunt martyriorum, vt imitari nõ pigeat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cũ sanctis, & tribulationẽ mundi nolumus sustinere cũ ipsis. Qui enim sanctos martyres, inquantũ potuerit, imitari noluerit, ad eorum beatitudinẽ nõ poterit peruenire. Sic & Paulus apostolus prędicat, dicens: Si fuerimus socij passionũ, erimus & cõsolationũ. & Dominus in Euangelio, Si mũdus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Recusat esse in corpore, qui odiũ nõ vult sustinere cũ capite. Sed dicit aliquis: et quis est qui possit beatorũ martyrũ vestigia sequi? Huic ego respõdeo, quia nõ solũ martyres, sed etiã ipsum Dominũ cũ ipsius adiutorio, si volumus, possumus imitari: audi nõ me, sed ipsum Dominũ generi humano clamantem, Discite à me, quoniã mitis sum & humilis corde. Audi & Petrũ apostolum admonentẽ, Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplũ, vt sequamur vestigia eius. Similiter Paulus apostolus clamat, Imitatores Dei estote, sicut filij charissimi. Quid ad hęc respondebimus, fratres, vel quam excusationem habere poterimus? Nõ tibi aliquis dicat, vt virtutes quas fecit Deus debeamus imitari. Iusta potest esse excusatio tua, quia virtutes & mirabilia facere nõ omnibus datũ est: iustè & castè viuere, & charitatem cũ omnibus custodire, cũ Dei adiutorio prõptũ est: nã ipse Dominus nõ dixit, Discite à me mortuos suscitare, super aquas siccis pedibus ambulare: non hoc dixit: sed quid ait? Quia mitis sum, & humilis corde. & iterũ: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos, sicut & pater vester cælestis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & iterum, Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Et licet sint alia multa in quibus debemus Deũ & beatos martyres imitari, ista tamẽ duo ꝓcipua sunt, id est, vt mites sumus & humiles corde & inimicos nostros totis viribus diligamus. De diligendis inimicis, fratres charissimi, nullus vnquam in veritate se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, Non possum ieiunare, non possum vigilare: nunquid potest dicere, Non possum amare? Potest dicere, Non possum res meas totas pauperibus dare, & in monasterio Deo seruire. Nunquid potest dicere, Non possum diligere?

1. Cor. 1.

Ioan. 15.

Matth. 11.

1. Pet. 2.

Ephes. 5.

Matth. 11. & 5.

Si di-

In eisdem festis.
SERMO D. AVGVST. IIII. SERMO XLVIII.
Citant Beda ad Rom. 8 & Algerus lib. 1. cap. 2. contra Berengarium.

OMNIVM quidem bonorũ fidelium Christianorũ, maximè tamen gloriosorũ martyrum vox est, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Fremebat mũdus aduersus eos, populi meditabantur inania, principes conueniebãt in vnũ. Excogitabantur noui cruciatus, & pœnas incredibiles inueniebat ingeniosa crudelitas. Obruebãtur opprobriis falsis, arguebantur criminibus, custodiis intolerabilibus includebantur, vngulis arctabantur, ferro perimebantur, bestiis subigebãtur, ignibus cremabãtur, & dicebãt: Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Totus mundus contra vos, & dicitis, quis cõtra nos? Respondent tibi: Et quis est totus mundus, quãdo pro eo morimur per quẽ factus est mũdus? Dicant dicant, audiamus audiamus, Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Sæuire possunt, maledicere possunt, calũniari possũt, falsis opprobriis agitare possunt, & vt breuiter dicã, postremò possunt non solũ corpus perimere, sed etiã dilaniare; & quid facient? Ecce enim Deus auxiliator mihi est, & Dominus susceptor est animæ meæ. Mundus interfector corporis mei, Dominus susceptor est animæ meæ. Et quid mihi obest, si sit mũdus interfector corporis mei, cũ Dominus susceptor est animę meæ? Quando autẽ Dominus est susceptor animæ meæ, erit restitutor & corporis mei. Quid mihi deerit, si mẽbra mea dilaceret inimicus, quãdo capillos meos Deus dinumerat? Exhortans martyres suos Christus, ne ab inimicis persecutoribus formidarẽt: Capilli, inquit, vestri omnes numerati sũt. Quid ergo timebo dãna mẽbrorũ, quãdo securitatem accipio de numero capillorum? Ergo dicamus, dicamus ex fide, dicamus in spe, dicamus flagrãtissima charitate, Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Ecce cõtra te est rex: si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Ecce cõtra te est populus: Si Deus, pnobis, quis cõtra nos? Vnde probas, ô beate & gloriose martyr, vnde mihi probas quod dicis, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Manifestũ est enim, quia si Deus pro nobis, quis contra nos: sed proba quia Deus pro nobis. Nũ ego probo, quia filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ? Hoc quod sequitur cùm Apostolus legeretur, audistis: cùm enim dixisset, Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? tanquã ei diceretur, proba quia Deus pro nobis: cõtinuò attulit grande documentũ, continuò introduxit martyrẽ martyrũ, testẽ testiũ: illũ scilicet cui pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ: hinc probauit Apostolus verè se dixisse, Si Deus pro nobis, quis contra nos, quando filio proprio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam & cũ illo omnia nobis donauit? Quando cum illo nobis omnia donauit, & ipsum nobis donauit. Terret te fremitus mundi, cui donatus est artifex mundi? Christum nobis donatum esse gaudeamus, & nullos inimicos in hoc seculo timeamus. Quis enim nobis donatus sit videte: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ipse est Christus, ipse vnigenitus filius Dei, ipse est gignenti coęternus. Omnia per ipsum facta sunt. Quomodo nobis donata non sunt, quæ per ipsum facta sunt, quando nobis donatus est ipse per quem facta sunt omnia? Et vt sciatis quia ipse verbum caro factum est, & habitauit in nobis, desidera expetẽdo datam tibi vitã Christi, & donec peruenias, tene pignus mortem Christi. Promittẽs enim nobis victurum se esse nobiscum, non potuit nobis maius pignus dare, quàm mori pro nobis.

Rom. 8. Ven. Beda.

Ioan. 1.

Christi mors, pignus vitæ.

Mala

Si dixeris quia non possis à vino vel à carnibus abstinere, credimus tibi: si autẽ dixeris quòd nõ possis in te peccatibus indulgere, omnino non credimus. Et quia nulla nobis remanet excusatio, dũ non de cellario, sed de corde proferamus istã eleemosynã, iubemur implere, vt perviam vitę ad æternã mercamur patriã peruenire. Non solùm amicos, sed etiã inimicos diligamus: his enim duobus præceptis, id est, Diliges Deum, & diliges proximũ, quasi duobus spiritalibus pedibus si per viã veræ charitatis voluerimus currere, ad æternã patriã possumus feliciter peruenire. Istis pedibus currebat apostolus Paulus, quando dicebat: Ego autem sic curro, non quasi in incertũ. Qui ergo dilexerit inimicos suos, illud in eo impletũ erit quod Dominus dixit: Diligite inimicos vestros, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est. Elige modò quod tibi placuerit. Si inimicos dilexeris, nõ solùm amicus, sed etiã filius Dei esse mereberis. Si verò inimicos amare nolueris, propitiũ Deũ habere non poteris: quia scriptum est, Qui odit fratrẽ suum, homicida est. Et iterum: Qui non diligit, manet in morte. Et iterum: Qui odit fratrẽ suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat: quoniã tenebrę obcæcauerũt oculos eius. Et iterũ alibi scriptũ est: Itinera impiorum, qui iniuriã retinent malefacti in mortẽ. Nunquid hæc verba mea sunt, fratres mei? De Scripturis sanctis & canonicis proferũtur. Vt ergo nec homicidæ simus, nec in tenebris remaneamus, studeamus non solùm amicos, sed etiã inimicos diligere, vt piũ & misericordẽ Dominũ possimus secũdũ cautionis suæ vinculum libera conscientia conuenire: ipse enim dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cælestis peccata vestra: si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis debita vestra. Diligenter attẽdite, fratres, & scitote aliud esse in Deũ peccare, aliud in hominem. Quando enim in nos peccant homines, si pœnitentibus veniam nõ indulgeamus, peccatũ incurrimus: quãdo autem aliqui in Deũ peccauerint, si sine discretione grandi indulgere voluerimus, participes nos eorũ peccati efficimur. Dicit ergo Dominus, Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & pater vester cęlestis peccata vestra. Rogo vos fratres, quid delicatius, quid benignius dici potest? In potestate nostra posuit, qualiter in die iudicemur. Nõ dixit, Vade in Orientẽ, & quære iustitiam; nauiga vsque ad Occidentem, vt accipias indulgentiam. Dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi; indulge, & indulgetur tibi; da, & dabitur tibi, nihil à te extra te quærit. Ad te ipsum & ad conscientiam tuam te Deus dirigit. In te enim posuit quod requirit. Non enim medicamentũ vulneribus tuis longè opus habes inquirere, peccatorũ tuorum indulgentiam si vis intus in cellario cordis tui poteris inuenire. Sed dicis: Tanta mala me inimicus meus compulit sustinere, vt eum nulla possim ratione diligere. Attendis quid tibi fecerit homo, & nõ attendis quid tu feceris Deo? Si conscientiam tuam diligenter discutis & inquiris, sine vlla compensatione maiora tu peccata commisisti in Deum, quàm in te commiserit homo. Et qua fronte vis vt tibi Deus dignetur dimittere multum, qui non vis dimittere parum? Si hæc quæ suprà diximus spiritalia medicamenta, sicut Deo propitiante consuestis, libenter accipitis, & in ærario sanctæ conscientiæ vestræ reconditũ diligentissimè custoditis, auxiliante Domino, venena diaboli non timebitis, & per odium & iracundiã aut nunquã nobis animarũ vulnera ingerẽtur; aut si fortè surrepserint, per charitatẽ citò ad pristinã salutem reuocantur.

1. Cor. 9.

1. Io. 1. & 2.

Matth. 6.

Mala, inquit, vestra pertuli, bona mea non reddis? Promisit cautionem, fecit pignus. Dedit Euangelium, & tu dubitas credere? Promisit cũ hic inter homines ambularet, cautionem fecit cùm Euangeliũ scriberet. Ad pignus ipsius quotidie dicis, Amen. Pignus quod accepisti, quotidie erogatur tibi. Noli de spe desperare, qui viuis ex pignore. Conuersi ad Dom. &c.

SERMO XLIX.

In eisdem festis. SERMO V.

CERTAMINE vniuersorum martyrũ fulciri atque eorũ victoria quorũ natalis victricis gloriæ celebratur, quo robusta fides sit ad agonem & passionis cõgressus, roborari debemus: certò sciẽtes, quòd in omnibus Christus patitur, & quòd ad regnũ cælorum statim cũ exultatione corporis transferuntur: & cùm gẽtes horreant in ægritudine mortẽ, hi in ipsa morte cõsequantur perpetuã hæreditatem. Per passionẽ verò translationem magis credunt esse quàm finẽ. Hæc est arcana sapientia, quæ in electis tuis Domine non persuasione colligitur, sed de tuis martyribus & de fonte diuino virtutes oriũtur, quibus viuere Christus est & mori lucrũ, triũphantes in Christo sua morte peccata lucrantes: quanquã qui in illo paritur, omnino nõ moritur. Confessionis enim mors nõ est, sed hæreditas vitæ. Martyrium est igitur indulgentia criminum, virtutũ caput, occasio iustitiæ, Dominicæ passionis imitatio. O felicissimi martyres, renũciantes sæculo maluerunt meliora nouissima quã prima! Quorum denique consummatio iustum initiũ facit. Diuino tuo nutu omnipotẽs Deus, gloriosissimi martyres Christi testes esse meruerũt. Victoriam quoque meditati, confessi sunt Christũ in flagellis, in carceribꝰ, in ergastulis, in solitudine. Iustorũ enim comes semper debet esse cõfessio. O inclytæ beatorũ animæ, & gloriosa victoria martyrũ, inter quos deuotissimę feminæ simul sæculũ sexũmque vicerũt, præliãtes cũ diabolo, fortiores viris torquẽtibus extiterũt, quę carnifici gratias agentes erãt sęuiẽti. Ab omnibus enim fidẽ expectat Deus omnipotens magis quàm mortem: sed diabolus qui confitẽtes odit, coronas præstat inuitus. Facit martyres quos occidit, & cùm Dei seruos vincere cõtendit, contẽnitur ipse, dum sęuit. Liberalitas ergo tua Deus hactenus nobis martyria proposuit, vt aduersarius quo A dã elisus est, à filiis Adæ cõstanter elidi mõstraretur. Voluisti enim hominẽ non tantum de diaboli potestate eruere per fidẽ, sed inculcatorẽ eius interficere per virtutẽ, vt qui gaudeamus Christi sanguine mortui, facinꝰ liberati ducẽtes martyria in Christo postea triumphemus coronati, per ipsum Dominũ nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat in sęcula sęculorum, Amen.

In eisdem festis.

SERMO D. AVGVST. VI.

SERMO I. CAP. I.

VONIAM dies sanctorum martyrum est, vnde potius, aliquid delectet nos dicere nisi de gloria ipsorũ? Adiuuet nos Dominus martyrum. Audiuimus paulo ante beatũ Apostolum prædicãtẽ, Quis nos separabit à charitate Christi? Ista vox est martyrũ, Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut scriptum est, Propter te mortificamur tota die, deputati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Hæc est vox martyrũ omnia tolerare, & de se nihil prẽsumere, illũ diligere qui glorificatur in suis: vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Nouerãt & illud quod nos cãtauimus paulo antẽ, Lętamini in Domino, & exultate iusti. Si iusti in Domino lætãtur, iniusti verò nõ nouerũt lętari nisi in sęculo. sed ꝗ sæ sunt primæ acies debellãdæ, primò vincendæ sunt delectationes & postea dolores. Quomodo potest superare mundũ sæuiẽtẽ, qui nõ potest superare blandientẽ? Blanditur hic mũdus pollicendo honores, diuitias, voluptates: Minatur hic mundus intẽdẽdo dolores, egestates, humilitates. Qui non contẽnit quod pollicetur, quomodo superare potest quod minatur? Habent delectationẽ suam diuitię. Quis nesciat? Sed plus habet delectari iustitia: delectare diuitiis cùm iustitia. Vbi autẽ talis articulus tẽtationis inciderit, vt duo hæc veniãt in tentationẽ, diuitię & iustitia, & non possis habere vtrũque æquale: sed si dimiseris manũ ad iustitiã, pereãt diuitiæ: si dimiseris manũ ad diuitias, necesse est vt amittas iustitiã: modò elige, modò pugna, modò videamus si nõ sine causa cãtasti, Lætamini in Domino, & exultate iusti: modò videamus si non sine causa audisti, Quis nos separabit à charitate Christi? Equidem prætermisit omnia quibus blanditur mundus, & te voluit cõmemorare, cui blanditur mundus. Quare? Quia certamina martyrũ prenũciabat, illa vtique certamina, vbi vicerunt persecutionẽ, famem, sitim, egestatem, ignominiam, ad extremũ timorẽ mortis, hostẽ nouissimũ. SED videte fratres, totum ars Christi facit. Admonet Apostolus, vt præferamus charitatẽ Dei mundo. Quantas angustias patiũtur, qui volunt rapere res alienas? An persecutio ait. Et ipsa nõ frangit? Auaritia terretur, auarus rapit ac timet pœnã, æstuat in rapinã. Multi enim famẽ patiũtur, dũ acquirunt & faciũt lucra, quibus prẽcipimus ieiunare, & excusant se stomacho. Vacẽt illis toto die solidos numerare, & ieiuni dormiunt. An nuditas ait? Quid dicã de nuditate? Quotidie negotiatores de naufragio nudi euadũt, & iterũ nauigãt ad periculũ. Vnde quotidie periclitantur homines, nisi propter diuitias acquirendas? Nec gladiꝰ prohibet. Capitale crimẽ est falsitas, & tamẽ comitatur hæreditas. Si ergo hoc meretur tẽporalis cupiditas, quare nõ mereatur Christi hæreditas? Auarus dicit in corde suo, qui fortẽ non audet lingua sua: Quis nos separabit à cupiditate auri? tribulatio, an angustia, an persecutio? Possũt & auari dicere auro, Propter te occidimur tota die. Optimè ergo dicũt sancti martyres in Psalmo, Iudica me Deꝰ, & discerne causã meã de gẽte nõ sancta. Discerne, inquit, tribulationem meã, tribulãtur & auari. Discerne angustias meas, patiũtur angustias & auari. Discerne persecutiones meas, patiũtur & auari. Discerne famẽ meã: ꝓ auro acquirẽdo esuriunt & auari. Discerne nuditatẽ meã: pro auro despoliãtur & auari. Discerne mortẽ meã: ꝓ auro moriuntur & auari. Quid est, Discerne causam meã? Propter te mortificamur tota die. Illi propter aurum, nos propter te. Similes pœnæ, sed discreta causã. Vbi ergo discreta est causa, certa est victoria. Si ergo causam intuemur, sollemnitates martyrũ amamus. Amamus in eis non passiones, sed causas passionũ. Nã si amaremus passiones, multos inueniri sumus qui peiora patiũtur ex causis malis. Sed si causam attẽdamus, crucẽ Christi attendite. Ibi erat Christus, vbi & latrones. Similis pœna, sed dissimilis causa. Vnus latro credidit, alius blasphemauit. Dominus tanquã de tribunali inter ambos iudicauit. Illum qui blasphemauit, in tartarũ damnauit, alium in paradiso secum constituit. Quare hoc? Quia etsi æqualis pœna, sed impar erat causa. Eligite ergo martyrum causas, si vultis peruenire ad martyrũ palmas. Conuersi ad Dominum, &c.

Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Videns Iesus turbas, &c. quę sumpta est ex libro primo de sermone Domini in monte, cap. primo, tom. 4.

Item de eisdem alia sermo, eorum quos Parisienses adiecerunt, XIIII.

Et de Diuersis CXVII. CXVIII. & CIX.

DE VNO CONFESSORE.

In festis vnius confessoris, de seruo pigro, qui talentum acceptũ noluit erogare.

SERMO I.

SERMO D. AVGVST. I.

DOMINI fratres & coẽpiscopi mei prẽsentia quidem sua nos visitare & exhilarare dignati sunt: sed nescio quare nolunt me fessum adiuuare. Hoc ideo charitati vestræ dixi ipsis audientibus, vt quodãmodo audiẽtia vestra intercedat pro me apud illos, vt quãdo eos rogo faciant & ipsi sermonẽ. Erogent quòd acceperunt, operari magis quàm excusare dignentur. A me autẽ fatigato & vix loquente, pauca libenter accipite. Habemus enim & libellũ de beneficiis Dei per sanctũ martyrẽ datis, pariter libẽtius audiamus. Quid ergo est? Quid dicam vobis? Audistis in Euãgelio & bonorũ seruorũ meritũ, & pœnã malorũ. Et malitia tota serui illius reprobati grauitérque dãnati ista fuit, qui noluit erogare. Seruauit ad integrum quod accepit: sed Dominus eius lucra quærebat. Auarus est Deus ad salutem nostram. Si sic damnatur qui nõ erogauit, quid debent expectare qui perdunt? Nos ergo dispensatores sumus. Nos erogamꝰ, vos accipitis. Lucra quærimus, bene viuite. Lucra enĩ erogationis ista sunt. Sed etiã ad vos nolite existimare

Matth. 5.

A nõ pertinere erogationem. Nõ potestis erogare de isto loco superiore, sed potestis vbicũque estis. Vbi reprehenditur Christus, defendite. Murmuratoribus respõdete, blasphematores corripite, ab eorum vos societate alienate. Sic erogatis, si aliquos lucramini. Agite vicẽ nostram in domibus vestris. Episcopus inde appellatus est, quia superintẽdit, quia intẽdẽdo curat. Vnusquisq; ergo in domo sua si caput est domui suę, debet ad eũ pertinere episcopatꝰ officiũ, quomodo sui credãt, ne aliquĩ ipsorũ in hæresim incurrãt, ne vxor, ne filiꝰ, ne filia, ne ipse seruus, quia tãti est emptus. Disciplina Apostolica præposuit dominũ seruo, & seruum subdidit domino: Christus tamen pro ambobus vnum pretiũ dedit. Minimos vestros nolite contẽnere, domesticorũ vestrorũ salutẽ omni vigilantia procurate. Hæc si facitis, erogatis. Pigri serui non eritis, dãnationẽ tã detestandã non timebitis.

Episcopus vnde.

Episcopatus officiũ.

B Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Vos estis sal terræ, &c. quæ sumpta est ex libro primo, De sermone Domini in monte, capite secundo, to. 4.

DE VIRGINIBVS.

In festis sanctarum virginum, Homilia de eo quod scriptũ est in Euãgelio secundũ Matthæũ, Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c. quæ habetur de verbis Domini, XXIII.

Et de quęstionibus Euangeliorum, libro primo, cap. XLIII.

Et in lib. LXXXIII. quæstionum, quæstione LIX.

DECEM ET SEPTEM SERMONES

A PARISIENSIBVS ADDITI.

IN EPIPHANIA SERMO:

In quo docet stellam biennio apparuisse, & de multiplici interpretatione biennij.

CAP. I.

SICVT dies hodiernus anniuersario reditu commonet nos, quòd Dominũ nostrum Iesum adorauerũt Magi, tanquã primitiæ gentiũ: ita huic sollẽnitati de isto tãto mysterio noster etiam sermo debetur. Vnde vestrã cõmoneo charitatẽ, recentem diẽ pristinum recolite, quo Dominus natus est: & huic hodiernũ adiungite, quo à Magis adoratus est. Nec eis stella loqui potuit cuius esset, vel cuius excellentiã prẽsignaret: nouũ tamen & singulare sidus effulsit, atque illos etiã qui solent sidera diligenter intueri, nouo miraculo exterruit. Nunquã enim tali stella quisquam est significatus, quia nunquã talis est natus. Veruntamen quis esset, vbi esset, quorum rex esset, sidus illud, & si tacebat, lucebat. Sed quærentia Deus & pulsantia corda nõ fraudãs, alio modo sine dubio petẽtibus reuelauit, quod stella indicare nõ potuit. Quẽ modũ quidẽ Scriptura non dicit, sed intelligendũ prudentibus dereliquit: atq; in ipsa narratione, vnde hoc intelligere possimus, ostẽdit. Cùm enim Bethleem ciuitas, secundum Scripturas, à Iudæis cõmemorata esset, vbi Christum nasci oporteret, quia domus latebat vbi Dei verbum infans iacebat, eadem stella Magos perduxit ad domũ, sub cuius tecto erat qui fecerat mundum: & quem nũciauerat cælum, hucusque patuit prẽcedentis sideris fulgor.

C

CAPVT II.

SED vt illi ad Herodem regem Iudæorum non reuerterentur, qui se velle dixerat adorare quem cupiebat occidere, per somniũ leguntur admoniti. Ita quod eloqui stella non potuit, alia Deus reuelatione monstrauit. Sic intelligendum est, non per solam stellam, quãuis oculis suis insolita & inexperta luce fulgentem, Magos in Oriente potuisse cognoscere, quisnã esset significatione tãti sideris dignus, cuius testis ille fulgor existeret, quẽ clarũ tanta claritas nũciaret, vbi quæreretur, quò eundũ esset, vt inuentus adoraretur. Sed alia nimirũ reuelatione indicatum est diuinitùs, quod luce sideris tacitè signabatur. Et cum magna admiratione quærentibus quid sibi vellet, & quò pertineret quod nouum apparebat in cælo, nõ vtique loquente ipso sidere, sed aliter intimatum est quis descendisset de cælo, & diuinitate prẽsidens cęlo, iaceret in carne sub cælo. Tunc quippe intelligitur indicatũ cuius esset stella, quæ iã diu videbatur, quãdo natus est qui per illam significabatur. Nã fermè biẽnio visa est mirantibꝰ quid esset. Sed posteaquam Christo nato reuelatum est Magis, iã nõ sidus esse mirandũ, sed eum qui sidere prẽnũciatus fuerat adorandum, regẽmque esse Iudæorum: ab Oriente venerunt, & hodierno die adorauerũt, quẽ ante paucos dies natum esse, atque illam stellam, quæ sibi per biennium apparuerat, eius fuisse didicerunt.

Hic dicit aliquis: Illam stellam biennio apparuisse, vnde monstratur? Euãgelij verba recolamus. Herodes nempe rex Iudæorũ, cùm à Magis fuisset illusus, quòd in somnis moniti ad eũ redire noluerũt, ne indicaretur vbi Christus fuisset inuentus, à bimatu & infra occidit infantes. Hoc autem qua causa fecerit, hoc est, quare à bimatu & infra occidi paruulos iusserit, Euangelista nõ tacẽs, secundũ tẽpus, inquit, quod exquisierat à Magis. Ecce vnde ostenditur, nõ tunc primũ apparuisse stellam, quando natus est Christus, hoc est, ante paucissimos dies: sed biẽnij tẽpore prẽnũciatione fulsisse siderea, quæ tunc est cognita cuius esset, quãdo missi sunt adorare in terra, quẽ in cælo iã viderant præsignatũ. Si quis autẽ quęrit, quare bienniũ prænũcians Christũ stella claruerit, possunt videri duobus annis duo significata ꝑcepta: vnũ dilectionis pei, alterũ ꝓximi: in quib. duobꝰ prẽceptis tota Lex pẽdet & Prophetę. Sic enim ꝙ infinitè videbatur ꝑ multa mãdata diffusũ, ista est breuitate cõclusũ. Vt hic intelligatur dixisse propheta, Verbũ enim

D

CAP. III. Matth. 9.

Matth. 22.

Esa. 10. & 18.

enim consummans & breuians faciet Dominus super terram. Ipse igitur duobus præceptis cõsummauit verbum, cuius duobus annis stella prænũciauit aduentũ. Possunt in his duobus annis etiam duo intelligi Testamenta, vetus & nouũ. Non enim alius author est legis qua terremur, & alius gratiæ qua iuuamur: cùm ipse
Rom.9. Ioan.5. dixerit, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Et ipse sit sapientia Dei, de qua dictũ est, Legẽ autẽ & misericordiam in lingua portat. Sed quoniã per duos annos duo tempora significata potius accipi possunt, etiã duos Christi possumus intelligere aduentus: vnũ humilitatis, alterũ claritatis. Et duas nostras geneses, quia ille per quẽ facta sunt omnia, vtique author ambarũ est: vnam qua in carne nascimur,
Cap. III. Ioan.1. aliã qua in fide renascimur. EXVLTEMVS ergo, & iocũdemur in eo quẽ pannis inuoluerãt, & angeli nunciabant: qui in præsepi iacebat, & intra astra fulgebat. Quẽ regẽ sempiternũ, gentibus adorandũ, non diadematis gẽma, sed cæli stella mõstrabat. Qui vbera sugebat, & lactẽtes martyres faciebat. Agnoscamus lapidẽ angularẽ, in quo duo parietes de diuerso veniẽtes, vn° ex circumcisione Iudæorum, alter ex præputio nationũ, fideli osculo copulantur. Ipse est enim pax nostra,
Ephes.2. qui fecit vtraque vnum. Ipse veniens, sicut audistis Apostolum, euãgelizauit pacem his qui lõgè, & pacẽ his qui propè. Propè erant pastores, lõgè erãt magi. Vtriq; agnouerunt, vtrique venerunt: & secundũ Esaiam prophetã, vtrique in præsepi cibaria sua, tanquã bos & asi-
Esaiæ 1. nus inuenerunt. Hos enim populos ex Iudæis & gẽtibus Christus glorificat° assumpsit, quorũ primitias natus accepit. Ad nos ergo maximẽ huius diei pertinet
Matth. 2. gratulatio, qui ex gentibus venimus. Protulerunt magi, quãdo Christum adorauerunt, aurum, thus, & myrrham. Aurum, quia regẽ viderunt; thus, quia Deũ intellexerunt. Cognouerunt & carnẽ passũrãã & myrrham protulerunt ad sepulturã. Hęc illi secundum cõsideratione suam. A nobis autẽ aurũ accipit, si eleemosynas faciamus; th°, si orationes fundamus; myrrhã, si pro illo moriamur. Proinde quia Epiphania manifestationem verbo Græco indicat (latens quippe magis Domini infantia cupiẽtibus adorate, manifestatur indice stella) nos viam fulgentis Euangelij sequamur, & sancte adoremus cui manifesti sumus: vt quãdo Deus manifestè veniet, nec infans erit, quia non silebit, in dextera eius apparere mereamur.

Dominica infra octauas Epiphaniæ, De Christi parentibus: in quo exemplo virginis Mariæ ad humilitatem feminas monet, & pueros ad parentum obsequium.

SERMO II.

Est fragmentum prolixi sermonis seu tractatus, De generationibus Christi secundum Matthæum, qui est de Diuersis sermo CXIII.

Matth.8. *In illud Matthæi, Ascendente Iesu in nauiculam, &c. Dominica tertia post octauas Epiphaniæ, De diuersis animæ tentationibus: & quomodo sint vincendæ.*

SERMO D. AVGVST. III.

DE lectione recẽtissima sancti Euangelij, dominante Domino, alloquor vos, & in illo exhortor, vt contra tempestates & fluctus seculi huius non dormiat fides in cordibus vestris. Non enim reuera Dominus Christus mortem habuit in potestate, somnum non habuit in potestate: & fortè omnipotentem nauigantem somnus pressit inuitum. Hoc si crediderit is, dormit in vobis: si autem
Ephes.3. in vobis vigilat Christus, vigilat fides vestra. Apostolus dicit, Habitare Christum per fidẽ in cordibus vestris. Ergo & somnus Christi signũ est Sacramẽti. Nauigantes sunt animæ in ligno seculũ transeuntes: etiã naues illa Ecclesiã figurabat. Et singuli quippe tẽpla sunt Dei, & vnusquisq; in corde suo nauigat: nec facit naufragiũ si bona cogitat. Audisti conuitiũ, vẽtus est: iratus es, fluctus est. Vento igitur flante, fluctu surgẽte, periclitatur
A naus, periclitatur cor tuũ, fluctuat cor tuum. Audito conuicio vindicari desideras; & ecce vindicatus es: & malo alieno cedens fecisti naufragium. Et quare hoc? Quia dormit in te Christ°. Quid est, dormit in te Christus? Oblitus es Christũ. Excita ergo Christum, recordare Christum, euigilet in te Christus. Cõsidera illum. Quid volebas? Vindicari. Excidit tibi, quia ipse cùm
B crucifigeretur, dixit: Pater ignosce illis: quia nesciunt Luc.23. quid faciũt? Qui dormiebat in corde tuo, noluit vindicari. Excita illum, recole illum: Memoria ipsius, verbũ ipsius: memoria ipsius, iussio ipsius. Et dices apud te si vigilat in te Christus, Qualis ego homo, qui volo vindicari? Qui sũm ego, qui in hominẽ exero cõminationes? Morior fortè antequã vindicer. Et cũ anhelans ira inflãmatus, & sitiens vindictã exiero de corpore, nõ me suscipit ille qui noluit vindicari. Non me suscipit ille
Luc.6. qui dixit, Date, & dabitur vobis; dimittite, & dimittetur vobis. Ergo cõpescam me ab iracundia mea, & redibo ad quietem cordis mei. Imperauit Christus mari, facta est tranquillitas. Quod autẽ dixi, ad iracundiam, hoc tenete regulariter in omnibus tãtationibus vestris. Nata est tentatio, ventus est; turbatus es, fluctus est. Excita Christũ, loquatur tecum. Quis est hic, quando & venti & mare obediũt ei? Quis est hic cui obaudit mare? Ipsius est mare, & ipse fecit illud. Omnia per ipsum Psal.94.
facta sunt. Magis imitare vẽtos & mare: obtẽpera creatori. Sub iussione Christi mare audit, & tu surdus es? Mare audit, & vẽtus cessat, & tu sussilas? Quid? Dico, fa-
C cio, fingo: quid est aliud nisi sufflare, & sub verbo Christi nolle cessare? Nõ vos vincat fluctus in perturbatione cordis vestri. Sed tamen quia homines sumus, si vẽtus impulerit, si affectũ animę nostræ mouerit, nõ desperemus: Christũ excitemus, vt in tranquillo nauigemus, & ad patriam veniamus. Conuersi ad Dom. &c.

Feria tertia Paschæ. In illud Lucæ, Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis, Pax vobis, &c.

SERMO D. AVGVST. IIII.

APPARVIT Dominus post resurrectionem Cap.I.
discipulis suis, sicut audistis, & salutauit eos, dicẽs: *Pax vobis.* Hæc est pax, & salu- Luc.24.
tatio salutis: nã & ipsa salutatio à salute nomẽ accepit. Sed quid meli°, quã vt ipsa
D salutet hominẽ? Sal° enim nostra Christus est. Ipse est enim salus nostra, qui vulneratus est pro nobis, & confixus est clauis in ligno: & depositus de ligno, positus in sepulchro. De sepulchro autem surrexit, sanatis vulneribus, seruatis cicatricibus. Hoc enim discipulis suis expedire iudicauit, vt cicatrices eius seruarentur, vnde cordis vulnera sanarentur. Quę vulnera? Vulnera infidelitatis. Apparuit enim oculis eorum veram exhibens carnem: & putauerunt se spiritum videre. Non leue vulnus hoc cordis est. Deniq; hæresim malignam fecerunt, qui in isto vulnere remanserunt. Sed non putamus vulneratos fuisse discipulos, quia cito sanati sunt: Cogitet charitas vestra, si in isto vulnere remansissent, vt putarent corpus sepultum non resurrexisse, sed spiritum imagine corporis humanos oculos illusisse: si in ista fide, imò in ista perfidia remansissent: non eorum vulnera, sed mors plangi deberet.

SED

Cap.II. Cogitationes terrenę ascendunt in cor. SED quid ait Dominus Iesus? *Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in cor vestrum?* Si ascendunt in cor vestrum cogitationes, de terra veniunt cogitationes. Bonum est homini, non vt cogitatio ascendat in cor eius, sed vt sursum ascendat ipsum cor eius: vbi volebat A-
Colos.3. postolus pònere cor credentiũ, quibus dicebat: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens. Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cum Christo in deo. Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. In qua gloria? Resurrectionis. In qua glo-
1.Cor.15. ria? Audi Apostolum dicentẽ de hoc corpore, Seminatur in ignominia, resurget in gloria. Istam gloriam Apostoli magistro suo, Christo suo, domino suo dare nolebant: resuscitare eum potuisse corpus suũ de sepulchro non credebant: spiritum eum putabant, & carnẽ videbant, nec ipsis oculis suis fidem habebant. Et credimus eis nos annunciantibus, & non ostendentibus. B
Ecce ipsi Christo seipsum ostendenti non credebant. Malum vulnus. Prodeant medicamenta cicatricum. *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum: Videte manus meas & pedes meos*, vbi clauis confixus fui. *Palpate & videte.* Sed videtis, & non videtis. *Palpate & videte.* Quid? *Quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Hæc dicens*, sic recitatum est, *ostendit eis manus & pedes.* Cap.III.
ET *adhuc trepidantibus & mirantibus præ gaudio.* Iam gaudium erat, & adhuc trepidatio permanebat. Res enim incredibilis erat facta, sed tamẽ facta. Nunquid nũc incredibile est, quia resurrexit caro Domini de sepulchro? Totus hoc credidit mundus. Qui non credidit, remansit immundus. Tunc tamen incredibile erat: & persuadebatur non solùm oculis, sed & manibus, vt per sensum corporis fides in cor descẽderet: & in cor fides descendens posset prędicari per mũdũ, non videntibus aut tangentibus, & tamen sine du-
Luc.24. bitatione credentibus. *Habetis hîc*, inquit, *aliquid quod manducetur?* Quanta addit ad ædificium fidei structor bonus? Non esuriebat, & mãducare quęrebat. Et manducauit potestate, non necessitate. Agnoscant ergo discipuli verum corpus, quod agnouit ipsis prædicãtibus mundus. Si fortè aliqui hęretici sunt, qui adhuc habẽt in corde, quòd exhibuerit se oculis Christ°, & vera caro non erat Christi: iam ponant illud, persuadeat illis Euangelium. Nos eos reprehendimus, quia hoc sapiũt: damnabit ille, si hoc sapere perseuerant.

CAPVT III. TV quis es, qui non credis, corpus in sepulchro positũ resurgere potuisse? Si Manichæus es, qui nec crucifixum credis, quia nec natum credis: omnia eũ falsa ostendisse prædicas. Ille falsa ostendit, & tu verum dicis. Tu non mentiris ore: sed ille mentitus est corpore. Ecce arbitraris apparuisse oculis quod non erat, spiritum fuisse, non carnem. Audi illum. Amat te, ne damnet te. Audi illum dicentem, Ecce tibi dicit, infelix, tibi loquitur: Quid turbatus es, & cogitationes ascẽdũt in cor tuũ? Videte, inquit, manus meas & pedes meos. Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem nõ habet sicut me videtis habere. Hæc dicebat veritas, & fallebat? Corpus erat, caro erat, q; sepultum fuerat, apparebat. Pereat dubitatio, sequatur digna laudatio. Ostẽdit ergo discipulis se. Quid est, Se? Caput Ecclesiæ suæ. Ecclesia futura per mundum ab ipso prædicabatur, à discipulis nondum videbatur. Caput ostendebat, corpus
Luc.24. promittebat. Quid enim secutus adiũxit? *Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, dum adhuc essem vobiscum.* Quid est hoc, Dũ adhuc essem vobiscum? Nunquid nõ tunc cum illis erat, cum illis loquebatur? Quid est, Cùm adhuc essem vobiscũ? Vobiscum eram, quãdo moriturus eram. Quid est, Vobiscum? Cum morituris moriturus. Modò iam non vobiscum: quia cum morituris, nunquã vlterius moriturus. Hoc ergo dicebã vobis, Quid?

QVIA *oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in Lege & Prophetis & Psalmis de me.* Dixi vobis, quia oportebat Cap.V. Luc.24.
omnia impleri. *Tunc aperuit illis sensum.* Veni ergo Domine, fac claues, aperi vt intelligamus. Ecce omnia dicis, & non crederis. Putaris spiritus, tangeris, pulsaris, & adhuc trepidant qui te tangũt. De Scripturis admones, & adhuc non intelligunt. Clausa sunt corda, aperi, & intra. Fecit, Tunc aperuit illis sensum. Aperi Domine, & dubitanti de Christo aperi cor. Aperi ei sensum, qui phãtasma fuisse credit Christum. *Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas, & dixit eis*, Quid? *Quoniam sic oportebat*, quoniam sic scriptum est, & sic oportebat. Quid? *Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die.* Viderunt hoc, viderunt patientem, viderunt pendentem, videbãt post resurrectionem præsentem viuẽtem. Quid ergo nõ videbant? Corpus, id est, Ecclesiam. Illum videbant, illã non videbant. Sponsum videbãt, sponsa adhuc latebat. Promittat & ipsam. Sic scriptum est, Et sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die. Hoc sponsus est.

QVID de sponsa? *Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem.* Hoc nõdum videbant discipuli: Ecclesiam per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalẽ nondum videbant. Caput videbant: & de corpore capiti credebant. Per hoc quod videbant, quod non videbant credebant. Similes illis sumus & nos. Videmus aliquid, quod ipsi non videbant: & non videmus aliqd, quod ipsi videbant. Quid nos videmus, quod ipsi non videbant? Ecclesiam per omnes gentes. Quid nõ videmus, quod ipsi videbant? Christum in carne constitutum. Quomodo illi illum videbant, & de corpore cre-
C debant: sic nos corpus videmus, de capite credamus. Inuicem nos adiuuent visa nostra. Adiuuit eos visus Ab aliis Christus, ab aliis Ecclesia eius cernitur.
Christus, vt futuram Ecclesiam crederent: adiuuat nos visa Ecclesia, vt Christum resurrexisse credamus. Impleta est fides illorum, impletur & nostra. Impleta est illorum de capite, impletur nostra de corpore. Totus Christus & illis innotuit, & nobis innotuit. Sed totus ab eis nõ est visus, nec à nobis totus est visus. Ab eis caput est visum, corpus creditum. A nobis corpus visum, caput creditum. Nulli tamen deest Christus. In omnibus plenus est, & adhuc ei restat corpus. Crediderunt ipsi, crediderũt per illos Hierosolymitani multi. Credidit Iudæa, credidit Samaria. Accedant mẽbra, accedat ædificium fundamẽti. Fũdamẽtum enim nemo potest 1.Cor 3.
ponere, ait Apostolus, nisi quod est positum, quod est Christus Iesus. Insaniãt Iudæi, impleãtur zelo: Lapide-
D tur Stephanus: feruet lapidantium vestimenta Paulus, Act.7.
Saulus futurus Paulus apostolus. Occidatur Stephan°, perturbetur ecclesia Hierosolymitana: discedant inde ligna ardentia, accedant & incẽdant. Ligna enim quodammodo in ecclesia Hierosolymitana ardebant spiritu sancto, quãdo erat illis in Deum anima vna, & cor Actor.4. Act.2.
vnum. Lapidato Stephano passa est illa congeries persecutionem: sparsa sunt ligna, & accensus est mundus.

DENIQVE hæc secutus furens Saulus ille, accepit Cap.VII.
epistolas à principibus sacerdotũ, & cœpit ire sæuiens, Act.9.
anhelans cædem, sitiens sanguinem, vndecunque posset, quos posset vinctos trahere, ad suppliciũ rapere, se diffuso sãguine satiare. Sed vbi n°, vbi Christ°, vbi Stephani coronator? vbi nisi in cęlo? Videat & Saulũ, irrideat sęuiẽtẽ, clamet de cęlo: Saule, Saule, quid me persequeris? Ego in cælo sum, tu in terra: & tamen persequeris me. Caput nõ tangis, sed mẽbra mea cæcas. Sed

quid facis, quid proficis? Deus tibi est contra stimulũ calcitrare. Quamuis enim calces mittas, tu vexas: pone ergo furorem, cape mansuetudinem. Pone malum cõsilium, appete bonum auxilium. Voce illa prostratus est: Quid est, Prostratus Persecutor. Ecce victus est vna voce. Quid ibas, quid faciebas? Quos quærebas, modò sequeris: quos persequebaris, modò pro illis persecutionem pateris. Surgit persecutor qui prostratus est persecutor. Audiuit Domini vocem. Excæcatus est, sed in corpore, vt illuminaretur in corde. Perductus ad Ananiã, de pluribus catechizatus, baptizatus, præcessit Apostolus. Dic, prædica. Prædica Christũ, dissemina ô bone aries, iam dedum lupus. Vide illum, arrende illum, qui sæuiebat. Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. Funde Euangelium. Quod corde concepisti, ore dissemina. Audiant gẽtes, credant gẽtes. Pullulent gentes, nascatur de sanguine martyrum sponsa Domino purpurata. Et ex illa quàm multi accesserũt, quàm multa membra capiti cohæserunt, & cohærent nũc, & credũt. Et baptizati sunt isti, & baptizabantur alij, & post nos venient alteri. Tũc, inquam, in fine seculi accedent lapides fũdamenti, lapides viui, lapides sancti, vt in fine ędificetur totũ ædificium ab illa Ecclesia, imò ab ipsa Ecclesia quæ modò cãtat canticũ nouum, dum domus ædificatur. Sic enim habet ipse Psalmus, Quãdo domus ædificabatur post capciuitatẽ. Et quid? Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra. Quàm magna domus. Sed quando cantat canticum nouum? cùm ædificatur. Quãdo dedicatur? In fine seculi. Fundamẽtum ipsius iam dedicatum est: quia ascendit in cælum, & non moritur: quando & nos surrexerimus, vt nunquam moriamur, tunc dedicabimur. Conuersi ad Dominum, &c.

Galat. 6.

Psal. 95.

In die ascensionis, Homilia in illud Marci, Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quòd iis qui se vidissent resurrexisse, non credidissent, &c.

Mar. vlt.

SERMO D. AVGVST. V.

Est sermo habitus in die Paschæ, quem Beda ad Rom. 8. vocat, De resurrectione Christi. Qui plenè extat de Diuersis, numero LXXXVI.

Ipso die ascensionis Domini.

SERMO D. AVGVST. VI.

Citant Beda ad Rom. 5. & Eugippius tom. 2. cap. 136. 151. 152.

CAP. I. SOLLENNITATE dici huius admonemus scientes, instruimus negligẽtes. Ascensum Domini in cælũ hodie sollẽniter celebramus. Dñs enim Saluator noster, posito corpore, & recepto corpore, postea quã resurrexit à mortuis, exhibuit se discipulis viuentẽ, quem desperauerãt morientem. Posteaquam se reddidit oculis intuendũ, manibus contrectandum, ædificans fidẽ, exhibendo veritatẽ: quoniam parum fuit humanæ fragilitati & infirmę trepidationi tam magnũ miraculum vno die exhibere, & inde subtrahere: conuersatus est cũ eis in terra, sicut audiimus, cùm liber Actuum Apostolorum legeretur: Conuersatus est cum eis in terra quadraginta diebus mirans & exiens, manducans & bibẽs: vt exhiberet veritatem, nõ quod haberet necessitatem. Ipso ergo quadragesimo die, quẽ hodie celebramus, eis videntibus, & videndo deducentibus, ascendit in cælũ. Tunc ergo posteaquam id quod videbãt ascẽdere mirabantur, sursum tamẽ ire gaudebãt. Capitis enim præcessio, spes mẽbrorum est: audierunt & angelicã vocem, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælũ? Hic Iesus sic veniet, quemadmodũ vidistis eũ cũtẽ in cęlũ. Quid est, Sic veniet? In ea forma veniet, vt impleatur quod scriptũ est. Videbunt in quẽ pupugerunt. Sic veniet. Ad homines veniet, homo veniet, sed Deus homo veniet. Veniet verus homo & Deus, vt faciat homines deos. Ascẽdit iudex cæli, sonuit præco cęli. Bonam causam habeamus, vt futurũ iudicium non timeamus. Ascendit enim, viderunt qui nobis nũciauerunt. Qui non viderunt, crediderunt: alij non credẽtes irriserũt. Non enim omnium est fides. Et quia nõ omnũ est fides, & nouit Dominus qui sunt eius, quid disceptamus quod ascendit in cęlum Deus? Miremur potius, quia descẽdit in infernum Deus. Mortẽ Christi miremur, resurrectionẽ verò laudemus potius quàm miremur. Perditio nostra, peccatum nostrum; sanguis Christi, pretiũ nostrũ. Resurrectio Christi, spes nostra; adũctus Christi, res nostra. Ille ergo qui est ad dexterã patris, expectandus est donec veniat. Dicat anima nostra sitiens illi, Quãdo veniet? Et, Sitiuit anima mea ad Deum viuum. Quando veniet? Veniet. Sed quando veniet? Optas vt veniat: vtinam paratum te inueniat.

A

Zach. 12.

1. Tim. 1.

B

Psal. 41. & 62.

CAPVT II. VERVNTAMEN ne putemus nos solos habere hoc desiderium de Domino nostro, vt dicamus, Quãdo veniet? Habuerunt hoc desiderũ & discipuli eius. Si possem vobis dicere inhiantibus, expectantibus, suspensis, nosse cupientibus, quando veniat Dñs Deus noster, si possem vobis dicere, qualis vobis viderer? Sed hoc ex me nõ vos speratis audire posse. Qui si speratis, desipitis. Ipsum certè Dominum Iesum Christum in corpore præsentem, viuentẽ, loquentẽ, si ante oculos vestros, & ante manus vestras haberetis, scio quia pręisto desideretis interrogaretis & diceretis ei, Domine, quãdo vẽturus es? Discipuli ipsi Dominũ Iesum Christum pręsentẽ interrogauerunt. Non potestis interrogare quod interrogauerũt, audite quod audierunt. Etenim illi tunc erãt, nos nondũ eramus: Quibus tamen si credamus, & nobis interrogauerũt, & nobis audierũt. Ergo discipuli Christi deducturi aspectu ascẽsurum Christũ interrogauerunt, & dixerunt ei: Domine, si hoc tẽpore pręsentaberis? Cui dicebãt? Quem præsentẽ videbant. Si hoc tempore præsentaberis? Et quid est illud? Nónne præsentẽ videbãt, nónne præsentẽ audiebãt, nónne pręsentem etiã tangebant? Quid est hoc, Si hoc tempore præsentaberis: nisi quia nouerant præsentia Christi futurũ iudicium: vt videretur à suis & ab alienis? Nam quãdo resurrexit, non est visus, nisi à suis. Hoc ergo sciebant, & fide retinebant, futurum esse tempus quãdo iudicatus iudicaret, quando reprobatus probaret, & reprobaret, quãdo cõspicuus vtriq; hominum generi alios poneret ad dexteram, alios ad sinistram, dicturus quod vtriq; audirent: oblaturus quod non vtrique acciperent, cõminaturus quod non vtriq; pertimescerent. Sciebãt futurum, sed quando, quærebant. Si hoc tempore præsentaberis? Non vtique nobis. Nam & modò videmus te: sed præsentaberis etiam his qui non crediderunt in te. Si hoc tempore præsentaberis, dic nobis, & quando regnũ Israël? Hoc quæsierũt, si hoc tẽpore præsentaberis, & quando regnum Israël? Quod regnum? De quo dicimus, Veniat regnũ tuum. Quod regnum? De quo audituri sunt ad dexterã positi. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quando dicturus est etiam sinistris, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Terribilis vox, tremenda vox. Sed, In memoria æterna erit iustus, ab auditu malo nõ timebit. Istis hoc, illis illud: in vtroque verax, quia in vtroque iustus.

C

Act. 1.

Matth. 6. Matth. 25.

Psal. 111.

CAPVT III. SED quod quærebant, si audierunt, audiamus: si non audierunt, quod audierunt teneamus, & quod vẽturum est, [non] timeamus. Domine, si hoc tempore præsen-

CAPVT IIII.

CAP. V. Ibidem.

Act. 1.

Ecce hic est. Matth. 24. Mar. 13. Luc. 17.

D

Apoc. 1.

Act. 1.

CAPVT VI.

Tunica Christi inconsutilis. Ioan. 19.

CAPVT VII. Christi duę glorificationes.

Ioan. 7.

Spiritus sanctus bis datus.

Ioan. 20.

Act. 1. Luc. vlt.

CAP. VIII. Quare spiritus sanctus bis datus sit.

Duo præcepta charitatis. Deut. 6.

Matth. 22.

praesentaberis? Et nos æstimantes nos præsentẽ videre Dominum in corpore constitutum, dicamus illi: Domine, si hoc tempore præsentaberis, & quando regnũ Israël? Quando regnum tuorum, quando regnum humilium, quamdiu typhus superborum? Certè hoc est quod quærebatis, hoc est quod audire desiderabatis. Videamus quid respondeat. Non dedignẽtur audire agni, quod audierunt arietes. Audiamus quid dicit ipse Dominus. Quibus Petro, Ioãni, Andreæ, Iacobo, cæteris tantis & talibus, tam dignis. Sed quos inuenit indignos, & fecit dignos. Quid eis respõdit dicẽtibus, Si hoc tempore præsentaberis, & quando regnũ Israël? Non est vestrum scire tempora, quę pater posuit in sua potestate. Quid est hoc? Dicitur Petro, Non est vestrũ: & tu dicis, Meum est? Non est vestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Quod creditis, bene creditis: quia venturũ est. Quando venturum sit, quid ad te? Quando venerit, præpara te. Non est vestrũ scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Curiositas abscedat, pietas succedat. Quid ad te quãdo veniet? Sic viue, quasi hodie venturum sit: & non timebis, cùm venerit. VIDETE autem ordinem & disciplinam magistri boni, magistri singularis, magistri solius. Non dixit quod interrogauerunt, & dixit quod nõ interrogauerunt. Sciebat enim quod interrogauerunt non eis expedire vt nossent: quod autem sciebat eis expedire, etiã non eis interrogantibus dixit, Non est vestrũ scire, iquit, tempora. Quò tibi tempora? Hoc agitur vt euadas tempora, & quæris tempora. Non est vestrum scire tẽpora, quæ pater posuit in sua potestate. Et quasi diceretur ei, Et quid est nostrum? modò audiamus quid ad nos maximè pertineat, modò audiamus. Quęsitum est quod non oporteat dici: sed dictum est quod oporteat audiri. Non est vestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Sed quid est vestrum scire?

A

B

SED accipietis virtutẽ spiritus sancti superuenientem in vos, & eritis mihi testes. Vbi? In Hierusalẽ. Consequens erat vt hoc audiremus: his enim verbis Ecclesia prædicatur, Ecclesia commendatur, vnitas annunciatur, diuisio accusatur. Apostolis dictum est, Et eritis mihi testes: fidelibus dicitur, vasis dei dicitur, vasis misericordiæ dicitur, Eritis mihi testes. Vbi? In Hierusalẽ, vbi occisus sum, & in tota Iudæa & Samaria, & vsq; in fines terræ. Ecce quod audite, ecce quod tenete. Spõsa estote, & sponsum securi expectate. Sponsa Ecclesia est. Vbi futura prædicata est, quã illi testes annunciarent; vbi futura prædicata est? Multi enim dicturi sunt, Ecce hic est. Audirẽ, si nõ & alius diceret, Ecce hic est. Quid tu dicis? Ecce hic est. Iam ibam: sed reuocat alius simili voce, Ecce hic est. Tu ex parte vna. Ecce hic est; ali? ex parte alia, Ecce hic est. Dominũ interrogemus, Dominũ interpellemus. Sileant partes, totum audiamus. Dicit vnus ex angulo vno: Ecce hic est: alius ex alio angulo, Non, sed ecce hic est. Tu domine dic: tu affere quã redemisti, ostende quam dilexisti. Ad nuptias tuas inuitati sumus, ostẽde sponsam tuam, ne vota tua litigãdo turbemus. Dicit planè, ostendit planè: nõ deserit inquirentes, nõ amat litigãtes. Dicit discipulis suis & non quærentibus dicit: quia contendentibus cõtradicit. Et ideo fortasse hoc ab Apostolis nondum quærebatur, quia grex Christi nõdum à latronibus diuidebatur. Nos experti dolores diuisionis, studiosè coagulũ quærimus vnitatis. Apostoli quærunt tẽpus iudicij, & Dominus respondet locum Ecclesiæ. Non respõdit quod quæsierunt, sed nostros præuidebat dolores: Eritis, inquit, mihi testes in Hierusalem. Parum est. Non pro hoc tantũ pretium dedisti, vt hoc solum emeres in Hierusalẽ. Dic adhuc, Et vsque in fines terræ. Venisti ad fines: quare contentiones non finis? Nemo mihi dicat iam, Ecce hic est: non, sed ecce hic. Sileat humana præsumptio, audiatur diuina prædicatio: teneatur vera promissio, In Hierusalẽ & in tota Iudęa & Samaria, & vsque in fines terrę. His dictis nubes suscepit eum. Iam nõ opus erat, vt aliqd adderetur, ne aliũde cogitaretur.

C

FRATRES, pro magno audiri solẽt verba nouissima parentis ituri in sepulchrũ, & contemnuntur Dñi verba nouissima ascẽdentis in cælũ? Existimemus Dominum nostrum testamentum scripsisse, & in testamẽto sua nouissima verba posuisse: præuidit enim malorũ filiorũ futura litigia, prætuidit homines partes sibi conantes facere de possessione aliena. Quare enim non diuidant quod non emerunt? Quare non concidãt, pro quo pretium non dederũt? Sed ille tunicã de super textam nusquã cõsutilem diuidi noluit, sorte prouenit. In illa veste vnitas commendata est, in illa veste charitas prædicata est, ipsa est desuper texta. De terra est cupiditas, desuper charitas. Agite fratres, testamẽtũ scripsit dominus, nouissima verba posuit. Videte obsecro vos, & moueat vos, quomodo & nos mouet, si fieri potest.

DVÆ sunt glorificationes secundum suscepti hominis formam. Vna, qua surrexit à mortuis tertio die: alia qua ascendit in cælũ ante oculos discipulorũ suorũ. Duæ sunt istæ quæ commendantur glorificationes eius iam factæ. Restat vna & ipsa in conspectu hominũ, cùm se iudicio præsentabit. De spiritu sancto hoc erat dictum per Ioannem euangelistã, Spiritus autem nondũ fuerat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Spiritus autem nondũ fuerat datus. Quare nondũ fuerat datus? Quia Iesus nondum erat glorificatus. Expectabatur ergo, vt glorificato Iesu daretur spiritus. Meritoq; bis glorificatus, resurgendo & ascendendo, bis dedit spiritum. Vnum dedit, & vnus dedit, vnitati dedit, & tamen bis dedit. Primò posteaquã resurrexit, dixit discipulis suis, Accipite spiritum sanctum. Et insufflauit in faciẽm eorum. Habes semel. Deinde promittit adhuc se missurum spiritum sanctum, & dicit, Accipietis virtutem spiritus sancti superuenientem in vos. Et alio loco, In ciuitate sedete. Ego enim impleam promissionem patris quam audistis, inquit, ex ore meo. Posteaquam ascendit, decẽ diebus ibi factis misit spiritum sanctum: ipse est sollennis futurus Pentecostes.

VIDETE, fratres mei. Quærat à me aliquis, quare bis dedit spiritum sanctum. Multi multa dixerunt, & sicut homines quæsierunt. Et aliqui dixerunt, quod nõ est contra fidem: alius hoc, alius illud. Vtrunque quod non excederet regulam veritatis. Si dicam me scire, quare bis dederit, mẽtiar vobis. Nescio: qui se dicit scire quod nescit, temerarius est: qui se negat scire quod scit, ingratus est. Ergo fateor vobis, quare bis dederit Dominus spiritum sanctum, adhuc quæro: ad aliquid certius peruenire cupio. Adiuuet me Dñs orantibus vobis, vt quod donare dignatur, & vobis non taceatur. Ergo nescio. Quid tamen existimem nondum sciens, nondum pro certo tenens, sicut certissimum teneo dedisse: quid ergo existimem, non tacebo. Si hoc est: confirmet Dominus: si aliud est quod verius appareat, donet Dñs. Ergo arbitror: sed arbitror ideo bis datum esse spiritum sanctum, vt cõmendarentur duo præcepta charitatis. Duo sunt enim pręcepta, & vna est charitas: Diliges Dũm Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: &, Diliges proximũ tuum, tanquã teipsum. In his duobus præceptis tota Lex pender & Prophetę. Vna charitas, & duo pręcepta: vnus spiritus, & duo data. Non enim aliius datus est prius, & alius datus est postea: quia nõ alia charitas diligit proximum, quam illa quæ diligit Deũ. Non ergo alia charitas est. Qua charitate

ritate proximum, ipsa charitate diligimus & Deũ. Sed quia aliud est Deus, aliud proximus, vna charitate diliguntur: non sunt tamen vnũ qui diliguntur. Quia ergo magna est primitùs commendanda dilectio Dei, secũda dilectio proximi, (à secunda autem incipitur, vt ad
1.Ioan.4. primam perueniatur. Si enim fratrem quem vides non diligis, Deum quem non vides quomodo diligere poteris?) ideo fortè informans nos ad dilectionẽ proximi, dedit in terra conspicuus & proximis proximus spiritũ sanctum insufflando in faciem eorum: & ab hac maximè charitate quæ in cælis est, de cælo misit spiritum sanctum. Spiritũ sanctum accipe in terra & diligis fratrem. Accipe de cælo, & diligis Deum: quia & in terra quod accepisti de cælo est. In terra Christus dedit, sed de cælo est qui dedit. Ille enim dedit qui de cælo descẽdit. Hic inuenit cui daret, sed inde attulit q̃ daret.

CAP. IX. QVID est ergo, fratres? An fortè cõmemoro & hoc, quomodo charitas ad spiritũ sanctum pertineat? Pau-
Rom. 5. lum audite: nõ solùm autẽ, inquit, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiã operatur, patientia probationem, probatio verò spem. Spes
1.Cor.5. autem nõ cõfundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Vnde charitas dei diffusa est in cordibus nostris? Vnde? Quid tibi dabas? Quid quasi de tuo præsumebas? Quid enim habes, quod non accepisti? Ergo vnde, nisi quod sequitur, Per spiritum sanctum qui datus est nobis? Charitas ista non tenetur, nisi in vnitate
Iudæ 1. Ecclesiæ. Nõ illã habẽt diuisores: sicut dicit Apostolus Iudas: Hi sunt qui seipsos segregant animales, spiritum non habentes. Qui seipsos segregant. quare segregant? Quia animales spiritum non habentes. Ideo defluunt, quia coagulum nõ habẽt charitatis. Ipsa charitate plena est gallina illa propter pullos infirmata, cum pullis
Matth.23. humilians vocem suam, extendens alas suas: Quotiẽs, inquit, volui colligere filios tuos? Colligere, nõ diuide-
Ioan.10. re. Quia habeo, inquit, alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili: oportet me & ipsas adducere, vt sit vnus grex, & vnus pastor. Meritò non audiuit fratrẽ contra fratrem interpellantẽ, & dicentẽ: Domine, dic fratri meo diui-
Lucæ 12. dat mecũ hæreditatẽ. Domine, inquit, dic fratri meo. Quid? Diuidat mecum hæreditatẽ. Et Dominus, Dic homo. Quare enim vis diuidere, nisi quia homo? Cùm
1.Cor.1. enim dicit alius, Ego sum Pauli; alius autem, ego Apollo: nónne homines estis? Dic homo, Quis constituit me diuisorem hæreditatis inter vos? Colligere veni, nõ diuidere. Ideo, inquit, dico vobis cauẽte ab omni cupidi-
Luc.12. tate. Cupiditas enim cupit diuidere, sicut charitas colligere. Quid est autẽ, Cauete ab omni cupiditate, nisi, impleamini charitate? Nos charitatem pro captu nostro habentes interpellamus Dominũ contra fratrem, sicut & ille cõtra fratrẽ: sed non hac voce, non hac postulatione. Ille enim dixit, nomine, dic fratri meo diui-
D dat mecum hæreditatem. Nos dicimus, Domine, dic fratri meo teneat mecum hæreditatem.

CAP. X. VIDETE ergo fratres, quid maximè diligatis, quid fortiter teneatis. Glorificatus Dominus resurgẽdo, cõmendat Ecclesiã: glorificandus ascendẽdo, cõmendat Ecclesiam: Spiritum sanctum mittens de cælis cõmendat Ecclesiam. Resurgens enim, quid dicit discipulis
Luc.24. suis? Hæc dicebã vobis, cùm essem apud vos, quia oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in Lege & Prophetis & Psalmis de me. Et tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas, & dixit eis: Quoniã sic scriptũ est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die. Vbi est Ecclesię cõmendatio? Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorũ. Et hoc vbi? Per omnes gẽtes, incipientibus ab Hierusalẽ. Hoc resurrectione glorificatus. Quid ascensione glori-

A cãdus? Quod audistis, Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & Act.1.
in tota Iudæa & Samaria, & vsque in fines terræ. Quid ipso adũctu spiritus sancti? Venit spiritus sanctus: quos primùm impleuit, linguis omniũ gentium loquebãtur. Vnusquisq; homo loquẽs omnibus linguis, quid aliud significauit quã vnitatem in omnibus linguis? Hoc tenẽtes, in hoc firmati, in hoc roborati, in hoc incõcussa charitate defixi, laudemus pueri Dominũ, & dicamus Psal.112.
Haleluia. Sed in vna parte? Et vnde? & quousque? A solis ortu vsque ad occasum laudate nomen Domini. Conuersi ad Dominum, &c.

Dominica duodecima post Trinitatem, SERMO VII. *In illud Marci, Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonẽ ad mare Galilææ. Et adducunt ei surdum & mutum, &c.*

Est fragmentum sermonis XVIII. de verbis Domini.

In natali beati Vincentij.

SERMO D. AVGVST. VIII.

B MAGNVM spectaculũ spectauimus oculis fi- CAP. I.
dei, martyrem sanctum Vincentium vbique vincentem. Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exustus in ignibus, vicit submersus in fluctibus. postremò vicit tortus, vicit mortuus. Quãdo caro eius in qua erat trophęum Christi victoris de nauicula mittebatur in mare, †tacitè dicebat, Deiicimur, sed non perimus. al.tuita.
Quis istam patientiam militi suo donauit, nisi qui pro 2.Cor.4.
illo prior sanguinẽ fudit? Cui dicitur in Psalmo: Quo- Psal.70.
niam tu es patiẽtia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea. Magnũ certamẽ magnã comparat gloriam: non humanam, nec temporalem, sed diuinam & sempiternã. Fides pugnat: & quãdo fides pugnat, carnẽ nullus expugnat. Quia etsi laniatur, etsi laceratur: quãdo perit qui sanguine Christi redemptus est? Potens homo non potest perdere quod emit auro suo, & Christus perdit quod emit sanguine suo? Sed hoc totum nõ
C ad hominis, sed ad Dei gloriam referatur. Ab ipso verè est patientia vera, patientia sancta, patiẽtia religiosa, patientia recta, patiẽtia Christiana. Patiẽtia donũ Dei est. Nam & multi latrones patientissimè torquẽtur: & non cedentes & tortorem vincẽtes, postea æterno igne puniuntur. Causa discernit martyrem à patientia, imò à duritia sceleratorum. Par est pœna, sed dispar est causa. Martyris voce cantauimus. Dixerat enim ista Vincentius in orationibus, Iudica me Deus, & discerne Psal.42.
causam meã à gente non sancta. Discreta est causa eius: quia pro veritate, pro iustitia, pro Deo, pro Christo, pro fide, pro Ecclesiæ vnitate, pro indiuidua charitate cantauit. Quis ei donauit istam patientiam? Quis? Indicet
nobis Psalmus. Ibi enim legitur, ibi cantatur: Nónne Psal.61.
Deo subiecta erit anima mea? Ab illo enim patientia mea. Quisquis putat sanctũ Vincẽtium viribus suis ista
D potuisse, nimis errat. Quisquis enim viribus suis hoc se posse præsumpserit: etsi videtur vincere patiẽtia, vincitur à superbia. Bene vícere, hoc est, vniuersas machinas vincere. Illecebras dũ ministrat, vincitur per continẽtiam. Pœnas & tormẽta infligit, vincitur per patientiã. Errores suggerit, vincitur per sapiẽtiam. Ad extremùm cùm omnia hæc victa fuerint, suggesserit animæ, Euge euge quantũ potuisti? quãtũ certastí? Quis tibi cõparatur? Quàm bene vicisti? Respondeat illa anima sancta: Psal.69.
Confundantur & reuereantur, qui dicunt mihi, euge euge. Quando ergo vincit, nisi cùm dicit, In Dño laudabitur anima mea: audiãt mites, & iocũdentur? Mites enim sciũt quod dico: quia in illis habitat verbũ, in illis habitat exemplum. Nam qui non est mitis, nescit quid sapiat quod dictum est, In Domino laudabitur anima mea. Omnis enim non mitis, superbus, asper, elatus, in se vult laudari, nõ in Domino. Qui autem dicit, In Domino

mino laudabitur anima mea: non dicis, Audiant gẽtes
A & iocundentur: audiant homines & iocundentur: sed, audiant mites & iocundentur. Audiant quibus sapit. Mitis enim erat Christus, sicut ouis ad immolandũ ductus est. Propterea mitis, quia sicut ouis ad immolandum ductus est. Audiant mites, & iocundentur: quia
Psal.33. sapiunt quod dictum est, Gustate & videte quàm suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eum. Lõgam lectionẽ audiuimus, breuis est dies: longo sermone etiã nos tenere vestram patientiam non debemus. Nouimus quia patienter audistis, & diu stando & audiendo tanquam martyri compassi estis. Qui audit vos, amet vos, & coronet vos, Amen.

De eodem.

SERMO D. AVGVST. IX.

MAGNVM, & multum mirandum spectaculum noster animus cepit: nec inanissimã & periculosissimam, sicut solet in theatris quarumcunq; nugarum, sed planè vtilissimam B
& fructuosissimam voluptatẽ oculis interioribus hausimus, cùm beati Vincentij gloriosa passio legeretur. Erat videre inuictã martyris animam cõtra insidias antiqui hostis, cõtra sæuitiam impij iudicis, contra dolores mortalis carnis, acerrima conflictatione certãtem, & in adiutorio Domini cuncta superantem. Ita planè charissimi, ita prorsus fuit: in Domino laudemus hanc animã, vt audiant mites & iocũdentur. Quas voces audierit, quas reddiderit, quę tormenta deuicerit, decursa lectio declarauit, & nobis tãquã in cõspectu quæ gesta sunt posuit. Tãta pœna erat in mẽbris, tanta securitas in verbis, tãquã alius torqueretur, alius loqueretur. Et verè alius. Prędixit enim hõc Dñs, & promisit martyribus suis dicẽs, Non vos estis qui loquimini, sed spi- Matth.10.
ritus patris vestri qui loquitur in vobis. In Domino ergo laudatur hæc anima. Nam quid est homo, nisi quòd Psal.8.
C memor est eius? Aut quę vires puluerís, nisi illo adiuuãte, qui nos fecit ex puluere: vt qui gloriatur, in Domino glorietur? Si enim diabolicus & seductor spiritus plerunq; implet vel fallaces vates, vel falsos martyres suos, 1.Cor.1.
vt tormenta corporis, vel ipsi sibi ingerant, vel ingesta contemnant: quid magnũ est Domino Deo nostro ad confirmandũ prædicationem nominis sui, ipsorũ prædicatorũ carnẽ quidẽ in manus persequentium tradere, mentẽ verò in arcẽ libertatis assumere: vt etiam dũ illa patitur iniquitatẽ, hæc asserat veritatem, scilicet vt victores nõ tolerãtia faciat, sed iustitia, quoniã martyres discernit causa, nõ pœna? Multi enim dolores tolerauerũt pertinacia, nõ cõstantia, vitio, non virtute; prauo errore, non recta ratione, diabolo possidente, non
Ioan.12. persequẽte. In nostro autẽ vincente Vincẽtio, ille quidẽ vícebat qui possidebat: sed ille possidebat qui principem huius mũdi miserat foras: vt etiã pugnãs extrinsec' superaretur qui iam fuerat superatus, ne intus do-
D 1.Pet.5. minaretur. Ille quippe qui missus est foras non cessans tanquam leo rugiens circuit requirendo quẽ deuoret. Sed cũ expugnat ille pro nobis, qui eo excluso regnat in nobis. Deniq; magis diabol' nõ victo Vincẽtio, quã Vincẽtius persequente diabolo torquebatur. Quanto enim erãt illa truculentiora & exquisitiora tormenta, tanto magis tort' de torquẽte triũphabat: & ex illa carne tanquam ex terra suo sanguine irrigata, de qua plus dolebat inimicus, palma crescebat. Sed quia illa latenter sęuit, & latẽter vict' affligitur: manifestè apparet in præside homine, quid in occulto diabolus pateretur, & ille inuisibilis aduersarius per sui vasculi q; impleuerat, crepãtis rimulas prodebatur. Voces enim huius hominis, oculi, vultus, & turbulentus totius corporis motus, indicabant, quàm grauiora tormenta sentiret interius, quàm erãt quæ martyri infligebãtur exterius. Si consideremus perturbationẽ torquẽtis, & trãquillitatẽ tormenta patientis, videre facillimũ est quis erat sub pœnis, quis supra pœnas. Quæ gaudia erunt in virtute regnantiũ, quando tanta sunt pro veritate morientium? Quid erit cũ corporis incorruptione fons vitæ, quãdo ros eius inter tormẽta tam dulcis est? Et quid faciet impiis æterna flamma, quos ita vastat irati cordis insania? Quid passuri sunt, cùm iudicabuntur, qui iam cùm iudicantur cruciãtur? Iudicia futura sanctorũ quid habitura sunt potestatis, cùm in hac vita tribunal iudicis ca
tasta torserit martyris? MAGNVM autẽ Dominus CAP. III.
testimoniũ præbet testibus suis, cùm ille qui rexit corda certantiũ, nec corpora deserit mortuorum, velut de huius ipsius beati Vincentij corpore præclarissimum Miraculũ præclariss.
miraculũ exhibuit: vt id quod inimicus omnino non apparere cupierat, sategerat, fecerat, tam præsenti nutu diuino, pderetur, & religiosius humandũ venerãdúmque demõstraretur, vt victricis pietatis & deuictæ impietatis præclara in eo memoria perduraret. Verè pre- Psal.115.
tiosa in conspectu Dñi mors sanctorũ eius: quãdo nec terra carnis vita deserente contẽnitur; & inuisibili anima de domo visibili discedẽte, habitaculum serui, cura Domini custoditur, & in gloriam Domini à conseruis fidelibus honoratur. Quid enim agit Deus, mira opera faciendo, circa sanctorũ corpora defunctorum? nisi testimonium perhibet, sibi nõ perire quod moritur? & vt hinc intelligatur in quali honore secũ habeat animas occisorũ, quando caro exanimis tanto †affectu diuini- al.effectu diuinitatis armatur?
tatis coronatur? Sicut enim de mẽbris Ecclesię loquẽs Apostolus, similitudinẽ adhibuit de membris corporis 1.Cor.12.
nostri, quoniam quæ inhonesta sunt nostra, his abundantiorem honorem circumponimus: ita prouidentia Deus ipse honorat reliquias sanctorum.
creatoris cadaueribus martyrũ tam præclara miracu-
lorum testimonia præstando, abũdantiorem honorem exanguibus reliquiis hominum circumponit, & quod vita emigrante tanquam deforme iam remanet, ibi euidentius præsens vitæ dator apparet.

In decollatione beati Ioannis Baptistæ.

SERMO D. AVGVST. X.

CVM sanctum Euangeliũ legeretur, crudele CAP. I.
spectaculum ante oculos nostros constitutum est: caput sancti Ioannis in disco, feralis iussus crudelitatis, propter odium veritatis. Puella saltat, & sæuit mater: & inter lasciuias & delicias cõiuantiũ temerè iuratur, & impiè quod iuratur, impletur. Factũ est Ioanni quod ipse prædixerat. De Domino enim Iesu Christo dixerat, Illũ oportet crescere, me autẽ minui. Iste minutus est Ioan.3.
in capite, ille creuit in cruce. O diũ peperit veritas. Nõ potuit æquo animo tolerari q; homo Dei sanctus monebat: qui vtiq; salutem eorum quærebat, quos sic monebat. Respõderunt illi mala pro bonis. Quid enim ille diceret, nisi quo plenus erat? Et quid illi respõderent, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminauit, sed spinas inuenit. Dicebat regi, Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Vincebat enim regem libido: tenebat apud se Matth.6.
prohibitam vxorem fratris sui. Sed eum tamẽ sic libebat, vt non sæuiret. Honorabat eum, à quo verũ audiebat: sed mulier detestabilis odium concipiebat, quod aliquãdo dato tẽpore pareret. Quãdo parturiebat, peperit filiã, filiam saltantẽ. Et rex ille qui sanctum virum habebat Ioannem, qui eum propter dominũ timebat, etsi ei non obediebat, posteaquã ab illo petitum est caput Ioãnis in disco, cõtristatus est. Sed propter iurationem & propter cõrecumbentes misit spiculatorem, & impleuit quod iurauit. ADMONET nos locus CAPAL.
iste, charissimi, vt propter vitã & mores vestros aliquid

Propter falsam iurationem prohibetur omne iuramẽtum. Matth.5.

vobis de iuramẽto tractemus. Falsa iuratio, nõ est leue peccatum: imò tam magnum peccatum est, falsum iurare, vt propter reatum falsæ iurationis Dominus prohibuerit omnem iurationem. Ait enim, Dictũ est, Nõ periurabis: reddes autem Domino iusiurandum tuũ. Ego autem dico vobis, nõ iurare omnino, neq; per cælum, quia thronus Dei est; neq; per terrã, quia scabellũ pedum eius est; neque aliud quodcunque iuramẽtum. Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes facere capillum album aut nigrum. Sit autem in ore vestro, Est est, Non non. Si quid amplius est, à malo est. Inuenimꝰ autẽ in sanctis Scripturis dominũ iurasse, quãdo ei vsq; ad immolationem dilecti filij obediuit Abrahã.

Genes.22. Locutus est ei angelus de cælo, Per memetipsum iuro, dicit Dominus, quia obaudisti vocem meam, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me, benedicens benedicam te: & implebo semen tuum, sicut stellas cæli, & sicut arenam maris. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Quod videris totum orbem terrarum Christianos implere, exhibet verax iuratio Dei. Itémq; in Psalmis de Domino Iesu Christo prophetatum est,

Psal.109. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Qui nouerunt Scripturas, sciunt quid protulerit Melchisedec sacerdos Dei excelsi, quãdo benedixit Abraham. Non oportet vt hoc memoremus, propter catechumenos. Fideles tamen agnoscunt, quemadmodum antè prophetatum sit, quod modò videmus impleri. Et vnde hoc? Quia iurauit Dominus. Et iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: non quomodo Herodem pœnituit, quòd iurauerat. Cùm ergo dominus iurauit, quare Dominus Christus suos iurare prohibuit? Dico

Cap.iii. quare. NON est peccatum, verum iurare. Sed quia grande peccatum est, falsum iurare, longè est à peccato falsum iurandi qui omnino non iurat. Propinquat falsæ iurationi, qui vel verum iurat. Dominus ergo, qui prohibuit iurare, supra ripã te noluit ambulare, ne pes tuus in angusto labatur, & cadas. Sed Dominus iurauit, inquit. Securus iurat qui mentiri nescit. Nõ te moueat, quia Dominus iurauit: quia fortè non debet iurare nisi Dominus. Tu enim quãdo iuras, quid facis? Testem Deum adhibes. Tu ipsum, ipse seipsum. Sed homo, quia in multis falleris, plerunque adhibes testem veritatem ad tuam falsitatem. Aliquando & nolẽs homo periurat, cùm verum putat esse quod iurat. Nõ est quidem tantum peccatum, quantum eius qui scit esse falsum, & tamen iurat. Quãto melior, & à peccato isto graui omnino longè fit, qui audit Dominum Christũ,

Cap.iiii. & non iurat? SCIO graue esse consuetudini vestræ: sed & graue fuit consuetudini nostræ. Timendo Deum abstulimus iurationem de ore nostro. Ecce vobiscum viuimus. Quis nos audiuit aliquando iurantes? Nunquid non consueueram quotidie iurare? At vbi legi, & timui, luctatus sum contra consuetudinem meã, in ipsa luctatione inuocaui Dñm adiutorem. Præstitit mihi Dñs adiutorium non iurandi. Nihil mihi facilius est, q̃ non iurare. Hoc ideo admoneo charitatem vestram, ne dicatis, quis potest? O si Deꝰ timeatur, ô si periuri expauescãt: lingua frenatur, veritas tenetur, iuratio tollitur.

In eodem festo.

SERMO D. AVGVST. XI.

Cap.i. PROPTER hunc locũ quem hodie audiuimus, cùm Euangelũ recitaretur, dico charitati vestræ. Videtis miserum istum Herodem, Ioannem sanctum virum & Dei hominem dilexisse. Sed quoniã temerè iurauit, ebrius lætitia & delectatione saltãtis, daturũ se promisit quicquid illa puella, quę saltando placuerat, poposcisset. At vbi poscit rẽ crudelẽ & nefariã contristatus est quidem. Videbat enim tantũ scelus fieri: sed positus inter iurationẽ suam & puellæ petitionẽ, vbi videbat cruentum facinus, ibi rursus timebat reatũ periurij. Ne Deũ offenderet periurando, Deum offendit sæuiendo. Dicit mihi aliquis: Quid ergo debuit facere Herodes? Si dixero, non debuit iurare: quis non videat hoc eũ non facere debuisse? Sed non consulor de homine, vtrũ iurare debeat, sed quid facere debeat qui iurauit. Ipsa est magna deliberatio. Temerè iurauit. Quis nesciat? Tamẽ lapsus est, iurauit. Ecce puella petiuit caput sancti Ioãnis. Quid facere debuit Herodes? Demus illi consilium. Si dixerimus, Parce Ioanni, nõ facias scelus: periurium suademus. Si dixerimus, noli periurare: ad scelus implendũ prouocamus. Mala conditio. ANTEQVAM veniatis ergo ad istum bicipitẽ laqueum, tollite de ore vestro temerarias iurationes: antequã veniatis ad istã consuetudinem malã, moneo fratres meos, moneo filios meos. Quid opus est, vt veniatis ad hũc articulũ, vbi nõ possumus inuenire consiliũ? Tamẽ Scripturis diligentiùs perscrutatis, occurrit mihi vnũ exemplum, vbi video piũ hominẽ & sanctũ in temerariam iurationem cecidisse: & maluisse nõ facere quod iurauerat, quàm iurationem suã fuso hominis sanguine implere. Commemoro ergo charitati vestræ, quãdo Saul sanctum Dauid persequebatur, ingratus ille, cũ suis ibat quocunq; poterat, ne inueniretur à Saule, & occideretur. Et quodam die ab homine diuite qui vocabatur Nabal, & tondebat oues suas, petiuit sustẽtaculum victus sibi, & eis qui cum illo erãt: immisericors dare noluit, & quod est grauius, contumeliosè respõdit. Iurauit sanctus Dauid, eum occisurum se esse. Erat enim armatus. Et quod facile fuerat, & iustè facere ira persuadente videbatur, incautus iurationẽ fudit: & cœpit ire vt faceret quod iurauerat. Occurrit Abigail vxor Nabal, & tulit ei necessaria quæ poposcerat. Suppliciter eũ rogauit, flexit, & à mariti sanguine reuocauit. Iurauit temerè, sed nõ impleuit iurationẽ maiore pietate. PROINDE, charissimi, iterũ redeo ad monendos vos. Ecce sanctus Dauid, non quidem iratus, sanguinẽ hominis fudit: sed eum falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per seipsum appẽsum, magnum malum est falsa iuratio. Priùs ergo laborare debetis, & consligere aduersus cõsuetudinẽ vestram malam, malam, malam, & valde malam: & tollere iurationem de oribus vestris. Si quis autem prouocauerit te ad iurationem, vt fortè sic sibi æstimet satisfieri posse: si iurauerit de illa re quã putat te commisisse aut fecisse, & forsitan nõ fecisti: ne remaneat in illo mala suspicio, si iurauerit tu, nõ sic peccas quomodo ille qui te prouocauit: quia dixit dominus Iesus, Sit in ore vestro, Est est, Nõ nõ. Si quid amplius est, à malo est. Loquebatur autẽ de iuratione, vbi nos intelligere voluit ipsam iurationẽ à malo esse. Si ab alio prouocatus fueris, ab ipsius malo erit quod iuras, non à tuo. Et hoc est propè à malo cõmuni generis humani, quoniã corda nostra videre non possumus. Nã si corda nostra videremus, cui iuraremus? Quando à nobis exigeretur iuratio, quãdo videretur oculis proximi ipsa cogitatio?

Cap.iiii. SCRIBITE in cordibꝰ vestris q̃ dico: Ille autem qui hominẽ prouocauit ad iurationem, & scit eum falsum esse iuraturũ, vincit homicidã: quia homicida corpus occisurus est, ille animã: imò duas animas, & eius quẽ iurare prouocauit, & suã. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit, & iurare cõpellis: Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid inuenisti: Imò & tu peristi, q̃ de illius morte te satiare voluisti. ALIQVID dicam

dicam quod nunquam dixi charitati vestræ in hoc populo, quod cõtigit in hac ecclesia. Fuit hic homo quidam simplex, innocens, bene fidelis, à multis vestris, id est, Hipponensibus, imò ab omnibus cognitus, Tutuflymeni vocatus. Tutumlymeni quis vestrum nõ nouit qui estis ciues? Ab illo audiui quod dico. Nescio quis negauit ei, vel quod ei debebatur: & hominis fidei se commisit. Commotus prouocauit eum ad iusiurandũ. Iurauit ille, iste perdidit: sed isto perdente, ille penitùs periit. Dicebat ergo iste Tutuflymeni homo grauis & fidelis, ipsa nocte se exhibitum fuisse ad iudicem, & cũ magno impetu atque terrore se peruenisse ad præsidẽtem excelsum quẽdam & admirabilẽ virũ, cui parebat officiũ similiter excelsorum, istum fuisse perturbatum retrò reuocari, & interrogatũ fuisse his verbis: Quare prouocasti hominẽ ad iurationem, quẽ sciebas falsum esse iuraturum? Respondit ille, Negauit mihi rẽ meam. Responsum est illi, Et nõnne melius erat, vt rem tuam quam exigebas perderes, quàm animam hominis istius falsa iuratione perimeres? Prostratus iussus est cædi, Cæsus est tam grauiter, vt in dorso euigilantis vestigia plagarũ apparerent. Sed dictum est illi, posteaquam emendatus est: Parcitur innocẽtiæ tuæ, de cætero caue ne facias. Fecit quidem ille magnũ peccatum, & emẽdatus est. Sed multo grauius peccatum faciet, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionẽ, & exhortationem tale quid fecerit. Cauete à falsa iuratione, cauete à temeraria iuratione. Ab his duobus malis securissimè cauebitis, si consuetudinem iurandi à vobis abstuleritis.

Tutuflymeni.

In natali beati Cypriani.

SERMO D. AVGVST. XII.

Citat Vener. Beda, ad Ephes. 2.

Cap.i. SERMONEM à nobis debitum auribus & cordibus vestris exigit tã grata & religiosa sollẽnitas, qua passionem beati martyris celebramus. Tristis proculdubio tunc Ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis: semper cupiẽs videre præsentem tam bonum rectorem atque doctorem. Sed quos afflixerat solicitudo certaminis, consolata est corona victoris. Et nũc non solùm sine vlla tristitia, verùm etiam cum ingenti lętitia cuncta quę tũc gesta sunt legẽdo recolimus: dieq; isto gaudere nobis cõcessum est, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientẽ, sed expectamus hilariter redeuntẽ. Placuit itaq; vniuersam illã fidelissimi, & fortissimi, & gloriosissimi martyris passionẽ cum exultatione recordari præteritã: quam tunc fratres cum solicitudine sustinuere futurã. Primò igitur quòd pro fide cõfessionis Christi in exilium Curubin missus est, nõ sancto Cypriano aliquid nocitum, sed multum illi præstitũ ciuitati. Quò enim ipse mitteretur, vbi ille nõ esset propter cuius testimonium mittebatur? Christus ergo qui ait, Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad cõsummationẽ sęculi, in omni loco membrum suũ excipiebat, quocunque furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persequentis! Si quæris exilium quò Christianus iubeatur ire, prius si potes, inueni vnde Christus cogatur exire. De patria sua in alienã te arbitraris excludere hominẽ Dei, in Christo nusquã exulẽ, in carne vbiq; peregrinũ. Sed iam considerare & commemorare delectat post illud, q̃ Cyprianus non sensérat, sed inimicus putabat exiliũ, quid ex ordine passionis ipsius consecutũ sit. Cùm enim Cyprianus sanctus martyr electus à Deo de ciuitate Curubitana, in quam exilio præcepto Aspãsij Paterni procõsulis missus fuerat, regressus esset: in hortis suis manebat. Et inde quotidie sperabat veniri ad se; sicut ostensum erat illi.

Matth.28.

QVID ita fremeret persecutoris impetus aduersus cor semper paratum, accedente etiam Dñi reuelatione firmatũ? Quando enim desereret patiẽtem, quẽ nõ est passus præoccupari nescientẽ? Iam ergo q̃ ad eũ passioni exhibendũ duo missi sunt, qui cum etiam secum in curriculũ leuauerunt, in medioq; posuerũt; & hoc diuinæ admonitionis fuit: vt gaudẽs recoleret ad eius se corpꝰ pertinere, qui inter iniquos deputatus est. Christus namque inter duos latrones ligno suspensus, ad exẽplum patientiæ præbebatur. Cyprianus autem inter duos apparitores, ad passionem curru portatus Christi vestigia sequebatur. Quid illud quod cùm in aliũ diẽ dilatus apud custodes esset, atq; illuc se multitudo fratrũ ac sororum congregans, pro fratribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit: quanta intentione cõsiderandum? quanta laude prædicãdum? quanto præconio cõmendandum est? Vicina corporis morte, nõ moriebatur in animo pastoris vigilãtia pastoralis: & cura tuẽdi Dominici gregis vsq; ad extremum vitę huius diem mẽte sobria tenebatur. Nec exeqtiẽbat ab animo diligentiã fidelissimi dispẽsatoris, manus iã proxima cruẽti carnificis. Ita se martyrẽ cogitabat futurũ, vt esse nõ obliuisceretur Episcopũ: magis curans quã rationem pastorũ principi de cõmissis sibi ouibꝰ redderet, quàm quid infideli proconsuli de fide propria respõderet. Amabat quippe eũ, q̃ retro dixerat, Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius, p̃ quibus sanguinẽ fundere illũ imitans præparabat. Custodire puellas præcepit, sciens nõ solùm se habere simplicẽ dominũ: sed etiam versipellẽ aduersatiũ. Itaq; aduersus leonẽ apertè frementẽ in cõfessione virile pectus armabat, aduersus lupum insidiantem gregi sexum femineum muniebat.

Cap.ii.

Cap.iii.

Ioan.21.

ITA verè sibi cõsulit qui Deũ iudicẽ cogitat, apud quẽ causam gestæ huius vitæ atq; ab illo sibi muneris iniuncti quisq; dicturus est, Vbi omnis homo recipit, sicut testatur Apostolus, quæ per corpus gessit, siue in bonũ, siue in malũ. Ita sibi cõsulit qui ex fide viuens, & satagens ne ab extremo præoccupetur die, extremum computat omnem diem, & sic deo placitos mores perducit vsq; ad extremũ diem. Ita sibi beatus Cyprianus episcopus misericordissimꝰ, & martyr fidelissimus, cõsulebat, non sicut eũ lingua subdola diaboli per os possessi à se impij iudicis monere videbatur dicens, Cõsule tibi. Cùm enim eius immobilẽ mentẽ videret, quando ei dixit: Iusserũt te principes cærimoniari; respondit q̃ ille, Nõ facio: adiecit & ait, Cõsule tibi. Ipsa est lingua subdola diaboli: etsi nõ huiꝰ qui nesciebat quid loqueretur, illius tamẽ qui per eum loquebatur. Loquebatur enim proconsul non tã secundum principes homines, quorum iussa sibimet iniuncta iactabat, quàm secundum principẽ potestatis aẽris, de quo Apostolus dicit: Qui operatur in filiis diffidentiæ, quem per huius quoque linguam operari Cyprianus nouerat, quod ipse nõ nouerat. Nouerat, inquã, Cyprianus, cùm à procõsule audiret, Cõsule tibi, quòd caro & sanguis diceret stolidè, hoc diabolũ dicere subdolè: atq; intuebatur in vno opere duos; istũ oculis, illũ fide. Nolebat eũ iste mori, nolebat ille coronari: pinde circa istum placidus, circa illũ cautus. Huic apertè respõdebat, illũ occultè vincebat. FAC, inquit, q̃ tibi præceptũ est. In re tã iusta nulla est cõsultatio. Dixerat quippe ille, cõsule tibi. Ad hoc respõsum est, In re tam iusta nulla est consultatio. Cõsulit enim qui cõsilium vel impertit, vel quærit. Sed p̃cõsul nõ à Cypriano cõsiliũ accipere volebat, sed eum potius vt à se acciperet monebat: at ille, In re, inquit, tã iusta nulla est cõsultatio. Nõ adhuc cõsilio, quia nõ adhuc dubito. Abstulit enim mihi dubitationẽ ipsa iustitia. Iustus autẽ vt securus moriatur in carne, certꝰ viuit in fide.

Cap.iii.

Dies omnis pro extremo cõputandus.

Ephes.2.

Quod caro & sanguis dicit stolidè, hoc diabolus dicit subdolè.

CAPVT IIII.

in fide. Præcesserant Cyprianum multi martyres, quos flagrantissimis exhortationibus suis ad vincẽdum diabolum accenderat: & erat vtiq; iustum, vt quos veridicus loquẽdo præmiserat, patiendo intrepidus sequeretur: ergo in re tam iusta nulla est consultatio. Quid ad hæc dicamus? quid ad hæc exultemus, tanta cõceptione gaudiorum? in quid erumpat cor nostrum & os nostrum, nisi in ipsam venerabilis martyris vltimã vocem? Cùm enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset: in Cyprianum gladio animaduerti placet. Respondet ille, Deo gratias. Habentes igitur de re tanta memoriã præsentis loci, festiuitatem sollẽnissimi dici, propositionem saluberrimi exempli: omnibus medullis nostris dicamus & nos, Deo gratias.

SERMO AVGVSTINI *de verbis Domini secũdum Matthæum, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. De martyribus.*

SERMO D. AVGVST. XIII.

CAP. I. DMONENT nos eloga diuina, quæ lecta sunt, timẽdo nõ timere, & nõ timendo timere. Aduertistis cùm sanctũ Euãgeliũ legeretur, Dñm Deum nostrũ antequã pro nobis moreretur, firmos nos esse voluisse: sed admonẽdo ne timeremus, & admonẽdo vt timeremus. Ait enim, *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem no possunt occidere.* Ecce vbi monuit ne timeremus. Videre vbi monuerit vt timeremus. Sed eum, inquit, timete, qui potestatẽ habet corpus & animam occidere in gehẽna. Ergo timeamus vt nõ timeamus. Timor videtur ad ignauiam pertinere. Timor infirmorum videtur esse, nõ fortium. Sed videte quid ait Scriptura, Timor Domini spes fortitudinis. Timeam⁹, ne timeamus: hoc est, prudẽnter timeamus, ne inaniter timeamus. Martyres sancti, propter quorũ sollennitatẽ hoc ex Euãgelio recitatum est, timendo non timuerũt: quia Deum timendo, homines contempserunt. Quid enim ab hominibus homini metuẽdum est? Et quid est vnde alterũ terreat, homo minẽ? Terret & dicit, Occido te: & non timet, ne cùm minatur, prius moriatur. Occido, inquit. Quis dicit? Cui dicit? Duos audio: vnũ terrentẽ, alterũ metuentem: quorum vnus est potens, alter infirmus, sed ambo mortales. Quid se ergo extẽdit in honore inflatior potestas, in carne æqualis infirmitas? Securus minetur mortẽ, qui nõ timet mortẽ. Si verò vnde terret, timet: attendat se, & ei cui minatur cõparet se. Inueniat in eo cui minatur parem conditionẽ: & à Dño simul cum illo petat miserationẽ. Homo est enim, & homini minatur, creatura creaturę: sed vna inflata sub creatore, altera fugiens ad creatorem.

Matth. 10.

Prouer. 14.

CAP. II. DICAT ergo fortissimus martyr stãs homo ante hominẽ: Nõ timeo, quia timeo: tu q̃ minaris, si ille nolit, nõ facis. Quod autẽ ille minatur, vt faciat à nullo impeditur. Deinde tu quod minaris, & si permitteris, quid facis? Vsq; ad carnẽ sæuis, anima tuta est. Non occides quod nõ vides: visibilis visibilẽ terres. Habemus ambo inuisibilem creatorem, quem simul timere debeamus: qui hominẽ ipsum ex visibili & inuisibili creauit: visibilẽ de terra fecit, inuisibilẽ flatu suo animauit. Substãtia ergo inuisibilis, hoc est, anima quę iacentem terram erexit de terra, nõ timet cùm percutis terrã. Potes ferire habitaculum, nunquid habitatorem? Fugit percusso vinculo colligatus, & erit in occulto coronatus. Quid ergo minaris, qui animæ nihil facere potes? Per meritũ eius cui facere nihil potes, resurget cui facere aliquid potes. Per meritũ enim animę resurget & caro: & habitatori reddetur ſam nõ ruitura, sed mãsura. Ecce verba martyris dico: ecce propter ipsam carnẽ meã timeo cõminantẽ. Caro mea subiacet potestati, sed etiam capilli capitis mei numerati sunt creatori. Quid timeo, ne carnẽ perdam, qui nec capillũ perdo? Quomodo nõ attẽdit carnem meam, cui sic nota sunt vilia mea? Ipsum corpus quod percuti & occidi potest, ad tempus cinis erit, mortale erit. Sed cui hoc? Cui reddetur corpus ad vitam æternam etiam occisum, peremptũ, dissipatum? cui reddetur? Ei qui non timuit ponere animam suam, cùm non timet nẽ occidatur caro sua.

A

ETENIM, fratres, anima immortalis perhibetur, & est immortalis, secundum quẽdam modum suum: quia est quædam vita, quæ potest præsentia sua carnẽ viuificare. Per animam quippe caro viuit. Hæc vita mori nõ potest: & ideo anima immortalis est. Quare ergo dixi, Secundum suum modum? Audite quare. Quoniam est quędã immortalitas vera, immortalitas quæ est omnimodã incõmutabilitas: de qua dicit Apostolus loquẽs de Deo, Qui solus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilem: quam nemo hominũ vidit, sed nec videre potest: cui est honor & gloria in secula seculorũ, amen. Si ergo Deus solus habet immortalitatem, certè anima mortalis est. Ecce quare dixi immortalem esse animam, secundũ modum suum. Nam potest & mori. Intelligat charitas vestra, & nulla quæstio remanebit. Audeo dicere, anima potest mori, potest occidi. Certè immortalis est. Ecce audeo dicere, & immortalis est, & occidi potest: & ideo dixi, quoniam est quædam immortalitas: hoc est, omnimoda incommutabilitas, quam solus Deus habet, de quo dictũ est, Qui solus habet immortalitatem. Nam si anima non potest occidi, quomodo dixit ipse Dominus cùm terreret nos, Eum timete qui potestatem habet & corpus & animam occidere in gehẽna? Adhuc cõfirmaui, non solui quęstionem. Probaui, quia potest anima occidi. Contradici Euangelio non potest, nisi ab anima impia. Ecce mihi occurrit & hic, & venit in mentem quod dicam. Contradici non potest vitæ, nisi ab anima mortua.

CAP. I. II.

Anima hominis, & mortalis & immortalis.

Matth. 3.

B

C

EVANGELIVM vita est, impietas & infidelitas mors animę est. Ecce potest mori, & immortalis est. Quomodo ergo immortalis est? Quia sẽper aliqua vita est, quæ in illa nũquam extinguitur. Quomodo moritur? Nõ vt nõ sit vita, sed amittendo vitã. Etenim anima & vita est alicui rei, & habet etiam ipsa vitam suam. Ordinẽ attende creaturarũ. Vita corporis anima est: vita animæ Deus est. Sicut adest vita corpori, id est, anima ne moriatur corp⁹: sic debet adesse vita animę, hoc est, De⁹, ne moriatur anima. Corp⁹ quomodo moritur? Anima deserẽte. Anima, inquã, deserẽte moritur corpus: & iacet cadauer paulò antè appetibile, modò aspernabile. Insunt membra, oculi, aures: sed hæ fenestrę sunt domus, habitator abscessit. Qui plangit mortuum, ad fenestras habitaculi frustrà clamat: nõ est intuę qui audiat. Quãta dicit plangentis affectus, quanta enumerat, quanta cõmemorat: & quanta, vt ita dixerim, doloris insania quasi cũ sentiẽte loquitur, cùm loquatur cum absente? Enumerat mores, enumerat indicia beneuolẽtiæ circa se. Tu es qui mihi illud dedisti: illud & illud prestitisti: tu es qui sic & sic me dilexisti. Si attendas, si intelligas, si insaniã doloris premas, qui te dilexit abscessit: frustrà te domus patitur pulsatorem, in qua nõ potes inuenire mansorẽ. REDEAMVS ad causam quam paulò antè dicebã. Mortuum est corpus. Quare? Quia discessit vita eius, hoc est, anima. Viuit corpus, & impius est, infidelis est: ad credẽdũ durus, ad corrigẽdos mores ferreus: viuẽte corpore mortua est anima, per quam corpus viuit. Tãta enim res est anima: vt idonea sit vitã præstare corpori, etiã mortua. Tãta, inquã, res est anima, tam excellẽs creatura: vt idonea sit etiã mortua, carnem viuificare. Etã ipsa anima impij, anima infidelis, anima perUersi,

Capvt III.

Eccl. 23.

Vita animę, Deus.

Cap. V.

uersi, duri, mortua est: & tamẽ per ipsam mortuam viuit corpus. Ideo ibi est. Mouet ad operandũ manus, ad ambulandũ pedes, ad videndum intendit obtutum, ad audiẽdum auribus inclinatur: sapores diiudicat, dolores refugit, appetit voluptates. Omnia hęc corporis viuentis indicia, sed ex animæ præsentia. Interrogo corpus, an viuat. Respondet mihi, Vides ambulantẽ, vides operantem, audis loquentẽ, cernis appetentẽ & fugiẽtem, & nõ intelligis corpus viuere? Per hæc opera animæ intus constitutæ, intelligo corpus viuere. Et interrogo ipsam animam, an viuat. Habet & ipsa opera sua, per quæ ostendat vitam suã. Pedes ambulant, intelligo corpus viuere, sed animæ præsentia. Quæro, vtrũ viuat anima. Pedes isti ambulant. Ecce de vno motu. De vita interrogo corpus & animam. Ambulant pedes, intelligo corpus viuere. Sed quò ambulant? Ad adulterium, inquit. Ergo mortua est anima. Sic enim veracissima Scriptura dixit, Mortua est vidua quæ in deliciis viuit. Cùm multum interfit inter delicias & adulteriũ, quomodo potest anima, quę in deliciis mortua dicitur in adulterio viuere? Mortua est. Sed nec sic quidẽ agẽs mortua est. Loquentẽ audio, viuit corpus. Non enim lingua in ore moueretur, & percuteret quibusque locis articulãres sonos, nisi intus habitator esset, & quasi ad hoc organũ musicus qui lingua sua vteretur. Prorsus intelligo. Hoc modo corpus loquitur, corpus viuit. Sed interrogo, vtrum & anima viuat. Ecce loquitur corpus, viuit. Quid loquitur? Quomodo dicebam de pedibus, ambulant: ecce viuit corpus. Et quærebã, quò ambulant, vt intelligerẽ vtrum & anima viueret: Sic etiam cùm audio loquentẽ, intelligo quia corpus viuit. Quęro quid loquatur, vtrum & anima viuat? Mẽdacium loquitur. Si mendacium loquitur, ergo mortua est. Vnde hoc probamus? Ipsam veritatẽ interrogemus, quæ ait: Os quod mẽtitur, occidit animã. Quæro, Quare mortua est anima? Quod paulo antè dicebam, quęro, quare mortuum est corpus? Quia discessit vita eius anima. Quare mortua est anima? Quia deseruit eam vita eius deus. BREVITER ergo his cognitis scitote certũmq; tenete corpus mortuũ esse sine anima: animam mortuã esse sine Deo. Omnis homo sine Deo mortuã habet animã. Plangis mortuum: magis plange impiũ, plange infidelẽ. Scriptum est, Luctus mortui, septẽ dies: fatui autem & impij, omnes dies vitæ illorũ. An verò non in te sunt viscera Christianę miserationis, vt plangas corpus, à quo discessit anima; & nõ plangas animam, à qua recessit Deus? Hoc tenens martyr respondeat cõminatori: Quid me cogis? vt negem Christũ? Ergo vt negem veritatem. Si noluero, quid facis? Percutis corpus meũ vt recedat inde anima mea. Sed ipsa anima mea ad se habet corpus: Non est imprudens, non est insipiẽs. Tu vis ferire corp⁹ meũ: vis vt cùm timeo ne ferias corpus meũ, & recedat inde anima mea, ego feriam animam meã, & recedat inde Deus meus? Nõ ergo timeas martyr gladiũ percussoris: linguã tuam timẽ, ne tu te percutias, & occidas non carnem, sed animam. Animam time, ne moriatur in gehenna ignis:

A

B

C

D

1. Tim. 5.

Capvt VII.

Matth. 10.

INDE ergo Dñs, Qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehẽna ignis. Quomodo, quando mittetur in gehennam impius ardebit: Ibi corpus, ibi anima. Mors corporis, sempiterna pœna: mors animæ, Dei absentia. Vis nosse quæ sit mors anima? Intellige Prophetã dicentem, Tollatur impius, vt nõ videat claritatẽ Domini. Timeat ergo anima mortem suã, & non timeat mortem corporis sui. Quia si timuerit mortem suã, & vixerit in Deo suo, nõ eũ offendendo, & à se repellẽdo, merebitur in fine recipere corpus suum nõ ad pœnam æternam, sicut impij, sed ad vitam æternam ficut iusti. Illam mortem timentes, & illam vitã martyres diligentes, promissa Dei expectantes, minas persecutorum contemnentes, & ipsi apud Deum coronari meruerunt, & nobis celebranda illa sollennia reliquerunt.

Esaiæ 26.

Eccl. 3.

In festo omnium sanctorum, in illud Matthæi, Beati pauperes spiritu, &c. & Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt, ac de visione Dei.

SERMO D. AVGVST. XIIII.

V. Beda hunc sermonem dicit habitum in Basilica Tricillarum, in epist. ad Ephes. 3.

CAP. I. OLLENNITATE sanctæ virginis quę testimonium dixit de Christo, & testimoniũ meruit à Christo, palam occisæ, occultè coronatæ, admonemur charitati vestræ de illa exhortatione loqui, quam modò Dominus ex Euãgelio proferebat, dicẽs multas causas beatæ vitæ, quã nemo est qui nõ velit. Nemo quippe inueniri potest, qui beat⁹ esse nõ velit. Sed ô si homines quomodo desiderãt mercedẽ, sic opus mercedis nõ recusarent! Quis nõ alacriter currat, cùm ei dicitur, Beatus eris? Libẽter audiat & cùm dicitur, si hoc feceris. Non recusetur certamen, si diligitur prẽmium: & accẽdatur animus ad alacritatẽ operis cõmẽdatione mercedis. Quod volumus, quod desideramus, quod petimus, pòst erit: quod autẽ iubemur vt faciamus, propter illud quod pòst erit, modò fit. Ecce incipe diuina dicta recolere, & ipsa Euãgelica præcepta vel munera: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorum.* Postea erit tuum regnũ cælorũ, modò esto pauper spiritu. Vis vt postea regnũ cælorũ tuum sit? Vide modò tu ipse cui⁹ sis: Esto pauper spiritu. Quæris à me fortasse quid sit, esse pauperẽ spiritu. Omnis inflat⁹ nõ est pauper spiritu. Ergo humilis pauper est spiritu. Altum est regnũ cælorũ: sed, Qui sublimiat, exaltabitur. ATTENDE quod sequitur: *Beati,* inquit, *mites: quoniam ipsi hæreditate possidebũt terram.* Iam vis possidere terram: vide ne possideris à terra. Possidebis mitis, possideberis immitis. Nec cùm audis præmium propositum, vt possideas terrã, extendas auaritię sinum, quia vis possidere modò terram, excluso etiã vtcunque vicino tuo: nõ te ista fallat opinio. Tũc verò possidebis terram, quando inhæseris ei qui fecit cęlum & terram. Hoc est enim esse mitẽ, nõ resistere Deo tuo: vt in eo quod bene facis, ipse tibi placeat, non tu tibi: in eò quòd mala iustè pateris, ipse tibi non displiceat, sed tu tibi. Neque enim parum est quia placebis ei, displicens tibi: displicebis autem ei, placens tibi.

Matth. 5.

Pauper spiritu quis.

Luc. 14. & 18.

Mitis quis.

ATTENDE tertium, *Beati lugentes, quoniã ipsi consolabuntur.* In luctu opus est, in consolatione merces est, Nam qui lugent carnaliter, quas consolationes habebũt? Molestias metuendas. ibi cõsolatur lugens, vbi timet rursus ne lugeat. Verbi gratia: Cõtristat filius elatus, lætificat natus. Illũ extulit, hũc suscepit. In illo tristitia, in isto timor: in nullo ergo cõsolatio. Ergo illa erit vera cõsolatio, qua dabitur quod non amittatur: vt illi se postea gaudeãt consolari, qui modò se lugent peregrinari. ACCEDAT & quartum & opus & munus: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Saturari vis. Vnde? Si caro saturitatem concupiscit, digesta saturitate, famem iterum patieris. Et qui biberit, inquit, ex aqua hac, sitiet iterũ. Medicamẽtum quod ad vulnus ponitur, si sanauerit, iã nõ dolet: quod autem ponitur contra famem, hoc est, esca, ita ponitur vt ad modicum releuet. Transacta enim saturitate, redit fames. Accedit quidem quotidie remedium saturitatis, sed nõ est sanatum vulnus infirmitatis. Esuriamus ergo sitiamúsque iustitiam, vt ipsa iustitia saturemur, quam nunc esurimus & sitimus: inde enim saturabi-

CAP. I.

Omnes volũt esse beati.

Capvt III. Matth. 5.

Lugentes.

Capvt IIII. Esurientes.

Ioan. 4.

mur quod esurimus & sitimus. Interior homo noster esuriat & sitiat: habet enim cibũ suum, habet potũ suũ.
Ioan.6. Ego sum, inquit, panis qui de cęlo descendi. Habes panem esuriẽtis, desidera & potum sitientis: quoniã apud te est fons vitæ. ATTENDE quod sequitur, *Beati*
Psal.35. *misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus.* Fac & fiet.
CAP.V. Misericordes. Fac cum altero, vt fiat tecum: quia abundas & eges. Abundas temporalibus, eges æternis. Mendicum hominem audis, mendicus ipse Dei es: petitur à te, & petis. Quod egeris cum petitore tuo, hoc aget Deus cũ suo. Et plenus & inanis es. Imple inanẽ de plenitudine tua, vt de Dei plenitudine implcatur inanitas tua.
CAP.VI. Mundicordes. ATTENDE quod sequitur, *Beati mundicordes*: hoc est, qui mundi corde sunt, *quoniam ipsi Deum videbunt.* Hic est finis amoris nostri, finis quo perficiamur, non quo consumamur. Finitur cibus, finitur vestis. Cibus, quia cõsumitur edẽdo: vestis, quia perficitur texendo. Et illud finitur, & illud. Sed finis iste pertinet ad consumptionẽ, ille ad perfectionẽ. Quicquid agimus, quicqd bene agimus, quicquid nitimur, quicquid laudabiliter æstuamus, quicquid inculpabiliter desideram⁹, ad Dei visionẽ cùm venerit, plus non requiremus. Quid enim quærat, cui adest Deus? aut quid sufficiat ei, cui nõ sufficit Deus? Videre Deum volumus, videre Deum quærimus, videre Deũ inardescimus. Quis non? Sed vide
Matth.5. quid dictũ est, Beati mũdicordes, quoniam ipsi Deum videbunt. Hoc paravnde videas. Vt enim secundũ carnem loquar, quid desideras ortum soliscum oculis lippis? Sani sint oculi, & erit illa lux gaudium. Nõ sint oculi sani, erit illa lux tormentum. Nõ enim corde non mundo videre permitteris, quod nõ videtur nisi corde mũdo. Repelleris, aufereris, nõ videbis. Beati enim mũdicordes, quoniam ipsi Deum videbunt. Quoties beatos iam numerauit, quas beatitudinis causas, quæ opera, quæ munera, quæ merita, quæ præmia? Nusquã dictũ est, Ipsi Deũ videbũt. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cælorũ. Beati mites: ipsi hæreditate possidebũt terram. Beati lugentes: ipsi consolabuntur. Beati esurientes & sitientes iustitiã: ipsi saturabuntur. Beati misericordes: ipsi misericordiam consequentur. Nusquam dictũ est, Ipsi Deum videbunt. Ventum est ad mũdicordes, ibi visio Dei promissã est. Nõ sine causa, nisi quia ibi sunt oculi, vnde videtur Deus. De his
Ephes.1. oculis Paulus apostolus loquẽs ait, Illuminatos oculos cordis vestri. Modò ergo isti oculi pro sua infirmitate illuminantur fide: postea pro sua firmitate illuminabũtur
2.Cor.5. specie. Quãdiu enim sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, non per speciẽ. Quamdiu autem in hac fide sumus, quid de nobis dicitur?
1.Cor.13. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Non hic corporea facies cogitetur. Nam si accensus desiderio videndi Deũ, faciem tuã præparaueris corporalem ad videndũ Deũ: talem faciem desiderabis & Dei. Si autem iam saltem de Deo spiritaliter sapis, vt Deum nõ cogites esse corporeum (vnde diutius heri egimus, si tamẽ aliquid pergimus) si in corde vestro tãquã in templo Dei formæ
In sermone nitidior, de visione Dei. humanæ fregimus simulachrũ, si iam vobis bene venit in mẽtem, & viscera vestra interiora possedit, vbi detestatur Apostolus eos, qui dicentes se esse sapiẽtes, stulti
Rom.1. facti sunt, & immutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in
CAP.VII. similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis. SI iam tale malũ detestamini, si aduersamini, si creatori mũdatis templũ suũ, si vultis vt veniat & mãsionem apud vos
Sap.1. faciat: Sẽtite de nõo in bonitate, & in simplicitate cordis quẽrite illũ. Videte cui dicatis, si tamẽ dicitis, si verè
Psal.26. dicitis: Tibi dixit cor meũ, quæram faciem tuã. Dicat & cor tuum, & adde, Vultum tuũ, Domine, requiram.

A Bene enim requiris, quia corde requiris. Dicitur Dei vultus, dicitur Dei brachiũ, dicitur Dei manus, dicuntur Dei pedes, dicitur Dei sedes, dicitur scabellũ pedũ eius: sed noli membra humana cogitare. Si vis esse tẽplum veritatis, frãge idolum falsitatis. Manus Dei, potẽtia Dei. Facies Dei, notitia Dei. Pedes Dei, præsentia Dei. Sedes Dei, si vis tu es. An fortè negare audebis Deũ esse Christum? Non, inquis. Concedis & hoc, Christũ
1.Cor.1. Dei virtutem & sapientiã Dei? Concedo, inquis. Audi:
Sap.1. Anima iusti sedes est sapientiæ. Vbi enim sedem habet Deus, nisi vbi habitat? Vbi autem habitat, nisi in tẽplo suo? Templum enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Vi-
2.Cor.6. de ergo quomodo excipias Deum. Spiritus est Deus,
Ioan.4. in spiritu & veritate oportet adorare Deum. Iã in cortuum, si placet, intret arca testamenti: & ruat Dagon.
1.Reg.5. Audi ergo nunc, & disce Deum desiderare, disce vnde Deum videre possis præparare. Beati enim mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt.
B QVID præparas CAPVT VIII. oculos corporis? Si sic videbitur, in loco erit quod videbitur. Non est in loco qui vbique totus est. Munda vnde videatur. Audi & intellige, si ipso iuuante potero explicare. Adiuuet nos ad intelligẽdum omnia supradicta opera & munera, quemadmodũ cõgrua cõgruẽtibus apposita sint. Vbi enim dictũ est de premio quòd nõ cõgrueret operi, & consonaret? Quia humiles quasi à regno videntur alieni: Beati, inquit, pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cælorum. Quia mites homines facilè excludũtur de terra sua: Beati, inquit, mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Iã cętera aperta sunt, clara sua sponte cognoscũtur: disputatore nõ egent, cõmemoratore opus habẽt. Beati qui lugẽt. Quis lugens non consolationem desiderat? Ipsi, inquit, consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quis esuriens & sitiens nõ satietatẽ requirit? & ipsi, in-
C quit, saturabũtur. Beati misericordes. Quis misericors, nisi qui optat ex ipso opere reddi sibi à Deo vicẽ, vt circa se fiat quod circa pauperẽ facit? Beati, inquit, misericordes, quoniã ipsorũ miserebitur Deus. Quomodo per ipsa singula singulis propria apposita sunt, & nihil adhibitũ est in præmio, quod nõ cõgrueret præcepto? Præceptum est enim vt sis pauper spiritu: præmiũ est, vt habeas regnũ cælorum. Præceptum est, vt sis mitis: præmiũ est, vt possideas terrã. Præceptum est, vt sis lugens: præmiũ, vt consoleris. Præceptum est, vt esurias & sitias iustitiam: præmium, vt consoleris. Præceptum est, vt sis misericors: præmiũ, vt misericordiam consequaris. Sic præceptum est, vt mundes cor: præmium, vt videas Deũ. NON ergo ita sapias in his præceptis & CAP.IX. præmiis, vt cùm audis, Beati mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt, putes pauperes spiritu nõ visuros, aut non visuros mites, non visuros lugentes, nõ visuros
D esurientes & sitientes iustitiam, non visuros misericordes. Non arbitreris eos tantũ quasi visuros qui mundo sunt corde, illis à visione separatis. Omnia enim hæc idem ipsi sunt. Ipsi videbũt, sed nõ ideo videbunt, quia pauperes spiritu sunt, quia mites sunt, quia lugentes, quia esuriẽtes & sitientes iustitiam, quia misericordes: sed quia mundi sunt corde. Quemadmodum si corporalia opera membris corporalibus coaptaret ac diceret (verbi gratia) quisquã, Beati qui pedes habẽt, quia ipsi ambulabũt: beati qui man⁹ habent, quia ipsi operabũtur: beati qui vocem habent, quoniam ipsi clamabunt: beati qui os & linguam habent, quoniã ipsi loquentur: beati qui oculos habent, ipsi enim videbunt. Sic tanquã spiritalia mẽbra componens docuit quid ad quid pertineat. Apta est humilitas ad habẽdum regnum cęlorum, apta est mansuetudo ad possidendam terram, aptus luctus ad consolationẽ, apta fames & sitis iustitię ad

ad saturitatem, apta misericordia ad impetrandam misericordiam, aptum mundum cor ad videndum Deũ.
CAP.IX. SI ergo desideramus videre Deũ, oculus iste vnde mũdabitur? Quis enim non curet, quis non quærat vnde mundet, quo videre possit quẽ toto affectu desiderat?
Act.15. Expressit hoc diuina testatio. Fide, inquit, mũdans corda eorũ. Mundat cor fides Dei, mundũ cor videt Deũ. Sed quia ipsa fides aliquãdo ab hominibus, qui seipsos fallunt, talis determinatur, quasi sufficiat tãtummodo credere (promittũt enim sibi quidã etiam conspectum Dei regnumq; cælorum credẽtes & malè viuentes) cõtra hos succensus & spiritali charitate quodammodo
Iacobi 2. stomachãs Iacobus apostolus in epistola sua dicit, Tu credis quoniã vnus est Deus. Plaudis tibi de fide: attẽdis enim multos impios æstimare multos esse deos, & tu tibi gaudes credẽdo q; vnus est Deus. Bene facis. Et dæmones credũt, & cõtremiscunt. Nũquid & ij Deum videbũt? Videbunt qui mũdo sunt corde. Quis autem
B mundi cordes dicat spiritus immundos? & tamen credũt, & cõtremiscunt. DISCERNENDA est fides nostra à fide dæmonũ. Fides enim nostra mũdat cor: fides autem illorũ reos facit. Malè quippe operantur, & ideo Dño dicunt, Quid nobis & tibi est? Cùm audis hoc dẽmones dicere, putas eos nõ agnoscere? Scim⁹, inquiũt, qui sis. Tu es filius Dei. Dicit hoc Petrus, & laudatur; dicit hoc dæmõ, & damnatur. Vnde hoc, nisi quia vox par, & cor impar? Discernamus ergo fidẽ nostram, nec
Act.15. credere sufficiat. nõ est talis fides quę mũdat cor. Fide, inquit, mundans corda eorum. Sed quã fide, quali fide,
Gal.5. nisi quam definit apostolus Paulus vbi ait, Fides quæ per dilectionem operatur? Ista fides discernit à fide dẽmonũ, discernit ab hominũ flagitiosis ac perditis moribus. Fides, inquit. Quæ fides? Quæ per dilectionẽ o-
Fides. peratur, sperat quod Deus pollicetur. Nihil ista definitione perpẽtius, nihil perfectius. Ergo tria sunt illa. Ne-
C cesse est vt in quo est fides, quæ per dilectionem operatur, speret quod Deus pollicetur. Comes est ergo fidei
Spes. spes. Necessaria quippe spes est, quamdiu nos nõ videmus quod credimus: ne fortè nõ videẽdo & desperãdo deficiamus. Contristat nos, quia nõ videmus: sed consolatur nos, quia visuros nos speramus. Adest ergo spes, & fit comes fidei. deinde & charitas, quia desideramus, qua pertingere conamur, qua inardescimus, qua esurimus & sitim⁹. Adhibetur ergo & hæc: & erit fides, spes,
Charitas. charitas. Quomodo enim nõ erit ibi charitas, cùm nihil sit aliud charitas quàm dilectio? Ipsa autẽ fides definita est, quę per dilectionẽ operatur. Tolle fidẽ, perit quod credis; tolle charitatẽ, perit quod agis. Fidei enim pertinet vt credas: charitati vt agas. Si enim credis, & nõ amas, nõ te moues ad bonum opus. Et si moues, vt seruus moues, nõ vt filius: timendo pœnam, nõ amãdo
1.Cor.13. iustitiam. Illa ergo fides, inquam, mundat cor, quæ per
CAP.XI. D dilectionẽ operatur. ET modo ipsa fides quid agit? Tantis testimoniis Scripturarũ, tam multiplici lectione, tam varia copiosaq; exhortatione quid agit, nisi vt videamus nũc per speculum in ænigmate, postea facie ad faciem? Sed non iterũ tu redeas ad istã faciẽ tuam. Faciẽ cordis cogita. Coge cor tuũ cogitare diuina, cõpelle, vrge. Quicquid simile corporis cogitãti occurrerit, abiice. Nõdum potes dicere, Hoc est saltẽ dic, Non est hoc. Quãdo enim dices, Hoc est Deus? nec cùm vi-
1.Cor.12. debis, quia ineffabile est quod videbis. Raptum se dicit Apostolus in tertiũ cælum, & audisse ineffabilia verba. Si sunt ineffabilia verba, quid est cuius sunt verba? Cogitanti ergo tibi de Deo, occurrit aliqua fortasse in humana specie mira & amplissima magnitudo: cõstituisti eam cõspectu cogitationis tuę, tanquam magnũ aliqd, amplissimũ, grande, ingentissima mole diffusum. Fini-

A sti alicubi. Si finisti, pens nõ est. Si non finisti, facies: vbi est? Cogitas molẽ, & vt membra distinguas, definis molem. Alter enim mẽbra distinguere nõ potes, nisi moli dederis finẽ. Quid agis stulta & carnalis cogitatio? Grãdem molẽ fecisti: & tanto grandiorem, quãto te putasti Deũ amplius honorare. Addit aliusvnum cubitum,
CAP.XII. & fecit minorem. SED legi, inquis. Quid legisti, qui nihil intellexisti: Et tamẽ dic. Quid legisti? Nõ repellamus paruulũ corde ludẽtem. Dic quid legisti? Cælum
Esa.66. mihi thronus est, terra autẽ scabellũ pedum meorum. Aio. Legi & ego: sed tu fortè potiorẽ te putas, quia legisti & credidisti. Credo & ego quod dixisti. Simul credamus. Quid dico? Simul quęram⁹. Ecce tene quod legisti, & credidisti. Cælũ mihi thronus est, id est, sedes: thronus enim Græcè, Latinè sedes est: terra autem scabellũ pedum meorum. Nõ legisti & illud, Quis palmo
Esa.40. mẽsus est cælum? Puto te legisse: cognoscis, & te credere cõfiteris. Ibi enim vtrumq; legimus, vtrũq; credimus.
B Modò iã cogita, & doce me: adhibeo te doctorem, me paruulũ facio. Doce me, obsecro te. Quis est qui sedet in palmo suo? Ecce figuras lineamẽta membrorum dei à corpore humano duxisti. SED fortè surreptit tibi,
CAPVT XIII. vt secundũ corpus putares nos factos ad imaginẽ Dei,
Gen.1. Interim accipio considerandũ, discutiendum, requirẽdũ, disputando excutiẽdum. Si placet, audi me: quia in eo quod tibi placuit, audiui te. Sedet Deus in cælo, & palmo metitur cælum. Idem cęlum sit latũ, cùm sedet; & angustũ, cùm metitur? An ipse Deus tantus est in sedendo, quantus in palmo? Si hoc ita est, non ad similitudinẽ suam nos fecit: nos enim palmũ angustiorẽ valde habemus, quàm partem corporis qua sedemus. Ille autẽ si tam latus est in palmo suo, quàm latus in sessione sua, disparia mẽbra nobis fecit. Nõ est ista similitudo. Erubescat ergo tale idolũ in corde Christiano. Pro-
Cælũ, sancti. Terra, terreni. C inde cælũ accipe pro omnibus sanctis: quia & terra dicitur, p omnibus qui sunt in terra. Omnis terra adoret
Psal.65. te. Si bene dicimus secundũ eos qui habitant in terra, Omnis terra adoret te: bene dicimus etiã secũdum eos qui habitant in cælo, Omne cęlũ portet te. Nam & sancti ipsi qui in terra habitant, carne terram calcãt, corde
Sursum cor. Col.3. in cęlo habitant. Non enim frustrà admonẽtur sursum habere cor, & cùm admoniti fuerint, ita esse respõdẽt: aut frustra dicitur, Si cõsurrexistis cũ Christo, quę sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs. Quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram. Inquãtũ ergo ibi cõuersantur, & ipsi Deum portãt, & cęlũ sunt:
Psal.18. quia Dei sedes sunt. Et cũ annunciant verba Dei, Cæli enarrant gloriam Dei. CAPVT XIIII. REDI ergo mecũ ad faciem cordis: ipsam præpara. Intus est cui loquitur Deus. Aures, oculi, cętera mẽbra visibilia, interioris cuiusdã vel habitaculum vel organũ sunt. Interior est vbi habitat
Ephes.3. D Christus interim per fidẽ: ibi habitaturus præsentia diuinitatis suæ, cùm cognouerimus quæ sit latitudo, lõgitudo, altitudo, profundum: cognouerimus etiam supereminẽtem scientiæ charitatẽ Christi, vt impleamur in omnem plenitudinem Dei. Nunc ergo si tibi intellectus hic non displicet: aduoca te cõprehendere latitudinẽ, longitudinem, altitudinem, profundum. Non discurras imaginatione cognitionis per spatia mũdana, & molis huius tã magnæ incõprehensibilem grãditatẽ. In te attẽde quod dico. Latitudo est in bonis operibus, lõgitudo in longanimitate & perseuerãtia bonorũ operum, altitudo in supernorum expectatione præmiorũ: propter quam altitudinẽ tibi dicitur vt sursum cor habeas. Bene operare, & in bonis operib⁹ pseuera, propter beneficia Dei. Terrena pro nihilo ætimes, ne cùm tibi aliquo sapientis illius flagello terra ista fuerit perturbata, dicas te sine causa Deũ coluisse, sine causa

bona

bona opera fecisse, sine causa in bonis operibus perseuerasse. Faciẽdo enim bona opera, quasi habuisti latitudinẽ. Perseuerando in eis, quasi habuisti longitudinem, sed terrena conquirẽdo non habuisti altitudinẽ. Attende profundũ. Gratia Dei est in occulto voluntatis eius. Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis cõsiliarius eius fuit? Et, Iudicia tua sicut multa abyssus.

Rom. 11. Psal. 35.

CAPVT XV.

HANC cõuersationem bene operandi, in ea perseuerãdi, superna expectandi, gratiam Dei occultè dãdi, sapientia nõ stultitia; nec reprehendẽdi quare alius sic, alius autẽ sic (non enim est iniquitas apud Deum). Hãc ergo conuersationem, si placet, coapta etiam cruci Domini tui. Non enim frustrà talem mortem elegit, in cuius potestate erat vel mori, vel non mori. Si in potestate erat mori, & non mori, quare non in potestate sic vel sic mori? Non frustrà ergo crucẽ elegit, vbi te huic mũdo crucifigeret. Nam latitudo est in cruce trãsuersum lignum, vbi figũtur manus: propter bonorum operum significationẽ. Longitudo est in ea parte ligni, quæ ab ipso transuerso ad terram tendit. Ibi enim corpus crucifigitur, & quodammodo stat: & ipsa statio perseuerãtiam significat. Altitudo autem in illo ligno est, quod ab eodem trãsuerso sursum versus ad caput eminet, & ea significatur supernorum expectatio. Vbi profundũ, nisi in ea parte quæ terræ defixa est? Occulta est enim gratia, & in abdito latet. Non videtur, sed inde eminet quod videtur. Post hæc si comprehenderis hęc omnia, non solùm intelligẽdo, verùm etiã agẽdo, (Intellectus enim bonus omnibus qui faciũt eum) tunc iam extẽdete, si potes, ad agnoscendã agnitionẽ charitatis Christi supereminẽtem scientiæ. Cùm peruenieris, impleberis, in omnẽ plenitudinem Dei. Tũc erit illud facie ad faciem. Impleberis autem in omnem plenitudinem Dei, nõ vt tui plenus sit Deus, sed vt tu sis plenus Deo. Quærere ibi, si potes, faciem corporalem. Iam tollantur nugæ à mentis aspectu. Abiiciat paruulus ludicra, discat tractare maiora. Et nos in multis paruuli sumus: & cùm plus quàm sumus essemus, à maioribus tolerati sumus. Pacem sectamini cũ omnibus, & sanctificationem: sine qua nemo poterit videre Deum. Hac enim cor mũdatur: quia ibi est fides quę per dilectionẽ operatur. Hinc beati mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt.

2. Par. 19. Rom. 9. V. Beda ad Ephes. 3. Christus non frustra mortẽ crucis elegit.

Psal. 110.

Hebr. 12.

Professo sanctæ Crucis, in illud Apostoli, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce, &c.

SERMO D. AVGVST. XV.

Est tantum fragmentum, inter fragmenta 27.

In dedicatione Ecclesiæ.

SERMO XVI.

CAP. I.

BONA opera fidelium de sua tẽporali terrenáq; substantia, cùm in thesauris cælestibus reconduntur, fides hoc videt, quæ pietatis oculũ habet in corde. Vnde & ista ædificia, quæ congregandis religiosis cœtibus extruuntur, cùm oculo carnis inspexerit, laudat interius quod cernit exterius, & visibili accipit lumine ad quod gaudeat inuisibili veritate. Neq; enim occupata est fides inspicere, quàm pulchra sunt membra huius habitationis: sed de quãta interioris hominis pulchritudine procedãt hæc opera dilectionis. Retribuet ergo Dominus fidelibus suis tam piẽ, tã hilariter, tam deuotè ista operãtibus: vt eos quoque ipsos in suæ fabricæ cõstructione componat, quò currunt lapides viui, fide formati, spe solidati, charitate compacti. Vbi sapiẽs ille architectus Apostolus scilicet fundamẽtum posuit Christum Iesum, summum ipsum lapidem angularẽ, sicut & Petrus de Prophetica scriptura commemorat: ab hominibus quidẽ reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum. Huic adhærendo, pacamur; huic incũbẽdo, firmamur. Simul enim est & fundamẽtum, quia ipse nos regit: & lapis angularis, quia ipse cõiungit. Ipsa est petra, super quã vir sapiẽs ędificans domũ suã, contra omnes huius sęculi tentationes tutissimus perseuerat. Nec pluuia irruẽte illabitur, nec flumine inundante subuertitur, nec vẽtis flãtibus cõmouetur. Ipse est & pax nostra, qui fecit vtraque vnum: in ipso enim neque circũcisio quicquã valet, neque præputiũ, sed noua creatura. Hi enim duo tanquã parietes ex diuerso venientes, longè ab inuicem fuerãt: donec ad illum, tanquã ad angulũ, ducti, etiam in illũ sibimet copulati, sunt. ITAQVE sicut hoc ædificium visibile factum est nobis corporaliter congregãdis; ita illud ædificium, quod nos ipsi sumus, Deo spiritaliter habitaturo cõstruitur. Templum enim Dei sanctũ est, inquit Apostolus, q̃ estis vos: si hoc non terrenis molibus erigamus. Hoc enim nunc visitãtibus nobis, illud in fine sęculi Domino veniẽte dedicabitur: quãdo corruptibile hoc nostrũ induet incorruptionẽ, & mortale hoc nostrum induet immortalitatem: quia corpus humilitatis nostræ cõformabit corpori gloriæ suæ. Videte enim quid dicat in Psalmo dedicationis: Cõuertisti luctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meũ, & accinxisti me lætitia: vt cantet tibi gloria mea, & non cõpungar. Cùm enim ædificamur, gemit ei humilitas nostra: cùm autem dedicabimur, cantabit ei gloria nostra: quia in ædificatione labor est, in dedicatione lętitia. Dum cędũtur de mõtibus lapides, & ligna de syluis, dum formantur, dolantur, coaptantur: labor & cura est. Cùm autem perfecti ędificij dedicatio celebratur, gaudium & securitas laboribꝰ curisq; succedunt. Sic etiã ędificatio spiritalis, cuius habitator Deus, nõ ad tẽpus, sed in ęternum erit. Dum ex infideli vita homines segregantur ad fidem: dum quicquid nõ bonum atque peruersum est, amputatur & cæditur: dũ fiunt aptæ, pacificæ piæq; iuncturæ: quantæ tẽtationes timẽtur, quãtæ tribulationes sustinẽtur? Cùm verò aduenerit dies dedicationis domus æternæ, cùm dicetur nobis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi: quæ illa exultatio, quæ securitas erit? Cãtabit claritas, nec compungetur infirmitas. Cùm ostendet seipsum nobis qui nos dilexit, & tradidit semetipsum ꝓ nobis: cùm apparuerit hominibus quod est factus in matre, apparebit eis Deus factor quod erat in patre. Cùm ingredietur perfectam & ornatam, vnitate stabilitam, immortalitate vestitam æternus ipse habitator domũ suam, implebit omnia, fulgebit in omnibus, vt sit Deus omnia in omnibus. HANC vnã visionẽ petiuit à Domino quidã: & ipse quidam, si volumus, nos sumus. Huius desiderio laborauit in gemitu suo, hinc lauit per singulas noctes lectũ suum: & lachrymis stratum suũ rigauit. Propter hanc enim fuerunt ei lachrymæ suę panis die ac nocte: dum diceretur ei per singulos dies, Vbi est Deus tuus. Ipse quippe ait, Vnam petij à Domino, hãc requiram: vt inhabitem in domo Dñi per omnes dies vitæ meæ, vt contẽpler delectationẽ dñi, & protegar in tẽplo suo. Ipse habitator, ipse habitatio. Qui enim habitãt in domo Dei, ipsi sunt etiã domus Dei: quę cõtẽplatur delectationẽ eius, & protegitur in tẽplo eius, & abscõditur in abscõdito vultus eius. Hanc spem tenemus, rẽ nondum videmus: Si autẽ quod nõ videmus speramus, per patientiam expectamus, & per patientiam ędificamur.

A

B

C

D

Matth. 7.

Ephes. 1.

Gal. 6.

CAP. II.

1. Cor. 3.

1. Cor. 15. Phil. 3.

Psal. 29.

Matth. 25.

Ephes. 5.

1. Cor. 15. CAP. III.

Psal. 6.

Psal. 41. Psal. 26.

EIA ergo fratres, si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christꝰ est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, nõ quę supra terrã. Ideo enim & Christus fundamẽtum nostrum ibi positus est, vt sursum

CAPVT IIII. Coloss. 3.

vt sursum versus ædificemur. Sicut enim terrenis molibus construendis, quarum grauia corpora non vtique nisi ad ima demergunt, in imo ponitur fundamentum: sic nobis e contrario sursum est positus lapis ille fundamentum tale, vt sursum nos rapiat etiam pondere charitatis. Alacriter ergo cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis volentibus operari per bonam volũtatem. Omnia facite sine murmuratione: & tanquã lapides viui coędificamini in templũ Dei, & tanquam ligna imputribilia de vobis ipsis facite domum Dei. Conquadramini, dolamini, in laboribꝰ, in necessitatibus, in vigiliis, in negotiis, ad omne opus bonum paramini: vt in æterna vita velut compage in societate angelorum requiescere mereamini.

A

Phil. 2.

CAP. V.

ISTE enim locus temporaliter ædificatus, propter quorundã necessitatem, per opera misericordiæ factus est, nec durabit in æternum: sicut & ipsa nostra corpora non sunt vtique sempiterna, sed temporalia atque mortalia. Habitationem autem habemus ex Deo, domum non manufactam, æternam in cælis: vbi & ipsa nostra corpora conuersione resurrectionis cælestia & sempiterna futura sunt. Et nunc quamuis nondum per speciem, sicut erit facie ad faciem, & tamen per fidem habitat in nobis Deus: & ei sic habitanti habitaculum per bona opera efficimur, quæ opera æterna non sunt, sed ad æternam vitam perducunt. Ex quibus est & hoc opus, quo ista Basilica fabricata est: non enim tales fabricas ibi operabimur. Nullus ibi locus ruiturus ædificatur, quò nullus habitator moriturus ingreditur. Nũc tamẽ sit bonum temporale opus vestrum, vt æterna sit merces vestra. Nunc, inquam, fidei & spei donum spiritali dilectione construite in omni opere bono, quod tunc non erit: quia indigentia nulla erit. Fundamenta ergo in cordibus vestris Apostolica & Prophetica monita iacite, humilitatẽ vestram sicut pauimentum sine offensione prosternite: salutarem in corde vestro doctrinã orationibus & sermonibus tanquam firmis parietibus cõmunite, diuinis eos testimoniis tãquam luminaribus illustrate, infirmos sicut columnæ sufferte, inopes sicut tecta protegite: vt Dominus Deus noster pro temporalibus bonis æterna restituat, & vos in ęternum perfectos dedicatósque possideat.

B

2. Cor. 5.

1. Cor. 3.

In eodem festo.

SERMO D. AVGVST. XVII.

CAP. I.

QVANDO bona opera, etiã quæ propter Deum fiunt, hominibus ostenduntur, cùm ea faciũt boni & religiosi, non laudes humanæ appetuntur, sed imitanda proponuntur. Duplex est enim misericordia, quę fit in bono opere, Corporalis, & Spiritalis. Esurientibus, sitientibus, nudis, peregrinis corporali misericordia subuenitur. Eadem tamen ista cùm ostẽduntur, & ad imitationem cæteros prouocant, etiam spiritus mentẽsque pascũtur. Alius pascitur opere bono, alius exemplo bono: ambo enim esuriunt: Ille vult accipere vnde alatur, iste vult videre quod imitetur. Monet nos de hac veritate etiã sancti Euangelij lectio. Christianis enim dicitur in Deum credentibus, bene operantibus, spem vitæ æternę pro bonis operibus expectãtibus, Vos estis lux mũdi: & vniuersę vbiq; Ecclesiæ diffusæ dicitur, Non potest ciuitas abscondi supra montẽ constituta. Erit, inquit, in nouissimis tẽporibus manifestus mons domus Domini, paratus in cacumine montium. Ipse est mons qui ex paruo lapide creuit, & totum orbem crescẽdo impleuit. In illo ædificatur Ecclesia, quæ abscondi non potest: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt.

A

Matth. 5. Esa. 2.

Dan. 2.

BENE occurrit lectio, quãdo candelabra dedicantur, vt sit qui operatur lucerna posita in candelabro. Lucerna est enim homo qui bene operatur. Quod autem candelabrum? Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Qui ergo secundum Christum facit, & propter Christum facit, vt non glorietur nisi in Christo: candelabrum est. Luceat omnibus, videant quod imitentur, non sint pigri, non auari, profit quod vident. Non sint oculis videntes, & cordibus cæci. Sed ne fortè occurrat alicui, quòd Dominus bona opera velut iubet abscondi, vbi dicit, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est; debet quæstio ista dissoluti: vt nouerimus quemadmodum Domino obtemperemus, nec obtemperare illi non possimus, cum eum contrà iubere audimus.

CAP. II.

Gal. 6.

Matth. 6.

HAC dicit, Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra. Hac dicit, Cauetẽ facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis. Vultis nosse quàm sit ista quæstio dissoluenda? Et nisi dissoluatur, molestè erit, si remaneat insoluta. Quidam homines faciunt bene, & timent videri: & omni studio, quantum possunt, cooperiunt bona opera sua. Captant quando neminem videant. Tunc aliquid porrigunt, timentes ne offendant in illud præceptum vbi dictũ est, Cauete facere iustitiam vestrã coram hominibus, vt videamini ab eis. Non autem Deus iussit bona opera abscondi, sed in bonis operibus laudem humanam non cogitare. Denique cùm dixit, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus: vbi finiuit: vt videamini ab eis. Vt ideo faciant vt videantur ab hominibus, hunc fructum boni operis quærant, hũc ferant: nihil aliud expectent, nihil superioris & cęlestis commodi concupiscant. Sed si ideo solùm faciat, vt laudetur: hoc prohibuit Deus. Cauete facere. Quomodo? Vt videamini ab eis. Cauete hunc facere fructum, id est, visionem hominum.

B

CAP. III.

Matth. 5. Matth. 6.

IVBET autẽ videri opera nostra, & dicit, Nemo accendit lucernam, & ponit eã sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et sic luceant opera vestra coram hominibus, vt videant, inquit, bona facta vestra. Et non ibi remansit: sed glorificẽt, subiunxit, patrẽ vestrum, qui in cælis est. Aliud est, in bono opere quærere laudẽ Dei. Quando queris laudem Dei, æternam gloriam acquisisti. Sic ergo faciamus, vt non videamur ab hominibus: hoc est, sic faciamus, vt visionem hominum pro mercede non quæramus, sed sic faciamus, vt videntibus & imitãtibus gloriam Dei cognoscamus: quòd si nos tales non faceret, nihil essemus. Conuersi ad Dominum, &c.

C

CAPVT IIII. Lucæ 8. & 11.

FINIS.

SERMO.

SERMONES DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE DIVERSIS, A THEOLOGIS LOVANIENSIBVS EDITI.

SERMO I.

SERMO D. AVGVSTINI EPISCOPI. *In festo Paschæ de Alleluia: quod modo in spe canitur, postea verò in re.*

CAP. I.

VONIAM voluit Dominus, vt charitatem vestram in Alleluia videremus, de Alleluia vobis verbum debemus. Non sim oneri, si commemoro quod nostis: quia & ipsum Alleluia quotidie dicimus, & quotidie delectamur. Nostis enim, quia Alleluia Latinè dicitur, Laudate Deum: & in hoc verbo consonantes ore, & consentientes corde, exhortamur nos inuicem ad laudandum Deum. Eum tantùm homo securus laudat: qui nõ habet vnde displiceat. Et in hoc quidem tempore peregrinationis nostræ ad solatium viatici dicimus alleluia: modò nobis alleluia cãticum est viatoris. Tendimus autem per viam laboriosam ad quietam patriam: vbi retractis omnibus actionibus nostris, non remanebit nisi alleluia.

Alleluia.

CAP. II. Luc. 10. Maria & Martha.

ISTAM partem suauissimam sibi Maria elegerat, quæ vacabat, discebat, laudabat: Martha verò soror eius, circa plurima fuerat occupata. Equidem agebat rem necessariam, sed nõ permansuram: agebat rem viæ, nõdum patriæ: agebat rem peregrinationis, nondum possessionis. Susceperat enim dominũ, & eos qui cum illo erant. Et Dominus carnem habebat: & sicut pro nobis carnem dignatus est suscipere, ita dignatus est esurire & sitire. Et ex eo quòd dignatus est esurire & sitire, dignatus est pasci ab eis quos ipse ditauit: dignatus est suscipi, non inopia, sed gratia. Agebat ergo Martha q̃ pertinebat ad necessitatem esurientium & sitientium: parabat cõuersatione solicita, quod manducaretur & biberetur à sanctis, & ab ipso Sancto sanctorum in domo eius. Magnum opus, sed transitorium. Nunquid esurire & sitire semper erit? Quando inherebimus purissimæ illi & perfectissimæ bonitati: nõ erit quærere seruire necessitati. Beati erimus nullo indigẽtes: multum habentes, nihil quærẽtes. Et quid est quod habebimus, vt nihil quæramus? Dixi: quod si creditis, postea videbitis. Quod ergo diximus, multum habentes, & nihil quærentes, id est, nullo indigẽtes. Quid est ipsum quod habebimus? Seruientibus sibi Deus, colentibus eum, credentibus in eum, sperantibus in eum, amantibus eũ quid dabis?

CAP. III.

VIDEMVS enim quanta det in hoc tempore, diffidentibus de illo, desperantibus de illo, auersis ab illo, blasphemantibus illum: videmus quanta dona largiatur. Ab illo est enim primò sanitas: quæ sic dulcis est, vt in fastidium nunquam veniat. Quando hanc habet, quid deest pauperi? Quando istam non habet, quicquid habet, quid prodest diuiti? Ab illo est ergo, id est, à Domino Deo nostro quem colimus: à vero Deo est, in quem credimus, & in quo speramus, & quẽ diligimus: ab illo est res tãta, sanitas. Videte tamẽ cùm sit magna res sanitas, quomodo cã det & bonis, & malis, & blasphematoribus suis, & laudatoribus suis. Et quid dicam? Vtrique homines sunt. Omni pecore melior est & malus homo. Dat sanitatẽ etiam iumentis & draconibus, vsque ad muscas & vermiculos donat sanitatẽ: & saluat omnia qui creauit omnia. Vt ergo alia omittamus; quia nihil melius inuenimus quàm est sanitas: non solùm eam dat Deus hominibus, sed & pecoribus, sicut dicit Psalmus: Homines & iumẽta saluos facies Domine: sicut multiplicata est misericordia tua Deus. Sic enim es, quia Deus es: vt bonitas tua non remaneat in summis, & deserat infima. Peruenit ab angelis vsque ad extrema & minuta animalia. Peruenit enim à fine vsq; in finem pertendens fortiter sapientia, & disponit omnia suauiter: & in ipsa dispositione suauitatis eius, suauis est omnibus sanitas. Cùm ergo tantum bonum det & bonis & malis, & hominibus & iumentis: quid est, fratres mei, quod seruat bonis? Iã enim dixerat, Homines & iumenta saluos facies Domine: sicut multiplicata est misericordia tua, Deus.

Sanitas à Deo.

Psal. 35.

Sap. 8.

CAPVT XIII. Ibidem. Psal. 35.

ET deinde adiũxit, Filij autem hominum. Qui sunt isti? Quasi alij sint homines, de quibus paulò antè dixerat, Homines & iumenta saluos facies Domine; & alij filij hominũ. Aliud enim sunt homines, quàm filij hominum: & aliud sunt filij hominum, quàm homines. Quid sibi ergo vult ista distinctio? Nisi fortè quia homines pertinent ad hominem, filij hominum ad filium hominis: homines ad hominem, filij hominũ ad filium hominis. Est enim quidam homo, qui non fuit filius hominis. Qui enim primus factus est, homo fuit: filius hominis non fuit. Quid ergo nobis venit per hominẽ, & quid nobis venit per filium hominis? Commemoro quod venit per hominem: & Apostoli verba dico, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt. Ecce quod nobis propinauit homo: ecce quod de patẽte bibimus, & vix digerimus. Si hoc per hominẽ, quid per filium hominis? Proprio, inquit, filio non pepercit. Si proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus eum tradidit: quomodo nõ & cum illo omnia nobis donauit? Item, Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, sic & per obedientiam vnius hominis iusti constituentur multi. Per illum ergo peccatum, per Christum iustitia. Omnes ergo peccatores ad hominẽ pertinent: omnes iusti ad filium hominis. Quid ergo miramini, quia peccatores, quia impij, quia iniqui, quia Dei contemptores, à Deo auersi, seculi dilectores, amplectentes iniquitatem, odio habentes veritatem, hoc est, homines pertinentes ad hominem: quid miramini, quia habent istam sanitatem, cùm audiatis Psalmum, Homines & iumenta saluos facies Domine? Ne extollerent se ipsi homines, quia habẽt temporalem sanitatem: addita sunt illis iumẽta. Quid est ergo vnde gaudes, homo? Nónne tibi cum asino tuo commune est, & cũ gallina tua, cum quocũque animante in domo tua, cũ istis passeribus? Nónne tibi sanitas corporis cũ his omnibus est cõmunis? QVÆRE ergo quod promissum est filiis hominũ, & audi quod sequitur: Filij autẽ hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Interim sperabũt, quàm diu in via sunt. Filij autem hominũ sub regmine alarum tuarum sperabunt: Spe enim salui facti sumus. Hoc nõ pertinet ad homines & iumẽta: sperare sub regmine alarum Dei. Et ecce spes lætat nos, nutrit nos, cõfirmat nos: & in ista laboriosa vita cõsolatur nos, in ipsa expectamus Alleluia. Ecce spes quãtũ gaudiũ habet. Res ipsa quid erit? Quid ẽtit quæris?

Omnes peccatores ad hominẽ, iusti vero ad filium hominis pertinent.

Rom. 5.

Rom. 8.

Rom. 5.

CAPV. Psal. 35.

Audi

Psal. 35.

Psal. 16.

Colos. 3.

Audi quod sequitur: Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ. Huius res spes est. Sitimus, esurimus, opus est vt satiemur: sed in via fames, in patria satietas. Quando satiabimur? Satiabor cùm manifestata fuerit gloria tua. Modò autem gloria nei nostri, gloria Christi nostri latet: & cum illo abscõdita est & nostra. Sed cùm Christus apparuerit vita nostra, tũc & vos cum illo apparebitis in gloria. Tunc erit alleluia in re: modò autem in spe. Spes illam cantat, amor cantat modò, amor cantabit. Sed modò cãtat amor esuriens: tunc cãtabit amor fruens. Quid est enim alleluia, fratres mei? Dixi vobis, laus Dei est. Ecce modò verbum auditis, & in audiẽdo delectamini, & in delectatione laudatis. Si rorem sic amatis, fontem ipsum quomodo amabitis? Quod est enim stomacho ructanti ructatio, hoc est cordi saginato laudatio. Si enim laudamus quod credim⁹, quomodo laudabimus cùm viderimus? Ecce quod sibi Maria elegerat: sed quod significabat vitam illam, nõdum tenebat.

CAPVT VI. Duæ vitæ.

DVÆ sunt vitæ: vna pertinẽs ad delectationem, altera pertinens ad necessitatem. Quæ ad necessitatem, laboriosa est: quæ ad delectationem, voluptuosa est. Sed intra intrò, noli foris quærere delectationẽ: ne tumescas de illa, & per angustũ intrare non possis. Ecce quomodo Maria Dominũ videbat in carne, & Dominum audiebat per carnem, sicut audistis, cùm epistola ad Hebræos legeretur, quasi per velũ. Nullũ erit velũ, quando videbimus facie ad faciẽ. Maria ergo sedebat, hoc est vacabat, & audiebat, & laudabat: Martha verò circa plurimum ministerium erat occupata. Et dicit ei Dominus, Martha Martha, circa multa es occupata: porrò vnum est necessarium. Vnum verum: multa non erunt necessaria. Antequam perueniamus ad vnũ, multis indigemus; vnum nos extendat, ne multa distẽdant & abrumpant ab vno. Ipsum vnũ dixit apostolus Paulus: quia nondum perceperat. Ecce quid, non me arbitror apprehendisse. Vnum autem, quæ retrò oblitus, in ea quæ antè sunt extentus. Non distendit, sed extẽsus. Vnum enim extẽdit, non distendit. Multa distẽdunt, vnum extendit. Et quamdiu extẽdit: Quamdiu hic sumus. Cùm venerimus, colligit, non extendit. Vnũ autem, quæ retrò oblitus in ea quæ antè sunt extensus, secundũ intensionem. Ecce extensionem: nũquam distensionem. Secundum intensionẽ sequor, ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Ordo verborum est: Vnum autem sequor. Tunc ergo veniemus, & vno perfruemur: sed ipsum vnũ omnia nobis erit. Quid enim diximus, fratres, quando cœpi loqui: Quid est ipsum multum quod habebimus, quando nõ indigebimus? Quid est multum quod habebimus? Hoc proposuerã dicere: quid nobis dabit Deus, quod non dabit illis: Tollatur impius, ne videat claritatem Dei.

Hebr. 10.

Luc. 10. Vnum est necessariũ.

Phil. 3.

Esa. 26. CAPVT VII.

ERGO claritatem suã nobis dabit Deus qua fruamur: vnde tolletur impius, ne videat claritatem Dei. Totum multum nostrum quod habebimus, ipse Deus erit. Auare, quid quærebas accipere? Quid quærit à deo, cui non sufficit Deus? Sed quando dicitur, quia Deum habebimus, & ipso solo contenti erimus, imo ipso solo sic delectabimur, vt nihil aliud requiramus: quia & in vno ipso fruemur, & in nobis inuicem ipso fruemur. (Quid enim sumus, si Deum non habebimus: aut quid aliud in nobis quàm Deum debemus diligere, aut quia habemus, aut vt habeamus?) Quãdo ergo dicitur quia cætera subtrahuntur, & solus Deus erit quo delectemur: quasi angustatur anima, quæ cõsueuit multis delectari, & dicit sibi anima carnalis, carni addicta, carnalibus cupiditatibus implicita, visco malatũ cupiditatũ inuolutas pennas habens, ne volet ad Deum, dicit sibi: Quid mihi erit vbi non manducabo, vbi nõ bibã, vbi cum vxore mea nõ dormiam? Quale mihi gaudiũ erit? Hoc gaudium tuum de ægritudine est, non de sanitate. Certè ipsa caro tua in hoc tẽpore aliquando ægrotat, aliquãdo sana est. Intẽdite ad aliquid, vnde capiatis exemplũ rei quã nõ possum dicere. Sũt quædam ægrotantiũ desideria: ardẽt desiderio aut alicuius fontis, aut alicuius pomi: & sic ardent, vt existiment quia si sani fuerint, frui debeant ipsis desideriis suis. Venit sanitas, & perit cupiditas, quod desiderabat, fastidit: quia hoc in illo febris quærebat. Et qualis est ista sanitas, in qua cõualescit ægrotus?

Auare cui non sufficit Deus.

CAPVT VIII.

SANITAS ista qua dicimur sani, quid est? Sed tamen hinc capite exemplum. Quia cùm mũlta sint ægrotantium desideria, quę ista sanitas tollit; quomodo illa tollit ista sanitas, sic omnia tollit immortalitas: quia sanitas nostra immortalitas est. Recolite Apostolum, & videte quid erit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ: &, Erimus æquales angelis dei. Nũquid illi miseri sunt, qui non epulãtur? Nónne ideo beatiores, quia istis nõ indigẽt? An verò quilibet diues æquabitur angelis? Angeli verè diuites sunt. Quid dicũtur diuitiæ? Facultates. Angeli habẽt magnas facultates, q̃ habẽt magnas facilitates. Audis cùm laudatur diues: quantũ magnus est, dominus est, diues est, potẽs est. Quantũ magnum, vt eat quò vult, iumenta adsunt, sumptũ adsunt, serui adsunt, ministeria adsunt. Omnia ista habet diues: quò vult it, laborẽ non patitur. Angelus vbi voluerit ibi erit: nec dicit, iũge; nec dicit, sterne, quod cũ superbia dicũt diuites: & tumescere inde volũt, quia habent quibus dicant, iunge & sterne. Infelix, verba ista sunt infirmitatis, nõ facultatis. Non ergo indigebimus, & ideo beati erim⁹. Pleni enim erimus, sed Deo nostro: & omnia quæ hic pro magno desideram⁹, ipse nobis erit pro magno. Cibũ hic quæris: Deus tibi cibus erit. Amplexum carnis hic quæris: Mihi autem adhærere Deo, bonũ est. Diuitias hic quæris: quomodo tibi deerunt omnia, quando illum habebis qui fecit omnia? Et vt verbis Apostoli te faciam securum, de illa vita hoc dixit: Vt sit Deus omnia in omnibus.

Vera sanitas nostra, immortalitas.

1. Cor. 15.

Math. 22.

Psal. 72.

1. Cor. 15.

SERMO II.

SERMO D. AVGVSTINI, *habitus Carthagini ad Maiores: de Cantico nouo, & vita noua.*

CAP. I. Psal. 149.

ADMONITI sumus cãtare Domino cãticum nouum. Homo nouus nouit canticũ nouũ. Canticũ, res est hilaritatis: & si diligẽtius cõsideremus, res est amoris. Qui ergo nouit nouã vitã amare, nouit canticũ nouum cãtare. Quæ sit ergo vita noua, cõmonẽdi sumus propter cãticum nouũ: ad vnum enim regnum pertinẽt omnia, homo nouus, cãticum nouum, testamẽtum nouum. Ergo homo nouus, & cãtabit cãticum nouum, & pertinebit ad testamentum nouum. Nemo est qui non amet: sed quæritur quid amet. Non ergo admonemur, vt nõ amemus: sed vt eligamus quid amemus. Sed quid eligimus, nisi prius eligamur? Quia nec diligimus, nisi prius diligamur. Ioannem apostolũ audite. Ille est Apostolus qui super pectus Domini discumbebat: & in eo conuiuio cælestia secreta bibebat. Ex illo potu, & ex illa felici ebrietate ructauit, In principio erat verbũ. Humilitas excelsa, & ebrietas sobria. Ille ergo magnus ructator; hoc est, prædicator, inter cætera quæ bibit de Dominico pectore, etiam hoc dixit, Nos diligimus: quia ipse prior dilexit nos. Multum enim dederat homini, quandoquidem de deo loquebatur, dicendo, Nos diligimus, Qui? Quem? Homines Deum, mortales immortalem, peccatores iustum, fragiles immobilem, factura fabrum, nos diligimus, & hoc vnde nobis? Quia ipse prior dilexit nos.

Ioan. 13.

Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

Quæ-

Quære vnde homini diligere Deum: nec inuenies omnino, nisi quia prior illum dilexit Deus. Dedit seipsum quem dileximus: dedit vnde diligeremus. Quid enim dedit vnde diligeremus? Apertiùs audite per apostolũ Paulum: Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris. Vnde? Num fortè à nobis? Non. Ergo vnde? Per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Rom.5.

CAPVT II. Amemus Deum de Deo.

HABENTES ergo tãtam fiduciam, amemus Deũ de Deo: imò quia spiritus sanctus Deus est, amemus Deum de Deo. Quid enim plus dicam, amemus Deũ de Deo? Certè quia dixi, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: ideo est cõsequẽs, vt quia spiritus sanctus Deus est, nec diligere possumus Deum, nisi per spiritum sanctum, amemus Deum de Deo. Hinc est ergo consequẽs. Audire apertius ipsum Ioannem: Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Parũ est dicere, Charitas ex Deo est. Quis nostrũm auderet dicere quod dictũ est, Deus charitas est? Dixit qui nouerat quod habebat. Quid ergo humana imaginatio & volatica cogitatio fingit sibi deũ, & in corde suo fabricat idolum; componens qualem potest cogitare, non qualẽ meruit inuenire? Talis est Deus? Nõ, sed talis est. Quid lineamenta disponis? Quid membra componis? Quid staturam placitam formas? Quid pulchritudinẽ corporis imaginaris? Quis color est in charitate? Quæ lineamenta? Quæ forma? Nihil horũ videmus: & tamẽ amamus. Audeo dicere charitati vestræ: in inferioribus attendamus, quod in superioribus inueniamus. Ipse amor infimus atque terrenus, ipse amor sordid' & flagitiosus, qui corporis pulchritudines consectatur, aliquid nos admonet vnde ad superiora & mundiora surgamus. Amat aliquis lasciuus & impudicus pulcherrimam fœminam: mouet quidem corporis pulchritudo, sed intus quæritur amoris vicissitudo. Si enim audiat quòd illa oderit eum, nónne omnis ille æstus & impetus circa mẽbra pulchra frigescit? & ab eo quod intenderat quodammodo resilit, auertitur, ostẽditur, odisse etiam ipse incipit quod amabat? Nunquid forma mutata est? Nónne ibi sunt omnia quæ inlexerant? Ibi sunt: & tamen ardebat in eo quod videbat, & de corde exibat quod non videbat. Si verò cognoscat quia vicissim amatur, quomodo vehementius inardescit? Videt illa illum, videt ille illam, amorem nemo videt: & tamen ipse amatur qui non videtur. 1.Ioan.4. Idola cordis.

CAP.III. ERIGITE vos ab istulẽta ista cupiditate, vt maneatis in illuminatissima charitate. Deum nõ vides: ama, & habes. Quàm multa in damnabilibus cupiditatibus amantur, & nõ habentur: sordidè quæruntur, nec tamen cõtinuò possidẽtur. Nũquid hoc est aurũ amare, quod aurum habere? Multi amant, & nõ habẽt. Nũquid hoc est habere latissima & lautissima prædia, quod multi amãt, & non habent? Nunquid hoc est amare honorẽ q̃ habere honorẽ? Multi sine honore inardescunt habere: quærũt habere, & plerũq; antè moriuntur quàm inueniãt q̃ quærebant. Deus nobis de compẽdio se offert: clamat nobis. Amate me, & habebitis me: quia nec potestis amare me, nisi habueritis me. O fratres, ô filij, ô catholica germina, ô sancta & superna semina, ô in Christo regenerati & desuper nati, audite me, imò per me cantate pnũo canticum nouum. Ecce, inquis, canto. Cãtas, planè cantas. Audio: sed contra linguã testimonium non dicat vita. Cantate vocibus, cantate oribus, cantate moribus: cantate Domino canticum nouum. Quæritis quid decãtetis de illo quẽ amatis? Sine dubio de illo quẽ amas cãtare vis, laudes eius quæris quas cãtes: audistis, Cãtate Dño canticum nouũ. Laudes quæritis? Laus eius in Ecclesia sanctorũ. Laus cantandi, est ipse cantor. Laudes vultis dicere Deo, vos estote quod dicatis. Laus ipsius estis, si bene viuatis. Laus enim eius non est in synagogis Iudæorũ, non est in insania paganorum, non est in erroribus hæreticorum, non est in plausibus theatronũ. Quæritis vbi sit? vos attendite, vos estote. Laus eius in Ecclesia sanctorum. Quæris vnde gaudeas quando cantas? Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & vnde lætetur non inuenit nisi Deum. Pslm.149. Ibidem.

BENE, fratres mei, interrogate vosipsos, cellas interiores discutite: videte & attendite q̃d habeatis de charitate, & hoc quod inueneritis augete. Attendite ad talem thesaurum, vt intus diuites sitis. Cætera certè quæ magnũ habent pretium, cara dicũtur, nec frustra. Aspicite cõsuetudinẽ sermonis vestri: carius est illud quàm illud. Quid est, carius est, nisi pretiosius est? Si carius dicitur, quicquid pretiosius est: quid carius ipsa charitate, fratres mei? Quod est putamus pretiũ eius? Vnde inuenitur pretium eius? Prætium tritici, nummus tuus. Pretiũ fundi, argentũ tuum. Pretiũ margaritæ, aurum tuum. Pretiũ charitatis, tu. Quæris ergo vnde possideas fundũ, gemmam, iumentum. Fundum quæris vnde emas: & quæris apud te. Si vis autem habere charitatẽ, quære te, & inueni te. Quid enim times dare te, ne cõsumas te? Imò si te non dederis, perdis te. Ipsa charitas per sapientiam loquitur, & dicit tibi aliquid, vnde non expauescas quod dictum est, Da teipsum. Si quis enim vellet tibi fundũ vẽdere, diceret tibi, da mihi aurũ tuũ. Et si quis aliud aliquid: Da mihi nummũ tuũ, da mihi argentum tuum. Audi quid tibi dicat ex ore sapentiæ charitas? Da mihi, fili, cor tuum. Da mihi, inquit. Quid? Fili, cor tuum. Malè erat quando à te erat, quando tibi erat: per nugas enim & amores lasciuos perniciosos trahebaris. Tolle inde. Vbi trahis? Vbi ponis? Da mihi, inquit, cor tuum. Sit mihi, & nõ perit tibi. Vide enim, si aliquid voluit dimittere in te, vnde ames vel te. Lex dicit: Diliges Dũm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. Quid remanet de corde tuo, vnde diligas teipsum? Quid de anima tua? quid de mẽte tua? Ex toto, inquit. Totum exigit te, qui fecit te. SED noli tristis esse, quasi nihil vnde gaudeas remaneat in te. Lætetur Israël non in se, sed in eo qui fecit eũ. Respõdebis & dices. Si nihil mihi remãsit, vnde diligam me; quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte iubeor diligere eum qui fecit me: quomodo secũdo præcepto iubeor diligere proximum tãquã me? Hoc est magis vnde debeas ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte proximo. Quomodo? Diliges proximũ tuum, tanquã teipsum. Deum ex toto me: p̃ximũ sicut me. Vnde me, vnde te? Vis audire vnde diligas te? Ex hoc diligis te, quia Deum diligis ex toto te. Putas enim Deo proficere, q̃ diligis deum? & quia diligis Deum, Deo aliquid accedit? Et si tu nõ diligas, minus habebit? Cùm diligis, tu proficis: tu ibi eris, vbi non peris. Sed respõdebis, & dices: Quando enim nõ dilexi me? Prorsus nõ diligebas te, quãdo Deum nõ diligebas qui fecit te. Sed cùm odisses te, putabas quòd amares te. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Conuersi ad Dominum Deum patrem omnipotẽtem puro corde ei, quantũ potest paruitas nostra, maximas atq; vberes gratias agamus: precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur: inimicum quoque à nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidẽ, mentem gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat. Per Iesum Christum filium suum, Dominum nostrum, qui cũ eo viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen. CAP.IIII. Ibidem. Pslm.10. Precatio postsermonem.

SERMO

SERMO D. AVGVST. *de verbis Psalmographi, Confitemini Domino, quoniam bonus.*

Pslm.117. Apud Possidium legitur sub finem Indiculi, De versu Psalmi, CXVII. Confitemini Domino, quoniam bonum est.

SERMO III. CAP.I.

ADMONITI sumus, & spiritu Dei præceptũ est nobis, vt cõfiteamur Domino: & ea causa dicta est cõfitendi Dño, quoniã bonus est. Breuiter dicitur, quod profundissimè cogitatur. *Confitemini*, inquit, *Domino*. Et tanquam quæreremus, quare: responsum est, *Quoniam bonus est*. Quid plus quæris? Aut si aliud quæris quã bonum? Tãta vis est boni, vt bonũ quærant & mali. Sed alia quæ dicuntur bona, ab aliquo bono habent, vt sint bona: si autem quærimus omnia bona, à quo habent, vt sint bona: recolamus quod dictũ est, Et fecit Deus omnia, & ecce bona valde. Nullum igitur esset bonũ, nisi factum esset à bono. Et à quali bono? Quod nullus fecit. Nullũ ergo bonũ esset, nisi à bono factum esset, quod factum non est. Bonum cælum, sed factum bonũ. Boni angeli, sed facti boni. Bona sidera, sol & luna, alternatio noctis & diei, tẽporũ vices, volumina seculorũ, cursus annorũ, germina herbarũ & arborũ, naturæ animaliũ, & inter hæc omnia creatura laudatrix homo. Omnia bona, sed facta bona: & à Deo bona, non à se. Qui fecit hæc, super omnia est bonus: quia nullus eũ fecit bonus, sed à seipso bonus est. Nec tamen sibi solũ, sed & nobis bonus est. Confitemini ergo Dño, quoniã bonus est. Genes.1.

CAP.II. Duplex confessio.

CONFESSIO aut laudãtis est, aut pœnitentis. Sunt enim parum eruditi, qui cùm audierint confessionem in Scripturis, tanquã nisi peccatorũ esse non possit, cõtinuò tundunt pectora: velut iam monentur confiteri peccata. Sed vt nouerit charitas vestra, nõ ad sola peccata pertinere confessionẽ, audiamus illum de quo dubitare nõ possumus, quòd nullũ omninò habebat peccatũ, exclamantem & dicentem, Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ. Quis hoc dixit? Qui peccatũ non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Qui solus verissimè dicere potuit, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inuenit. Et tamen confitetur: sed confessor iste, laudator est, non peccator. Deniq; audi quid confiteatur, audi laudes: & laus ipsa salus est nostra. Quid enim confitetur Deo patri, filius sine peccato? Confiteor tibi, inquit, pater, Dñe cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Istam laudẽ cõmendauit patri, quia abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, id est, superbis & arrogantibus: & reuelauit ea paruulis, id est, infirmis & humilibus. SED quod verũ est, est etiã salubris confessio peccatorũ. Vnde audiuimus in Psalmo qui primò lectus est, Pone Dñe custodiã ori meo, & ostium continentię circum labia mea, vt non declines cor meũ in verba maligna, ad excusandũ excusationes in peccatis. Rogat Deũ, vt cũstodiã det ori suo: & cuius rei custodiã: exponit & dicit. Sunt enim homines qui valde abundant: qui cũ cœperint accusari, currunt se excusare. Excusare autem, est causas quærere, & causationes innectere: quare ad se nõ videatur pertinere peccatũ. Alius dicit, Diabolus mihi fecit: alius dicit, Fortuna mihi fecit: alius, Fato compulsus sum: nemo ad se. Cũ vis esse excusator tuus, triumphat de te accusator tuus. Vis ergo facere quod doleat & gemat accusator tuus, id est, diabolus? Fac quod audisti, fac quod didicisti: & dic Deo tuo, Ego dixi, Dñe, miserere mei: sana animã meã, quoniã peccaui tibi. Ego, inquit, ego dixi, non diabolus, non fortuna, non fatum. Ego dixi. Non me excuso, sed accuso. Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animã meam. Vnde enim ægrotat? Quoniam peccaui tibi. Confitemini ergo Domino, quoniam bonus est. Si laudare vis, quid securius laudas, quã bonũ? Si laudare vis, si confessionẽ laudis habere vis, quid securius laudas, quàm bonũ? Si peccata tua confiteri vis, cui tutius quã bono? Homini, quoniam malus est, cõfiteris, & damnaris: Deo, quoniam bonus est cõfiteris, & purgaris. Si cõfessionẽ laudis attendas, quicquid copiosè laudaturus es, circa hæc occupata est intentio tua: vt ostẽdas bonũ esse quod laudas. Bona enim rectè laudantur, sicut mala rectè vituperantur. Breuiter tibi dicta est laus Domini Dei tui, bonus est. Matth.11. Ioan.14. Pslm.140. Pslm.40. Matth.22. Pslm.61.

CAP.III. SI & tu bonus es, lauda vnde es bonus. Si malus es, lauda vnde sis bonus. Si enim bonus es, ab illo bonus es; si malus es, à te malus es. Fuge te, & veni ad illũ qui fecit te: quia fugiendo te, sequeris te; & sequendo te, hæres in eo qui fecit te. Quãta bona quæris, homo male. Certè malus es. Dic mihi quid velis, nisi bonũ? Equum quæris, nõ nisi bonũ, fundũ quæris, nõ nisi bonũ, domũ quæris, nõ nisi bonã, vxorem quæris, nõ nisi bonã, tunicam, non nisi bonã, caligam non nisi bonã: animã solã malã? Nónne tibi ipse es contrarius, qui bona quæris, cũ sis malus? Si bona quæris, pri' esto ipse quod quæris. Si autẽ malus multa bona inuenisti, quid tibi prodest? Quia tu peristi. Amate bonas animas vestras: odio habete malas animas vestras. Sed amando illũ à quo est omne bonum, boni eritis. Odio habentes mala vestra, boni eligite. QVID est, odio habere mala tua? Pœnitẽdo cõfiteri peccata tua. Omnis enim pœnitens, & peccata sua pœnitendo confitẽs, irascitur sibi: & quodãmodo pœnitendo vindicat in se quod displicet sibi. Deus enim odit peccatum. Si & tu oderis in te, quod & Deus odit, interim aliqua voluntate coniungeris Deo, dũ hoc in te odisti quod odit & Deus. Sæui in te, vt Deus intercedat tibi, & nõ damnet te. Peccatũ enim sine dubitatione puniendũ est. Hoc debetur peccato, punitio, damnatio. Puniẽdũ est peccatum, aut à te, aut ab ipso. Si punitur à te, tunc punietur sine te, si verò à te nõ punitur, tecum punitur. Cõfitemini ergo Domino, quoniam bonus est. Laudate quantum potestis, amate quantum potestis: effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster, quoniã bonus est. Conuersi ad Dominum, &c. Genes.1. CAP.V. Pslm.61.

Feria quarta Paschæ, SERMO D. AVGVST. *primus, de duabus piscationibus.* SERMO IIII.

LIBERATORIS nostri prædicatio, nostra est liberatio. Duas autẽ aduertimus in sãcto Euangelio Domini piscationes, id est, quando ad verbũ eius missa sunt retia: vnam prius, quãdo discipulos elegit, & hanc alterã, quãdo à mortuis resurrexit. Illa piscatio significauit Ecclesiam, qualis modò est: ista verò post resurrectionẽ Domini, significauit Ecclesiã, qualis futura est in fine seculi. Denique iussit mitti retia in illa priori piscatione, & nõ dixit in quã partẽ: sed tantũmodò vt mitterẽtur, præcepit. Misẽre discipuli. Non dixit, in dexterã: non dictũ est, in sinistrã. Pisces enim, homines significabãt. Si ergo diceretur in dexteram, soli boni futuri erant: & si diceretur in sinistrã, soli mali. Quia verò permixti futuri erant in Ecclesia & boni & mali, sine differentia missa sunt retia: vt caperentur pisces significãtes mixturam bonorũ & malorũ. Deinde & hoc ibi scriptum est, quia tantũ ceperunt piscium, vt duæ naticulæ impleræ mergerentur: hoc est, ad submersionẽ premerẽtur. Nõ enim submersa sunt illa duo nauigia, sed periclitata. Vnde periclitata? Multitudine piscũ. Significatũ est hinc, quia per multitudinẽ quã collectura erat ecclesia, periclitatura erat disciplina. Et hoc adiũctũ est in illa CAP.I. Prima piscatio. Mixtura bonorum & malorũ. Luc.5. Pericula, seu prefiguratæ.

Quære vnde homini diligere Deum: nec inuenies omnino, nisi quia prior illum dilexit Deus. Dedit seipsum quem dileximus: dedit vnde diligeremus. Quid enim dedit vnde diligeremus? Apertiùs audite per apostolũ Paulum: Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris. Vnde? Num fortè à nobis? Non. Ergo vnde? Per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Rom.5.

CAPVT II. Amemus Deum de Deo.

HABENTES ergo tãtam fiduciam, amemus Deũ de Deo: imò quia spiritus sanctus Deus est, amemus Deum de Deo. Quid enim plus dicam, amemus Deũ de Deo? Certè quia dixi, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: ideo est cõsequẽs, vt quia spiritus sanctus Deus est, nec diligere possumus Deum, nisi per spiritum sanctum, amemus Deum de Deo. Hinc est ergo consequẽs. Audite apertius ipsum Ioannem: Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Parũ est dicere, Charitas ex Deo est. Quis nostrũm auderet dicere quod dictũ est, Deus charitas est? Dixit qui nouerat quod habebat. Quid ergo humana imaginatio & volatica cogitatio fingit sibi deũ, & in corde suo fabricat idolum; componens qualem potest cogitare, non qualẽ meruit inuenire? Talis est Deus? Nõ, sed talis est. Quid lineamenta disponis? Quid membra componis? Quid staturam placitam formas? Quid pulchritudinẽ corporis imaginaris? Deus charitas est. Quis color est in charitate? Quæ lineamenta? Quæ forma? Nihil horũ videmus: & tamẽ amamus. Audeo dicere charitati vestræ: in inferioribus attendamus, quod in superioribus inueniamus. Ipse amor infimus atque terrenus, ipse amor fœdissimus & flagitiosus, qui corporis pulchritudines consectatur, aliquid nos admonet vnde ad superiora & mundiora surgamus. Amat aliquis lasciuus & impudicus pulcherrimam fœminam: mouet quidem corporis pulchritudo, sed intus quæritur amoris vicissitudo. Si enim audiat quòd illa oderit eum, nónne omnis ille æstus & impetus circa mẽbra pulchra frigescit? & ab eo quod intenderat quodammodo resilit, auertitur, ostẽditur, odisse etiam ipse incipit quod amabat? Nunquid forma mutata est? Nónne ibi sunt omnia quæ inlexerant? Ibi sunt: & tamen ardebat in eo quod videbat, & de corde exibat quod non videbat. Si verò cognoscat quia vir illum amatur, quomodo vehementius inardescit? Videt illa illum, videt ille illam, amorem nemo videt: & tamen ipse amatur qui non videtur. 1.Ioan.4. Idola cordis.

CAP.III. ERIGITE vos ab lutulẽta ista cupiditate, vt maneatis in illuminatissima charitate. Deum nõ vides: ama, & habes. Quàm multa in damnabilibus cupiditatibus amantur, & nõ habentur: fœdè quæruntur, nec tamen cõtinuò possidẽtur. Nũquid hoc est aurũ amare, quod aurum habere? Multi amant, & nõ habẽt. Nũquid hoc est habere latissima & lautissima prædia, quod multi amãt, & non habent? Nunquid hoc est amare honorẽ q̃ habere honorẽ? Multi sine honore inardescunt habere: quærũt habere, & plerũq; antè moriuntur quàm inueniãt q̃ quærebant. Deus nobis de compẽdio se offert: clamat nobis. Amate me, & habebitis me: quia nec potestis amare me, nisi habueritis me. O fratres, ô filij, ô catholica germina, ô sancta & superna semina, ô in Christo regenerati & desuper nati, audite me, imò per me cantate pũo canticum nouum. Ecce, inquis, canto. Cãtas, planè cantas. Audio: sed contra linguã testimonium non dicat vita. Cantate vocibus, cantate oribus, cantate moribus: cantate Domino canticum nouum. Quæritis quid decãtetis de illo quẽ amatis? Sine dubio de illo quẽ amas cãtare vis, laudes eius quæris quas cãtes: audistis, Cãtate Dño canticum nouũ. Laudes quæritis? Laus eius in Ecclesia sanctorũ. Laus cantandi, est ipse cantor. Laudes vultis dicere Deo, vos estote quod dicatis. Laus ipsius estis, si bene viuatis. Laus enim eius non est in synagogis Iudæorũ, non est in insania paganorum, non est in erroribus hæreticorum, non est in plausibus theatronũ. Quæritis vbi sit vos attendite, vos estote. Laus eius in Ecclesia sanctorum. Quæris vnde gaudeas quando cantas? Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & vnde lætetur non inuenit nisi Deum. Ibidem. Psal.149.

BENE, fratres mei, interrogate vosipsos, cellas interiores discutite: videte & attendite qd habeatis de charitate, & hoc quod inueneritis augete. Attendite ad talem thesaurum, vt intus diuites sitis. Cætera certè quæ magnũ habent pretium, cara dicũtur, nec frustra. Aspicite cõsuetudinẽ sermonis vestri: carius est illud quàm illud. Quid est, carius est, nisi pretiosius est? Si carius dicitur, quicquid pretiosius est: quid carius ipsa charitate, fratres mei? Quod est putamus pretiũ eius? Vnde inuenitur pretium eius? Prætium tritici, nummus tuus. Pretiũ fundi, argentũ tuum. Pretiũ margaritæ, aurum tuum. Pretiũ charitatis, tu. Quæris ergo vnde possideas fundũ, gemmam, iumentum. Fundum quæris vnde emas: & quæris apud te. Si vis autem habere charitatẽ, quære te, & inueni te. Quid enim times dare te, ne cõsumas te? Imò si te non dederis, perdis te. Ipsa charitas per sapientiam loquitur, & dicit tibi aliquid, vnde non expauescas quod dictum est, Da teipsum. Si quis enim vellet tibi fundũ vẽdere, diceret tibi, da mihi aurũ tuũ. Et si quis aliud aliquid: Da mihi nummũ tuũ, da mihi argentum tuum. Audi quid tibi dicat ex ore sapentiæ charitas? Da mihi, fili, cor tuum. Da mihi, inquit. Quid? Fili, cor tuum. Malè erat quando à te erat, quando tibi erat: per nugas enim & amores lasciuos perniciosos q̃ trahebaris. Tolle inde. Vbi trahis? Vbi ponis? Da mihi, inquit, cor tuum. Sit mihi, & nõ perit tibi. Vide enim, si aliquid voluit dimittere in te, vnde ames vel te. Lex dicit: Diliges Dũm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. Quid remanet de corde tuo, vnde diligas teipsum? Quid de anima tua? quid de mẽte tua? Ex toto, inquit. Totum exigit te, qui fecit te. SED noli tristis esse, quasi nihil vnde gaudeas remaneat in te. Lætetur Israël non in se, sed in eo qui fecit eũ. Respõdebis & dices. Si nihil mihi remãsit, vnde diligam me; quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte iubeor diligere eum qui fecit me: quomodo secũdo præcepto iubeor diligere proximum tãquã me? Hoc est magis vnde debeas ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte proximo. Quomodo? Diliges proximũ tuum, tanquã teipsum. Deum ex toto me: proximũ sicut me. Vnde me, vnde te? Vis audire vnde diligas te? Ex hoc diligis te, quia Deum diligis ex toto te. Putas enim Deo proficere, q̃ diligis eum: & quia diligis Deum, Deo aliquid accedit? Et si tu nõ diligas, minus habebit? Cùm diligis, tu proficis: tu ibi eris, vbi non peris. Sed respõdebis, & dices: Quando enim nõ dilexi me? Prorsus nõ diligebas te, quãdo Deum nõ diligebas qui fecit te. Sed cùm odisses te, putabas quòd amares te. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Conuersi ad Dominum Deum patrem omnipotẽtem puro corde ei, quantũ potest paruitas nostra, maximas atq; vberes gratias agamus: precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur: inimicum quoque à nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidẽ, mentem gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat. Per Iesum Christum filium suum, Dominum nostrum, qui cũ eo viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen. Ibidem. CAP.IIII. Prouer.23. Matth.22. CAP.V. Psal.10. Precatio postsermonem.

SERMO

SERMO D. AVGVST. *de verbis Psalmographi, Confitemini Domino, quoniam bonus.* Psal.117.

Apud Possidium legitur sub finẽ Indiculi, De versu Psalmi, CXVII. Confitemini Domino, quoniam bonum est.

SERMO III. CAPT.

ADMONITI sumus, & spiritu Dei præceptũ est nobis, vt cõfitemur Domino: & ea causa dicta est cõfitendi Dño, quoniã bonus est. Breuiter dicitur, quod profundissimè cogitatur. *Confitemini*, inquit, *Domino*. Et tanquam quæreremus, quare: responsum est, *Quoniam bonus est*. Quid plus quæris? Aut si aliud quæris quã bonum? Tãta vis est boni, vt bonũ quærant & mali. Sed alia quæ dicuntur bona, ab aliquo bono habent, vt sint bona: si autem quærimus omnia bona, à quo habent, vt sint bona: recolamus quod dictũ est, Et fecit Deus omnia, & ecce bona valde. Nullum igitur esset bonũ, nisi factum esset à bono. Et à quali bono? Quod nullus fecit. Nullũ ergo bonũ esset, nisi à bono factum esset, quod factum non est. Bonum cælum, sed factum bonũ. Boni angeli, sed facti boni. Bona sidera, sol & luna, alternatio noctis & diei, tẽporũ vices, volumina seculorũ, cursus annorũ, germina herbarũ & arborũ, naturæ animaliũ, & inter hæc omnia creatura laudatrix homo. Omnia bona, sed facta bona: & à Deo bona, non à se. Qui fecit hæc, super omnia est bonus: quia nullus eũ fecit bonus, sed à seipso bonus est. Nec tamen sibi soli, sed & nobis bonus est. Confitemini ergo Dño, quoniã bonus est. Genes.1.

CAP. II. Duplex confessio.

CONFESSIO aut laudãtis est, aut pœnitentis. Sunt enim parum eruditi, qui cùm audierint confessionem in Scripturis, tanquã nisi peccatorũ esse non possit, cõtinuò tundunt pectora: velut iam moneantur confiteri peccata. Sed vt nouerit charitas vestra, nõ ad sola peccata pertinere confessionẽ, audiamus illum de quo dubitare nõ possumus, quòd nullũ omninò habebat peccatũ, exclamantem & dicentem, Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ. Quis hoc dixit? Qui peccatũ non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Qui solus verissimè dicere potuit, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inuenit. Et tamen confitetur: sed confessor iste, laudator est, non peccator. Deniq; audi quid confiteatur, audi laudes: & laus ipsa salus est nostra. Quid enim confitetur Deo patri, filius sine peccato? Confiteor tibi, inquit, pater, Dñe cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Istam laudẽ cõmendauit patri, quia abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, id est, superbis & arrogantibus: & reuelauit ea paruulis, id est, infirmis & humilibus. SED quod verũ est, est etiã salubris confessio peccatorũ. Vnde audiuimus in Psalmo qui primò lectus est, Pone Dñe custodiã ori meo, & ostium continentię circum labia mea, vt non declines cor meũ in verba maligna, ad excusandũ excusationes in peccatis. Rogat Deũ, vt cũstodiã det ori suo: & cuius rei custodiã: exponit & dicit. Sunt enim homines qui valde abundant: qui cũ cœperint accusari, currunt se excusare. Excusare autem, est causas quærere, & causationes innectere: quare ad se nõ videatur pertinere peccatũ. Alius dicit, Diabolus mihi fecit: alius dicit, Fortuna mihi fecit: alius, Fato compulsus sum: nemo ad se. Cũ vis esse excusator tuus, triumphat de te accusator tuus. Vis ergo facere quod doleat & gemat accusator tuus, id est, diabolus? Fac quod audisti, fac quod didicisti: & dic Deo tuo, Ego dixi, Dñe, miserere mei: sana animã meã, quoniã peccaui tibi. Ego, inquit, ego dixi, non diabolus, non fortuna, non fatum. Ego dixi. Non me excuso, sed accuso. Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animã meam. Vnde enim ægrotat? Quoniam peccaui tibi. Confitemini ergo Domino, Matth.22. Ioan.14. CAP.VI. Psal.140. Psal.40.

Augustatom. 1 C.

A quoniam bonus est. Si laudare vis, quid securius laudas, quã bonũ? Si laudare vis, si confessionẽ laudis habere vis, quid securius laudas, quàm bonũ? Si peccata tua confiteri vis, cui tutius quã bono? Homini, quoniam malus est, cõfiteris, & damnaris: Deo, quoniam bonus est cõfiteris, & purgaris. Si cõfessionẽ laudis attendas, quicquid copiosè laudaturus es, circa hoc occupata est intentio tua: vt ostẽdas bonũ esse quod laudas. Bona enim rectè laudantur, sicut mala rectè vituperantur. Breuiter tibi dicta est laus Domini Dei tui, bonus est. SI & tu bonus es, lauda vnde es bonus. Si malus es, lauda vnde sis bonus. Si enim bonus es, ab illo bonus es, si malus es, à te malus es. Fuge te, & veni ad illũ qui fecit te: quia fugiendo te, sequeris te; & sequendo te, hæres in eo qui fecit te. Quãta bona quæris, homo male. Certè malus es. Dic mihi quid velis, nisi bonũ? Equum quæris, nõ nisi bonũ, fundũ quæris, nõ nisi bonũ, domũ quæris, nõ nisi bonã, vxorem quæris, nõ nisi bonã, tunicam, non nisi bonã, caligam non nisi bonã: animã solã malã? Nónne tibi ipse es contrarius, qui bona quæris, cũ sis malus? Si bona quæris, primò esto ipse quod quæris. Si autẽ malus multa bona inuenisti, quid tibi prodest? Quia tu peristi. Amate bonas animas vestras: odio habete malas animas vestras. Sed amando illũ à quo est omne bonum, boni eritis. Odio habentes mala vestra, boni eligite. QVID est, odio habere mala tua? Pœnitẽdo cõfiteri peccata tua. Omnis enim pœnitens, & peccata sua pœnitendo confitẽs, irascitur sibi: & quodãmodo pœnitendo vindicat in se quod displicet sibi. Deus enim odit peccatum. Si & tu oderis in te, quod & Deus odit, interim aliqua voluntate coniungeris Deo, dũ hoc in te odisti quod odit & Deus. Sæui in te, vt Deus intercedat tibi, & nõ damnet te. Peccatũ enim sine dubitatione puniendũ est. Hoc debetur peccato, punitio, damnatio. Puniẽdũ est peccatum, aut à te, aut ab ipso. Si punitur à te, tunc punietur sine te, si verò à te nõ punitur, tecum punitur. Cõfitemini ergo Domino, quoniam bonus est. Laudate quantum potestis, amate quantum potestis: effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster, quoniã bonus est. Conuersi ad Dominum, &c. CAP.V. Psal.61.

Feria quarta Paschæ, SERMO D. AVGVST. *primus, de duobus piscationibus.* SERMO IIII.

LIBERATORIS nostri prædicatio, nostra est liberatio. Duas autẽ aduertimus in sãcto Euangelio Domini piscationes, id est, quando ad verbũ eius missa sunt retia: vnam prius, quãdo discipulos elegit, & hanc alterã, quãdo à mortuis resurrexit. Illa piscatio significauit Ecclesiam, qualis modò est: ista verò post resurrectionẽ Domini, significauit Ecclesiã, qualis futura est in fine seculi. Denique iussit mitti retia in illa priori piscatione, & nõ dixit in quã partẽ: sed tantũmodò vt mitterẽtur, præcepit. Misẽre discipuli. Non dixit, in dexterã: non dictũ est, in sinistrã. Pisces enim, homines significabãt. Si ergo diceretur in dexteram, soli boni futuri erant: & si diceretur in sinistrã, soli mali. Quia verò permixti futuri erant in Ecclesia & boni & mali, sine differentia missa sunt retia: vt caperentur pisces significãtes mixturam bonorũ & malorũ. Deinde & hoc ibi scriptum est, quia tantũ ceperunt piscium, vt duæ nauiculæ impletæ mergerentur: hoc est, ad submersionẽ premerẽtur. Nõ enim submersa sunt illa duo nauigia, sed periclitata. Vnde periclitata? Multitudine piscium. Significatũ est hinc, quia per multitudinẽ quã collectura erat ecclesia, periclitatura erat disciplina. Et hoc adiũctũ est CAP.I. Prima piscatio. Mixtura bonorum & malorũ. Lucæ 5. Periculi, seu precũtur.

nulla

in illa piscatione, atq; narratur: Quia & retia præ multitudine piscium disrupta sunt. Disrupta retia quid significauerũt, nisi futura schismata? Tria ergo ista in illa piscatione significata sunt, mixtura bonorũ & malorũ, pressura turbarũ, separationes hæreticorũ. Mixtura bonorũ & malorũ: quia nec in dexteram nec in sinistram missa sunt retia. Pressura turbarũ: quia tãtum captum est, vt nauiculæ premerẽtur. Separationes hæreticorũ: quia tanta fuerat multitudo, vt retia rumperentur.

Disrupta retia. Schismata & hæreses. Tria significata.

Cap. II. Alterа piscatio.

RESPICITE nunc ad piscationem istam, quæ hodie in Euangelio recitata est. Facta est enim post resurrectionẽ Domini, vt significaret talem futuram Ecclesiam post nostram resurrectionem. Mittite, inquit, rete in dexterã partẽ. Discretus est ergo numerus eorũ, qui ad dexteram stabunt. Meministis enim, Dñm dixisse, venturum se esse cum angelis suis, & quòd congregabuntur ante eũ omnes gentes: & diuidet eas, sicut pastor diuidit oues ad hædis. Oues ponet ad dexteram, hædos ad sinistram. Ouibus dicturus est, Venite percipite regnũ: hædis dicturus, Ite in ignem æternũ. Mittite in dexteram. Tãquam diceret: Iam resurrexi: Ecclesiam volo significare, quæ erit in resurrectione mortuorũ. Mittite in dexteram. Missa sunt retia in dexterã: nec poterant ea leuare præ multitudine piscium. Et ibi dicta est multitudo: sed hic certus numerus, & multitudo & magnitudo: ibi autẽ non est dictus numerus. Modò enim ante quã veniat resurrectio, & separentur boni à malis, illud impletur quod ait Propheta, Annũciaui, & locutus sum. Quid est, Annunciaui, & locutus sum? Retia misi. Et quid? Multiplicati sunt super numerum. Est numerus, sunt super numerũ. Numerus ad sanctos pertinet, qui sunt regnaturi cũ Christo. Super numerum modò in Ecclesiam intrare possunt, in regnum cælorũ non possunt. QVARE admoneo, vt eripiatis vos de præsenti seculo malo. Quare admoneo, vt qui vultis viuere, nõ imitemini malos Christianos. Non dicatis. Quare? Ille non fidelis est, & inebriatur? Quare? Ille nõ fidelis est, & cõcubinas habet? Quare? Ille non fidelis est, & quotidie fraudes facit? Quare? Ille non fidelis est, & mathematicos consulit? Modò enim qui volueritis esse grana, tunc inueniemini in massa. Qui autem volueritis palea esse, inueniemini in magno aceruo, sed magno igni incendẽdi. Quid ergo? Adduxerunt, inquit, retia ad litus. Petrus attraxit retia ad litus, modò cùm Euangeliũ legeretur, audistis. Vbi audis litus, intellige finem maris: vbi audis finẽ maris, intellige seculi finẽ. In illa piscatione nõ ad litus attracta sunt retia: sed ipsi pisces qui capti sunt, in nauicula fasti sunt. Hic autẽ traxerunt ad litus. Spera finẽ seculi. Venturus est finis: bono dextrorũ, malo sinistrorũ. Et quot pisces? Attraxerunt, inquit, retia habentia pisces cẽtum quinquaginta tres. Et adiecit Euangelista rem necessariã. Et cũ tam magni essent, nõ est scissum rete. Magni erunt, sed hæreses non erũt: Et ideo magis hæreses nõ erunt, quia magni erunt. Qui sunt magni? Lege verba ipsius Dñi in Euangelio: & inuenis magnos. Ait enim quodã loco: Nõ veni Legẽ soluere & Prophetas, sed adimplere. AMEN enim dico vobis, quod quicunq; soluerit vnũ de mãdatis istis minimis, & docuerit. Soluerit & docuerit. Soluerit malè viuendo, & docuerit bona docẽdo: minim' vocabitur in regno cælorum. Sed in quo regno cælorũ? In Ecclesia quæ modò est, quia & ipsa vocatur regnũ cælorũ. Nã si non vocaretur regnũ cælorũ & ista Ecclesia quæ colligit bonos & malos, nõ diceret ipse Dñs in parabola loquẽs, Simile est regnũ cælorũ sagenæ missæ in mare, & congregat omnia genera piscũ. Sed quid sequitur? Simile est regnũ cælorũ sagenæ missæ in mare. Sagenæ, retia sunt:

Ioan. 21.

Matth. 25.

Psal. 39.

Numerus electorum: super numerum: reproborum. Cap. III.

Litus, finis seculi.

Non est scissum rete.

Matth. 5. Cap. VIII.

Minimus in regno cælorum.

Matth. 13.

congregat omnia genera piscũ. Sed quid? Trahunt illa ad litus. Hoc in parabola Dñs dicit. Et cũ traxerint ad litus, sedent & colligũt bonos, & mittũt in vascula, malos autem proiiciunt. Et exposuit quod proposuit. Quid enim ait? Sic erit in cõsummatione seculi. Intellexistis litus? Veniunt, inquit, angeli, & colligunt malos de medio iustorũ, & mittunt in caminũ ignis ardentis: ibi erit fletus & stridor dentium. Tamen regnũ cælorũ est appellata Ecclesia. Et quia mare habet pisces simul natantes, & bonos & malos, in isto regno cælorũ, id est, in Ecclesia huius tẽporis, minimus vocatur ille, qui docet bona, & agit mala: quia ibi est & ipse. Non enim nõ est ibi, ibi est in regno cælorũ: id est, in Ecclesia, qualis est isto tẽpore. Docet bona, agit mala: necessarius est, mercenarius est. Amẽ dico vobis, ait, perceperunt mercedẽ suã. Prodest aliquid. Nã si nihil prodessent qui bona docent, & malè viuunt, nõ diceret ipse Dñs suo populo, Scribæ & Pharisæi cathedrã Moysi sedent: quæ dicunt, facite; quæ autẽ faciunt, facere nolite. Quare? dicunt enim, & non faciunt. INTENDAT ergo charitas vestra. Volo enim exponere qui sint pisces magni. Qui soluerit, inquit, vnũ de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorũ. Ibi erit, sed minimus. Qui autẽ fecerit, & sic docuerit, magnus vocabitur in regno cælorũ. Ecce sunt illi pisces magni, ad dexteram capti: qui fecerit, & sic docuerit. Bona fecerit, bona docuerit: nõ sibi loquenti malè viuẽdo cõtradixerit, cũ malæ vitæ testem habeat linguã bonã. Qui ergo fecerit, & sic docuerit, magnus vocabitur in regno cælorũ. Et sequitur: Dico enim vobis, quia nisi abũdauerit iustitia vestra super Scribarũ & Pharisæorum, nõ intrabitis in regnũ cælorũ. Modò quomodo intelligis regnũ cælorũ? Illud vnde dicitur dextris, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quã Scribarum & Pharisæorum. Quid est, Plus quã Sribarũ & Pharisæorũ? Respice Scribas illos & Pharisæos, qui cathedrã Moysi sedent; de quibus dictũ est, Quæ dicunt, facite: quæ faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Ergo iustitia Pharisæorũ est, dicere, & non facere. Abundet iustitia vestra super Scribarũ & Pharisæorũ; vt & bona dicatis, & bene viuatis. IAM ego de numero centũ quinquaginta triũ piscũ, quid opus est eadem retexere? Nostis illa. A decẽ & septem nascitur numerus crescens. Incipe ab vno, peruenies ad decẽ & septẽ, vt omnes addas: id est, vnũ addas ad duos, & fiant tres: addas tres, & fiant sex: addas quatuor, & fiant decem. Sic omnes adde vsq; decẽ & septẽ, & peruenis ad centum quinquaginta tres. Tota ergo intentio nostra esse non debet, nisi quid tibi volũt decẽ & septẽ: ibi est enim fũdamentũ centũ quinquagita triũ. Quid sibi volũt decẽ & septẽ? In Lege agnosce decẽ. Decem præcepta data sunt prima: Decalogus dicitur scriptus in tabulis digito Dei. In decẽ agnosce Legẽ, in septẽ agnosce Spiritũ sanctũ. Septenario enim numero cõmendatur Spiritus sanctus: ideo in lege nõ nominatur sanctificatio, nisi septimo die. Fecit Deus lucẽ: non dictũ est, Sãctificauit eam. Fecit firmamentũ: non dictũ est, Sanctificauit firmamẽtũ. Discreuit mare à terra, iussit germinare terram: non dictum est, Sanctificauit eam. Fecit lunã & sidera: non dictũ est, Sanctificauit. Iussit animalia procedere de aquis natantia & volantia: non dictũ est, Sanctificauit. Iussit de terra exire animalia quadrupedia & omnia reptantia: non dictum est, Sanctificauit. Fecit ipsum hominem: non dixit, Sanctificauit.

Minimus.

Matth. 23.

Cap. V.

Magnus in regno cælorum.

Matth. 5.

Matth. 23.

Cap. VI. Numerus 153.

Genesis.

Ioan. 21.

VENTVM est ad septimum diem vbi requiuit: & ipsum sanctificauit. Per requiem suam Deus sanctificauit requiem nostram. Ibi ergo erit sanctificatio

Cap. VII.

Sanctificatio nostra plena.

tio nostra plena, vbi cum illo sine fine requiescemus. Nam quare Deus requiesceret? Non enim operando fatigatus est. Tu si verbo facias, non fatigaris: si iubeas, & cõtinuò fiat, stas, integer manes. Pauca verba dixit vnde totũ fecit, & subitò lassatus est? Ergo legẽ agnosce in decẽ: Spiritũ sanctũ agnosce in septẽ. Iungatur spiritus legi. Quia si accepetis legẽ, & defuerit tibi adiutoriũ spiritus, nõ imples quod legis, nõ imples quod tibi iubetur, sed homo sub lege insuper præuaricator tenetur. Accedat spiritus: adiuuet, & fit quod iubetur. Si desit spiritus, litera occidit te. Quare litera occidit te? Quia præuaricatorem te faciet. Nec potes te excũsare de ignorantia, quia legẽ accepisti. Iam quod faceres didicisti, ignorantia te non excusat, spiritus te non adiuuat: ergo peristi. Sed quid ait Apostolus? Litera occidit, spiritus autem viuificat. Vnde spiritus viuificat? Quia facit impleri literam, ne occidat. Isti sunt sancti, qui faciunt legẽ Dei ex dono Dei. Lex iubere potest, iuuare non potest. Accedit adiutor spiritus: & fit iussũ Dei cũ gaudio, cũ delectatione. Nam multi faciunt ex timore. Sed qui faciunt legẽ, timendo pœnã: mallent non esse quod timerent. Qui autẽ faciunt legẽ, amãdo iustitiam: gaudẽt & ibi, quia non habẽt inimicam.

A

B

2. Cor. 3.

Cap. VIII. Matth. 5. Luc. 12. Sermo Dei aduersarius noster.

IDEO dicit Dñs, Concorda cũ aduersario tuo citò dum es cũ illo in via. Quis est aduersarius tuus? Sermo legis. Quæ via? vita ista. Quomodo est ille aduersarius? Dicit, Nõ mœchaberis: & tu vis mœchari. Dicit, Non concupiscas rem proximi tui: & tu vis rapere res alienas. Dicit, Honora patrem & matrem: & tu cõtumeliosus es in parentes. Dicit lex, Noli dicere falsum testimoniũ: tu à mẽdacio nõ recedis. Quãdo vides quia ille sermo aliud iubet, & tu aliud facis, est aduersarius tu'. Aduersariũ habes malũ, nõ tecũ intret in secretariũ: cõpone cũ es cum illo in via. Adest De' qui vos cõcordet. Quomodo vos concordat Deus? Donando peccata, & inspirando iustitiã, vt fiant opera bona. Cũ ergo concordaueris cũ aduersario, id est, cũ Decalogo legis, per Spiritũ sanctũ, pertinebis ad decem & septem. Cũ pertinueris ad decem & septem, iam exinde excrescet numerus ad centum quinquaginta tres. Eris ad dexteram coronandus: ne remaneas ad sinistram damnandus. Conuersi ad Dominum, &c.

C

Sermo V.

SERMO II. D. AVGVSTINI, *de eisdem duabus piscationibus, & de centum quinquaginta tribus piscibus captis.*

Fossidius in Iudicijs, De centum quinquaginta tribus piscibus, ex Euangelio Ioannis.

Cap. I.

MVLTIS & variis modis, & altitudinẽ diuinitatis suæ & misericordiam humanitatis in Scripturis sanctis Dñs noster Iesus Christus ostendit, quemadmodum solet in mysteriis & sacramentis: vt petentes accipiant, & quærentes inueniant, & pulsantibus aperiatur. Hoc enim etiam quod lectũ est hodie de sancto Euangelio quærit intellectorem, & facit gaudiũ spiritale, cũ fuerit intellectum. Intẽdat sanctitas vestra quid sibi velit, quòd eo modo se Dñm discipulis demonstrasse sancta Scriptura testatur, quomodo Euangelista narrat. Perrexerunt enim discipuli piscatũ, & tota nocte nihil ceperunt. Dñs autem apparuit eis mane in litore, interrogauit vtrum haberent pulmentariũ: illi se dixerunt non habere. Ait illis: Mittite retia in dexterã partẽ, & inuenietis. Qui quasi empturus venerat, gratis tanta largitus est: & largitus de mari, tanquã de creatura sua. Magnum quidem miraculum. Miserunt statim, & tantum ceperunt, vt præ multitudine piscium extrahere retia non possent. Sed hoc tantum miraculũ si attendas quis fecerit, non est mirũ: multa enim maiora iam fecerat. Non enim qui ante resurrectionem mortuos suscitauerat, magnum aliquid post resurrectionem fuit quòd pisces capi fecit. Ergo interrogare debemus ipsum miraculũ, quid nobis interius loquatur. Non enim sine causa non dixit, vtcunque mittite retia: sed, Mittite in dexteram partem. Deinde pertinuit ad Euangelistam dicere & numerũ piscũ: pertinuit etiam dicere, Et cũ tanti essent, id est, tam magni, retia non sunt disrupta. Hoc loco recordari nos fecit, aliquando ad iussum Dñi missa esse retia, quando elegit discipulos, antequã pateretur ipse. Ibi erat Petrus, Ioannes & Iacobus. Miserunt retia, ceperunt pisces innumerabiles, & cũ vnũ nauigiũ impletũ esset, quæsierunt se adiuuari à vicino nauigio: & impleta sunt duo nauigia piscibus, (hoc ante resurrectionem) sanè tam multis vt retia rũperentur. Quare ibi numerus nullus dicitur? Quare ibi retia rumpebantur, hic rupta nõ sunt? quare ibi nõ dictũ est, vt ad dexteram partem mitterentur retia, hic autem dixit, Mittite retia in dexterã partem? Non est vtique sine causa: non enim faciebat ista Dominus quasi frustra & inaniter. Verbum Dei est Christus, qui non solùm sonis, sed etiam factis loquitur hominibus.

A

B

D

Ioan. 21.

In dexteram partem.

Luc. 5.

Et sonis & factis loquitur Christus. Cap. II.

HOC ergo nobis propositum est, quod cum vestra charitate tractemus, quid sibi velit ista diuersitas. Etenim retia illa quæ missa sunt antea, & ceperunt innumerabilem piscium numerũ, & onerauerunt duas naues, & retia rũpebantur, & non sunt missa in dexteram partem retia, sed neque dictũ est in sinistram. Iam mysteriũ captionis illius impletur hoc tẽpore. Illud autẽ alterũ mysteriũ, quod non sine causa post resurrectionem fecit, iam nõ moriturus, sed semper viuus futurus: nõ solùm diuinitate, qua nunquã mortuus est, sed etiam corpore quo pro nobis mori dignatus est. Non ergo frustrà illud ante passionem, hoc post resurrectionem. Illud nec in dexteram, nec in sinistram, sed tantum, Mittite retia: hoc autem, Mittite in dexteram. Ibi nullus numerus, sed sola copiosa multitudo, vt duas naues penè mergeret: nam & hoc dictum est ibi. Est hic autem & numerus & magnitudo piscium. Deinde ibi retia rumpebantur, hic pertinuit ad Euangelistam dicere, Et cùm tam magni essent, retia non sunt disrupta. Nunquid non videmus, fratres, verbum Dei retia esse, & hoc seculum mare, & omnes qui credunt intra illa retia includi? Si fortè quis dubitat hoc significare: attendat ipsum Dñm in parabola hoc dixisse, quod in miraculo ostendit. Ait enim, Simile est regnũ cælorum sagenæ missæ in mare: quæ cõgregat ex omni genere piscium. Quam, cùm impleta esset, educentes traxerunt illam ad litus: & iuxta litus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem forãs miserunt. Sic erit in fine seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Apparet ergo signũ habere fidei, retia missa in mare. An non est mare hoc seculum, vbi sciniucem homines quasi pisces deuorãt? An paruæ procellæ, & fluctus tentationis perturbant hoc mare? An parua pericula sunt nauigantium, id est, in ligno crucis patriam cælestem quærentium? Manifestissima ergo similitudo est. ILLVD tantùm videamus fratres, (quia resurrectio Domini nouã vitã significat, quam habebimus, cùm hoc seculum transierit) quomodo primùm verbũ Dei missum est in hoc mare, id est, in hunc mundũ. In hoc seculum fluctib' turbulentum, & tempestatibus periculosum, & naufragiis molestũ, missum est verbum Dei, & cepit multos, ita vt implerentur duo nauigia. Quæ sunt duo nauigia? Populi duo. Quibus populis duobus, tanquam

Matth. 13.

Verbum Dei, retia: mare, seculum.

Duo nauigia.

Cap. III.

Ephesa. quam duobus parietibus lapis angularis factus est Dominus, vt eos in se coniungeret ex diuerso venientes. Venit enim populus Iudæorũ ex alia longè consuetudine: venit autẽ populus Gentium ab idolis. Venit ex circũcisione populus Iudæorũ: venit ex præputio populus Gentiũ. Ex diuerso venerũt: sed in lapide angulari iunguntur. Nunquã enim angulũ faciũt parietes, nisi è diuerso venientes. In Christo ergo cõcordauerũt duo populi: vocati ex Iudæis qui erant propè, & ex Gentibus qui erant longè. Nã quia propè erant Iudęi, (iam enim vnũ Deũ colebant) quando crediderũt in Christũ, attende quid fecerint. Quicquid habuerunt, vẽdiderũt, & posuerũt pretia prædiorũ suorũ ante Apostolorũ pedes: & distribuebatur vnicuique, prout cuiq; opus erat. Liberati sunt sarcinis negotiorũ secularium: & lenibus humeris secuti sunt Christũ. Subdiderũt collũ iugo leni, & amplectẽtes lapidẽ angularẽ ex propinquo, pacati sunt. Venit autẽ & populus Gentiũ ex longinquo, & ipse peruenit ad illũ lapidẽ, & cõuenit in pace. Istos duos populos significant duæ illæ naues. Sed tanta multitudine piscium impletæ sunt, vt penè mergerentur. Legimus enim & inter ipsos, qui de Iudæis crediderũt, extitisse carnales, qui pressurã faciebant Ecclesiæ, & prohibebant Apostolos Gentib⁹ loqui Euangeliũ, dicentes: Non est missus Christus nisi circumcisis: vt si vellent Euangelium accipere Gentes, circũciderentur. Vnde apostolus Paulus missus ad Gẽtes, odiosus eis factus erat verũ prædicans, qui de Iudæa crediderant. Volebat enim Apostolus, vt ex diuerso veniens populus Gentiũ tamen angulũ tangeret, vbi firma pax erat. Carnales ergo illi exigentes circumcisionẽ, nõ pertinebant ad numerũ spiritaliũ: neque iã videbant transactis sacramentis carnalibus, venisse illum cuius præsenti luce vmbræ fugarẽtur. Tamẽ quia seditiones faciebant, quasi multitudine sua mergebãt nauem. ATTENDAMVS etiam nauem Gentiũ. Videamus si non tanta multitudo collecta est in Ecclesiam, vt vix ibi appareant grana frumenti in tam multo numero palearum. Quã multi raptores, quã multi ebriosi, quàm multi maledici, quàm multi spectatores theatrorum! Nónne ipsi implent ecclesias qui implent & theatra? & talia plerunque seditionibus quærunt in Ecclesiis, qualia solent in theatris? Et plerunq; si aliquid spiritaliter dicatur aut iubeatur, resistũt, reluctantur, sequentes carnẽ, repugnantes Spiritui sancto. Vnde Iudæos quoque Stephanus accusabat. In ista ciuitate, fratres mei, nónne experti sumus quod recordatur nobiscũ sanctitas vestra, quãto periculo nostro de ista Basilica ebriositates expulerit Deus? Nónne seditione carnaliũ penè mergebatur nobiscũ nauis? Vnde hoc, nisi de illo numero pisciũ innumerabili? Deinde etiam illud ibi dictũ est, Quia retia rumpebantur. Disruptis retibus, hæreses & schismata facta sunt. Retia quidẽ omnes cõcludunt: sed impatiẽtes pisces nolentes venire ad cibũ Dñi, vbi possunt impingunt se, & rũpunt, & excũt. Et retia quidem illa per totum expanduntur: qui rumpunt autem, per loca rũpunt. Donatistæ ruperunt in Africa, Arriani ruperunt in Ægypto, Photiniani ruperunt in Pannonia, Cataphryges ruperunt in Phrygia, Manichæi ruperunt in Persida. Quot locis sagena illa disrupta est? & tamen quos includit perducit ad litus. Perducit quidem, sed nunquid qui ruperunt retia? Omnes mali exeunt Non quidem exeunt, nisi mali: remanent autem & boni & mali. Nã vnde perducitur sagena ad litus, cum piscib⁹ & bonis & malis, de qua in parabola locutus est Dominus? HANC enim similitudinem habet etiam area, cùm trituratur. Est palea, sunt frumenta. Sed tamen qui attendũt aream, difficilè vident nisi paleam. Diligentia opus est, vt frumenta in palea inueniantur. Venti autẽ perflant vndique aream. Et cùm trituratur antequam subrigatur vt possit ventilari, nunquid non patitur ventos? Ventus flat ex hac parte, verbi gratia, tollit paleas: inde rursus flat, tollit ad alterã partem. A quacunque parte tollit paleas, & mittit in sepẽ, & in spinas, & quelibet. Non potest frumentũ inde tollere: non tollit ventus nisi paleas. Sed tamen cũ tulerint vndique flantes venti paleas, nunquid solũ triticũ in area remanebit? Non inde it nisi palea: remanet autẽ & palea & frumentum. Quando it omnis palea? Quando venerit Dñs ferens vẽtilabrũ in manu sua, & mundabit aream suã, & frumenta recondet in horreũ, paleã autem cõburet igni inextinguibili. Melius intendat sanctitas vestra quid dicant. Aliquando enim venti qui tollunt paleã de area, iterũ flant à sepe vbi hæserat palea, & eam reuocãt in aream. Sicut verbi gratia, nescio quis homo in Catholica cõstitutus, passus est aliquam tentationẽ tribulationis. Videt sibi carnaliter subuenirí posse in negotio suo apud Donatistas: dictũ est illi, Non tibi subuenietur, nisi hîc cõmunicaris. Flauit vẽtus, proiecit in spinas. Si cõtingat illi negotiũ habere seculare rursus, quod nõ attendẽs vbi sit, sed vbi negotia sua cõmodiùs explicet, quasi flante vento ab altera parte sepis, reuocatur ad areã Domini. ISTI ergo, fratres, qui carnalia quærunt in Ecclesia, & non sibi proponũt quid promittat Deus, quia hic sunt tẽtationes, pericula, difficultates: post tẽporales autẽ labores, requiẽ sempiternam promittit, & Angelorũ sanctorũ societatẽ, sibimet ergo ista non proponentes, sed carnalia desiderantes in Ecclesia, siue sint in area, siue sint foris, palea sunt. Nec ad illos valde gaudem⁹, nec palpamus eos vanis adulationibus. Bonũ est illis, vt fiant frumentũ. Hoc enim inter illas veras paleas, & istos carnales homines: quia paleæ illæ non habent liberum arbitriũ: homini autem Deus dedit liberũ arbitrium. Et si vult homo, heri fuit palea, hodie fit frumentũ. Si à verbo Dei se auertat hodie: fit palea. Et non est quærendum, nisi quales inueniat vltima ventilatio.

ATTENDITE iam, fratres, etiam illã Ecclesiam beatam, mysticam, magnam, quam significant cẽtum quinquaginta tres pisces. Ista enim qualis sit, audiuimus, & nouimus, & videmus. Illa autem qualis futura sit, in Propheta nobis est: sed adhuc nondum peruenit experimento. Sed tamen licet de futura gaudere, quamuis præsentem nondum videmus. Missa sunt tunc retia, nec in dexteram, nec in sinistram: captura enim erant & bonos & malos. Si enim diceretur in dexteram, non ibi intelligerentur mali: si diceretur in sinistram, nõ ibi intelligerentur boni. Quando autem bonos & malos habitura erãt, passim missa sunt retia, & ceperunt, vt tractauimus, iniquos & iustos. Nunc autem iam futura Ecclesia in illa Hierusalẽ sancta, vbi patebunt omnium corda mortaliũ, non est metuendum, ne intret aliquis in illam Ecclesiam qui malus est. Non enim sub pelle mortalitatis tegit astutiam cordis nequissimi. Iam enim venit Dominus: & ideo post resurrectionem iubet vt mittantur hæc retia, iam non moriturus. Et sit quod Apostolus ait, Quousque veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuique à Deo, quando publicabuntur conscientiæ quæ modò teguntur. Tunc ergo boni soli erũt ibi, pellentur mali. Ad dexteram enim missa sunt retia, iniquos habere non poterunt. QVARE ergo centum quinquaginta tres? Nunquid tot erunt sancti? Nam si computentur non solùm omnes fideles, qui in

Nauis Iudæorum.

Act. 4.

Duæ naues.

Iudæi quidam credentes carnales.

CAPVT III. Nauis Gẽtium.

Ebrietates pulsa.

Retia rupta.

Ruptores retiũ per loca.

CAP. V.

Matth. 3.

Venti paleas ad areã reflant.

CAP. VI.

Carnalia quærẽtes, semper & vbique palea sunt.

Palea potest fieri frumentũ.

CAP. VII.

1. Cor. 4.

CAPVT VIII. Centum quinquaginta tres pisces.

bona vita exierunt de corpore, sed soli martyres: vnus dies passionis martyrum si computetur, milia hominũ inueniuntur coronatorum. Ergo centum quinquaginta tres pisces, quid sibi volunt, sine dubio conquirendũ est. Quid sibi volũt quinquaginta? In isto enim numero, id est, in quinquaginta mysteriũ est: quia ter multiplicati quinquaginta, fiunt centũ quinquaginta. Nã ideo videtur additus ternarius numerus, vt admoneatur, ex qua multiplicatione facti sint cẽtũ quinquaginta tres: ac si diceretur, centũ quinquaginta in tria diuide. Nã si diceretur cẽtũ quinquaginta duo, exillo numero qui supercreuit admoniti, diuideremus in septuaginta quinque: quoniã septuaginta quinque bis ducti, faciunt centũ quinquaginta. Diuisionẽ quippe binariam, binarius numerus additus indicaret. Si diceretur centum quinquaginta sex, in vicenos quinos partiri debuimus, vt fierẽt eorum sex partes. Nunc autem quia dictũ est centũ quinquaginta tres, in tres partes debemus diuidere totũ illũ numerũ, id est, centum quinquaginta. Huius ergo numeri pars tertia, quinquaginta sunt. Itaque nostra tota cõsideratio, in quinquagenario numero figẽda est. NVNQVID fortè ipsi sunt quinquaginta isti dies, quos nunc celebram⁹? Non enim sine causa, fratres mei, consuetudinẽ antiquæ traditionis tenet Ecclesia, vt per istos quinquaginta dies Alleluia dicatur. Alleluia enim laus est Dei. significatur ergo nobis laborantibus actio quietis nostræ. Cũ enim post illũ laborẽ ad illã requiẽm venimus, solũ negotiũ laus Dei erit, actio nostra ibi Alleluia est. Quid est Alleluia? Laudate Deũ. Quis laudet Deum sine defectu, nisi angeli? Non esuriunt, non sitiunt, non ægrotant, nõ moriũtur. Nam & nos diximus Alleluia, & cantatũ est mane: hic & cũ iam adessemus, paulò antè diximus Alleluia. Odor nos quidã diuinæ laudis, & illius quietis attingit, sed ex maiori parte mortãlitas premit. Lassamur enim dicendo, & mẽbra nostra reficere volumus: & si diu dicatur Alleluia, onerosa nobis est laus Dei; propter molẽ corporis nostri. Nam plenitudo sine cessatione in Alleluia, post hoc seculũ, & post laborẽ erit. Quid ergo fratres? dicam⁹ quãtũ possumus, vt semper dicere mereamur. Ibi cibus noster Alleluia, potus Alleluia: Actio quietis Alleluia, totum gauduũ Alleluia erit, id est, laus Dei. Quis enim laudat aliquid sine defectu, nisi qui fruitur sine fastidio? Quantũ ergo erit robur in mente, quanta immortalitas & firmitas in corpore, vt neque mentis deficiat intentio in contemplatione Dei, neque membra succumbant in continuatione laudis Dei? QVARE ergo quinquaginta dies in hoc mysterio celebrãtur? Dominus quadraginta dies fecit cũm discipulis post resurrectionem, sicut Actus Apostolorũ testantur: post quadraginta dies ascendit in cælũ, & decimo die posteaquã ascendit, Misit Spiritũ sanctum. Quo impleti Apostoli & omnes qui conuenerant in vnũ, locuti sũt linguis, & fecerunt illa magnalia, quæ legentes & credentes amplectimur, cum magna fiducia loquẽtes verbum Dei. Quadraginta dies fecit in terra cũ discipulis, ante passionem autẽ quadraginta dies ieiunauit: nec inuenis aliũ ieiunasse quadraginta diebus, præter Dominũ, & Moysen & Heliam. Dñs tanquã Euangeliũ, Moyses tanquã lex, Helias tanquã prophetia: quia Euangeliũ testimoniũ habet à Lege & Prophetis. Ideo & in monte, quando voluit ostẽdere Dominus noster Iesus gloriã suã, inter Moysen & Heliã stetit. Medius in honore ipse fulgebat: lex & Prophetæ à lateribus attestabantur. Quadragenarius ergo numerus hoc tẽpus significat, in quo laboramus in seculo: quia sapientia nobis hic dispẽsatur temporaliter. Aliter enim visio sapientiæ immortalis sine tempore, aliter autẽ temporaliter dispensatur. Fuerunt enim Patriarchæ, & transierunt hinc: tẽporalis fuit dispẽsatio ipsorum. Non dico temporaliter viuũt: nã semper viuunt, & cũm Deo viuunt. Sed temporalis dispensatio, verbi per eos facta est. Nõ enim modò loquuntur hîc, sed scripta sunt quę locuti sunt, & leguntur in tẽpore. Venerunt Prophetæ tẽpore proprio, & abierunt. Venit Dñs tempore proprio: nam nunquam recessit præsentia maiestatis, nunquã recedit diuinitate vbiq; constitutus. Sed quomodo in Euãgelio dictũ est, In hoc mundo erat: & mũdus per eũ factus est, & mũdus eũ nõ cognouit: in sua propria venit, & sui eũ non receperũt. Quomodo hîc erat, & quomodo venit: nisi quia hîc erat maiestate, venit humanitate: Quod enim venit in carne, temporaliter ipse nobis sapientiã ministrauit: tẽporaliter per Legem, temporaliter per Prophetas, tẽporaliter per Scripturas Euangelij. Cũ transierint enim tẽpora, videbimus ipsam sapiẽtiam sicut est, quæ retribuit denarium numerũ. Septenarius enim numerus indicat creaturã: quia sex diebus Deus operatus est, & septimo ab operibus quieuit. Ternarius verò numerus conditorẽ patrẽ & filiũ & Spiritũ sanctũ insinuat. Perfecta est sapientia, creaturã creatori piè subdere: discernere cõditorem à cõditione, artificẽ ab operibus. Qui cõmiscet artifici opera, nec artẽ intelligit, nec artificem: qui autem discernit, impletur sapientia. Iste est ergo denarius, plenitudo sapientiæ. Sed quando tẽporaliter distribuitur? quia in quaternario numero est insigne temporalium; quater ductus denarius, quadragenariũ numerum facit. Et annus quadrifariẽ variatur, verno, æstate, autũno & hyeme: & maximè apparet in tẽpore quaternaria quædam vicissitudo. Quatuor etiam ventos Scriptura cõmemorat. Per quatuor enim cardines perrexit Euangelium, quod in tẽpore dispensatur: & ipsa est catholica Ecclesia, quæ quatuor partes orbis obtinuit. Ergo denarius hoc modo quadragenariũ numerũ facit. IDEO quadraginta diebus illi ieiunauerunt: significantes, in isto tempore necessariam esse abstinentiam ab amore rerũ temporaliũ. Hoc enim significant per tot dies perpetua illa ieiunia, quadraginta diebus. Vnde & populus ille Israël quadraginta annos per eremum ductus est, antequã terrã promissionis regnaturus intraret. Sic & nos in vita ista, vbi maxima solicitudo est, vbi timor, vbi pericula tentationũ: tẽporali dispensatione quasi per eremũ ducimur. Sed cũ bene gesserimus quadragenariũ numerũ, id est, bene vixerimus in ista tẽporali dispẽsatione, secũdũ præcepta Dei, ambulãtes, accipiemus mercedẽ, denariũ illũ fideliũ. Quia & Dñs quãdo ad vineã mercenarios cõduxit, mercedem illis denariũ dedit. Omnib⁹ denariũ, & quos manè cõduxerat, & quos medio die, & quos sine diei, omnibus denariũ dedit: quia si fuerit ab ineunte ætate quisque fidelis, denariũ accepturus est: iam non per tẽporũ distributionẽ, sed in æterna cõtẽplatione sapiẽtiã discernentẽ creatorem à creatura: vt creatore perfruatur, de creatura laudet creatorẽ. Sed credidit aliquis iuuenis, & priore tẽpore suo nõ fuit fidelis, denariũ est acceptũrus. Sed credidit senex, iam in occasu diei quasi hora vndecima conductus ad vineã, & ipse denariũ percepturus est. Itaque ad quadragenariũ illũ bene gestum, adde mercedẽ denarij, & fiet quinquagenarius, qui significat Ecclesiã futurã vbi semper laudabitur Deus. Sed quia in nomine Trinitatis vocati sunt omnes, vt in quadragenario numero bene viuãt, & denarium accipiant, ipsum quinquagenariũ ter multiplica, & fiunt centũ quinquaginta. Adde ipsum mysteriũ Trinitatis, fiunt centum quinquaginta tres, qui piscium numerus in

Ephes. 2.

CAP. IX. Quinquaginta dies. Antiquæ traditionis consuetudo.

Alleluia.

Alleluia, Laudate Deum.

CAP. X.

Act. 1.

Act. 2.

Quadragenarius numerus, hoc tẽpus significat.

CAP. XI. Quid significet ieiunium eorum, qui quadraginta diebus ieiunauerunt.

Matth. 20.

Quinquagenarius numerus signat Ecclesiam futuram.

rus in dextera inuentus est, in quo tamen numero innumerabilia sunt milia sanctorũ. Vnde nulli mali proiicientur, quia non ibi erunt: nec vllo schismate retia distrumpentur, quæ sunt vincula vnitatis & pacis.

Cap. xii. SATIS esse arbitror expositum grande mysterium. Sed scitis, quòd ad nos pertinet bene operari tẽpore Quadragesimo, vt possimus Dũm laudare in Quinquagesimo. Ideo quadraginta illos dies, antequam vigilemus in labore & ieiunio & abstinentia celebramus: significant enim præsentiam huius tẽporis. Post resurrectionem autẽ Dñi, quia isti dies significant lætitiam sempiternã, nondũ hoc sunt, sed hoc significãt. In mysterio res est, fratres, nondũ in effectu. Nõ enim quando celebratur Pascha, crucifigitur Dñs: sed quomodo præterita anniuersaria celebratione significamus, sic & futura quæ nondum sunt. Isto ergo tẽpore relaxantur ieiunia, significat enim numerus dierũ istorum quietẽ futurã. Sed videte fratres, ne per multam ebriositatẽ quasi permissi magna effusione, carnaliter volẽtes celebrare istos dies, nõ mereamini quod significant in sempiternũ cũ angelis celebrare. Fortè enim quemcũque ebrium reprehẽdero, dicturus est, Tu nobis tractasti, quia isti dies lætitiam sempiternã significant: tu nobis insinuasti, quia hoc tempus gaudiũ angelicum & cæleste prẽnunciat. Non ergo debui mecũ benefacere? Vtinã bene, & nõ malè. Significat eũ tibi gaudiũ, si fueris tẽplũ Dei. Si autẽ immũditia vinolentiæ impleas templũ dei, sonat tibi Apostolus, Quisquis templũ Dei corruperit, corrumpet illũ Deus. Sit hoc conscriptum in cordibus sanctitatis vestræ, meliorem esse hominẽ minus intelligentẽ & melius viuentẽ, quã multũ intelligẽtem & non bene viuentem. Plenitudo quidem est & beatitudo perfecta, vt citò quisque intelligat & bene viuat: sed si fortè vtrunque nõ potest, melius est bene viuere, quã citò intelligere. Qui enim bene viuit meretur amplio intelligere: qui malè viuit, & q̃ intelligit perdet. Sic dictũ est, Qui habet dabitur ei, qui autem nõ habet, & id quod videtur habere, auferetur ab eo. Conuersi ad Dominum, &c.

Quomodo celebratur Pascha.

Carnalis festorum celebratio.

1. Cor. 3.

Perfecta beatitudo.

Matth. 25.

SERMO D. AVGVSTINI, *feria quinta Paschæ, contra Philosophos.*

Cap. i. NARRATIO resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundũ euangelistam Ioannem hodie legi cœpit. Hoc enim scitis, & commendaueram vobis, secundũ omnes quatuor Euangelistas istis diebus resurrectionem Dñi recitari. In his ergo quæ audiuimus, illud tantũ solet mouere, quare dixerit Dñs Iesus mulieri quærenti corpus eius, & cũ iàm viũ agnoscẽti: Noli me tangere, nondũ enim ascendi ad patrẽ meũ. Dixi autẽ vobis, & meminisse debetis, non omnia omnes dicere: sed dici ab aliis, quæ ab aliis prætermissa sunt. Non tamen ita, vt inter se repugnare credendi sint, si absit contentio, & adsit pietas intelligentis. Nam sicut legitur apud euangelistam Matthæum, postea quã resurrexit, occurrit duabus mulieribus, in quib° & ista erat, & dixit eis, Auete. Illæ autẽ accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum: & vtique ad patrẽ nondũ ascenderat. Quomodo ergo nũc dicitur, Noli me tangere, nondũ enim ascendi ad patrẽ meũ? Sic enim verba ista videntur sonare, quasi cũ tunc posset tangere Maria, quãdo ascẽdisset in cælũ. Si in terra positũ non tangit, in cælo sedentem quis mortalium potest tangere?

Ioan. 20.

Matth. 28.

Cap. ii. Tangere Christum quid. Matth. 9.

SED ille tactus fidem significat. Tangit Christũ, qui credit in Christũ. Nã & illa mulier quæ fluxũ sanguinis patiebatur, dixit apud seipsam: Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero. Fide tetigit, & sanitas subsecuta est quam præsumpsit, Denique vt nosse mus quid sit verè tangere, Dñs cõtinuò dixit discipulis suis: Quis me tetigit? Et dixerũt discipuli, Turbæ te cõprimũt, & dicis, quis me tigit? Et ille, Tetigit me aliquis. Quasi diceret: Turbæ premunt: fides tangit. Videtur ergo ista Maria cui dixit Dominus, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrẽ meũ, Ecclesiæ gestare personam, quæ tunc in Christũ credidit, cùm ascẽdisset ad patrẽ. Ecce vos interrogo, quãdo credidistis, interrogo Ecclesiã toto orbe terrarũ diffusum, cuius persona erat in vna femina: & vna voce mihi respondet, Tunc credidi, cũ Iesus ascendisset ad patrẽ. Quid est. Tunc credidi, nisi tunc tetigi? Multi carnales Christũ tantummodo hominẽ putauerũt, diuinitatẽ latentem in illo non intellexerũt. Non bene tetigerunt, quia nõ bene crediderunt. Vis bene tangere? Intellige Christũ vbi est patri coæternus, & tetigisti. Si autẽ hominẽ putas, & nihil amplius putas, tibi nondũ ascendit ad patrem. ADHIBVIT ergo Dominus Iesus speciem corporis sui humanis sensibus, ad confirmandã carnis resurrectionem. Nihil nos docere aliud voluit, ostẽdẽdo se viuũ in corpore post resurrectionẽ suã, nisi vt credatur à nobis resurrectio mortuorũ. Cũ ergo integra instauranda sint omnia, quæri solet ab eis qui scire desiderãt, & rursus proponi solet ab eis qui litigare desiderant, quæstio difficilis de vsu mẽbrorũ. Dicũt enim, corpus nostrum habere omnia membra sua, & apparere quæ mẽbra quibus operibus sint necessaria. Quis enim nesciat, quis nõ videat, ad videndũ nos habere oculos, aures ad audiẽdũ, linguã ad loquendũ, nares ad olfaciendũ, dentes ad mãdendũ, manus ad operandũ, pedes ad ambulandũ: illa etiã mẽbra quæ pudenda dicuntur, ad generandũ? Porrò autẽ interiora etiã viscera, quæ ne horrerẽt aspectibus, voluit Deus esse contecta: interiora nostra & intestina quæ dicuntur, ad quos vsus valeant, & multi hominum, & melius medici cognouerunt. Argumẽtantur ergo & dicũt nobis, Si aures habebimus vt audiamus, oculos vt videamus, linguam vt loquamur: dentes quare habebimus, si non mãducabimus? fauces, pulmones, stomachũ, intestina quã cibi transeunt, & pro nostræ valetudinis temperie cõmutantur? Postremò illa ipsa mẽbra quæ vocantur pudenda, quare, inquiunt, habebimus, vbi nulla erit generatio, nulla digestio? QVID eis respondeamus? Nunquid nam dicturi sumus sine intestinis nos resurrecturos, ad similitudinẽ statuarũ? Nã de dentibus facilè respondetur. Dentes enim nõ tantùm nos adiuuãt ad manducandum, verùm etiam ad loquendum: sicut plectrum neruos, sic linguã nostram vt syllabas sonet percutientes. Cætera erga membra nostra erunt ad speciem, non ad vsum; ad commendationem pulchritudinis, non ad indigentiam necessitatis. Nunquid quia vacabunt, ideo indecora erunt? Et quidem nunc quia imperiti sumus, & causas rerum ignoramus, si videantur interiora nostra, horrentur potius quàm diliguntur. Quis enim nouit, quemadmodum sibi inuicem connexa sint membra, & quibus nemeris coaptata? Vnde vocatur etiam harmonia, quod verbum dictum est de Musica: vbi videmus certè in cithara neruos distentos. Si omnes nerui similiter sonẽt, nulla est cantilena. Diuersa distentio diuersos reddit sonos: sed diuersi soni ratione coniuncti, pariunt nõ videntibus pulchritudinem, sed audientibus suauitatem. Istam rationem quisquis in membris humanis didicerit, tantum miratur, tantum delectatur, vt omni visibili pulchritudini ista ratio ab intelligentibus præferatur: Modò eam nescimus, sed tunc sciemus: non quia nudabuntur, sed quia etiam cooperta latere non poterũt.

Lucæ 8.

Capvt iiii.

Harmoniæ mẽbrorũ.

Cap. v. RESPONDEBIT mihi aliquis, & dicet: Quomodo si cooperta erunt, latere non poterunt? Corda nostra nõ latebunt, & viscera latebũt? Cogitationes, fratres mei, cogitationes quas modò non videt nisi Deus, omnes inuicem videbunt in illa societate sanctorũ. Nemo ibi vult rectum esse quod cogitat, quia nemo ibi malè cogitat. Vnde ait Apostolus: Nolite ante tempus quicquã iudicare, id est, ne temerè iudicetis quod non videtis quo corde quid fiat. Si aliquid fit, quod & bono corde fieri potest, noli reprehendere: noli tibi amplius quàm humanitas exigit vsurpare. Cor videre, Dei est: hominum autem non est nisi de his quæ manifesta sunt iudicare. Nolite ergo, inquit, ante tempus quicquã iudicare. Quid est ante tẽpus? Sequitur & dicit: Donec veniat Dñs, & illuminet abscõdita tenebrarũ. Quas dixerit tenebras, consequentibus verbis euidenter ostẽdit: Illuminet, inquit, abscõdita tenebrarum. Quid est hoc? Audi quod sequitur, Et manifestabit cogitationes cordis. Hoc est illuminare abscondita tenebrarũ, manifestas facere cogitationes cordis. Modò ergo cogitationes nostræ nobis ipsis, singulis quibusq; illucescũt, quia nouimus eas: sed proximis nostris in tenebris sũt, quia non vidẽt eas. Ibi quod nosti te cogitare, & alter sciturus est. Quid times? Modò vis abscondere, modò times publicari cogitationes tuas: fortè enim aliquid mali aliquando cogitas, fortè aliquid turpe, fortè aliquid vanũ. Nihil ibi bonũ, nihil nisi honestũ, nihil nisi verũ, nihil nisi purum, nihil nisi sincerũ quãdo ibi fueris cogitabis. Quomodo vis videri modò faciem tuã, sic tunc voles videri conscientiã tuam. NAM & ipsa agnitio, charissimi, ipsa agnitio nónne omnium nostrũm erit? Putatis quia me cogniturĩ estis, ideo quia me nostis, & patrẽ meũ non estis cogniturĩ, quem non nostis? aut nescio quẽ episcopum qui ante multos annos in hac Ecclesia fuit? Omnes noscetis qui ibi erunt. Non enim ideo se agnoscent, quia facies videbũt: maiore notitia ibi erit inuicẽ cogitio. Sic videbunt oẽs, & multo excellẽtius, quã hic solent videre prophetæ. Diuinè videbũt, quãdo Deo pleni erunt. Nec quod offendat erit, nec q̃ lateat cognitorẽ. Erunt ergo ibi mẽbra integra, etiã quæ hic pudẽda sunt, sed ibi pudenda non erũt. Non ibi erit sollicitũ integritatis decus, vbi nõ erit libidinis dedecus. Ecce etiam hic, vbi omnium quodammodo nostrorum operũ necessitas mater est, quæ necessitas tunc non erit, tamen inuenimus aliqua quæ Deus posuit in corporibus ad nullos vsus, sed ad solũ decus. IAMDVDVM per membra currebam: & nunc eã paulò diligentiùs retexamus. Oculos habemus ad videndũ, aures ad audiendũ, nares ad olfaciẽdum, os & linguã ad loquẽdũ, dentes ad mandendum, guttũr ad vorandũ, stomachũ ad suscipiendum & coquendum, intestina ad traiiciendos cibos ad ima, & illa quæ pudenda appellantur, vel ad digestionẽ, vel ad generationem. Ad operandum manus, ad ambulandũ pedes. Barbæ quis vsus, nisi sola est pulchritudo? Quare Deus barbam creauit in homine? Speciem video, vsũ non quæro. Apparet feminæ quare habeant vbera, vtique vt paruulos lactent. Mamillas viri quare habent? Interroga vsum, nullus est. Interroga speciẽ, decet mamillatũ pectus & viros. Virili pectori mamillas detrahe, & vide quãtam pulchritudinẽ dempseris, quantam ingesseris fœditatem. SIC ergo, charissimi, sic credite, sic tenete, multorũ mẽbrorum ibi vsum non futurum, sed decus nullius defuturũ. Nihil indecorũ erit ibi, summa pax erit, nihil disconcordans, nihil monstruosum, nihil q̃ offendat aspectũ, in omnibus Deus laudabitur. Nã si nunc in ista infirmitate carnis, & tenera operatione membrorum apparet tanta corporis pulchritudo, quæ illicit libidinosos, & ad quærẽdũ excitat siue studiosos siue curiosos: & si inueniatur in corpore ratio numerorũ, nõ alius artifex horũ, alius inuenitur esse cælorũ, sed idem ipse laudatur infimorũ atque sũmorũ; quãto magis ibi, vbi erit libido nulla, nulla corruptio, nulla deformis prauitas, nulla ærũnosa necessitas, sed interminata æternitas, pulchra veritas, summa felicitas? Sed dicis mihi: Quid acturus sum? Vsus membrorũ ibi nõ erit, quid acturus sum? Nulla actio tibi videtur stare, videre, amare, laudare? ECCE dies sancti, qui post resurrectionẽ Dñi celebrantur, significant futurã vitam post resurrectionẽ nostrã. Sicut eũ Quadragesimæ dies ante Pascha, significauerũt laboriosã vitam in hac ærũna mortali: sic isti dies læti significant futurã vitã, vbi erimus cum Dño regnaturi. Vita quæ significatur Quadragesima ante Pascha, modò habetur: vita quæ significatur quinquaginta diebus post resurrectionẽ Dñi, non habetur, sed sperãtur, & sperãdo amatur, & in ipso amore Deus qui promisit ista, laudatur, & ipsæ laudes alleluia sunt. Quid est enim elleluia? Verbum est Hebraũ. Alleluia, laudate deum. Allelu, Laudate; ia, Deũ: alleluia ergo laudate Deũ sonamus, & inuicẽ excitamus ad laudandũ Deũ, cõcordib° cordibus melius quàm cithara chordis. Dicimus laudes neo, cãtamus alleluia. Et cũ cantauerimus, propter infirmitatẽ recedimus, vt corpora reficiamus. Quare reficimus, nisi quia deficimus? Deinde tanta est infirmitas carnis, tãta huius vitæ molestia: vt quælibet magna res veniat in fastidiũ. Quomodo desideraũimus istos dies ad annos venturos: cũ modò abirent: & quanta auiditate ad illos venimus per tẽporis interuallũ? Si diceretur nobis, sine cessatione dicite alleluia, excusaremus. Quare excusaremus? Quia lassi non possemus, quia & ad ipsum bonum fastidio fatigaremur. Ibi nullus defectus, nulla fastidia. State, laudate, qui statis in domo Dñi in atriis domus Dei nostri. Quid quæris, quid ibi facturus sis? Beati, ait, qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Conuerti ad Dominum, &c.

Cap. vi.

Agnitio futura.

Cap. vii.

Capvt viii.

Tempus Quadragesimæ, tempus resurrectionis.

Alleluia quid.

Psal. 83.

De resurrectione mortuorum.

SERMO VII.

Est tantum fragmentum sermonis de resurrectione Domini, apud Bedam 1. Cor. 15. Integer sermo extat infrà numero CXX.

SERMO D. AVGVSTINI. *ad Competentes.*

Cap. i. REVDIMENTA ministerij nostri, & vestri conceptus quod fidei concipitis vtero, generari cælesti gratia, adiuuanda sunt ore: vt & nostrvos sermo salubriter alloquatur, & nos vester cõceptus vtiliter cõsoletur. Nos instruimus sermonibus, vos proficite moribus. Spargimus sermonem verbi, fructũ reddite fidei. Omnes secũdũ vocationẽ, qua vocati sumus à Domino, in eĩ° via semitaq; curramus, nullus retrospiciat. Veritas enim quæ nec fallere potest, apertè denũciat, Nemo ponens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus erit regno cælorum. Hoc nempe vos concupiscere, ad hoc ambire omnibus mentis vestræ conatibus, ipsum vestrũ nomẽ, quòd Cõpetẽtes vocamini, ostẽdit. Quid eũ aliud sũt Cõpetẽtes, quã simul petentes? Nam quomodo condocentes, concurrentes, confidentes, nihil aliud sonat, quã simul docentes, simul currentes, simul sedentes: ita etiam Cõpetentium vocabulum non aliunde quàm de simul petendo atque vnum aliquid appetendo compositum est. Et quod illud est vnum quod petitis vel concupiscitis: nisi quod quidam abiectis deli-

Sermo vii.

Sermo viii.

Luc. 9.

Competẽtes quid.

deriis carnalibus & superatis terroribus seculi clamat
Psal.26. intrepidus? Si cõsistant aduersum me castra, nõ timebit cor meũ: Si exurgat in me bellũ, in hoc ego sperabo. Et quæ illa sit exprimẽs, adiunxit & dixit: Vnam petij à Dño, hanc requirã, vt inhabitẽ in domo Dñi omnes dies vitæ meæ. Atq; huius regionis & habitationis beatitudinẽ explanans, cõnectit & exprimit, Vt cõtempler delectationẽ Domini, & protegar à tẽplo eius.

Cap.ii. VIDETIS contyrones mei, ad quã delectationem Domini venietis, cũ delectationem seculi abiicitis? Si despicitis mundũ, habebitis cor mundum, & videbitis eum qui fecit mundũ. Et sicut ille vicit, ita & vos in eius gratia vincetis hunc mundũ. Quẽ profectò id iámque superabitis atq; calcabitis, si nõ de vestris vitibus, sed Dei misericordissimi adiutorio, præsumatis. Nolite vos despicere, quia nondũ apparuit quod eritis. Scitote autẽ, quoniã cũ apparuerit, similes ei eritis, dũ apparuerit quod eritis. Scitote autẽ, quoniã videbitis eũ, nõ qualis in tẽporis plenitudine venit ad nos, sed qualis semper manẽs cõdidit nos. Exuite veterẽ hominẽ, vt induamini nouo. Pactũ vobiscũ Dominus inchoat. Vixistis seculo, carni vos & sanguini dedistis, imaginem hominis terreni portastis. Sicut ergo imaginem portastis eius qui de terra est, ita etiã eius qui de cælo
Rom.6. est vltrà portate. Humanus sermo, quia ideo verbũ caro factum est, vt sicut exhibuistis corpora vestra arma iniquitatis peccato, ita nunc exhibeatis mẽbra vestra arma iustitiæ Deo. In pernicie aduersus vos vester oppugnator vestris iaculis armabatur: in salutẽ vestram aduersus eũ vicissim mẽbris vestris vester protector armetur. Nihil vobis ille nocebit, si membra vestra vobis offerentibus nõ tenebit. Iste vos iure derelinquet, si ab
Cap. iii. eo vestrum totũ voluntasq; dissentiet. ECCE cum
Regnum cælorum venale. auctione & mercatu fidei regnũ vobis cælorũ venale proponitur: inspicite & cõgerite vestræ cõscientiæ facultates, thesauros cordis vestri vnanimiter congregate. Et tamen gratis emitis, si gratam gratiã quę vobis offertur, agnoscitis. Nihil impenditis, & tamen magnũ est quod acquiritis. Non sitis viles vobis, quos cũctorũ creator & vester tam charos æstimat, vt vobis quotidie vnigeniti sui pretiosissimum sanguinẽ fundat. Nõ sic eritis viles si pretiosum distinguatis à vili: si nõ creaturæ sed creatori seruiatis, si vobis inferiora vestra non fuerint dominata, vt immaculati à capitali magnoque
Matth.13. Luc.8. peccato mundemini: si nõ in vobis semen verbi Dei, quod etiam nunc spargit cælestis agricola in agro cordis vestri, aut tanquã in via indignorum transitu conculcetur, aut tanquam inter petrosa durissimæ conscientiæ vestrę stoliditate iam germinans cõprimatur, aut inter spinas cupiditatum vestrarũ perniciosis aculeis suffocetur. Si à tam damnosæ damnandæque terræ sterilitate abhorreatis, fructifera vos profectò terra vberrimáque suscipiet, & cum magno gaudio seminatori & cõplutori vestro multiplicatam centeni reddetis vbertatem: aut si ad hoc impares fortè fueritis, sexageni fructus vsuras exoluetis. Quòd si nec ad hoc occurretis, non erit vester ingratus etiam trigeni prouentus: quia cælestibus omnes horreis excipientur, omnes in æterna requie recondentur. De omnium fructibus cælestis panis ille conficietur, & omnis operarius in Dominica vinea sine dolo laborans, ipso salubriter ac abundanter saturabitur: dum tanti seminatoris, plutoris, & rigatoris, atque ipsius incrementi datoris Euangelica prædicatione gloria diffamatur.

Capvt iiii. ACCEDITE ergo ad eum in obtritione cordis: quoniam propè est omnibus qui obtriuerunt cor, & ipse vos humiles spiritu saluos faciet. Certatim accedite, vt illuminemini: estis enim adhuc in tenebris, &
Psal.33. tenebræ in vobis. Eritis autem lux in Domino, qui illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Cõfortamini seculo, reformamini Deo: Babylonicæ captiuitatis vos aliquando iam tædeat. Ecce Hierusalem mater illa cælestis, in viis hilariter inuitans occurrit, & obsecrat vt velitis vitã, & diligatis videre dies bonos, quos nunquã habuistis, nec vnquã in hoc seculo habebitis. Ibi enim deficiebant, sicut fumus, dies vestri: quibus augeri, minui; & quibus crescere, deficere; & quibus ascendere, vanescere fuit. Qui vixistis peccato annos multos & malos, desiderate viuere Deo. Non multos annos quandoque finiendos, & ad intereundum in vmbra mortis currentes: sed bonos, & in veritate viuacis vitę propinquos: vbi nulla fame, nulla siti lassabitis: quia cibus vester fides, potus sapientia erit. Nunc enim in Ecclesia in fide benedicitis Dominũ: tunc autem in specie affluentissimè rigabimini de fontibus Israël.

SED in hac interim peregrinatione sint vobis lacrymæ vestræ panis die ac nocte: dum dicentibus vobis quotidie, Vbi est Deus vester, non potestis carnalibus demonstrare quod oculus non vidit, nec auris audiuit, aut in cor hominis ascẽdit, donec veniatis & appareatis ante oculos Dei vestri. Nolite deficere. Veniet enim & ipse promissa persoluere, qui se sponte professus est debitorem: qui nihil ab aliquo mutuatus est, & suo promisso debitor esse dignatus est. Nos debebamus: & tantum debebamus, quantum peccaueramus. Venit ille sine debito: quia sine vllo peccato inuenit nos damnoso ac damnando fœnore oppressos, & quæ non rapuerat exoluens, nos à sempiterno debito misericorditer liberauit. Nos admiseramus culpam, expectabamus pœnam. Ille non factus socius culpę nostræ, sed factus particeps pœnæ: simul & culpæ voluit donator esse & pœnę. Ipse est enim qui ex vsuris & iniquita-
C te eruet animas credentiũ, atque ex corde in vnoquoque dicentium: Credo videre bona Domini in terra
Psal.26. viuentiũ. Hæc terra, nõ terreno vel mortuo, sed cælesti quodammodo ac viuo corde concupiscenda est. Ipsa est enim cui in Psalmo alio flagrans quidam eius amore & alacriter cantans dicit, Spes mea es tu, portio mea
Psal.141. in terra viuentium. Ad quam illi tendunt qui vitaliter mortificant membra sua super terram. Non membra quibus corporis mundi huius compago consistit, sed illa membra quibus animæ virilitas miserabiliter infirmatur. Apertissimè ea dinumerans ac designans vas electionis Paulus apostolus dicit: Mortificate mem-
Colossij. bra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, perturbationem, concupiscentiã malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus. Ecce quæ in hac terra morientium mortificare debeatis, qui in illa terra viuentium viuere concupiscitis. Sic ergo efficia-
D mini membra Christi, vt non ea tollatis, & faciatis mẽbra meretricis. Quæ enim turpior, quæ dedecorosior est meretrix, quàm ipsa quæ prima posita est, fornicatio, & vltima auaritia? quam idolorum seruitutem veraciter appellauit: quia nõ solùm in corporis luxu, sed etiam in animæ fluxu agnoscere & vitare debetis, ne illam perditionem minacis & casti sponsi, ac iusti iudicis incurratis, cui dicitur: Perdidisti omnem qui for-
Psal.72. nicatur abs te. Quanto iustius, quanto vtilius, in cordis ad eum castitate singuli quique clamabitis, Mihi
Ibidem. adhærere Deo, bonũ est! Hanc adhæsionem illa dilectio præstat, de qua similiter dicitur: Dilectio sine si-
Rom.12. mulatione, odio habentes malum, adhærentes bono.

Cap.v. ECCE vbi est stadiũ vestrum, ecce vbi lucta certãtium, ecce vbi cursus currentiũ, ecce vbi ferientiũ pugillatus. Si vultis perniciosissimum colluctatorẽ fidei lacertis elidere, prosternite mala, cõplectimini bona.

Si vultis

Si vultis sic currere vt cõprehendatis, fugite iniquũ, consequimini iustum. Si vultis sic pugillare, vt non aërẽ cædatis, sed hostẽ viriliter feriatis: castitate corpus vestrũ, & in seruitutẽ redigite, vt ab omnibus abstinẽtes ac legitimè certantes, brauij cælestis & incorruptæ
A coronæ participes triũphetis. Quod in vobis adiurato vestri redemptoris nomine facimus, hoc vestri cordis scrutatione & cõtribulatione cõplete. Nos precibus ad Deũ & increpationibus inueterati hostis dolis resistimus: vos votis & vestri cordis cõtritione persistite, vt eruamini de potestate tenebrarũ, & transferamini in regnum claritatis eius. Hoc est nũc opus vestrũ, & hic labor vester. Digna in eum nos suis nequitiis maledicta congerimus: vestra vos potius auersione ac pia renunciatione gloriosissimũ ei certamen indicite. Atterendus, vinciendus, excludẽdus est Dei & vester ac sui potius inimicus: nã furor eius & in Deũ proteruus, & aduersum vos nefarius & in se perniciosus ostenditur.
B Anhelet vsquequaq; cędes, supponat muscipulas, exacuat multiplices & dolosas linguas suas, omnia venena eius obtestato nomine Saluatoris vestris cordibus effundite. QVICQVID facinoro sissimis suggestionib⁹,
Cap.vii. quicquid flagitiosissimis illecebris immittebat, nunc exhauriatur, nũc publicabitur. Nũc populabitur captiuitas eius, qua vos tyrannicè possidebat. Auertetur à vobis iugũ, quo vos immaniter deprimebat, & ei⁹ cerucibus imponetur, tantũ vos in liberationẽ vestram, redẽptori vestro vestrũ prębete cõsensum. Sperate in eũ omne consiliũ nouæ plebis, & populę qui nasceris, quem fecit Dominus. Enitere vt salubriter pariatis: ne feraliter abortiaris. Ecce vterus matris Ecclesiæ, ecce vt te pariat, atque in lucẽ fidei producat, laborat in gemitu suo. Nolite vestra impatiẽtia viscera materna cõcutere, & partus vestri ianuas angustare. Popule qui crearis lauda Deũ tuũ: lauda qui crearis, lauda Dominũ tuũ. Quia lactaris, lauda: quia aleris, lauda: quia nutriris, profice sapientia & ætate. Ille quoque has moras partus tẽporalis admisit, qui nec breuitate temporis deficit, nec longitudine vllą tẽporis proficit, sed à diebus æternis cunctas angustias & tempus exclusit. Nolite hũc, sicut benignus paruulũ nutritor admonet, pueri effici mẽtibus, sed malitia paruuli estote, mentibus
8.Cor.14. perfecti sitis. Vt Cõpetentes cõpetenter adolescite in Christo, vt in virũ perfectũ iuueniliter accrescatis. Ædificate, vt scriptũ est, profectu sapiẽtiæ vestræ patrem vestrũ, & nolite defectu vestro cõtristare matrẽ vestrã.

Capvt viii. AMATE quod eritis. Eritis enim filij Dei, & filij adoptionis. Hoc vobis gratis dabitur, gratisque cõferetur. In quo largius vberiũsque abundabitis, quanto pl⁹ grati ei, à quo hęc accepistis, fueritis. Ad eũ ambite qui nouit qui sint eius. Tunc autem nõ dedignabitur vos inter eos qui eius sunt nosse: si nominãtes nomen Domini, ab iniustitia recedatis. Parentes carnis vestræ habetis, vel habuistis in seculo, qui vos in laborẽ atq; ad pœnam mortẽmque genuerunt: sed quia feliciori orbitate potest vnusquisque vestrũm de talibus dicere,
Psal.26. Pater meus & mater mea dereliquerunt me: illũ patrẽ Christiane agnosce, qui illis relinquentib⁹ suscepit te
Psal.21. ex vtero matris tuæ, cui quidã fidelis fideliter dicit, De vẽtre matris meæ tu es protector meus. Pater Deus est, mater Ecclesia. Longè aliter ab his generabimini, quàm ab illis geniti fuerątis. Hos partus, non labor, non miseria, non fletus, non mors, sed facilitas, felicitas, gaudium, vitáque suscipiet. Per illos lamentabilis generatio, per hos optãda generatio est. Illi nos generando in æternam pœnam generant, propter veterem
Psal.13. culpã: isti regenerando, nec pœnam faciunt remanere, nec culpam. Hæc est illa regeneratio quærentium eũ, quærentium faciem Dei Iacob. Humiles quærite: quod cùm inueneritis, ad securam altitudinẽ venietis. Infantia vestra innocentia erit, pueritia reuerentia, adolescentia patientia, iuuẽtus virtus, seniũ meritũ, senectus nihil aliud quàm canus sapiẽnsque intellectus. Per hos articulos vel gradus ætatis, nõ vt euolueris, sed permanens innouaris. Nõ enim vt decidat prior, secũda succedet, aut tertiæ ortus secundæ erit interitus, aut quarta iã nascitur vt tertia moriatur: nõ quinta quartæ inuidebit vt maneat, nec quintã sexta sepeliet. Cùm simul ætates istæ nõ veniãt, tamen in anima pia & iustificata pariter & concorditer perseuerant. Hæ te ad septimã perennẽ quietẽ pacémque perducent. TAMEN Cap.ix.
sexies (vt legimus) de necessitatibus ætatis mortis ræ liberatũ, iã in septima non te tãgent mala. Nõ enim certabunt quæ non erunt, aut pręualebũt quæ nec audebũt. Ibi securã immortalitas, ibi immortalis securitas. & vnde hæc, nisi de immutatione dexterę excelsi, qui
B benedicet filios tuos in te, qui ponit terminos tuos pacẽ? Excitamini ergo ad hęc, cõcreti, discreti. Cõcreti bonis, discreti à malis. Electi, dilecti, pręsciti, vocati, iustificandi, glorificandi: vt crescentes, iuuenescentes, ac senescẽtes in fide ac maturitate viriũ, nõ corruptione membrorũ, in senecta vberi, trãquilli adnũcietis opera Domini, qui fecit vobis magna, qui potẽs est: quia magnum nomẽ eius, & sapientiæ eius nõ est numer⁹. Vitã quæritis, currite ad eũ qui est fons vitę: & fugatis tenebris fumosarum cupiditatũ vestrarũ, videbitis lumẽ in lumine vnigeniti illius vestri atque clemẽtissimi redẽptoris, ac fulgentissimi illuminatoris. Si salutem quæritis, sperate in eũ qui saluos facit sperantes in se. Si ebrietatem deliciásque sectamini, nec ipsas negabit: tãtùm venite & adorate, procidite & plorate ante eũ qui fecit vos: & inebriabit vos ab vbertate domus suæ, &
C torrente deliciarum suarum potabit vos. SED caue- Cap.x.
te, ne veniat vobis pes superbiæ: & vigilate, ne vos manus mouẽant peccatorum. Primũ ne cõtingat, orate vt ab occultis vestris mundet vos: secundũ verò, ne irruat & deiiciat vos petẽtes, vt ab alienis parcat vobis. Iacẽtes surgite, surgẽtes state, stãtes adsistite; adsistẽtes persistite. Nolite vltrà ferre iugũ: distũpite potius vincula corũ, & abiicite à vobis iugũ ipsorũ, ne iterũ seruitutis iugo attineamini. Dominus in proximo est: nihil solicitiĩ fuetitis. Manducate nunc panẽ doloris: veniet tẽpus, quando post panẽ tristitiæ panis vobis lætitię ministretur. Sed meritũ illius, huius est tolerantia. Auersio & fuga tua panem luctus commeruit: conuertere, cõpungere, & redi ad Dominũ tuũ: Paratus est ille cõpunẽto & redeunti panẽ gaudij erogare: si nõ dissimules nec differas pro fuga tua flebiliter ærumnosus orare. In tantis ergo cæteruis molestantiũ induite vos cilicio, & humiliamini in ieiunio animarum vestrarum.
D Redditur humilitati, quod superbię denegatum est. Et vos quidem cùm scrutaremini, atque ipsius fugæ ac desertionis persuasor in trinitatis tremendæ omnipotentia debitè increparetur, non estis induti cilicio: sed tamen vestri pedes in eodem mysticè constiterunt.

CALCANDA sunt vitia vellerąque caprarum: sinistrorum hædorum conscindendi sunt panni. Cum Cap.xi. Luc.15.
prima stola vltrò vobis occurret misericors pater, qui ad vestram depellendam pestiferam famem, etiam saginatum vitulum non distulit immolare. Eius carnibus pascemini, eius sanguine potabimini: cuius effusione peccata dimittuntur, debita donantur, maculæ deterguntur. Vt pauperes manducate, & tunc saturabimini: vt & vos de illis sitis, de quibus dicitur, Manducabunt pauperes, & saturabuntur: ac saturati salubriter, eius panem gloriámque ructate. Psal.21.

Currite aũ eũ, & conuertimini: ille est enim qui conuertit auersos, pseqitur fugitiuos, inuenit perditos, humiliat superbos, pascit famelicos, soluit cõpeditos, illuminat cæcos, purgat immundos, recreat fatigatos, suscitat mortuos, atque nequitiæ spiritibus obsessos & captos eripit. A quibus quia vos nunc immunes esse probãuimus: gratulãcesvobis admonemus vos, vt sanitas quæ apparuit in vestro corpore, hęc in vestris cordibus conseruetur. Domin⁹ diues & pauper occurrerũt sibi. In qua via, nisi in ista vita? Natus est diues, nat⁹ est pauper: occurristis vobis, pariter ambulatis viã. Tu noli premere, tu noli fraudare. Iste eget, ille habet: fecit autẽ ambos Dominus. Per eũ qui habet, iuuat egentẽ; per eũ qui nõ habet, probat habentẽ. Audiuimus, diximus; timeamus, caueamus; oremus, perueniamus.

Prouer. 22.

SERMO IX.

SERMO I. D. AVGVSTINI *de Oratione Dominica, ad Cathecumenos & Neophytos.*

Citat Algerus lib. 1. cap. 8. ne corpore & sanguine Domini.

CAP. I.



Ioelis 2. Rom. 10.

Kd o est ędificationis vestrę, vt discatis pri⁹ quid credatis, & postea quid petatis. Sic enim dicit Apostolus: Erit, omnis qui inuocauerit nomẽ Domini, salu⁹ erit. Hoc testimoniũ beatus Paulus posuit de Propheta: quia prædicta sunt per Prophetã ista tempora, quando omnes inuocaturi erãt Deũ. Qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et adiunxit, Quomodo autem inuocabũt, in quẽ nõ crediderunt? Aut quomodo credent ei, quẽ non audierũt? Quomodo autẽ audient, sine prędicãte? Aut quomodo prædicabunt, si nõ mittãtur? Missi sunt ergo prædicatores, prædicauerũt Christũ. Illis prædicantibus populi audierũt, audiendo crediderunt, credendo inuocauerunt. Quia ergo rectissimè & verissimè dictũ est, Quomodo inuocabunt, in quẽ nõ crediderũt: ideo prius didicistis quod crederetis. Hodie didicistis eũ inuocare, in quẽ credidistis. Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, docuit nos orationem, & cũ sit ipse Dominus, sicut in Symbolo accepistis & credidistis, filius Dei vnicus, tamen noluit esse vnus.

CAP. II. Pater noster qui es in cælis.

VNICVS est, & vnus esse noluit: fratres habere dignatus est. Quibus enim dicit, dicite, *Pater noster qui es in cælis?* Quem voluit à nobis appellari patrẽ nostrum, nisi patrẽ suũ? Nunquid inuidit nobis? Parentes aliquãdo cũm genuerint vnũ filiũ, duos, tres, iã timent generare, ne faciant alios mendicare. Sed quia talis est hæreditas quam nobis promittit, quam multi obtineant, & angustias nemo patiatur: ideo in suam fraternitatẽ vocauit populos gentiũ, & habet vnic⁹ innumerabiles fratres qui dicãt, Pater noster, qui es in cælis. Dixerũt ista qui fuerũt ante nos: dicturi sunt qui erũt post nos. Videte quantos fratres habeat vnicus in sua gratia: cõmunicãs cũ illis hęreditatẽ, pro quibus pertulit mortẽ. Habebamus patrẽ, & matrẽ in terra, vt nasceretur ad labores & mortẽ: inuenimus alios parentes, Deũ patrẽ, & matrẽ Ecclesiã, à quibus nascamur ad vitã æternã.

CAP. VI. III.

COGITEMVS, charissimi, cuius filij esse cœpimus: & sic viuamus, quomodo decet eos qui talem habẽt patrẽ. Videte, quia creator noster dignatus est esse pater noster. Audiuimus quem inuocare debeamus, qua spe hæreditatis æternæ patrẽ in cælis habere cœpimus: audiamus quid ab illo ꝓtamus. A tali patre quid petituri sumus? Nunquid ab illo & hodie & heri & nudiustertius pluuiam petimus? Nihil magnum est quod à tali patre quęsiuimus: & tamen videtis cum quanto gemitu, cum quanto desiderio pluuiam petamus, cũ timor timetur, & hoc timetur quod euadere nullus potest. Omnis enim homo citius terius moriturus est: & gemimus, rogamus, parturimus, clamamus ad Deum, vt paulò serius moriamur. Quãto magis ad illum debemus clamare, vt veniamus vbi nũquã moriamur? IDEO, *Sanctificetur nomen tuum*, dictũ est. Hoc etiã ab illo petimus, vt sanctificetur nomen eius in nobis: nã semper est sanctũ. Quomodo autẽ sanctificatur nomen eius in nobis, nisi dũ nos efficit sanctos? Nos enim fuimus nõ sancti, & per nomẽ eius efficimur sancti: ipse autem semper sanctus, & nomen ipsius semper sanctum. Pro nobis rogemus, non pro Deo: non enim bene optamus Deo, cui nihil mali aliquando potest euenire: Sed optamus nobis bonũ, vt sanctificetur sanctum nomẽ eius: quod semper sanctũ est, sanctificetur in nobis. VENIAT *regnum tuum*. Petamus, nõ petamus: venire habet. Habet quidẽ Deus regnũ sempiternũ. Quando enim non regnauit? Quando regnare cœpit, quãdo regnũ eius initiũ nõ habet, nec finẽ habebit? Sed vt sciatis quia & hoc pro nobis oramus, nõ ꝓ Deo: nõ enim sic dicimus, Veniat regnum tuũ, quasi optantes, vt regnet Deus. Regnũ ipsius nos erimus, si in eum credẽtes in eo profecerimus. Omnes fideles redempti sanguine ipsius vnici, erunt regnum ipsius. Venturũ est autẽ ipsum regnũ, cùm facta fuerit resurrrectio mortuorũ: tunc enim veniet ipse. Et cũ resurrexerint mortui, diuidet eos, sicut ipse dicit: & ponet alios ad dexterã, alios ad sinistrã. Dicet eis qui ad dexterã erunt, Venite benedicti patris mei, ꝓcipite regnũ. Hoc est quod optamus & rogamus, quando dicimus, veniat regnũ tuũ, vt nobis veniat. Nã si nos reprobi fuerimus, illud regnũ aliis est venturũ, nõ nobis. Si autẽ in eo numero fuerimus, qui pertinẽt ad mẽbra vnigenici filij eius, nobis veniet regnũ eius, & nõ tardabit. Nũquid enim sęcula tanta restãt, quãta trãsierunt? Apostolus Ioannes dixit, Filioli, nouissima hora est. Sed pro ipso die magna longa est hora, & ipsa hora nouissima videte quot annos ducat: tamen sic vobis sit quasi qui vigiler, dormiat, surgat & regnet. Modò vigilemus: morte dormiemus, in fine resurgemus, sine fine regnabimus.

A
B
C
D

Cap. III. Sanctificetur nomen tuum.

Cap. V. Veniat regnũ tuũ.

Matth. 25.

1. Ioan. 2.

CAP. VI. Fiat voluntas tua, &c.

FIAT *voluntas tua, sicut in cælo, ita & in terra*. Tertiò petimus, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, ita & in terra*. Et hoc bene nobis optamus: nã voluntas Dei necesse est vt fiat. Voluntas Dei est, vt regnẽt boni, dãnentur mali. Nunquid potest ista volũtas non fieri? Sed quid nobis bene optamus, quãdo dicimus, Fiat voluntas tua, sicut in cęlo, ita & in terra? Audite. Multis enim modis hæc petitio intelligi potest, & multa sunt cogitanda in ista petitione: quãdo rogamus Deũ, fiat voluntas tua, sicut in cælo, ita & in terra. Quomodo te non offendunt angeli tui, sic te non offendamus & nos. Iterum quomodo intelligitur, fiat volũtas tua, sicut in cælo, ita & in terra? Sanẽti omnes Patriarchæ, omnes Prophetę, omnes Apostoli, spiritales omnes tanquã cælum sunt Domino: nos autem in cõparatione eorũ terra sumus. Fiat voluntas tua, sicut in cęlo, ita & in terra: sicut in illis, ita & in nobis. Itẽ, Fiat voluntas tua, sicut in cælo ita & in terra. Ecclesia Dei cælũ est, inimici eius terra sunt. Bene optamus inimicis nostris, vt credãt & ipsi, & fiant Christiani: & fiat voluntas Dei, sicut in cęlo, ita & in terra. Itẽ, fiat voluntas Dei, sicut in cælo, ita & in terra. Spiritus noster cęlũ est, caro terra. Quomodo innouatur spiritus noster credẽdo, sic caro innouetur resurgẽdo: & fiat volũtas Dei, sicut in cęlo, ita & in terra. Item, mẽs nostra qua videmus veritatẽ, & cõdelectamur ipsi veritati, cęlum est. Ecce cęlum, Cõdelector legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ. Quid est terra? Video aliam legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meę. Quando ista pugna transierit, & cõcordia plena carnis & spiritus facta fuerit, fiet voluntas Dei, sicut in cęlo, ita & in terra. Quando petitionem istam dicimus;

1.

2.

3.

4.

5. Rom. 7.

dicimus, omnia ista cogitemus, & omnia ista à patrẽ petamus. Omnia autem ista, charissimi, tria quæ diximus, tres petitiones istæ ad vitam æternam pertinent. Quòd enim sanctificatur in nobis nomẽ Dei nostri, æternum erit. Quòd regnum ipsius venit, vbi semper viuemus, æternũ erit. Quòd voluntas eius fit, sicut in cęlo, ita & in terra, omnibus modis, quos exposui, æternũ erit. RESTANT petitiones pro ista vita peregrinationis nostræ: id eo sequitur: *Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie*. Da ęterna, da tẽporalia. Promisisti regnũ, noli negare subsidiũ. Dabis apud te sempiternũ ornamentũ, da in terra tẽporale alimentũ. Ideo quotidie, ideo hodie, id est, hoc tẽpore. Cũ trãsierit vita ista, nũquid petemus panẽ quotidianum? Tũc enim nõ vocabitur quotidie: sed hodie. Nũc vocatur quotidie, quãdo transit dies, & venit alius dies. Nũquid vocabitur quotidie, quãdo erit æternus vnus dies? Sanè duobus modis intelligẽda est ista petitio de pane quotidiano: siue pro necessitate carnalis victus, siue etiã pro necessitate spiritualis alimoniæ. Carnalis cibi necessitas, ꝓpter quotidianũ victũ. Sine quo viuẽre nõ possumus, victus est & regumentũ: sed à parte totum intelligitur. Quãdo panẽ petim⁹, ibi omnia accipimus. Norũt etiã spiritalẽ alimoniã fideles, quam & vos, si puri estis, accepturi iã estis de altari Dei. Panis erit & ipse quotidianus, huic vitæ necessarius. Nũquid enim Eucharistiam accepturi sumus, cùm ad ipsum Christũ venerimus, & cũ illo in æternum regnare cœperimus? ergo Eucharistia panis nõster quotidianus est: sed sic accipiamus illũ, vt non solũ ventre, sed & mente reficiamur. Virtus enim ipsa quæ ibi intelligitur, vnitas est: vt redacti in corpus eius, effecti mẽbra eius, simus quod accipimus. Tunc erit vere panis noster quotidianus. Et quod vobis tracto, panis quotidianus est: & quòd in Ecclesia lectiones quotidie auditis, panis quotidianus est: & quòd hymnos auditis & dicitis, panis quotidianus est. Hæc enim sunt necessaria peregrinationi nostrę. Nunquid illuc quãdo venetimus, codicem sumus audituri? Ipsum verbũ visuri, ipsum verbũ audituri, ipsum manducaturi, ipsum bibituri, quomodo angeli modò. Nũquid angelis codices sunt necessarij, aut disputatores aut lectores? Absit. Videdo legunt: vident enim ipsam veritatem, & illo fonte satiantur, vnde nos irroramur. Dictũ est ergo de pane quotidiano: quia in ista vita nobis est necessaria hæc petitio. DIMITTE *nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Nunquid necessaria est nisi hic? Ibi enim debita nõ habebim⁹. Debita enim quid sunt, nisi peccata? Ecce baptizabimini, omnia ibi vestra peccata delebũtur: nullũ ibi omnino remanebit. Si quid mali aliquãdo gessistis, fecistis, dixistis, cõcupistis, cogitastis, totũ delebitur. Et tamen si in ista vita posteriori securitas esset, talẽ orationem nõ disceremus, vbi diceremus, Dimitte debita nostra. Sed planè faciamus q̃ sequitur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Maximè ergo vos qui initiaturi estis ad accipiendã plenã indulgentiã debitorum vestrorũ, videte ne aliquid in cordibus vestris aduers⁹ alterũ teneatis, vt procedatis inde secuti, quia liberi, & ab omnibus debitis absoluti: & incipiatis vos velle vindicare de inimicis vestris, qui vobis antè iniurias fecerunt. Dimittite quomodo vobis dimittitur. Deus nulli fecit iniuriã, & tamen dimittit qui nihil debet. Quomodo debet dimittere cui dimittitur, quãdo ille omnia dimittit, qui nõ debet quod ei dimittatur? NE *nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo*. Nunquid & hoc necessarium erit in illa vita? Non dicitur, Ne nos inferas in tẽtationem, nisi vbi potest esse tentatio. In sancti Iob libris legimus, Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Quid ergo rogamus? Quid? Audite, apostolus Iacobus dicit, Ne cũ tentatur dicat quòd à Deo tẽtatur. Tentationẽ istam malã dixit, qua quisque decipitur, & diabolo subiugatur, ipsam tentationẽ dixit. Est enim alia tentatio, quæ appellatur probatio: de ipsa tentatione scriptũ est, Tẽtat vos Dominus Deus vester, vt sciat, si diligitis eum. Quid est, vt sciat? Vt scire vos faciat: nã ipse nouit. In illa tentatione qua quisque decipitur & seducitur, neminẽ tẽtat Deus, sed planè iudicio suo alto & occulto quosdã deserit. Cũ ille deseruerit, inuenit quid faciat tẽtator. Nõ enim inuenit aduersus se luctatorẽ, sed cõtinuò illi se exhibet possessorẽ, si deserat Deus. Ne deserat ergo nos, ideo dicimus, Ne nos inferas in tẽtationẽ. Vnusquisque enim tẽtatur, ait idẽ apostol⁹ Iacob⁹, à cõcupiscẽtia sua abstractus & illectus. Deinde cõcupiscentia cùm cõceperit, parit peccatũ; peccatũ autem cùm cõsummatũ fuerit, generat mortẽ. Quid nos docuit? Vt pugnemus cõtra cõcupiscentias nostras. Etenĩ in Baptismo sancto peccata dimissuri estis: concupiscentiæ remanebũt, cũ quibus regenerati pugnetis. Restat enim cõflictus in vobis ipsis. Quid tibi facturus est tẽtator extrinsecus? Te vince, & mũdus est vict⁹. Quid tibi facturus est tentator extraneus, siue diabolus, siue minister diaboli? Quicunque homo proponit lucrum, vt seducat, auaritiã in te nõ inueniat. Quid facit propositor lucri? Si autẽ auaritia in te inuẽta fuerit, viso lucro inardescis, vitiosæ escæ caperis laqueo. Si autẽ nõ in te inuenta fuerit auaritia, remãsit frustra extẽta muscipula. Proponit tibi tentator pulcherrimã feminã. Adsit intus castitas, victa est foris iniquitas. Vt ergo non te capiat proposita pulchritudine mulieris alienæ, cũ tua libidine intus pugna: nõ sentis hostẽ tuũ, sed sentis cõcupiscentiã tuam. Diabolum nõ vides. Quid te delectet, vides. Vince intus quod tu sentis. Pugna, pugna; quia qui te regenerauit, iudex est: proposuit luctã, parat coronã. Sed quia sine dubio vinceris, si illũ adiutorẽ nõ habueris, si te deseruerit, ideo ponis in oratione, Ne nos inferas in tentationẽ. Ita iudicis donauit quosdã cõcupiscentiis suis: & dicit illud Apostolus, Tradidit illos Deus in cõcupiscẽtiã cordis illorũ. Quomodo tradidit? Nõ cogẽdo, sed deserendo. LIBERA *nos à malo*, potest ad eandem sententiam pertinere. Ideo sic est, vt intelligas vnã sententiam, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo. Ideo addidit; sed: vt ostenderet hoc totum ad vnã sententiã pertinere, Ne nos inferas in tẽtationẽ, sed libera nos à malo. Quomodo singula illa proponamus, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo? Liberãdo nos à malo, non nos infert in tentationem: non nos inferendo in tentationem, liberat nos à malo.

A
B
C
D

CAP. VII. Panem nostrũ quotidianũ.

Victus.

Eucharistia panis quotidianus. Eucharistia.

CAPVT VIII. Dimitte nobis debita nostra, sicut, &c.

Iac. 1. Tentatio duplex.

Deut. 13.

Iac. 2.

Concupiscentiæ remanent post Baptismum.

Rom. 1.

CAP. IX. Libera nos à malo.

CAP. IX. Ne nos inferas in tẽtationem, sed lib. Iob. 7.

MAGNA verò est tentatio, charissimi, magna tentatio est in hac vita, quãdo illud nostrum tentatur quo meremur veniam, sicubi tentati lapsi fuerimus. Horrenda tentatio est, quando nobis tõllitur, vnde ab aliarum tentationũ iaculis fahari possimus. Scio nondũ vos intellexisse: adeste animo, vt intelligatis. Puta tentat auaritia, victus est quisquam (quia & luctator aliquando & bonus prœliator vulneratur) in aliqua vna tentatione. Vicit hominem auaritia, etiam bonum luctatorem: & fecit nescio quid auarum. Transiit libido, nõ adducit ad stuprũ, non peruenit ad adulteriũ. Illud enim quando fuerit, & ab adulterio homo prohibendus est. Sed vidit mulierem ad concupiscendum, cogitauit aliquid delectabilius quàm debuit: accepit pugnam, etiam optimus prœliator percussus est, sed non consensit, repercussit, motum lasciuum doloris amaritudine castigauit, repercussit & viuit. Tamen eo ipso

quod

quòd lapsus erat, habet vnde dicat, Dimitte nobis debita nostra. Sic de cæteris omnibus tãtationibus, difficile est vt non sit vnde dicamus, Dimitte nobis debita nostra. Quę est ergo illa, quã posui, horrenda tentatio, molesta, tremenda, omnibus viribus, omni virtute vitanda? Quæ est ista? Quãdo nobiscũ agitur vt vindicemus nos, ira exasperatur, & frendet homo vindicari. Horrenda tentatio. Vnde accepturus enim veniã fueras pro cæteris delictis, hoc perdis. Si quid aliis sensib⁹, aliis cupiditatibus peccaueras, hinc erat sanandũ: quia dicturus eras, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui te instigat vt vindiceris, perdet tibi quod dicturus eras, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Illo perdito, cuncta tenebuntur: omnino nihil dimittitur. HANC periculosam tentationem in ista vita sciens Dominus, Magister & Saluator noster, cùm doceret nos in hac oratione sex vel septem petitiones: nullã sibi assumpsit vnde tractaret, & quã nobis vehemẽtius cõmẽdaret, nisi hãc vnã. Nunquid nõ diximus, Pater noster qui es in cęlis, & cætera subsequentia? Quare post finitam orationem non aliquid nobis inde tractauit, vel quod à capite posuit, vel quod in fine cõclusit, vel quod in medio collocauit? Si enim non in vobis sanctificatum fuerit nomẽ Dei, aut si nõ pertinueritis ad regnũ Dei, aut si non in vobis facta fuerit voluntas Dei, sicut in cælo, aut si non vos Deus custodierit, ne intretis in tentationẽ: quare nihil horũ? Sed quid? Amen dico vobis, quia si dimiseritis peccata hominibus: propter illud, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Prætermissis omnibus petitionibus quas nos docuit, illã maximè docuit. Non multũ fuerant illa cõmẽdãda: in quibus si peccator est, vnde curetur agnoscat: cõmendanda cætera, in quibus si peccaueris, nõ est vnde saneris. Hoc enim debes dicere, Dimitte nobis debita nostra. Quæ debita? Nõ dees: homines sumus. Paulò plus locutus sum quã debui, dixi aliquid quod nõ debui, risi plus quã debui, bibi amplius quã debui, comedi ampli⁹ quã debui, audiui libẽter quod non debui, vidi libenter quod nõ debui, cogitaui libẽter quod non debui: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Peristi, si hoc perdidisti. VIDETE, fratres mei, videte filij mei, videte si hj Dei, videte quia dico vobis. Pugnate cũ corde vestro, quantum potestis. Et si videritis iramvestrã stare aduersus vos, rogate cõtra illã Deũ: faciat te Deus victorẽ tui, faciat te Deus victorẽ non forinsecus inimici tui, sed intrinsecus animi tui. Aderit enim & faciet. Plus vult vt hoc ab illo petamus, quã pluuiã. Videtis enim charissimi quot petitiones docuit nos Dominus Christus, & vix illic inuenitur vna quæ sonet de pane quotidiano: vt omnia quæ cogitamus, ꝓpter vitam futuram cogitemus. Quid enim timem⁹ ne nõ nobis exhibeat ille qui promisit & dixit, Quærite primùm regnũ Dei, & iustitiam eius, & hęc omnia apponentur vobis? Nouit enim pater vester, quia ista necessaria sunt vobis priusquam petatis ab eo. Quærite primùm regnũ Dei, & iustitiã Dei: & hæc omnia apponẽtur vobis. Nã multi etiã fame tentati sunt, & aurum inuẽti, & à Deo nõ deserti. Pertirent fame, si desereret cor eorũ panis interior quotidian⁹. Ipsum maximè esuriamus. Beati enim qui esuriũt & sitiũt iustitiã, quoniã ipsi saturabũtur. Potest autẽ infirmitatẽ nostram misericorditer intueri, & videre nos quomodo dictũ est: Memento quia puluis sumus. Qui de puluere hominẽ fecit & animauit, pro isto figmẽto vnicũ ad mortẽ dedit: quãtum nos amet, quis potest explicare, quis potest saltem dignè cogitare? Conuersi ad Dom. &c.

Horrenda tẽratio, velle vindicari.

Cap. xii.

Matth. 6.

Debita nostra quotidiana.

Cap. xiii.

Matth. 6.

Matth. 5.

Psal. 102.

SERMO D. AVGVST. *habitus ad martyres vigilanti, de verbis in Actis Apost. scriptis: Nónne manens tibi manebat, &c. die Dominico octauarum Paschæ.* SERMO X. Act. 5.

Cap. i.

VM lectio legeretur de libro qui inscribitur Act⁹ Apostolorũ, animaduertistis quid contigerit eis qui cùm villam vẽdidissent, subtraxerũt de pretio villæ, & ante pedes Apostolorũ, quasi totum pretiũ, posuerũt. Continuò correpti expirauerunt ambo, vir & vxor eius. Nõ nullis videtur nimis seuera ista fuisse correptio, vt propter pecuniam de re sua subtractã, homines morerentur. Non hoc Spiritus sanctus auaritia fecit, sed Spirit⁹ sanctus mẽdaciũ sic puniuit. Nã verba audistis beatissimi Petri, dicentis: *Nónne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate?* Si nolles vendere, quis te cogeret? Si velles offerre dimidrũ, quis exigeret totũ? Si enim dimidiũ offerendum erat, dimidium dicendũ erat. Pro toto dimidiũ, hoc est puniendum mendaciũ. Non tamẽ, fratres, videatur seuera correptio, mors tẽporalis. Atque vtinã hucusq; vindicta processerit. Quid enim magnũ mortalibus contigit quandocũque morituris? Sed per illorũ temporalem pœnã Deus scirivoluit disciplinã. Credendũ est autẽ, quòd post hanc vitã eis pepercerit Deus: magna est enim eius misericordia. De mortibus autẽ quę cõtingũt ex vindicta, ait quodam loco apostolus Paulus, corripiẽs eos qui malè tractabãt corpus & sanguinẽ Christi, & dicens: Propterea in vobis multi infirmi & ægri, & dormiũt sufficientes: id est, quantũ sufficit ad disciplinã imponendã. Multi in vobis dormiũt, hoc est, moriuntur. Flagello enim Domini corripiebãtur: ęgrotabãt, & moriebãtur. Et subiecit post hęc verba, & ait: Si enim nosipsos iudicarem⁹, à Domino non iudicaremur. Cũ iudicamur autem à Domino corripimur, ne cũ mundo dãnemur. Quid si ergo huic viro & vxori eius tale aliquid cõtigit? Correpti sunt mortis flagello, ne supplicio punirentur æterno. HOC tantũ attẽdat charitas vestra, quia si Deò displicuit detrahere de pecunia quã vouerant Deo, & vtiq; illa pecunia vsib⁹ hominũ fuerat necessaria: quomodo irascitur De⁹, quãdo vouetur castitas, & nõ exhibetur; quãdo vouetur virginitas, & nõ exhibetur? Vouetur enim ad vsus Dei, & nõ adversus hominũ. Quid est q̃ dixi, Ad vsus Dei? Quia de sanctis Deus facit sibi domũ, facit sibi tẽplũ, in quo habitare dignetur: & vtique sanctum vult manere templum suum. Potest ergo virgini sanctimoniali nubẽti dici quod ait Petrus de pecunia: Virginitas tua nunquid nõ manens tibi manebat, & antequam eã vouères, in tua fuerat potestate? Quæcunq; autẽ hoc fecerint, vouerint talia, & nõ reddiderint: non se putent temporalibus mortibus cortipi: sed æterno igne damnari. Conuersi ad Dominum, &c.

Act. 5.

Cap. ii. Vota Deo reddendã.

Psal. 90.

Cap. iii.

SERMO D. AVGVSTINI *habitus eadem die in Ecclesia Leontiana, de monitis baptizatorum.* SERMO XI.

NE moras faciamus, acturi multa regeneratis in baptismo, qui hodie miscẽdi sũt populo, breuis, sed grauis sermo reddẽd⁹ est. Vos qui baptizati estis, & hodie cõpletis sacramentũ octauarũ vestrarũ, breuiter accipite & intelligite trãslatã fuisse figurã circũcisionis carnis, ad circũcisionẽ cordis. Die octauo circũcidunt carne secundũ veterem legẽ: & hoc propter Dominũ Christũ, qui post diem septimũ sabbatorũ octauo Dominico resurrexit. Cultellis petrinis iussum est circũcidi. Petra erat Christus. Infantes appellamini, quoniam regenerati estis, & nouam vitã ingressi estis, & ad vitam æternã renati estis: si hoc

1. Cor. 11.

1. Cor. 10.

si hoc quod in vobis renatũ est, malè viuendo non suffocetis. Reddendi estis populis, miscendi estis plebi fidẽliũ. Cauete ne imitemini malos fideles, imò falsos fideles. Videte, quia testificor vobis corã Deo & angelis eius. Castitatẽ seruate, siue cõiugalẽ, siue omnimodæ continentię. Quisque quod vouit reddat. Qui non habetis vxores, licet vobis ducere vxores, sed quarum mariti nõ viuũt. Feminæ quę nõ habent viros, licet eis nubere: sed eis viris quorũ vxores nõ viuũt. Qui habetis vxores, nihil mali faciatis præter vxores. Reddite quod exigitis. Fides vobis debetur, fidẽ debetis. Fidem debet maritus vxori, vxor marito: ambo Deo. Quicũque cõtinentiã vouistis, reddite quod vouistis: quia nõ exigeretur, si nõ vouissetis. Quod potuit licere, nõ licet: non quia nuptiæ dãnantur, sed qui retrospicit damnatur. Cauete à fraudibus in negotiis vestris. Cauete à mendaciis & periuriis. Cauete à verbositate & luxuria. Quæcunque non vultis fieri vobis, nolite facere aliis, & hominibus & Deo. Quid vos onerem? Hęc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Conuersi ad Dominũ, &c.

Falsos fideles.

Continentia quę seruanda.

Vota reddenda.

Philip. 4.

SERMO XII. Cap. i.

SERMO D. AVGVSTINI *habitus Carthagini in Basilica Fausti, de die quadragesimo Dominicæ ascensionis.*

RESVRRECTIO Domini, spes nostra, ascẽsio Domini, glorificatio nostra. Ascensionis enim hodie sollẽnia celebramus. Si ergo resẽdẽ, si fideliter, si deuotè, si sanctè, si piè ascẽsionem Domini celebramus, ascendamus cũ illo, & sursum cor habeamus. Ascendentes autem nõ extollamur, nec de nostris quasi de propriis meritis præsumamus. Sursum enim cor nõ ad Dominũ, superbia vocatur: sursum autem cor ad Domtnũ, refugiũ vocatur. Illi enim dicimus qui ascẽdit. Resurrexit enim, vt spem nobis daret, quia resurgit quod moritur: ne moriendo desperaremus, & totã vitã nostrã morte finitã putaremus. Soliciti enim eramus de ipsa anima: & ille nobis resurgendo & de carne securitatẽ dedit. Ergo ascẽdit, quis? Qui descendit. Descendit, vt sanaret te; ascendit, vt leuaret te. cadis, si leuaueris te; manes, si leuauerit te. Sursum ergo cor, sed ad Dominũ, refugiũ est: sursum cor, sed nõ ad Dominũ, superbia est. Dicamus ergo illi resurgenti, Quoniã tu es Domine spes mea: ascendẽti autẽ, Altissimũ posuisti refugiũ ‖ tuũ. Quomodo enim ad cũ cor sursum habẽtes, superbi erimus, qui propter nos humilis fact⁹ est, ne superbi remaneremus? Deus Christus, hoc semper: nũquã hoc desinet, quia nunquã cœpit. Si enim per gratiam eius aliquid incipit, quod nunquam desinat, ille quomodo desinet qui nunquam cœpit? Quid est quod incipit, & nũquã desinet? Immortalitas nostra initiũ habebit, finẽ nõ habebit. Nõ enim iam habemus, quod cum habere cœperimus, nõ amittemus. Semper ergo Deus Christus. Et qualis Deus? Quæris qualis? Patri æqualis. Noli ergo quærere in æternitate qualitatẽ, sed felicitatem. Qualis De⁹ Christ⁹, cape, si potes. Ecce dico, nõ te fraudabo. Quęris qualis Deus Christus? Audi me, imò audi mecũ: simul audiamus, simul discamus. Nõ enim quia loquor, & vos auditis, ideo vobiscum non audio. Quæris ergo cũ audis Deus est Christus: Qualis Deus Christus? Audi mecũ. Nõ, inquã, me audi, sed mecũ. In hac enim schola omnes sumus cõdiscipuli: Cælũ est cathedra magistri nostri. Audi ergo qualis Deus Christus. In principio erat verbũ. Vbi? Et verbũ erat apud Deũ. Sed verba quotidie solemus audire. Noli sic cogitare, quomodo soles audire: De⁹ erat verbũ. Qualis quęro. Nã ecce iã Deũ credo: sed qualis De⁹ sit, quæro. Quærite faciem eius semper. Nemo quærendo deficiat, sed proficiat. Profi-

Surfum cor ad Dominum, refugium.

Ibidem.

Psal. 90.

al. meum.

Cap. ii.

Omnes cõdiscipuli sumus in schola Christi. Ioan. 1.

Psal. 104.

cit quærens, si pietas quærat. Quomodo quęrit pietas, quomodo vanitas? Pietas quærit credendo, vanitas litigando. Si enim litigare mecũ velis, mihique dicere, Quẽ Deũ colis? Qualẽ Deũ colis? Ostẽde mihi q̃ colis, respõdebo. Et si est q̃ ostẽdã, non est cui. NEC ego audeo dicere, iã me cœpisse quod quæris. Ingredior enim, quantũ possum, post vestigia illius tanti æthletæ Christi: Apostolici scilicet Pauli dicentis: Fratres, ego meipsum nõ arbitror apprehẽdisse. Ego meipsum, quid est? Ego qui plus omnibus illis laboraui. Noui, Apostole, quomodo dicas. Ego: expressio est, nõ elatio. Nã vis audire quomodo dicat, Ego? Cũ dixisset, Plus omnib⁹ illis laboraui: & quasi nos ad illũ, quis? Et ille ad nos, Non ego autem, sed Dei gratia mecũ. Ille ergo cũ quo tanta gratia Dei erat, vt posterius vocat⁹ plus præcedẽtibus laboraret: dicit tamẽ, fratres, Ego meipsum non arbitror apprehẽdisse. Ibi ego, vbi non apprehẽdit. Humanę quippe infirmitatis est, nõ apprehẽdere. Vbi autẽ leuatus est in tertiũ cęlũ, & audiuit ineffabilia verba, quæ nõ licet homini loqui, nõ dixit, Ego. Sed quid dixit: Scio hominẽ ante annos quatuordecim. Scio hominẽ, & ipse homo erat qui loquebatur: & quod in eo factũ est, quasi alterũ fecit, ideo nõ defecit. Noli ergo contendere, noli litigare, exigendo à me qualẽ Deum colo. Nõ enim idolũ est, & digitum extẽdo, & dico tibi: Ecce Deũ quẽ colo: aut aliquod sid⁹ est, aut aliqua stella, aut sol, aut luna: & extẽdo digitũ in cęlũ, & dico, Ecce quod colo. Nõ est quò digitus extẽdatur: sed est quò mẽs extendatur. Vide ipsum nõ cõprehendentẽ, & tamen quærentẽ; sequentẽ, inhiantẽ, suspirãtẽ, desiderantẽ. Vide illũ quid intendat: vide ad Deum suum, vtrũ digitũ, an verò animũ extendat. Quid ait? Nõ me arbitror apprehendisse. Vnũ autẽ, quæ retrò oblitus, in ea quę sunt antè extensus, secundũ intentionẽ sequor ad palmã supernæ vocationis Dei in Christo. Sequor, inquit, ambulo, inquit, in via sum. Sequere, si potes, simul ad patriã veniamus: vbi nõ à me quæras, nec ego à te. Simul ergo modò credẽdo quæramus, vt simul postea videndo gaudeamus. NAM quis tibi ostẽdit, qualis sit Deus Christus? Ecce quod dignat⁹ est dicere per seruũ suũ, dicat & per istũ seruũ suũ, cõseruis meis, seruis suis. Dictũ est tibi, In principio erat verbũ. Querebas vbi esset, respõsum est, Verbũ erat apud Deũ. Et ne verba contẽneres ex cõsuetudine locutionis humanę, audisti, Deus erat verbũ. Adhuc quæris qualis Deus? Omnia per ipsum facta sunt. Ama illũ: quicquid amas, ab illo est. Nõ amemus creaturã, neglecto creatore: sed attendamus creaturam, & laudemus creatorẽ. Nõ tibi possum ostendere Deũ mecũ: ostendo quæ fecit, recolo quę fecit. Omnia per ipsum facta sunt. Recit noua nõ nouus: fecit tẽporalia sempiternus: fecit mutabilia, qui nescit mutari. Facta inspice, lauda factorem, crede vt mũderis. Videre enim vis bonã rem: rem magnam vis. Hortor, vt velis. Videre vis? Beati mundo corde, quia ipsi Deũ videbũt. Prius ergo cogita de corde mũdãdo: hoc habeto negotiũ, ad hoc te aduoca, insta huic operi. Quod vis videre mundum est, immundũ est vnde vis videre. Cogitas Deum quasi aliquã istorũ oculorũ immẽsam vel multiplicem lucem, auges tibi spatia quãta vis. Non ponis finẽ vbi nõ vis, ponis vbi vis. Phãtasmata sunt ista cordis tui, immunditia est ista cordis tui. Tolle, abiice. Si terra tibi in oculum caderet, & velles vt ostenderem tibi lucem: prius tui oculi quęrerent mundatorem. Tanta immunditia est in corde tuo: vbi auaritia non parua immunditia est. Congeris quod tecum non tollas. Nescis quia cùm congeris, ad cor tuum lutum trahis? Vnde videbis ergo quod quęris?

Vanitas litigando quærit, pietas credẽdo.

Cap. iii.

Philip. 3.

2. Cor. 12.

Cap. v. iii.

Matth. 5.

Tv

CAP. V. Tu mihi dicis, Ostende mihi Deum tuum: ego tibi dico, Attende paululũ ad cor tuũ. Ostende, inquis, mihi Deũ tuũ. Attende, inquio, paululum ad cor tuum. Quicquid ibi vides quod displicet Deo, tolle inde. Venire ad te vult Deus, Dominũ ipsum Christũ audi: Ego & pater veniemus ad eũ, & mansionem apud eum faciemus. Ecce quid promittit Deus. Si ego promitterẽ me venturũ in domũ tuã, mundares eã. Deus in cor tuũ venire vult, & piger es ei domũ mũdare? Nõ amat habitare cum auaritia, cũ muliere immunda & insatiabili, cui tu iubenti seruiebas, & Deũ videre quærebas. Quid fecisti quod Deus iussit: Quid non fecisti quod auaritia iussit? Quid fecisti? Ego ostendo quis habitet in cor tuũ, qui vis videre Deũ. Hoc enim dixerã, est quod ostenderẽ, sed cui non est. Quod Deus iussit quid fecisti? Quod auaritia iussit quid distulisti? Iussit Deus, vt nudũ vestires, tremuisti: iussit auaritia, vt vestitũ expoliares, insanisti. Si fecisses quod Deꝰ iussit, quid tibi diceã haberes illud & illud? Ipsum Deũ haberes. Fecisti quod auaritia iudit, quid habes? Scio, dicturus es mihi: Habeo quicquid abstuli. Ergo auferẽdo habes. Habes aliquid apud te, qui perdidisti te? Habeo, inquis. Vbi, vbi, rogo te? Certè aut in cubiculo, aut in saccello, aut in arca: nolo amplius dicere. Vbicũque habes modò, certè tecum non habes. Certè modò cogitas in arca te habere: fortè perijt, & nescis: fortè cũ redis, nõ inuenis quod dimisisti. Cor tuũ quæro: ibi quid habeas, interrogo. Ecce implesti arcã tuam, & fregisti cõscientiam tuam. VIDE plenum, disce esse plenus. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factũ est: sit nomẽ Domini benedictũ. Nempe omnia perdiderat. Vnde ergo istas geminas laudes Domino proferebat: Munda ergo cor, quanto potes: id age, id operare. Et vt ille mundet vbi maneat, roga, supplica, humiliare. Non capis, In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est, In eo vita erat: & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã non comprehenderunt. Quæ sunt tenebræ, nisi opera mala? Quæ sunt tenebræ, nisi cupiditates malæ, superbia, auaritia, ambitio, inuidentia? Omnia ista tenebræ sunt, ideo nõ cõprehendis. Nã lucet in tenebris: sed da qui comprehẽdat. Vide ergo, ne fortè hoc quomodocunque possis accipere: Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Per hominem Christũ, tendis ad Deum Christũ. Multum est à te Deus: sed homo factus est Deus. Quod longè erat à te, per hominem factum est iuxta te. Vbi mancas, Deus est: quà eas, homo est. Idem ipse Christus, & quà eas, & quo eas. Ipse ergo verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Assumpsit quod non erat: nõ amisit quod erat. Apparebat homo, & latebat Deus. Occisus est homo, & offensus est Deꝰ: sed resurrexit homo, & inuentus est Deus. Cogita ergo quanta fecit vt Deus, quanta passus est vt homo. Occisus est, sed nõ in diuinitate: ipse Christus occisus est. Non enim duo, Deus & homo: vt iam nõ faciamus vel nouerimus Trinitatem, sed quaternitatẽ. Homo quidem homo, & Deus Deus, sed totus Christus homo & Deus: ipse ergo Christus homo & Deus. Quomodo tu homo corpus & animus: sic totus Christus homo & Deus. Ergo totus Christus, caro, anima, & Deus.

CAP. VI. Iob. 2.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

CAP. VII. Christus dicit quædam quæ ad Deum, ad animã, & ad carnẽ pertinent. Ioan. 5. Ibidem.

IDEM ipse aliquid dicit, quod ad Deum pertinet, aliquid dicit quod ad animam pertinet, aliquid dicit quod ad carnem pertinet: totũ ad Christum pertinet. Quid dicit vt Deus? Sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso. Quæcunque pater facit, hæc eadem & filius facit similiter. Ego & pater vnum sumus. Quid dicit Christus secundum animam suam? Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Quid dicit Christus secundũ carnẽ? Soluite tẽplum hoc, & in triduo suscitabo illud. Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. † Hæc sunt thesauri sapientiæ & scientiæ.

A

B

C

Ioan. 10. Matth. 26. Ioan. 2. Luc. 24.

al. Hi. CAP. VIII. Matth. 12.

CERTE tota Lex in duobus præceptis pendet, Diliges Dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ. In Christo habes totũ. Deum tuum vis diligere? Habes in Christo, In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Proximum vis diligere? Habes in Christo, Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. MVNDET nos gratia sua: mundet nos opitulationibus & cõsolationibus suis. Fratres mei, per ipsum & in ipso, obsecro vos, in bonis operibus abundate, in misericordia, benignitate, bonitate. Citò dimittite q̃ in vos peccatur. Nemo teneat irã aduersus aliũ, ne intercludat sibi orationẽ ad Deũ. Hæc enim omnia quia in hoc seculo sumꝰ, quia & si proficimꝰ, & si iustè viuimus, sine peccato hîc nõ viuimus. Nõ enim peccata sola sunt illa quæ crimina nominãtur, adulteria, fornicationes, sacrilegia, furta, rapinę, falsa testimonia: nõ ipsa sola peccata sunt. At tẽdere aliquid quod nõ debeas, peccatũ est: Audire aliquid hbẽter, quod nõ fuit audiendũ, peccatũ est: Cogitare aliquid, quod nõ fuit cogitandum, peccatũ est.

Ioan 7.

Ibidem.

CAP. IX. Magna peccata, crimina. Minora peccata.

SED dedit Dominus noster post illud lauacrum regenerationis alia quotidiana remedia. Quotidiana nostra mũdatio, Dominica oratio. Dicamus, & verũ dicamꝰ, quia & ipsa eleemosyna est: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Date eleemosynas, & omnia mũda sunt vobis. Memẽto te, fratres, ad dexterã staturis quid dicturus est. Nõ dicet, Illa & illa magna fecistis: sed, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Ad sinistram staturis non est dictuꝰ, Illa & illa mala fecistis: sed, Esuriui, & nõ dedistis mihi mãducare. Illi pro eleemosyna, in vitã æternam: isti ꝓpter sterilitatẽ, in ignẽ ęternũ. Modò eligite aut dexterã aut sinistrã. Nã rogo vos, quam poterit habere spem salutis piger in remediis, creber in morbis? SED parui morbi sunt. Congere, & premunt. Minora peccata sunt quæ habeo: non sunt multa. Nã quomodo minora sunt: quæ præmunt, obruunt? Quid minutius pluuiæ guttis? Flumina implẽt. Quid minutius grãnis tritici? Horrea implẽt. Tu attẽdis quia minora sunt, & nõ attendis quia multa sunt? Attẽdere nosti: numera, si potes. Sed planè quotidianum remedium dedit Deus.

Matth. 6.

Luc. 11.

Matth. 25.

CAP. X. Remedia quotidiana

CAP. XI. Minora peccata multitudine & premunt, & obruunt.

MAGNA misericordia eius qui ascẽdit in altũ, & captiuauit captiuitatẽ. Quid est, Captiuauit captiuitatẽ? Occidit mortẽ. Captiuitas captiuata est: mors mortua est. Quid ergo? Hoc solum fecit qui ascẽdit in altũ, & captiuam duxit captiuitatem? Ergo dimisit nos? Ecce ego vobiscum sum vsque in cõsummatione secuꝶ. Ergo illud attende, Dedit dona hominibus. Aperi sinum pietatis, excipe donũ felicitatis. Cõuersi ad Dom. &c.

D

CAP. XII. Psal. 67.

Matth. 28.

Psal. 67.

Item alius Sermo D. AVGVST. *de die quadragesimo Dominicæ ascensionis, habitus in Basilica Leontiana.*

SERMO XIII.

CAP. I.

DOMINVS Iesus patris vnigenitꝰ & gignẽdi coæternus, pariter inuisibilis, pariter immutabilis, pariter omnipotẽs, pariter Deus: propter nos, vt nostis & accepistis, & tenetis, factus est homo, forma sumpta humana non amissa diuina. Potens occultus, infirmus manifestus; sicut nostis: natus est, vt renasceretur; mortuus est, ne nos in ęternum moreremur. Ille cõtinuò, id est, die tertio resurrexit: nobis resurrectionem carnis in fine promisit. Exhibuit se videndũ discipulorũ oculis, manibũsque tractandũ: persuadens quod factus erat, non auferens quod semper erat. Conuersatus est cũ eis diebus quadraginta, sicut audistis, intrãs & exiẽs, manducans & bibens: non iã indigentia, sed totũ potentia: & mani festans eis carnis veritatẽ, in cruce infirmitatẽ, à sepulchro immortalitatẽ. HODIERNVM ergo diem Ascensionis ipsius celebramus. Occurrit autẽ huic Ecclesię à tabernaculo sollẽnitas. Cõditoris Basilicę huiꝰ sanctĩ Leõtij hodie depositio est: sed dignetur obscurari stella à sole. Ergo de Domino potius, quod cœperamus, loquamur. Gaudet bonus seruus, quãdo laudatur dominus. HODIERNO ergo die, hoc est, quadragesimo post resurrectionẽ suã, Dominus ascẽdit in cælũ. Non vidimus: sed credamus. Qui viderũt prædicauerunt, & orbẽ terrarũ impleuerunt. Scitis qui viderunt, & qui nobis indicauerunt: de quibus prædictũ est, Nõ sunt loquelę neq; sermones, quorũm nõ audiantur voces eorum. In omnẽ terrã exiit sonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorũ. Ergo & ad nos venerũt, & nos de somno excitauerunt. Ecce celebratur hodiernus dies toto orbe terrarum. Recolite Psalmũ. Cui dictũ est, Exaltare super cælos Deus. Cui dictũ est? Nunquid Deo patri diceretur, Exaltare, qui nũquã est humiliatꝰ?

Sanctus Leontius.

Ibidem.

Psal. 18.

Psal. 56.

CAPVT IIII.

EXALTARE tu: tu qui fuisti in ventre matris inclusus: tu qui in præsepi iacuisti: tu qui vbera tãquã paruulus in vena carnis fuxisti. Tu qui portãs mũdũ, portaris à matre. Tu quem Simeon senex paruulũ agnouit, magnùmque laudauit. Tu quẽ vidua Anna vidit sugentem, & cognouit omnipotentẽ. Tu qui esuristi propter nos, sicũti propter nos, fatigatus es in via propter nos. Non enim esurit panis, aut fatigatur via. Tu qui omnia pertulisti propter nos: tu qui dormisti, & tamen non dormitans, custodis Israẽl. Postremò, tu quẽ vendidit Iudas, quem Iudæi emerunt, & non possederunt. Tu apprehense, ligate, flagellate, spinis coronate, in ligno suspense; tu mortue, tu sepulte, exaltare super cælos Deus. EXALTARE, inquit, exaltare super cælos, quia Deus es. Quis credat, nisi illo faciente, qui erigit de terra inopẽ? Ille ipse inopẽ carnem suam erigit, & collocat eam cum principibus populi sui. Cũ quibꝰ iudicaturus est viuos & mortuos, cum eis collocauit hanc inopẽ carnẽ: quibꝰ dicit, Sedebitis super duodecim sedes, iudicãtes duodecim tribus Israẽl. Exaltare ergo super cælos Deꝰ. Iã factũ est, iam impletũ est. Sed dicimus: Quomodo futurũ prædicatũ est, exaltare super cælos Deus? Non vidimus: sed credamus. ECCE ante oculos nostros est quod sequitur, Exaltare super cælos Deus: & super omnẽ terrã gloria tua. Nõ credat illud, qui nõ videt illud. Quid est enim, Et super omnẽ terrã gloria tua? nisi, super omnẽ terrã Ecclesia tua, super omnẽ terrã matrona tua, super omnẽ terrã sponsa tua, dilecta tua, coniũx tua. Ipsa est gloria tua. Hoc quidẽ ait Apostolꝰ, Vir nõ debet velare caput, cùm sit imago & gloria Dei: mulier autẽ gloria viri. Si mulier gloria viri, Ecclesia gloria Christi est. Cõuersi ad Do. &c.

Caput.

Psal. 67.

Psal. 67.

Psal. 67

intuemur, earum caligine sic acies nostra turbetur, vt contrariũ nobis sidera currere videantur: sic isti hęretici, quia in sui erroris nubilo pacẽ non inueniunt, videtur eis potius diuina Scriptura rixari.

CAP. V. FORTASSIS dicant, non de verbo Dei dictum esse, In principio fecit Deus cælũ & terrã. Fac esse, non in principio, quod est vnicus filius Dei: sed in principio tẽporis, dictũ intelligatur quod scriptũ est, In principio fecit Deus cælũ & terrã: nõ quia iã erat tẽpus, antequam esset vlla creatura (nõ enim vel tẽpus esse cœternũ quisquã dixerit Deo, qui est cõditor tẽporũ:) sed vt cum cælo & terra esse cœperit tẽpus. Si ergo quisque sic intelligat, cognoscens duntaxat creaturæ creatorisque distantiã, ne cœternum Deo qui fecit dicat esse quod fecit: certè vel in illo verbo elucebit numerus p-
Gen. 1. sonarũ, vbi dictũ est, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã: &, Fecit Deus hominẽ ad imaginẽ Dei. Quanquam etiã si non appareret, & sub vnitatis appellatione trinitas intelligẽtib⁹ insinuaretur, nõ ideo contrariũ principiũ Geneseos, Euangelij principium videri debuit prudentibus. Nõ enim videri nisi imprudentibus potuit: habemus enim taliũ in Scripturis locutionũ innumera exẽpla. Ipse Dominus loquens ait,
Matth. 5. Ego autẽ dico vobis, Nõ iurare omnino: neque per cęlũ, quia sedes Dei est, neque per terram, quia scabellũ pedũ eius est. Nunquid propterea quia ibi se nominat, fortasse negaturi sunt quòd sedeat Christus in cęlo? Itẽ
Rom. 11. dicit Apostolus, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & sciẽtiæ Dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cõsiliarius illi fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sęcula sęculorũ. Etiã hic filij mẽtio nominatim facta est: vnũ dicit esse Apostolus Deũ & Dominũ, ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia. Cur ergo isti Moysen sibi elegerũt, quẽ Ioanni euãgelistæ opponerẽt, Paulũ autẽ apostolũ ei opponere noluerunt? Quia scilicet imperitis hominibus duo Testamẽta persuadere voluerunt esse cõtraria: vt vno teste vtantur, alterũ respuant. Hoc enim profitetur error ipsorum. Nã si esset alius, cuius itẽ dementissimus furor ipsum nouũ Testamentũ sibi contrariũ apud imperitos conaretur ostẽdere: quid aliud ageret, nisi quẽadmodum isti Moysen & Ioannem, ita illi Paulum & Ioannẽ, tanquam inimicos rixantẽsque, proponeret? Si antẽ sincerissima & verissima fides cõmẽdat Pauli Ioãnisque concordiã: & in eo quod B. Paulus ait, ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, nõ solùm patrẽ & filiũ & spiritũ sanctũ docet intelligi: sic Moysi & Ioannis pacem intuens, in eo quod Moyses dixit, In principio fecit Deus cælũ & terrã: si principiũ accipit tem-
D poris, nihil aliud in eo quod dictum est, Deus, nisi trinitatis vnitatem agnoscit: aut principium in quo fecit Deus cælũ & terrã, ipsum filiũ incunctanter amplectitur. Multa sunt alia quæ secundũ has regulas locutionis diuinarum Scripturarũ cõmemorare possimus: sed ne oneremus memoriam sanctitatis vestrę, ista cõmemorasse sufficerit. Cætera vosipsos quęrere, vel cũ Scripturæ legũtur, aduertere, atq; inter vos cõsiderare concorditer & pertractare adhortamur. Conuersi, &c.

Tractatus secundus eiusdem contra eosdem Manichæos, de eo quod scriptum est in Aggæo propheta, Meum est aurum, & meum est argentum.

Aggæi 2.

SERMO XV. CAP. I.

DE Aggæo propheta Manichęi calũniantur, inuidiosè accusantes quod dixerit in persona Dei loquẽtis, *Meũ est aurum, & meũ est argentum*: & quia Euangelium veteri legi student pugnaciter comparare, vt sibi vtræq; Scripturæ velut aduersariæ cõtrarięq; videantur, ita proponũt quęstionẽ: In Aggæo, inquiunt, propheta scriptũ est, Meum est aurũ, & meũ est argentũ: in Euãgelio autem, Aggæi 2. Luc. 16.
Saluator noster mammona huiusmodi iniquitatis speciem appellauit. De cuius vsu beatus Apostolus ad Timothæũ scribens: Radix autem omniũ malorum, in-
1. Tim. 6. quit, est auaritia. Quã quidã appetẽtes, auersi sunt à fide: & inseruerũt se doloribus multis. Hæc ipsorum est propositio quęstionis: vel potius veterum Scripturarũ per quas Euangeliũ prenunciatũ est, ex ipso Euangelio quod per eas prenunciatum est, accusatio. Nã si quæstionem proponerent, forsitan quærerẽt: si autem quærerent, forsitã inuenirent. Cur autem non miseri intelligunt, quod apud Aggæum loquẽs Dominus, propterea dixerit, Meũ est aurum, & meum est argentũ: vt & ille qui non vult cum indigentibus cõmunicare quod
B habet, cũ audit pręcepta faciendę misericordię, intelligat Deum nõ de re illius cui iubet, sed de re sua iubere donari: & ille qui aliquid porrigit pauperi, nõ se arbitretur de suo facere, ne fortè non tã confirmetur misericordię nomine, quam inflectur superbię vanitate? Meũ est, inquit, aurũ, & meũ est argentũ, nõ vestrum, ô diuites terræ. Quid ergo dubitatis dare pauperi de meo, aut quid extollimini cũ datis de meo? ET vis CAP. III.
videre, quàm iusti iudicis res est aurũ & argentũ? Auar⁹ vnde torquetur, inde misericors adiuuatur. Rem suam diuina distribuente iustitia: & rectè facta inde manifestantur, & peccata inde puniuntur. Namque aurum & argentũ & omnis terrena possessio exercitatio humanitatis est: & suppliciũ cupiditatis. Cùm talia Deus bonis hominibus tribuit, ostendit in eis quanta contẽnat animus, cuius diuitię sunt ipse Deus qui tribuit.
C Nõ enim potest quisque apparere contẽptor, nisi eius rei cuius possessor effectus est. Nã & qui non habent, possunt ista contemnere: sed vtrũ fingant, an verè contemnant, Deus videt qui cordis inspector est: hominibus autem vt imitari possint, cogitatio contẽnentis nõ nisi in manibus erogantis inspicitur. Cùm autẽ malis hominibus Deus ista concedit, ostendit in eis quomodo & in ipsis bonis quę De⁹ largitur, crucietur animⁿ, cui viluit qui tanta largitur. Bonis enim subministrat occasiones beneficiorum: malos torquet timore damnorum. Et ideo si amittant vtrique aurum & argentũ, isti cælestes diuitias læto corde retinebunt: illis autem & bonis temporalibus inanis domus, & bonis æternis manior conscientia remanebit. Illius est ergo aurum & argentum, qui nouit vti auro & argento. Nã etiam inter ipsos homines tũc quisque habere aliquid dignus est, quando bene vtitur: nam quod iustè non
D tractat, iurè non tenet. Quod autem iurè non tenet, si suum esse dixerit, non erit vox iusti possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas.

CAP. III. QVAPROPTER si homo non importunè dicit aliquid suum, non quod iniqua & stulta cupiditate occupauerit, sed quod prudentissima potestate & moderatione iustissima tractauerit: quanto magis Deus verè ac ‡perfectè suum esse dicit aurum & argentum, al. proprie.
quod & largissima bonitate condidit, & iustissimo administrat imperio: vt sine ipsius nutu atque dominatu, nec mali ad auaritiæ supplicium, nec boni ad vsum misericordiæ possint habere aurum & argentum? Quod tamen & instituere vt sit, & vt alteri adsit, alteri desit, distribuere atque ordinare non possunt. Si autem solis malis in potestatem daretur aurum & argentum, rectè putaretur malum: Si solis bonis, rectè putaretur magnũ aliquod bonũ. Rursus si solis malis deesset, videretur magna pœna paupertas: si autẽ solis bonis

bonis deesset, videretur summa beatitudo paupertas. Nunc si scire vis aurũ bene haberi posse, habent & boni: si scire vis non eos per aurum bonos esse, habent & mali. Item si scire vis quàm non sit miseria paupertas, sunt quidã pauperes beati: si scire vis quàm nõ sit beatitudo paupertas, sunt quidam pauperes miseri. Ita ergo aurum & argentum distribuit hominibus conditor rerum & administrator Deus: vt ipsum per se natura & genere suo bonum sit, quamuis non summum & magnũ bonum, & pro gradus sui ordine laudabilem conditorem vniuersitatis ostendat, copia verò eius non extollat bonos, nec elidat inopia; malos autẽ & cùm offertur excæcet, & cùm auferitur excruciet.

CAP. III. RES ergo condita & ad conditoris laudem, & ad bonorũ probationẽ, malorumq; supplicium, rectè vituperari nullo mõdo potest: & eã verissimè Deus dicit suam, quã nõ solùm cõdidit affluẽtissima bonitate, sed etiã prouidentissima moderatione dispẽsat. Cùm autẽ B hoc genus rerum Dominus in Euangelio mammona iniquitatis appellat, significat esse alterum mammona, id est, alias diuitias, quas nisi iusti & boni possidere nõ possunt, vt ideo mãmona iniquitatis vocetur, quia iniquitas eas vocat diuitias. Iustitia verò nouit esse alias diuitias, quibus homo adornatur interior: sicut beatus Diuitiæ duplices.
Petrus dicit, Qui est ante Deũ diues. Illæ iustæ dicũtur 1. Petri 3.
diuitiæ, quia bonis meritis iustisq; tribuuntur. Illę verę dicũtur diuitiæ, quia quisquis eas habuerit nõ egebit. Istæ verò iniustæ diuitiæ, non quia iniustũ est aurum & argentũ: sed quia iniustũ est eas putare diuitias, quę nõ auferũt egestatẽ. Tãto enim quisq; magis ardebit egestate, quãto magis eas diligẽs maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diuitiæ, quibus crescentibus crescit inopia: quæ amatoribus suis quãto fuerint ampliores, non auferũt satietatem, sed inflammant cupiditatem? diuitẽ tu putas, qui minus egeret, si minus haberet? Nã C ex ea vos diuites fieri putaueritis. Quoniam diuitię vestræ quæ sunt veræ diuitiæ, quæ vos ab omni indigentia liberabunt, non sunt terrenis facultatibus comparandæ. Sed vt illis frui meritò possitis, prius istis benę vtendum est: quæ non sunt diuitiæ veræ nec vestræ, quia iniustæ dicuntur diuitiæ. Non enim auferũt egestatem: & eas diuitias iniqui putãt. Istis enim se ab indigentia liberari arbitrantur: vos autem alias, id est veras & vestras debetis desiderare diuitias. Sed si in iniusto mammona fideles non fuistis, verum quis dabit vobis: Et si in alieno fideles non fuistis, vestrũ quis dabit vobis? Quanquam Manichæos proprio more prophe-
ticis dictis calumniari manifestum sit. Quisquis enim eiusdẽ Scripturę circumstãtiam vel mediocriter inspexerit, inueniet non de hoc argẽto vel auro, quo auaritia imprudenter insanit, dixisse Prophetam, sed de illo po-
tius cuius etiam Apostolus meminit, dicẽs: Si quis au- 1. Cor. 13.
D tem ædificat supra fundamentum aurum & argẽtum, lapides pretiosos. Quo auro & argẽto diues est ille thesaurus, quẽ in agro ipse Dominus inuẽtum, & à quodã mirabiliter laudabiliterq; auaro venditis omnibus suis emptum esse testatur. Nam ipsum Dominum prenũcians, & noui seculi, hoc est, Ecclesiæ tempora figuratũ, vt solet, Propheta designans, sic dicit: *Adhuc vnum* Aggæi 2.
modicũ est, & ego commouebo cælum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gẽtes: & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domũ istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est aurum, & meum est argentum, dicit Dominus exercituũ. Magna erit gloria domus istius nouissimæ ‡ super primæ, dicit Dominus exercituũ, & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

Aggæi 2.

Dementia est, crimen malè vtentium in res ipsas transferre.

Rom. 1.

Nota.

SI vellent isti non esse canes & porci, quibus sanctum dare & margaritas proiicere prohibemur, sed petentes accipere, & quærentes inuenire, & pulsantes CAP. VII.

tuperant, cùm plerũque homines de vsu solis & luminis in ædificiis suis lites iniustissimas concitant? Et vt A fenestris suis radij liberiores aliquanto largiùs infundantur, domos alienas deiicere sæpe moliuntur: & eos qui contradixerint, etiam si iure certissimo cõtradicãt, inimicitiis acerbissimis insectantur. Si quem igitur infirmorũ potentior aliquis iniustè ac nefariè propter vsum solis oppresserit, diripuerit, in exilium etiã mortẽq; compulerit, solis est crimẽ, quo ille abundantius vti desiderat, an potius malè vtẽtis iniquitas: qui dum cupit corporis oculis temporale lumẽ largius acquirere, cubiculum cordis luci non aperit æquitatis?

Ex quo isti si possunt intelligant, aut aurum & argẽ- CAP. VI.
tum se accusare non oportere, quãuis de auro & argẽto sępe homines cupidissimi dimicẽt: aut accusationes suas de terra in cælum, & de metallis fulgentibus in sidera, atque in ipsum solem se debere transferre, quãdo iniqui homines inexpiabili sæpe discordia de possidẽda solis luce consligunt. Simul etiam discant, quid interſit inter hanc lucem visibilem, lucemq; iustitiæ. Siquidẽ fieri potest, vt quanto maiori auiditate frui quisque hac luce voluerit, tanto maiori cæcitate à iustitiæ luce deficiat. Nulla enim creatura homo iustificari potest: sed vt creaturis omnibus iustè vti possit, à creatore iustificandus est. Itaque ipse Dominus, quamuis auaritiam sicut iustus iudex vbique condemnet, vsum tamen copiatum terrenarum tanquam verus magister ostendit, in eo ipso loco quem isti tanquam cõtrarium prophetæ obicere voluerunt. Ait enim: Facite vobis Luc. 16.
amicos de mammona iniquitatis: hoc est, quæ mãmona iniquitatis est, vestra mammona esse non debet. Tũc enim iustè poteritis vti rerum copia terrenarum, & amicos inde facere, qui vos recipiãt in ęterna tabernacula: si mammona ista vobis non fuerit, id est, si non

Diuitiarũ pius vsus.

Dementia est, crimen malè vtentium in res ipsas transferre.

Rom. 1.

Nota.

sibi aperiri desiderarēt: quàm possent fortasse etiā sine vllo interprete, duce ipso sancto spiritu sentire quę dicta sunt, ad noui populi, hoc est, ad Christiani populi, cuius sacerdos magnus est Iesus filius Dei, sine vlla caligine pertinere? Certè vel eo loco vbi dictū est, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terrā, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. De nouissimo enim Domini, id est, secundo aduentu, quo in claritate venturus est, versus iste prolatus est, cùm ait Propheta: Et veniet desideratus cūctis gētibus. Quādo enim primò in carne mortali per Mariam virginem venit, nondū desiderabatur à cunctis gentibus: quia nōdum crediderant. Disseminato autem Euangelio per omnes gentes, in omnibus gentibus desiderium eius accendit: Per omnes enim gētes erunt electi eius, qui toto corde in oratione dicant, Veniat regnum tuum. Sed primus aduēt- Matth.6.
tus misericordiam præseminauit iudicio: in quo iudicio secundi aduentus claritas eminebit. Prius ergo oportebat moueri cælum, cùm eum concepturæ virgini angelus nunciauit, cùm Magos ad eum adorandū stella perduxit, cùm rursus angeli natum pastoribus indicauerunt. Moueri terram, cùm eius miraculis turbaretur: moueri mare, cùm iste mundus persecutionibus fremeret: moueri aridam, cùm in eum credentes esurirent sitirentq; iustitiam: moueri denique omnes gētes, cùm Euangelium eius vsquequaque discurreret. Tunc deinde veniret desideratus omnibus gētibus, sicut propheta pronūciante, venturus est, & implebitur domus ista gloria, id est, Ecclesia.

CAPVT VIII. CONSEQVENTER itaque subiecit, Meū est aurum, & meum est argentū. Omnis enim sapientia quæ nomine auri figuratè significatur, & ęloquia Domini eloquia casta, argentū igne probatum terrę, purgatum septuplum. Omne ergo tale argētum & aurum non est C
hominū, sed DOMINI: vt quoniā implebitur domus gloria, qui gloriatur, in Domino glorietur. Quia enim sacerdos ille magnus, domus huius inhabitator Dominus noster Iesus Christus, propter rediū hominis, qui per superbiā de paradiso exierat, seipsum exēplum humilitatis præbere dignatus est: quod testatur in Euāgelio clamās, Discite à me, quoniam mitis sum, & humi- Matth.11.
lis corde: ne quis forte in domo eius, id est, in Ecclesia, si quid sapiēter potuerit vel sentire vel dicere, quasi sua propria videri volens extollatur: videte quāta medicina ei detur à Domino DEO: Meum est aurum, & meum est argentum. Sic enim cōsequitur: Vt magna sit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ. Prima enim domus, id est, ciues terrenæ Hierusalē, sicut Apostolus Rom.10.
dicit, ignorātes DEI iustitiā, & suam quærētes cōstituere: iustitiæ DEI nō sunt subiecti. Videte si non isti, dum suum esse dicunt aurū & argētum, nō potuerunt ad æternam gloriā domus nouissimę peruenire. Tamē cùm dicit Propheta, Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ, nec ipsam primam sine aliqua gloria fuisse demōstrat. Nam de illa loquebatur etiam 2.Cor.3.
Apostolus, cùm diceret: Si enim quod euacuatur per gloriam est, multò magis quod manet, in gloria erit.

CAP.IX. VERSVS autē vltimus quo iste prophetę sermo cōcluditur, *Et in loco isto*, inquit, *dabo pacē, dicit Dominus exercituū*. Quid est, In loco isto, nisi terrenum fortè aliqd tanquam digito ostēdit? Quid enim potest cōtineri loco, nisi corpus? Nō absurdè ergo vltimam resurrectionem corporis intelligim⁹, qua beatitudo perfectissima terminatur: quando iam non cōcupiscit caro aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnē: hoc enim cōrruptibile induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatē. Non erit alia lex in membris repugnās legi mētis: quia in loco isto dabo pacē, dicit Dominus
A exercituū. Nā de cōtemptu terreni auri & argenti quæ Prophetę dicūt, quis aduersus diuinas voces tā surdus est, vt ignoret? Sic enim illi ad decipiendos homines de Apostolo proferūt quod ait; Radix est omnium malo- 1.Tim.6.
rum auaritia: quam quidā sectātes à fide peerrauerūt, & inseruerūt se doloribus multis: quasi facilè inuenias aliquem librum veterum scripturarum, vbi nō culpetur auaritia, & digna execratione damnetur. Sed quia de auro & argento nunc quæstio est, cur non audiūt Prophetam dicētem: Sed & argentū & aurum eorum Ezech.7.
nō poterit liberare eos in die iræ DOMINI? Hoc solum si quisquam sciens audiat, & animæ suæ medullis infundat, nónne se totum à blandimētis falsę felicitatis alienans, in amplexū Dei vetere homine exutus, vt se immortalitate cooperiat, aduocabit? Sed quid iā diutius de hac quęstione tractemus? Credo esse manifestū charitati vestræ, Manichæorū sectā non veritate, sed fraude agere cùm imperitis, vt Scripturas totas non totis
B nouas veteribus præferant: sed sentētias excerpendo, quas velut aduersas sibi esse conātur ostēdere, vt decipiāt imperitos. Nulla est autē de ipso nouo Testamētō vel Apostoli Epistola, vel etiā liber Euangelij, de quo non possint ista fieri: vt quibusdam sententiis ipse vnus liber sibi videatur esse contrarius, nisi eius tota cōtentio diligentissima lectoris intentione tractetur.

Tractatus tertius eiusdē contra Manichæos, de eo quod scriptum est in Iob, Et ecce venerunt angeli in conspectum Dei, & diabolus in medio eorum, &c. & de eo quod in Euangelio dicitur, Beati qui puro sunt corde. SERMO XVI. Iob 1.

CAP.I. IN diuinis & sanctis veteribus libris fraudulētissima fallacia Manichæos insidiari, iā vestræ prudētiæ, dilectissimi fratres, satis probatū esse cōfidimus. Offerimus tamē adhuc eorū dolos inspiciēdos obtu-
C
ribus cordis vestri: vt non solùm eos, quantū ad vos pertinet, euitetis, sed etiā vt alios infirmos & diuinarū lectionum rudes, vt quisq; vestrūm potest, euitare atque contēnere doceatis. Apud Iob scriptum est, inquiunt, *Ecce venerūt angeli in conspectum Dei: & diabolus in medio* Iob 1.
eorum. Et Deus ait diabolo, Vnde venis? Qui respondens dixit, Circuiens totū orbē aduenī huc. Hic, inquūt, demōstratur, diabolū nō solùm vidisse DEŪ, sed etiā locutū esse cum eo. In Euāgelio autem dicit, *Beati qui puro sunt corde: quo-* Matth.5.
niā ipsi Deum videbunt. Et iterū dicit: Ego sum ianua, nemo potest venire ad patrem, nisi per me. Deinde adiūgunt ratiocinationē, dicentes: Si igitur hi soli qui sunt puro corde vident Deū, quomodo sordidissimo & immundissimo corde diabolus potuit videre Deum? aut qualiter per ianuam, hoc est, per Christum ingreditur?
D Iterum Apostolus, inquiunt, testatur & confirmat dicens, Quòd neque principes neque potestates neque virtutes Deum cognouerunt. CALVMNIA quidem illorum his omnino verbis hucusque proponitur, CAP.II.
& reuera quæstio est prudenti discutienda Christiano. Sed eam calumniam proponentium animus facit, vt similiter imperitos ad sibi credendum à saluberrima Scripturarū authoritate detorqueāt. Sed primò ab istis vellem quærere, vbi Adimantus apud Apostolū lege- Adimantus Manichæus.
rit, (nam talium calumniarum iste conscriptor est) vellem ergo diceret vbi legerit testantē Apostolū & confirmātem, vt dicit, quòd neque principes neque potestates neque virtutes Deū cognouerint: cùm DOMINUS etiā hominum in se credētium dicat angelos quotidie Matth.18.
videre faciem patris: nisi fortè illud quod Paulus apostolus ait, Sapientiam loquimur inter perfectos: sapiē- 1.Cor.2.
tiam autem nō huius seculi, neque principū huius seculi,

culi, qui euacuantur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, quā præfiniuit Deus ante
A secula in gloriā nostram, quam nemo principū huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nūquam DOMINUM gloriæ crucifixissent. Si istum locum iste conferibere cogitabat, cur addidit potestates & virtutes, quod non ibi dictum est, & detraxit, quod huius seculi dictū est? Sed vtinam hoc errore potiⁿ quàm malitia fecerit. Veruntamē etiam si hoc modo dixisset Apostolus, nūquid propterea diabolus vocem Dei audire nō potuit? Scriptum est enim, quòd in conspectum Dei venerit: non scriptum est, quòd Deum ipse cōspexerit. Principes enim huius seculi aut superbi homines intelligūtur, & vana pompa iactationis elati: aut ipse diabol⁹ & angeli eius. Nam principem vel magistratum huius seculi eū DOMINUS apertissimè appellat: quia seculi huius nomine peccatores intelligūtur, quorū spes nulla est, nisi in hoc seculo. Sicut enim dicitur mala dom⁹, cùm B significantur habitatores eius: sic malum hoc seculum dicimus, cùm eos significamus qui corde hoc seculum inhabitant, hoc est, quorū conuersatio non est in cęlis. Nostra enim, dicit Apostolus, conuersatio in cælis est. Diabolo autē seruiunt cuncta peccata, qui libero arbitrio princeps voluit esse peccati, propterea princeps huius seculi dicitur. Quam regulam intelligentię moneo cordibus vestris infigatis: adiuuabit per hanc DŌS ad multa Scripturarum discutienda atque soluēda, de quibus illi laqueos mittiunt erroris sui.

Principes huius seculi. Seculūm peccatores. Phil.3. Diabolus princeps peccati. Princeps huius seculi.

CAP.III. CVM ergo scriptum non sit, quòd diabolus viderit Deum, sed tantùm quòd venerit cum angelis in cōspectum Domini, vocemq; eius audierit: cur isti miseri de visione Dei calūniari Scripturis, & imperitos peruertere student? Quapropter hæc eorum propositio, breuissima responsione superatur. Quantalibet enim loquacitate perquirant, quomodo viderit diabolus DEŪ: C
respondemus, Nō vidit diabolus Deum. Dicēt: Quomodo ergo cum eo locutus est? Hic verò non à nobis, sed à cæcis hominibus conuincenda est cæcitas cordis ipsorū. Hi enim qui carnalibus oculis cęci sunt, quotidie loqui possunt cū his quos videre nō possunt. Quomodo ergo venit, inquūt, in conspectū eius? Quomodo cæcus in conspectū videntis, quē ipse nō conspicit? Et istæ quidem similitudines, dilectissimi fratres, ideo dictæ sint, vt hominum carnalū refellatur improbitas: vt si fieri potest, hoc modo repulsi, ad discendi mānsuetudinem pia corda conuertant. Nunquid enim Deus continetur loco, quem præsentem habet omnis angelica & humana conscientia, non solùm bonorum, sed etiam malorum? Verùm hoc interest, quòd bonis cōscientiis adest vt pater, malis vt iudex: quomodo scri- Psal.10.
ptū est, Dominus interrogat iustū & impium. Itē scri- Sapient.1.
ptū est, In cogitationibus impij interrogatio erit. Nec D
vehementius in auribus corporis Deus est, quàm in secreto cogitationis: interrogat vbi solus audit, solus auditur. Nónne etiam mali homines, si quando verū loquuntur, & non eis creditur, iurant & dicunt, Testis est Deus, & verissimè dicunt? Vbi quæso testis est? In lingua, an in corde? In sono vocis, an in silentio conscientiæ? Vnde autem plerunque stomachantur, quia nō sibi creditur, cùm verum se dicere nouerint, nisi quia cor suum nobis aperire non possunt, vbi Deus est testis?

CAPVT IIII. Variis modis loquitur nobis Deus. Matth.1. Act.1.26.

MVLTI autem modi sunt, quibus nobiscū loquitur Deus. Loquitur aliquando per aliquod instrumētum, sicut per codicem diuinarum Scripturarum: loquitur per aliquod elementū mundi, sicut per stellam Magis locutus est. Quid est enim locutio, nisi significatio voluntatis? Loquitur per sortem, sicut de Matthia in locū Iudæ ordinando, locutus est: loquitur per animam humanā, sicut per Prophetā: loquitur per angelum, sicut Patriarcharum & Prophetarum & Apostolorum quibusdā locutum esse accipimus: loquitur per aliquam vocalem sonantemq; creaturam, sicut de cælo voces factas, cùm oculis nullus videretur, legimus & tenemus. Ipsi denique homini non extrinsecus per aures *æquè aut oculos, sed intus in animo non vno modo al.eius.
Deus loquitur, sed aut in somnis, sicut Labā Syro, ne Iacob seruum eius in aliquo lęderet, & Pharaoni de septem annis opulentis totidemq; sterilibus demonstratum est: aut spiritu hominis assumpto, quā Græci ecstasin vocāt: sicut oranti Petro vas plenum similitudinibus crediturarum gentium visum est submissum esse de cælo: aut in ipsa mente, cùm quisque maiestatē vel voluntatem intelligit: sicut ipse Petrus ex illa ipsa visione, quid se agere vellet Dominus, apud seipsum cogitando cognouit. Non enim hoc quisquam potest, nisi apud se intus sonāte quodam tacito clamore veritatis agnoscere. Loquitur etiam Deus in bonorum malorumq; conscientia. Nam & approbare quod bene facit, & improbare quod peccat, nemo rectè potest: nisi ad cadē illa in silentio cordis vel laudāte vel clamāte voce veritatis. Veritas autē Deus est. Quæ cùm tam multis modis loquatur hominibus & bonis & malis, quāquā non omnes, quibus tot modis loquitur, possint quoque eius substantiam naturamq; conspicere: quis hominū potest coniiciendo aut cogitādo colligere, quot & quibus modis eadem veritas loquatur angelis, siue bonis, qui eius ineffabili specie & pulchritudine per mirabilem charitatem contemplando perfruūtur: siue malis, qui deprauati per superbiā suam, & ab ipsa veritate in inferioribus ordinati, possunt quibusdam latentibus modis vocem eius audire, quamuis faciem videre digni non sint? QVAPROPTER, dilectissimi fratres, CAP.V.
fideles Dei, & Catholicæ matris germanissimi filij, nemo vos decipiat venenatis cibis, etiam si adhuc estis lacte nutriendi. Perseuerantes nunc ambulate per fidem veritatis: vt certo & opportuno tempore ad speciem veritatis eiusdem venire possitis. Sic enim Apostolus dicit, Hic manentes corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem. Ad 2.Cor.5.
speciem autem visionis patris, fides Christiana perducit. Vnde Dominus dicit: Nemo venit ad patrem, nisi Ioan.14.
per me. Sine causa ergo isti quærunt, quomodo diabolus ad Deum potuit venire per Christum. Diabolus enim ad illam contemplationis beatitudinem nō potest peruenire, quò eos qui puro sunt corde fides Christiana perducit. Nec ideo tamen diabolus vocem Dei loquentis audire non potuit, sicut multi homines etiā qui non crediderunt Christo, potuerunt vocem audire de cælo dicentis Dei, Et clarificaui & clarificabo: Ioan.12.
cùm Dominus dixisset, Pater, clarifica filium tuum.

CAP.VI. QVOD autem scriptum est, diabolum venisse in conspectum Dei, non ideo scriptum est, quia quisquā potest aliquando conspectum Dei fugere, cuius oculis cuncta subiecta sunt, & cui cordis cuiuslibet profunditas patet: sed quia in secreto creaturæ acta sunt quæ Scriptura narrauit, propterea scriptū est, Et ecce venerūt angeli in conspectū Dei: quamuis à conspectu Dei nunquam recedant. Quocunque enim mittuntur, ibi quoque præsto est conspectus Dei. Sed illic propriè cōspectus Dei dicitur, quò humanus non potest penetrare cōspectus: sicut secreta cōsciētiæ. Propterea cùm redarguimus mentiētem, nōn eū dicimus in cōspectu Dei locutum: quia nō hoc locutus est, quod in animo eius conspicit Deus, quò conspectum dirigere nō potest homo. QVIA ergo hæc tam latenter gesta sunt, CAP.VII.
vt indicari hominib⁹ per Scripturas sanctas nisi facto

spiritu reuelante non possent, in conspectum Dei ventum esse, atque ibi gesta esse narrantur. Quòd autem diabolus in medio angelorũ fuit, si bonos angelos intelligis, sic in medio eorum intellige diabolũ, sicut reus in medio apparitorũ iudici audiẽdus assistit. Non enim Scriptura declarat quales illi angeli fuerint. Si autem in medio angelorum malorum, quid mirum est, principem ac ducem turba ministrorũ suorum esse circundatum? Si autem in conspectum Dei quod dictũ est sic accipias, vt illi in conspectum Dei veniant qui non solùm conspiciuntur ab eo, sed etiam conspiciũt eum: sic intelligẽdum est in medio eorum fuisse diabolum, vt tamen Deum, quem ipsi videbant, ille non viderit, vt etiam per aliquem sanctorum angelorum deus diabolo sic locutus. Nec tamẽ in libro scriptũ est, nisi dixit Deus, sicut etiã in negotiis publicis, quanquam pleraque per præconem iudex loquatur: iudicis tamen nomen, cùm gesta scribuntur, non etiam præconis inseritur. Sicut autem aliquis homo visione Prophetica indignus, potest tamen in medio Prophetarum stare, vt tantum audiat quod per eos dicit Dominus, nec tamẽ videat quod illi vidẽt: sic potuit & diabolus esse in medio sanctorũ angelorum Deum vidẽtium, per quos audiret vocem Dei, quem videre ipse non posset.

Capvt viii. Alluſio. Et machinamẽta quidem Manichæorũ quantum ad hanc quæstionem pertinet, multis modis soluta esse perspicitis, vt nõ iã putetis, charissimi fratres verè diabolum sic locutum esse cum Deo, vt etiã faciem veritatis, quã pura corda cõspiciunt, videre potuerit: aut ad illã contemplationem beatitudinis venerit, quò nemo nisi per Dñm Iesum Christum venire permittitur. Sed tamen multum admiror hominũ istorum impudẽtiã, qui de visione substantiæ diuinę calũniari nobis volũt, & id quod scriptum non est de Scripturis nostris mentiuntur, quòd Deum diabolus viderit: & tantam hinc inuidiam conflare conãtur, vt quisquis exhorruerit, & indignum esse iudicauerit vt diabolus viderit Deũ, penitùs à diuinarum Scripturarum authoritate suspiciosa ignorantia non intelligens quod scriptũ est auertatur: cùm ipsi Dominum nostrum Iesum Christũ deum esse non negent, & sine assumptione humani corporis eum hominibus apparuisse confingant.

Capvt ix. Qvando ergo diabolus tentare ausus est Dominũ, cùm eum videret, quid videbat? Si corpus eius videbat; habebat ergo corpus Dominus, q; nolũt perditi cõfiteri. Si autem corpus nõ habebat, ipsa diuina substantia diaboli oculis subiacebat: quam non vidẽt, nisi qui puro sunt corde, sicut ex Euangelio nobis ipsi cõmemorant. O importuna cæcitas hæreticorũ: cur Scripturas nostras, quòd Deum diabolus viderit, mẽdaciter arguis: & negãdo corpus Christi, diuinam eius substantiã diaboli oculis publicare velle conuinceris? An forte, sicut dicere solẽt, ita non habebat corpus humanũ, vt se tamẽ quasi habere mõstraret? Quis ergo verius & rectius sentit, insani: an qui credit deũ locutũ esse cũ diabolo, an qui credit Deũ nõ solùm cum diabolo locutum, sed etiã diabolo esse mẽritum? Quosdam enim angelos humanis oculis apparuisse, Scriptura commemorat: sed vtique potestati eorum corpoream creaturã ita Dominus subdidit, vt illis eam pro voluntate coaptaret. Vnde & illi quamuis nõ nati ex femina, verum tamen corpus habuerunt, quod ex qualibet specie in quãliber speciem pro sui ministerij atq; officij ratione cõuerterent: ex vera tamẽ in veram. Non enim & ipse Dominus cùm aquam conuertit in vinum, aut aquam falsam, aut vinum falsum fuisse possumus dicere.

Angeli verũ corpus assumpserunt.

Capvt x. Omne itaque corpus, cuius est natura & ordo mutabilis, ad nutũ omnipotẽtissimi cõditoris, in quascũq; species fuerit cõmutatum, à veritate tamẽ in suo genere non recedit: quoniã quacunq; varietate mutetur, & corpus tamen & verum corpus esse non desinit. Sed cùm isti omnẽ naturã corporeã, non ab omnipotente conditore Deo, sed à tenebrarum gẽte, nescio qua, esse confingant: quærimus ab eis, Dominus noster Iesus Christus vnde corpus assumpserit. Si enim nullũ corp° eum assumpsisse dicunt, quid erat illud quod humanis atq; corporeis oculis apparebat? Aut enim mẽdacium phantasmatis erat, quod execrabile est credere: aut, si ipsam diuinam substantiã suam nulla corporis assumptione humanis oculis eũ demonstrasse contẽdunt, & hanc etiam diabolus vidit: vbi est quod in ista quæstione calũniosa voce proclamãt, Beati qui puro sunt corde, quoniã ipsi Deum videbunt? Quòd si fortè dicunt, diuinã & propriã substantiam Dñi nõ talem esse apud patrẽ, qualẽ se in terris voluit nullo assumpto corpore ostẽdere: quid aliud etiã, nisi locis & tẽporibus esse mutabilẽ, miseri crediderunt? Nõ enim legere volunt, aut intelligere facilè possunt quod per Prophetã dicitur, Mutabis ea, & mutabuntur: tu autẽ idẽ ipse es, & anni tui nõ deficiẽt. Et quod in diuinæ Sapientiæ literis de ipsa sapiẽtia scriptũ est: In seipsa manẽs, inouat omnia.

Matth. 5. Psal. 101. Sap. 7.

Capvt xi. Secvndvm autẽ illorum sensum, si quis eis dicat, quid ergo miramini, si & Deus mutauit speciẽ diuinitatis suæ, vt posset eũ qui corde sordidissimo est diabolus, intueri, sicut de Christo deo vobis videtur, quid responsuri sunt nescio: quia & nũquam dicere ausi sunt, patrẽ & filium nisi vnius esse substantiæ. Et si alterius esse substãtiæ filium diceret, posset eis respõderi: Vnde igitur scitis, vtrũ cum patre an cum filio locutum esse diabolum, vetus illa Scriptura commemorat? Deinde quærimus, Solem istum videt diabolus, an nõ videt? Si videt, quomodo ergo sol Deus est, qũ diabolus videt? Si nõ videt, mali tamen homines eũ vident: quomodo ergo Deus est, quem vidẽt qui nõ puro sunt corde? Aut si vt videri posset, etiam ipse mutat° est, & nõ hoc est q; videtur: quid si ergo vos & aliud ostẽditis, & aliud estis, vt imitari etiam solem, nõ tantùm adorare possitis? Et tamen si eos interroges, vtrum cõmutabilis an incommutabilis sit diuina substantia, non possunt nisi incõmutabilem dicere; non ducti ratione, sed pudore confusi. Restat ergo, vt cogantur fateri, Dominum nostrũ Iesum Christum aliunde assumpsisse corpus, vt humanis oculis appareret. Quod si fatentur; quæro vnde assumpserit. Si de hoc mundo dicunt, quæro ipsius mundi vnde sit corpus? Cõtinuò mihi, de tenebrarum gẽte, respondent. O mira dementia! Cur ergo miseri in corpore Saluatoris timetis vterum virginis, & gẽtem dæmonum non timetis?

Capvt xii. Nos quidem vniuersam naturam corporis ab omnipotẽte cõditore deo esse profitemur: & propterea vndecunq; dominus noster assumeret corpus, de sua creatura vtique assumeret. Sed † feminã maluit humilem: qui ad liberandum perditam creaturam venerat, quę per feminam lapsa est. Vnde vtrunque sexum volens in spem renouationis & reparationis adducere, virilem in quo nasceretur, femineum per quẽ nasceretur, elegit. Vos autem qui exhorrescitis casta virginis viscera, eligite, obsecro, vnde Dominus corpus assumeret. Dicitis, omne corpus gẽtis tenebrarũ esse substãtiam. Eligite ergo, vt dixi, vnde corpus filius Dei deberet assumere. An perdidistis respondendi lucẽ, qa tenebrę vobis quocũq; oculos cõuerteritis, occurrũt: Sed caro mortalis, inquiũt, videtur immũdior. Recitate eis Apostolũ, Omnia mũda mũdis: & recitate in eos Apostolũ, Inmũdis autẽ & infidelibus, nihil est mundũ: sed polluta sunt eorum & mẽs & conscientia. Si autẽ non dicunt immũdior, sed infirmior, cõsentimus planè

Capvt xii. al. ex femina maluit humilis.

Tit. 1.

planè: & ideo Christus est nostra firmitas, quia eũ nostra nõ mutauit infirmitas. Hic agnosco Prophetæ illã vocem, Mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idẽ ipse es, & anni tui non deficient. Non solùm enim nõ eum mutauit in deterius infirmitas carnis, sed ab eo in melius ipsa mutata est. Sol iste corporeus, quẽ corpus esse non arbitrantur (vsque adeò nec quid sic corpus, intelligunt, qui de spiritalibus disputationibus se fallaciter iactant.) Sol ergo iste corporeus, tantùm quia cæleste corpus est, illuminat terram, nec ab ea ipse obscuratur. Siccat aquam, nec inde humectatur. Soluit glaciẽ, nec inde frigescit. Durat limũ, nec inde mollescit. Et Dñs noster Iesus Christus verbũ patris, per quod facta sunt omnia, virt° & sapiẽtia Dei, vbiq; prę̃sens, vbique secretus, vbique totus, nusquã inclusus, pertẽdens à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponẽs omnia suauiter: timent infelices, ne non potuerit sic hominẽ assumere, vt viuificaret mortalia, nec ab eis mortificaretur: sanctificaret carnẽ, nec inde polluereturr: dissolueret mortẽ, nec inde ligaretur: mutaret in se hominẽ, nec in hominẽ mutaretur? Aliud ex alio disputare, propter quorundam titubationẽ, & periculosam infirmitatem fidei, cõpulsi sumus. Quod autem attinet ad propositam quæstionẽ quãquam illa Scriptura (de qua insidiari quàm illuminari maluerant) Deum à diabolo visum esse, non probent: videant tamẽ ipsi quomodo gens tenebrarũ diuinam substantiam videre potuerit: quando ante pugnã, qua bonum & malum dicunt esse commixtum, nullũ adhuc corpus diuina substantia, vt ab hoste suo videri posset, assumpserat. Ex quo cognoscant, frustrà se Catholicæ fidei firmamẽta velle subuertere: cùm suas fabulas ruinosas qualibuscunque respõsionum disputationibus fulcire non possint.

Psal. 101.

Sermo xvii. Sermo d. augustini, *de eo quòd apparuit Dominus Moysi in rubo.*

Capvt i. Cvm sanctæ lectiones legerentur, in ea quæ scripta sunt in prima lectione, quæ nobis recitata est, animo intendimus, & ea quæ Dñs suggerit, breuiter cũ vestra sanctitate participare curamus: ne carnaliter accipiẽtes diuina mysteria, nõ solũ non proficiatis, sed & deficiatis. Occurrit enim primò aspectibus nostris ex illa lectione diuina, quòd Deus apparuit Moysi. Apparere autẽ per substantiam suã, sicut est, non nisi mũdis cordibus dignatur. Sic enĩ scriptũ est in Euangelio, Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt. Oculis autẽ corporalibus sanctorũ si quando Deus voluit apparere, non per seipsum, sed per creaturã visibilem atq; sensibilẽ, quantum ista carne sentiri potest, apparuit vel per vocem sonantem auribus, vel per ignem oculis, vel per angelum in aliqua visibili specie apparentem, sed personã Dei gestantem, sic intelligimus, fratres, apparuisse Moysi Deum. Non enim maiestas illa, quæ fecit cælũ & terrã, & quæ regit vniuersum mundũ, cui semper inhęrent angeli cõtemplãdo eius pulchritudinẽ, puris oculis mortalibus hominibus potuit apparere, nisi assumpta visibili & sensibili creatura, quæ ad istos oculos visibiles corporis pertinet: quandoquidem & ipsa sapientia Dei, per quem facta sunt omnia, humanis oculis nõ appareret, nisi humanam carnem assumeret.

Exod. 3. Matth. 5.

Capvt ii. Ioan. 1.

Qvomodo ergo verbum Dei, id est, filius Dei, vt appareret oculis, carnẽ assumpsit: sic semper deus vt appareret oculis hominum in aliqua creatura visibili apparere dignatus est. Nam apertissimè habes in Actibus Apostolorum, quia angelus apparuit Moysi in rubo. Nũquid ista Scriptura vera, & illa falsa est? Aut illa vera, & ista falsa est? Sed quid? si Christiani sumus, si bene credimũs: ambæ sunt verę. Si ergo ambæ sunt veræ, quomodo ibi angelus dicitur apparuisse, nisi quia illa speciẽ? Qui in Actibus Apostolorum dixit apparuisse angelum, exposuit hanc lectionẽ quomodo apparuit Deus. Illa declaratio, expositio est obscuritatis huius: ne intelligẽs Deum per seipsum apparuisse, illic tibi expositũ est quãdmodum apparuerit Deus per creaturã, angelum. Sic quid miraris quia dicitur cùm apparet angelus, dixit Deus? Et vocauit Deus Moysen, & accessit ad locum, & dixit Dominus ad Moysen? quia nõ attenditur templum angelus, sed inhabitator angeli. Ipse enim angelus templũ dei erat. Si enim dignatur in homine habitare & loqui, vt quãdo Propheta loquitur, dicatur, Dixit Deus: quãto magis per angelum? Et cùm dicitur, Dixit deus per Esaiã, quid erat Esaias? Nõnne homo portans carnẽ, natus de patre & matre sicuti omnes nos: Et tamen loquitur, & quid dicimus in eloquiis ipsius? Hæc dicit Dominus: quomodo ergo si Esaias, nisi quia Deus per Esaiam: sic & hic loquente angelo dicitur Deus loqui. Quare, nisi quia per angelum Deus?

Capvt iii. Advertite itaque soluta quæstione etiam istud in cuius rei signum videtur factum quòd in rubo apparuit, & rubus non comburebatur, non incendebatur. Et apparebat tanquam ignis, & nõ incendebat rubũ: Putamus rubum bonũ aliquid significare, cùm sint spinę? Si enim consumpsisset ignis spinas, significaret quia verbum Domini quod dictum est Iudæis, consumpsisset peccata illorum, & lex illa finiret iniquitates ipsorũ. Si enim sic ignis in rubo, quomodo lex in Iudæis: sic sunt spinæ rubi quomodo peccata Iudæorum. Sic enim non cremauit spinas, quomodo lex non cremauit peccata. Loquitur autem dominus ad Moysen: Iam illa nostris, & nõ diutius vos tenere debemus propter angustias temporis: Ego sum qui sum: Misit me qui est. Cùm enim quæreret nomẽ Dei, huic dictum est, Ego sum qui sum. Hæc dices filiis Israël, Qui est misit me ad vos. Quid est hoc? O Deus, ô Domine noster quid vocaris? Est, vocor, dixit. Quid est, Est vocor? Quia maneo in æternũ, quia mutari non possum. Ea enim quæ mutantur, non sunt, quia nõ permanent. Quod enim est manet. Quod autem mutatur, fuit aliquid, & aliquid erit: & non tamen est, quia mutabile est. Ergo incommutabilitas Dei isto vocabulo se dignata est intimare, Ego sum qui sum.

Rubus. Exod. 3. Ibidem.

Capvt iiii. Qvid est ergo quòd postea iterum aliud nomen sibi dixit, cũ diceretur, Et dixit Deus ad Moysen, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob: hoc mihi nomẽ est in sempiternũ? Quomodo illa vocor hic quia sum. Et ecce hac aliud nomẽ, Ego sum deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Quia quomodo est Deus incommutabilis, fecit omnia per misericordiã, & dignatus est ipse filius Dei mutabilem carnẽ suscipiẽdo, manens id quod verbum Dei est, venire & subuenire nobis. Induit ergo se carne mortali ille qui est, vt dici posset, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Signa iam attendite, quæ signa dedit Moysi, cùm diceret, Si mihi dixerit populus, Nõ te misit deus: quibus signis ostẽdam quia misit me? dictũ est, Proiice virgam quam habes in manu: Proiecitq; virgam, & factus est serpẽs, & exhorruit Moyses. Ait iterum Dominus, Apprehende caudã eius. Apprehendit, & facta est virga sicut erat. Dedit & aliud signũ, Mitte manum in sinem, & misit eam: produc eam, & produxit, & facta est sicut nix alba, id est, leprosa. Color enim albus in cute humana vitiosus est. Mitte illam in sinũ, iterũ misit, & recepit colorem suum. Dedit ei tertium signum. Tolle aquam de flumine, & funde in æqualem locum. Tulit & fudit, & conuersa est in sanguinem. In

Exod. 4.

his signis audiet populus tesi in primo non exaudierit, in secundo autem & in tertio audiet. Nos ea quæ significant, quantum Deus adiuuat, attendamus. Virga regnum significat, serpens mortalitatem. A serpẽte enim hominis mors propinata est. Ipsam mortem Dominus dignatus est assumere. Virga ergo veniẽs in terram, serpentis speciem habuit: quia regnum Dei, quod est Christus Iesus, venit ad terram. Mortalitate indutus est, quam infixit in cruce. Nouit autẽ sanctitas vestra, quia quãdo populus ille in eremo ceruicatus & superbus murmurasset aduersus Deum, cœpit morderi à serpentibus, & ipsis morsibus cadere. Misericordia sua dedit Deus remedium, quod præsentem quidem sanitatem afferebat, sed futuram sapientiam prædicabat. Ait Moysi, Suspende serpentem aneum in media eremo in ligno, & dic populo: Quicunque fuerit percussus, serpentẽ istum intueatur. Et percussi homines intuebãtur serpentem, & sanabantur. Et attestatur Dominus in Euangelio tali signo. Nã cùm Nicodemo loqueretur, ait: Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Sed hoc est quicunq; percussus fuerit à serpentibus peccatorũ, Christũ intueatur, & habebit sanitatem in remissionem peccatorum.

Virga. Serpens. — Num. 21. — Ioan. 3.

Capvt I. Ergo, fratres, ipsa est mortalitas quæ suscepta est à Domino, quam necesse est habere corpus eius cuius est caput homo in cælo, ita Ecclesia mortalitatẽ habet, quod vulnus inflictum est per suasionem serpentis. Debemus enim mortem peccato primi hominis, sed per eam ad vitam peruenimus æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum: sed quãdo venit ad vitam, & redit ad regnum in fine seculi. Nã ideo caudam tenuit, vbi finis est, vt ad pristinũ reuocaret. Quid illa manus? Certum est quia & illa manus populum ipsum significat. Sinus hominis quid est? Sinus Moysi secretum Dei. Cùm esset homo in secreto Dei, incolumis erat, & bono colore exiit à secreto Dei, progressus est Adam de paradiso, offenso Deo, & factus vitiosus. Facta est ergo manus illa alba, sed rediit ad sinũ per lignum Domini nostri Iesu Christi, & recepit colorem. Quid autem illa aqua? Aqua illa significat sapientiam. Sæpe enim posita est aqua in similitudine sapientiæ. Et dictum est, Riet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã æternã. Sed aqua illa sapientia, quę in terra sanguis effecta est, non nobis ostẽdit verbum carnem factum, & habitantẽ in nobis. Vt iique ostendit: omnia ergo futuri seculi signa sunt & mysteria de Domino nostro Iesu Christo. Et si qua alia sunt in veteribus libris sacramẽta, illa siue intelligam⁹, siue non intelligamus: quærentem desiderant, non reprehendentem. Petamus ergo, quæramus & pulsemus: vt aperiatur nobis. Illis futura prædicta sunt sacramentis: nos præsentia videmus in Ecclesia. Conuerti ad Dominum, &c.

Manus. — Sinus. — Aqua. — Ioan. 4.

Sermo xviii. Sermo d. Augvst. *de eo quod scriptum est in Psalmo, Deus, canticum nouum cantabo tibi, in psalterio chordarum, &c.*

Capt. Psal. 32. Voniam scriptũ est, *Deus, canticũ nouũ cantabo tibi, in psalterio decem chordarũ psallam tibi:* decem chordarum psalterii; decẽ præcepta legis intelliguntur. Cantare autẽ & psallere, negotiũ esse solet amantiũ: veterus enim homo in timore est, nouus in amore: ita etiam duo Testamẽta discernimus, vetus & nouũ, quæ in allegoria dicit Apostolus etiã in Abrahæ filiis figurari: vno de ancilla, altero de libera, quæ sunt, inquit, duo Testamẽta. Seruitus enim pertinet ad timorẽ, libertas ad amorem. Dicit enim Apostolus, Non enim accepistis, fratres, spiritũ seruitutis iterũ in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater. Dicit & Ioannes, Timor nõ est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Charitas ergo cantat cãticum nouũ. Nã timor ille seruilis in veteri homine cõstitutus, potest quidẽ habere psalterium decẽ chordarum, quia & Iudæis carnalibus data est lex ipsa decem præceptorũ: sed cantare in illa non potest canticũ nouum. Sub lege est enim, & implere non potest legem. Organum ipsum portat, non tractat: & oneratur psalterio, non ornatur. Qui autem sub gratia est, non sub lege, ipse implet legem: quia nõ est ei pondus, sed decus: nec timenti tormentũ est, sed amanti ornamentum. Spiritu enim dilectionis accensus, iã in psalterio decem chordarum cantat canticum nouum.

Ioan. 3. — Galat. 4. — Ibidem. — 1. Ioan. 4.

Nam sic dicit Apostolus: Qui enim diligit alterum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non homicidiũ facies, non furaberis, non cõcupisces: & si quod est aliud mãdatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo autẽ legis, charitas. Dominus etiã quia dixerat, Nõ veni soluere legem, sed adimplere: propterea tale mãdatũ discipulis dedit vnde lex ab eis posset impleri. Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Non ergo mirum, si mandatum nouum cantat canticũ nouũ: quia, sicut dictum est, psalteriũ decem chordarum decem præcepta sunt legis, & plenitudo legis, dilectio est. Paucas autẽ inde chordas cõmemorare Apostolus voluit, vt ex eis cætera intelligantur: vbi ait, Nam non adulterabis, nõ homicidium facies, &c. Nam sicut duo sunt præcepta dilectionis, ex quibus Dominus dicit totã Legem Prophetasq; pendere, satis ostendens dilectionem esse plenitudinẽ legis: ita ipsa decẽ prẽcepta in duabus tabulis data sunt. Tria quippe dicuntur in vna tabula esse cõscripta, & septem in altera. Sicut autẽ illa tria pertinent ad dilectionẽ Dei, ita septem cætera dilectioni proximi deputantur. Primvm est illorum trium: Audi Israël, Dominus Deus tuus † Dominus vnus est. Non facies tibi idolum aut cuiusquã similitudinem, neque quæ in cælo sursum, neque quæ in terra deorsum, &c. quibus ad vnius Dei cultum relicta idolorũ fornicatione constringit. Secundum autem præceptum est: Non accipies nomen Domini tui in vanum. Tertiũ, de obseruatione sabbati. Credo propter trinitatem tria prẽcepta pertinent ad dilectionem Dei: vnitas enim diuinitatis à patre habet exordiũ. Inde primum prẽceptum de vno Deo maximè loquitur. Admonemur autẽ secundo præcepto, ne filium Dei creaturam putemus, si eum acceperimus inæqualẽ patri. Omnis enim creatura, sicut dicit Apostolus, vanitati subdita est: ibi autem præcipitur, ne nomẽ Domini Dei nostri in vanũ accipiamus. Iam verò donũ Dei, quod est spiritus sanctus, promittit requiem sempiternã, quæ sabbato figuratur: vnde nos sabbatum spiritualiter obseruamus, si nõ faciamus opera seruilia. Ab his enim etiam carnali intellectu Iudæi sabbato prohibentur. Quia autẽ spiritalia vult intelligere opera seruilia, audiat Dominum dicẽtem, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

Capt. iii. — Exod. 20. al. *Deus.* — Sabbatũ spirituale. — Ioan. 8.

Peccatvm autem non solum illud est, quod in tui pia aut iniquo facto apparet hominibus: sed etiam si habeat speciem boni operis, & tamen propter mercedem temporalem fiat, non propter requiem sempiternam. Quodlibet enim quisque facit, si hoc animo facit, vt terrenum emolumentum consequatur, seruiliter facit, & ideo sabbatum non obseruat. Gratis enim amandus est Deus: nec anima potest nisi in eo quod diligit, requiescere. Æterna autem requies ei non datur, nisi

Capt. iiii. — Gratis Deus amãdus.

tur, nisi in dilectione Dei, qui solus æternus est, & ipsa est perfecta sanctificatio, & spiritale sabbatũ sabbatorũ. Quapropter quoniã in Spiritu sancto sanctificamur: quis est quem non moueat ad magnum sacramentum intelligendum, quòd in tribus præceptis ad Deum pertinentibus, tertium præceptũ est de sabbato? Et in his omnibus quæ Scriptura in libro Geneseos Deum fecisse commemorat, non ibi dicitur sanctificasse nisi diẽ septimum, quod significat sabbatum. Septẽ verò præceptorũ quæ dilectioni proximi tribuuntur, primũ est, Honora patrẽ tuum, & matrem tuam. Secundum, Nõ occides. Tertium, Non mœchaberis. Quartum, Non furaberis. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum, Nõ concupisces vxorẽ proximi tui. Septimũ, Non concupisces rem proximi tui. Huic distributioni manifestè attestatur Apostolus, vbi dicit: Honora patrẽ tuum & matrem tuam: quod est mundatum primum.

Sabbatum sabbatorũ. — Eph. 6.

Capv. Qværitvr enim, & non in toto Decalogo inuenitur primũ: quia decẽ mandatorum illud est primũ vbi de vno Deo colendo præcipitur. Et ideo de honorandis parentibus scriptũ est in alia tabula: primumq; est, quia inde incipiunt præcepta quæ ad dilectionem proximi referũtur. Cantemus ergo canticum nouum, psallẽtes psalterio decẽ chordarum. Hoc est canticum nouum, gratia noui Testamenti, quod nos à veteri homine discernit: qui primus factus est de terra terrenus. De limo enim factus est, & amissa beatitudine in miseriam iure proiectus est, quoniã præcepti præuaricator extiterat. Sed quid dicit apud Prophetam, qui gratias agit gratię Dei per remissionem peccatorũ reconciliãti nos Deo, & renouanti præteritã vetustatem? Eduxit me, inquit, de lacu miseriæ, & de luto limi. Et posuit super petrã pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meũ canticum nouum: hymnũ Deo nostro. Hoc est canticũ nouum, quod psallit in psalterio decẽ chordarum. Nemo enim laudat Deum, id est, dicit hymnũ, nisi ori suo factis consentiat, Deũ & proximum diligẽdo. Nec se arbitrentur rebaptizatores Donatistæ ad nouũ canticũ pertinere: nõ enim cantant canticum nouum, qui ab Ecclesia, quam Deus in omni terra esse voluit, superba impietate prẽcisi sunt. Etenim alio loco idẽ Propheta dicit, Cantate domino cãticum nouum, cantate Dño omnis terra. Qui ergo cantare cum omni terra non vult, à veteri homine non recedens, nõ cãtat canticum nouum, nec psallit in psalterio decem chordarum: quia hostis est charitatis, quæ sola legis est plenitudo, quam decem præceptis ad charitatem Dei & proximi pertinentibus dicimus contineri.

Psal. 95. — Psal. 95.

Sermo xix. Psal. 93. Sermo d. Augvstini, *de verbis Psalmi, Beatus homo quem tu erudieris Domine, &c.*

Capt. Vm cantaremus Deo, diximus ei: *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & ex lege tua docueris eum.* Ergo dicit Euangelium, sonuit, Zachæus eleemosynas fecit. Discite. Quæ enim melior lex Dei, quàm sanctum Euangelium? Lex enim præsagium est Testamẽti noui, de quo Propheta, cùm legeretur, audistis: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Iacob Testamentum nouum: non secundum testamentum quod statui patribus eorum, cùm educerem eos de terra Ægypti. Testamentũ ibi promissum, hic redditum. Promissum per Prophetam, redditum per Dominũ prophetarum. Testamentum illud quod dicitur vetus, legite & videte. Lex Dei data est etiam tunc, legite, vel audite quando legitur: & videte quæ ibi promissa fuerint. Promissa est ibi terra terræ, terra fluens lacte & melle: sed tamẽ terra. Veruntamen si intelligamus spiritaliter, quando non illa terra fluxit lacte & melle, alia est terra quæ fluet lacte & melle: terra illa de qua dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra viuẽtium. Hæc enim terra morientium est. Lac & mel quæritis? Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Gratia eius significata est nomine lactis & mellis: dulcis & nutritoria est. Hæc autẽ gratia in veteri Testamento figurata, in nouo reuelata. Denique lex illa propter eos qui carnaliter sapiũt, & talia præmia quærunt à Deo, & propter † illa Deum colere volunt quæ ibi promissa sunt: audire meruit ab apostolo Paulo, Quia ad seruitutẽ generat. Quare? Quia carnaliter intelligitur à Iudæis. Nam spiritaliter intellecta, Euangeliũ est: ergo in seruitutẽ generat. Quos? Qui propter bona terrena Deo seruiunt. Quãdo illis adsunt, gratias agunt, quando desunt, blasphemant. Qui enim propter ea Deo seruiunt, vero corde seruire nõ possunt. Attendũt enim eos qui Deo nostro nõ seruiũt. Vidẽt enim eos habere propter quod ipsi Deo seruiũt: & dicũt in corde suo, Quid mihi prodest quia Deo seruio? Nũquid habeo tantũ quãtum ille q. quotidie blasphemat? Orat, & esurit, blasphemat, & ructat. Qui ad ista attẽdit, homo est: homo est de Testamẽto veteri. Qui verò in Testamẽto nouo deũ colit, nouã hæreditatem † debet sperare, nõ vererẽ. Si nouã hæreditatem speras, terram trãsi, calca vertices mõtiũ: hoc est, contemne fastigiũ superborũ. Sed quãdo contempseris & calcaueris, humilis esto, ne de altitudine cadas. Audi, Sursum cor: sed ad Dominum, non contra Dominum. Omnes superbi sursum cor habent sed contra Dñm. Si autem vis tu verè sursum habere, ad Dominũ habe. Si enim ad Dominum habueris cor sursum, ipse tenet cor tuum, ne cadat in terram. Beatus ergo vir, beatus homo quem tu erudieris Domine. Ecce loquor, ecce clamo, ecce expono. Qui me audiunt? Scio qui me audiunt: Beatus homo quem tu erudieris Domine, cui Deus in corde loquitur. Et quando ego taceo, ipse est beatus quem tu erudieris Domine, & ex lege tua docueris eum. Quid sequitur? Hucusque cantauimus: *Et ex lege tua docueris eum. Vt mitiges eum à diebus malignis: donec fodiatur peccatori fouea.* Ipse est vir qui eruditur à Domino, ipse est qui ex lege Dei discit à Domino, qui mitigatur à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Audite quid sit, Maligni dies sunt. Nũquid isthic ex quo de paradiso proiecti sum⁹, malignos dies agimus? Et maiores nostri planxerunt dies suos, & aui eorum planxerunt dies suos. Nullis hominibus dies placuerunt quos viuendo egerunt. Sed posteris placent dies maiorum: & illis iterum illi dies placebãt quos ipsi non sentiebant, & ideo placebant. Quod enim præsens est, acrem habet sensum. Non dico propius admouetur: sed cor tangit quotidie. Omni anno plerunque dicimus quãdo frigus sentimus. Nũquam fecit tale frigus: Nunquam fecit tales æstus. Semper facit ipse qui facit: Sed beatus vir quem tu erudieris Domine: vt mitiges eum à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Maligni dies. Nunquid isti dies maligni sunt, quos agitat circulus solis? Faciũt malignos dies maligni homines: & sic est propè totus mũdus. Inter turbas malignorum gemit paucitas frumẽtorum. Reuocemus ad ipsos iustos. Maligni sunt illi, & faciũt malignos dies. Quid ipsi iusti? Nonne in diebus malignis sunt, & apud seipsos: præter quod patiuntur malignos homines, inter quos gemunt? Et apud seipsos, inquã, quando sunt, attendant se, descendant in se, bene se considerent: inueniũt in se dies malignos. Bellũ nolunt, pacem volunt. Et quis non? Et cùm omnes bellũ nolint, & omnes pacem velint, reuocat ad se oculos &

Psal. 140. — Capt. ii. Psal. 33. — al. *illum.* — Galat. 4. — al. *habet.* — Capt. iii. Sursum cor. — Hier. 31. — Capvt iiii. — Dies maligni.

los & qui iustè viuit, & bellum in se inuenit. Quære à me quod bellum. Beatus homo quem tu erudieris, Domine: & ex lege tua docueris eũ. Ecce homo quærit à me, quod bellum in se patiatur iustus. Doce illum ex lege tua, loquatur Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Et vbi proiicio carnem, si sonet bellum? Si, quod Deus auertat, hostis irtuat, fugit homo: & secum trahit bellũ suum, quocunque it. Nõ dico, si malus est: prorsus si bonus est, si iustè viuit: inuenit in se quod Apostolus dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ. In isto bello quomodo sunt dies boni? Ergo maligni sunt dies: sed mitigemur. QVID est, Mitigemur? Iudicio diuino non irascamur. Dicamus illi: Bonum est mihi, quoniam humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. De paradiso elisisti, de beatitudine proiecisti: in ærũna sum, in gemitu sum, gemitus meus non est absconditus à te. Sed bonũ est mihi, quoniam humiliasti me, vt discã iustificationes tuas. In diebus malis disco quærere dies bonos. Qui sunt dies boni? Nolite illos modò quærere: mihi credite, imò mecum credite, non inuenietis. Transibũt dies mali, & venient boni. Sed boni venient bonis, malis peiores. Etenim & ego interrogo vos. Quis est homo qui vult vitam? Scio, omnium corda mihi respondẽt: Quis enim homo qui nõ vult vitam? Addo, & diligit videre dies bonos? Omnes respondetis, Quis est qui non diligat videre dies bonos? Bene respondetis, vultis vitam, vultis dies bonos. Certè quãdo dicebam, Quis est homo qui vult vitã: omnis homo mihi respondit, Ego. Quis est homo qui vult videre dies bonos? Nónne in silẽtio quisq; vestrũm dicit, Ego? Audi quod sequitur: Contine linguam tuam à malo. Modò dic, Ego. Quæris veniam: modò te inueniam.

Galat.5.

Cap.v. Psal.118.

Psal.33.

Cap.vi.

TRANSIERVNT præterita. Fuerit lingua tua maligna, fueris susurro, fueris criminator, fueris calũniator, fueris maledicus: ista omnia fueris. Transeant ista cũ diebus malis: noli tu transire cum diebus malis. Est enim quò te teneas, vt non transeas. Res humana tanquã fluuius currit: maligni dies tanquã fluuius currũt. Tene te ad lignum, ne traharis. Ecce fluuius currit: omnis enim caro fœnum, & omnis honor carnis, vt flos fœni. Præcipitatur, transit, fœnum aruit, flos decidit. Quo me teneo? Verbum Domini manet in æternum. Prohibe ergo linguã tuã à malo, & labia tua vt non loquantur dolum. Tu qui volebas vitam, aut vis vitam & dies bonos: declina à malo, & fac bonum. Quære pacẽ, quã optamus omnes & in ista carnis mortalitate, & in ista carnis fragilitate, & in illa mendacissima vanitate. Omnes pacem quærite. Quære pacem, & sequere eam. Vbi est? Quò sequor? Quã trãsiit? Quã trãsiit vt sequar? Per te transiit, sed nõ in te remansit. Cui dico? Generi humano. Non, vnicuiq; vestrum, sed generi humano. Per genus humanum transiit ipsa pax: ipsa transeunte clamauit cæcus in hesterna lectione. Et quò iit? Primò vide quæ sit pax, & vide quò ierit, & sequere eam. Quæ est pax? Apostolũ audi, de Christo dicebat, Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ. Pax ergo est Christus. Quò iit? Crucifixus est & sepultus, resurrexit à mortuis, ascẽdit in cælum. Ecce quò iit pax. QVOMODO eam sequor? Sursum cor. Audi quomodo sequaris. Quotidie quidẽ audis breuiter, quando tibi dicitur, Sursum cor; altius inde cogita, & sequeris. Tamen audi & latius, vt sequaris pacẽ veram, pacem tuam, pacẽ quę pro te pertulit bellum: pacem, quæ cùm pro te toleraret bellum, orauit pro hostibus pacis, & dixit pẽdens, Pater ignosce illis: quia nesciũt quid faciũt. Bellum erat: & pax de ligno manabat. Manabat, sed postea quid: Ascẽdit in cęlũ. Quære pacẽ. Et quomodo sequeris? Audi Apostolũ:

Esa.40.

Cap.vii. Sursum cor.

Christus pax nostra. Ephes.2.

Luc.2.3.

Si resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursũ sunt, sapite, nõ quæ super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. ECCE dies boni, ipsos desideremus: ꝓpter hoc viuamus, propter hoc orem⁹, propter hoc eleemosynas demus. Iã ecce, Deo propitio, hyems est: de pauperibus cogitate, quomodo Christus vestiatur nudus. Quando legebatur Euangeliũ, nũquid nõ omnes beatificauimus Zachęũ: quãdo eũ Christus suspexit in arbore, intentũ vt videret transeũtem? Nã quando sperarer in domo sua habitantem? Quando ei dixit, descende Zachæe, hodie oportet me in domo tua manere: audiui gemitus gratulationis vestræ. Quasi omnes in Zachæo fuistis, & Christũ excepistis: sic dixit omniũ vestrũm cor, O beatum Zachæum! Dominus intrauit in domũ ipsius. O beatũ! Nũquid nobis potest ita contingere? Iam Christus in cęlo est. Recita mihi Christe Testamentum nouũ: fac beatũ de lege tua. Recita, vt scias te nõ fraudari Christi præsentia. Audi iudicaturum. Quãdo vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Expectat vnusquisq; vestrum suscipere Christũ sedentem in cælo, attendite illum iacentẽ sub porticu. Attendite esuriẽtẽ, attendite frigus patiẽtem, attendite egenum, attendite peregrinum. Facite quod soletis, facite quod nõ soletis. Crescit doctrina, crescãt opera bona. Laudatis sementem, exhibete messem. Amen.

Coloss.3.

Cap.vii.

Luc.16.

Matth.25.

SERMO D. AVGVSTINI, *de monomachia Goliæ & Dauid: ac de contemptu mundi, ex Psal.143.* SERMO XX.

Apud Posidium titulus est, De Golia & Dauid.

DEus & Dñs noster curans & sanans omnẽ animæ lãguorem, multa medicamẽta protulit de Scripturis sanctis, velut de quibusdã armariis suis, cùm lectiones diuinæ legerentur; quæ per ministerium nostrum adhibenda sunt vulneribus nostris. Non enim sic nos esse profitemur puros medicos, per quos alios sanare dignetur: vt nos ipsi iã non habeamus necessariam curationem. Si in illũ intendamus, si ei nos toto corde præbeamus curandos: omnes sanabimur. Multa lecta sunt, & magna, & necessaria, quanquã ita sint omnia: sed tamẽ alia secretius in Scripturis absconduntur, vt quærentes exerceãt: alia verò in promptu & in manifestatione ponuntur, vt desiderantes curent. Psalmus hic magna quidẽ secreta continet, quę si omnia singillatim tractare voluerimus, vereor ne non ferat communis infirmitas: siue propter æstus temporales, siue propter corporis vires, siue propter intelligentiæ tarditatem, siue etiam propter ipsam minus idoneam sufficientiam nostram. Pauca ergo in de delibabimus, quãtum existimamus sufficere officio nostro, & intentioni charitatis vestræ.

Cap.i.

Psal.143.

PRIMÒ, titulus eius est, *Ad Goliam*. Qui rudes non sunt in Scripturis diuinis, qui amant frequentare istã scholam, qui non odetunt magistrum, sicut pueri desperati, & intentam aurem præbent in Ecclesia lectoribus, atque exceptorium cordis sui in fluenta Scripturæ diuinæ patefaciunt: qui non intra istos parietes domus suæ curam gerunt & domesticis fabulis delectantur, vt ideo cõueniant, vt inueniant cũ quibus loquantur nugatoria, non cũ quibus audiant vtilia: qui non amant loqui de reb⁹ alienis, cùm defecerint in suis. Qui ergo non ita cõueniunt, & frequenter conueniunt: non sunt rudes in isto titulo Psalmi, quod scriptũ est, Ad Goliã. Norũt quis fuerit Golias. Tamen propter alios qui vel nũc intenti sunt, alio autẽ tempore minus sunt intenti, vel fortasse spinis secularibus, id est, negotiorum mundanorum

Cap.ii. Titulus Psal.143. Pueri desperati oderunt magistrum.

danorum curis, verbum in corde suo tanquam semen vtile offocare consuerunt, natremus etiã ista peruetera & vsitata intentis, & studiosis literarum diuinarum.

Cap.iii. 1.Reg.17.

GOLIAS vnus fuit ex Allophylis, id est, ex alienigenis, qui bellum gerebant illo tempore aduersus filios Israël. Eo autem tempore Dauid sanctus, cuius est hoc Psalterium, imò per quem ministrauit hoc Psalterium spiritus sanctus: puer erat pascens oues patris sui, tenera ætate, vix dum adolescentulus. Fratres eius iã iuuenes militabãt, & in exercitu regis erãt. Attulit eis missus à parẽtibus aliquid de domo, vsibus ipsorum. Ita illo tempore quo pugnabatur, in exercitu inuentus est nõdum miles, sed militũ minister & frater. Extitit tunc Golias iste, de quo mentio facta est, ingens statura corporis, armis instructus, viribus etiam exercitatus, elatus iactantia, qui superbè prouocaret ad monomachiã aduersariũ populum: hoc est, vt vnus inde electus ab ipsis procederet aduersus eum, vt duobus pugnantibus examen totius belli in medio versaretur: pacto & placito addito, vt si quis duorum illorũ vicisset, vniuersæ parti vnde steterat tribueretur victoria. Rex ergo ille populi Iudæorum filiorum Israël Saul erat. Augebatur, æstuabat, quęrebat inuniuerso exercitu parem illi: verùm nõ inueniebat, nec forma corporis, nec audacia prouocationis. Cùm ergo æstuaret, ausus est puer iste Dauid, nõ præsumens de viribus suis, sed in nomine Dei sui, procedere aduersus eum. Nũciatum est regi, non audacia pueritiæ, sed fiducia pietatis: nec rex abnuit, non recusauit. Intellexit cùm videret audentem puerũ, aliquid diuinitatis in eo esse: nec illam teneram ætatẽ sine diuino instinctu talia posse prę sumere. Libenter accepit: processit aduersus Goliam.

Monomachia.

IN omnibus ergo qui erãt in ea parte vnde procedebat Dauid, nõ erat præsumptio nisi de Deo: In illis autẽ tota spes in vnius hominis viribus. Sed quid est homo, nisi quod in isto Psalmo cecinit? Homo vanitati adsimilatus est: dies eius velut vmbra prętereũt. Ergo spes illorũ inanis: quæ collocata est in vmbra ꝗ prætereũt. Armatus est autẽ Dauid, vt qui ætate & viribus impar erat, quasi armis par esset: sed arma vetera non adiuuabãt, potius onerabant nouã ætatem. Et ad hoc pertinet quod etiã Apostolica lectio ante Psalmi canticũ præsignauit, dicẽs: Exuite vos veterẽ hominem, & induite nouum. Noluit Dauid vetustatem armorum: abiecit, onerosa esse dixit, quia implicabãt eũ. Expeditissimus ille ad prœlium procedere cupiebat: fortis nõ in se, sed in Domino: armatus nõ tam ferro, quàm fide. Tamen abiectis armis, elegit aliquid vnde pugnaret: & hoc nõ sine sacramẽto. Namvidetis quasi duas quasdam vitas, vnã in alienigenis veterem, alteram in Israëlitis nouã aduersus inuicem dimicare. In illa parte corpus diaboli, in ista præfiguratio Domini nostri Iesu Christi.

Psal.143.

al. *transeũte.*

Coloss.3.

Duæ vitæ: noua & vetus.

Cap.v.

TVLIT quinque lapides de torrente, de fluuio, & posuit in vase pastoris, quo lac mulgeri solet, & ita processit armatus. Quinque lapides, lex erat; continetur enim lex quinque libris Moysi. Et in ipsa lege decem præcepta sunt salutaria, quibus decẽ præceptis cætera seruiant. Præfiguratur ergo lex & quinario & denario numero. Et ideo Dauid pugnauit quinario: cecinit denario dicens, In psalterio decẽ chordarum psallã tibi. Neque omnes quinque lapides misit, sed vnum tulit. Namq; in numero lapidum, numerum librorũ ostendit, in vno lapide vnitatem implentium legem. Vnitas enim ipsa implet legem, id est, charitas. Ideo sublati sũt quinq; illi lapides de fluuio. Fluuius quid significabat illo tẽpore? NON enim semper in Scripturis eadem significantur rebus certis. Et hoc nosse debet sanctitas vestra propter cęteras regulas, vt etiã dociles lectorem

Quinq; lapides.

Psal.32.

Cap.vi. Regula ad intelligendas Scripturas.

audiatis. Et quæ ponuntur allegoricè, in Scripturis nõ semper hoc significant. Non semper mõs Dominũ significat, non semper lapis Dominum significat, non semper leo Dominum significat, non semper bonum, non semper malum: sed pro locis Scripturarum, quò pertinent cætera circumstãtia ipsius lectionis. Quemadmodum literæ in tot milibus verborũ atque sermonũ ipsæ repetuntur, non augentur: verba infinita sunt, finitæ tamen sunt literæ. Verba numerare non potest, literas quiuis potest: vnde multitudo verborũ est. Cùm vna litera variis in locis ponitur, & pro loco valet, non vnã rem valet. Quæ tam diuersę res, quàm Deus & diabolus? Tamẽ in capite, D, litera est, cùm dicimus Deus: & cùm dicimus diabolus. Sicut ergo litera pro loco valet: errat autem & nimis absurdus est, & intra puerile cor: qui cùm legerit, verbi gratia, D, literam in nomine Dei, timet illã ponere in nomine diaboli, ne quasi Deo faciat iniuriam. Sic etiam qui imperitè audit diuinas Scripturas, vt de isto modò exemplo non recedamus, cùm audit, verbi gratia, in allegoria positum fluuium, eo loco vbi dictum est. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: dictum est autem de inundatione spiritus sancti, de qua alio loco ait Propheta, Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Cùm ergo sic acceperit fluuium in bono, & laudauerit, & delectatus fuerit: quando pro loco dicitur ei, quòd fluuius significet homines fluentes, & temporalibus deditos, cum transeuntium amore transeuntes expauescit: quia in alio loco acceperat fluuium in bono significare aliquid, & perturbatur: ita fit in Scripturis mutus, quomodo in literis mutus efficitur, si noluerit transferre ipsas literas ad alia verba, sed in his solis eas tenuerit, in quibus eas primò didicerit. Si percepit hoc sanctitas vestra, res vobis dicta est, quantum arbitramur, vtilissima: & quæ vos multũ adiuuet non solùm ad audiendos tractatus nostros, sed etiã ad intelligẽdas ipsas Scripturas, de quibus vobis ista tractamus. Fluuius ergo vnde tulit tunc Dauid quinque lapides, non bonum aliquid significauit illo tẽpore. Noui quidem posse quibusdam occurrere, & in bonũ significare illũ fluuium: sicuti si quispiam velit baptismum intelligere velut lapides baptismo lauati, id est, homines baptizati, fortissimi sint aduersus diabolum qui significatur per Goliam. Tamen propter quinarium numerũ cõstat nobis ratio, quia dixeramus legẽ significari quinario numero, propter quinque libros Moysi. Quid significat quòd de fluuio sunt ablati, & positi in vase pastoricio? Iã diximus, quia in aduentu Domini nostri Iesu Christi, vt verè diabolus vinceretur, lex transiit ad gratiam. Quid tam significãs gratiam, quàm lactis copia? Sublati sunt autẽ lapides de fluuio. Fluuius significabat populum fluxum, deditũ temporalibus rebus, amantem transeũtia, & cupiditatis impetu in mare huius seculi decurrentem: qualis erat populus Iudęorum vetus. Acceperat legem, sed calcabat legem, & trãsibat super legem: & ferebatur in mare, quomodo fluuius super illos lapides. Non enim lapides illi limitẽ fecerant fluuio, vt statuerent fluuium. Quod si ita esset, significarẽt coërtionem legis: & eos qui cùm fluere cœperint voluptatibus & cupiditatibus suis, vt veniẽtes ad præcepta legis consistunt, & refrenant impetus libidinum suarum. Non autẽ ita erant illi lapides: sed in fluuio super quos transibat aqua, sicut super legem transgressor populus trãsibat. Inde ergo Dominus tulit legẽ ad gratiam: id est, de fluuio tulit, & in vase pastoris posuit.

Allegorię varietas.

Cap. vii. Augustini tractatus conciones sunt.

Cap.vii.

QVI vult ergo implere legem, gratiam cogitet. [Ideo & illa decẽ præcepta psalterij decẽ chordarum, ipsa sunt, quæ erant in illo populo vetere: sed illum

Populus Judæorum non implevit legem.

populum decē præceptorum timor opprimēbat. Non enim erat in illis charitas, quæ est per gratiā, sed timor erat. Præcepta Domini pœnalia erant illi populo: quia implere nō poterāt amore. Conabantur, sed cupiditate superabantur. Cùm ergo quisque ad gratiam trāsitum fecerit, non alia præcepta implet: sed ipsa quę in ea impleri non poterant, hac implentur: nō est tamē vis præceptorum, sed vis gratiæ Dei. Nam si præceptorum legis hoc esset, & illa impleret. Qui transit ad Christum, transit à timore ad amorem: & incipit amore iā posse, quod timore non poterat. Et qui trepidabat in timore, non trepidat in amore. Ideo hanc in decem pręceptis, quia signat Dauid hominem qui transit ad gratiā, cùm dicit, In psalterio decem chordarum psallam tibi. Iam cantare in præceptis, hoc est hilariter præcepta cōplere. Et vt noueritis, fratres, quia gratia hoc implet, nemo debet de viribus suis præsumere: hoc est enim præsumere de gratia Dei. Vocat enim te Deus, & iubet vt facias: sed ipse dat vires, vt quod iubet, impleri possit. Tibi autem capax fides adhibenda est, vt inundatione gratiæ humilies te, supplices deo, nihil de te pręsumas: spolies te Golia, induas Dauid. Ad hoc pertinet quod in eodē Psalmo dicitur, quod iā commemorare cœperamus. Quid est homo? Hoc enim monet, ne de se præsumat homo. Iā videte quomodo incātat aduersus Goliam, qui de se præsumebat: & commendat tibi Dauid, qui infirmus in hominibus, in Deo firmissimus erat. Quid est homo? Et dicit quid sit homo: Quoniā innotuisti ei. Hoc est totus homo, si innotescat illi Deus: si autē non illi innotescat deus, nihil est homo. Quid est homo, cui nō innotuit Deus? Homo vanitati assimilatus est: dies eius sicut vmbra pręterent. Ergo quid est homo, quoniā innotuisti ei: & filius hominis, quoniam æstimas eū? Quid est, Æstimas eū? Placuit tibi eligere illum; & constituere in aliquo superiore & eminēriore loco. Misericordiæ tuæ est, non meritorum ipsius.

Cap. IX.

Da quod iubes, iube quod vis. Confess. li. 10. ca. 29. Lib. 2. de bono perseuerātiæ, cap. 20.

Cap. X. Proprium hominis peccatum & mendacium.

QVÆRE quid sit hominis proprium, peccatum inuenies. Quære quid sit hominis proprium, mēdacium inuenies. Tolle peccatum, & quicquid consideraueris in homine, Dei est. Nō ergo amet homo quod proprīū est. Etiā ad hoc potest pertinere illud quod dicit Apostolus: Nemo quod suum est, quærat. Aliquando enim audiūt illud homines à lectoribus, & ædificātur ad auferendas res alienas. Interest quis tibi dicat, Noli quærere quod tuū est. Aliquando enim dicitur à malo suasore: aliquando autē dicitur à bono doctore. Deus bonus est doctor. Quando ergo audis à deo, Noli quęrere quod tuū est: noli sic accipere quomodo dici solet: Aliquid boni est quod te monet deus. Quod dicebamus quærere quid sit tuum, inuenies peccatum. Noli ergo quærere peccatū, & non quæris tuū: Noli quęrere mēdacium, & non quæris tuum. Veritas enim à Deo est, mendaciū abs te. Et si diabolus aliquando aliquid suggerit, cōsentientem tenet, non cogit inuitum. Non enim seducit ille aut trahit aliquem, nisi quē inuenerit ex aliqua parte iā similē sibi. Inuenit enim cum aliquid cupiētē: & cupiditas aperit ianuam intrāti suggestioni diaboli. Inuenit illū aliquid timētem, monet vt fugiat, quod illum inuenit timere: monet vt adipiscatur, quod illū inuenit cupere: & per has duas ianuas cupiditatis & timoris intrat. Claude illas, & imples Apostoli illud in hodierna lectione, Nō detis locū diabolo. Ibi enim voluit ostēdere Apostolus, quia quamuis intret & possideat diabolus, homo illi tamē locū dedit, vt posset intrare. Ergo quia nihil est homo cui non innotuit deus & quē nō æstimat: deus dat illi gratiam suam, inueniēs in illo quod dānet, & donans omnia cōfitenti, vt coronet credentē.

1. Cor. 10.

Duæ ianuæ, cupiditas & timor.

Ephes. 4.

Cap. XI.

QVID enim inuenit Dominus in hominibus quādo venit, nisi quod dānaret? Omnino, fratres, cogitate & videte, siue in illo populo Israēlitarū, siue in gētibus: non inuenit nisi q̄ damnaret. Et ideo ad peccantes humilis voluit venire, nō iudex: cùm parcit illis, vt primò prærogaret misericordiā donādo peccata: & sic postea redderet seueritatem puniēdo peccata. Non aburamur, id est, non malè vtamur misericordia eius, & nō sentiemus seueritatē eius. Ergo hoc est homo, totum q̄ ei innotescit Deus, quòd dat illi gratiam suā, vnde præsumebat Dauid: Golias autē de se, de viribus suis, superbus, elatus, inflatus, primò totā victoriā vniuersæ partis suæ in se vno constituit. Et quia omnis superbia habet impudentiam frontis, in ipsam frōtem, lapide veniēte, deiectus est. Euacuata est frōs, quæ habebat impudentiam superbiæ suæ: & vidit frons, quæ habebat humilitatē crucis Christi. PROPTEREA & nos signū ipsum crucis in fronte portamus, qui illud intelligimus. Hoc dico, fratres, quia multi illud faciūt, & intelligere nolūt. [Factorē quęrit Deus signorū suorum, non pictorē. Si portas in frōte signum humilitatis Christi, porta in corde imitationē humilitatis Christi. Diximus autem, fratres, cū locū dare diabolo, qui illi aperit ianuas cupiditatis aut timoris. Sed cupiditatis cuius, aut timoris cuius? Nā & regnū cælorū cupimus, & gehēnā timemus. Sed quomodo illa ianua cupiditas rerū tēporalium, & timor pœnarum temporaliū trahit plerunq; ad nequitiam, & dat locum diabolo: sic cupiditas rerum æternarū, & timor pœnarum æternarum facit locum in corde verbo Dei. BREVITER ergo, fratres, si volumus bene viuere, plus timemus quod, pmittit Deus, quàm quod promittit hic mundus: & plus timeamus quod minatur Deus, quàm quod minatur hic mundus. Nunquid magnum aliquid aut longū est quod diximus? Venit tentatio tibi aliquius fraudis, vis facere fraudē, vt exquiras pecuniam. Promittit Deus fraudē non faciētibus sempiterna regna cælorū, vincit te cupiditas ad pecuniam. Nā quis est qui nolit regna cælorum? Sed plus velle terrena, hoc est peccare: plus velle quod pręsens est, nō credere quod futurū est, plus velle quod videt homo, & nō desiderare quod promittit deus: cùm id quod videt homo etiā ab oculis potest auferri, etiā possessum potest amitti. Id autē quod promittit Deus, nec oculo carnis interim videri potest: & cùm quisque ad Dei promissa peruenerit, nō timet ne amittat: quia nemo est potentior illo qui dedit. Itaq; fratres, hęrete charitate promissis dei: & nō vos superabūt cupiditates seculi. RVRSVM timoris tētatio adueniet. Dicit tibi quisq;, dic pro me falsum testimoniū. Primò promittit. Sed cùm non deceperit, si fortè præponas promissa dei pollicitationi hominū, non vincit cupiditas: per cōminationem tentat, & incipit minari horribilia. Potens est fortè in ciuitate, potēs in hoc seculo, videtur posse facere q̄ minatur. Vincit te timor præsentis mali, quod & posset à te vtique deus auertere, si hoc illi videretur prodesse tibi. Et si nollet auertere, intelligere deberes, quia nō tibi permitteret euenire, nisi & hoc sciret prodesse tibi. Auertit ignē à tribus pueris idem deus. Nūquid mutatus est Deus, qui non auertit gladium à martyribus? idē ipse fuit Deus trium puerorū, qui fuit Machabęorū. Illi de igne euaserunt, illi ignibus cruciati sunt: vtrique tamē cum Deo sempiterno viuūt. Nō enim aut illi vita ista temporali delectabantur, aut illi minis temporalibus frangebantur.

Cap. XII.

Cap. XIII. Crucis signum in fronte quid significet.

Cap. XIIII.

Cupiditatis tētatio.

Cap. XV. Timoris tentatio.

ITAQVE noli timere hominē minātem tibi. Quid est enim homo? Vanitati assimilatus est: dies eius sicut vmbra pręterent. Aut nō tibi nocebit, aut antē transibit illa vmbra quàm ad te aculeus eius trāsire potuerit: potēs est enim deus. Aut si permissus fuerit nocere, ad tē-

Cap. XVI.

Veritas prorsus hic non tollitur.

pus

pus nocet vmbrę tuę: id est, rei transitoriæ tuæ, vitæ tēporali tuæ, vitæ veteri tuæ: vsque enim ad vltimū mortis, portamus aliquid veteris hominis. Temporalē vitam ille nocere potest, æternam tibi vitam nemo potest auferre. Tollet tibi impedimenta quibus hic teneris: & hærebis deo, cui te iam præmissa spe, charitate colligaueras. PROPTEREA in Psalmis elegantissimè dicitur de homine malo: Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Sic illi insultat spiritus Dei. Quid attendit in nouacula? Nō quia occidi homines de nouacula possunt: sed ad quam rē facta est nouacula. Facta est autē ad radēdos capillos. Quid tā superfluū in corpore, quàm capilli? Quanta instantia, quanto studio, quanta cautela, quanta intētione acuitur, vt radat capillum? Sic & homo malus tollit se in partē, cogitat, recogitat, excogitat, ponit fraudem super fraudem, quærit machinationē, ministros parat, falsos testes cōparat, acuit nouaculam. Quid facturus iusto, nisi superflua rasurus?

Cap. XVII. Homo malus, nouacula acuta.

ITAQVE, fratres, si vultis parati esse ad sequendam volūtatem Dei, quod vobis dicimus, & nobis primùm dicimus, imo omnibus dicit ille qui securus dicit: si volumus parati esse ad sequendam voluntatem Dei, non amemus ista. quæ transeunt, nō putemus ipsam esse felicitatem, quæ dicitur in hoc seculo. Hoc enim putabāt illi alienigenæ: totam felicitatem in rebus tēporalibus, totam suauitatem in vmbra ponebāt, non in ipsa luce, nō in ipsa veritate. Ideo in isto Psalmo, qui ad Goliam est, attendite posteriora Psalmi: omnino lucidissimis verbis & enodatissimo sermone, qui nō quærat interpretem aut expositorē, sed misericordia Dei ita sunt posita vt nemo dicat, Ecce hoc quomodo voluit dixit, & pro ingenio suo interpretatus est, sēnsit vt voluit: sic sunt posita, vt nemo se excuset. Posita autem sunt à nauid dicēte, id est, à noua vita, Christi vita, quę per Christum nobis data est: insultās vitæ veteri, felicitati veteri hominum, & illis qui in eam spem ponunt, & illis qui adipiscuntur eam, & in illa gaudent.

Cap. XVIII.

VIDENTVR enī iusti laborate in hoc seculo, & iusti feliciter in hoc seculo viuere: & quasi dormiat deus, negligens res humanas. Illi plerunque extollūtur impunitate, isti plerunque frangūtur infirmitate: & putant sibi nihil prodesse quòd bene viuunt, quia non habent ea quibus vidētur abūdare peccatores scelerati, & impij homines. Et quamdiu talia rogant à Deo, vt pro magno sibi præstentur, tādiu errant: & cauendum est, ne dentur in potestatē cupiditatis suæ. Nā dictū est, Dedit illos Deus in concupiscentias cordis eorum. Et magis est propitius Deus, quādo superflua & nugatoria petentem non exaudit vt det, sed exaudit vt sanet non dando. Etenim quare ista quærant homines, quis non videt? Vt in luxuriis suis consumāt, vt in nugis, & in insanissimis spectaculis. A Deo quærūt homines habere ista. Da mihi hominē de seculo, petat à deo diuitias: dentur, & vide innumerabiles cōsequi laqueos mortis eius. Opprimit inde pauperē, superbit homo mortalis super hominē parē sibi, quærit honores ab hominibus vanos: vt autē adipiscatur, exhibet illis ludicra nequitiæ, ludicra malæ cupiditatis. Lupos & vrsos emit, donat res suas bestiariis, esuriente Christo in pauperibus. Quid opus est plura dicere, fratres? Vos ipsi cogitate quæ nos tacemus, quāta mala faciūt homines de superfluis rebus, quando illis acciderit prouētus illarū. Nónne melius est, quādo talis est homo, vt possit sic vti copia rerū præsentiū, vt auferat illi eā Deus; non illi eam det: Nónne tunc est misericordia? Et dicet, Bene feci, & nihil alienū abstuli, & nō me exaudisti. Ex eo quod habeo do egenti, non tollo alicui: à te peto, tu da. Quasi verò det tibi villā, nisi alius perdat villā. Si dicatur tibi, Vēdas villā tuam: tanquā male dictū exhorrescis, iniuriā tibi factā putas, odiū seruas in pectore, quia hoc audisti ab homine vt vēderes villā: quasi emere possis, nisi alius vēdat. Itaq; quod valde cupis emere, & optas emere, si malum est vendere, alij malum quæris.

Cap. XX.

Diuitiarū abusus.

BONVM est, inuenire saccellū solidorū in via. Quod cùm inueneris, dicis: Deus mihi dedit: quasi possis inuenire, nisi alius perdat. Quare ergo non optas illorum thesaurorū bona, quæ tecū omnes sine angustia valeāt possidere? Desideras aurum, desidera iustitiam: habere autū non potes, nisi alius amittat: iustitiā ambo cōplectimini, & ambo dilatamini. REDEAMVS ergo ad Psalmū, vt intelligat charitas vestra eos esse alienigenas qui totā felicitatē non putāt nisi præsentem. Sed dignū te iudicas cui & ista Deus det, quære quomodo vtaris. Si nō dedit, scias quia prodest tibi, q̄a nō dat pater bonus. Quia & filius tuus quādo plorat, vt des illi formosum cultellū manubrio deaurato: quantū vult ploret, nō das illi vnde lędatur. dñe, libera me de manu filiorū alienorum, quorū os locutū est vanitatē, & dextera eorū dextera iniquitatis. Et exponit quā dicat vanitatem & quā dexterā. Dexterā iniquitatis dicit felicitatē huius seculi: nō q̄a nō inuenitur apud bonos, sed boni quādo illā habēt, in sinistra illā habēt, non in dextera. Felicitatem perpetuam habent in dextera: felicitatē temporalem in sinistra habēt. Cupiditas autem rerū æternarū & felicitatis æternæ, non debet misceri cupiditati rerum temporalium, id est, felicitatis præsentis & temporalis. Et hoc est, Nesciat sinistra quid faciat dextera tua. Ergo dextera eorum dextera iniquitatis.

Cap. XXI.

Cap. XXII.

Dextera iniquitatis.

Matth. 6.

AVDITE iam quomodō locuti sunt vanitatem, & quomodo dextera eorū dextera iniquitatis. Audiamus omnes, prodest vobis. Audiatis, ne dicatis nō vos audiuisse: quia dictū est seruo, Tu dates & ego exigerem. Et diximus hesterno die, quia nos serui sumus dātes: alter est qui exigat. Sorores nostræ, nolētes audire, quasi nolūt pati exactorē. Sine causa, fratres mei, nemo tibi hinc blādiatur: aliud est, nō accepisse: aliud accipere noluisse. Qui recusat donum Dei, ipsius recusationis reus tenetur. Quomodo enim dictum est seruo dispensatori, Quare non dedisti: sic dicetur seruo, cui ille positus est dispensare, Quare non accepistiē Si non fuit qui daret, excusabis te: si autē sonant lectores, etiā quando tacent tractatores, & vbique verbū prædicatur: & verè dictū est, In omnem terram exiit sonus illorum, & calor verbi dei vbique diffunditur, nec est qui se abscōdat à calore eius, non erit quid dicere in iudicio Dei.

Cap. XXIII.

Matth. 25.

Psal. 18.

Cap. XXIIII.

FRATRES audiamus, & faciamus: si volumus habere spem, non nos excusemus. Plerunque mendicus vnū nummum petens, ad ostium tibi præceptum Dei cantat. Audiamus ergo, Quorum os locutum est vanitatē, & dextera eorū dextera iniquitatis. Videte felicitatē mūdi, vbi illi spē ponebant qui locuti sunt vanitatem, & quorū dextera iniquitatis est. Nā sic incipit dicere: Quorum filij eorum sicut nouellæ constabilitæ. Felicitas licita est. Nō hic dixit fraudes, periuria, rapinas, scelera, felicitatē dixit quasi innocentium. Et si ista contēnenda est: quēadmodum sunt plangendi illi qui etiā rapinas faciunt, qui furta, qui scelera, qui homicidia, adulteria & cętera quæ etiā ipsa mundana felicitas dānat? VIDETE qualē velit esse hominē de vita noua, qualem velit esse hominē ad vasa pastoralia pertinentē, & ad gratiā Dei, & ad lac quo nutrimur. Attendite iā, quorū filij eorū sicut nouellæ constabilitæ: filiæ eorū ornatę sicut similitudo templi. Propterea sorores nolebāt audire. Audiant ergo, velint nolint, & discant venire ad dominicū non in superbia Goliæ, sed in humilitate Dauid. Nunquid enim ista exponenda sunt?

Cap. XXV.

Felicitas licita.

Nunquid

Nunquid obscura sunt? Loquuntur homines vanitatẽ, & dicuntur alienigenæ: non pertinent ad hæreditatem Christi, ad regnũ eius cui dicimus, Pater noster: alienigenæ computantur. Et quam diuert felicitatem? Filiæ eorum quasi propago propaginis. Habet multos filios, multos nepotes; secur⁹ est aduersus casus mortis: quasi non milia hominum plerunque vnus casus absumat. Filij eorum sicut nouellæ constabilitæ. Ecce puta sint filij sicut nouellæ constabilitæ. Nónne aliquãdo etiam nouellas siluis vicinas, siluarũ ignis absumit? Filiæ eorum ornatæ, sicut similitudo templi. Citò hinc transeamus: consulendũ est pudori feminarũ. Ipsæ potius habendo cognoscant quid habent, quod nos commemorando erubescimus. Filiæ eorum ornatæ sunt, sicut similitudo templi: cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Quomodo dicimus de abũdantibus? Non habet vbi ponat, nescit quid habeat. Impletur vnum cellarium, & redundãt fructus: redundant possessiones, eructant cellaria ex hoc in hoc.

CAPVT XXV. Oues eorum fœcũdæ, multiplicantes in exitibus suis. Intrant paucæ: pariunt, & exeunt multæ multiplicãtes in exitibus suis. Anno priore tot erant, hoc anno tot sũt. Gaudetur, exultatur, tumescit Golias: & ad certamen prouocat superbus in ista felicitate. Quis mihi potest? Quis mihi audet? Si non illud dicunt homines quibus hæc abundãt, si non quotidie vnusquisq; sentit in se, habet aliquid amplius quàm vicinus, nõne dicit, Quis mihi potest? aut vicinus iste si mihi fecerit iniuriã non illi ostendo? vide si nõ Golias est prouocãs ad certamẽ? Sed procedit Dauid, nudus armis bellicis; armatus lapidib⁹ paucis: prosternet omnẽ superbiam: id est, iustus homo, sicut martyres fecerunt, prostrauerũt iniustos. Et eo tempore quo videbãtur victores, ipsi vincebantur, quando in his dux ipsorum diabolus superabatur. Verùm felicitatem illam attendite: Oues eorum multiplicantes in exitibus: boues eorũ crassi. Non est ruina sepis. Sepis enim plerũq; maceria esse solet. Non est ruina sepis: neq; exitus: omnia integra, omnia perfecta, omnia plena. Neq; clamor in plateis eorum: nõ lites, non tumultus. VIDETE qualem felicitatẽ quasi innocẽtum describat, ne dicat sibi quisque: sed hoc dixit de illis qui rapiunt res alienas. Non est hinc dictum aliquid: alibi fit talium mentio. Nam manifestum est, sceleratos esse puniẽdos. Et hinc debẽt intelligere quę pœna eos expectet: quando innocens quisque cum his superbè vtitur & immoderatè, reprobatur à Deo, & inter filios alienigenarum cõputatur. Non enim & diues ille alienos fructus quærebat, cui successit regio in fructibus: & cùm æstuaret, non habens quò congregaret fructus mundanos, & non videret pauperes in quibus sibi thesaurizaret in cælo: Destruam, inquit, apothecas meas, & faciam nouas ampliores, & replebo eas. Vnde, nisi de fructibus suis? Et dicã animæ meæ: Habes multa bona; satiare. Dixit autẽ illi Deus: Stulte, hac nocte auferetur à te anima tua. Quæ præparasti, cuius erunt? Sicut ergo in Euãgelio, fratres, insultatum est homini gaudenti de tẽporali felicitate, quamuis illi felicitas de agro proprio esset, non de rapinis alienis: sic & in isto Psalmo tẽporali felicitati insultatur, vt discat anima innouata, & regenerata per gratiã lactis, illam desiderare perpetuã & sempiternam beatitatem. Ideo video quomodo cõnectat: Quorum filiæ eorũ sicut nouellæ cõstabilitæ: Filiæ eorũ ornatæ vt similitudo tẽpli. Cellaria eorũ plena, eructãtia ex hoc in hoc. Oues eorũ fœcũdæ, multiplicãtes in exitibus suis: boues eorũ crassi. Non est ruina sepis, neq; exitus, neq; clamor in plateis eorũ. Beatũ dixerũt populũ cui hæc sunt. Sed qui dixerunt? Quorũ os locutũ est vanitatẽ. Superiùs enim descripti sunt. Tu autẽ quid dicis? Nã illi beatũ dixerũt populũ cui hæc sunt. Ego quid dico? Beatus populus, cuius est Dñs Deus ipsius. Ergo ille est beatus populus, qui pro filiis suis & pro filiab⁹ ornatis, pro crassitudine boũ, pro fœcũditate ouium, pro plenitudine cellariorum, pro integritate ædificiorum pace ac litibus & iurgiis ciuilibus, pro ista omni felicitate, Deum suum vult possidere: vt ipsum habeat pro omnibus, qui condidit omnia, & dicat: Mihi autẽ adhærere Deo, bonum est. Colat eum gratis: Colat quando ista dat, & quãdo aufert, & quãdo non dat: & nihil sic timeat, quàm ne ipse se auferat. Itaque Christianus populus, fratres, qui dicit in corde suo, quicquid vult auferat, seipsum mihi non auferat: Beatus est populus, cuius est Dñs Deus ipsius. Conuersi ad Dominum, &c.

CAPVT XXVII. Lucæ 12.

CAPVT XXVIII. Beatus populus quis.

Psal. 71.

SERMO D. AVGVSTINI *de verbis Euangelij, Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, &c.*

SERMO XXI. Matth. 11.

CAP. I. AVDIVIMVS, fratres mei, Dominum Iesum filium Dei dicentem, *Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ.* Quid ei confitetur? In quo eũ laudat: *Quia abscondisti*, inquit, *hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Qui sunt sapiẽtes & prudentes? Qui paruuli? Quæ ille occultauit sapiẽtibus & prudentibus, & reuelauit paruulis? Sapiẽtes & prudẽtes illos significat, de quibus Paulus dicit, Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi: Nónne stultam fecit Deus sapientiã huius mundi? Etiam nunc adhuc fortasse quæris, Qui sunt isti? Fortè illi sunt qui multũ de Deo disputãtes, falsa dixerũt. Inflati doctrinis suis, Deum inuenire & cognoscere minimè potuerũt, & pro Deo (cuius est incomprehensibilis inuisibilisq; substantia) putauerunt Deum esse aërem, æthere, Deũ esse solem, Deum esse aliquid quod sublimiter eminet in creatura. Attẽdentes enim magnitudines, & pulchritudines, & fortitudines creaturarum, ibi remanserunt, creatorẽ non inuenerũt. Arguit illos liber Sapiẽtię, vbi dicitur: Si enim tãtum potuerunt valere, vt possent æstimare seculum, quomodo eius Dominum non facilius inuenerunt? Accusati sunt, cõsumentes tẽpora sua & occupationes disputationũ suarum in perscrutanda & quodammodo metienda creatura, quæsierunt meatus siderũ, interualla stellarum, itinera cælestium corporum, ita vt cõputationibus quibusdam ad eã scientiã peruenirẽt, vt prædicerent defectum Solis, defectũ Lunæ, & quando prædicerẽt euenirẽt, eo die, & ea hora, tantum, & tanta parte, ex quanta parte illi prædixerant. Magna industria, magna sollertia. Sed ibi creatorẽ scrutati sunt positum non longè à se, & non inuenerunt. Quẽ si inuenissent, haberẽt apud se. Optimè itaque & rectissimè accusati sunt, qui poterunt inuestigare numeros siderum, interualla temporum, defectũ luminum cognoscere & prædicere: rectè accusati sunt, quoniam à quo ista facta atque ordinata sunt, non inuenerunt, quia quærere neglexerunt. Tu autem nõ valde cura, si gyros siderum, & cælestium terrenorũmve corporum numeros ignores. Vide pulchritudinem mũdi, & lauda cõsilium creatoris. Vide quod fecit, ama qui fecit: tene hoc maximè. Ama qui fecit, quia & te ipsum amatorẽ suũ ad imaginẽ suam fecit. Ergo quia est mirũ, quia talibus sapiẽtibus occupatis circa creaturas q creatorẽ negligẽter quærere voluerunt, nec inuenire potuerunt, abscõdita illa, de quibus dixit Christus, Abscõdisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus: mirabilius est sapientes & prudentes deprehensos etiam qui cognoscere potuerunt. Reuelatur, inquit, ira Dei de cęlo super omnẽ impietatem & iniustitiã hominum, qui veri-

Sapientes & prudẽtes huius seculi. 1. Cor. 1.

Rom. 1.

veritatẽ in iniquitate detinent. Quæris fortasse quam veritatẽ detineant in iniquitate? Quia quod notum est Dei, manifestũ est in illis. Vnde manifestum est? Sequitur & dicit: Deus enim illis manifestauit. Adhuc quæris quomodo manifestauerit eis quibus legem non dedit? Quomodo ergo? Inuisibilia enim eius, à constitutione mundi per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciũtur. Fuerunt ergo quidam, non sicut Moyses famulus Dei, non sicut multi Prophetę ista intuentes & intelligẽtes, adiuti spiritu Dei, quẽ spiritum fide hauserunt, fauctibus pietatis biberũt, ore interioris hominis ructauerunt. Nõ ergo tales ignorauerunt: sed fuerũt alij dissimiles, qui per istam creaturã potuerunt peruenire ad intelligẽdum creatorẽ, & dicere de his quæ fecit Deus: Ecce quæ fecit, gubernat & continet, ille ipse qui fecit implet sua præsentia ista quæ fecit. Potuerunt hoc dicere. Nam & ipsos in Actibus Apostolorum cõmemorauit Paulus. Vbi cùm dixisset de Deo, In illo viuimus & mouemur & sumus, quoniã apud Atheniẽses loquebatur, vbi isti doctissimi extiterant, adiũxit continuò: Sicut & quidã secundũ vos dixerũt. Non est leue quod dixerũt: quoniã in Deo viuimus & mouemur & sumus.

Act. 17.

CAP. II. VNDE ergo dissimiles, vnde vituperati? vnde rectè accusati? Audi Apostoli verba quę dicere cœperã: Reuelatur, inquit, ira Dei de cælo super omnem impietatẽ, & eorum scilicet qui legem non acceperunt. Super omnem impietatẽ & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniquitate detinent. Quam veritatẽ? Quia quod notum est Dei, manifestũ est in illis. Quo manifestãte? Deus enim eis manifestauit. Quomodo manifestauit? Inuisibilia enim eius à constitutione mundi per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Quare manifestauit, vt sint inexcusabiles. Si manifestauit, vt sint inexcusabiles, vnde ergo culpabiles? Quia cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt. QVID est quod dicis, Non sicut Deum glorificauerunt? Neque gratias egerunt? Hoc est ergo glorificare Deũ, gratias agere Deo: Hoc sanè. Quid enim peius, si ad imaginem creatus, cognito Deo, ingratus eris? Hoc est prorsus, hoc est, glorificare Deum, gratias agere Deo. Norunt fideles vbi & quãdo dicatur, Gratias agamus Domino Deo nostro. Quis autẽ gratias agit Deo, nisi qui sursum cor habet ad Dominũ? Ergo illi culpabiles qui sunt inexcusabiles, quia cognoscentes Deũ, non sicut Deum glorificauerunt, nec gratias egerunt. Sed quid? Sed euanuerunt in cogitationibus suis. Vnde euanuerunt, nisi quia superbi? Euanescit & fumus in altum surgendo, & magis ignis lucet & roboratur, humilius apprehendendo. Euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ. Etiam fumus, cùm sit igne altior, obscurus est.

CAP. III. Glorificare Deum, est Deo gratias agere. Gratias agere, est sursum cor habere.

CAP. IV. DENIQVE attende quod sequitur, & vide vnde tota causa pendeat: Dicẽtes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: Sibi arrogando quod præstiterat Deus, tulit quod dederat Deus. Ergo superbis ipse abscondit se, qui per creaturam diligenter scrutantibus creatorẽ insinuauerat non nisi se. Bene ergo Dominum: Abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus: siue ab illis qui multiplicibus disputationibus & sollertissima inquisitione, ad inuestigationẽ creaturæ peruenerũt, sed creatorẽ minimè cognouerunt: siue ab illis, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, & gratias egerunt, & videre perfectè aut salubriter nõ potuerũt, quia superbi fuerunt. Abscõdisti ergo hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quibus paruulis? Humilibus. Dic super quẽ requiescit spiritus meus? Super humilẽ & quietũ & tremẽtem verba mea. Hæc verba Petrus tremuit, Plato nõ tremuit. Teneat piscator, quod perdidit nobilissimus disputator. Abscõdisti à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Abscondisti superbis, & reuelasti humilibus. Quę sunt ipsa? Non enim cùm hoc diceret, cælũ & terrã attendebat, & quasi manu demõstrabat, cũ diceret hęc. Quis enim non videt hęc? Videt boni, videt mali: quia fecit solem suum oriri super bonos & malos. Quæ sunt ergo ista? Omnia mihi tradita sunt à patre meo.

Isaiæ 66.

Matth. 11. Apparet deesse si nem.

SERMO D. AVGVST. *de eo quòd Petrus vacillauit in mari.*

SERMO XXII.

CAP. I. EVANGELII lectio quam modò audiuimus, admonet humilitatẽ omniũ nostrũm videre & cognoscere vbi simus, & quo nobis tendendũ & festinãdum sit. Non enim nihil significat nauis illa portans discipulos, quę cõtrario vento laborabat in fluctibus. Neque sine causa Dominus relictis turbis ascendit in montem, vt solus oraret. Deinde veniens ad discipulos suos, periclitãtes inuenit, ambulans super mare: & confirmauit eos ascendẽs in nauẽ, fluctusq; placauit. Quid autem mirum, si omnia† placare potest, qui condidit omnia? Tamẽ posteaquã ascendit in nauem, venerunt qui portabantur, dicentes: Verè filius Dei es tu. Sed ante istam euidentiã turbati sunt, videtes eũ super mare. Dixerunt enim, Phantasma est. Ille autẽ ascendens in nauem, abstulit fluctuationẽ mentis de cordibus ipsorũ, vbi iã amplius dubitatione periclitabantur mente, quàm corpore in fluctibus. IN omnibus tamen quæ fecit Dominus, admonet nos quẽadmodum hîc viuamus. Nemo quippe in hoc seculo nõ peregrinus est: quãuis non omnes ad patriã redire desiderẽt. Ex ipso autem itinere, fluctus tempestatesq; patimur: sed opus est vel in naui simus. Nã si in naui pericula sunt, sint naui certus interitus. Quantas uis enim vires habeat lacertorum qui natat in pelago, aliquando magnitudine maris victus absorbetur & mergitur. Opus est ergo vt in naui simus: hoc est, vt in ligno portemur, vt mare hoc trãsire valeam⁹. Hoc autem lignum quo infirmitas nostra portatur, crux est Domini, in qua signamur, & ab huius mundi submessionibus vindicamur. Patimur fluctus: sed ille Deus est, qui opitulatur nobis. Quod enim ascẽdit relictis turbis solus Dominus orare in montẽ, mons ille alta cælorũ significat. Relictis enim turbis, solus Dominus post resurrectionẽ ascẽdit in cælum, & ibi interpellat pro nobis, sicut Apostolus ait. Est ergo quod significet, relictis turbis, ascẽdit in mõtem vt solus oraret. Solus enim est adhuc primogenitus à mortuis, post resurrectionẽ corporis ad dexteram patris, pontifex & aduocatus precũ nostrarũ. Caput Ecclesię sursum est, vt cætera mẽbra sequãtur in finẽ. Si ergo interpellat pro nobis, quasi in mõtis verticem, super celsitudinem omnium creaturarũ, solus orat. INTERÆ nauis portans discipulos, id est, Ecclesia, fluctuat & quatitur tẽpestatibus tentationũ: & non quiescit ventus contrarius, id est, aduersans ei diabolus, & impedire nititur ne perueniat ad quietem. Sed maior est qui interpellat pro nobis. Nam in ista nostra fluctuatione in qua laboramus, dat nobis fiduciam, veniens ad nos, & confortans nos: tantùm ne turbati in naui excutiamus nos, & proiiciamus in mare. Quia & si turbatur nauis, nauis est tamen. Sola portat discipulos, & recipit Christũ. Periclitatur quidem in mari: sed sine illa statim peritur. Tene te itaq; in naui, & roga Deum. Deficientibus enim omnibus cõsiliis, cùm neque gubernacula sufficerint, & ipsa velorũ extẽsio maiori periculo quàm vtilitati fuerit: dimissis humanis omnibus adiutoriis & viribus, sola restat nautis intẽtio deprecãdi, & voces ad Deum fundendi.

Matth. 14.

al. pariare.

CAP. II.

In naui ita nendum.

Qui

Qui ergo præstat nauigantibus, vt perueniãt ad portũ, nũquid Ecclesiam suam dimissurus est, vt eam perducat ad requiem? TAMEN, fratres, maxima perturbatio in ista naui nõ est, nisi in absentia DOMINI. In Ecclesia constitutus, absentem habet Dominum? Quando absentem habet Dominum? Quando vincitur aliqua cupiditate. Quomodo enim quodam loco in sacramẽto dictum accipitur, Sol non occidat super iracũdiam vestram, neq; detis locum diabolo: intelligitur autem non de isto sole qui habet quandã sublimitatem inter cœlestia visibilia, qui cõmuniter videri potest & à nobis & à bestiis, sed de illa luce, quã non videt nisi pura corda fidelium, sicut dictum est, Lumẽ verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc enim lumen visibilis solis, etiam pecora minutissima & breuissima illuminat. Est ergo lumẽ verũ iustitia atque sapientia, quod desinit mens videre, cùm perturbatione iracundiæ fuerit tanquã nubilo superata, & tũc quasi occidit sol super iracundiã hominis. Sic & in ista naui, cùm absens est Christus, suis quisque tẽpestatibus quatitur, & iniquitatibus & cupiditatibus suis. Dicit enim tibi lex, verbi gratia, Ne falsũ testimoniũ dicas. Si autẽ turpis lucri cupiditate superatus, statueris animo falsum dicere testimonium, iam incipies absente Christo tẽpestate turbari, fluctuabis fluctibus auaritiæ tuæ, periclitaberis tẽpestate cõcupiscẽtiarum tuarum, & quasi absente Christo penè submergeris.

Capit. III. — Ephes. 4. — Ioan. 1.

QVAM metuẽdum est, ne auertatur nauis, & retrò respiciat: quod fit, cùm relicta spe cælestiũ præmiorũ, ad ea quæ videntur & transeunt, detorquente cupiditate quisque conuertitur. Nam & tentationibus libidinum qui perturbatur, & tamẽ in ea quæ intus sunt cõspicit, non est vsque adeò desperatus, veniã delictis suis deprecans, & intentus euincere atq; transmeare rabiẽ sæuiẽtis maris. Qui verò ita detorquetur ab se, vt dicat in corde suo, Nõ videt DEUS: non enim de me cogitat, aut curat an peccem: vertit proram, fertur procella, & vnde veniebat impellitur. Sunt enim multę cogitationes in cordibus hominum: & fluctibus huius sęculi, & multis tẽpestatibus nauis Christo absente turbatur.

Capv. Peccare, & retrò respicere. — Peccare, & intus respicere.

QVARTA verò vigilia noctis, finis est noctis: vna enim vigilia tribus horis cõstat. Significat ergo, quòd iã in fine sęculi subuenit Dominus, & videtur ambulare super aquas. Quãquam enim turbetur * tẽtationum procellis hæc nauis, videt tamen glorificatum Deum ambulare super omnes tumores maris, hoc est, super omnes huius sęculi principatus. Antea enim dictũ est ex voce passionis eius, quia secũdum carnem cùm demonstraret humilitatis exẽplum, euanuerunt aduersus eum fluctus maris, quibus cessit volũtate pro nobis, vt impleretur illa prophetia, Veni in altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. Non enim repulit falsos testes, nec sæuientem clamorem dicentiũ, Crucifigatur. Rabida corda & ora furentium non potestate compressit, sed patientia tolerauit. Fecerunt ei quanta voluerunt: quia factus est obediẽs vsque ad mortem, mortem autem crucis. Postea verò resurrexit à mortuis, vt pro discipulis in Ecclesia tanquam in naui cõstitutis, & fide crucis suæ tanquã ligno portatis, & tẽtationibus huius sęculi tanquam fluctibus maris periclitantibus, solus oraret. Cœpit nomen eius honorari & in hoc sęculo, in quo contẽptus, accusatus, occisus est: vt qui venerat secũdum passionem carnis in altitudinem maris, & tempestas demerserat eum, iam superborum ceruices tanquã spumã vndarum sui nominis honore calcaret. Sicut nunc Dominum videmus tanquã ambulantẽ super mare, sub cuius pedibus totam huius sęculi rabiem subiectam esse conspicimus. SED accedũt periculis tẽpestatum, etiã errores hęreticorũ: & nõ desunt qui sic tentẽt animos eorum qui sunt in naui, vt dicant Christum nõ fuisse natũ de virgine, nec verũ corpus habuisse, sed oculis visum esse quod nõ erat. Et istæ opiniones hæreticorum nunc natæ sunt, quãdo iam nomẽ Christi per omnes gentes clarificatur, tãquam Christo iam ambulante super mare. Tentati discipuli dixerũt, quia phantasma est: sed ille nos aduersus istas pestes sua voce confirmat, dicẽs: Fidite, ego sum: nolite timere. Vano enim timore homines de Christo ista senserũt, attẽdentes honorem eius & maiestatem: & nõ putãt quòd sic potuerit nasci, qui sic meruit clarificari, tã quam expauescentes super mare ambulãtem. Quo facto, honoris eius excellentia figuratur: atque ita quòd phãtasma esset, existimãt. Sed cùm ille dicit, Ego sum: quid aliud dicit, nisi non se esse quod nõ est? Itaq; si carnem ostendit, caro erat; si ossa, ossa erãt; si cicatrices, cicatrices erãt. Non enim erat in illo Est, & Nõ: sed Est in illo erat, sicut Apostolus dicit. Inde est vox illa, Fidite, ego sum: nolite timere. Hoc est, nolite sic expauescere meam dignitatem, vt mihi velitis auferre veritatem. Et si super mare ambulo, & si elationes & fastus sęculares tanquã rabidos fluctus sub pedibus habeo, tamẽ verus homo apparui, tamẽ verum de me Euangelium meum prędicat, quòd ex virgine natus sim, quòd verbum caro factus sim, quòd verũ dixi, Palpate & videte, quia spiritus ossa nõ habet, sicut me videtis habere: quòd manus dubitantis vera vulnerũ meorum vestigia tractauerunt. Itaque ego sum: nolite timere. NON autẽ illos solos significat ista res, quòd putauerũt discipuli quia phantasma est: non illos solos designat qui humanam carnẽ † DOMINŨ habuisse negant, & aliquando etiam eos qui in naui sunt cæca prauitate perturbant: sed etiam illos qui Dominũ putant in aliquo fuisse mentitũ, & ea quæ minatus est impiis, euentura esse non credũt. Quasi in parte sit verax, & in parte mendax, veluti phantasma apparens in verbis, quasi quod est, & non est. Sed qui bene intelligunt vocem dicẽtis, Ego sum, nolite timere: iam credunt omnia verba Domini, vt quẽadmodũ sperant præmia quę promittit, ita pœnas timeant quas minatur. Sicut enim verum est quod dicturus est ad dexteram positis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mũdi: ita verum est quod audituri sunt ad sinistram constituti, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Nam & ista opinio, qua putant homines Christum non vera fuisse iniquis & perditis comminatum, ex hoc nata est, quia vident populos multos & innumerabiles turbas nomini eius subiectas: vt ex eo illis videatur Christus phantasma esse, quia super mare ambulabat: id est, ideo videatur mentiri in comminatione pœnarum, quia quasi non potest perdere tam innumerabiles populos, qui nomini ei⁹ & honori subiecti sunt. Sed audiant dicentem, Ego sum. Illi ergo nõ timeant, qui veracem in omnibus Christum credentes, non solũm id quod promisit appetunt, sed etiam fugiũt quod minatus est: quia etiam si super mare ambulat, id est, omnia genera hominum in isto sęculo constituta subiecta sunt, tamen nõ est phantasma, & ideo non mentitur cùm dicit, Non omnis qui mihi dicit Domine, Domine, intrabit in regnum cælorũ. QVID ergo significat etiam, quòd Petrus ausus est ad illum venire super aquas? Gestat enim Petrus Ecclesiæ plerunq; personã. Quid ergo aliud dictũ putamus, Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas: nisi, Domine, si tu verax es, & in nullo mẽtitis, clarificetur etiã Ecclesia tua in isto sęculo, quia hoc de te prophetia prædicauit? Ambulet ergo super aquas, & sic ad te veniat illa cui dictum est,

Capit. III. — Psal. 68. — Fides crucis. — Capv. VII. — Matth. 7. Capit. IX.

Vultum tuum deprecabũtur diuites plebis. Quoniam Dominum laus humana non tentat, homines autem sæpe in Ecclesia humanis laudibus & honoribus perturbantur, & propè merguntur: ideo Petrus trepidauit in mari, magnam vim tempestatis exhorrens. Quis enim non timet illam vocem, Qui vos fẽlices dicũt, in errorẽ vos mittunt, & conturbant semitas pedum vestrorum? Et quia luctatur animus aduersus concupiscentiam laudis humanæ, bonum est in tali periculo ad orationẽ & deprecationẽ cõuertatur: ne fortè qui laude mulcetur, vituperatione subruatur atq; mergatur. In vnda exclamet titubans Petrus, & dicat, Domine, saluame. Porrigit enim Dominus manũ, & quamuis increpet, dicens, Modicæ fidei, vt quid dubitasti: quare nõ recto itinere illũ intuens attendebas, non nisi in DOMINO gloriatus es: Tamẽ à fluctibus rapit, & cõfitentẽ infirmitatem suam atque illius auxilium postulantem, perire nõ sinit. Recepto autem Domino in naui, cõsirmata fide atq; omni dubitatione sublata, sedatisq; tẽpestatibus maris, vt iam ad terrę stabilitatẽ securitatẽq; veniatur, adorant omnes dicentes, Verè filius DEI es tu. HOC est enim gaudium sempiternum, quo perspicua veritas, & verbum Dei, & sapiẽtia per quam facta sunt omnia, & eminentia misericordiæ eius: & cognoscitur & amatur. Conuersi ad Dominum, &c.

Psal. 44. — Esa. 3. b. — 1. Cor. 1.

SERMO XXIXI. Matth. 17.

SERMO D. AVGVST. *de verbis Euangelij, vbi se Iesus demonstrauit in monte tribus discipulis.*

VISIONEM magnam in monte, vbi se DOMINUS Iesus tribus discipulis demonstrauit, Petro, Iacobo, & Ioanni, cùm sanctum Euangelium legerẽtur, audiuimus. Splenduit vultus eius sicut sol: hoc significat euãgelij claritatẽ. Vestimẽta eius facta sunt cãdida sicut nix: hoc significat Ecclesiæ mundationẽ, cui dictũ est per Prophetam, Et si fuerint peccata vestra sicut phœniciũ, tanquam niuẽ dealbabo. Helias & MOYSES colloquebantur ei: quia Euãgelij gratia testimonium habet à Lege & Prophetis. In Moyse lex, in Helia Prophetæ, vt breuiter loquamur. Sunt enim beneficia Dei per martyrem sanctum, quæ recitabũtur. Audiamus. Placuit Petro tria fieri tabernacula: Moysi vnum, Heliæ vnum, & Christo vnum. Delectabat eum montis solitudo: tædium patiebatur à tumultu rerum humanarum. Sed tria tabernacula quare quęrebat, nisi quia vnitatẽ Legis, Prophetiæ & Euãgelij nõdum sciebat? Deniq; nube emẽdatus est. Hæc eo loquente, inquit, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Ecce vnum tabernaculũ nubes fecit: tu tria quare quęrebas? Et vox de nube, Hic est filius meus dilect⁹, in quo mihi cõplacui, hunc audite. Loquitur Helias, sed hunc audite. Loquitur MOYSES, sed hũc audite. Loquuntur Prophetæ, loquitur Lex: sed hunc audite, vocẽ Legis, & linguam Prophetarũ. Ipse in illis sonuit, ipse in seipso quando est dignatus apparuit. Hũc audite, hunc audiamus. Quando Euangelium loquebatur, putate quia nubes erat: inde nẽbis vox sonuit, Hũc audiamus: quod dicit faciamus, quod promisit speremus. Conuertũ ad Dominum, &c.

Esa. 1. — Beneficia Dei per martyrem Sanctum.

SERMO XXIIII. Ioan. 1. Cap. 1.

SERMO D. AVGVST. *de verbis Euangelii, In principio erat verbum, &c.*

DOMINVM nostrum Iesum Christum factũ esse hominem quærendo perditum hominem, neque vnquam tacuit prædicatio nostra, & semper habuit fides vestra: hunc autem Dominum nostrum qui homo factus est propter nos, Deum semper fuisse apud patrem, & semper futurum esse, imò semper esse, quia vbi tempus non præterit, nõ est ibi, fuit & erit. Quod enim dicitur fuit, iã nõ est: quod dicitur erit, nondũ est: sed semper est, quia verè est, hoc est, incõmutabilis est. Modò nos admonuit Euãgelicum capitulũ, magnum diuinumq; secretum. Hoc enim principium Euangelij sanctus Ioannes ructauit, quia de pectore Domini bibit. Recordamini enim, & lectũ est vobis nuperrimè, quomodo ipse sanctus Ioannes euangelista in sinu DOMINI discumbebat. Quod apertè exponere volens, ait, Super pectus Domini discũbebat: vt intelligeremus quid dixerit, in sinu Domini. Ille enim qui super pectus Domini discũbebat, putamus quid bibebat? Nõ putemus, sed potemus: modò enim & nos audiuimus quod bibamus.

Capit. I. Ioan. 1.

IN *principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* O prædicare! ô saginam DOMINICI pectoris eructare! In principio erat verbum. Quid quęris quid ante te erat? In principio erat verbum. Si factum esset verbum (non est enim factum per quod facta sunt omnia:) si factum esset verbum, Scriptura diceret, In principio fecit Deus verbũ, quomodo dixit in Genesi, In principio fecit Deus cælum & terram. Non ergo in principio fecit Deus verbũ: quia in principio erat verbũ. Hoc verbũ quod in principio erat, vbi erat? Sequere: Et verbum erat apud Deum. Sed solemus, audiẽdo quotidie humana verba, vile habere hoc nomen verbi. Hic noli habere vile nomen verbi. Deus erat verbum. *Hoc* idem verbum *erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.*

Gen. 1. — Verbũ Dei Christus.

EXTENDITE corda vestra, adiuuate paupertatem sermonis nostri. Quod dicere potuero, audite: quod nõ potuero, cogitate. Quis cõprehendat verbũ manens? Omnia verba nostra sonant & transeũt. Quis comprehẽdat verbum manẽs, nisi qui in ipso manet? Vis cõprehendere verbũ manens? Noli sequi flumẽ carnis. Caro quippe ista fluuius est: nõ enim manet. Tanquã de fonte quodã secreto naturæ nascuntur homines, viuũt homines, moriuntur homines: nec vnde veniãt nouimus, nec quò eant nouimus. Latet aqua, donec progrediatur ex fonte: currit, & apparet in flumine: sed rursus latet in mari. Contẽnamus fluuium istum manentẽ, currẽtem, desinentem: contẽnamus. Omnis caro fœnũ, & omnis honor carnis sicut flos fœni. Fœnũ aruit, flos decidit. Vis manere? Verbum autem Domini manet in æternum. SED vt veniret nobis, *Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis.* Quid est, Verbum caro factum est? Aurum fœnum factum est. Fœnum factum est ad succẽdendum: succensum est fœnum, sed mansit aurũ: & in fœno nõ periit, & fœnũ mutauit. Quomodo mutauit? Resuscitauit, viuificauit, in cęlum leuauit, ad patris dexterã collocauit. Vt autẽ diceretur, Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis, quid præcessit recolamus paululum. *In sua propriauenit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri.* Fieri, quia non erant: ipse autem in principio erat. Dedit ergo eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius: qui nõ ex sangulnibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ecce sunt, in quacunque sint ætate carnis. Videtis infantes: videte & gaudete. Ecce sunt: sed ex Deo nati sunt. Vulua matris, aqua baptismatis.

Capit. II. — Esa. 40. — Capv. III.

NEMO pauperculo animo sentiat, & voluat apud seipsum minẽdacissimas cogitationes, & dicat sibi, Quomodo in principio erat verbũ, & verbum apud DEUM, & Deus erãt verbũ: omnia per ipsum facta sunt: & ecce verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Audite vnde factũ est. Ecce credentibus In nomine eius dedit potestatem filios Dei fieri. Ipsi quibus dedit potestatẽ filios Dei fieri, putant impossibile esse filios Dei fieri?

Capv. — al. mendacissimas.

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nolite putare multũ esse ad vos, filij Dei fieri: propter vos filius hominis factus est, qui erat filius Dei. Si factus est ipse, vt minus esset qui plus erat: non potest facere ex eo q̃ minus eramus, vt aliquid plus esse possimus? Descẽdit ad nos, & non ad illum ascẽdemus? Accepit pro nobis mortem nostram: & nõ nobis daturus est vitam suam? Passus est propter te mala tua, & nõ tibi daturus est bona sua? Cap. vi. Sed quomodo, inquit, fieri potuit, vt verbũ Dei, quo gubernatur mundus, per quod & creata sunt & creantur vniuersa, coartaret se in virginis carnẽ: dimitteret mundum, & desereret angelos, in vtero vnius feminę includeretur? Nec nosti diuina cogitare. Verbũ Dei (tibi loquor, ô homo, de omnipotentia Dei verbi tibi loquor): prorsus totum potuit: quia & verbum Dei omnipotẽs est, & manere apud patrẽ, & venire ad nos: & in carne procedere ad nos, & apud ipsum latere. Neque enim, si natus ex carne non esset, nõ esset. Erat ante carnem suam: ipse creauit matrem suam. Elegit in qua conciperetur, creauit de qua crearetur. Quid miratis? Deum tibi loquor: Deus erat verbum.

Cap. vii. De verbo aliquid ago, & verbum humanum fortè aliquid simile potest: quãtus longè impar, longè disserũ, ex nulla particula cõparandum, tamen vobis aliqua similitudine insinuãdum. Ecce ego verbũ quod vobis loquor, in corde meo prius habui: processit ad te, non recessit à me. Cœpit esse in te, quod nõ erat in te: mãsit apud me, cùm exiret ad te. Sicut ergo verbum meum prolatũ est sensui tuo, nec recessit à corde meo: sic illud verbũ prolatũ est sensui nostro, nec recessit à patre suo. Verbum meum apud me erat, & processit in vocẽ: verbum Dei erat apud patrem, & processit in carnem. Sed nunquid ego possum id facere de voce mea, quod potuit ille de carne sua? Ego enim volantẽ vocem meam tenere nõ possum: ille carnem suã non solùm tenuit vt nasceretur, viueret, ageret: sed etiã mortuã suscitauit, & vehiculũ quoddam in quo processit ad nos, ad patrẽ leuauit. Vestem dicas carnem Christi, vehiculũ dicas, & quomodo fortè ipse significare dignatus est, iumentum ipsius dicas: quia in ipso iumento leuauit eum qui fuerat à latronib⁹ sauciatus. Postremo, quod ipse apertius dixit, templum dicas. Hoc templũ iam nouit mortem, ad dexteram patris sedet: in ipso templo venturus est iudicare viuos & mortuos. Quod nos monuit præcepto, demonstrauit exemplo. Quod ostendit in carne sua, hoc sperare debes in carne tua. Hæc est fides, tene quod nondum vides. Opus est, vt in eo quod nõ vides credendo permaneas, ne cùm videris, erubescas. Conuersi ad Dominum, &c.

Sermo xxv. *Sermo eiusdem de verbis Apostoli, Deponentes mendacium, loquimini veritatem: & de eo quod dictum est in Psalmo, Omnis homo mendax.*

Cap. i. Ephes. 4. Hanc sententiam quam dixit Apostolus, *Deponentes mendacium, loquimini veritatẽ*, non esse contrariã illi sententiæ, quæ data est in Psalmo, *Omnis homo mendax*, si Dominus dat intellectũ, breuiter exponemus. Quid ergo est, Deponẽtes mendacium, loquimini veritatem: &, Omnis homo mendax? An impossibilia per Apostolum Deus iubet? Non. Quid ergo iubet? Audeo dicere: sed sine cõtumelia dictũ accipiatis, quia & in meipsum dico: hoc iubet Deus, vt non simus homines. Si enim dicerem, Iubet Deus, vt non sitis homines, acerbè fortitan acciperetis: & me itaq; coniunxi, ne quis irascatur. Psal. cxv.

Cap. i. Crimẽ est esse hominem. Plus enim dico sanctitati vestræ: inuenimus Apostolum tanquam crimẽ obiecisse hominibus, quia homines sunt. Obiurgãs enim illos hoc dixit. Quomodo nos irati dicim⁹ alicui, Pecus es: sic ille corripiẽs in flagello Dominicæ disciplinæ, obiecit hominibus quia homines erant. Quid illos fieri volebat, quibus crimen erat quia homines erãt? Cùm enim sic inter vos, inquit, æmulatio & cõtẽtio, nonne carnales estis, & secũdum hominem ambulatis? Cùm enim quis dicat, Ego quidẽ sum Pauli: alius autem, Ego Apollo, nonne homines estis? Exprobrans & obiurgans ait, Nonne homines estis? Quid ergo eos fieri volebat, nisi quod in Psalmo dicitur, Ego dixi, Dij estis, & filij Altissimi? Hoc quidem dixit Deus: ad hoc enim vocat. Sed quid subiũgit? Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Et ibi opprobrium obiectum est, cùm dicitur, Vos autem sicut homines moriemini. Homo enim Adã, & non filius hominis: Christus autem filius hominis, & Deus. Ad mendaciũ vetus homo pertinet, id est, Adam; ad veritatem nouus homo filius hominis, hoc est, Christus Deus. Si deponis mendacium, exue Adam, si loqueris veritatem, indue Christum: & nõ tibi erunt contraria quę modò in Scripturis sunt posita; quia & Apostolus exuẽdum veterem hominem, & induendum nouum monens, dicit: Deponentes mendaciũ, loquimini veritatem: & Psalmus illos admonebat & plãgebat, qui nolẽtes exuere Adã, & induere Christum, non noui homines, sed tantùm homines esse cupiebant: qualibus dicitur, Nonne homines estis? Et in vos cadit quod dictum est, Omnis homo mendax. 1. Cor. 3. Psal. 81.

Cap. ii. Si homo vis esse, mendax eris. Noli velle esse homo, & non eris mẽdax. Indue Christũ, & eris verax: vt quæ locutus fueris, nõ tua sint quasi propria, & abs te instituta, sed illustrantis te & illuminantis veritatis. Nam si spoliaberis lumine, remanebis in tenebris tuis, & non poteris nisi mendacia loqui. Ait enim ipse Dominus: Qui loquitur mẽdacium, de suo loquitur: quia omnis homo mendax. Qui ergo loquitur veritatẽ, non de suo loquitur, sed de Dei. Non quidem ita, vt eum loqui dicamus aliena: fiunt enim sua, cùm amat quod accipit, & gratias agit illi qui dedit. Nam si ablata fuerit homini illustratio veritatis, remanebit tãquam nudus indumento luminis, & nõ poterit nisi mendacia loqui. Hoc enim in illo remanebit, quod in Psalmo scriptum est, Omnis homo mendax. Non est ergo vnde quisquam calumnietur, & dicat mihi, mentiar, quia homo sum. Dicam enim & ego fidentissimè, Noli esse homo, vt non mentiaris. Ergo, inquit, homo non ero? Nõ vtique. Vt enim non sis homo, ad hoc vocatus es ab illo, qui propter te factus est homo. Noli succensere. Non enim ita tibi dicitur, vt homo nõ sis: sed vt sis inter eos, quibus dedit potestatẽ filios Dei fieri. Deus enim Deũ te vult facere: non natura, sicut est ille quem genuit; sed dono suo & adoptione. Sicut enim ille per humanitatem factus est particeps mortalitatis tuę: sic te per exaltationẽ facit participem immortalitatis suæ. Age igitur gratias, & amplectere quod donatum est, vt merearis perfrui quò vocatus es. Noli esse Adã, & nõ eris homo. Si non homo, non vtique mendax: quia omnis homo mendax. Et cùm cœperis non mẽtiri, noli tibi tribuere & extolli, quasi ex tuo proprio: ne vẽto superbię, tãquam lucerna quę aliũde accenditur, extinguaris, & remaneas rursus in mẽdacio tuo. Nolite ergo mentiri, fratres. Iam enim veteres homines eratis: accessistis ad gratiã Dei, facti estis homines noui. Mẽdaciũ ad Adam pertinet, veritas ad Christũ. Deponẽtes ergo mẽdaciũ, loquimini veritatẽ, vt & caro ista mortalis quã adhuc habetis de Adam, præcedẽte nouitate spiritus, mereatur & ipsa innouationem & commutationem tẽpore resurrectionis suæ: ac sic totus homo deificatus inhæreat perpetuæ atque incommutabili veritati. Conuersi ad Dominum, &c. Joan. 8. Quomodo quæ Dei sunt, fiant nostra. Cap. iii. Cap. iiii. 1. Cor. 10.

Sermo xxvi. *Sermo de quatuor Quæstionibus: Prima de visione Petri. Secunda de verbis Euangelij, Luceat lumẽ vestrum coram hominibus; vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est. Et paulò post, Cauete facere iustitiã vestram corã hominibus, vt videamini ab eis, &c. Tertia de verbis Euangelij, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Quarta, de dilectione inimici.*

Postilius habet, Alius, *supple sermo*, in quo quæstiones propositæ ex Actibus Apostolorum, & ex Euangelio, soluuntur.

Cap. i. Ante diem Dominicum superiorem, memini me propositarum de Scripturis quarundam quæstionum factũ esse debitorem sanctitati vestræ. Est autem, quantũ Dñs dare dignatur, soluendi tempus, ne diutius debeamus, nisi solam charitatem, quæ semper redditur, & semper debetur. De visione Petri dixeramus quærendum esse, quid sibi velit *vas illud, tanquam linteum submissum de cælo quatuor lineis: in quo erant omnia quadrupedia terræ, & serpentia, & volatilia cæli*: & quod dictum est Petro voce diuina, *Occide & manduca*: & quod ter factũ est & assumptum. Aduersus eos quidẽ qui voracitatem à Dño Deo imperatam Petro arbitrantur, facile est disputare. Primò, quia etiam si ad literam velimus accipere quod dictum est, Occide, & manduca: nõ occidere & manducare peccatũ est, sed immoderatè vti donis Dei, quæ tribuit ad vsus homini. Iudæi enim acceperãt certa animalia quæ manducarent, & certa à quibus abstinerent: quod in significatione rerũ futurarũ eos accepisse, manifestat Apostolus Paulus, dicens, Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quod est vmbra futurorũ. Itaque iã temporibus Ecclesiæ dicit alio loco, Omnia munda mundis: sed malũ est homini qui per offensionem mãducat. Erant enim qui tempore illo, quo ista scribebat Apostolus, carnibus vescebantur, in offensionẽ quorundã infirmorũ. Immolatitia enim caro eorũ pecorũ quæ haruspices immolabant, tunc in macello vendebatur, & multi fratres abstinebant se ab edendis carnibus, ne vel ignari incurrerent in eas carnes, de quibus sacrificiũ idolis factũ erat. Vnde alio loco idẽ Apostolus, ne timore conscientia trepidaret, ait, Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes, propter conscientiam. Domini enim est terra & plenitudo eius. Et iterũ: Si quis autẽ vos vocauerit ex infidelibus, & volueritis ire: omnia quæ apponũtur vobis mãducate, nihil diiudicantes propter conscientiã. Si quis autẽ vobis dixerit, quod immolatitiũ est, nolite manducare, propter illũ qui indicauit, & propter conscientiã. Omne ergo in his rebus siue mundũ siue immundũ, nõ in contactu carnis, sed in conscientiæ puritate, aut in macula constitutũ est. Vnde data est licẽtia Christianis, quæ Iudæis nõ est data. Omnia enim animalia quæ Iudæis prohibita sunt manducare, signa sunt rerũ, & sicut dictũ est, vmbræ futurorũ. Sicut illa circũcisio significat circũcisionẽ cordis, quã illi in carne gestabant, & in corde repudiabant: sic & epulæ illæ præcepta mysteriorũ sunt, & signa futurorum. Veluti quod ciripũ est eis, vt quæ sunt ruminãtia & fissa vngula, ipsa manducẽt: quib⁹ autẽ vel vtrumq; vel vnum horum defuerit, non manducent: homines quidam significantur, nõ pertinentes ad societatem sanctorum. Fissa enim vngula ad mores: ruminatio verò ad sapientiam pertinet. Quare ad mores fissa vngula? Quia difficilè labitur. Lapsus enim peccati signũ est. Ruminatio autem ad sapientiæ doctrinam quomodo pertinet? Quia dixit Scriptura, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis: vir autẽ stultus glutit illũ. Qui ergo audit, & negligẽtia fit obliuiosus, quasi glutit quod audiuit: vt iam in ore nõ sapiat, auditionẽ ipsam obliuione sepeliens. Qui autẽ in lege Dñi meditatur die ac nocte, tanquã ruminat: & in quodam quasi palato cordis verbi sapore delectatur. Hoc ergo quod præceptũ est Iudæis, significat quòd ad Ecclesiã, id est, ad corpus Christi, ad gratiã societatẽmque sanctorum, nõ pertinent illi qui aut negligentes auditores sunt, aut malos mores habent, aut in vtroq; vitio reprehenduntur. Sic cætera quæ ad hunc modũ præcepta sunt data Iudæis, vmbraticæ sunt significationes futurorũ. Postea quã venit lux mũdi Dñs noster Iesus Christus: tantummodo vt intelligantur, nõ etiam vt obseruentur, leguntur. Data est ergo licentia Christianis, vt secũdũ hanc vanam consuetudinem non faciant, sed manducent quod velint: cũ moderatione, cũ benedictione, cũ gratiarũ actione. Fortassis ergo & Petro ita dictum est, Occide, & manduca; vt nõ iam teneret obseruationes Iudæorũ: nõ tamen ei quasi gurges vẽtris & fœda voracitas imperata est. Sed tamen vt intelligatis hoc in figura esse monstratum: erant in illo vase serpentia. Nunquid nam poterat mãducare serpentes? Quid ergo sibi vult ista significatio? Vas illud Ecclesiam significat: quatuor lineæ, quibus depẽdebat, quatuor partes orbis terrarũ, per quas rẽditur Ecclesia catholica, quæ vbiq; diffusa est. Quicunque ergo voluerit in partẽ ire, & ab vniuerso cõscindi: nõ pertinet ad quatuor lineam sacramentũ. Si autem ad visionẽ Petri non pertinet, nec ad claues quæ datæ sunt Petro. A quatuor eũ vẽtis dicit Deus congregari sanctos suos in fine: quia nunc per omnes istos quatuor cardines fides Euangelica dilatatur. Animalia ergo illa, gentes sunt. Omnes enim gentes quæ immundæ erant, in erroribus & superstitionibus & concupiscentiis suis, antequam veniret Christus, illo ãdueniente donatis sibi peccatis mundæ sunt factæ. Vnde iam post remissionem peccatorũ, quare non recipiantur in corpus Christi, quod est Ecclesia Dei, cuius personam Petrus gestabat? Prima quæst. Act. 10. Voracitas. Cap. i. Cap. ii. Colossi. 2. Tit. 1. Per offensionẽ manducare. 1. Cor. 10. Cap. iii. Obseruationes Iudaicæ signa sunt. Deut. 14. Fissa vngula. Ruminatio. Pronet. 21. Cap. iii. Cap. v. Vas. Lineæ quatuor. Cap. vi. Petrus personam gerit Ecclesię. Matth. 16. al. *dabo*. Act. 16. Cap. vii.

Petrus enim multis locis Scripturarum apparet quòd personã gestet Ecclesiæ: maximè illo in loco vbi dictũ est, Tibi † trado claues regni cælorũ. Quæcunq; ligaueris in terra, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; solueris in terra, erunt soluta & in cælo. Nunquid istas claues Petrus accepit, & Paulus non accepit? Petrus accepit & Ioannes, & Iacobus nõ accepit, & cæteri Apostoli? Aut nõ sunt istæ in Ecclesia claues, vbi peccata quotidie dimittuntur? Sed quoniã in significatione personam Petrus gestabat Ecclesiæ, q̃ illi vni datũ est, Ecclesię datũ est. Ergo Petrus figurã gestabat Ecclesię, Ecclesia corpus Christi est. Recipiat igitur iam mundatas gẽtes quibus peccata donata sunt, vnde miserat ad illũ Cornelius gẽtilis homo, & qui cũ illo gentes erant. Huius eleemosynæ acceptæ mũdauerãt eum ad quendã modũ: restabat vt tanquam cibus mundus incorporaretur Ecclesiæ, hoc est, corpori Domini. Petr⁹ autẽ trepidabat tradere gentibus Euangeliũ: quia illi qui crediderant ex circumcisione, prohibebant Apostolos tradere incircumcisis Christianam fidem: & dicebant nõ eos debere accedere ad participationem Euangelij, nisi suscepissent circumcisionẽ, quæ tradita erat patribus eorum. Vas ergo illud dubitationem istam sustulit, & ideo post illam visionem admonitus est à Spiritu sancto, vt descẽderet & iret cum eis qui venerant à Cornelio, & pertexit. Cornelius enim &, qui cum illo erant, tanquam ex illis animalibus habebun-

habebantur, quæ in vase fuerant demonstrata: quos tamẽ iam mundauerat Deus, quia eleemosynas eorum inde acceptauerat. Occidendi ergo erãt & manducãdi, id est, vt interficeretur in eis vita præterita, qua non nouerant Christũ, & transirent in corpus eius, tanquã in nouam vitam societatis Ecclesiæ. Nã & ipse Petrus cùm ad eos venisset, cõmemorauit breuiter quid sibi in illa visione mõstratũ sit. Ait enim, Et vos scitis, quã illicitum sit viro Iudæo cõiungi, aut accedere ad alienigenã: sed mihi Deus ostendit, neminem communẽ aut immundũ hominẽ dicere. Quod vtiq; tunc ostendit Deus, cũ vox illa sonuit, Quæ Deus mundauit, tu ne immunda dixeris. Et postea veniens ad fratres in Hierosolymã, cũ quidã tumultuarentur, quòd gentib⁹ Euangeliũ traderetur, reprimens eorũ commotionẽ, etiã ipsum visum cõmemorauit: quod nisi ad candẽ intelligentiam pertineret, commemorandum non esset.

CAPVT VIII. Linteum.

FORTASSIS quæratur etiã illud, quare linteũ erat, in quo erat, in quo erãt illa animalia. Non vtique sine causa. Nouimus enim, quòd linteũ tinea non consumit, quæ vestes alias corrũpit. Excludat vnusquisq; de corde suo corruptiones malarũ † concupiscentiarum, atque ita incorruptibiliter firmetur in fide, vt prauis cogitationibus tanquam tineis non penetretur, si vult ad sacramentum illius lintei pertinere, quo figuratur Ecclesia.

al. *cupiditatum.*

CAP. IX. Trina submissio.

QVARE ter de cælo submissum est? Quia ipsẽ omnes gentes, quæ pertinent ad quatuor partes orbis terræ, qua disseminatur Ecclesia, quã significabant quatuor lineæ, quibus vas illud connectebatur, in nomine Trinitatis baptizantur: In nomine patris & filij & spiritus sancti, credentes innouãtur, vt pertineant ad societatem cõmunionémque sanctorum. Quatuor ergo lineæ & trina submissio, etiã duodenariũ Apostolorũ numerum ostendit: tanquã ternis per quatuor deputatis. Quater enim tria, duodecim fiunt. Satis vt arbitror de ista visione tractatum est.

CAP. X. Secunda quæstio. Matth. 5. Vide serm. 2. de verbis Domini. Matt. 6.

ALIA quæstio à nobis dilata erat, quare Dominus in ipso sermone quem in monte habuit, dixit discipulis suis, *Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Et paulò pòst in eo ipso sermone ait, *Cauete facere iustitiam vestram corã hominibus, vt videamini ab eis: & sit eleemosyna tua in abscõdito, & pater tuus qui videt in abscõdito reddet tibi.* Fluctuat plerunq; operator inter hæc duo præcepta, & cui obtẽperet nescit: quando vtiq; Dũo vult obtemperare, qui vtrunque præcepit. Quomodo lucebunt opera nostra coram hominib⁹, vt videant bona facta nostra: & quomodo rursus erit eleemosyna nostra in abscondito? Si hoc obseruare voluero, in illud offendo: si illud obseruauero, hinc peccо. Ergo vtero; Scripturæ locus ita tẽperandus est, vt ostendantur diuina præcepta aduersa sibi esse non posse. Nã ista quæ videtur pugna in verbis, pacẽ intellectoris inquirit.

CAP. XI. Scripturæ nulla discordia.

HABEAT quisque cum Dei verbo in corde concordiã, & Scripturæ nulla discordia est. Propone ergo hominem eleemosynam faciẽtem, sic vt omnino nesciat aliquis, si fieri potest nec ille cui datur: vt eius etiã oculos vitãs ponat potius q; inueniat, quã porrigat q; accipiat. Quid potest facere amplius, vt abscondat eleemosynã suã? Iste vtique incurrit in illã sententiam, & non facit quod Dũs ait, Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra. Nemo videt facta eius bona, non inuitat ad imitandũ. Erunt cæteri steriles, quantũ in ipso est, dum putant à nemine fieri quod præcepit Deus, si hoc homines agant, vt nõ videãtur bona opera eorum: cũ maior misericordia in eũ fiat, cui proponitur bonæ imitationis exẽplũ, quã cui porrigitur reficiẽdi corporis alimẽtũ. Propone alterũ eleemosynas suas apud populum ventilantem atque iactantem, nihil aliud in eis quã velle laudari, luceant opera eius corã hominibus. Videtis quia non offendit in illud præceptum: sed offendit in alterũ dicentis Dñi, Sit eleemosyna tua in abscondito. Talis qui fuerit, etiã pigrescit, si existãt aliqui impij, qui fortè reprehendant quod facit. Pẽdet ex lingua laudantiũ: similis est autẽ virginibus, quæ nõ portant oleũ secũ. Nostis enim quinq; virgines stultas, quę oleũ secũ non portauerunt; alias autem sapientes, quæ oleũ secum portauerunt. Omniũ lampades lucebant: sed alię non habebãt secũ vnde illam pascerẽt lucem, & ab eis quæ habebant ita distinguebantur, vt illę stultæ, illæ sapientes dicerẽtur. Quid est ergo, Ferre oleũ secum: nisi habere conscientiam placendi Deo de bonis operibus, & nõ ibi finẽ gaudij sui ponere, si homines laudent, qui conscientiã videre non possunt? Quia facit enim, potest videre homo: quo autem animo faciat, Deus videt.

Matth. 25.

Oleũ ferre.

CAPVT XII.

PROPONAMVS ergo aliquẽ præceptũ vtrumque seruantẽ, vtrique obedientem. Porrigit panem esurienti, & potrigit corã illis quos vult facere imitatores suos: imitatus etiam Apostolũ dicentem, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Porrigit ergo pauperi panem: manifestus in opere, deuotus in corde. Vtrũ laudem suam ibi quærat an gloriã Dei, nullus hominũ videt, nullus hominũ iudicat: sed tamẽ illi qui studio benevolo ad imitandũ parati sunt, quod bonum fieri vident, etiam pio animo fieri credunt: & laudant Deũ, cuius præcepto & dono talia fieri videt. Apparet ergo opus eius, vt videant homines, & glorificent patrem, qui in cælis est: ipse autẽ effectus eius in corde est, vt sit eleemosyna eius in abscondito, & pater qui videt in abscondito, reddat ei. Seruauit iste modũ quem debuit: nullius præcepti contẽptor, sed vtriusq; perfector. Cauit enim, ne fieret, iustitia eius coram hominibus, id est, ne ibi haberet finem, vt ab hominibus laudaretur: quando nõ seipsum sed Deũ voluit in opere suo bono laudari. Ea verò voluntas quia intus est in ipsa conscientia, facta est eleemosyna illa in abscondito, vt ille retribuat cui nihil abscõditur. Quis enim potest cor suum hominibus demonstrare cùm facit, vt ostendat qua intentione animi faciat? Nam & ipsa verba fratres, satis perpensè à Domino dicta sunt. Attendite quomodo dicat, Cauete facere iustitiam vestram corã hominibus, vt videamini, inquit, ab eis. Si ibi posuit finẽ, vbi dixit, Vt videamini ab eis: iste finis est reprehensibilis atq; culpabilis, vsq; ad hominum laudẽ velle benefacere, nihil amplius inde quærere. Quisquis ergo ideo tantũ facit, vt videatur ab hominibus, reprehenditur à Dũo in ista sententia.

1. Cor. 4. & 11.

CAPVT XIII.

ILLIC verò vbi iubet videri bona facta nostra, nõ ibi finẽ posuit, vt tantummodo homines hominẽ videãt, & hominẽ laudẽt: sed trãsit ad gloriã Dei, vt vsq; ad illã perducatur operantis intẽtio. Luceant, inquit, opera vestra corã hominibus, vt videant bona facta vestra: sed non hoc debes quærere. Quid ergo? Addit & dicit, Et glorificent, inquit, patrẽ vestrũ, qui in cælis est. Hoc si quæris vt glorificetur Deus, noli timere ne videatis ab hominibus. Etiã sic intus est eleemosyna tua in abscõdito: vbi solus ille est cuius gloriã quæris, te videt hoc quærere. Vnde apostolus Paulus, posteaquã Euangelij persecutor prostratus est, & erectus est prædicator, dicit: Eram autẽ ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo. Tantũ autẽ audientes erant, quia qui aliquãdo nos persequebatur, nunc euangelizat fidem, quam aliquando vastabat: & in me, inquit, magnificabãt Deũ. Non gaudebat quia homo qui acceperat, cognoscebatur, sed quia Deus qui dederat, laudabatur. Ipse enim dixit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non

Gal. 1.

uus non essem. Et tamen alio loco dicit, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Et ista similis quæstio est. Sed quid adiũgit? Nõ quærens, inquit, quod mihi prodest, sed quod multis, vt salui fiant: hoc est, quod illo loco ait, Et in me magnificabãt Deũ: quod etiam Dũs dicit, Vt glorificent patrẽ vestrũ qui in cælis est. Tunc enim salui fiunt, cũ in operibus quæ fieri per homines vident, eũ glorificant à quo hæc homines acceperunt. Restant duæ quæstiones: sed vereor ne oneri sim fastidientibus, item timeo ne fraudẽ adhuc esurientes. Memini tamẽ quid solueriṁ, & quid debeam.

1. Cor. 10.

CAPVT XIIII. Tertia quæstio. Matth. 6. Matth. 5.

RESTAT enim videre, quid sit, *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua*: & de dilectione inimici, cur antiquis videbatur datã licentia vt odissent inimicos, quorum nobis imperatur dilectio. Sed quid facio? Si breuiter de his disseram, fortassis non ita vt oportet intelligat: si diutius, timeo ne plus graue vos onere sermonis, quã fructu expositionis subleuem. Sed certè si minus quã satis est, intellexeritis: adhuc me tenete debitorẽ, vt alio tempore ista pleniùs differantur. Tamen nunc nõ oportet ea sic relinqui, vt omnino nihil inde dicatur. Sinistra est animi cupiditas carnalis, dextera est animi charitas spiritalis. Si ergo cũ quisq; facit eleemosynã, miscet cupiditatẽ tẽporaliũ cõmodorũ, vt in opere illo aliquid tale conquirat, miscet sinistræ conscientiam operibus dexteræ. Si autem simplici charitate, & pura coram Deo conscientia homini subuenit, nihil aliud intuens, nisi vt illi placeat qui hæc iubet, nescit sinistra quid facit dextera.

B

CAP. XV. Quarta quæstio.

DE dilectione autem inimici, difficilior est quæstio: nec ea breuitate solui potest. Sed cùm auditis, orate pro nobis: & fortè Dũs Deus citò dabit, quod putamus esse difficile. Ex vno enim horreo viuimus: quia in vna familia sumus. Quod ergo nos putamus esse valde intus in abdito, fortè ipse qui promittit ponit in limine: vt facillimè dari possit petentibus. Dilexit inimicos ipse Dũs Christus: pendens enim in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. Secutus est eius exẽplũ Stephanus, cũ lapides in eũ iacerentur: & ait, pũe, ne statuas illis hoc delictũ. Dominũ imitatus est seruus, vt nemo seruorum sit piger, & putet hoc esse factũ quod à solo Domino fieri poterat. Si ergo multũ est ad nos imitari Dominũ, imitemur cõseruũ: ad candẽ quippe gratiã vocati omnes sumus. Quare ergo antiquis dictũ est, Diliges proximũ tuũ, & oderis inimicũ tuũ? Quia fortassis & ipsis dictum est, sed nobis apertius pro tẽporũ distributione, per eius præsentiã qui videbat quid quibus vel tegẽdũ esset vel aperiendũ. Si enim habemus inimicũ, quẽ nunquã diligere iubemur: est autẽ diabolus: diliges proximũ tuũ hominẽ, & oderis inimicũ tuũ diabolũ. Sed quia in ipsis hominibus sæpe existunt inimicitiæ in animis eorũ qui per infidelitatẽ dant locũ diabolo, & eius vasa fiũt, vt operetur in filijs diffidentiæ: potest autẽ fieri, vt relinquat homo malitiam suã, & conuertatur ad Dominum: Et dum adhuc sæuit, dum adhuc persequitur, diligendus est: & orandum pro illo, & bene illi faciendũ: ita & primũ præceptũ implebis, vt diligas proximum tuũ hominẽ, & oderis inimicũ tuũ diabolum: & secũdum, vt diligas inimicos tuos homines, & ores pro eis qui te persequuntur.

Lucæ 23.

Act. 7.

C

CAP. XVI.

NISI fortè putas non orasse Christianos illo tẽpore pro Saulo persecutore Christianorũ. Fortassis ad eius conuersionem vox illa Stephani martyris exaudita est. In illo enim persecutorũ numero fuit, & lapidantiũ vestimenta seruauit. Idem etiam ad Timotheũ scribens ait, Obsecro primum omnium fieri deprecationes, adhortationes, interpellationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vti quietã & tranquillam vitam agamus. Iubebat ergo orari pro regibus: & tunc reges persequebantur ecclesias. Sed quas tunc pro se orantes persequebantur, nunc pro se exauditas defendũt.

1. Tim. 2.

CAPVT XVII.

VIS ergo & illud antiquorum custodire præceptũ? Diligе proximum tuum, hoc est omnem hominẽ. Ex duobus enim primis parentibus omnes nati, omnes vtiquе proximi sumus. Certè enim ipse Dominus Iesus Christus qui diligi præcipit inimicos, in duobus illis præceptis totã Legẽ & Prophetas pendere testatus est: Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua: & diliges proximũ tuũ tanquã teipsum. Nihil ibi præcepit de dilectione inimici. Nõ ergo totũ hæc duo præcepta cõtinent? Absit. Quia cũ dicit, Diliges proximũ tuum, ibi sunt omnes homines, etiã si fuerint inimici: quia etiam secundũ spiritalem propinquitatẽ nescis quid tibi sit in præscientia Dei, homo qui tibi ad tempus videtur inimicus. Quia enim patiẽtia Dei ad pœnitentiam eũ adducit, fortassis cognoscet & sequetur dicentẽ. Si enim Deus ipse qui nouit qui sint in peccatis perseueraturi, qui relicturi iustitiam: & irreuocabiliter ad iniquitatẽ lapsuri, tamen facit solem suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, inuitans vtiq; ad pœnitẽtiã per patientiam, vt qui neglexerint eius bonitatẽ, experiantur in fine seuericatẽ: quanta solicitudine placabilẽ oportet esse hominẽ, ne fortè nesciens qualis futurus sit, cũ præsentes eius inimicitias attenderit, oderit eum cũ quo in æterna felicitate regnabit? Imple ergo præceptũ primũ, Diligе proximũ tuũ, omnẽ hominẽ, & oderis inimicũ tuum diabolũ. Imple & secundum, Diligе inimicos tuos, sed homines, ora pro eis qui te persequuntur, sed pro hominibus: bene fac eis qui te oderunt, sed hominibus.

Matth. 22.

Matth. 5.

CAPVT XVIII. Rom. 12. Incidens quæstio. Psal. 119.

SI esurierit inimicus tuus, ciba illũ; si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. Et hic quæstio est. Quomodo enim quisque diligit, quem vult ardere carbonibus? Sed si intelligatur, nulla contentio est. De illis enim vastatoribus carbonibus dicitur, qui dantur homini aduersus linguam subdolam. Cũ enim quisque benefecerit inimico, & non victus malo eius, vicerit in bono malum, plerunque illum inimicitiarum suarum pœnitebit, & irascetur sibi, quòd tam bonum hominem læserit. Ipsa verò vstio, pœnitentia est: quæ tãquam carbones ignis inimicitias eius malitiásque consumit. Conuersi ad Dominum, &c.

C

SERMO XXVII.

Sermo de verbis Iacobi, Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos: & quòd sutius sit audire verbum Dei, quàm prædicare.

D

CAP. I. Iac. 1.

VERBI Dei assiduos auditores, beatus Iacobus apostolus conuenit dicens: *Estote autem factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos.* Neque enim cum cuius verbum est, aut per quem dicitur verbum, sed vosmetipsos fallitis. Ex hac ergo sententia manante de fonte veritatis, per os Apostolicum veracissimum, audemus & nos exhortari vos: & cùm exhortamur vos, respicere nos. Verbi Dei enim inanis est foris secus prædicator, qui non est intus auditor. Nec ita auersi ab humanitate & fideli consideratione sumus: vt pericula nostra intelligamus, qui verbum Dei populis prædicamus. Consolatur autem nos: quia vbi periclitamur in ministeriis nostris, adiuuamur orationibus vestris. Nam vt noueritis, fratres, quàm tutiore loco stetis quàm nos, ipsius Apostoli aliam sententiam profero dicentis. Sit autem vnusquisque vestrũ velox ad

lox ad audiendum, tardus autē ad loquendum. Prius itaque de hoc officio nostro loquar, propter hanc sententiam, qua admonemur esse velociores ad audiendū, tardiores ad loquendū: vt cū officiū nostrū (qui sæpe loquimur) excusauero, tunc veniat id quod primò proposui. OPORTET nos exhortari vos, vt non fictis auditores tātùm verbi, sed etiā factores. Quod ergo sæpe vobis loquimur, quis nō parū aduertēs necessitatē nostrā iudicat nos, cùm legit, Sit autē omnis homo velox ad audiendū, tardus autē ad loquendū? Ecce studiū vestrum nos nō permittit istā seruare sententiā. Debetis ergo orare, subleuare, quē cogitis periclitari. Veruntamen, fratres mei, dicam vobis, quod volo credatis: quia hoc in corde meo non videtis. Ego qui vobis assiduè loquor, iubente Domino, & fratre meo Episcopo vestro, & exigentibus vobis, tunc ✠ solidū gaudeo, dum audio. Gaudiū, inquā, meum tūc solidū est, quando audio, non quando prædico. Tunc enim securus delector. Voluptas illa non habet inflationem. Nō ibi formidatur præcipitium elationis, vbi est petra solidæ veritatis. Et vt sciatis ita esse, audite vbi dictū est, Auditui meo dabis exultationē & lætitiam. Ibi gaudeo, vbi audio. Deinde secutus adiunxit, Exultabunt ossa humiliata. Vbi audimus ergo, humiles sumus: vbi autem prædicamus, & si nō elatione periclitamur, certè vel frenamur. Et si non extollor, periclitor ne extollar. Vbi autē audio, sine fraudatore fruor, sine teste delector. Nouerat hoc gaudiū etiam amicus ille sponsi, qui dicebat: Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi stat, & audit eum. Et ideo stat, quia audit eum. Quia & primus homo audiendo Deū stetit, audiendo serpentē cecidit. Ergo amicus sponsi stat, & audit eum: & gaudio, inquit, gaudet propter vocem spōsi. Non propter vocem suā, sed propter vocem spōsi. Vocem tamē sponsi quam intus audiebat, foras populis non claudebat. HANC partem sibi elegerat etiam illa Maria, quæ ministrante, & circa multum ministeriū occupata sorore sua sedebat ad pedes Dñi, & otiosa verbū eius audiebat. Ioannes stabat, illa sedebat: sed illa corde stabat, & ille humilitate sedebat. Statio eū significat permansionē, sessio humilitatē. Et vt sciatis quia statio permansionē significat, hanc permāsionē dicitur diabolus nō habuisse: de quo dictū est, Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Itē quia sessio significat humilitatem, ille Psalmus ostendit, vbi admonet de pœnitentia, & dicit: Surgite postquā sedistis, qui manducatis panem doloris. Quid est, Surgite postquā sedistis? Qui se humiliat, exaltabitur. Quid autem boni habeat auditio, ipse Dñs testis est, loquēs de Maria quæ sedebat ad pedes eius, & verbū eius audiebat. Cū enim soror occupatissima circa ministerium, à germana sua desertā se esse quereretur, ab interpellato Dño audiuit, Martha Martha, circa multa es occupata: porrò vnū est necessariū. Maria meliorem partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. Numquid malū erat q̃ Martha agebat? Quis nostrū satis explicet verbis, quātū sit bonū, hospitalitatē ministrare sanctis? Si quibuslibet sanctis, quanto magis capiti & præcipuis mēbris, Christo & Apostolis? Nónne vnusquisq; vestrū habēs hoc hospitalitatis bonū, quādo audit quid Martha faciebat, dicit apud seipsum, O beata, ō felix quæ suscipere Dñm meruit, cuius hospites Apostoli facti sunt, ambulantes in carne? nec tu deficias: quia non potes, quod Martha, suscipere Christū in domū tuā cum Apostolis suis. Facit te ipse securum: Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Opus ergo magnū est, valde magnū, quod præcipit Apostolus, dicens: Necessitatibus sanctorū cōmunicantes, hospitalitatem sectā-

Tractat. in Ioan. 52.

Psal. 50.

Ioan. 3.

Psal. 126. Luc. 4.

Luc. 10.

Pars Martha.

Hospitalitatis bonū.

Matt. 25.

A tes. Quam laudans in epistola ad Hebræos dicit, Per hanc quidā nesciētes hospitio receperunt angelos. Magnū ergo ministeriū, magnū donū. Et tamen Maria meliorē partē elegit, quia sorore solicita, laborāte, multa curante, illa vacabat, sedebat, audiebat. Ostendit tamen Dominus, vnde fuerit illa pars melior. Continuò quippe cū dixisset, Maria meliorē partem elegit, quasi quæreremus, vt scire vellemus vnde meliorem, subiunxit & ait, Quę nō auferetur ab ea. QVID intelligimus, fratres mei? Si ideo meliorē partem elegit, quia nō auferetur ab ea, sine dubio Martha eam partē elegerat, quæ auferretur ab ea. Planè auferetur ab omni homine qui ministrat sanctis ea quæ sunt corpori necessaria, auferetur ab eo quod facit. Nō enim semper ministraturus est sanctis. Cui enim ministrat, nisi infirmitati? Cui enim ministrat, nisi mortalitati? Cui enim ministrat, nisi esurienti & sitienti? Hæc omnia nō erunt, cū corruptibile hoc induerit incorruptionē, & B mortale hoc induerit immortalitatē. Cū enim transierit ipsa necessitas, nullū erit ministeriū necessitatis. Auferetur labor, sed reddetur merces. Cui tūc ministrabitur cibus, vbi esurit nemo? Cui potus, vbi sitit nemo? Cui hospitiū, vbi peregrinus est nemo? Dominus ergo cū discipulis suis vt posset mercedē huius operis reddere, dignatus est indigere. Esuriebat ipse, & sitiebat: nō quia cogebatur, sed quia dignabatur. Bonū enim erat, vt per quē facta omnia, esuriret: sic enim felix esset qui pasceret. Et quando Dominus quisq; pascebat, quid dabat? Quis dabat? Vnde dabat? Cui dabat? Quid dabat? Cibū pani dabat. Quis dabat? Ille vtiq; dabat, qui plus accipere volebat. Vnde dabat? Nunquid de suo? Quid enim habebat, quod nō acceperat? Cui dabat? Nōne illi qui creauerat & quod accipiebat, & à quo accipiebat? Magnū hoc ministeriū, magnū hoc opus, C magnū donū: & tamen Maria meliorē partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Pars ergo Martha: transit: sed, vt dixi, merces pro illa data non transit.

Matth. 8.

2. Cor. 6.

Luc. 13.

Ioan. 12.

Veritas.

Matth. 5.

Esa. 58.

PARS verò Mariæ non transit. Videte quomodo nō transeat. Vnde delectabatur Maria quando audiebat? Quid manducabat? quid bibebat? Scitis quid mādūcabat, quid bibebat? Ipsum Dominū interrogemus, qui talē suis præparat mensam, ipsum interrogemus. Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniam ipsi saturabuntur. De isto fonte, de isto horreo iustitię sancta Maria sedens ad pedes Domini, quasdā esuriēs micas accipiebat. Tantū enim Dominus tunc dabat, quantū illa capiebat. Totū autē tantū quantum in illa sua futura mēsa daturus est, nec ipsi discipuli, nec ipsi Apostoli capere tunc poterāt, quādo illis dicebat: Adhuc habeo vobis multa dicere, sed nō potestis illa audire modò. Vnde ergo Maria, vt dixi, delectabatur, D quid mādūcabat, quid bibebat auidissimis cordis faucibus? Iustitiā, veritatē. Veritate delectabatur, veritatē audiebat: veritati inhiabat, veritati suspirabat. Veritatē esuriēs mādūcabat, sitiens bibebat: & ipsa reficiebatur, & vnde pascebatur nō minuebatur. Vnde Maria delectabatur, quid mādūcabat? immoror, quia delector. Audeo dicere, ipsum manducabat quē audiebat. Si enim veritatē manducabat, nónne ipse dixit, Ego sum veritas? Et quid amplius dicam? Manducabatur, quia panis erat. Ego sum, inquit, panis qui de cælo descēdi. Iste panis est qui reficit, nec deficit. INTENDAT itaque charitas vestra. Ecce dicimus ministrasse sanctis, cibum parare, potum ministrare, mensam ponere, pedes lauare, lectum sternere, tecto suscipere. Nónne omne hoc transiturum est? quis autem audet dicere, modò nos pasci veritate, non pasci autem cùm venerimus ad immortalitatem? Nónne si pascimur modò

Ioan. 8.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

modò micis, tunc plenam habebimus mensam? De ipso enim cibo spiritali Dñs dicebat, quādo laudauit fidem Cēturionis, & dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Et ideo dico vobis, quia multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorū. Absit à cogitationibus nostris, vt illos cibos in mēsa illius regni cogitemus, de qualib' dicit Apostolus, Esca vētri, & vēter escis: Deus autē & hūc & has euacuabit. Quare euacuabit? Quia fames non erit ibi. Quod manducabitur, nō finitur. Nam & hoc premiū sanctis suis promittens in illo regno, ait, Amen dico vobis, quia faciet eos recumbere: & transiet, & ministrabit eis. Quid est, Faciet eos recumbere; nisi faciet requiescere, faciet vacare? Quid est, Transibit vel transiet, & ministrabit eis? Post hunc transitū ministrabit eis. Hic enim transitum fecit Christus: veniemus ad eū quò transiuit, ibi iam non transit. Nā & Pascha in Hebræa lingua transitus B interpretatur. Hoc Dñs ostendit, imò Euangelista, vbi de Domino dixit, Cū autem venisset hora vt transiret de hoc mundo ad patrē. Si ergo hic nos pascit, & sic pascit, ibi quomodo pascet? Quod ergo elegit Maria, crescebat, nō transibat. Delectatio est cordis humani de lumine veritatis, de affluentia sapientiæ, delectatio cordis humani, cordis fidelis, cordis sancti. Nō inuenitur voluptas, cui possit aliqua ex parte cōparari, vt vel minor dicatur. Quod enim dicis minus est, quasi crescendo par erit. Nolo dicere minor, nō cōparo: alterius generis est, lōgè aliud est. Quid est enim modò q̃ omnes attenditis, omnes auditis, oēs excitamini, & quādo verum aliquid dicitur, delectamini? Quid vidistis? Quid tenuistis? Quis color apparuit oculis vestris: quę forma, quæ figura, quæ statura, quæ lineamenta membrorum, quæ corporis pulchritudo? Nihil horū: & tamen amatis. Quando enim sic laudaretis, si non amaretis? Quando amaretis, si nihil videretis? Me itaque non ostendente formā corporis, lineamenta, colorem, pulchros motus, me non ostendente, vos tamē videtis, amatis, laudatis. Si hæc delectatio veritatis dulcis est nunc, multo dulcior erit tūc. Maria meliorē partem elegit, quæ non auferetur ab ea. OSTENDI sicut potui, quantum me Dñs adiuuare dignatus est, dulcissimæ charitati vestræ, quā tutiore loco stetis audiēdo, quā nos prædicando. Hoc enim modò vos facitis, q̃ tunc omnes facturi sumus. Nō enim erit tunc aliquis magister verbi, sed magistrū verbū. Illud ergo sequitur, quod ad vos pertinet facere, ad nos monere. Vos enim estis auditores verbi, nos prædicatores. Intus autem vbi nemo videt, omnes auditores sumus: intus in corde, in mēte, vbi vos docet ille, qui vos admonet laudare. Ego enim forinsecus loquor, ille intus excitat. Omnes ergò intus auditores sumus: & oēs & foris & intus in cōspectu Dei factores esse debemus. Vnde intus factores? Quia qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et potest esse mœchus, nullo hominū videntę, sed Deo puniente. Quis est ergo intus factor? Qui nō ad cōcupiscendam videt. Quis est foris factor? Frāge panē tuū esurienti. Hoc enim cū fit, videt & proximus: sed quo animo fit, nō videt nisi Deus. Estote ergo, fratres mei, factores verbi, & non auditores tantū, fallentes vosmetipsos: non Deū, non eū qui prædicat. Ego enim, vel quisquis prædicat vobis verbū, cor vestrū non videt: quid agatis intus in cogitationibus vestris, iudicare non potest. Quia homo non potest, intuetur Deus, cui cor humanū non potest occultari. Ipse videt quo studio audias, quid cogites, quid teneas, quantum proficias de supplemētis suis, quàm instanter ores, quemadmodum deprece-

Capvt viii.

Capvt ix.

Non ædificare.

Capvt x.

2. Cor. 4.

1. Cor. 4.

Matth. 23.

Tract. 40. in Ioann.

respondebis: Quomodo audio bona ab homine malo? Nunquid colligunt de spinis vuas?

Matth. 7. Desunt aliqua.

Sermo de omni auaritia cauenda.

SERMO XXVIII. CAP. I.

VT Deum timetis, nõ dubito quòd verbum eius cum timore audiatis, & cum hilaritate faciatis, vt quod promisit modò speretis, pòst accipiatis. Dũm modò audiuimus præcipientẽ nobis Christũ Iesum filiũ Dei. Præcepit nobis veritas, quæ nec fallit, nec fallitur: audiamus, timeamus, caueamus. Quid ergo præcepit? Dico, inquit, vobis, abstinete ab omni auaritia. Quid est, Ab omni auaritia? Quid est, Ab omni? Quare addidit, Ab omni? Posset enim sic dicere, Cauete ab auaritia. Pertinuit ad eũ, vt adderet, Ab omni: & diceret, Cauete ab omni auaritia? Quare hoc dixerit, velut occasio ipsa vnde natus est sermo, apparet nobis in sancto Euangelio. Interpellauit eũ cum quidã contra fratrẽ suum, qui totum patrimonium abstulerat: & fratri suo partem suã non reddebat. Quàm bonam ergo causam habuerit iste interpellator, aduertitis. Non enim rapere quærebat aliena, sed sua à parentibus sibi relicta quærebat: ipsa Domino interpellato & iudicante poscebat. Habebat iniquum fratrem: sed iustum iudicẽ inuenerat contra iniquum fratrem. Deberet ergo perdere in tam bona causa occasionẽ istã? Aut quis diceret fratri eius, Redde partẽ suã fratri tuo, si Christus non diceret? Ille iudex hoc dicturus erat, quẽ furto frater ditior & raptor præmio corrũpebat? Miser ergo & paternis opibus destitutus tali ac tanto iudice inuento accedit, interpellat, rogat, causam suã breuissimè exponit. Vt quid enim opus erat causam perorare, quando ei loquebatur, qui cor poterat & videre? Domine, inquit, dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatẽ. Non ei dixit Dñs, Veniat frater tuus: sed nec misit, vt adesset: aut cũ affuisset, interpellatori dixit, Proba quod dicebas. Petebat dimidiã hæreditatẽ. Petebat in terra dimidiã: & in cælo Dñs offerebat totam. Plus Dñs dabat, quàm ille postulabat. Dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatem. Causa iusta, causa breuis. SED audiamus & iudicantẽ & docentem. Homo ait homo. Qui enim pro magno habes istã hæreditatem, quid es nisi homo? Volebat illum facere aliquid plusquã est homo. Quid eum plus volebat facere, cui volebat auaritiam tollere? Quid eum plus volebat facere? Dico vobis: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes. Ecce quod eum volebat facere, inter deos numerare qui auaritiã non habet. Homo, quis constituit me diuisorem inter vos? Et Paulus apostolus seruus ipsius, quãdo dicebat, Obsecro vos, fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, nolebat esse diuisor. Denique monuit eos, qui ad ipsius nomen currrebant, & Christũ diuidebãt. Vnusquisque vestrũ dicit, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego Christi. Diuisus est Christus? nũquid Paulus pro vobis crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis? Videte ergo, quã mali sint homines qui volunt esse † diuisum. Qui noluit esse diuisor, Quis me, inquit, constituit diuisorẽ inter vos? Petisti beneficiũ: audi cõsilium. Ego dico vobis, cauete ab omni cupiditate. FORTE, inquit, tu auarum & cupidum dicetis, si quæreret aliena: ego autẽ dico, cupidẽ & auarẽ non appetas nec tua. Hoc est ab omni. Cauete, inquit, ab omni auaritia. Magnum pondus. Si fortè hoc pondus infirmis imponitur: rogetur vt qui imponit, vires dare dignetur. Non enim leuiter habendum est, fratres mei, quando Dominus noster, redemptor noster, saluator noster, qui mortuus est pro nobis, qui sanguinem suum pretiũ dedit, vt redimeret nos, aduocatus & iudex noster: non est leue, quando dicit, Cauete. Nouit ille quantũ mali sit: nos non nouimus, illi credamus. Cauete, inquit. Quid? Vnde? Ab omni auaritia. Meũ seruo, alienum nõ tollo. Cauete ab omni auaritia. Non solùm auarus est, qui rapit aliena: sed & ille auarus est, qui cupidè seruat sua. Sed si sic culpatur qui cupidè seruat sua: quomodo dãnatur qui rapit aliena? Cauete, inquit, ab omni cupiditate: quia non in abundantia hominis est vita eius ex his quæ ibi habet. Multa qui recondit, quantũ inde tollit vt viuat? cũ tulerit inde, & quodammodo cogitatione separauerit quod sufficiat vnde viuat, videat cætera cui remaneant; ne fortè cũ seruas vnde viuas, colligas vnde moriaris. Ecce Christus, ecce veritas, ecce seueritas. Cauete, dicit veritas: cauete, dicit seueritas. Si non amas veritatẽ, time seueritatem. Non in abundantia hominis est vita eius ex his quæ habet. Crede illi, non te fallit. Contrà tu dicis: Imò in abundãtia hominis est vita eius ex his quæ habet. Ille te non fallit: tu te fallis. EX hac ergo occasione, quia interpellator ille partem suam quærebat, non alienam inuadere cupiebat, nata est ista sentẽtia Domini, vt non diceret, Cauete ab auaritia: sed adderet, Ab omni auaritia. Parũ fuit: dat alterũ exemplum de quodã diuite, cui successerat regio. Erat, inquit, homo dives, cui successerat regio. Quid est, Successerat? Magnos fructus attulerat regio quã possidebat. Quã magnos fructus? vt nõ inueniret vbi poneret: factus est subitò per abundantiam angustus, auarus antiquus. Quot enim anni iam transierant, & tamen horrea illa sufficerant. Tãtum ergo natum est, vt loca non sufficerent quæ solebant: & quærebat consilium miser, non quomodo erogaret, quod plus natum erat, sed quomodo reseruaret: & cogitando inuenit consiliũ. Quasi sapiens sibi visus est inueniendo consilium. Prudenter cogitauit, sapienter vidit. Quid vidit sapienter? Destruã, inquit, horrea vetera, & faciam noua ampliora, & implebo ea: & dico animæ meæ. Quid dicis animæ tuæ? Anima, habes multa bona in annos plurimos reposita, requiesce, manduca, bibe, epulare. Hoc dixit sapiens inuentor consilij animæ suæ. Et Deus ad illũ, qui nec cũ stultis loqui dedignatur. ALIQVIS vestrũ fortè dicat, Et quomodo Deus cũ stulto locutus est? O fratres mei, cum quãtis stultis hic loquitur, quando Euangeliũ recitatur? Quando lectũ est, qui audiunt, & non faciunt, stulti non sunt? Quid ergo ait Dñs? Quia ille sibi iterũ in inueniendo cõsilio sapiens videbatur. Stulte, inquit, stulte, quid tibi sapiẽs videris? Stulte, qui dixisti animæ tuæ, Habes multa bona reposita in annos plurimos: hodie repetitur à te anima tua, cui dixisti, Habes multa bona: hodie repetitur, & nullũ habet bonũ. Contẽnat hæc bona, & sit ipsa bona, vt quando repetitur, exeat secura. Quid eũ est iniquius homine, qui multa bona vult habere: & bonus ipse esse nõ vult? Indignus es qui habeas: qui nõ vis esse q̃ vis habere. Nũquid eũ vis habere villã malã? Non vtiq; sed bonã. Nunquid vxorem malã? Non, sed bonam. Nunquid deniq; casulã malam? Nunquid vel caligam malã? Quare animã solam malã? Non hic dixit stulto huic vana cogitãti, horrea ædificanti, & vẽtres pauperũ nõ videnti: nõ illi ait, Hodie anima tua rapietur ad gehennã: nihil horũ dixit: sed, Repetitur à te. Nõ tibi dico anima tua quò sit itura: hinc tamẽ vbi illi tanta seruas, velis nolis est migratura. Ecce stulte, cogitasti implere horrea noua maiora: quasi nõ sit quid inde fiat. SED fortasse ille nondũ fuit Christianus. Nos audiamus, fratres, quib̃ credentibus Euãgelium recitatur, à quibus qui illa dixit adoratur, cuius signum à nobis in frõte portatur, & in

Lucæ 12.

Psal. 81.

Lucæ 12.

1. Cor. 1.

Ibidem.

al. dimisi.

Ibidem.

Ibidem.

CAPVT IIII.

CAPVT VI.

in corde habetur. Interest enim plurimùm vbi habeat homo signum Christi, vtrum in fronte, an & in fronte & in corde. Audisti quid hodie Ezechiel sanctus propheta loquebatur, quẽmadmodum antequã mitteret Deus exterminatorem populi iniqui, misit primitùs signatorem, & ait illi, Vade, & da signũ in frontibus eorum qui gemũt & mærent de peccatis populi mei, quæ fiunt in medio eorũ. Non dixit quæ fiunt extra ipsos, sed in medio eorũ. Gemunt tamẽ & mærent: & ideo signati sunt in fronte. In fronte interioris hominis, non exterioris. Est enim frõs in facie, est frons in conscientia. Deniq; aliquando quando interior frons pulsatur, exterior erubescit. Aut pudore obrubescit, aut timore pallescit. Est ergo frons hominis interioris. Ibi signati sunt illi, ne vastarentur: quia & si peccata quæ fiebant in medio eorũ, nõ corrigebant, tamen dolebãt, & ipso se dolore separabant, & separati Deo, oculis hominum mixti erant. Signantur occultè, non læduntur apertè. Mittitur postea vastator, & dicitur ei, Vade, vasta, non parcas minoribus, maioribus, masculis, feminis: sed ad eos qui habent in fronte signum, non appropinques.

Ezech. 9.

CAP. VII. QVANTA securitas vobis data est, fratres mei, qui estis in hoc populo gementes & mærẽtes iniquitates, quæ fiunt in medio vestrũ, & nõ facientes. Vt autẽ iniquitates nõ faciatis, cauete ab omni auaritia. Dico vobis latius, quid est ab omni auaritia. In libidine auarus est, cui vxor nõ sufficit sua. Et ipsa idololatria dicta est auaritia: quia & in ipsa diuinitate auarus est, cui non sufficit Deus vnus & verus. Quẽ sibi facit multos deos, nisi auara anima? Quæ sibi facit martyres falsos, nisi auara anima? Cauete ab omni auaritia. Ecce amas tua, & iactas te, quia non quæris aliena. Vide quid mali facias non audiendo Christũ dicentem, Cauete ab omni auaritia. Ecce amas tua, non tollis aliena: de labore habes, de iustitia habes: hæres relictus es, donauit tibi quem promeruisti: nauigasti, periclitatus es, fraudem non fecisti, mendacium non iurasti, quod Deus voluit acquisisti: & seruas cupidẽ tanquã in bona cõscientia, quia nõ habes de malo, & nõ quæris aliena. Si non audieris illum qui dixit, Cauete ab omni auaritia, audi quanta mala facturus es propter tua. Ecce contigit, verbi gratia, vt fieres iudex. Non corrũperis, quia non quæris aliena: nemo tibi dat præmiũ, & dicit, Iudica contra aduersariũ meũ. Absit homo qui nõ quæris aliena. Quando tibi hoc persuaderi potest? Vide quid mali facturus sis propter tua. Ille qui vult, vt malè iudices, & pro ipso feras sententiã contra aduersariũ ipsius, fortè potens homo est, & potest tibi calũniam facere, vt perdas tua. Attendis potentiam ipsius, cogitas illãm, cogitas tua quæ seruas, quæ amas: nõ quæ possedisti, sed quibus malè inhæsisti. Attendis viscũ tuum, propter quod liberas virtutis nõ habes pennas: & dicis apud teipsũm, Offendo hominẽ istũm, multum potest ad tempus: suggeret de me mala, & proscribor, & perdo quod habeo. Iudicaturus es malè: non cùm quæris aliena, sed cùm seruas tua. DA mihi hominem qui audiuit Christum, da mihi hominem qui cum timore audiuit, Cauete ab omni cupiditate: & non mihi dicat, Ego homo pauper sum, plebeius, mediocris, gregalis, quando spero me iudicem futurũ, non timeo istã tentationem, cuius periculũ ante oculos posuisti. Ecce dico & pauperi quid timere debeat. Vocat te dines & potens, vt pro illo dicas falsum testimonium. Quid facturus es modò? Dic mihi. Habes bonum peculium: laborasti, acquisisti, seruasti. Exigit ille, Dic pro me falsum testimonium, & tantum & tantum donabo tibi. Tu qui non quæris aliena, absit, inquis, à me. Non quæro quod mihi noluit Deus dare, non accipio: recede à me. Nõ vis accipere quod do? Quod habes tollo. Ecce modò te proba, modò te interroga. Quid me arrẽdis? Intus te attende, intus te vide, intus te examina: sede & cõstitue te ante te, & in eculeũ præcepti Dei extende te, & timore torque te, & noli te palpare: responde tibi, Ecce si hoc quisquã minetur, quid facies? Credo tibi, quia quod cum tãto labore acquisisti, minimè perdere vis. Minatur tibi, Nisi pro me falsum testimoniũ dixeris, tollo illud: sed si pro me falsum testimonium dixeris, † do illũd. Cauete ab omni auaritia. O seruc meus, dicet tibi, quẽ redemi & liberũ feci, quẽ de seruo fratrẽ adoptaui, quẽ in corpore meo mẽbrũ posui, audi me. Tollat quod acquisisti, me tibi nõ tollet. Ne pereas, seruas tua? Nónne tibi dixi, Cauete ab omni cupiditate? ECCE turbaris, ecce fluctuas: cor tuum quasi nauis tempestatibus quatitur. Dormit Christus: excita dormientẽ, & non patieris tẽpestatẽ sæuientem. Ipsum excita qui nihil hic habere voluit, & totum habes qui vsq; ad crucem pro te peruenit, cuius nudi atque pendentis ossa ab insultantibus numerata sunt: & caue ob omni auaritia. Parũ est auaritia pecuniæ: caue auaritiam vitę. Horrenda auaritia, metuenda auaritia. Aliquando homo contẽnit quod habet, & dicit, Non dico falsum testimonium. Non dico, dicis mihi: tollo quod habes. Tolle quod habeo: non tollis quod intus habeo. Non enim pauper remansérat qui dicebat, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dño placuit, ita factum est: Ergo sit nomen Dñi benedictum. Nudus exij de vtero matris meæ, nudus reuertar in terrã. Nudus foris, intus vestitus. Nudus foris à pannis, & putribilibus pannis, intus vestitus. Vnde? Sacerdotes tui induantur iustitia. Sed quid si dicat, cùm contempseris ea quæ possides, quid si dicat, Occido te? Responde illi, si Christum audisti, Occides me? Melius tu occides carnem meã: quàm ego per linguã falsam animã meã. Quid facturus es mihi? Occisurus es carnem: exit anima libera in fine seculi, & ipsam quam cõtempsit carnem receptura. Quid ergo mihi facturus es? Si autem falsum testimonium dixero pro te, de lingua mea occido me, & non in carne occido me. Os enim quod mentitur, occidit animam. Fortè hoc non dicis. Vnde non dicis? Viuere vis. Plus vis viuere, quàm Deus cõstituit? Certè † caue ab omni auaritia. Hucusque Deus voluit vt viuas, quousque iste ad te accessit. Fortè occisurus est, vt martyrem faciat. Noli habere cupiditatem viuendi: & non habes æternitatem moriendi. Videtis quia vbique auaritia illa, cùm plus volumus quàm opus est, facit nos peccare? Caueamus ab omni auaritia, si volumus frui æterna sapientia. Conuersi ad Dominum, &c.

CAPVT VIII.

Tob. 1.

al. caue.

Vbi sanctus Augustinus episcopus se excusat, quòd sermonem facere non potuit ipsa die Paschæ.

SERMO XXIX.

DE miraculis Dei per orationes beatissimi martyris Stephani Libellos solemus audire. Libellus huius aspectus est, pro scriptura notitia, pro charta facies demonstratur. Qui nostis quid in illo dolentes videre soleatis, in præsenti gaudentes legite quod videtis: vt Dominus Deus noster abundantiùs honoretur, & quod in Libello cõscriptum est, in vestram memoriam conscribatur. Date veniam, quia diuturnum non reddo sermonem: nostis etenim fatigationem meam. Vt heri ieiunus tanta agere possem, & non deficere, vt & hodie vobiscum loquar, orationes sancti Stephani præstiterunt. Conuersi ad Dominum, &c.

SERMO XXX.

Vbi alio die sermonem fecit, & libellum sanati hominis promisit, feria secunda Paschæ.

DIXIMVS quidem hesterno die, sicut meminit charitas vestra, huius Libellus aspectus est. Tamen quia nõnulla nobis indicauit quæ nosse debetis, ad maiorem admirationẽ & Dñi nostri gloriã, de suorũ sanctorũ memoriis, de quibus dictũ est, Pretiosa in cõspectu Dñi mors sanctorũ eius, etiã libellũ dare decet, qui habet omnia quæ ex eius ore cognouimus. Sed si Dñs voluerit, hodie parabitur, & vobis die crastino recitabitur.

Psalm. 115.

SERMO XXXI.

Vbi libellum promissum sanati hominis præsentauit, feria tertia Paschæ.

ESTERNO die Libellũ promisimus charitati vestræ, vbi de illo sanato audire etiam potuistis, quę videre nõ potuistis. Si ergo placet charitati vestræ, imò quia placere debet quod & mihi placet, ambo fratres stent in conspectu vestro: vt qui illũ nõ viderant, in isto videant, quid ille patiebatur. Stent ergo ambo, vnus cui donata est gratia: & alter, cui petenda est misericordia.

Exemplar Libelli dati à Paulo, sancto Augustino episcopo.

Rogo Domine beatissime Papa Augustine, vt hunc libellum meum, quem ex præcepto tuo obtuli, sanctę plebi iubeas recitari.

Libellus.

CVM adhuc in patria Cæsarea Cappadociæ moraremur, frater noster natu maior grauibus atq; intolerandis cõmunem matrẽ affecit intantũ iniuriis, vt ei etiã manus non dubitaret inferre. Quod nos omnes filij pariter cõgregati patienter tulimus, vt ne verbum quidẽ fratri nostro pro matre nostra, cur hoc faceret, dixerimus. Ila autem feminei doloris stimulis † incitata, iniuriosum filiũ maledicendo punire constituit. Cũque ad sacri Baptismatis fontẽ post gallorũ cantus memorato filio suo iram Dei imprecatura properaret: tunc ei nescio quis in patrui nostri similitudine, vt intelligitur, dæmon occurrit, & ab ea prior quò pergeret requisiuit. Cui illa, ad maledicendum filio suo ob intolerabilem contumeliam, se ire respõdit. Tunc autem ille inimicus, quoniã in mulieris corde insaniente locũ facilè inuenire potuit, vt omnibus maledicere persuasit. Illa autẽ vipereis inflammata cõsiliis, sacrum fontẽ prouoluta corripuit, & sparsis crinib⁹ nudatisq; vberib⁹ hoc à deo potissimũ postulauit: vt extorres patria & circumeũtes alienas terras, omne hominũ genus nostro terreremus exẽplo. Mox maternas preces efficax vindicta prosequitur: eundémque cõtinò fratrem nostrũ ætate culpáque maiorẽ tremor mẽbrorũ tantus inuasit, quantũ in me vsq; ante hoc triduũ vestra sanctitas vidit. Seruato autẽ ordine quo nati eramus, intra vnũ annũ cadẽ nos pœna omnes corripuit. Vides autẽ mater maledictiones suas ad tantam efficaciã peruenisse, impietatis suæ cõscientiã & opprobriũ hominũ diutius ferre nõ potuit: sed laqueo guttur astringens, luctuosam vitã termino funestiore cõclusit. Egreditur ergo nos omnes, opprobriũ nostrũ non ferẽtes, & cõmunẽ patriã relinquẽtes passim sumus per diuersa dispersi. Ex nobis autẽ omnibus decẽ fratribus, qui nascẽdi quoq; ordine primũ sequitur ad gloriosi martyris Laurentij memoriã, quæ apud Rauennam nuper collocata est, sicut audiuimus, meruit sanitatẽ. Ego autem qui nascendi ordine sum sextus illorũ, cũ hac sorore mea, quæ me ætate subsequitur, vbicunque gentium, vbicunque terrarũ loca esse sacra in quibus operaretur Deus, miracula comperissem, magno desideratæ sanitatis amore carpebam iter. Sed vt de cæteris celeberrimis sanctorum locis taceam, etiam ad Anconam, Italiæ ciuitatem, vbi per gloriosissimũ martyrẽ Stephanũ multa miracula Dominus operatur, eadem circuitione peruenì. Sed ideo alibi curari non potui, quia huic loco diuina prædestinatione seruabar. Nec Vsalim ciuitatem Africæ prætermisi, vbi beatus martyr Stephanus magna prædicatur frequenter operari. Veruntamen ante hos tres menses, id est, Calendarum Iuniarũ die, tam ego quã soror mea, quæ hic mecũ est eadem adhuc passione detenta, euidenti sumus visione cõmoniti. Ait enim mihi quidã aspectu clarus, & candido crine venerabilis, quòd intra tertiũ mensem desiderata esset mihi sanitas affutura. Sorori autem meæ in visione sanctitas tua in ea effigie, in qua te præsentes videmus, apparuit: per quod nobis significatum est, ad istũ locum nos venire debuisse. Nã & ego beatitudinẽ suã sæpius postea videbam per alias ciuitates in itinere quo veniebamus talẽ prorsus, qualẽ modò conspicio. Admoniti ergo euidenti authoritate diuina, ad hanc venimus ciuitatem ante dies fermè quindecim. Passionis meæ vel oculi vestri testes sunt, vel miserabilis soror mea, quæ ad eruditionem omnũ, cõmunis mali præbet exẽplũ: vt qui in illa qualis ego fuerim vident, in me quantũ per Spiritũ sanctũ suũ Dñs sit operatus, agnoscãt. Orabã ego quotidie cũ magnis lachrymis in loco vbi est memoria gloriosissimi martyris Stephani. Die autẽ Dominico Paschæ, sicut alij qui præsentes erant, viderãt, dũ orans cum magno fletu cancellos teneo, subitò cecidi. Alienatus autẽ à sensu, vbi fuerim nescio. Post paululũ assurrexi, & illũ tremorem in corpore meo nõ inueni. Huic itaque tanto Dei beneficiõ nõ ingratus, hunc Libellũ obtuli: in quo etiam quæ de nostris calamitatibus ignorabatis, & quod de mea incolumitate & salute cognouistis, exhibui: vt & pro mea sorore orare dignemini, & pro me agere Deo gratias.

alagitata.

SERMO S. AVGVSTINI, *habitus post Libellum de sancto Stephano.* SERMO XXXII.

MISERICORDIA quidem Dei, fratres, sicut credendum est, omnes isti fratres quos vna Dei ira materna plaga percussit, ad huius de quo gaudemus, quandoque peruenturi sunt sanitatẽ. Verumtamẽ discant filij obsequi, timeant patrẽtes irasci. Scriptũ est, Benedictio patris firmat domũ filiorũ: maledictio matris eradicat fundamenta. Modò isti per terras in fundamentis patriæ suæ non sunt: præbent vtique spectaculum, proponunt suum supplicium: præbent oculis miseriam suam, terrent superbiam alienam. Discite filij quod dicit Scriptura, reddere honorem parentibus debitum. Sed & vos parentes quando offendimini, parentes vos esse recordamini. Orauit mater contra filios, exaudita est, quia Deus verè iustus est, quia verè iniuriam passa fuerat. Vnus ipsorum & verba contumeliosa & manus iniecerat, & cæteri matris iniuriam patienter tulerunt: nec vnum pro ea verbum contra fratrem responderunt. Iustus Deus qui audiuit precantem, audiuit dolentem. Sed quid illa misera? Nõne vnde citius exaudita, inde plus punita? Discite hoc petere à Deo, vbi non timeatis exaudiri. Nos autem, fratres, satagamus Domino Deo nostro gratias referre pro illo qui sanatus est: & pro illa quæ adhuc tenetur, preces fundamus. Benedicamus Deum, quia dignos nos habuit, vt hoc videremus. Quid enim sumus, quia ego apparui istis nesciens? Illi enim me videbant, & ego nesciebam: & admonebantur, vt ad istam ciuitatem venirent. Quis sum ego? Homo sum vnus de multis, non de magnis.

CAP. I. CAP. II.

Et verè,

Et verè, vt audiat charitas vestra, multũ minor, & gaudeo nobis esse cõcessum, quoniam iste homo nec Anconę curari potuit: imò potuit, sed propter nos factum nõ est, quia facillimè fieri potuit. Sciunt enim multi quanta miracula per beatissimũ Martyrem Stephanũ in ista ciuitate fiant. Et audite quod meminimi: Memoria eius antiqua ibi erat, & ipsa est ibi. Sed fortasse dicis, Corpus eius nondũ apparuerat, memoria ibi vnde erat? Latet quidẽ causa: sed quid ad nos fama pertulerit, nõ tacebo charitati vestræ. Quãdo lapidabatur sanctus Stephanus, aliqui etiam innocẽtes, & maximè de iis qui iã in Christo crediderant, circumstabant, dicitur lapis venisse in cubito, & excussus indeuenisse ante quendã religiosum. Tulit illũ & seruauit. Homo erat de nauigantibus, sors nauigationis attulit illũ ad littus Anconæ, & reuelatũ est illi ibi debere reponi lapidem illũ. Ille obediuit reuelationi, & fecit quod iussum est: ex illo cœpit esse ibi memoria sancti Stephani, & memor erat, quia brachiũ Sancti Stephani ibi est, nesciẽtibus hominibus quid contigisset. Verùm autẽ intelligitur propterea ibi fuisse reuelatũ, vt ibi poneret lapidem qui de cubito Martyris excussus est, quia Græcè cubitũ ancon dicitur. Sed qui sciũt quæ ibi miracula fiant, ipsi nos doceãt. Nõ ibi cœperũt fieri ista miracula, nisi posteaquã corpus sancti Stephani apparuit: ecce ibi non est curatus iste iuuenis, vt nostris oculis seruaretur. Apud Vsalim vbi est Episcopus frater meus Euodius: quanta miracula ibi fiant, quærite, & inuenietis. Prætermissis autẽ aliis indicoobis vnum quod ibi factũ est, vt videatis quanta sit ibi præsentia maiestatis.

A B

CAP. III. MVLIER quædã subitò ægrotum filiũ cui succurrere festinando non potuit in gremio suo cathecumenũ amisit: quæ clamans, Mortuus est, inquit, filius me⁹ cathecumenus. Et cũ hæc diceret Augustinus, populus de memoria sancti Stephani clamare cœpit, Deo gratias, Christo laudes. In quo continuo clamore, puella quę curata est, ad Abfidã perducta est. Qua visa, populus cum gaudio & fletu nullis interpositis sermonibus, sed solo strepitu interposito aliquãdiu clamorem protraxit, & silẽtio facto, Augustinus episcopus dixit: Scriptũ est in Psalmo: Dixi, Proloquar aduersum me delictum meũ Domino Deo meo, & tu dimisisti impietatem cordis mei. Dixi, Proloquar nondũ Proloquutus sum: dixi, Proloquar, & tu dimisisti. Cõmendaui istam miseram, imò ex misera cõmendaui eã vestris orationibus. Disposuimus orare, & exauditi sumus. Sit gaudiũ nostrũ actio gratiarum. Citius exaudita est mater Ecclesia, quàm in perniciem maledicta mater illa. Cõuersi ad Dominum, &c.

C

Psal. 31.

Eccl. 3.

SERMO S. AVGVSTINI *episcopi, quo complet partẽ Sermonis mox præcedentis miraculo interrupti.* SERMO XXXIII.

DEBET à nobis hesternus Sermo compleri, qui maiori interruptus est gaudio. Statueram enim & cœperam loqui charitati vestræ, quare mihi videntur isti fratres diuina autoritate ad hanc ciuitatem esse directi, vt hic in eis diu optata & expectata sanitas impleretur. Et hoc volens dicere, prius cõmẽdare cœperã charitati vestrę loca sancta, in quibus nõ sunt sanati, & ad nos inde sũt directi. Et dixi de Ancona ciuitate Italiæ: Cœperã de Vsali ciuitate dicere, quæ est in Africa, [Episcopũ habet frattẽ meũ, quẽ nostis, Euodium, quia & ad illã ciuitatẽ eos venire, fama ciusdẽ martyris & operũ eius cõpulisset. Nõ est illic datũ quod dari potuit, vt hic daretur vbi dari debuit. Cũ autẽ opera diuina per sanctũ Martyrẽ cõmemorare breuiter vellẽ, omissis cęteris, vnũ institueram dicere: quod cũ dico, restituta illi puellæ sanitate, subitò lętitiæ tumultus exortu⁹ est, & nos alter compulit finire sermonẽ. Ergo tale ibi miraculum scimus factũ inter multa alia, quæ cõmemorari, vtique cuncta non possunt. Mulier quædã amisit in gremio ægrotantẽ filiũ catechumenum infantẽ, lactentẽ. Quæ cũ vidisset amissum & itreparabiliter perditũ, cœpit eũ magis flere fideliter quã mater. Non enim filij sui desiderabat vitã, nisi in futuro seculo: & hãc sibi ablatam & perisse plangebat. Impleta affectu fiduciæ tulit illũ mortuum, & cucurrit ad memoriã beati martyris Stephani, & cœpit ab illo exigere filiũ, & dicere, Sancte martyr, vides nullum mihi remãsisse solatium. Nõ enĩ possũ dicere filiũ pręcessisse, quẽ nosti perisse: tu enim vides quare plangã. Redde filiũ meũ, vt habeã eũ ante conspectum Coronatoris tui. Hæc & talia cũ præcaretur lachrymis quodammodò nõ petẽtibus, sed vt dixi, exigentibus, reuixit filius ei⁹. Et quia dixerat, Nosti quare illũ quæram: ostendere voluit etiã Deus verum animũ ipsius. Continuò tulit illum ad Presbyteros, baptizatus est, sanctificatus est, vnctus est, imposita est ei manus, completis omnibus sacramentis, assumpt⁹ est. Illa autem tali eũ cum vultu deduxit, tanquã nõ deduceret ad requiem sepulchri, sed ad sinum martyris Stephani. Probatum est cor fidele mulieris. Vbi ergo tale miraculum fecit Deus per martyrem suum, nõ potuit ibi istos curare? Et tamen huc nobis directi sunt. Conuersi ad Dominum, &c.

D

Miraculũ.

Aegrotare. Conualescere.

SERMO S. AVGVST. *de vocatione apostoli Pauli, & commendatione orationis Dominicæ, Et dimitte nobis debita: & de duobus generibus peccatorum.* SERMO XXXIIII.

Citat Beda. 1. Cor. 6.

HODIE lectio de Actibus Apostolorum hęc pronunciata est, vbi apostolus Paulus ex persecutore Christianorum, adnunciator Christi factus est. Hodie in illis regionibus etiam loca ipsa testantur, quod tunc gestum est: & nũc legitur, & creditur. Vtilitas autem rei gestæ huius est, quam Apostolus ipse cõmemorat in Epistolis suis. Dicit enim ad hoc sibi veniã datã omniũ peccatorũ suorũ, & illius furoris atque insanię qua pertrahebat Christianos ad necem, qui minister erat furoris Iudæorũ, siue in lapidatione sancti martyris Stephani, siue in cęteris exhibendis & adducendis ad pœnã: vt nemo de se desperet, qui fuerit magnis peccatis inuolutus, & magnis sceleribus irretitus, quasi veniã non sit acceptur⁹, si cõuersus fuerit ad eũ qui pendens in cruce orauit pro persecutoribus dicẽs, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Factus est illis ex persecutore prędicator & doctor gentium. Fui primò, inquit, blasphemus & persecutor & iniuriosus: sed ideo misericordiam cõsecutus sum, vt in me primò ostẽderet Christ⁹ Iesus omnem longanimitatem, ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in vitam ęternam. Gratia enim Dei salui efficimur à peccatis nostris, in quibus ægrotam⁹. Illius, illius medicina est, quę sanat animã: Nam ęsipsa vulnerare potuit, sanare non potuit. Namque & in ipso corpore in potestate habet homo ęgrotare, conualescere autem non ita habet in potestate. Si enim excedat modum, & intemperãter viuat, faciãtque illa quę sunt incommoda valetudini, & expugnantia sanitatem: vno die, si vult, cadit in morbos; non autem cum ceciderit, conualescit. Vt enim ęgrotatet, ęsipsum adhibet ad intemperantiam: vt autem conualescat, medicum adhibet ad salutem. Non enim potest, vt diximus, in potestate habere recipiendam sanitatem: quomodo habet in potestate amittendam.

C

1. Tim. 1.

Luc. 23.

1. Tim. 1.

CAP. I.

CAP. II.

SIC etiam secundum animã, vt peccãdo in mortem cade-

caderet homo, vt ex immortali mortalis fieret, vt subderetur diabolo seductori, fuit in eius libero arbitrio: quo ad inferiora declinando superiora deseruit, & aurem præbuit serpenti, autē clausit ad Deum: atque cōstitutus inter præceptorem & seductorē, magis seductori quā præceptori obtemperare elegit. Vnde enim audiuit Deū, inde auduit diabolū. Quare ergo nō potius meliori credidit? Ideóque inuenit verū esse quod prædixerat Deus, falsum quod promiserat diabolus. Hæc prima origo malorum nostrorū, hæc radix omnium miseriarū, hoc semē mortis ex propria & libera volūtate primi hominis: qui sic est factus, vt si obediret Deo, semper beatus & immortalis esset; si negligeret & contēneret præceptū eius, qui volebat in illo salutē perpetuam custodire, in morbū mortalitatis irrueret. Tunc ergo medicus à sano contēptus est, nūc curat ægrotum. Alia enim sunt præcepta quædā medicinæ ad tenendā sanitatē: sanis enim dantur ne ægrotent: alia sunt autē quæ iam ægroti cū accipiūt, recuperāt quod amiserant. BONVM erat homini, vt obediret medico, cùm sanus esset, ne medicus illi opus esset. Non est enim opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Propriè quippe medicus dicitur, per quē sanitas recuperatur. Nam semper Deus medicus opus est, etiā sanis, vt sanitas ipsa teneatur. Bonum ergo illi erat tenere perpetuā sanitatē, in qua conditus erat. Contēpsit, abusus est, intemperantia sua decidit in malā valetudinē huius mortalitatis: audiat vel modò præcipientē medicū, vt possit inde surgere, quo per peccatū ipse decubuit. Sed planè, fratres, quēadmodū in ipsa medicina sanus faciendo quę imperat sapiētia salutis, manet in eo quod habet; si autē cœperit ægrotare, incipit audire præceptū, & incipit facere, si verè curat recipere bonā & integrā valetudinē: cùm autē cœperit id facere, nō cōtinuò iam sanus est: sed diu obseruando peruenit ad illā sanitatem, quam minus temperando perdiderat. Hoc autē illi prodest quod iam incipit obseruare, ne augeat ægritudinē, & vt nō solùm deterior nō fiat, sed etiam incipiat melius habere, qui paulatim fit san°: spes est enim perfectæ sanitatis, quando incipit homo minus minūsque ægrotare. Sic etiam iustè viuere in hac vita, quid est aliud, nisi audire præcepta Legis, & facere? Nūquid ergo quicunque faciunt præcepta Legis, iā sani sunt? Nondū: sed vt sani fiant, faciunt. Non deficiant faciendo: quia paulatim recipitur quod semel amissum est. Si enim citò rediret homo ad pristinā beatitudinē, ludus illi esset peccando cadere in mortem. CECIDIT quisque (verbi gratia) in morbū corporis per intēperantiā, natū est illi aliquid in corpore, quod opus est etiā secari. Sine dubio dolores passurus est: sed dolores illi nō erūt infructuosi. Si dolores sectionis pati nō vult, vermes putredinis patietur. Incipit ergo dicere medicus, Obserua illud atque illud: hoc nolitā gere: noli isto cibo vti vel potu: inquietus esse ad illā rē noli. Incipit facere: iam obseruās est præceptorum: sed nondū sanus. Quò ergo valet quod obseruat? Ne pestis quę illi accidit augeatur, atque etiam vt minuatur. Quid ergo sequitur? Accedat oportet ad obseruationem præceptorum, etiam medici secantis manus, & dolores salubres infligentis. Si ergo ille positus in vlcere putrido dicat: Quid mihi prodest, quia obseruo præcepta, si dolores patior sectionis: respōdetur, Sed vtroque curaberis, & obseruantia præceptorum, & tolerātia dolorum. Tantum est enim quod fecisti tibi, non obseruando cū sanus esses. A cquiesce itaque medico, donec saneris: meritum est enim vlceris tui, quicquid pateris molestiarum. SIC venit ad afflictum & laborantē medicus Christus, qui ait: Non est opus sanis medicus, sed malè habētibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Vocat peccatores ad pacē, vocat ægrotantes ad sanitatē. Imperat fidē, imperat continentiā, temperantiam, sobrietatē, refrenat concupiscentiam auaritiæ, dicit quid faciamus, quid obseruemus. Qui obseruat hæc, iam potest dici iustè viuere secundum præceptum medicinę: sed nondum recepit illā sanitatē & illam integram valetudinē, quam Deus promittit per Apostolū, dicens: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriā. Vbi est mors cōtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? rūc plena sanitas erit, & cū angelis sanctis æqualitas. Sed modò antequam fiat, fratres mei, cùm cœperimus obseruare præcepta, quę medicus præcipit, quando patimur etiā aliquas tentationes & tribulationes: nō putemus nos fine causa obseruare, quia maior dolor videtur sequi præcepta illa quę obseruas. Quòd enim pateris tribulationes, manus est secātis medici, nō sentētia iudicis punietis. Fit hoc, vt perfecta sit sanitas: patiamur, feramus dolores. Dulce peccatū est: per amaritudines ergo tribulationis perniciosa dulcedo digeratur. Delectabat te, quādo fecisti malum: sed incidisti in infirmitatē faciēdo. A cōtrario medicina est, facit tibi ad temp° dolorē, vt recipias perpetuā sanitatē. Vtere illa, & noli repellere. SANE ante omnia illud antidotū nō recedat, quod cōtra omnes putredines, cōtra omnia peccatorū venena plurimū valet, vt dicas & verū dicas Dño Deo tuo, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Hoc enim pactū cū ęgrotis medicus cōscripsit atque firmauit: quoniā duo sunt genera peccatorū vnū quo in Deū, alterū quo in hominē peccatur. Vnde etiā duo sunt præcepta illa in quib° tota Lex pendet & Prophetę, Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua: & diliges proximū tuū tanquā teipsum. Et in his cōmetur etiā Decalog° præceptorum legis, vbi tria præcepta pertinēt ad dilectionē Dei, septē ad proximi de quibus satis aliquando tractauimus. QVOMODO ergo duo sunt præcepta, sic & duo genera peccatorū. Aut enim homo in Deum peccat, aut in hominē. Peccatur autē in Deum, etiā corrūpendo templū eius in te: etenim Deus redemit te sanguine filij sui. Quanquā & antequā redimereris, cuius seruus eras, nisi eius qui condit omnia? Peculiariter quodammodo te habere voluit redēptū sanguine filij sui. Et non estis vestri, inquit Apostolus, Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deū in corpore vestro. Ergo ille à quo redemptus es, fecit te domū suam. Nunquid tu vis euerti domū tuā? Sic nec Deus suā, hoc est, teipsū. Si tibi nō parcis propter teipsum, parce tibi propter Deū, qui te fecit templū suum. Templū, inquit, Dei sanctū est, quod estis vos. Et qui templū Dei corruperit, corrūpet illū Deus. Quæ peccata homines quādo faciunt, putāt se nō peccare, quia nulli hominū nocent. Hoc itaque volo intimare sanctitati vestræ, quantū breue tempus admittit, quid mali faciant, qui seipsos cortumpunt voracitate, ebrietate fornicatione, & reprehendentibus respondent, Feci de ratione mea, de possessione mea. Cui quid rapui? Cui quid abstuli? Cōtra quem feci? Bene mihi sit volo, ex eo quod De° mihi dedit. Videtur iste innocēs, quòd quasi nulli noceat. Sed quomodo est innocens, qui nō parcit sibi? Ille enim innocens est, qui nulli nocet: quia dilectionis proximi regula ab ipso est, hoc enim dixit Deus, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Quomodo ergo in te salua est dilectio proximi, quando dilectio tui per intemperantiam vulneratur?

Deinde

Vere libera primi hominis voluntas.

CAP. III. Matth. 9. Medicus.

CAPVT IIII.

CAP. V. Luc. 5.

1. Cor. 15.

B

C

D

Duobus peccatorū generibus duo oppōnitur præcepta. Matth. 22.

CAP. VII.

1. Cor. 6.

1. Cor. 3.

Ibidem.

CAPVT VIII. Corruptores sui.

Innocens quis.

Deinde dicit tibi Deus, cùm per ebrietatem corrūpere te vis: Non cuiuslibet domū euertis, sed domū meā. Vbi habitabo? In istis ruinis? in istis sordibus? Si hospitem recipieres aliquē seruū meū, reficeres & mūdares domū quò intraret seruus meus. Non mundas cor, vbi habitare ego volo? VNAM ergo rē cōmemoraui, fratres, vt videatis quomodo peccēt qui seipsos corrūpūt, cū sibi innocentes videntur. Sed quoniā in ipsa fragilitate & mortalitate vitæ huius difficile est, vt homo nō excedat modū aliquantulū in his rebus quibus ad necessitatē vtitur, adhibēdū est illud remediū, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si dicatur & verè dicatur. A dulteriū facere prohiberis, ne nocas proximo. Quomodo enim nō vis accedi ad tuā, sic non debes accedere ad alienā vxorem. Si autē tua intemperantiùs vsus fueris, nūquid videris nocere alicui, quia vteris tua? Sed eo ipso cōcesso immoderatiùs vtendo, corrūpis in te templū Dei. Nemo te accusat extraneus. Sed quod responsum dabit conscientia tua Deo dicenti per Apostolū, Vt sciat vnusquisq; vestrūm suū vas possidere in sanctificatione & honore, non in morbo desideriorum, sicuti gentes, quæ ignorant Deū? Quis est autem habēs vxorem, qui eo modo vtatur vxore, vt nō excedat legē liberos procreandi? Ad hoc enim data est: cōuincūt te tabulæ quę scribuntur in matrimonio. Pactus es quēadmodū ducēres: sonat tibi scriptura pactionis, liberorū procreandorum causa. Non ergo accedas, si potes, nisi liberorū procreandorum causa. Si modum excesseris, cōtra illas tabulas facies, & contra pactū. Nónne manifestum est: Eris mēdax, & pacti violator: & quærit in te De° integritatem templi sui, & non inuenit: non quia tua vsus es, sed quia immoderatè vsus es. Nam & vinum de apotheca tua bibis, & tamen si sic bibis, vt inebrieris, non quia te tua vsus es, ideo nō peccasti: donum enim Dei conuertisti ad corruptionem tuam.

QVID ergo, fratres? Certè manifestū est, & renūciat omnium conscientia: quia difficile est sic vti rebus cōcessis, vt non aliquantulum excedatur modus. Quādo autem excesseris modū, offendis Deū, cuius templū es: templū enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se fallat. Quisquis templū Dei corruperit, corrumpet illū Deus. Dicta sententia est, reneris reus. Quid dicturus es in orationibus tuis, quādo rogabis Deū, quē offendis in templo suo, quē pellis de tēplo suo? Quomodo mūdabis rursus in te domū Dei? Quomodo eū reducēs ad te? Quomodo, nisi dicēdo ex vero corde tuo, & verbis & factis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Quis enim te accusabit immoderatè vtentem tuo cibo, tuo potu, tua coniuge? Nemo accusabit hominū: sed tamē quia De° arguit, exigens de te integritatē templi sui, & incorruptionem habitationis suæ, dedit tibi remediū, dicens: Si excedendo modum offendis me, & ego tenebo te reum, vbi te nullus hominū accusat. Dimitte homini quod in te peccauit, vt dimittam tibi quod peccas in me. TENETE istud fortiter, fratres. Qui enim & ad huiusmodi antidotum renunciauerit, nulla illi spes salutis omnino remanebit. Qui mihi dixerit, non remitto peccata quæ in me fortè homines peccant, nō est vnde illi promittam salutem: Non enim possum ego promittere, quod non promittit Deus. Ero enim sic dispensator serpentis. Serpens enim promisit bonum peccanti, Deus autē mortem minatus est. Quid enim illi euenit, nisi quod minatus est Deus? Et longè ab eo factum est, quod ille pollicitus est. Vultis ergo, fratres, vt dicam vobis, & si peccaueritis, & si nō dimiseritis peccata hominibus, prorsus salui eritis, cùm venerit Christus Iesus, omnibus indulgentiā dabit? Non dico, quia non audeo. Non dico quod mihi non dicitur. Promittit quidē Deus indulgentiā peccatori, sed præterita omnia dimittens cōuersis, credētibus, baptizatis. Hoc lego, hoc audeo promittere, hoc promitto, & quod promitto proponitur mihi. Et cū legitur, omnes audiuimus: condiscipuli enim sumus, vnus magister est in ista schola. OMNIA ergo præterita cōuersis dimittuntur: cætera autē huius vitæ sunt quędam grauia & mortifera, quę nisi per vehementissimā molestiam humiliationis cordis & cōtritionis spiritus & tribulationis pœnitētiæ nō relaxantur. Hæc dimittūtur per claues Ecclesiæ. Si enim tu te cœperis iudicare, si tibi cœperis displicere, De° venietvt misereatur. Si tu te punire volueris, parcet ille. Qui autē bene agit pœnitentiam, suus ipse punitor est. Sit oportet ipse in se seuerus, vt in eū sit misericors Deus: quomodo dicit Dauid, Auerte faciē tuā à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Sed quo merito? Ait in ipso Psalmo, Quoniā iniquitatē meā ego agnosco, & peccatum meū cōtra me est sēper. Si ergo tu agnoscis, ille ignoscit. Sūt autē leuia peccata & minuta, quæ deuitari omnino non possunt, quæ quidē videtur minora, sed multitudine premūt. Nā & aceruus frumēti minutissimis granis colligitur, & tamen onerantur inde naues. Et si amplius onerētur, demergūtur; in flumē deiicit aliquē, & occidit. Sed & si pluuia sit nimia, minutissimis guttis tamē multos interficit. Illud vno ictu peremit, illa ex multitudine extinguit. Magnę bestię vno morsu occidūt hominē: minutæ autē cùm fuerint multę cōgregatæ, plerūq; interimūt, & talem perniciem inferūt, vt pœnis huiusmodi gēs superba Pharaonis iudicari meruit. Si ergo, quāuis minuta sint ista peccata, tamē quia tā multa sunt, vt congregata aceruū faciāt, quo te premāt; bon° est Deus qui etiā ipsa dimittit, sine quib° non potest ista vita duci. Quomodo autē dimittit, si tu non dimittas, quę in te cōmittūtur? SENTENTIA ista sic est in corde hominis quomodo cadus. Inde sentinatur nauis in pelago: Nō potest enim nisi aquā admittere per ruinas cōpaginis suę. Paulatim tamē adhibēdo tenuē liquorem, facit multā collectionē: ita, vt si nō exhauriatur, nauim opprimat. Sic & in ista vita habemus quasdā mortalitatis fragilitatisque nostrę rimulas, per quas intrat peccatū de fluctibus huius seculi. Arripiamus, tanquā situlam, istā sentinā, vt sentinemus, ne demergamur. Dimittamus debita debitoribus nostris, vt dimittat nobis Deus debita nostra. Per hāc sententiā (si fiat vt verè dicatur) exhauris quicquid influxerat. Sed cautus esto: adhuc enim in mari es. Nā cū hoc semel feceris, nō sufficit, nisi peruenerис traiecto isto mari ad illam patrię soliditatem & firmitatem, vbi nullis fluctib° quatiaris, nec dimittas quod in te nō admittitur, nec tibi dimittivelis quod nō admittis. SATIS me hoc cōmēdasse arbitror charitati vestrę, & cōmendo ępter fluctus istos, in quibus periclitamur, remediū salutare tenēamus. Et videte etiam quātum peccet qui nocere studet innocēti, cùm ille iā non sit ferendus, qui non dimittit quod ei quisque nocuerit. Attēdant ergo fratres nostri, & videant aduersus quos habebant aliquas amaritudines odiorum. Si non illas dimiserūt, vel per istos dies videant quid faciant ista de cordibus eorum. Aut certè si se tutos putant, mittant acetum in vasa, in quibus bonum vinum seruare consueuerunt. Non mittunt & cauti sunt, ne testa vitietur: & odium mittunt in cor suum, non timentes ne quid ibi corruptionis operetur? Seruate ergo, fratres, vt nulli nociatis, quantum potestis: & si qua vobis immoderatio de vsu isto concessarum rerum, vitæ humanæ infirmitate

sobrepse

CAP. IX.

CAP. XII. Peccata grauia.

B

1. Thess. 4.

Abusus.

C

CAP. X.

Modus.

D

Leuia peccata.

CAPVT XIII. Sentinare.

CAP. XI.

CAPVT XIIII.

A

B

C

D

Psal. 50.

Abusus.

Modus.

Leuia peccata.

CAPVT XIII. Sentinare.

CAPVT XIIII.

subrepserit, quoniam pertinet ad corruptionē templi Dei: tenere atque versate, vt ea quæ in vos committūtur, citò dimittatis hominibus, vt pater vester qui in cælis est, dimittat vobis debita vestra. Conuersi ad Dominum, &c.

In conuersione S. Pauli, Sermo.

SERMO XXXV.

Est in sermone D. Augustini, de Sanctis decimo quarto, vsque, O beate Anania. Sequentia sunt fortasis alterius.

ODIE lectio de Actibus Apostolorū hæc pronunciata est, vbi apostolus Paulus ex persecutore Christianorū, annunciator factus est Christi. Prostrauit enim Christus persecutorem, vt faceret Ecclesiæ doctorē: percutiens eū & sanans, occidens & viuificans. Occisus agnus à lupis, & faciens agnos de lupis. Ita enim in præclara prophetia, cùm Iacob patriarcha benediceret filiis suis (præsentes tangēs, futura prospiciens, prædictum erat, quod in Paulo contigit: Erat autē Paulus, sicut ipse testatur, de tribu Beniamin. Cùm autē Iacob benedicēs filios suos, venisset ad benedicendū Beniamin, ait de illo, Beniamin lupus rapax. Quid ergo? Lupus rapax semper? Absit. Sed qui manè rapit prędā, ad vesperam diuidet escas. Hoc in apostolo Paulo cōpletū est, quia & de illo prædictū erat. Iā, si placet, audiamus illum manè rapientē, ad vesperum escas diuidentē. Manè & vesperum posita sunt pro eo, ac si diceretur, prius & postea. Sic ergo accipiamus, prius rapit, postea diuidit escas. Attendite raptorē, Saulus, inquit, acceptis literis à principibus sacerdotū, ibat, vt vbicūque inueniret Christianos, ad sacerdotes attraheret, & adduceret vtique puniendos. Ibat spirans & anhelans cædes. Hic est manè rapiens. Nā & quando lapidatus est Stephanus primus martyr pro nomine Christi, euidētius aderat & Saulus, & sic aderat lapidātibus, vt nō ei sufficeret, si tantū suis manibus lapidaret. Vt enim esset in omniū lapidantiū manibus, ipse omniū vestimēta seruabat, magis sæuiēs omnes adiuuādo, quā suis manib⁹ lapidādo. Audiuimus, Manè rapiet: videamus, Ad vesperū diuidet escas. Voce Christi, de cælo prostrat⁹, & accipiens desuper interdictū iā sæuiēdi, cecidit in faciē suā: prius prosternēdus, postea erigēd⁹: prius percutiendus, postea sanandus. Nō enim postea Christo viueret, nisi occideretur in eo quòd malè antea vixisset. Quid ergo prostratus audit? Saule Saule, quid me persequeris? Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. Et ille: Quis es, Domine? Et vox Domini desuper: Ego sum Iesus Nazaren⁹, quē tu persequeris. Mēbris adhuc in terra positis, caput in cęlo clamat, & nō dicebat, Quid persequeris fideles meos? sed, Quid me persequeris? Et ille: Quid me iubes facere? Iā parat se ad obediēdū, qui prī⁹ sæuiebat ad persequendū. Iā informatur ex persecutore prædicator, ex lupo ouis, ex hoste miles. Audit quid facere debeat. Cæcus sanè factus est, vt interiore luce fulgeret cor eius. Exterior lux ad tēpus subtracta est persecutori, vt redderetur prædicatori. Et eo tamen tempore quo cætera non videbat, Iesum videbat. Ita ex ipsa eius cæcitate informabatur mysteriū credentium, quòd qui credit in Christum, ipsum intueri debet. Cætera nec nata computare, vt creatura vilescat, & vt creator in corde dulcescat. Videamus ergo. Adductus est ad Ananiam, & Ananias interpretatur ouis. Ecce lupus rapax adducitur ad ouem sequendam non rapiendam. Sed ne † repentinum ouis expauescceret lupum, ipse pastor de cælo, qui omnia faciebat, nunciauit lupum venturūm oui, sed non sęuiturum: & tamen tam immanis fama lupum illum præcesserat, vt non possit ouis audito eius nomine non conturbari.

Gen. 49.

Act. 9.

† al. repientem

A O beate Anania, meritò in timorem te dares, si fortis manu nō esset cui militares! Ideo, pseruitur superbia, vt erigatur sanctitas. Venit ergo Ananias, baptizauit Saulū, & fecit Paulū; baptizauit lupū, & fecit agnum: & cœpimus habere prædicatorē, quē habuimus persecutorē. Deniq; cœpit prædicare Christū, cui antea resistebat, paratus pati pro eo quē antea impugnabat. Patitur Paulus, quod fecerat Saulus. Saulus lapidauit, Paulus lapidatus est. Saulus Christianos virgis affecit, Paulus quinquies quadragenas vna min⁹ accepit. Saul⁹ persecutus est ecclesias Dei: Paul⁹ submissus est in sporta. Saulus vinxit, Paul⁹ vinctus est. Dū Saulus quærit minuere numerū Christianorū, etiā ipse ad numerū accessit cōfessorū. Et dū infert aliis necē, suscepit ipse pro Christo necē. Dū intrat lup⁹ rapax stabula pecudis, subitò & ipse fact⁹ est ouis. Itaq; quis iā desperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? Nā beatissimū Petrū piscatorē, modò genib⁹ prouoluta adorat excellētia imperatorū, immanē credentiū persecutorē Paulū veneratur multitudo gentiū. Per Dominū nostrū Iesum Christū, qui viuit, &c. Conuersi ad Do. &c.

B

De conuersione sancti Pauli, SERMO D. AVGVSTINI.

SERMO XXXVI.

Citat Beda, ad Rom. 8. & 10. ad Phil. 2.

RÆCEDENTE die Dominico canta uimus, Deus quis similis tibi, ne sileas, neq; mitescas Deus: qui tamen dicit, Venite ad me, & discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde: videamus quēadmodū vtrūque exhibeat: & in se ostendat sua eloquia cōsonare. Mitis est & humilis corde: quia sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus corā tondēte sine voce, sic nō aperuit os suū: ligno suspensus, pertulit odiorū flāmas, sustinuit ministras pessimi cordis linguas. Quibus linguis illi percusserūt immaculatū, crucifixerūt iustum. De quorū linguis prædictū erat, Filij hominū dēntes eorū arma & sagittę, & lingua eorū machæra acuta. Et quid fecit lingua? Gladi⁹ acut⁹ quid fecit? Occidit. Quē occidit? Occidit vitā mors, vt à vita occideretur mors? Quid ergo? Quid fecit lingua eorū, gladius acutus? Audi quid fecit. Vide quod sequitur: Exaltare super cęlos Deus, & super omnē terrā gloria tua. Ecce quid fecit gladi⁹ acutus. Exaltatū super cęlos nōnimus Dominū, non videdo, sed credendo. Super omnē autē terrā gloriā eius, legendo, videndo, credendo. VIDE ergo mitē & humilē corde, vt ad istā gloriā trophęū mortificatæ carnis adduceret. Vide illū mitē. Pendens dicebat, Pater ignosce illis: quia nesciūt quid faciunt. Et, Discite à me, quoniā mitis sum, & humilis corde. Discamus à te quoniā mitis es, & humilis corde. Vbi magis apparere vel debuit vel potuit dignius, quàm in ipsa cruce? Cū ligno mēbra penderent, cū clauis cōfixæ manus, & pedes essent, cùm illi adhuc sæuirent linguis, cùm se fuso sanguine non satiarent, cùm egrotantes medicū nō agnoscerent, Pater, inquit, ignosce illis: quia nesciunt quid faciūt. Tanquā diceret, Ego veni ægros curare. Quod me non agnoscunt, febris immanitas facit. Mitis ergo & humilis corde dicit, Pater ignosce illis, quia nesciūt quid faciūt. Quid ergo, Ne sileas neq; mitescas Deus? Impleat & hoc. Ecce non siluit. CLAMAVIT de cælo, Saule, Saule, quid me persequeris? Fecit, nō sileas; exhibuit, non sileas, exhibeat, & non mitescas. Primò, quia non pepercit errori eius, quia non pepercit sæuitiæ: quia anhelantem cædes voce prostrauit, sęuienti lumē eripuit, captiuum ad Ananiā, quem persequens quęrebat, adduxit. Ecce non mitis, ecce sęuiens, non in hominem, sed in errorem. Parum est hoc, adhuc nō

Cap. 1. Psal. 8.

Matth. 11.

Plus valet quod creditur, quā quod sentitur. al. viuit.

Esaiæ 53.

C

Psal. 56.

Luc. 23.

D

Act. 9.

sileat

sileat neq; mitescat. Ananiæ timeāti & trementi audito illius lupi famosi nomine, Ego, inquit, ostendā illi. Ego illi ostendā. Vide minantē, vide adhuc sæuiēntem. Ego illi ostendam. Ne sileas neque mitescas Deus. Ostende persecutori, non solùm bonitatē, verū etiam sęuētitatē tuam. Ostēde, patiatur quod fecit, discat & pati quod faciebat, sentiat & ipse quod aliis inferebat. Ego, inquit, illi ostēdam quæ illū oporteat pati. Sed tāquam sæuiens dicit, & implet quod dictū est, Ne sileas neque mitescas Deus. Non inde recedat, Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Ego illi ostendam, quæ illū oporteat pati pro nomine meo. Ostendisti terrorem, subueni ne patiatur & pereat quē fecisti, quē inuenisti. Minax est, nō silet, nō mitescit, minatur. Ego illi ostendā, quę illū oporteat pati, p nomine meo. Vbi terror, ibi sal⁹. Qui faciebat cōtra nomē, patiatur pro nomine. O sæuitia misericors, vides illū præparare ferrū, sęcturus est, nō perēpturus: curaturus est, non occisurus. Christus dicebat, Ego illi ostendā quæ illū oporteat pati pro nomine meo. Sed quo fine? Ipsum qui patiebatur audi. Nō sunt condignæ passiones hui⁹ tēporis. Ipse dicit qui patiebatur, pro quo nomine patiebatur, & quo fructu patiebatur. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Sęuat mūdus, fremat mūdus, increpet linguis, cōruscet armis, quicquid potest faciat. Quid faciet adid quod accepturi sum⁹? Appēdo quod patior, cōtra id quod spero. Hoc sentio, illud credo. Et tamen plus valet quod credo, quā quod sentio. Quicquid est quod sęuit pro nomine Christi, si potest † viui, tolerabile est. Si non potest † viui, migrare hinc facit. Nō extinguit, sed accelerat ipsum præmiū, ipsam dulcedinē: quę cū venerit, sine fine erit. Op⁹ cū fine, merces sine fine. ISTE ergo, fratres, iste vas electionis, primò Saulus à Saule. Recordamini enim qui nostis literas Dei, quis erat Saul? Rex pessim⁹, persecutor sancti serui Dei Dauid. Ex ipse si meministis, de tribu Beniamin. Inde iste Saulus, ducto secū tramite sęuētis, sed in sęuitia nō permānsurus. Postea si Saulus à Saule, Paulus vnde? Saulus à rege sæuo, cū superbus, cū sęuiens, cū cędes anhelās. Paulus autē vnde? Paulus, quia modicus, Paul⁹ humilitatis nomē est. Paulus, postea quā adductus est ad magistrū qui ait, Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Inde Paulus. Vsum Latinæ locutionis aduertite: quia paulū modicū dicitur. Paulo post videbo te; Paululū hīc expecta: id est, post modicū videbo te, modicū hīc expecta. Audi ergo Paulū: Ego sum (inquit) minimus Apostolorum. Prorsus ego sum minim⁹ Apostolorum. Et alio loco: Ego sum nouissimus Apostolorum.

Plus valet quod credit

Cap. III. V. Beda ad Rom. 1. in principio.

Psal. 17.

Paulus, modicus & humilis.

2. Cor. 15.

1. Cor. 4. Cap. V.

Et minimus, & nouissim⁹, tāquā fimbria de vestimēto Dñi. Quid tā exiguū, quid tam nouissimū quā fimbria? Hac tamē tacta, mulier à fluxu sęuinis sanata est. In modico isto erat magnus, in minimo grandis habitabat, & tāto minus à se magnū excludebat, quāto magis minor erat. Quid miramur magnū habitare in angusto? magis in minimis habitat. Audi illū dicentē, Super quē requiescet spiritus meus? super humilē & quietū & tremētē verba mea. Ideo altus habitat in humili, vt humilē exaltet. Excelsus enim est Dominus, & humilia respicit: excelsa autem à longè cognoscit. Humilia te, & propinquabit tibi; extolle te, & recedet à te.

Esai. 66.

Psal. 137.

Cap. III. Act. 9.

MINIMVS ergo iste quid dicit? quod audiuimus hodie: Corde creditur ad iustitiā, ore autē confessio fit ad salutem. Multi credunt corde, & erubescunt cōfiteri ore. Sciatis, fratres, propè iam neminē esse Paganorū, qui nō apud seipsum miretur, & sentiat impleri prophetias de Christo exaltato super cælos: quia videt super omnem terrā gloriam eius. Sed cùm se inuicem timent, sibimet inuicē erubescūt, faciūt à se longè salutē: quia ore confessio fit ad salutē. Quid prodest credidisse ad iustitiā, si os dubitat proferre quod corde conceptū est? Int⁹ fidē Deus videt: sed parū est, ne confitearis humilē, times superbos, & ei prēponis superbos, qui pro te displicuit superbis. Humilē times cōfiteri filium Dei. Magnū verbū Dei, virtutē Dei, sapientiā Dei non erubescis cōfiteri. Natum crucifixū, mortuū erubescis cōfiteri. Altus, excelsus & æqualis patri, per quē facta sunt omnia: per quem factus es tu, factus est quod tu: factus est propter te homo, propter te natus, propter te mortu⁹. Ægrote quomodo sanaberis, qui de medicamento tuo erubescis? Elige tēpus. Nūc est tēpus, postea contēptus. Ille veniet admirādus; iudicatus ille, veniet iudicaturus, occisus ille, veniet excitatur⁹; exhonorat⁹ ille, veniet honoraturus. Modò & postea. Modò in fide res est, postea in manifestatione erit. Elige hoc tēpore quā partē teneas in futuro. De Christi nomine erubescis? Ex eo quod erubescis modò hominibus, habes erubescere, cū venerit in gloria sua redditurus quod p̄misit bonis, quod minat⁹ est malis. Vbi eris tu? Qui facies, si te attendat ille excelsus & dicat tibi, Erubuisti de humilitate mea, nō eris in claritate mea? Discedat ergo malaverecūdia, accedat salubris impudētia, si impudētia dicēda est: sed tamen, fratres, extorsi mihi vt hoc dicerē, nec timerē prorsus. Nōdo cū erubescam⁹ de Christi nomine. Insultetur nobis quòd credimus in crucifixū occisū: planè in occisum: sed de quo nisi sanguis manaret, chirographū peccatorū nostrorū adhuc maneret. Prorsus in occisum credidi: sed hoc in eo occisū est quod sumpsit de me, nō vnde fecit me. Prorsus in occisū credo, sed in quē occisū? Qui venit aliquis, & accepit aliquid. Quis venit? Aliquis. Qui cùm in forma Dei esset, nō rapinā arbitrat⁹ est, esse æqualis Deo. Ecce quis venit, quid accepit? Sed semetipsū exinaniuit, formā serui accipiēs, in similitudinē hominū fact⁹. Ille factor factus, ille creator creatus. Sed in quo factus & creatus? in forma serui, accipiēdo formā serui, nō amittēdo formā Dei. In hac ergo forma serui, in eo quod à nobis, p nobis accepit, & nat⁹ est, & passus est, & resurrexit, & ascēdit in cęlū. QVATVOR res dixi. Natus est, mortuus est, resurrexit, & ascēdit in cęlū. Duo prima, duo nouissima: duo prima, nat⁹ est, mortu⁹ est, duo nouissima, resurrexit, ascēdit in cęlū. In duob⁹ primis cōditionē tuā tibi ostēdit, in duob⁹ nouissimis mercędis exēplū p̄buit. Nasci & mori noueras. Plena est his duob⁹ regio mortalū. Quid hīc abūdat in omni carne, nisi nasci & mori: hoc homo cū pecore habet: hāc ergo vitā cū pecoribus cōmunē ducimus. Nati sumus, morituri sumus. Istud nondū noueras, resurgere, & in cælū ascēdere: duo noueras, duo nō noueras: patere quod suscepit, spera q̄ ostēdit. Quid enim? & si nolis mori, nō es moritur⁹? quid times, quod vitare nō potes? Times, quod & si nolis, erit; & nō times, quod & si nolis, nō erit. Quid est quod dixi? Omnibus hominibus natis cōstituit Deus mortē, per quā de isto sęculo emigrēr. Exceptus eris à morte, si except⁹ fueris à genere humano. Quid facis? Nūquid tibi modò dicitur, elige vtrum velis esse homo. Iā homo es, venisti. Quomodo huc exeas, cogitamat⁹ es; moriturus es. Fuge, caue, repelle, redime: mortē potes differre non auferre. Veniet, & si nolis: veniet quādo nescis. Quid ergo times, q̄ & si nolueris, erit? TIME poti⁹, q̄ si nolueris, nō erit. Quid est hoc? Impiis, infidelib⁹, blasphemis, periuris, iniquis, & omnibus malis gehēnę ignes ardētis, & ęternas flāmas minatus est Deus. Primò compara hęc duo, mortem ad momentum, & pœnas in æternum. Times mortem

Cap. 1. Psal. 8.

Cap. VII.

Philip. 2. Beda.

Cap. VIII.

1. Cor. 1. Iocus. 1.

Cap. VI. Rom. 10. V. Beda.

Cap. IX.

ad me

ad momentũ, veniet, & si nolis: time pœnas in æternũ, non veniet, si nolueris. Multo maius est quod timere debes, & in potestate habes, ne veniat tibi: quod timere debes, & in potestate habes, ne veniat tibi: etenim si bene vixeris, si malè vixeris, moriturus es. Non effugies, vt non moriaris, seu viuẽdo bene, seu viuendo malè. At verò si elegeris hic bene viuere, in æternas pœnas nõ mitteris. Quia verò eligere nõ potes hic, ne moriaris: elige cùm viuis, ne in ęternũ moriaris. Hæc est fides, hoc Christus ostẽdit moriẽdo & resurgendo. Moriendo ostẽdit, quod velis nolis passurus es; resurgendo ostendit, quod si bene vixeris, accepturus es. Hic corde creditur ad iustitiã, ore cõfessio fit ad salutẽ. Sed times cõfiteri, ne insultent tibi homines, non qui crediderũt. Nã & ipsi intus credũt, sed ne insultent tibi qui confiteri erubescũt. Audi quod sequitur. Dicit enim Scriptura, Omnis qui crediderit in eũ, non confundetur. hæc meditare, in his esto: hæc est esca nõ ventris, sed mentis. Ille qui manè rapiebat, ipsas escas ad vesperũ diuidebat. Conuersi ad Dominum, &c.

Rom. 10.

SERMO XXXVII. D. AVGVSTINI *de sancto Laurentio martyre.*

CAP. I.

Citat Beda, Phil. 2.

BEATI Laurentij triumphalem diem, quo calcauit mundum frementẽ, spreuit blandientẽ, & in vtroque vicit diabolum persequentem, sollennem Ecclesia Romana nobis commendat. Quàm gloriosa enim, & quantã virtutum quasi florum varietate distincta Laurẽtij sit corona, vniuersa testis est Roma: vbi Diaconi gerebat officium. Ibi sacrum Christi sanguinẽ ministrauit: ibi pro Christi nomine suũ sanguinẽ fudit. Ad mẽsam potẽtis prudenter accesserat, de qua Sapiens ait: Si sederis cœnare ad mensam potẽtis, cognoscens intellige quę apponuntur tibi: & sic extende manum tuã, sciens quoniam similia te oportet præparare. Hui⁹ cœnæ mysteriũ beatus apostolus Ioannes euidenter exposuit, dicẽs: Sicut Christus pro nobis animã suã posuit, sic & nos debem⁹ animas pro fratribus ponere. Intellexit hoc S. Laurentius, ac fecit: & prorsus qualia sumpsit in illa mensa, talia parauit. Amauit Christũ in vita sua, imitatus est eũ in morte sua. ET nos ergo si veraciter amamus imitemur. Nõ enim meliorẽ reddere poterimus dilectionis fructũ, quàm imitationis exẽplum. Christus enim pro nobis passus est, nobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamur vestigia eius. In hac sentẽtia vidisse videtur apostolus Petrus, quòd tantùm pro his passus est Christus, qui sequũtur vestigia eius. Secuti sunt eũ martyres sancti, vsque ad effusionẽ sanguinis, vsque ad similitudinẽ passionis secuti sunt eũ: sed nõ soli. Non enim postquã illi transierũt, fons incisus est: aut postquã ipsi biberũt, fons ipse siccatus est. Quæ est enim spes fidelium, qui sub fœdere coniugali iugum matrimonij castè & concorditer ducunt, vel sub continentia viduali domant illecebras carnis, vel etiã sanctitatis apicẽ celsius erigentes, & in noua virginitate florentes sequuntur agnum quocunque ierit? Quæ istis, inquam, quæ nobis omnibus spes est, si non sequuntur Christum, nisi qui pro ipso sanguinem fundunt? Perditura est ergo filios suos, quos tanto fœcundius, quanto securius tempore pacis enixa est mater Ecclesia? Quos ne perdat, oranda est persecutio, oranda tentatio? Absit, fratres. Quomodo enim orare potest persecutionẽ, qui quotidie clamat, Ne nos inferas in tentationẽ? HABET hortus ille Dominicus nõ solùm rosas martyrum, sed & lilia virginum & coniugatorum hederas, violásque viduarum. Prorsus nullũ genus hominũ de sua vocatione desperet: pro omnibus passus est Christus. Veraciter de illo scriptũ est, Qui vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. Intelligamus ergo præter effusionẽ sanguinis, præter periculũ passionis, quomodo debeat sequi Christũ Christianus. Apostolus dicit, loquẽs de Christo: Cùm in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus est, esse æqualis Deo. Quanta maiestas! Sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens: in similitudinem hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo. Quanta humilitas! Humiliauit se Christ⁹: habes, Christiane, quod teneas. Christ⁹ factus est obediẽs vsque ad incarnationẽ verbi, vsque ad participationẽ mortalitatis humanæ, vsque ad trinã diaboli tẽtationẽ, vsque ad irrisionẽ populi Iudæorũm, vsque ad sputa & vincula, vsque ad alapas & flagella. Si parum est, vsque ad mortẽ: & si aliquid etiã de genere mortis addendũ, mortẽ autẽ crucis. Habemus tale humilitatis exemplũ superbiæ medicamentũ. QVID ergo intumescis, ô homo? O pellis morticina quid tenderis? O sanies fœtida quid inflaris? Anhelas, doles, æstuas, quia tibi nescio quis fecit iniuriã. Vnde tu flagitas vltionem, sitis arenti faucemque vindictã: nec prius ab intentione desistis, donec de illo qui te læserat, vindiceris? Si Christianus es, expecta regẽ tuũ. Pri⁹ se vindicet Christus. Nondũ enim vindicatus est, qui pro te tanta perpessus est. Et vtique illa maiestas posset vel nihil perpeti, vel cõtinuò vindicari. Sed cũ esset in illo tanta potẽtia, ideo fuit etiã tãta patientia: quia pro nobis est passus, relinquens nobis exẽplũ, vt sequamur vestigia eius. Videtis certè, dilectissimi, quia præter effusionẽ cruoris, præter vincula & carceres, præter flagella & vngulas, sũt multa in quibus possumus sequi Christũ. Deinde hac humilitate decursã, & morte prostrata, ascẽdit Christus in cęlũ: sequamur eũ, quæ sursum sunt quæramus ac sapiamus. Quicquid delectabile de tẽporalibus rebus mũdus ingesserit, respuatur: quicquid infremuerit asperũ atque terribile contẽnatur. Et qui sic agit, nõ dubitet se Christi adhærere vestigiis, vt meritò dicere audeat Cũ Apostolo, Cõuersatio nostra in cęlis est. SED tunc potest in istis esse virtus inuicta, si non sit charitas ficta. Ille ergo dat nobis verã virtutẽ, qui diffundit in nostris cordibus charitatẽ. Quãdo autẽ beatus Laurẽtius appositos extrinsecus ignes nõ timeret, nisi intus flãma charitatis arderet? In cõparatione feruoris quo pectus eius ardebat, exterior persecutorum flãma frigebat. Quando enim ferret tantorũ dolorum aculeos, nisi diligeret gaudia pręmiorũ? Postremò quãdo contemneret istam vitam, nisi amando meliorem? Et quis nocere nobis potest, ait Petrus, si boni amatores fuerimus? Faciat in te licet persecutor malum: tu ne deficias amãdo bonum. Quid enim beato Laurentio illa quæ à persecutoribus illata sunt tormenta nocuerunt? nisi quòd eum clariorem ipsis suppliciis reddiderunt, & hunc nobis festiuissimũ diẽ de pretiosissima eius morte fecerunt. Conuersi ad Dom. &c.

Ecclesi. 31.

1. Ioan. 3.

CAP. 15.

2. Pet. 2.

1. Timoth. 2.

Phil. 2. V. Beda.

CAPVT IIII.

Colossi. 3. CAP. V.

Rom. 5.

1. Pet. 3.

De eodem festo. Sermo eiusdem.

SERMO XXXVIII. CAP. I.

QVANDO natalitia sanctorũ martyrũ celebramus, & in eorũ laudib⁹ admiramur, ita viuere debemus, vt eos in omnibus imitemur. Nã cũ martyres amamus, causam nobis eligimus, vnde pño placeam⁹. Videte beatissimũ Laurẽtiũ martyrẽ, cuius natalẽ hodie in Ecclesia celebramus, qui talẽ confessionis causam elegit, quòd coronã martyrij à Christo percipere meruit. Quàm magna constantia martyrum! quàm

Matth. 6. CAP. III.

bona fides sanctorũ! qui ꝑ nomine Christi multa tormenta libenter suscipiebant, & tamẽ eadem tormenta contẽnendo in suis persecutoribus diabolũ superabãt. De ipsis enim Salomon dicit: Et si corã hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Magnam igitur spem sancti habuerũt: vt crederẽt accipere se posse in resurrectione quod sperabant, tolerãtes temporalẽ passionẽ. Et quid sperabãt, quando talia tolerabant? Facillimè dici potest quod tolerabãt. Nã quis explicare poterit quod sperabant? Audi apostolũ Paulum: Non sunt condignæ passiones hui⁹ tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Sapient. 8.

Rom. 8.

CAP. II.

ERGO magnã habuerũt spem resurrectionis: & ideo tolerabant tormẽta passionis. Sperabant magnã claritatem, gloriosam tequiẽ: sperabant cælestẽ Hierusalẽ, sperabãt paradisum. Et vnde Adã trãsgressionis causa foris proiectus est, illuc sancti prostrato eo qui Adã deceperat, trophęa victricia reportarũt. Lauerunt sancti stolas suas in sanguine passionis, & candidas eas fecerunt in sanguine redẽptoris. Nã norũ est, fratres, quia si cuius vestimẽtũ sanguinẽ retigerit, inquinabitur. Sed sanguis agni immaculati candidare nouit, cruentare non nouit. Itaque beatus Laurentius habitu, vultu & sanctitate decorus, candidã ante passionem habuit cõscientiã, & per passionẽ candidiorem dealbauit stolam corporis & mentis. O sancte Laurenti, cãdidus in mẽte, candidus & corporea veste; nõ valeo condignè laudare meritũ tuum: quia magnũ aduerto consiliũ tuũ. Magnũ consiliũ cogitasti, cæleste negotiũ egisti, thesauros Ecclesiæ suscipiẽs, Christianis pauperibus erogasti, & thesauros cælestes ꝑcipere meruisti. Sic enim monet Dominus in Euangelio, dicens: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Implesti præceptũ Domini, & dedit tibi præmiũ regni sui. Qualiter te honorẽ? quo te laudẽ præconio? Qui in ipso prœlio cõfessionis positus, cùm adhuc sub custodia Hippolyti ageres, virtutẽ Domini semper ostendẽs, crucẽ Christi super cæcorum oculos faciebas, cæcos illuminabas, & Hippolytum ad fidẽ Christi mirabiliter conuertebas.

Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18.

CAP. III.

QVEM tibi similem comparabo? quem honori tuo coęquabo? Inueniam tibi similem, & quodammodo priorem & in honore & in confessione. In honore primum Christi Diaconum: in confessione, beatum Stephanum. Qui post Christi ascensionem primus in septem Diaconis ab Apostolis ordinatum martyrio prẽcedente ante Apostolos est coronatus. Attendite, fratres, istorum duorum principũ victoris exercitus martyrum parem operationem & cõfessionem. Lapidabatur Stephanus, & orabat: assãbatur Laurentius, & hilari facie congaudebat. Orabat Stephanus pro Saulo lapidatore suo: & Laurentius Christianum fecit Hippolytum custodem suum. Magna mirabilia fecerunt Archidiaconi istiã à quibus patiebãtur supplicia, ipsis prẽrogabant diuina beneficia. Hoc enim fecerũt, quod & Christũ Dominũ in passione facientẽ audierũt, qui ꝑ inimicis in cruce orabat, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hoc ipsum & eos Domin⁹ docuit, vbi ait: Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Meruerũt quippe esse cum Christo, qui magna constantia confitentes Christũ, vicerunt Antichristum. Ergo & nos, fratres, tota mentis nostræ intẽtione Dominum Iesum Christum confiteamur, ipsum omni virtute timeamus ac diligamus: vt cum omnibus sanctis ad præmia regni cælestis peruenire mereamur. Amen.

Luc. 23.

Ioan. 12.

SERMO XXXIX.

A D. AVGVSTINI SERMO *in natali sanctorum martyrum Protasij & Gerusij.*

CAP. I. Martyres. Græcè; Latine Testes. Prouer. 16.

MARTYRES, nomen est Græcũ: sed iam isto nomine cõsuetudo vtitur pro Latino: Latinè autẽ Testes dicuntur. Sunt ergo martyres veri, sunt falsi: quia sunt testes veri, sũt falsi. Sed ait Scriptura, Testis falsus nõ erit impunitus. Si testis falsus nõ erit sine pœna, nec testis verus sine corona. Et facile quidẽ fuit Dño Iesu Christo & veritati, quia De⁹ est, testimoniũ perhibere: sed vsque ad mortẽ, magnũ opus fuit. Fuerũt quidẽ, quos Euangeliũ notat, principes Iudæorũ, qui crediderũt in Dominũ Iesum: sed ꝑ pter Iudęos, inquit, nõ audebãt publicè cõfiteri. Et cõtinuò nota addita est capiti, secut⁹ enim ait Euãgelista, Amauerũt enim hominũ gloriã magis, quãdei. Fuerũt ergo qui erubescerẽt corã hominibus cõfiteri Christũ, fuerũt alij iã meliores, qui nõ erubescerẽt corã hominibus cõfiteri Christũ: sed nõ eũ possent cõfiteri vsque ad mortẽ. Donæ enim Dei sunt hæc: & aliquãdo gradatim in anima nutriũtur. ATTENDITE prius, & istos duos testes cõparate inter se: vnũ qui credit in Christũ & vix timidè susurrat Christũ: aliũ qui credit in Christũ, & publicè cõfitetur Christũ: tertium qui credit in Christũ, & paratus est in sua cõfessione mori ꝑ Christo. Prior ille tãtũ infirm⁹ est, vt pudor eũ vincat, nõ timor: secũdus iã habet firmã frontẽ, sed nõdũ sanguinẽ: tertius totũ, vt nihil sit amplius quod restet. Implet enĩ quod scriptũ est, Certa pro veritate vsq; ad mortẽ. De Petro quid dicimus? Prædicauit Christũ, missus est, euangelizauit adhuc ante Domini passionẽ. Nouimus enim missos Apostolos, vt Euãgeliũ prędicarẽt: missus est, & prędicauit. Quantũ vicerat illos Iudæos, qui timebãt publicè cõfiteri: sed tamẽ nõ erat adhuc similis Protasio & Geruasio. Iã Apostol⁹ erat, prim⁹ erat; Domino cohærebat. Dictũ illi erat, Tu es Petrus: sed nondũ erat Geruasius & Protasius, nondũ erat Stephanus, nondũ erat Nemesianus puer. Nondũ hoc erat Petr⁹, nondũ erat quod mulieres quædã, quod puellæ, quod Crispina, quod Agnes. Nondũ erat Petrus, quod istarum muliebris infirmitas. LAVDO Petrũ: sed prius erubesco pro Petro. Quàm prompta anima, sed nesciẽs se metiri. Nã vtiq; si prõpta nõ esset, nõ diceret Saluatori, Moriar pro te. Et si oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Sed medicus qui nouerat vena cordis inspicere, pronũciauit accessionis periculũ. Tu, inquit, pro me animã tuã ponis? Agnosce ordinẽ. Ego prius pono. Tu pro me animam tuam ponis? Amẽ dico tibi, priusquã gallus cantet, ter me negabis. Pronũciabat medicus, quod nesciebat ægrotus. Inuenit se ergo ægrotus falsum præsumpsisse, quando interrogatus est, Tu de illis es? Quæ interrogauit ancillula, febris fuit. Ecce febris accessit, ecce hæret, quid dicã? Ecce periclitatur, ecce moritur Petrus. Quid est enim aliud mori, quàm vitam negare? Negauit Christũ, negauit vitã, mortuus est. Sed ille qui resuscitauit mortuos, respexit eũ Dominus, & fleuit amare. Negando periit, flendo resurrexit. Et mortuus est pro illo Dominus, sicut oportebat: & mortuus est postea pro Domino Petrus, sicut ordo ipse postulabat, & secuti sunt martyres.

CAP. II.

Ecclesi. 4.

CAP. III.

Matth. 26.

Mori quid.

STRATA est via prius spinosa, & pedibus Apostolorum contrita, facta lenior secuturis: quasi semine sanguinis impleta est martyribus terra, & de illo semine seges surrexit Ecclesiæ. Plus asseruerunt Christũ mortui, quàm viui. Hodie asserunt, hodie prædicant. Tacet lingua, sonant facta. Tenebãtur, ligabantur, illudebantur, producebãtur, torquebãtur, vrebantur, lapidabantur, peuriebantur, bestiis ‡ subigebantur. In omnib⁹ suis mortib⁹ quasi viles irridebantur: sed pretiosa est

CAP. IIII.

‡ al. obiiciebantur.

in cōspectu Domini mors sanctorū eius. Tūc in cōspectu Domini tantùm pretiosa, modò & in cōspectu nostro. Tunc enim quādo opprobrium erat, esse Christianum, vilis erat mors sanctorū in cōspectu hominū: detestabantur, execrationi habebātur, pro maledicto hæc illis obiiciebātur: Sic moriaris, sic crucifigaris, sic incendaris. Modò ista maledicta quis fidelis nō optat?

Cap. v. CELEBRAMVS ergo hodierno die, fratres, memoriā in hoc loco positā sanctorū Protasij & Gervasij, Mediolanensiū Martyrū. Nō eū diem quo hic posita est, sed eū diem hodie celebram⁹, quādo inuēta est pretiosa in cōspectu Domini mors sanctorū ei⁹ per Ambrosiū Episcopū, hominē Dei: cuius tūc tantæ gloriæ Martyrū etiā ego testis fui. Ibi erā, Mediolani erā, facta miracula noui, attestātē Deū pretiosis mortibus sanctorū suorū: vt per illa miracula iā nō solùm in cōspectu Domini, sed etiā in cōspectu hominū esset mors illa pretiosa. Cęcus notissimus vniuersę ciuitati illuminatus est, cucurrit, adduci se fecit, sine duce reuersus est. Nondū audiuim⁹ quòd obierit: fortè adhuc viuit. In ipsa eorū Basilica vbi sunt corpora, totā vitā suā seruiturū se esse deuouit. Nos illū gauisi sumus videntē, reliquimus seruientem. Nō cessat Deus sanctis suis attestari: & quomodo ipsa miracula sua debeat cōmē dare, nouit. Nouit agere, vt magnificētur: nouit agere, ne vilescāt. Nō omnibus donat per martyres sanitatē: sed omnib⁹ promittit imitatoribus martyrum immortalitatē. Quòd nō omnibus dat, non quærat cui nō dat: nec murmuret aduersus eū qui nō dat, quod in fine promisit. Nam & qui modò sanātur, post paululū aliquādo moriūtur, qui in fine resurgūt, cū Christo viuēt. PRÆCESSIT caput, expecta mēbra secutura: implebitur totū corp⁹, Christus & Ecclesia. Ibi nos computet scriptos: & in hac vita quod expedit det. Nouit enim ille quid expediat filiis suis. Si ergo vos, inquit, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? Quæ bona? Nunquid tēporalia? Dat & ipsa: sed fidelibus dat. Dat & ipsa: sed & impiis dat, sed & blasphematoribus suis dat. Bona quæramus quæ non nobis sint cum malis cōmunia. Nouit ille pater dare ista bona filiis suis. Modo petit ab illo filius suus sanitatē corporis: adhuc flagellat. Sed nunquid pater quando flagellat, non præstat: Profert flagellum, sed cogita quale prēparat patrimoniū. Flagellat, inquit, omnem filium quem recipit. Quem enim diligit Dominus, corripit. Ideo ista dico, fratres mei, ne contristemini quando petitis, & nō accipitis, & arbitremini quòd ante oculos suos non habeat Deus, si ad tempus non exaudit voluntatem vestram. Non enim semper ægrum exaudit medicus ad voluntatem, quamuis eius sine dubio procuret atque appetat sanitatem. Non dat quod petit: sed quod non petit, hoc procurat. Petit frigida, non dat. Crudelis factus est qui venit sanare? Artis est, non crudelitatis. Nō dat ad horā quod delectat: Vt sanus possit omnia, nondum sano negantur aliqua. CONSIDERATE promissiones Dei. Iis ipsis martyribus quid putatis, quia omne quod postulauerunt dedit? Non. Multi se optauerunt dimitti, & cum aliquo miraculo dimitti, quomodo dimissi sunt tres pueri de camino. Qualis vox Nabuchodonosor: Quoniam, inquit, speraueruntin eum, & verbum regis immutauerunt. Quale testimonium perhibet, qui conabatur occidere? Incendi illos voluit, qui postea per illos credidit. Si illi in igne morerentur, occulte coronarentur, huic nō prodesset. Ideo ad tempus coronati sunt, vt crederet infidelis, vt laudaret Deum, qui damnauerat Deum. Ipse fuit Deus trium puerorum, qui fuerat Machabæorū.

Vide D. Aug. Confessi. 9. c. 7. De ciuitate Dei li. 22. cap. 8. Ambros. Epist. 85. & Serm. 91.

Matth. 7.

Prouerb. 3. Apoc. 3. Hebr. 12.

Cap. vii.

Daniel. 3.

Illos de igne liberauit, illos in igne mori fecit. Mutat⁹ est? Plus illos diligebat, quā illos? Maior corona data est Machabæis. Certè illi euaserunt ignes, sed ad pericula istius seculi seruati sunt: illi in ignib⁹ omnia pericula finierunt. Vlterius restabat nulla tentatio, sed sola coronatio. Ergo plus acceperūt Machabæi. EXCVTITE fidē vestrā, oculos cordis proferte, nolite humanos: habetis enim alios intus, quos vobis Dominus fecit, qui vobis oculos cordis aperuit, quādo fidē dedit. Ipsos oculos interrogate: qui plus acceperūt, Machabæi, an tres pueri? Fidem interrogo. Homines seculi huius amatores si interrogē: ego inter tres pueros volebā esse, dicit mihi anima infirma. Erubescе matrē Machabęorū, quę voluit filios suos ante se mori, quia sciebat nō mori. Ego quia mādo memoriæ de Libellis miraculorū Martyris, quæ in cōspectu vestro legūtur, ante dies lectus est quidā Libell⁹, vbi cuidā ægrotæ quæ doloribus acerrimis torquebatur, cū dixisset, Ferre nō possum: ait illi ipse martyr qui sanare venerat, Quid si martyriū duceres? Multi ergo ducūt martyriū in lecto: prorsus multi. Est quædā persecutio Satanæ, occultior & astutior quā tūc fuit. Iacet fidelis in lecto, torquetur doloribus, orat, exauditur: imò nō exauditur, sed probatur, sed exercetur, sed vt recipiatur filius, flagellatur. Ergo cū torquetur dolorib⁹, venit linguę tētatio, accedit ad lectū aut muliercula aliqua, aut vir, si vir dicēd⁹ est, & dicit ęgroto: Fac illā ligatura, & sanus eris: adhibeatur illa præcātatio, & sanus eris. Ille & ille & ille, interroga, sani inde facti sunt. Nō cedit, non obtemperat, nō cor inclinat, certat tamē. Vires nō habet, & diabolum vincit. Fit martyr in lecto, coronātē illo qui pro illo pependit in ligno. Conuersi ad Dominum, &c.

2. Machab. 7.

CAPVT VII.

Libelli miraculorū olim in Ecclesiis legebantur. Vide suprà in miraculis S. Stephani, & li. 22. de ciuitate Dei, cap. 8. Martyriū in lecto.

De natiuitate S. Ioannis Baptistæ: quæ est 8. Calend. Iulij.

SERMO XL. CAP. I.

SERMO D. AVGVSTINI.

PROLIXA narratio, sed compensatur labor auditoris dulcedine veritatis. Illustrē natiuitatem beatissimi Ioannis præconis & præcursoris Christi, cùm sanctum Euāgeliū legeretur, audiuimus: hinc attendat charitas vestra, quāmagni hominis natiuitas facta sit. Natalis dies carnis nulli Prophetarū, nulli Patriarcharū, nemini Apostolorū celebrauit Ecclesia: solos duos natales celebrat, huiⁿ & Christi. Tēpora ipsa quib⁹ nati sunt ambo, magnū mysteriū pręfigurāt. Ioānes magn⁹ erat homo, sed homo. Tā magnus autē erat homo, vt quicquid pl⁹ illo esset, Deus esset. Qui post me venit, maior me est. Dixit hoc Ioannes, Ipse maior me est. Si maior te est, quid est quòd ipsum maiorē te audiuimus dicentē, Inter natis mulierū nemo exsurrexit maior Ioanne Baptista? Si nemo hominū est te maior, quid est ille qui te maior est? Quis sit, vis audire? In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deⁿ erat verbū. Et quomodo verbū Dei, per quod facta sunt omnia, quod natū est sine initio tēporis, per quod facta sūt tēpora, diē natalē inuenit in tēpore? Quomodo, inquā, verbū per quod facta sunt tempora, diē natalē inuenit in tempore? Quæris quomodo? Audi ipsum Euangelium, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. NATALIS Christi natalis est carnis, non verbi: sed ideo natalis est verbi, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Natum est verbum, sed in carne natum est, non in se. Ipse autē est quidē à patre: sed diem natalem non habet in tēpore. Natus est Ioannes: natus est & Christus. Annunciatus Ioannes ab angelo, annunciatus Christus ab angelo. Vtrunque magnū miraculū. Seruum præcursorem parit sterilis de feneviro: Dominum possessorem parit virgo sine viro. Magnus homo Ioannes: sed

Matth. 11.

Ioan. 1.

CAP. III.

sed plusquam homo Christus: quia & homo & Deus. Magnus homo, sed humiliādus erat homo, vt exaltaretur Deus. Denique quia humiliandus erat homo, audi ipsum hominem: Nō sum dignus corrigiā calceamenti eius soluere. Si se dignum dicetet, quantum se humiliaret? Nec hoc se dixit dignū. Omnino prostrauit se: & prostrauit se sub petra. Lucerna enim erat, & vētō superbiæ timebat extingui. Deniq; quia humiliādus erat homo, homo Christus, ac per hoc & Ioannes: & quòd exaltandus erat Deus homo Christus, demonstrauit & dies natalis & genera passionū. NATVS est Ioannes hodie: ab hodierno minuuntur dies. Natus est Christus octauo Kalendas Ianuarias, ab illo die crescunt dies. Ioannes in passione capite est diminutus, Christus in ligno est exaltatus. Quām bene nūciatus est virgini Mariæ, quàm verè, sanctè, Quomodo fiet istud, quoniā virū non cognosco? Credebat, sed modum quærebat. Et quid audiuit? Spiritus sanctus, superueniet in te, & virtus Altissimi, ipse spiritus sanctus, id est, virtus Altissimi obūbrabit tibi. Et postea, Hoc q̃ nascetur ex te sanctū, vocabitur filius Dei. Virtus Altissimi obūbrabit tibi. Erit in te conceptus: libido non erit cōcupiscētiæ. Nō erit æstus, vbi vmbram facit spiritus sanctus. Sed quia corpori nostro sunt æstus, sufficiāt hęc charitati vestrę: bene cogitata plura erūt. Conuersi ad Dom. &c.

Lucæ 1.

De celebritate natalitia SS. Apostolorum Petri & Pauli.

SERMO XLI. CAP. I.

SERMO S. AVGVSTINI.

DEBVIMVS quidē tantorū martyrum diē, hoc est, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli maiore frequētia celebrare. Si enim celebramus frequentissimè natalitia agnorū, quanto magis debemus arietum? De fidelibus enim quos lucrati sunt Apostoli prædicatione sua, scriptum est, Afferte Domino filios arietū. Per angustias passionū, per viam spinis plenam, per tribulationes persecutionū, vt trāsēāt postea fideles, Apostolos duces habuerūt. Beatus Petrus primus Apostolorum, beatus Paulus nouissimus Apostolorū: qui ritè coluerunt eū qui dixit, Ego sum primus, & ego sum nouissimus. Ad vnū diē passionis sibi occurrerunt & primus & nouissimus. Petrus ordinator sancti Stephani fuit. Quādo ordinatus est Diaconus martyr Stephan⁹, inter alios Apostolos eū ordinauit beatus Petrus Apostolus. Petrus illius ordinator, Paulus illius persecutor. Sed prima Pauli nō quæramus, de nouissimis nouissimi gaudeamus. Nā si priora quærimus, nec ipsius Petri satis placebunt. Paulū diximus Stephani persecutorē, Petrum respiciamus Domini negatorem. Petrus negationem Domini lachrymis lauit: Paulus persecutionem Stephani cęcitate expiauit. Fleuit Petrus ante flagellum, Paulus passus est & flagellum. Boni ambo, sancti, deuotissimi: literæ ipsorū quotidie populis recitantur. Et quibus populis? Et quantis populis? Psalmum attendite, In omnē terrā exiit sonus eorū, & in fines orbis terrę verba eorum. Et nos probamus, & ad nos ista verba ve.nerunt, & ad sanitatem fidei ab infidelitatis insania conuerterunt.

Psal. 28.

Apoc. 1.

Act. 6.

Psal. 18.

HÆC loquor charissimi, lætus quidē hodierno die propter tantam festiuitatem: sed aliquantulum tristis, quia non video tātum populum congregatum, quātus congregari debuit in natali passionis Apostolorum. Si lateret vos, nō vobis imputaretur: si autē neminem latet, quæ est ista tanta pigritia? Nō amatis Petrū & Paulū? Ego in vobis illis loquor qui hic nō sunt. Nā vobis ago gratias, quia vel vos venistis. Et potest animus cuiusq; Christiani nō amare Petrum & Paulum? Si adhuc frigidus est, legat & amet: si adhuc nō amat, sagittā verbi in cor accipiat. De ipsis enim Apostolis dictum est, Sagittæ tuæ acutę potentissimę. Quibus sagittis factū est quod sequitur, populi sub te cadēt. Bona sunt talia vulnera. Vulnus amoris salubre est. Sponsa Christi cantat in Cātico cāticorū, Vulnerata charitate ego sum. Vulnus hoc quando sanatur? Quando satiabitur in bonis desideriū nostrum. Vulnus dicitur, quamdiu desideramus, & nondū tenemus. Sic enī est amor, vt sit illic dolor. Cùm peruenerimus, tunc transit dolor, non deficit amor. Audistis verba in Epistola beati Pauli, quā scripsit ad discipulum suū beatum Timotheū, Ego enim iam immolor. Videbat imminentē passionem: videbat sed non timebat. Quare non timebat? Quia iam dixerat, Cōcupiscentiam habēs dissolui & esse cū Christo. Ego, inquit, iā immolor. Nemo cum tanta exultatione dicit se prælaturum, & magnas epulas habiturum, cum quanta exultatione dicit se esse passurum. Ego, inquit, iam immolor. Quid est, Immolor? Sacrificium ero. Sacrificiū cuius? Dei: quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Ego, inquit, immolor. Securus sum, habeo sursum sacerdotē, q̃ me offerat Deo. Ipsum habeo sacerdotē, qui pro me prior victima fuit. Iā immolor, & tempus meæ resolutionis instat. Resolutionē dixit à corpore. EST enim quoddam dulce vinculū corporis, & ligatus est homo, & solui non vult. Ille tamen qui dicebat, Concupiscentiam habēs dissolui, & esse cū Christo, gratulabatur q̃ ista vincula aliquando essent soluenda. Soluēda vincula carnalium membrorum, accipienda indumēta & ornamenta æternarū virtutum. Securus ponebat carnē, coronam accepturus. Felix mutatio, sancta migratio. Quàm beata mansio, fides eā videt, nōdū oculus: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēderunt, quæ prēparauit Deus diligētibus se. Vbi sunt sancti isti, putamus? Ibi vbi bene est. Quid quæris amplius? Non nosti locū, sed cogita meritum. Vbicunq; sunt, cū Deo sunt. Iustorum animę in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum. Sed ad locum sine tormēto, per tormēta transierunt: ad locum latitudinis, per angustias peruenerunt. Non ergo timeat laboriosam viam, qui talem desiderat patriam. Tēpus (inquit) resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de cęterò supersest mihi corona iustitiæ. Meritò festinas, meritò te immolādum esse lætaris: supersest enim tibi corona iustitię. Adhuc imminet amaritudo passionis, sed transit eā passuri cogitatio, & quid vltrà sit cogitat: non quà itur, sed quò itur. Et quia cum magno amore cogitatur quò itur, cum magna fortitudine calcatur quà itur. CVM autem dixisset, Superest mihi corona iustitiæ, intulit, quam reddet mihi dominus, in illa die iustus iudex. Redder iustus, antè non reddidit. Nā si, ō Paule, primò Saule, quādo persequebaris sanctos Christi, quando seruabas vestimēta lapidatorum Stephani, exerceret circa te Dominus iustū iudiciū, vbi esses? Tāto sceleri tuo quis locus in fundo gehēnæ reperiretur? Sed tunc tibi nō reddidit, vt modò reddat. Verba enim tua de prioribus factis tuis legimus in Epistola tua, & per te nouimus. Tu dixisti, Ego enim sum nouissimus Apostolorū, qui non sum dignus vocari Apostolus. Quare? Quia persecutus sum Ecclesiā Dei. Si persecutus es Ecclesiam Dei, vnde ergo Apostolus? Sed gratia Dei sum id quod sum. Ante gratia, modò debitum. Antè gratia donabatur, modò debitū redditur. Gratia Dei sum, inquit, quod sum: ego nihil sum. Quicquid sum, gratia Dei sum. Quicquid sum: sed modò Apostolus: nam quod eram, ego erā. Gratia Dei sum q̃ sum: & gratia eius in me vacua non fuit: sed pl⁹ omnibus illis laboraui. Quid est, apostole Paule? Quasi extulisti te, quasi de aliqua ceruicula videtur dictum,

Psal. 44.

2. Tim. 4.

Philip. 1.

Psal. 105.

CAP. III.

1. Cor. 1.

CAP. IIII.

1. Cor. 15.

Gratia

Plus

Plus omnibus illis laboraui. Agnosce ergo. Agnosco, inquit. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Non erat ôblitus, sed vnde gaudeamus in nouissimis, seruabat nouissimus. Non ego autem, sed gratia Dei mecũ.

Cap. v. 2. Tim. 4. Tunc non redditum est, modò quid? Cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. De cæterò superest mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Bonum agonẽ certasti. Sed quis fecit, vt vinceres? Lego tibi te, & tu dicis, Gratias ago Deo, qui dedit nobis victoriã per Dominũ nostrum Iesum Christum.

Ibidem. Quid proderit certasse, si non profit vicisse? Ergo habes quia certasti quidẽ, sed Christus dedit victoriã. Sequere aliud, Cursum cõsummaui: & hoc quis in te? Nónne tu dixisti, Nõ volentis, neq; currentis, sed miserẽtis est Dei?

Rom. 9. Dic quod sequitur, Fidẽ seruaui. Et hoc vnde tibi? Audi verba tua: Misericordiã, inquit, cõsecutus sum; vt fidelis essem: Ergo fidẽ seruasti ex misericordia Dei, nõ ex fortitudine tua. De cęterò ergo superest tibi corona iustitiæ, quam reddet tibi Dñs in illa die iustus iudex. Meritò enim reddet, ideo iustus iudex. Sed etiã hic nõ extollatur ceruix tua, quia dona ipsius sunt merita tua. Quod illi dixi, ab illo didici, & vos mecũ in ista schola vtique didicistis. Superiore loco propter prœconiũ prœsidemus: sed in vna schola communem magistrum in cęlis habemus. Conuersi ad Dominum, &c.

Sermo XLII. *Tractatus S. Augustini de natali sanctorum martyrum Massylitanorum.*

Citat Beda 2. Cor. 2.

Cap. i. Fortitudinem sanctorum martyrũ hic in eorum passione miremur, vt gratiã Domini prædicemus. Neque enim & illi in seipsis laudari voluerunt, sed in illo cui dicitur, In Domino laudabitur anima

Psal. 33. mea. Hoc qui intelligunt, nõ superbiunt. Cum tremore petunt, cum gaudio accipiunt. Perseuerant, iam nõ amittunt. Quia enim nõ superbiũt, mites sunt. Et ideo cũm dixisset, In Domino laudabitur anima mea: addidit, audiãt mites, & * lætentur. Quid caro infirma, quid vermis & putredo esset, nisi quod cantauimus verum esset, Deo subiicietur anima mea, quoniam ab ipsõ est patientia mea? Etenim vt mala omnia pro fide Martyres tolerarent, virtus eorum patiẽtia nominatur. Duo sunt enim quæ in peccata homines aut alliciũt, aut impellunt: voluptas, aut dolor. Voluptas illicit, dolor impellit. Contra voluptates, necessaria est continentia: contra dolores, patientia. Hoc enim modo suggeritur humanę menti, vt peccet. Aliquãdo dicitur, Fac, & hoc habebis: aliquando autem, Fac, ne hoc patiaris. Voluptatem præcedit promissio, dolorem comminatio. Vt ergo habeant homines voluptatem, vel non patiantur dolorem, peccant. Ideo Deus contra ista duo, quorum est vnum in blanda promissione, alterum in terribili comminatione, & promittere dignatus est, & terrere. Promittere regnum cælorum, terrere de suppliciis inferorum. Dulcis est voluptas, sed dulcior Deus. Malus est dolor temporalis, sed peior est ignis æternus. Habes quod ames pro mundi amoribus, imò pro immundis amoribus. Habes quod timeas, pro mundi terroribus. Sed parum est moneri, nisi impetres adiuuari. Præsens ergo Psalmus quem cantauimus, docuit nos, à Deo vtique esse patientiam nostram, contra dolores. Vnde inuenimus ab ipso esse & continentiam nostrã, quæ necessaria est contra voluptates. Habes euidentissimum testimonium. Et cùm scirem, inquit, quia nemo potest esse continẽs nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum. Ergo si habes aliquid à Deo, & nescis à quo habes, non eris muneratus, quia remanes ingratus. Si nescis à quo habeas, non agis gratias. Nõ agendo gratias, & q; habes perdis. Qui enim habet, dabitur ei. Quid est, † plenè habere? Scire vnde habeas. Qui autẽ non habet, id est, nescit vnde habeat, & quod habet auferetur ab eo. Deniq; sicut idem ait, Hoc ipsum erat sapientię, scire cuius esset hoc donum: sic & Paulus apostolus ait, cùm cõmendaret nobis gratiã Dei in spiritu sancto. Nos autem non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex Deo est. & quasi diceretur illi, Vnde discernis? Secutus adiunxit, Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Ergo spiritus Dei, spiritus est charitatis: spiritus huius mundi, spiritus est elationis. Qui habent spiritum huius mundi superbi sunt, ingrati sunt Deo. Multa dona eius habẽt, sed non colunt eum à quo habẽt: ideo sunt infelices. Aliquãdo vn° habet dona maiora, alter habet minora: verbi gratia, intelligẽtiam, memoriã. Dona Dei sunt. Inuenis aliquãdo hominem acutissimũ, memorem ad incredibilẽ admirationẽ. Inuenis alium paruo intellectu, memoria nõ tenaci, sed vtroque paruo præditum. Illum autẽ superbum, istum humilẽ. Istum de paruis Deo gratias agentẽ, illum maiora sibi tribuentẽ. Melior est incõparabiliter Deo gratias agẽs de paruo, quàm se extollens de magno. Illũ enim qui de paruo gratias agit, ad magnũ Deus admittit: qui de magnis gratias non agit, & quod habet amittit. Qui enim habet, dabitur ei. qui autẽ non habet, & quod habet auferetur ab eo. Quomodo non habet, si habet? Nõ habẽs habet, qui nescit vnde habeat. Tollitur enim à Deo res sua, & remanet illi iniquitas sua. Ergo nemo est cõtinẽs, nisi Deus det. Habes munus cõtra voluptates: quoniam hoc ipsum, inquit, erat sapiẽtię scire cuius esset hoc donum, nemo est continens, nisi Deus det. Habes munus cõtra dolores: quoniã ab ipso est, inquit, patiẽtia mea. Ergo sperate in eum, omne cõsiliũ plebis. In eũ sperate, nolite vestris viribus cõfidere. Illi cõfitemini mala vestra, ab illo sperate bona vestra. Sine illius adiutorio nihil eritis, quantumcunq; superbi fueritis. Ergo vt humiles esse valeatis, effundite corã illo corda vestra. Et ne in vobis malè remaneatis, dicite q; sequitur, Deus adiutor est.

Luc. 8. al. plenè. Psal. 8. Hunc adiutorẽ vt vinceret beatus martyr habuit, quem miramur, cuius sollennitatem hodie celebram°. Sine illo nõ vinceret. Et si dolores vinceret, diabolum non vinceret. Aliquãdo enim victi à diabolo, vincunt dolores: non habentes patiẽtiam, sed duritiã. Ille ergo adiutor affuit, vt donaret ei verã fidem, facẽret ei bonã causam, & pro bona causa donaret patientiam. Tunc enim est patiẽtia, quãdo præcedit bona causa. Non enim & ipsam fidem alius quàm Deus donat. Breuiter vtrũq; cõmendauit Apostolus, & causam pro qua patimur, & patientiam qua mala perferamus, à Deo nobis esse. Exhortans enim martyres ait, Quia vobis donatum est pro Christo. Ecce causa bona, quia pro Christo: non pro sacrilegio contra Christũ. Christus enim ait, Qui mecum non colligit, spargit. Ergo vobis, inquit, donatum est, pro Christo non solùm vt credatis in eum, sed etiam, vt patiamini pro eo. Hęc est vera patiẽtia. Hanẽ ergo patientiam diligamus, hanc teneamus: etsi nondum habemus, petamus, & rectè cantamus, Deo subiicietur anima mea: quoniam ab ipso est patientia mea. Conuersi ad Dominum, &c.

Cap. iii. 1. Cor. 2. Beda. Matth. 10. Philip. 1. Psal. 61.

Sermo D. Augustini *de auaritia & luxuria.* Sermo XLIII. Cap. i.

Euangelium nos admonuit lectione præsenti, de thesauro cælesti loqui charitati vestræ. Neq; enim, sicut infideles auari putãt, deus noster perdere nos voluit res nostras, si bene intelligatur, & piè credatur, & deuotè accipiatur quod præceptum est nobis. Non nobis præcepit vt perderemus, sed locum ostendit vbi poneremus.

Nemo enim potest nisi cogitare de thesauro suo, & quodam cordis itinere diuitias suas sequi. Si ergo in terra obruuntur, ima petit cor: si autẽ in cælo reseruantur, sursum erit cor. Si ergo volunt facere Christiani quod norũt se etiam profiteri: nęque enim hoc omnes qui audiunt nouerunt: atque vtinam nõ frustrà nouerint, qui nouerũt. Qui ergo vult cor sursum habere, ibi ibi ponat quod amat: & in terra positus carne, cũ Christo habitet corde. Et sicut Ecclesiam præcessit caput eius, sic Christianũ præcedat cor eius. Quomodo mẽbra itura sunt quò præcessit caput Christus, sic iterũ resurgẽs iturus est quo nunc præcessit cor hominis. Eamus ergo hinc, ex qua parte pôssũmus sequetur totum nostrũ quò præcesserit aliquid nostrum. Domus terrena ruinosa est: domus cælestis æterna est. Quò venire disponimus, antè migremus.

Sursũ cor.

Cap. ii. Audiuimus diuitem quendam à bono magistro quærentẽ consilium adipiscendæ vitæ æternæ. Magnũ erat quod amabat, & vile erat quod contemnere nolebat. Itaque peruerso corde audiens quem iam dixerat magistrum bonum, maiore amore vilitatis, possessionẽ perdidit charitatis. Nisi vitam æternam consequi vellẽt, cõsilium de habenda vita æterna nõ requireret. Quid ergo, fratres? Vt verba eius quem magistrũ bonũ ipse dixerat de fideli doctrina sibi deprompta respiceret, Magister ille bon° est, antequã doceat, cùm docuerit malus? Antequã doceret, dictus est bonus. Non audiuit quod voluit, sed audiuit quod debuit: desiderans venerat, sed tristis abscessit. Quid si ei diceretur, Perde quod habes, quando tristis abscessit, quia dictũ est, Bene serua quod habes? Vade, inquit, omnia quæ habes da pauperibus. Fortè times ne perdas: vide quid sequitur, Et habebis thesaurũ in cęlo: custodẽ tibi thesaurorum tuorũ fortè serũtũ aliquem posuisses: custos auri tui erit Deus tuus. Qui dedit in terra, ipse seruat in cælo. Fortassis non dubitasset ille Christo commendare quod habebat, & ideo cõtristatus est, quia dictũ est ei, Da pauperibus, tanquã in corde suo dicẽs: Si diceres, Da mihi, ego tibi in cælo seruabo: non dubitarẽ dare Dominum meo magistro bono: nũc autem dixisti, Dã pauperibus. Nemo timeat erogare pauperibus, nemo putet accipere eum cuius manũ videt. Ille accipit qui iussit vt dares. Neque hoc ex nostro corde aut humana coniectura dicimus: ipsum audite monẽtem, & tibi securitatem scribentem. Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Et cùm enumeratis officiis eorũ respõdissent: Quãdo te vidimus esurientẽ? Ille respondit, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Mendicat pauper, sed accipit diues: das ei qui cõsumat, accipit ille qui reddat. Neq; hoc redditurus quod accipit: fœnerari se voluit, plus promittit quàm dederis. Exere nunc auaritiam tuam, te puta fœneratorẽ. Certè si esses, obiurgareris ab Ecclesia, cõfutaretis verbo Dei, execrarẽtur te omnes fratres tui, tanquã crudelẽ fœneratorem, de lachrymis * alterius adquirere cupientem. Esto fœnerator, nemo te prohibet. Pauperi vis dare, qui quãdo reddiderit plãget: da idoneo, qui etiam hortatur vt recipias, quod promittit. Da Deo, & conueni Deũ. Imò da Deo: & vt recipias cõueni. Certè in terra quærebas debitorẽ tuum: quærebat & ille. Sed vbi se abscõderat à facie tuã, adieras iudicẽ & dixeras: Iube illũ debitorẽ meum conueniri. Ille audito hoc, discedit, & nec salutare te quærit: cui fortè te quęrenti cõmodãdo salutem egenti præstiteras: habes ergo cui croges. Da Christo, ipse te cõuenit vltrò, vt recipias, & mirantem quia aliq̃d à te accepit. Nã illis ad dexterã positis vltrò ipse dicet, Venite benedicti patris mei. Quò, Venite? Percipite regnũ, q; vobis paratũ est ab origine mundi.

Cap. iii. Matth. 25. al. alienis. Cap. vi. Cap. vii. Sap. 8.

Pro qua re? Esuriui, & dedistis mihi mãducare. Situi, & dedistis mihi potũ. Nudus erã, & vestistis me: hospes & adduxistis: æger & in carcere, & visitastis. Et illi, Domine, quãdo te vidimus: Quid est hoc? Conueni debitor, & creditores exeusant. Nõ vult eos debitor fidelis falli. Recipere dubitatis, accipere ignoratis, & respondet quẽadmodum accepit: Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nõ accepi p me, accepi per meos. Quod illis datũ est, ad me peruenit: securi estote, non perdidistis. Minus idoneos attendebatis in terra: idoneũ habetis in cælo. Ego, inquit, accepi; ego reddam. Et quid accepi? quid reddo? Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Terrã accepi, cælum dabo. Temporalia accepi, æterna restituã. Panẽ accepi, vitam dabo. Imò etiam hoc dicamus, Panem accepi, panem dabo. Potum accepi, potũ dabo. Hospitẽ accepi; dominum dabo. Æger visitatus sum, salutẽ dabo. In carcere visus sum, libertatem dabo. Panis quẽ dedistis, consumptus est: panis quẽ dabo, & reficit, & non deficit. Det ergo nobis panẽ, panis ille qui de cælo descendit. Cùm panem dabit, seipsum dabit. Quid enim volebas quãdo fœnerabas? Numos dare, & numos accipere. Sed pauciores dare, plures accipere. Ego tibi (inquit Deus) omnia quę dedisti, in melius cõmutabo. Si enim dares libram argenti & reciperes libram auri, quãto capereris gaudio? Inspice & interroga auaritiã. Librã argenti dedi, libram auri recipio. Quid simile argentũ & aurũ? Magis ergo quid simile terra cælum? Et aurũ & argentũ hic eras relicturus: tu autem hîc non perpetuò mansurus. Et aliud dabo, & plus dabo, & melius dabo, & æternũ dabo. Sic ergo cõpescatur auaritia nostra, fratres, vtália quæ sancta est, inflammetur. Omnino quæ vos prohibet ne bene faciatis, malè vos alloquitur, domine malæ seruire vultis, non agnoscentes dominum bonum. Et aliquando duæ dominæ occupant cor, & seruũ malum dignum seruire talib°, in diuersa discindunt. Aliquando possident hominẽ duæ dominæ cõtrariæ, auaritia & luxuria. Auaritia dicit, Serua: Luxuria dicit, Eroga. Sub duabus dominis diuersa iubentibus, diuersa exigẽtibus, quid facturus es? Habent allocutiones suas ambę. Et quãdo cœperis nolle obtẽperare, & in libertatẽ tuam ire: quia iubere nõ possunt, blandiũtur. Et plus sunt cauenda earum blandimenta, quàm iussa. Quid dicit auaritia? Serua tibi, serua filiis tuis. Si egebis, nemo tibi dabit. Noli ad tempus viuere: consule tibi in futurũ. Contra luxuria: Viue cũ viuis, fac bene cũ anima tua. Moriturus es, & quando nescis: cui relicturus an sit possessurus, ignoras. Tu demis & subtrahis gutturi tuo: ille fortè cùm mortuus fueris, calicẽ super te non ponet. Aut si fortè calicem ponet, ipse inebriabitur, ad te nulla stilla descendet: fac ergo bene cũ anima tua, quãdo potes, cùm potes. Aliud iubebat auaritia: Serua tibi, cõsule tibi in posterũ. Aliud luxuria: Eroga, fac cum anima tua bene.

Cap. v. Dominæ duæ, auaritia & luxuria.

Tædeat te, ô liber in libertatẽ vocate, tędeat te talium dominarũ seruitus. Agnosce redẽptorem tuum, manumissorẽ tuum. Illi seruũ: faciliora iubet, cõtraria non iubet. Amplius audeo dicere. Contraria iubebant auaritia & luxuria, ita vt ambabus obtemperare non posses. Et dicebat vna, Serua tibi, & cõsule in posterũ: dicebat alia, Eroga, fac bene cum anima tua. Procedat dominus tuus eadem dicturus: & cõtraria nõ dicturus redemptor tuus. Si nolueris, domui eius nõ est necessarius qui seruit inuitus. Attende redemptorem tuum, attende pretium tuum. Venit vt redimat, sanguinem fudit. Carum te habuit, quem tam carè emerat. Agnoscis qui emerit, attende vnde redimat. Tacco de cæteris superbè in te dominantibus vitiis: innumerabilibus enim

enim malis dominis seruiebas. Has duas dico iubẽtes contraria in diuersa rapientes, auaritiam & luxuriam. Eripe te ab his, veni ad Deum tuum. Si seruus eras iniquitatis, esto seruus iustitiæ. Verba quæ tibi dicebant, & contraria iubebant, ipsa audis à Domino Deo tuo, & non contraria iubet. Verba earum tollit non: sed potestatem tollit. Quid tibi dicebat auaritia? Serua tibi, consule in posterum. Verbum non mutatur, homo muratur. Iam, si placet, compara consulentes. Illa auaritia est, ista iustitia. Ipsa contraria discute. Serua tibi, inquit auaritia. Pone te velle obtemperare: interroga vbi serues. Illa tibi monstratura est munitum locum, muratum cubiculũ, arcam ferreã. Omnia muni: fortè domesticus fur etiam interiora perrumpet: & cùm pecuniæ tuæ consulis, vitæ tuæ timebis. Fortè dum multũ seruas, qui vult eripere, cogitat & occidere. Postremò aduersus fures licet quocũque munimine thesaurum tuum & vestem tuã cõmunias: cõmuni ea aduersus rubiginem & tineam. Quid facturus es? Nõ est foris ostiis auferens, sed est intus absumens.

al. hostis.

CAPVT VIII.

NON ergo bonum consilium dedit auaritia. Ecce iussit vt serues, & non inuenit dare locum vbi serues. Dicat etiã consequẽtia, Consule in posterum. In quãtum posterum? In dies paucos & incertos. Dicit, Consule in posterum homini fortassis victuro nec in crastinũ. Sed ecce viuat quantũ putat auaritia, non quãtum ostendit, non quantum docet, non quantum fidit, sed quantum putat vixerit, senuerit, finierit, adhuc senex incuruus, baculo innixus, lucrum quærit & audit auaritiã dicentem, Consule in posterum. Inquod posterũ? Iã expirãs loquitur, Propter filios tuos, inquit. Vtinã vel illos senes nõ auaros haberemus, qui filios non habẽt. Etiã ipsis, etiã talibus, etiam iniquitatẽ suam nulla pietatis imagine excusantibus non cessat dicere, Consule in posterum. Sed fortè ipsi cirò erubescũt: illos videamus qui filios habent, vtrũ certi sint filios suos possessuros esse quæ reliquerit. Intẽdant cùm viuũt, filios aliorum alios alienis improbitatibus quod habuerant amittẽtes, alios alienis improbitatib⁹ quod possederãt cõsumẽtes, & remanẽt inopes filij diuitũ. Parcite nasci serui auaritiæ. Sed posidebunt hoc, inquit, filij mei, Incertũ est: nõ dico, falsum est: sed q̃ feceris incertum est: postremò fac certũ. Quid eis vis relinquere? Quod acquisisti tibi. Certè quod acquisisti relictum nõ erat, & habes. Si tu habere potuisti quod tibi relictum non est, poterunt ergo habere & illi, quod tu nõ reliqueris.

al. nosci.

CAP. IX.

REFVTATA sunt consilia auaritiæ: sed Dñs eadem dicat, iustitia iam loquatur: ipsa erunt verba, nõ sententia ipsa. Serua tibi, ait Dominus tuus, cõsule in posterũ. Et hunc interroga, Vbi seruabo? habebis thesaurum in cælo, vbi fur non accedet, neque tinea corrumpet: In quantum posterum seruabis? Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, quod vobis paratũ est ab origine mundi. Hoc regnum quantorum dierum est, ostendit finis ipse sententiæ. Cùm de sinistris diceret, Sic ibunt illi in ambustionem æternam: ait de dexteris, Iusti autẽ in vitam æternã. Hoc est consulere in posterum. Posterum, quod posteriora nõ habeat. Dies illi sine fine, dicti sunt dies, & dictus est dies. Ait enim quidam, Vt habitem in domo Domini in longitudinem dierum, cùm de illis diebus diceret. Et dies dictus est, Ego hodie genui te. Et illi dies vnus dies: quia iam nec tẽpus dies ille nec* ad extremũ proceditur, nec crastino excluditur. Ergo in ipsum posterum consulamus: & non diuersa sunt verba, quæ tibi dicebat auaritia, & euersa est auaritiã: restat vt dicas, Et quid ego de filiis meis? Audi & vide cõsilium Domini tui, si tibi dicat Dominus tuus: Melius ego cogito qui creaui, quam tu qui generasti;

Matth. 25.

Psal. 26.

Psal. 2.

al. ab extremo proceditur.

al. ego.

A fortè quod dicas nõ habebis. Sed diuitẽ illum aspecturus es qui tristis abscessit, & in Euangelio reprehensus est: & dicet tibi fortè, Ille diues ideo malè fecit nõ vẽdere omnia, & dare pauperibus, quia filios nõ habebat. Ego autẽ filios habeo: habeo quibus seruem. Et in hac infirmitate consistit tibi Dominus tuus. AVDEAM dicere per eius misericordiã: audeam aliquid dicere nõ de mea præsumptione, sed de ipsius miseratione. Serua & filiis tuis, sed audi me, si, vt sunt humana, de filiis qs. que suis aliquem amiserit. Intendite fratres, intendite, quia auaritia excusationem non habet neque hic neq; in futuro seculo. Ecce & humana sunt: nõ enim optamus, sed exẽpla conspicimus. Amissus est aliquis Christianus, Christianum filium amisisti: non ergo amisisti, sed præmisisti. Neque enim ille decessit, sed præcessit. Interroga fidem tuã: certè & tu illò iturus es, quò ille antecessit. Rẽ breuẽ dico, cui puto quòd nemo respõdeat. Viuit filius tuus? interroga fidem tuã. Si ergo viuit, quare inuaditur pars eius à fratribus ei? Sed dices: Nũquid rediturus est, & possessurus? Mittatur ergo illi quò præcessit ille: ad rẽ suam venire nõ potest, res eius ad eũ ire potest. Vide eum quo sit. Si in palatio militaret filius tuus, & amicus Imperatoris fieret, & diceret tibi, Vẽde ibi partẽ meam, & mitte mihi: nũquid inuenires quid respõderes? Modò cum Imperatore omniũ imperatorum, & cum Rege omnium regum, & cum Domino omnium dominorũ est filius tuus: mitte illi, non dico, necessariũ habet ipse Dominus ipsius, apud quẽ est filius tuus, eget in terra. Hic vult accipere quod dat in cælo: quod facere nonnulli auari solent. Fac traiectitiũ. Da in peregrinos, quod recipias in patria tua.

B

Luc. 12.

Cap. xii. Lucæ 16.

B

Cap. xi.

POSTREMO iã de te nihil, de filio tuo loquor. Dubitas dare tuum, dubitas & reddere alienum: certè cõuinceris, quia nõ filiis tuis seruabas. Ecce non das filiis tuis, quia tolles filiis tuis. Hic certè tolles. Quare indignus est accipere, quia cũ digniore viuit? Meritò si ille cum quo viuit nollet accipere, iã domui tuæ, si domui diuinæ diues. Absit ergò vt tibi dicã, Da quod habes: sed dico tibi, Redde quod debes. Sed habebunt illud, ais, fratres illius. O mala doctrina, docens filios tuos mortẽ optare fratribus suis. Si de te fratris sui mortui ditiores erunt, vide quemadmodum se attendant in domo tua. Quid ergo facies? Patrimonium diuidis, & particidia doces: Sed nolo dicere de vno amisso, ne casus humanos videar minari. Melius quodãmodo prosperiũsque loquamur. Non dico, vnum minus habebis, cõputa quia vnum plus habes. Fac locum Christo cũ filiis tuis, accedat familiæ tuæ Dñs tuus, accedat ad prolem creator tuus, accedat ad numerum filiorum tuorũ frater tuus. Cùm enim tantum intersit, & pater esse dignatus est. Et cùm sit pater vnicus, voluit habere cohæredes. Ecce ille quàm largiter: tu quare tã steriliter? Duos filios habes, tertium illũ cõputa, tres habes, quartus numeretur. Quintum habes, sextus dicatur. Decẽ habes, vndecimus fit. Nolo amplius dicere: vnius filij tui serua locum Domino tuo. Quod enim dabis domino tuo, & tibi proderit & filiis tuis. Quod autem malè seruas filiis tuis, & tibi oberit & filiis. Dabis autẽ portionem vnam, quã vnius filij deputasti. Deputa te vnũ amplius genuisse. QVID magnum, fratres mei? Consilium do, nunquid guttur ligo? Sic ait Apostolus: Hæc ad vtilitatem vestram dico, nõ vt laqueum vobis iniciã. Puto fratres, quia parua & facilis cogitatio est, putare patrẽ filiorũ habere vnum filiũ amplius, & cõparare talia prædia quæ possideas in æternũ, & ipse & filij tui. Quid dicat auaritia, non habet. Clamastis ad verba ista. Loquimini cõtra illã, nõ vos vincat, nõ plus valeat in cordibus vestris, quàm redemptor vester. Nõ plus

Vide libr. de disciplina Christiana, cap. 8. & de decẽ chordis, cap. 12.

Cap. x.

Cap. xii. 1. Cor. 7.

plus valeat in cordeve stro, quàm ille qui monet vt sursum corda habeamus. Iã ergo ista dimittamus. Luxuria quid dicit? Quid? Fac cũ anima tua bene. Ecce dicit Dominus, Fac cũ anima tua bene. Quod tibi dicebat luxuria, hoc tibi dicit iustitia. Sed vide & hic quomodo dicatur. Si cum anima tua vis facere bene, attende illum diuitem, qui ex consilio luxuriæ & auaritię volebat cum anima sua bene facere. Successit ei regio, & non habebat vbi recõderet fructus suos, & ait: Quid facia? non habeo quò colligam. Inueni quid faciam: destruam apothecas veteres, & nouas ædificabo, & replebo eas, & dicã animæ meæ: Habes multa bona, iucundare. Audi consiliũ contra luxuriam: Stulte, anima tua hac nocte auferetur abs te. Quæ præparasti, cui? erũt? Et quò itura est anima ista, quæ auferetur ab illo? Hac nocte auferetur, & nescit quò itura est. VIDE alium diuitẽ luxuriosum, superbũ. Epulabatur quotidie splẽdidè, & induebatur purpura & bysso: & pauper vlcerosus iacebat ad ianuam, micas de mẽsa diuitis frustrà cõcupiscebat: canes vlceribus pascebat, & à diuite nõ pascebatur: vterq; mortuus est. Vnus eorum sepultus est. De altero quid dictum est? Ablatus est in sinũ Abrahæ ab angelis. Videt diues pauperẽ, imò iã pauper diuitẽ: desiderat de digito stillam aquæ in linguam suã, ab illo qui desiderauit micã de mensa eius. Certè vices mutatæ sunt. Frustrà hoc dicit diues mortuus: nõ hoc frustrà audiamus qui viuimus. Nã & ille voluit ad superos reuocari, & non est permissus: voluit aliquem mortuorũ mitti ad fratres suos: nec hoc illi cõcessum est. Sed quid ei dictum est? Habẽt ibi Moysen & Prophetas. Et ille, Non audiẽt, nisi aliquis à mortuis ierit. Ait illi Abrahã: Si Moysen & Prophetas non audiũt, nec si quis à mortuis ierit, credent.

A

B

Caput xiii.

DE faciendis ergo eleemosynis, & cõparanda animæ requie in posterũ, vt faciamus bene cum anima nostra, quod peruersè dixit luxuria, dixit & Moyses, dixerunt & Prophetæ. Audiamus cùm viuimus, quia ibi frustrà cõcupiscit audire, qui cõtempsit ista cùm audiret. An expectamus vt aliqs & à mortuis resurgat, & dicat nobis, vt faciamus cũ anima nostra bene? Iã & hoc factũ est: non resurrexit pater tuus, sed resurrexit Dominus tuus. Ipsum audi, accipe bonũ consilium. Noli parcere thesauris tuis, eroga quantum potes. Luxuriæ vox erat: Domini vox facta est. Eroga quantũ potes, fac bene cũ anima tua, ne auferatur hac nocte anima tua. Habetis in nomine Christi, quantum arbitror, sermonẽ de faciẽdis eleemosynis. Vox ista vestra laudantium, tunc accepta est Domino, si videat & manus operantium. Conuersi ad Dominum, &c.

C

Sermo xliiii.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS *Episcopi, de Iacob & Esau, in festo sancti Vincentij martyris, ad populum Sermo.*

Author de hoc sermone sic scribit in quæstione super Genesim 74.

IACOB erat homo simplex, habitans domum. Quod Græcè dicitur ἄπλαστος, hoc Latinè, simplicè, interpretatus sunt. Propriè autẽ ἄπλαστος non fictus: vnde aliqui Latini interpretes, sine dolo, interpretati sunt, dicẽtes: Erat Iacob sine dolo habitans in domo: vt magna sit quæstio, quomodo per dolum acceperit benedictionem qui erat sine dolo. sed ad significandum magnum aliquid quod scriptura præteriuit. Hinc enim maximè cogimur ad intelligenda illo loco spiritalia, quia sine dolo erat qui fecit dolum. Vnde quid sentiremus in sermone quodam in populo habito satis diximus.

Cap. I.

ESTERNÆ lectionis debitores nos esse meminimus, sed sicut nos debemus sermonem, ita & vos debetis audiẽtiam. Et lectio quidẽ illa carnaliter sonat. Qui autẽ spiritũ Dei accepit, spiritaliter sapit. Dixit enim Apostolus, Sapere secundũ carnem, mors est: & ad hoc promisit Dñs spiritũ paracletum veritatis: ergo sicut promisit & misit, vt vnusquisq; iã qui eum spiritum recepit, non sit tẽporalibus voluptatibus seruus, sed dominus corporis factus, & seruus creatoris dirigat se in viam præceptorũ Dei. Nec vestigia eius nutẽt, nec oculi eius palpitẽt, sed intentione fidei proficiat, vt veniat ad id quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit: quod creditur antẽquam videatur, vt cùm venerit, qui credidit, non cõfundatur. INTENDAT ergo ambulans in spe, sperans quod nondum tenet, credens quod nondum videt, amans cui nondum hæret. Exercitatio autẽ animę in fide & spe & charitate, facit eũ idoneũ capere quod vẽturum est. Cùm ergo carnaliter adhuc saperet Petrus, turbatus ad interrogationẽ ancillæ, negauit Dominũ ter: prędixerat enĩ medicus ægroto qd in illo futurũ erat: qui æger casus ægritudinis suæ nõ nouerat, & plus de se ægrotus prę sumpserat, sed verus medicus videbat. Dixerat enim, se cũ Domino & pro Domino moriturum. Nõdum enim poterat, quia infirmus erat. At vbi venit postea spiritus sanctus missus de cælo, & cõfirmauit eos, in quos venit: impletus ille fiducia spiritali, cœpit iã verè paratus esse moti pro eo quẽ antè negauerat. Hac fiducia repleti omnes martyres tenẽtes rectam fidẽ, nõ morientes nec patiẽtes pro falsa fide, pro vano phãtasmate, pro spe inanis, re incerta: sed pro veritatis pollicitatione, certũ habentes cum qui promisit potẽtem esse qui exhibeat: omnia præsentia contẽpserunt, in futura exarserunt, quę cùm fuerunt illis præsentia, non erunt præterita.

Rom. 8.

1. Cor. 2.

Cap. ii.

Matth. 26.

B

RECORDAMINI ergo, qui interfuistis hesterno die, duos filios Isaac, Esau & Iacob, quomodo maiori pręponitur minor: vt ad Iacob pertineatis, Esau nõ ametis. Erit autẽ Esau, qui vult carnaliter viuere, vel carnalia in futuro seculo sperare. Sitie ergo carnaliter viuens, & talibus gaudẽs in hoc tẽpore, & talia de Deo sperans, qualia habẽt & mali, & totã felicitatẽ suam in ipsa ponens de qua gaudẽt & iniqui, aut certę cõtemnens istã prę sentem, & talem sperãs in futuro: carnalis est, carnalẽ fidem habens, carnalem spẽ, carnalem charitatẽ. Fides autem spiritalis est, credere q̃ protector sit temporaliter Dominus tuus, vt venias ad illud quod tẽporale nõ erit: & sperare te habiturũ vitam angelorum, nõ in corruptionib⁹ carnis, nõ in voluptatibus, illecẽbris, nõ fornicationibus & ebrietatibus, & gaudio epularũ carnalium, nõ in superbia possessionum dominationis terrenæ, sed tantummodo quomodo angeli viuunt.

Cap. iii. Gen. 27. Filii Isaac Esau & Iacob. Vita carnalis per Esau.

C

Caput xiiii.

VIVVNT autem angeli in gaudio nõ creaturæ, sed creatoris. Gaudiũ enim creaturę est, quicquid videtur: Gaudium creatoris est, quod nõ videtur oculis corporis, sed purgata acie mẽtis. Beati mũdo cõrde. Ad quã visionẽ beati sunt: quoniam ipsi Deum videbunt. Non enim putetis, fratres, quia gaudent angeli ex eo quia vident cælum aut terram, vel quæcunque in eo sunt. Nõ ex eo gaudẽt quia vident cęlum & terram: sed quia vident eũ qui fecit cælum & terram. Ille autem qui fecit cælum & terram, nec cælum est, nec terra: nec quid terrenũ potest cogitari, nec quid cæleste, nec quid corporeũ vel spiritale cogitare poteris. Nõ hoc est Deus. Non tibi facias hominẽ aliquem grandem & pulchrũ: nõ circumscribitur humana forma Deus: non continetur loco, non tenetur spatio. Non tibi facias quasi aureũ Deum. Non hoc est Deus. Nã aurum, vnde tibi vis facere deũ, ipse fecit Deus: & hoc infirmũ, quia in terra. Nõ tibi proponas, quia aliquid tale est Deus, quale vides in cælo, vel lunã, vel solẽ, vel sidera, vel, quicquid fulget & splendet in cęlo, non hoc est Deus. Sed nec iterum ideo tibi non videatur Deus quod sol: quia sol

Matth. 5.

D

tãquam rota quædam est non immensum lucis spatiũ, & dicas tibi: Ergo Deus infinitæ lucis est & immensæ, vt quasi tendas ipsum solem, & facias illum nõ habere finem, nec hac nec illac, nec sursum nec deorsum, & tãmen lucem tibi immẽsam proponas Deum: nec hoc est Deus. Deus quidem habitat lucem inaccessibilem: sed talis lux non est rota: nec potest esse nota oculis carnis.

Deus incorporeus & immensus.

1. Tim. 6

CAP. V. S ED si videre potes quid est veritas, quid est sapientia, quid iustitia, quomodo dictum est, Accedite ad eũ & illuminamini, quomodo est illud lumen verum, de quo dicit Ioannes: Erat lumẽ verum, q; illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum, quomodo Ioannes ipse Baptista nõ erat lumen verum: dicit enim Ioannes Euangelista, Nõ erat ille lumẽ, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Nõ solùm autem Ioannes Baptista verum lumen nõ erat, sed nec Paulus verum lumen erat: nec Petrus verum lumen erat, nec aliqui Apostoli verum lumen erant. Etenim verum lumẽ est, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Illi verò lumina erant, quia illuminabantur: nã & oculi carnis nostræ dicuntur lumina, & vnusquisq; iurat per lumina mea. Lumina ista quid sunt? si desit sol, si desit luna aut lucerna, certè in tenebris remanẽt. Vbi sunt lumina, videant ante se, præbeãt ducatum pedib⁹, si lumina sunt: & tamẽ lumina sunt. Quare lumina sunt? Quia possunt lumẽ recipere, etenim cùm fuerit lumen illatũ, lumen ipsum non sentit frons tua, nec auris tua, nec olfactus tuus, nec manus tua, nec pes tu⁹, sola membra in te qui vocantur oculi, sola sentiunt lumẽ illatum, absente lumine tenebrantur: sed illato lumine sola illuminãtur: id est, quia sola sentiunt lumẽ. Illuminantur quidem & cętera membra tua, sed vt videri possint, nõ vt videre possint: nã lux quæ oritur, vel quæ infertur, omnia membra perfundit, oculos vt videant, cætera vt videantur. Sic omnes sancti illuminati sunt, vt viderent: & vt q; videbant, prædicarent. Ideo illis dictum est, Vos estis lumen mũdi. Sed lumen, non verum lumen. Quare? Quia erat lumen verũ, quod illuminat omnem hominẽ. Omnem hominem dicit. Si de isto sole diceret, nõ diceret omnem hominem: quia iste sol non à solis hominibus videtur. Vident illum & pecora, & minutissima animalia, & muscæ videt istum solem. Illud autem lumen quod deus est, nemo videt, nisi de quibus dictũ est: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt. CONAMINI cogitare, fratres, lumẽ veritatis, lucem sapientiæ, quomodo vbiq; præsens est omnibus, conamini cogitare lumẽ iustitiæ: præsens est enim omni cogitanti. Quid enim est quod cogitat? Qui vult iniustè viuere, peccat, deserit iustitiã, diminuta est? Conuersus est ad iustitiam. Quid ãucta est? Deserit eam, integram illam relinquit. Cõuertitur ad eam, integram illã inuenit. Quid est ergo lumen iustitiæ? De oriente surgit, & in occidentẽ vadit? An est alius locus vnde oritur, aut quò venit, nõnne vbiq; præsto est? Homo certè qui est in occidente, si vult iustè viuere, id est, secundũ iustitiam, nũquid deest illi quam intueatur & videat secundum ipsam iustitiam? Iterũ in oriẽte positus si velit iustè viuere, id est, secundũ eãdem iustitiam, nunquid deest illi? Ibi enim est iustitia: præsto est iustè viuenti: secundum enim regulam videt, quemadmodũ iustè viuant & illi: sicut iusti bene viuendo eam videt, ita & iniusti malè viuendo non eam vident: nam & ille iustè viuit, cùm eam videt: & ille ipsam videt, vt secundum eam actus suos dirigat: quia nisi secũdum iustitiæ regulam direxerit actus suos, in errorẽ iniquitatis impingitur: quia ergo & huic præsto esse potuit ibi consistẽti, nullo loco est & vbiq; est: sic iustitia, sic sapientia, sic veritas, sic castitas. Conamini ergo videre talẽ lucẽ,

Psal. 33.

Ioan. 1.

Matth. 5.

Ioan. 1.

Matth. 5.

CAP. VI.

sed non potestis: palpitat mentis acies, purgetur, & videat. A VT autẽ purgetur & videat, credat vt purgari mereatur. Quod ergo videre nõ potestis, differte vt curemini, & videre possitis: nõ tamen tale aliquid in futuro seculo cogitetis, quale nũc videtis: quia si tale aliqd cogitaueritis, & tale aliquid dilexeritis, cũ ipso mundo vultis ire extra mũdum, tollere vobiscum vultis mundum. Nõ erunt ibi ista. Lux ibi erit quædam: vnde hoc rotat nescio quid quod modò intelligimus; & gaudemus: sed si habemus benedictionẽ à rore cęli, habemus abũdantiam à fertilitate terræ: sic est enim benedictus Iacob: ad eum pertineamus, & nõ carnaliter vitamus. Quia vnusquisque incipit carnaliter viuere, ideo maior dictus est Esau. Duo Testamenta dicuntur in lege: vnũ Vetus, & alterũ Nouum. Vetus promissiones habebat temporales, sed significationes spiritales. Intendat charitas vestra. Si promissa est Iudęis terra repromissionis, significat aliquid spiritaliter terra repromissionis. Si, p. B missa est Iudæis ciuitas pacis Hierusalẽ, significat aliqd nomẽ ciuitatis Hierusalẽ. Si data est Iudæis circũcisio carnis, significat aliquã spiritalem circumcisionem. Si iussi sunt Iudæi vnũ diem sabbatum obseruare de septẽ diebus, significat spiritalem quietem, quæ nõ habet vesperã: nam & in ipsis septẽ diebus, in Genesi in omnibus diebus dictum est, Facta est vespera: in septimo die non dicitur, facta est vespera. Septimo die qui vesperã non habet, significatur nobis requies sempiterna, vbi null⁹ est occasus. Si data sunt sacrificia Iudęis carnalia, per victimas carnaliũ omnia significãtur sacrificia spiritalia. ERGO qui sic intellexerũt, quasi pręsens illis aliquid daretur pro magno, & futurũ nihil quæsierunt: nec spiritaliter ea quæ carnaliter gerebantur, intelligere valuerunt. Ad maiorẽ filium pertinent, ad vetus Testamentũ pertinẽt. Vetus Testamentum est promissio figurata: nouum Testamentum est promissio spiritali- C ter intellecta. Cùm enim Hierusalem quę fuit in terra, pertineat ad vetus Testamentum, imaginem habet ad Hierusalem quæ est in cælo, & pertinet ad nouum Testamentum. Liberatur secundum vetus Testamentum populus de Ægypto, liberatur secundum nouum Testamentum populus à diabolo. Persecutores Ægyptij & Pharao persequuntur exeũntes de Ægypto Iudæos, persequũtur populum Christianum peccata ipsorũ, & diabolus princeps peccatorum. Sed sicut Iudæos vsque ad mare persequuntur Ægyptij, sic Christianos vsq; ad baptismum persequũtur peccata. INTENDITE fratres, & videte, liberantur per mare Iudæi, obruũtur in mari Ægyptij: liberãtur Christiani in remissione peccatorum, delentur peccata per baptismum: exeũt post mare rubrũ, & ambulant per eremum: sic & Christiani post baptismum nondum sunt in terra repromissionis, D sed sunt in spe. Seculum autem hoc eremus, & verè Christiano est eremus post baptismũ, si intelligat quod accepit. Si non solùm signa corporalia in illo fiant, sed etiam in corde spiritalis effectus intelligit sibi eremum esse istum mundum, intelligit in peregrinatione se viuere, patriã desiderare. Quàm diu autem desiderat, in spe est: Spe enim salui facti sumus: spes autẽ quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autẽ quod non videmus, speramus, per patientiã expectamus. Ista patientia in eremo fecit aliquid sperare, si iã se putet in patria, non peruenit ad patriam: si iam se putet in patria, remanet in via: vt autẽ nõ remaneat in via, speret patriam, desideret patriam; ne deuiet: nam occurrunt tentationes: ita post baptismum occurrunt. Sicut enim non soli erant hostes Iudæorum Ægyptij, qui illos ab Ægypto persequebãtur, ipsi enim præteriti hostes erant, quomodo vnumquemque persequitur præ-

CAP. VII.

Duo testamenta, vetus & nouũ.

Gen. 15.

Gen. 17.

Exo. 17.

Gen. 1. & 2.

CAPVT VIII.

Exo. 12.

Exo. 14.

CAP. IX.

Eremus est Christiano hic mũdus.

Rom. 8.

præterita vita sua & peccata pręterita sua cum principe suo diabolo: sed exitere & in eremo, qui vellent impedire viam, & pugnatum est cum illis, & victi sunt. Sic post baptismum cum cœperit ambulare Christianus viam cordis sui in spe promissorum Dei, non deuiet. Nam occurrunt tentationes aliud aliquid suggerẽtes, delicias huius mundi, aliam quandam vitã, vt vnumquemq; de via detorqueant, & à proposito abducant. Si autem isto desiderio istas suggestiones euiceris, vincuntur hostes in via, & perducitur populus ad patriam.

CAP. X. 1. Cor. 10. Sub nube.

AVDI Apostolum, quia ista figuræ nostræ fuerunt. Nolo enĩ (inquit) vos ignorare, fratres, quia omnes patres nostri sub nube fuerunt: si sub nube fuerunt, sub caligine fuerunt. Quid est, Sub caligine fuerunt? non eis intelligentibus spiritaliter, quæ cum eis corporaliter agebãtur. Et omnes per mare trãsierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt, & omnes eundẽ spiritalem cibũ manducauerunt. Datũ est enim illis manna in deserto, B sicut nobis datur dulcedo Scripturarũ, vt duremus in ista eremo vitæ humanæ, & norunt quale manna accipiunt Christiani, quibus dixit ipse psalmus: Gustate & videte, quoniã suauis est Dominus. Et omnes (inquit) eundem cibum spiritalem manducauerunt. Quid est, Eundem? Idem significantem: & omnes eundem potũ spiritalem biberunt. Et attende quomodo vnam rem exposuit, & cætera tacuit. Bibebãt enim de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus: hæc autẽ figuræ nostræ fuerunt. Illis sunt exhibitæ, sed figuræ nostrę fuerunt: quia illis corporaliter exhibebãtur, nobis spiritaliter significantur. Ergo illi qui corporaliter ea tenuerunt, ad vetus Testamentum pertinuerunt.

Exod. 16.

Psal. 133.

CAP. XI. Gen. 27.

IAM videte quia senuerat Isaac. Cuius personam gessit Isaac, quando voluit benedicere filium suũ maiorem? iam senuerat, vbi senectus, vetustas, per senectutem enim intelligo vetustatẽ: & per vetustatem intelligo vetus Testamentum. Hoc ergo vetus Testamẽtum quia illi non intelligebant, qui sub nube fuerunt: ideo dicuntur caligasse oculi Isaac. Caligo oculorum corporis Isaac, caliginem significat mentium Iudæorum. Senectus Isaac, vetustatem significat veteris Testamẽti. Quid ergo, fratres? vult tamen benedicere, & maiorem filium Esau: minorem amabat mater, & maiorem pater, tanquam primogenitum: nam æqualis in ambos iustitia, sed erat charitas maior erga primogenitũ. Vult ille benedicere maiorẽ, quia vetus Testamentũ primo promittebat. Promissiones nõ loquitur nisi ad Iudæos: ipsis videtur promittere, ipsis omnia polliceri. Vocantur ab Ægypto, liberantur ab hostibus, per mare ducũtur, pascuntur manna, accipiunt testamentum, accipiunt legẽ, accipiunt promissiones, accipiũt ipsam terram repromissionis. Non mirum, quia ipse benedicere voluit primum filium: sed sub figura maioris benedicitur minor: mater enim typum gestat Ecclesiæ. Ecclesiã autem accipite fratres, non in his solis qui post Domini aduentum & natiuitatem esse cœperunt sancti: sed omnes quotquot fuerunt sancti, ad ipsam Ecclesiam pertinent. Non enim non ad nos pertinet pater Abraham: quia ille fuit antequam Christus nasceretur de virgine, & nos tanto post, id est, post passionem Christi facti sumus Christiani, cùm dicat Apostolus: Quia filij sumus Abrahæ, imitando fidẽ Abrahæ. Ergo nos imitãdo illum ad Ecclesiam admittimur, & ipsum ab Ecclesia exclusuri sumus? Hæc Ecclesia significatur in Rebecca vxore Isaac, hęc Ecclesia erat in sanctis etiam Prophetis, qui intelligebant vetus Testamentum, quia promissiones illæ carnales spiritale nescio quid significabant. Si spiritale, spiritales ergo ad minorem filium:

Ad Ecclesiam pertinent omnes sancti.

Rom. 4. Gal. 3.

quia prior est carnalis, & postea spiritalis. IAM hesterno die præmisimus sanctitati vestrę, ideo maiorem filium dici Esau, quia nemo fit spiritalis, nisi ex carnali: sed si perseueret in prudentia carnis, semper erit Esau: si autẽ fiat spiritalis, est filius minor, sed ipse minor erit maior: ille enim tempore præcedit, iste virtute. Namq; cùm coxisset lẽtẽ Iacob, deliberauit Esau accipere, antequã veniret ad istam benedictionẽ, & ille ait illi, Da mihi primogenita tua, & dabo tibi lentem quam coxi. Vẽdidit primogenita sua minori: abstulit ille voluptatem temporalem, abstulit ille dignitatem sempiternã. Ergo qui temporalibus voluptatibus seruiũt in Ecclesia, lentẽ manducãt, quam quidem coxit Iacob, sed nõ manducauit Iacob: idola enim magis in Ægypto viguerant. Lens cibus est Ægypti: per lentem omnes errores gentiũ significantur. Quia ergo Ecclesia eminẽtior & manifestior in filio minore de gentibus vẽtura significabatur, lẽtem coxisse dicitur Iacob, & manducasse Esau: etenim dimiserũt idola gẽtes, quæ colebãt, B Iudæi autem seruiebant idolis: nam conuersi corde in Ægyptum ducebãtur per eremũ: & cùm interfecti essent in mari hostes eorũ, & fluctibus obruti essent inimici eorũ, desideraueruntidolũ facere, quia non viderũt Moysen, & non intellexerunt secum pręsentẽ deũ, sed in pręsentia hominis habentes spem, non viderunt oculis hominum: & putare cœperunt, quia nõ ibi esset Deus, cùm ipse solus per Moysen tanta patraret. Quæsierũt hominẽ oculis carnis, quia non habebãt oculos cordis, vnde Deum in Moyse viderent: perdiderũt ergo primatum suum, quia conuersi corde in Ægyptum manducauerunt lentẽ. ACCIPITE, populus Christianus est: sed in ipso populo Christiano illi primatum tenent, qui pertinent ad Iacob: qui verò carnaliter viuunt, carnaliter credunt, carnaliter sperant, carnaliter C diligunt: adhuc ad vetus Testamentum pertinẽt, nondum ad nouum: adhuc in sorte sunt Esau, nondum in benedictione Iacob. Intendat sanctitas vestra. Benedicere ergo volebat maiorem filium Isaac senex caliginosis oculis, quia vetus Testamentum ad Iudæos directum erat. Quod vetus Testamentum non ab eis intelligebatur, ideo caliginosi oculi dicuntur. Vt dixi, fratres, ad maiorẽ loquitur: ad minorem peruenit benedictio. Etenim mater ista, quæ in sanctis omnibus intelligitur, id est, Ecclesia, quæ intellexit prophetiam, ipsa dat consilium filio minori, & dicit illi: Ego ipsa audiui patrem tuum dicentem fratri tuo, Vade & adfer mihi venationẽ, vt manducem, & benedicat te anima mea, antequam moriar. Nũc ergo, fili, audi me. Et dedit illi consilium vt iret, ferretq; duos hædos de proximo grege, & faceret illos mater, quemadmodum delectabatur pater eius, & manducaret, & benediceret filium D suum minorem absente maiore. Ille autem timuit, & ait: Frater meus pilosus est, ego autẽ lenis sum, ne contingat me & compalpet pater meus, & intelligat quia ego sum Iacob, & acquiram non benedictionem, sed maledictionem. At illa, Vade, inquit, fili, audi me: maledictio tua super me sit. Perrexit & attulit duos hędos: facti sunt, & apposuit patri suo: & quemadmodũ prædixit, quia non illum agnoscebat in voce, retigit, inuenit pilos: quia pellibus hædorũ circumdederat mater brachia eius: credidit maiorem esse, & benedixit. In benedictione maiorem intendebat: & benedictio ad minorem peruenietbat. QVID est ergo, quòd sub specie maioris benedicitur minor, nisi quia sub figuris veteris Testamẽti promissi populo Iudæorum, peruenit benedictio ad populum Christianorum? Attẽdite fratres, audiũt illi terrã promissionis, audimus & nos,

CAPVT XI.

CAPVT XIIII.

Tanquam ad Iudæos videtur Scriptura loqui de terra promissionis; & ad nos peruenit intellectus terræ promissionis, qui dicimus Deo: Spes mea es tu, portio mea in terra viuentiũ. Sed hoc vt diceremus, mater nos docuit, id est, in sanctis Ecclesia. Ipsa Prophetis docet nos quemadmodum spiritaliter intelligamus ipsa promissa carnalia. Sed nõ posset ad nos peruenire benedictio, nisi iam mundati à peccatis, per natiuitatem regenerationis, aliorum peccata per tolerantiam portemus: genuit enim mater ambos filios. Intendite fratres, genuit enim mater ambos filios. Intendite fratres, genuit vnũ pilosum, alterum lenẽ: pili peccata significant, lenitas autem mansuetudinem, id est, munditiem à peccatis. Duo filij benedicuntur: quia duo genera benedicit Ecclesia. Quomodo duos peperit Rebecca, generantur in vtero Ecclesię duo: vnus pilosus, alter lenis: quorum diuersitatem exposuimus. Sunt enim homines qui nec post baptismum volũt dimittere peccata sua, & ea volunt facere, quæ antea faciebant. Verbi gratia: Si faciebant fraudes, volũt adhuc peierare: si circumueniebãt dolis innocentes, volunt adhuc circumuenire: si homicidia cogitabant, eadem cogitant: si fornicabantur, si inebriabantur, ea ipsa nihilominus faciunt. Ecce Esau natus pilosus. Quid facit Iacob? Dicitur ei à matre, Vade, benedicat te pater tuus, & dicit: Timeo, non accedam. Sunt enim homines in Ecclesia, qui timent misceri peccatoribus, ne quasi per consortium peccatorum in vnitate maculentur, & per hæreses & schismata pereant.

Pſal.141. — Pili, peccata.

CAP.XV. QVID ergo dicitur huic pilosO Esau, qui nõ bene cõuersatus est in domo? nam & hoc de illis dicitur: Erat ille agrestis venator, Iacob autem sine dolo conuersabatur in domo: ideóque eum amabat mater, cuius cõuersationẽ dulcem sentiebat. Ipse est Iacob, qui postea appellatus est Israël, cùm luctaretur cum angelo: & hoc in magno mysterio. Benedictus appellatus est Israël, ideóque quia sine dolo erat. Intendite fratres mei, & videte quàm sine dolo fuerit. Nathanaëlẽ Dominus cùm vidit, quia nouerat qualis esset, ait: Ecce verè Israëlita, in quo dolus nõ est. Si ergo ideo iste Israëlita, quia non est in eo dolus, in ipso Israël vtique nõ erat dolus. Quid sibi ergo vult quod dicitur: Venit frater tuus cũ dolo, & abstulit benedictionem? Sine dolo cum commendat Scriptura conuersantem in domo. Dominus etiam perhibet testimonium quia sine dolo erat, cùm dicit de Nathanaële: Ecce verè Israëlita, in quo dol' nõ est. Quid sibi ergo vult, cùm dicitur, Accessit cum dolo, & abstulit benedictionem? DOLVS interim quid significet, attendamus: & videamus quid debeat facere Iacob. Portat aliena peccata, & portat cum tolerantia quamuis aliena: hoc est enim habere pelles hædinas: id est, pariẽter aliena portat, nõ hæret suis. Sic omnes qui pro vnitate Ecclesiæ tolerãt aliena peccata, Iacob imitantur: quia & ipse Iacob in Christo est, siquidẽ Christus in semine Abraham: dictũ est enim: In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Dominus ergo noster Iesus Christus, qui nullũ peccatum fecit, portauit aliena peccata, & dedignatur portare aliena peccata, cui peccata dimissa sunt? Sic ergo Iacob transit ad Christũ post aliena peccata, id est, hædinas pelles. Et quid est dolus? Venit enim ille ferõ, & affert quod iussit pater, & inuenit fratrem suum benedictum pro se, & non benedicitur altera benedictione: quia duo illi homines duo populi erant. Vna benedictio, vnitatem significat Ecclesiæ: duo autem populi ipsi sunt, qui est & Iacob. Sed alio modo figurati duo populi pertinentes ad Iacob. Etenim Dominus noster Iesus Christus, qui ad Iudęos

Genesis.25. — Gen. 32. — Quomodo Iacob sine dolo, & cũ dolo. Ioan.1. — Ibidem. — Habere pelles hædinas. — Gen.22.

A & Gentes venerat, repudiatus est à Iudęis, qui pertinebant ad filium maiorem: elegit quosdã tamen, qui pertinebant ad filiũ minorem, qui spiritaliter cœperãt desiderare & intelligere promissa Domini: non carnaliter aliam terram, quam desiderabant accipientes, sed spiritalẽ illã ciuitatem desiderãtes, vbi nemo ibi carnaliter: qa nemo ibi carnaliter, nemo spiritaliter moritur.

HANC ergo cùm cœpissent desiderare, cœperunt pertinere ad Iacob, qui crediderũt in Christõ, & factus est grex Domini in ipsa Iudæa. Sed quid dicit Dñs de ipso grege? Habeo alias oues quæ nõ sunt de hoc ouili: vado adducam eas, & erit vnus grex & vnus pastor. Quas alias oues habet Dñs Iesus Christus, nisi de Gentibus? Iũctę sunt oues de gẽtibus quę accesserũt Iudęis ouibus. De Iudæis enim Apostoli, inde erant & quingenti fratres qui viderunt Dominum post resurrectionem. Inde erat ipse Nathanaël, cui perhibuit testimoniũ DOMINUS, in quo dolus nõ esset. Inde erant centum B viginti: qui cùm essent in domo, venit spiritus sanctus, vt eos perfunderet; quem promiserat discipulis. Inde erant tot milia hominũ, quæ legimus in Actibus Apostolorũ baptizata in nomine Christi, & hi qui crucifixerãt Christũ. Ergo inde erant oues, & multæ oues, sed non solæ: habebat Dominus alias de Gẽtibus. Ipsi duo populi tanquã de diuerso venientes, etiam duobus parietibus significantur. Venit enim Ecclesia Iudæorum de circumcisione: venit Ecclesia gentium de præputio: de diuerso conuenientes in domo coniuncti sunt. Ideo DOMINUS dictus est lapis angularis: dicit enim Psalmus, Lapidem quẽ reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. Dicit Apostolus: Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Vbi est angulus, duo parietes copulantur: in angulo duo parietes, nisi de diuerso non conueniunt: nam si ex vna parte veniunt, angulum nõ faciunt: duo ergo hædi ipsi sunt duo populi, ipsa sunt C duo ouilia, ipsi sunt duo parietes, ipsi sunt duo cęci, qui sedebant in via, ipsi sunt duæ naues in quas leuati sunt piscęs. Multis in locis Scripturarum intelliguntur duo populi, sed vnum sunt in Iacob.

Ioan.10. — CAP. XVII. — Ioan.10. — Ioan.1. — Act.2.&1. — Psal.117. — Eph.2. — Matth.20. Duo hædi duo populi. — Luc.5.

QVARE hædi, dicet aliquis? Hædi nostis quia peccatores sunt: nam ad sinistram erũt hædi, & ad dexteram agni: sed qui perseuerauerint hædi, ipsi erunt ad sinistram. Nam nisi prius hædi essent, nõ diceret Dominus, Non veni vocare iustos, sed peccatores. Quando enim Dominus conuersabatur cum peccatoribus, & manducabat cum publicanis, Iudæi quasi agni, id est, quasi iusti & per superbiam magis hirci, obiecerunt Domino tanquam crimen, imò discipulis eius dixerunt: Quare magister vester cum publicanis & pęccatoribus manducat? Respondit Dominus: quomodo sẽ defendit? Non est opus, inquit, sanis medicus, sed malè habentibus: nõ veni vocare iustos, sed peccatores. Vocat ergo hædos, sed non vt perseuerent hædi. Occidit enim illos Iacob, & præparauit inde epulas patri suo, id est, ad intelligentiam spiritalem, quæ in illa benedictione habebat intelligi, quamuis figurabatur in filio maiori: ad hoc occisi sunt hædi, & manducati sunt, & traiecti in corpus vnum, sic occiduntur peccata in peccatoribus, & transeunt interfecti in corpus vnum Ecclesiæ, cuius Ecclesiæ figuram gerebat Petrus, quando ei dictum est: Macta & manduca. Ergo ille agrestis, iste in domo mansuetus, ille maior, iste minor, ad illum videbantur respicere benedictiones, ad istum peruenieba nt, quia spiritaliter intelligenda erãt, & accipienda Christianis. Ad istum benedictio peruenire nisi portaret peccata, quæ ipse iam non faciebat. INTELLIGAT itaque sanctitas vestra, quomo-

Matth.9. — Occidũtur hædi. — Act.10. — CAP. XIX.

Quomodo peccata portanda.

quomodo sint portanda peccata. Sũt enim qui portare sibi videntur peccata, & tacent peccatoribus: iã ista simulatio detestanda est. Porta peccatorem, nõ vt ames peccatum in illo: sed vt persequaris peccatum propter illum. Dilige peccatorem, non in quantũ peccator est, sed in quantum homo est. Quomodo si diligis ægrum, persequeris febrem: nam si parcis febri, nõ diligis ęgrũ. Dic ergo quod verum est fratri tuo, noli tacere: quid enim aliud agimus quàm dicere vobis quod verũ est? Noli mendaciter. Aperta veritate dic quod verum est: sed donec corrigatur, porterur. Diuersis temporibus fieri potuerunt occisio hædorum & portatio pellium: rem tamen significant quæ vno tempore fieri potest. Simul enim & arguit iustus peccatores, quod est hędos occidere: & peccata eorum misericorditer tolerat, q̃ est pelles portare. Quantum in ipso fuit, occidit hędos, occidit peccatores: sed portabat aliena peccata, & portabat cum tolerantia: meruit benedici, quia charitas omnia tolerat. Ipsa charitas erat in matre, & figuram charitatis ipsius gerebat mater, quæ figura omniũ sanctorum erat: figuram charitatis gerebat, quia sancti nõ sunt, nisi qui habuerint charitatẽ. Quid enim proderit, si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam? factus sum æramentũ sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnẽ fidem, vt mõtes transferam, charitatẽ autẽ non habeam, nihil sum. Et si sciero omnia sacramenta, & omnem prophetiam, & tradam corpus meum vt ardeam, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Qualis est ergo charitas, quæ sola multũ prodest, sine qua cætera nihil prosunt? Ergo ipsa charitas dat consilium, & obedit filius charitatis. QVALE consilium dat? vt accipiat ille pelles hędinas, & accedat ad patrem. Maiorem quęrit, & minorem benedicit: Vetus Testamẽtum Iudæos intuetur per literam, & spiritalẽ eius intelligentiã Christiani in illo benedicuntur. Intendat sanctitas vestra, magnum mysterium, magnum sacramentum ad credendum. Dicit Isaac: Venit frater tuus cũ dolo, de homine sine dolo. Sine dubio Isaac ille, vt erat spiritu, prophetico, nouerat quid agebatur, & ipse figuratẽ agebat, omnia ponit in magna altitudine sacramẽtorum: nã si nesciret quid ageret, irasceretur fallenti se filio. Venit maior, & dicit: Ecce pater manduca: sicut iussisti mihi, feci. Dicit ille: Quis es tu? respondit: Ego sum filius tuus maior Esau. Et quis, inquit, ille, à quo iam manducauit? & benedixi eum, & benedictus erit. Irasci videbatur, expectabat ab ore ipsius Esau maledictionem aliquam in fratrem: cùm expectat ille maledictionem, cõfirmat iste benedictionem. O irasci, ô indignari! sed nouerat mysteriũ, & caligo oculorum eius corporeorum, significabat caliginem mentis Iudæorum: oculi autem cordis eius videbãt altitudinem mysteriorum.

Occidere hædos, pelles portare. — Charitas. — 1.Cor.13. — CAP. X. — Gen.27.

CAP.XXI. Dolus, non dolus.

ET venit, inquit, frater tuus cum dolo, & abstulit benedictionem. Dicebamus: Videte quid est cum dolo. Dolus hic, non est dolus. Quomodo dolus non est dolus? Quomodo petra non est petra, quomodo mare dicitur, & non est mare? quia aliud significat. Sic dicitur terra, & non est terra: quia aliud significat. Sic dicitur petra, & nõ est petra, quia aliud significat. Sic dicitur mons, & non est mõs. Sic dicitur leo de tribu Iuda Dominus noster Iesus Christus, & non est leo Dominus Iesus Christus. Sic dicitur agnus, & non est agnus. Sic dicitur pecus, & non est pecus. Sic dicitur vitulus, & aliud est. Sic dicitur dolus, & non est dolus. Quare ergo dicitur dolus, quæramus: quare dicta sint illa omnia, quæramus. Quare dictus est leo? propter fortitudinẽ: quare dictus est petra? propter firmitatem: quare dictus est agnus? propter innocentiã: quare dictus est pecus, vitulus? propter victimam: quare dictus est mons? propter magnitudinem: quare manna? propter dulcedinem. Quare ergo dolus? Iam quid sit dolus, videamus & inueniamus quare dictus sit dolus: nouimus enim quid sit petra, & tamen dicitur de homine absurdo & duro, petra: & de homine robusto & immobili dicitur petra: & ad laudem inde duxisti firmitatem, & ad vituperationem duritiam. Nouimus in petra firmitatem, & accepimus Christum petram: petra autẽ erat Christus. In leone fortitudinẽ nouimus: & tamen leo etiam diabolus nominatus est. In dolo quid nouimus, vt accipiamus in figura dolum, quemadmodum accipitur & mons, quemadmodum accipitur leo, quemadmodum accipitur petra, & cætera? DOLVS ergo quid est? quando aliud agitur, & aliud simulatur. Quãdo itaque aliud est in intentione, aliud in factis, dolus dicitur. B Dolus ergo in proprietate reprehensibilis, quomodo petra in proprietate. Qui dixerit petram in proprietate fuisse Christum, blasphemat: quomodo vitulum qui dixerit Christum in proprietate, blasphemat. Vitulus in proprietate pecus est, in figura victima: in proprietate lapis terra obdurata est, in figura firmitas. Dolus in proprietate fraus, in figura ipsa figura: omnis enim figurata & allegorica lectio vel locutio, aliud videtur sonare carnaliter, aliud insinuare spiritaliter. Hanc ergo figuram doli nomine appellauit. Quid est ergo, Venit cum dolo, & abstulit benedictionẽ tuã? Quia figuratũ erat quod agebatur: ideo dictũ est, Et venit cum dolo: nam ille doloso homini benedictionem nõ cõfirmaret cui debebatur iusta maledictio. Nõ ergo erat verus ille dolus, maximè quia non est mẽtitus dicendo, Ego sum filius tuus maior Esau: iam enim ille pactus erat cũ fratre suo, & vendiderat primogenita sua. Hoc se dixerat C habere patri quod emerat à fratre, quod ille perdiderat in istum transierat: nõ enim primogeniti honor exclusus erat de domo Isaac. Primogeniti honor ibi erat, in illo non erat, qui eum vendiderat: vbi erat, si nõ in minore erat? Ideo sciens hoc in mysterio Isaac, confirmauit benedictionẽ, & dicit filio: Quid tibi facturus sum? & ille, Benedic & me pater, non enim vna tibi est benedictio. Isaac autem sciebat vnam.

Quomodo petra non est petra. — Quomodo mare dicitur. — Quomodo dolus non est dolus. — Quomodo petra non est petra. — Quomodo mare dicitur. — Quomodo dolus non est dolus. — Venit cum dolo. — CAPVT XXII. Benedictio Iacob.

QVARE vna? aderit spiritus, vt dicã, & intelligatis. Videamus ipsas benedictiones. Qualẽ benedictionem accepit Iacob, & qualem benedictionem accepit Esau? Ipse Isaac ad Iacob: Tu es filius meus Esau? respondit Iacob, Ego: & dixit, Appone mihi, & manducabo de venatione tua, fili, & benedicat te anima mea, antequã moriar; sed admoue mihi osculum: illum enim est osculatus. A pace cœpit huius benedictio. Quare osculo D confirmauit pacem? Quia & ille propter pacem portabat aliena peccata. Et accessit, & osculatus est eum: & odoratus est odorẽ vestis eius: stolã enim habebat fratris sui: id est, dignitatem primogenitorum, quam ille perdiderat, iste habebat. In isto iam bene olebat quod ille malè perdiderat. Odoratus est odorem vestis eius, & benedixit eum, & dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit DOMINUS. Odorem vestimenti accepit, & benedixit odorem agri: intellige Christũ in mysterio interiori, & intellige vestẽ Christi Ecclesiam. INTELLIGAT sanctitas vestra: multis enim modis significatur vna res, id est, Ecclesia: quam significant illi duo hædi, ipsam significat vestis ista: quia vna res multis modis significatur, quæ nihil horum est per videntiam, omnia sunt per figurã. Agnus nõ potest esse leo. Leo non potest esse agnus. Dominus autem noster Iesus Christus & leo potuit

CAPVT XXIIII.

esse.

esse,& agnus. Sed quia nec leo nec agnus per videntiã, & leo & agnus per figuram: sic hædi non possunt esse vestis,& vestis non potest esse hædi: Ecclesia verò, quia nec hædi nec vestis per videntiam,& hædi & vestis est per figuram,& quicquid aliud dici potest. Odoratus est vestimenta eius,& dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.

Cap. xxv. Ecclesia, ager. 1.Cor.3. AGER iste, Ecclesia est: Probemus, quia ager iste Ecclesia est. Audi Apostolum dicentem fidelibus, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Non solùm ager est Ecclesia, sed & agricola Deus. Audi ipsum Dominum: Ego sum vitis, vos sarmenta: pater meus agricola est. In hoc ergo agro laborãs operarius,& sperãs mercedem sempiternam, ipse Apostolus nihil sibi arrogat, nisi quantum decet operarium. Ego, inquit, plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quomodo seruauit humilitatem, vt ad Iacob pertineret, vt ad ipsum agrum, id est, Ecclesiam, ne amitteret stolam, cuius odor erat, sicut odor agri pleni, & transiret ad superbiam Esau, carnaliter intelligens,& typho plenus? Olet ergo ager de veste filij: sed non ager ille ex se aliquid est, ideo adiecit, Quem benedixit Dominus,& dabit tibi Dominus de rore cæli desursum, & ab vbertate terræ, & multitudinẽ frumenti & vini,& seruient tibi Gentes, & erit dominus fratris tui,& adorabũt te filij patris tui. Qui maledixerit te, maledictus erit; & qui benedixerit te, benedictus erit. Hæc benedictio Iacob, si non benediceretur & Esau, nulla esset quæstio: benedicitur & ipse, sed nõ ipsa benedictione: nec tamẽ ab hac penitùs aliena.

Ioan.15. 1.Cor.3. Gen.27.

Capvt xxvi. Benedictio Esau. AVDIAMVS ergo quomodo benedicitur Esau: & videamus quid interfit inter spiritales Ecclesiæ filios, & carnales: inter eos qui semper spiritaliter viuunt, & eos qui semper carnalibus gaudiis delectantur. Respõdens autem Isaac, dixit ad Esau: Quis ergo venatus est mihi venationem,& intulit mihi? benedictus sit. Factum est autem vt audiuit Esau verba Isaac patris sui, exclamauit voce magna,& dixit: Benedic & me pater. Et dixit ille: Venit frater tuus cum dolo, & accepit benedictionem tuam. Et dixit Esau, Iustè vocatũ est nomen eius Iacob. Supplantatio enim vocatur Iacob, & nec ipsa supplantatio inanis est: quia in figura accipitur quomodo dolus. Non enim iam erat tanta malitia in fratre, vt vellet fratrem suum supplantare: tũc enim dictus est Supplantator, quando manu fratris sui nascentis pedem tenuit, tunc supplantator est dictus. Supplãtatio autem carnalium, vita spiritalium est.

Iacob supplãtatio.

Capvt xxvii. OMNES enim carnales, cùm in Ecclesia inuident spiritalibus, supplantantur & fiunt peiores. Audi Apostolum hoc ipsum dicentem, maximè, quia ibi cõmemorauit odorem quem hic expressit Isaac, dicens: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Ait ergo Apostolus, Christi bonus odor sumus in omni loco: & dicit, Aliis quidẽ odor vitæ, in vitã: aliis odor mortis, in mortẽ: & ad hæc quis idoneus? id est, vt intelligat, quomodo odor mortis in mortẽ sumus hominũ, nulla nostra culpa. Ambulãt etenim vias suas spiritales, nihil aliud norunt quàm bene viuere: & qui innocenter viuentibus inuident, faciunt peccata grauia, vnde illos puniat Deus: & fit eis ille odor in mortem, qui est aliis odor ad vitã. Nam ipse Dominus prius factus est odor bonus ad vitã credentibus,& odor malus ad mortem persequẽtibus: quia enim multi illi crediderant, inuiderunt Iudæi, & fecerunt tantum scelus occidendo innocentem sanctum sanctorum: quod si non facerent, ad mortem eis non valeret bonus odor

1.Cor.2.

Christi. Ergo supplãtatus est Esau in benedictione patris. Respondit autem Isaac, & dixit ad illum, Dominũ illum feci tuum: non enim aliud potuit accipere Esau quod dictum est: & omnes fratres eius seruient illi: tibi autem quid faciam, filij? Et dixit Esau ad patrem suum: Benedic tamen & me. Cùm strangulatus esset Isaac, id est, cùm coactus esset. Magna res, magnum sacramentum, vt inam capiamus: coactus benedicit, & tamẽ benedicit; & quod benedicit verum est, sed tamẽ coactus benedicit. Quid sit hoc, attẽdite. Videamus ipsam benedictionẽ, & intelligamus quid sit coactus benedicere. Respondit autem Isaac: pater sanè Esau nõ est osculatus, & ait illi: Ecce à fertilitate terræ erit habitatio tua, & à rore cæli desuper. Dixit hoc & illi: ab vbertate terræ, & à rore cæli: hoc ergo cõmune est Iacob & Esau.

Capvt xxviii. QVID est proprium Iacob? Seruient tibi Gentes. Quid est propriũ Iacob? Omnes fratres tui tibi seruiẽt; & qui te benedixerit, benedictus erit, & qui te maledixerit, maledictus erit. Habet & iste nescio quid propriũ quod non est dictũ Iacob: Et gladio viues, & fratri tuo seruies: sed ne tolleret liberum arbitrium, iam hinc & hesterno diximus, adiecit: Erit autem cùm deposueris, & solueris iugum de collo tuo. Quid est, Erit autẽ cùm deposueris, & solueris iugum de collo tuo? liberũ tibi est, si volueris conuerti: non quasi duo eritis, sed vnus Iacob. Omnes enim qui conuertuntur ab Esau, ad Iacob pertinent. Similitudo vnum facit, dissimilitudo diuersitatem facit. Quid ergo? A rore cæli, & à fertilitate terræ ambo habent. Seruiant tibi Gentes & fratres tui, & filij patris tui, solus Iacob habet: in gladio autem tuo viues, solus Esau. Quiddam commune habent, quædam singuli. Sunt mali in Ecclesia pertinentes ad Esau: quia & ipsi filij Rebeccæ filij matris Ecclesiæ, de vtero ipsius nati, & pilosi in peccatis carnalibus perseuerantes, de illius tamen vtero nati. Habent ergo à rore cæli, & à fertilitate terræ. A rore cæli omnes Scripturas, omnem sermonem diuinum. A fertilitate verò terræ, omnia visibilia sacramenta: visibile enim sacramentum ad terram pertinet. Hæc omnia communia habẽt in Ecclesia & boni & mali. Nam & ipsi habent & participant sacramentis: & quod norunt fideles, à tritico & vino, habent de rore cæli: quia super omnes descendit sermo Dei de cælo. Venit sermo Dei, & irrigat: sed qui irriget, & quid irriget, attende: nam & illos irrigat & illos, id est, malos & bonos. Sed illi mali bonam pluuiam in radicem spinarum conuertunt: illi autem boni ad fructum bonum pluuiam trahunt. Nam simul pluit Dominus super segetem & spinas: sed segeti pluit ad horreum, spinis ad ignem: & tamen vna est pluuia: sic verbum Dei omnes compluit. Videat quisq; qualem radicem habeat. Videat quisq; quò trahat pluuiam bonam: si eam trahit, vt generet spinas, nunquid ideò pluuia Dei accusanda est? antequam veniat ad radicem, dulcis est pluuia illa, dulce est verbum Dei, donec veniat ad cor malum, & conuertat ad fraudem suam pluuiam Dei, conuertat ad hypocrisin, conuertat ad radices malarum concupiscentiarum, ad pertersitates & deprauationes suas. Incipit quidem generare spinas, sed de pluuia bona: habet enim à rore cæli: & quoniam non excluduntur omnes mali à sacramẽtis Dei, habet & ab vbertate terræ, q; norunt illi, qui iam voluerunt esse participes mysteriorum fidelium. Cùm ad ambos pertineant ista, nõ tamẽ pertinent omnes gẽtes, nisi ad spiritales, quia ipsi pertinent ad Ecclesiã, quæ impleuit totum orbem terrarum.

Capvt xxix. ATTENDITE fratres, & discernite quãtum potestis, vel quantum vobis Dñs dat. Omnis spiritalis

videt, quia Ecclesia per totum orbem terrarum est vna vera catholica, & nihil sibi arrogat, & tolerat peccata hominũ, quos non potest purgare de area Dominica, antequam veniat ille vltimus vẽtilator, qui falli nõ potest, vt purget aream suam, & frumentũ mittat in horreũ, paleas autem det ad comburendum: quia ipse habet excludere paleam, & segregare à frumẽto, & præparare horreum tritico, paleis ignem. Itaq; quia nouit, tolerat peccatores in fine separandos. Per omnes gẽtes peccatores & omnes carnales mixti sunt spiritalibus, & seruiunt eis: spiritales autem non seruiunt, quia de illis proficiunt, cùm ipsi deficiunt. Attẽdite fratres mei, dicam, si possum, & nõ timeam, non tacebo: vrgeor enim vt dicam. Et si mihi fortè aliqui succenserint, sed dent veniam, timeo enim, vt dixi: timori dent veniã. Christus neminem timuit: nos autem Christum timẽdo nõ parcimus, ne nobis, dum tales nolumus contristari, ille nõ parcat. Quid velim dicere dignamini audire, & intentissimè aduertere. Acceperunt ambo à rore cæli & ab vbertate terræ Iacob & Esau: ambo illud habent quod iam diximus, quod nouimus, quod nostis: sed vt seruiant eigentes, non accepit nisi Iacob: quia carnales in Ecclesia per totum orbem terrarũ non seruiunt, nisi spiritalibus. Quare? Quia de illis proficiunt spiritales. Nam ideo carnales homines serui dicuntur: & si quod nolunt faciunt, prodest tamen spiritalibus mala conuersatio carnalium: quia & ex eadem conuersatione proficiunt, & per tolerantiam coronantur.

Carnales spiritalibus seruiunt.

Capvt xxx. INTENDAT sanctitas vestra quod dicimus. Illi autem Esau non sunt datæ gentes: quia omnes carnales, qui sunt in ecclesia, aut diuisi sunt, aut faciles sunt ad diuisionem. Ecce pars Donati inde facta est, inde est de ipsis carnalibus carnaliter sentientibus. Carnales erãt: sed quia quæsierunt honorem suum, vel patientiã perdiderunt, inuenerunt aditum, & diuisi sunt: amauerunt honorem suum, multum ei tribuerunt, typho superbiq; turbuerunt, non habuerunt tolerantiam, id est, nõ habuerunt charitatem. Scriptũ est enim, Charitas omnia tolerat, omnia sustinet: non æmulatur, non inflatur, nõ agit perperam. Itaque quicquid aliud haberent, quia illud non habebãt per quod prodest quicquid habetur, diuiserunt se: & quotquot hæreses vel præcisiones & schismata facta sunt, per hos carnales facta sunt. Aut enim carnaliter senserũt, & fecerunt sibi imagines phãtasmatum suorũ, & errauerunt, & reprehẽdit eos fides catholica: & cùm arguerentur, exclusi sunt foràs pondere suo, aut inuenientes sibi lites & simultates cũ hominibus diuiserunt se. Qui se ergo diuiserunt, nisi ad quos pertinet gladius ille de quo dictum est, In gladio tuo viues? Non quia gladius nõ accipitur in bono: nam quemadmodũ dicta sunt illa superiora, id est, quomodo accipitur lapis ille & ad firmitatẽ propter Christũ, & ad reprehensionem propter stultum: quomodo leo dictus est Christus propter aliud, & leo dictus est diabolus propter aliud, sic accipitur gladius aliquando in bono, aliquãdo in malo: sed hic nõ sine causa nõ datus est Iacob; sed datus est Esau: nisi aliquid mysterij significatur in malo, quomodo & ipsa seruitus non est aliena à mysterio: id est, quod dictũ est, Seruies fratri tuo: nam & hoc in magno mysterio dictum est.

1.Cor.13. In gladio viues.

Capvt xxxi. ERGO, fratres, qui se diuidunt, ipsi habẽt gladium diuisionis, & in gladio suo moriuntur, & in gladio suo viuunt. Sed quia verum dixerat Dominus, Qui gladio percutit, gladio morietur: videte illos, fratres mei, qui se ab vnitate præsciderunt, in quot frusta præcisi sunt. Nostis autẽ quot partes fecit pars Donati, nec arbitror latere sanctitatẽ vestrã, quia qui gladio percutit, gladio peribit. Dictũ est; In gladio tuo viues. Sic & illi qui nõ

Matth.26.

recesserũt ab Ecclesia, & tales sunt, quales si foris essent: qui enim amãt honores suos in Ecclesia, omnino tales sunt, qui enim amant in Ecclesia sua commoda sæcularia, & ipsi palea sunt, sed ventus deest, ideo non volant de area: hoc est quod dico breuiter, tentatio deest: nam volarent de area. Denique quando contra illos aliquid egerit Ecclesia, quomodo facilè se præscindunt, quomodo facilè extra colliguntur, & nolũt dimittere principatus suos, quomodo pro ipso principatu mori volũt, quomodo tenere volunt sub se plebes, & non dimittere plebes vnitati Christi, quomodo volunt facere oues suas: quas suo sanguine non emerunt, & ideo viles habent, quia non emerũt. Quid opus est hinc diutius disputare? Attendite illos per vniuersam Ecclesiã, videte tales, & eos qui intus sunt, & eos qui inuenta occasione de area volauerunt, & volunt secum grana trahere: sed grana vera & plena tolerant paleã, & manent in area vsque in finẽ, quousq; veniat vltimus ventilator, sicut ille cum pellibus hædinis tolerauit aliena peccata, & meruit accipere benedictionem paternam.

Capvt xxxii. Conctus benedicit. Gen.27. QVARE autẽ sugillatus benedixit Isaac? Iam enim necessitate, iã coactus pater eius dixit illi, Ecce ab vbertate terræ erit tibi habitatio, & à rore cæli: & ne ideo te putes bonũ, In gladio tuo viues, & fratri tuo seruies: sed ne de te desperes, quia potes te corrigere: eris autẽ cùm deposueris, & solueris iugũ de collo tuo. Ecce ab vbertate terræ & à rore cæli accipiet, sed Isaac sugillatus proiicit illi benedictionẽ, non dat. Nonne sic modò in Ecclesia malis hominibus, qui volũt perturbare Ecclesiã, vt tolerẽtur ad necessitatem ipsius pacis, vt admittantur, vt habeant sacramenta cõmunia? & aliquando scitur quia mali sunt, & cõuinci fortè nõ possunt vt emẽdentur & degradentur, vt excludantur, vt excõmunicentur non possunt cõuinci: si institerit aliquis, aliquãdo itur in diruptiones Ecclesiæ. Cogitur gubernator Ecclesiæ tanquã dicere: Ecce ab vbertate terræ erit tibi, & à rore cæli: vtere sacramẽtis, tibi mãducas iudicium, tibi bibis iudiciũ: qui enim mãducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Nosti quia admitteris ex necessitate pacis Ecclesiæ, nõ habes in corde nisi perturbationes & diuisiones. Ideo gladio tuo viues, nã in eo quod accipis à rore cæli, & ab vbertate terræ, non tibi viues: non enim hoc te delectat, aut suauis est tibi Dominus. Si enim hoc te delectaret, & suauis tibi esset Dominus, imitareris humilitatem Domini, non superbiam diaboli. Quamuis ergo accipiat mysterium humilitatis Domini à rore cæli, & ab vbertate terræ, non tamen deponit superbiam diaboli: cui nihil faciã, qui semper dissensionib⁹ & seditionibus gaudet. Quamuis sit tibi ista communio à rore cæli & ab vbertate terræ, tamen in gladio tuo viues, seditionibus & dissensionibus aut gaudes aut terreris. Muta ergo te, & tolle iugũ à collo tuo.

1.Cor.11.

Capvt xxxiii. HÆC vobis fratres, pro magnitudine mysteriorũ fortè pauca; pro tẽpore tamẽ & pro viribus nostris & pro vestris multã dicta sunt: & si fortè enucleatius hæc quæstio discussa non est, partim tamen magna mysteria, quę postea si tractentur, inueniuntur. Date veniam & angustiæ temporis, & viribus nostris, & capacitati vestrę. Vultis plus capere, crescite: vultis crescere, bene viuite. Qui enim nõ vult bene viuere, nõ vult crescere. Has vobis epulas exhibuerit sanctꝰ Dñs Deus noster per natalitia martyris sui Vincentij. Nomẽ victoriæ est. Amate autẽ, vt vincatis: non enim deest persecutio: diabolus persecutor est, nunquã desit occasio coronæ: tãtùm miles Christi intelligat pugnã, & sciat quẽ vincat. Nũquid quia nõ te vrget hostis manifestus corporis, nõ vrget persecutor occultus illecebris carnis? Quãta suggerit mala, quãta per cupiditatẽ,

S. Vincentij martyris natalitia.

quãta per timorem? Quibus illecebris persuadet vt eas ad Sortilegos, ad Mathematicos, quando dolet caput? Qui dimittunt Deum, & eunt ad ligamenta diabolica, victi sunt à diabolo. Contrà si cui suggestum fuerit secundum corpus, fortasse efficit remedia diaboli, vnde alius sanatus esse dicitur: quia accepto ab illo sacrificio suo, desierit persequi corpus, quia cor obtinuit. Ergo cuicunq; suggesta fuerint ista remedia scelerata, & dixerit, Moriar potius, quàm talibus remediis vtar: si vult deus, flagellat & liberat me; si nouit quia necessariũ est, liberet me; si autem scit quia debeo exire de hac vita, siue cõtrister, siue lęter, sequar volũtatẽ Domini. Ecce enim post paruũ tempus qua frõte excursurus sum ad Dominũ? Non enim hoc mihi præstãt remedia diaboli, quod præstat deus, vitam æternã. Quare ergo dãno animam meã, cuio paucos dies corpori meo? Qui hæc dicit, & nõ it; nec applicat cor suũ vt faciat mala remedia: vtiq; vincit. Vnam rẽ dixi exempli gratia. Videris certè iã quauta diabolus suggerit. Vides illũ certè languere, vides anhelantem in lecto, vides vix mouẽtem mẽbra, vix mouentem linguam, lassus iste diabolũ vincit. Multi coronati sunt in amphitheatro pugnantes ad bestias, multi in lecto vincẽtes diabolum coronãtur, ac videntur nõ se mouere posse, & intus in corde tãtas vires habẽt, tantã pugnam exercent. Sed vbi est occulta pugna, ibi occulta victoria. QVARE ista diximus, fratres? Vt quãdo celebratis natalitia martyrum, imitemini martyres: nec putetis ideo vobis deesse posse occasiones coronæ, quia modò desunt tales persecutiones. Nec modò enim desunt quotidie persecutiones à diabolo, siue per suggestionem, siue per molestias aliquas corporis. Tu tãtum scito te habere imperatorẽ, qui iam pręcessit in cęlum, dedit tibi viam quã sequaris, tene te ad illum. Noli cùm viceris, per superbiã tibi tribuere, quasi de viribus tuis luctatus fueris: sed præsume de eo qui dedit vires vt vinceres, quia ipse vicit seculũ, & semper coronatis, & martyr hinc exies, si omnes rẽtationes diaboli superaueris. Conuersi ad Dominum, &c.

CAPVT XXXIIII. Martyres imitandi.

SERMO XLV.

TRACTATVS DIVI AVGVSTINI DE *Prouerbiis Salomonis, ab eo loco vbi dicit, Mulierẽ fortem quis inueniet? vsque, Laudent eam in portis opera eius. Prouerb. 31.*

Citat V. Beda, Rom. 8. 2. Cor. 11. & Gal. 3. Meminit etiam claris verbis Possidius.

CAP. I.

PRÆSTABIT nobis, qui diem istũ commẽdauit in sanctis suis, vt infirmitas vocis nostræ sufficiat intentioni vestrę. Hoc ideo cõmendaui, vt me silẽtio vestro adiuuare dignemini: animus enim prõptus est ad vos, sed caro infirma. Et ipse animus quęcunque fortè gaudia de Scriptura Dei cõcipit, parturit: & parere quærit in auribus & mẽtibus vestris: Pręstate in vobis nidũ sermoni. Commendatur enim & in Scriptura turtur, quærere nidũ sibi, vbi ponat pullos suos. Et hoc quod gestamus in manibus, Scriptura scilicet quam videtis, cõmendat nobis inquirendã & laudandã mulierẽ quandã, de qua paulò antè, cùm legeretur, audistis, magnã: habẽtem magnum virum, eũ qui inuenit perditã, ornauit inuẽtam. De hac secundũ lectionis tenorẽ quam me portare conspicitis, pauca pro tẽpore, quæ Dñs suggesserit, dicam. Dies enim est martyrũ: & ideo magis laudãda est mater martyrum. Iã quæ sit ista mulier, me proloquente auditis: videte etiã vt me legente agnoscatis. Omnis nunc auditor, quantum ex affectu vestro satis apparet, dicit in corde suo: Ecclesia debet esse. Cõfirmo istã cogitationem. Nã quę potuit esse altera martyrũ mater? Ista est, quod intellexistis, hoc est: de qua muliere volum⁹ aliquid dicere, Ecclesia est. Nõ enim licet nobis loqui de quacunq; alia muliere: quãquã & in recitatione passionis martyrũ audiuimus feminas, de quibus decẽter loquamur. Sed nec eas prætermittimus, quando earum matrem laudamus.

Psal. 83.

ATTENDITE cuius mẽbra estis: inspicite cuius filij estis. *Mulierem fortẽ quis inueniet?* Cõgruit dies martyrũ, fortitudo mulieris: nisi enim fortis esset illa mulier, mẽbra eius in passione defecissent. *Mulierem fortem quis inueniet?* Difficile est inuenire eã, imò difficile est nescire eam. Nónne ipsa est ciuitas in monte, quę abscõdi non potest? Quare ergo dictum est, Quis inueniet? cùm dici debuerit, Quis nõ inueniet? Sed tu ciuitatẽ in mõte positã vides. Vt autẽ in monte poneretur, inuenta est quæ perterat. Quãdo illustrata est, quis eam nõ videt? Quãdo latebat, quis eã inueniret? Ipsa enim ciuitas, est vna illa ouis, quã perditã quęsiuit ille pastor: & inuẽtã, gaudens in humeris reportauit. Ipse pastor, mons est; ouis autẽ in humeris eius, ciuitas in monte. Facile est, vt videas eã, collocatã in mõte. Quãdo eam inuenires, cùm lateret in vepribus, in spinis vtiq; delictorũ suorum? Ibi enĩ quęsisse magnũ est: ibi inuenisse mirabile est. Hæc eius difficilis inuẽtio cõmendatur, cùm dicit: Mulierẽ fortẽ quis inueniet? Quis enim quia vnus: non, quia nec vnus. Quomodo dictũ est de ipso vno eius, leone de tribu Iuda, de quo Propheta antè prædixit, Ascendisti recũbens: vtique in cruce. Ascendisti, crux est; recũbens, mors est. Quid est enim, Ascendisti, nisi quod scriptum est, Et crucifixerũt eũ? vnde & ipse ait, Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, sic exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in eũ non pereat, sed habeat vitã æternam. Quid est recumbẽs? Et inclinato capitẽ tradidit spiritũ. Cùm ergo & ibi diceretur: Ascendisti recumbens, secutus est: Dormisti vt leo. Dormisti sicut leo: non fugisti sicut vulpes. Quid est, Dormisti sicut leo? De potestate, non de necessitate. Cùm autem dictum est, Dormisti sicut leo, secutus ait: Quis suscitabit eum? Quis suscitabit: neq; enim nemo: sed quis hominum? Quia non nisi Deus, qui eum exaltauit à mortuis, & donauit ei nomẽ, quod est super omne nomen. Suscitauit & ipse se. Vnde ait, Soluite templum hoc, & triduo suscitabo illud. Et modò quando audistis, Mulierem fortem quis inueniet, nolite putare de Ecclesia dici quæ latet: sed de illa Ecclesia quæ ab vno inuenta est, vt neminem lateret. Ergo describatur, laudetur, cõmendetur, amanda ab omnibus nobis vt mater: nam vnius vxor est. Mulierem fortem quis inueniet? Mulierem istam tam fortem quis nõ videt? Sed iam inuentam, iam eminentem, iam conspicuam, iam gloriosam, iam ornatam, iam lucidam: iam, vt citò explicem, toto terrarum orbe diffusam.

Cap. II.

Luc. 15.

Matth. 5.

Gen. 49.

Ioan. 3.

Ioan. 19.

Ioan. 2.

PRETIOSIOR *est autem lapidibus pretiosis, quæ eius modi est.* Quid magnum, quia pretiosior est mulier hæc lapidibus pretiosissimis? Humanas auaritias cogiteris: si ad proprietatẽ accipiantur lapides pretiosi. Quid magnum est, quòd quibuslibet lapidibus pretiosior inuenitur Ecclesia? nulla talis cõparatio est: sed sunt lapides pretiosi in illa. Tã pretiosi sunt lapides isti, vt viui dicãtur. Sũt ergo lapides pretiosi ornãtes eã: sed est ipsa pretiosior. Volo aliquid cõmendare charitati vestrę quantum capio, quantum capitis, quantum timeo, quantũ timere debetis, de his lapidibus pretiosis. Sũt in Ecclesia lapides pretiosi, & semper fuerũt: docti, abũdãtes scientia, & eloquio, & omni instructione legis. Pretiosi planè lapides isti sunt: sed ex eorũ numero quidã abstrauerunt ab ornamento mulieris huius. Quantũ enim pertinet ad doctrinã & eloquiũ vnde fulget, lapis pretiosus erat Cyprianus: sed mansit in huius ornamento.

Cap. III.

Lapides pretiosi & viui, qui.

Lapis pretiosus erat Donatus, sed resiluit à compage ornamenti. Ille qui mãsit, in ea se amari voluit. Ille qui inde excussus est, præter illam nomẽ sibi quæsiuit. Ille permanens cum illa, ad illam collegit: ille resiliens, nõ colligere, sed spargere cõ cupiuit. Mali filij, quid sequimini lapidem pretiosum, de ornamẽto huius mulieris excussum? Respõdetis mihi. Quid enim? Tu sic intelligens quomodo ille? Aut tu tam doctus es quàm ille? Sit licet intelligens: intellectus bonus, omnibus faciẽtibus eũ. Sit licet doctus, licet liberalibus disciplinis & mysteriis legis instructus, lapis est pretiosus, redi ab illo ad istam, pretiosior est lapidibus pretiosis. Lapis pretiosus si non sit in ornamẽto mulieris huius, iacet in tenebris. Lapis pretiosus quolibet iaceat, iacet in tenebris: opus illi erat, vt in ornamẽto huius mulieris permaneret, & esset in compagine ornamẽti eius. Ego autem fidenter dixerim: pretiosi lapides ideo dicti sunt, quia charitate valẽt. Iam ille vilis est: pretium perdidit, qui non habet charitatem. Doctrinam suam iactet licet, linguã suam iactet licet: audiat æstimatorem verorũ lapidũ matronæ huius: audiat, in quã, quendã artificem ornamenti inspectorem. Quid iactat linguã suam, non pretiosus, sed vilis lapis? Si linguis hominũ loquar, inquit, & angelorũ, charitatem autẽ non habeam, factus sum æramentũ sonans, aut cymbalum tinniens. Cymbalum est lapis ille: iam nõ fulget, sed tinnit. Ergo discite lapides æstimare negotiatores regni cælorũ: nullus lapis nobis placeat, præter huius mulieris ornamentum. Hæc quæ pretiosior est lapidibus pretiosis: ornamẽti sui ipsa pretium est. CONFIDIT *super eam cor viri eius.* Planè confidit, & vt confidamus docuit. cõmendauit enim Ecclesiã vsq; ad terminos terrę, per omnes gẽtes, à mari vsque ad mare. Hæc si non vsq; ad finẽ perseuerauerit, non super eam cor viri eius cõfidit. Confidit super eã cor viri eius: præscius confidit, falli non potest qui cõfidit. Non dictum est, Confidit super eã cor filiorũ: poterant enim filij eius paruuli falli: illius cor nullum mendaciũ decipit. Verum est ergo, quòd cõfidit. Quæ talis est, *Spoliis non indigebit.* Non quia nõ quęrit spolia, ideo nõ indigebit: sed quia multis abundabit. Quę talis est, spoliis nõ indigebit: vndique spoliat mundum, vbique diffusa: rapit vndique trophęa diabolo. Hoc enim & promisit viro eius, cui dicit in alio Psalmo: Exulto ego in verbis tuis, sicut q; inuenit spolia multa. Quẽadmodum spoliis indiget, quæ vndique rapit, vndique trahit, vndique acquirit? *Operatur enim viro suo bona, & non mala, in omni tẽpore.* Hinc est quòd expoliat mulier ista gentes: operando viro suo bona, & nõ mala. In omni tempore operatur bonum, & nõ malum: nec sibi, sed viro: vt quæ viuit, iam sibi nõ viuat, sed ei qui mortuus est pro omnib⁹, & resurrexit. Viro ergo operatur bonũ, coram Deo operatur bonum: illi seruit, illi deuota est, illum diligit, illi placere semper studet & desiderat. Nõ se ornat, nec propter oculos suos, nec propter oculos alienos. Non est de sibi placentibus, non est de sua quærentibus: operatur enim viro suo. Qui autem sibi operantur, omnes sua quærunt, non quæ Iesu Christi.

1. Cor. 13.

Cap. IIII.

Psal. 118.

Cap. V.

INVENIENS *lanam & linum, fecit vtile manibus suis.* Lanificã & linificam matronam istam sanctus sermo describit. quęritur autem à nobis quid sit lana, quid sit linũ. Lanam carnale aliquid puto, linum spiritale. Hoc coniicere audeo, ex ordine vestimentorũ nostrorum: interiora sunt enim linea vestimenta; lanea, exteriora. Quicquid carne operamur, in prõptu est: quicquid spiritu, in secreto. Operari enim carne, & nõ operari spiritu, quãuis bonũ videatur, vtile non est. Operari autem spiritu, & non operari carne, pigrorum est. Inuenis hominem porrigentem manum vel eleemosynã pauperi, nec tamẽ de eo ibi cogitantẽ, sed hominibus placere cupientem. Lanea vestis videri potest: interiorẽ lineã non habet. Inuenis alium dicentem tibi, Sufficit mihi in conscientia Deum colere, Deum adorare: quid mihi opus est aut in Ecclesiam ire, aut visibiliter misceri Christianis? lineam vult habere sine tunica. Nõ nouit neque cõmendat talia opera mulieris. Docenda sunt quidem & dicẽda spiritualia carnalibus: sed illi qui accipiunt, debent & tenere spiritualia, & non carnaliter operari carnalia. Inuenit hæc mulier lanam & linũ, & fecit vtile manibus suis. Lanæ istæ & linũ hoc, in Scripturis sanctis est. Multi inueniunt, sed nolũt facere aliquid vtile manibus suis. Inuenit & fecit. Cùm auditis, inuenitis: cùm bene viuitis, facitis. Inueniẽs lanam & linũ, fecit vtile manibus suis. Videte illam cui dicitur, In dexteram & sinistram extende: semen enim tuũ hæreditabit gentes. Non est quod parcas, porrige longiùs funiculos tuos. Videte illam. *Facta est quasi nauis, quæ negotiator à longè cõgerit sibi diuitias.* Diuitiæ mulieris huius, laudes viri eius. Videte quàm à longè congerit sibi diuitias. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini. EXVRGIT *de noctibus, & dedit escas domui, & opera ancillis.* Exurgit de noctibus. Quid valent noctes? Non eã premunt, non eã in tenebris iacere cogunt. Et de noctibus exurgit. Noctes, tribulationes sunt. Sed cui hæc? Et de noctibus cõsurgit, & in tribulationibus proficit. Et dedit escas domui, in noctibus præbuit se imitandã: faciens docuit, quod faciendum dixit: & tũc dedit eis escas. Quis comedat de nocte? Prorsus, & tunc dedit escas: quibus enim dedit, semper esurint. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiã: quia ipsi saturabuntur. A nocte spiritus meus vigilat ad te Deus. Media nocte surgebã ad confitẽdum tibi. Hæc alimẽta nocturna abundãt in domo mulieris huius. Nemo ibi famẽ patitur, nec palpat vt inueniat quod mãducetur. Ardet lucerna prophetię. Sed nunquid manducandũ est, & vacandum? Illa enim quę dedit escas domui, dedit & opera ancillis. Ancillæ istæ ipsius sunt, an viri eius? An quia viri ipsius sunt, & ipsius sunt? An multæ ancillę ipsa est? Ipsa enim quanquam materfamiliãs, tamen ancillã se non dedignetur. Attẽdat pretium suum, diligat Dominũ suum. Agnoscat, inquã, se ancillam, nec timeat cõditionem. Nec enim dedignatur ille coniugẽ facere, quã tanti emit. Et vnaquęque coniunx bona maritum suum dominũ vocat. Prorsus non solùm vocat, sed hoc sapit, hoc sonat, hoc gestat corde, hoc profitetur ore, tabulas matrimoniales instrumẽta emptionis suę deputat. Est ergo ancilla, dans opera ancillis. Est ancilla: eius enim filius, eius est seruus. Quidam: Ego seruus tuus, & filius ancillę tuæ. QVÆSITVRVS eras quid agat illis operibus tuis etiã nocturnis: audi quid agat: *Prospiciens agrum mercata est.* Prospiciens, non in præsenti, sed in futuro, mercata est agrum istum. Prospiciens fide, spe: inde & de noctibus surgit. Si enim quod non videmus speramus, per patiẽtiam expectamus. In omnibus tribulationem patiens: prospicit enim agrũ quem mercatur. Inde enim mulier fortis dicitur. Quid sunt noctes illę præ agro illo? Quod enĩ ad prę̃sens tẽporale est & leue tribulationis nostrę (cùm de noctibus surgimus) in incredibilem modum ęternũ gloriæ põdus operatur in nobis (cor habẽtibus ad agrũ illum) non respicientibus quę videtur, sed quę non videtur. Quæ enim videntur, tẽporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna. Qualis est ager ille: Quæ pulchritudo eius est? Inardescamus ad eum possidendum. Putamus nõ ipse est, de quo dixit deus, et species agri mecum est? Prospiciens agrum mercata est. Vnde mercata est: Ne forte tu desperes & suspires, & nihil

Psal. 118.

Cap. VI.

Matth. 5.

Isa. 26.

Psal. 118.

Psal. 119.

Cap. VII.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

Psal. 46.

agas, ager iste segnem amatorem non amat. Ibi certè cùm ad eum veneris, forsitan requiesces, nec opus erit vt labores. Non enim est talis ager ille, qualis iste, vbi
Gen. 2. Adam in sudore vultus sui comedit panẽ suum. Prospiciens agrum mercata est. Habet ibi agrum. Vbi agrũ
Matth. 6. Vbi mercata est, vbi posuit & thesaurum suũ, vt fieret ei, Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Modò tamẽ vt ad illius agri speciem peruenias, compara tibi, vnde compares agrum ibi. Quid? Collige pretiũ. Hoc enim agit hæc mulier. Vide si tacitum est, cui dictũ est, Prospiciens agrum mercata est. Tanquam diceres, Vnde
CAP. VIII. mercata est? DE *fructibus autem manuum suarum plantauit possessionem.* Ipsa erãt opera quæ dabat ancillis, vt de fructibus manuum suarum plantaret possessionem in æternum. Illam enim possessionem dixit, quę futura est. Hoc insinuat verbo quod ait, Prospiciẽs. *Succincta fortiter lumbos suos: firmauit brachia sua.* Verè fortis. Vide si non est ancilla. Quàm deuotè seruit, quàm paratè: ne fluitantes sinus carnalium concupiscentiarũ impediãt operãtem. Succingit lumbos, vt nihil superfluum calcet, dũ in opere festinat. Ibi enim castitas mulieris huius, zona præcepti constricta, & ad omne opus bonum semper parata. Succincta fortiter lumbos suos, firmauit brachia sua non defectura. Vnde hoc? *Gustauit quia bonum est operari.* Vbi est palatũ quo gustatur hoc: Fugiunt homines laborem, quasi amarũ: timendo gustare, nesciunt quid amare. Bonum opus facit conscientia bona. Et quid dulcius, fratres, conscientia bona: quæ si nõ est, & malè pũgit: amara sunt omnia. Gusta ergo, gusta, & videbis quomodo sapiat, quàm te delectabit, quàm postea non desines, nisi totum consumas. *Gustauit, quia bonum est operari. Non extinguetur lucerna eius tota nocte.* Nemo accẽdit lucernam, & ponit sub modio. Tu illuminabis lucernam meã, Domine. Lucerna eius, spes eius.
Matth. 5. Psal. 17. Ad illã operatur omnis homo, quicquid boni ad spem facit. Et in nocte ardet lucerna ista. Quod enim nõ videmus, speramus: ideo nox est. Si autẽ & nõ videmus, & non speramus: & nox est, & lucerna non ardet. Quid infelicius talibus tenebris? Vt autem non deficiamus in tenebris, & per patientiam expectemus, quòd non videmus, speramus. Tota nocte ardeat lucerna nostra. Qui enim nobis quotidie loquitur verbum, tanquam oleum infundit, ne lucerna extinguatur. *Manus suas extendit ad vtilia.* Quantum extẽdit has manus? A mari
Psal. 71. vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis. Quò peruenit? Vnde nõ frustrà dictum est: In dexterã
Esa. 54. & sinistram extẽde. Extendit manus suas: sed ad vtilia.
CAP. IX. BRACHIA *quoque firmauit sua in fusum.* Non ab infundendo: sed in illud instrumentũ lanificij, quod vocatur fusum. De fusũ isto, quod Dominus donat, dicã: neq; enim ista lanificia sunt à viris aliena. Audite quid sit, Brachia sua firmauit in fusum. Potuit dicere, In colum. Fusum dixit, fortè non frustra: quamuis possit videri, nec absurdè intelligi de fuso lanificium significatum, de lanificio bonũ opus, tanquam castæ mulieris, & matronæ impigræ & diligentis. Tamen ego, charissimi, in isto fuso, quod intelligo, nõ tacebo. Omnis qui viuit in bonis operibus in sancta Ecclesia, non neglector, sed effector præceptorum Dei, quid faciat cras, nescit, quid fecerit hodie, scit. De futuro opere timet, de præterito gaudet. Et vt perseueret in bonis operib⁹, vigilat: ne fortè negligens futurorum, perdat præteritum. In orando tamẽ Domino, in omni deprecatione sua, nõ habet firmam conscientiam de opere futuro, sed de præterito: ex eo quod fecit, non ex eo quod facturus est. Iam ergo si hoc verum esse mecũ videtis: attendite in lanificio duo instrumenta ista, colum & fusum. In colo lana inuoluta est, quæ filo ducenda & nenda trã-

A seat in fusum. Quod in colo est inuolutum, est futurũ; quod in fuso collectum est, iam præteritum est. Opus ergo tuum in fuso est, non in colo. In colo enim est q̃ facturus es; in fuso, quod fecisti. Vide ergo si aliquid habes in fuso, vbi firmentur brachia tua. Vbi erit fortis conscientia tua, ibi securus eris. Deo enim dices, Da, quia dedi; dimitte, quia dimisi: fac, quia feci. Nõ enim petis † pretium, nisi opere gesto, non gerendo. Quicquid ergo operaris, totus animus ad fusum sit: quia & quod pendet in colo, ad fusum traiiciendũ est: non autem illud quod collectum est in fuso, ad colum reuocandum est. Ergo vide quid agas, vt habeas in fuso, vt brachia tua firmes in fusum, vt totum coletur ad fusum, vt habeat aliquid fusum quod te cõsoletur, quod te confirmet, quod tibi det fiduciam deprecãdi & sperandi promissa. ET quid agam? fortè dicis. Quid
CAP. X. me iubes habere in fuso? Audi quid sequitur: *Manus autem suas aperuit pauperi.* Eia, non nos pudeat lanificium sanctum docere. Vos videre si quis habet plenum sac-
B cellum, plenum horreum, plenam apothecam. Omnia ista in colo sunt, transeant in fusum. Videte quomodo neat, imò videte quomodo neet. nũ omnes instruũtur, Grammatici non timeantur. *Manus autem suas aperuit pauperi, fructum autem porrexit inopi.* Manus pauperi, fructus inopi. Est quidam pauper, manus tuas quærit: est quidã inops, fructũ tuum quærit. Qui verò non vult à te, nisi quod necessitati suæ poscit, pauper est, manus tuas quærens. Est autem alius inops qui dicit: quasi nihil habẽtes, & omnia possidentes. Nõ quasi necessita-
2. Cor. 6. ti suæ vult satisfieri de dato tuo: sed tãquam in arbore Dominica, quam plantauit & rigauit, fructum quærit. Ipsum audi de quibusdam dicentẽ, cùm de talibus loqueretur, Nõ quia quæro datũ, sed requiro fructũ. *Nõ*
Phil. 4. *est solicitus de his quæ in domo sunt vir ei⁹, cùm alicubi demoratur.* Non est solicitus quæ in domo sunt, vir eius: quia
C nouit Dominus qui sunt eius. Quomodo sit solicitus: quãdo quos prędestinauit, ipsos & vocauit; & quos vocauit, ipsos & iustificauit; quos iustificauit, ipsos & glorificauit: Si deus ꝓ nobis, quis cõtra nos? Nõ est solicitus vir eius: nouit suos, nouerũt eum sui. *Cùm alicubi demoratur.* Vbi demoratur, nisi vnde vẽturus est? nemoratur ibi, quasi tardat ibi. Multi enim iã desiderant aduẽtũ eius: & desideriũ eorum differtur, donec impleatur numerus membrorum matronæ huius. Multi autẽ ad suam impietatem tarditate illius abutũtur: & dicit malus seruus, Tardat dominus meus. Et incipit cædere
Luce 12. cõseruos, & inebriari cũ malis. Veniet dominus eius, in die qua nescit, & hora qua ignorat, & diuidet eũ. ministrorum enim & præpositorum corpus est, quod dat in tempore cõseruis cibaria. Diuidet, inquit, eum. Habet bonos & malos, & separat malos à bonis. Et partẽ eius
D cũ hypocritis ponet. Nõ totum ministrũ: quia sunt ibi & desiderãtes aduentũ Domini. Sunt ibi & ex illo numero, de quo dicitur, Beatus ille seruus, quẽ, cùm vene-
Matth. 24. rit dominus, inuenerit ita faciẽtẽ. Ergo veniet, & diuidet eum. NVNC interim demoratur alicubi: sed
CAP. XI. nõ est solicitus quid agatur in domo. *Omnes enim apud eam vestiti sunt.* Nunquid de nuditate seruorũ suorum solicitus erit, cùm alicubi demoratur, habens cõiugem talem? Vestiti sunt optimè. Quàm optimè, vultis nosse? quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis.
Gal. 3. Omnes omnino apud eum vestiti sunt: & boni serui & mali serui vestiti sunt. Sed boni serui vestiti sunt, qui Christũ induerũt non tantùm in forma sacramẽti, sed etiam in opere exẽpli, sequẽtes vestigia Domini sui: alij vero vsq; ad sacramentũ, reddituri de sua veste rationẽ. Nõ cessat illa mulier omnes vestire: vt nemo queratur, nemo dicat: Ideo nõ sum bene operatus, quia non sum

sum vestitus. Videte ergo, quemadmodum induti esse debeatis. Pro vestibus nostris, etiã opus faciamus. Omnes enim apud eam vestiti sunt. Quid viro suo? Quæ
CAP. XII. seruos vestit, viro suo nihil operatur? DVPLICIA *pallia fecit viro suo.* Iam acclamatis: credo quòd agnoscitis quæ sunt duplicia pallia, quæ facit Ecclesia viro suo. Pallia quę illi facit, laudes sunt: laudes fidei, laudes confessionis, laudes prædicationis. Quare duplicia? Christũ laudas, Deum laudas & hominem. Dupliciter lauda, simpliciter lauda. Dupliciter, quia homo est & Deus: simpliciter, vt non sis fictus. Nescio quæ mulier
Photinus. apud Photinum quẽdam, lapidem quasi pretiosum de ornamento huius mulieris excussum, iam vilẽ & abiectum, vnde hæretici Photiniani appellãtur, hoc elegit quasi simplex pallium facere viro suo. Non accipit ille vtiq; à sua cõiuge, verè sua, sicut scriptũ est, Vnius duplicia sunt pallia. Ille enim Christum solum hominem dixit. Rursus extitit nescio quæ alia detestanda mulier
B quasi & ipsa texens viro palliũ, texens autem pannosas fabellas. Ait enim, Christus Deus est tantùm, omnino
Manichæi. Photiniani. hominis nihil habẽs. Hoc Manichæi dicũt. Photiniani homo tantùm; Manichęi, Deus tantùm. Illi nihil diuinũ in Domino cõfitentur, isti totũ diuinum: & tamen tã falsum, vt nec saltem humanum. Si enim homo non erat, ergo mortuus nõ est; crucifixus non est, ergo nec resurrexit. Qui ille resurgere potuit, qui mortu⁹ nõ est? Ergo & dubitanti discipulo falsas cicatrices ostendit. Proculdubiò enim falsæ cicatrices illę fuerunt, si vera vulnera nõ præcesserũt. Si autem vera vulnera præcesserũt, vera caro. Si vera caro, vera mors, vera crux, verus homo, & totus veritas: laus abũdans de colo huius mulieris. Qui autẽ † ista laudabiliter duplicia pallia timuerunt, mendacio duplices remanserunt. Duplicia pallia fecit viro suo. Prorsus duplicia pallia fecit. Confitere Deum, cõfitere hominem; lauda Deum in homine, lau-
C da hominẽ in Deo. Texuit pretiosissimum illud palliũ laudis, In principio erat verbum, & verbum erat apud
Ioan. 1. Deum, & Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deũ. Texuit & aliud palliũ, propter conuersationem inter homines quotidianam: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Duplicia pallia fecit viro suo.
CAPVT XIII. DE *bysso & purpura vestimenta fecit sibi.* Non enim decebat matronam tanti viri, vel nudam incedere, vel pannosam. Fecit de byssо & purpura vestimenta sibi. De byssо, candida confessione; de purpura, gloriosa passione. Huius byssum cùm oramus, agnoscimus; huius purpuram in martyribus manẽ laudamus. *Cõspicuus fit in portis vir eius.* Ille qui alicubi demoratur, ille qui pro tali coniuge de domo sua solicitus non est, ille quẽ demorantem alicubi nunc nemo non videt, conspicuus fit in portis. Attende quãdo. Audi quid sequitur:
D *Cùm sederit in cõcilio cum seniorib⁹ terræ.* Nihil cuidẽtius,
Esaiæ 3. lege aliam prophetiam: Veniet ad iudicium cũ senioribus populi sui. In illo cõcilio, hoc est, in illo iudicio, iudicantibus secũ sanctis, quibus dictũ est, Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israël, cõspicuus
Matth. 19. Matth. 25. erit. Veniet enim filius hominis, sicut dixit, in maiestate sua, & omnes angeli cum eo. Ibi omnes angeli & archangeli cælorum, & angeli annũciatores verbi Dei. Etenim & Propheta dictus est angelus: angelus enim
Malach. 3. Galat. 4. nũcius est. Et, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: de Ioanne dictum est. Et sicut angelũ Dei excepistis me, loquitur Apostolus. Ille ergo ille alicubi nunc demorãs, de quo multi dicunt: Quando vẽturus est, aut quis venturus est, conspicuus erit in portis, hoc est, in aperto, in manifesto. In portis cõspicuus erit: sed alios admittet, cõtra alios claudet. Erit conspicuus in portis vir eius, cùm sederit in concilio cum senioribus terræ. Quod dõnec fiat, hoc interim faciat quod faciebat: operetur, non cesset, expectet illũ futurũ cõspicuũ
A in portis, non contremiscat sanctum cõcilium iudicij Dei, cum bona cõscientia veniat, gloriosa veniat: quia ipsius mẽbra sunt, & ipsius filij sunt, qui sunt cũ eius viro iudicaturi. SINDONES *fecit, & vẽdidit.* Bene quia
CAPVT XIIII. sindones fecit, & vendidit. Quare vendidit, nisi quia nõ quærit datũ, sed requirit fructum? Venditionem istam primò intelligite, fratres, gratuitã. Et aliquis emit gratis? Si gratis tollit, nõ emit. Si emit, pretiũ dat: nõ gratis tollit. Et vbi est, Qui sititis, venite ad aquã emite vobis
Esaiæ 55. sine argẽto? Quãdo emis, nõ argentũ das: & tamẽ emis. Si emis, aliquid das: non tamẽ argentum das: teipsum das. Sindones autẽ referte ad illa linea spiritualia, quæ facit & prædicat ista mulier per omnes terras. Et fortè vendere dicenda est, quia dixit Apostolus: Si nos vobis
1. Cor. 10. spiritualia seminauimus, magnũ nõ est, si vestra carnalia metamus. Etenim illa ratio est dati & accepti: nã in
B omni venditione ratio dati & accepti versatur. Cõtristatur autem Apostolus aduersus fora quędam, vbi non vẽdidit sindones: Nulla, inquit, mihi Ecclesia cõmuni-
Philip. 4. cauit: in ratione dati & accepti. Sed ille qui sic vendit, nõ quęrit datum, sed requirit fructũ: ne quasi venditorẽ Euangelij putetis. Est quidẽ ille mercator Domini sui, sed magis pretiũ quærit. Nam quicquid prorsus vẽdit, dat spiritualia. Et quid quærit? fortè carnalia? Debẽtur quidẽ & ista: sed nõ ista quęrebat Apostolus, di-
2. Cor. 12. cens: Non enim quæro vestra, sed vos ipsos. Date ergo
Gen. 42. pretium, date vosipsos. Neque enim & Ioseph in Ægypto frumenta non vẽdebat: & tamen ipsos emẽtes, seruos regios faciebat. Volentes viuere in illa famẽ, accipiebant frumenta, & fiebant serui. Timemus nos fieri serui? Væ nobis, si non fuerimus illius serui. Quid nobis prodest, recusare talẽ Dominũ? Et sub diabolo erimus,
C & famẽ patiemur, & potestatẽ veri domini nõ effugiemus. Teipsum da, eme tibi sindonem, id est, spiritualem amorẽ. Sic etiam cuiusdã panis pretiũ tu ipse es. Quid enim: Quia das te voluptati, nonne pro concupiscẽtia carnis tanquã emas meretricem, teipsum das pretium? Quantũ est vt deo te des, panem viuũ tibi emas, qui de cælo descendit, eodem ipso pretio quòd tu ipse es? Pre-
Prouerb. 6. tium enim meretricis tantum est, quãtum panis vnus.
CAPVT XV. SINDONES *fecit, & vendidit cinctoria Chananæis.* Cingant se, operẽtur, veniãt, sint serui de domo ista: vt omnes vestiti, omnes pasti sint. Cinctoria eis fecit, vtique ad opus: nam & ipsa opus faciens, accinxit fortiter lũbos suos. Qui sunt Chananæi? Vicinæ populo Israël gẽtes alienigenę. Aliquãdo q̃ eratis lõgè, facti estis, ꝓpe
Eph. 2. in sanguine Christi. Qui eratis aliquãdo peregrini testamentorũ, & promissionis spem nõ habẽtes, & sine deo in hoc mũdo, nunc autẽ ciues sanctorum & domestici
D Dei: acceptis cinctoriis operamini in domo dominica, iã facti domestici ex Chananæis, vnde erat illa mulier modò in Euangelio recitata. Chananæa erat, ad mensam filiorum accedere non audebat: sed tanquã canis micas requirebat. Vide quẽadmodum præcinxit se ad opus. Præcinctoriũ eius, fides: hoc laudat ille. O mulier
Matth. 15. magna est fides tua! Cætera videamus. *Fortitudine & decore induta est.* Decore, tanquã byssо; fortitudine, tanquã purpura. Quia enim fortis, ideo in passione sanguinea. *Et lætata est in diebus nouissimis.* Lætata est. Hic ergo diu tribulata. Nã vnde haberet purpurea vestimẽta sine tribulatione? *Os suum aperuit attentè.* Præstet nobis in illa cõstitutis, ipsam laudantibus, illi cohærentibus, cũ illa & in illa vitum eius expectãtibus: vt & nos aperiamus attentè os nostrum, non temerè, sed cautè, attentè, solicitè. Cũ timore & tremore multo fui apud vos, Apo-
1. Cor. 2. stolus dixit tanquã dicens: Os meum aperui attẽtè: os

nostrum

2 Cor.6. nostrum patet ad vos, ô Corinthij. Os suũ aperuit attentè. *Et ordinem posuit linguæ suæ*: laudans creaturam tãquam creaturam, creatorẽ tanquam creatorẽ, angelos tanquã angelos, cælestia tanquã cęlestia, terrestria tanquam terrestria, homines tanquã homines, pecora tanquam pecora. Nihil perturbatum, nihil inordinatum. Nõ accipiens in vanum nomen Dñi Dei sui, non substantiam creaturę sentiens de creatore: ita ordinatè totũ loquens, vt non proponat inferiora potioribus, nec
CAP. XVI. subdat potiora inferioribꝰ. DISPOSVIT *ordinem linguæ suæ*. Nihil pulchrius hoc ordine. Vnde & ipsa dicit:
Cant.2. Ordinate in me charitatẽ. Nolite prępostere agere, nolite perturbare & cõfundere quæ Deus ordinauit. Ordinate in me charitatem. Amate me tanquã me, amate Deum tanquam Deum: ne deum offendatis propter me, nec me offendatis propter alium quemlibet. Ordinate in me charitatẽ. Beata filia eius in hoc ordine cõstituta, cuius inter cæteras celebramus hodie passionẽ, paulò antè audiuimus, confessione ordinans linguam suam: honorẽ, inquit, Cæsari, quasi Cæsari, timorẽ autem Deo. Os suum aperuit attentè, & ordinem posuit linguæ suæ. *Seuerę conversationes domorum eius*. Seuęræ, fortes, districtæ: non est vbi defluatur, non amat dissolutionem. *Cibos autem pigros non comedit, merito tantum acquisuit*. Hic ergo ista laboriosa, vigilans, solicita, seuerè castigans domũ suam, surgens de noctibus, intuens lucernã ne extinguatur, in tribulatione fortis, nondum receptis promissis pauens, brachia sua in fusum cõfirmans, nõ pigrũ panẽ mãducans. Ob labores istos quasi paupertatis & necessitatis secularis, quid erit qa in diebꝰ nouissimis lætata est? Quid erit? audire vultis? Audite. Propter quam spẽ ardeat lucerna nostra tota nocte, nunc audite. *Surrexerunt filij eius, & ditati sunt*. Modò in paupertate viuimus, in paupertate vigilamꝰ: & cũ moriemur, in paupertate dormimus: sed surgemus & ditabimur. Tũc ditabũtur filij eius. Surrexerũt filij eius, & ditati sunt. Compara nunc quaslibet diuitias terræ huius, obnoxias furibus & tineis. Quid te lactas? Quia infirmus es, ideo fũt tibi multa necessaria. Opus est multũ vestiaris, quia frigus pati nõ potes: iumẽtis vtaris, qa pedibus ambulare non potes. Ista fulcimẽta sunt infirmitatis, nõ ornamenta potestatis. Quæ illæ diuitiæ sunt angelorũ? vnam vestem habent lucis: nũquam teritur, nunquã fordidatur. Illæ sunt verę diuitiæ, vbi nulla erit inopia, nulla indigentia. Quid modò quæris hoc, antequam surgas? Si filius es mulieris huius, attende quãdo tibi diuitiæ promittantur. Surrexerunt filij eius, & ditati sunt, parati resurrectionis diuitias accipere. Noli has amare, vt merearis ad illas venire.

CAPVT XVII. SVRREXERVNT *filij eius, & ditati sunt, & vir eius laudauit eã*. Nos eã laudabimus, sed non de nostro. Ipse vir eius laudabit eã. Quando surrexerũt filij eius, & ditati sunt: attẽdit eam, inspexit eam, laudauit eam. Quis nolit audire quomodo laudauerit? Si tam iocundè audistis, cùm laudaretur à nobis: quomodo audiremus, si possemus audire quomodo eã laudauit vir eius? Laudauit eã in resurrectione: cùm resurrexerimus, audiemus. An & modò non tacuit laudẽ ipsius? Hæc est ipsa laus, ipsa sequetur. Audiamus, audiamus quẽadmodũ eã laudauerit vir eius, vidẽs eam iam cum tãta beatitudine filiorũ, diuitũ in resurrectione mortuorũ. *Multæ*, inquit, *filiæ fecerũt potentiam*. Laudes sunt, quibus eã laudat vir eius. Multæ filiæ fecerunt potẽtiam. Quæ filiæ? Quibus hæc cõparatur? Non cõparatur. *Multæ filiæ fecerũt potentiam, tu autẽ superasti*. Attendite ergo vos, iam in fine lectionis sumus. Metuo enim ne ibi habeãvos fatigatos, vbi maximè exigo intẽtos. Audiamus laudes illius. *Multæ filiæ fecerũt potentiã, tu autem superasti, & superposuisti omnes*. Tu, inquit, omnes superasti, & superposuisti. Quæ sunt ergo alię filiæ quæ fecerũt potentiã, quas ista superauit, & super quas ista potuit? Aut quã potentiam fecerunt, aut vnde ista superauit? Sunt enim malæ filiæ, quæ sunt hæreses. Quare filiæ? quia & illæ & istæ natę sunt. Sed filiæ malæ, filiæ non similitudine morũ, sed sacramentorũ. Habẽt & ipsæ sacramẽta nostra, habẽt Scripturas nostras, habẽt Amẽ, & Alleluia nostrũ habent. Vteraq; Symbolũ nostrũ habent, multęq; Baptismum nostrũ habent. Ideo filię. Sed huic mulieri, vultis nosse, quid alibi dictum sit, in Cãticis cãticorum? Sicut
Cant.1. lilium in medio spinarũ: ita proxima mea in medio filiarũ. Mirũ dictu, easdem & spinas dixit & filias: & illæ spinæ faciũt potentiã. Planè non videns quemadmodũ ipsæ hæreses orent, iciunent, dent eleemosynas, laudẽt Christum? Possũt dicere, ibi esse pseudoprophetas, de quibus dictũ est: Faciũt signa & prodigia multa, vt fal-
Matth.14. lãt, si fieri potest, etiã electos. Ecce prędixi vobis. Faciũt potentiã & spinæ: de qua potẽtia dicitur, Nónne in no-
Matth.7. mine tuo mãducauimus & bibimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimꝰ? Mãducauimus & bibimus, nõ de quocũq; cibo, dicere nostis de quo dicere potuit, vel cibo vel potu. Et virtutes multas fecimus. Faciũt potẽtiã multæ filiæ, nõ negamus: & spinæ florẽ habent, fructũ nõ habent. Hoc autẽ cui dixit, tu autem superasti & superposuisti omnes? Vnde superauit, nisi quia solùm florem, sed & fructũ habet? Quem fructũ habet? Vnde
CAPVT XVIII. superauit? Dicat mihi. SVPEREMINENTEM, inqt,
1.Cor.13. viã vobis demõstro. Quam supereminentem viã? Quia inde ista superauit, inde ista superposuit omnes. Si linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatem autẽ non habeã, factus sum æramentum sonãs, aut cymbalũ tinniens. Loquitur linguis, ad potentiã illam flores pertinẽt. Si sciam omnia sacramenta, & omnẽ scientiam, & habeam omnem prophetiã, & omnẽ fidem, ita vt mõtes transferam (quãta potentia!) charitatẽ autẽ non habeam, nihil sum. Audi adhuc tales potẽtias, ad florem pertinentes, nõ ad fructum. Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatẽ autẽ nõ habuero, nihil mihi prodest. Hãc habet ista supereminentẽ viam, vnde illi dixit: Multæ filiæ fecerũt potentias, multæ locutę sunt linguis, scierũt omnia sacramenta, fecerunt virtutes multas, dæmonia excluserunt, res suas pauperibus distribuerũt, corpora sua ignibus tradiderũt: inflatę sunt, quia charitatẽ non habuerunt. Tu autẽ superasti & superposuisti omnes, nõ solũ flore, sed & fructu grauida abundans. Vide ipsum florẽ, vnde incipiat. Cũ enumeraret opera carnis, For-
Gal.5. nicationes, inquit, immũditiæ, luxuriæ, idololrũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtẽtiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hęreses, invidię, comessationes, ebrietates, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agũt, regnũ dei nõ possidebũt. Spinis omnibus enumeratis in ignẽ mittendis: fructus
Ibidem autẽ spiritꝰ est, inquit, charitas. Et ab hoc apice, ab hac tanquã radice cætera cõrexuntur: gaudiũ, pax, lõganimitas, benignitas, bonitas, fides, mãsuetudo, cõtinentia. Vnde iste botrus pulcher? Quia pendet à charitate. Multæ filiæ fecerunt potentiã, tũ autẽ superasti & superposuisti omnes. In illis quid remansit? *Falsa gratia, & vana species mulieris*. Quia si charitatẽ nõ habeo, factus
CAP. XIX. sum æramẽtũ sonans, & cymbalũ tinniẽs: nihil sum, nihil sum, nihil mihi prodest. Fallæ sunt ergo gratię, & vana species mulieris. *Mulier enĩ sapiẽs benedicitur*. Ista quæ quæsiuit qd intelligeret, quę intellectũ custodiuit, ista sapiẽs, ista benedicitur: nõ illę fallæ species, nõ illa vana gratia. Sapiẽs mulier benedicitur. *Timorẽ autem Domini ipsa collaudat*. Ipsa quæ benedicitur, collauder aliquid vnde

vnde benedicatur, quia sapiens est. Quid collaudet? Ti-
Psal.110. morem Dñi, quo perducta est ad sapientiam. Initium
Eccl.1. enim sapiẽtiæ, timor Dñi: timorẽ autem Dñi ipsa collaudet, laboriosa tot laudibus, inter tot scandala patiens, prouida ad expectandũ, fortis ad tolerandũ, cõstans ad perseuerandũ. Laboribus finitis, *date illi de fru-*
Matth.25. *ctibꝰ manuum suarũ*. Quid date? Venite benedicti patris mei. Date illi de fructibus manuũ eius. Quid date? percipite regnũ quod vobis paratũ est ab origine mundi. Ecce inquit date. De quibus fructibus manuum eius? Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare. Date illi de
CAPVT XX. fructibus manuũ eius. ET quod illi deinde negotiũ erit, finitis laboribus? *Et laudetur in portis vir eius*. Ipse erit portus laborũ nostrorũ: videre Deũ, laudare Deũ. Non ibi dicetur, Surge, labora, vesti seruos, vesti reipsam, ornare purpura, da escas famulis, attende ne lucerna extinguatur, solicita esto, surge de noctibus, aperi pauperi manũ, traiice de colo in fusum. Nõ erunt o-
B pera necessitatis, vbi nulla necessitas. Non erunt opera misericordiæ, vbi nulla miseria. Nõ frangis panẽ pauperi, vbi nemo mendicat. Nõ suscipis peregrinũ, vbi omnes in patria sua viuunt. Nõ visitas ægrũ, vbi omnes perpetuò sani sunt. Nõ vestis nudũ, vbi oẽs ęterna luce vestiti sunt. Nõ sepelis mortuum, vbi oẽs sine termino viuũt. Nec tamẽ ista non agens, nihil agis: videbis cũ quẽ desideraſti, & sine defectu laudabis. Istũ accipies
Psal.6. fructũ. Tũc erit vna illa quã petisti, Vnã petij à Domino, hanc requirã: vt inhabitem in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. Et quid ibi facies, vt cõpleas delectationẽ Domini, & laudetur in portis vir eius? Beati
Psal.83. qui habitant in domo tua Domine, in sęcula sęculorũ laudabunt te. Cõuersi ad Dom. &c.

SERMO XLVI. SERMO D. AVGVSTINI *de capite Euangelij, vbi Iesus parabolas seminantis exponit*.

CAP. I. ET hesterno die & hodie, loquente Domino nostro Iesu Christo, parabolas seminantis audiuimus. Qui adfuistis heri, recordamini ho-
Matth.13. die. Heri lectũ est de illo seminãte: qui cũ semina spargeret, aliud cecidit in viã, quod aues collegerũt: aliud in petrosis locis, quod arẽtũ exaruit: aliud inter spinas, quod suffocatũ est, & fœcũdari nõ potuit: aliud in terram bonã, & attulit fructũ centenũ, sexagenũ, trigenũ. Hodie autẽ aliã parabolã rursus Dominus de semi-
Luc.8. nãte narrauit: qui seminauit bonũ semẽ in agro suo. Dormientibus hominibus, venit inimicus, & superseminauit zizania. Quando herba erat, nondũ apparebat; vt ibi cœpit fructus boni seminis apparere, ibi etiam zizania claruerunt. Offensi sunt serui patrisfamiliãs, videntes in bona segete multa zizania, & voluerunt eradicare, & permissi non sunt: sed dictum est eis, Sinite vtraque crescere vsq; ad messem. Exposuit autẽ etiã Dominus D Christus istam parabolã: & boni seminis seminatorem se esse dixit: seminatorẽ zizaniotũ, inimicũ hominem diabolũ ostendit. Tẽpus messis finẽ seculi, agrum suũ, totũ mũdũ. Sed quid ait? In tẽpore messis dicam messoribus, Colligite primũ zizania ad cõburendũ ea, triticũ autẽ meũ recõdite in horreo. Quid festinatis, inquit, zelo pleni? Videtis zizania inter frumentũ, videtis malos Christianos inter bonos: eradicare vultis malos: quiescite, nõ est tẽpus messis. Veniat, & frumentũ vos inueniat. Quid stomachamini? Quid ægrè toleratis malos permixtos bonis? In agro vobiscum esse possunt, in horreo non erunt. CAP. II. NOSTIS illa autem tria hesterno die commemorata, vbi semen non profecit: viam, loca saxosa, loca spinosa, ipsa sunt zizania. Aliud nomen in alia similitudine acceperunt: quia quando similitudines dantur, vel proprietas non ex-

primitur, per eas nõ veritas, sed similitudo veritatis ex- Ratio explicandi parabolas.
primitur. Quod dico, scio paucos intellexisse: sed ꝓpter oẽs loquimur. In rebꝰ visibilibꝰ via, via est, saxosa loca loca saxosa sũt, spinosa loca loca spinosa sũt. Quod sũt, hoc sũt: quia propriè nominãtur. In parabolis autẽ & similitudinibꝰ potest vna res multis nominibꝰ appellari, ideo nõ est incongruũ vt dicerẽ vobis, via illa, loca illa, saxosa illa, spinosa illa Christiani mali sunt; ipsi sunt & zizania. Nõne agnus Christus? Nónne & leo Christus? Inter feras & pecora, qui agnus agnus, qui leo leo: vtrũque Christus. Illa singula per proprietatẽ: ista vtrunq; per similitudinẽ multũ à se res distãtes, vocentur vno nomine. Quid enim tam distat ab inuicem, quã Christus & diabolus? Tamen leo & Christus est appellatus, & diabolꝰ. Christus leo, Vicit leo de tribu Iuda. Diabolꝰ leo: Apoc. 5. 1.Pet.5.
Nescitis quia aduersarius vester diabolus circuit, quærens quẽ deuoret? Ergo & ille leo & ille leo. Ille leo, ꝓpter fortitudinẽ: ille leo propter feritatẽ. Ille leo advincendũ: ille leo ad nocendũ. Ipse coluber diabolus est, serpens antiquus. Nunquid iussi sumus diabolum imitari, quando nobis dixit pastor noster, Estote simplices Matth.10.
vt colũbæ, astuti vt serpentes? ERGO heri allocutus CAP. III.
sum viã, allocutus sum loca saxosa, allocutus sum loca spinosa: & dixi, Mutamini cũ potestis, dura corda versate, de agro lapides proiicite, de agro spinas euellite. Nolite habere durũ cor: vnde citò verbũ Dei pereat. Nolite habere tenuẽ terrã, vbi radix charitatis alta nõ fedeat. Nolite curis & cupiditatibus sęcularibus offocare bonũ semen, quod vobis spargitur laboribus nostris. Etenim Dominus seminat: sed nos operarij eius sumus. Sed estote terra bona. Heri diximus, & hodie omnibus dicimus: ferat alius cẽtenũ, alius sexagenũ, alius trigenũ. In alio maior, in alio minor est fructus: sed C omnes ad horreũ pertinebũt. Heri ista diximus, hodie zizania alloquor: sed ipsi sunt oues zizania. O Christiani mali, ô qui implẽdo premitis ecclesiã malè viuẽdo: corrigite vos antequã messis adueniat. Nõ dicatis, peccaui, & quid accidit mihi? Nõ perdidit Deus potentiã: sed à te exigit pœnitentiam. Hoc dico malis, & tamen Christianis; hoc dico zizaniis. In agro enim sunt: & fieri potest, vt qui hodie sunt zizania, cras sint frumentũ. Ideo & triticum alloquor.

O vos Christiani qui bene viuitis, pauci inter multos suspiratis, pauci inter plurimos gemitis. Transiet hyems, veniet æstas: ecce aderit messis. Veniunt angeli, qui possunt separare, & nesciunt errare. Nos in hoc tempore, similes sumus seruis illis, de quibus dictũ est, Vis imus & colligimus ea? Volebamus enim, si fieri possit, nullum malum remanere inter bonos. Sed dictum est nobis: Sinite vtraque crescere vsque ad mes- D sem. Quare? Tales enim estis, vt falli possitis. Denique audi: Ne fortè dum vultis eradicare zizania, eradicetis simul & triticum. Quid boni facitis? Nónne messem Noxia diligentia.
meam vestra diligentia vastabitis? Venient messores, & exposuit qui sunt messores: Messores autem angeli sunt. Nos homines sumus, angeli messores sunt. Erimus quidem & nos, si cursum perfecerimus, æquales angelis Dei: sed modò quando stomachamur contra malos, adhuc homines sumus. Et nos modò audire debemus, quia qui se putat stare, caueat ne cadat. Putatis 1.Cor.10.
enim, fratres mei, quia ista zizania non ascendant aptidas? Putatis quia deorsum sunt, & sursum non sunt? Vtinam hoc non simus. Mihi autem minimum est, vt 1 Cor.4.
à vobis iudicer. Dico sanè charitati vestræ, & in aptidis sunt frumenta, sunt zizania, & in populis sunt frumenta, sunt zizania. Boni tolerent malos: mali mutentur, & imitentur bonos: Omnes, si fieri potest, ad Deũ

pertineamus: omnes malitiam seculi huius in illius misericordia euadamus. Quæramus dies bonos, quia in diebus malis sumus. Sed in diebus malis non blaphememus, vt ad dies bonos peruenire possimus.

SERMO XLVII.

SERMO D. AVGVSTINI *de capite Euangelij, vbi ait Iesus, Si quis vult me sequi, abneget semetipsum, & tollat crucem suam: & Qui diligit mundum, non est dilectio patris in eo.*

CAP. I. Mar. 8.

VRVM videtur & graue quod Dñs imperauit: vt si quis eũ vult sequi, abneget seipsum. Sed non est durum nec graue quod ille imperat, qui adiuuat vt fiat quod imperat. Nam & illud verum est quod ei dicitur in Psalmo, Propter verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias duras. Et illud verũ est quod ipse dixit: Iugũ meũ lene est, & onus meũ leue est. Quicquid enim durũ est in præceptis, vt sit lene, charitas facit. Nouimus quanta ipse amor facit. Plerũque etiã ipse amor reprobus atque lasciuus est. Quanta homines dura perpessi sunt, quanta indigna & intolerabilia pertulerũt, vt peruenirent ad id quod amauerunt: siue sit amator pecuniæ, qui vocatur auarus: siue sit honoris amator, qui vocatur ambitiosus: siue sit corporũ pulchrorũ amator, qui vocatur lasciuus. Et quis posset enumerare omnes amores? Cõsiderate tamen, quantũ laborent oẽs amatores: nec sentiunt quòd laborant. Et tunc ab eis plus laboratur, quando à labore quisq; prohibetur. Cũ ergo tales sint homines plures, quales sunt amores, nihilq; aliud curæ esse debeat quomodo viuatur nisi vt quod amandũ est eligatur: quid miratis, si ille qui diligit Christũ, & qui vult sequi Christum, amando negat seipsum? Si enim perit homo amãdo se, profectò inuenitur negãdo se.

Psal. 16. Matth. 11. Amor.

Auarus. Ambitiosus. Lasciuus.

CAP. II. Prima hominis perditio, amor sui. Amare se.

PRIMA hominis perditio, fuit amor sui. Si enim se non amaret, & Deũ sibi præponeret, Deo esse semper subditus vellet. Nõ autẽ cõuerteretur ad negligendam voluntatem illius, & faciendã voluntatẽ suã. Hoc est enim amare se, velle facere volũtatẽ suã. Præpone his voluntatẽ Dei, præpone melioris volũtatẽ: disce amare te, nõ amando te. Nã vt sciatis vitium esse se amare, sic Apostolus dicit, Erũt enim homines seipsos amantes. Et numquid qui amat se, fidit in se? Incipit enim deserto Deo amare se, & ad ea diligenda quæ sunt extra se, pellitur à se: vsq; adeo vt cũ dixisset idẽ Apostolus, Erũt homines seipsos amãtes, cõtinuò subiiceret amatores pecuniæ. Iã vides quia foris es. Amare te cœpisti: sta in te, si potes. Quid is foras? Nũquid pecunia diues factus es amator pecuniæ? Cœpisti diligere quod est extra te, perdidisti te. Cũ ergo pergit amor hominis etiã à seipso ad ea quæ foris sunt, incipit cũ vanis euanescere, & vires suas quodãmodo prodigus erogare. Exinanitur, effundit, inops redditur, porcos pascit: & laborãs in pastione pecorũ, aliquãdo recordatur & dicit: Quãti mercenarij patris mei panem mãducãt, & fame hic perco: Sed hoc quando dicit? quid narratum est de ipso filio qui omnia effudit in meretricibus qui habere voluit in potestate quæ bene illi apud patrẽ seruabantur: habere illa voluit in arbitrio suo: effudit ea, factus est inops. Quid de illo dicitur? Et reuersus est ad seipsum. Si reuersus est ad se, exierat à se. Quia ceciderat à se, & exierat à se, redit prius ad se, vt redeat in illo vnde ceciderat à se. Sicut enim cadẽdo à se remãsit in se: sic redeũdo ad se nõ debet remanere in se, ne iterũ excat à se. Reuersus ad semetipsum, vt non remaneret, in semetipso quid dixit? Surgã & ibo ad patrẽ meum. Ecce vnde ceciderat à se, ceciderat à patre tuo: ceciderat à se, ad ea quæ foris sunt exiit à se. Redit ad se, & pergit ad patrẽ, vbi tutissimè seruet se. Si ergo exierat à se, & a quo exierat, redeundo ad se, vt eat ad patrẽ, negat se. Quid est, negat se? Nõ præsumat de se, sentiat se hominẽ, & respiciat dictũ Propheticũ: maledictus omnis qui spẽ suã ponit in homine. Subducat se sibi, sed, nõ deorsum versus. Subducat se sibi, vt hæreat Deo. Quicquid boni habet, illi tribuat à quo factus est: quicquid mali habet, ipse sibi fecit. Deus q; in illo malũ est, non fecit: perdat quod fecit, qui inde defecit. Abneget, inquit, se, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Quò sequendus est dñs? Quò iit, nouimus: eandẽ sollennitatẽ ante dies paucissimos celebrauimus. Resurrexit enim, & ascendit in cælũ: illò sequendus est. Planè desperandũ non est, quia ipse promisit, non quia homo aliquid potest. Longè à nobis erat cælũ, antequã caput nostrũ esset in cælũ. Iã quare desperemus, si mẽbra illius capitis sumꝰ? Illò ergo sequendus est. Et quis nolit eũ sequi ad talem sedẽ, maximè quia multũ timoribus & doloribus laboratur in terra? Quis nolit illò sequi Christũ, vbi summa est felicitas, summa pax, perpetua securitas? Bonũ est illò eũ sequi, sed videndũ est quà. Etenim verba ista Dñs Iesus nõ tunc dicebat, quando à mortuis iã resurrexerat. Nondũ erat passus, vẽturus erat ad crucẽ, venturus ad exhonorationẽ, ad cõtumelias, ad flagella, ad spinas, ad vulnera, ad insultationes, opprobria, mortẽ. Quasi exasperata est via: pigrũ te facit, nõ vis sequi. Sequere. Asperatũ est quod sibi fecit homo: sed cõtritũ est quod Christus redeundo calcauit. Nã quis nõ velit ire ad exaltationẽ? Omnes delectat celsitudo: sed humilitas gradus est. Quid tendis pedem vltra te? Cadere vis, nõ ascẽdere: à gradu incipe, & ascendisti. Iã gradũ humilitatis nolebãt attẽdere illi duo discipuli, qui dicebãt: nõne, iube vt vnus nostrũ in regno tuo sedeat ad dexterã tuã, & alius ad sinistrã tuã. Sublimitatẽ quærebãt, gradũ nõ videbant. Dominus autẽ ostẽdit gradum. Quid enim respõdit? Potestis bibere calicẽ quem ego bibitur⁹ sũ? Qui quæritis apicẽ sublimitatis, potest s bibere calicẽ humilitatis? Ideo non vtrunq; ait, abneget seipsum, & sequatur me: sed addidit, Tollat crucem suã, & sequatur me. QVID est, Tollat crucem suã? Ferat quicquid molestũ est: sic me sequatur. Cùm enim cœperit me moribus & præceptis meis sequi, multos habebit contradictores, multos habebit prohibitores, multos habebit dissuasores, & hoc de ipsis quasi comitibus Christi. Cũ Christo ambulabant, qui cæcos clamare prohibebant. Siue ergo minas, siue blãdimẽta, siue quælibet prohibitiones, si sequi vis, in crucem verte: tolera, porta, noli succumbere. Videntur his verbis Domini exhortata martyria. Si persecutio est, nõne pro Christo debent cuncta contemni? Amatur mundus: sed præponatur à quo factus est mundus. Magnus est mundus: sed maior est à quo factus est mundus. Pulcher est mundus: sed pulchrior est à quo factus est mundus. Blandus est mundus: sed suauior est à quo factus est mundus. Malus est mundus: sed bonus à quo factus est mundus. Quomodo potero absoluere & explicare quod dixi? Adiuuet Deus. Quid enim dixi? Quid laudastis? Ecce quæstio est, & tamen iam laudastis. Quomodo malus est mundus, si bonus est à quo factus est mundus: Nõne fecit Deus omnia, Et ecce bona valde? Nõne per singula testatur Scriptura, quòd bona fecerit Deus, dicendo, Et vidit Deus quia bonũ est? Et vniuersã ita in fine conclusit quemadmodum fecit Deus omnia: Et ecce bona valde.

Matt. 20. & Mar. 10.

CAPVT III. Ferre crucem.

QVOMODO ergo malus est mundus, & bonus est à quo factus est mundus? Quomodo? Quoniam mundus per eũ factus est, & mundus eum non cognouit. Mundus per eũ factus est, cælũ & terra, & omnia quæ in eis sunt: mundus eum nõ cognouit, amatores mũdi.

Hier. 17.

CAP. I. Ecclé. 7.

CAP. V. Mundus bonus & malus. Ioan. 1.

Amato-

Amatores mundi, & contemptores Dei: iste mundus eum non cognouit. Sic ergo malus est mundus: quia mali sunt qui Deo præferunt mundũ. Et bonus est qui fecit mundũ, cælũ & terram, & mare; & ipsos qui amãt mundũ. Solũ enim quòd amant mundũ, & nõ amant Deũ, in illis nõ ipse fecit. Ipsos autẽ quod ad naturam pertinet, ipse fecit: quod ad culpam pertinet, non ipse fecit. Hoc est quod paulo antè dixi, delear homo quod fecit: & placebit ei qui eũ fecit. Nã est & mũdus bonus in ipsis hominibus: sed ex malo factus. Totũ enim mundũ, si homines ponas mundum, excepto quòd dicimus mundũ, cælũ & terrã: & omnia quæ in eis sunt: si homines dicas mundũ, totũ mũdum malũ fecit, qui primò peccauit. Omnis massa in radice vitiata est.

BONVM hominem fecit Deus: sic habet Scriptura, Fecit Deꝰ hominẽ rectũ: & ipsi homines adinuenerũt cogitationes multas. A multis curre ad vnũ, dispersa collige in vnũ: constue, munitus esto, mane apud vnũ: noli ire in multa. Ibi est beatitũdo. Sed diffluximus, in perditionẽ perreximus, oẽs cũ peccato nati sumus, & ad id quod nati sumus, malè viuendo & nos addidimus, & totus mundus factus est malus. Christus autẽ venit, & elegit quod fecit, nõ quod inuenit: nã omnes malos inuenit, & gratia sua bonos fecit. Et factus est alter mũdus: & mundum persequitur mundus. Quis est mũdus qui persequitur: de quo nobis dicitur, Nolite diligere mũdũ, & ea quæ in mundo sunt. Quisquis dilexerit mundum, nõ est charitas patris in illo. Quia omnia quæ in mundo sunt, cõcupiscẽtia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & ambitio seculi, quæ nõ est à patre, sed ex mundo est. Et mundus trãsit, & concupiscentia eius. Qui autem perficit voluntatẽ Dei, manet in æternũ, sicut & Deus manet in æternum. Ecce ambos mũdos dixi: & persequentẽ, & quem persequitur. Quis est mundus persequens? Omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis, & cõcupiscentia oculorũ, & ambitio seculi: quæ non est à patre, sed ex mũdo est, & mundus transit. Ecce iste est mundus persequens.

Mundus persequẽs. 1. Ioan. 2.

CAP. VII. Mundus perpetiẽs.

QVIS est mũdus quẽ persequitur? Quisquis fecerit voluntatẽ Dei, manet in æternũ, sicut & Deus manet in ęternũ. Sed ecce, ille qui persequitur, mundus vocatur: probemus, si & ille, qui persecutionẽ patitur, mundus vocatur. An verò surdus es aduersus vocẽ Christi dicentis, vel potius Scripturæ sanctæ attestantis: Deus erat in Christo mũdũ recõciliãs sibi? Si odit vos mũdꝰ, ait, scitote quia me prius odio habuit. Ecce odit mũdꝰ. Quẽ, nisi mundũ? Quem mundũ? Deus erat in Christo mundũ reconciliãs sibi. Persequitur mundus dãnatus: persecutionẽ patitur mundus recõciliatus. Mũdus dãnatus, quicquid præter ecclesiã: mundus recõciliatus ecclesia. Non enim venit filius hominis, ait, vt iudicet mundũ: sed vt saluetur mundus per ipsum. Sed in hoc mundo sancto, bono, recõciliato, saluato, imò saluando, nũc autẽ spe saluato: Spe enim salui facti sumus: in hoc ergo mundo, hoc est ecclesia, quæ tota sequitur Christũ, vniuersaliter dixit, Qui vult me sequi, abneget semẽtipsum. Nõ enim hoc virgines debẽt audire, & maritatæ nõ debẽt: aut viduæ debent, & nuptæ non debent: aut monachi debẽt, & cõiugati non debẽt: aut clerici debẽt, & laici nõ debẽt: sed vniuersa ecclesia, vniuersum corpus, cũcta mẽbra per officia propria distincta, & distributa, sequantur Christũ. Tota sequatur ipsa vnica, sequatur colũba, sequatur spõsa, sequatur redẽpta & dotata sanguine spõsi. Habet ibi locum suũ integritas virginalis: habet ibi locũ suũ cõtinentia vidualis: habet ibi locũ suũ pudicitia cõiugalis. Nõ ibi habet locũ suũ adulteriũ: nõ ibi habet locũ suũ illicita & punienda lasciuia. Ista autẽ mẽbra quæ ibi locũ suũ habent in genere suo, & in loco suo, & in suo modo: sequantur Christum, abnegent se, id est non præsumant de se. Tollant crucẽ suam, id est, tolerẽt in mundo pro Christo, quicquid intulerit mundus. Ament eũ, quia verũ est quod promittit. SED quia nõ modò dat, titubat fides. Dura, perseuera, tolera, porta dilationẽ, & tulisti crucẽ. Nõ dicat virgo, Sola ibi ero: non enim sola ibi erit Maria, sed erit ibi & Anna vidua. Nõ dicat vidua, Virgo ibi erit, nõ ego: non enim erit ibi Anna, & nõ ibi erit Susanna. Sed planè inde se probẽt qui ibi futuri sũt: vt qui habẽt hic inferiorẽ locũ, nõ inuideãt, sed diligãt in aliis meliorẽ locũ. Etenim, vtrbi gratia, fratres mei, vt aduertatis: cõiugalem vitã quisq; elegit, continentẽ vitã quisq; elegit. Si ille qui elegit vitã cõiugalem, concupiuerit adulteria, retrò respexit; illud cõcupiuit, quod illicitũ est. Qui verò à continentia ad nuptias postea redire voluerit, retrò respexit. Licitum elegit, & retrò respexit. Ergo damnandæ sunt nuptiæ? Non. Nõ sunt dãnãdæ nuptiæ. Sed ille qui eas elegit, quò accesserat vide. Iã antè ierat. Quando viuebat lasciuè adolescens, nuptiæ ante illum erant: ad eas se tendebat. Cũ verò elegit cõtinentiã, nuptiæ post illũ sunt. Memores estote, ait Dñs, vxoris Lot. Vxor Lot retrò respiciendo remãsit. Quisquis ergo potuit peruenire, inde timeat retrospicere: & ambulet in via, sequatur Christũ. Quæ retrò oblitus, in ea quæ antè sunt extentus: secundũ intentionẽ intus sequatur ad palmã vocationis Dei in Christo Iesu. Coniugati præponant sibi innuptos: fateantur eos esse meliores. In eis diligant quod ipsi nõ habent: & in illis Christum ament.

Omnibus iussum est vt se abnegent.

CAPVT VIII. Crucẽ tollere quid.

Ioan. 15.

Ioan. 3.

Rom. 8.

Tractatus D. AVRELII AVGVSTINI *episcopi Hipponensis, in orationem Dominicam.*

SERMO XLVIII.

Fortè huc pertinet quod Possidius scribit sub finem Indiculi, *De oratione Dominica.*

CAP. I.

BEATVS Apostolus tẽpora ista, quando futurum erat, vt omnes Gentes in Deũ crederẽt prænũciata fuisse à Prophetis ostẽdens, hoc testimoniũ posuit q; scriptũ est: Et erit, omnis qui inuocauerit nomen Dñi, saluus erit. Antea enim apud solos Israẽlitas inuocabatur nomẽ Dñi, qui fecit cælũ & terrã; cæteræ Gentes idola muta & surda inuocabãt, à quibus nõ audiebãtur: aut dæmones, à quibus malo suo audiebãtur. At vbi venit plenitudo tẽporis, impletur quod dictũ est: Et erit, omnis qui inuocauerit nomen Dñi, saluus erit. Deinde quia inuidebãt ipsi Iudæi Gentibus Euãgeliũ, etiã illi qui crediderũt in Christũ, & dicebant, nõ debere annunciari Euangeliũ Christi eis qui circumcisi non essent, quia contra istos posuit hoc testimoniũ apostolus Paulꝰ, Et erit, omnis qui inuocauerit nomẽ Dñi, saluus erit: subiũxit statim ad illos cõuincendos qui nolebãt euãgelizari Gentibus, & ait: Quomodo autẽ inuocabunt, in quẽ nõ crediderũt? aut quomodo credẽt, quẽ nõ audierũt? Quomodo autẽ audiẽt, si nõ mittantur? Quia ergo dixit, quomodo inuocabũt, in quem non crediderũt: ideo nõ accepistis prius Orationẽ, & postea Symbolũ: sed prius Symbolum, vbi sciretis quid crederetis, & postea Orationem, vbi nosset is quẽ inuocaretis. Symbolum ergo pertinet ad fidẽ, oratio ad precẽ: quia qui credit, ipse exauditur inuocãs. MVLTI autẽ petũt quod petere nõ debẽt, ignorantes quid eis expediat. Duo ergo qui inuocat, cauere debet: ne petat quod non debet, & ne ab illo petat, à quo non debet. A diabalo, ab idolis, à dæmonibus non est petendũ aliquid: à Dño Deo nostro Iesu Christo Deo patre Prophetarum, Apostolorũ & martyrum, à patre Dñi nostri Iesu Christi, à Deo qui fecit cælũ & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, ab illo peten-

Rom. 10.

Oratio. Symbolũ.

CAP. II. Duo cauẽda inuocãti.

petendum est, si quid petendũ est. Sed cauendũ est, ne & ab illo petatur quod petere non debemus. Vitã humanã quia petere debemus, si petas ab idolis surdis & mutis: quid tibi prodest? Itẽ à Deo patre, qui est in cælis, si optas mortẽ inimicorũ tuorũ, quid tibi prodest? Nõ legisti vel audisti, in Psalmo, in quo prædictus est dãnabilis traditor Iudas, quomodo Propheta dixit de illo, Oratio eius fiat in peccatũ? Si ergo surgis, & oras mala inimicis tuis, oratio tua fiet in peccatũ. In Prophetis sanctis legisti, veluti multa imprecari mala inimicis suis, cũ qui loquitur in prophetis. ET vtique ait aliquis, qui loquitur in Prophetis, iustus est: quare tã mala optat inimicis suis? Nõ optat, sed præuidet: prophetia est prænũciantis, nõ votũ maledicẽtis. In spiritu enim illi nouerant quibus habebat euenire malẽ, quibus bene: & per prophetiã dicebãt, tanquã optarent q̃ præuidebãt. Tu autẽ vnde scis, meliorne te futurus sit, cui hodie malè petis? Sed scio illũ malignũ, dicis. Et te scis malignũ. Quamuis fortè audeas & de corde alterius iudicare quod nescis: sed & te scis malignũ. Nõ audis Apostolũ dicentẽ, Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiã consecutus sũ, quia ignorans feci in incredulitate? Quãdo Apostolus Paulus persequebatur Christianos, ligans vbi inueniebat, & puniendos ad sacerdotes attrahebat: quid putatis fratres, Ecclesia cõtra illũ orabat; an pro illo? Vtique Ecclesia dei, quæ didicerat à Dño suo, qui pendẽs in cruce dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt: talia precabatur pro Paulo, imò adhuc pro Saulo, vt hoc in illo fieret, quod & factũ est. Nãque dicit: Eramautẽ ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ sunt in Christo: tantũ autẽ dicebãt, quia ille qui nos aliquãdo persequebatur, nũc euãgelizat fidẽ, aliquãdo vastabat, & in me magnificabãt Deũ. Quare magnificabant Deũ, nisi quia antequã esset factũ, rogabant Deũ? Dñs ergo primò amputauit multiloquiũ, ne multa verba afferas ad Deũ, quasi velis multis verbis docere Deũ. Quando ergo rogas, pietate opus est, non verbositate. Scit enim pater vester quid vobis necessariũ sit, priusquam petatis ab eo. Nolite ergo multũ loqui: quia nouit Deus quid vobis necessariũ sit. Sed ne forte hic dicat aliquis: Si nouit quid sit nobis necessariũ, vt quid vel pauca etiam verba dicimus? Vt quid oramus? Ipse scit: det Deus quod nobis necessariũ scit. Sed ideo voluit vt ores, vt desideranti det, ne vilescat quod dederit: quia & ipsum desideriũ ipse insinuauit. VERBA ergo quæ Dñs noster Iesus Christus in Oratione docuit, forma est desideriorũ. Nõ tibi licet petere aliud, quã quod ibi scriptũ est. Vos ergo, inquit, dicite: *Pater noster qui es in cælis.* Vbi vos videtis? Deũ patrẽ habere cœpistis: sed habebitis, cũ nati fueritis: quãquã & modo antequã nascamini, illi fœmine cõcepti estis tãquã vtero Ecclesiæ in fonte pariẽtis. Pater noster, qui es in cælis. Memẽtote, vos patrẽ habere in cælis: mementote vos de patre Adam natos in mortẽ: de patre Deo regenerãdos ad vitã. Quæ dicitis, & in cordibus vestris dicite. Sit orantis affectus, & erit exaudientis affectus. *Sanctificetur nomen tuũ.* Quid rogas vt sanctificetur nomẽ Dei, quod iam sanctũ est? Deinde cùm rogas vt sanctificetur nomẽ ipsius, nunc quasi pro illo illũ rogas nõ p̃ te. Intellige, & p̃ te rogas. Hoc enim rogas, vt quod semper sanctũ est in se, sanctificetur in te. Quid est Sanctificetur? Sanctũ habeatur, nõ cõtemnatur. Ergo vides, quia cũ optas, tibi bonum optas. Tibi enim malum est, si contempseris nomen Dei, non Deo. VENIAT *regnum tuum.* Cui dicimus? Et si non petamus, non erit venturum regnum Dei? De illo enim regno dicitur, quod erit post finem seculi. Nam regnum semper habet Deus: & nunquam est sine regno, cui seruit vniuersa creatura. Sed quod regnũ optas? De quo scriptũ est in Euãgelio: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratũ est ab initio seculi. Ecce de quo dicitis, Veniat regnũ tuũ. Vt in nobis veniat, optamus, vt in illo inueniamur, optamus. Nam ecce venit. Sed quid tibi prodest, si ad sinistrã te inuenier? Ergo & hic bene tibi optas, pro te oras. Hoc desideras, hoc cupis orando, vt sic viuas, vt ad regnũ Dei, quod est dandum omnibus sanctis, pertineas. Ergo, vt bene viuas, tibi oras, cũ dicis, Veniat regnũ tuũ. Pertineamus ad regnũ tuũ: veniat & nobis quod venturũ est sanctis & iustis tuis. FIAT *voluntas tua.* Si non illud tu dicas, non faciet Deus voluntatẽ suam? Memento quod in Symbolo † credidisti, Credo in Deũ patrẽ omnipotentem. Si omnipotẽs est, cur oras vt fiat volũtas eius? Quid est ergo, Fiat voluntas tua? Fiat in me, vt nõ resistam volũtati tuæ. Ergo & hic pro te oras, & non pro Deo. Fiet enim voluntas Dei in te, & si non fiat à te. Nã & quib̃ dicturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ est ab origine mundi, fiet in illis volũtas Dei, vt iusti & sancti accipiant regnũ: & quibus dicturus est, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius, fiet in eis voluntas Dei, vt mali dãnentur in ignẽ sempiternũ. Aliud est, vt fiat in te. Vt ergo fiat in te, nõ sine causã oras: nisi vt bene sit tibi. Siue ergo bene sit tibi, siue malè, fiet in te: sed fiat & à te. Quare ergo dico, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: & non dico, Fiat voluntas tua à cælo & à terra? Quia quod fit à te, ipse facit in te: nunquã fit à te, quod non faciat ipse in te. Sed aliquando facit in te, quod nõ fit à te: nunquã aliquid fit à te, si nõ facit in te. Quid est autem, In cælo & in terra: vel, Sicut in cælo, ita & in terra? Faciunt angeli volũtatem tuã, faciamus & nos. *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* Mens cælum est, caro terra est. Quando dicis, si tamen dicis, quod ait Apostolus, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati: fit volũtas Dei in cælo, sed nondum in terra. Cùm verò caro menti consenserit, & absorpta fuerit mors in victoriã, vt nullã desideria carnalia remanẽãt cum quibus mens cõligat, cùm transierit rixa in terra, cũ transierit bellum cordis, cũ transierit quod dictum est, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis: cùm ergo hoc bellum transierit, omnisq̃ concupiscentia in charitatem fuerit commutata, nihil in corpore remanebit quod spiritui resistat, nihil quod dometur, nihil quod frenetur, nihil quod calcetur, sed totũ per concordiam pergat ad iustitiam. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Perfectionem optamus quando hoc oramus. Item, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. In Ecclesia, spiritales sunt cælũ, carnales sunt terra. Fiat ergo voluntas tua sicut in cælo, & in terra: vt quomodo tibi seruiunt spirituales, sic tibi mutati in melius seruiant & carnales. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Est & alius sensus pius valde. Moniti enim sumus orare pro inimicis nostris. Ecclesia, cælũ est, inimici Ecclesiæ, terra sunt. Quid est ergo, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra? Credant inimici nostri, quomodo & nos in te credimus, fiant amici, finiant inimicitias. Terra sũt, ideo nobis aduersantur. Cælum fiant, & nobiscum erunt. PANEM *nostrum quotidianum da nobis hodie.* Et hinc etiam manifestum est, quòd pro nobis oramus. Quando dicis, Sanctificetur nomẽ tuum, exponendũ est tibi, quia pro te oras, non pro Deo. Quando dicis, Fiat voluntas tua: & hic exponendum est tibi, ne putes quod Deo bene optas, vt fiat voluntas ipsius, & non

Psal. 108.

Cap. III.

2. Tim. 1.

Luc. 23.

Gal. 1.

Matth. 6.

Cap. IIII.

Cap. V.

Matth. 25.

Ibidem.

Rom. 7.

Gal. 5.

Cap. VI.

& non potius pro te oras. Quando dicis, Veniat regnũ: & hoc exponendũ est, ne putes quia Deo bene optas, vt regnet. Ab isto autẽ loco deinceps vsq̃ in finẽ Orationis, apparet, quia pro nobis rogamus Deũ. Quando dicis, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie, profiteris te mẽdicũ Dei. Sed noli erubescere, quantumlibet quis sit diues in terra, mendicus Dei est. Stat mẽdicus ante domũ diuitis: sed & ipse diues stat ante domũ magni diuitis. Petitur ab illo, & petit. Si non egeret, aures Dei oratione non pulsaret. Et quid eget diues? Audeo dicere, ipso pane quotidiano eget diues. Quare enim abundant illi omnia? Vnde, nisi quia Deus dedit? Quid habebit, si Deus subtrahat manũ suã? Nõne multi dormierũt diuites, & surrexerunt pauperes? Et quod illi nõ deest, misericordię Dei est, nõ potentiæ ipsius. Sed istũ panẽ, charissimi, quo venter impletur, quo caro quotidie reficitur, istũ ergo panẽ videtis Deũ dare non solũ laudatoribus suis, sed etiã blasphematoribus: qui facit solẽ suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Laudas, pascit te: blasphemas, pascit te. Vt pœnitentiã agas, expectat te; sed si te non mutaueris, damnat te. Quia ergo panẽ istũ accipiunt à Deo boni & mali, putas nõ est aliquis alter panis quẽ petunt filij, de quo dicebat Dñs in Euangelio, Nõ est bonum, tollere panẽ filiorũ, & mittere canibus? Est planè. Quis est iste panis? & quare dicitur quotidianus & iste? Necessarius est enim: sine illo viuere nõ possumus. Impudentia est, vt à Deo petas diuitias: nõ est impudentia, vt petas panẽ quotidianũ. † Aliud est vnde superbias, † aliud vnde viuas. Tamen quia iste panis visibilis & tractabilis datur bonis & malis, est panis quotidianus, quẽ petunt filij. Ipse est sermo Dei, qui nobis quotidie erogatur. Panis noster quotidianus est: inde viuunt nõ ventres, sed mentes. Necessarius est nobis etiã nunc operariis in vinea: cibus est, nõ merces. Operatio enim duas res debet, qui illũ cõducit ad vineã, cibũ, ne deficiat, & mercedẽ, vnde gaudeat. Cibus noster est quotidianus in hac terra, sermo Dei, qui semper erogatur ecclesiis: merces nostra post laborẽ, vita æterna nominatur. Iterũ in isto pane quotidiano si intelligas quod fideles accipiunt, q̃ accepturi estis baptizati, bene rogamus, & dicimus, Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie: vt sic viuamus, ne ab illo altari separemur.

Omnes sumus mendici Dei.

Matth. 5.

al. respiciſti.

Matth. 15.

al. Aliud. al. aliud.

Panis quotidianus.

CAP. VII. ET *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Et ista petitio nõ est exponenda: quia pro nobis petimus. Nobis enim debita dimitti postulamus: debitores enim sumus, nõ pecuniarum, sed peccatorũ. Dicitis modò fortè & vos: respõdemus & nos. Et vos Episcopi sancti, debitores estis? Et nos debitores sumus, sicut & vos. Absit, domine, noli tibi facere iniuriam. Non iniuriã mihi facio, sed verũ dico: debitores sumus. Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Et baptizati sumus, & debitores sumus. Nõ quia aliquid remansit, quod in baptismo dimissũ non fuerit: sed quia viuendo cõtrahimus quod quotidie dimittatur. Qui baptizantur & exeunt, sine debito ascendũt, sine debito pergũt. Qui autẽ baptizantur & tenentur in hac vita: de fragilitate mortali contrahũt aliquid, vnde & si non naufragatur, tamen oportet vt sentiatur. Quia si nõ sentiatur, paulatim ingreditur vnde tota nauis mergatur. Et ob hoc orare, sentinare est. Nec tantũ debemus orare, sed & eleemosynam facere: quia quando sentinatur, ne nauis mergatur, & vocibus agitur & manibus. Vocibus agimus, cùm dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Manibus autem agimus, cùm facimus, Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domũ tuam: include eleemosynam in corde paupertis, & ipsa pro te exorabit ad Dominum.

1. Ioan. 1.

Orare est sentinare.

Isaiæ 58.

Eccl. 29.

CAPVT VIII. DIMISSIS ergo peccatis omnibus per lauacrum regenerationis, in magnas angustias cõtrusi fueramus, si non nobis daretur quotidiana mundatio sanctę orationis. Eleemosynæ & orationes mundant peccata; tãtùm ne talia cõmittantur, vnde necesse sit nos separari à pane quotidiano, vitãtes debita, quibus debetur certa & seuera damnatio. Nolite vos iustos dicere, quasi non habeatis vnde dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Abstinentes ab idololatria, à constellationibis Mathematicorũ, à remediis incantationum: Abstinentes à deceptionibus hæreticorũ, à concisionibus schismaticorũ, abstinentes ab homicidiis, ab adulteriis & fornicationibus, à furtis, & rapinis, à falsis testimoniis: & si qua fortè alia, non dico quæ exitiales exitus habent, vnde necesse sit præcidi ab altari, & ligari in texta, vt ligetur in cælo, valde periculosè & mortiferè, nisi soluatur in terra quod soluatur in cælo: istis ergo exceptis, non deest vnde homo peccet. Quod non oportet libẽter videndo, peccat. Et quis teneat oculi velocitatẽ? quãdo quidẽ & à velocitate dicitur oculus nomẽ accepisse. Quis autẽ vel oculũ teneat? Oculi, cũ volueris, claudi possunt, & citò claudũtur: aures cũ conatu claudis; manũ leuas, peruenis ad illas: & si tibi aliquis manus teneat, patẽt: nec potes eas claudere aduersus verba maledica, impura, blandientia & decipientia. Cũ aliquid, quod nõ oportet, audieris, & si nõ feceris, nõnne aure peccas? Audis mali aliquid libenter. Lingua mortifera quanta mala cõmittit! Aliquãdo talia, quibus homo de altari separetur. Ad illã pertinet materies blasphemiarũ, & multa etiam inania dicuntur, quæ ad rẽ non pertinent. Nihil mali faciat manus: non currat pes ad aliquid mali: nõ dirigatur oculus in lasciuiã: nõ libenter pateat auris turpitudini: non moueatur lingua ad id quod non decet: die, Cogitationes quis tenet?

Cap. VIII.

Mortifera lingua.

FRATRES mei, plerunque oramus, & aliunde cogitamus, quasi obliti ante quẽ stemus, aut ante quem proni iaceamus. Ista omnia si colligantur contra nos, nõ ideo non premunt, quia minuta sunt? Quid interest, vtrũ te plũbũ premat, an arenã? Plumbũ vna massa est, arena minuta grana sunt, sed copia te premunt. Minuta sunt peccata. Non vides de guttis minutis flumina impleri, & fundos trahi? Minuta sunt, sed multa sunt. Quotidie ergo dicam̃, & corde vero dicamus, & quod dicimus faciamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Sponsionẽ facimus cũ Deo: pactum & placitum. Hoc tibi dicit Dominus Deus tuus: Dimitte, & dimitto. Non dimisisti, tu contra te tenes, nõ ego. Sanè, charissimi filij mei, quoniam scio quid vobis expediat in oratione Dominica, & maximè in tota oratione istius sententiæ, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, audite me. Baptizãdi estis, omnia dimittite: quisque quod habet aduersus alium in corde suo, dimittat ex corde. Sic intrate, & certi estote, prorsus vobis omnia dimitti quæ contraxistis, & ex parentibus nascendo secundum Adam cum originali peccato (propter quod peccatum cum paruulis curritis ad gratiam Saluatoris) & quicquid viuẽdo addidistis dictis, factis, cogitationibus, omnia dimittuntur: & exibitis inde tanquam à conspectu Domini Dei vestri, cum securitate omnium debitorum. IAM propter illa quotidiana peccata, de quibus locutus sum, quia necessarium est vobis dicere, velut quotidiana mundatione, ista, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quid facitis? Habetis mi-

Cap. IX.

perendum est, si quiã petendũ est. Sed cauendũ est, ne & ab illo petatur quod petere non debemus. Vitã humanã quia petere debemus, si petas ab idolis surdis & mutis: quid tibi prodest? Itẽ à Deo patre, qui est in cælis, si optas mortẽ inimicorũ tuorũ, quid tibi prodest? Nõ legisti vel audisti, in Psalmo, in quo prædictus est dãnabilis traditor Iudas, quomodo Propheta dixit de illo, Oratio eius fiat in peccatũ? Si ergo surgis, & oras mala inimicis tuis, oratio tua fiet in peccatũ. In Prophetis sanctis legisti, veluti multa imprecari mala inimicis suis, cũ qui loquitur in prophetis. Et vtique ait aliquis, qui loquitur in Prophetis, iustus est: quare tã mala oprat inimicis suis? Nõ oprat, sed prænũciat: prophetia est prænũciantis, nõ votũ maledicẽtis. In spiritu enim illi nouerant quibus habebat euenire malẽ, quibus bene: & per prophetiã dicebãt, tanquã optarent q̃ præuidebãt. Tu autẽ vnde scis, meliorne te futurus sit, cui hodie malẽ petis? Sed scio illũ malignũ, dicis. Et te scis malignũ. Quamuis fortè audeas & de corde alterius iudicare quod nescis: sed & te scis malignũ. Nõ audis Apostolũ dicentẽ, Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiã consecutus sũ, quia ignorans feci in incredulitate? Quãdo Apostolus Paulus persequebatur Christianos, ligans vbi inueniebat, & puniendos ad sacerdotes attrahebat: quid putatis fratres, Ecclesia cõtra illũ orabat; an pro illo? Vtique Ecclesia Dei, quæ didicerat à Dño suo, qui pendẽs in cruce dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt: talia precabatur pro Paulo, imò adhuc pro Saulo, vt hoc in illo fieret, quod & factũ est. Nãque dicit: Eramautẽ ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ sunt in Christo: tantũ autẽ dicebãt, quia ille qui nos aliquãdo persequebatur, nũc euãgelizat fidẽ, aliquãdo vastabat, & in me magnificabãt Deũ. Quare magnificabant Deũ, nisi quia antequã esset factũ, rogabant Deũ? Dñs ergo primò amputauit multiloquiũ, ne multa verba afferas ad Deũ, quasi velis multis verbis docere Deũ. Quando ergo rogas, pietate opus est, non verbositate. Scit enim pater vester quid vobis necessariũ sit, priusquam petatis ab eo. Nolite ergo multũ loqui: quia nouit q̃ quid vobis necessariũ sit. Sed ne fortè hic dicat aliquis: Si nouit quid sit nobis necessariũ, vt quid vel pauca etiam verba dicimus? Vt quid oramus? Ipse scit: det Deo quod nobis necessariũ scit. Sed ideo voluit vt ores, vt desideranti det, ne vilescat quod dederit: quia & ipsum desideriũ ipse insinuauit. Verba ergo quæ Dñs noster Iesus Christus in Oratione docuit, forma est desideriorũ. Nõ tibi licet petere aliud, quã quod ibi scriptũ est. Vos ergo, inquit, dicite: *Pater noster qui es in cælis.* Vbi vos videtis? Deũ patrẽ habere cœpistis: sed habebitis, cũ nati fueritis: quãquã & modò antequã nascamini, illi q̃ semine cõcepti estis tãquã vtero Ecclesiæ in fõte pariẽtis. Pater noster, qui es in cælis. Memẽtote, vos patrẽ habere in cælis: mementote vos de patre Adam natos in mortẽ: de patre Deo regenerãdos ad vitã. Quę dicitis, & in cordibus vestris dicite. Sit orantis affectus, & erit exaudientis affectus. *Sãctificetur nomen tuũ.* Quid rogas vt sanctificetur nomẽ Dei, quod iam sanctũ est? Deinde cùm rogas vt sanctificetur nomẽ ipsius, nunc quasi pro illo illũ rogas nõ p̃ te. Intellige, & p̃ te rogas. Hoc enim rogas, vt quod semper sanctũ est in se, sanctificetur in te. Quid est Sanctificetur? Sanctũ habeatur, nõ cõtemnatur. Ergo vides, quia cũ optas, tibi bonum optas. Tibi enim malum est, si contempseris nomen Dei, non Deo. Veniat *regnum tuum.* Cui dicimus? Et si non petamus, non est venturum regnum Dei? De illo enim regno dicitur, quod erit post finem sæculi. Nam regnum semper habet Deus: & nunquam est sine regno, cui seruit vniuersa creatura. Sed quod regnũ optas? De quo scriptũ est in Euãgelio: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratũ est ab initio sæculi. Ecce de quo dicimus, Veniat regnũ tuũ. Vt in nobis veniat, optamus, vt in illo inueniamur, optamus. Nam ecce veniet. Sed quid tibi prodest, si ad sinistrã te inuenier? Ergo & hic bene tibi optas, pro te oras. Hoc desideras, hoc cupis orando, vt sic viuas, vt ad regnũ Dei, quod est dandum omnibus sanctis, pertineas. Ergo, vt bene viuas, tibi oras, cũ dicis, Veniat regnũ tuũ. Pertineamus ad regnũ tuũ: veniat & nobis quod venturũ est sanctis & iustis tuis. Fiat *voluntas tua.* Si non illud tu dicas, non faciet Deus voluntatẽ suam? Memento quod in Symbolo † credidisti, Credo in Deũ patrẽ omnipotentem. Si omnipotẽs est, cur oras vt fiat volũtas eius? Quid est ergo, Fiat voluntas tua? Fiat in me, vt nõ resistam volũtati tuæ. Ergo & hic pro te oras, & non pro Deo. Fiet enim voluntas Dei in te, & si non fiat à te. Nã & quib̃ dicturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ est ab origine mundi, fiet in illis volũtas Dei, vt iusti & sancti accipiant regnũ: & quibus dicturus est, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius, fiet in eis voluntas Dei, vt mali dãnentur in ignẽ sempiternũ. Aliud est, vt fiat in te. Vt ergo fiat in te, nõ sine causa oras: nisi vt bene sit tibi. Siue ergo bene sit tibi, siue malè, fiet in te: sed fiat & à te. Quare ergo dico, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: & non dico, Fiat voluntas tua à cælo & à terra? Quia quod fit à te, ipse facit in te: nunquã fit à te, quod non faciat ipse in te. Sed aliquando facit in te, quod nõ fit à te: nunquã aliquid fit à te, si nõ facit in te. Quid est autem, In cælo & in terra: vel, Sicut in cælo, ita & in terra? Faciunt angeli volũtatem tuã, faciamus & nos. *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* Mens cælum est, caro terra est: Quando dicis, si tamen dicis, quod ait Apostolus, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati: fit volũtas Dei in cælo, sed nondum in terra. Cùm verò caro menti consenserit, & absorpta fuerit mors in victoriã, vt nulla desideria carnalia remaneãt cum quibus mens cõfligat, cùm transierit rixa in terra, cũ transierit bellum cordis, cũ transierit quod dictum est, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis: cùm ergo hoc bellum transierit, omnisque concupiscentia in charitatem fuerit commutata, nihil in corpore remanebit quod spiritui resistat, nihil quod donetur, nihil quod frenetur, nihil quod calcetur, sed totũ per concordiam pergat ad iustitiam. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Perfectionem optamus quando hoc oramus. Item, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. In Ecclesia, spiritales sunt cælũ, carnales sunt terra. Fiat ergo voluntas tua sicut in cælo, & in terra: vt quomodo tibi seruiunt spiritales, sic tibi mutati in melius seruiant & carnales. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Est & alius sensus pius valde. Moniti enim sumus orare pro inimicis nostris. Ecclesia, cælũ est, inimici Ecclesiæ, terra sunt. Quid est ergo, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra? Credant inimici nostri, quomodo & nos in te credimus, fiant amici, finiant inimicitias. Terra sũt, ideo nobis aduersantur. Cælum fiant, & nobiscum erunt. Panem *nostrum quotidianum da nobis hodie.* Et hinc etiam manifestum est, quòd pro nobis oramus. Quando dicis, Sanctificetur nomẽ tuum, exponendũ est tibi, quia pro te oras, non pro Deo. Quando dicis, Fiat voluntas tua: & hic exponendum est tibi, ne putes quòd Deo bene optas, vt fiat voluntas ipsius, & non

Psal. 108.

Cap. III.

Cap. V.

Luc. 23.

Gal. 1.

Matth. 6.

Cap. IIII.

Matth. 25.

Ibidem.

Rom. 7.

Gal. 5.

Cap. VI.

& non potius pro te oras. Quando dicis, Veniat regnũ: & hoc exponendũ est, ne putes quia Deo bene optas, vt regnet. Ab isto autẽ loco deinceps vsq; in finẽ Orationis, apparet, quia pro nobis rogamus Deũ. Quando dicis, Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie, profiteris te mẽdicũ Dei. Sed noli erubescere, quantumlibet quis sit diues in terra, mendicus Dei est. Stat mẽdicus ante domũ diuitis: sed & ipse diues stat ante domũ magni diuitis. Petitur ab illo, & petit. Si non egeret, aures Dei oratione non pulsaret. Et quid eget diues? Audeo dicere, ipso pane quotidiano eget diues. Quare enim abundant illi omnia? Vnde, nisi quia Deus dedit? Quid habebit, si Deus subtrahat manũ suã? Nõne multi dormierũt diuites, & surrexerunt pauperes? Et quod illi nõ deest, misericordię Dei est, nõ potentiæ ipsius. Sed istũ panẽ, charissimi, quo venter implcetur, quo caro quotidie reficitur, istũ ergo panẽ videtis Deũ dare non solũ laudatoribus suis, sed etiã blasphematoribus: qui facit solẽ suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Laudas, pascit te: blasphemas, pascit te. Vt pœnitentiã agas, expectat te; sed si te non mutaueris, damnat te. Quia ergo panẽ istũ accipiunt à Deo boni & mali, putas nõ est aliquis alter panis quẽ petunt filij, de quo dicebat Dñs in Euangelio, Nõ est bonum, tollere panẽ filiorũ, & mittere canibus? Est planè. Quis est iste panis? & quare dicitur quotidianus & iste? Necessarius est enim: sine illo viuere nõ possumus. Impudentia est, vt à Deo petas diuitias: nõ est impudentia, vt petas panẽ quotidianũ. † Aliud est vnde superbias, † aliud vnde viuas. Tamen quia iste panis visibilis & tractabilis datur bonis & malis, est panis quotidianus, quẽ petunt filij. Ipse est sermo Dei, qui nobis quotidie erogatur. Panis noster quotidianus est: inde viuunt nõ ventres, sed mentes. Necessarius est nobis etiã nunc operariis in vinea: cibus est, nõ merces. Operatio enim duas res debet, qui illũ cõducit ad vineã, cibũ, ne deficiat, & mercedẽ, vnde gaudeat. Cibus noster est quotidianus in hac terra, sermo Dei, qui semper erogatur ecclesiis: merces nostra post laborẽ, vita æterna nominatur. Iterũ in isto pane quotidiano si intelligas quod fideles accipiunt, q̃ accepturi estis baptizati, bene rogamus, & dicimus, Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie: vt sic viuamus, ne ab illo altari separemur.

Omnes sumus mendici Dei.

Matth. 5.

al. *Aliud.*

al. *alius.*

Panis quotidianus.

Cap. VII. Et *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Et ista petitio nõ est exponenda: quia pro nobis petimus. Nobis enim debita dimitti postulamus: debitores enim sumus, nõ pecuniarum, sed peccatorũ. Dicitis modò fortè & vos: respõdemus & nos. Et vos Episcopi sancti, debitores estis? Et nos debitores sumus, sicut & vos. Absit, domine, noli tibi facere iniuriam. Non iniuriã mihi facio, sed verũ dico: debitores sumus. Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Et baptizati sumus, & debitores sumus. Nõ quia aliquid remansit, quod in baptismo dimissũ non fuerit: sed quia viuendo cõtrahimus quod quotidie dimittatur. Qui baptizantur & exeunt, sine debito ascendũt, sine debito pergũt. Qui autẽ baptizantur & tenentur in hac vita: de fragilitate mortali contrahũt aliquid, vnde & si non naufragatur, tamen oportet vt sentinetur. Quia si nõ sentinatur, paulatim ingreditur vnde tota nauis mergatur. Et ob hoc orate, sentinare est. Nec tantũ debemus orare, sed & eleemosynam facere: quia quando sentinatur, ne nauis mergatur, & vocibus agitur & manibus. Vocibus agimus, cùm dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Manibus autem agimus, cùm facimus, Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domũ tuam: include eleemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te exorabit ad Dominum.

Orare est sentinare.

1. Iohan. 1.

Isaiæ 58. Eccl. 29.

Dimissis ergo peccatis omnibus per lauacrum regenerationis, in magnas angustias cõtrusi fueramus, si non nobis daretur quotidiana mundatio sanctę orationis. Eleemosynæ & orationes mundant peccata; tãtùm ne talia cõmittantur, vnde necesse sit nos separari à pane quotidiano, vitãtes debita, quibus debetur certa & seuera damnatio. Nolite vos iustos dicere, quasi non habeatis vnde dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Abstinentes ab idololatria, à constellationibis Mathematicorũ, à remediis incantationum: Abstinentes à deceptionibus hæreticorũ, à concisionibus schismaticorũ, abstinentes ab homicidiis, ab adulteriis & fornicationibus, à furtis, & rapinis, à falsis testimoniis: & si qua fortè alia, non dico quæ exitiales exitus habent, vnde necesse sit præcidi ab altari, & ligari in terra, vt ligetur in cælo, valde periculosè & mortiferè, nisi soluatur in terra quod soluatur in cælo: istis ergo exceptis, non deest vnde homo peccet. Quod non oportet libẽter videdo, peccat. Et quis teneat oculi velocitatẽ? quãdoquidẽ & à velocitate dicitur oculus nomẽ accepisse. Quis autẽ vel oculũ teneat? Oculi, cũ volueris, claudi possunt, & citò claudũtur: aures cũ conatu claudis; manũ leuas, peruenis ad illas: & si tibi aliquis manus teneat, patẽt: nec potes eas claudere aduersus verba maledica, impura, blandientia & decipientia. Cũ aliquid, quod nõ oportet, audieris, & si nõ feceris, nõne aure peccas? Audis mali aliquid libenter. Lingua mortifera quanta mala cõmittit! Aliquãdo talia, quibus homo de altari separetur. Ad illã pertinet materies blasphemiarũ, & multa etiam inania dicuntur, quæ ad rẽ non pertinent. Nihil mali faciat manus: non currat pes ad aliquid mali: nõ dirigatur oculus in lasciuiã: nõ libenter pateat auris turpitudini: non moueatur lingua ad id quod non decet: dic, Cogitationes quis tenet?

Mortifera lingua.

Fratres mei, plerunque oramus, & aliunde cogitamus, quasi obliti ante quẽ stemus, aut ante quem proni iaceamus. Ista omnia si colligantur contra nos, nõ ideo non premunt; quia minuta sunt? Quid interest, vtrũ te plũbũ premat, an arena? Plumbũ vna massa est, arena minuta grana sunt, sed copia te premunt. Minuta sunt peccata. Non vides de guttis minutis flumina impleri, & fundos trahi? Minuta sunt, sed multa sunt. Quotidie ergo dicam̃, & corde vero dicamus, & quod dicimus faciamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Sponsionẽ facimus cũ Deo: pactum & placitum. Hoc tibi dicit Dominus Deus tuus: Dimitte, & dimitto. Non dimisisti, tu contra te tenes, nõ ego. Sanè, charissimi filij mei, quoniam scio quid vobis expediat in oratione Dominica, & maximè in tota oratione istius sententiæ, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, audite me. Baptizãdi estis, omnia dimittite: quisque quod habet aduersus alium in corde suo, dimittat ex corde. Sic intrate, & certi estote, prorsus vobis omnia dimitti quæ contraxistis, & ex parentibus nascendo secundum Adam cum originali peccato (propter quod peccatum cum paruulis curritis ad gratiam Saluatoris) & quicquid viuẽdo addidistis dictis, factis, cogitationibus, omnia dimittuntur: & exibitis inde tanquam à conspectu Domini Dei vestri, cum securitate omnium debitorum. Iam propter illa quotidiana peccata, de quibus locutus sum, quia necessarium est vobis dicere, velut quotidiana mundatione, ista, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quid facitis? Habetis inimicos,

Cap. VIII.

Cap. IX.

Cap. X.

Exhortatio ad dilectionem inimicorum.

micos. Quis enim viuat in hac terra non habens inimicum? Intēdite vobis, diligite illos. Nullo modo nocere tibi potest inimicus sæuiens, quantū tibi noces, si non diligis inimicū. Ille enim nocere potest aut villæ tuæ, aut pecori tuo, aut domui tuæ, aut seruo tuo, aut ancillæ tuæ, aut filio tuo, aut coniugi tuæ: aut, vt multum, si illi data fuerit potestas, carni tuæ? Nūquid quomodo tu animæ tuæ? Extendite vos ad istam perfectionem, charissimi; exhortor vos: Sed nunquid ego illud donaui vobis? Ille vobis donauit, cui dicitis, Fiat volūtas tua, sicut in cælo, & in terra. Tamen non vobis videatur impossibile: ego scio, ego noui, ego probaui esse homines Christianos, qui diligunt inimicos suos. Si vobis impossibile visum fuerit, nō faciatis. Primò credite, posse fieri: & orate, vt fiat in vobis voluntas Dei. Quid enim tibi prodest malū inimici tui? Si malū nullum haberet, nec inimicus tuus esset. Bonū illi opta, finiat mala, & nō erit tibi inimicus. Nō enim inimica tibi est in illo natura humana, sed culpa. Nunquid ideo tibi est inimicus, quòd habet animā & carnē? Hoc est quod tu: animā habes, animā habet: carnē habes, carnē habet. Cōsubstantialis tuus est: simili de terra facti estis: à Dño animati estis. Hoc est ille q; tu, respice fratrē tuū. Primi duo parētes nostri erāt, Adā & Eua: ille pater, illa mater. Ergo nos fratres. Omittamus originem primam: Deus pater, Ecclesia mater: ergo nos fratres. Sed inimicus meus Paganus est, Iudæus, hæreticus, & vnde iamdudū dixi, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra? O Ecclesia, inimicus tuus est Paganus, Iudęus, hæreticus: terra est. Si cælū es, inuoca patrē, qui est in cælis, & pro inimicis tuis ora: quia & Saulus inimicus erat Ecclesiæ: sic oratum est pro illo, factus est amicus. Non solū destitit esse persecutor, sed laborauit vt esset adiutor. Et si verū quæras, oratū est cōtra illū: sed cōtra eius malitiā, nō naturā. Ora & tu cōtra malitiā inimici tui: illa moriatur, & ille viuat. Si enim mortuus fuerit inimicus tuus, quamuis inimicū euasisti, non tamē amicū inuenisti. Si autē mortua fuerit malitia eius: & inimicū amisisti, & amicū inuenisti. ADHVC dicis: Quis illud potest: quis illud fecit? Deus illud faciat in cordibus vestris. Et ego scio, pauci illud faciūt, magni sunt qui faciunt, spiritales sunt qui faciūt. Nūquid tales sunt omnes in Ecclesia fideles ad altare accedentes, corpus & sanguinē Christi sumentes? nunquid omnes tales sunt? Et tamen omnes dicunt, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Si respondeat illis Deus: Quid à me petitis vt faciā q; promisi, quādo vos nō facitis quod præcepi? Quid promisi? Dimittere debita vestra. Quid præcepi? Vt & vos dimittatis debitoribus vestris. Quomodo potestis hoc facere, si non diligitis inimicos? Quid ergo facturi sumus, fratres? AD tantā paucitatē redigitur grex Christi? Si soli illi debēt dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, qui diligūt inimicos; nescio quid dicā, nescio quid faciā. Dicturus vobis sum, Si non diligitis inimicos vestros nolite orare? Nō audeo: imò vt diligatis, orate. Sed nunquid vobis dicturus sum, Si nō diligitis inimicos vestros, nolite in oratione Dominica dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Puta quia dico, Nolite dicere. Si nō dixeritis, non dimittūtur: si dixeritis, & nō feceritis, nō dimittūtur. Ergo dicendū est & faciendū, vt dimittantur. VIDEO aliquid vnde possum nō paucitatē Christianā, sed multitudinē consolari: & scio quia hoc desideratis audire. Dimittite, vt dimittatur vobis, dixit Christus. Et vos in oratione quid dicitis? vnde modò tractamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sic dimitte Dñe, quomodo dimittimus: hoc dicis. Sic dimitte pater, qui es in cælis, debita nostra, quomodo & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc enim facere debetis: quod si nō feceritis, peribitis. Quādo inimic⁹ veniā petit, cōtinuò dimittatis. Et hoc multū ad vos? multū ad te erat, diligere inimicū sæuiētem? multū est ad te, hominē diligere supplicantē? Sæuiebat, & oderas. Mallē nec tunc odisses: mallē tunc, cū sæuientē patereris, Dñm recordareris dicētē: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hoc ergo magnopere vellē, vt etiā eo tēpore, cū in te sæuiebat inimicus, respiceres Dñm deū tuū ista dicentē. Sed fortè dicturus es: Fecit ille, sed vt Dñs, quia Christus, quia Dei filius, quia vnigenitus, quia verbū caro factū est. Quid ego malus & inualidus homo? Si multū est ad te Dñs Deus tuus, cogitetur à te cōseruus tuus. Stephanus sanctus lapidabatur: & inter lapides genu fixo orabat prò inimicis, & ait: Dñe, ne statuas illis hoc peccatum. Illi lapides mittebant, nō veniā postulabāt: & ille pro eis orabat. Talē te esse volo: extēde te. Quid trahis cor semper in terra? Audi, sursum cor: extende, diligē inimicos. Si nō potes diligere sæuientem, dilige vel petentē. Dilige hominē qui dicit tibi: Frater peccaui, ignosce mihi. Tūc si nō ignoueris, nō dico, deles orationem de corde tuo: sed deleberis de libro Dei. Si autem vel tunc ignoueris, vel tunc ex corde dimitte odium. Odiū dico dimittas ex corde, nō disciplinam. QVID si ille qui petit veniā, castigādus est à me? Fac quod vis: puto enim quòd filiū tuū diligis, & quādo cædis. Lachrymas vapulantis nō curas: quia ei hæreditatē seruas. Ergo hoc dico, vt de corde dimittas odiū, quando à te veniā petit inimicus. Sed fortè dicis, Mēritur, fingit. O iudex cordis alieni, dic mihi cogitationes fratris tui, dic mihi hesternas tuas. Rogat, veniā petit. Dimitte, prorsus dimitte. Si non dimiseris, nō illi noces, sed tibi. Nā ille scit quid est facturus. Non vis tu dimittere conseruo cōseruo tuo, ibit ad Dominū vestrū, & dicet ei: Dñe, rogaui cōseruū meū, vt dimitteret mihi, & noluit dimittere, tu mihi dimitte. Nunquid nō licet Dño relaxare debita serui sui? Ille accepta venia à Domino, recedit absolutus, tu remanes obligatus. Quomodo obligatus? Venturū est tempus orationis, venturū est vt dicas, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Respondebit tibi Dominus, Serue nequā, cū tāta mihi deberes, rogasti me, & dimisi tibi: nónne oportebat & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? De Euangelio verba ista sunt, nō de corde meo. Si autem rogatus dimiseris veniā postulanti, iā potes dicere orationē istam. Et si nondū idoneus es diligere sæuientem, tamen orationē istā potes dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Trāseamus ad reliqua. *Et ne nos inferas in tentationem.* Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris, propter peccata præterita dicimus: quæ non possumus facere, vt facta non sint. Potes tamē facere, vt nō faciaś quod fecisti. Sed quomodo ages, vt non sit factū quod fecisti? Propter illa quæ iam facta sunt, ista tibi sententia orationis subuenit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Propter illa quæ potest incidere, quid facies? NE *nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo.* Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo, hoc est, ab ipsa tentatione. Et erunt petitiones illæ tres, Sanctificetur nomen tuum, Veniat regnum tuum, Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra: tres istæ petitiones sunt propter vitā humanam. Semper enim in nobis sanctificatū debet esse nomen Dei: semper in regno eius esse debemus, semper

Luc. 23.

S. Stephanus.

Act. 7.

Qui petenti non ignoscit, deletur de libro vitæ. CAPVT XIII.

CAP. XII.

semper volūtatem eius facere debemus. Hoc in æternum erit. Panis quotidianus modò est necessarius. Iā ab hoc articulo cætera quæ oramus, ad præsentis vitæ necessitatē pertinēt. Panis quotidianus in hac vita necessari⁹ est: dimitti debita nostra in hac vita necessariū est. Nā cū ad illā veniemus, debita finim⁹. In hac terra tentatio est, in hac terra periculosè nauigatur, in hac terra per rimas fragilitatū subintrat aliquid, quod debeat sentinari. Cùm autē facti fuerimus æquales angelis Dei, absit vt dicamus, absit vt rogemus Deū, vt dimittat debita nostra, quæ nulla erunt. Hic ergo panis quotidianus, hic vt debita dimittantur, hic vt non intremus in tentationē: quia in illa vita tētatio nō intrat: hic vt liberemur à malo: quia in illa vita malū nullū, sed bonū sēpiternū permanebit. Cōuersi ad Dñm, &c.

SERMO XLIX.

SERMO I. D. AVGVSTINI *episcopi, De disquisitione & cōmuni vita clericorum suorū, ad populū Hipponensem.*

Citant Beda, 2. Cor. 8. & concilium Aquisgranense sub Ludouico imperatore celebratum, anno 816.

CAP. I.

PROPTER quod volui & rogaui hesterno die, vt hodie frequentius conueniretis: hoc est quod dicturus sum. Vobiscum hic viuimus, & propter vos viuimus: & intentio votúmque nostrū est, vt apud Christū vobiscum sine fine viuamus. Credo autē ante oculos vestros esse cōuersationē nostram: vt & nos dicere fortassis audeam⁹, quamuis illi multū impares qui dixit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et ideo nolo vt aliquis de nobis inueniat malè viuēdi occasionē. Prouidemus enim bona, vt ait idem Apostolus, nō solū coram Deo, sed etiam corā hominibus. Propter nos, conscientia nostra sufficit nobis; propter vos, fama nostra nō pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atq; distinguite. Duæ res sunt conscientia & fama. Cōsciētia tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famā suam crudelis est: maximè in loco isto posita, de quo dicit Apostolus scribens ad discipulū suū, Circa omnes teipsum bonorū operū præbe exemplū. Vt ergo vos non diu teneam, præsertim quia ego sedens loquor, vos stando laboratis: nostis omnes, aut penè omnes sic nos viuere in ea domo quæ dicitur domus Episcopi, vt quātum possumus imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber actuū Apostolorū, Nemo dicebat aliquid propriū, sed erant illis omnia cōmunia. Quia fortè aliqui vestrū non sunt tam diligentes vitæ nostrę scrutatores, vt hoc sic nouerint quomodo volo vos nosse: dico quid sit q; breuiter dixi. Ego quem Deo propitio videtis Episcopum vestrum, iuuenis veni ad istā ciuitatem, vt multi vestrum nouerunt. Quærebā vbi constituerē monasteriū, & viuerem cum fratribus meis. Spē quippe omnē seculi reliqueram, & quod esse potui, esse nolui: nec tamē quæsiui esse quod sum. Elegi in domo Dei mei abiectus esse, magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Ab eis qui diligūt seculū, segregaui me: sed eis qui præsunt populis, non me coæquaui. Nec in cōuiuio domini mei superiorem locū elegi, sed inferiorē & abiectū: & placuit illi dicere, Ascende sursum. Vsq; adeò autem timebā Episcopatū, vt quoniam cœperat esse alicuius iam momenti inter Dei seruos fama mea, in quo loco sciebam nō esse Episcopū, ne illò accederē cauebam. Et hoc agebā quantū poteram, vt in loco humili saluarer, ne in alto periclitarer. Sed, vt dixi, domino seruus contradicere nō debet. Veni ad istā ciuitatē propter videndū amicū, quem putabā me lucrari posse Deo, vt nobiscū esset in monasterio. Quasi securus pueri, quia locus habebat Episcopum. Apprehensus, Presbyter factus sum, & per hunc gradum peruenī ad Episcopatum. Non attuli aliquid, nō veni ad hanc Ecclesiā, nisi cū iis indumentis quibus illo tēpore vestiebar. Et quia hic disponebā esse in monasterio cum fratribus, cognito instituto & voluntate mea, beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortū illū in quo nūc est monasteriū. Cœpi boni propositi fratres colligere, cōpares meos, nihil habentes, sicut nihil habebā, & imitantes me: vt quomodo ego tenuem paupertatulā meā vendidi & pauperibus erogaui, sic facerent & illi qui mecū esse voluissent, vt de cōmuni viueremus. Cōmune autē nobis esset magnum & vberrimū prædiū ipse Deus. Perueni ad Episcopatum: vidi necesse habere Episcopū exhibere humanitatē assiduā quibúsq; venientibus siue transeuntibus. Quod si nō fecissem, Episcopus inhumanus dicerer. Si autē cōsuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo Episcopi mecū monasteriū clericorum. ECCE quomodo viuimus. Nulli licet in societate nostra habere aliquid propriū, sed fortè aliqui habent. Nulli licet: si qui habent, faciunt quod nō licet. Bene autē sentio de fratribus meis, & semper bene credens, ab hac inquisitione dissimulaui: quia & ista quærere, quasi malè sentire videbatur. Nouerā enim & noui omnes, qui mecū viuerēt, nosse propositū nostrū, nosse legē vitæ nostræ. Venit etiā ad nos presbyter Ianuarius, qui videbatur sua honestè erogando quasi consumpsisse, sed nō consumpsit. Remansit illi quædā pars pecuniæ, id est, argētum quod diceret esse filiæ suæ. Filia ipsius, Deo propitio, in manasterio feminarū, & bonæ spei est. Gubernet illā Dñs, vt impleat quæ de ea iam speramus, in illius misericordia, nō in eius meritis. ET quia infra annos erat, & de sua pecunia nihil facere poterat: (quāuis enim videremus fulgorem professionis, tamen lubricum timebamus ætatis:) factūm est vt ipsum argētum quasi puellæ seruaretur, vt cū ad legitimos annos veniret, faceret inde quod virginem Christi deceret, quando optimè iam facere posset. Dum hæc expectātur, cœpit ille morti propinquare, qui diu tanquā de suo viuens, quia ipsius erat, non filiæ, testamentū fecit. Testamentū, inquā, fecit presbyter, socius noster, nobiscū manens, de ecclesia viuēs, communē vitam profitens: testamentū fecit, hæredē instituit. O dolor illius societatis! ô fructus natus nō de arbore quā plantauit Dñs! Sed ecclesiā scripsit hæredē. Nolo munera ista, non amo amaritudinis fructū. Ego illū Deo quærebā, societatē professus erat, hanc teneret, hanc exhiberet; nihil haberet, testamentū nō faceret: habebat aliquid, non se nostrum socium quasi Dei pauperem fingeret. Magnus inde mihi dolor est fratres. Dico charitati vestræ, propter hunc dolorem statui hæreditatē ipsam in ecclesia non suscipere. Filiorū ipsius sit quod reliquit, ipsi inde faciant quod voluerint. Videtur enim mihi quia si eā suscepero, in isto facto, quod mihi displicet, & quo doleo, eius particeps ero. Hoc volui non latere charitatem vestram: Filia ipsius in monasterio feminarum est: filius ipsius in monasterio virorum est. Ambos exhæredauit: illā cum laude, istum cum elogio, id est, cum vituperatione. Commendaui autem ecclesiæ vt non accipiant ipsas portiunculas quæ pertinent ad exhæredatos, nisi cùm ad legitimam ætatem peruenerint. Hoc eis reseruat ecclesia. Deinde litem dimisit inter filios suos, in qua laboro. Puella dicit, meum est, nostis quia hoc dicebat semper pater meus. Puer dicit, credatur patri meo, quia moriens mentiri non potuit. Et ista contentio quale malum est? Sed si pueri isti serui Dei sunt, litem hanc inter illos citò finimus. Audio illos

Matth. 18.

Act. 2. & 4.

Psal. 84.

In loco humili salus, in alto periculum.

Nota.

CAP. II.

Nota.

Ianuarius presbyter proprietarius.

Testamentum fecit.

Hæres, exhæredatis filius, non sit Ecclesia.

illos vt pater, & fortè melius quàm pater ipsorum. Videbo quid sit iustis, sicut Deus voluerit, cũ paucis fratribus fidelibus honoratis, Deo propitio, de numero vestro, id est, de plebe ista. Audio inter illos causam: & sicut Dñs donauerit finio. Tamen rogo vos, nemo me reprehendat, quia eius hæreditatem nolo suscipiat Ecclesia. Primò, quia factũ illius detestor: deinde, quia institutũ meum est. Multi laudant quod dicturus sum, sed & aliqui reprehendunt. Vtrisque satisfacere valde difficile est. Caput iii. Luc. 7. id. AVDISTIS modò cũ Euangeliũ legeretur, Cantauimus vobis, & nõ saltastis: planximus, & nõ luxistis. Venit Ioannes non manducans neq; bibens, & dicũt dæmonium habet: Venit filius hominis mãducans & bibẽs, & dicũt, Ecce homo vorax, potator vini, publicanorũ & peccatorũ amicus. Quid ergo facio inter illos qui parãt me reprehendere, & dẽtes in me ducere, si suscepero hæreditates eorũ qui filios suos irati exhæredant? Iterum quid sum facturus eis quibus canto, & nolunt saltare? qui dicunt, Ecce quare nemo donat Ecclesiæ Hipponensi aliquid: ecce quare non eam faciũt qui moriũtur hæredẽ: quia episcopus Augustinus de bonitate sua (laudando enim mordent, labiis mulcent, dentẽ figunt) donat totũ, nõ suscipit. Planè suscipio, proficeor me suscipere oblationes, oblationes sanctas. Si quis autẽ irascitur filio suo & moriens exhæredat eũ: si viueret, nõ eũ placarẽ? non ei filiũ suũ reconciliare deberẽ? Quomodo ergo cum filio suo volo vt habeat pacẽ, cuius appeto hæreditatẽ? Sed planè si faciat quod sæpe hortatus sum, vnũ filiũ habet, putet Christũ alterũ; duos habet, putet Christũ tertiũ; decem habet, Christũ vndecimum faciat, & suscipio. Quia ergo feci hoc in quibusdã rebus: iam volunt bonitatẽ meã vel cõmendationẽ famæ meæ in aliud vertere: vt aliomodo me reprehendant, quia oblationes deuotorũ hominũ nolo suscipere. Cõsiderẽt quã multa susceperim. Quid opus est ea numerare? Ecce vnum dico, filij Iuniani hæreditatẽ suscepi. Quare? quia sine filiis defunctus est. Bonifacij hæreditatẽ suscipere nolui: non misericordia, sed timore. Caput iiii. NAVICVLARIAM nolui esse Ecclesiã Christi. Multi sunt quidẽ qui etiã de nauibus acquirunt: tamen vna tentatio si esset, iret nauis, & naufragaret. Homines ad tormenta daturi eramus, & de submersione nauis secundũ cõsuetudinẽ quæreretur: & torquerẽtur à iudice qui essent de fluctibus liberati, sed nõ eos daremus. Nullo cũ pacto hoc facere deceret Ecclesiã. Onus ergo fiscale persolueret. Enthecã est gazæ repositorium. Sed vnde persolueret? Enthecã nobis habere nõ licet. Non enim est Episcopi seruare aurũ, & reuocare à se mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi nos inopes interpellant: vt plures tristes relinquamus, quia quod possimus dare omnibus, nõ habemus. Nõ habemus Enthecã. Propter naufragiũ ergo hoc vitandũ, feci nõ donando. Nemo ibi me laudet, sed nemo etiã vituperet. Planè quando donaui filio, quod iratus pater moriens abstulit: bene feci. Laudent qui volunt, parcant qui laudare nolunt. Quid plura, fratres mei? Quicunque vult exhæredato filio hæredẽ facere Ecclesiam, quærat alterũ qui suscipiat, nõ Augustinũ: imò Deo propitio neminem inueniat. Quã laudabile factũ sancti & venerandi Episcopi Aurelij Carthaginensis, quomodo impleuit eos omnes qui sciunt laudibus Dei: Quidã enim cũ filios non haberet, neque sperarer, res suas oẽs retento sibi vsufructu donauit Ecclesiæ. Nati sunt illi filij, & reddidit Episcopus nec opinanti quę ille donauerat. In potestate habebat Episcopus nõ reddere: sed iure fori, nõ iure poli. Sanè etiam hoc nouerit charitas vestra dixisse me fratribus meis, qui mecũ manẽt, vt quicunq; habet aliquid, aut vendat & eroget: aut donet & cõmune illud faciat. Ecclesiã habet, per quam Deus nos pascit. Ego dedi dilationẽ vsq; ad Epiphaniã, ꝓpter eos qui vel cũ fratribus suis nõ diuiserũt, & dimiserũt q; habent apud fratres suos, vel nondũ de re sua aliquid egerunt, quia expectabatur ætas legitima. Faciant inde quod volũt, dũ tamen sint pauperes mecũ, simul expectantes misericordiã Dei. Si autẽ volunt, qui fortè nolũt: certè ego sum qui statuerã, sicut nostis, nullũ ordinare clericum, nisi qui mecũ vellet manere: vt si vellet discedere à proposito rectè illi tollerẽ clericatũ, quia desereret sanctæ societatis promissum ceptũmq; cõfortiũ. Ecce in conspectu Dei & vestro, muto cõsiliũ. Qui volunt habere aliquid propriũ, quibus nõ sufficit deus & ecclesia sua, maneãt vbi volunt, & vbi possunt, nõ eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas. Malũ enim esse quis nesciat: Malũ est cadere à ꝓposito, sed peius est simulare propositũ. Ecce dico, audite: Qui societatem cõmunis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in Actibus Apostolorũ, deserit, à voto suo cadit, & à professione sancta cadit. Obseruet iũdicem scilicet Deũ, non me: Ego ei nõ aufero clericatum. Quantũ sit periculũ, ante oculos eius posui: faciat quod vult. Noui enim quòd si aliquẽ hoc facientẽ degradare voluero, nõ ei deerunt patroni, non ei deerunt suffragatores, & hic & apud Episcopos qui dicant, Quid mali fecit? nõ potest tecum tolerare istam vitã. Extra Episcopatũ vult manere, & de proprio viuere, ideo non debet perdere clericatum. Ego scio quantũ mali sit profiteri sanctũ aliquid, nec implere. Vouete, inquit, & reddite Dño Deo vestro. Et, Melius est nõ vouere, q̃ vouere & nõ reddere. Virgo & si nunquã fuit in monasterio, & virgo † sacra est, illi nubere nõ licet, quamuis esse in monasterio nõ compellitur. Si autẽ cœpit esse in monasterio, & deseruit, & tamẽ virgo est: dimidia ruit. Sic & clericus duas res professus est, & sanctitatem, & clericatũ. Interius sanctitatẽ: nam clericatũ propter populum suũ Deus imposuit ceruicib̃ ipsius, cui magis onus est quã honor. Sed quis sapiens & intelligat hæc? Ergo professus est sanctitatẽ, professus est cõmuniter viuendi societatẽ: & professus est quã bonũ & quã iocundum, habitare fratres in vnum. Si ab hoc proposito ceciderit, & extra manens clericus fuerit: dimidius & ipse cecidit. Quid ad me? Nõ eũ iudico. Si foris seruat sanctitatẽ, dimidius cecidit: Si verò intus habuerit simulationẽ, totus cecidit. Nolo habeat necessitatẽ simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum, nemini cũ tollo nolẽti mecũ cõmuniter viuere: sed habet Deum qui mecũ manere vult. Si paratus est pasci à Deo per Ecclesiam ipsius, non habere debet aliquid proprium, sed aut erogare pauperibus, aut in cõmune mittere, maneat mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatẽ: & videat vtrũ habere possit felicitatis æternitatẽ. Sufficiant hæc interim charitati vestræ. Quid egero cũ fratribus meis, annunciabo vobis. Spero enim bona. Omnes mihi libenter obediunt: nec inuenturus sum aliquos habere aliquid, nisi aliqua necessitate religionis, non occasione cupiditatis. Quid ergo egero post Epiphaniam, charitati vestræ in Dñi volũtate, & quomodo litem finiero inter duos fratres, filios presbyteri Ianuarij, non vobis tacebo. Multa locutus sum, date veniã loquaci senectuti, sed timidæ infirmitati. Ego, sicut videtis, per ætatem iam senui, sed per infirmitatem corporis olim senex fui. Tamen si Deo placet, quod dixi, modò ipse det vires, non vos desero. Orate pro me, vt quantum inest anima in hoc corpore, & qualescũque vires suppetunt, in verbo Dei seruiam vobis, Amen. Conuersi ad Dominum, &c.

Nota.

Nota.

12. quæst. 1. Certè.

Cõtra hypocritas.

Votum & professio sancta.

Psal. 75. Eccle. 5.

alias erat.

Clericatus magis onus quàm honor. Deut. 31. Psal. 131.

SERMO

SERMO I. SERMO D. AVGVSTINI *secundus ad eundem populum Hipponensem, De vita & moribus suorum clericorũ.*

Citatur à concilio Aquisgrani habito, anno 816.

1. Cor. 4. CHARITATI vestræ hodie de nobisipsis sermo referendus est. Quia enim, vt ait Apostolus, spectaculum facti sumus mũdo & angelis & hominibus: qui non amant, quęrunt quod laudent in nobis: qui autem nos oderũt, detrahunt nobis. Nos autem in vtroque medio cõstituti adiuuãte Domino Deo nostro, & vitã & famã nostrã sic custodire debemus, vt nõ erubescãt de detractorib̃ laudatores. Quomodo autẽ viuere velimus, quomodo Deo propitio iã viuamus, quamuis de scriptura sancta multi noueritis, tamẽ ad cõmemorãdos vos, ipsa de libro Actuũ Apostolorũ vobis lectio recitabitur, vt videatis vbi descripta sit forma quã desideram̃ implere. Act. 4. Dũ ergo recitatur vos intẽtissimos esse volo, vt post eĩ recitationẽ, quod institui loquar, Domino donãte, intentioni vestrę. Et Lazarus Diaconus legit: Cùm orassent, motus est locus in quo erãt congregati, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebãtur verbum Dei cũ fiducia omni volẽti credere. Multitudinis autẽ credentiũ erat anima vna & cor vnũ: nec quisquã eorũ, quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed erant illis omnia cõmunia. Et virtute magna reddebãt Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Dñi nostri: & gratia magna erat in omnib̃ illis. Neq; enim egẽs quisquã erat inter illos. Quotquot enĩ possessores prędiorũ vel domorũ erãt, vendẽtes afferebant pretia eorum quæ vendebãt, & ponebant ante pedes Apostolorum. Ibidem. Diuidebatur autẽ singulis prout cuique opus erat. Cũque Lazarus Diaconus recitasset, & Episcopo codicẽ tradidisset: Augustinus Episcopus dixit, Etiã ego legere volo. Plus enim me delectat huius verbi esse lectorẽ, quàm verbi mei disputatorem. Cùm orassent, motus est locus, in quo erãt cõgregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebãtur verbũ Dei cũ fiducia, omni volẽti credere. Multitudinis autẽ credẽtiũ erat anima vna, & cor vnũ: nec quisquã eorũ quę possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnib̃ illis. Neque enim egẽs quisquã erat inter illos. Quotquot enim possessores prædiorum vel domorũ erãt, vẽdẽtes afferebãt pretia eorũ quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorũ. Diuidebatur autẽ singulis prout vnicuique opus erat. Cùmque Episcopus legisset, dixit, Audistis quæ iã velimus: orate vt possimus. Cõtigit autẽ quędã necessitas, vt hæc diligẽtius agerẽ: quoniã, sicut iã nostis, Presbyter in nostra societate cõstitutus, quali societati perhibet testimoniũ lectio quã modò cùm recitaremus audistis, moriẽs testamentũ fecit, quia habuit vnde faceret. Erat quod diceret suũ, cũ in eã societate viueret vbi nemini licebat suũ aliquid dicere, sed esset illis omnia cõmunia. Si quis dilector & laudator noster apud detractorẽ nostrũ, prædicaret istam societatem, & diceret, cum Episcopo Augustino sic viuunt omnes cohabitatores eius quomodo scriptum est in Actibus Apostolorum: continuò ille detractor caput mouens, dentẽ promouẽs, diceret, Ita verè sic ibi viuitur, quomodo tu dicis? Quare mentiris? Quare falsa laude honoras indignos? Nónne ibi modò in eorum societate positus presbyter testamentum fecit, & quod habuit quomodo voluit disposuit, & reliquit? Certè omnia ibi sunt cõmunia, certè nemo dicit aliquid suum. Sub his verbis quid ageret laudator meus? Nónne os eius quasi plũbo oppilaret ille detractor? Nónne illũ laudasse pœniteret? Nónne reuerẽtia perfusus & illius sermone cõfusus vel nobis vel testatori illi maledicereret? Hæc fuit necessitas, vt ad istã diligentiã veniremus. Nuncio ergo vobis vnde gaudeatis: quia omnes fratres & clericos meos qui mecum habitãt, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, & Patriciũ nepotẽ meũ, tales inueni, quales desideraui. Sed sunt qui de sua qualicũq; pauperta-te, quod statuerãt, nondũ fecerũt. Hi sunt Valẽs Diaconus, & paulò antè dictus nepos mẽ Subdiacoñ: & matris vita impediebat, quia inde viuebat. Expectabatur in illo etiã legitimę ætatis accessus, vt quod facerent, firmissimè faceret: nõdũ autẽ fecit, quia ipsos agellos habet cũ suo fratre cõmunes, & sub indiuiso eos possidẽt. Si autẽ diuisi fuerint, eos cupit Ecclesiæ cõferre, vt inde alãtur qui sunt in proposito sanctitatis quousque in hac vita degũt. Scriptum est enim, & hoc Apostolus loquitũr, Qui autẽ suis, & maxime domesticis, nõ prouider, fidẽ denegat, & est infideli deterior. Adhuc autẽ mãcipia sunt ei similiter cũ fratre cõmunia, & nõdum diuisa. Disponit ea manumittere, sed non potest antequã diuidãtur. Quid enim ad se pertineat, adhuc ignorat. Ad ipsũ sanè, quia maior est, pertinet diuisio: & ad fratrẽ eius electio. Et ipse frater eĩ Deo seruit, & Subdiaconus est sub sancto fratre meo, & Coëpiscopo Seuero in Ecclesia Mileuitana. Hoc agitur, hoc sine dilatione peragendũ est, vt illi seruuli diuidãtur, & manumittãtur, & sic det Ecclesiæ, vt eorũ excipiat alimentũ. Nepos autẽ meus ex quo cõuersus est, & mecũ esse cœpit, impediebatur & ipse aliquid de agellulis suis agere inuita vsufructuaria matre sua, quæ hoc anno defuncta est. Inter ipsum & sororẽ eius sunt quędã causæ in Christi adiutorio citò finiendę: vt & ipse faciat quod Dei seruũ decet, & quod ista professio, & ista exigit lectio. Diaconus Faustinus, sicut penè omnes nostis, hic de militia seculi ad monasteriũ cõuersus est: hic baptizatus, inde Diaconus ordinatus. Sed quia exiguũ est quod videtur possidere, sicut iurisperiti loquuntur, iure nõ corpore reliquerat illud, & ab eius fratribus tenebatur. Nũquam inde cogitauit ex quo cõuersus est; nec ipse aliquid quæsiuit à fratribus suis, nec ab illo est aliquid quæsitũ. Modò quia vẽtum est ad hũc articulũ temporis, cùm concilio meo diuisit ipsam rẽ: & dimidiam donauit fratribus suis, & dimidiam Ecclesiæ pauperi in loco eodem constitutã. Diaconus Seuerus sub qua Dei disciplina & flagello sit, nostis: lumen tamen non perdidit mẽtis. Vnam̃ domum hic emerat propter matrem & sororem suam, quas de sua patria huc desiderabat adducere. Emerat autem non de sua pecunia, quam nõ habebat: sed ex collatione religiosorum virorum, quorum etiam mihi quærenti nomina indicauit. De ipsa non possum dicere quid fecerit aut quid disponet, nisi quia ipse totũ in mea posuit voluntate: vt quicquid ipse vellem, hoc inde fieret. Sed habet quasdam causas cum matre sua quarũ me iudicem posuit; vt cùm illæ fuerint terminatæ, fiat de ipsa domo quod ego voluero. Quid autem velle potero Deo regente, nisi quod iustitia iubet, & pietas postulat? Habet etiam in patria sua aliquos agellos; quos disponit sic distribuere, vt etiam illic in illo loco positæ pauperi largiatur Ecclesiæ. Diaconus Hipponensis homo pauper est, quid alicui conferat, non habet: tamen de laboribus suis antequam esset clericus emerat aliquos seruulos, hodie illos in conspectu vestro manumissurus est Episcopalibus gestis. Diaconus † eraclius ante vestros oculos

Valens Diaconus. Patricius Subdiaconus.

Hipponensis Diaconus.

al. Eraclius.

Faustinus Diaconus.

Seuerus Diaconus cæcus.

versatur, & opera eius lucent coram oculis vestris. De opere eius & expensa pecunia memoriã sancti martyris habemus. De pecunia sua emit etiã possessionẽ ex consilio meo: nã ipsam pecuniã voluit per manus meas erogare, sicut mihi placeret. Ego si pecuniæ auidus essẽ, aut necessitates ipsas meas quas p̃ pauperib⁹ habeo, in hac causa curarẽ: pecuniã acciperẽ. Quare dicit aliquis, Possessio illa quæ ab illo empta & Ecclesię donata est, adhuc nihil præstat Ecclesiæ? Minus habebat ad pretiũ, & quia mutuatus fuerat, hoc de eius adhuc fructibus redditur. Homo sum senex, quãtus mihi de illa possessione potest fructus accedere? Nũquid promitto mihi tot annos esse victurũ, donec suũ pretiũ illa persoluat? Quod ergo vix diu partibus reddet, de proximo haberem totũ, si accipere voluissem. Nõ feci, aliud attendi. Fateor enim vobis, & ipsa suspecta mihi adhuc eius ętas fuit, & verebar ne fortè, vt sunt homines, matri eius hoc displiceret: & diceret inductũ à me fuisse adolescentem, vt bona eius paterna consumerẽ, & eũ egentem relinquerẽ. Ideo volui eius pecuniã in illa possessione seruari: vt si aliquid, quod Deo auertat, aliter quàm volumus euenisset, redderetur illa, ne culparetur Episcopi fama. Scio enim quantũ vobis sit necessaria fama mea: nã mihi sufficit cõscientia mea. Emit etiã spatiũ ab ista postea Ecclesia notum vobis, & sua pecunia ædificauit domũ. Et hoc nostis. Ante paucos dies priusquam sermonẽ de hac re haberẽ vobiscum, eam donauit Ecclesiæ. Expectabat enim vt eam perficeret, & perfectã donaret. Fabricandi autem domum necessitas illi nulla erat, nisi quia cogitauit matrẽ suam huc esse venturam. Si autẽ venisset, in re filij sui habitaret: modò si venerit, in opere filij sui habitabit. Testimonium ei perhibeo, pauper remansit: sed in charitatis promissione permansit. Aliqui seruuli eius reliqui fuerant, iam quidẽ in monasterio viuentes, quos tamẽ gestis Ecclesiasticis manumissurus est hodie. Nemo ergo dicat, dies est: nemo existimet, nemo malè loquatur, nemo seipsum & animã suam suis dentibus laniet. Pecuniã nullã habet seruatã, vt inam quam debet restituat. Cęteri, id est, Subdiaconi, pauperes sunt Deo propitio, & misericordiam Dei expectant. Vnde ipsi faciant non habent, & nullas habẽtes facultates, finierunt mundi cupiditates. Viuunt nobiscũ in societate communi, & nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attulerunt: Charitatis vnitas præponenda est terrenæ commodo hęreditatis. Restant presbyteri. Sic enim ad eos gradatim ascendere volui. Citò dixerim, pauperes Dei sunt. Nihil ad domum societatis nostræ attulerũt, nisi ipsam, qua nihil charius est, charitatem. Veruntamen quoniã scio natos fuisse rumores de diuitiis ipsorum: non à me ad aliquid compellendi, sed vobis meo sermone purgandi sunt. Vobis dico qui fortè nescitis: nam vestrũm plurimi sciunt presbyterum Leporium, quamuis seculi natalibus clarum, & apud suos honestissimo loco natum, tamẽ iam Deo seruientem, cunctis quæ habebat relictis, inopem suscepi: non quia nihil habuit, sed quia iam fecerat quod lectio ista persuadet. Hic non fecit, sed nos scimus vbi fecit. Vnitas Christi & Ecclesiæ vna est. Vbicunque fecit bonum opus, pertinet ad nos vt sibi cõgaudeamus. Hortus est vnus vbi nostis, ibi monasterium suis cõstituit, quia & ipsi Deo seruiunt. Ille hortus ad Ecclesiam nõ pertinet, nec ad ipsum. Et, ad quem dixerit aliquis? Ad illud quod ibi est monasterium. Sed verum est, quòd vsque ad hoc tempus curam pro illis ita gerebat, vt sumpticulos, quibus sustentatur, apud se haberet, & eis ipse, vt videbatur, impenderet. Sed ne propter hoc daretur locus hominibus, suspiciones sua rodentibus, & ventrẽ non implentibus: hoc placuit & mihi & ipsi, vt sic se illi trãsigant, quasi iste iã de seculo exierit. Nunquid enim cũ obierit ipse, illis dispẽsatur⁹ est aliquid? Meli⁹ est vt videat illos ibi bene cõuersantes, & regente Deo in disciplina Christi sic viuentes, vt de illis tantummodo gaudeat, non eorum necessitatibus occupetur. Pecuniã non habet quam suam dicere possit; habebat xenodochiũ ædificãdum, quod modò videtis ædificatum. Ego illi iniunxi, ego iussi. Obtemperauit mihi libentissimè, & sicut videtis, operatus est: quomodo etiam meo iussu Basilicam ad octo martyres fabricauit, de his quæ per vos Deus donauit. Cœpit enim de pecunia quæ data erat Ecclesiæ propter xenodochiũ, & cùm cœpisset ędificare, vt sunt religiosi desiderãtes opera sua in cęlo scribi, adiuuerũt prout quisque voluit, & fabricauit. Opus ante oculos habemus. Omnis homo quid factum sit videt: de pecunia quia non habet, mihi credant, dentem compescant, nõ frangant. Emerat de ipsa pecunia xenodochij quãdam domum in Cararia, quã sibi existimabat propter lapides profuturã, sed lapides eius domus, fabricę necessarij non fuerunt, quoniam aliunde prouisi sunt. Dom⁹ ergo ipsa sic remansit, pensionem præstat; sed Ecclesiæ, non presbytero. Nemo amplius dicat: In domum presbyteri, ante domũ presbyteri, ad domũ presbyteri. Ecce vbi est domus presbyteri: vbi est domus mea, ibi est domus presbyteri: alibi non habet domum, nisi vbicunque habet Deum. Quid amplius quæritis? nisi quia me illud memini etiam promisisse, vt ad vos perferrem quid egissem inter duos, fratrem videlicet & sororem, filios Ianuarij presbyteri, quia orta inter illos fuerat controuersia pecuniaria. Sed tamen quia sicut inter fratres salua, Deo propitio, charitate promiserã audire, vt inter illos, quicquid esset iudicandum, finirem, paraueram me iudicem: sed antequam iudicarẽ, ipsi quod iudicaturus eram, finierunt. Non inueni vnde iudicarem, sed vnde lætater. Acquieuerunt omnino concorditer voluntati meæ & consilio meo, vt pares essent in pecunia quam reliquit pater eorum, Ecclesia renunciante. Post sermonẽ meũ locuturi sunt homines, sed & quodlibet homines loquantur, qualicunque aura flante, perducetur inde aliquid ad aures meas. Et si fuerit tale vt sit iterum necesse nos purgare, respondebo detractoribus, respondebo maledicis, respondebo incredulis, non vobis credentibus presbyteris suis, respondebo, vt potero, quod Dominus dederit, interim modò non est necesse, quia nihil fortè dicturi sunt. Qui nos amãt, liberè gaudebunt; qui nos oderunt, tacitè dolebunt. Tamen si linguas exercuerint, audient, Deo propitio, vobiscum responsionẽ meam, non litem meam. Non enim hominẽ nominaturus sum & dicturus, Ille hoc dixit, iste sic detraxit: cũ fortasse etiam ad me falsa, quia & hoc potest fieri, perferantur. Veruntamen quæcunque perlata fuerint, si opportunè videbitur, loquar inde charitati vestræ. Ante oculos vestros volo sit vita nostra. Scio, quia quærẽtes licentiam malefaciẽdi, quærunt sibi exempla malè viuentium, & multos infamant, vt socios inuenisse videantur. Ideo quod nostrum est, fecimus: plus quid faciamus, non habemus: Ante oculos vestros sum⁹. Nullius aliquid desideramus, nisi bona opera vestra. Et vos exhortor, fratres mei, si aliquid vultis clericis dare, sciatis quia nõ debetis vitia corũ fouere contra me. Omnes offerte quod vultis, offerte de voluntate vestra. Quod cõmune erit, distribuetur vnicuique sicut cuique opus erit. Gazophylacium attendite, & omnes bene habebimus: valde me delectat, si ipsum fuerit prę̃sepe nostrum, vt nos simus iumenta Dei, vos ager Dei.

Subdiaconi D. Aug.

Presbyteri D. August.

Act. 1. & 4.

Dei. Nemo det byrrhũ, vel lineam tunicã, seu aliquid, nisi in cõmune: de cõmuni accipiã mihi ipsi, cũ sciam cũmune me habere velle quicquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentius vtar. Offeratur mihi, verbi gratia, byrrhum pretiosum, fortè decet Episcopũ, quãuis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperẽ, de pauperibus natũ. Modò dicturi sunt homines, quia inueni pretiosas vestes, quas non potuissẽ habere vel in domo patris mei, vel in illa seculari professione mea. Nõ decet, talẽ debeo habere, qualẽ possum, si non habuerit, fratri meo dare. Qualem potest habere presbyter, qualem potest habere decẽter Diaconus & Subdiaconus, talem volo accipere: quia in cõmune accipio. Si quis meliorẽ dederit, vendo, quòd & facere suleo: vt quando nõ potest vestis esse cõmunis, pretiũ vestis sit cõmune. Vendo & erogo pauperib⁹. Si hoc cũ delectar, vt ego habeã talẽ, det vnde non erubescã. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco: quia nõ decet hãc professionẽ, hanc admonitionẽ, hæc mẽbra, hos canos. Etiam illud dico: Si fortè in nostra societate æger est aliquis, vel post ægritudinẽ vt necesse sit eũ ante horã prandij reficere: non prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis quod videtur vt mittant: Prandiũ tamẽ & cœnã extra nemo habebit. Ecce dico, audistis: Qui habere voluerit propriũ & de proprio viuere, & cõtra ista præcepta nostra facere: parum est vt dicam non mecũ manebit: sed nec clericus erit. Dixeram enim & scio me dixisse, quòd si nollent suscipere socialẽ vitam mecũ, nõ illis tollerem clericatum: sed seorsum manerent, & seorsum viuerẽt, quomodo nossent Deo viuerent. Et tamẽ ante oculos posui, quãtum mali sit à proposito cadere. Malui enim habere cæcos vel claudos, quàm plangere mortuos. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo quicunque voluisset extra manere & de suo viuere, nõ tollerem ei clericatũ: ita modò quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita, quisquis cũ hypocrisi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto vt inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorũ. Interpellet cõtra me mille concilia, nauiget cõtra me quò voluerit, sit certè vbi potuerit, adiuuabit me Deus, vt vbi ego Episcopus sum, illic clericus esse non possit. Audistis, audierunt. Sed spero in Deũ nostrũ & misericordiã eius, quia sicut dispositionem meã istã hilariter acceperũt: sic eam purè fideliterque seruabunt. Dixi aliquid suum nõ habere presbyteros cohabitatores meos, inter quos est & presbyter Barnabas. Sed de illo audiui quædã fuisse iactata, ante omnia quòd emit villam à dilecto & honorabili filio meo Eleusino. Hoc falsum est: Monasterio donauit ille, nõ vendidit. Ego sum testis. Quid amplius quę ratis, ignoro. Ego sum testis; donauit ille, nõ vendidit. Sed dum non creditur donare potuisse, creditus est vẽdidisse. Beatus homo qui tam bonũ opus fecit, vt non crederetur. Tamẽ vel modò credite, & detractores audire libenter desinite. Iam dixi, ego sum testis. Dictũ est de illo quòd anno præposituræ suæ per industriam debita fecerit, vt dum ego volo reddi debita, darem illi licentiam poscendi fundum Victorianensem: tanquam dixisset mihi, vt reddam debita mea, da mihi in decem annos fundum Victorianensem. Et hoc falsum est. Sed fuit rumor vnde nasceretur, fecit debita reddenda. A nobis reddita sunt partim vnde potuerunt. Remansit aliquid quod non debebatur, etiam monasterio illi quod per ipsum Deus instituit. Cùm ergo remansisset, cœpimus quærere vnde debitum redderemus. Ad conductionem ipsius fundi nullus accessit, nisi quadraginta solidorum offerens pensionem. Sed vidimus fundum amplius posse dare, vt celerius debitum redderetur, & commissi fidei eius, vt de ipsa cõductione lucra non requirerẽt fratres: sed quicquid daret fundus, de ipsis fructibus imputarent ad debitum. Fide agitur. Paratus est presbyter vt aliũ constituã, qui de fructibus fratrib⁹ debitũ reddat. Ex numero vestro sit aliquis cui hæc committam: ex numero ipsorum, qũi ad nos talia pertulerunt. Sunt enim in vobis homines religiosi, qui cũ rumorẽ falsò reprehẽsum esse doluerunt, & tamen crediderũt factũ. Ex ipsis ergo aliquis veniat ad nos, suscipiat possessionẽ, omnes fructus prætij suis fideliter vendat, vt reddi possit facilius quod debetur, & hodie recedat inde cura presbyteri. Locus etiam ipse vbi monasteriũ constitutũ est à memorato filio meo honorabili Eleusino, ipsi presbytero Barnabæ donatus est ante quam ordinaretur presbyter, in ipso loco monasteriũ instituit. Sed tamẽ quia nomine ipsius donatus erat locus, mutauit instrumẽta vt nomine monasterij possideatur. De fundo Victorianensi, ego rogo, ego hortor, ego peto, vt si quis religiosus est, fide agat, & exhibeat Ecclesiæ istã operã, vt citò debitum reddam. Quòd si nemo de laicis fuerit inuentus, ego propono alium, iste illuc non accedet. Quid vultis ampli⁹? Nemo laceret seruos Dei: quia nõ expedit lacerantibus. Seruis Dei quidem merces falsis detractionibus crescit: sed crescit pœna etiã detrahentibus. Nõ sine causa dictũ est, Gaudete & exultate quãdo detrahunt de vobis, dicentes falsa: quia merces vestra magna est in cælis. Nolumus cum detrimento vestro, magnam habere mercedem. Minus ibi habeamus & tamen vobiscum ibi regnemus. Amen.

Hypocrita mortuus.

Presbyter Barnabas.

Matth. 5.

SERMO D. AVGVSTINI *de S. protomartyre Stephano.*

SERMO LI.

DONET mihi Dominus pauca dicere salubriter, qui donauit sancto Stephano tanta dicere fortiter. Sic cœpit ad suos persecutores loqui, quasi timeret eos: Viri fratres & patres audite. Quid lenius? quid clementius? Conciliabat auditorem, vt commendaret Saluatorẽ. Blandè cœpit, vt diu auditetur: & quia hinc fuerat accusatus quòd verba dixerat cõtra Deũ & legẽ, ipsam legẽ illis exposuit, vt eius legis esset prædicator, cuius accusabatur esse vastator. Hoc & audiuimus & audistis: nõ sunt nostra multũ necessaria, quia multa audistis. Hoc tantũ exhortor ad charitatem vestrã ędificandã, vt sciatis sanctũ Stephanum honorem Christi quæsisse, vt sciatis sanctũ martyrẽ testem Christi fuisse, vt sciatis eũ tanta miracula tũc in nomine Christi fecisse. Hoc enim scitis salubriter, Stephanũ sanctũ fecisse miracula in nomine Christi, nullum autem miraculũ fecisse Dominũ Christũ in nomine Stephani: vt discernatis seruum à Domino, cultorem à Deo, adoratorem ab adorando. Quando enim discernitis, tunc vos amat. Non enim p̃ se ille sanguinem fudit, sed pro Christo fudit.

CAP. I.

Act. 7.

VIDETE cui animam suam cõmendauerit. Ecce, inquit, videõ cælos apertos, & filium hominis stãtem ad dexteram Dei. Vidit Christum confitens Christũ; moriturus pro Christo, petrecturus ad Christum, & in extremis cũm ictus crebrescerent lapidũ, & dura vulnera à duris cordibus iactarentur, vidit se vicinum nõ exitio sed exitui, vidit animam suam iam exituram, & commendauit eam. Cui? Illi quem vidit, illi quem coluit, illi cui seruiuit, illi cuius nomen prædicauit, illi pro cuius Euangelio animam posuit, illi commẽdauit ipsam animam, Domine, inquit, Iesu, accipe spiritum meum. Fecisti me victorem, recipe in triumphum.

CAP. II.

Matth. 15. Accipe spiritum meum. Illi persequuntur, tu suscipe; illi eiciũt, tu intromitte. Dic spiritui meo: Intra in gaudiũ domini tui. Hoc est enim, accipe spiritũ. Sed spiritum illius quò accipit Iesus? in quã mansionẽ? In quod
Cap. III. cælũ cęli? quis cõprehẽdit? quis explicat? Vis audire
Ioan. 17. compẽdiũ? Audi ipsum Christũ: Pater, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecũ. Esse vbi est Christus, quæ potest cõprehendere cogitatio? Cuius ad hoc explicandũ sufficit sermo? Fidei cõmendetur, à lingua nõ expectetur.
Ioan. 12. Audistis cùm Euangeliũ legeretur, Vbi ego sum, illic & minister meus. Græcum codicẽ legite, & Diaconũ inuenieris: quod enim interpretatus est Latinus, Minister, Græcus habet Diaconus; quia verè Diaconꝰ Græcè, Minister est Latinè: quomodo martyr Græcè, testis Latinè; Apostolus Græcè, missus Latinè. Sed iã cõsueuimus nominibꝰ Græcis vti pro Latinis. Nã multi codices Euangeliorũ sic habẽt, Vbi sum ego, illic & Diaconus meus: hoc putare dictũ, quia hoc est dictũ, Vbi sum ego, illic & Diaconus meus. Ergo bene Diaconus ipsius, Domine Iesu accipe spiritũ meũ. Tu promisisti, Euangeliũ legi, Euangeliũ prædicaui, Vbi sum ego, illic & Diaconus meus. Extiti tibi Diaconus tuus, ministraui tibi sanguinẽ meũ: posui ꝓ te animã meã, red-
Cap. III. de mihi promissionẽ tuã. Et pro Iudæis, pro lapidatoribus suis, pro cruentis cordibus, pro crudelibus animis quomodo orauit? Genu fixit. Tanta humilitas Stephani, magnus reatus est illius populi. Pro se stans rogauit, pro illis genu fixit. Illos sibi præposuit? Absit, nõ est credendum. Diligebat inimicos: sed de proximo dictũ est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Qua-C re ergo genu fixit? Quia sciebat se pro sceleratis orare: & quãtò erant illi maligniores, tantò se difficilius scie-
Lucæ 23. bat exaudiri. Dominus in cruce pendens, Pater, inquit, ignosce illis: Stephanus sub lapidibus genu fixo, Domine ne statuas illis hoc delictũ. Secutus est vestigia pastoris sui tanquam bona ouis: bonus agnus secutus est agnum, cuius sanguis tulit peccatum mundi.
Ioan. 1. Implcuit quod ait apostolus Petrus, Christus pro no-
1. Pet. 2. bis passus est, relinquens nobis exemplũ, vt sequamur vestigia eius.
Cap. V. Vide hominẽ sequentẽ vestigia Domini sui. Christus in cruce, Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meũ: Stephanus sub lapide, Domine Iesu, suscipe spiritũ meum. Christus in cruce, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: Stephanus sub lapidibus, Domine Iesu, ne statuas illis hoc delictũ. Quomodo posset iste nõ ibi esse, vbi erat quẽ secutus est, vbi erat quẽ imitatus est? Triumphavit, coronatus est. La-Cap. VI. Inuentio sancti Stephani.
tuit tanto tẽpore corpus eius, processit quãdo Deꝰ voluit, illuminauit terras, tanta miracula fecit, mortuus viuos facit mortuos, quia nec mortuus. Ergo hoc cõmendo charitati vestræ, vt sciatis quòd orationes eius multa impetrãt, nõ tamen omnia. Nã inuenimus etiã in libellis qui dantur, fuisse illi difficultates impetrãdi, & accepisse tamen postea beneficiũ nõ deficiente supplicis fide. Nõ cessatũ est, oratũ est, & dedit postea Deꝰ per Stephanũ. Sũt verba orantis Stephani, & respõsum
B est illi, Pro qua oras nõ est digna, hoc & hoc fecit, & Miraculũ.
tamen institit, rogauit, accepit. Dedit nobis intelligere, quia in cuius nomine faciebat antequã carnẽ deponeret, in eius nomine faciũt orationes eius vt beneficia impetrentur, quibus nouit ea dari debere: ille autẽ tanquã seruus orabat. † Apocabatur angelus quidã cũ Ioanne. Angeli tales sunt apud Deũ, vt si boni fuerimus, & perfectè eum promeruerimus, angelis ęquemur: Erunt, dixit, æquales angelis Dei. Angelus ostendebat multa miracula sancto Ioanni euangelistæ, turbatus miraculis adorauit eũ. Adorauit homo angelũ, & angelus homini, Surge, quid facis? Illum adora, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum.
Cap. VII. Nota. al. Allegebatur. Luc. 20. Apoc. 19.

Si tanta humilitas apparuit in angelo, quantã putatis esse debere in martyre sicut est? Non ergo credamꝰ superbũ esse Stephanũ, cũ putamus quia virtute sua facit quod facit. Per cõseruum beneficia sumamus, honorẽ & gloriã Domino demus. Quid vobis plus dicã & multũ loquar? Legite quatuor versus quos in cella scripsimus, legite, tenete, in corde habete. Propterea enim eos ibi scribere voluimus, vt qui vult legat, quãdo vult legat. Vt omnes teneant, ideo pauci sunt; vt omnes legant, ideo publicè scripti sunt. Non opus est vt quæratur codex, camera illa codex vester sit. Aliquãto quidem temperius solito processimus: sed quia longa lectio recitata est, & graues æstus sunt, Libellum bene-Libellus.
ficiorum Dei per ipsum, quem lecturi hodie fuimus, in diem Dominicum differamus. Conuersi ad Dominum, &c.
Cap. VIII.

Finis primæ partis sermonum de diversis.

PARS

PARS ALTERA SERMONVM

DE DIVERSIS, QVI PER THEOLOGOS LOVANIENSES ANNO M. D. LXXVI. ACCESSERVNT.

Sermo LII.

Sermo B. Augustini *episcopi, in Natiuitate Domini.*

Cap. I. Natus est nobis hodie Saluator, & ideo hodie omni mundo sol verus exortus est. Deus homo factus est, vt homo Deus fieret: & vt seruus in dominum verteretur, formam serui dominus accepit. Habitauit in terris habitator cælorum: vt homo habitator terræ habitaret in cælis. Natus est ergo nobis Saluator, passus est diem partus, repudiatæ legis conceptus. Natus autem de patre semper, de matre semel. Etenim Dominì nostri Iesu Christi duas accepimus natiuitates: primò diuinam, deinde humanã: sed planè vtramque mirabilẽ. In illa vt matris, in hac vt patris officia cessarent. Vnam æternã, vt crearet temporales; alterã tẽporalẽ, vt præstaret æternos. Ille ergo in forma Dei patri ęqualis, ille in forma serui patri subditus. Ille creator tẽporũ, natus in tẽpore est, factúsque est tam paruus, vt ederetur à femina: sed tam magnus vtique permansit, vt non separaretur à patre. Has ergo Domini natiuitates, etiã duo Euangelistarum testantur principia. Vnus enim de natiuitate diuina ita ait: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. De hac verò natiuitàte humana, ita Euangelista alius refert, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Hic ergo natalis Domini, hic secundæ natiuitatis dies est: exultemus & lætemur in eo. Nec immeritò, aucto iam abhinc die, hodie lux incrementũ accipit, cùm humano generi in hoc vtique die vera lux venerit: vt rectè dies C tramitem solis augeat, quo nobis hũc per quem tenebris mortis absolueremur, inuexit. Hũc ergo Prophetæ annunciantes tanquã lucernæ venturũ, præcesserũt diem ortus eius: & miracula quæ esset gesturus in carne, clarissimis prœconiis ediderunt. Rectum namque erat, vt prædicaretur esse vẽturus: ne cùm venisset dubitaretur. Hic itaq. Deus-noster, homo inter homines conuersatus est. Apparuit enim videntibus homo, intelligentibus Deus: hominẽ intuentibus offerens, credentibus Deũ seruans. Ergo infirmos saluauit aspectus infirmitatis eius: firmos quærit contemplatio diuinitatis eius. Cap. II. Obsecro vos, charissimi, intuemini quàm magnum sit hoc mysterium veritatis. Ad saluandos homines Legem dederat, Prophetas miserat: & quia sanandis languoribus hæc remedia præcesserunt, ipsum se ad salutem eorum offerre hominibus Deus voluit. Porrò homines Deum ipsum in substantia sua videre non potuerunt: spem verò homines suam ponere in solo homine non debebant. Quid ergo hic fieret? Hominem sequi non debebant, homo sequendus non erat, qui videri poterat: Deus sequendus erat qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & qui ab homine videretur, & quẽ homo sequeretur, Deus factus est homo. Denique cùm
Matth. 17. iã inter homines versatetur, & tribus Apostolis in secreto adductis medius astaret: subitò eis in illa diuini cultus claritate resplenduit: quod Apostoli qui præsentes erant vix intueri pro humani affectus infirmitate potuerunt. Nasci humanitùs voluit, vt nos in ipso nas-

Christi duæ natiuitates.

Ioan. 1.

Matth. 1.

A ceremur, & futuris cultoribus suis iteratæ natiuitatis sacramenta sanciret: vt nos qui à natiuitate illa coarctati tenebamur obnoxij, Saluatoris nostri vestigia comitari, secundæ natiuitatis præsidio certò potiremur: quo in Deo & ex Deo nati, abrumperemus vincula mortis antiquæ, cùm pignus salutis Spiritum sanctum sumeremus. Ergo cum apparere hominibus Deus vellet, eósque quæ prius mandauerat, docere etiã præsens cuperet, vim diuinam assumpto homine temperauit, & posuit tenebras latibulũ suũ in circuitu suo, cùm se tabernaculo carnis obtexit. Tali ergo & tam ineffabi- Psal. 17.
li sacramento, Christus Deus noster & homo habetur, & Deus. Per matrem homo; per patrem, Deus. Sicque fit vt vtrumque illud sit verum quod ait: Pater ma- Ioan. 14.
ior me est. &, Ego & pater vnum sumus. Nã diuinitate Ioan. 10.
ęquatur patri, incarnatione subditur patri.

B Quærere tamen quidam solent, quomodo misceri potuit homo & Deus. Quærũt rationẽ huius my- Cap. III. Deus & homo quomodo misceri potuit.
sterij quod semel factũ est: cùm ipsi nequaquã possint reddere rationẽ eius quæ fit semper, id est, quomodo anima miscetur corpori, vt homo fiat. Ergo sicut corporea res incorporeáque cõiungitur, vt homo efficiatur: ita homo coniunctus est Deo, & factus est Christꝰ. Et tamen vt fieret Christus, duo illa incorporea, id est, anima & Deus faciliùs cõiungi permiscerique potuerunt, quàm miscetur vna incorporea aliáque corporea, id est, anima & corpus, vt persona hominis existat. Quòd si Deus creator cæli ac terræ cùm Deus esset homo factus est; & humiliauit semetipsum vsque ad Philip. 2.
mortem, mortem autem crucis: quanto autem superbire non debet terra & cinis? Videte, fratres, quantum se humiliauit propter homines Deus. Quantum se deificere debet seruus, quãdo ad tantam humilitatem descendit & dominus? Quæ humilitas, charissimi, si plenissimè ab hominibus possidetur, etiam ad charitatem vsque proficiet. Nam dum alter alterum existimat superiorem: dilectio facit æqualitatem. Vnde non se ipse homo despiciat, propter quem vtique ista subire dignatus est Deus. Et ego quidem, fra- Cap. IIII. Dei magna dignatio pro homine.
tres, pro quibus impendi & superimpendi cupio, licet magnos vos semper in conscientia mea fecerim: tamen maiores quodammodo vos res mihi ista efficit, cùm intendo quanta sit Domini mei pro homine dignatio. Vos vtique estis Dominicæ incarnationis, vos Dominici sanguinis pretium, vos membra Christi, vobis caput Christus est: pro vobis nasci, pro vobis Dpati cuncta nõ distulit. Crucem quoque ipsam ad hoc pertulit: vt vos sibi in familiam coaptaret. Vos appellamini Christi fratres, vos appellamini Christi hæredes. Proinde dilectissimi, vnusquisque dignum seipsum habeat, coram quo peccare non debeat: dignum se existimet, coram quo si delictum cogitauerit, erubescat. Pretio enim magno empti estis: glorificate & 1. Cor. 16.
portate Deum in corpore vestro. Hic pro vobis natus est, hic pro vobis oblatus est; hic etiã, si dignè agatis, habitat in vobis. Agamus ergo meditantes in lege Domini die ac nocte: vt comprehendere eum, vt videre mereamur. Agamus, vt quia dignatus est descendere propter homines Deus: ad Deum homo possit ascendere.

Sermo

SERMO LIII.

SERMO eiusdem D. AVGVSTINI, *de natiuitate Domini.*

CAP. I. OMMENDAT nobis diuinæ circa nos altitudinem gratiæ filius Dei, sine tẽpore natus ex patre. Quid enim erat antequã esset in homine? Putamus enim, fratres mei, antequam Christus de Maria virgine nasceretur, erat an non erat? Putate nos quærere, vnde non licet dubitare. His itaque cogitationibus ipse Dominus respondit, quando ei dictum est, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Respondit enim, & dixit, Amen, amen dico vobis, antequam Abrahã fieret, ego sum. Ego eram, homo nondũ eram. Ne fortè aliquis dicat, Angelus erat, sanctum Euangeliũ dixit vobis, Christus erat. Et quæritis quid erat? In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Ecce quod erat, in principio erat. Non est in principio factũ verbũ, sed erat verbũ. De isto autem mũdo audi quid dicit Scriptura: In principio fecit Deus cælum & terram. Queritis per quod fecit? In principio erat verbũ, per quod fieret cælũ & terra. Nõ est factũ, sed erat verbũ. Iã restat quærere quale verbũ: quia verba dicũtur & nostra. Nostra quidẽ verba cogitatione cõcipiũtur, voce pariũtur; & tamẽ cogitata & prolata trãsiunt. Illud autẽ quid? Et verbũ erat apud Deũ. Dic vbi erat, dic quid erat. Iã dixi. Sãctum Euangeliũ dixit tibi: In principio erat verbũ. Dic vbi erat, dic quid erat. Et verbũ erat apud Deũ. Sed ego quẽsiui quale verbũ. Vultis audire quid erat? Et Deus erat verbũ. O verbũ, quale verbũ! Quis explicet verbũ? Et Deus erat verbũ. Sed fortasse factũ à Deo. Absit. Audi quid dicit sanctũ Euangelium: Omnia per ipsum facta sunt. Quid est omnia? Quicquid factũ est à Deo, per ipsum factũ est. Et quomodo ipse factus est qui omnia fecit? Nunquid ipse se fecit? postremò si ipse se fecit, qui se faceret erat. Si ergo erat qui se faceret, nunquid non erat? Quomodo in virgine tale verbum? Omnia per ipsum facta sunt. Quid est omnia? Quicquid à Deo, per ipsum factum est. Noli frater ab ipso tanto opere separare Spiritum sanctũ. A quo tanto opere? Non paruum opus, magnum opus sunt angeli. Carnẽ Christi sedentem ad dexteram patris, adorant angeli.

Ioan. 8. Ioan. 1. Gen. 1. Christus quale verbum. Omnia per ipsum facta sunt.

CAP. II. TALE opus ergo operatus est maximè Spiritus sanctus. In isto opere cognominatus est, quando sanctæ virgini per angelũ futurus, nunciatus est filius. Ille qui proposuerat virginitatẽ, erat maritus eius, non ablator, sed custos pudoris: imò nõ custos pudoris, quia Deus custodiebat: sed custos pudoris virginalis maritus fuit, ne de adulterio grauida putaretur. Quando ei nunciauit angelus, ait: Quomodo fiet istud quoniã virum non cognosco? Si cognoscere disponeret, non miraretur. Illa admiratio, propositi est testificatio. Quomodo fiet istud, quoniã virũ non cognosco? Quomodo fiet? Et angelus ad eã, Spiritus sanctus superueniet in te. Ecce quomodo quod quæris, Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et bene dixit, Obumbrabit tibi: ne tua virginitas æstũ libidinis sentiat. Et cũ prægnans esset, dictũ est de illa, Inuẕta est Maria habẽs de Spiritu sancto in vtero. Operatus est Spiritus sanctus carnem Christi, operatus est & ipse vnigenitus filius Dei carnẽ suam. Vnde probamus? Quia inde ait Scriptura: Sapiẽtia ẹdificauit sibi domũ. Ergo animaduertite. Tãtus Deus, Deus apud Deũ, verbũ Dei per quod facta sunt omnia, quomodo in vtero includitur primũ? Vt ibi esset verbum, deseruit cælum? Vt esset in vtero virginis verbum, deseruit cælum? Et vnde angeli viuerent, si verbum deseruit cælum? Sed vt panem angelorum manducaret homo, Dominus angelorũ factus est homo. Adhuc cogitatio humana erret per nebulas

Lucæ 1. Prouerb. 9.

A suas, deficiat, quærat, dicat vt inueniat: Quomodo verbũ in vtero virginis, per quod facta sunt omnia, quomodo non deseruit? Quomodo in illo vtero includi potuit, esse potuit, includi nõ potuit? Quomodo, inquit, esse tantus in loco tantillo? Ergo cepit vterus, quod nõ capit: nec minoratus est, vt esset in vtero. In vtero erat, & tantus erat? Quantus erat? Dic quod erat. ET Deus erat verbum. Et ego scio, inquam, qui tecum loquor. Nec enim cõprehendo: sed cogitatio facit nos extẽdi, extensio dilatat nos, dilatatio nos capaces facit. Nõ factos capaces totum cõprehendere poterimus: sed verbo meo vobiscũ ago. Ecce quod dicò, quod dicturus sum, hoc audite, hoc cõprehendite verbo meo, hoc est verbũ humanum. Si autẽ nec hoc cõprehendere poteritis, videte ab illo quàm longè sitis. Certè miramur quomodo Christus carnẽ accepit de virgine. Natus est, & à patre nõ recessit. Ecce ego qui vobiscum loquor, B antequam ad vos venirem, cogitaui antè quod vobis dicerẽ. Quando cogitaui quod vobis dicerẽ, iã in corde meo verbũ erat. Non enim vobis dicerem, nisi antè cogitarẽ. Inueni te Latinũ, tibi proferendũ est verbũ. Si autẽ Græcus †essem, Græcè tibi loqui deberem, & proferre ad te verbũ Græcũ. Illud verbũ corde nec Latinũ est, nec Græcũ: prors antecedit lingua, si stat quod est in corde meo. Quæro illi sonũ, quæro quasi vehiculũ: quẽro vnde perueniat ad te, quãdo nõ recedit à me. Ecce audistis quod est in corde meo, iam est & in vestro. Et vos habere cœpistis, & ego nõ perdidi. Sicut verbum meũ assumpsit sonũ, per quẽ audiretur, sic verbum Dei assumpsit hominem per quẽ videretur. Quãtum potui, dixi. Et quid dixi? Quoniã qui dixi, homo loqui volui de Deo. Talis est, talis est, vt nõ loqui eum possimus, nec eum tacere debeamus.

Natiuitas Christi duplex. Deus erat verbum. al. parturitẽtemè al. esset. Esa. 53.

GRATIAS tibi agò Domine, quia quod dico, vel dicere volui, tu scis: tamẽ de micis mẽsæ tuæ paui cõseruos meos: pasce & tu ac nutri interius ęuos regenerasti. Ecce multitudo ista quid fuit? Tenebrę: nũc autem lux in Domino. Talibus enim Apostolus dicit: Fuistis aliquãdo tenebræ, nũc autẽ lux in Domino. O vos qui baptizati estis, fuistis aliquãdo tenebrę, nũc autem lux in Domino! Si lux, vtiq; dies: vocauit enim Dñs lucem diẽ. Fuistis tenebrę, fecit vos lucem, fecit diẽ, de vobis cãtauimus, Hic est dies quẽ fecit Dominus, exultemus & iocundemur in eo. Fugite tenebras. Ebrietas ad tenebras pertinet. Nolite discedere sobrij, & redire ebrij: Et post meridiem videbimus vos. Spiritus sanctus habitare cœpit, nõ migret: nolite illũ excludere de cordibus vestris. Bonus hospes inanes inuenit, implet vos; esurientes inuenit, pascit vos; postremò sitientes inuenit, inebriat vos: Ipse vos inebriet: Apostolus enim ait, Nolite inebriari vino, in quo est omnis luxuria. Et quasi volẹs D nos docere vnde inebriari debeamus: Sed implemini, inqtit, Spiritu sancto: cantantes vobismetipsis hymnis, psalmis, cãticis spiritualibus, cantantes in cordibus vestris Dño. Qui lętatur in Domino, & cãtat laudes Domino magna exultatione, non ebrio similis est. Probo istam ebrietatẽ, quoniã apud te Deũs fons vitæ est, & torrẽte voluptatis tuę potabis nos. Vnde? Quia apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Spiritus Dei & potus & lux est. Si inuenires fontẽ in tenebris, lucernã accẽderes, vt peruenires ad eũ. Nolite lucernã accẽdere ad lucis fontẽ. Ipse tibi lucet, & ad se te deducet. Cũ veneris ad bibere, accede & illuminare. Accedite ad eũ, & illuminamini: nolite recedere, ne contenebremini. Domine Deus voca, & accedatur ad te; firma, ne recedatur. Fac filios tuos nouos, de paruulis senes, de non senibus mortuos. In ista enim sapientia senescere licet, mori non licet.

Ebrietas sancta. Psal. 18. Christus sponsus & gigas: pulcher & fortis. Psal. 44. Psal. 23. Esa. 63.

SERMO

SERMO LIIII.

SERMO D. AVGVSTINI *de natiuitate Domini.*

CAP. I. NOVIT fides vestra, charissimi, quæ hanc vniuersam multitudinem congregauit: quia natus est nobis hodie Saluator. Natus est de patre semper, de matre semel. De patre sine sexu, de matre, sine vsu. Apud patrẽ quippe defuit cõcipientis vterus: apud matrem defuit seminantis amplexus. Prima natiuitas ex patre naturam seruauit: secunda natiuitas ex matre, gratiã seminauit. Illa tenuit maiestatẽ diuinæ substantiæ: ista suscepit societatem mortalitatis humanæ. In hac autẽ ideo venire dignatus est, vt fieret obediens vsque ad mortẽ, & moriẽdo vinceret mortẽ. Vtraque natiuitas ineffabilis, vtraque mirabilis. Quod enim cor humanum cõprehẽdere, quę ue lingua valeat explicare, quomodo natus sit Christus semper ex Deo, aut quomodo nuper ex vtero? Quis in B telligat cœternum filio patrẽ, quis eloquatur virginẽ matrẽ: illũ sine initio, sine fine gignentẽ; istã sine libidine concipientẽ, sine corruptione † patientẽ? Vtraque natiuitas mira est, quia diuina est. Siue ergo illam, siue istã mens humana cõsideret, rectissimè dicit, Generationẽ eius quis enarrabit? Et nos quid faciemus, fratres? Quoniam dignè eloqui nõ valemus, tacere debemus? Absit à nobis, absit vt taceat lingua serui, quando natalis est Domini. Dicamus ergo quod possumus, quod legimus. Beatus Dauid de Christo loquẽs, dicit in Psalmis: In sole posuit tabernaculũ suũ, & ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas. Processit enim hodie de sacro thalamo, hoc est, beatorum virgineorũ viscerũ abdito incorruptóque secreto. Processit inde virginis filius, virginis sponsus: filius videlicet Mariæ, sponsus Ecclesiæ. Vniuersæ enim Ecclesiæ C loquebatur Apostolus, quãdo dicebat: Aptaui vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. AD has tales nuptias Christi, pater sponsi primũ inuitauit populũ Iudæorũ. Sed quid ait Euangeliũ? Qui inuitati erãt, non fuerunt digni. Inuitata est postea vniuersarũ Gentium multitudo, ipsa impleuit Ecclesiã, ipsa accepit de mensa Dominica nõ viles epulas, aut ignobiles potus, sed ipsius pastoris, ipsius occisi Christi carnẽ prę libauit & sanguinẽ. Occisus est ad nuptias suas ipse innocens agnus, occisus est ad nuptias: & quoscunque inuitauit, de carne sua pauit. Occisus epulas preparauit: resurgẽs nuptias celebrauit. Occisus voluntariã pertulit passionẽ: resurgens dispositã duxit vxorem. In vtero virginis humanam carnẽ velut arrhã accepit: in cruce pretiosissimã dotem suum sanguinem fudit: in resurrectione atque ascẽsione sua æterni matrimonij fœdera roborauit. Ascendit enim in altũ, captiuam duxit captiuitatẽ: D dedit dona hominibus. Quæ dona? Spiritũ sanctum per quẽ diffusa humanis mentibus charitate, inseparabiliter Christo tanquam viro suo adhæsit Ecclesia. Processit ergo hodie tanquam sponsus de sacro thalamo suo, & sicut exequitur Psalmus, Exultauit vt gigas ad currendam viam. Processit vt sponsus, exultauit vt gigas: pulcher vt fortis. Pulcher, vt sponsus, fortis, vt gigas. Pulcher, vt ametur; fortis, vt timeatur. Pulcher, vt placeret; fortis, vt vinceret. Vbi inuenitur in Scripturis sacris sponsi istius pulchritudo? Speciosus forma prę filiis hominũ: diffusa est gratia in labiis tuis. Vbi inuenitur gigantis fortitudo? Dominus fortis & potens, Dominus potẽs in prœlio. Vtrumque autem, id est, & pulchritudinẽ & fortitudinem in eo viderat & intellexerat Esaias, cùm diceba, Quis est iste qui aduenit ex Edom, robur vestimentorũ eius ex Bosor, sic speciosus in stola vestimenti cum fortitudine? Iste

Natiuitas duplex. Psal. 18. Psal. 44. Psal. 23. Esa. 63.

A ergo Propheta, qui & speciosum dixit & fortem: speciosum nouerat & gigantem.

ERGO, charissimi, exultauit vt gigas ad currendam viam. Quam viã, nisi mortalẽ viã, quã dignatus est nobiscum haberẽ cõmunẽ? Ipsa est via, per quã genus humanũ transit. Transeunt enim per eã veniendo nascentes, & abscedendo morientes. Et iste generis humani fluuius, ab initio vsque in finẽ ex occultis naturę venit, iugiter manat. De isto fluuio rapido ac turbulento bibere dignatus est Christus. Modò audistis in Psalmo: De torrente in via bibit. Torrens iste produxit nos ad natiuitatẽ, perduxit ad mortẽ. Quasi ex occulto fontis, abyssum maris suscepit Christus. Vtrũque pro nobis: & natus & mortuus est. Et quia homines in medio huius fluminis cõstituti, plerũq; delectãtur mũdi blandimẽtis, & illecebris quæ limo huius torrentis inuoluũtur, atq; in profundũ inferni demergũt eos, qui dũ transeũtes, vadas auidè hauriunt, sic necãtur, stare cupiẽtes in torrente prę cipitati, & in republica quærentes fixa vestigia: ideo Dominus de torrente in via bibit. Quid est in via bibit? Trãsiens bibit. Bibit enim & transiit, non remansit: nec stetit in via peccatorũ. Itẽ mortẽ metuũt homines: quia necesse est prę cipitari omnes huius torrentis impulsu. Christus autẽ mortẽ quam sponte susceperat, timere nõ potuit: ideo dictũ est, Et exultauit vt gigas ad currẽdã viã. Descendit enim, & cucurrit, ascendit, & sedit. Nostis, quia sic cõsueti sumus: postquã resurrexit, ascẽdit in cælũ, sedet ad dexterã patris. Hũc nostri gigantis excursum breuissimè ac pulchèrrimè cecinit beatus Ambrosius in hymno, quẽ paulò antè cantastis. Loquẽs enim de Domino Christo, sic ait: Egressus eius à patre, regressus eius ad patrẽ: excursus vsque ad inferos, recursus ad sedẽ Dei. Hęc omnia, charissimi, si quæramus cur facta sunt: inueniemus facta p nobis. Descendit enim, vt ascenderemus; mortuus est, vt viueremus, resurrexit, vt resurgeremus; ascendit in cælum, vt terrena contemnere, & cor sursum erigere disceremus. Denique vt leuaret post se spem nostram, leuauit primò carnem suam. Et vt speraremus hoc secuturũ in nobis, illud præcessit quod accepit ex nobis,

CAP. III. Psal. 18. In Symbolo. D. Ambr. hymnus.

Item sermo beati Augustini episcopi, de natiuitate Domini. SERMO LV.

CAP. I. ANCTIFICAVIT nobis, fratres, istũ diẽ, dies qui fecit omnem diem. De quo Psalmus canit: Cantate Domino canticũ nouũ, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: benedicite de die in diem salutare eius. Quis est dies de die, nisi filius de patre, lumen de lumine? Sed dies ille hunc genuit diem, qui de virgine natus est hodie. Dies ergo ille non habet ortũ nõ habet occasum. Diẽ dico patrẽ Deũ. Quid est dies, nisi lumen? nõ oculorũ carnalũ, non lumẽ cõmune cũ pecoribus: sed lumẽ quod angelis lucet, lumẽ cui videndo corda purgantur. Transit ista nox in qua modò viuimus, in qua nobis accendũtur lucernæ Scripturarũ: & veniet illud quod in Psalmo canitur, Manè astabo tibi, & contẽplabor te. Dies ergo ille, verbum Dei, dies qui lucet angelis, dies qui lucet in illa vnde peregrinamus patria. Vestiuit se carne, natũsque est de Maria virgine. MIRABILITER natus. Quid mirabilius virginis partu? Concipit, & virgo est, parit, & virgo est. Creatus est de ea quam creauit: attulit ei fœcunditatem, non corrupit eius integritatem. Maria vnde? Ex Adam. Adam vnde? De terra. Si Maria de Adam, & Adam de terra: ergo & Maria terra. Si autem

Christus. dies de die. Psal. 95. Psal. 5. CAP. II.

Maria

Maria terra, agnoscamus quod cantamus: Veritas de
Psal. 84. terra orta est. Quale nobis beneficiũ præstitit? Veritas
de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit. Iudæi
Rom. 10. enim, sicut dicit Apostolus, ignorantes Dei iustitiam,
& suã volẽtes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Vnde potest homo esse iustus? A semetipso? Quis
pauper sibi dat panẽ? quis nudus cooperitur, nisi acce-
Rom. 1. perit vestem? Vnde iustitia? Quæ iustitia sine fide? Iust⁹
enim ex fide viuit. Qui sine fide se dicit iustũ, mentitur.
Quoniam mẽtitur in quo nõ est fides: si vult dicere verũ, cõuertat se ad veritatẽ. Longè enim veritas erat,
quę de terra orta est. Dormiebas, venit ad te: graui op-
primebaris somno, excitauit te: viam tibi fecit per se,
ne perderet te. Ergo veritas de terra orta est, quia Christus de virgine natus est: iustitia de cælo prospexit, vt
Cap. III. per iustitiam homines resipiscerent, qui per iniustitiã
desiperunt. MORTALES eram⁹, peccatis opprimebamur: pœnas nostras portabamus. Omnis homo quãdo
B nascitur, à miseria inchoat. Noli quærere prophetãtem:
interroga nascentem, vide flentẽ. Cùm hęc esset in terra Dei indignatio, qualis subitò facta est dignatio? Veritas de terra orta est. Creauit omnia, creatus est inter
omnia. Fecit diem, venit in diẽ. Dominus Christus in
ęternum sine initio apud patrẽ: habet & natalẽ in principio verbũ. Qui nisi haberet humanã generationem,
nos ad diuinã nõ perueniremus regenerationẽ. Natus
est, vt renasceremur. Christus natus est, nemo dubitet
renasci; generat⁹ est, nõ regenerãdus. Cui enim necessaria erat regeneratio, nisi cuius dãnata est generatio?
Fiat itaque in cordibus nostris misericordia eius. Portauit eũ mater in vtero: portemus & nos in corde. Grauidata est virgo incarnatione Christi: grauidentur pectora nostra fide Christi. Peperit virgo Saluatorẽ; pariat anima nostra salutem, pariamus & laudẽ. Nõ sim⁹
steriles: animæ nostræ Deo sint fœcundæ.

CAPVT IIII. GENERATIO Christi à patre sine matre, & à ma-
tre sine patre: ambę mirabiles. Prima, æterna; secunda,
temporalis. Natus est ætern⁹ de æterno. Quid miraris?
Deus est. Sit cõsideratio diuinitatis: & perit causa admirationis. Trãseat admiratio, ascendat laudatio; fides
assit, credę quod factum est. Parumne pro te humiliat⁹
est De⁹? Qui Deus erat, factus est. Angustũ erat diuersoriũ, inuolutus pannis, in præsępe positus est, quis non
admiretur? Ille qui mũdum implet, in diuersorio locũ
non inuenit. In præsępio positus cibus noster est fact⁹.
Accedant in præsępe duo animalia, duo populi. Co-
Esa. 1. gnouit bos possessorẽ suum, & asinus præsępe Domini
sui. Noli erubescere Dei esse iumentũ; Christũ portabis, non errabis; ambulas per viã, sedet super te. Sedeat
super nos Dominus, & quò vult nos dirigat; iumẽtum
ipsius simus, ad Hierusalẽ eamus. Ipso insidente nõ op-
D primimur, sed eleuamur; ipso ducente, nõ errabimus,
per ipsum ad ipsum eamus: vt cum nato hodie puero
in perpetuum gaudeamus.

SERMO LVI. *Sermo eiusdem beati Augustini, de natiuitate Domini.*

CAP. I. NATALIS Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, quo veritas de terra orta est, & dies
ex die anniuersario reditu nobis hodie celebrandus illuxit: exultemus & iocundemur
in eo. Quòd enim nobis præstitit tantæ sublimitatis
Matth. 11. humilitas, fides habet Christianorum, remotum est à
cordibus impiorũ; quoniam abscondit Deus hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelauit ea paruulis. Teneãt ergo humilitatem Dei humiles: vt hoc tãto adiumẽto perueniant ad altitudinẽ Dei. Sapientes autẽ illi
A & prudentes, dum alta Domini quærunt, & humilia
Domini non credunt, ista prætermittentes, & propter
hoc ad illã non peruenientes, inanes & leues, inflati &
elati, & tanquã inter cælũ & terrã inuento medio pependerũt. Sũt enim sapientes & prudẽtes, sed hui⁹ mũdi, non ad illius à quo factus est mũdus. Nã si esset in eis
vera sapientia, quæ Dei & Deus est, intelligerẽt à Deo
carnẽ potuisse suscipi, nec eum in carne potuisse mutari. Intelligerẽt eũ assumpsisse quod nõ erat, mansisse
quod erat, & in hominẽ ad nos venisse, & à Deo patre
non recessisse, & apud patrẽ perseuerasse quod sumus:
& corpore infantili esse indutum, & mundanæ moli
non esse subtractũ. Cuius opus est apud patrẽ manẽtis,
mũdus vniuersus: huius opus est, ad nos veniẽtis, virginis partus. Dedit quippe indiciũ maiestatis eius virgo
mater, quę virgo ante cõceptũ, virgo est & post partũ.
Hoc tã grãde miraculũ malunt infideles fictũ potius
B putare quàm factum. Ista in Christo homine & Deo,
quoniã nõ possunt contẽnere, nõ credunt diuina. Nobis autem quantũ est illis abiectius, tanto sit gratius in
humilitate Dei hominis corpus: & quanto illis est impossibilior, tanto sit diuinior in hominis natiuitate virginis partus. PROINDE natalẽ Domini gaudẽtes, fre-
Cap. III. quenti & festiuitate debita celebremus. Exultent viri,
exultent feminæ: Christus vir est natus ex femina: vterque ergo honoratus est sexus. Iã ergo ad secundũ hominẽ trãseat, qui in primo antè fuerat dãnatus. Mortẽ
vobis psuaserat femina, nata est similitudo carnis peccati. Nõ itaque natura culpetur, sed natura viuat, culpa
moriatur: quia sine culpa nat⁹ est, in quo is, qui in culpa fuerat, renascatur. Exultate sancti pueri, qui Christũ præcipuè sequendũ elegistis, qui cõiugia nõ quæsistis. Ad vos per cõiugẽ venit, quẽ sequendũ inuenistis:
C vt donaret vobis cõtẽnere per quã venistis. Vos enim
venistis per carnales nuptias, sine quibus ille spiritales
venit ad nuptias: & quos præcipuè vocauit ad nuptias,
vobis dedit spernere nuptias. Ergo vnde nati estis, non
quæsistis: quia eũ qui non ita natus est, plusquàm cętera dilexistis. Exultate virgines sanctæ, virgo vobis peperit, cui sine corruptione nubatis: quẽ cõcipiẽdo perdere potestis quod amastis. Exultate iusti, iustificatoris
est natalis. Debiles exultate & ægroti: quia Saluatoris
est natalis. Captiui exultate, redẽptoris est natalis. Omnes Christiani exultate, natalis est Christi. Exultemus
serui, natalis est dominãtis. Exultemus liberi, liberãtis
est natalis. Hic de matre natus, istum diem seculis cõmendauit, qui de patre natus creauit secula. Nec illa
natiuitas vllam potuit habere matrẽ, nec ista hominẽ
patrem quæsiuit. Denique natus est Christus & de patre, & de matre: & sine patre, & sine matre. De patre,
D homo. Generationem eius quis enarrabit? Siue istam Esa. 53.
sine tempore, siue illã sine femine, illam sine initio, hãc
sine exemplo, illam quæ nunquam fuit, istã quæ nec
antea nec postea fuit; illam quæ non habet finẽ, istam
quæ nec initium habuit, nec finem.

MERITÒ ergo Prophetæ nunciauerunt nascitu- Cap. III.
rum: cæli verò atque angeli natum. Iacebat in præsępio continens mundum infans, & verbum quem cæli
non accipiũt, vnius feminæ sinus ferebat. Illa regem
nostrum regebat, in quo sumus; illa portabat panem
nostrum, illa lactabat. O manifesta infirmitas, & mira humilitas, in qua sic latuit tanta diuinitas! Matrem
cui subiacebat infantia, regebat potentia. Perficiat in
nobis sua munera, qui sumere non abhorruit etiam
nostra primordia: & in se nos faciat Dei filios, qui propter nos dignatus est fieri hominis filius.

Item

SERMO LVII. *Item sermo eiusdem de Natiuitate Domini.*

DILECTISSIMI fratres, de verbo æterno
quis temporale dignẽ proferat verbũ? Magnis infima quomodo sufficiant? Laudant
cæli, laudant virtutes, laudant & perpetuæ
potestates, laudant luminaria laudãt sydera, vt potest
laudat & terra: nõ vt dignè laudet, sed ne segregata dã-
Sap. 8. netur. Quis explicat, quis loquitur, quis vel sapit eum
qui attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter? Quomodo exultauerit ad currendã viã,
vt est à summo cælo egressio eius, & occursus eius vsq;
ad summũ eius? Si vbiq; attingit, vnde exit? Si vbiq; attingit, quò vadit? Locis nõ distenditur, neque variatur
temporibus, neq; habet accessus & recessus, in se manens, vbique circuit totus. Quæ sunt spacia quæ non
habent omnipotentẽ, quę non tenent immensum, quę
non suscipiunt venientẽ? Si verbũ cogitas, nihil diximus. Sed vt de se humilis doceret aliquid dicere, hu-
Lucæ 1. miliauit semetipsum formã serui accipiens. In hac forma descendit, in hac forma secundum Euangeliũ sapientia & studio profecit, in hac forma patiẽs fuit, in
hac forma fortiter dimicauit, in hac forma mortuus
est, in hac forma mortẽ vicit & resurrexit, in hac forma ad cælũ rediit, qui de cælo nunquã recessit. Benedictus ergo est in firmamẽto cęli, qui factus est pro nobis, secundũ Apostolũ, maledictus: vt in gẽtibus bene-
Psal. 18. dictio fieret Abrahæ. Exultauit vt gigas. Qualis gigas?
Portas inferni fregit: exiit & ascendit. Quis est iste rex
Psal. 23. gloriæ propter quẽ dictũ est quibusdã principib⁹, Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: Eleuamini, magnus est: angustæ estis, non capitis, eleuamini. Vt quid hoc? Vt introeat rex gloriæ. Expauescũt. Quis est iste rex gloriæ? Nõ agnoscitur. Nõ
solũ Deus est, sed & homo: non solũ homo, sed & De⁹.
Patitur, certè Deus est: resurgit, certe homo est. An &
C Deus & homo est? Verè enim patitur, & verè resurgit.
Hoc autẽ vno codemq; Psalmo bis dicitur, Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Repetitur hoc ipsum codẽ verbo, tanquã putetur superfluũ & non necessarium. Sed
in repetitione eorundẽ verborũ fines attendite & aduertite quare bis dictũ fuerit. Tanquã enim semel resurgenti, & semel ascendenti; bis portæ inferorum &
cæli aperiuntur. Res enim noua, inferis Deus præsens:
res noua, cælis homo assumptus. Vtroq; tempore, vtroque loco, expauescunt principes. Quis est iste rex gloriæ? Vnde hoc discernimus? Audi quid vtrisque respõdeatur. Illis interrogantibus dicitur, Dñs fortis & potens, Dñs potens in bello. Quali bello? Mortẽ pro mortalibus subire, solũ pro omnibus pati, nõ resistẽte omnipotente, & tamen vincere mortẽ. Magnus ergo iste
rex gloriæ, etiã apud inferos. Repetitur etiã hoc cæle-
D stibus potestatibus. Tollite portas principes vestras, &
eleuamini portæ æternæ. An non sunt portæ æternæ, quarũ claues accepit Petrus? Sed quia secum hominẽ
leuat, ibi tanquã non agnitus dicitur, Quis est iste rex
gloriæ? Sed ibi quia non iam certator, sed victor est,
quia nõ dimicat; sed triũphat, nõ ibi respondetur, Dñs potens in bello, sed Dñs virtutũ ipse est rex gloriæ.

SERMO LVIII. *Item sermo eiusdem de Natiuitate Domini.*

ANGELORVM voce postquam Dominus Iesus Christus natus est virginis
partu, pastoribus nunciatus est, sicut cũ
Euangelium legeretur, audiuimus dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in
Lucæ 2. terra pax hominibus bonę voluntatis. Festa vox & gratulatoria, non vni fœminæ cuius vterus Dominicam
prolem ediderat, sed generi humano cui virgo peperat Saluatorem. Dignũ enim erat, & hoc prorsus decebat, vt ei gignenti quæ Dñm cæli terræq; procreauerat, & post editã sobolem integra manserat, nõ mulierculæ humanis sollennitatibus, sed angeli diuinis laudibus, partum celebrarẽt castissimum. Dicamus ergo
& nos, & quanta possumus exultatione dicamus, qui
nõ pecorum pastoribus eũ natum nunciamus, sed eius
Natalitia cũ ouibus eius celebramus. Dicamus, inquã,
& nos fideli corde, deuota voce: Gloria in excelsis Deo,
& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et hæc verba diuina, has Dei laudes, hoc angelicũ gaudiũ, quãta
valemus cum consideratione perspectũ, fide & spe &
charitate meditemur. Sicut enim credimus & desideramus, erimus & nos gloria in excelsis Deo, cũ resurgente spirituali corpore fuerimus rapti in nubibus obuiam Christo: si modò pacẽ in terra cum bona voluntate sectemur. In cælis quippe erimus gloria in excelsis Deo, quia vbi regio viuorũ, & ibi dies boni, vbi dñs
idem ipse est, & anni eius non deficiunt. Quisquis autẽ
Psal. 33. vult vitam, & diligit videre dies bonos, cohibeat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum:
Declinet à malo, & faciat bonũ. Ista sit pax bonæ voluntatis & quærat pacem, & sequatur eã: quia in terra
pax hominibus bonæ voluntatis. Quod si dicis ô homo, Ecce velle adiacet mihi, perficere autem bonũ nõ
inuenio, & condelector legi dei secundum interiorem
Rom. 7. hominem, vides autẽ legem in membris tuis repugnãtem legi mentis tuæ, & captiuũ te ducentẽ in lege peccati quæ est in mẽbris tuis: persiste in bona volũtate &
exclama quod sequitur: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per Iesũ
Christum dñm nostrum. Ipse est enim pax in terra ho-
Gal. 5. minibus bonæ voluntatis, post bellũ in quo caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ,
vt non quę vultis illa faciatis: quoniam ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Persistat igitur bona vo-
Eph. 2. luntas aduersus concupiscentias malas, & persistens imploret auxilium Dei gratiæ, per Iesum Christũ Dominum nostrum. Repugnatur illi à lege membrorum
carnalium, & ecce iam captiuatur, imploret auxilium,
non fidat viribus suis; & saltẽ fessa, non dedignetur esse confessa. Aderit eis qui dixit quos iam videbat credẽtes in eum: Si permanseritis in verbo meo, vere di-
scipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas
Ioan. 8. liberabit vos. Aderit & liberabit veritas, de corpore mortis huius. Ideo quippe veritas, cuius natalitia celebramus, de terra orta est, vt sit pax in terra hominibus
bonæ voluntatis. Nam quis idoneus est velle & posse,
nisi inspirando adiuuet? Et vt possimus & quia vocando persistit, & quia vbique misericordia eius præuenit
nos, vt vocaremur qui nolebamus, & vt impetremus
posse quod volumus, dicamus ergo: Et iurauí, & statui,
Psal. 118. custodire iudicia iustitiæ tuæ. Statui quidem: & quia
impetraui, promisi obedientiam. Sed quoniam video
aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ; & captiuum me ducentem in lege peccati,
quæ est in membris meis: humiliatus sum vsquequaque, Domine viuifica me secundum verbum tuum.
Ibidem. Ergo velle adiacet mihi, ergo voluntaria oris mei approbant Domine: vt fiat pax hominibus in terra bonæ
voluntatis. Dicamus ista, & si qua alia suggerit pietas,
sanctis instructa lectionibus, vt nati ex virgine Domini celebritatem non inaniter frequentemus, in coacta
bona voluntate perficiendo plenissimè charitatẽ, quæ
& diffunditur in cordibus nostris, nõ per nos ipsos, sed
per spiritum sanctum qui datus est nobis.

SERMO LIX. CAP. I.

Sermo eiusdem de eodem festo.

ODIERNVS dies Natalis Domini nostri Iesu Christi, nobis festus dies illuxit. Natalis dies, quo natus est dies. Et ideo hodie, quia ex hodierno crescit dies. Natiuitates Domini nostri Iesu Christi, duæ sunt. Vna diuina, altera humana: ambæ mirabiles. Illa sine femina matre, ista sine viro patre. Quod ait sanctus Esaias propheta, Generationē eius quis enarrabit? ad ambas generationes referri potest. Quis dignè narret generātū Deū? Quis dignè narret virginis partum? Illud sine die, hoc certo die. Vtrūque sine humana æstimatione, & cum magna admiratione. Illam primam attēdite generationē, In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū. Cuius verbum? Ipsius patris. Quod verbū? Ipse filius. Nunquā pater sine filio. Et tamē qui nunquā sine filio, genuit filium. Et genuit & non cœpit. Sine initio generato nullum est initiū. Et tamē filius, & tamen genitus. Dicturus est homo, quomodo genitus, & nō habet initium? Si genitus, habet initiū: si non habet initium, quomodo genitus? Quomodo, nescio. Quæris ab homine quomodo sit genitus Deus? Interrogatione tua laboro: sed propheram appello. Generationē eius quis enarrabit? Veni mecū ad istam generationem humanā, veni mecum ad istam in qua seipsum exinaniuit formam serui accipiēs, si forte vel ipsam capere possimus, si forte vel de ipsa aliquid loqui valeamus. Etenim quis capiat, Qui cum in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse æqualis Deo? Quis hoc capiat? Quis hoc dignè cogitet? Cuius mēs hoc audeat perscrutari? Cuius lingua audeat pronunciare? Cuius valeat cogitatio capere? Interim hoc omittamus: multū est ad nos. Vt autem non multū esset ad nos, semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinē hominum factus. Vbi? In virgine Maria. Inde ergo aliquid loquamur, si fortè possumus. Angelus nunciat, virgo audit, credit, & cōcipit. Fides in mente, Christus in ventre. Virgo concepit, miramini: virgo peperit, plus miramini. Post partū, virgo permansit. Generationē ergo istā quis enarrabit?

CAP. II. Tres vitæ: Cōiugalis, vidualis, & virginalis.

DICO quod vos delectet charissimi. Tres vitæ sunt in ecclesia mēbrorū christi: Cōiugalis, vidualis, virginalis. Quia ipsæ vitæ, ipsę pudicitię futurę erant in sanctis mēbris Christi: omnes istę vitæ tres attestatæ sūt Christum. Prima, coniugalis. Quando Maria virgo concipit, Elizabeth vxor Zachariæ & ipsa cōceperat. Huius Iudicis præconē ferebat in vtero. Venit ad eam sancta Maria, tanquā ad cognatam suā salutandam. Exultauit infans in vtero Elizabeth. Ille exultauit, illa prophetauit. Habes attestantē pudicitiā cōiugalē. Vbi vidualis: In Anna. Audistis modo cū Euangeliū legeretur: q esset sancta prophetissa, vidua octoginta & quatuor annorū, quæ septē annis vixerat, cū viro suo: frequentans templū Dñi, seruiens in orationibus nocte & die. Et ipsa vidua agnouit Christū. Vidit paruum, agnouit magnū. Et ipsa attestata est. Habes & in ista, vitam vidualē: In Maria, virginalē. Eligat sibi quisq; de istis tribus quā voluerit. Qui præter istas esse voluerit: in mēbris Christi esse nō disponit. Nō dicāt cōiugatæ, nos ad Christū non pertinemus. Habuerunt maritos sanctæ fœminæ. Nō se extollāt virgines. Quāto magnæ sunt, humiliēt se in omnib⁹. Omnia exempla salutis proposita sunt ante oculos nostros. Nemo exorbitet: Nemo propter vxorē, melius sine vxore. Si pudicitiā coniugalem quæris: habes Susannā. Si vidualē: habes Annam: Si virginalē: habes Mariam.

CAP. III.

DOMINVS Iesus homo esse voluit propter nos. Nō vilescat misericordia: iacet in terra sapientia. In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. O cibus & panis Angelorū: de te implētur Angeli, de te satiantur, & non fastidiūt. De te viuūt, de te sapiūt, de te beati sunt. Vbi es propter me? In diuersorio angusto, in pānis, in præsepio: Propter quē? Qui regit sydera, sugit vbera. Implet Angelos, fatur in sinu patris, tacet in sinu matris. Sed locuturus est cōpetēte ætate, impletur⁹ Euangeliū nobis. Propter nos passūrus, propter nos moriturus; ad exemplū præmij nostri resurrecturus, ante oculos discipulorū in cælū ascensurus, ad iudicium de cælo venturus. Ecce qui in præsepi iacebat, diminutus est: sed non perdidit se. Accepit quod nō erat, sed māsit quod erat. Ecce habemus infantē Christum, crescamus cū illo.

CAPIT IIII.

SATIS hæc sint charitati vestræ. Quia multos hic video propter sollēnitatem, oportet vt dicam. Calēdæ Ianuarij venturæ sunt. Christiani estis omnes: Deo propitio Christiana est ciuitas. Duo genera hominū hic sunt: Christiani & Iudæi. Non fiant illa quæ odit Deus: per iusum iniquitas, per iocum improbitas. Nō sibi faciant homines Iudices, ne veniant in manus veri Iudicis. Audite, Christiani estis, membra Christi estis. Cogitate quid estis, cogitate quāti empti estis. Postremo si vultis scire quid facitis: ego eis dico, faciunt. Nolite ad iniuriam vestram referre, quib⁹ ista displicent. Eis dico qui faciunt, & quibus placēt. Vultis nosse quid facitis, & qualē tristitiā nobis ingeritis? Faciūt illud Iudæi. Vel sic erubescite ne fiat. Natali Ioannis, id est ante sex menses, tot enim menses inter se habent præco & Iudex, de solemnitate superstitiosa pagana, Christiani ad mare veniebāt, & ibi se baptizabāt. Absens erā. Sed sicut cōperi per disciplinā Christianorū presbyteri permoti, quibusdā dignā & ecclesiasticā disciplinā dederunt. Murmurauerūt inde homines, & dixerūt quidā. Quantū erat vt indicaretur nobis? Si ante præmoneremur, nō faceremus. Ipsi præmonuissent presbyteri, non fecissemus. Ecce episcopus præmonet, monco, prędico, denūtio. Audiatur Episcopus iubens, audiatur episcopus monens: audiatur episcopus rogās, audiatur episcopus adiurās. Adiuro per ipsum qui hodie natus est: adiuro, obstringo, nemo faciat. Melius est vt monens audiar, quàm tristis sentiar.

Eiusdem de eodem.

Citat Beda 2. Corinth. 11.

SERMO LX. CAP. I.

VERBVM patris per quod facta sunt tempora, caro factū, Natalē suū nobis fecit in tēpore: & in ortu humano habere voluit vnū diē, sine cuius nutu diuino nullus voluitur dies. Ipse apud patrē præcedit cuncta spacia sæculorū: ipse de matre in hac die cursibus se ingessit annorum. Homo factus, hominis factor. Vt sugeret vbera, regens sydera, vt esuriret panis, vt sitiret fons, dormiret lux, ab itinere via fatigaretur, falsis testib⁹ veritas accusaretur, Iudex viuorū & mortuorū, à iudice mortali iudicaretur, ab iniustis iustitia damnaretur, flagellis disciplina cæderetur, spinis botrus coronaretur, in ligno fundamentū suspenderetur, virtus infirmaretur, salus vulneraretur, vita moreretur. Ad hæc atq; huiusmodi sustinēda pro nobis se inclinās vt liberaret indignos, quādo nec ille aliquid mali, qui propter nos tāta pertulit mala, nec nos boni aliquid merebamur: quid per eū tanta accepimus bona. Propter hæc ergo qui erat ante omnia sæcula sine initio dierū Dei filius, esse in nouissimis dieb⁹ dignatus est hominis filius: & qui de patre natus, nō à patre factus erat; factus est in matre quā fecerat, vt ex illa ortus, hic aliquando esset, quæ nisi per illum nūquā & nusquā esse potuisset. Sic adimpletū est quod prædixerat Psalmus, veritas de terra orta est. Maria virgo

virgo ante conceptum, virgo post partum: absit enim vt in ea terra, hoc est in ea carne vnde orta est veritas, perirer integritas. Neuipe post resurrectionem suam cum spiritus putaretur esse nō corpus, Palpate, inquit, & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Et tamen illius iuuenilis corporis soliditas, non patentibus foribus se ad discipulos intromisit. Cur ergo qui potuit per clausa ostia magnus intrare, non potuit etiam per incorrupta membra paruus exire? Sed neque hoc neque illud volunt credere increduli. Ideo potius vtrumque fides credit: quia infidelitas vtrumque non credit. Ipsa quippe infidelitas, cui nulla in Christo videtur fuisse diuinitas. Porrò si fides Dominum natum credit in carne, Deo non dubitet vtrumque possibile: vt & corpus maioris ætatis non reserato aditu domus, intus positis præsentaret, & sponsus infans de thalamo suo, hoc est vtero virginali illæsa matris virginitate procederet.

CAP. II.

ILLIC namque vnigenitus Dei filius humanam sibi cōiungere dignatus est naturā: vt sibi capiti immaculato immaculatā † consignaret Ecclesiā, quā Paul⁹ Apostol⁹ virginē vocat: non solas in ea considerans etiam corpore virgines, sed incorruptas omnium desiderans mentes. Desponsaui enim vos, inquit, vni viro, virginem castam exhibere Christo. Ecclesia ergo imitans Domini sui matrem, quoniam corpore non poruit, mente tamen & virgo & mater est. Nullo itaque modo virginitatem matri suæ nascendo Christus ademit, qui Ecclesiam suam de fornicatione dæmonum redimendo virginem fecit. Ex cuius incorrupta virginitate procreatæ virgines sanctæ, quæ terrenas nuptias contemnentes esse etiam carne virgines elegistis, gaudentes celebrate solleniter hodierno die virginis partum. Ille quippe est natus ex femina, qui non est ex masculo satus in femina. Qui vobis attulit quod amaretis, matri non abstulit quod amatis. Qui sanat in vobis quod traxistis ex Eua, absit vt corrumperet quod dilexistis in Maria. Illa igitur cuius vestigia sectamini, & vt conciperet cum viro non mansit: & cum pareret, virgo permansit.

CAP. III.

IMITAMINI eam quantum potestis, non fœcunditate, quia hoc non potestis salua virginitate. Sola vtrumque potuit. Quorum vos vnum habere voluistis, quia hoc perditis, si vtrūque habere velitis. Sola vtrumque potuit, quæ omnipotentem peperit, per quem potuit. Solum enim vnicum Dei filiū, isto vnico modo fieri oportebat filium hominis: nec tamen ideo non est vobis aliquid Christus, quia vnus est virginis fœtus. Ipsum quippe vos quem filium edere non potuistis carne, sponsum inuenistis in corde. Et talem sponsum quem & redemptorem sic teneat felicitas vestra: vt peremptorem non timeat virginitas vestra. Qui enim matri virginitatem nec corporali abstulit partu, multo magis in vobis eam spirituali seruat amplexu. Nec ꝓpterea vos steriles deputetis, quia virgines permanetis. Nam & ipsa pia integritas carnis, ad fœcunditatem pertinet mentis. Agite quod ait Apostolus. Quoniam non cogitatis ea quæ sunt mundi, quomodo placeatis maritis, cogitate quæ Dei sunt, quomodo illi in omnibus placeatis: vt nō vterum fœtibus, sed animum fœcundum possitis habere virtutibus. Postremò omnes alloquor, omnibus dico: vniuersam virginem castam quam desponsauit Apostolus Christo, ista voce compello. Quod miramini in carne Mariæ, agite in penetralibus animæ. Qui corde credit ad iustitiam, concipit Christum: qui ore confitetur ad salutem, parit Christum. Sic in mentibus vestris & fœcunditas exuberet, & virginitas perseueret.

August. tom. 10.

Sermo Sancti Augustini Episcopi de Natiuitate Domini.

SERMO LXI. CAP. I.

DOMINVS noster Iesus qui erat apud patrem antequam natus esset ex matre, non solum virginem de qua nasceretur, sed & diem quo nasceretur elegit. Errantes homines plerunque eligunt dies, alius nouellandi, alius ædificandi, alius proficiscendi, & aliquando alius etiā vxorem ducendi. Quod cū facit, ideo facit, vt inde aliquid natum feliciter nutriatur. Nemo tamen potest eligere diem, quo ipse nascatur. Sed ille potuit vtrumque eligere, qui vtrumque potuit & creare. Nec ita elegit diem, sicut eligunt qui fata hominum inaniter de syderum dispositione suspendunt. Nō enim per diē felix factus est quo est natus: sed felicem fecit diē, quo nasci est ipse dignatus. Nā & dies natiuitatis eius, habet mysteriū lucis eius. Sic enim dicit Apostolus, Nox præcessit, dies autē appropinquauit: abiiciamus opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. Agnoscamus diē, & simus dies. Nox enim eramus, cū infideliter viuebamus. Et quoniam ipsa infidelitas quæ totum mundum vice noctis obtexerat, minuenda fuerat fide crescente, ideo die Natalis Domini nostri Iesu Christi, & nox incipit perpeti detrimenta, & dies sumere augmenta. Habeamus ergo fratres sollemnē istum diē: nō sicut infideles propter hunc Solē, sed propter eum qui fecit hunc Solem. Quod enim verbum erat, caro factum est, vt propter nos posset esse sub Sole. Carne quippe sub Sole: maiestate autem super vniuersum mundum in quo condidit Solem. Nunc vero & carne super istum Solem, quem pro Deo colunt, qui mente cæci verum iustitiæ non vident Solem.

CAP. II.

DIEM ergo istum Christiani non diuinæ Natiuitatis celebremus sed humanæ, scilicet qua contēperatus est nobis: vt per inuisibilē visibilē factū, à visibilibus ad inuisibilia transiremus. Debemus enim fide Catholica retinere duas esse Natiuitates Domini: vnam diuinā, alteram humanam. Illam sine tempore, hāc in tempore: ambas autem mirabiles. Illam sine matre, istam sine patre. Si istam non comprehendimus, illam quando enarramus? Quis comprehendat nouitatem nouam, inusitatam, vnicam in mundo, incredibilem factam, & toto mundo incredibiliter creditam: vt virgo conciperet, virgo pareret, virgo pariens permaneret? Quod humana ratio non inuenit, fides capit: & vbi humana ratio deficit, fides proficit. Quis enim dicat non potuisse Dei verbum per quod facta sunt omnia, facere sibi carnem etiam sine matre, sicut primum hominem sine patre fecit & matre? Sed quoniam vtrumque sexum, id est, masculi & feminæ ipse vtique creauit: ideo vtrumque sexum etiam nascendo voluit honorare, quem venerat liberare. Lapsum certè primi hominis nostis: quia non est ausus serpens loqui viro, sed ad eum deiciendum femineo vsus est ministerio. Per infirmiorē, obtinuit fortiorem: Et qui per alterum penetrauit, de vtroque triumphauit. Ideo vt non possemus mortem nostram in femina velut motu iusti doloris horrere cāmque credere sine reparatione damnatam: Dominus veniens quærere quod perierat, vtrumque voluit honorando commendare, quia vtrumque perierat. In nullo igitur sexu debemus iniuriam facere creatori: vtrumque ad sperandam salutem commendauit Natiuitas Domini. Honor masculini sex⁹ est in carne Christi: honor feminini est in matre Christi. Vicit serpentis astutiam gratia Iesu Christi.

CAP. III.

VTERQVE ergo sexus in eo qui hodie natus est renascatur, & celebret hodiernum diem: quo die non Dominus Christus esse cœpit, sed qui erat semper

apud patrem, carnem quam accepit ex matre, in hanc
locem protulit, matri fœcunditatem afferens, integri-
tatem non auferens. Concipitur, nascitur infans est.
Quis est iste infans? Infans enim dicitur quòd nõ pos-
sit fari, id est loqui. Ergo & infans, & verbum est. Per
carnem tacet, per angelos docet. Nunciatur pastorib⁹
princeps pastorq; pastorum: & in præsepi iacet fideliũ
cibaria iumentorũ. Prædictum enim fuerat, per pro-
Isa. 1. phetam: Agnouit bos possessorẽ suum, & asinus præ-
Matth. 21. sepe Dñi sui. Ideo in asello sedit, quando Hierusalem
cum laudibus multitudinis præcedentis & consequẽ-
tis intrauit. Et nos agnoscamus, ad præsepe accedam⁹,
cibaria manducemus, Dñm rectorẽmque portemus:
vt ad cælestem Hierusalem illo ducente veniamus. In-
firma est Christi ex matre natiuitas: sed ex patre am-
pla maiestas. Habet in diebus temporalibus tempora-
lem diem: sed ipse est dies æternus ex æterno die. Me-
rito Psalmi eius tanquam voce tubæ cælestis accendi-
Psal. 95. mur, vbi audimus, Cantate Domino canticum nouũ,
cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & be-
nedicite nomen eius. Agnoscamus ergo & annuncie-
mus diem ex die, qui in carne natus est isto die. Dies fi-
lius ex die patre, Deus ex Deo: lumen ex lumine: Hoc
Psal. 66. est enim salutare, de quo alibi dicitur: Deus misere-
atur nostri, & benedicat nos: illuminet vultum suum
super nos. Vt cognoscamus in terra viam tuam, in om-
nibus gentibus salutare tuũ. Quod dixit, In terra, hoc
repetiuit in omnibus gentibus: & quod dixit viam tuã,
hoc repetiuit salutare tuum. Ipsum Dominum dixisse
Ioan. 14. meminimus. Ego sum via. Et modo cum Euangelium
legeretur audiuimus Simeonem beatissimum senem
responsum accepisse diuinũ quod non gustaret mor-
tem, nisi prius vidisset Christum Dñi. Qui cum acce-
pisset in manib⁹ infantẽ Christũ, & cognouisset paruu-
Lucæ 2. lum magnũ, Nũc dimittis, inquit, Dñe seruum tuum
secundum verbũ tuũ in pace: quoniam viderunt oculi
mei salutare tuũ. Bene ergo nunciemus diem ex die,
salutare eius. Annunciemus in gentibus gloriã eius, in
omnibus populis mirabilia eius. In præsepi iacet: sed
mundum continet. Vbera sugit: sed angelos pascit. Pã-
nis inuoluitur: sed immortalitate nos vestit. Lactatur:
sed adoratur. Locum in diuersorio nõ inuenit: sed tẽ-
plum sibi in credentium cordibus facit. Vt enim fie-
ret fortis infirmitas: infirma facta est fortitudo. Magis
ergo miremur quam contemnamus eius etiam carna-
lem Natiuitatem: & ibi agnoscamus tantę propter nos
celsitudinis humilitatem. Inde accendamus charita-
tem: vt perueniamus ad eius æternitatem.

SERMO LXII. CAP. I.

Item eiusdem vnde supra.

NATALIS Domini dicitur, quando Dei
sapientia se demonstrauit infantem, & DEI
verbum sine verbis vocem carnis emisit. Il-
la tamen occulta diuinitas, & Magis cælo
teste significata, & pastoribus angelica voce nunciata
est. Hanc igitur anniuersaria sollennitate celebramus
Psal. 84. diem, qua impleta est prophetia dicens: Veritas de ter-
ra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Veritas quæ est
in sinu patris, de terra orta est: vt esset etiã in sinu
matris. Veritas qua mundus continetur de terra orta est:
vt feminis manibus portaretur. Veritas qua beatitu-
do Angelorũ incorruptibiliter alitur, de terra orta est:
vt carnalibus vberibus lactaretur. Veritas cui cælũ non
sufficit de terra orta est: vt in præsepio poneretur. Cu-
ius bono in tanta humilitate venit tanta sublimitas?
Nulli vtiq; suo, sed magno si credimus nostro. Exper-
Ephes. 5. gisce re homo: pro te Deus factus est homo. Surge qui
dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christ⁹.

A Pro te inquã Deus factus est homo. In æternum mor-
tuus esses: nisi in tempore natus esset. Nunquam libe-
rareris à carne peccati: nisi suscepisset similitudinem
carnis peccati. Perpetua te possideret miseria: nisi fie-
ret hæc misericordia. Non reuixisses: nisi tuę morti cõ-
uenisset. Defecisses: nisi subuenisset. Perisses: nisi ve-
nisset. CELEBREMVS læti, nostræ salutis & re- CAP. II.
demptionis aduentũ? Celebremus festum diem, quo
magnus & æternus dies ex magno & æterno die venit
in hunc nostrum tam breuem temporalem diem. Hic 1. Cor. 1. d.
est nobis factus iustitia, & sanctificatio, & redemptio:
vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Do-
mino glorietur. Vt enim superbiæ Iudæorum similes
non essemus, qui ignorantes Dei iustitiam, & suã vo- Rom. 10.
lentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti: pro-
pterea cũ dixisset, Veritas de terra orta est: mox addi-
dit, Et iustitia de cælo prospexit: ne sibi eã mortalis infir- Psal. 84.
mitas arrogaret, ne ista sua diceret, & se homo à seipso
B iustificari, hoc est à se iustum fieri credens, Dei iustitiã
recusaret. Veritas ergo de terra orta est: Christus qui
dixit, Ego sum veritas, de virgine natus est, & iustitia Ioan. 14.
de cælo prospexit, quoniam credens in eum qui natus
est, non homo à seipso, sed à Deo iusticatus est. Veritas
de terra orta est, quia verbum caro factum est: & iusti- Ioan. 1. Iac. 1.
tia de cælo prospexit, quia Omne datum optimum, &
omne donum perfectũ de sursum est. Veritas de terra
orta est, caro de Maria: & iustitia de cælo prospexit,
Quia non potest homo accipere quicquam nisi fuerit Ioan. 3.
datum de cælo. Iustificati igitur ex fide pacem habea- Rom. 5.
mus ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, per quem & accessum habemus in gratiam istã
in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ Dei.

HIS fratres quæ mecum recognoscitis paucis A- CAP. III.
postolicis verbis, pauca verba Psalmi huius admiscere
delectat, & cõsonantiam reperire. Iustificati ex fide pa-
C cem habeamus ad Deum: quia iustitia & pax osculatæ
sunt inuicẽ per nm̃ nostrũ Iesum Christum; quia ve- Psal. 84.
ritas de terra orta est, per quem & accessum habemus
in gratiã istam in qua stamus, & gloriamur in spe glo-
riæ Dei. Non ait gloriæ nostræ, sed gloriæ Dei: quia
iustitia non de nobis processit, sed de cælo prospexit.
Ergo qui gloriatur, non in se, in Dño glorietur. Hinc 1. Cor. 1. d.
& nato ex virgine Dño, cuius diẽ Natalẽ hodie cele-
bramus, præconiũ vocis Angelicæ factum est, Gloria Lucæ 2.
in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũ-
tatis. In terra enim pax vnde, nisi quia veritas de terra Eph. 2.
orta est, id est, Christus de carne natus est? Et ipse est
pax nostra qui fecit vtraque vnũ: vt essemus homines
bonæ voluntatis, suauiter connexi vinculis vnitatis. In 1. Cor. 1.
hac igitur gratia gaudeamus, vt sit gloria nostra testi-
monium conscientiæ nostrę: vbi non in nobis, sed in 1. Cor. 1.
D Dño gloriemur. Hinc enim dictum est, Gloria mea, & Psal. 3.
exaltans caput meum. Nam quæ maior gratia Dei no-
bis potuit illucescere, quam vt habens vnigenitum fi-
lium, faceret eum hominis filium, faceret Dei filium?
Quære meritum, me quære causam: quære iustitiam,
& vide vtrum inuenias nisi gratiam.

Tractatus seu sermo S. Augustini Episcopi de consonãtia Euangelistarum Matthæi & Lucæ in generationibus Domini. SERMO LXIII.

Apud Possidium legitur De generationibus secundum Matthæum.

EXPECTATIONEM charitatis vestræ ille CAP. I.
impleat, qui excitauit. Et si enim quæ di-
cenda sunt vobis, non nostra, sed Dei esse
præsumimus: tamen multo magis nos di-
cimus, quod humiliter dicit Apostolus: Habemus 1. Cor. 4.
thesau-

thesaurum istum in vasis fictilibus: vt eminentia virtu-
tis Dei sit, & non ex nobis. Non dubitamus itaque me-
minisse vos pollicitationis nostrę. In ipso promisimus,
per quẽ nunc reddimus. Nam & cùm promiteremus,
ab ipso petebamus: & cùm reddimus, ab ipso accipi-
mus. Meminit autem charitas vestra nos matutina
Natalis Domini distulisse quam soluendam proposuimus
quæstionem: quia multi nobiscum, etiam quibus
solet esse onerosus sermo Dei, sollẽnitatem illam dici
debitam celebrabant. Nunc verò puto, neminem conu-
enisse, nisi qui audire desiderat. Nõ itaque loquimur
cordibus surdis, non fastidientibus animis. Hæc autẽ
vestra expectatio, pro me oratio est. Accessit aliquid:
quia & dies muneris multos hinc ventilauit, pro quo-
rum quidem salute quantum satagimus: tantum fra-
tres vt satagatis hortamur. Et pro his qui nondum in-
tenti sunt spectaculis veritatis, sed dediti sunt specta-
culis carnis, intenta mente deprecemini Deum. Noui
B enim, & certe scio esse modò in numero vestro eos qui
hodie contempserunt: sed † rumpunt ea quæ consue- al. *superit.* Homines mutantur.
runt. Mutãtur enim homines: & in melius & in dete-
rius. Quotidianis huiuscemodi experimentis, vicissim
& lætamur & contristamur. Lætamur correctis, con-
tristamur deprauatis. Ideóque Dominus non ait saluũ
futurum esse qui cœperit: sed qui perseuerauerit, in-
Mat. 10. 14. quit, vsque in finem, hic saluus erit. Quid autem po-
tuit admirabilius nobis concedere Dominus Iesus
Christus filius Dei, qui est & filius hominis, quia & hoc
esse dignatus est, quid potuit magnificentius; quàm vt
non solum spectatores nugacium munerum aggrega-
ret ouili suo, sed etiam nõnullos qui illic spectari so-
lent: Non enim tantum amatores venatorum, sed etiã
ipsos venatores venatus est ad salutem: quia & ipse spe-
ctatus est. Audi quomodo. Ipse dixit, ipse antequam
C spectaretur prædixit, & tanquam factum esset quod
futurum erat prophetico eloquio prenunciauit dicens
Psal. 21. in Psalmo: Foderunt manus meas & pedes meos: di-
numerauerunt omnia ossa mea. Ecce quomodo spe-
ctatus est: vt ossa eius dinumerarẽtur. Et dicit apertius
Ibidem. ipsum spectaculum, Ipsi verò considerauerunt, & in-
spexerunt me. Spectabatur illudendus, spectabatur ab
eis qui non ei saltem fauerent in illo spectaculo, sed
sæuirent: quomodo spectari fecit Martyres suos pri-
mitus, dicente Apostolo: Spectaculum facti sumus
2. Cor. 4. Duo genera hominum spectantium. mundo, & angelis & hominibus. Sed duo genera ho-
minum talia spectacula spectant: vnum carnalium, al-
terũ spiritalium. Carnales spectant, miseros putantes
eos Martyres qui bestiis subiecti sunt, qui capite cæ-
si, qui ignibus concremati, detestantes eos & exhor-
rentes. Alij verò sicut & sancti Angeli spectant, non
attendentes corporum laniatus, sed mirantes fidei in-
tegritatem. Magnum spectaculum præbet oculis cor-
dis integer animus, corpore dissipato. Hæc vos cum in
Ecclesia leguntur, libenter spectatis oculis cordis. Si e-
nim nihil spectaretis, nihil auditetis. Videtis ergo
quod hodie spectacula non cõtempsistis, sed elegistis.
Assit itaque Deus, dans aut amicis vestris quos doletis
hodie ad amphitheatrum cucurrisse, & ad Ecclesiam
venire noluisse, referatis dulciter vestra spectacula: vt
& illis incipiant vilescere, illa quæ amando ipsi vilue-
runt, & ament vobiscum Deum de quo nemo potest
amator erubescere, quia illum amat qui non potest
vinci. Ament vobiscum Christum, qui eo ipso quo vi-
debatur victus, vicit orbem terrarum. Vicit enim or-
bem terrarũ sicut videmus fratres: subiecit omnes po-
testates, subiugauit reges, non superbo milite, sed ir-
risa Cruce: Non sæuiens ferro, sed pendens ligno: Pa-
tiundo corporaliter, faciendo spiritualiter. Illis corpus
A erigebatur in Cruce: ille mentes Cruci subdebat. De-
nique quæ gemma pretiosior in diademate, quàm
Crux Christi regnantium in fronte? Hanc vos amã-
do, nunquam erubescitis. Quàm multi enim de am-
phitheatro victi reuertuntur, victis eis pro quibus in-
saniunt. Qui magis vincerentur, si vincerent. Subde-
rentur enim vanæ lætitiæ, subderentur exultationi
prauæ cupiditatis: qui hoc ipso quo illuc currunt victi
sunt. Quàm multos enim putatis fratres dubitasse ho-
die, vtrum huc irent, an illuc: Et qui in ipsa dubitatio-
ne considerantes Christum ad Ecclesiam cucurrerũt,
vicerunt non quemlibet hominem, sed diabolum ip-
sum, totius mundi pessimum venatorem. Qui autem
in illa dubitatione elegerunt potius ad amphitheatrũ
currere, ab illo vtique victi sunt, quem isti vicerunt.
Vicerunt autem in illo qui ait: Gaudete quia ego vici Ioan. 16.
mundum. Quia propterea tentari se passus est Impera-
B tor, vt doceret militem dimicare.

HOC ergo vt faceret Dominus noster Iesus Chri- CAP. II.
stus: vtique nascendo de femina, filius hominis factus
est. Etenim si non nasceretur de Maria virgine, quid
esset minus? Dicit aliquis, Homo esse voluit: Esset ho- Christus quare de femina nasci voluerit.
mo, non tamen de femina nasceretur. Non enim &
primum hominem quem fecit, ex femina fecit. Ad
hoc vide quid respondeatur. Tu dicis, ad nascendum
vt quid elegerit feminam. Respondetur tibi, Imò ad
nascendum cur fugeret feminam? Puta me non posse
ostendere quid elegerit, vt de femina nasceretur. Tu
ostende quid in femina fugere debuit. Sed aliquando
iam dicta sunt, quia vtique si fugeret feminæ vterum,
velut significaret se ex illa contaminari potuisse. Quã-
to autem erat per substantiam suam immaculabilior:
tanto non debuit formidare vterum carnis; quasi inde
possit maculari: sed natus de femina, ostendere nobis
C debuit magni aliquid sacramenti. Nam reuera fratres
& nos fatemur, quod si vellet Dominus sic fieri homo,
vt non ex femina nasceretur, erat vtique facile maie-
stati. Quomodo enim potuit ex femina sine viro: sic
posset nec per feminam nasci. Sed hoc nobis ostendit,
vt scilicet in nullo sexu de se desperaret humana crea-
tura. Sexus enim humanus, marium est & feminarum.
Si ergo vir existens, quod vtique esse deberet non na-
sceretur ex femina: desperarent de se feminæ, memo-
res primi peccati sui, quia per feminam deceptus est
primus homo, & omnino nullam se spem habere in
Christo arbitrarentur. Venit ergo vir sexum præeli-
gere virilem: & natus ex femina sexum consolari femi-
neum, tanquam alloquens & dicens: Vt noueritis
quod non Dei creatura mala est, sed voluptas prauа
peruertit eam, in principio cum feci hominem mascu-
D lum & feminam feci. Non creaturam damno quam
feci. Ecce natus sum vir, ecce natus ex femina. Non
ergo creaturam damno quam feci: sed peccata quæ
non feci. Vtérque sexus videat honorem suum: & vtér-
que confiteatur iniquitatem suam: & vtérque
speret salutem. Decipiendo homini propinatum est Per feminã venenum: per feminã salus.
venenum per feminam; reparando homini propine-
tur salus per feminam. Compenset femina decepti per
se hominis peccatum, generando Christum. Inde &
resurgentem Deum, priores feminæ Apostolis nun-
ciarunt. Nunciauit viro suo mortem femina in para- Matt. Mar. vlt.
diso: nunciuerunt & feminæ salutem viris in Ecclesia.
Resurrectionem Christi Apostoli erant gentibus nun-
ciaturi: Apostolis feminæ nunciarunt. Nemo ergo
calumnietur Christo nato ex femina, de quo sexu li-
berator maculari non posset, & quem sexum creator
commendare deberet.

CAP. III. SED, inquiunt, quomodo credituri sumus natum ex femina Christum? Respondeã, ex Euangelio quod prædicatũ est & prædicatur vniuersõ orbi terrarũ. Sed rei iam creditæ per omnem terrã quæstionẽ conantur ingerere: excæcare alios affectantes, & non videntes quod videndum est: dum conuellere conantur quod credendum est. Respondent enim & dicunt: Noli nos auctoritate orbis terrarum premere: Ipsam scripturam consideremus. Noli populariter agere, multitudo seducta fauet: Primò hic respondeo. Multitudo seducta mihi fauet? Hæc multitudo, paucitas mihi fuit. Vnde creuit hæc multitudo, quæ in istis incrementis tanto ante nuntiata est? Non enim crescere visa est, quæ non est præuisa. Non dico paucitas erat. Vnus erat Abraham. Considerate fratres, vnus erat Abraham per totũ mundum illo tempore, per totum orbem terrarum inter omnes homines, inter omnes gentes, cui homini dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gẽtes: Quod credidit vnus de sua singularitate, exhibitũ est: multis de seminis multitudine. Tunc non videbatur, & credebatur: nunc videtur, & impugnatur. Et quod vni tunc dicebatur, & ab vno credebatur, nunc oppugnatur à paucis, quoniam exhibetur in multis. Ille qui discipulos suos fecit piscatores hominum, intra retia sua omne genus auctoritatis inclusit. Si multitudini credẽdum, quid copiosius Ecclesia toto orbe diffusa? Si diuitibus credendum est: attendant quot diuites cepit. Si pauperibus credendum est: attendant pauperum milia. Si nobilibus: intus est iam penè tota nobilitas. Si Regibus: videant omnes subditos Christo. Si eloquentioribus, doctoribus, prudentioribus: intueantur quanti oratores, quanti periti, quanti philosophi huius mundi ab illis piscatoribus irretiti sint, vt ad salutem de profundo attraherentur: cogitantes eum qui magnum malum animæ humanæ, id est superbiã, suæ humilitatis exemplo sanare descendens, infirma mundi elegit, vt confunderet fortia; & stulta mundi huius elegit, vt confunderet sapientes: non qui essent, sed qui esse viderentur. Et ignobilia huius mundi elegit, & ea quæ non sunt: vt ea quæ sunt euacuaret.

Gen. 12. 22. & 24.

1. Cor. 1.

CAPVT IIII. Obiectio. QVICQVID velis dicas, inquiunt, nos deprehendimus vbi legitis natum Christum, dissonare inter se Euangelia: & non posse vtrumque verum esse quod dissonat. Cùm enim ostendero, inquit, dissonantiam, recte improbo fidem. Aut tu qui accipis fidem, ostende concordiam. Quam quæso dissonantiam demonstrabis? Apertam, inquit, cui nemo potest contradicere. Quam securi auditis: quia fideles estis. Attendite dilectissimi & videte, quàm salubriter Apostolus moneat, dicens: Sicut ergo accepistis Christum Iesum Dominum nostrum, in ipso ambulate: radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide. Ipsa enim simplici & certa fide, in illo firmiter permanere debemus: vt ipse aperiat fidelibus quod in se absconditum est; quia sicut idem dicit Apostolus, In illo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Quos non propterea abscondit, vt neget: sed vt absconditis excitet desiderium. Hæc est vtilitas secreti. Honora in eo quod nondum intelligis; & tanto magis honora: quanto plura vela cernis. Quanto enim quisque honoratior est: tanto plura vela pendent in domo eius. Vela faciũt honorem secreti: sed honorantibus leuantur vela. Irridentes autem vela, & à velorum vicinitate pelluntur. Quia ergo transimus ad Christum, aufertur velamen.

Gal. 2. b.

Ibidem 2. Vtilitas secreti ac veli.

2. Cor. 3.

CAP. V. PROFERVNT calumnias suas quidam, & dicunt: Matthæus certe Euangelista est? Respondemus, ita, pio ore, corde deuoto, in nullo omnino dubitantes: respondemus planè, Euangelista est Matthæus. Credis ei, inquiunt? Quis non respondeat, credo? Quomodo de murmure vestro pio insonuit? Ita fratres si securè creditis, non est vnde erubescatis. Loquor vobis aliquando deceptus cum primò puer ad diuinas scripturas ante vellem afferre acumen discutiendi, quàm pietatem quærendi: ego ipse contra me peruersis moribus claudebam ianuam Domini mei. Quum pulsare deberem, vt aperiretur: addebam, vt clauderetur. Superbus enim audebam quærere, quod nisi humilis non potest inuenire. Quantò vos beatiores estis modo, quàm securi discitis, quàm vtiliter quicunque adhuc paruuli estis in nido fidei, & spiritalem escam accipitis. Ego autem miser, cùm me ad volandũ idoneum putarẽ, reliqui nidum; & prius cecidi quàm volarem. Sed Dominus misericors me à transeuntibus ne conculcarer, & morerer leuauit: & in nido reposuit. Hæc enim me perturbauerunt: quæ modo vobis securus in nomine Domini & propono, & expono. Vt ergo dicere cœperam, ita illi calumniantur. Matthæus inquiunt Euangelista est, & creditis ei. Consequenter vtique quem fatemur Euangelistam, huic necessario credimus. Attendite generationes Christi, quas posuit Matthæus. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Quomodo filij Dauid, quomodo filij Abraham? Nisi enim per successionem generis, ostendi non potest. Constat quippe cùm Dominus nasceretur de virgine Maria, neque Abraham, neque Dauid in rebus humanis fuisse: Et tu eundem dicis filium Dauid, eundemque dicis filium Abraham? Tanquam dicamus Matthæo, proba ergo quod dicis. Expecto enim successionem generis Christi: Abraham, inquit, genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Efron. Efron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz ex Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid Regem. Iam hinc attendite quemadmodum à Dauid perueniatur ad Christum, qui dictus est filius Abraham & filius Dauid. Dauid autem, inquit, genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem Ioatham. Ioatham autem Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ. De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Sic ergo per ordinem successionémque parentum, & progenitorum inuenitur Christus filius Dauid, filius Abraham. Cui rei fideliter enarratæ, istam calumniam primam mouent, quia sequitur idem Matthæus & dicit: Omnes generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim. Et à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim. Et à transmigratione Babylonis vsque ad Chri-

August. pueri, deceptus, per acuminis superbiã.

Matth. 1.

ad Christum, generationes quatuordecim. Deinde subiecit, vt narraret quomodo natus est Christus de Maria virgine, subiungens & dicens: Christi autem generatio sic erat. Etenim ordine parentũ enumerauit quare dicatur Christus filius Dauid, filius Abraham.

CAP. VI. QVOMODO autem natus sit, & inter homines apparuerit, narrari iam debet: & consequens est ipsa narratio, per quam credimus Dominum nostrum Iesum Christum non solum natum de Deo sempiterno coæternum ei qui genuit ante omnia tempora, ante omnem creaturam, per quem facta sunt omnia: sed etiam iam natũ de Spiritu sancto & virgine Maria, q; pariter confitemur. Reminiscimini enim & nostis, (Catholicis quippe loquor fratribus meis) hanc esse fidem nostram, hoc nos profiteri & confiteri. Pro ista fide interfecta sunt milia Martyrũ, toto orbe terrarum. Hoc enim quod sequitur volunt illi ridere, qui volunt fidẽ derogare libris Euangelicis: vt nos veluti ostendant temerè credidisse quod dicitur, Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere: voluit eam occultè dimittere. Quia enim de se grauidam non esse sciebat: iam velut consequenter adulteram existimabat. Cùm esset iustus, sicut scriptura dicit, & nollet eam traducere, id est diuulgare, nam hoc etiam multi codices habent: voluit eam occultè dimittere. Turbatur quidem maritus, sed non sæuit iustus. Tanta enim iustitia tribuitur huic viro, vt nec vellet habere adulteram, nec auderet punire vulgaram. Voluit eam, inquit, occultè dimittere: quia non solum eam punire voluit, sed nec prodere. Attendite syncera iustitiam. Non enim propterea parcere volebat, quod habere cupiebat. Multi enim amore carnali adulteris vxoribus parcunt, volentes eas & adulteras habere, vt eis per carnalem concupiscentiam perfruãtur. Hic autem vir virtuosus habere eã non vult: Ergo non carnaliter diligit. Et tamen non vult punire: Ergo misericorditer parcit. Qualis hic iustus est? Nec tenet adulteram, nec propterea parcere videtur, quia libidinosè diligeret: & tamen nec punit; nec prodit. Merito plane testis electus est virginitatis vxoris. Qui ergo humana infirmitate turbabatur: diuina auctoritate firmatus est.

Matth. 1.

Syncera iustitia in sancto Ioseph, non sæua.

CAP. VII. Ibidem. SEQVITVR enim & dicit Euangelista: Hæc eo cogitante ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum. Quare Iesum? Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suũ à peccatis eorũ. Intelligitur ergo Iesum Hebraica lingua, Latinè interpretari saluatorẽ, quod ex ipsa nominis expositione aduertimus. Tãquã enim quæreretur, quare Iesum? continuo subiecit rationem vocabuli aperiens, Ipse enim, inquit, saluũ faciet populum suũ à peccatis eorũ. Hoc piè credimus, hoc firmissimè retinemus, natũ Christũ de Spiritu sancto & virgine Maria. Illi ergo quid dicunt? Si inuenero, inquit, mendaciũ totũ, certe non credis. Inueni, videamus. Numero generationes. Illi enim per calumnias suas ad id nos inuitant, & adducunt: Si piè viuamus, si Christũ credamus, si non de nido ante tẽpus cupiamus volare, ad id nos adducũt, vt mysteria cognoscamus. Intẽdat itaque sanctitas vestra vtilitatem hæreticorum, & vtilitatem quidẽ secundũ Deum, etiã malis bene vtẽtem. Secundum ipsos verò hoc redditur quod voluerũt: nõ hoc quod de ipsis Deus bene facit. Sicut de Iuda quãtum boni fecit? Passione Domini saluæ factæ sunt gẽtes. Sed vt pateretur dominus, Iudas eum tradidit. Deus ergo & gentes liberat passo filio: & Iudam punit pro scelere suo. Sacramenta enim quæ illic latent, nemo discuteret simpliciore contẽtus fide, & ideo nemo inueniret, quia nemo discuteret, nisi pulsantibus calũniatoribus. Cùm enim hæretici calumniantur, paruuli perturbantur. Cùm perturbantur, inquirunt. Inquisitio eorum, quasi percussio est de capite in vbera matris: vt tantum manent, quantum paruulis sat est. Illi turbati quærunt, Qui autem norunt & didicerunt, quia scrutati sunt, & aperuit illis pulsantib? Deus: aperiunt & ipsi turbaris. Et sic fit, vt illi sint vtiles ad inueniendam veritatem: dum calumniantur ad seducendum in errorem. Negligentius enim veritas quæreretur: si mendaces aduersarios non haberet. Oportet, inquit, & hæreses esse. Et quasi quæreremus causam, subiecit statim, vt probati manifesti fiant inter vos.

Iesus.

Vtilitas hæreticorum.

Vtilitas per Iudam proditorẽ.

1. Cor. 11.

CAPVT VIII. QVID ergo illi dicunt? Ecce Matthæus numerat generationes, & dicit ab Abraham vsque Dauid esse quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis quatuordecim: & à transmigratione in Babyloniam vsque ad Christum quatuordecim. Duc in se ter quatuordecim, fiunt quadraginta duo. Numerant autem, & inueniunt quadraginta & vnam generationem, & mouent calumniam, & irridentes insultant. Quid sibi ergo vult cum dicatur in Euangelio ter esse quatuordecim, tamen omnes numeratæ inueniuntur non quadraginta duæ, sed quadraginta & vna? Sine dubio magnum sacramentum est. Et gaudemus gratias agentes Domino, quia & per occasionem calumniantium inuenimus aliquid quod quanto magis tegebatur quærendum, tanto magis delectet inuentum. Sicut enim prælocuti sumus, edimus spectaculum mentium. Ab Abraham igitur vsque ad Dauid, quatuordecim sunt. Inde incipit numerus à Salomone. Dauid enim genuit Salomonem. Incipit autem numerus à Salomone, peruenit ad Iechoniam. Qui cum viueret facta est transmigratio in Babyloniam: & sunt aliæ quatuordecim generationes annumerato Salomone à capite alterius interualli annumerato etiam Iechonia; ad quem clauditur ipse numerus, vt impleantur quatuordecim. Tertium verò interuallum ab ipso Iechonia incipit. Intendat sanctitas vestra rem mysticam & dulcem: fateor vobis gustatum cordis mei. Vnde credo quia cùm protulero, & gustaueritis, ad ipsum renunciabitis. Intendite ergo. A Iechonia ipso incipiente numero tertij interualli, vsque ad Dominum Iesum Christũ fiunt quatuordecim. Quid Iechonias ille & finalis superioris interualli, & initialis sequentis interualli bis numeratur? Sed dixerit aliquis: Quare Iechonias bis numeratur? Nihil gestum est antea in populo Israël, quod non esset mysterium futurorum. Iechonias quidem non irrationabiliter bis numeratur: quia & si sit terminus inter duos agros, vel lapis, vel discretio aliqua maceriæ, & ille qui est ex hac parte, vsque ad ipsam maceriam metitur: & ille qui ex altera parte est, ab ipsa iterum sumit exordium metendi. Sed quare hoc non

factum est in prima connexione interualli, vbi ab Abraham numeramus quatuordecim generationes, vsque ad Dauid, & alias quatuordecim nõ repetito Dauid, sed à Salomone incipimus numerare, reddẽda causa est, quæ magnũ continet sacramentũ. Intendat sanctitas vestra. Tũc facta est transmigratio in Babyloniã, quando in locũ patris sui defuncti Iechonias rex constitutus est. Ablatũ est ei regnũ, & alius constitutus est in loco eius. Sed tamẽ viuẽte Iechonia, facta est transmigratio ad gentes. Nulla enim culpa Iechoniæ dicitur, quare sit regno priuatus: sed magis illorũ peccata inducuntur, qui ei successerũt. Sequitur ergo captiuitas, itur in Babyloniam. Non erunt soli mali: sed cum his etiam pergunt sancti. In illa captiuitate erat Ezechiel propheta, in illa erat Daniel: ibi erant tres pueri inter flammas nobilitati. Ierunt autem secundum prophetiam Hieremiæ prophetæ.

CAP. IX. MEMENTOTE Iechoniam sine vlla culpa improbatum, inde destitisse regnare, & fecisse transitum ad gentes, cùm transmigratum est in Babyloniam: & attendite præmonstratam imaginem rerum futurarum in Domino Iesu Christo. Noluerunt enim Iudæi sibi regnare Dominum nostrum Iesum Christum: in quo nullam culpam inuenerunt. Reprobatus est in se, reprobatus etiam in seruis suis: & transitum est in gentes, tanquam in Babyloniam. Hoc enim & Hieremias prophetabat, iubere Dominum vt irent in Babyloniam. Et quicunque alij prophetæ dicebant populo vt non irent in Babyloniam: Hieremias pseudoprophetas arguebat. Qui scripturas legunt, recordentur nobiscum: qui non legunt, credant nobis. Minabatur ergo Hieremias ex persona Domini eis qui nolebant ire in Babyloniam: eis autem qui irent promittebat ibi quietem, & quandam felicitatem in nouellandis vineis, & plantandis hortis, & vbertatẽ fructuum. Quomodo ergo iam non in figura, sed in veritate populus Israël transit in Babyloniam? Vnde erant Apostoli? Nónne de gente Iudæorum? Vnde ipse Paulus? Nam & ego, inquit, Israëlita sum ex semine Abrahæ, ex tribu Beniamin. Crediderunt in Dominum, multi de Iudæis. Inde electi sunt Apostoli: Inde erant plus quàm quingenti fratres, qui Dominum post resurrectionem videre meruerunt: Inde erant centum viginti in domo, quando Spiritus sanctus aduenit. Quid autem dicit Apostolus in Actibus Apostolorum, cum respuerent verbum veritatis Iudæi? Ad vos, inquit, missi eramus: sed quoniam respuistis verbum Dei, ecce conuertimus nos ad gentes. Facta est ergo transmigratio in Babyloniam secundum spiritualem dispensationem temporis Incarnationis Domini: quæ tunc præsignata est tempore Hieremiæ. Sed quid dicit Hieremias transmigrantibus de his Babyloniis? Quia in pace ipsorum, erit, inquit, pax vestra. Cùm ergo transmigraret etiam per Christum & Apostolos Israël in Babyloniam, hoc est Euangelium veniret ad gentes, quid dicit Apostolus quasi ex voce tunc Hieremiæ? Obsecro ergo primum omnium fieri deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus, & his qui in sublimitate sunt constituti: vt quietam & tranquillam vitam agamus, cum omni pietate & castitate. Nondum erant reges Christiani, & orabat pro eis. Orans ergo Israël in Babylonia, exauditus est. Exauditæ sunt voces Ecclesiæ, facti sunt Christiani: & videtis impleri quod figuraliter dictum est: In eorum pace, erit pax vestra. Acceperunt enim pacem Christi: & destiterunt persequi Christianos: vt iam in securitate pacis ædificarentur Ecclesiæ, & plantarentur populi in agricultura Dei: & fructificarent omnes gentes fide, spe, & charitate quæ est in Christo. Facta est transmigratio in Babyloniam tunc per Iechoniam, qui non est permissus regnare in Iudæorum gente typo Christi, quem Iudæi sibi regnare noluerunt. Transitum fecit Israël ad gentes; id est, prædicatores Euangelij transierunt ad populos gentium. Quid ergo miraris quod bis numeratur Iechonias? Etenim si Christi figuram gerebat à Iudæis transeuntis ad gentes: attende quid est Christus inter Iudæos & gentes. Nónne ipse est ille lapis angularis? Attẽde in angulo terminum parietis vnius, & initium parietis alterius. Vsque ad ipsum lapidem metiris vnum parietem: & ab ipso alterum. Bis ergo numeratur lapis angularis, qui connectit vtrumque parietem. Iechonias ergo gestans figuram Domini, tanquam lapis angularis typum præferebat. Et sicut Iechonias regnare non est permissus Iudæis, sed ítum est in Babyloniam: sic Christus lapis quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli, vt Euangelium peueniret ad Gentes. Noli ergo dubitare bis numerare caput anguli, & occurrit tibi numerus scriptus, atque ita quatuordecim sunt, & quatuordecim, & quatuordecim: & non sunt tamen quadraginta duæ generationes, sed quadraginta & vna. Quia sicut ordo lapidum cùm per lineam rectam dirigitur omnes singillatim numerantur: cum autem detorquetur vt angulum faciat, illum lapidem vnde torquetur oportet bis numerari, quia & ad illum ordinem pertinet, qui vsque ad ipsum finitur, & ad illum qui ab ipso incipit: sic ordo generationum quamdiu in illo populo mansit, in bis septeno, id est, interuallo non fecit angulum. Cum autem detortus ordo est, vt transmigraretur in Babyloniam, velut à Iechonia quidam factus est angulus: vt eum in typo illius venerandi lapidis angularis bis numerare oporteret.

ALTERA illorum calumniatio est. Per Ioseph, inquiunt, generationes Christi, & non per Mariam numerantur. Attendat paulisper sanctitas vestra. Non, inquiunt, per Ioseph debuit. Quare non debuit per Ioseph? Nunquid non erat maritus Mariæ Ioseph? Non, inquiunt, Quis hoc dicit? Scriptura enim dicit Angelica auctoritate, quod maritus erat. Noli timere, inquit, accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in illa natum est, de Spiritu sancto est. Ei quoque iubetur vt puero nomen imponat: quamuis non de semine suo nato. Pariet, inquit, filium, & vocabis nomen eius Iesum. Sed hoc intendit scriptura quod non sit natus de semine Ioseph, cum sollicito vnde esset illa grauis vtero, dicitur: De Spiritu sancto est. Et tamen paterna ei non aufertur auctoritas: cùm iubetur puero nomen imponere. Denique & ipsa virgo Maria bene sibi conscia quòd non ex eius complexu, & concubitu conceperit Christum: tamen eum patrem Christi dicit. Attendite quemadmodum. Cùm esset duodecim annorum Dominus Iesus Christus secundum hominem, qui secundum Deum est ante tempora & sine tempore, remansit

Hier. 29.b.

CAP. IX.

Hier. 29.

Rom. 11.a.

2. Cor. 15.

Act. 1.

Act. 13.g.

Hier. 29.b.

1. Tim. 2.a.

CAP. X. Alia Obiectio.

Ioseph, verus maritus Mariæ. Matth. 1.

Ibidem.

Luc. 2.

mansit ab eis in templo, & disputabat cum senioribus, & admirabantur super doctrina eius. Illi autẽ redeuntes de Hierosolymis quęsierũt illum in comitatu suo, inter eos scilicet qui secũ ambulabãt, & non eum inuenẽtes, turbati redierunt Hierosolymã, cúmque disputantem in templo cum senioribus inuenerunt, cum esset, vt dixi annorum duodecim. Sed quid mirũ? Verbum Dei nunquam tacet: sed non semper auditur. Inuenitur ergo in tẽplo, & dicit ei mater eius. Quid nobis fecisti sic? Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ille, Nõ sciebatis quia oportet me in his esse quæ patris mei sunt? Non enim sic se volebat esse filium illorum. Hoc propterea dixit, quia filius Dei erat in tẽplo Dei. Templum enim illud nõ erat Ioseph: sed Dei. Ecce, inquit aliquis, non se concessit esse filiũ Ioseph. Attendite aliquanto patientius, fratres, † per angustias temporis, vt sermoni sufficiant. Cùm dixisset Maria, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te, ille respondit, Non sciebatis quia in his oportet me esse quæ patris mei sunt? Non enim sic se volebat esse filiũ illorũ, vt nõ intelligeretur filius Dei. Filius enim Dei, semper filius Dei: creans illos ipsos. Filius autem hominis ex tempore natus de virgine sine semine maritali: parentem habebat vtrumque. Vnde hoc probamus? Iam dixit Maria, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

CAP. XI. Mariæ sancta modestia ac humilitas imitanda proponitur Lucæ 1.

PRIMO non est prætermittenda fratres, maximè propter disciplinam feminarum, sororum nostrarum, tam sancta modestia virginis Marię. Christũ pepererat, Angelus ad eam venerat, & dixerat ei, Ecce concipies in vtero, & paries filiũ: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Meruerat parere filium Altissimi, & erat humillima: nec se marito nec in ordine nominis prę ferebat, vt diceret, ego & pater tuus: sed pater tuus, inquit, & ego. Nõ attendit sui veri dignitatem: sed attendit ordinem coniugalem. Non enim humilis Christus, matrem suam superbire docuisset. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Pater tuus, inquit, & ego: quia caput mulieris vir. Quanto minus debent superbire cæteræ feminæ? Nam & ipsa Maria mulier dicta est, non corrupta virginitate: sed appellatione propria gentis suæ. Dixit enim de Domino Iesu Christo & Apostolus, Factum ex muliere: non tamen interrupit ordinem & textum fidei nostræ: qua confitemur natum de Spiritu sancto, & virgine Maria. Illa enim virgo concepit, virgo peperit, virgo permansit. Sed mulieres omnes feminas illi appellauerunt, propriétate linguæ Hebraæ. Audi euidentissimum exemplum. Prima femina quam fecit Deus sumptam de latere viri, antequam cum viro concumberet, quod postea quàm de paradiso exierunt scribitur factum: tamen mulier iam vocabatur dicente scriptura: Formauit eam in mulierem. Quid ergo respondet Dominus Iesus Christus? Oportebat me esse in his quæ patris mei sunt. Non sic indicat patrem Deum, vt neget patrem Ioseph. Vnde hoc probamus? Secundum scripturam, quæ sic ait, Et dixit ad illos: Non sciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Illi autem non intellexerunt quid illis locutus est. Et cum descendisset cum illis, venit Nazareth, & erat subditus illis. Non dixit, erat subditus matri, aut erat subditus ei: sed erat, inquit, subditus illis. Quibus subditus erat? Nónne parentibus? Ambo parentes erant, quibus ille subditus erat: ea dignatione qua filius hominis erat.

Ibidem.

al. propter.

Ephes. 5. Maria virgo & mulier dicta. Gal. 4. Symbol.

Gen. 1.

Lucæ 2.

Ibidem.

IAM dudum præcepta feminæ accipiebant: nunc pueri accipiant, vt obsequantur parentibus, eisque sint subditi. Christo mundus subditus, Christus parentibus subditus. Videtis ergo fratres, quod non ita dixerit, Oportet me in his quæ sunt patris mei esse, vt intelligeremus quasi dictum; vos, non estis parentes mei, sed parentes illi temporaliter, pater ille sempiternè. Parentes illi filij hominis; Pater ille verbi & sapiẽtiæ suę, pater virtutis suæ, per quem cuncta formauit. Si per illam formantur vniuersa quæ attingit à fine vsque ad finem fortitérque disponit omnia suauiter: per filium Dei & illi formati sunt: quibus idem ipse postea filius hominis subderetur. Et Apostolus dicit eum filium Dauid. Qui factus est ei, inquit, ex semine Dauid, secundum carnem. Sed tamen ipse Dominus quęstionem proponit Iudæis, quam in his ipsis verbis soluit Apostolus. Cùm enim diceret, Qui factus est ei ex semine Dauid, ad hoc addidit, secundum carnem: vt intelligeretur secundum diuinitatem non esse filius Dauid: sed filius Dei Dominus Dauid. Nam & alio loco sic dicit Apostolus: cum commendaret stirpem Iudęorum. Quorum patres, inquit, ex quibus Christus secundum carnem: qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Quod secundum carnem, inde filius Dauid: Quod autem super omnia Deus benedictus in sæcula, inde Dominus Dauid. Dominus ergo Iudęis hoc dicit, Cuius esse filium dicitis Christum? Responderunt, Dauid. Hoc enim nouerant, quod facile capiebant, ex prędicatione prophetarum. Et verè ipse erat ex semine Dauid: sed secundum carnem per virginem Mariam desponsatam Ioseph. Cùm ergo responderent Christum filium esse Dauid, ait illis Iesus: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, quousque ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nõ potuerunt respondere Iudęi. Sic habemus in Euangelio. Non se negauit filium esse Dauid: vt nescirent Dominum esse Dauid. Etenim tenebant in Christo quod factus est ex tempore: non in eo intelligebant quod est in æternitate. Quapropter docere illos volens diuinitatem suam, quęstionem fecit humanitate sua. Tanquam diceret, Scitis Christum esse filium Dauid; respondete mihi quomodo sit & Dominus Dauid. Sed ne illi dicerent nõ est Dominus Dauid, ipsum Dauid testem interposuit. Et quid dicit? Verum vtique dicit. Nam & illud habes in Psalmis ad Dauid dicentem: De fructu ventris tui, ponam super sedem tuam. Ecce filius Dauid. Quomodo & Dominus Dauid, qui filius Dauid? Dixit, inquit, Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam. Miramini Dauid filiũ suum Dominum habere, cum videatis Mariam suũ Dominum peperisse? Dominus Dauid, quia Deus: Dominus Dauid, quia omnium. Filius autem Dauid: quia filius hominis. Idem Dominus, idem filius. Dominus Dauid, qui cùm in forma Dei esset; non rapinam arbitratus est esse ęqualis Deo. Filius autem Dauid: quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.

CAP. XII. Obedientia pueri Iesu proponitur pueris.

Sap. 8.

Rom. 1.

Rom. 9. b.

Matth. 22.

Psal. 109.

Matth. 22.

Psal. 131.

Psal. 109. Christus & Dominus & filius Dauid.

Phil. 2.

Ibidem.

CAPVT XIII. Ioseph pater Christi.

NON itaque propterea non fuit Pater Ioseph, quia cum matre Domini non concubuit, quasi vxorem libido faciat, & non charitas coniugalis. Intendat sanctitas vestra. Dicturus erat post aliquantum temporis, Apostolus Christi in Ecclesia; Reliquum est, vt qui habent vxores tanquam non habentes sint. Et multos nouimus fratres nostros fructificantes in gratia, in nomine Christi ex consensu ab inuicē cōtinere concupiscentiam carnis; non autem continere ab inuicem charitatem coniugalem. Quanto illa reprimitur: tanto ista fortius confirmatur. Nónne sunt coniuges qui sic viuunt nō quærentes ab inuicem fructum carnis, non exigentes ab inuicem debitum concupiscentiæ corporalis? Et tamen illa subiecta est viro, quia sic decet: & tanto subiectior, quanto castior: & ille vxorem diligit verè, vt scriptum est in honore & sanctificatione, tamquam cohæredem gratiæ, sicut Christus, inquit, dilexit Ecclesiam. Ergo si copula est, si coniugium est, si non ideo non est coniugium, quia non fit illud quod etiam in non coniuge fieri potest, sed illicitè potest: vtinam possent omnes. Sed multi non possunt. Non ergo disiungant eos qui possunt, & propterea negent esse vel illum maritum, vel illam vxorem: quia non sibi carnaliter miscentur: sed cordibus connectuntur. Hinc intelligite fratres mei quid senserit scriptura de illis parentibus nostris: qui sic erant coniugati, vt solam prolem de coniugibus quærerent. Tam castè enim habebant illi qui pro tempore & pro more gentis suæ etiam plures habebant: vt non accederent ad carnalem commixtionem, nisi procreationis causa, verè habentes eos in honore. Cæterum qui vxoris carnem amplius appetit, quàm præscribit limes ille, liberorum procreandorum causa: contra ipsas tabulas facit, quibus eam duxit vxorem. Recitantur tabulæ, & recitantur in cōspectu omnium attestantium, & recitatur liberorum procreandorum causa, & vocantur tabulæ matrimoniales. Nisi ad hoc dentur, ad hoc accipiantur vxores, quis sana fronte dat filiam suam libidini alienę? Sed vt non erubescant parentes, cum dant, recitantur tabulę: vt sint soceri non lenones. Quid ergo de tabulis recitatur? Liberorum procreandorum causa. Tergitur frons patris atque serenatur, audita voce tabularum. Videamus frontem viri accipientis vxorem. Erubescat & maritus aliter accipere: si erubescit pater aliter dare. Sed si non possunt aliquando iam ista diximus, exigant debitum: non progrediantur vltra debitores suos. Et femina & vir, infirmitatem suam in se consolentur. Non eat ille ad alteram, & illa ad alterum. Vnde appellatum est adulterium: quasi ad alterum. Et si egrediuntur metas matrimonialis pacti: non egrediantur metas coniugalis thori. Numquid hoc non est peccatum amplius quam liberorum procreandorum necessitas cogit, exigere à coniuge debitum? Est quidem peccatum, sed veniale. Apostolus dicit: hoc autem dico, secundum veniam. Cùm inde loqueretur, Nolite inquit fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum ad idipsum estote, ne vos tentet sathanas, propter intemperantiam vestram. Quid est hoc? Ne vltra vires aliquid vobis imponatis: ne continendo à vobis inuicem, in adulteria corruatis. Ne vos tenter Sathanas, propter intemperantiam vestram. Et ne fortè quod permittebat iubere videretur: aliud est enim iubere virtuti, aliud permittere infirmitati: statim subiunxit: Hoc autem dico, secundum veniam: non secundum imperium. Nam vellem omnes homines esse, sicut meipsum. Tanquam diceret, Non impero vt faciatis: sed ignosco si feceritis.

1.Cor.7.

Tabulæ Matrimoniales.

Adulteriū vnde.

Veniale peccatum.

1.Cor.7.

CAPVT XIIII.

ERGO fratres mei intendite. Qui liberorum procreandorum causa habent vxores magni viri quales fuisse patres legimus, & multis documentis inuenimus, clamantibus omnino sine dubitatione paginis sanctis: si qui ergo viri propter creationem tantummodo liberorum vxores habent, si eis posset præstari vt haberent filios sine concubitu: nónne ineffabili gaudio tantum beneficium amplecterentur? Nónne cum ingenti lętitia susciperent? Duo sunt enim opera carnalia quibus constat genus humanum: in quę duo opera prudentes & sancti ex officio descendunt: imprudentes autem in ea per cupiditatem ruunt. Aliud est enim ad aliquid officio descendere: aliud in aliquid per cupiditatem cadere. Quæ sunt ista quibus constat genus humanum? In nobis ipsis primum est quod pertinet ad sumenda alimenta, quæ vtique non possunt sine aliqua per carnem delectatione sumi. Manducare & bibere si non feceris, morieris. Hoc ergo vno sustentaculo stat genus humanum: pro modo naturæ suæ manducandi & bibendi. Sed per hoc sustentaculū sustentantur homines, quod ad seipsos attinet. Successioni autem non consulunt manducando & bibendo; sed vxores ducendo. Sic enim constat genus humanum, primo vt viuant homines. Sed quia diligentia quantalibet corpori adhibita nō possunt vtique semper viuere, cōsequens prouisio est vt nascentes succedant morientibus: quia ita est genus humanum sicut scriptū est, quomodo folia in arbore. Sed in arbore olea vel lauro vel aliqua huiusmodi, quæ nunquam sine coma est: sed tamen non eadem semper habet folia. Nam quomodo scriptum est, alia generat, & alia deiicit, quia ea quæ suboriuntur, succedunt ruentibus aliis. Semper enim deiicit folia, semper foliis vestita est. Sic & genus humanum quotidie morientium detrimenta non sentit, per supplementa nascentium; & sic pro modo suo stat vniuersa species generis humani. Et sicut folia in arbore semper videntur: ita plena hominibus terra conspicitur. Si autem morerentur tantum, & nō nascerentur: velut arbores quædam omnibus foliis, ita terra omnibus hominibus nudaretur. Cùm ergo sic subsistat genus humanum, vt necessaria sint duo sustētacula, de quibus satis dictum est: ad vtrunque sapiens & prudens, & fidelis officio descendit, non libidine cadit. Ad manducandum & bibendū, quàm multi voraciter irruunt; ibi ponentes totam vitam, quasi ipsam causam viuendi. Nam cùm ideo manducent vt viuant, ideo se putant viuere, vt manducent. Istos omnis sapiens reprehendit, & maxime diuina scriptura, edaces, ebriosos, helluones, quorum Deus venter est. Hos ad mensam non adducit, nisi concupiscentia carnis, non indigentia refectionis. Itaque isti cadunt in escam & potum. Illi autem qui descendunt ex officio viuendi, non ideo viuūt vt comedant: sed ideo comedunt, vt viuant. Itaque istis

1.Thess.4. Ephes.5.

Duobus sustentaculis constat genus humanum.

Philip.3.

Esse decet vt viuas: nō viuere vt edas.

istis prudentibus & temperantibus si offerretur vt sine cibo & potu viuerent: quanto gaudio amplecterentur hoc beneficiū, vt quo cadere consueuerunt, nec descendere cogerentur, sed semper suspenderētur in Domino? Non deponeret eorum intentiones, necessitas fulciendarum corporis ruinarum. Quomodo passitas Heliam sanctum accepisse quādo accepit calicē aquæ & collyridā panis: vt satis ei esset in alimētum quadraginta dierum? Cum magna vtique lętitia: quia propter officium vitæ, non propter seruitutem concupiscentiæ, manducabat & bibebat. Tenta hoc præstare si possis homini qui beatitudinem totam & felicitatem in epulis, tanquam pecus in præsepi constituit. Odit beneficium tuum, repellit à se, pœnam putat. Sic & in illo officio coniugali, libidinosi homines vxores non propter aliud quærunt: & ideo vix tandem ipsis vxoribus contenti sunt. Atque vtinam si auferre nō possunt aut nolunt libidinem, non vltra eam progredi sinant, quàm præscribit debitum vxorium, etiam quod infirmitati conceditur. Sed plane tali homini si diceres, quare ducis vxorem. Responderet tibi forte verecundatus, propter filios. Si quis ei diceret, cui sine vlla dubitatione crederet, potens est dare tibi & omnino dabit tibi Deus filios, etiam non operanti opus illud cū vxore: ibi certe concluderetur atque fateretur quod non propter filios quærebat vxorem. Confiteatur ergo infirmitatem: accipiat quod officiosè accipere prætendebat.

3.Reg.19.

CAP.XV.

SIC illi priores sancti, homines Dei, filios quærebant, filios suscipere volebant. Ad hoc vnum iungebantur feminis, ad hos feminis miscebantur, vt filios procrearent. Ideo illis permissum est, vt plures haberent. Nam si libido immoderata placeret Deo, sic permitteretur illo tempore, vt vna femina haberet plures viros, quomodo vnus vir plures feminas. Quare omnes feminæ castæ non habebant amplius vno viro, vir autem plures feminas: nisi quia plures habere feminas vnum virum, pertinet ad prolis numerositatē: vna autem femina non quo plures habuerit viros, plures poterit parere filios. Quapropter fratres si patres nostri non ob aliud quam ad liberos procreandos iungebantur & miscebantur feminis: magnum illis esset gaudiū, si præter opus illud carnale possent habere filios, propter quos habendos ad illud non libidine ruebant: sed officio descendebant. Propter hoc Ioseph non erat pater: quia sine cōcupiscentia carnis susceperat filiū? Absit vt hoc sentiat castitas Christiana quod nec Iudaica sentiebat. Diligite vxores vestras, sed castè diligite. Vsque ad eū modum carnale opus expetite: vt filios procreetis. Et quia aliter nō potestis habere filios; ad illud cum dolore descendite. Pœna est enim illius Adam, de quo exorti sumus. Nō extollamur de pœna nostra. Pœna est illius qui meruit mortaliter gignere: quia peccato mortalis effectus est. Ipsam pœnam non subtraxit Deus: vt meminisset homo vnde reuocatur & quò vocatur: & quæreret illum amplexum, vbi nulla potest esse corruptio. In illo ergo populo quia oportebat fieri abundantem propagationem vsque ad Christum, per numerositatem plebis in qua præfigurarentur omnia quæ præfigurandæ erant Ecclesiæ documenta, habebant officium ducendarum vxorum per quas populus crescereret in quo populo præfignaretur Ecclesia.

Quare patribus concessum est à Deo habere multas vxores.

CAP.XVI. Dignitas virginalis cœpit à matre Domini.

AT vbi natus est ipse Rex omnium gentium, cœpit dignitas virginalis à Matre Domini: quæ & filium habere meruit, & corrumpi non meruit. Sic ergo erat illud coniugium: & sine vlla corruptione coniugium. Sic quod castè vxor peperit, cur non castè maritus acciperet? Sicut enim castè coniunx illa, sic ille castè maritus. Et sicut illa castè mater: sic ille castè pater. Qui ergo dicit non debuit dici pater, quia non sic genuerat filium, libidinem quærit in procreandis filiis, non charitatis affectum. Melius ille quod alius carne implere desiderat, animo implebat. Nam & qui adoptant filios, castius eos corde gignunt, quos carne non possunt. Videte fratres videte iura adoptionis, quomodo sit homo filius cuius semine natus non est: vt plus in eo iuris habeat voluntas adoptantis, quàm natura gignentis. Ita ergo non solum debuit esse pater Ioseph: sed maximè debuit. Nam & de feminis quæ vxores non sunt generant homines filios, & dicuntur filij naturales: & præponuntur eis filij coniugales. Quantum pertinet ad opus carnis, æqualiter nati sunt. Vnde isti præponētur, nisi quia castior est vxoris charitas de qua liberi procreantur? Nō illic attenditur commixtio carnis, quæ in vtraque femina par est. Vbi vincit vxor, nisi affectu coniugij, affectu syncerioris castiorisque charitatis? Si ergo posset de vxore quisquam sine concubitu suscipere filios: non tanto debuit lætius, quanto est illa castior quam diligit amplius?

Adoptio filiorum.

Filii naturales filii cōiugales.

CAPVT XVII.

HINC iam etiam illud videte posse fieri, vt vnus homo non solum duos filios habeat: sed & duos patres. Nominata enim adoptione, occurrat cogitationibus vestris posse fieri. Dicitur enim, duos filios potest habere homo: duos autem patres non potest. Imò inuenitur posse habere etiam duos patres: si vnus semine genuit, alius dilectione adoptauit. Si ergo possunt vni homini esse duo patres: potuit & Ioseph duos patres habere. Ab altero generari, ab altero adoptari. Quod si potuit: quid calumniantur illi qui dicunt alias generationes secutum esse Matthæum, alias Lucam? Et reuera inuenimus, quod alias secutus est ille: alias ille. Nam Matthæus Iacob patrem dixit Ioseph: Lucas autēheli. Et potest quidem videri vnus homo cuius filius erat Ioseph: habuisse duo nomina. Sed quod auos & proauos, & alios superius progeneratores diuersos enumerant, inque ipsos plures alius, alius pauciores: manifestè ostenditur habuisse duos patres Ioseph. Iam remota quęstionis calumnia, quia fieri posse manifesta ratio demonstrauit alium patrem esse qui genuit, alium qui adoptauit: duobus patribus constitutis, non est mirum si aui & proaui & cæteri parentes sursum versus à diuersis patribus diuersi numerentur.

CAPVT XVIII.

NEC vobis videatur ius adoptionis à scripturis nostris alienum, & quasi in consuetudine humanarum legum animaduersum, illi auctoritati diuinorum librorum non posse congruere, Antiqua enim res est, & in ipsis eloquiis ecclesiasticis vsitata: vt non sola origo seminis generet filium, sed & gratia voluntatis. Nam & mulieres de semine virorum suorum ex ancillis natos si ipsæ non pepererant, filios adoptabant: quin etiam vt eis gignerentur maritis imperabant: sicut Sara, sicut Rachel, sicut Lya. In quo officio viri adulterium non committebant: quia vxoribus in ea re quæ ad coniugale debitum pertinet obediebant, secundum id quod dicit Apostolus: Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Moyses etiam natus ex Hebræa matre, & expositus, à filia Pharaonis est adoptatus. Non erant quidem ipsæ Iuris formulæ quæ sunt modo: sed arbitrium voluntatis pro norma legis habebatur: sicut & alio loco dicit Apostolus, Quia gentes legem non habentes, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Si autem fœminis licebat eos filios facere, quos non ipsæ pepererant: cur non & viris quos non ipsi genuerant

Gen.16.& 30.

1.Cor.7.

Exodi 2.

Rom.2.

nuerant ex semine carnali, sed ex dilectione adoptandi? Nam & ipsum Iacob Patriarcham tantorum filiorum patrem: legimus tamen sibi filios fecisse nepotes
Gen.48. suos, filios Ioseph, ita dicentem: Isti duo mihi erunt: & accipient terram cum fratribus suis. Quos alios genueris tibi sint. Nisi fortè quis dixerit ipsum adoptionis verbum, non inueniri in scripturis sanctis. Quasi vero quicquam interest quo vocabulo appelletur, cum res ipsa sit: vt habeat filium mulier quem carne non peperit: aut aliquem vir, quem carne non genuit. Et me quidem non repugnante non vocet adoptatum Ioseph: dummodo concedat eum filium esse potuisse etiam eius de cuius carne non erat natus. Quanquam Paulus Apostolus etiam adoptionis nomen assiduè commemoret, & in magno sacramento. Nam cum Dominum nostrum Iesum Christum vnicum Dei filium scriptura testetur, fratres & cohæredes quos habere dignatus est, adoptione quadam diuinæ gratiæ
Gal. 4. fieri dicit. Cùm autem venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Et alio loco:
Rom.8. In nobismetipsis, inquit, ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri.
Rom. 9. Rursus de Iudæis cum diceret, Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis secundum carnem qui sunt Israëlitæ: quorum est, inquit adoptio, & gloria, & testamentum, & legis constitutio, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem: qui est super omnia Deus benedictus in secula. Vbi ostendit vetustum apud Iudæos fuisse, vel nomen adoptionis, vel ipsam rem: sicut testamentum & legis constitutio, quæ simul commemorat.

CAP. XIX. HVC accedit quia erat alius modus proprius Iudeorum: quo fieret aliquis filius eius, de quo non esset
Deuter. 25. carnaliter natus. Propinqui enim propinquorũ suo-
Matth. 22. rum sine liberis defunctorum ducebant vxores: vt semen defuncti suscitarent. Ita ille qui nascebatur, & illius erat filius de quo nascebatur, & illius in cuius successione nascebatur. Hæc dicta sunt, ne quisquam existimans fieri non posse vt recte vnius hominis duo patres commemorentur: quemlibet Euangelistarum qui generationes Domini narrauerunt, sacrilega calumnia quasi de mendacio criminandum putet: præsertim cùm ipsis eorum verbis non videamus admonitos. Matthæus quippe qui eum patrem commemorare intelligitur à quo genitus est Ioseph: ita generationes enumerat, ille genuit illum, vt ad hoc peruenire possit quod ait in fine, Iacob genuit Ioseph. Lucas verò quia non proprie dicitur genitus, qui vel adoptione efficitur filius, vel in successione mortui ex illa quæ vxor eius fuit nascitur: non dixit, Heli genuit Ioseph, aut Ioseph genuit Heli: sed qui fuit inquit, filius Heli: siue adoptando, siue à propinquo genitus, in mortui successione nascendo.

CAP. XX. IAM verò illud quia meuere non debet quare per Ioseph, & nõ per Mariã generationes numerẽtur, satis dictum est: quia sicut illa sine carnali cõcupiscẽtia mater: sic ille sine carnali commixtione pater. Per illum ergo descendant, & per illum ascendãt generationes. Nec eũ propterea separemus, quia defuit carnalis cõcupiscẽtia. Maior puritas confirmet paternitatẽ: ne ipsa sancta Maria nos reprehendat. Illa enim nomẽ suũ præponere noluit marito suo: sed dixit, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Non ergo faciant peruersi murmuratores, quod coniunx casta non fecit. Numeremus ergo per Ioseph: quia sicut castè maritus, sic castè pater est. Sed præponamus virum feminæ ordine naturæ & legis Dei. Nam si remoto illo illam constituamus: dicit ille & recte dicit: Quare me separastis? Quare non per mẽ generationes vel ascendunt, vel descendunt? An dicitur ei: quia non tu genuisti opere carnis tuæ? Sed respondebit: Nunquid & illa opere carnis suæ peperit? Quod spiritus sanctus operatus est, vtrisque operat⁹ est. Cùm esset, inquit, homo iust⁹.
Matth. 1. Iustus ergo vir: iusta femina. Spiritus sanctus in amborum iustitia requiescens, ambobus filium dedit. Sed in eo sexu quem parere decebat operatus est hoc, quod etiam marito nasceretur. Itaque ambobus dicit Angelus, vt puero nomen imponant: vbi parentum declaratur auctoritas. Nam & Zacharias cum adhuc mutus
Lucæ 1. esset: filio nato mater nomen imponebat. Et cùm illi qui aderant innuerent patri quid eum vellet vocari, acceptis pugillaribus hoc scripsit quod illa iam dixerat. Dicitur & Mariæ, Ecce concipies filium, & voca-
Ibidem. bis nomẽ eius Iesum. Dicitur etiam ad Ioseph: Ioseph
Matth. 1. fili Dauid, ne metueris accipere Mariam coniugẽ tuã. Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic saluabit populum suum à peccatis eorũ. Dicitur etiam, Et pe-
Lucæ 2. perit ei filium: vbi omnino pater non carne sed charitate firmatur. Sic ergo pater sicuti est. Cautissimè enim Euangelistæ & prudentissimè per illum numerant, siue Matthæus descendens ab Abraham vsque ad Christum: siue Lucas ascendens à Christo per Abraham, vsque ad Deum. Ille descendens numerat, ille ascendens, ambo per Ioseph. Quare? Quia pater. Quare pater? Quia tanto firmius pater, quanto castius pater. Aliter quidem putabatur esse pater Domini nostri Iesu Christi, scilicet sicut cæteri patres carne generantes, non solum spirituali affectu liberos suscipientes. Nam dixit & Lucas, Qui putabatur esse pater Iesu. Quare putabatur? Quia humana pu-
Lucæ 3. tatio & existimatio illuc ferebatur: quod solet ab hominibus fieri. Non ergo de semine Ioseph Dominus: quamuis hoc putaretur, & tamen pietati & charitati Ioseph natus est de Maria virgine filius, idémque filius Dei.

SED quare ille descendens numerat: quare iste ascendens. Quod quæso intentè quantũ Dominus adiuuerit audiatis, iam securo animo: & ab omni molestia calumniarũ nodosarum libero. Matthæus descendit per generationes: vt significet descendentẽ Dominum nostrũ Iesum Christũ ad portãda nostra peccata: vt in semine Abraham benedicerẽtur omnes Gentes. Propterea non incipit ab Adam. Totum enim genus humanũ ab illo. Neq; à Noë, quia & ab ipsa familia post diluuiũ omne genus humanũ exortum est. Neque ad prophetiq; adimplectionẽ poterat pertinere homo Christus Iesus ex Adã, ex quo sunt omnes homines: aut ex Noë, ex quo rursus omnes homines: sed ex Abraham, qui tunc electus est in cuius semine benedicerentur omnes gentes: cũ iam gẽtibus plena erat terra. Ascẽdit
Gen.22. autẽ Lucas, non incipiens ab ipso nati Domini exordio generationes enumerare: sed ab eo loco vbi eũ narrat à Iohanne baptizatum. Sic autem in Domini In-
Lucæ 3. carnatione suscipiuntur ab eo generis humani portãda peccata, sic in baptismi consecratione purganda. Itaque ille descendentem significans ad peccata portanda, generationes descendens enumerat: iste autem ascendens, significans purgationem peccatorum non vtique suorum sed nostrorũ, ascendens generationes enumerat. Sed ille descendit per Salomonem, in cuius matre peccauit Dauid: iste ascẽdit per Nathan, alterũ filium eiusdẽ Dauid, per quem à peccato purgatus est.

Legimus

1.Reg.12. Legimus enim quod Nathan ad eum missus est, vt eũ redargueret; & per pœnitentiam sanaretur. Occurrerunt ambo sibi in Dauid: ille descendens, iste ascendẽs: & inde vsque ad Abraham, vel ab Abraham vsque ad Dauid: & in nulla generatione diuersi sunt. Ita Christus & filius Dauid, & filius Abraham, transit ad Deũ. Ad eum quippe nos oportet in baptismo renouatos à peccatorum abolitione reduci.

CAPVT XXII. IN generationibus sane quas enumerat Matthæus, quadragenarius numerus eminet. Habent enim istum morẽ diuinæ scripturæ: vt quod excesserit certos articulos numerorum aliquando non cõputent. Sic etiã
Mos diuinæ Scripturæ. quadringenti anni dicuntur post quos egressus est po-
Gen. 15. & Act. 7. pulus Israël ex Ægypto: cũ sint quadringenti triginta. Sic & vna generatio quæ quadragenarium numerum excedit, non aufert huic numero principatum. Hic autem numerus vitam significat qua in hac terra laboratur quamdiu peregrinamur à Domino, in qua neces-
B saria est dispensatio temporaliter prædicandæ veritatis. Denarius enim numer⁹ quo significatur perfectio beatitudinis, quater multiplicatus, propter tẽpus quadripartitum; & mundum quadripartitum, quadragenarium numerum facit. Propterea quadraginta diebus
Exodi 24. Deut. 9. 3.Reg. 19. Matth. 4. Num. 32. Gen. 7. ieiunatum est, & à Moyse, & ab Helia, & ab ipso Mediatore Domino nostro Iesu Christo: quia in hoc tempore necessaria est à corporalibus illecebris continentia. Quadraginta quoque annos in eremo populus peregrinatus est: quadraginta diebus diluuium factum
Act. 1. est. Quadraginta dies post resurrectionem Dominus cum discipulis conuersatus est, persuadens eis, resuscitati corporis veritatem: vbi significauit in hac vita qua peregrinamur à Domino, quod numerus quadrage-
1.Cor.11. narius, sicut dictum est, mysticè insinuat necessariam nobis memoriam Dominici Corporis, quam in Eccle-
C sia facimus, donec veniat. Ad hanc ergo vitam quoniam descẽdit Dominus noster, & verbum caro factũ est, vt traderetur propter delicta nostra, & resurgeret
Rom. 4. propter iustificationem nostram: quadragenarium numerum Matthæum secutus est: vt vna generatio quæ ibi excedit quadragenarium numerum, vel non impediat, sicuti triginta illi anni nõ impediũt quadringentorum perfectionẽ: vel hoc etiã ipsa significet, quia ipse Dominus quo iuncto fiunt quadraginta vnum, ita descendit ad hanc vitam portaturus peccata nostra; vt tantum ab hac vita propria & singulari excellẽtia, qua ita homo est, vt etiam Deus sit, inueniatur excep-
Ioan. 1. tus. De hoc enim solo dicitur, quod de nullo homine sancto, quantalibet sapientia iustitiáque perfecto dici potuit aut poterit: Verbum caro factum est.

CAPVT XXIII. LVCAS autẽ qui ex baptismo Domini per generationes ascẽdit septuagenariũ, & septimũ numerum cõplet: incipiẽs ab ipso Domino nostro Iesu Christo per Ioseph ascendere, & peruenies ad Deum per Adam, id
D est quia in hoc numero abolitio significatur omnium peccatorũ; quæ fit in Baptismo: non quia ipsi Domino erat quod in Baptismo dimitteretur: sed quia sua humilitate quid nobis esset vtile commendauit. Et quã-
Matth. 3. uis esset illud baptismũ Iohãnis: in eo tamen sensibiliter apparuit Trinitas patris & filij & spiritus sancti, qua consecratus est ipsius Christi Baptismus, quo baptizãdi erant futuri Christiani. Pater in voce quæ facta est de cęlo, filius in ipso homine Mediatore, spiritus sanctus in columba. Quare autem septuagenarius, & septimus numerus omnia peccata contineat quæ dimittuntur in Baptismo? Hæc probabilis ratio videtur occurrere: quia denarius numerus perfectionem habet iustitiæ & beatitudinis cum septenaria creatu-
A ra creatoris inhæret Trinitati: vnde etiam decalogus Legis in decem præceptis consecratus est. Transgressio autẽ denarij vnde nãto numero significatur: & intelligitur peccatum esse trãsgressio, cũ aliquid amplius homo appetens, iustitiæ regulam excedit. Vnde & aua-
1.Tim.6. ritiam radicem omniũ malorum dicit Apostolus. Et animæ à Deo fornicanti, & eiusdem Domini persona dicitur. Sperabas si à me discessisses, aliquid amplius tẽ habituram. Quia ergo transgressionem, id est peccatũ ad seipsum refert qui peccat, quia priuato quodam suo
Phil. 2. lætari vult, vnde reprehenduntur etiam qui suã quæ-
1.Cor.13. runt, non quæ Iesu Christi, & laudatur charitas non quærens quæ sua sunt: propterea ipse vndenarius numerus quo significatur transgressio, non decies multiplicatur, sed septies, & fiunt septuaginta septem. Non enim ad conditoris Trinitatem, sed ipsam creaturam, id est ad ipsum hominẽ pertinet transgressio, quã creaturam septenarius numerus ostendit. Tria propter a-
B nimum, vbi est quædam imago Trinitatis Creatoris: ibi enim homo ad imaginẽ Dei factus est: Et quatuor propter corpus. Notissima enim sunt quatuor primordia quibus corpus constat. Et cui nota non sunt, potest facile aduertere ipsum corpus mundi, in quo corpus nostrum per loca mouetur, quatuor habere quasi principales partes, quas etiam scriptura diuina assidue cõmemorat: Orientem & Occidentem, Meridianum & Aquilonem.

ET quoniam peccata vel animo fiunt, sicut in sola CAPVT XXIIII.
voluntate; vel etiã operibus corporis iã visibiliter: pro-
Amos 1. & 2. terea Amos propheta assidue cõmemorat Deũ minãtem ac dicentem, In tribus & quatuor impietatibus non auersabor, id est nõ dissimulabo. Tribus, propter animi; quatuor, propter corporis naturã, quibus duobus homo constat. Itaque vndecim septies secũdũ dictũ est, transgressio iustitię relata ad hominem peccatorẽ facit numerum septuaginta septem: quo peccata omnia contineri significantur, quæ per Baptismum dimittuntur. Vnde Lucas per septuaginta septẽ generationes ascendit ad Deũ: ostendens reconciliari hominem Deo per abolitionẽ omniũ peccatorum. Inde ipse Dominus Petro interroganti quoties fratri debeat ignoscere: dico tibi, inquit, non septies: sed vsque septuagies
Matth. 18. septies. Et si quid aliud de his secretis & thesauris my-
Vide Ser. 15. de verb. Domini. steriorum Dei, à diligentioribus & dignioribus erui potest. Nos tamen pro nostro captu, quantum adiuuat, & quantum dedit Dominus, pro angustia quoque tẽporis, quæ potuimus diximus. Si quis vestrum ampli⁹ capit, ad illum pulset: à quo & nos quod capere, quod dicere possumus, sumimus. Illud ante omnia retinete: vt scripturis sanctis nondum intellectis non perturbemini: intelligẽtes autem non inflemini. Sed & quod non intelligitis, cũ honore differatis; & quod intelligitis, cũ charitate teneatis. Conuersi ad Dominum, &c.

Sermo Sancti Augustini Episcopi, De Epiphania Domini. SERMO LXIIII.

EPIPHANIA Græcè linguã vocabulo, CAP. I.
Latinè manifestatio dici potest. Hodie- Epiphania, manifestatio.
no igitur die manifestus redemptor omnium gentium, fecit sollemnitatem omnibus gentibus. Cuius itaque Natiuitatem ante dies paucissimos celebrauimus: eiusdem Manifestationem hodie celebramus. Dominus ergo noster Iesus Christus ante dies tredecim natus, à Magis hodie tra-
Matth. 25. ditur adoratus. Quia factum est, Euangelij loquitur veritas: quo die autem factum sit, vbique clamat tam præclarè istius sollemnitatis auctoritas. Iustum enim

visum

visum est, quòd verè iustum est: vt quoniam illi Magi primi ex gentibus Christũ Dominũ cognouerunt, vt nondum eius sermone commoti, stella sibi apparẽte & pro infante verbum visibiliter loquente velut linguam cæli secuti sunt, vt diem salutis primitiarum suarum gentes gratanter agnoscerent, & eũ Christo Domino cum gratiarum actione sollemni obsequio dedicarẽt. Primitiæ quippe Iudæorum ad fidẽ reuelationémque Christi in illis pastoribus exiterunt, qui ipso die quo natus est eum de proximo eueniendo viderũt. Illis angeli, istis stella nũtiauit. Illis dictum est: gloria in excelsis Deo: in istis impletum est, Cæli enarrant gloriã Dei. Vtrique sane tanquam initia duorum parietum de diuerso venientiũ, circumcisionis & præputij, ad angularem lapidem cucurrerunt: vt esset pax eorum, faciens vtrumque vnum.

Lucæ 2. Psal. 18. Eph. 2.

CAP. II. VERVNTAMEN illi Deum ex eo quod Christũ viderant laudauerunt; isti autem visum Christũ etiam adorauerunt. In illis gratia prior: in istis humilitas amplior. Fortasse ergo illi pastores minus rei, de salute alacrius exultabãt: isti autẽ Magi multis onerati peccatis, summissius indulgentiam requirebant. Hæc est illa humilitas, quam plus in eis qui ex gentibus erant, quàm in Iudæis diuina scriptura commendat. Ex gentibus erat ille Centurio, qui cum Dominum in toto pectore suscepisset, se tamen dixit indignum, vt in domũ eius intraret, nec ab eo ægrum suum voluit videri. Sic interiorẽ præsentem corde retinebat, cuius à suo tecto præsentiam honorificè reuocabat. Denique Dominus, Non inueni, inquit, tantã fidem in Israel. Illa etiam Chananæa ex gentibus erat, quæ cum se à Domino audisset canem, & cui panis filiorum mitteretur, indignã, micas tanquam canis exegit: & ideo nõ esse meruit, quia quod fuerat non negauit. Nã & ipsa audiuit à Domino, O mulier, magna est fides tua. Humilitas in ea fecerat fidem magnã: quia seipsam fecerat paruam. Veniũt ergo pastores de proximo videre: & Magi de lõginquo veniũt adorare. HÆC est humilitas quã inseri meruit oleaster in oliuã, & oliuã dare contra naturã, meruit mutare per gratiã. Nã cùm hoc oleastro totus sylueſceret & amaresceret mũdus, per insertionis gratiam pinguefactus enituit. Veniunt enim ab extremo terræ; secundum Hieremiam, dicentes: Verè mẽdacia coluerunt patres nostri. Et veniunt non ab vna orbis parte, sed sicut Euãgeliũ secundũ Lucam loquitur, Ab Oriẽte, & Occidente, ab Aquilone & Meridie, qui recumbant cũ Abraham & Isaac, & Iacob in regno cælorũ. Sic totus orbis ex partibus quatuor Trinitatis gratia vocatur in fidem. Secundũ quẽ numerum cum quatuor ter ducũtur, duodenarius numerus Apostolicus consecratus est: tanquam vniuersi orbis salutẽ ex quatuor mundi partibus, in Trinitatis gratiam præfigũrãs. Hunc enim numerũ etiam discus ille significauit, qui demonstratus est Petro plenus omnibus animalibus, tanquam omnibus gẽtibus. Nã & ipse quatuor lineis suspensus ẽ cælo rer summissus assumptꝰ est: vt quaterni duodecim facerẽt. Ideo fortasse post Natalẽ Domini duodecim diebus additis, Magi primitiæ gentiũ ad Christum videndũ adorãdũmque venerunt, & nõ solũ accipere propriam, sed omnium quoque gentium salutem significare meruerunt. Celebremus ergo deuotissimè etiã istum diem, & Dominum Iesum quem primitiæ illæ nostræ adorauerunt iacẽtem in diuersorio, nos habitantem adoremus in cælo. Hoc quippe in eo illi venerati sunt in futurum, quod nos veneramur impletum. Adorauerunt primitiẽ gentium inhiantem vberibus matris: adorant gentes sedentem ad dexterã Dei patris.

Matth. 8. Matth. 15. Rom. 11. Hier. 16. Lucæ 13. Act. 11.

Sermo eiusdem de Epiphania Domini. SERMO LXV.

APERITVR hodie omne os, dilectissimi, & collaudet omne verbũ, Dei verbũ quod effulsit de cælo. Lætetur omnis anima, omnis cõcinat lingua, & terra Deũ psallat vniuersa. Hodie enĩ gratiã lucis, in die lucis, filij lucis irradiat. Cõsentiãt terrenæ cælestibꝰ, hymnũ dicãt cũ summis potestatibus cuncta quæ videntur in mundo. Hodie effulsit veritas cũ rege cælesti. Christi enim præsentia veræ lucis aduẽtus est, & totius mũdi vera libertas. Aduerte ergo charissimè dignam Deo Ecclesię disciplinam, aduerte cęlestis desiderij inextinguibilem flammam: aduerte corporis hanc naturã, angelorum ministeriis coæquare. Homines enim de terra & habitãtes in terra, quos etiã terra nutrit; supernis potestatibus æmulãtur. Negãt enim propter charitatẽ Christi naturã corporis, & ministeriũ suscipiũt angelorũ. Quid enim agũt angeli in cælis; nisi quòd diuinis obtẽperãt nutibus? Quę sunt & opera in terra sanctorũ: nisi angelicã vitam agere in terris, & dignis Deum laudibus prędicare? Quorum ergo idẽ est officiũ, ambiguũ nõ est, quod eadẽ possit esse & dignitas. Hodie ergo, charissimi, Dominus noster Iesus Christus in Iordanis fluẽta descẽdit, nõ vt ipse sanctificaretur: sed vt aquis futuris vitalibus sanctificationẽ ipse præberet. Iohãnes ergo implebat habitũ sacerdotis. Ad eũ redemptor orbis accessit, vt baptizaretur in aqua, qui baptizantẽ illuminabat in spiritu. Venit ergo ad præcursorẽ suũ rex: Deus ad prophetã. Ioãnes ergo, charissimi, nõ ignorabat dispensationis mysteriũ: per quod Dominus humano generi præpararet remediũ. Sed nec eũ fefellit corporis habitus, nec caro quę videbatur, elusit. Et ideo lucerna Christo meo dictus est per prophetã: quia filiũ Dei qui carnis obscuritate latebat, lumine sui cordis agnouit primus, & ignorãtibꝰ digito demõstrauit. Hæc est lucerna illa mirabilis, de qua illud est: Paraui lucernã Christo meo: Hũc ergo pater filio prępara uit, nõ quod verbũ Dei quod erat lumẽ verũ, & Sol iustitię lucernę lumine indigeret, sed quia vt superius diximus, primꝰ agnouit humani generis redẽptorẽ. Aduerte ergo dilectissime miraculũ Dominicæ maiestatis. Quando ad carnẽ venire disposuit Dominus, qui ad nos venit: pro amore hominis, etiã homo fieri dignatꝰ est. Et erat nouum miraculũ Deus inter homines; Dominus inter seruos, inter sanctificandos sanctificans. Tũc Iohãnes Dominũ Iesum, & omniũ creatorẽ, homo qui redẽptꝰ fuerat baptizauit: nõ fiducia prouocãtus, sed prœceptione subiectus. Tũc geminę voces propheticæ sonuerũt: vox Domini in deserto, vox Domini super aquas. Nũtius veritatis clamabat, & Deꝰ gloriæ intonabat: & erat ibi in vnũ totius gloria Trinitatis adorandæ. Pater de supernis filiũ prædicabat: filius in terris ordinẽ sacratissimę dispositionis implebat: & spiritus sanctus Trinitatis indissolubile mysteriũ colligabat. Hęc ergo est charissimi Trinitas vnitatis, quæ est vnitas Trinitatis: quę nos per innumeras sollemnitates tueatur, atque hìc & in ęternum custodiat, Amen.

Psal. 18. Psal. 18.

Item Sermo eiusdem de eodem festo. SERMO LXVI. CAP. I.

SOLLEMNITAS quam hodie celebramꝰ, propter manifestationem Domini Epiphanię nomen Grecũ accepit. Hodierno quippe die Magis adorantibus tãquam primitiis gentium, commendatur manifestatus: qui antẽ paucos dies traditur etiam natus, lapis ille angularis qui velut parietes duos circumcisionis scilicet & pręputij, hoc est Iudæorum atque gentium de diuerso venientes, in sua vnitate copulauit, & factus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Vt pastoribus Iudæorum nũciaretur,

Ephes. 2.

ciaretur, angeli venerunt de cælo: & vt à Magis gentium adoraretur, stella refulsit è cælo. Siue ergo per angelos siue per stellam, Cęli enarrauerunt gloriã Dei: vt in eius qui natus est gratia enarrarent eã etiã Apostoli portantes Dominũ sicut cæli, vt in omnem terrã exiret sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. Quę quoniam ad nos venerũt, credimus propter quod & loquimur. MVLTA igitur cõsideranda sunt fratres, in hac quam audiuimus, Euangelica lectione. Magi veniunt ab Oriente regẽ Iudæorũ requirentes: qui tot reges Iudęorum nunquã antea quęsierunt. Requirebãt autẽ nõ aliquẽ virilis ętatis siue grandęuũ humanis oculis in excelsa sede cõspicuũ, exercitibus potẽtẽ, armis terrentẽ, purpura nitẽtẽ, diademate refulgentẽ, vel de cruce sibi exultantẽ in vnũ vniuersos Martyres redimeret cõfitentes, vel ab inferis resurgentẽ, aut in cælos ascendentẽ: sed recens natũ, in cunis iacentem, vberibus inhiantem, nullo ornatu corporis, nullis mẽbrorũ viribus, nullis parentũ opibus, nõ sua ætate, non suorũ potestate præstantẽ. Et quærũt regẽ Iudæorũ, à rege Iudęorũ. Ab Herode homine, Christũ deũ & hominẽ. A terreno rege homine, regẽ cælorũ qui condiderat homo. A grandi paruulũ, à lato latẽtem, ab excelso humilẽ, à loquẽte infantem, ab opulento inopem, à forti infirmum. Et tamen quãuis ab Herode persequẽte sibi & aliis Christũ dominantẽ, à contẽnente adorãdũ profecto in aqua, nulla pompa regia videbatur, sed vera Dei maiestas adorabatur. DENIQVE Herodes timet successorẽ: Magi desiderãt redẽptorẽ. Illi cupiunt inueniri regnũ, meruit ille finiri regnũ. Vtrique postremo quærũt. Magi, per quẽ possint viuere. Herodes illę quẽ cupit occidere. Ille in quẽ peccatũ grande cõmittat: illi qui omnia eorũ peccata dimittat. Necat quippe Herodes paruulos multos: dum ad vnius vult mortẽ peruenire. Et cùm sæuientissimã & cruentissimam cædẽ in tot innocẽtibus fecit; seipsum tanta iniquitate primitus interfecit. Interea rex noster Christus, verbũ Dei, infans Deus, Magis illũ adorãtibus, paruulis pro illo moriẽtibꝰ, siue iacebat, siue surgebat, crescebat. Et nondũ locutus, credentes inueniebat: & nondũ passus, etiã Martyres faciebat. O paruuli beati, modo nati, nũquam tentati, nondũ luctati: iã coronati. Ille de vestra corona dubitarit in passione pro Christo, qui etiã baptismũ paruulis prodesse nõ existimat Christi. Nõ habebatis quidem ętatẽ, qua in Christũ passurum crederetis: sed habebãtis quidẽ carnem in qua pro Christo passuro passionẽ sustineretis. Nullo modo infãtes istos deseret gratia saluatoris infantis, qui venerat quærere, quod perierat, nõ solùm in carne nascendo, verum etiam in cruce pendendo; ad inferos descendendo & in cælis ascẽdendo, & ad dexteram patris sedẽdo. Nã qui potuit natus habere prædicatores angelos, narratores cælos, adoratores Magos: potuit & illis nẽ pro eo hic morerentur præstare, si sciret illa morte perituros: & non potius maiori felicitate victuros. Absit, absit, vt ad liberandos homines Christus veniens, de illorum premio qui pro eo interficerentur nihil egerit: qui pendens in ligno pro eis à quibus interficiebatur orauit.

Psal. 18. Matt. 2. CAP. III.

CAP. IIII. QVID dicam de infelicitate Iudæorum qui Christum quęrentibus Magis, etiam prophetiam indicem protulerunt, Bethleem ciuitatem designauerũt quam ipsi non inuenerunt? Similes facti fabris Arcæ Noë, aliis vbi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio pericrunt. Similes lapidibus millatiis, viam ostenderũt nec ambulare potuerunt: quia stolidi in via remanserunt. Quęsitum est ab eis, vbi Christus nasceretur. Responderunt, In Bethleem Iudę. Sic enim scriptum est: Et tu Bethleem terra Iuda, nõ minima es in ducibꝰ Iuda. Ex te prodibit rex, qui recturus est populũ meũ Israël. Audierunt & abierunt inquisitores, dixerũt & mãserunt doctores. Et cõtrariis affectibus separati, illi facti sunt adoratores, illi persecutores. Nũc quoque Iudęi simile aliquid nobis exhibere nõ desinũt. Nõnulli enĩ Paganorũ vt nouerint Christũ ante prophetatũ, quando eis de scripturis testimonia clara proferimus, suspecti ne forte à Christianis ista confecta sint, malũt credere codicibus Iudęorum: & sicut tũc Magi fecerũt, istos dimittũt inaniter lectitare; ipsi pgunt fideliter adorare.

CAP. V.

CELEBREMVS itaque exultantes in Domino, festum diẽ Domini, nõ solùm quo ex Iudęis est natus: verum etiã quo est Gentibus manifestatus. Iuuat intueri omnia, & in vnum adducta conspectũ, animo cernere spectaculo spiritali. Nascitur Christꝰ, virgo cõcipit, virgo parit, virgo nutrit. Adest fœcũditas: nec abest integritas. Angeli annũciant, pastores glorificãt, cęli enarrãt, Magi desiderant, Reges formidãt, Iudęi demõstrant, Gẽtes adorant. Frustrãtur sęuientes, coronãtur infantes, admirãtur credentes. Quę est ista humilis celsitudo, infirmi fortitudo, paruuli magnitudo? Profectò illud verbũ fecit hęc omnia, per quod facta sunt omnia. Verbum quod longe erat à nobis, caro factum est: vt habitaret in nobis. Agnoscamus itaq; in tempore, per quem facta sunt tempora: & celebrantes eius festa tẽporalia, prępmia desideremus ęterna.

Item eiusdem de eodem. SERMO LXVII.

ANNIVERSARIA celebrãtio diei huius, anniuersarium sermonem à nobis exigit, debitum auribus & cordibus vestris. Hodie saluator noster Magos ad se, de tam lõginqua gente perduxit. Venerunt vt adorarent infantem, verbum Dei. Quare venerunt? Quia stellam inusitatã viderũt. Et vnde eam Christi esse cognouerũt? Videre enim potuerũt stellã: nũquid loqui eis potuit & dicere, stella Christi sum? Proculdubio aliter indicatum est, per aliquã reuelationẽ. Tamẽ inusitatè rex natus erat, qui & ab alienis adorandus erat. Nunquid nõ reges ante in Iudęa erant nati: aut per vniuersam terram in diuersis Gẽtibus? Quare iste adorandus, & ab alienigenis adorãdus: non terrente exercitu, sed in paupertate carnis, latente maiestate virtutis? Quãdo natus est, adoratus est à pastoribus Israëlitis, quibus cum Angeli nunciauerũt: sed Magi non erant de gente Israël. Colebant gentiũ deos, hoc est dęmonia: quorum fallaci decipiebãtur potentia. Viderunt ergo quandã stellam inusitatam, mirati sunt: quęsierunt sine dubio cuius esset signum, quod tã nouum insolitumque viderũt, & vtiq; audierunt, profecto ab Angelis, ab aliqua admonitione reuelationis. Quæris fortassis, ab angelis bonis an mãlis? Christum quidem & angeli mali, hoc est dęmones, filiũ Dei esse confessi sunt. Sed cur non & à bonis audierunt, quãdo in Christo adorãdo sãlus eorum iam quęrebatur, non iniquitas dominãbatur? Potuerũt ergo illis dicere angeli, stella quam vidistis, Christi est, ire & adorate eum vbi natus est; & simul indicate qualis & quãtus natus. Illi autem hoc audito venerunt & adorauerunt, aurũ, thus, & myrrham obtulerunt, secundum consuetudinem suam. Talia enim solebãt offerre diis suis. Quod sanc antequam facerent, antequam cũ in ciuitate vbi natus fuerat inuenirent, venerunt quęrẽtes, Vbi natus est Rex Iudæorum? Nõnne poterant etiã hoc reuelatione cognoscere: sicut cognouerant illam stellam regis esse Iudęorum? Nõnne potuit eos ad illã ciuitatem eadem stella perducere: sicut postea perduxit ad locũ vbi Christus cum matre infans erat? Poterat sane, non tamen factum est: vt hoc à Iudęis inquirerent.

Quare

Quare voluit hoc Deus à Iudæis inquiri? Vt dũ ostendunt in quem non credunt, ipsa sua demonstratione dãnentur. Attendite quia & nunc fiunt primitiæ gentium Magi: quanto à maiori impietate liberati, tanto maiorem dantes gloriã liberãti. Quærũt vbi est qui natus est Rex Iudæorũ? Herodes audito regis nomine, tanquã æmulus cõtremiscit. Vocat legis peritos, interrogat ab eis secundum scripturas, vt indicent vbi Christus nasceretur. Illi respondẽt, In Bethleem Iudę. Perexerunt Magi & adorauerunt: Iudæi remanserũt qui demonstrauerunt. O magnum sacramentũ. Hodie per Iudæorũ codices conuincimus. Fiũt fideles, per eorum codices. Ostendimus Paganis, quod nolunt credere. Nã aliquã do Pagani fecũt nobis hui usmodi quæstionem, cũ vident quæ scripta sunt sic impleri, vt negare omnino non possint: quod ea per Christi nomẽ in omnibus gentibus præsentãtur, quæ in sanctis codicibus prædicta recitãtur, in fide regũ, in euersione idolorum, in mutatione rerũ humanarũ: & aliquãdo audẽt vt dicant: Vidistis ita fieri, & tanquã prędicta sint cõscripsistis. Hoc poëta quidã eorũ fecit. Recognoscũt ista qui legerũt. Narrauit quendã apud inferos descẽdisse, atq; in beatorũ regionẽ venisse, demõstratõsque illi Romanorũ principes nascituros, quos iã ipse qui hæc scribebat natos nouerat. Præterita enim narrauit, sed quasi futura essent prædicta, conscripsit. Sic & vos inquiunt nobis Pagani, vidistis hæc omnia fieri, & scripsistis vobis codices, in quibus hæc legãtur tanquã prædicta. O gloria regis nostri. Meritò Iudæi à Romanis victi sunt, nec deleti. Omnes gentes à Romanis subactæ, in Romanorũ iura trãsierũt. Hæc gẽs & victa est & in lege sua mãsit, quantũ ad Dei cultum attinet, patrias consuetudines ritúmq; custodiuit. Euerso etiã tẽplo suo, extincto sacerdotio pristino, sicut dictũ est à prophetis, seruant tamẽ circumcisionẽ & morẽ quendã, quo à cæteris gentibus distinguntur. Propter quid, nisi propter testimoniũ veritatis? Sparsi sunt vbique Iudæi portãtes codices quibus Christus prædicatur, & sicut prædictũ est præsentatur, vt iam Paganis possit ostẽdi. Profero codicẽ, lego prophetã: ostẽdo impletã esse prophetiã. Dubitat Pagan⁹, ne fortè hoc ipse cõfinxerim. Inimic⁹ meus habet hunc codicẽ, antiquitus sibi à maioribus cõmendatum. Ambos inde conuinco: Iudæũ quia id prophetatum & cõpletum ego cognoui: Paganũ, quia nõ ego hoc cõfinxi. Nõ ergo seducãt dęmonia specie diuinationis incautos, & rerũ tẽporaliũ malè curiosos: nec superbo fastu decipiẽtes impium sibi sacrificiorũ exigant honorẽ. Verè diuina prædixerunt diuini viri vnius discipuli. Verũ enim sacrificiũ, vni Deo debetur. Hui⁹ figura ante gratiã, tẽporavictimis adũbrata sunt. Quod vno modo futurum fuerat, multis modis prouidentia diuina prænunciauit quàm magnum esset. Ipse medicus, ipse medicamẽtum. Medicus, quia verbum: medicamẽtum, quia verbum caro factum est. Ipse sacerdos, ipse sacrificium. Ipse est qui mutauit viam Magorum: ipse etiam nunc mutat viam malorum. Cuius in carne manifestationem quæ Græcè dicitur Epiphania, iustificatæ in spiritu gentes hodierna sollemnitate concelebrant: vt renouet memoriam sollemnitas, vigeat deuotione pietas, ferueat cõgregatione charitas, luceat inuidis veritas.

SERMO LXVIII. *Sermo Sancti Augustini Episcopi, Dominica prima in Quadragesima.*

Citat Beda ad Gal. 5.



BSERVANTIAM Quadragesimæ, sollemni reditu præsentatam, hodierno die ingredimur: quo vobis sollemniter etiam exhortatio nostra debetur: vt Dei sermo per nostrum officiũ ministretur. Ieiunaturos corpore, pascat in corde: ac sic interior homo cibo suo refect⁹, exterioris castigationẽ possit agere, & robustius sustinere. Cõgruit enim nostræ deuotioni, vt qui Domini crucifixi Passionẽ iã propinquãtem celebraturi sumus: reprimẽdarũ carnaliũ voluptatũ crucem nobis ipsi etiã faciam⁹, sicut dicit Apostolus, Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ passionibus & cõcupiscẽtiis. In hac quidem cruce, per totã istã vitã, quæ in mediis tẽtationibus ducitur, perpetuo debet pẽdere Christianus: Non est enim in hac vita tẽpus euellẽdi clauos, de quibus in Psalmo dicitur, Confige clauis à timore tuo carnes meas: Carnes, sunt carnales cõcupiscẽtiæ: claui, sunt præcepta iustitiæ. His illas timor Dei configit, qui hos, illi acceptabilẽ hostiã crucifigit. Vnde itẽ dicit Apostolus: Obsecro itaq; vos fratres per miserationem Dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuam, sanctam, Deo placentẽ. Crux ergo ista est in qua Dei seruus nõ solũm nõ confunditur, sed etiã gloriatur dicens: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo: crux, inquã ista nõ quadraginta dierũ est, sed tot⁹ huius vitæ quæ mystico numero quadraginta istorum significatur dierum, siue quod homo ductu⁹ hanc vitã, sicut nonnulli asserunt, diebus quadraginta formatur in vtero, siue quod Euangelia quatuor cum denaria lege cõcordãt: & quarerdeni istum numerum signant, nobiscum in hac vita scripturas vtrãsq; necessarias esse demõstrant, siue alia qualibet probabiliore causa, quã potest intellectus melior & luculẽtior inuenire. Vnde & Moyses & Helias, & ipse Dominus quadraginta diebus ieiunauerunt: vt in inuaretur nobis & in Moyse, & in Helia; & in ipso Christo; hoc est, in lege & prophetis; & in ipso Euãgelio, id nobiscũ agi, ne conformemur & hæreamus huic sæculo, sed crucifigamus hominẽ veterẽ, non in comessationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitiis, nõ in cõtentione & æmulatione agentes: sed induamus Dominũ Iesum, & carnis curã ne fecerimus in concupiscentiis. Sic semper hic viue Christiane. Si terreno limo gressus, nõ vis immergere, noli de ista cruce descendere. Si autem hoc faciẽdum est per hãc totam vitã, quanto magis per istos Quadragesimæ dies, quibus non solum agitur, verum etiam significatur hæc vita? Per alios ergo dies nõ grauentur corda vestra in crapula & ebrietate: per hos autẽ etiã ieiunate. Per alios dies, adulteria, fornicationes, omnésque illicitas corruptelas nolite cõtingere: per hos autẽ etiam à cõiugibus abstinete. Quòd vobis demitis ieiunando, eleemosynis addite prærogando. Tẽpus quod reddẽdo coniugali debito occupabatur: supplicationibus impendatur. Corpus quod carnalib⁹ soluebatur affectibus, piis precibus prosternatur. Manus quæ amplexibus implicabantur, orationibus extendantur. Vos autem qui etiam per alios dies ieiunatis, per hos augete quod facitis. Qui per alios dies perpetua continentia crucifigitis corpus: per hos Deo vestro crebrioribus & intentioribus inhærete orationibus. Omnes vnanimes, omnes fideles fideliter, omnes in hac peregrinatione vnius patriæ desiderio suspirantes, & amore feruẽtes. Donum Dei quod ipse non habet, nullus in altero inuideat, nullus irrideat. In spiritalibus bonis, tuum deputa: quod amas in fratre. Suum deputet, quod amat in te. Nemo sub abstinentiæ specie, murare affectet potius quàm resecare delitias: vt pretiosos cibos quærat, quia carne nõ vescitur, & inusitatos liquores, quia vinum non bibit: ne per occasionem quasi domandæ carnis, magis agat negocium voluptatis. Alimenta quidem mundis munda sunt

sunt omnia: sed in nullo est munda luxuria. Præ cæteris fratres, à discordiis & litibus iciunate. Memento prophetã quibusdam exprobrãtem atque clamãtem: In diebus ieiunij vestri, inueniuntur voluntates vestræ, quod omnes qui sub iugo vestro sunt stimulatis, & cæditis pugnis, audituri in clamore vox vestra, & cætera talia. Quibus cõmemoratis adiunxit: Non hoc ieiuniũ ego elegi, dicit Dñs. Si clamare vultis: illũ frequentate clamorẽ de quo scriptum est: Voce mea ad Dñm clamaui. Ille quippe non est litis, sed charitatis: nec carnis, sed cordis. Nõ est talis ille de quo dicitur: Expectaui vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem: & non iustitiam, sed clamorem. Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur võbis. Hæ sunt duæ alę orationis, quibus quisque volat ad Deũ: si illud quod committitur, ignoscit delinquenti, & donat egenti. Conuersi ad Dominum, &c.

Esa. 58. Ibidem. Psal. 141. Esa. 5. Luce 6. Christianus perpetuo debet pendere in cruce tentationũ. Psal. 118. Carnes, carnales concupiscentiæ. Rom. 12. Crux nostra in qua gloriandũ. Gal. 6. Crux totius vitæ nostræ.

Sabbato post primam Dominicam Quadragesimæ. Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

Matth. 17. IN illo tempore, Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioãnem fratrem eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et reliqua, *Homilia lectionis eiusdem beati Augustini episcopi.*

SERMO LXIX.



INSPICIENDA nobis & tractanda est charissimi visio ista, quam Dominus demonstrauit in monte. Ipsa est enim de qua dixerat, Amen dico vobis, quia sunt hic quidam de circumstantibus qui non gustabunt mortẽ, donec videãt filium hominis in regno suo. Inde cœpit lectio quæ recitata est. Dum hoc dixisset, *Post dies sex assumpsit tres discipulos, Petrum, Ioannem, & Iacobũ, & ascendit in montem.* Ipsi tres erant quidam de quibus dixerat: Sunt hic quidam qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis in regno suo. Non parua quæstio est. Neque enim ille mõs, regnũ erat cõprehensum. Quid est mons ei qui possidet cælũ? Quod non solum legimus, sed etiam oculis cordis quodãmodo videmus: Regnũ suũ dicit, quod multis locis appellat regnũ cælorum. Regnũ autẽ cælorum, est regnum sanctorum. Cęli enim enarrant gloriam Dei. De quibus cælis dictũ est continuo in Psalmo, Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorũ. In omnẽ terrã exiit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Quorũ, nisi cælorũ? Ergo Apostolorum, & omnium verbi Dei fideliũ prædicatorũ. Regnabunt cęli, cum eo qui fecit cælos. Hoc vt ostenderetur, videte quid factum est. *Dominus ipse Iesus resplenduit sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt candida sicut nix. Et loquebantur cum eo Moyses & Helias.* Ipse Iesus quidem ipse splenduit sicut sol, se lumen esse significans quod illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundũ: Quod est iste sol oculis carnis, hoc ille oculis cordis: & quod iste carnibus, hoc ille cordibus. Vestimenta autẽ eius, Ecclesia eius. Vestimenta enim nisi ab induto contineantur, cadunt. Horũ vestimentorũ quædã quasi nouissima fimbria Paulus fuit. Ipse enim dicit: Ego enim sum minimus Apostolorũ. Et alio loco: Ego sum nouissimus Apostolorum. In vestimento autem, fimbria est nouissima & minima. Proinde sicut illa mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, tacta Domini fimbria, salua facta est: sic Ecclesia quæ ex gentibus venit Paulo prædicante saluata est. Quid mirum si per candida vestimenta signatur Ecclesia, cum audiatis Isaiam prophetam dicentem, Et si fuerint peccata vestra sicut fenicium, tanquam niuem dealbabo? Moyses & Helias: id est, lex & prophetæ

Matth. 1. Matth. 17. Exodi 3. 3. Reg. 17. Matth. 4. Rom. 12. Ephes. 5. Colos. 3. Rom. 13. Psal. 18. Luce 21. Ioan. 1. Esa. 1.

quid valent, nisi cum Domino colloquantur? Nisi Domino perhibeant testimoniũ, quis leget legẽ? quis prophetas? Videte quã breuiter hoc Apostolus ait, Per legem enim cognitio peccati. Nunc autẽ sine lege, iustitia Dei manifestata est, Ecce sol: Testificata à lege & prophetis, ecce splendor. Videt hoc Petrus, & humana sapiens tanquam homo: *Domine bonum est, inquit, nos hic esse.* Tædium patiebatur à turba, inuenerat solitudinẽ montis: ibi habebat Christum panem mentis. Vt quid inde discederet, ad labores & dolores? Habens in Deũ sanctos amores, & ideo bonos mores, benè sibi volebat esse, vnde & adiunxit: *Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnum.* Ad hæc nihil Dñs respondit. Sed tamen Petro responsum est. *Hæc enim eo loquẽte, nubes lucida venit, & obumbrauit eos.* Ille quærebat tria tabernacula, nobis vnum esse, quod humanus sensus diuidere cupiebat, responsum cæleste monstrauit. Verbũ Dei Christus, Verbum Dei in lege, Verbũ Dei in prophetis. Quid Petre quæris diuidere? Magis te oportet adiũgere. Tria quæris: intellige & vnum. Nube ergo obumbrãte omnes, & quodammodo eis faciente vnũ tabernaculũ, *sonuit & vox de nube dicẽs: Hic est filius meus dilectus.* Ibi erat Moyses, ibi Helias. Nõ est dictum, Hi sunt filii mei dilecti. Aliud enim est vnicus: aliud adoptati. Ille cõmendabatur, vnde lex & prophetæ gloriabãtur. *Hic est, inquit, filius meus dilectus: in quo mihi bene cõplacui, Ipsum audite.* Quia & in prophetis ipsũ audistis, & in lege ipsum audistis. Et vbi nõ ipsum audistis? Hoc audito: illi ceciderunt in terram. Iam demonstratur nobis, in Ecclesia regnum Dei. Hic Dominus: hic lex & prophetæ. Sed Dominus tanquam Dominus. Lex in Moyse, prophetia in Helia: sed ipsi tanquam serui, tanquam ministri. Ipsi tanquam vasa: ipse tanquam fons. Moyses & prophetæ dicebant, & scribebant: sed de illo implebantur quando fundebant. *Dominus autem porrexit manum, & excitauit, iacentes. Deinde neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Quid sibi hoc vult? Audistis cum Apostolus legeretur, Quia videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Et linguæ euacuabuntur; quando venerit illud quod modo speramus vt credimus. Quòd ergo illi ad terram ceciderũt: hoc significauerũt quod morimur, quia dictum est carni, Terra es, & in terram ibis. Quãdo verò eos Dominus erexit; resurrectionem significauit. Post resurrectionem vt quid tibi lex? vt quid tibi prophetia? Ideo non apparet Helias, non apparet Moyses. Remanet tibi, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Remanet tibi, vt sit Deus omnia in omnibus. Ibi erit Moyses: sed iam non lex. Videbimus ibi & Heliam: sed iam non prophetam. Lex enim & prophetæ testimonium perhibuerunt Christo: quia oporteret eum pati, & die tertia resurgere à mortuis, & intrare in gloriam suam. Vbi completur illud quod suis dilectorib. repromisit, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum. Et quasi diceretur, quia diliges eum, quid illi dabis? Et ostendam meipsum illi. Magnũ donum, magna promissio. Non tibi seruat Deus præmiũ aliquod suum: sed seipsum. Auare, quare tibi non sufficit quod Christus promittit? Tu diues tibi videris. Et si Deum non habes, quid habes? Alter pauper. Et si Deum habet, quid non habet? Descende Petre, requiescere cupiebas in monte: descende, prædica verbum, instã oportunè, importunè, argue, hortare, increpa, cum omni longanimitate & doctrina. Labora, desuda, patere aliqua tormenta: vt quod in candidis vestimentis intelligitur, per candorem & pulchritudinem rectæ operationis in charitate possideas. In laude enim charit-

Rom. 1. b. 1. Cor. 13. Ioan. 1. Ioan. 14. 2. Tim. 4.

2.Cor.13. charitatis, cum Apostolus legeretur, audiuimus, charitas nõ quærit quæ sua sunt. Non quærit quæ sua sunt: quoniam donat quæ possidet. Alio loco periculosius dictũ est, si nõ intellexeris. Secundũ enim ipsam charitatẽ præcipiens Apostolus fidelibus membris Christi, 2.Cor.10.c. ait: Nemo quod suum est quærat: sed quod alterius est. Auaritia namque hoc audito, fraudes parat, vt in negotio quasi alienum quærẽs, aliquẑ circũueniat, & quærat non suũ, sed alienũ. Cõpescat se auaritia, procedat iustitia: Audiamus, & intelligamus. Charitati dictum 1.Cor.10.c.f. est, Nemo quod suũ est quærat, sed quod alterius. Verum tu auare si resistas, & magis ad hoc præceptũ redigis, vt alienũ concupiscas: perde tuũ. Sed quomodo te noui, habere vis & tuũ & alienũ, Fraudem facis, vt habeas alienũ: furtũ patere, vt perdas tuũ. Non vis quærere tuũ, sed tollis alienũ. Quod si facis, non facis bene. Audi ô auare, ausculta. Apostol° tibi alio loco apertius exponit hoc quod dixit, Nemo quod suũ est quærat: Ibidem g. sed quod alterius. Ait de seipso, Ego autẽ non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui sint. Hoc Petrus nondum intelligebat, quando in monte viuere cum Christo desiderabat. Seruabat tibi hoc Petre post mortẽ. Nunc autẽ ipse dicit, Descende, laborare in terra, seruire in terra: contemne crucifigi in terra. Descẽdit vita, vt occideretur: descendit panis, vt esuriret: descẽdit via, vt in itinere lassaretur: descendit fons, vt sitiret: & tu recusas laborare? Noli tua quærere. Habe charitatem, prędica veritatem: tunc peruenies ad æternitatem, vbi inuenies securitatem.

SERMO LXX. *Dominica secunda in Quadragesima, Sermo beati Augustini episcopi.*

ANNIVERSARIO reditu Quadragesimæ tempus aduenit, quo vobis exhortatio nostra debetur: quia & vos tẽpori congrua Dño opera vestra debetis: quę tamen non Dño vtilia possint esse, sed vobis. Orationibus, ieiuniis, eleemosynis, & alia quidẽ tempora debent Christiano seruere: veruntamen & illos qui diebus aliis in his pigri sunt, debet ista sollẽnitas excitare: & hi qui per alios dies ad ista sunt alacres, nunc ea debent seruẽtius exercere. Tẽpus quippe humilitatis nostræ vita in hoc sæculo est, quã dies significant isti, Dño pro nobis Christo, qui semel moriendo passus est, velut annis omnibus reuoluta sollemnitate passuro. Quod enim semel in toto tẽpore factũ est, vt vita nostra nouaretur: celebratur annis omnibus, vt in memoriã reuocetur. Si ergo veracissimæ pietatis affectu, toto peregrinationis huius tempore, quo in mediis tentationibus viuimus, humiles corde esse debemus: quanto magis his diebus quibus ipsum tẽpus humilitatis nostræ non solũ viuendo agimus, sed etiam celebrando significamus? Humiles esse nos docuit humilitas Christi, quia impũs moriendo cessit: excelsos nos facit celsitudo Christi, quia pios resurgendo præcessit. 2.Tim.2. Si enim cõmortui sumus, ait Apostolus, & cõuiuemus: Si toleramus: & cõregnabimus. Vnũ horũ modo tanquam eius propinquante passione: alterũ post Pascha tanquam eius resurrectione completa deuotione debita celebramus. Tunc enim post dies huius humilitatis, etiam nostræ celsitudinis tempus & si nondum videndo agere vacat: iam tamen præmeditando significare delectat. Nunc itaque orationibus ingemiscamus instantius: tunc vberius exhilarabimur laudibus. Sed orationibus nostris, quibus ad Deum facilius volando peruenimus, eleemosynis & ieiuniis, pennas pietatis addamus. Hinc autem intelligit animus Christianus, quantũ remotus esse debet à fraude alienæ rei: quãdo sentit simile esse fraudi, si superflua sua non tribuerit indigenti. Dñs dicit, Date, & dabitur vobis: dimittite, Luca 6. & dimittetur vobis. Hæc duo genera eleemosynarũ tribuendi & ignoscendi clementer & feruenter operemur: qui nobis à Domino vt bona tribuãtur, & mala non retribuantur, oramus. Date, inquit, & dabitur vobis. Quid verius, quid iustius: vt qui dare detrectat, se fraudet ipse, ne accipiat: Si impudenter agricola quærit messem, vbi se nouit nõ præmisisse semen: quanto impudentius quærit Deum diuitem dantem, qui hominem pauperem noluit exaudire poscentem? In pauperẽ enim se pasci voluit: qui non esurit. Deum ergo egentem non spernamus in paupere: vt egentes satiemur in diuite. Habemus egentes, & egemus. Demus ergo, vt accipiamus. Veruntamen quid est quod damus? Et pro isto exiguo visibili, temporali atque terreno, quid est quod accipere desideramus? Quod oculus non 1.Cor.2. vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nisi ipse promitteret, impudentiæ fuisset dare ista, & accipere velle illa: & nolle dare nec ista. Quæ tamen ista nec ipsa haberemus: nisi dante illo, qui exhortatur vt demus. Qua igitur fronte in vtrisque speram° dantẽ, si in minimis contẽnim° imperatẽ? Dimittite: & dimittetur vobis. Hoc est: Ignoscite, & ignoscetur vobis. Conseruus conseruo reconcilietur: ne iustè seruus à Domino punitatur. In hoc genere eleemosynæ, nullus est pauper. Potest hoc facere vt in æternum viuat: etiã qui ad tempus non habet vnde viuat. Gratis datur, dando cumulatur. Quæ non consumitur, nisi quando non erogatur. Cuius ergo vsque ad hos dies inimicitiæ perdurarunt: confundantur atque finiantur. Finiantur, ne finiant: Non teneantur, ne teneant. Perimantur per redemptorem, ne perimant retentorem. Ieiunia vestra non sint talia, qualia propheta condemnat, Esa.58. dicens, Non hoc ieiunium elegi, dicit Dominus. Arguit enim ieiunia litigiosorum: quærit piorum. Arguit opprimentes: quærit relaxantes. Arguit inimicantes, quærit liberãtes. Inde enim per hos dies à rebus licitis desideria refrenatis: ne illicita cõmittatis. Nullis dieb° se ingurgitet vino nec adulterio: qui diebus istis tẽperat à coniugio. Ita oratio nostra humilitate & charitate, ieiunando & dando, tẽperando & ignoscendo, bona tribuendo & mala non retribuendo, à malo declinando & bona faciendo: quærit pacem, & cõsequitur eam. Volat enim talibus oratio pennis amminiculata virtutum: & quo Christus pax nostra præcessit, facilius perfertur in cælum. Conuersi ad Dominum, &c.

Duo genera Eleemosynarum, dare & ignoscere.

In paupere se pasci vult qui nõ esurit.

Nemo per in ignoscendo.

Sermo beati Augustini, episcopi, feria quarta post secundam Dominicam Quadragesimæ. SERMO LXXI.

IN adiutorio misericordiæ Domini Dei nostri, tentationes sæculi, insidiæ diaboli, mundi labor, carnis illecebra, turbulentorũ temporum fluctus, & corporalis omnis atq; spiritalis aduersitas: eleemosynis & ieiuniis, & orationibus superandæ sunt. Hæc cùm per totam vitam seruere debeant Christiano: tum maximè propinquante sollemnitate Paschali, quæ suo reditu anniuersario nostras excitat mentes innouans in eis memoria salutari, quod Dominus noster vnicus Dei filius misericordiam præstitit nobis: ieiunauit orauitque pro nobis. Eleemosyna quippe Græcè, misericordia est. Quæ autem maior esse misericordia super miseros potuit, quàm illa quæ cæli creatorem de cælo deposuit, & terreno corpore terræ induit conditorem: eum qui in æternitate patris manet æqualis mortalitate coæquauit & nobis, formam serui mundi Domino imposuit: vt ipse pa-

ipse panis esuriret, satietas sitiret, virtus infirmaretur, sanitas vulneraretur, vita moreretur? Hoc autẽ vt nostra pasceretur fames, rigaretur ariditas, consolaretur infirmitas, extingueretur iniquitas, ardesceret charitas? Quæ maior misericordia, quã creari creatorẽ, seruire dominatorẽ, vendi redẽptorẽ, humiliari exaltatorem, occidi suscitatorẽ? Nobis de præbendis eleemosynis præcipitur vt panẽ demus esurienti? Ille seipsum vt nobis daret esurientibus: prius pro nobis se tradidit sæuientibus. Præcipitur nobis, vt peregrinũ recipiam°: ille pro nobis in sua propria venit, & sui eum non receperunt. Ipsum denique benedicat anima nostra, qui Psal.102. propitius fit omnibus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione vitam eius, qui eam coronat in miseratione & misericordia: qui satiat in bonis desiderium eius. Exerceamus itaq; eleemosynas nostras tanto impẽsius, tantóque frequẽtius, quanto propinquior fit dies, qua nobis prærogara B eleemosyna celebratur: quia ieiunium sine misericordia ei nihil est qui ieiunat. Ieiunemus etiam humiliantes animas nostras appropinquante die quo magister humilitatis humiliauit semetipsum: factus subditus vsque Phil.2. ad mortẽ crucis. Imitemur eius crucem: abstinentiæ clauis, edomitas concupiscentias configentes. Castigemus corpus nostrum, & seruituti subiiciamus: & 1.Cor.9. ne per indomitam carnem ad illicita prolabamur: in eam domandã aliquantulũ & licita subtrahamus. Crapula & ebrietas etiam per dies cæteros deuitanda: per hos autem dies etiã concessa prandia remouẽda. Adultetia & fornicationes semper execranda atque fugiendã: his autẽ diebus & à coniugibus temperandũ est. Facile tibi obtẽperabit caro, ne inhæreat alienis: quæ refrenari cõsueuerit & à suis. Sane cauendum est ne mutes nõ minuas voluptates. Videas enim pro vsitato vino, inusitatos liquores exquirere: & aliorũ expressione C pomorũ quod ex vua sibi denegant multo suauius cõpensare: cibos extra carnes multiplici varietate ac iocunditate cõquirere: & suauitates quas alio tẽpore cõsectari pudet, huic tẽpori quasi oportunè colligere: vt videlicet obseruatio Quadragesimæ nõ sit veterũ cõcupiscentiarũ repressio, sed nouarũ delitiarũ occasio. Hæc fratres ne vobis persuasa surrepant: quanta potestis vigilantia prouidete. Parsimonia, ieiunio cõiungatur. Sicut ventris castiganda saturitas: ita gulæ irritamenta cauenda sunt. Nõ humanorum alimentorũ genera detestanda: sed carnalis est delectatio refrenãda. Esau non pingui vitulo vel volatilib° saginatis, sed im- Gen.25. moderatè cõcupita lenticula reprobatus est. Sanctum 1.Paral.11. Dauid aquã plus iusto desiderasse pœnituit. Non operosis ergo neque pretiosis, sed in promptu positis & quibusq; vilioribus alimentis est corpus à ieiunio reficiẽdum, vel potius fulciendũ. His dieb° amminiculis pia- D tum eleemosynarum, & frugaliũ ieiuniorũ oratio nostra in superna sustollitur: quia nec impudenter à Deo misericordia petitur, cùm ab homine homini non negatur, nec serena cordis petentis intentio carnaliũ voluptatũ fantasmatibus nubilis impeditur. Sit autem oratio casta, ne fortè non quod charitas, sed quod cupiditas quærit, optemus: ne inimicis mali aliquid imprecemur: ne in quos nocendo nõ possumus, orando sæuiamus. Certè sicut nos apti efficimur ad orandũ eleemosynis & ieiuniis, sic & ipsa nostra oratio facit eleemosynas, cũ dirigitur atque profunditur nõ pro amicis tantũ, verũ etiam pro inimicis: & ieiunat ab ira & odio & à pernitiosissimis vitiis. Si enim nos ieiunamus à cibis, quanto potius illa à venenis? Denique nos deptione reficimur: nunquam illam escis talibus obles-

Quomodo oratio facit eleemosynas.

stemus. Perpetua suscipiat ista ieiunia: quia est illi cibus proprius quem sumere sine intermissione præcipitur. Semper ergo ieiunet ab odio, semper dilectione pascatur. Conuersi ad Dominum, &c.

Sermo beati Augustini Episcopi, feria quinta post secundam Dominicam Quadragesimæ. SERMO LXXII.

SOLLEMNE tempus aduenit, quo vestram commoneamus & exhortemur in Domino charitatem; quamquam ipsum tempus etiam tacentibus nobis, satis vos admoneat & hortetur: vt ieiuniis & Orationibus & eleemosynis solito instantius & alacrius feruentius. Sed ministerium nostri sermonis accedit: vt & vocis huius tuba, vires suas Spiritus vester aduersus carnem dimicaturus accipiat. Sint ergo ieiunia vestra sine litibus, clamorib°, cædibus: vt etiam qui sub iugo vestro sunt remissionẽ cautam sentiant & benignã: vt aspera seueritas refrenetur: nõ vt salubris disciplina soluatur. Cũ vero aliquo genere ciborũ etiã cõcessorũ atqũe licitorũ, causa castigandi corporis abstinetis, mementote omnia mũda mundis: ne quid putetis immũdũ, nisi quod infidelitas inquinauerit. Immundis & infidelibus, ait Apostolus, Tit.1. nihil est mundũ. Sed plane fideliũ corpora eũ seruituti subiiciuntur: proficit spirituali saluti, quicquid corporali minuitur voluptati. Ideoq; cauendum est, ne pretiosas escas vel pro aliis alias, vel etiã pretiosiores sine carnibus animaliũ requiratis. Cũ enim corpus castigatur, & seruituti subiicitur: restringendæ sunt delitię, nõ mutandæ. Quid enim interest in quali cibo concupiscentia immoderata culpetur? Nõ vtiq; de solis carnibus, sed etiã de quibusdã pomis & agricolis alimentis Israëlitarũ concupiscentia diuina voce dãnata est. Et Esau non propter offam suillam, sed propter lenti- Gen.25. culam defricatã, sua primogenita perdidit. Vt omittã Matth.4. quid esuriens Dñs tentatori etiã de ipso pane responderit: qui certè non suam carnem quasi rebellẽ domabat: sed quid in talibus tentationibus respondere debeamus misericorditer admonebat. Quapropter charissimi à quibuscunque cibis vobis placuerit abstinere, mementote vt propositũ vestrũ pia temperantia cõseructis: non vt Dei creaturam sacrilego errore damnetis. Quicunque etiã estis coniugibus alligati, nunc maximè Apostolica monita nolite cõtemnere: vt in- 1.Cor.7. uicem abstineatis ad tempus, vt vacetis Orationibus. Quod enim & aliis diebus vtiliter fit, nimis inuerecũdum est si modo nõ fiat. Arbitror onerosum nõ esse debere anniuersaria obseruatione sollemnibus diebus hoc facere coniugatos, quod viduæ ex quadã vitæ parte professæ sunt: quod tota vita sanctæ virgines susceperunt. Iã verò eleemosynas his diebus augere, quodã- D modo ex debito est. Vbi enim iustius quã miserendo impenditis, quod vobis abstinendo demitis? Et quid iniquius, quã vt quòd minus erogat abstinentia, seruet permanens auaritia, aut consumat dilata luxuria? Intẽdite quibus debeatis quod vobis denegatis: vt quod detrahit temperantia voluptati, addat misericordia charitati. Quid iam dicã de illo opere misericordiæ, vbi nihil de apothecis, nihil de sacculo impẽditur, sed ex corde dimittitur: quod magis si maneat quã si recẽdat incipit esse damnosum? Iram dico, aduersus aliquẑ in corde seruatã. Quid autem stultius, quã inimicum forinsecus deuitare, & multo peiorem in præcordiis intimis retinere? Vnde Apostolus dicit: Sol non oc- Ephes.4. cidat super iracundiam vestram. Moxque subiungit: Neque detis locum diabolo. Tanquam hoc agat qui non citò iram pellit ex animo: vt per illam velut per

ianuam aditum præstet diabolo. Primitus itaque agẽdum est, vt super iram non occidat iste Sol: ne deserat ipsam mẽtem iustitiæ sol. Sed in cuius pectore adhucusq; permansit, pellat eam saltem iam proximus dies Dominicæ passionis, qui non est iratus interfectoribꝰ suis: pro quibus in ligno pendens & precem fudit & sanguinem. In cuiuscunque ergo vestrum pectore vsq; ad istos sanctos dies fronte impudentissima perduraui: nunc inde saltem ira discedat, vt oratio secura procedat: nec offendat aut palpitet aut sub conscientię stimulis obmutescat: cum ad eum locum venerit, vbi dicendum est, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Aliquid petituri estis, ne vobis retribuatur: & aliquid, vt tribuatur. Remittite ergo, & remittetur vobis: Date, & dabitur vobis. hęc fratres etiam si non admoneam, perpetua meditatione curare debetis. Cùm verò tot diuinorum testimoniorum ministra vox nostra, dici quoq; præsentis celebritate iuuetur; timere non debeo ne me vel potius omnium Dñm in me aliquis vestrum fortè contemnat: sed sperare potius quod grex eius agnoscens eius esse quod dicitur, cum efficaciter exaudiendus exaudiat.

Matth. 6.

Lucæ 6.

SERMO LXXIII.

Sermo beati Augustini feria sexta post secundam Dominicam Quadragesimæ.

OLLEMNE tempus aduenit: quando de anima attentius cogitãda, & corpore castigando vestrã cõmoneam charitatem. Hi sunt enim Quadraginta dies sacratissimi toto orbe terrarũ: quos propinquante Pascha vniuersus mundus quem Deus in Christo reconciliat sibi, prędicanda deuotione concelebrat. Si quæ inimicitiæ quæ vel nasci non debuerũt, vel citò mori debuerunt, & tamen vsque ad hoc tẽpus sue negligentia, siue pertinacia, siue non modesta sed superba verecundia inter fratres perdurare potuerunt; saltem modo finiantur. Super quas Sol non debuit occidere, saltem post multos Solis ortus & occasus, etiam ipse suo tandem aliquando extinguantur occasu, nec vlterius vllo renouentur exortu. Negligẽs, inimicitias finire obliuiscitur: pertinax, veniam non vult concedere, cũ rogatur: superbè verecundus veniã petere dedignatur. His tribus vitiis inimicitiæ viuunt: sed animas in quibus non moriuntur, occidunt. Vigilet contra negligentiam memoria, cõtra pertinaciam, misericordia: contra superbam verecundiam submissa prudentia. Qui se concordiæ reddit neglectorẽ: excutiat expergiscendo torporẽ. Qui se cupit esse sui debitoris exactorem: Dei se cogitet debitorem. Qui erubescit petere, vt sibi frater ignoscat, vincat per bonum timorem, malum pudorem: vt noxiis inimicitiis finitis, vt eis mortuis vos viuatis. Totum hoc charitas agit, quæ non agit perperam. Charitas fratres mei in quantum adest, exerceatur bene viuendo: in quantũ autẽ minus est, impetretur petendo. Vt autem nostræ Orationes congruis adminiculis adiuuentur, quoniam in his diebus eas feruentiores habere debemus: etiam eleemosynas feruentius erogemus. Ipsis adiiciatur, quod nobis ieiunando & à cibis solitis abstinendo detrahitur. Quamuis eas debeat largiores habere, qui propter aliquam necessitatem corporis sui, & consuetudinem alimentorũ non potest abstinere; vt hoc addat pauperi, quod sibi detrahit; sed ideo plus det pauperi, quod sibi non detrahit; vt quoniam minus potest Orationes suas castigatione corporis adiuuare: abundantiorẽ in corde pauperis includat eleemosynam, quæ pro illo possit orare. De scripturis sanctis hoc est saluberrimũ amplectendumq; consilium. Include, inquit, eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit. Admonemus etiam eos qui se à carnibus abstinent: ne vasa in quibus sunt coctæ tanquam immunda deuitent. Sic enim loquens Apostolus, ait: Omnia munda mundis. Quod enim fit in huiusmodi obseruationibus sana doctrina, non fit causa immunditiæ deuitandæ, sed concupiscentiæ refrenãdæ. Vnde & illi qui sic se à carnibus temperant, vt alias escas & difficilioris præparationis & pretij maioris inquirant: multũ errant. Non enim est hoc suscipere abstinentiam: sed mutare luxuriam. Quomodo istis dicturi sumus, vt quod sibi detrahunt dent pauperi; à quibus solitus ita cibus relinquitur, vt in alio comparando sumptus augeatur. Estote igitur his diebus & crebrius ieiunãtes, & vobis parcius impendentes: & egenis largius tribuentes. A coniugali quoque concubitu, hi dies postulant continentiam. Ad tempus, ait Apostolus, vt vacetis orationibꝰ. Et iterũ reuertimini in idipsum: ne tẽtet vos Sathanas propter intemperãtiã vestrã. Non est hoc arduum atq; difficile diebus paucis fidelibus cõiugatis: quod à certo vitæ articulo vsq; in finem sanctæ viduæ susceperũt, quod tota vita sanctæ virgines faciunt. Atque in his omnibus ferueat deuotio: cõprimatur elatio. Nemo sic gaudeat de bono largitatis: vt bonũ amittat humilitatis. Omnia verò cætera Dei dona non faciunt prodesse aliquid: nisi adsit vinculum charitatis. Conuersi ad Dominum, &c.

Contra negligẽtiam, memoria: Contra pertinaciã, misericordia: Cõtra superbam verecũdiã, submissa prudentia. 1.Cor.13.

Orationib. adminiculo sunt eleemosynæ.

Eccl. 29.

1.Cor.7.

Sermo D. Augustini, Sabbato post Dominicam secundam Quadragesimæ. SERMO LXXIIII.

Citat S. Thomas in catena sua ad 4.& 9.caput D. Matthæi.

OLLEMNE tempus aduenit, quod amplius quàm per anni cætera spatia, nos Orationibꝰ atque ieiuniis animam humiliare, & corpus castigare commoneat. Cur autẽ hoc propinquante sollemnitate Dominicæ Passionis, & cur Quadragesimi numeri mysterio celebretur, quoniam solet mouere nonnullos: merito de hac re quod dicendum Dominus donare dignatus est, ad vestram charitatem proferre suscipimus. Quos autem ista non ad litigandum, sed ad cognoscendũ quærere nouimus, eorum fide atq; pietate multũ adiuuamur: vt dicenda impetrare possimus. Hoc enim solet facere quæstionẽ, cur ipse Dñs noster Iesus Christus qui humano corpore assumpto ad hoc vtiq; hominibus homo factus apparuit, vt nobis & viuendi & moriẽdi & resurgẽdi præberet exẽplũ: non antequã baptizaretur, sed postea quã baptizatus est ieiunauit. Sic enim scriptũ est in Euãgelio: Baptizatus autẽ cõfestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritũ Dei descẽdentẽ super † sei Et ecce vox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectꝰ, in quo mihi cõplacui. Tũc Iesus ductꝰ est in desertũ à Spiritu, vt tẽtaretur à diabolo: Et cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Nos autẽ cũ eis qui baptizãdi sunt ante diem baptismi eorũ qui dies paschalis appropiat, ieiunamus: post quẽ diẽ per dies quinquaginta ieiunia relaxamus. Quod merito mouere deberet, si baptizare vel baptizari nisi die Paschali sollemnissimo nõ liceret. At cũ per totum annũ sicut vtiticuiq; vel necessitas fuerit vel voluntas, nõ prohibeatur à baptismo, id donante illo qui dedit eis potestatẽ filios Dei fieri: anniuersariam verò Dñi Passionẽ, nõ nisi certo anni die quod Pascha dicitur liceat celebrari: Baptismi sacramentũ, à Pascha procul dubiò distinguendũ est. Hoc enim omni die licet accipere: illud vno & certo anni die fas est agere. Hoc ad innouandã vitã datur: illud ad religionis memoriam commendatur. Sed quod ad illum diem longe maior bapti-

Quarẽ Christus post baptisma ieiunauerit. Matth. 3. al. ipsum. Matth. 4.

Ioan. 1.

baptizandorum numerus confluit, non gratia vberior salutis hic distat: sed lætitia maior festiuitatis inuitat.

CAP. II. Baptismus Ioannis, à baptismo Christi discernẽdus.

QVID quod etiam baptismus Ioannis quem tunc Christus accepit, à baptismo ipsius Christi quem fideles eius accipiunt discernẽdus est: nec ideo ille quo baptizatus est Christus, melior est illo quo baptizatur Christianus, quia Christiano melior est Christus: sed ideo magis istud baptismũ quia Christi est, illi præponitur? Ioannes enim baptizauit Christum, cũ se Christo confiteretur minorẽ: Christus autẽ baptizat Christianum, qui se ostendit & Iohanne maiorẽ. Sicut circumcisione carnis quamuis eam, & Christus accepit, & nemo Christianus nunc accipit, melius est sacramẽtum resurrectionis Christi, quo ad expoliandã carnalẽ ac veterem vitã circumciditur Christianus, vt audiat Apostolum dicentem: Sicut Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Sicut ipsum vetus Pascha, quod agni occisione celebrari præceptum est, non ideo quia hoc cum discipulis celebrauit Christus: melius est quàm Pascha nostrum quo immolatus est Christus. Pertinuit enim ad præbendum nobis humilitatis & deuotionis exemplum, vt illa etiam sacramẽta veniens suscipere dignaretur: quibus venturus ipse prænuntiabatur: vt hinc ostenderet quanta religione nos oportet hæc accipere sacramenta, quibus iam venisse nuntiatur. Non ergo quia Christus post acceptum Iohannis baptismum cõtinuo ieiunauit, tanquã regulam obseruationis dedisse credendus est, vt post ipius Christi baptismũ acceptum, continuò ieiunare necesse sit: sed planè illo exẽplo docuit ieiunandum esse, quando fortè acriore luctamine cũ tentatore consligimus. Ob hoc enim Christus qui sicut homo dignatus est nasci, non respuit sicut homo tentari: vt Christianus magisterio eius instructus non possit à tentatore superari. Siue ergo cõtinuo post baptismum, siue quolibet interuallo temporis interposito, quãdo simile prœlium tentationis infertur homini, ieiunandum est: vt & corpus impleat de castigatione militiam, & animus impetret de humiliatione victoriam. In illo ergo Dominico exemplo illius causã ieiunij non Iordanis tinctio sed diaboli tentatio fuit.

Matth. 3. Matth. 11. Lucæ 2.

Rom. 6.

Pascha vetus, Pascha nouum.

D. Thomas in Mat. cap. 4.

Quando prœliũ tentationis infertur semper ieiunãdum est.

CAP. III. Tho. in Cath. aur. Mat. 9. Rectè ieiunare.

QVIS autem nos ante sollẽnitatem passionis Dominicæ ieiunemus, & illa ieiuniorũ relaxatio quinquagesimo die perficiatur, hæc ratio est. Omnis qui rectè ieiunat, aut animam suam in gemitu orationis & castigatione corporis humiliat ex fide non ficta, aut ab illecebra carnali inopia aliqua spiritali veritatis & sapientiæ delectatione suspensa, ad famem sitimq; sentiendam descendit eius intentio. De vtroque ieiunij genere Dominus respondit, interrogantibus cur discipuli eius non ieiunarent. Nam de illo primo quod habet animæ humiliationem: Non possunt, inquit, lugere filij sponsi, quamdiu cum eis est sponsus. Sed veniet hora quãdo auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. De illo autem altero quod habet epulas mentis, ita consequenter locutus est. Nemo assuit pannum nouum vestimento veteri, ne maior scissura fiat: Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, ne & vtres rũpantur, & vinum effundatur: sed vinum nouũ in vtres nouos mittunt, & vtraque seruantur. Proinde quia iam sponsus ablatus est, vtique nobis filiis illius pulchri sponsi, lugendum est. Speciosus enim forma præ filiis hominum, cuius diffusa gratia in labiis eius, inter manus persequentium non habuit speciem neque decorem, & ablata est de terra vita eius. Et rectè lugemus, si flagramus desiderio eius. Beati quibus cum licuit ante passionem tunc habere præsentem, interrogare sicut vellent, & audire sicut audire deberent. Illos dies

Matth. 9. Lucæ 5.

Ibidem.

Sabbato sponso filius lugendum est. Psal. 44.

Esaiæ 53.

concupierunt videre patresante aduentum eius, neque viderunt: quia in alia dispensatione fuerant ordinati per quos venturus annuntiaretur: non à quibus veniẽs audiretur. De his enim ad discipulos loquitur dicens: Multi iusti & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. In nobis autem illud impletum est, quod ipse itidem dicit: Venient dies quando desiderabitis videre vnum de diebus istis: & non poteritis.

Matth. 13. Lucæ 10.

Lu. 17. c. 22.

CAPVT IIII.

QVIS non sancti desiderij flamma vratur, quis non hic lugeat, quis non laboret in gemitu suo, quis non dicat, Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Credimus quippe in eum iam sedentem ad dexteram patris: sed tamen quandiu sumus in corpore peregrinamur ab eo, nec cum dubitantibus vel negantibus & dicentibus, vbi est Deus tuus, valemus ostendere. Merito Apostolus eius concupiscebat dissolui, & esse cum illo: Manere autem in carne non sibi optimum ducebat, sed necessarium propter nos. Vbi cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ: quoniam deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Inde tentatio est vita humana super terram: & in hac seculi nocte circuit Leo quærens quem deuoret. Non Leo de tribu Iuda, rex noster: sed leo diabolus, aduersarius noster. Ille autem quatuor animalium de Apocalypsi Iohannis figuras in se vno exprimens, natus vt homo, operatus vt Leo, immolatus vt vitulus, volauit vt aquila. Volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum. Posuit tenebras & facta est nox, in qua pertrãsiẽt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonũ rugiẽtes, tentatores videlicet per quos diabolus quærit quem deuoret, non quidem habentes potestatem nisi in eis quos acceperint: quia & in Psalmo ipso ita sequitur, Quærentes à Deo escam sibi. In tam periculosa & tentationibus plena huius seculi nocte quis non timeat, quis non medullis omnibus contremiscat? ne dignus iudicetur qui deuorandus dimittatur in fauces tam crudelis inimici? Vnde ieiunandum & orandum est.

Psal. 41.

1.Cor.5.

Philip. 1.

Sap. 9.

Iob 7.

2.Petri 5.

Apoc. 4.

Psal. 103.

Psal. 17.

Psal. 103.

CAP. V.

ET quando potius, quando instantius? quam propinquante ipsa Dominicæ passionis sollemnitate, quæ celebritate anniuersaria quodammodo nobis eiusdem noctis memoria resculpitur ne obliuione deleatur? ne nos non corpore sed spiritu dormientes, ille rugiens deuorator inueniat? Nam & ipsa Dominica passio, quid nobis aliud in capite nostro Christo Iesu, quàm ipsam vitæ huius tentationem maximè commendauit? Vnde aduenente iam mortis suæ tempore, Petro dixit: Postulauit Sathanas vexare vos sicut triticum, & ego rogaui Petre pro te, ne deficiat fides tua: vade & conforta fratres tuos. Et planè confortauit nos per Apostolatum, per Martyrium, per Epistolas suas. Vbi etiam noctem de qua loquor admonens formidandam consolatione prophetiæ tanquam nocturni luminis vt cauti vigilaremus edocuit. Habemus, inquit, certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes tanquam lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Sint ergo lumbi nostri accincti, & lucernæ ardentes, & nos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando veniat à nuptiis. Nec dicamus inuicem nobis. Manducemus & bibamus, cras enim morimur: sed eo magis quo incertus est mortis dies, & molestus est vitæ dies, ieiunemus & oremus: cras enim morimur. Pusillum, inquit, & non videbitis me: & iterum pusillum & videbitis me. Hæc est hora de qua dixit: Vos tristes eritis, seculum autem gaudebit

Lucæ 22.

2.Petri 1.

Lucæ 12.

1.Cor.15.

Ioan. 16.

Ibidem. gaudebit. Id est, vita ista tentationibus plena, in quaperegrinamur ab eō. Sed iterū, inquit, videbo vos, & gaudebit cor vestrū: & gaudiū vestrum nemo auferet à vobis. In hac spe fidelissimi promissoris etiam nunc vtcūque gaudeamus: donec veniat illud vberrimum gaudiū cum similes ei erimus, quoniā videbimus eū sicuti est, & gaudiū nostrum nemo auferet à nobis. Huius enim spei tam gratū & gratuitum pignus etiam Spiritū sanctum accepimus, qui in cordibus nostris inenarrabiles gemitus operatur sanctorum desideriorum. Concepimus enim, sicut ait Esaias, & parturiuimus Spiritum salutis. Et mulier cum parturit, ait Dñs, tristitia est illi, quoniam venit dies eius. Sed cū pepererit, fit gaudium magnum, quoniam natus est homo in seculum. Hoc erit gaudium quod nemo auferet à nobis: quo in æternum lumen ex hac fidei conceptione transfundemur. Nunc ergo ieiunemus & oremus, cùm dies parturitionis est. Hoc totum corpus Christi per totum orbem diffusum, id est, tota hoc agit Ecclesia, & illa vnitas quę dicit in Psalmo: A finibus terræ ad te clamaui, dum angeretur cor meum. VNDE iam nobis elucet cur Quadragesima instituta sit huius humiliationis sollēnitas. Quæ enim à finibus terræ clamat, cū angitur cor eius à quatuor orbis terræ partibus clamat: quas frequenter etiā scriptura commemorat, Oriente, & Occidente, Aquilone & Meridie. Per hoc totum ille decālogus legis, iam non per literam tantummodo metuēdus, sed per gratiam charitatis implendus, indictus est. Vnde quater multiplicatis decē, videmus quadraginta cōpleri. Sed adhuc in labore tentationis, cum venia delictorū. Quis enim perfecte implet, Non concupisces? Vnde ieiunandum & orandum est: à bono tamen opere non cessandum. Cui labori merces illa redditur in fine, quæ denarij nomine nuncupatur. Sicut autem ternarius à tribus, quaternarius à quatuor: ita denarius à decem nomen accepit. Qui coniunctus quadragenario, tamquam merces labori redditur. Quinquagenarij numeri figurā tēpus illud gaudij significat quod nēmo auferet à nobis: cuius in hac vita nondum functionem habemus: sed tamen post sollemnitatem Dominicæ passionis à die resurrectionis eius per dies quinquaginta quibus ieiunia relaxamus, hoc in Dominicis laudibus personante Alleluia celebramus. Nunc itaq; in persona Christi, vt non circumueniamini à Sathana exhortor vos dilectissimi: vt quotidianis ieiuniis, largioribus eleemosynis, feruentioribus orationibus Deum propicietis. Nunc tempus est quo coniugati ab vxoribus, & nuptæ à suis viris abstineant, vt orationibus vacēt: quamquam & per totum annum certis diebus hoc facere debeant: & quanto crebrius, tanto vtique melius: quia & qui concessa immoderatè appetit, cum qui concessit offendit. Oratio quippe spiritalis res est, & ideo tanto est acceptior, quāto magis suæ naturæ implet effectum. Tanto magis autē spiritali opere funditur: quāto magis animus qui eam fudit, à carnali voluptate suspēditur. QVADRAGINTA diebus ieiunauit Moyses legis administrator, Quadraginta Helias excellētissimus pphetarū: quadraginta ipse Dñs testimoniū habens à lege & pphetis. Inde cū his duobus in mōte se ostendit. Nos autem qui tam longum ieiuniū perpetuare non possumus, vt per tot dies & noctes nihil alimentorum sicut & illi accipiamus: saltem quantum possumus faciamus: vt exceptis diebus per quos certis de causis mos Ecclesiæ prohibet ieiunare, Domino Deo nostro vel quotidiano vel crebro ieiunio placeamus. Sed nunquid sicut à cibo & potu abstinētia per tot dies non potest esse continua: sic & à concubitu non potest? cū videamus in nomine Christi multos vtriusque sexus ab hac re penitus immunia membra Deo dicata seruare? Puto non esse magnum vt tota paschali sollemnitate possit cōiugum castitas, quod potest tota vita virginitas.

Rom. 8. Esaiæ 26. Ioan. 16. Psal. 60. CAP. VI. Quadragesima cur instituta. Exodi 20. c. Deut. 4. c. Rom. 5. c. Quinquagesima. Quotidianū ieiuniū cōmendatur. Oratio, res spiritalis. CAP. VII. Exodi 34. 3. Reg. 17. Matth. 4. Matth. 17. In Quadragesima quotidiana vel crebra ieiunia ab Ecclesia exigūtur.

CAP. VIII. IAM vero illud, quamquam admonere non debui, quandoquidem tempus humiliandæ animę quantum potui maximè commendaui, tamen propter hominū errores qui per vaniloquas seductiones & prauas consuetudines nobis molestam pro vobis curam inferre non cessant: tacere non possum. Sunt quidā obseruatores Quadragesimæ delitiosi potius quā religiosi, exquirentes nouas suauitates magis quā veteres concupiscētias castigantes: qui copiosis pretiosisque apparatibus fructuum diuersorum, quorumlibet obsoniorum varietates, & sapores superare contendunt, vasa in quibus coctæ sunt carnes tanquam immunda formidant: & in sua carne ventris & gutturis luxuriam non formidant: Ieiunant non vt solitam temperando minuāt edacitatem: sed vt immoderatam, differendo, augeant auiditatem. Nam vbi tempus reficiendi aduenerit, opimis mensis tāquam pecora præsepibus irruunt: numerosiorbus ferculis corda obruunt ventresq; distendunt: artificiosis & peregrinis condimentorum diuersitatibus gulam ne vel copia compescatur irritant. Denique tantum capiunt manducando, quantum digerere non sufficiant ieiunando.

Contra deliciosos Quadragesimæ obseruatores.

CAP. IX. SVNT etiam qui vinum non bibunt, vt aliorum expressione pomorum allos sibi liquores, non salutis causa sed iocunditatis, exquirant: tanquam non sit Quadragesima piæ humilitatis obseruatio, sed nouæ voluptatis occasio. Quanto enim honestius si stomachi infirmitas aquam potare non tolerat, vino vsitato & modico sustentetur, quàm quærantur vina quæ vindemiam nesciunt, quæ torcularia non nouerunt: numquid potus mundior eligatur, sed vt frugalior improbetur? Quid autem absurdius, quàm tempore quo caro artius castiganda est, tantas carni suauitates procurare, vt ipsa faucium concupiscentia nolit Quadragesimam præterire? Quid inconuenientius, quàm in diebus humilitatis quando pauperum victus omnibus imitandus est, ita viuere vt si toto tempore sic viuatur, vix possint diuitum patrimonia sustinere? Cauete ista dilectissimi, cogitate quod scriptum est: Post concupiscentias tuas non eas. Quod saluberrimum præceptū si omni tempore obseruandum est, quanto amplius his diebus quando ita turpe est si cupiditas nostra ad inusitatas laxetur illecebras, vt merito culpetur qui non restinxerit vsitatas.

Ecclesi. 18.

CAP. X. PRÆCIPVE sane pauperum memētote, vt quod vobis parcius viuendo subtrahitis, in cælesti thesauro reponatis. Accipiat esuriens Christus, quod ieiunans minus accipit Christianus. Castigatio volentis, fiat sustentatio non habentis. Voluntaria copiosi inopia, fiat necessaria inopis copia. Sit etiam in animo placabili & humili misericors ignoscendi facilitas. Petat veniam, qui fecit iniuriam: det veniam, qui accepit iniuriam: vt non possideamur à Sathana, cuius triumphus est dissensio Christianorum. Et hæc enim magni lucri eleemosyna est, debitum relaxare conseruo, vt tibi relaxetur à Domino. Vtrumque opus bonum cœlestis magister discipulis cōmendauit dicens: remittite, & remittetur vobis: date, & dabitur vobis. Mementote serui illius cui omne debitum Dominus eius quod donauerat, replicauit: quia conseruo ipse debenti sibi centum denarios misericordiam non rependit, quam de talentorum decem milibus quæ debebat accepit. In hoc genere operis boni excusatio nulla est, vbi sola volūtas tota facultas est. Potest quisque dicere,

Pauperem meminisse decet, præcipuè in Quadragesima. Ignoscendi facilitas. Dissensio Christianorum, Sathanæ triumphus. Magni lucri eleemosyna est debitum relaxare. Lucæ 6. Matth. 18. In ignoscendo proximo sola voluntas tota facultas est.

dicere, ne stomachus doleat ieiunare non possum. Potest etiam dicere, volo dare pauperi, sed vnde non habeo: aut tantum habeo, vt timeam egere, si dedero. Quamquam & in his operibus excusationes plerunq; sibi homines falsas faciunt, quia veras non inueniunt. Verumtamen quis est qui dicat, ideo non ignoui veniā petenti, quia me valetudo impediuit, aut quia manus qua porrigerem non fuit? Dimitte, vt dimittatur tibi. Carnis hic opus est nullum, vel carnis suæ membrum in adiutoriū animæ nullum assumitur, vt hoc impleatur, quod rogatur. Voluntate agitur, voluntate perficitur. Fac securus, da securus, nihil in corpore dolebis, nihil in domo minus habebis. Iam verò fratres, videte quid mali sit, vt pœnitenti fratri non ignoscāt, cui præceptum est vt inimicū adhuc diligat. Quæ cū ita sint, cū scripum sit, Sol non occidat super iracundiam vestram: considerate charissimi vtrum Christianus dicendus sit, qui saltem his diebus inimicitias non vult finire, quas nunquam debuit exercere.

Ephes. 4. Christiani nomine indign⁹, qui inimicitias animo nō euellit.

SERMO LXXV.

Sermo beati Augustini, feria secunda, post Dominicam quintam, in traditione Symboli.



EMPVS est, vt Symbolum accipiatis, quo continetur breuiter, propter æternam salutem, omne quod creditis. Symbolum autem nuncupatur à similitudine quadam, translato vocabulo, qui symbolū inter se faciunt mercatores: quo eorum societas, pacto fidei teneatur. Et vestra societas est commercium spiritualium, vt similes sitis negotiatoribus, bonam margaritam quærentibus. Hæc est charitas, quæ diffundetur in cordibus vestris per Spiritum sanctum qui dabitur vobis. Ad hanc peruenitur ex fide, quæ isto symbolo continetur: *Vt credatis in Deum patrem omnipotentem*, inuisibilem, immortalem, regem sanctorum, visibilium & inuisibiliū creatorem: & quicquid aliud dignè de illo vel ratio syncera, vel scripturæ sanctæ auctoritas loquitur. Nec ab ista excellentia, Dei filium separetis. Neque enim sic ista de patre dicuntur, vt ab illo aliena sint qui dixit, Ego & Pater vnum sumus. Et de quo Apostolus ait, Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Rapina quippe vsurpatio est alieni: cùm illa æqualitas natura sit. Ac per hoc quomodo non erit omnipotens filius per quem facta sunt omnia: cùm etiam sit virtus & sapientia Dei, de qua scriptum est, quod cùm sit vna, omnia potest? Est autem etiam natura inuisibilis, in ea ipsa forma, in qua æqualis est patri. Natura quippe inuisibile est verbum Dei, quod in principio erat, & Deo erat: in qua natura etiam immortalis omnino, id est incommutabilis omnino manet. Nam & anima humana secundum quendam modum dicitur immortalis: sed non est vera immortalitas, vbi tanta est mutabilitas, per quam & deficere & proficere potest. Vnde mors eius est, alienari à vita Dei per ignorantiam quæ est in illa: vita verò eius, currere ad fontem vitæ, vt in lumine Dei videat lumen. Secundum quam vitam etiam vos per Christi gratiam reuiuiscetis à morte quadam cui renuntiatis. Verbum autem Dei quod est vnigenitus filius, cum patre semper incommutabiliter viuit, nec deficit, quia permansio non minuitur: nec proficit, quia perfectio non augetur. Est etiam ipse seculorum visibilium & inuisibilium creator, quia sicut dicit Apostolus, In ipso condita sunt omnia in cælo & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia in ipso, & per ipsum creata sunt,

Symbolū. Matth. 13. Rom. 5. Ioan. 10. Philip. 2. 1. Cor. 1. Ioan. 1. Colos. 1.

& omnia illi constant. Sed quoniam semetipsum exinaniuit non formam Dei amittens, sed formam Dei accipiens, per hanc formam serui inuisibilis visus est: quia *natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine*. In hac forma serui omnipotens infirmatus est: quia *passus est sub Pontio Pilato*. Per hanc formam serui, immortalis mortuus est: quia *crucifixus est & sepultus*. Per hanc formam serui, rex seculorum *die tertio resurrexit*. Per hanc formam serui, visibilium & inuisibilium creator *ascendit in cælum*, vnde nunquam recessit. Per hanc formam serui, *sedet ad dexteram patris*, qui est brachium patris, de quo dicit Propheta, Et brachium Domini cui reuelatū est? In hac forma serui, *venturus est iudicare viuos & mortuos*: in qua participe esse voluit mortuorū cū sit vita viuorū. Per ipsū nobis spiritus sanct⁹ missus est à patre, & ab ipso. Spiritus patris & filij ab vtroq; missus, à nullo genitus. Vnitas amborū, æqualis ambobus: hæc Trinitas vnus Deus est. Omnipotens inuisibilis rex seculorum, visibiliū & inuisibiliū creator. Neque enim tres deos, aut tres omnipotentes, aut tres creatores, aut quicquid aliud de excellentia Dei dici potest dicimus: quia nec tres dij, sed vnus Deus. Quamuis in hac Trinitate pater non sit filius, & filius non sit pater, & Spiritus sanctus, nec filius sit nec pater: sed ille pater filij, ille filius patris, ille Spiritus patris & filij. Credite, vt intelligatis. Nisi enim crediderit is, non intelligetis. Ex hac fide gratiam sperate: in qua vobis *peccata omnia dimittentur*. Hinc enim salui eritis, non ex vobis. Dei enim donum est. Post hanc etiam mortem, quæ in omnes pertransit, quæ vetustati primi hominis debetur, sperate etiam in fine *vestrorum corporum resurrectionem*: non ad passiones dolorum, sicut resurrecturi sunt impij, nec ad gaudia carnalium desideriorum, sicut putant stulti: sicut Apostolus ait, Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale: vt iam non aggrauet animam, nec vllam quærat refectionem, quia nullam patietur defectionem. Hinc igitur breuem sermonem de vniuerso symbolo vobis debitum reddidi, in quo symbolo quod audieritis, totum in isto sermone nostro breuiter collectum agnoscetis. Nec vt eadem verba Symboli teneatis, vllo modo debetis scribere: sed audiendo perdiscere. Nec cum didiceritis, scribere, sed memoria semper tenere atque recolere. Quicquid enim in Symbolo audiuri estis: in diuinis sanctarum scripturarum literis continetur. Sed quod ita collectum, & in formam quandam redactum non licet scribi, commemoratio fit promissionis Dei, vbique per prophetam prænuncians testamentum nouum dixit, hoc est testamentum quod ordinabo eis post dies illos, dicit Dominus, dando legem meam in mente eorum, & in corde eorum scribam eam. Huius significandæ causa, audiendo Symbolum dicitur: nec in tabulis, vel in aliqua materia, sed in corde discitur. Præstabit ille qui vos vocauit ad suum regnum & gloriam, vt eius gratia regeneratis vobis, etiam Spiritu sancto scribatur in cordibus vestris: vt quod creditis diligatis, & fides per dilectionem operetur in vobis: ac sic Domino Deo largitori bonorum omnium placeatis, non seruiliter timendo pœnam, sed liberaliter amando iustitiam. Hoc est ergo Symbolum, quod vobis per scripturas & sermones ecclesiasticos insinuatum est: sed sub hac breui forma fidelibus consistendum & proficiendum est.

Esa. 53. Esa. 53. Esa. 7. 1. Cor. 15. Sap. 9. Symbolū. Hier. 31.

SERMO LXXVI.

Sermo D. Augustini Episcopi de passione Domini in parasceue.

CAP. I. VIVS sanguine delicta nostra deleta sunt sollemniter legitur passio, sollemniter celebratur: vt annua deuotione memoria nostra lætius innouetur, & ipsa frequẽtatione populorum, fides nostra clarius illustretur. Exigit ergo à nobis sollemnitas, vt de passione Domini vobis sermonem, qualem donat ipse, reddamus. Et quidem ad salutem nostram, & vitæ huius transigendæ vtilitatem in his quæ passus est ab inimicis Dominus noster exẽplum patientiæ prębere dignatus est: vt pro Euangelica dignitate, si hoc ipse voluerit, nihil tale perpeti recusemus. Verumtamen quia nec in ipsa carne mortali aliquid ille necessitate, sed omnia voluntate perpessus est: rectè creditur etiam significare aliquid voluisse, in singulis quibusque factis quæ circa eius passionem gesta atque conscripta sunt.

Exemplum patientiæ.

Ioan. 19. CAP. II. Quid significet quod Christus crucẽ suam portauit.

A B primum, quod vt crucifigeretur crucem suã ipse portauit: cõtinentiæ signum dedit, & demonstrauit præcedens, quid facere debeat, qui eũ sequi voluerit. Hoc etiam verbo cõmonuit, vbi ait: Qui diligit me, tollat crucem suã, & sequatur me. Tollit enim quodãmodo crucem suã, qui regit mortalitatem suam.

Matth. 16. Lucæ 9. Marci 8.

CAP. III. Cur in loco Caluariæ crucifixus.

QVOD in loco Caluariæ crucifixus est: significauit in passione sua remissionem omnium peccatorum, de quibus in Psalmo dicitur: Multiplicatæ sunt iniquitates meæ, super capillos capitis mei.

Psal. 68.

CAPVT IIII. Matth. 5.

QVOD duo cum illo ab vtroq; latere crucifixi sunt: ostendit alios sibi dextros, alios sinistros esse passuros. Dextros, de quibus dicitur: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Sinistros autẽ, de quibus dicitur: Et si tradidero corpus meum, vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

1. Cor. 13.

CAP. V. Quid titulus positus super caput.

QVOD titulus est positus super eius caput in quo C scriptum erat, Rex Iudæorum: illud ostendit, quia nec occidendo efficere potuerunt, vt eum regem non haberent, qui ei manifestissimè eminentissima potestate secundum sua opera redditurus est. Vnde in Psalmo canitur: Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius.

Psal. 2.

CAP. VI. Titulus cur tribus linguis cõscriptus.

QVOD tribus linguis titulus cõscriptus erat, Hebræa, Græca, & Latina: non solùm Iudæis, sed etiam Gentibus eum regnaturum fuisse, declaratum est. Proinde in eodem Psalmo cùm dixisset, Ego autẽ constitutus sum Rex super Sion montem sanctum eius, vbi scilicet Hebræa lingua regnauit, continuò tamquam Græca, Latinaq; subiungens, Dominus, inquit, dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam fines terræ. Non quia Græca & Latina solæ sunt Gentium linguæ: sed quia ipsæ maximè excellunt: Græca, propter studium literarum: Latina, propter peritiam Romanorum. Quamuis in illis tribus linguis Christo subiuganda vniuersitas Gentium omnium monstraretur: non tamen illic scriptum est, & rex Gentium, sed tantummodo Iudæorum: vt commendaretur origo seminis, in proprietate nominis. Lex enim à Sion prodiet dictum est, & verbum Domini ab Hierusalem. Nam qui sunt qui dicunt in Psalmo, Subiecit plebes nobis, & Gentes sub pedibus nostris: nisi de quibus dicit Apostolus, Si enim spiritalibus eorum communicauerunt Gentes, debent & in carnalibus ministrare eis?

Psal. 2.

Cur rex Iudæorũ, & non Gẽtium. Esaiæ 2. Psal. 46.

CAP. VII.

QVOD suggesserunt principes Iudęorum Pilato ne absolutè scriberet, quod sit rex Iudęorum, sed quod ipse regem se dixit Iudęorum: ramis illis fractis ita Pilatus inserendum figurabat oleastrum: quia homo erat ex Gentib⁹ Gentium scribens confessionem, de quib⁹ ipse Dñs dixit: Auferetur à vobis regnũ, & dabitur Genti facienti iustitiã. Nec ideo tamen, non est Rex ille Iudæorũ. Radix eũ portat oleastrũ: nõ oleaster radicem. Et quamuis illi rami per infidelitatem fracti sunt: non ideo Deus repulit plebem suam quã præsciit. Et ego, inquit, Israẽlita sum. Et quamuis filij regni qui noluerunt Dei filium regnare sibi eant in tenebras exteriores: tamen multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent non cum Platone & Cicerone: sed cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Pilatus quidem regem Iudæorũ scripsit, non regem Gręcorum aut Latinorũ: quamuis Gentibus regnaturũ, & quod scripsit scripsit, neque infidelitũ suggestione mutauit: cui tanto antè prædictum erat in Psalmis, Tituli inscriptionem ne corrumpas. Omnes Gentes credunt in regẽ Iudæorum: omnibus gentibus regnat, sed tamen rex Iudæorum. Tantum valuit illa radix, vt insertum oleastrum in se possit ipsa monstrare: oleaster autem oliuæ nomen non possit auferre.

Rom. 11. Matth. 21. c. 43. Rom. 11. Lucæ 19. Matth. 8.

CAP. VIII.

QVOD in quatuor partes diuisa vestimenta eius milites abstulerunt: per quatuor orbis partes peragratura sacramenta eius significauerunt.

CAP. IX.

QVOD vnã tunicam inconsutilẽ desupor textã sortiti sunt, potius quã partiti: satis demonstratũ est sacramẽta visibilia, quamuis & ipsa indumẽta sint Christi, posse tamen habere quoslibet hæc, siue bonos, siue malos: synceritissimam verò fidem quę per dilectionem operatur, vnitatis integritatem, quia dilectio Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis, non pertinere ad quoslibet, sed occulta Dei gratia tãquam sorte donari. Vnde Simoni qui baptismum habebat, & istam non habebat, à Petro dictum est: Non est tibi sors, neque pars in ista fide.

CAP. X.

QVOD in cruce cognitam matrem dilecto discipulo commendauit: congruenter tunc humanum affectum, quando vt homo moriebatur, ostendit. Ista hora nondum venerat, quando aquam in vinum conuersurus eidem matri dixerat, Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Nõ enim de Maria sumpserat quod habebat in diuinitate, sicut de Maria sumpserat quod pendebat in cruce.

CAP. XI.

QVOD dixit, Sitio: fidem quærebat à suis, sed quia in propria venit, & sui eum non receperunt: pro suauitate fidei, acetum perfidiæ dederunt, & hoc in spõgia. Verè spongiæ cõparandi, nõ solidi sed tumidi: non recto confessionis aditu aperti: sed infidiarum tortuosis anfractibus cauernosi. Sanè ille potus habebat & ysopum: quæ humilis herba radice fortissima petræ dicitur inhærere. Erant quippe in illo populo quibus hoc D facinus ad humiliandam pœnitendo animã post abiiciendo seruabatur. Nouerat eos ipse, qui ysopum cum aceto accipiebat. Nam & pro eis orauit, sicut alius Euangelista testatur, cùm pendens in cruce dixit: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.

CAP. XII.

QVOD ait, Perfectũ est, & inclinato capite reddidit Spiritũ: non necessitatem, sed potestatem suæ mortis ostendit, donec omnia quę pro illo prophetata erant perficerentur expectans, quia & hoc scriptum erat, Et in siti mea potauerunt me aceto, tamquam potestatem habens ponendi animam suam, sicut & ipse testatus est: Et reddidit Spiritum per humilitatem, hoc est, Capite inclinato, recepturus eum per resurrectionem, capite subleuato. Istam mortem & capitis inclinationem magnę potestatis fuisse, Iacob ille Patriarcha in Iudę benedictione prenuntians, Ascẽdisti, inquit,

inquit, recumbens, dormisti sicut leo: per ascensionem mortem, per leonem significans potestatem.

CAPVT XIII.

IAM verò quod illis duobus crura confracta sunt, illi autem nõ, quia defunctus est: quare factũ sit, ipsum Euangeliũ declarauit. Oportebat enim vt isto etiã signo demonstraret in eius prenũtiata prophetia cõmendatum esse Pascha Iudæorum, vbi hoc preceptum est, vt ouis ossa non frangerent.

CAPVT XXIII.

QVOD latus lancea percussum in terra sanguinem & aquam manauit: proculdubio Sacramẽta sunt quibus formatur Ecclesia: tamquam Eua facta de latere dormientis Adam, qui erat forma futuri.

CAP. XV.

QVOD Ioseph & Nicodemus eum sepeliunt: sicut nonnulli nomina interpretati sunt, Ioseph interpretatur auctus, Nicodemus autẽ, quia nomẽ est Græcum, pluribus notum est, quod ex victoria & populo sit cõpositum, quia Nico, victoria est, Demus, populus. Quis est qui moriendo auctus, nisi qui dixit, Granũ tritici si B non moriatur, solum remanet: si autẽ moritur, multiplicatur? Et quis etiam moriendo persecutorũ populum vicit: nisi qui eos resurgendo iudicabit?

SERMO LXXVII.

Sermo beati Augustini Episcopi in vigilia Paschæ, primus.

BEATVS Paulus Apostolus exhortans nos ad imitationem suam, inter alia multa suæ virtutis insignia, dicit etiam, In vigiliis sæpius. Quanto ergo alacrius in hac vigilia velut matre omnium sanctarum vigiliarum vigilare debemus, in qua totus vigilat mundus? Non ille mũdus, de quo scriptũ est, Si quis dilexerit mundũ, non est charitas patris in illo: quoniam omnia quæ in mundo sunt, concupiscẽtia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi: quæ non est à patre. Talem quippe mundum, id est filius infidelitatis, regunt diaboli & angeli eius: cõtrà quos nobis esse colluctationẽ idem dicit Apostol⁹, vbi ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi, tenebrarũ harum. Quod & nos fuimus aliquando, nunc autem lux in Domino. Luce itaque vigiliarum, resistamus rectoribus tenebrarum. Non ergo ille mundus in hac sollemnitate vigilat: sed ille de quo dicitur: Deus erat in Christo mundũ reconciliãs sibi, non reputans illis delicta eorum. Quamquam tam clara sit vigiliæ huius celebritas toto orbe terrarum: vt etiam illos vigilare carne compellat, qui corde nõ dicam dormiunt, sed tartarea impietate sepulti sunt. Vigilant etiam ipsi nocte ista de qua etiam visibiliter redditur, quod tanto antè promissum est; Et nox tamquã dies illuminabitur. Fit hoc in cordibus piorum, quib⁹ D dictum est, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Fit hoc etiam in æmulis omnium, & qui vident in Domino, & qui inuident Domino. Vigilat ergo ista nocte & mundus inimicus, & mundus reconciliatus. Vigilat iste, vt laudet me dicum liberatus: vigilat ille, vt blasphemet iudicem condemnatus. Vigilat iste, mentibus piis feruens & lucescens: vigilat ille, dentibus suis frendens & tabescens. Denique istum charitas, illum iniquitas: istum Christianus vigor, illum diabolicus liuor nequaquam dormire in hac celebritate permittit. Vnde ab ipsis etiam nostris inimicis nescientibus admoneamur quemadmodum debeamus vigilare pro nobis, si propter nos vigilant etiam qui inuident nobis. Eorum quippe qui nullo modo Christi sunt nomine confignati, tamen ista nocte multi dolore, multi pudore, nonnulli etiam qui fidei propinquant Dei iam timore non dormiunt. Diuersis causis excitat eos ista sollemnitas. Quomodo A ergo debet gaudendo vigilare Christi amicus: quando & dolendo vigilat inimicus? Quomodo in tanta Christi gloria inardescat vigilare Christianus, quando erubescit dormire Paganus? Quomodo decet eum qui hanc domum magnam intrauit, in tanta eius festiuitate vigilare, quando iam vigilat qui disponit intrare? Vigilemus ergo & oremus: vt & forinsecus & intrinsecus hanc vigiliam celebremus. Deus nobis loquatur in lectionibus suis; Deo loquamur in precibus nostris. Si eloquia eius obedienter audiamus, in nobis habitat quem rogamus.

Item eiusdem sermo de eodem secundus.

SERMO LXXVIII.

SCIMVS fratres, & fide firmissima retinemus, semel Christũ mortuũ esse pro nobis: pro peccatoribus iustum: pro seruis, Dominũ: pro captiuis, liberum: pro ęgrotis, medicũ: pro miseris, beatũ: pro egenis, opulentũ: pro perditis quæsitorẽ: pro vẽditis, redẽptorẽ: pro grege, pastorem: & quod est omnibus mirabilius, pro creatura, creatorẽ: seruantẽ tamen quod semper est, tradentẽ quòd factus est: Deũ latentẽ, hominẽ apparentem, virtute viuificantem, infirmitate morientẽ, diuinitate immutabilem, carne passibilem, vt ait Apostolus, Qui tradit⁹ est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Hoc semel factum esse, optimè nostis. Et tamẽ sollẽnitas tamquã sæpius fiat, reuolutis temporibus iterat, quod veritas semel factũ tot scripturarũ vocibus clamat. Nec tamen contraria sunt veritas, & sollemnitas: vt ista mentiatur, illa verum dicat. Quod enim semel factum in rebus veritas indicat; hoc sæpiùs celebrandum in cordibus piis sollẽnitas renouat. Veritas quæ facta sunt sicut facta sunt, aperit; sollemnitas C autem non ea faciendo sed celebrando, nec pręterita pręterire permittit. Denique Pascha nostrũ immolatus est Christus. Ille vtique semel occisus, qui iã non moritur, mors ei vltra nõ dominabitur. Proinde secundũ vocem veritatis semel Pascha dicimus factũ, & vlterius nõ futurũ: secundũ autem vocem sollemnitatis, omni anno dicimus Pascha venturũ. Sic intelligi arbitror quod in Psalmo scriptũ est: Cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diẽ sollẽnem celebrabũt tibi. Nisi enim quod de rebus temporaliter gestis dicitur cogitatio memoriæ cõmendaret: nullas post tẽp⁹ reliquias inueniret. Ideo cogitatio hominis intuens veritatem Domino confitetur: reliquiæ verò cogitationis quæ sunt in memoria, notis temporibus non cessant celebrare sollemnia, ne ingrata cogitatio iudicetur. Ad hoc pertinet noctis huius tam præclara sollemnitas, vbi vigilando tamquam resurrectionẽ Domini per cogitationis reliquias operemur, quã semel factam cogitando verius confitemur. Quos ergo fecit doctos prædicata veritas: absit vt faciat irreligiosos deserta sollemnitas. Hæc istam noctem per totum mundum fecit illustrem. Hæc demonstrat Christianorum agmina populorum: hæc confundit tenebras Iudæorum, hæc euertit idola Paganorum.

Item eiusdem de eodem sermo tertius.

SERMO LXXIX.

DICENDVM est cur tanta celebritate hodierna potissimũ nocte vigilemus. Quod die tertio resurrexerit à mortuis Dominus Christus, nullus ambigit Christianus. Hac autem nocte hoc factum esse, sanctum Euangelium contestatur. Totũ enim diem à præcedẽte nocte computari non dubium est: non secundum diem ordi-

nem qui commemoratur in Genesi, quamquã & illic tenebræ præcesserunt. Nam tenebræ erant super abyssum, cum dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Sed quia illæ tenebræ nondũ erant nox, nondum enim præcesserat dies: diuisit quippe Deus inter lucem & tenebras, & prius lucẽ vocauit diẽ, deinde tenebras noctẽ: & facta luce vsque ad alterũ mane cõmemoratus est dies vnus: manifestum est illos dies à luce cœpisse, & transacta luce vsque ad mane singulos terminatos. Sed posteaquam creatus homo à luce iustitiæ ad peccati tenebras declinauit, à quibus eum Christi gratia liberat, factũ est vt nunc dies à noctibus computemus: quia nõ à luce ad tenebras, sed à tenebris, ad lucẽ venire conamur, & Domino adiuuante fieri speramus. Sicut & Apostolus dicit, Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. Abiiciamus itaque opera tenebratũ & induamus nos arma lucis. Dies igitur Dominicæ passionis quo crucifixus est, iã transactã noctẽ propriã sequebatur, ideóque clausus & terminatus est vsque ad Parasceuẽ quam Iudęi etiã cœnam puram vocant, ab eius noctis exordio incipiẽtes sabbati obseruationẽ. Deinde sabbati dies à sua nocte incipiẽs, finitus est vespere incipiẽtis noctis, quæ pertinet ad initium Dominici diei: quoniã eũ Dominus suæ resurrectionis gloria cõsecrauit. Illius itaque noctis ad initiũ Dominici diei pertinẽtis, nũc ista sollemnitate memoriã celebramus: illã noctẽ agimus vigilando qua Dominus resurrexit, & illã vitã de qua paulò antè dicebam meditamur, vbi nec mors vlla, nec somnus est, quã in sua carne nobis inchoauit, quã sic excitauit à mortuis, vt iã non moriatur, & mors ei vltra non dominetur. Nã quando venientes ad sepulchrũ eius à quibus diligentibus quærebatur, diluculo corpus nõ inuenerũt, respõsumque acceperũt ab angelis, quod iam resurrexerat: manifestum est quod ea nocte resurrexit, cuius extremitas, illud diluculum fuit. Deinde cui resurgenti paulo diutius vigilãdo, cõcinimus: præstabit vt cum illo sine fine viuendo regnemus. Sed & si forte his horis quibus nos ducimus istã vigiliam illius adhuc corpus in sepulchro erat nondũque resurrexerat, nec sic vigilando sumus incongrui, quia ille dormiuit vt vigilemus, qui est mortuus vt viueremus.

A ritalia nequitiæ in cælestibus. Non vbi sidera disposita refulgent, & sancti angeli cõmorantur: sed in huius aëris infimi caliginoso habitaculo, vbi & nebula conglobatur. Et tamen scriptum est: Qui cooperit cælũ nubibus: vbi & aues volitant, & tamen dicuntur volatilia cæli. In his ergo cælestibus, non in illa superiore tranquillitate cælestiũ habitant isti nequissimi Spiritus, cõtra quos nobis colluctatio spiritalis indicitur: vt deuictis angelis malis, illo præmio perfruamur, quo angelis bonis incorrupta æternitate sociemur. Vnde alio loco idem Apostolus cum significaret tenebrosum diaboli principatũ, secundum Spiritum, inquit, mundi huius, secundũ principẽ potestatis aëris † huius, qui nunc operatur in filiis infidelitatis. Quod ergo est Spiritus mundi huius, hoc sunt rectores mũdi. Et sicut illic exposuit quid dixerit mundũ, in filiis infidelitatis: sic etiã hic, cũ addidit, tenebrarum harũ. Et quod ibi ait principem potestatis aëris, hoc isto loco, In cælestib°. Gratias itaque Domino Deo nostro, qui nos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Ab illis ergo tenebris Euãgelica luce distincti, & ab illis potestatibus sanguine pretioso redempti: vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Nã quicumq; habetis fidem quę per dilectionem operatur, missus est princeps huius mundi foras à cordibus vestris: sed forinsecus tamquã leo rugiẽs circuit quærens quem deuoret. Nõ ergo detis locum diabolo quacũque ex parte penetrare volenti: sed qui eum foras misit patiendo pro vobis, aduersus eum habitet intus in vobis. Cũ vobis ille dominaretur, fuistis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino, sicut filij lucis ambulate. Aduersus tenebras earũque rectores in matre luce vigilate, & patrem luminum in sinu matris orate.

Psal. 146.

Ephes. 2.

al. filiis.

B Colos. 1.

Sermo LXXX.

Item eiusdem de eodem sermo quartus.

Citat Beda, ad Ephes. 6.

VM vos dilectissimi ad vigilandum & orandum ipsa sollemnitas sanctæ huius noctis hortetur, etiam nostrum vobis tamen sollemniter debetur alloquium: vt aduersus contrarias, & inuidas potestates rectorésque tenebrarum, velut contra nocturnas bestias Dominicum gregem etiam vox pastoralis exsuscitet. Non est enim nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sicut Apostolus dicit, id est aduersus homines mortali corpore infirmos: sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Nec ideo sanè diabolum & angelos eius quos Apostolus his verbis significat mundi huius existimetis esse rectores, de quo scriptum est, Et mundus per eum factus est. Nam eos rectores mundi eùm etiam ipse dixisset, ne quis mundum intelligeret, qui plerisque scripturarum locis cęli & terræ nomine nuncupantur, continuò tamquam exponẽdo addidit, tenebrarum harum, hoc est infidelium. Propter quod iam fidelibus dicit: Fuistis aliquãdo tenebrę, nunc autem lux in Domino. Sunt ergo ista spi-

V. Beda ad Eph. 6.

Sermo LXXXI.

Citat Ven. Beda, ad Ephes. 5.

IN libro qui appellatur Genesis scriptura dicit: Et vidit Deus lucẽ quia bona est. Et diuisit Deus inter lucẽ & tenebras: & vocauit Deus lucẽ diem, & tenebras vocauit noctẽ. Si ergo Deus vocauit diẽ lucẽ, sine dubio illi quibus dicit Apostolus Paulus, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino, dies erant: quoniã ille qui iussit de tenebris lumen clarescere, illuminauit eos. Infantes isti quos cernitis exterius dealbatos, interiusq; mundatos, qui candore vestium, splendorem mentium præfigurant, cum peccatorum suorum nocte premerẽtur, tenebrę fuerũt. Nũc autem quia mundati sunt lauacro indulgentiæ, quia irrigati fonte sapientiæ, quia perfusi luce iustitiæ: hic est dies quem fecit Dominus, exultem°, & lætemur in eo. Audiat nos dies nomini, audiat nos dies fact° à Domino. Audiat & obaudiat: vt exultemus, & lætemur in eo. Quoniam, sicut ait Apostolus, hoc est gaudium & corona nostra, si vos statis in Domino. Audite ergo nos ô nouelli filij castæ matris: in vno audite nos, filij virginis matris. Quoniam fuistis aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate, filiis lucis adhærete. Atque vt hoc ipsum planius dicam, bonis fidelibus adhærete. Sunt enim quod pęius est, fideles mali. Sunt fideles: qui vocantur, & non sunt. Sunt fideles, in quibus Sacramenta Christi patiantur iniuriam: qui sic viuunt, vt & ipsi pereant, & alteros perdant. Pereunt quippe ipsi, malè viuendo: perdunt verò alios, malè viuendi exempla prębendo. Vos ergo dilectissimi, nolite talibus iungi.

Bonos

Bonos quærite, bonis adhærete: boni estote. Neq; miremini multitudinẽ Christianorũ malorũ qui Ecclesiam implent, qui ad Altare cõmunicãt: qui Episcopũ, vel presbyterũ de bonis moribus disputãtẽ magnis vocibus laudãt. Per quos impletur quod cõgregator noster prædixit in Psalmo: Annũtiaui & locut° sum: multiplicati sunt super numerũ. In Ecclesia hui° temporis possunt esse nobiscũ: in illa verò quæ post resurrectionẽ futura est congregatione sanctorum esse non poterunt. Ecclesia enim huius temporis areę cõparatur, habens mixta grana cum paleis, habens permixtos bonis malos: habitura post iudicium, sine vllis malis omnes bonos. Hæc area continet messem ab Apostolis seminatam, à sequentibus vsque in præsens tẽpus bonis doctoribus irrigatam, nõ parum etiam inimicorum persecutione contritam: sed quod solũ restat nondum superna ventilatione purgatam. Veniet autẽ ille de quo reddidi illis in Symbolo: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos, & sicut Euangelium loquitur, Habebit ventilabrum in manu sua, & expurgabit areã suã, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autẽ comburet igni inextinguibili. Quod dico audiant & antiqui fideles. Qui granũ est, cum tremore gaudeat, & permaneat, & ab area non † recedat. Non se iudicio suo velut à palea conetur exuere: quoniam si se voluerit modo à palea separare, nõ poterit in area permanere. Et cùm venerit ille qui sine errore discernit, quod in area non inuenerit, ad horreum non leuabit. Incassum se de spica tunc grana iactabunt, quæcunque nunc ab area recesserũt. Implebitur illud horreum, atque claudetur. Quicquid extra remanserit, flamma vastabit. Qui ergo bonus est, charissimi, toleret malum: qui malus est, imitetur bonum. In hac quippe area possunt in paleas grana deficere: possunt rursus grana de paleis consuscitari. Quotidie fiunt ista fratres mei. Plena est vita hæc suppliciis atque solatiis. Cotidie qui videbantur boni, labuntur & pereunt: & rursus qui videbãtur mali, conuertuntur & viuunt. Non vult enim Deus mortem impij, quantum vt reuertatur & viuat. Audite me grana, audite me qui estis quod esse desidero. Audite me grana. Nolite contristari de permixtione palearum. Non erunt vobiscum in æternum. Quantum est hoc quod premit palea? Deo gratias, quia leuis est. Nos tantum grana simus, & quantacumque fuerit, non grauabit. Fidelis est enim Deus qui non permittet nos tentari supra id quod possumus: sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt sustinere possimus. Audiant nos & paleæ, vbicumque sunt audiant. Nolo hic sint. Alloquamur eas tamen, ne fortè sint. Ergo audite me paleæ: quamuis, si auditis, paleæ non eritis, Audite ergo. Prosit vobis Dei patientia. Granorum coniunctio, commonitio, grana vos faciat. Non vobis desunt imbres verborum Dei: non sit sterilis in vobis ager Dei. Ergo reuirescite, granascite, maturascite. Qui enim vos seminauit, spicas vult inuenire, non spinas.

A agnoscimus patri æqualem vnigenitum filium: agnoscimus lumen de lumine, diem ex die. Ipse est dies, qui fecit diem: à diẽ non factus, sed genitus. Si ergo dies de die, non factus sed genitus est: quis est dies quem fecit Dominus? Quare dies? Quia lux est. Et vocauit Deus lucem diẽ. Quæramus quem diẽ fecit Dominus, vt exultemus & iocundemur in eo. In prima cõditione mũdi legitur, quia tenebræ erant super abyssum: & Spiritus Dei ferebatur super aquam. Et dixit Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et diuisit Deus inter lucẽ & tenebras: & lucem vocauit diem, & tenebras vocauit noctem. Ecce dies quem fecit Dominus. Sed numquid ipse est in quo exultare, & iocundari debemus? Est alius dies quem fecit Dominus, quem magis debemus agnoscere, & in eo iocundari, & exultare. Quoniam dictum est fidelibus in Christum credentibus: Vos estis lux mundi. Si lux, vtique dies: quia lucem vocauit diem. Ferebatur ergo etiam hic hesterno die Dei Spiritus super aquam, & tenebræ erant super abyssum, quando isti infantes adhuc sua peccata portabant. Quando ergo illis per Spiritum Dei peccata dimissa sunt, tunc dixit Deus, Fiat lux: Et facta est lux. Ecce dies quem fecit Dominus: exultemus, & iocundemur in eo. Alloquamur istum diem Apostolicis verbis. O dies quem fecit Dominus, fuisti aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Fuistis, inquit, aliquando tenebræ. Fuistis aut non? Recolite facta vestra, si non fuistis. Respicite conscientias vestras, quibus renuntiastis. Quia ergo fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux, non in vobis, sed in Domino sicut filij lucis ambulate. Satis sint vobis pauca ista, quoniam & post laboraturi sumus, & de Sacramentis Altaris hodie infantibus disputandum est.

B

C

D

Sermo LXXXII.

Sermo beati Augustini Episcopi in die sancto Paschæ.

SIc audistis prædicari Dominum Christũ, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ipse enim Dominus Christus qui si non se humiliaret, sed semper sic manere voluisset: homo perisset. Agnoscimus verbum Deum apud Deum,

Item de Sacramentis, in die sancto Paschæ, Sermo secundus.

Sermo LXXXIII.

MEMOR sum promissionis meæ. Promiseram enim vobis qui baptizati estis sermonem quo exponerem Mensæ Dominicæ Sacramentum, quod modo etiam videtis, & cuius nocte præterita participes iam facti estis. Debetis scire quid accepistis, quid accepturi estis, quid quotidie accipere debeatis. Panis ille quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, Corpus est Christi. Calix ille, immò quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, Sanguis Christi est. Per ista voluit Dominus commendare corpus & sanguinem suum, quẽ pro vobis fudit in remissionem peccatorum, si bene accipitis: Apostolus enim dicit, Vnus panis, vnum corpus, multi sumus. Sic exposuit Sacramentum Mensæ Dominicæ. Vnus panis, vnum corp°, multi sumus. Cõmendat vobis in isto pane quodammodo vnitatem amare. Numquid enim panis ille de vno grano factus est? Nónne multa erant tritici grana? Sed antequam ad panem venirent, separata erant. Per aquam coniũcta sunt, & post quandam contritionem. Nisi enim molatur triticum, & per aquam conspergatur, ad istam formam minime venit quæ panis vocatur. Sic & vos ante ieiunij humiliationem, exorcismi Sacramento, quasi molebamini. Accessit Baptismum & aqua, quasi conspersi estis: vt ad formam panis veniretis. Sed nondum est panis sine igne. Quid ergo significat ignis? Hoc est Crisma. Oleum etenim ignis nostri, Spiritus sancti est sacramentum. In Actibus Apostolorum aduertite, quando legitur. Modò incipit

liber

liber ipse legi. Hodie cœpit liber, qui vocatur Actuum Apostolorum. Qui vult proficere, habet vnde. Quando conuenitis ad Ecclesiã, tollite fabulas vanas: intenti estote ad scripturas. Codices vestri nos sumus. Attẽdite ergo & videte, quia vẽturus est Spiritus sanctus. Et sic veniet: in linguis ignei se ostendit. Inspirat enim charitatem qua ardeamus in Deũ, & cõtemnamus mũdum, & fœnũ nostrũ exuratur, & cor quasi aurũ purgetur. Accedit ergo Spiritus sanctus, post aquã ignis: & efficimini panis, quod, est corpus Christi. Et ideo vnitas quodammodo significatur. Tenetis sacramentum ordine suo. Primo post orationem, admonemini sursũ habere cor. Hoc docentur membra Christi. Si enim mẽbra Christi facti estis, caput vestrum vbi est? Mẽbra habẽt caput. Si caput non præcessisset, membra nõ sequerentur. Quo iuit caput †vestrum? Quid reddidistis in Symbolo? Tertio die resurrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris. Ergo in cælo est caput nostrum. Ideo cùm dicitur, Sursum cor, respondetis habemus ad Dominũ. Et ne hoc ipsum quod cor habetis sursum ad Dominum, tribuatis viribus vestris, quia Dei donũ est sursum habere cor, ideo sequitur Episcopus, vel presbyter qui offert, & dicit, cũ respõderit populus, habemus ad Dominum sursum cor, Gratias agamus Domino Deo nostro: quia sursum cor habetis. Et vos attestamini, Dignum & iustum est dicentes: vt & gratias agamus ei qui nos fecit sursum ad nostrum caput habere cor. Deinde post sanctificationẽ Sacrificij dicitur qua nos ipsos voluit esse sacrificiũ suum, quod demonstratum est primũ illud, sacrificium Dei & nos, id est signum rei quod sumus: ecce vbi est peracta sanctificatio dicimus Orationẽ Dominicã, quam accepistis & reddidistis. Post ipsam dicitur, Pax vobiscum, & osculãtur se Christiani in osculo sancto, quod est signum pacis: si quod ostẽdunt labia, fiat in cõsciẽtia. Id est quomodo labia tua ad labia fratris tui accedũt, sic cor tuum à corde eius non recedat. Magna ergo sacramẽta, & valde magna. Vultis nosse quomodo cõmendantur? Ait Apostolus, Qui manducat corpus Christi, aut bibit indignè calicẽ Domini: reus erit corporis & sanguinis Domini. Quid est indignè accipere? Irridenter accipere, contentibiliter accipere. Non tibi videatur vile, quia vides. Quod vides, transit: sed quod significatur inuisibile, non trãsit: sed permanet. Ecce accipitur, comeditur, consumitur. Nunquid Ecclesia Christi consumitur? Nũquid mẽbra Christi cõsumuntur? Absit. Hic mundantur: ibi coronãtur. Manebit ergo quod significatur æternaliter, quãquã trãsire videatur. Sic ergo accipite, vt vos cogitetis, vt vnitatẽ in corde habeatis: sursum cor semper figatis. Spes vestra non sit in terra, sed in cælo: fides vestra firma sit in Deũ, acceptabilis sit Deo. Quia quod modo hic non videtis & creditis: visuri estis illic vbi sine fine gaudebitis.

el. nostrũ?

SERMO LXXXIIII. *Item cuius supra in die sancto Paschæ, Sermo tertius.*

EVANGELII Ioannis principium, In principio erat verbum. Sic cœpit, hoc vidit, & transcendens vniuersam creaturam: montes, aëra, cælos, sydera, sedes, dominationes, principatus, potestates, omnes Angelos, omnes Archangelos, transcendens omnia: In principio verbum vidit & bibit. Super omnem creaturam vidit, de pectore Domini bibit. Ipse est enim Ioannes Euangelista sanctus, quem præcipuè diligebat Iesus: ita vt super pectus eius discumberet. Ibi erat hoc secretum: vt inde biberetur, quod in Euangelio ructaretur. Felices qui audiunt & intelligũt. Sequentis felicitatis sunt, qui & si non intelligũt, credunt. Quantũ est enim hoc videre Dei verbum, quis humanis explicet verbis. Erigite corda vestra, fratres mei, quãtũ potestis erigite: quicquid vobis per imaginationẽ cuiuslibet corporis occurrerit, respuite. Si occurrerit tibi verbũ Dei quomodo cogitas lucem solis huius, quantumlibet pandas, quantũlibet extendas, nullos eius lucis fines in cogitatione constituas: ad verbũ Dei nihil est. Quicquid tale cogitat anima: minus est in parte, quã in toto. Cogita verbũ vbique totum. Intelligite quod dico. Quantum possum coarto me per angustias meas propter vos. Intelligite quod dico. Ecce lux ista de cælo, quę solis nomine appellatur, cùm processerit illustrat terras, explicat diem, facit formas, colorẽsque discernit. Magnum bonum, magnũ omnibus mortalibus Dei donũ. Magnificent eum opera sua. Si tam pulcher est sol: solis factore quid pulchrius? Et tamen videte fratres. Ecce diffundit radios suos per vniuersam terram. Patientia penetrat, clausa resistũt. Lucẽ suã mittit per fenestras, nunquid & per parietem? Verbo Dei totũ patet, verbũ Dei nihil latet. Videte aliã differentiã quàm longe sit à creatore creatura, maximè corporalis. Quando in Oriente est sol, in Occidente non est. Lux quidẽ eius de illo grandi corpore effusa, pertendit vsque in Occidentem, sed ipse ibi non est. Quãdo occidere cœperit, tunc ibi erit. Quando oritur, in Oriente est: quãdo occidit, in Occidente est. Per ista duo opera sua, nomina locis dedit. Quia in Oriente est, quando oritur ad Orientẽ, fecit Orientẽ vocari: quia in Occidente est, quando occidit ad Occidentem, fecit Occidentẽ vocari. Nocte nusquam apparet. Nunquid verbum Dei sic est? Nunquid quando est in Oriente, non est in Occidente: aut quando est in Occidente, non est in Oriente? aut aliquando deserit terras, & it sub terras, aut post terras? Vbique totum est. Quis hoc explicet verbis? Quis hoc videt? Quo documento vobis probabo quod dico? Homo loquor, hominibus loquor: infirmus loquor, infirmioribus loquor. Et tamen fratres mei audeo dicere, quod vobis dico, vel per speculum, vel in ænigmate, vtcunque video, vtcunque intelligo, & in corde meo de hac re verbum. Sed quærit exire ad vos, & dignum non inuenit vehiculum. Vehiculum verbi, sonus est vocis. Quod dico apud me, quæro vobis dicere, & verba deficiunt. Volo enim dicere de Dei verbo. Quanto verbo, quali verbo? Omnia per ipsum facta sunt. Opera videte, & operatorem expauescite. Omnia per ipsum facta sunt. Redi mecum humana infirmitas, redi ergo. Humana ipsa comprehendamus, si possumus. Homines sumus & nos qui loquimur, & hominibus loquimur, & sonum vocis edimus. Ad aures hominum sonum nostræ vocis perducimus, & per nostræ vocis sonum & intellectum, quomodocunque per autem in corde ponimus. Hinc ergo quod possumus vt possumus eloquamur; hoc comprehendamus. Si autem neque hoc comprehendere valuerimus, ad illud quid sumus? Ecce auditis me: verbum facio. Si quis hinc exeat & interrogetur foris quid hic agitur, respõdet, Verbum Episcopus facit: verbum facio de verbo. Sed quale verbũ, de quali verbo? Mortale verbũ de immortali verbo: mutabile verbum, de immutabili verbo: transitoriũ verbum, de æterno verbo. Tamẽ attẽdite verbũ meum. Dixeram enim vobis, verbum vbiq; totum est. Ecce facio vobiscũ verbũ. Ad omnes peruenit quod dico. Vt ad omnes peruenire quod dico, nunquid diuisistis quod dico? Si pascerẽ vos, vt nõ mentẽ vestram, sed vẽtrem implere vellem,

vellem, & ponerem vobis panes quibus saturaremini: nónne panes meos diuideretis inter vos? Nũquid possent panes mei ad vnũquemq; vestrũ peruenire? Si ad vnum peruenirẽt, cæteri nihil haberent. Ecce loquor, & omnes habetis. Parũ est quia omnes habetis, & omnes totũ habetis. Peruenit ad omnes totũ, ad singulos totũ. O mirabilia verbi mei. Quid est ergo verbũ Dei? Aliud audite. Dixi. Quod dixi præcessit ad vos, & non recessit à me. Peruenit ad vos, nec separatũ est à me. Antequã dicerẽ, ego habebã, & vos non habebatis; Dixi, & vos habere cœpistis, & ego nihil perdidi. O miraculũ verbi mei. Quid est ergo verbũ Dei? De paruis magna conficite. Considerate terrena, laudate cælestia. Creatura sum, creatura estis. Et tanta miracula fiunt de verbo meo in corde meo, in ore meo, in voce mea, in auribus vestris, in cordibus vestris. Quid est creator? O domine audi nos. Fac nos, quia fecisti nos. Fac nos bonos: quia fecisti nos homines illuminatos. Isti albati, illuminati, audiunt per me verbum tuum. Illuminati enim gratia tua, assistunt tibi. Hæc est dies quem fecit Dominus. Sed hoc laborent, hoc orẽt, vt cum isti dies transierint, non fiant tenebræ, qui facti sunt lux miraculorum Dei & beneficiorum.

SERMO LXXXV. *Item sermo cuius supra in die sancto Paschæ.*

MVNDVS per Dominum factus est, & mundus eum non cognouit. Quis mundus per eum factus est, quis mundus eum non cognouit? Non enim mundus qui per eũ factus est, ipse eum non cognouit. Quis est mũdus qui per eũ factus est? Cælũ & terra. Quomodo eum nõ cognouit cælũ, quando in eius passione sol obscuratus est? Quomodo terra non cognouit, quando illo pendente contremuit? Sed mundus eũ non cognouit, cuius princeps est ille, de quo dictũ est, Ecce veniet princeps mũdi huius, & in me nihil inueniet. Homines mali, mundus vocantur, homines infideles mundus vocantur. Inde acceperunt nomẽ, ex eo quod amãt. Amando Deum, efficimur dij. Ergo amando mundum, dicimur mundus. Sed mundus eũ non cognouit. Nũquid omnes? In sua propria venit, & sui eum non receperũt. Omnia sunt ipsius, sed propria ipsius dicuntur, vnde & mater eius erat, vnde carnem acceperat, ad quos aduentus sui præcones ante præmiserat, quibus legem dederat, quos de Ægyptia seruitute liberauerat. Quorũ patrem carnalẽ elegit Abrahã, quia verũ dixit, Ante Abraham ego sum. Nec sic dixit, antequam Abraham esset ego sum, aut antequam Abraham fieret ego fui. In principio enim verbũ erat, nõ factũ erat. Ergo in propria venit, ad Iudæos venit. Et sui eum non receperũt. Quotquot autem receperunt eũ, vtique enim ibi Apostoli, qui illum receperunt. Ibi illi, qui ante iumentũ eius ramos ferebant. Præcedebãt & sequebantur, & vestimẽta sua sternebant: & magna voce clamabant, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Tunc Pharisæi dixerunt ei, Compesce pueros, non tibi ista clament. Et ille, Si isti tacebunt, lapides clamabunt. Nos videbat quãdo ista dicebat, Si isti tacebunt, lapides clamabũt. Qui lapides, nisi qui colunt lapides? Si paruuli Iudæi tacebunt, maiores & minores gentes clamabunt. Qui lapides, nisi de quibus dicit Iohannes iste qui venit, vel testimonium perhibet de lumine? Cũ enim videret ipsos Iudæos superbire dẽ genere Abrahę, ait illis, Generatio viperarum. Illi se dicebant filios Abrahæ: & iste illis dicebat; Generatio viperarum. Abrahæ faciebat iniuriã? Absit. Ex moribus dabat eis nomen. Quia si essent filij Abrahæ, imitarentur Abraham, sicut eis & ipse ait. Qui dicũt ei, Nos liberi sumus, & nemini seruiuimus vnquam: Nos patrẽ habemus Abrahã. Et ille: Si filij Abrahæ essetis, facta Abrahæ faceretis. Vos vultis me occidere, quia veritatẽ vobis dico, hoc Abrahã non fecit. Inde generati estis, sed degenerastis. Ergo quid Iohãnes? Generatio viperarũ, quis vobis ostendit fugere à ventura ira? Quia venieba̅t baptizari baptismo Ioãnis in pœnitentiã. Quis vobis ostendit fugere ab ira vẽtura? Facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ: Et nolite dicere in cordib̅ vestris patrẽ habemus Abrahã. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Potens est enim De̅ de lapidibus istis quos videbat in Spiritu, illis dicebat, & nos præuidebat: potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. De quibus lapidibus: Si isti tacebunt, lapides clamabunt. Modo auditis, & clamatis. Impletum est, Lapides clamabunt. De gentibus enim venimus, in parentibus nostris lapides adorauimus. Ideo & canes dicti sumus. Recordamini quid audierit illa mulier quæ clamabat post Dominũ quia erat Chanãnęa, idolorũ cultrix, ancilla dæmoniorum. Quid dixit ei Iesus? Nõ est bonũ tollere panẽ filiorũ, & mittere canibus. Nunquã aduertistis, quemadmodum canes vnctos lapides lingũt? Sic sunt omnes simulacrorũ cultores. Sed venit vobis gratia. Quotquot autem receperũt eũ, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ecce habetis mõdo natos. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri: quibus dedit? His qui credũt in nomine eius. Et quomodo filij Dei sunt? Qui nõ ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis: sed ex Deo nati sunt. Accepta potestate vt filij Dei fierent, ex Deo nati sunt. Intendite ergo. Isti ex Deo nati sunt, non ex sanguinibus. Qualis prima natiuitas, qualis est natiuitas misera, veniens de miseriis. Sed qui ex Deo nati sunt, quid erant? Vnde primo nati erant? Ex sanguinibus. Mixtis sanguinibus masculi & feminæ, commixtione carnis masculi & feminę, inde nati erant. Modò vnde? Ex Deo nati sunt. Prima natiuitas ex masculo & femina. Secunda natiuitas, ex Deo & Ecclesia. Ecce ex Deo nati sunt. Vnde factũ est vt ex Deo nascerẽtur, qui primo ex hominibus nati sunt? Vnde factum est, vnde? Et verbum caro factũ est, vt habitaret in nobis. Magna mutatio. Ille factus caro, isti Spirit̅. quid est hoc? Qualis dignatio fratres mei. Erigite animũ, ad sperandą & capienda potiora. Nolite vos addicere cupiditatibus secularibus. Pretio empti estis: Propter vos verbũ caro factum est. Propter vos qui erat filius Dei, factus est filius hominis: vt qui eratis filij hominũ, efficeremini filij Dei. Quid erat ille? Quid factus est? Quid eratis vos? Quid facti estis? Erat filius Dei. Quid factus est? Filius hominis. Eratis vos filij hominum. Quid estis facti? Filij Dei. Communicauit nobiscum mala nostra, nobis daturus bona sua. Sed ille ipso quo factus est filius hominis, distat à nobis. Nos filij hominum per concupiscentiam carnis: ille filius hominis per fidem virginis. Mater cuiuslibet hominis concubuit, concepit. Vnusquisque autem natus est de homine patre suo, & de homine matre sua. Christus autem natus est de Spiritu sancto, & virgine Maria. Accessit ad nos, sed à se non multũ recessit: imò à se quod Deus est nunquã recessit: sed addidit quod erat naturæ nostræ. Accessit enim ad id quod non erat, nõ amisit quod erat. Factus est filius hominis: sed non cessauit esse filius Dei. Per hoc, Mediator in medio. Quid est in medio? Nec sursum, nec deorsum. Quomodo nec sursum, nec deorsum? Nec sursum, quia caro: nec deorsum, quia non peccauit.

non peccator. Sed tamen in quantum Deus, semper sursum. Nec enim sic venit ad nos, vt dimitteret patrem. A nobis iuit, & non nos dimisit: ad nos veniet, & illum non dimittet.

SERMO LXXXVI.

Item sermo beati Augustini Episcopi, habitus die sancto Paschæ.

Beda citat ad Rom. VIII. ex sermone de resurrectione Christi.

CAP. I. AVDISTIS lectionem sancti Euangelij de resurrectione Christi. In resurrectione Christi constabilita est fides nostra. Passionē Christi & Pagani & impij, & Iudæi crediderunt: Resurrectionem non nisi Christiani. Passio Christi significat miserias huius vitæ: Resurrectio Christi ostendit beatitudinē futuræ vitæ. In præsenti laboremus: in futura speremus. Modo tēpus est operis: tunc mercedis. Qui piger est in exhibendo opere, impudens est in exigenda mercede. Audistis quid dixerit discipulis suis post resurrectionē. Misit eos ad Euangeliū prædicandum, & factum est. Prædicatū est Euangeliū: peruenit ad nos. Et ecce, In omnē terrā exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū. Ambulando & ambulando, Euangeliū peruenit ad nos, & ad fines terrę. Breuiter constituit, nobis loquens discipulis suis, quid faciamus, quid speremus. Ait enim, sicut audistis quādo loquebatur, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Exigitur à nobis fides, offertur salus: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Pretiosum est quod promittitur nobis: gratis †fit quod iubetur. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Quid enim? Qui hæc audiebant, salui nō erant? Nónne multi salui credunt, salui fiunt & antequam credant? Salui planē: sed vana salus hominū. Qualis est ista salus, quæ tibi cum iumēto tuo cōmunis est? Veruntamen etiā ipsa vnde, nisi ab illo, de quo scriptū est, Homines & iumenta saluos facies Domine? Et addidit, Secundum multitudinem misericordiæ tuæ, Deus. Tanta est enim multitudo misericordiæ tuæ: vt veniat à te salus in istam carnē mortalem hominum, veniat & ad carnem pecorum. Hæc est multitudo misericordiæ tuæ. Filiis tuis quid? Ecce homines & iumenta saluos facies, Domine. Nihil nobis amplius? Quod hominibus quibuscunque, quod pecoribus, hoc præstatur & nobis? Non planē hoc.

Mar. 16.

al. fit.

Psal. 59.
Psal. 35.

CAP. II. SED quid? Audi, Filij autem hominū sub tegmine alarum tuarum sperabūt: inebriabuntur ab vbertate domū tuæ, & torrēte voluptatis tuę potabis eos. Quoniā apud te est fons vitæ. Christus est fons vitę. Habebamus salutē cū iumentis, quousq; veniret ad nos fons vitæ: fons vitæ venit ad nos, & fons vitæ mortuus est propter nos. Negabit vitā suā, qui nobis erogauit mortem suam? Ipsa est salus, quæ nō est vana. Quare? Quia non trāsit. Bene animaduertēda est ista distinctio, Homines & iumenta saluos facies, Domine. Homines, pertinentes ad hominem: filij autē hominū, pertinentes ad filiū hominis, sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Constituite vobis ante oculos duos homines. Erigite fidē, euigilet cor vestrū: recordamini hominē, in quo decepti sumus: recordamini hominem, à quo redempti sumus. Ille homo nunquid filius hominis Adā homo erat, filius hominis nō erat. Ideo Dominus Christus assiduè se dicit filium hominis, vt faciat nos recordari hominē, qui nō fuit filius hominis. Vt recordemur in illo mortē, in isto vitam: in illo peccatum, in isto remissionē peccatorum: in illo vinculum, in isto libertatem: in illo damnationem, in isto absolutionē. Duo ergo isti homines significati sunt in his verbis, homines & iumenta, & cætera. Homines pertinentes ad hominē, & iumēta simul cū iumentis eos saluos facies. Homo enim in honore positus nō intellexit, sicut scriptū est: Homo in honore positus nō intellexit, cōparat⁹ est iumētis insensatis, & similis factus est eis. Propterea homines & iumēta: quibus similes facti sunt homines, quia nō intellexerūt, & eis quib⁹ dominati creati sunt, cōparati sunt, Saluos facies. Nūquid ipsa est salus, de qua dictū est, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit? ALIA est illa salus, lōgè alia. Angeli hāc habēt: nolite eā quærere in terra. Magna est, sed nō est hīc. Nō est ista res de ista regione, nō est hīc talis salus. Sursum cor. Quid hīc quæris in terra salutē hanc? Ipsa salus huc venit, & mortē nostrā hīc inuenit. Nunquid Dominus noster Iesus Christus, quādo venit ad nos in carne, inuenit hīc salutē ista in regione nostra? Magnū quid huc attulit mercator iste, de regione sua veniens mercator iste, inuenit in regione nostra quod hīc abūdat. Quid hīc abundat? Nasci & mori. Plena est terra his mercibus, nasci & mori. Natus est, & mortuus est. Sed qua via natus est? Ad istā regionē venit, sed non ea via qua & nos venit. De cælo enim venit à patre, & tamen natus est mortalis. Natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Nūquid nos sic de Adam & Eua? Nos per cōcupiscentiā carnis, ille autē nō per ipsam. Maria enim virgo sine virili amplexu, sine concupiscentiæ æstu, quoniam ne pateretur hūc æstū, ideo ei dictum est, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obūbrabit te. Virgo ergo Maria nō concubuit, & cōcepit: sed credidit, & concepit. Natus est enim mortalis mortalibus. Quare mortalis? Quia in similitudine carnis peccati. Non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati. Quid habet caro peccati? Mortē & peccatū. Quid habuit similitudo carnis peccati? Mortē sine peccato. Si haberet peccatum, caro esset peccati: Si mortē nō haberet, non esset similitudo carnis peccati. Talis venit, Saluator venit: m ortu⁹ est, sed mortē occidit: finiuit in se quam timebamus, suscepit illā, & occidit illā, quomodo summus venator leonē cepit & necauit. Vbi est mors? Quēre in Christo, iā nō est: sed fuit, & mortua est ibi? O VITA mors mortis. Bono animo estote, morietur & in nobis. Quod præcessit in capite, reddetur in membris: morietur & in nobis mors. Sed quādo? In fine seculi, in resurrectione mortuorū quam credimus, & de qua nō dubitamus. qui enim crediderit, & baptizatus fuerit, ipse salu⁹ erit. Sequere quod timeas, qui autem non crediderit, condēnabitur. Ergo mors morietur in nobis: victura est in damnatis. Vbi mors nesciet mortē, sempiterna mors erit: quia æterna tormēta erūt. In nobis morietur, & nō erit. Vultis nosse? Dico vobis pauca verba triumphantium, vt habeatis quod meditemini, quod corde cantetis, quod toto animo speretis, quod fide & bono opere requiratis. Audite verba triumphantium quando non erit mors, quando & in nobis, sicut & in capite nostro, morietur mors. Paulus apostolus dicit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Dixi vobis quia morietur mors in vobis, Absorpta est mors in victoriam. Ista est mors mortis, Absorbebitur vt non appareat. quid est, vt non appareat? Vt non sit nec intus, nec foris. Absorpta est mors in victoriam. Gaudeant triumphantes, gaudeant, dicant quod sequitur, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est? Cepisti, possedisti, vicisti, & tibi addixisti: percussisti, & occidisti. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? Nónne confregit illum Dominus meus?

Christus fons vitæ.

Vana salus quę trāsit.

Vetus homo non erat filius hominis: sed Christus homo nouus, filius hominis.

Psal. 48.

Mar. vii.
CAP. viii.

Sursū cor.

V. Beda. Rom. 8.

Lucæ 1.

CAP. viii.

Mar. vii.

I. Cor. 15.

meus? O mors quando Domino meo hæsisti, tunc & mihi peristi. Ista salute saluus erit qui crediderit, & baptizatus fuerit. Qui autem non crediderit, condemnabitur. Fugite condemnationem, amate & sperate salutem æternam. Conuersi ad Dominum.

SERMO LXXXVII.

Item eiusdem, die quo supra.

Beda citat 2. Timoth. 2.

RESVRRECTIO Domini secundum omnes Euangelistas legitur his diebus. Ideo enim necessarium est, vt legātur omnes, quia singuli non dixerunt omnia: sed quæ aliūs prætermisit, alius dixit: & quodammodo sibi dederūt locū omnes, vt necessarij essent omnes. Marcus Euangelista cuius hesterno die Euangeliū recitatū est, breuiter dixit quod Lucas vberius prosecutus est, de duobus quibusdam discipulis qui nō erāt de numero quidem duodecim, sed tamen discipuli erant: quibus iter agentibus Dominus apparuit, & cū eis ambulauit. Ille enim tantūmodo dixit, quia apparuit duobus iter agētibus: iste verò Euangelista Lucas, & quid illis dixerit, & quid eis respōderit, & quousque cū eis ambulauerit, & quomodo cū in panis fractione cognouerint, omnia hæc dixit sicut audiuimus. Quid ergo fratres, quid hic discutimus? Ædificamur ad credēdū resurrexisse Dominum Christū. Iam credebamus quando Euangeliū audiuimus, & in hac ecclesia hodie credentes ingressi sumus: & tamen nescio quomodo cum gaudio auditur & memoria renouatur. Quomodo vultis lætificetur cor vestrū, quando videmur istis qui in via ambulabāt, & quibus Dominus apparuit esse meliores. Nos enim credimus, quod illi nondū credebant. Spē perdiderant & nos nō dubitamus vnde illi nō dubitabant. Crucifixo Domino spem perdiderant: hoc apparuit in verbis illorū, quando eis dixit, Qui sunt isti sermones quos habetis inter vos, & quare tristes estis? Et illi, Tu solus peregrinaris in Hierusalē, & nescis quæ ibi cōtigerūt? Et respondit ille, Quæ? Sciens omnia de seipso quærebat: quia se in ipsis esse cupiebat. Quæ, dixit. Et illi, De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, magnus in dictis & factis. Ecce meliores sumus. Illi dicebant Christūm prophetam: nos eum nouimus Dominū prophetarū. Fuit, inquiunt, propheta, magnus in factis & dictis. Et quomodo eum principes sacerdotum crucifixerunt: & ecce tertia dies est ex quo hæc omnia facta sunt. Nos autē sperabamus. Sperabatis: iam nō sperabitis. Hic est discipulatus vester: in cruce latro vos vicit. Vos obliti estis eū qui docebat: ille agnouit cū quo pēdebat. Nos sperabamus. Quid sperabatis? Quia ipse erat redēpturus Israël. Quod sperabatis, & illo crucifixo perdidistis: hoc latro crucifixus agnouit. Ait enim Domino: Domine, memento mei, cùm veneris in regnū tuum. Ecce quia ipse erat redēpturus Israël. Crux illa schola erat. Ibi docuit Magister latronem. Lignum pendentis, cathedra factum est docentis. Sed qui reddidit se vobis, reuocet spem vobis. Sic & factum est. Mementote tamen charissimi, quemadmodum Dominus Iesus ab eis quorum oculi tenebantur ne illum agnoscerent: in fractione panis voluit se agnosci. Norunt fideles quid dicam: norunt Christum in fractione panis. Non enim omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi. Ibi illi agnouerunt, exultauerunt, ad alios perrexerunt: iam scientes inuenerunt, narrantes quod viderant, in Euangelio addiderunt. Dicta sunt, facta sunt, scripta sunt: peruenerunt ad nos. Credamus in Christum crucifixum: sed eum, qui die tertio resurrexit. Ipsa est fides, quæ nos distinguit ab eis, distinguit à Paganis, distinguit à Iudæis: fides qua credimus Christū resurrexisse à mortuis. Apostolus dicit Timothæo, Memor esto Christū Iesum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meū. Itémque ipse Apostolus, Quia si crediderīs in corde tuo, inquit, quia dom⁹ est Iesus, & confessus fueris ore tuo, quia Deus illū suscitauit à mortuis, saluus eris. Ipsa est salus, de qua hesterno die disputaui. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Scio vos credere: salui eritis. Corde retinete, ore proferte, quia Christus resurrexit à mortuis. Sed fidem habete Christianorum, nō dęmoniorū. Ecce enim distinguo ista vobis, quod meū est distinguo: secundū gratiā Dei, quæ data est mihi, distinguo vobis. Cùm distinxero: eligite, diligite. Ecce dixi, Fides ista, qua credimus Christū Iesum resurrexisse à mortuis, distinguit nos à Paganis. Quēre à Pagano, vtrū crucifixus fuerit Christus: clamat, valde. Vtrū resurrexerit, negat. Quāre à Iudæo, vtrū crucifixus sit Christus: confitetur crimen parentū suorū, confitetur crimen, vbi habet & patrem. Bibit enim quod ei parentes sui propinauerūt, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Sed quēre ab illo, vtrum resurrexerit à mortuis: negabit, irridebit, accusabit. Distincti sumus. Credimus enim nos Christum ex semine Dauid secūdū carnē, resurrexisse à mortuis. Nunquid hoc dęmones nesciebant, aut ista dæmones non crediderūt, quæ & viderūt? Adhuc antequam resurrexisset, clamabant & dicebāt, Scimus qui sis, filius Dei. Discernebamus nos à Paganis credendo Christū resurrexisse: si aliquid possumus à dæmonibus nos discernamus. Quid est obsecro vos, quid est quod dixerunt dæmones? Scimus qui sis filius Dei. Et audiūt, Obmutescite. Nónne hoc dixerunt quod & Petrus, quando quæsuit ab eis & dixit, Quem me dicunt homines esse? Et cùm opiniones respondissent alienas, addidit & interrogauit dicens: Vos autem quem me esse dicitis? Respondit Petrus, Tu es Christus filius Dei viui. Hoc dæmones: hoc Petrus: hoc maligni spiritus: hoc Apostolus. Et audiunt dæmones, obmutescite: audit Petrus, Beatus es. Quod discernebāt illos, hoc discernat & nos. Vnde hoc dæmones clamabant? Timendo. Vnde Petrus? Diligendo. Eligite, diligite. Ipsa est fides quæ Christianos à dæmonibus discernit, fides non quęcunque. Nam ait Apostolus Iacobus, Tu credis, (epistola hoc habet Apostoli Iacobi,) tu credis, quia vnus est Deus: bene facis: Et dæmones credunt & contremiscunt. Ipse hoc dixit, qui in eadem epistola scripsit, Si fidem habeat aliquis, opera autem non habeat; nunquid potest fides saluare eum? Et Apostolus Paulus discernens, ait: Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per dilectionem operatur. Discreuimus, distinximus: imò distinctam inuenimus, distinctam legimus, distinctam esse didicimus. Quomodo distinguimur fide: sic distinguamur & moribus, sic distinguamur & operibus, accensi charitate quam dæmones non habebant. Quo igne & illi duo in via ardebant. Cognito enim Christo & ab eis discedente, dixerunt apud se: Nónne cor nostrum erat ardens in via, cùm aperiret nobis scripturas? Ardete: ne ardeatis igne quo arsuri sunt dæmones. Ardete igne charitatis: vt à dæmonibus vos discernatis. Ardor iste sursum vos rapit, sursum tollit, in cælum leuat. Quicquid molestiarum passi fueritis in terra, quantumcunque Christianum cor deorsum humiliatum premat inimicus: summa petit ardor dilectionis. Similitudinem accipite. Si faculam teneas ardentem, rectam capite sursum teneas: flammæ crinis surgit in cælum.

Mar. vi.
CAP. viii.

Lucæ 24.

2. Tim. 2.

Rom. 10.

Math. 17.

Mar. 1.
Lucæ 4.

Depri

Deprime faculam: flamma in cælum it. Fac faculam capite deorsum: nunquid & flammam deponis in terram? Quacunque ardens vergit, flamma aliam viam nescit: cælum petit. Spiritu feruentes accendimini igne charitatis: feruere facite vos laudibus Dei, & moribus optimis. Alter calidus, alter frigidus. Calidus frigidum accendat: & qui parum ardet, opter augmentum, oret adiumentum. Dominus paratus est dare: nos paucis cordibus optemus accipere. Conuersi ad Dominum, &c.

Sermo beati Augustini Episcopi in festo Paschæ.

SERMO LXXXVIII.

DOMINVS noster Iesus Christus, sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostrā. Sicut morte ipsius seminamur: sic resurrectione ipsius germinamus. Etenim morte ipsius significatur mors vitæ nostræ. De hac re audi Apostolū: Consepulti, inquit, sumus Christo per baptismū in mortem: vt quēadmodū Christus resurrexit à mortuis: sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ille nō habuit quod emendaret in cruce: quia sine peccato ascēdit in crucem. Nos in cruce eius emendemur, & ibi pomp' quod malè contraximus; vt iustificari eius resurrectione possimus. Distinguere enim ita debetis. Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. Non dixit, Traditus est propter iustificationem nostrā, & resurrexit propter delicta nostra. In eius traditione delictum sonat: in eius resurrectione iustitia sonat. Ergo moriatur delictum, & resurgat iustitia. Istā spē, hoc donū, hanc promissionē, hanc tantam gratiā quando mortuus est Christus discipuli eius de animo perdiderunt, & in eius morte ab spe ceciderunt. Ecce annūciabatur illis resurrectio eius; & videbantur illis verba nuntiantium quasi deliramētum. Quasi deliramentum, facta erat veritas. Si quādo prēdicatur resurrectio in isto tēpore, & videtur esse alicui deliramentū, nónne omnes dicunt habere grande tormentū? Nónne omnes detestātur, abhorrent, auertantur, aures claudūt, audire nolunt? Ecce quod erāt discipuli, mortuo Christo. Quod nos exhorremus, hoc erāt illi. Hoc malū habebāt arietes, quod horrēt agni. Deinde isti duo quibus apparuit in via, & tenebātur oculi illorum, ne illum agnoscerent, vbi erat cor iudicant verba, & quid agatur in animo, vox est, sed nobis: nam illi etiā cor patebat: de illius morte loquebantur inter se. Adiūxit se illis ipse quasi tertius viator: & via in via cœpit colloqui, cōmiscuit sermonem. Quēri quid inter se loquerētur, cū omnia sciret: vt eos ad confessionem tanquam nesciēs prouocaret. Et dicūt illi, Tu sol' peregrinaris in Hierusalē, & nescis quid actū sit in illa istis diebus, de Iesu Nazareno qui fuit propheta magn'? Iā nō Dominus, sed propheta. Hoc enim eū putabāt fuisse: cū mortuus esset. Adhuc honorabant quasi prophetam, nondū agnoscebant Dominū, nō solū prophetarū, sed etiā angelorum. Quomodo, inquiunt, seniores nostri & principes sacerdotum, tradiderūt eū in damnationem mortis: Et ecce iam tertius est dies, ex quo ista gesta sunt. Nos autem sperabamus, quia ipse erat redempturus Israël. Ipse est totus labor. Sperabatis, iā desperatis? Videtis quia perdiderant spem. Cœpit ergo eis exponere scripturas, vt illic magis agnoscerent Christum, vbi deseruerant Christum. Ideo enim desperauerant Christum: quia viderant mortuum. Ille verò aperuit eis scripturas vt agnoscerent: quasi si mortuus non fuisset, Christus esse non posset. Docuit de Moyse, docuit de subsequentibus scripturis, docuit de prophetis, quod illis dixerat, quia oportebat Christū mori, & sic intrare in gloriā suā. Audiebāt, gaudebāt, suspirabāt, & quomodo ipsi cōfessi sunt ardebant: & præsentem lucē nō agnoscebāt. Quale autē mysterium fratres mei? Intrat ad eos, fit eis hospes. Et qui per totam viam non agnoscebatur, in fractione panis agnoscitur. Discite hospites suscipere, vbi agnoscitur Christus. An nescitis quia si quē Christianū susceperitis, ipsum suscipitis? Nónne ipse dicit: Hospes fui & suscepistis me? Et quando ei dicitur, Domine, quādo te vidimus hospitē? respondet: Cum vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Cum ergo Christianus Christianū suscipit, seruiunt membra mēbris: & gaudet caput, & sibi imputat datum, quod mēbro eius fuerit erogatū. Hic ergo pascatur Christus esuriens, accipiat potū sitiens, vestiatur nudus, suscipiatur peregrinus, visitetur ægrotus. Hoc habet necessitas itineris. Sic in ista peregrinatione viuendū est: vbi Christ' eget. Eget in suis, plenus est in se. Sed qui eget in suis, & plenus est in se: egentes adducit ad se. Ibi non erit fames, non erit sitis, non erit nuditas, non erit ęgritudo, non erit peregrinatio, non erit labor, non erit dolor. Scio quia ista ibi nō erunt: & nescio quid ibi erit. Ista enim quæ ibi non erunt noui: illud autem quod ibi inuenturi sumus, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Amare possumus, desiderare possumus, in hac peregrinatione tāto bono suspirare possumus: dignè hoc cogitare & verbis explicare nō possumus. Certè ego non possum. Ergo fratres mei quærite quis possit. Si inuenire potestis: & me vobiscū discipulū trahite. Illud scio, quoniā qui potens est, sicut Apostolus ait, facere super quā petimus, aut intelligim', illuc perducet vbi fiat quod scriptum est, Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sęculorum laudabunt te. Totum negotium nostrum, laus Dei. Quid laudabimus, si non amauimus: & illud amauimus, quod videbimus? Ibi inueniemus quod hodie cantauimus, Amē, verum est: Alleluia, Laudate Dominum.

Sermo beati Augustini habitus intra octauas Resurrectionis Domini.

SERMO LXXXIX.

SICVT Domino nostro cantauimus: ita illo adiuuāte faciamus. Omnis enim dies à Domino factus est: non tamen de aliquo præcipuè scriptum est, Hic est dies quem fecit Dominus. Legimus cū Deus conderet cælum & terrā, quia dixit, Fiat lux: Et facta est lux. Et vocauit De' lucē, diem: & tenebras, noctem. Sed est alius dies certus nobis & præcipuè cōmendandus, de quo dicit Apostolus: Sicut in die honestè ambulemus. Dies iste vulgaris cotidianus, oriente sole & occidente perficitur. Est alius dies, quo fulget verbum Dei in cordibus fidelīū, & pellit tenebras non oculorum, sed malorū morum. Ipsum ergo agnoscamus, in ipso gaudeamus. Audiamus Apostolū dicentem: Filij enim lucis sumus, & filij diei: Non sumus noctis, neque tenebrarum. Sicut in die honestè ambulemus. Non in commessationib' & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: sed induite Dominū Iesum Christum. Et carnis prouidentiam, ne feceritis in concupiscentiis. Hoc si facitis, toto corde cantatis: Hic est dies, quem fecit Dominus. Quod enim cantatis, vos estis: si bene viuatis. Quàm multi per hos dies parum est quia inebriantur: insuper etiam turpiter crudelitérque rixantur. Tales non cantant, Hic est dies quem fecit Dominus. Respondet eis Dominus: Tenebræ estis: Non ego feci vos. Si vultis esse dies quem

Psal. 117. Gen. 1.

Rom. 13.

Rom. 13.

Psal. 117.

quem fecit Dñs, bene viuite: & habebitis lucē veritatis, quæ nunquam occasum faciet in cordibus vestris.

Sermo D. Augustini de Ascensione Domini.

GLORIFICATIO domini nostri Iesu Christi resurgendo, & ascendendo completa est. Resurrectionem ipsius Paschæ Dominico celebrauimus. Ascensionem hodie celebramus. Festus nobis dies vterq; Ideo enim resurrexit, vt nobis exemplum resurrectionis ostenderet: Et ideo ascendit, vt nos desuper protegeret. Habemus ergo Dominum, & saluatorē nostrum Iesum Christum prius pendentē in ligno, nunc sedentem in cælo. Pretiū nostrum dedit, cùm pēderet in ligno: collegit quod emit, cùm esset in cælo. Cùm enim omnes collegerit quos vtique per tempora colliget, in fine temporis veniet, & quomodo scriptum est, Deus manifestus veniet: non quēadmodum primitus venit occultus, sed sicut dictū est, manifestus: occultum enim oportebat eum venire vt iudicaretur, manifestus autem veniet vt iudicet. Si enim prius manifestus venisset, iudicare manifestum quis auderet? Quandoquidē dicit apostolus Paulus, Si enim cognouissent, nunquam dominū gloriæ crucifixissent. Sed si ille non occideretur, mors non moreretur. Trophæo suo diabolus victus est. Exultauit enim diabolus quando hominem primū seducendo deiecit in mortem. Seducendo primum hominē, occidit: occidendo nouissimum, primum de laqueis perdidit. Facta est ergo victoria Domini nostri Iesu Christi cùm resurrexit, & ascendit in cælum, & impletum est quod audistis cùm Apocalypsis legeretur, Vicit leo de tribu Iuda. Ipse leo dict' est, ipse agnus occisus est: Leo propter fortitudinem, agnus propter innocētiā. Leo quia inuictus, agnus quia mānsuetus. Et ipse agnus occisus morte sua vicit leonē qui circuit quærēs quē deuoret. Dictus est enim diabolus leo, feritate, nō virtute. Apostolus quippe ait Petrus, Vigilate: eos oportet aduersus tentationes, quia aduersarius, inquit, vester diabolus circuit, quærēs quem deuoret. Sed quomodo circuit, dixit, Sicut leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. Quis non incurreret in dētes leonis huius, nisi vicisset leo de tribu Iuda? Contra leonem leo, contra lupum agnus. Exultauit diabolus quādo mortuus est Christ', & ipsa morte Christi est diabolus victus, tanquam muscipula escam accepit. Gaudebat ad mortem, quasi prępositus morti. A quo gaudebat inde illi tensum est. Muscipula diaboli, crux Domini: esca qua caperetur, mors Domini. Et ecce surrexit Dominus noster Iesus Christus: Vbi est mors quę pepēdit in ligno? Vbi est insultatio Iudæorū? Vbi est typhus & superbia, caput ante crucem agitantium & dicentiū, Si filius Dei est descendat de cruce? Et plus fecit quàm illi insultando exigebāt. Plus enim est de sepulchro resurgere, quàm de ligno descēdere. Iā verò quāta gloria est quòd ascēdit in cęlū: quòd sedet ad dexterā patris? sed noc oculis nō videmus, quia nec pendentem in ligno vidimus. Totū hoc fide tenem', oculis cordis intuemur. Hodie enim sicut audistis fratres, Dominus Iesus Christus ascendit in cælū, ascendat cum illo & cor nostrum. Audiamus Apostolū dicentem, Si cōsurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedēs. Quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terrā. Sicut enim ille ascēdit, nec recessit à nobis: sic & nos cū illo ibi iā sumus, quāuis nōdum in corpore nostro factū sit quod promittitur nobis. Ille iā exaltatus est super cælos. Neque enim propterea nobis desperāda est perfecta & angelica cælestis habitatio, quia dixit, Nemo ascendit in cęlū, nisi qui descēdit de cælo, filius hominis qui est in cælo: sed hoc dictum est propter vnitatē qua caput nostrū est, & nos corpus eius. Cùm ascendit in cælum, nos ab illo non separamur. Qui de cælo descēdit, nō nobis inuidet cælū: sed quodāmodo clamat. Mea mēbra estote, si ascēdere vultis in cælum. In hoc ergo ipsi interim roboremur, in hoc votis omnibus æstuemus. Hoc meditemur in terris, q; cōputamur in cælis. Tūc exuituri carnē mortalitatis, nūc exuamus animi vetustatē. Facilè corpus leuabitur in alta cælorū: si nō premat Spiritū sarcina peccatorum. Nam & illud nonnullos calūniantibus hæreticis mouet quēadmodum Dominus sine corpore descenderit, cum corpore ascenderit, velut contrariū sit illis verbis quib. ait. Nemo ascēdit in cælū nisi qui de cælo descēdit: corpus ergo inquiunt quod nō descēdit de cælo, quomodo potuit ascendere in cælum? Quasi ille dixerit, nihil ascendit in cælum nisi quod de cælo descēdit, sed ait nemo ascēdit nisi qui descendit. Hoc enim ad personā, non ad personæ habitum retulit, descēdit sine corporis indumento, ascendit cū corporis indumento. Nemo tamen nisi qui descendit ascendit. Nā si nos sibimet tanquā sua membra ita coaptauit, vt etiā nobis coniūctis idem ipse sit, quāto magis illud corp', quod de virgine assumpsit, aliā nō potest in illo habere personam? Quis enī vel in montē, vel in murū, vel in aliquē superiorem locū dicit nō eum cælum qui descēderit ascendisse, si cum descendisset exutus ascendat indutus, aut cū descendisset inermis, ascendat armatus. Quemadmodum ergo de hoc dicitur, nemo ascēdit nisi q descēdit, quāuis cū ea re eā qua nō descendit ascēderit, sic nemo in cælum nisi Christus ascendit, quia de cælo nisi Christ' nemo descendit, quāuis sine corpore descenderit, cum corpore ascēderit, ascēsuris & nobis nō virtute nostra, sed nostra & illius vnitate. Duo quippe sunt in carne vna, sacramētū magnū est in Christo & in ecclesia vnde & ipse dicit. Igitur iā non duo sed vna caro: & ideo ieiunauit cum tētaretur ante mortē cibo adhuc indigens, māducauit autem & bibit cū glorificaretur post resurrectionem iā cibo nō indigens. Illic enim ostēdebat in se nostrū laborem, hic autem in nobis suam cōsolationem, quadraginta dieb' vtrūq; definiens. Nam quadraginta diebus ieiunauit cùm tentaretur in heremo, sicut in euangelio scriptū est ante mortem carnis suæ, & rursū quadraginta dieb. cū discipulis suis, sicut Petrus in Actib' Apostolorū loquitur, intrans & exiēs, manducans & bibens post resurrectionem carnis suæ. Quo numero quadragesimo huius seculi significare videtur excursus in his qui vocantur ad gratiam, per eū q nō venit legem soluere sed adimplere. Decem namq; sunt præcepta legis. Iā gratia Christi diffusa p mūdum & quadripartitus mūdus, & decem quadriplicata quadraginta faciūt: quoniā qui nō ēpti sunt à Dño, de regionibus cōgregauit eos ab Oriēte & Occidente & aquilone & mari. Ieiunans itaq; quadraginta dieb' ante mortem carnis velut clamabat, Abstinete vos à desideriis huius seculi; māducans autem & bibēs quadraginta diebus post resurrectionem carnis vt clamabat, Ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationem seculi. Ieiunisū quippe est in tribulatione certaminis: quoniam q in agone cōtendit ab omnibus abstinens est: cib' autē in spe pacis, quæ perfecta nō erit, nisi cū corpus nostrū cuius expectamus redemptionem inducrit immortalitatē. Quod nōdū adipiscendo gloriamur, sed sperādo iam pascimur. Vtrūq; Apostolus simul res agere ostendit dicens, Spe gaudentes, in tribulatione patientes, tāquam illud esset in cibo, hoc in ieiunio. Simul enim cū viam Domini carpim', & à vanitate prędentis seculi ieiunemus;

Act. 1. Matth. 27.

Psal. 49.

1. Cor. 2.

Apoc. 5. Christus, leo, & Agnus. Diabolus, leo. 2. Petri 5.

Matth. 27.

Actor. 1. Marci 16.

Colos. 3.

Ioan. 3.

inuenimus, vt futuri promissione reficiamus hic non apponentes cor, illuc pascentes sursum cor.

SERMO XCI. Eccle. 25.

Sermo D. Augustini Episcopi Hipponensis, De lite & concordia cum Donatistis, super illud Ecclesiastici: Concordia fratrum & amor proximorum, &c.

CAP. I. PRIMA lectio diuinorũ eloquiorum de libro qui appellatur Ecclesiasticus commẽdauit nobis tria quędã excellentia & cõsideratione dignissima: cõcordiam fratrũ, amorem proximorum, & virũ ac mulierem sibi cõsentientes. Bona hęc sunt, planè iocunda & laudabilia in rebus humanis: sed in diuinis rebus multò potẽtiora. Quis est enim qui nõ gaudeat cõcordibus fratribus? Et quod dolẽdum est in rebus humanis tam magna res ab omnibus laudatur, à paucissimis custoditur. Beati qui in seipsis amplectuntur, quod etiã in aliis laudare coguntur. Nulli nõ laudantur cõcordes fratres. Vbi vnde fratres cõcordes esse difficile est? Quia litigant de terra. Quare litigãt de terra, qui nolunt esse terra? Audiuit enim ab initio peccator homo: Terra es & in terrã ibis. Vnde sic discutiamus, & perscrutemur vocem, quam iustus debet audire econtrario. Si enim rectè dictum est peccatori, Terra es, & in terram ibis: rectè dicitur iusto, Cælũ es, & in cęlũ ibis. Aut nõ sunt iusti cælum, cùm de Euangelistis apertissimè dictũ sit, Cæli enarrant gloriam Dei? Nam quia de ipsis dictum est, consequẽtia satis ed docent: Et opera manus eius annuntiat firmamentũ. Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiã, &c. Quæris quorũ: & non inuenis nisi cælorũ. Dictum ergo de Apostolis: dictum de annuntiatoribus veritatis. Vnde sequitur, In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Quando in eos venit Spiritus sanctus, & cœpit Deus habitare cælum quod fecit de terra: locuti sunt implente & donante Spiritu sancto linguis omnium gentium. Inde dictum: Nõ sunt loquelæ neque sermones, quorum nõ audiantur voces eorum. Et quia missi inde ad prædicationem Euangelij per omnes gẽtes, In omnẽ terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Quorũ cælorũ? Quibus rectè dicitur, Cælum es, & in cælum ibis. Sic rectè peccatori, Terra es, & in terrã ibis. FRATRES ergo si volũt esse cõcordes: non amant terrã. Sed si volũt nõ amare terram: nõ sunt terra. Quærant possessionẽ quę diuidi non potest: & semper cõcordes erũt. Vnde inter fratres discordia? vnde perturbatio pietatis? Vnde vnus vterus, & non vnus animus: nisi dũ curuatur anima eorum, & partem suam quisq; respicit, & parti suæ opimandæ & exaggerandæ operam impẽdi, & in possessione sua vult habere vnitatem: qui cum fratre suo possidet diuisionẽ? Bona est ista possessio. Cuius est? Nostra est. Magna possessio. Sic dici solet, tota tua est frater, non habes hic consortẽ? Sed si vult Deus, vendet mihi partem suã. Adulator respõdet: facit Deus. Quid facit Deus? Vt prematur vicinus: & partem suam vẽdat vicino. Facit Deus, bene cogitas. Cõplaceat tibi Deus, quoniam laudatur peccator in desideriis animę suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Quid tũ iniquũ, q̃ velle ditescere alterius paupertate? Et tamen abundat hoc. Qui iniqua gerit, benedicitur: & fortè prævaluit, & fortè pressit, & oppressit: torsit & extorsit: non quẽcunque cõsortem, sed forsitã fratrem. Melius est vt ego emam quàm extraneus: & ille facile oppressus si iustus est, habet consolationẽ. Audiat scripturã quã modò audiuit, ille labore & inopia: frater eius plenus est copia. Sed plenus est terra, & inanis est iustitiæ. Aduerte terra, quid audiat ille pauper. Noli timere cũ diues factus fuerit homo, neq; cùm multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniã cũ morietur, non accipiet ea. Tene tu pauper quod dimittas moriens: & quod acquiras in æternum viuens. Tene iustitiam, non te pœniteat. CONTRISTARIS quia in terra pauper es tu: pauper hic fuit qui creauit terrã. Consolatur te Dominus Deus tuus, cõsolatur te creator tuus, cõsolatur te redẽptor tuus: consolatur te non auarus frater tuus. Dignatus est enim esse frater noster ille Dominus noster: solus frater sine dubitatione fidissimus, cũ quo concordia possidenda est. Dixi enim nõ auarum: & fortè inuenio auarum. Auarus est: sed nos vult habere, nos vult acquirere. Pro nobis pretiũ dedit seipsum: & factus est redẽptor noster. Non enim sic se dedit pretiũ: vt nos inimicus dimitteret, & ipsum possideret: dedit se morti occidẽs mortem. Morte quippe sua mortẽ occidit: non morte occisus est. Et morte occisa, liberauit nos à morte: viuebat enim morientibus nobis. Mors morietur viuentibus nobis, quãdo ei dicetur, Vbi est mors cõtentio tua? Talis ergo frater interpellatus est à quodam fratre cõtra fratrẽ inter quos nõ erat concordia: propterea & ait illi: Domine dic fratri meo, vt diuidat mecũ hęreditatẽ: totũ tulit, mihi partẽ meam non vult dare: cõtemnit me, audiat vel te. Quid pertinebat ad Dominum? Sicut cogitamus nos humiles humilia, reptantes in terra, constituti in hac vita & neminem volentes contristare: & plerunq; grauius inde contristantes quod diceremus, venit frater, tedde fratri tuo partem suam: non hoc dixit Dominus. Et qs illo iustius? Quis talẽ iudicẽ inueniat? quem interpellet cõtra auaritiã fratris sui? Nónne gaudebat ille homo tandem se inuenisse magnũ solatium? Magnũ adiutorium sine dubitatione sperabat, dicens tanto iudici: Domine, dic fratri meo, vt diuidat mecũ hęreditatem? AT ille quid dicit? O homo, quis me constituit diuisorem hæreditatis inter vos? Repulit Dominus, nõ dedit quod petebat: non concessit gratuitum beneficiũ. Quid magnũ erat? Quid inde perdebat? Quid in eo beneficio saltem laborabat? Nõ dedit. Vbi est, Omni petenti te, da? Non hoc egit ille, qui nobis viuẽdi prębuit exemplũ. Quomodo nos hic facturi sumus, aut quomodo dabimus quod impendimus: si non damus beneficium vbi nihil impendimus, vbi nihil erogamus, vbi nihil amittimus? Non dedit Dominus hoc: nec tamen nihil dedit. Minus negauit, sed quod plus est donauit. Dixit manifestè, dixit, Omni petenti te, da. Quod si aliquis petat tenon dico quod inutile est dare, sed quod turpe est dare? Quid si petat mulier aliqua, quod petlit mulier à Ioseph? Quid si petat vir aliquis, quod falsi seniores à Susanna petierunt? Etiam hic sequẽda est illa tanquã generalis sententia, Omni petenti te da? Absit. Faciemus ergo hic contra præceptum Domini? Imò faciamus secundum præceptum Domini, & mala petentibus non demus: nec contra istam sententiam faciemus. Dictũ est enim, Omni petenti te da: nõn est dictum, omnia petenti te da. Omni petenti te da: prorsus da. Et si nõ quod petit, tu tamẽ aliquid da. Malum petit, tu bona da. FECIT hoc Ioseph. Non dedit quod petebat mulier impudica, & dedit tamen quod audire deberet ne impudica esset exemplo suo: & ipse nõ incidit in foueã libidinis, & dedit cõsilium castitatis. Hoc enim respondit, Absità me ne hoc faciã Domino meo, ne polluam thorum eius: qui credidit mihi omnia in domo sua. Si seruus heri emptus hanc fidem seruauit Domino, qualẽ debet cõiunx seruare marito? Hoc erat admonere. Ego seruus hoc non faciam Domino meo: tu coniunx debes hoc facere marito tuo?

DEDIT & Susanna, nec dimisit eos inanes, si implere vellent consilium pudicitiæ: nõ solum non consensit,

CAP. III. Christus frater noster fidissimus. Lucæ 12. Ibidem. Ibidem. 1. Cor. 15. Lucæ 12. Lucæ 6. Lucæ 6. Lucæ 6. Psal. 9. Gen. 38. Psal. 48. CAP. IV.

Dan. 13. sensit, sed non tacuit. Quare non cõsensit? Si consentio, inquit, vobis, peccto Deo: si non consentio, nõ effugio manus vestras: melius autem est incidere in manus vestras, quàm perire Deo. Quid est autem, Melius est in manus vestras incidere, quam perire Deo? Vos Deo CAP. VII. peristis, qui talia quæritis. ERGO hanc regulã tenete. Date quãdo petimini: & si non hoc quod petimini. Hoc fecit Dns. Petebat ille. Quid? Diuisionẽ hæreditatis. Dedit Dominus. Quid? Peremptionem cupiditatis. Quid petebat? Quid accepit? Dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. Dic homo, quis me constituit diuisorem hæreditatis inter vos? Ego dicò vobis. Quid? Cauete ab omni cupiditate. Nũquid petitorem inanem dimisit, & non potius veritate impleuit, si ille implere vellet quod audiuit ab eo qui ait, Cauete ab omni cupiditate. Et dico. Quare? Forte enim dimidiũ hæreditatis ad hoc petis, vt ditescas, Audi. Hominis cuiusdã diuitis successit regnum, successus magnos habuit, id est, multis fructibus fœcũdatus est: & cogitauit apud se dicens, Quid faciam, quo congregem fructus meos. Et diligẽter cogitans, inueni, inquit, quid faciã. Destruam veteres apothecas, faciam nouas, implebo eas: maiores enim faciam quàm erãt veteres: & dicam animæ meæ: habes multa bona: satiare, iocundare. Ait illi Deus, Stulte, quia valde tibi videris cordatus: nosti enim destruere vetera, & ædificare noua, & tu in vetustate ruinæ remãsisti, qui vetera in teipso destruere debuisti, vt iã terrena nõ saperes. Stulte, quid dixisti? Cui dixisti? Animæ tuæ dixisti: iocundare habes multa bona. Hac nocte repetetur anima tua cui talia promisisti: quæ promisisti, cui? erũt? NOLI ergo timere cùm CAPVT VIII. diues factus fuerit homo: quia non cùm morietur, accipiet ea. Psal. 48. Ecce quale consiliũ dominus fratribus dedit diffidẽtibus quo cõcordes essent, vt carerent cupiditate, & continuo implerentur veritate. Inueniamus ergo talẽ hæreditatem. Quandiu loquimur de concordia terrenorũ fratrum quæ rara est, quæ suspecta est, quæ difficilis est: loquamur de illa fratrum concordia, quæ vera esse debet & potest. Fratres sint Christiani omnes, fratres sint fideles omnes, fratres sint nati ex Deo, ex visceribus matris Ecclesię per Spiritũ sanctũ: fratres sint, habeãt & ipsi hæreditatẽ dandã, non diuidendam: Per eum qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Merces. Ibidem. Lucæ 23. Instrumẽtum. Testamentum. Matth. 5. Gal. 5. Matth. 5.

SERMO XCII.

Sermo beati Augustini, in natali S. Stephani.

CAP. I. MARTYR Stephanus, beatus & primus, post Apostolos, ab Apostolis Diaconus ordinatus, ante Apostolos coronatus: illas tertas passus illustrauit, istas mortuus visitauit. Sed mortuus nõ visitaret: nisi & mortuus viueret, Exiguus puluis tantum populum cõgregauit: cinis latet, beneficia patent. Cogitate charissimi quæ nobis Deus seruet in regione viuorum: qui tanta †præstitit de puluere mortuorũ. Caro sancti Stephani per loca singula diffamatur: sed fidei eius meritũ commẽdatur. Sic expectemus cõsequi tẽporalia beneficia, vt eũ imitando, accipere mereamur æterna. Quod nobis beatus Martyr imitandũ in sua passione proposuit, hoc attendere, hoc credere, hoc implere: verè est sollẽnia sancti Martyris celebrare. Dominus noster Iesus Christus inter præcepta magna & salubria, diuina & altissima quę dedit discipulis suis, hoc videtur hominibus graue, quod iussit vt diligant inimicos suos. Graue præceptũ, sed grãde præmiũ. Deniq; cùm hoc moneret, videte quid dixerit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos, & orate pro persequentib̃ vos. Audisti opus, expecta mercedem. Et vide quid addat: Vt sitis, in quit, filij patris vestri qui in cælis est: qui facit oriri solem suum super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Hoc videmus, hoc negare non possumus. Nunquid dictũ est nubibus, pluite super agros cultorum meorum, & recedite ab agris blasphematorũ meorum? Nunquid dictũ est Soli, videãt te qui me colunt, non te videant qui mihi maledicunt? Beneficia de cęlo, beneficia de terra: Scatẽt fontes, agri pinguescũt, arbores fructibus onerantur. Habent ista boni, habent & mali, habent grati, habent ingrati. Qui præstat tanta bonis & malis, putamus nihil seruat bonis? Hoc dat bonis & malis, quod dedit & lapidatorib. Stephani. Hoc verò seruat bonis, q̃ dedit Stephano.

Inuentio S. Stephani, ac reliquiarum eius virtus. al. *præstat.* Opus.

MAXIME ergo fratres exemplo huius Martyris, CAP. II. inimicos nostros amare discamus. Exẽplum propositũ est de Deo patre, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Dixit hoc etiam filius Dei, post acceptionem carnis suæ, per os carnis suæ, quam amando inimicos suos, suscepit. Qui enim amator inimicorũ suorum in mundũ venit, omnes prorsus inimicos suos inuenit, neminem inuenit amicum: pro inimicis sanguinem fudit: sed sanguine suo inimicos conuertit. Inimicorum suorum suo sanguine peccata deleuit. Delendo peccata, ex inimicis amicos fecit. De his amicis erat etiam iste sanctus Stephanus: immò est & erit. Ostẽdit tamen primus ipse Dominus in cruce, quod monuit. Vndique enim Iudæis frementibus, irascentibus, irridentibus, insultantibus, crucifigẽtibus, ait: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Cæcitas enim me crucifigit. Cæcitas crucifigebat: & crucifixus eis de sanguine suo collyrium faciebat. Sed homines pigri ad præceptum, auidi ad premium, qui non diligũt inimicos suos, sed de se illis vindicare affectant, nec attẽdunt Dominum, qui si vellet se vindicare de inimicis suis, non remaneret qui laudaret eum, quando audiũt locum istum Euangelij, quo Dominus in Cruce dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt, dicunt sibi, Ipse hoc potuit, tanquam filius Dei, tanquam vnicus Patris: Caro enim pendebat; sed Deus intus latebat: nos autem quid sumus, qui ista faciamus? refellit qui iussit? Absit. Nõ fefellit. Si multum ad te putas imitari Dominum tuum: attende Stephanum conseruum tuum. Dominus Christus, vnicus Dei filius: Nunquid hoc Stephanus? Dominus Christus, de incorrupta virgine *procreatus: Nunquid hoc Stephanus? Dominus Christus, venit nõ in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: Nunquid hoc Stephanus? Sic natus est vt tu: inde natus est, vnde & tu: ab eo renatus est, à quo & tu, eo pretio redemptus quo & tu. Tanti valet, quãti vales. Vnum instrumentum nobis factum est. Euangelium instrumentum est, vbi omnes septi sumus. Vbi tu, ibi ille. Quia serui sumus, instrumẽtum est: quia filij sumus, testamentum est. Ipsum attende, conseruum attende.

al. *natus.*

MULTVM est ad te: quia infirmos oculos habes intueri solẽ: lucernã vide. Suis enim discipulis dixit Dominus, Nemo accẽdit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrũ: vt luceat omnib̃ qui in domo sunt. Domus, mũdus est: candelabrũ, Christi crux est: lucerna in candelabro lucẽs, Christus in cruce pẽdens. In ipso candelabro lucebat etiam ille, qui prius lapidantiũ vestimẽta seruabat, de Saulo Paulus, de lupo agnus, & paruũ & magnus; raptor agnorũ, & pastor agnorũ. In ipso candelabro lucebat; quando dicebat: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. Sic luceat, inquit, lumen vestrũ coram hominibus. Ecce lucet lumẽ Stephani, lucet lucerna ista. Attẽdamus

CAP. III. Matth. 5.

damus illam, nemo dicat, multum est ad me: homo e- A
rat, homo es. Sed non accepit à se. Nunquid accepit, & clausit tibi? Fons communis est: bibe vnde bibit, beneficio Dei accepit: abūdat q dedit. Et tu pete, & accipe.

Cap. IIII. Matth. 23. DOMINVS amarè & acerbè arguit Iudæos: sed amando. Væ vobis Scribę & Pharisæi hypocritę. Quando dicebat ista: quis non diceret quia oderat illos? Venit ad crucem, & ait, Pater, ignosce illis: quia nesciunt quid faciūt. Sic & Stephanus in sermone suo prius arguit, Dura ceruice, & non circūcisi corde & auribus. Verba sunt sancti Stephani quādo Iudæos alloquebatur, Dura ceruice, & non circumcisi corde, & auribus: vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut & patres vestri. Quem prophetarum non occiderunt patres vestri? Ista dicēdo, quasi odit, quasi sæuit. Lingua clamat: cor amat. Audiuimus linguam clamantē: probemus animum diligentem. Nam cùm ad lapides cucurrissent, duri ad duros, iactabant in illum pares suos. petris lapi- B
dabatur, qui pro petra moriebatur dicente Apostolo, 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Et cùm tanta esset in docēdo constantia: videte qualis extiterit in morte patientia. Hi enim ictibus lapidum corpus ipsius quatiebāt: & ille pro eis orabat: contundebatur homo exterior, & al. Deus. supplicabat interior. Sed * Dominus qui cinxerat, qui probauerat, qui ei characterem nō in manu, sed in frōte posuerat, spectabat desuper militem suū, iuuaturus Act. 7. certantem, coronaturus vincentem. Denique ostendit se illi. Ecce enim, inquit, video cælos apertos: & filium hominis stantem ad dexteram Dei. Solus videbat, qa illi soli apparebat. Et quid ait pro se? Domine, accipe Spiritum meum. Pro se rogans stetit: pro illis genu flexit; pro se erectus, pro illis curuus. Pro se celsus, pro illis humilis, genu flexit, & ait: Domine, ne statuas illis hoc peccatū. Et hoc dicto, obdormiuit. O somnus pacis. Qui inter lapides inimicorum dormiuit: quomodo in suis Cineribus * vigilauit? dormiuit secutus, quietus in pace: quia Spiritū suū Domino commendauit. al. vigilabit.

Sermo XCIII. *Tractatus D. Augustini Hipponensis Episcopi, de sancto protomartyre Stephano.*

Cap. I. BEATISSIMVS Stephanus quomodo fuerit diaconus ordinatus cum aliis sex
Act. 6. etiā ipse septimus, & quomodo peruenerit ad supernam coronam, cùm ipsa lectio legeretur audistis. Hoc primum primi Martyris meritum cōmēdatum est charitati vestræ: quia cùm aliorum Martyrum vix gesta inueniamus, quæ in sollēnitatibus eorū recitare possimus, hu-
Actus Apostolorum Canonicus est, & legitur à Dominico Paschæ. ius passio in Canonico libro est. Actus Apostolorū, liber est de Canone scripturarum. Ipse liber incipit legi D
à Dominico Paschæ, sicut se consuetudo habet Ecclesiæ. In hoc ergo libro cui titulus est, Actus Apostolorū, audistis quomodo sunt electi, & ab Apostolis ordinati septē Diaconi, in quibus sanctus Stephanus erat. Priores Apostoli: sequentes Diaconi. Et prior Martyr de Diaconis, quàm de Apostolis: Prior victima de agnis, quàm de arietibus. Quantā autem cum Domino suo & Saluatore suo habuit similitudinem passionis? Falsi
Stephanus habuit similitudinē passionis cum Saluatore. testes aduersus istū, quomodo aduersus illū. Et de ipsa re, Nostis enim & recolitis, falsi testes contra Dominū Christum quid dixerunt, Nos audiuimus eum dicere, Matth. 26. Soluo templum hoc, & post triduum ædifico alterum Marci 14. nouum. Non autem hoc Dominus dixerat, sed vicina esse voluit falsitas veritati. Quomodo sunt falsi testes?
Ioan. 2. Audierūt dixisse, Soluite templum hoc, & post triduū resuscitabo illud. Euangelista autem dicit: hoc autem dicebat de tēplo corporis sui. Falsi testes pro eo quod dictum est soluite, dixerunt, soluo. Modicum in syllābis mutauerunt; sed tanto falsi testes peiores fuerunt, quanto propinquare veritati per calumniam voluerūt. Et huic quid obiectum? Nos audiuimus eum dixisse, Act. 6. quia Iesus Nazarenus destruet templum hoc, & mutabit consuetudinem legis. Falsum testimoniū dicebant, & vera prophetabant. Quomodo Caiphas ille, magi- Ioan. 11.
ster illorum, princeps sacerdotum dans consilium Iudæis, vt occideretur Christus, hoc dixit: Expedit vnum mori, quàm vt tota gens pereat. Ait autem Euangeli- Ibidem.
sta: hoc non à semetipso dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit quia oportebat Christum mori pro gente. Quid hoc est fratres? Magna vis est veri- Veritati magna vis.
tatis. Oderunt veritatem homines: & veritatem prophetant nescientes. Non agunt, sed agitur de illis. Processerunt ergo isti falsi testes similes falsis testibus: sed pro quibus occisus est Christus.

Cap. II. ILLI adduxerunt eum in concilium: vt haberent B
Act. 5. & 6. Act. 7. maius iudicium. Amicus autem Christi cùm dixisset causam suam, prædicauit veritatem Domini sui. Moriturus erat. Quare impiis pia lingua taceret? Quare nō pro veritate moreretur? Hoc vno impar Domino suo certi causa mysterij, quantum pertinet ad similitudinē passionis. Nam ille Deus est excellentia maiestatis: Dominus quando ad passionem ductus est, interrogatus tacere maluit: iste non tacuit. Quare ille tacere maluit? Quia prædictum de illo erat: Sicut ouis ad im- Esa. 53.
molandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Iste autem quare tacere noluit? Quia ab ipso Domino dictum erat: Quæ Matth. 10.
dico vobis in tenebris, dicite in lumine: Et quæ in aure auditis, prædicate super tecta. Quomodo sanctus Ste- Super tectum prædicare. Act. 7.
phanus super tectum prædicauit? Quia domum luteam C
carnem calcauit. Qui enim mortem nō timet, carnem calcat. Hic prius exposuit illis ab initio legem Dei, ab Abraham vsque ad Moysen, vsque ad datam legem, vsque ad introitum in terram promissionis; vt commendaret quia non erat verum testimonium vnde illi calumniam commouebant. Deinde de Moyse dedit eis magnam similitudinem ad Christum. Reprobatus ab eis Moyses, & ipse eos liberauit. Non reddidit malum pro malo: immò reddidit bonum pro malo. Sic & Dominus Christus reprobatus à Iudæis, ipse illos est postea liberaturus.

Cap. III. SED modo qui moritur, mortuus est. Iudæi quos vides habebunt tempus liberationis suæ, per ipsum quem reprobauerunt, sed nesciūt. Modo qui blasphemant, pereunt. Tunc alij erunt, non isti. Quando ista dicimus, non aliis sed sibi promittimus salutem. Gens liberabitur, non isti. Intendite & accipite & similitudinem. D Nunquid non modo Gentes liberat Deus? Credunt omnes Gentes in Christum: & fiunt de filiis diaboli filij Dei. Tamen illi parentes nostri de quibus nati sumus, qui idola coluerunt, cum idolis perierunt. Audistis, & spectacula cordis vidistis. Sonus erat in auribus, visio in mentibus. Spectastis magnum agonem sancti Stephani, qui in agone lapidabatur. Quis? Qui iam dudum legem docebat. Quam legem docebat? Quam illi in tabulis lapideis acceperunt. Merito lapi- Act. 7.
dei facti, amicum Christi lapidauerunt. Dura ceruice. Postea quam docuit, obiurgare cœpit. Et non circumcisi corde, & auribus. Quem prophetarum nō occiderūt patres vestri? Sæuire videtur lingua. Ferox cor, lene cor: clamabat & amabat. Sæuiebat, & saluos fieri volebat. Quis non crederet iratū, quis non crederet odiorū facibus inflammatum, quando dicebat, Dura ceruice, & nō circumcisi corde & auribus? Intercea de cælo Dominus aspexit, & vidit. Apertum est cęlum: vidit Iesum tanquam

Ibidem. tamquam exhortantem athletam suū. nec tacuit quod A
vidit. Ecce video, inquit, cęlum apertum, & filium hominis stantem ad dexteram maiestatis. Illi hoc audito, quasi blasphemia esset, quod ille dixisset, aures obturauerunt, ad lapides cucurrerunt. In Psalmo erat dictū:
Psal. 57. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures. Prorsus exhibuerunt, quod de illis prædictum erat. Cæpit lapidari. Modo attendite illum sæuiētem: recolite verba dura. Dura ceruice, & non circūcisi corde & auribus. Quasi inimicus erat: quasi si fieri posset omnes occidere cupiebat. Hoc dicat, qui cor non videt. Latebat cor eius: sed audita sunt nouissima verba eius, & patuerunt occulta eius, cum lapidaretur. Domine Iesu, accipe Spi-
Act. 7. ritum meum. Tibi vixi: tibi morior. Domine Iesu, accipe Spiritum meum. Quia adiuuisti, vicit quē suscipis. Accipe Spiritum meum, de manu eorum qui oderunt tuum. Hoc dixit sanctus Stephanus stans.

Cap. III. ET post hoc fixit genu, & ait: Domine, ne statuas il- B
lis hoc peccatū. Vbi est, dura ceruice? Hoc est totum quod clamabas, hoc est totum quod sæuiebas? Foris clamabas: & intus orabas. Domine Iesu accipe Spiritum meum, hoc stans. Exigebat enim debitum, quādo
Exigebat Stephanus debitum martyribus promissum. dicebat, Domine Iesu accipe Spiritū meum. Exigebat debitum, quod Martyribus promissum erat: debitum de quo dicit Apostolus: Ego enim iam immolor, & tēpus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, 2. Tim. 4.
cursum cōsummaui, fidem seruaui. De cætero, reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Reddet, reddet, quod debet. Qui erat ante debitor suppliciorum, postea cæpit nō tenere largitorem præmiorum. Vnde fuit Apostolus
Forte debitorem. 1. Cor. 15. Paulus debitor suppliciorum? Quia inimicus Ecclesiæ, quia persecutor. Ipsum audi. Non sum dignus dici Apostolus: quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Nō sum dignus, dignus dicit. Quare non es dignus? Pœnas pa- C
ti, intrare in gehennas, pro meis meritis cruciari, hoc eram dignus. Apostolus, non eram dignus. Vnde hoc tibi, quod non eras dignus? Secutus est: Sed gratia Dei
Ex se homo malus, Dei autem dono bonus. 1. Tim. 4. sum, id quod sum. Malo meo fui quod fui: dono Dei sum quod sum. Vt ergo postea exigeret debitum, prius accepit indebitum. Quod debitū postea? Superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex. Reddet mihi, debetur mihi? indebitū prius. Quid? Non sum dignus vocari Apostolus: sed gratia Dei sum id quod sum. Sic & sanctus Stephanus, Domine Iesu stans secum ad fiduciam, quia bene militauerat, bene certauerat, hosti nō cesserat, timorem calcauerat, carnem sprcuerat, mundū & diabolū vicerat. Inde cum diceret, Domine Iesu accipe Spiritum meum, quando iste exigebat debitum, Paulus Apostolus cumulabat sibi debitum. Ille petebat debitum bo- D
num: ille addebat ad debitum malum. Quid enim putatis fratres? Quando lapidabatur Stephanus audistis,
Act. 7. sed forte non aduertistis. Posuerunt falsi testes lapidaturi Stephanum, posuerunt vestimenta sua ad pedes
Cap. V. cuiusdam adolescentis nomine Sauli. ISTE Saulus, & postea Paulus. Persecutor Saulus, prædicator Paulus. Saulus enim nomē est à Saule. Saul persecutor e-
Saulus à Saule dictus. 1. Reg. 18. 19. 20. rat regis Dauid. Talis fuerat Saul in Dauid, qualis Saulus in Stephanū. Postea verò cum vocatus esset è cęlo: vocatus prostratus, mutatus, vbi cœpit Apostolus prę-
Paulus, modicus, paruus. 1. Cor. 15. dicare verbū Dei: mutauit sibi nomen, & dixit se Paulum. Et hoc quare elegit? Quia Paulus modicus est, Paulus paruus est. Nos solem sic loqui: videbo te post paulū: id est, post modicū. Vnde ergo Paulus? Ego sum minim Apostolorū. Magna diuina spectacula. Qui erat cæde Stephani persecutor, factus est regni cælorū postea prædicator. Quātū sæuiebat in illa cæde vultis audire? Vestimēta lapidantiū seruabat, vt omnium manib lapidaret. Ergo posteaquā Stephanus sanctus stās exigeret debitū dicēs, Domine Iesu accipe Spiritū meum: attēdēs inimicos suos, qui sibi lapidando malū debitum faciebant, & addebant ad thesaurū illū de quo dicit Apostolus Paulus, Tu autē secundum duritiam Rom. 2.
tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram, in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei: attēdit eos, & misertus est eis, & fixit pro eis genu: pro se stabat, pro eis genua figebat. discreuit iustum à peccatoribus: pro iusto stans petebat, quia mercedem exigebat: pro peccatoribus genua fixit, quia sciebat quā difficile pro tam sceleratis posset exaudiri. Quamuis iustus, quamuis sub ipsa corona cōstitutus, non præsumpsit, sed genu fixit: non attēdēs quid ipse dignatus esset petēdo accipere, sed quid ipsi digni essent, à quib volebat horrēda supplicia remouere. Domine, inquit, ne statuas illis hoc peccatū. Quod Stephanus humilis, Christus sublimis: Quod ille ad terram inclinatus, hoc Christus in ligno suspensus. Nam recolite quia & ipse ait: pater, ignosce Lucæ 23.
illis, quia nesciunt quid faciunt. Sedebat in cathedra crucis, & docebat Stephanum regulam pietatis. O Magister bone, bene pronūtiasti, bene docuisti, Ecce discipulus tuus orat pro inimicis suis, orat pro lapidatoribus suis. Ostendit quomodo te debuerit imitari, sublimem humilis, creatorem creatura, mediatorē victima, Deum & hominem homo Deus; sed tamen in cruce hominem, Deum Christum; sed in cruce hominem, quādo dicebat clara voce, Pater ignosce illis, quia ne-
Cap. VI. sciunt quid faciunt. DICIT sibi ille: Ille orauit pro inimicis suis quia Christus, quia Deus, quia vnic? Ego qui sum, qui hoc faciam? Si multū est ad te Dominus tuus, nescis quia Stephanus est conseruus tuus: pocuit Deus per Stephanum non exinanitum. Si ista in Euangelio præcessisse videtis fratres mei, nemo dicat in corde suo, Quis illud facit? Ecce Stephanus fecit de se: de suo fecit? Si autem de dono Dei fecit, nūquid intrauit, & cōtra te clausit? Nunquid pontem transiuit, & præscidit? Multum est ad te. Pete & tu. Fons manat, non siccauit. Et verè dico charitati vestrę fratres mei, Exer- Exercenda est mansuetudo erga inimicos, Ira, scorpio est.
cete vos quantum potestis, ad exhibendam mansuetudinem, etiam erga inimicos vestros. Frenate iram, quæ vos stimulat ad vindictam. Ira enim scorpio est. Si te suis internis flāmis excitauerit, magnum aliquid putas, si te de inimico tuo vindicaueris. Si vindicare te vis de inimico tuo, ad ipsam iram tuam te conuerte: quia ipsa est inimica tua, quæ occidit animā tuam. O Ira est inimica nostra, quæ occidit animam. homo bone, Nolo enim dicere, homo male. Melius hoc dico quod te esse volo, quā quod es. Homo bone, quid tibi facturus est inimicus tuus? Quid est facturus, vt multū possit: vt Deus illū ad totum permittat quod D
cupit? Sanguinem tuum cupit fundere. Difficile est quidem, & ipsi rati inimici sunt, qui vsq; ad mortem sæuiant. Solent & ipsi inimici quādo viderint eos quos persequuntur affligi, conuertere iram in misericordiā. Difficile inuenis inimicum, qui sæuiat vsque ad mortem. Sed fac vsq; ad mortem. Talem pone tibi inimicū qui sæuiat vsque ad mortē. Quid facturus est? Quod Iudæi Stephano. Sibi, pœnā: Stephano, coronam. Occisurus est te inimicus tuus, quasi non moriturū, quasi semper victurum? Hoc tibi facturus est inimicus, quod quādoque factura erat febris. Si te occiderit, febri tuæ similis erit. Tibi ergo, occidendo te, erit nociturus? nō. Imò tibi, si bene mortuus fueris, eiunque dilexeris, ad cæleste premium aliquid additurus. Nescis quantum præstiterint isti lapidatores sancto Stephano? Nūquid sciebant illi pro bonitate reddendam esse coronam: illis pro malitia reddendam esse pœnam? Diabolus

quanta præstitit? Omnes martyres ipse nobis fecit. Sed nunquid hinc iturus est? Sed de beneficiis suis q; nolebat illi imputabitur quod ipse cupiebat, nõ quod de illo Deus faciebat. Ergo inimicus tuus quicũque fuerit, vsque ad mortem, nihil tibi nocebit. IRA vide quid nocet. Agnosce inimicam tuã: agnosce cum qua pugnas, in theatro pectoris tui. Angustum theatrum: sed Deus spectat. Ibi doma inimicam tuam. Vis videre quàm sit ista vera tua inimica? Modo ostendo. Oratorus es Deum. Ventura est hora vt dicas: Pater noster, qui es in cælis. Venturus es ad illum versum: Dimitte nobis debita nostra. Quid sequitur? Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ibi illa inimica stat cõtra te. Sepit viam orationis tuæ: murum erigit, & non est qua trãseas. Bene totum dixisti. Pater noster. Cucurrit. Dimitte nobis debita nostra. Et quid postea? Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ipsa aduersaria cõtradicit. Nec ante velum, sed intus. In ipso secretario cordis tui, ibi tibi clamat, contradicit. Qualis inimica fratres, quæ contradicit? Sicut & nos dimittimus. Non permittit vt sæuias cõtra inimicum tuũm. In istam sæuias. Melior est qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem, scriptura dicit. Quod dixi modò, scriptum est. Melior est qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem. Nunquid non bellator Imperator quando venit ad aliquos hostes, & inuenit ciuitatem munitã, armatis instructã, optimam aduersantem sibi, si illam ceperit, si illam vicerit, si illam euerterit, triumphos quærit? Sicut autem narrat scriptura, melior est qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem. In manu tua est. Non potes illam interimere, potes illam reprimere. Si fortis es, irã vince: & ciuitati parce: video vos attentos, scio quam bene accepistis. Deus assit certaminibus vestris: vt prosit vobis quod tanti martyris agonẽ spectastis: vt quomodo vincentem vidistis, & vincenti fauistis: sic & vos in corde vestro vincatis. Conuersi ad Dominum, &c.

CAP. VII. Ira, inimica nostra.

Matth. 6.

Prou. 16. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.

Non potes iram interimere, sed reprimere.

Sermo beati Augustini Episcopi, in natali S. Stephani.

SERMO XCIIII. CAP. I.

LORIOSISSIMVS, & in Christo beatissimus martyr Stephan⁹ iam sermone suo saginauit nos: sed post illam saginam appono vobis de sermone ministerij mei quasi secũdam mensam. Et quid dulcius inuenio quod in eã imponam, quàm Christũ, & martyrem ipsum? Ille enim Dominus, iste seruus: sed Stephanus de seruo amicus. Nos autẽ sine dubio serui: ille præstet vt simus & amici. Tamen quales serui? Tales, qui possimus salua conscientiæ fronte cantare: Mihi autẽ valde honorificati sunt amici tui Deus. Antequã occideretur S. Stephanus in aperto, & in occulto coronaretur, audistis qualis fuerit electus ab Apostolis. Inter Diaconos illos nominatus primus, sicut inter Apostolos Petrus. Ergo cùm esset ab Apostolis ordinatus, in breui ad passionẽ præcessit ordinatores suos. Ab eis est ordinatus: sed prior coronatus. Quid ergo audistis cùm eius passio legeretur? Stephanus autem plenus gratia & Spiritu sancto, faciebat prodigia & signa magna in plebe, per nomẽ Domini Iesu Christi. Intelligite quis, per cuius nomẽ. Qui nostis amare Stephanũ, in Christo amate. Hoc enim vult, hoc illi gratũ est: inde gaudet, hoc acceptum habet. Non enim nomen suum voluit iactare apud lapidatores suos. Attendite quẽ cõfitebatur, quãdo lapidabatur, quẽ confitebatur in terra quẽ videbat in cælo; pro quo tradebat carnem suam, cui commendabat animam suam. Nunquid enim legimus, aut in doctrina sana alicubi legere possum⁹, quia faciebat aut facit signa Iesus per nomẽ Stephani? Fecit Stephanus, sed per nomen Christi, hoc facit & modò. Quicquid videtis quia fit per memoriam Stephani, in nomine Christi fit: Vt Christus cõmẽdetur, Christus adoretur, Christus expectetur Iudex viuorum & mortuorũ: & ab eis qui illum diligunt ad dexteram stetur. Quando enim venerit, stabunt ad dexteram, stabũt ad sinistrã. Beati, qui ad dexteram: miseri, qui ad sinistram.

Psal. 138.

Inter Diaconos B. Stephanus primus: inter Apostolos autẽ B. Petrus. Act. 6.

S. Stephanus in Christo amandus.

IMITETVR tamen Dominum suum beatissimus Stephanus. Miro modo inter lapides patiebatur duros mittentes. Quid, nisi quod erant? Vt sciatis quia duros patiebatur: hoc illis dixit, Dura ceruice, & nõ circumcisi corde & auribus. Vos semper Spiritui sancto resistitis. Mori vis, festinas lapidari, ardes coronari. Vos sẽper Spiritui sancto resistitis. Talia cùm diceret, fremebant illi, & stridebant dentibus suis. Adde Stephane, adde quod nõ ferant, adde quod sustinere nõ possint: adde vnde te possint lapidare, vt inueniamus quod celebrare. Aperti sunt cæli: vidit martyr, martyrũ caput: vidit Iesum stãtem ad dexteram patris: vidit, vt nõ taceret. Non illi videbant, sed inuidebant: & ideo nõ videbant, quia inuidebant. Non tacuit ille quod vidit, vt peruenirет ad eum quẽ vidit. Ecce, inquit, video cælos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram maiestatis. Illi continuerũt aures suas, quasi cõtra blasphemiã. Agnoscitis illos in Psalmo, Sicut aspidis, inquit, surdæ & obturãtis aures suas, ne audiant vocẽ incantantis, & medicamẽtum † medicantis à sapiente. Sicut enim dicuntur aspides quando incantãtur, vt nõ prorumpant & exeãt de cauernis suis, premere vnã aurem ad terram, & de cauda sibi alteram obturare, & tamen incantator producit illas: sic & isti adhuc in cauernis suis † stridebant, quando in suis cordibus æstuabant, nondum prorumpebant. Obturauerunt aures. Iam prorumpãt, appareant* quid sint: ad lapides currãt. Cucurrerunt, lapidauerunt. QVID Stephanus, quid? Attẽdite. Prius ille quẽ bonus amicus imitabatur Dominus Iesus Christus, cùm penderet in cruce, dixit: Pater, in manus tuas cõmendo Spiritum meum. Hoc sicut homo, sicut crucifixus, sicut nat⁹ ex femina, sicut carne indutus: sicut moriturus pro nobis, sicut in sepulchro futurus, sicut resurrecturus tertio die, sicut in cælos ascẽsurus. Omnia enĩ ista in homine. Homo ergo: Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum. Ille dixit, Pater: Stephanus, domine Iesu. Quid & ipse? Accipe Spiritum meum. Tu dixisti patri; ego tibi. Mediatorem agnosco. Venisti iacentem leuare: non cecidisti cùm iacerem. Accipe, inquit, Spiritum meũ. Hoc pro se orabat: Venit illi in mentem aliud, vnde imitaretur Dominum suum. Recolite pendentis verba in ligno, & intendite verba eius qui lapidabatur confitentis. Quid ille? Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Fortè in ipsis erat tunc Stephanus, qui nesciebant, quid faciebãt. Multi enim postea crediderũt. Et incertum est nobis vnde fuerit beatissimus Stephanus, vtrũ ex illis qui prius in Christũ crediderant sicut Nicodemus qui ad eumvenit nocte, qui ibi* sepeliri meruit vbi & iste, quia per illum & iste inuentus est: vtrum ergo in his fuerit, an forte in illis qui post ascensum Domini veniente Spiritu sancto quãdo impleti sunt discipuli, & loquebãtur linguis omniũ gentium, & cõpũcti Apostolis dixerũt, Viri fratres, quid faciemus? Indicate nobis. Desperabant enim de salute: eò quod Saluatorẽ occiderant. Et ait illis Petrus, Agite pœnitẽtiam, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Domini nostri Iesu Christi, & accipietis Spiritum sanctum, & remittentur vobis peccata vestra. Putas omnia? Quid peccatorũ remanebat, quando & illud peccatũ remittebatur, quo remissor occisus est peccatorũ? Quid peius, quàm occidere Christũ? Hoc deletũ est. Quid igitur? Forte inter illos fuit Stephanus. Si inter illos fuit? & pro

Cap. II.

Act. 7.

Ibidem.

Psal. 57.

al. medicati.

Cap. III. Luc. 23.

al. qui.

Act. 7.

Luc. 23.

al. illum sepeliri meruit, vnde & ipse per ipsum inuentus est.

Act. 2.

al. hæc.

& pro illo valuit † illa oratio, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tamẽ & Saulus inter illos fuit. Cùm lapidaretur Stephanus agnus, adhuc ille erat lupus, adhuc sanguinẽ sitiebat, adhuc manus suas quibus lapidaret parum putabat: lapidantiũ vestimenta seruabat. Ergo recolẽs quid pro se dictum sit, si & ipse inter illos erat, de quibus dixit Dominus, quando ait, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, imitans ergo etiã in hoc ipso dominũ suum, vt eius amicus esset, dixit & ipse: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Sed quomodo dixit? Posito genu in terra. Se stans cõmendauit: quãdo orauit pro inimicis genu fixit. Quare se stãs cõmendauit? Quia iustũ commẽdauit. Quare pro illis genua fixit? Quia pro sceleratis orabat. Domine, ne statuas illis hoc peccatum. PVTAS verba ista audiuit Saulus? Audiuit subsannans, sed irrisit: & tamen ad orationem Stephani pertinebat. Adhuc grassabatur, & iã pro illo Stephanus exaudiebatur. Nostis enim iã vt aliquid dicam de Saulo, & postea Paulo. Vtique nostis: In eodem libro scriptum est, quemadmodum crediderit Paulus. Occiso Stephano persecutionẽ grauissimam Ecclesia Hierosolymis passa est. Fugati sunt fratres, qui ibi erant: soli Apostoli remanserũt: cæteri fugabantur. Sed tamquam ardentes faces, quocũque veniebant accẽdebant. Stulti Iudæi, quãdo illos de Hierosolymis fugabant: carbones ignis in syluã mittebãt. Adhuc Saulus cui nõ suffecit occisus Stephanus, quod libẽter recolimus, quia iam colimus, quid fecit? Accepit epistolas à Sacerdotibus & Scribis, vt vbicunque inueniret viros viæ huius, id est, Christianos, alligatos adduceret ad supplicia sumẽda, qualia sumpserat Stephanus. Et iratus ibat Saulus, ibat lupus ad caulas, ad greges Domini. Vt rabidus lupus sanguinem sitiebat, cædes anhelabat, ibat per viam. Et ille de sursum, Saule, Saule, quid me persequeris? Lupe, lupe, quid agnum persequeris? Ego quãdo sum occisus, Leonem occidi. Quid me persequeris? Exue te † lupo: esto de lupo ouis, de oue pastor. DVLCISSIMÀ pictura est hæc: vbi videtis sanctum Stephanum lapidari, videtis Saulum lapidãtium vestimenta seruãtem. Iste est Paulus Apostolus Christi Iesu, iste est seru⁹ Christi Iesu. Bene audistis vocem, Quid me persequeris? Stratus es, erectus es: prostratus persecutor, erectus prædicator. Dic, audiamus. Paulus seruus Christi Iesu, per voluntatẽ Dei. Nunquid per voluntatẽ tuam? O Saule per volũtatem tuam scimus, vidim⁹ fructus tuos. Occisus est Stephanus per voluntatẽ tuam. Per volũtatem Dei, videmus fructus tuos. Vbique legeris, vbiq; recitaris, vbique ad Christũ aduersantia corda conuertis, vbiq; pastor bonus magnos greges colligis. Cùm eo quẽ lapidasti, cũ Christo regnas. Ambo ibi vos videtis, ambo modò sermonem nostrũ auditis: ambo pro nobis orate. Ambos vos exaudiet, qui vos coronauit: vnũ prius, alterũ postea. Vnum qui persecutionem passus est, alterum qui persecutus est. Ille tunc agnus erat, ille autẽ lupus erat. Modò autem ambo agni sunt. Agni agnoscant nos, & in grege Christi videant nos: Orationibus suis cõmendent nos, vt quietam & tranquillam vitam impetrent Ecclesiæ Domini sui.

Ibidem.

al. lupe.

Cap. V.

1. Cor. 1.

Item de sancto Stephano, Sermo S. Augustini Episcopi.

SERMO XCV.



NATALEM Domini Hesterna die celebrauimus: serui hodie Natalẽ celebramus. Sed Natalẽ Domini celebrauim⁹, quo dignatus est nasci: Natalẽ serui celebramus quo coronatus est. Celebrauimus Natalẽ Domini quo indumentũ nostrę accepit carnis: natalẽ serui celebramus, quo suæ carnis abiecit indumentũ. Natalẽ Domini celebrauimus quo factus est similis nobis: celebramus serui Natalẽ quo factus est proximus Christo. Sicut enim Christus nascendo Stephano, ita Christo Stephanus moriendo cõiũctus est. Sed Domini nostri Iesu Christi ideo Natiuitatis, & Passionis diem geminę deuotionis obsequio frequẽtat Ecclesia, quoniam vtrumq; medicina est. Nã & natus est, vt* nasceremur: mortuus est, vt in perpetuum viueremus. Martyres autem ad mala certamina nascendo venerunt, trahentes originale peccatũ: moriẽdo autẽ ad bona certamina transierunt, finientes omne peccatum. Nam si in persecutione constitutos futuræ beatitudinis præmia non consolarentur: quando illa de diuersis passionibus supplicia sustinerent? Si beatus Stephanus sub imbre lapidum constitutus, futura premia non cogitasset, quomodo illam grandinẽ pertulisset? Sed illius præceptum gestabat in animo, cuius presentiã cernebat in cælo: & ad eum flagrantissimo amore suspensus, carnem quantocius relinquere, & ad ipsum cupiebat auolare: nec mortẽ iã timebat, quia Christũ quẽ ꝓ se occisum sciebat, viuẽtem videbat: ac per hoc festinabat etiam ipse mori pro illo, vt viueret cum illo. Quid enĩ viderit beatissimus martyr in illo agone cõstitutus, recolitis sine dubio verba eius quæ de Actũ Apostolorũ libro soletis audire. Ecce, inquit video cælos apertos. Beatus homo cui cæli patebãt. Sed quis cęlũ aperuit? Ille de quo in Apocalypsi dicitur: Qui aperit, & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Quando Adã de paradyso eiectus est, post illud primũ nefandũq; peccatũ, contra humanum genus clausum est cęlũ: post passionem Christi latro primus intrauit: postea Stephanus apertũ vidit. Quid miramur? Quod fideliter vidit, fideliter indicauit, & violẽter inuasit. Eia fratres, sequamur eum. Si enim sequimur Stephanũ, coronabimur. Maxime autem sequẽdus & imitãdus est nobis in dilectione inimicorũ. Nostis enim quia frequentiũ inimicorum congregatione circumdatus, cum crebris hinc & illinc saxorum ictibus tunderetur, placidus & intrepidus, mitis & lenis inter lapides à quibus occidebatur, intuẽs illum pro quo occidebatur, non ait, Domine iudica obitũ meum, sed accipe Spiritum meum. Nõ ait, Domine Iesu, vindica seruũ tuum, quem vides isto supplicio mortis addictum: sed ne statuas illis hoc peccatũ. Persistẽs ergo beatissimus martyr in testimonio veritatis & charitatis, ardẽs Spiritu, sicut nostis, peruenit ad gloriosissimum finẽ: & qui vocatus vsque ad finẽ perseuerauit, in finẽ quod vocabatur adeptus est, sui nominis gloria Stephanus perductus est ad coronã. Quando ergo beatus Stephanus pro Christo primus sanguinẽ suum fudit, quasi corona processit de cęlo: vt eam sumerent sequentes in præmio, qui præcedentis virtutẽ imitarentur in prœlio. Impleuerunt postmodũ terrã crebra martyria. Quicunq; postea sanguinem ꝓ Christi confessione fuderunt, imposuerunt coronam illam capiti suo, & eam secuturis integrã seruauerunt. Et modo fratres de cælo pẽdet: quisquis eã concupierit, ad eã velociter volabit. Et vt sanctitatem vestram breuiter atque euidenter hortemur, multis non opus est verbis: sequatur Stephanum, quicunque desiderat coronam. Cõuersi ad Dominum, &c.

Act. 7.

Act. 7.

Apoc. 3.

Sermo de eodem.

SERMO XCVI.

MAGNIFICA martyrum solemnitas compellit affectionem nostram, verbi diuini vobis tradere semina pretiosa. Vnde rogamus vt pluuiæ cælesti corda vestra preparetis, vt iactantes semina vestra, fructum centesimum afferatis. Pium ergo diem beatissimi martyris Stephani hodie celebramus: nõ quo natus est mundo, sed quo per passionem migrauit ad cælum. Magnum decus meruit

verbi diuiti, vt & Leuiticum honorem placitum exhiberet, & egregium martyrium consummaret. Duplicē gratiæ sanctimoniam accepit in cælestib. regnis, quia sanctè Deo vixit in terris: anima eius secundū sentētiam Salomonis. Beati Apostoli vocē audiuimus. Despondi enim vos, dicit Christianis, vni viro, virginē castā exhibere Christo. Beatus Stephan⁹ Christū meruit diligere, vt meruisset eum de terra videre, sicut dicit: Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. O cor mundum, quod bene nouit deum. Nunc illud Euangelij quod dicit de lapide qui reprobatus fuerat, hic factus est in caput anguli, completum est præconium. Et iterū: Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Videte quid meruit beatissimus Stephanus post exitum corporalē, qui hic adhuc corpore positus, Trinitatem meruit ipsam videre. Tunc Iudæi alienati à vita sanctorum, lapidare cogitauerunt beatum Stephanum. Iudæi virum Dei lapidabant: ille rogabat aspiciens Deum. Ille aspiciebat diuinitatē: & propriam exercebant Iudęi feritatē. Veniebant super eum lapides quasi nimbi, & ille fixis genibus orabat, p delictis populi scelerati. Beatus Stephanus orabat pro peccatis eorum: & illi pictatem nullam in eum ponebant. Quid agis Saule, quid martyr in martyrē sæuis? Quia & tu lapidaberis manibus alienis. Iudæi lapidabāt, & Saulus seruabat vestes eorū. Beatus Stephanus Deum exorabat pro iniquitatibus eorū: qui à Domino Christo tale accepit vocabulum, vnde corona martyrij depingat triumphū. Sic enim per linguā Græcam nomen accepit corona, quod Latine interpretatur vita perpetua. Et ideo cōuersi mecum deprecemur beatissimum martyrem Christi, vt meritis ipsius nobis imploret coronā in vita perpetua, vt cum eo simus in sęculorum sęcula, Amen.

Item D. Augustini sermo de S. Stephano martyre.

SERMO XCVII. CAP. I.

POSTOLICA lectio fratres mei, nuper auribus nostris insonuit, & quantum optatum est cordib⁹ nostris inseri, hortabatur quippe nos cùm patientia ad promissum nobis prēmium agonis: in qua parte fateor pusillanimitatis meę animū valde permouit. Quis enim potest cùm patiētia currere? Solet in agone grāde esse certamē: studet vnusquisq; ab alio nō vinci. Quomodo ergo patiens erit, qui superare cōtendit? Si lentus est, vincitur, si currit, impietas certat, sudat, dimicat. Quā patientiā seruat, nisi quia fortè fratres certamen hoc nostrum, non est corporis, sed animi? Currere nostrum, non est loci, sed mentis.

CAP. II. SVPERIVS ostendit beatus Apostolus, ad quale nos certamē prouocauerit. Enumerat enim omniū sanctorū certamina nominatim, & cū turbam sanctorum enumerasset, ait: Tantam habētes & nos nubē testium. Hebr. 12. Si testes sunt, obscuri nō sunt. Quomodo ergo nubes sunt? Non obscuritate, sed celsitudine. De his enim loquebatur, qui iam cum Deo requiescebant, & desuper nos in terra abscondebat, & tamē ait: Postquam certauerunt, expectant ne sine nobis perfecti perficiantur. Cucurrerūt, peruenerūt, & tamen nondum acceperūt, quia nos expectant. Et ibi ergo patientia, donec veniat DOMINVS, & illuminet abscōdita tenebrarum, & manifestet consilia cordis: & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. 1. Cor. 4. Laus erit tunc. Quid nūc? Requies & patientia. Tantā ergo habentes nubē testū, Abrahā, Isaac, & Iacob, Ioseph, Heliā, Helisæū, Paulum, Iacobum. Et quis numeret tantā nubem testiū? CAP. III. De isto numero sanctorum virorum Stephanus beatissimus erat, qui primus in huius cucurrit cū patientia stadio sęculi: qui dū ab incredulis saxeo cederetur crebrius imbre, patientiā sacro nō amisit ex corde. Tūc aduersus cū excitatur infelix Iudæorū in numera multitudo, & fremēs in delicatos duros mittit lapides artus: Cur insana Iudęa fremis, cur in martyrem duros oculos figis? Quē putas tuis lapidibus mori, iam secreta cœpit conspicere cæli; nec tuas iā formidat lapidiferas sæuire suo in corpore manus, quia cælum iam ei aperuit Christus. ET nos fratres, CAP. IIII. cum patientia curramus ad propositum nobis fidei agonē. Quomodo currimus, qui onerati sumus? Grauāt nos pondera. Nam nemo currit onustus, dum vix cum sudore perueniat leuis. Vocamur, veniamus: & nic non perueniamus, curramus. Quod consiliū oneratis? Venite ad me omnes q laboratis, & onerati estis. Volumus ô DOMINE, volumus; & nō possumus: aut fortè nec volumus, ‡ preueniētę sarcina grauamur, & nolum⁹. Adiua nos, & miserere nostri. Tu dixisti: Sine me nihil potestis facere. Propter hoc onus, imploremus Dei auxiliū, & audiamus Pauli consiliū. Videre enim q; secutus adiunxit. Dū nobis ostēderet tantam nubem testium, quasi cogitantibus & dicentibus, quis illuc surgit? quis ad illos attingit? Vidit onus & pressuram nostram: prēstitit consilium debilibus & infirmis & grauatis, & ait: Exponentes onus omne. Et vt ostēderet quid sit onus, secutus adiunxit: Et agile peccatum. Onus tardū fortè peccatū possit quisq; vitare. Quid est vitare agile peccatum? Surgit subito in cogitatione, facit delectationē: mox trahit mentem. O agilitas certa, curre cōtra istū, nō te vincat, præueni, expecta, ponе peccatū, proiice foras, iniquitatē, suggestionē, delectationē: Sed vt hoc possis, iplora eū sine quo nihil facere potes. Irrita peccatum, offer medicamentum. CVM patiētia curram? CAP. V. non stemus, sed nec perturbemur: sed cū patiētia. Quid ergo? tua est patiētia? Absit. Audi beatum martyrē Cyprianū: In quodā capitulo suo sic ait: Patientia, Dei res est. Vnde hoc & ipse de Spiritu S. per DAUID: Tu es patiētia mea. Et vt ostēderet qua curreret, & quo pugnit: In ser. de bono patientię. Psal. 70. DNE; inq;, spes mea à iuuētute mea. Dicens autē multiplicē nubem testiū Paulus, obtulit solē, per quē lumen videre debeamus. Ait enī tanquā in tenebris cōstituris: Respicientibus ad principē fidei, & perfectorē Iesum. Hebr. 12. Si ipse Princeps, ipse perfectio: verū est, qa sine ipso nihil possumus facere. Quid autē fecit, quod nos imitari debeamus? Nūquid quod DEUS est? nūquid quod patri ęqualis est? Nūquid quod creator cęli & terrę est? quis hoc imitetur? O homo, quādo creatura æquabit creatori? Noli superbè sapere, audi quid debeas imitari. Proposito sibi gaudio, sustinuit crucē: ad exemplū Passionis sarmētis obtulit vitē. Quod in sarmētis superfluū est, abscindendum est, vt fructū afferat multum.

CHARISSIMI, quomodo sustinuit passionem nisi CAP. VI. per patientiam? De tali palmite fuit beatissimus & primus martyr Stephanus, qui primus secutus est cohęrēs viti. Securus cùm videret sanguinē vitis, fudit sanguinē suum, & lapidatus pro Christo homino, sęculorum rege, primus meruit martyrij sui immarcessibilem coronam accipere.

Item vnde supra.

SERMO XCVIII.

SI quis sollicitus sanctorum martyrum gesta percurrat: semper in eis quod plus miretur inueniet. Beatæ enim passiones cælestia tolerātibus regna parturiunt, & hęreditatium nobis bonum quod imitemur ostendunt. Quid enim dignū tam pio Domino famulorū reddit obsequiū, si maiora constat pro seruis DNI, quàm seruos pertulisse pro Domino? Oportet nos ergo cum omni veneratione narrare, qua deuotione Beatus Stephanus martyr cuius natalem hodie celebramus DNI fuerit exempla secutus, qua patientia mortem pertulerit. Quis non magno stupore & nimia admiratione teneatur, cū tam dulces impetus habuisset

habuisset saxorum, & tam mitia resultantium tormēta petratū, vt collisо capite, fluēte cruore omnia sui corporis membra perfusa torperent? Tunc ille Christi deuotione tropheum gestans in corde, medicinā pro vulneribus cōputabat. Eximi enim se hac luce cupiebat, vt ad illa clara æternitatis habitacula Domino iubēte transiret, vbi ei parabant vnius horæ exitia gaudium sempiternum, nulla vetustate periturū: quia & æternus est Dominus noster Iesus Christus, qui martyres regni sui æternitatis gloria coronare dignatus est.

Sermo S. Augustini, de S. Protomartyre Stephano.

SERMO XCIX. CAP. I.

OMINVS noster Iesus Christ⁹ pastor bonus, mitis & pius, oues suas miscet inter lupos in hoc sęculo: vt eas adiuuet de throno suo. Vis videre quicunq; Christiane, DNM Iesum Christum oues inter lupos miscentem? Ipse in præsenti Euangelij lectione clamat, dicens: Ecce ego Matth. 10. mitto vos sicut oues in medio luporum. Vis iterū videre B Dominū Iesum Christū oues suas de luporum manibus educentem? Ipse clamat & dicit: Ego sum pastor Ioan. 10. bonus. Bonus pastor animā suam ponit pro ouib. suis. Lupus destruitur, quando pastor occiditur: Ouis redimitur, quādo pastor crucifigitur. Non enim timere debent oues misceri in medio luporū. Ad hoc enim lupis miscentur, non vt in ipsorum malitia cōmutentur: sed vt lupi in innocentia ouium conuertantur. Sed si volunt fieri † agni oues: non deficiant sequentes agnum qui tollit peccatum mundi. ECCE enim prima ouis sanctus Stephanus, quomodo testimonio fidei lupos excutit proclamantes, & oculis suis cælos cernit patētes. O prima ouis pugnās in medio luporum: sequens, non adhuc peruenięs, ad Dominum, etiam amicus est angelorum. Quàm manifestē familiaris angelis erat amicus, qui in medio luporū vt angelus parebat. Adapertis etenim cęlis, aspectus mutatus est confessoris. Et cępit tanquam sole illustratus iustitiæ ita splendere: vt humanam speciem non haberet ipsis patentibus cælis, ipsis testātibus inimicis. Nā stabat in medio luporum, & erat facies eius tanquā facies angeli stātis in medio Iudęorū. Quid agitis ô Iudęi? Non timetis ouē Christi pedissequam, quæ habet in fronte sua nomen patris & & filij & Spiritus sancti? Ipsum est signum quod vobis in Stephani fronte lucebat. Hoc signum viderūt cæli, & patefacti sunt: & tanquam ostenso signaculo in specie angelorum, patefactæ sunt portæ cælorum.

CAP. III. Act. 7. VENIT enim S. Stephanus cū clauibus fidei: & ipse aperuit quod fideliter credidit, & liberter aspexit. Quod ergo vidit, nō tacuit. Ecce, inquit, video cęlos apertos, & filium hominis stātem ad dexteram patris. Sed quid restabat vt cælis patētibus videret, nisi ipsum qui in cęlis ascenderat DOMINUM Saluatorem? Nam istos cęlos omnes videmus, sed clausos, nō patefactos: lucentes in stellis, non micantes in angelis. Est autem non homo, sed angelus. Homo sedem palatij Domini sui nō aspicit clausam, sed patefactam: nō videt angelos & archāgelos. Siquidem & ipsos aspicit: sed ipsum prędicat, cui testis erat. Ipsum præconat, cui est famulus in agone perfectus. Nam quanta fuerat sanctus Stephano gratia condonata? Videbat exercitum cęlestis militię stātem, videbat hominis filium ad dexteram patris sedentem. Ecce videt Deum, qui iam migrabat ad Deum, cōfessionisq; merito aspicit cōgregationem cælestium potestatum: qui iam migraturus erat ad prouiciam mortuorum. Sed inter mortuos clāmabat, qui inter lupos coruscabat. Ecce, inquit, video cælos apertos: & filium hominis stantem ad dexteram patris.

CAP. IIII. GAVDEANT amici, si blasphemant inimici. Non taceat ouis testificando, & si lupi clamāt blasphemando. Concluserunt enim mentes suas & dixerunt: Blas- Act. 6. phemauit. Hoc dixit & Cayphas princeps Iudæorum de filio hominis patiētę, & omnia tolerātę. Cùm enim diceret DOMINUS noster Iesus Christus suspēsus in cruce: Amē dico vobis, amodo videbitis cælos apertos & Matth. 26. filium hominis stantem ad dexteram patris: clamauit Cayphas dicens: Blasphemauit. Cayphas cōscidit vestes: isti ipsas clauserūt mētes. Cayphas, vt nudus remaneret: isti, vt in sua duritia permansissent. O magnum CAP. V. miraculum. Cæli ianuæ aperiuntur: & Iudæi mentes impias cōclauserunt: sed sanctus Stephanus non tacuit, non defecit, nec blasphemātibus cessit. Ibi attēdebat, vbi oculos cordis aperiebat. Ecce, inquit, video cælos Actor. 7. apertos, & filium hominis stātem à dextris patris. Sed quid mihi irascimini pro tāta testificatione Iudæi? Nūquid mea iussione aut potestate patefacti sunt cæli? Patefacti sunt, non vt meā gloriā proderent: sed vt pastorē meū in me ostētantem adiutorium demonstrarent.

CONSIDERATE igitur & videte quantum longe CAP. VI. sim à cælis, positus vobiscum in terris. Nunquid ego attingere potui, & ianuas aperire cælorum? Palatium suum ipse mihi aperuit Dominus angelorum. Meritò quodammodo video, & quod video non taceo. Non enim contempsi in cruce pendentem, ideo video ad dexteram patris sedētem. Vobis istud datū est de cælestibus testimonium. Sed si nō creditis, ego quid feci vobis? Cæli aperti enarrant gloriam Dei: & ego taceo Psal. 18. misericordiam Christi mei? Video DEUM in sua gloria sedentem, pro mea salute astantē. Ipse mihi testis est in Matth. 10. cælis: ego ei non ero testis in terris? Si eum fuero cōfessus coram hominibus: confitebitur etiam ipse me coram angelis suis. Si autem negauero eū in terris: & ipse me negabit in cælis. Sed pro tantis fidelibus testimoniis lapides iactatis. Mentē clauditis, integra vobis & C manifesta dicentem audire non vultis. CÆDITE, CAPVT VII. cædite lapidibus confitentem: habeo meum patris ad dexteram adiutorē. Vos cæditis caput meum, ego illi commēdo Spiritum meum. Domine, inquit Iesu, suscipe Spiritum meum. Isti maledicūt; tū benedicis, isti persequūtur, tu suscipe persecutū. Non sine causa Iesu meus, Domine meus pro me ad dexterā patris dignaris astare: quem noui & credo ad dexterā patris sedere. Pro me est quod stare dignaris; qui stando nō deficis, qui tuos adiuuādo non deseris. Tu me Domine meus, misisti in medio inimicorū, me dignatus es facere primum martyrem, post tuam ascensionem. Si vis vt non deficiam à te, adiuua me: Cesset cōtusio petrarum; ne deficiat in me fortitudo membrorum. Pro me enim Domine meus appellas dum stas. Vocis tuæ legationē audio, credo, suscipio, cognosco, pro me apud patrem postulantem, donantem, & adiuuantem, ne mea fides D deficiat sequendo te.

QVID dicis Iesu meus, Domine meus, petēdo, p me CAPVT VIII. apud patrem? Pater, ecce hic est primus pedissequus: Nouam pro me mūdi intrauit palæstram, dona misericordiā, perueniat ad victoriam. Sētiat ouis mea se adiuuantē, ne me inter lupos existimet traditorem. Ecce, inquit, video stantē, præsumo pro me postulantem. Et ideo DNE meus qui expectas certamen meum, suscipe Spiritū meū. Verū quia non timeo Domine lapidata mēbra: suscipe Spiritū meū in requiesem piterna. Inter istos sum deputatus tanquàm ouis occisionis: apud te ponar in requie suauitatis, & pacis. Iudæi lapidabant, iste ingemiscebat: Iudæi cædebāt caput, istē cōmendabat Spiritum. AT vbi de Spiritu cōmendato cœpit CAP. IX. esse securus: pro inimicis factus est aduocatus. Et non sicuti pro se petebat, ita pro inimicis interpellat. Hic stabat, quando Christum videbat: hic genua figebat,

quãdo pro inimicis orabat. Ipsa enim necessaria aduocatio, pro tãtis ac talibus inimicis. Sciebat namque q; eũ Dominus Iesus non citò posset audire: sed pro ipsorum peccato, nõ pro merito suo. Adeo pro tãta iniquitate lapidantium Iudæorum genua figebat, lachrymas effundebat, dicens: Dñe, ne statuas illis hoc peccatum.

CAP. X. VIDE quicunq; Christiane, quomodo ouis ista in omnibus agnũ sequitur, & pastorẽ imitatur. Dominus Iesus Christ⁹ suspẽsus in cruce clamabat, Pater in manus tuas cõmendo spiritum meũ: iste dicit: Domine, suscipe Spiritum meum. Dominus Iesus Christus pro inimicis clamabat, Pater ignosce illis, quia nesciũt q̃d faciunt: iste dicit: Ne statuas hoc illis in peccatum.

Lucæ 23. Actor. 7.

CAP. XI. ET manifestè fratres mei in medio lapidantiũ istorũ qui amplius sæuiebat, beatus Apostolus Paulus præsens erat. Si ergo tũc daretur Stephano de lapidãte vĩdicta, quomodo talẽ magistrum habuisset Ecclesia? his dictis emisit Spiritum, ascẽdit in cælũ, veniam meruit inimicis, gaudere meruit in cælis de amicitiis beati Pauli subsequentis: quia ipse est Dominus qui fecit sterilem matrẽ in domo filiorũ lætãtẽ. Ecce hoc meruit S. Stephanus qui videbat filiũ hominis stantẽ, quẽ nouimus ad dexterã patris sedẽtem. PETAMVS eum, vt interpellet pro nobis, & pro peccatis nostris, vt eruat nos à tantis periculis & parturitionibus vniuersis: pro pietate sua, non pro cõscientia nostra. Nam qui aut quanti fontes, peccati nostri flãmam possunt extinguere? Ipse dignetur nostra crimina sepelire: vt sicut in monumẽto nouo ad modicum cõmendauit membra sua: sic in fonte indulgentię sepeliat peccata nostra, vt vobiscum semper gaudeamus in Ecclesia sacrosancta.

Psal. 112.

CAP. XII.

SERMO C. *Sermo sancti Augustini Episcopi, in Natali sanctorum Martyrum Fabiani & Sebastiani.*

Citat Beda ad Rom. 8. 1. Cor. 2.

CAP. I. ILLA Euangelica tuba quãdo ait Domin⁹, Qui amat animam suam, perdet illã: & qui perdiderit illã propter me, inueniet eã, accensi sunt martyres, & vicerũt: quia non de se, sed de Domino præsumpserunt. Qui amat animam suã, perdet illam. Duobus modis intelligi potest, quod dictũ est, Qui amat animã suam, perdet illam. Si amas illam, perdis eã. Et alio modo. Noli amare, ne perdas. Prior modus istum habet sensum. Si amas, perde illã. Si amas ergo illã, si amas; perde illã. Hic semina illam, & in cælo metes illam. Agricola triticum si non perdit in semine, non amat in messe. Alius modus sic habet. Noli amare illam, ne perdas illam. Videtur † sibi amare animas suas, qui timent mori. Animas suas martyres si sic amassent, sine dubio perdidissent. Quid enim prodesset tenere animã in hac vita, & perdere in futura? Quid prodesset tenere animam in terra, & perdere in cælo? Et quid est ipsam tenere? Quamdiu tenere? Quod tenes petit à te: si perdis, inuenis in te. Ecce tenuerunt animas suas martyres. Et quomodo essent martyres, si semper tenuissent? Sed ecce si tenuissent, nunquid vsq; in hodiernum vixissent? Si negando Christum suas in hac vita animas tenuissent, nonne olim ex hac transissent, & animas vtiq; perdidissent. SED quia Christum nõ negauerunt: transierunt de hoc mũdo ad patrem. Quæsierunt Christum, cõsitendo tenuerũt, moriẽdo. Magno lucro perdiderunt animas suas: fœnum perdẽtes, coronã promerentes. Coronam inquam promerentes, & vitam sine fine tenentes. Fit denique, imò factũ est in eis, quod Dñs subsequenter adiũxit, Et qui perdidẽrit animam suam propter me, inueniet eã. Qui perdiderit, inquit, propter me. Tota causa ibi est. Qui perdiderit non quomodocunque, nõ qualibet causa sed propter me. Illi enim in prophetia iam dixerunt martyres: Propter te mortificamur tota die. Propterea martyrem non facit pœna, sed causa.

al. igitur.

CAP. II.

Psal. 43. Martyres non pœna, sed causa facit.

QVANDO Dominus passus est, tres cruces causa discreuit. Inter duos latrones crucifixus erat. Hinc & inde facinorosi confixi, in medio ipse. Et tanquã illud tribunal esset, insultantẽ damnauit, confitentem coronauit. Quid facier iudicaturus, si hoc potuit iudicatus? Iam ergo discernebat cruces. Iã si pœna interrogaretur: similis erat Christus latronibus. Sed si interroget quis crucem, quare crucifixus est Christus, respondet nobis, Propter nos. Dicant ergo illi & martyres, Et nos mortui sumus propter te: Ipse propter nos, nos autem propter illum. Sed ipse propter nos, vt conferret nobis beneficium: nos autem propter illum, non ad impartiendum illi beneficium. Proinde nobis in vtroq; consultum est. Et quod manat ex illo venit ad nos: & quod fit propter illũ redit ad nos. Ipse est enim de quo dicit anima quæ lætatur in Domino, Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorũ non eges. Quid est enim bonorum meorum? nisi à te datorum? Et quomodo eget aliquo bono, à quo datur omne bonum?

CAP. III.

Psal. 15.

DEDIT nobis naturam, vt essemus: dedit animã, vt viueremus. Dedit mẽtem, vt intelligeremus: dedit alimenta, vt mortalem vitam sustineremus: Dedit lucem de cælo, dedit fontes de terra. Sed hæc omnia cõmunia dona sunt, bonorum & malorum. Si hæc dedit & malis: nihil ergo proprium seruat bonis? Seruat planè. Et quid est illud quod seruat bonis? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quod enim in cor hominis ascendit, infra cor hominis erat. Ideo in cor hominis ascendit, quia supra illud est cor quo ascendit. Quod seruat bonis, cor illuc ascẽdit. Non quod ascendit in cor tuum: sed quo ascendit cor tuũ, hoc tibi seruat Deus. Noli surdus audire, Sursum cor. Quod ergo oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: oculus non vidit, quia non est color: auris non audiuit, quia non est sonus: nec in cor ascendit, quia nõ est terrena cogitatio. Sic intelligite, Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.

CAP. IV. 1. Cor. 10.

CAP. V.

ADHVC quid hoc fit quæris à me? Illum interroga te, qui cœpit in vobis habitare. Dico tamẽ & ego, quod inde sentio. Hoc enim vos quæritis quid deus proprũ seruat bonis: si tanta largitur malis & bonis. Et cùm dicerẽ, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, non desunt qui dicant, Putas q̃d est? Ecce quid est quod seruat Deus solis bonis, quos tamẽ ipse fecerit bonos, ecce quid est. Breuiter premiũ nostrum diffinitum est per prophetã, Ero illorũ deus, & ipsi erunt mihi plebs. Ero illorum Deus. Præmium nobis seipsum promisit. Quere aliud si inueneris meli⁹. Si dicerem, promisit aurum, gauderes: Se promisit, & tristis es? Si diues Deum non habet, quid habet? Nolite aliquid à Deo quærere, nisi Deum. Gratis amate, se solum ab illo desiderate. Nolite timere inopiam. Dat seipsum nobis, & sufficit nobis. Det seipsum nobis, & sufficiat nobis. Philippũ Apostolum audite in Euãgelio. Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

Leuit. 16. 2. Cor. 6.

CAP. VI.

QVID ergo miramini fratres, si amatores Dei martyres tanta pertulerunt, vt acquirerent Deum. Amatores auri videte quanta patiantur? Hyemalibus asperitatibus se nauigando committunt. Sic ferũt auaritia, vt nulla formident frigora. Iactantur ventis, suspenduntur & deprimuntur fluctibus. Ineffabilibus periculis vsque ad mortem agitantur. Dicant & ipsi auro: Propter te mortificamur tota die. Dicant martyres Christo: Propter te mortificamur tota die. Vox qui-

quidẽ est similis: sed causa est valde dissimilis. Ecce vtrique dixerunt, isti Christo: illi auro, Propter te mortificamur tota die. Respondeat Christus suis martyribus: Si moriemini pro me: & vos inuenietis & me. Respondeat autem aurũ auaris: Si naufragaueritis pro mei: & vos perdetis & me. Amantes ergo & imitantes, nõ inaniter amantes; sed amantes & imitantes, dies martyrũ celebremus, & æstus istos nostros, gaudiorum refrigerio mitigemus. Cum illis enim sine fine regnabimus; si eos fideliter & non inaniter diligamus.

SERMO CI. *Sermo S. Augustini Episcopi, in Natali sanctorum Fructuosi Episcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum, & Agnes virginis.*

Allegat Beda, 2. Corinth. 2.

CAP. I. DOMINVS Iesus martyres suos non solum instruxit præcepto: sed & firmauit exemplo. Vt enim quod sequerentur haberẽt passuri: prior ille passus est pro eis. Iter ostẽdit: & viã fecit. Mors aut animæ est, aut corporis. Sed anima non potest mori, & potest mori. Mori non potest, quia sensus eius nunquã perit: mori autem potest, si Deum perdit. Sicut enim est ipsa anima sui corporis vita: sic Deus est ipsius animæ vita. Quomodo ergo corpus moritur, quando illud dimiserit animã, id est, vita ipsi⁹: sic anima moritur, quãdo illam dimiserit Deus. Vt autẽ animam nõ dimittat Deus, sit semper in fide, vt non timeat mortẽ pro Deo: & nõ moritur dimissa à Deo. Restat ergo vt mors quæ timetur, corpori timeatur. Sed etiam inde Dominus Christus securos martyres suos fecit. Quomodo enim incerti essent de integritate membrorum: qui securitatem acceperant de numero capillorum? Capilli, inquit, & capitis vestri omnes numerati sunt. Alio autem loco apertius dicit: Dico enim vobis, quia capillus capitis vestri non peribit. Dicit veritas, trepidat infirmitas?

Anima potest mori, & non mori.

Deus animæ vita.

Matth. 10. Lucæ 12. Lucæ 21.

CAP. II. BEATI sancti: in quorũ memoriis celebramus diẽ passionis illorum. Illi acceperunt pro temporali salute æternam coronã, sine fine immortalitatẽ: nobis dimiserũt in istis sollemnitatibus exhortationem. Quando audiuim⁹ quomodo passi sunt martyres, gaudemus & glorificamus in illis Deum: nec dolemus quia mortui sunt. Etenim si mortui pro Christo nõ essent; nunquid vsq; hodie viuerẽt? Quare nõ faceret confessio, quod factura fuerat ægritudo? Audistis persequẽtiũ interrogationes, audistis confitentiũ respõsiones, cùm sanctorũ passio legeretur. Inter cætera quale erat illud beati Fructuosi Episcopi? Cùm ei diceret quidam & peteret, vt eum in mente haberet, & oratet pro illo, respondit, Me orare necesse est pro ecclesia catholica, ab Oriente vsq; ad Occidentẽ diffusa. Quis enim oret pro singulis? Sed neminẽ singulorũ præterit, qui orat pro vniuersis. Ab eo nullũ mẽbrum prætermittitur, cuius oratio pro toto corpore funditur. Quid ergo vobis videtur admonuisse istũ Christi beatũ Confessorem, à quo rogabatur vt oraret pro eo? Quid putatis? Sine dubio intelligitis. Cõmemoramini & à nobis. Rogabat ille, vt oraret pro illo. Et ego, inquit, oro pro Ecclesia Catholica, ab Oriente vsq; ad Occidentẽ diffusa. Tu si vis vt pro te orẽ; noli recedere ab illa, pro qua oro. QVALE est etiã illud S. Diaconi, qui cũ Episcopo suo passus & coronatus est? Ait illi iudex: Nunquid & tu Fructuosum colis? Et ille, Ego non colo Fructuosum: sed eum colo quẽ colit & Fructuosus. Quomodo nos admonuit, vt martyres honoremus, & cũ martyribus Deũ colamus. Neq; enim tales esse debemus, quales Paganos dolemus. Et quidẽ illi mortuos homines colũt. Illi quippe omnes quorũ nomina auditis, quibus tẽpla constructa sunt, homines fuerũt: & in rebus humanis habuerunt plerique eorũ & penè omnes regiam potestatẽ. Auditis Iouem, auditis Herculẽ, auditis Neptunum, auditis Plutonẽ, Mercurium, Liberum & cæteros. Homines fuerũt. Non ista solùm fabulis poëtarum, sed etiam in historia Gentiũ declarantur. Qui legerunt, nouerunt: Qui non legerunt, credant eis qui legerũt. Illi ergo homines beneficiis quibusdam tẽporalibus res humanas sibi conciliauerunt, & ab hominibus vanis & vana sectãtibus ita coli cœperunt, vt dij vocarentur, dij haberentur, tanquã diis templa ædificarentur, tãquam diis supplicaretur, tãquã diis aræ construerentur, tãquam diis sacerdotes ordinarẽtur, tanquam diis victimæ immolarẽtur. TEMPLVM autẽ solus verus Deus habere debet, Sacrificiũ soli Deo vero offerri debet. Ista ergo quæ debentur ritè & integrè vni vero Deo, exhibebãt miseri decepti multis falsis diis. Hinc humanam miseriã peruersus error obsedit. Hinc omniũ prostratis mẽtibus diabolus incubabat. At verò gratia Saluatoris & misericordia Dei tandem respexit indignos: impletum est quod propheticè dictũ est in Cantico Cãticorum: Exurge Aquilo, & veni Auster: & persla hortũ meũ, & fluent aromata. Tanquam dictũ est, Exurge Aquilo. Aquilonia enim pars mundi frigida est. Sub diabolo tanquam sub Aquilõne animæ friguerunt, & charitatis calore perdito gelauerunt. Sed quid dicitur? Exurge Aquilo. Sufficit quod incubuisti, sufficit quod possedisti, sufficit quod super prostratos recubuisti. Exurge: veni Auster, vẽtus de parte lucis atq; feruoris: & persla hortum meum, & fluent aromata. Ista paulò antè aromata legebãtur. QVÆ sunt ista aromata? De quibus dicit ipsa Dominica sponsa, Post odorem vnguentorum tuorũ curremus. Cuius odoris memor beatus Apostolus Paulus dicit: Christi bonus odor sumus in omni loco: & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Magnũ sacramentum. Christi bonus odor sumus in omni loco. Quibusdam quidem odor vitæ, in vitam, quibusdam odor mortis, ad mortem. Et ad hęc intelligẽda quis idoneus? Quomodo bonus odor alios vegetat, alios necat? Bonus odor, non malus. Nõ enim ait: bonus odor bonos vegetat: & malus malos necat. Non ait aliis quidem sumus odor bonus ad vitã: aliis odor malus ad mortem. Non hoc ait: Sed Christi bonus odor sumus in omni loco. Væh miseris, quos bonus odor occidit. Si ergo bon⁹ odor estis ô Paule, quare iste odor alios occidit, alios vegetat? Quod alios vegetat, audio, intelligo. Quod alios occidit, difficile assequor: maximè quia dixisti: Et ad hæc quis idoneus? nõ est mirũ quia nõ sumus idonei. Faciat nos idoneos, cuius odor erat de quo loquimur. Citò enim mihi respõdet Apostolus. Intellige, Christi bonus odor sumus in omni loco: & in his qui salui fiũt, & in his qui pereũt. Nos tamen bonus odor: aliis odor vitæ, ad vitam: aliis odor mortis ad mortẽ. Odor iste vegetat diligẽtes: necat inuidẽtes. Si enim non esset claritudo sanctorum; inuidia nõ surgeret impiorũ. Cœpit persecutionẽ pati odor sanctorũ. Sed quomodo ampullæ vnguentorum quanto magis frangebantur, tanto amplius odor* effundebatur. BEATI quorũ passio recitata est, Beata Agnes sancta, cuius passionis hodiernus est dies. Virgo quæ quod vocabatur, erat. Agnes Latinè agnã significat, Græcè castã. Erat quod vocabatur: meritò coronabatur. Quid ergo fratres mei, quid vobis dicã de hominib⁹ illis quos Pagani pro diis coluerũt: quibus tẽpla, sacerdotia, altaria, sacrificia, exhibuerũt: quid vobis dicam, non illos esse comparandos Martyribus nostris? Etiã hoc ipsum iniuria est, quia vel dico: quibuscumque qualibuscumque Christianis, licet adhuc carnali-

Beati Fructuosi, Episcopi respõsum. Neminem singulorũ præterit, qui orat pro vniuersis.

CAP. III. S. Eulogii Diaconi prudens, pium ac Catholicũ responsũ. Martyres honorãdi, Deus colendus.

CAP. IV. Templũ & sacrificium vni soli vero Deo.

Cantic. 4.

CAP. V. 2. Cor. 2. Beda.

al. diffundebatur.

CAP. VI. Beata Agnes sancta. Agnes, Agna, casta.

carnalibus & lacte alendis, nõ cibo: absit vt illi sacrilegi comparentur. Contra vnum infirmũ & trementem omnibus membris senẽ Christianum, quid valet Hercules? Vicit Hercules leonem, vicit Hercules canem Cerberum: vicit Fructuosus totum mundum. Cõpara virũ viro. Agnes puella tredecim annorũ, vicit diabolũ. Eũ puella ista vicit, qui de Hercule multos decepit.

S. Agnes tredecim annorum vicit diabolum.

CAP. VII. Et tamen charissimi nos Martyres nostros quibus illi nulla ex parte sunt conferendi, pro diis non habemus, non tanquã Deos colimus. Non eis templa, non eis altaria, non sacrificia exhibemus: nõ eis sacerdotes offerunt. Absit: Deo præstantur. Imò Deo ista offeruntur, à quo nobis cuncta præstantur, etiam apud memorias sanctorum Martyrum. Quando imus ad memorias sanctorum Martyrum, cui offerimus? Nõne Deo? Habent honorabilem locum Martyres sancti. Aduertite: In recitatione ad altare Christi loco meliore recitantur: non tamen pro Christo adorãtur. Quando audistis dici apud memoriam sancti Theogenis, offero tibi Petre, aut offero tibi Paule? Nunquam audistis. Non fit: non licet. Et si dicatur tibi, nunquid tu Petrum colis? responde quod de Fructuoso respondit Eulogius: Ego nõ colo Petrum, sed colo eum quem colit & Petrus. Tunc te amat. Nam si volueris pro Deo habere Petrũ, offendis petrã, & vide ne pedẽ frangas, offendẽdo in petram. Vt noueritis verum esse quod dico: audite, admoneo vos. In Actibus Apostolorum cùm magnum miraculũ fecisset Apostolus Paulus in Lycaonia, ciues eiusdem ciuitatis siue prouinciæ putauerunt Deos descendisse ad homines: & crediderunt esse Barnabam Ioueni, Paulũ autem Mercurium, quia ipse erat in sermone promptissimus. Hoc credẽtes attulerunt vittas & victimas: & voluerunt illis offerre sacrificium. Illi continuò non iriserunt, sed expauerũt, vestimenta sua continuò conciderunt, & dixerũt eis: Fratres, quid facitis? Et nos sicut vos homines sumus, passibiles: sed annuntiamus vobis deum verum. Conuertimini ab his vanis. Videtis quomodo sancti horruerunt coli se pro diis. Item beatus Ioannes Euangelista, qui scripsit Apocalypsim, cùm illa mira quæ sibi ostendebantur stuperet, expauescẽs quodam loco cecidit ad pedes angeli, à quo sibi omnia mõstrabantur. Et ait illi angelus, cui nullus est homo comparandus, Surge, quid facis? Deum adora. Nã ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Oderũt Martyres lagenas vestras, oderũt Martyres sartagines vestras, oderũt Martyres ebrietates vestras: sine iniuria eorum dico qui tales nõ sunt: illi ad se referant, qui talia faciunt: oderunt ista Martyres, non amant talia faciẽtes. Sed multo plus oderunt, si colantur.

Deo soli deferendum & sacrificandum.

Martyres loco meliore recitantur ad altare Dei: non adorantur.

CAP. VIII.

Lycaonia

Act. 14.

Apoc. 19.

CAP. IX. Ideo charissimi exultate in diebus sanctorũ martyrũ: orate vt sequamini vestigia martyrum. Nõ enim homines estis, & illi homines non fuerunt: non enim nati estis, & illi aliunde nati sunt: nõ enim alterius generis carnem portauerunt quàm vos portatis. Ex Adã omnes sumus: in Christo omnes esse conamur. Ipse Dominus noster, ipsum caput Ecclesiæ, vnigenit? filius Dei, Verbum patris per quod facta sunt omnia: nõ alterius generis carnem habuit quàm nos. Ideo voluit de virgine hominẽ suscipere, de vna ex genere humano carne nasci. Nã si aliũde faceret sibi corpus, quis crederet quia carnẽ portabat, quam portamus & nos? Sed tamen ille similitudinem carnis peccati: nos carnem peccati. Nõ enim ex virili semine, aut ex masculi & feminæ cõcupiscentia: Sed quid? nuntio patris. Et tamẽ cũ sit mirabiliter natus, mortalis nasci dignatus est, & mori pro nobis, & sãguine suo redimere nos: secundũ quod homo est. Videte quod dico fratres. Ipse Christ? cùm sit Deus, cùm sit cũ patre vnus Deus, cùm sit verbum patris, vnigenitus, æqualis patri & coæternus: tamẽ in quantũ homo esse dignatus est, maluit sacerdos dici, quàm sibi exigere sacerdotem. Maluit sacrificium esse, quã poscere: in quantum homo est. Nã in quãtum Deus est, totum quod patri debetur, & vnigenito filio debetur. Ideo charissimi veneramini martyres, laudate, amate, prædicate, honorate: Deum martyrum colite. Conuersi ad Dominum, &c.

Martyres venerandi, laudandi, amandi, prædicandi, honorandi.

Deus verò Martyrum colendus.

Sermo sancti Augustini de sancto Vincẽtio Martyre in Basilica restituta, & de corpore spiritali post Resurrectionem. SERMO CII.



CAP. I. Cultis fidei certantẽ exspectauimꝰ Martyrem Vincentium, & amauimus totũ, inuisibiliter pulchrũ. Qualis enim deceris habebat Spiritũ cuius fuit & cadauer inuictum? Dũm cõfessus est viuus: inimicum superauit & mortuus. Quid putamus † fratres? Quod istũ honorem prouidẽtia & cõsilium omnipotẽtis creatoris cum etiã defuncto corpori detulit, Martyrij aliquid præstitit? Quid enim si nõ sepeliretur? Ignorabat ille vnde suscitaretur? Illi & in victoria corona, & in resurrectione seruata est vita æterna: Sed de corpore eius, Ecclesię præstita est consolationis memoria. Sic plerunque Deus de seruis suis præstat seruis suis* quadã dignatione, *donans quę magis prosit ei cui donatur, quàm ei de quo datur. Sic Heliã sanctũ pausper auem pascebat. non autẽ misericordia Dei & omnipotẽtia defecerat, vt semper sic pasceret. Mittitur tamen pascendus ad viduam: nõ quia non erat, quomodo Dei seruꝰ aleretur: sed vt fidelis vidua benedictionem mereretur. Præstitit ergo sanctorũ Martyrũ corpora Ecclesiis suis ad memorias orationũ, non ad glorias Martyrum. Illi enim habent integram gloriam suam apud creatorem suum. Nec ipsi corpori aliquid timent, quoniam non est quod timeãt. Magis si parcãt corpori, nocent & corpori. Si autem per fidem nõ parcant corpori, præstant & corpori. Ecce hoc attẽdite, & fidem vestram interrogate. Sanctus Vincentius si formidine tormentorũ negaret Christũ, videretur corpori pepercisse. Quadam autem cõditione mortali, corpore soluueretur. Quid ageret in resurrectione, cùm in æternũ ignem præcipitaretur? Negãs Christũ, negatur à Christo. Qui negauerit me, inquit, coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui est in cælis. Ecce negaret, quiescerẽt illi tortores, & vulnerato animo sanũ esset corpus. Imò occiso animo, viueret corpus. Quid prodesset in æternũ mortuo, breuis corporis vita? Veniret dies, quã cõmemorat Dñs, quando omnes qui in monumẽtis sunt, audient vocẽ eius, & procedent. Sed cum magna differẽtia. Omnes procedẽt: sed nõ omnes ad eandem rem procedent. Omnes surrecturi, sed non omnes immutãdi. Qui enim benefecerunt, inquit, in resurrectionẽ vitæ: qui autem malè, in resurrectionem iudicij. Cùm dicit, Omnes qui in monumentis sunt, proculdubio manifestat corporũ resurrectionem. Iudiciũ autẽ cùm audis, ne tibi tanquã de tẽporali iudicio blandiaris, ponitur iudiciũ pro pœna ęterna. Secũdũ hoc dictũ est: qui autem non credit: iã iudicatus est. Hæc ergo differentia separatura est iustos ab iniustis, fideles ab infidelibus, confessores à negatoribus, amatores vitę perituræ ab amatoribus vitæ æternæ. Separatura est illa discretio. Et ibũt iusti in vitã æternã, impij verò in ignẽ æternũ. Ibi cũ corpore torquebuntur, qui corpori pepercerũt: & parcẽdo corpori, Christum negauerunt: & negãdo Christum,* pœnas æternas etiam corpori distulerunt. Si distulerunt, nũquid abstulerũt?

B

C

D

Reliquiæ sanctorum, Ecclesiæ cõsolationis memoria.

al. *quasdam dignationem, al. donans id magis prosit, cor.*

1. Reg. 17.

Corpora sanctorum data sunt Ecclesiis ad memorias, non ad gloriam.

CAP. II.

Luca 12.

Ioan. 5.

Iudicium, pœna ęterna seu cõdemnatio. Ioan. 5.

Matth. 25.

al. *quia etiam corpora distulerunt.*

Ergo

CAP. III. Peruersa mũdanãq; philosophia negantium Resurrectionem mortuorum.

Ergo prudenter Martyres Christi, non sua corpora contẽpserunt. Peruersa est ista, & mundana philosophia, eorum qui non credunt corporum resurrectionem. Videntur enim sibi quasi magni corporis cõtemptores: quia ipsa corpora quasi pro carceribus se habere arbitrantur: quo detrusas putant animas, quod alibi antè peccauerunt. Deus autem noster & corpus fecit & Spiritum, & vtriusque creator est, vtriusque recreator: vtriusq; institutor, vtriusque etiam restitutor. Non ergo carnem tamquam inimicam, vel contẽpserũt, vel persecuti sunt Martyres. Nemo enim vnquam carnem suã odio habuit, Magis ei consuluerunt. Quãdo eam negligere videbantur, quando in eã fideliter persistentes, temporalia tormenta tolerabãt, æternãm etiam ipsi carni gloriam comparabant.

Eph. 5.

CAP. III. Quæ sit autem futura in resurrectione gloria carnis huius quis explicet verbis? Nemo adhuc nostrum habendo expertus est. Nũc carnem onerosam portamus, quia indigam, quia infirmam, quia mortalẽ, quia corruptibilem. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animã. Sed noli hoc in resurrectione metuere: Oportet vt corruptibile hoc induat incorruptionẽ, & mortale hoc induat immortalitatem. Quod nunc est onus, erit honor: quod nunc sarcina, tunc leuamen. Nõ enim habebit pondus, vt corpus habere te sentias. Videte charissimi. Quando sanum est corpus nostrum etiam hoc fragile atque mortale, quando suarum partiũ temperamento moderatum est, quãdo in eo nihil eius aduersus aliud rixatur, non calor superat & vrget algorẽ, non copia frigoris, feruor extinguitur, & dum luctatur affligit, non humorem siccitas sorbet, non inundat humor & premit: sed omnia quibus constat concordi inter se tunctura librata sunt, quæ sanitas dicitur? Est autem vt breuiter dicam sanitas corporis, eorum cõcordia quibus constat. Hęc ergo sanitas, id est mẽbrorum humorumq; concordia in re corruptibili, in re egena & infirma, in re quæ adhuc esurire & sitire potest, stãdo lassari, sedendo refici, rursus sedendo lassari, esuriẽdo deficere, vescendo refici: non succurrere defectionibus præteritis nisi aliis inchoatis; quicquid enim aliud ad refectionem ceperis lassus, initium est alterius lassitudinis: quia in re quam sumpsisti vt succurreres, si perseueres, & inde fatigaberis: in hoc ergo infirmo & corruptibili corpore, quid est ipsa sanitas qualiscumque? Neque enim hæc quæ in carne mortali, & corruptibili dicitur sanitas, vllo modo angelorum sanitati comparanda est, quorum nobis æqualitas in resurrectione promittitur.

Sanitas corporis.

Sanitas in carne corruptibili, angelorum non est sanitati comparanda. Lucæ 20.

Hæc tamen sanitas vt dixi qualiscumque quid habet delectationis, quàm exoptabile bonum est omnibus? Quantam rem habet pauper, cũ hanc solã habet; quantum nõ habet diues, cum hanc solam non habet? Quid se iactat copiosum? Febris lectum non formidat argenteum: non timet pompam diuitis, non timet iacula bellatoris. Quid ergo sanitas hæc ipsa, quam rectè Martyres contempserunt: quia in ipsa carne aliam speraueruntꝰ? Tamen quia illam nõdum experti sumus: ex ista quam nouimus, illam vtcũque coniiciamus. Quid est sanitas? Si dicas mihi, quid est videre, quantum ad corpus attinet respondebo tibi fortasse formas colorẽsq; sentire. Si dicas mihi quid est audire, respondebo sonos sentire. Si dicas quid est olfacere? Respondebo odores sentire. Quid est tangere: dura vel mollia, calida vel frigida, aspera & lenia, grauia vel leuia sentire. Quid est sanitas? † Nihil sentire. Sed & hęc ipsa in nobis modo aliorum comparatione vilescunt. Acutè vides, acutius te forsitan aquila. Acutè audis: sunt bestiolæ quæ audiunt acutius. Acutè olfacis: canem sagacẽ nõ vincis. Acutè sapores gustãdo diiudicas: sunt animalia quæ inexpertas herbas discernũt, & quod est noxium non attingũt. Nam tu quãlibet acutè discernas cibum: imprudens irruis in venenũ. Acutè sentis tangendo; quàm multæ aues æstatem futuram præsentiunt, & loca demutant: hyemem imminere præsentiunt, ad loca calidiora demigrãt. Quod tu cum venerit sentis: antequam veniat* illa præsentit. Et hoc ipsum quod in sanitate laudaui, nihil sentit lapis, nihil arbor, nihil cadauer.

al. *Semire nihil adueriit.*

al. *illę præsentiunt.*

CAP. VI. Dacianus, infanus sęuiens in corpus mortuum.

Nam Præses ille Dacianus in corde nihil sentiebat, quando in nihil sentiẽs cadauer sæuiebat. Quid enim iam faciebat nihil sentienti, qui potuit & à sentiente superari? Fecit tamen quicquid potuit, fecit iratus. Sed qui iam nihil* in palam patiebatur, in occulto coronabatur. Tenebat enim sententiam Domini sui. Qui cũ vellet nos securos facere de his qui corpꝰ occidunt, nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant. Quomodo postea non habent quid faciant, quando insanus ille de Vincentij corpore tanta fecit? Sed Vincentio quid fecit, qui etiam † sentiens nihil fecit? Ergo non sit nõ sentire, vt non sentit lapis, vt non sentit arbor, vt non sentit cadauer: sed viuere in corpore, & nihil ex eius onere sentire, hoc est sanum esse. Et tamen quantumlibet sit homo in hac vita sanus, sentit etiam sani corporis pondus. Aggrauat animam etiam sanũ corpus quod corrumpitur, id est, corruptibile. Aggrauat animam, id est non obtemperat animæ, ad nutum omnis voluntatis. Obtemperat in multis. Mouet manus ad operandum, pedes ad ambulandum, linguam ad loquendum, oculos ad videndum; ad sentiendas voces intendit auditum. In his omnibus corpus obsequitur. Mutandi loci cupiditas sentit onus, sentit pondus. Non tanta facilitate mouetur corpus ad peruenienduin, quo desiderat. Desiderat aliquis amicum videre in corpore constitutus, in corpore constitutum. Illum nouit esse in longinquo, multæ mansiones interiacent: Animo iam præcessit: corpore quando peruenit, tunc sentit quale onus portet. Non potuit ad celeritatem præsumptam obedire voluntati pondus carnis: non potuit ea celeritate rapi qua voluit, qua eam portat animus. Tardum & onerosum est.

al. *non sentiens.*

Non sentire, & viuere: hoc est sanum esse.

Sap. 9.

CAP. VII. Putamus ne habet aliquid ipsum corpus; vnde probetur velocitas corporis? Pedes dicemus? Quid tardius? Ipsi sunt qui peruenũt, & desideria vix sequũtur, & molimenta molienda peruenium: Sed fac quemquam ita velocem vt sunt quædam animalia, quibus nec cõparanda est velocitas nostra: fac quemquam ita velocem, vt sunt aues: non eo ictu peruenit quo voluerit: Diu volãt aues migrando, & aliquando fessæ insidũt arboribus nauiũ. Ergo si etiam sicut aues volare possemus, præ desiderio peruenienti tardi essemus. Cùm verò fuerit corpus spiritale, de quo dictum est, Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale: quanta ibi facilitas, quanta celeritas, quanta obedientia volentis? In nullo pondus, in nullo egestas, in nullo lassitudo, in nullo ex alia parte renitentia & reluctatio.

1. Cor. 15.

CAP. VIII. Qualẽ illud corpus erat, quod Dominus per claustra traiecit? Intendite obsecro, si possim adiuuãte Domino qualibuscumque verbis expectationi vestræ aut satisfacere, aut nõ multũ deesse. Nata nobis occasio est de corpore spiritali aliquid disputandi ex passione Martyris, à quo sic vidimus & mirati sumus corpus inter tormenta contemni. Diximus enim quia non parcẽdo corpori, eidẽ etiam corpori consulebat: ne fortè fugiendo tẽporales pœnas, & Christum negãdo, idem ipsum corpus pœnis sempiternis & atrocissimis suppliciis destinaret. Hinc ergo hortari vos cupiẽs, & me-

De corpore spiritali.

ipsum

ipsum ad presentia cõtẽnenda, futura sperãda, etenim in hoc habitaculo ingemiscimus grauati, & tamẽ mori nolumus, & exui põdere formidamus: nolumus enim spoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Hac ergo occasione de spiritali corpore suscepi aliquid loqui vobis, & primitus commendandam putaui hanc ipsam huius fragilis, & corruptibilis corporis sanitatẽ: vt ex ipsa magnum aliquid inueniamus. In ipsa sanitate nihil sentire: etenim multa habemus intus in visceribus nostris. Quis ea nostrũ sciret, nisi in corporibus laniatis videret? Viscera nostra, interiora nostra, quæ dicũtur intestina, vnde nouimus? Et tũc est bonũ quãdo illa non sentimus. Quando enim illa nõ sentimus, tunc sani sumus. Dicis alicui: Obserua stomachum. Respondet tibi. Quid est stomachus? Felix ignorantia: Nescit vbi habeat, quod semper sanum habet. Si sanũ non esset, sentiret; si sentiret: non bono suo sciret.

2. Cor. 5.

CAP. IX. SED quãuis laudata corporis sanitate venimus ad celeritatem motus: & inuenimus nos plumbeos quodammodo. Quanta est celeritas cælestium corporum? Vis nosse quanta sit? Intueris Solẽ, & tibi videtur quasi nõ moueatur, & tamẽ mouetur. Fortè dicis: Mouetur, sed tardius. Vis nosse quanta celeritate moueatur? vis ratione colligere, quod non sentis aspectu? Si recta via ab Oriẽte vsq; in Occidentẽ in hac terra veredis quisque curreret, per quot dies peruenirет, qualibet equorum velocitate ferretur, quot mansiones ageret? Spatiũ itineris ab initio Orientis vsq; ad finẽ Occidẽtis Sol qui tibi videtur stare vno die conficit: & vna nocte ad ortũ redit. Nolo dicere, quia obscurũ est, & ad persuadendũ difficile, vel fortassis incertum, quàm sint spatia cælestia multo quàm terrestria latiora. Cùm ergo videamus tantam celeritatẽ cælestium corporũ quæ nobis videntur cùm attẽduntur nõ moueri: cui celeritati cõparare possumus corpus Angelicũ? Affuerunt etiam & quando voluerunt se conspicuos tangendosq; præbuerunt. Lauit Angelis pedes Abraham. Non solùm lauit illa corpora: verumetiam contrectauit. Apparuerunt, vt voluerunt, quando voluerunt, quibus voluerũt. Nihil difficultatis, nihil omnino tarditatis sentiũt. Sed nõ eos videmus currentes, nõ eos videmus de loco in locũ migrantes: vt nossemus ab oculis hominum discedentes, quando voluerunt peruenerunt. Non est ergo vnde etiam de istis euidentissimum celeritatis huius præbeamus exemplum. Omittamus incognita, & de inexpertis nihil temerè præsumere audeamus.

Gen. 18.

CAP. X. IN hoc ipso corpore quod gestamus inuenio aliquid cuius inestimabilẽ mirer celeritatem. Quid est hoc? Radius oculi nostri, quo tangimus quicquid cernimus. Quod enim vides, oculi tui radio contingis. Si velis videre longius, & interponatur aliquod corpus, irruit radius in corpus obiectum, & transire nõ permittit ad id quod videre desideras, & dicis impedienti. Exi, obstas mihi. Columnam vis videre, homo in medio stat, impedit aciẽ tuam. Radius tuus emissus est, sed peruenit vsque ad hominem, vsque ad columnam peruenire nõ sinitur. Incurrit in aliud aliquid: non permittitur. Ecce qui tibi obstabat, discessit è medio, peruenit acies quo volebat. Modo discute, & si potes inueni atque respõde, vtrum acies ista, radius iste oculi tui citius peruenit ad proximum, tardius ad longinquum. Vidisti hominẽ in proximo constitutum, tanta mora illum vidisti, tãta mora ad eum radium occuli tui tetendisti, tanta mora ad eum oculi tui radio peruenisti: quanta mora peruenis & ad illã columnam quam volebas videre, & quia interpositus erat nõ poteras. Nõ ad ipsum citius, & ad illã tardius. Ecce ipse in proximo erat, & illa longius. Si ambulare velles, citius ad hominẽ quã ad columnam peruenires. Quia videre voluisti, tam citò ad hominẽ, quam ad columnam peruenisti. Nihil est hoc de columna & de homine. Iace adhuc oculos. Vides longe parietẽ. Mitte longius, peruenis ad Solem. Quãtum est inter te & solem? Quis illa interualla metiatur? Quis vllo acumine cogitationis æstimet quantum à te lõge sit Sol? Et tamẽ mox vt oculum aperueris: ecce tu hic es, radius tuus vbi est? Mox vt videre voluisti, videdo peruenisti. Non quęsisti machinas quibus nitereris non scalas quibus ascenderes, non funes quibus leuareris, non pennas quibus volares. Oculũ aperuisse, hoc est peruenisse.

Radii oculi celeritas.

CAP. XI. QVID est ergo ista celeritas? Quãta est? Quid sibi vult. Corporis nostri est, de carne nostra emittitur. Radios nos habemus, & nõ miramur. Videdo vtimur, cõsiderando expauescimus. Nõ inuenis aliquid quod huic cõpares celeritati: quantũ attinet ad corporis celeritatem. Merito huic celeritati Apostolus Paulus facilitatẽ resurrectionis comparauit dicẽs: In ictu oculi. Ictus oculi est, non in palpebris claudendis & aperiendis. nã hoc tardius agitur, quàm videtur. Tardius palpebram leuas, quàm dirigis radiũ. Citius radius tuus peruenit ad cælum, quàm palpebra leuata ad supercilium. Videtis quid sit ictus oculi: Videtis quam facilitatẽ Apostolus resurrectioni corporũ dederit. Quàm tardè ista creata atque formata sunt. Recolamus moras cõceptus, & in ipsis vteris matrũ coalescẽtium femina paruulorum; per temporum numerum mẽbra formata, diebus certis, mẽsibus multis, quousq; illud quod intus creatum atque formatum est proferatur in lucem. Deinde quanta mora crescit, quanta mora succedit adolescentia pueritiæ, iuuentus adolescentiæ, senectus iuuentuti, mors omnibus. Accedit etiam alia mora. Videtur integrũ, recens cadauer in putredinem soluitur: & ad ipsam resolutionẽ necessaria sunt rẽpora, donec in tabẽ defluat, siccetur in cinere. Et ab ipsis primordiis vteri vsq; ad cinerem extremum sepulchri quanta interiacet mora? Quot dies, quæ temporum spacia? Venit ad resurgendum: in ictu oculi reparatur.

1. Cor. 15.

CAP. XII. ATTENDITE ergo fratres, & comparate quæ comparanda sunt, rebus quibus cõparanda sunt. Celerius mouetur ista caro in ambulando, quàm formata est, quàm nutrita est, quàm creuit, quàm ad habitum iuuenilẽ peruenit, integramq; ætatẽ & staturam percepit. Celerius mouetur in ambulando, quàm hoc in illa fiat. Porro autem resurrectio fiet in ictu oculi. Quanta erit celeritas mouendi, si tanta potuit resurgẽdi? Laniata sunt corpora à sæuientibus. Toto licet mũdo dissipentur membra mortuorum, per totam terram cineres dispergantur: de toto tam grandi sinu totum quod sparsum est in ictu oculi reparatur. Miramur radiorum nostrorũ qui fundũtur ex oculis nimiã quandam & nisi experiremur incredibilem celeritatẽ: mirabilior est in corpore, quod futurũ est, spiritalis facilitas. In ictu quidem oculi resurget. Sed Dominus noster quod radius oculi nostri non potest, corpus etiam per claustra traiecit. Post resurrectionẽ in loco vno cõstitutis discipulis suis, subitò apparuit ostiis clausis. Qua nos videre non possumus, ille potuit & intrare. Nemo dicat: Hoc quidẽ potuit, sed Domini corpus. Nunquid continuo etiam meum poterit? Et hinc accipe à Spiritu qui de Apostolo loquebatur plenã securitatem. De ipso quippe Domino dictum est: Qui transfigurabit corp° humilitatis nostræ cõforme corpori gloriæ suæ.

Resurrectio mortuorũ corporum futura in ictu oculi.

Ioan. 20. Christus corpus sui per ostia clausa, seu claustra traiecit.

Philip. 3.

CAP. XIII. DE isto ergo tali corpore, de huius corporis tanta facilitate, tanta celeritate, tanta sanitate, nihil temerè ac præsumenter definire audeat humana fragilitas. Quales erimus, sciemus cũ fuerimus. Antequã simus, temerarij nõ simus; ne illud rõ simus. Quærit aliquãdo mana

humana curiositas, & dicit sibi: Putãsne per illud spiritale corpus videbimus Deũ? Citò quidem responderi potest. In loco non videtur Deus, per partes non videtur Deus: spaciis diffusis, interuallisq; separatus, nõ videtur Deus: Quamuis impleat cęlum & terrã, non ideo tamen dimidius est in cęlo, dimidius in terra. Nam aër iste si implet cælum & terram: pars eius quæ in cęlo est non est in terra. Et quicquid aqua implet, implet quidẽ spatium quo capitur: sed dimidia est in dimidio spacio: dimidia in alio dimidio, tota in toto. Non est tale aliquid Deus. Hoc omnino noli dubitare: quoniã non est corpus Deus. Per spacia diffundi, locis capi, habere partes dimidias, tertias, quartas, totas: corporum propriũ est. Nihil tale Deus: quia vbiq; totus Deus. Non alibi dimidius, & alibi alio dimidio cõstitutus: sed vbiq; totus. Implet cęlum & terrã: sed totus est in cælo, totus in terra. In principio erat verbum. Vt etiam de ipso filio hoc idem audias, quia & filius cum patre vnus est Deº: nõ æquales mole, sed diuinitate. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Et paulò post: Et lux luxit in tenebris. Iste vnigenitus totus manẽs apud patrẽ, totus lucet in tenebris, totus in cęlo, totus in terra: totus in virgine, totus in infante, non alternis rẽporibus tanquam de loco ad locũ migrãdo. Nam & totus es in domo tua, & totus in ecclesia. Sed quando in ecclesia, non in domo tua: quando in domo tua, non in ecclesia. Nõ ergo ille sic totus in cælo, totus in terra, totus in virgine, totus in infante; vt aliud nihil commemorẽ quasi migrãdo de cęlo in terrã, de terra in virginẽ, de virgine in infantem, sed vbiq; simul totus. Non enim quasi aqua refunditur, aut quasi terra molimine separatur atque transfertur. Quãdo totus in terra est, cælum non deserit. Sed & cùm cælũ implet, à terra nõ recedit. Attingit enim à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. SI ergo substantiam quæ non videtur in loco, poterunt vel tũc corporales oculi videre cũ fuerit corpus spiritale, si poterunt aliqua vi occulta, aliqua vi inexperta & prorsus incognita, nec vlla æstimatione percepta, si poterunt, possint. Oculis enim videmus, non nostris oculis inuidemus. Tantum non conemur Deũ perducere ad locum, nõ conemur Deum includere in loco, non conemur Deũ per spacia locorũ quasi aliqua mole diffundere, nõ audeamus hoc, non cogitemus. Maneat substantia diuinitatis in sua & propria dignitate. Nos certè quam possumus in melius mittemus, non Deum in deterius cõmutemus. Maximè quia definitum aliquid inde in scriptura non inuenimus; aut nondum inuenimus. Nam neque hoc audeo præsumere, non in ea esse quod valeat inueniri. Aut non est, aut latet, aut me latet. Si quid in alterutrã partem potuerit ab aliquo inueniri, libẽter accipio, & me instructum nisi gratias egero non homini dicenti, sed ei qui per hominem docet, ingratus ero. Absit autẽ vt dator gratiæ, me esse permittat ingratum. Hoc tantum dico, quia oculi qui per interualla locorum videt quod videt, id est, vt spacium sit inter videtem, & illud quod videtur, aliter enim isti oculi non vident, nã si ab eis aliquid multũ in lõginquo remoueris, ideo non videt, quia radij ad longè posita non perueniũt, si autem ad eos aliqd propinquius admoueris, nisi sit interuallũ aliquod inter oculos videtis, & corpus quod videtur, videri omnino nõ potest, nam si propius admouendo oculos ipsos quibus aliquid videtur contingas, perdito spacio amittitur visio. Hoc ergo dico, quoniam talẽs oculi qui non nisi per interualla & spacia locorũ videt quicquid vident: nec nũc possunt videre Deũ, nec tũc poterũt, quia ille non est in loco. Aut ergo aliud erit q; videre possint, & quod in loco videri non potest: aut si manebit in eis nõ posse videre nisi in loco: non videbũt eũ qui nõ est in loco.

Deus non est corpus.

Deus vbiq; totus.

Ioan. 1.

Sap. 8.

CAPVT XIIII.

HOC autem donec de spiritali corpore diligentius requiratur, quod aut intelligatur aut rectè credatur, teneamus corpus resurrecturũ, teneamus formã corporis nostri hanc futuram quam vel Christus exhibuit, vel in occulto promisit. Teneamus corpus spiritale futurũ nõ animale, sicut nunc est. Euidẽter enim expressum est, & cõrãdici nõ potest. Seminatur corpus animale, resurget corp° spiritale. Teneamus patrẽ & filium & Spiritũ sanctum natura propria: substãtia propria, pariter & æqualiter esse inuisibilem, pariter & æqualiter credamus immortalem: pariter & æqualiter credamus incorruptibilem. Vno autẽ loco, simul hæc posuit Apostolus: Regi autem seculorũ, immortali, inuisibili, incorruptibili, soli Deo, honor & gloria in secula seculorum, Amen. Deus solus, pater & filius & Spiritus sanctus, immortalis, inuisibilis, incorruptibilis: nõ modò inuisibilis, & postea visibilis: quia nõ modò incorruptibilis, & postea corruptibilis. Sicut immortalis semper, sicut incorruptibilis semper; ita & inuisibilis semper. Si mutatur inuisibilitas: metuẽdum est, ne mutetur immortalitas. Puto propterea ipse Apostolus inuisibilẽ in medio posuit, inter immortalem & incorruptibilẽ, ne quo ambigi poterat, ne posset euerti, ex vtroq; latere cõmuniuit.

CAPVT XIII.

1. Cor. 15.

1. Tim. 1.

Solus Deus, pater & filius & Spiritus sanctus, immortalis, inuisibilis, incorruptibilis.

TENEAMVS istã indeclinabilẽ confessionẽ. nõ est simile offendere in creaturã, & offendere in creatorẽ. Certè qualitates creaturarũ differẽdo quæramus, & si in aliquo fallimur, in quod peruenimus in eo ambulemus. Tũc enim si quid aliter sapimus: & hoc nobis deº reuelabit, vnde hesterno die diutius disputauimº. Beati mũdicordes: quoniã ipsi Deum videbunt. Nos mundandis cordibus modis omnibus instemus, omni conatu inuigilemus: omni prece quantũ possumus impetremus; vt cor mũdemº. Et si de his quę foris sunt cogitamus, Mũdate, ait; quæ intus sunt: & quæ foris sunt mũdata erũt. Fortassis alicui videatur tã clarũ esse testimoniũ de carne quam de corde: quia scriptũ est: Videbit omnis caro salutare Dei. Habemus de corde euidentissimum testimoniũ, Beati mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt. Habemus & de carne: Videbit omnis caro salutare Dei. Iã quis dubitaret visionẽ Dei carni esse promissam; nisi moueret, quid est salutare Dei? Imò quia non mouet, nõ enim dubij sumus, salutare Dei Christus Dominus est. Dominus itaque noster Iesus Christus si in sola diuinitate videretur, nemo dubitaret carnem visuram esse substantiam Dei; quia videbit omnis caro salutare Dei. Quia verò Dominus noster Iesus Christus, & oculis cordis, mundis, perfectis, Deo plenis videri potest quantũ attinet ad eius diuinitatem, visus est autẽ & in corpore, secundũ quod scriptum est, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est; vnde scio quomodo dictũ sit, videbit omnis caro salutare Dei, qa videbit Christũ dictũ est, nemo dubitet.

Philip. 3.

Matth. 5.

Matth. 23. Lucæ 11.

Lucæ 3.

Matth. 5.

Salutare Dei, Christus Dominus.

Baruch 3.

CAPVT XVII.

SED vtrum in corpore Dñm Christũm, an sicut erat in principio verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum, hic ambigitur, hoc quæritur. Noli me vrgere vnõ testimonio. Citò cõfiteor; videbit omnis caro salutare Dei. Dicunt hoc esse, videbit omnis caro Christũ Dei. Sed visus est Christus, & in carne, non quidem carne mortali, si adhuc illa spiritalis mutatio caro dicẽda est; quia & ipse post resurrectionem sic dixit videntibus, & tangentibus, Palpate & videte, quia Spiritus carnẽ & ossa non habent, sicut me videtis habere. Videbatur & sic. NON solùm visus est, sed & videbitur. Et fortè tunc perfectius implebitur quod dictum est omnis caro.

Lucæ 24.

Modo

Matth. 25. Modo enim vidit eum caro: sed nõ omnis caro: Tunc verò in iudicio veniẽtem cum angelis suis ad iudicandos viuos, & mortuos, cùm audierint vocem eius omnes qui in monumentis sunt, & processerint alij ad resurrectionem vitæ, alij ad resurrectionẽ iudicij: ipsam formam videbũt, quã pro nobis suscipere dignatus est, non solùm iusti, sed etiam iniqui, alij ad dexteram, alij ad sinistram: quia & qui occiderũt, videbunt in quem pupugerũt. Videbit ergo omnis caro salutare dei. Corpus per corpus: quia in vero corpore veniet iudicaturus. Sed ad dexteram positis, & in regnum cælorũ missis, sic se demonstraturus est quomodo iam in corpore videbatur: & tamen dicebat, Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo meipsum illi. Hoc Iudæus impius non videbit. Tollitur enim impius, ne videat claritatem Dei.

Ioan. 5. Zach. 12. Ioan. 19. Ioan. 14. Esa. 26. secundũ 70.

CAPVT XVIII. Simeon vidit Dominum & corde & oculis. Lucæ 2.

SIMEON iustus vidit cum & corde, quia cognouit infantem: & oculis vidit, quia portauit infantẽ. Vtroque modo vidẽs eum agnoscens dei filium, & amplectens de virgine procreatum, Nũc dimittis, inquit, Domine seruum tuum in pace: quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Videte quid dixerit. Tenebatur enim quousq; & oculis videret, quẽ fidecernebat. Corpus paruulum accepit, corpus amplexus est: corpus videndo, id est, Dominum in carne cernendo ait: Viderunt oculi mei salutare tuum. Vnde sis, ne sic videat omnis caro salutare Dei? Ne autem desperemus eum in ea forma venturum ad iudicium quam pro nobis accepit, non in qua semper æqualis patri permãsit: audiamus & hinc vocem angelorum. Ante oculos discipulorum suorum cum ferretur in cælum, & illi attenderent, cumq; corde desideratum aspectu deducerẽt, audierunt ab angelis: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui acceptus est à vobis: sic veniet quomodo vidistis eum eũtem in cælũ. Sic ergo sic veniet quomodo abscessit in cælum. Visibilis veniet ad iudicium: quia visibilis abscessit in cælum. Nam si visibilis abscessit & inuisibilis veniet: quomodo sic veniet? Si autem sic veniet, visibilis ergo veniet: & videbit omnis caro salutare Dei.

Act. 1.

CAP. XIX. NON hoc ideo dixi, mementote quantum potestis vt ea dicamus, vsquequo inuenerimus, quę nondũ nouimus. Quod autem nouimus, non opus est vt discamus: sed Domino adiuuante, doceamus. Nõ ergo hoc ideo dixi, quia carnem visuram negaui: sed quia quærenda sunt testimonia clariora si forte poterũt inueniri. Nã hoc quod prolatum est, videtis quale sit. Pro nobis enim magis facit, vel pro ipsa veritate, vel pro his qui quasi certo cõtendunt, carnem nõ visuram omnino vllo modo Deũ; nec in resurrectione mortuorum. Nos hinc non contendimus, sed repetendo acutos cõmemoramus, tardis inculcamus. Licet multis tædiosi simus, dicimus tamen. Deus non videtur in loco, quia non est corpus: quia vbique totus est, quia non in parte minor, & in parte maior est. Hoc firmissimè teneamus. Si autem caro illa tãtam acceperit imitationem, vt possit per eam videri quod non videtur in loco: omnino ita sit. Sed quærendum est, vnde doceatur. Et si non docetur, nõdum negetur, sed certè vel dubitetur. Ita tamen vt carnẽ resurrecturam non dubitetur: spiritale corpus futurum ex animali non dubitetur, corruptibile hoc, & mortale hoc, induere immortalitatẽ, & incorruptionem nõ dubitetur: vt in quod peruenimus in eo ambulemus. Certè si nimis inquirendo in aliquo fortè deuiamus: saltem in creaturam nõ in creatorem deuiemus. Conetur vnusquisq; quãtum potuerit corpus cõuertere in Spiritum: dum tamen in corpus non cõuertat Deũ. Conuersi ad Dominum Deum patrem omnipotentem, puro corde ei quãtum potest paruitas nostra, maximas atque vberes gratias agamus, precãtes toto animo singularem mãsuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito, &c.

Sermo primus beati Augustini Episcopi, de natali sanctæ Perpetuæ & Felicitatis, martyrum. SERMO CIII.

Possidius in fine Indiculi de natali Perpetuæ, & Felicitatis, tractatus tres.

CAP. I. S. Perpetua et Felicitas, perpetua felicitate floruerunt.

ODIERNVS dies aniuersaria replicatione nobis in memoriã reuocat, & quodãmodo repræsentat diem, quo sanctæ famulæ Dei Perpetua & Felicitas coronis Martyrij decoratæ, perpetua felicitate floruerunt: tenentes nomẽ Christi in prœlio, & simul inueniẽtes etiam suum nomen in præmio. Exhortationes earum in diuinis reuelationibus triumphosq; passionum, cum legerẽtur audiuimus: eaq; omnia verborum digesta & illustrata luminibus aure percepimus; mente spectauimus, religione honorauimus, charitate laudauimus. Debetur tamẽ etiam à nobis tam deuotę celebritati sermo sollennis: quẽ si meritis earum imparem profero, impigrũ tamẽ affectum gaudio tãtæ festiuitatis exhibeo. Quid enim gloriosius his feminis: quas viri mirãtur facilius quàm imitãtur? Sed hoc illius potissimum laudis est, in quem credentes & in cuius nomine fideli studio concurrẽtes, secũdum interiorem hominem, nec masculus, nec femina inueniuntur: vt etiam in his quæ sunt feminæ corpore, virtus mentis sexũ carnis abscõdat, & in mẽbris pigeat cogitare, quod in factis nõ potuit apparere. Calcatus est ergo draco pede casto, & victore vestigio: cùm erectę demõstrarẽtur scalę, per quas beata Perpetua iret ad Deum. Ita caput serpẽtis antiqui, quod fuit præcipitiũ feminæ cadẽti, gradus factum est ascẽdẽti.

Gal. 3.

CAP. II. QVID hoc spectaculo suauius, quid hoc certamine fortius, quid hac victoria gloriosius? Tunc cùm bestiis sancta obiicerẽtur corpora, toto amphitheatro fremebant gentes, & populi meditabãtur inania: sed qui habitat in cælis irridebat eos, & Dominus subsannabat eos. Nũc autem posteri illorum quorũ voces in carne Martyrum impiè sæuiebant: merita Martyrum piis vocib⁹ laudãt. Neq; enim tunc tãto concursu hominũ ad eos occidendos cauea crudelitatis impleta est, quanto nũc ad eos honorãdos ecclesia pietatis impletur. Omni anno spectat cum religione charitas, quod vno die cũ sacrilegio commisit impietas. Spectauerunt & illi, sed longè voluntate dissimili: Illi clamãdo faciebãt, quod mordendo bestiæ non implebant. Nos autem & quod fecerunt impij miseramur, & quod pij passi sunt veneramur. Illi viderunt oculis carnis, quod cordis immanitati refunderent, nos aspicimus oculis cordis quod illis ereptum est ne viderẽt. Illi mortua lætati sunt corpora Martyrum, nos mentes mortuas dolemus illorũ. Illi sine lumine fidei Martyres putauerunt extinctos, nos fidelissimo intuitu cernimus coronatos. Denique illorũ insultatio, facta est nostra exultatio. Et hæc quidẽ religiosa & sempiterna, illa verò tunc impia, nunc planè iã nulla.

Psal. 2.

CAP. III. Martyrum maxima præmia. Huius vitæ laboriosæ, erumnosæ & temporalis dulcedo ac suauitas.

PRÆMIA Martyrum charissimi, maxima credimus, & rectissimè credimus: Sed si certamina diligenter intueamur, nequaquam illa tam magna esse mirabimur. Nam vitæ huius quãuis laboriosæ ac temporalis, tamen tanta dulcedo est, vt cùm homines non possint efficere ne moriantur, tamen multis & magnis conatibus agant ne cito moriantur. Pro morte auferenda nihil fieri potest, & pro ea differẽda fit quicquid potest: Certe omni animæ laborare molestũ est. Et tamen etiam ab his à quibus nihil seu boni seu mali post

post hanc vitã speratur, omnibus laboribus agitur, ne labor omnis morte finiatur. Quid illi qui vel errore post mortẽ futuras falsas & carnales delicias suspicantur, vel recta fide quietem * quodam ineffabiliter tranquillissimã & beatissimã sperant: nõne & iam ipsi satagunt, & magnis curis agũt ne citò moriãtur? Quid sibi enim aliud volunt pro victu necessario tot labores, tãta seruitus, siue medicinæ, siue aliorum obsequiorũ, quã vel exigunt ægroti, vel exhibetur ægrotis: nisi ne ad terminum mortis citò veniatur? Quãti itaque comparãda est in futura vita nulla mortis illatio, cuius tã pretiosa est in hac vita sola dilatio?

al. quandã.

CAP. IV. TANTA quippe est etiam huius ærumnosæ vitæ nescio quæ suauitas, tantũsque in natura vtcunque viuentium horror mortis: vt nec illi mori velint qui per mortem ad vitam transeunt, in qua mori non possint. Hanc igitur viuendi tantam iocunditatem metũmquo moriẽdi, charitate sincera, spe certa, fide non ficta martyres Christi præcipua virtute contemnunt. In his promittentem minantẽmque mundum post tergum relinquentes, in anteriora se extendunt: Hæc variè sibilantis calcãtes caput serpentis ascendũt. Omnium quippe victor est cupiditatũ, qui tanquã tyrannũ subiugat amorem vitæ huius: cuius satellites sunt oẽs cupiditatis. Nec est omnino quo in hac vita vinculo teneatur, quisquis vitæ ipsius amore non tenetur. Timori autẽ mortis, & corporales dolores solẽt vtcũque cõferri. Nam aliquando ille, aliquãdo iste vincit in homine. Mentitur tortus, ne moriatur: mentitur & moriturus, ne torqueatur. Verum dicit nõ ferẽdo tormẽta: ne pro se mentiendo torqueatur. Sed superet horum quilibet in mẽtibus quibuslibet. Martyres Christi pro nomine & iustitia Christi vtrumque vicerũt: nec mori nec dolere timuerũt. Vicit in eis qui vixit in eis: vt qui nõ sibi, sed illi vixerunt, ne mortui morerẽtur. Ipse eis exhibebat spiritales delicias, ne sentirent corporales molestias: quantum non defectioni, sed exercitationi sufficeret. Nam vbi erat illa femina, quãdo ad asperrimã vaccã se pugnare non sensit: & quando futurũ esset quod iam fuerat, inquisiuit? Vbi erat? Quid videns ista nõ viderat, quo fruẽs ista non senserat? Quo amore alienata, quo spectaculo auocata, quo poculo inebriata? Et adhuc hærebat nexib⁹ carnis, adhuc moribũda mẽbra gestabat, adhuc corruptibili corpore grauabatur. Quid cùm resolutæ his vinculis animæ martyrum post labores periculosi certaminis, triumphis angelicis exceptæ atque refectæ sunt, vbi non eis dicitur, impletę quod iussi, sed accipite quod promisi? Qua nũc iocũditate spiritaliter epulãtur quàm securi in Domino, & quàm sublimi honore gloriantur, quis terreno docere possit exemplo?

Luc. 16.

CAP. V. ET hæc quidem vita quam nunc beati martyres habẽt, quamuis iam nullis possit seculi huius felicitatibus vel suauitatib⁹ cõparari: parua particula promissionis igitur, imò solatiũ dilationis. Veniet autẽ retributionis dies, vbi corporibus redditis, totus homo recipiat quod meretur. Vbi & illius diuitis membra quæ quõdã tẽporali purpura decorabãtur, æterno igne torreantur, & caro pauperis vlcerosi mutata inter angelos fulgeat; quamuis etiam nunc ille guttã ex digito pauperis apud inferos sitiat: & ille in sinu iusti deliciosè requiescat. Sicut enim plurimũ distat inter lætitias miseriãsue somniãtiũ & vigilãtium: ita multũ interest inter tormenta vel gaudia mortuorũ & resurgentium: non quòd spiritus defunctorũ sicut dormientiũ necesse sit falli, sed quòd alia est animarũ sine vllis corporibus requies, alia cũ corporib⁹ cęlestib⁹ claritas & felicitas angelorũ, quib⁹ æquabitur resurgẽtiũ multitudo fideliũ: in

qua gloriosissima martyres præcipua sui honoris luce fulgebunt, ipsaq. corpora in quibus indigna tormenta perpessi sunt, eis digna in ornamenta vertentur.

CAP. VI. Quomodo sollẽnitates martyrum celebrandæ.

VNDE sollennitates eorum sicut facimus, deuotissimè celebremus: sobria hilaritate, casta cõgregatione, fideli cogitatione, fidenti prædicatione. Non parua pars imitationis est, meliorum congaudere virtutibus. Illi magni, nos parui: sed benedixit Dominus pusillos cũ mãgnis. Præcesserũt, præminuerũt. Si eos sequi non valemus actu, sequamur affectu. Si nõ gloria, certè lętitia. Si non meritis, võtis. Si non passione, cõpassione. Si non excellẽtia, cõnexione. Non nobis parum videatur quòd corporis mẽbra sumus, cuius & illi: æquiparari nõ possumus. Quia si vnũ mẽbrũ patitur, compatiũtur omnia membra: ita cùm glorificatur vnũ membrum congaudẽt omnia mẽbra. Gloria capiti, vnde consulitur & superiorib⁹ manib⁹, & infimis pedibus. Sicut ille vnus animã suã pro nobis posuit: ita & imitati sunt martyres, & animas suas pro fratrib⁹ posuerũt: atque vt ista populorũ tãquã germinũ copiosissima fertilitas surgeret, terrã suo sanguine rigauerũt. Fructus laboris ergo illorum etiam nos sum⁹. Miramur eos, miserantur nos. Gratulamur eis, precantur pro nobis. Illi corpora sua tanquã vestimenta prostrauerũt, cùm pullus Dominũ portans in Hierusalẽ duceretur: nos saltẽ velut ramos de arboribus cędentes, de Scripturis sanctis hymnos laudésque decerpimus, quãs in cõmune gaudium proferamus. Omnes tamẽ eidem Domino parẽmus, eundem magistrũ sequimur, eundẽ principẽ comitamur, eidem capiti subiungimur, ad eandẽ Hierusalem tendimus, * eãmque sectamur charitatẽ, eandémque amplectimur vnitatem. Conuersi ad Dominum, &c.

1. Cor. 12. Sancti miserantur nos ac precantur pro nobis. Matth. 21. al. eãdem.

Item eiusdem de eodem secundus. SERMO CIIII.

CAP. I. REFVLGET, & præminet inter comites martyres, & meritum & nomen Perpetuæ & Felicitatis, sanctarum Dei famularum. Nam ibi est corona gloriosior, vbi sexus infirmior: quia profectò virilis animus in feminas maius aliquid fecit, quando sub tanto pondere fragilitas feminea non defecit. Bene inhæserant vni viro, cui virgo casta vnica exhibetur Ecclesia. Bene, inquam, inhæserant illi viro, à quo virtutem traxerant qua resisterent diabolo: vt feminæ prosternerent inimicum, qui per feminam prostrauerat virum. Ille in eis apparuit inuictus, qui pro eis factus est infirmus. Ille eas vt meteret, fortitudine impleuit: qui eas vt seminaret, semetipsum exinaniuit. Ille eas ad hos honores laudésque perduxit, qui pro eis opprobria & crimina audiuit. Ille fecit feminas viriliter & fideliter mori: qui pro eis dignatus est de femina miserciorditer nasci.

2. Cor. 11.

CAP. II. DELECTAT autem piam mentem tale spectaculum contueri, quale sibi beata Perpetua de se ipsa reuelatum esse narrauit. Virum se factam, certasse cum diabolo. Illo quippe certamine in virum perfectum etiam ipsa currebat, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Meritò ille vetus ac veterator inimicus ne vllas præteriret insidias qui per feminam deceperat virum, quia viriliter secum agentem feminam sensit, per virum eam superare tantauit. Nec maritum suppositum, ne illa quæ iam superna cogitatione habitabat in cælis, suspicionem desiderij carnis erubescendo permaneret fortior: sed patrem verbis deceptionis instruxit, vt religiosus animus, qui non molliretur voluptatis instinctu, pietatis impetu frãgeretur. Vbi sancta Perpetua tanta patri moderatione respondit, vt nec præceptum violaret quo debetur honor parentibus.

Eph. 4.

bus, nec dolis cederet, quibus altior agebat inimicus. Qui vndique superatus, eundem patrẽ eius virga percuti fecit: vt cuius verba contẽpserat, saltẽ verbera cõdoleret. Ibi verò doluit illa senis parentis iniuriã: & cui non præbuit assensum, seruauit affectũ. Oderat quippe in illo stultitiã, nõ naturam, & eius infidelitatẽ, non originem suam. Maiore igitur gloria tam dilectũ patrẽ malè suadentem fortiter repulit, quã vapulantem videre sine mærore nõ potuit. Proinde & dolor ille nihil retraxit robori fortitudinis, & aliquid addidit laudib° passionis. Diligentibus enim Deũ, omnia cooperantur in bonum. FELICITAS verò etiam in carcere prægnans fuit. In parturiendo femineam cõditionẽ feminea voce testata est. Nõ aberat Euæ pœna: sed aderat Mariæ gratia. Exigebatur quod mulier debebat: opitulabatur quem virgo pepererat. Denique editus est partus, immaturo mẽse maturus. Actum est enim diuinitùs, vt non suo tempore onus vteri poneretur: ne suo tempore honor martyrij differretur. Actũ est, inquã, diuinitùs, vt indebito die fœtus ederetur, dum tamen tanto comitatu debita felicitas redderetur: ne si defuisset, non solũ socia martyribus, verũ etiam ipsorum martyrum præmiũ defuisse videretur. Hoc enim erat nomẽ ambarum, quod munus est omnium. Nam cur omnia martyres perferunt: nisi vt perpetua felicitate glorientur? Hoc ergo illæ vocabantur, ad quod cuncti vocantur. Et ideo cùm esset in illo certamine plurimus comitatus: harum duarum nominibus omnium est significata perennitas, omnium signata sollennitas. Conuersi ad Dominum, &c.

Rom. 8. Cap. III.

Item eiusdem de eodem tertius.

SERMO CV. CAP. I.

DVARVM sanctarum martyrum festũ diẽ hodie celebramus, quæ non solũ eminuerũt excellentibus in passione virtutibus, verũ etiam pro tanto labore pietatis mercedem suam cæterorúmque sociorum propriis vocabulis signauerunt. Perpetua quippe & Felicitas nomina duarum, sed merces est omniũ. Neq; enim omnes martyres in certamine passionis atque confessionis ad tempus fortiter laborarẽt, nisi vt perpetua felicitate gauderent. Diuina ergo † prudentia gubernante istæ nõ solùm martyres, verũ etiam coniunctissimæ comites, sicut factũ est, esse debuerunt: vt vnũ suæ gloriæ diem signarent, cõmunémque sollennitatẽ celebrandã posteris propagarent. Sicut enim exẽplo gloriosissimi certaminis vt imitemur hortantur: ita suis nominibus munus inseparabile nos accepturos esse testantur. Ambæ inuicẽ teneant, inuicem nectant. Alteram sine altera non speramus. Nam nec prodest perpetua, si felicitas non sit: & felicitas deserit, si perpetua non sit.

al. prouidentia.

HÆC de vocabulis martyrum quibus consecratus est dies, pro tẽpore pauca sufficerint. Quod autẽ attinet ad istas quarum sunt ista vocabula, sicut audiuim° cũ earum passio legeretur, sicut memoriæ traditũ nouimus, istæ tantarum virtutũ atque meritorum, nõ solùm feminæ, verùm etiam mulieres fuerunt. Quarũ altera & mater vt ad infirmitatem sexus impatiẽtior adderetur affectus, vt in omnibus eas hostis attentans tãquam nõ valentes dura & crudelia persecutionis onera sustinere: cessuras sibi cõtinuò, & suas crederet mox futuras. Sed illæ interioris hominis cautissimo & fortissimo robore omnes eius obtuderunt insidias, impetusque fregerunt. IN hoc insignis gloriæ comitatu etiam viri martyres fuerunt, eodem ipso die etiam viri fortissimi passione vicerunt: nec tamen eundem diem suis nominibus cõmendauerunt. Quod non ideo factum est, quia feminæ viris morum dignitate prælatæ sint: sed quia & muliebris infirmitas inimicum antiquum miraculo maiore deuicit, & virilis virtus ꝓpter perpetuam felicitatẽ certauit. Cõuersi ad Dñm, &c.

CAP. II.

CAP. III.

D. Augustini episcopi de festo sanctissimorum apostolorum Petri & Pauli. SERMO CVI.

Citat Beda ad Rom. 8.

RECENS sancti Euangelij lectio hodiernæ sollennitati conueniens, quæ modò sonuit in auribus nostris, si ab auribus etiam in cor nostrũ descendit, & in eo locũ quietis inuenit: (tunc enim in nobis requiescit verbũ Dei, quando nos acquiescimus verbo Dei:) admonuit nos omnes qui vobis verbum & sacramentum Domini ministramus, pascere oues suas. Beatus Petrus Apostolorũ primus, Dñi nostri Iesu Christi maior amator, quã negator, sicut indicat Euangeliũ, secutus est Dñm passũrum: sed tunc non potuit sequi passurus. Secutus est pedibus, nondum idoneus sequi moribus. Promisit se moriturum pro illo, & nõ potuit nec cum illo. Plus emũ ausus erat, quã ei° capacitas sustinebat. Plus ꝓmiserat: quã poterat: quia & indignũ erat vt faceret quod promiserat. Animã meã, inquit, pro te pono. Hoc pro seruo Dñs erat facturus, nõ seruus pro Dño. Qui ergo pl° est ausus, * vbi præpostere amauit, ideo timuit & negauit. Postea verò postquã Dominus surrexit, docet Petrũ amare. Inordinatè amans, defecit sub pondere passionis: ordinatè autẽ amanti promisit passionẽ. Meminimus infirmitatẽ Petri dolẽtis quòd Dominus esset moriturus. Hãc cõmemoro, ecce cõmemoro. Qui meminerint in corde suo, mecũ dicant: qui obliti fuerant, cõmonẽte me recolant. Dominus Iesus Christus passionẽ suã imminentẽ discipulis prænũciauit. Tunc Petrus amans eum, sed adhuc carnaliter, mori timens mortis interfectorẽ, Absit à te, inquit, Domine: Domine absit à te, propitius esto tibi. Nõ dixisset, propitius tibi esto, nisi agnosceret verũ Deũ. Ergo Petrus si Deus à te cognoscitur, quid times ne Deus moriatur? Tu homo es, ille Deus est. Et pro homine Deus factus est homo, assumẽs q; non erat, nõ perdens q; erat. In eo ergo Dominus moriturus erat, in quo & resurrecturus. Expauit ergo Petrus humanã mortẽ, & noluit eam contingere Dominũ. Nesciens, saecum volebat claudere, vnde nostrũ pretiũ erat manaturũ. Audiuit à Domino tũc, Redi retrò satanas: Neq; enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominũ. Cui paulo antè dixerat, dicenti, Tu es Christ° filius Dei viui, Beatus es Simõ Bar-Iona, quia tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cælis; paulo antè beatus, postea satanas. Sed vnde beatus? Nõ de suo. Nõ tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cęlis. Vnde autẽ satanas? Ex homine, & in homine. Nõ enim sapis quę Dei sunt, sed quæ hominũ. Talis Petrus amans Dominũ, timens mori Dominum. Et volens mori pro Domino, secutus est: & inuentus est quomodò prædixerat medicus, non quomodo præsumpserat ægrotus.

B. Petrus Apostolorũ primus.

Ioan. 13. d.

Locus mẽdosus.

Saecus prætii nostri. Ibidem.

CAP. IV.

INTERROGATVS ab ancilla, negat semel, bis, & tertiò. Aspicitur à domino, flet amarè: tergit lachrymis pietatis cordis negationes. Resurgit Dominus, apparet discipulis. Videt iam Petrus viuentem, cui morienti timuerat: Videt non Dominum occisum, sed mortem in Domino occisam. Iam ergo confirmatus exemplo ipsius carnis Domini, mortem non esse vsque adeò metuendam, docetur amare. Modò opus est vt amet, iã viso Domino viuo post mortẽ. Modò amet, modò securus amet. Securus, quia secuturus. Dominus ergo, Petre amas me? Et ille: Amo Domine. Et Dominus: Nõ quia amas me, volo vt moriaris pro me: hoc enim ego

CAP. VI.

Luca 22.

Ioan. 21.

ego iam feci pro te. Sed quid? Amas me? Quid mihi redditurus es, quia amas me? Amas me? Amo. Pasce oues meas. Et iterũ hoc, & tertiò hoc: vt ter confiteretur amor, quod ter negauerat timor. Videte, percipite, discite. Nõ aliud quã amas interrogatur, nõ aliud quàm amo respondenti dicitur, Pasce oues meas. Et cõmendatis Petro ouibus suis, & cõmendato sibi Petro cum ouibus suis, iam prænunciat passionẽ & dicit, Cũ esses iunior cingebas te, & ibas quò velles: cũ autẽ senior factus fueritis, alter te cinget, & feret quò tu nõ vis. Hoc autẽ dicebat, ait Euãgelista, significans qua morte clarificaturus esset Deũ. Videtis hoc pertinere ad pascendas oues Dñi, vt nõ recusetur mors pro ouibus Dñi.

Ibidem. Ioan. 21.

PASCE oues meas. Cõmendat oues idoneo, an minus idoneo? Primò, quas oues cõmẽdat? Pretiosas, emptas nõ auro, nõ argento, sed sanguine. Si dominus homo cõmendaret seruo suo oues suas, & serui facultates proculdubiò cogitaret, vtrũ peculiũ serui illius idoneũ esset pretiũ ouiũ suarũ, & diceret, Si perdiderit, si dissipauerit, si consumpserit, habet vnde reddat. Cõmẽdaret ergo seruo idoneo oues suas, & serui facultates in pecunia quæreret, pro ouibus quas pecunia cõparauit. Nunc ergo Dñs Iesus Christus quia seruo cõmendat oues quas sanguine cõparauerat: idonietatem serui in passione sanguinis quærit. Tanquã diceret: Pasce oues meas, cõmendo tibi oues meas. Quas oues? Quas emi sanguine meo. Mortũs sum pro eis. Amas me? More re pro eis. Et quidẽ seruus ille hominis homo pecuniã redderet pro cõsumptis ouibus: Petrus sanguinẽ reddidit pro ouibus cõseruatis. ITA fratres, aliquid pro tẽpore volo dicere. Quod Petro commendatũ est, quod Petro mandatũ est, nõ Petrus solus, etiam alij Apostoli audierũt, tenuerũt, seruauerunt, maximéq; ipse consors sanguinis & Dei apostolus Paulus. Audierunt ista, & ad nos audiẽda trãsmiserũt. Pascimus vos, pascimur vobiscũ. Det nobis deus vires sic amãdi vos, vt possimus etiã mori ꝓ vobis, aut effectu, aut affectu. Nõ enim quia Ioanni apostolo passio defuit, ideo passioni animus præparatus deesse potuit. Non est passus, sed potuit pati. Præparationẽ eius Deus nouerat, quẽadmodum tres pueri arsuri missi sunt nõ victuri. Negabimus eos martyres, quia flãma eos vrere nõ potuit? Interroga ignes, passi nõ sunt. Interroga voluntatẽ, coronati sũt. Potẽs est enim Dñs, dixerũt, eruere nos de manibus tuis: Sed & si non: sunt ibi certa pectora & stabilis fides, ibi virtus inconcussa, ibi victoria secura. Sed & si nõ, notũ tibi sit rex; quoniã statuã quã statuisti, nõ adorabimus. Aliud Deo placuit: Nõ arserunt, sed ignẽ idololatriæ in animo regis extinxerũt. VIDETIS ergo charissimi quæ sunt proposita in hoc tẽpore seruis Dei, propter futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis: contra quam gloriam nõ appenditur quælibet quãtalibet tribulatio tẽporalis. Indignæ enim sunt passiones huius tẽporis, ait Apostolus, ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Si hæc ita sunt, modò nemo cogitet carnaliter, non est tempus. Cõcutitur mundus, excutitur vetus homo: premitur caro, liquescat spiritus. Iacet petri corpus Romæ, dicũt homines, iacet Pauli corpus Romæ, Laurentij corpus Romæ, aliorũ sanctorũ martyrũ sancta corpora iacẽt Romæ: & misera est Roma, & vastatur Roma, affligitur, cõteritur, incẽditur. Tot strages, mortis fiũt: ꝓ famẽ ꝓ pestẽ, per gladiũ. Vbi sũt memoriæ Apostolorum? Quid dicis? Ecce hoc dixi, tanta mala Roma patitur: vbi sunt memoriæ Apostolorũm? Ibi sunt, sed in te nõ sunt. Vtinã in te essent, quisquis ista loqueris, quisquis † ista desipis, quisquis vocatus in spiritu carnaliter sapis. Prorsus adhuc patiẽtiã doceo, nondũ sapientiã. Patiens esto, Dominus vult. Quæris quare velit? Differt secretũ cognitionis, strenuitatem obedientiæ præpara. Ferre te vult. Fer quod vult, & dabit quod vis. Et tamen, fratres mei, ecce audeo dicere. Libenter auditurí estis, si iã primas partes obedientiæ retinetis, si est in vobis lenis & mitis patientia ferendi Dominicam voluntatem. Lenia quippe non ferimus, sed amamus: aspera toleramus, ad lenia gaudemus. Dominũ Deũ tuũ vide, caput tuũ vide, exemplũ vitæ tuæ vide: redẽptorẽ tuũ, pastorẽ tuũ attẽde. Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Quomodo ostendit humanã voluntatẽ, & cõtinuò cõuertit renisum ad obedientiã. Veruntamẽ nõ quod ego volo, sed quod tu vis pater. Ecce petro hoc dixit: Cũ senueris alter te cinget, & feret quò tu nõ vis. Ostendit in illo humanã voluntatẽ, circa trepidationẽ mortis. Nũquid quia nolẽs mortuus est, nolens coronatus est? Sic & tu nolebas fortẽ amittere peculiũ tuũ quod hic relicturus eras: attẽde ne cũ relinquẽdo remaneas. Nolebas ante te mori filium tuũ, nolebas ante te mori vxorem tuã. Quid enim? Et si Roma nõ caperetur, nõ aliquis vestrũ prior moriturus erat? Nolebas ante te mori vxorẽ tuã, nolebat vxor tua ante se mori virũ suũ. Ambobus obtẽperaturus erat Dominus? Ordo penes ipsum sit, qui nouit ordinare quod creauit. Obtẽpera ergo tantæ voluntati Dei. IAM video quid dicas in corde tuo. Ecce tẽporibus Christianis Roma afflicta est, & incensa est. Quare temporibus Christianis? Quis dicit hoc? Christianus. Ergo tu tibi responde si Christianus es: quãdo voluit De°. Sed quid dico Pagano? Insultat mihi. Quid tibi dicit? Vnde tibi insultat? Ecce quãdo faciebamus sacrificia diis nostris, stabat Roma, florebat Roma: modò quia superauit & abundauit sacrificiũ Dei vestri, & inhibita sunt & prohibita sacrificia deorũ nostrorũ, ecce quid patitur Roma. Breuiter respõde interim, vt illo careamus, cæterũ tibi alia meditatio est. Non enim vocatus es ad amplectendã terram; sed ad cõparandũ cælum: nõ vocatus es ad felicitatẽ terrenam, sed ad cælestem: non ad temporales successus, & prosperitatem volaticam & transitoriam, sed ad æternam cum angelis vitã. Tamẽ huic amatori carnalis felicitatis, & murmuratori aduersus Deũ viuum & verum; volenti seruire dæmoniis, & lignis & lapidibus, citò responde. Sicut habet historia eorũ, incendiũ hoc Romanæ vrbis, tertiũ est. Sicut habet historia eorum, sicut habent literę ipsorum, incendiũ Romanę vrbis quod modò cõtigit, tertiũ est. Quæ modò semel arsit inter sacrificia Christianorũ, iam bis arserat inter sacrificia Paganorũ. Semel à Gallis incẽsa est, vt solus collis Capitolinus remaneret. Postẽa à Nerone, nescio vtrum dicam sæuiẽte an fluẽte secundo igne Roma flagrauit. Iussit Nero imperator ipsius Romæ, seruus idolorũ, interfector Apostolorũ, iussit & incensa est Roma. Quare putatis? Qua causa? Homo elatus, superbus & fluidus, delectatus est Romano incẽdio. Videre, inquit, volo, quomodo Troia arserit. Arsit ergo sic semel, bis, tertiò. Modò quid te delectat contra Deũ stridere, pro ea quæ consuevit ardere? SED in ea, inquiunt, passi sunt tanta mala tã multi Christiani. Excidit tibi quia Christianorũ est pati mala temporalia, & bona sperare sempiterna? Tu quisquis Paganus es, habes quod plangas: quia temporalia perdidisti, & æterna nondũ inuenisti. Habet Christianus quod cogitet. Omne gaudiũ existimate, fratres mei, cùm in tentationibus variis inciderítis. Dicis itaque ô Pagane, Dij pręsides Romã modò non seruauerunt, quia non sunt. Tunc seruauerũt, quando erant. Nos Deum nostrum ostendimus veracem. Prædixit ista omnia, legistis, audistis, sed nescio vtrum meministis: qui talibus verbis turbamini. Non audistis

Rom. 8. Beda.

De ciuit. Dei lib. 3. cã. 17. 18. Vide etiã ser. 29. de verbis Domini, circa finem. Fortè, ita.

CAP. VII.

Christiano rũ est pati mala tẽporalia, & sperare bona sẏpiterna. Iac. 1.

Deciuit. Dei lib. 2. c. 22.

Matth. 16.

Ibidem.

Cap. VI.

Animus martyrii in Augustino.

Dan. 3.

Matth. 16.

audistis prophetas, non audistis ipsum Dominũ Iesũm Christũ prædicentẽ mala futura, quantũ accedit ætas mundo, quanto propinquat finẽ? Audistis fratres, simul audiuimus; Erũt bella, erũt tumultus, erunt pressuræ, erunt fames. Quare nobis ipsis cõtrarij sumus, vt quando leguntur credamus, quando implentur murmuremus? Sed plus, inquiunt, plus vastatur modò genus humanũ. Interim considerata præterita historia, salua quæstione, nescio vtrũ plus. Sed ecce sit plus: credo qa plus. Dñs ipse soluit quæstionem, plus modò vastatur mundus, plus vastatur. Audi quare modò plus vastatur, quando Euangeliũ vbiq; prædicatur. Audis quanta celebritate Euãgelium prædicatur, & non attendis quanta impietate cõtẽnatur? Iam, fratres, dimittamus paululũ Paganos foris, oculũ ad nos. Euangeliũ prædicatur toto mũdo; verũ est. Antequam Euangeliũ prædicaretur, latebat volũtas Dei: in prædicatione Euangelij patuit voluntas Dei. Dictũ est nobis in prædicatione Euãgelij quid amare debeamus, quid contẽnere, quid agere, quid vitare, quid sperare. Omnia audiuimus: nõ latet voluntas Dei per totũ mundũ. Pone seruum mundũ: & attende Euangeliũ. Audi Dñi vocem. Seruus iste mundus est. Seruus nesciẽs volũtatem domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit pauca. Seruus mũdus. Quomodo seruus mundus? Quia mundus per eum factus est, & mũdus eũ non cognouit. Seruus nesciens voluntatem domini sui. Ecce quid erat antẽ mundus. Nũc verò quid? Seruus sciens voluntatẽ domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit multa. Et vtinã multa vapulet, nõ semel damnetur. Quid recusas vapulare multa, ô serue sciens voluntatẽ domini tui, & faciens digna plagis? Dicitur tibi; ecce vna voluntas Dñi tui: Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi nec ærugo, neq; comestura exterminat, vbi fures nõ effodiunt nec furantur. Tu in terra thesaurizas; ille in cælo iubet, dicens tibi: Mihi da, ibi habeto thesaurũ, vbi ego sum custos: Mitte ante te. Quid seruas in terra? Quod custodit Christus, non tollit Gothus. Tu contrà prudentior scilicet & sapientior domino tuo, cõdis in terra. Sed cognouisti voluntatẽ Dñi tui. Sursum condere voluit. Et tu, Ego in terrã cõdo. Paratus ergo esto vapulare multa. Ecce scis voluntatẽ Dñi tui volentis te seruare in cælo, & tu seruas in terra: facis digna plagis. Et quando vapulas, blasphemas. Blasphemas, murmuras, dicis quod tibi facit Dñs, fieri non debuit. Quod facis tu seruus malus, hoc fieri debuit?

Lucæ 21. — Cap. vi. — Lucæ 12. — Matth. 6.

Cap. ix. Saltem illum locum tene, noli murmurare, noli blasphemare. Lauda magis Dñm tuũ, quia corripit te: Lauda quia emendat te, vt cõsoletur te. Quẽ enim diligit Deus, corripit, flagellat autem omnẽ filiũ, quẽ recipit. Tu delicatus filius Dominicus, & recipi vis, & flagellari non vis? vt tu fluas, ille mentiatur. Debuit ergo Apostolorũ memoria per quã tibi pręparatur cælũ, seruare tibi in terra theatra insanorũ? Planè verum est. Ideo mortuus est Petrus, & positus Romæ, vt lapides de theatro nõ caderent? Exeuit Deus delicias puerorũ, de manibus indisciplinatorũ. Fratres, peccata minuamus & murmura. Hostes simus iniquitatibus nostris, murmuri nostro: nobis irascamur, nõ Deo. Irascimini prorsus, irascimini. Sed ad quos vsus? Et nolite peccare. Ad hoc irascimini, ne peccetis. Etenim omnis homo quẽ pœnitet, sibi irascitur. Pœnitentiæ iram exercet in se. Vis ergo vt tibi parcat Deꝰ? Tu tibi noli parcere. quia si tu tibi pareis, ille tibi non parcet: quia si & ille tibi parcat, peris. Nescis quod optas miser, peris. Sicut eñ scriptũ est, Flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit, sic etiã illud time, Irritauit Dñm peccator. Vnde scis quasi diceretur illi, vnde scis quia Dñm irritauit peccator?

Hier. 12. — Psal. 4. — Hebr. 12. — Psal. 9.

A Vidit felicẽ peccatorem quotidie mala facientem, & nihil mali patientẽ, & in spiritu sancto horruit & doluit, & dixit, Irritauit Dñm peccator: Peccator iste qui facit tanta mala, & nihil mali patitur, irritauit Dñm. Prouocat Dñm: pro magnitudine iræ suę nõ exquiret. Ideo nõ exquiret, quia multũ irascitur. Qui tollit correptionẽ, parat dãnationẽ. Nõ exquiret. nã si exquiret, flagellaret: & fortasse emendaret. Modò autẽ multum irascitur, cũ nõ flagellantur. Nolite zelare illos, nolite velle esse sicut illi infeliciter felices. Melius est ad tempus flagellari, quã in æternum damnari. Ergo commendauit nobis Dñs oues suas, quia Petro cõmendauit: si tamen ex aliqua parte vel extrema digni sumus puluerem vestigiorũ Petri calcare, cõmendauit nobis oues Dñs. Oues ipsius estis, vobiscum oues sumus: quia Christiani sumus. Iã diximus, pascimus & pascimur. Amate Deũ, vt amet vos Dñs. Et nõ potestis ostendere quantũ ametis Deũ, nisi quantũ apparueritis amare lucra Dei. Quid habes præstare Deo homo cordate, qd præstas Deo? Quod præstabat Petrus, totũ hoc, Pasce oues meas. quid præstas Deo, vt sit maior, vt sit melior, vt sit ditior, vt sit honoratior? Qualiscunque tu etis, ille hoc erit quod erat. Ergo attende iuxta te, ne fortè proximo præstare debeas, quòd peruenias ad Deũ. Quãdo vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Si ergo esurienti iuberis panẽ frangere, tu pulsanti debes Ecclesiam claudere? Quare hoc dixi? Contristauit nos quod audiuimus, quamuis pręsentes nõ fuerimus, quòd quidam ex Donatistis veniens ad ecclesiã, peccatũ rebaptizationis cõfitens, cũ ad pœnitẽtiã ab Episcopo exhortaretur, reclamatũ est à quibusdam fratribus, & repulsus est. Dico charitati vestræ, torta sunt, torta sunt ex hoc viscera nostra. Fatemur vobis, non nobis placet talis diligẽtia. Scio quia zelo Dei fecerũt & Ecclesiæ. C Putatis quia nihil factũ est, quia hoc ad oẽs sonuit? Rogo vos, ideo sonuerit hodie vox ista, vt illud quod malè sonuit, obruat ea res quę bene sonuit. Hanc operam date, hoc sonet, hoc prædicemus, hoc prædicamus. Veniant, admittãtur more solito, qui nũquã adhuc catholici fuerunt. Si autẽ iam catholici fuerũt, & inuenti sunt lubrici, inuenti sunt inconstantes & infirmi, inuenti sunt perfidi: nũquid prorsus parco perfidis? Fortè erunt fideles, qui fuerũt perfidi: Veniant & ipsi admittendi ad pœnitentiã. Nec sibi blandiãtur, quòd redeũtes ad partẽ Donati egerunt pœnitentiã. Illa pœnitẽtia fuit de re bona: sit vera de re mala. quando egerũt pœnitentiã in parte Donati, pœnituit illos quòd bene fecerunt: modò agãt, vt pœniteat illos quòd malè fecerunt. Timetis quòd perfidi inuenti sunt, ne sanctum cõculcẽt? Ecce & huic timori vestro cõsulitur, in pœnitentiã admittuntur. Erũt in pœnitẽtia quãdo voluerint recõciliari, iam nemine cogente, nemine terrẽte: D quoniã pœnitẽs catholicus iam legũ cõminationes nõ patitur, cœpit velle reconciliari dũ nemo terreret, vel tunc credatur volũtati. Puta coactus est esse catholicus, erit pœnitens. quis illum cogit petere reconciliationis locum nisi voluntas propria? Modò ergo admittamus infirmitatem, vt postea probemus voluntatem. Conuersi ad Dominum, &c.

Vide ser. 17 de verb. Domini circa fin. Ferri, sup.

Cap. x.

B

Sermo secundus D. Augustini de eodem festo. Sermo cvii. Cap. i.

Iodiernum nobis diẽ festũ fecit sanguis Apostolorum. Hoc reddiderũt serui, quod pro eis impẽsum est sanguine domini. Beatus Petrus, sicut modò audiuimus, sequi iubetur, & tamen præcedere meditabatur, quando dixit Dño. Animam meam pro te ponã. Præsumptionẽ ferebat, timotẽ suũ nesciebat. Præire volebat, quẽ sequi debebat. Bonum cupiebat, sed ordinẽ nõ tenebat. Quãm

Ioan. 13.

Quã esset amara mors, amaro timore sensit, & peccatũ amari timoris amaris lachrymis lauit. Timor interrogatus est ab ancilla, amor à Dño. Et quid respõdit timor, nisi humanã trepidationẽ? quid respondit amor, nisi diuinã professionẽ? Amare eñ Deũ, donũ Dei est. Quando de amore Dñs Petrũ interrogabat, quod dederat exigebat. Quid tamẽ Dñs Petro prænunciauit? vnde est festus hic dies? Cũ esses iunior, inquit, præcingebas te, & ibas quò velles. Cũ autem senueris, alter te cinget, & feret quò nõ vis. Vbi est, Tecũ ero ad mortẽ? vbi est, Animã meã pro te ponã? Ecce formidabis, ecce negabis, ecce plorabis, & pro quo mori timuisti, resurget, & firmaberis. Quid eñ mirũ, quia timuit Petrus, antequã resurgeret Christus? Ecce iam resurrexit Christus, iam apparuit veritas animæ & carnis, iam q; est in promisso, firmatur exẽplo. Videtur Dñs viuꝰ post crucẽ, post mortẽ, post sepulchrũ. Parũ est q; videtur: tangitur, contrectatur, probatur. Fecit cũ discipulis quadraginta dies intrãs & exiens, mãducans & bibens, nõ egestate, sed potestate: nõ necessitate, sed charitate. Mãducans & bibẽs, nõ esuriendo, nec sitiendo, sed docẽdo & monstrando. Probatus verus & verax, ascẽdit in cælũ, mittit spiritũ sanctũ, implet credẽtes & orantes, mittit prædicantes. Et tamẽ post hæc omnia, Petrum alius præcinget, & feret quò ipse nõ vult. Quod volebas quando Dñs prædicebat, tunc velles quãdo sequi debebas. Alter te cingit, & fert quò tu non vis. Consolatus Dñs de hoc, transfigurans in se infirmitatẽ nostrã, & dicens: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Inde martyres magni, quia dulcedinẽ huius mundi calcauerunt, inde martyres magni, quia amaræ mortis asperitatẽ durissimã pertulerũt. Nã si facile est mortẽ ferre, quid magnũ martyres pro Dñi morte pertulere? Vnde magni, vnde excelsi, vnde cęteris hominibꝰ multò florentius coronati? Vnde, quod norunt fideles, distincti à defunctis, loco sud martyres recitantur, nec p eis oratur, sed eorũ orationibus Ecclesia cõmendatur? Vnde hoc, nisi quia mors quam pro Dñica cõfessione elegerũt suscipere, quã Christũ negare, vtiq; amara est? Vtiq; natura refugit mortem. Intuẽre oĩm animalium genus, nullũ inuenies q; nolit viuere, q; nõ timeat interire. Habet istũ sensum genus humanũ. Dura est mors. Sed nõ, inquã, quia mors est dura, ideo negãda est vita. Petrus etiã senex nolebat mori. Mori quidẽ nolebat, sed Christũ sequi malebat. Malebat Christũ sequi, quã non mori. Si via lata esset qua sine morte Christũ sequeretur, quis dubitet, quòd hanc arriperet, hãc eligeret? Sed nõ erat qua Christũ sequi quò ire volebat, nisi per viã quã pati nolebat. Deniq; per illã mortis asperitatem arietibus transeũtibus secutæ sunt oues. Arietes ouium sancti Apostoli. Aspera via mortis, spinis plena. Sed istæ spinæ petra & Petro trãseũte, petreis pedibus tritæ sunt. Non reprehẽdimus, nõ accusamus, etiã si vita ista ametur. Sic tamẽ vita ista ametur, ne in eius amore peccetur. Ametur vita, sed eligatur vita. Interrogo amatores vitæ, & dico, Quis est homo qui vult vitã? Etiã taciti oẽs respõdetis: Quis est homo qui non vult vitã? Addo q; Psalmus addidit. Quis est homo qui vult vitã, diligit dies videre bonos? Respondetur, Quis eñ est homo, qui nõ vult vitã, & qui nõ diligat videre dies bonos? Si ergo vis ad vitã venire, & videre dies bonos, quia ista merces est, opus huius mercedis attẽde. Contine linguã tuã à malo. Hoc in Psalmo sequitur. Quis est homo qui vult vitã, & amat dies videre bonos? Adiũgit: Cõtine linguã tuã à malo, & labia tua ne loquãtur dolũ. Declina à malo, & fac bonũ. Modò dic volo. Interrogabã, Vis vitã? Respõdebas, Volo. Interrogabã, Vis videre dies bonos? Respõdebas, Volo. Cohibe linguam tuã à malo. Modò dic, volo. Declina à malo, & fac bonũ: dic volo. Si autem hoc vis, quære opus, & ad mercedẽ curris. Attende apostolũ Paulũ, quoniã & ipsius hodie dies festus est. Cõcordẽ vitã ambo duxerũt, sociũ sanguinẽ ambo fuderũt, cælestẽ coronam ambo sumpserũt: diẽ hodiernum ambo cõsecrauerũt. Attẽde ergo apostolũ Paulũ, recole verba quæ paulò antẽ, cũ eius epistola legeretur, audiuimꝰ. Ego, inquit, iã immolor, tẽpus meæ resolutionis instat. Bonũ certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. De cætero, inquit, superest mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex. Nõ enim negabit debitũ, qui donauit indebitũ iustus iudex. Redder coronã, reddet. Bonũ certamẽ certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui: coronã his meritis reddet. Nec negabit debitũ, sicut dixi, qui donauit indebitũ. Quid est, quòd donauit indebitũ? Qui priùs fui blasphemꝰ, & persecutor, & iniuriosus. Quid ergo donauit indebitũ? Ipsum audiamus cõfitentẽ, & donatorem gratiæ de vita sua cõfessione laudantẽ. Prius, inquit, fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus. Debebatur ergo tibi vt esses Apostolus? Quid debebatur blasphemo & persecutori, & iniurioso? Quid, nisi æterna dãnatio? Et pro æterna dãnatione q̃d accepit? Misericordiã cõsecutus sum, qa ignorãs feci in incredulitate. Hæc est mĩa quã Deꝰ donauit indebitã. Audi aliud eodẽ ipso dicẽte alio loco: Nõ sum, inquit, dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiã Dei. Video ergo Apostole, quod nõ eras dignus. Vnde hoc tibi vt esses dignꝰ? Quare ergo es quod dignus nõ es? Audi. Sed gratia Dei cõsecutus sum quod sũ. Pœna mea fui quod fui: gratia Dei sum quod sum. Gratia, inquit, sum id quod sum, & gratia eius in me vacua nõ fuit: sed plus oĩbꝰ illis laboraui. Rependisti ergo gratiæ Dei. Accepisti & reddidisti: attẽde quid dixisti. Attẽdo, inquit. Nõ ego autẽ, sed gratia Dei mecũ. Ergo huic laboriosõ Apostolo bonũ agonẽ certanti, cursum cõsũmanti, fidẽ seruãnti, nẽgabit iustꝰ Deus coronã debitã, cui gratiã donauit indebitã? Cui autẽ reddet coronã debitam, ô paule parue, magne, cui reddet? Vtiq; meritis tuis. Bonũ certamẽ certasti, cursũ cõsummasti, fidẽ seruasti. Redder coronã debitam his meritis tuis. Sed vt reddatur tibi corona tua, Dei dona sunt merita tua. Ecce bonũ agonẽ certasti, cursum cõsummasti. Vidisti enim aliã legẽ in mẽbris tuis, repugnantẽ legi mentis tuæ, & captiũam te ducẽtẽ in lege peccati, quæ est in mẽbris tuis. Vnde tibi vincere, nisi ex hoc quod sequitur? Miser ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ? Gratia Dei, per Iesũ xpm dñm nostrũ. Ecce vnde pugnasti, ecce vndẽ laborasti: ecce vnde nõ defecisti, ecce vnde vicisti. Videte pugnantẽ. D Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an persecutio? an nuditas? an gladi? Sicut scriptũ est: Quã ꝓpter te mortificamur tota die, deputati sumꝰ vt oues occisionis. Ecce infirmitas, labor, miseria, picula, tẽtationes. Vnde victoria certãtiũ? Audi q; sequitur: Sed in his oĩbꝰ superuincimꝰ p eũ qui dilexit nos. Cursũ cõsũmasti. Quo ducẽte, quo regẽte, quo iuuãte? Quid hic dicis? Cursũ cõsũmaui, sed neq; volẽtis neq; currẽtis, sed miserẽtis est Dei. Fidẽ seruasti, verũ est. Primò q̃ fidẽ? quã tibi ipse dedisti? Falsũ est quod dixisti, Sicut vnicuiq; deus partitus est mẽsuram fidei? Nõnẽ tu alloqueris quosdam cõcertatores tuos, & in huius vitæ stadio tecũ laborantes atq; currẽtes, qbꝰ dicis, Vobis eñ donatũ est p Christũ? Quid donatũ est? Nõ solũ vt credatis in eũ, sed etiã vt patiamini p eo. Ecce vtrũq; donatũ est, & credere & pati pro Christo.

Amare Deũ, Dei donum est. — Ioan. 21. — Cap. ii. — Cap. iii. — Matth. 26. — Cap. iv. — Psal. 33. — Cap. v. — Christus donat gratiam indebitam. — Dei dona sũt merita nostra. — Rom. 7. — Rom. 8. — Psal. 43. — Rom. 8. Viuimus per eum qui dilexit nos. — Rom. 9. — 2. Tim. 4. — Rom. 14. — Philip. 2.

Cap. iii. De S. Paulo. — 1. Tim. 4. — 1. Tim. 1. — 1. Cor. 15.

Sed ait fortè aliquis: Accepi quidem fidem, sed ego cũstodiui. Tu dicis hoc fortẽ, quisquis hoc audis infi-

Cap. v.

piens. Accepi fidem, sed ego custodiui: Paulus noster
Psal. 126. non hoc dicit, ego custodiui. Respicit enim, Nisi Dñs A custodierit ciuitatẽ, in vanũ laborauit qui custodit eã. Labora, custodi: sed bonũ est vt custodiaris. Nã custodire te nõ sufficis. Si desertus fueris, dormitabis & dormies.
Psal. 120. Nõ autẽ dormitat neq; dormit, qui custodit Israël. Vitã ergo amamus, & amare nos vitã nullo modo dubitam⁹: Neq; omnino negare poterimus, amare nos vitã. Ergo eligamus vitã, si amam⁹ vitã. Quid eligimus? Vitam. Primò hic bonam, post hanc æternam. Primò hic bonam, sed nondũm beatam. Bona modò agatur, cui postea beata seruatur. Bona vita opus est: beata,
Bona vita, opus est; beata, merces. merces est. Age bonã, & accipies beatã. Quid iustius, quid ordinati⁹? Vbi es amator vitæ? Bonã elige. Si vxorem velles, nõ nisi bonã velles. Amas vitã, & eligis malã: dic mihi quid malũ velis. Quicquid volueris, quicquid amaueris, bonũ vis. Prorsus nõ iũmẽtũ malũ, nõ seruũ malũ, nõ vestẽ malã, nõ villã malã, nõ domũ malã, nõ vxorẽ malã, nõ filios malos. Omnia bona queris: esto bonus qui queris. Quid te offẽdisti, vt inter omnia quæ vis bona, sol⁹ velis esse malus? Cara est tibi villa, vxor tua, vestis tua, &c, vt ad extremũ veniamus, caliga tua, & vilduit tibi anima tua? Certè vita ista laborib⁹ plena est, ærũnis, tẽtationibus, miseriis, doloribus, timoribus plena est ista vita. Certè manifestũ est, quia his omnibus malis plena est. Et tamen sic quomodo omnibus malis plena est, si quis illã nobis daret æternã, sic tamen qualis est, quãtas gratias ageremus, vt semp miseri essemus? Nõ talẽ promittit, nõ quicunq; homo: sed verus De⁹. Vera veritas promittit vitã, nõ solũ æternã, sed etiã beatã: vbi nulla molestia, nullus labor, nullus timor, nullus dolor. Ibi plena & tota certa securitas: Vita sub Deo, vita cũ Deo, vita de Deo, vita ipse Deus. Talis nobis æterna promittitur: & huic tẽporalis & ista, hoc est, misera & ærũnosa præponitur? Præponitur, inquã, an nõ? Præponitur, quãdo vis homicidiũ facere, ne moriaris. Times enim ne te occidat seruus, & tu occidis seruũ. Times ne te occidat vxor, de qua fortè suspicaris falsum: & tũ dimissa vxore, adulterinas nuptias cũ altera cõcupiscis. Ecce amãdo vitã, perdidisti vitã: æternæ vitæ tẽporalẽ, beatæ miserã prætulisti. Et quid inuenisti? Fortè cũ seruas vitam, nolẽs expiras, quando hinc eas ignoras, Eris in æterna morte dãnatus, qui eligis tẽporalẽ vitam, cuius electione cõtemnis sempiternam.
CAP. VI. SED non audis cõsiliũ. Vitã quæris, dies bonos quæris. Bonũ est q; quæris, sed nõ est hic. Habet iste lapis pretiosus regionẽ suã, nõ hic nascitur. Quantumlibet labores fodiendo, nõ hic inuenies, quod hic nõ est. Sed fac quod iubetur, & q; amas reddetur. Ecce eũ qualibet lõga sit vita ista, nũquid dies bonos inuenies hic? Videte quid adiũxerit. Vitã & dies bonos: ne sit vita, & misera sit propter dies malos. Abũdant hic D dies mali, sed dies malos nõ ille sol facit qui currit ab oriente in occidẽtẽ veniẽs, & altero die procedẽs: sed
Dies malos nos facimus. dies malos fratres nos facimus. Si bene viueremus oẽs dies, & hic haberemus bonos dies. Etenim homini vn-
Qui bene viuit, habet dies bonos. de malũ, nisi ab homine? Enumerate quãta extrinsecus homines patiantur. Quæ nõ videantur ab hominibus fieri, perpauca sũt. Abũdant mala homini ab homine.
Homini malum ab homine. Furta ab homine, adulteriũ passus es in vxore ab homine, seductus est ei seruus ob hoẽ, zelatus est ab hoẽ, proscript⁹ est ab hoẽ, expugnatus est ab hoẽ, captiuus
Psal. 139. ductus est ab hoẽ. Libera me Dñe ab hoẽ malo. Iã tu quisquis audis, nõ cogitas, nisi de inimico, quoniã pateris viciniũ malũ, potentẽ, consortẽ, ciuẽ. Forsitan de latrone ista cogitas, quando audis, Libera me Dñe ab homine malo, & sic oras quãdo oras vt liberet te Deus ab homine malo: illo vel illo inimico tuo. Tu noli tibi esse malus. Audi me, liberet te Deus à te. Quãdo enim Deus gratia sua & misericordia de malo facit te bonũ: vnde te facit bonũ, vnde te liberat, nisi à te ipso homine malo? Omnino fratres mei hoc verũ est, hoc certum est, hoc fixũ: si Deus te liberauerit à te ipso, hoẽ malo, nihil tibi nocebit, quisquis fuerit alius homo malus.
CAPVT VII. EXEMPLVM proponã vnde agitur de ipso apostolo Paulo, cuius celebramus passionis diẽ. Fuit persecutor, blasphemus, iniuriosus. Homo erat malus, pœna sua ipse sibi erat. Porrò autẽ eũ anhelat cædes, & sitit sanguinẽ Christianorũ, fusurus propriũ, habẽs literas à Principibus sacerdotũ, vt apud Damascũ quoscũq; inueniret Christianæ viæ sectatores, vinctos adducẽret puniendos, carpens viam erudelitatis, nesciẽs pietatis, audiuit vocẽ desuper ipsius Dñi nostri Iesu Christi de cælo dicentis, Saule, Saule, quid me persequeris? Durũ Act. 9.
est tibi aduersus stimulũ calcitrare. Ista voce percussus, prostratus est persecutor, & erectus est prædicator: ex-
B cæcatus est in carne, vt videret in corde: illuminat⁹ est in carne, vt prædicaret ex corde. Quid videtur fratres? Liberatus est Saulus ab homine malo. A quo, nisi ab ipso Saulo? Propterea qm liberatus est ab hoẽ malo, seipso, quid ei fecit homo malus? Apostoli Petri verba
1. Petri. sunt: Et quis vobis nocebit, si boni amatores fueritis? Persecut⁹ est homo malus, lapidauit homo malus, virgis cecidit homo malus: ad extremũ tenuit, vinxit, traxit, occidit homo malus. Quanta ille addidit mala, tanta pręparauit bona. Quicquid passus est, nõ fuit tormẽtũ pœnæ, sed occasio coronæ. Videte quid sit liberari ab hoẽ malo, hoc est à seipso. Quis, inquit, vobis noce-
CAPVT VIII. bit, si boni amatores fueritis? SED ecce nocent homines mali. Tanta tibi fecerũt ô Paule. Respõdet tibi Paulus: Opus esset vt liberatus essẽ ab hoẽ malo, hoc
C est, à meipso. Cæterũ quid isti homines mali mihi faciũt? Nõ sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futu-
Rom. 8. ram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Etenim quod est leue tribulationis nostræ, supra incredibilẽ modũ, æternũ gloriæ põdus operatur in nobis, nõ respicientibus quę videntur. Quę eũ videtur, tẽporalia sunt: quę autem nõ videtur, æterna. Verè liberatus es ab homine malo, hoc est à te ipso: vt cæteri tibi mali homines non obessent, sed magis prodessent. Ergo charissimi, festũ sanctorũ diẽ, qui aduersus peccatũ vsq; ad sanguinem certarunt, & Dño suo donante atq; iuuante vicerunt, sic celebremus vt amemus, sic amemus vt imitemur: vt imitati ad eorũ præmia peruenire mereamur, Amen. Conuersi ad Dominum, &c.

Sermo eiusdem de eisdem tertius.

Festa sanctorũ sunt celebrãda i vt sancti ãmentur.

SERMO CVII. CAP. I.

ISTVM nobis diẽ beatissimorũ Apostolorũ Petri & Pauli passio cõsecrauit. Nõ de obscuris aliquibus martyribus loquimur. In omnem
Psal. 18. D terrã exiit sonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorũ. Isti martyres viderũt quod prędicauerũt, secuti equitatẽ, confitẽdo veritatẽ, moriẽdo pro veritate. Beatus petrus, primus Apostolorũ, vehemẽs Christi amator, qui meruit audire: Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus. Di-
Matth. 16. xerat eũ ipse: Tu es Christus filius Dei viui. Christus illi: Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiã meã. Super hanc petrã ædificabo fidẽ q̃ confiteris. Super hanc, hoc quod dixisti, Tu es Christus filius Dei viui, ædificabo Ecclesiã meã. Tu enim Petrus. A petra Petrus, nõ à petro petra. Sic à petra Petrus, quomodo à Christo Christianus. Vis nosse de qua petra Petr⁹ dicatur? paulũ audi: Nolo enim vos
1. Cor. 16. ignorare fratres, Apostol⁹ Christi dicit, Nolo vos ignorare, fratres, quia patres nostri oẽs sub nube fuerũt, & oẽs per mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eundẽ cibũ spiritalẽ man-

manducauerũt, & oẽs eundẽ potũ spiritalẽ biberũt. Bi-
A berũt eũ de spiritali, sequẽti eos petra. Petra autẽ erat
CAP. II. Christ⁹. Ecce vnde Petrus. DOMINVS Iesus discipulos suos ante passionẽ suã, sicut nostis, elegit, quos Apostolos appellauit. Inter hos penè vbiq; solus Petrus, totius Ecclesiæ meruit gestare personã. Propter ipsã personã quã totius Ecclesię solus gestabat, audire meruit,
Tibi dabo claues regni cælorũ. Has eũ claues nõ homo vnus, sed vnitas accepit Ecclesiæ. Hinc ergo Petri excellẽtia prædicatur, quia ipsius vniuersitatis & vnitatis Ecclesiæ figurã gessit: quãdo ei dictũ est, Tibi trado, q; oĩbus traditũ est. Nã vt nouerit is Ecclesiã accepisse claues regni cęlorũ, audite in alio loco quid Dñs dicat
Ioan. 20. oĩb⁹ Apostolis suis, Accipite spiritũ sanctũ. Et cõtinuò, Si cui dimiseritis peccata, dimittẽtur ei: si cuius tenueritis, tenebũtur. Hoc ad claues pertinet de quib⁹ dictũ est, Quæ solueritis in terra, soluta erũt & in cælo: & quę
B ligaueritis in ẽra, ligata erũt & in cælo. Sed hoc Petro dixit. Vt scias quia Petr⁹ vniuersæ Ecclesiæ personam tũc gerebat; audi quid ipsi dicatur, quid oĩbus fidelib⁹
Matth. 18. sanctis. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illũ inter te & ipsum solũ. Si te nõ audierit, adhibe tecũ vnũ vel duos. Scriptũ est eũ, In ore duorũ aut triũ testiũ, stabit omne verbũ. Si nec ipsos audierit, refer ad Ecclesiã. Si nec ipsã audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amẽ dico vobis, quia quæ ligaueritis in ẽra, ligata erũt & in cælo, & quæcũq; solueritis in ẽra, soluta erũt & in cælo. Colũba ligat, colũba soluit, ædificiũ supra petrã
CAP. XI. ligat & soluit. TIMEANT ligati, timeãt soluti. Qui soluti sũt, timeãt ne ligẽtur: qui ligati sũt, orẽt vt soluãtur.
Prouer. 5. Criniculis peccatorũ suorũ vnusquisq; cõstringitur, & præter hãc Ecclesiã nihil soluitur. Quatriduano mortuo dicitur, Lazare, veni foras. Et prodiit de monumẽto
Ioan. 11. institis ligat⁹ manib⁹ & pedib⁹. Excitat dñs, vt mortuus de monumẽto prodeat: si cor tãgit vt peccati cõ-
C fessio foris exeat. Sed adhuc parũ, ligatus est. Dñs ergo postq̃ exiit Lazar⁹ de monumẽto, ad discipulos suos q̃b⁹ dixerat, Quæcũq; solueritis in ẽra, soluta erũt & in cælo: Soluite, inquit, eũ, & sinite abire. Per se excitauit, p̃ discipulos soluit. Proinde Eccl. fortitudo in Per. maximè cõmẽdata est: quia eũtẽ ad passionẽ secut⁹ est dñm: & infirmitas quædã notata, qm interrogat⁹ ab ancilla,
Matth. 26. negauit Dñm; Ecce ille amator subitò negator. Inue-
Mar. 14. Luc. 22. nit se, qui p̃sũpserat de se. Dixerat eũ, sicut nostis, dñe, tecũ ero ad mortẽ: & si opus fuerit vt moriar, aĩam mẽã pro te ponã. Et dñs ad præsũptorẽ, Aĩam tuã, p̃ me pones? Amẽ dico tibi, anteq̃ gallus cãtet, ter me negabis.
Lucæ 22. Factũ est q; prædixerat medicus: fieri nõ potuit q; præsũpsit ægrotus. Sed quid? Cõtinuò respexit eũ Dñs. Sic scriptũ est, sic loquitur Euãg. Respexit eũ Dñs, & exiit foras, & fleuit amarè. Exiit foras, hoc est, cõfiteri. Fleuit amarè, qui nouerat amare. Dulcedo secuta est in a-
D
CAP. IIII. more, cui⁹ amaritudo præcesserat in dolore. MERITÒ etiã post resurrectionẽ Dñs ipsi Pet. oues suas cõmẽdauit pascẽdas: Nõ eũ inter discipulos sol⁹ meruit pa-
Ioan. 21. scere Dñicas oues: sed q̃do Xps ad vnũ loquitur, vnitas cõmẽdatur, & Pet. primit⁹, qa in Apostolis Pet. est primus. Simõ Ioãnis, inquit Dñs, amas me? Respõd. ille, Amo. Et iterũ interrogatus, iterũ respõdit. Et ẽtiò interrogatus, & tãq̃ illi nõ credatur, cõtristatur. Sed quomodo ei nõ credebat, qui cor ei⁹ videbat? Deniq; post illã tristitiã sic respõdit: dñe, tu scis oĩa, tu scis quia amo te. Nõ eũ quia oĩa scis, hoc solũ nescis. Noli tristis esse Apostole, respõde semel, respõde iterũ, respõde ẽtiò. Ter vincat in amore confessio, quia ter victa est in timore præsũptio. Soluedũ est ter, q; ligauerat ter. Solue p amorẽ q; ligaueras per timorẽ. Et tamẽ Dñs semel, & i-
CAP. V. terũ, & ẽtiò, oues suas cõmẽdauit Pet. ATTENDITE, fratres mei. Pasce, inquit, ouiculas meas, pasce agnos meos, pasce oues meas. Nũquid dixi tuas? Pasce, bone
1. Cor. 1. serue, oues Dñicas, habẽtes Dñicũ characterẽ. Nũquid eũ Paulus p̃ vobis crucifixus est? aut in noẽ Petri & Pauli baptizati estis? Ergo pasce oues eius, abluras baptismo eius, signãtas noẽ eius, redẽptas sãguine ei⁹. Pasce, inquit, oues meas. Nã hæretici serui mali & fugitiui, quod nõ emerũt diuidẽtes sibi, & de furtis peculia tãq̃ ꝓpria faciẽtes, suas oues sibi videtur pascere. Nã qd est aliud, rogo vos, nisi te ego baptizauero, immũdus eris, nisi baptismũ meũ habueris, ablut⁹ nõ eris? Itáne nõ
Hier. 17. audistis, Maledict⁹ qui spẽ suã ponit in hoẽ? Proinde, charissimi, quos baptizauit Pet. oues Xpi sũt, & quos baptizauit Iudas, oues Xpi sunt. Nã videte quid dicat spõsus dilectæ suæ in Cãtico cãticorũ, q̃do ei dixit spõsa, Annũcia mihi quẽ dilexit aĩa mea, vbi pascis, vbi cu-
Cant. 1. bas in meridie: ne fortè fiã sicut opta, super greges sodaliũ tuorũ. Annũcia, inquit, mihi, vbi pascis, vbi cubas in meridie, in splendore veritatis, in feruore charitatis. Quare times, ô dilecta? Quid times? Ne fortè fiã, inq̃, sicut opta, id est, sicut obscura, sicut nõ Eccl. qa Eccl.
Matth. 5. nõ est operta: nõ eũ potest ciuitas abscõdi super mõtẽ cõstituta, & errãdo incurrã nõ in gregẽ tuũ, sed in greges sodaliũ tuorũ. Etem hæretici sodales dicũtur. A nobis exierũt, ad vnã nobiscũ mẽsã, anteq̃ exirẽt, acesset. Ergo quid ei respondetur? Nisi cognoueris temetipsã, spõsus dicit, interrogãti respõdet, Nisi cognoueris temetipsã, ô pulchra inter mulieres. O verax inter hæreses, nisi cognoueris temetipsã, quia de te prædicta sunt
Gen. 22. Psal. 45. Psal. 2. tãta, In semine tuo benedicẽtur oẽs gẽtes, Deus deorũ dñs locut⁹ est, & vocauit ẽrã, à solis ortu vsq; ad occasũ: Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & pos-
Psal. 18. sessionẽ tuã ẽminos ẽræ: In oẽm terrã exiit son⁹ eorũ, & in fines orbis ẽrę verba eorũ: de te testimonia ista prędicta sunt: nisi ergo cognoueris temetipsã, exi tu. Ego eũ
G nõ eiicio te, vt dicãt de te qui remãserint, Ex nobis exierũt. Exi tu in vestigiis gregũ, non gregis, de quo dictũ
1. Ioan. 2. c. est, Erit vnus grex & vnus pastor. Exi tu in vestigiis gre-
Ioan. 10. gũ, & pasce hædos tuos: nõ sicut Petrus oues meas. Pro his cõmẽdatis sibi ouibus Petrus meruit martyrio coronari, quod hodierna sollẽnitate per orbẽ meruit celebrari. VENIAT & de Saulo paulus, & de lupo agn⁹,
CAP. VI. De S. Paulo. prius inimicus, postea apostol⁹, prius persecutor, postea prædicator. Veniat, accipiat literas à principib⁹ sacerdotũ, vt vbicũq; inuenerit Christianos, vinctos adducat ad pœnas. Accipiat, accipiat, p̃ficiscatur, p̃gat, anhelet cædẽ, sitiat sanguinẽ: Qui habitat in cælis, irridebit eũ. Ibat eũ, sicut scriptũ est, spirãs cædẽ, & ꝓpinquabat
Act. 9. damascũ. Tũc Dñs de cælo: Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sũ hic, ego sũ ibi: hic caput, ibi corpus. Nõ ergo miremur, fratres, ad corpus xpi pertinem⁹. Saule, Saule, quid me persequeris? Durũ est tibi aduersus stimulũ calcitrare. Te lædis: nã Eccl. tuea persecutionib⁹ crescit. At ille pauẽs & tremẽs, Dñe, qui s es tu? Et ille, Ego sũ Iesus Nazaren⁹, quẽ tu p̃sequeris. Cõtinuò mutat⁹ expectat imperiũ. ponit fiduẽtiã, præparat obediẽtiã. Dicitur ei quid faciat. Et ecce tq̃. Paulus baptizetur, loquitur dñs Ananiæ, Vade ad illũ vicũ, ad illũ hoẽm noẽ Saulũ, baptiza illũ: qa vas electionis mihi est. Vas aliquid portare debet, vas inane esse nõ debet. Vas implẽdũ est: vnde, nisi gra? Ananias aũt respõdit pro nro Iesu xpo: dñe, audiui quia hõ iste multa fecit sctis tuis. Et nũc literas portat à principib⁹ sacerdotũ, vt vbicũq; inueniat vitæ hui⁹ viros, vinctos adducat. Et dñs ad illũ, Ego, illi ostẽdã, quę illũ oporteat pati pro noẽ meo. Trepidabat Ananias, audito noẽ Sauli: trepidabat famã lupi infirma ouis, etiã sub voce pastoris. ECCE O-
CAP. VI. stẽdit illi Dñs quæ illũ oporteat pati p̃ noẽ eius. Pòst exer-

exercuit illum in labore. Ipse in vinculis, ipse in plagis, ipse in carceribus, ipse in naufragiis. Ipse illi procurauit passionem: ipse perduxit ad istum diem. Vnus dies passionis duobus Apostolis. Sed & illi duo, vnũ erant: quãquam diuersis diebus paterentur, vnũ erant. Præcessit Petrus, secutus est Paulus. Primò Saulus, postea Paulꝰ: quia primò superbus, postea humilis. Saulus à Saule sãcti Dauid persecutore. Deiectus est, persecutor, erectus est prædicator. Mutauit nomen superbi ad humilitatẽ. Paulus enim modicus est. Verba charitatis vestræ: Nõne quotidie dicimꝰ: Post paululũ videbo te, paulò post faciam hoc, aut illud? Ergo quid est Paulus? Ipsum interroga. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum.

1.Cor.15.

CAPVT VIII.

CELEBRAMVS diem festũ, Apostolorũ nobis sanguine consecratũ. Amemus fidem, vitã, labores, passiones, cõfessiones, prædicationes. Proficimus enim amãdo, non ista propter carnalẽ lætitiã celebrando. Martyres etiim à nobis quid quærũt? Minus habẽt, si adhuc laudes hominũ quærũt: Si adhuc laudes hominũ quẽrunt, nondũ vicerunt. Si autẽ vicerũt, à nobis propter se nihil quærunt: sed propter nosipsos quærunt. Dirigatur ergo via nostra in cõspectu Dñi. Arcta erat, spinosa erat, dura erat: talibus tãmque multis lenis facta est. Transit ipse prior Dñs, transierunt Apostoli intrepidi, postea martyres, pueri, mulieres, puellæ. Sed quis in eis? Ille qui dixit, Sine me nihil poteſtis facere. Cõuersi ad Dñm Deum patrem omnipotentem, puro corde ei, quantum potest paruitas nostra, maximas atque vberes gratias agamus: precantes, &c.

Ioan.15.

SERMO CIX. CAP. I.

Sermo beati Augustini Episcopi, de Machabæis.

ISTVM diem nobis sollennẽ gloria Machabæorũ fecit: quorũ mirabiles passiones cũ legerentur, nõ solũ audiuimus, sed etiã vidimus & spectauimus. Olim ista gesta sunt, ante incarnationẽ, ante passionẽ Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi. In primo populo illo extiterũt; in quo Prophetæ extiterunt, qui hæc præsentia prædixerunt. Nec quisquã arbitretur, antequam esset Christianus nullũ fuisse populũ Deo. Imò verò, vt sic loquar, quemadmodũ se veritas habet, non nominum consuetudo, Christianus etiam ille tunc populus fuit. Neq; enim post passionẽ suã cœpit habere populum Christus: sed illius populus erat ex Abrahã genitus, cui perhibens testimoniũ ipse Dñs ait: Abrahã concupiuit videre diẽ meũ: vidit, & gauisus est. Ergo ex Abraham natus est ille populꝰ qui seruiuit in Ægypto, & qui manu potenti per Moysen famulũ Dei de domo seruitutis liberatus, per mare rubrũ fluctibus discedẽtibus ductꝰ, in eremo exercitatus, legi subditus, in regno collocatur. Vade, sicut dixi, extiterunt Prophetæ, vnde isti martyres floruerunt? Nondum quidem erat mortuus Christus: sed eos martyres fecit moriturus Christus.

C

Ioan.8.g.

D

CAP. II.

HOC ergo in primis cõmendandũ est charitati vestræ, ne, cũ illos martyres admiramini, putetis nõ fuisse Christianos. Christiani fuerunt: sed nomen Christianorũ postea diuulgatum est, factis antecesserunt. Sed videlicet quasi nõ eis erat confessio Christi à rege impio & persecutore, nõ cogebantur negare Christũ, quod postea martyres, cũ cogerentur, facerẽt, similem gloriam consecuti sunt. Posteriores enim persecutores populi Christiani, ad negandũ nomen Christi cõpellebant eos quos persequebantur. Illi in Christi nomine perseuerantissimè cõsistentes, patiebantur talia, qualia illos perpessos esse, cũ legerentur, audiuimus. Istis ergo martyribus recentioribus, quorũ milibus terra purpurata est, imperabatur & dicebatur à persecutoribus, Negate Christum. Quod nõ facientes, patiebantur talia, qualia & isti perpessi sunt. Istis verò dicebatur, Negate legem Moysi. Non faciebant: patiebantur pro lege Moysi. Isti pro nomine Christi: illi pro lege Moysi.

A

B

EXISTIT aliquis Iudæus, & dicit nobis, Quomodo istos nostros, vestros martyres cõputatis? Qua impudẽtia eorũ memoriã celebratis? Legite confessiones eorũ: attendite si cõfessi sunt Christũ. Cui respondemus: Verè, quia vnus es ex eis qui in Christũ non crediderunt, & fracti de oliua, oleastro succedente, foris aridi remãserunt: quid dicturus es vnus ex perfidis? Nõ cõfitebãtur illi apertè Christũ: quia adhuc velabatur Christi mysteriũ. Testamentũ enim vetus velatio est noui, & Testamentũ nouũ reuelatio est veteris Testamẽti. Vide ergo de infidelibus Iudæis patribus tuis, sed in malo fratribus tuis: vide quid de talibus dicat apostolus Paulus. Vsq; nunc quãdiu legitur Moyses, velamen super corda eorũ positũ est. Idipsum autẽ velamen in lectione veteris Testamenti manet. Quod nõ reuelatur, quoniam Christo euacuatur. Cũ transieris, inquit, ad Christum, auferetur velamen. Velamen, inquit, in lectione veteri manet, quod nõ reuelatur, quoniã in Christo euacuatur. Nõ lectio veteris Testamenti, sed velamen quod ibi positũ est. Lectio deniq; veteris Testamenti non euacuatur, sed impletur ab illo qui dixit: Nõ veni soluere legẽ, sed adimplere. Velamen ergo euacuatur, vt, quod obscurũ erat, intelligatur. Hoc vtiq; clausum erat, quia nondum clauis crucis accesserat.

Cap.iii.

Rom.11.

ut præsidente.

Ioan.5.

Matth.5.b.

INTVERE denique Domini passionem, pone tibi ante oculos in ligno pendentẽ, & tanquam leonem, cũ voluit, recũbentem, atq; vt occideret mortem, non necessitate, sed potestate, morientem. Idipsum attende: vide quemadmodũ in cruce dixit: Sitio. Et cùm Iudæi nescientes quid per eos ageretur, quid de nescientium manibus impleretur, spongiam cũ aceto ligarent cum arundine, & ei sorbẽdam darent: ille hausto aceto respondit: Perfectũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Quis ità proficiscitur, vt ille defunctus est? Quanta veritate, quanta potestate, quã ille qui dixerat: Potestatem habeo ponendi animã meam, & potestatem iterũ sumẽdi eã. Nemo eã tollit à me: sed ipse eã pono à me: & iterũ sumo eam. Agnoscit regnum viuẽtis, qui dignè cogitauerit potestatẽ moriẽtis. Hoc dixerat per Prophetã ipsis Iudæis: Ego dormiui. Tanquã diceret: Quid vos de mea morte iactatis: quid quasi me viceritis inaniter gloriamini? Ego dormiui. Ego dormiui, quia voluimon quia sæuistis. Ego impleui quod voluit: vos in scelere remãsistis. Accepto ergo aceto & hausto, dixit: Perfectum est. Quid perfectum est? Quod de me scriptũ est. Quid de illo scriptũ est? Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Circumspiciens ergo cuncta quæ gesta fuerant in passione eiꝰ, iam illi ante crucem caput agitauerant, iam fel dederant, iam ossa pendentis & extenti numerauerant, iam vestimenta diuisa erant, iam super tunicam indiuisibilem sortem miserant: circumspectis & quodammodo computatis omnibus quæ de ipsius passione prophetæ prædixerant: restabat nescio quid, quod minus erat; Et in siti mea potauerunt me aceto. Vt hoc quod modicum remanserat adderetur, dixit; Sitio. Accepto quod minus erat, respondit, Perfectum est. Quo dicto, inclinato capite tradidit spiritum. Tunc terræ fundamenta concussa sunt, tunc disruptis petris inferorum sepulcra patuerunt, tunc sepulchra mortuos reddiderunt, & vt dicam propter quod diximus, quia iam tempus erat vt in mysterio crucis omnia quæ in veteri Testamento velabantur, reuelarentur, velum templi conscissum est.

Ioan.19.g.

Ibidem.

Ioan.16.

Psal.3.

Ioan.19.

Psal.21.

Ioan.19.

Velum templi scissum. Luc.23.f.

CAP. V.

CÆPIT ergo ex illo Christus post resurrectionem

nẽ apertissimè prædicari. Cœperũt in eo quæ pdicta erãt pphetica manifestissimè impleri: cœperũt eum martyres cõstantissimè cõfiteri. Ipsũ martyres in manifesto cõfessi sunt: quẽ tũc Machabæi in occulto cõfesi sunt. Mortui sunt isti pro Christo in Euãgelio reuelato: mortui sunt illi pChristi noẽ legẽ velato. Christꝰ habet vtrosq;, Christꝰ pugnãtes adiuuit vtrosq;, Christꝰ coronauit vtrosque. Christꝰ habet in ministerio suo tanquã quidãpotẽtissimus incedẽs cũ agmine obsequẽtium: alijs præcedẽtibus, aliis sequẽtibus. Ipsum ergo potius intuere in carnis vehiculo †præcedẽtẽ: & qui præcedũt illi obsequũtur, & qui sequũtur, illi deuoti sunt. Nã vt noueris, quia p lege Moysi morientes, pro Christo sunt mortui: audi ipsum Christũ, ô Iudæe, audi, & aperiatur tãdem cor tuũ, velum tollatur ab oculis tuis. Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Hoc audi, hoc accipe, si potes. Si à me velamen ablatũ est vide. Si crederetis, inquit, Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit. Si de Christo Moyses scripsit, qui p lege Moysi veraciter mortuus est, p Christo animam posuit. De me, inquit, ille scripsit. Cui seruierũt linguę cõfitẽtiũ: ei seruiuit calamꝰ vera scribẽtiũ. Vos calamũ Moysi quomodo intelligere poteritis, qui in calamũ acetũ ligastis? Vtinã aliquãdo vinũ eius bibatis, cui adhuc blasphemãdo acetũ ppinatis. MACHABÆI ergo martyres Christi sunt. Ideo nõ incongruè neque importunè, imò conuenientissimè dies eorũ, & sollennitas eorum, à Christianis potius celebratur. Quid tale Iudęi celebrare nouerũt? Sanctorũ Machabæorũ Basilica esse in Antiochia prædicatur: in illa scilicet ciuitate quę regis ipsius persecutoris nomine vocitatur. Antiochũ quippe regẽ persecutorem impiũ pertulerũt, & memoria martyrij eorũ in Antiochia celebratur: vt simul sonet & nomen persecutoris, & memoria coronatoris. Hæc Basilica à Christianis tenetur, à Christianis ædificata est. Eorũ ergo memoriã celebrandã nos habemus, nos tenemus; apud nos passiones eorum milia p orbẽ terrarũ, sanctorũ martyrũ sunt imitata. Nemo ergo dubitet, fratres mei, imitari Machabæos: ne cùm imitatur Machabæos, putet se non imitari Christianos. Prorsus imitationis affectus ferueat in cordibus nostris. Discãt viri mori p veritate. Discãt feminæ, de matris illiꝰ tanta patiẽtia, ineffabili virtute: quę nouerat cõseruare filiõs suos. Habere nouerat, quæ perdere nõ timebat. Isti in se singuli sentiẽdo: illa vidẽdo in omnibus passa est. Facta mater septẽ martyrũ, septies martyr: A filijs nõ separata spectãdo, & filiis addita moriẽdo. Videbat omnes, amabat omnes. Ferebat in oculis, quod in carne omnes; nec solũ nẽ terrebatur, sed etiã exhortabatur. Hãc Antiochꝰ persecutor velut matrẽ de cęteris matribꝰ cõputauit. Persuade, inquit, filio tuo, ne pereat. Et illa: Planè filio meo vitã persuadebo, ad mortẽ cohortãdo: tu vis mortẽ persuadere, parcẽdo. QVALIS autem collocutio, quã pia, quã materna, quã inter spirituales & carnales in ambiguo suspẽsa. Fili, miserere mei. Fili, inquit, miserere mei, quæ te nouẽ mẽsibus in vtero portaui, cui lac triennio dedi, atq; ad hanc ętatẽ perduxi: miserere mei. Omnes expectabãt verba cõsequẽtia: cõsenti Antiocho, noli deserere matrẽ tuã. Illa ecõtrà, Cõsenti Deo, noli deserere fratres tuos. Si me quasi deseris, tũ me nõ deseris. Ibi te habebo, vbi ne perdã vlterius nõ timebo. Ibi te mihi seruabit Christꝰ, vnde nõ tollet Antiochus. Deũ timuit, matrẽ audiuit, regi respõdit, fratribꝰ adhæsit, matrẽ traxit. Cõuersi ad Do. &c.

A

B

C

D

Basilica SS. Machabæorum Antiochiæ.

Antiochus rex, impius persecutor.

CAPVT VII.

Sermo eiusdem secundus de eisdem Machabæis.

SERMO CX.

Ex hoc sermone bonam partem habet nouũ Breu. Romanũ, 6. Id. Iulij.

CAP. I.

MAGNVM spectaculum, fratres, positũ est ante oculos fidei nostræ. Aure audiuimus, corde vidimus, optantem matrẽ ante se finire istam vitã filios suos: longè cõtrariis votis cõsuetudini humanæ. Omnes enim homines filios suos ex hac vita migrãdo præcedere volũt, nõ sequi. Illa autẽ optauit posterior mori. Non enĩ amittebat filios, sed præmittebat; nęc intuebatur quã vitã finirent, sed quã inchoarẽt. Desinebãt enim viuere, vbi quandoque fuerant mouituri: & incipiebãt viuere, sine fine victuri. Parũ est fuisse spectatricẽ, mirati sumus potius hortatricẽ. Fœcũdior virtutibꝰ quàm fœtibus. Videns certãtes in quibus omnibus ipsa certabat: & in omnibus vincẽtibus ipsa vincebat. Vna mulier, vna mater, quomodo nobis ãte oculos posuit vnã matrẽ sanctã Ecclesiã, vbique exortãtẽ filios suos, pro illius nomine mori, de quo eos cõcepit & peperit? Sic sanguine martyrum impletus orbis præiactatis seminibus ſęgeſ Eccleſię pullulauit. Vnde hoc homini: nisi, Salus iustorũ à Dño, & protector eorũ est in tẽpore tribulationis? Vidimus, nouimus, protectorẽ fuisse Dominũ in tẽpore tribulationis triũ virorũ illorũ, qui ambulabãt inter ignes innoxios: & Dominũ sine vlla læsione laudabãt. Vbi homo sæuiebat, flãma parcebat. VIDIMVS, nouimus quẽadmodũ salus eorũ iustorũ à Domino fuit, vt in ignẽ mitterentur: & illũ aspectũ regẽ, quẽ loquendo irritauerãt, viuẽdo cõuerterẽt. Credidit quippe in eorũ Deũ, & protexit edictũ, vt quicũq; blasphemaret Deũ Sidrach, Misach & Abdenago, in interitũ iret, & domus eius in direptionẽ. Quàm dissimilis iussio primę iussioni! Qualis prima iussio? Pereat qui statuã aureã non adorauerit. Qualis secũda? Pereat qui Deũ verũ blasphemauerit. Fideles homines nõ mutari, infidelem hominẽ mutauerũt. Illũ starẽ in perfidia non permiserũt: quia ipsi in fide steterunt. Salus ergo illorũ manifestè à Domino fuit. Quãdo illi nõ ardebant & laudabant, aderat Dominus. Quando isti ardebant, confitebantur: tamen moriebantur. Vbi erat Dominus? An fortè illi iusti erant, isti peccatores? Audiuimus enim istos paulo antè, cum passio eorũ legeretur, confiteri peccata sua, & dicere: Quoniam omnia illa irascente Deo sibi, sed & paterno merito paterentur. Quid illi? Legite, & videbitis etiã ipsos peccata propria confiteri, & dicere se meritò perpeti. Æqualiter iusti, cõfessores æqualiter peccatorũ: & ideo iusti, quia confessores æqualiter peccatorũ. Ideo irreprehensibiles, quia non mendaces. Si enim dixerimus ait Ioannes, quia peccatum non habemus; nosipsos decipimus, & veritas in nobis nõ est. Si autẽ peccata nostra cõfesi fuerimus, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis peccata; & mundet nos ab omni iniquitate. Ad iustos ergo pertinet confessio peccatorum, ad superbos pertinet defensio meritorum. Pariter ergo iusti, peccata confitentes, pariter ergo Deo gloriã dantes: pariter p eius legibus mori parati. QVARE illi ab ignibꝰ liberãtur, isti ab ignibꝰ cõsumuntur? Ergo illis Deꝰ aderat, hos deseruerat? Absit. Imò vtrisq; adfuit. Illis in aperto, istis ĩ occulto: Illos visibiliter liberabat: istos inuisibiliter coronabat. Illi quidẽ de morte liberati sunt: sed in hui ꝰ vitę tẽtatione mãserũt. Ab igne liberati, ad pericula reseruati. Vno tyranno victo: adhuc certaturi cũ diabolo. Fratres mei, sicut Christiani intelligite. Machabęi melius & tutiꝰ liberati sunt. Ab illis tribus viris cæteris remanentibus, illa vna tẽtatio superata est: ab istis ista vita finita; quę tota tentatio est. Deinde diuino iudicio, occulto proculdubio, sed tamen iusto, Nabuchodonosor meruit conuerti: Antiochus meruit obdurari. Ille inuenit misericordiam; iste auxit superbiam. Sed quantũ & quousque auxit superbiam? Vidi impium exaltari super cedros Libani. Quousque? quamdiu? TRANSIVI, & ecce nõ erat: & quæsui eũ, & nõ est inuẽtus locꝰ eius. Bene. Quęsisti, & nõ inuenisti: quia trãsisti. Vis videre impiũ nõ esse: vis quęrere eũ, & locũ eiꝰ nõ inuenire? Trãsi. Quid dico trãsi? Noli expauescere: nõ dixi, morere: Putasti enĩ me dixisse, trãsi ex

A

B

C

D

Quare tres pueri ab ignibꝰ liberãtur, & Machabæi ab ignibus consumũtur.

Psal.36

Dan.3.

1.Mach.7.

Dan.3.

1.Ioan.1.

CAPVT III.

Psal.56.

CAPVT 1.13.

Rom. 8. hæc est malitia: spes, inquit, eorũ immortalitate plena est. Et in paucis vexati, in multis bene dispositi. Nõ enim condignæ sunt passiones huius tẽporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Sed donec reueletur abscõdita est. Et quoniã abscondita est, ideo visi sunt oculis insipiẽtiũ mori. Sed nũquid quia abscõdita est, etiã Deo abscõdita est, apud quẽ pretiosa est? Ideo pretiosa est in cõspectu Domini mors sanctorũ eius. Huic igitur abscõdito sacramẽto oculos fidei debemus, vt quod nõ videmus, credamus: & mala iniustè perpessi

CAP. I. fortiter tolerẽ⁹. Sit nobis electa causa, ne nobis noceat pœna. Nã mala causa nullũ habet præmiũ, sed iustũ tormentũ. Nõ est igitur in hominis potestate quo exitu hãc vitã finiat: sed est in hominis potestate quomodo viuat, vt securus vitã finiat. Neque hoc in pote-

Ioan. 1. state esset, nisi dedisset Dominus potestatẽ filios Dei fieri. Sed quibus? Credentibus in nomine eius. Hęc est

Massa Candida. 300. Martyres. prima martyrũ causa, hæc est Candida martyrũ Massa. Si causa candida, & Massa Candida. Massa enim dicta est, de numeri multitudine: Cãdida, de causæ fulgore. Tã multi comites nõ timuerũt latrones. Sed etiã si singuli ambularent, muniti essent aduersus latrocinium,

Psal. 139. quia ipsa via fuerat munimẽtũ. Iuxta semitam, inquit, scandala posuerũt mihi. Ideo qui nõ declinat à via, nõ cadit in scandalũ. Habemus autem & summã, & fidelẽ

Ioan. 14. Omnis homo vult beatus esse. pollicitationẽ Domini nostri Iesu Christi dicẽtis, Ego sum via, & veritas, & vita. Omnis autẽ homo qualiscũque sit, beatus vult esse. Hoc nemo est qui nõ velit, atque ita velit, vt præ cæteris velit: imò quicunque cætera vult, propter hoc vnum velit.

CAP. III. DIVERSIS cupiditatibus homines rapiuntur, & alius cupit hoc, & alius illud. Diuersa genera sunt viuẽdi, in genere humano. Et in multitudine generũ viuẽdi alius aliud eligit, & capessit: nemo est tamen quocũque genere vitæ electo, qui nõ beatã vitã cupiat. Beata ergo vita, omnium est cõmunis possessio: sed quà veniatur ad eam, quà tendatur, quo itinere tanto perueniatur, in cõtrouersia est. Ac per hoc si quæramus beatam vitam in terris, nescio vtrũ inuenire possumus: nõ quia malũ est quod quærimus, sed quia nõ in loco suo quærimus. Alius dicit, Beati qui militant. Negat alius & dicit, Beati: sed qui agrũ colũt. Et hoc negat alius & dicit, Beati, qui in foro populari, claritate versãtur, causasq; defendunt, vitã mortẽque hominũ lingua moderantur. Et hoc alius negat, & dicit: Beati qui iudicãt, qui potestatem habent audiendi & discernẽdi. Negat hoc alius, & dicit: Beati qui nauigant multas regiones, discũt multa, colligũt lucra. Videtis charissimi, in omni ista multitudine generũ viuendi nõ placere vnum omnibus: & tamẽ beata vita placet omnibus. Quid est hoc, vt cùm omnibus nõ placeat quęcunque vita, om-

CAP. IIII. nibus placeat beata vita? ERGO definiamus, si possumus, beatam vitam: de qua omnes respõdeant, hoc volo. Quia ergo nemo est qui interrogatus vtrũ beatã vitam velit, dicat, nolo: quęrimus autem quæ sit ipsa vita beata, tale aliquid definire debemus, cui sensus omnis consentiat, & quod nullus dicat, nolo. Quid ergo, fratres mei, quid est beata vita, quam volũt omnes, & non habent omnes? Quęramus ergo. Si cui dicatur, vis viuere? nunquid sic audit, quomodo si diceretur, vis militare? In illa enim interrogatione, quod est, vis militare? aliqui mihi dicerent, volo: & fortè plures, nolo. Si autẽ dicam, vis viuere? puto nemo est qui dicat,

Omnes viuere volunt, mori nolunt. nolo. Omnes enim natura habent insitũ, viuere velle, mori nolle. Item si dicã, vis sanus esse? puto nemo est qui dicat, nolo: nemo enim vult dolere. Sanitas etiam

Omnes sani esse volunt. in diuite pretiosa: certè in paupere est sola. Sed quid prodest opulentia diuiti, si sanitas non sit ibi, quæ patrimonium est pauperi? Valde vellet diues lectũ argẽteũ cũ pauperis mutare cilicio, si ægritudo posset migrare cũ lecto. Ecce ad duo ista consensit mihi omniũ sensus, vitam & sanitatẽ. Nunquid omniũ sensus consensit ad militiã? nunquid omniũ ad agriculturã? Nunquid omniũ ad nauigationẽ? Omniũ ad vitã & sanitatẽ.

CAP. V. CVM ergo est homo viuus & sanus, nihilne plꝰ quęrit? Si sapiat, fortè nihil plus debet quęrere. Vbi enim est perfecta vita, & perfecta sanitas: si quęritur amplius, quid erit nisi vitiosa cupiditas? Habebũt vitã in cruciationib⁹ impij. Veniet enim hora, sicut Euãgeliũ loqui-

Ioan. 5. tur, quando omnes qui sunt in monumẽtis, audiẽt vocẽ eius, & procedent qui bene egerũt, in resurrectionẽ vitæ: qui verò malè egerũt, in resurrectionẽ iudicij. Ergo illi ad præmiũ, illi ad tormentũ: & vtriq; viuunt, nec aliquis eorũ mori potest. Illi qui viuũt in præmio, amplectũtur dulcissimã vitã: qui autẽ viuunt in tormẽto, cupiunt, si fieri possit, talem finire vitam, & nemo eis dat interitũ, vt nemo auferat cruciatũ. Sed vidẽ Scripturã loquentẽ & discernentẽ: nõ est dignata talẽ vitã vocare vitã. In cruciatibus, in tormẽtis, in ignibus sempiternis noluit appellare vitã: vt ipsum nomẽ vitę laudis sit, non mæroris: vt vbicunque audis vitã, tormenta nõ cogites. Nã in tormentis esse semper, æterna mors est, non aliqua vita. Ipsam vocant Scripturæ mortem secundã: post hãc primã, quã omnes humanæ cõditioni debemus. Et mors secũda, & mors vocatur: & nemo

Apoca. 20. In doloribus viuere, non est viuere. ibi moritur. Satius & melius dixerim: nemo ibi viuit. In doloribus enim viuere, non est viuere. Et vnde probam⁹ sic locutã Scripturã? Ecce vndẽ. Ex hoc testimonio quod modo cõmemorui: Audiẽt enim vocẽ eius,

Ioan. 5. inquit, & procedẽt qui bene egerunt, in resurrectionẽ vitæ. Non dixit, beatæ vitæ, sed in resurrectionẽ vitæ.

CAP. VI. SOLVM vitæ nomẽ trahit beatitudinem. Nisi enim consequentem haberet beatitudinẽ nomẽ vitæ, nõ diceretur Deo, Quoniã apud te est fons vitę. Non enim

Psal. 35. & ibi dictũ est, Quoniam apud te est fons beatæ vitæ. Nõ addidit, beatæ, tantũmodo dixit vitę, vt tu intelligas beatę. Quare? Quia si miseræ, iã nec vitę. Ecce aliud testimoniũ. Iam duo diximus. Dictũ est enim, Qui be-

Ioan. 5. Psal. 35. ne egerũt, in resurrectionẽ vitæ. Itẽ dictũ est, Apud te est fons vitæ. Nusquã additũ est, beatæ: sed sola intelligitur vita quę beata. Quæ autẽ nõ beata, nec vita. Accipe aliud rursus ex Euãgelio. Diues ille qui nolebat dimittere quod habebat, & de rerum suarũ amissione indignabatur, quas moriẽdo dimittere cogebatur: credo nulla rerũ magnarum, sed tamen terrenarum profluẽtissima copia cũ gauderet, interpellabatur timore mortis, & quasi ei dicebat cor suũ: Ecce gaudes in bonis, & nescis quando veniat vna febris. Colligis, acquiris, cõ-

Luc. 12. paras & seruas, & gaudes. Anima tua repetitur à te. Hęc quę parasti, cuius erũt? Hac cogitatione quantũ intelligitur, cùm velut quibusdam timoris stimulis sæpe compungeretur, accessit ad Dominum, & ait illi: Ma-

Matth. 19. gister bone, quid faciam, vt vitam ęternam cõsequar? Timebat mori, & cogebatur mori. Non erat quà iret, ne periret. Constipatus necessitate moriendi, & cupiditate viuendi, accessit ad Dominum, & ait, magister bone, quid faciam vt vitam æternam consequar?

CAP. VII. AVDIVIT inter cętera, vt potius dicamus quod ad rem præsentem pertinet: Si vis venire ad vitam, serua mandata. Hoc est quod me dixeram, probaturum. Nec ille qui interrogauit, dixit, quid faciam, vt vitam

Matth. 5. consequar beatam: sed tantùm dixit, vitam ęternam. Nolendo mori, quęsiuit vitam quæ non habet finem. Et nunquid non, sicut dixi, etiam in tormentis impiorum, vita non habet finem? Sed hanc ille non vocabat vitam. Quæ esset in doloribus & cruciatibus, vitam non

A tion esse sciebat: mortẽ potius appellandam esse nouerat. Ideo vitam æternam quærebat: vt vbi vita auditur, de beatitudine nõ dubitetur. Et Dominus ad illum nõ dixit, Si vis venire ad vitã beatã, serua mandata: sed etiã ipse solã vitã nominauit, & ait: Si vis venire ad vitã, serua mãdata. Ergo illã vita in tormẽtis nõ est vita: & illa

Vita quæ est in tormentis, nõ est vita. Illa sola vita est quæ beata. vita sola est quę beata. Nec beata esse potest, nisi fuerit æterna. Propterea ille diues sciẽs interpellari quotidie timore mortis, vitã æternã quęrebat; nã vitã beatã, sicut ei videbatur, iã habebat. Erat enim diues & sanus, & credo quia dicebat sibi: Nihil volo amplius, si possit esse ppetuũ. Habebat quasi amabiles voluptates: quia satiabat stultas cupiditates. Proinde Dominus vno eũ nomine vitæ, si ille intellexit, correxit. Non ait, Si vis venire ad vitã ætern ã, quã ille quærebat, quasi iã habẽs beatã; nec ait, si vis venire ad vitã beatam: sciens quia si misera est, nec vita dicenda est: sed ait, Si vis venire ad vitam: ibi est æterna, ibi beata. Si vis venire ad

B Vita æterna & beata. vitã, serua mãdata. Ergo vita, quę ęterna & beata: quia si nõ ęterna, nec beata. Si autẽ ęterna in pœnis, nec vita.

CAP. VIII. QVID est, fratres? Cùm quærerem vtrũ velletis viuere, omnes respondebatis velle vos: vtrum velletis sani esse, omnes respõdebatis velle vos. Sed sanitas & vita si timetur ne finiatur, iam nõ est vita. Nõ est enim semper viuere, sed semper timere. Si semper timere, semper cruciari. Si cruciatus sempiternus, ibi vita æterna? Tenemus certè non esse beatam, nisi vitã æternam, imò non esse beatam nisi vitã: quia si nõ æterna, & si nõ cũ satietate perpetua, proculdubiò nec beata, nec vita. Inuenimus, omnes cõsentiunt. Inuenimus planè in cogitatione: nondũ in possessione. Hæc est possessio quã omnes quærũt: nemo est qui nõ quęrat. Malus sit, bonus sit, ipsam quærit. Sed bonus fidenter, malus impudenter. Quid quęris bonum male? Nónne tibi respondet ipsa postulatio tua, quàm sis improbus, cùm quæ-

C ris bonũ malus? Nónne rem quæris alienam? Si ergo bonũ summum quæris, hoc est, vitã: bonus esto, vt ad bonũ peruenias. Si vis venire ad vitã, serua mandata. Cùm autẽ peruenerimus ad vitã, quid addam æternã? quid addam beatã? semel vita, quia ipsa vita quę & æterna & beata: cùm peruenerimus ad vitam, certum nobis erit in ea nos semper futuros. Nã si erimus ibi, & vtrum ibi futuri sumus, incerti erimus: etiam ibi erit timor. Et si erit timor, cruciatus erit, non carnis, sed, quod peius est, cordis. Vbi autem cruciatus, quæ beatitudo? Erit ergo nobis certum, quia semper in illa vita erimus, & eam finire non poterimus: quia in illius

Lucæ 1. regno erimus, de quo dictum est, Et regni eius nõ erit

CAP. IX. finis. ET gloriam sanctorum Dei quorum mors est pretiosa in cõspectu eius, cùm sapientia demonstraret,

Sapient. 3. ait sicut in fine lectionis audistis: Et regnabit eorũ Dominus in perpetuum. Erimus ergo in regno magno & sempiterno, & ideo magno & sempiterno, quia iuste. Nemo fallit ibi, nemo fallitur: nõ est illic vt malè suspiceris de fratre tuo. Pleraque mala generis humani aliũde non oriuntur, nisi de suspicionibus falsis. Credis de homine quòd oderit te, qui fortè amat te: & per pra-

al. fra. uam suspicionem ęfis inimicissimus amicissimo. Quid faciat, cui non credis, & cor suũ tibi demonstrare non valet? Loquitur tibi dicens, amo te. Sed quia posset tibi dicere, & hoc mentiens, ea sunt enim verba mentientis, quæ vera dicentis: non credendo adhuc odisti. Ideo securum te facere voluit ab eo peccato, qui tibi dixit, Diligite inimicos vestros. Christiane, dilige inimicos tuos; ne incautus oderis & amicos. Corda ergo

1. Cor. 4. nostra in hac vita videre non possumus, donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarũ, & manifestet cogitationes cordis; & tũc laus erit vnicuique

CAP. X. à Deo. ERGO si quis modò diceret, cui proculdubio credẽremus, si Prophęta diceret, si Deus quomodo vellet, & per quem vellet diceret: Viuite securi, omnia vobis abũdabũt, nemo vestrũm morietur, nemo ægrotabit, nemo dolebit: abstuli mortem à genere humano, nolo quisquã moriatur: si diceret, quasi securi facti exultaremus, & nihil amplius requireremus. Sic nobis videtur omnino. Si hoc audiremus, cõtinuò vellemus & hoc nobis addi: vt corda inuicẽ videremus, nec inuideremus; vt nõ humana suspicione, sed diuina veritate videremus, ne essem sollicitus de vicino meo, ne me odisset, ne mihi malũ vellet, & ipsa sollicitudine prius malum facerem, quàm paterer. Quæreremus hoc sine dubio, quæreremus certã vitã, & inuicẽ cognitionẽ cordiũ nostrorũ. Iam enim intelligitis quã dicã vitam; ne sæpius cõmendando, obtundã potius quàm instruam. Ergo vitæ vellemus addi veritatem, vt corda nostra inuicẽ nosceremus, ne nostris suspicionibus falleremur: vt de ipsa vita perpetua, quòd ab ea non caderemus certi essemus. Adde vitæ veritatem, & inuenis vitam beatam. Nemo enim vult falli, quomodo nõ vult mori. Da mihi hominem qui falli velit. Qui fallere velint quàm multi inueniũtur: qui falli nemo. Compone tecũ. Non vis falli, noli fallere. Quod pati nõ vis, noli facere. Vis venire ad vitã, vbi nõ fallaris; age modò vitã, vbi non fallas. Vis venire ad vitam, vbi nõ fallaris? Quis nolit? Delectat merces, nõ dedigneris opus cuius merces est. Age modò vitam vbi non fallas, & venies ad vitã vbi nõ fallaris. Veraci merces reddetur veritas: & tẽporaliter bene viuenti merces reddetur æternitas. Ergo omnes hoc volumus, fratres, vitam & veritatẽ. Sed quà venimus, quà imus? Nam quò veniamus & si nondũ possessione tenemus, iã tamen cogitatione & ratione credimus & videmus, ad vitam tendimus & veritatem. Ipse Christus est. Quà ire quæris? Ego sum, inquit,

C via. Quò ire quæris? Et veritas & vita. ECCE quod martyres amauerunt, ideo præsentia & transitoria cõtempserunt. Nolite mirari fortitudinẽ, amor vicit dolorẽ. Massæ ergo Candidæ sollennitatem candida cõscientia celebremus, & vestigia martyrum sectãtes, ca-

Amor vicit dolorẽ. Sollẽnitas Massæ Cãdidæ, candida conscientia celebranda. pũtque martyrum & nostrũ intuẽtes: si ad tam magnũ bonũ venire concupiscimus, iter durũ nõ timeamus. Qui promisit verax est, qui promisit fidelis est, qui promisit fallere nõ potest. Dicamus ergo ei cãdida cõsciẽtia: Propter verba labiorum tuorũ ego custodui vias

Psal. 16. duras. Quid times vias duras passionum & tribulationũ? Transiit ipse. Respondes fortè, Sed ipse. Transierunt Apostoli. Adhuc respõdes, Sed Apostoli: Accipio. Responde, Transierunt postea & multi viri. Erubescè: transierunt & feminæ. Senex venisti ad passionẽ noli timere mortẽ, vel quia vicinus es morti. Iuuenis es

D transierũt & iuuenes, qui adhuc vitam sibi sperabant. Transierũt & pueri, transierũt & puellæ. Quomodo adhuc via aspera est, quam multi ambulando linierunt? Hæc ergo est sollẽnis & assidua cõmonitio nostra ad vos fratres, vt sollennitates martyrum, non vana sollẽnitate celebremus: sed quod in suis sollennitatibus amamus, etiam fide simili imitari nõ formidemus. Cõuersi ad Dominum, &c.

D. Augustini sermo primus de festo S. Cypriani martyris. SERMO CXIII. CAP. I.

SPIRITVS sanctus doceat nos in hac hora quę oporteat dicere, dictusq; enim sumus aliquid de laude Cypriani gloriosissimi martyris, cuius natalem hodie, sicut nostis, cẽ-

Natales martyrum frequentat Ecclesia. lebramus. Quod nomen sic frequentat Ecclesia, id est, natales, vt natales vocet pretiosas martyrum mortes. Sic, inquam, hoc nomen frequentat Ecclesia, vt etiam qui non sunt in illa, hoc dicant cum illa.

Quis

Quis enim hodie, nõ dicam in hac nostra ciuitate, sed planè per Africam totam, transmarinásque regiones, non Christianus solus, sed Paganus, aut Iudæus, aut etiam hæretieus poterit inueniri, qui nõ nobiscũ dicat natalẽ martyris Cypriani? Quid est hoc, fratres? Quãdo natus est, ignoramus: & quia hodie passus est, natalem eius hodie celebramus. Sed illum diem non celebraremus, & si nosset mus. Illo enim die traxit originale peccatũ: isto autẽ die vicit omne peccatum. Illo die ex fastidiosæ matris vtero istam processit in lucẽ, quæ oculos carnis illecebrat: isto autem die ex occultissimo naturæ sinu illam discessit ad lucẽ, quæ visum mentis feliciter & beatè illustrat.

CAP. II. CARTHAGINENSEM ecclesiam viuens gubernauit: moriens honorauit. Ibi episcopatum gessit: ibi martyrium consummauit. In eo quippe loco vbi posuit carnis exuuias, sæuà tunc multitudo conuenerat, quæ propter odium Christi sanguinem funderet Cypriani: ibi hodie venerans multitudo concurrit, quæ propter natalem Cypriani bibit sanguinem Christi. Et tanto dulcius in illo loco propter natalem Cypriani sanguis bibitur Christi: quanto deuotius ibi propter nomen Christi sanguis fusus est Cypriani. Denique, sicut nostis, quicunque Carthaginem nostis, in eodem loco mensa Deo constructa est, tamen mensa dicitur Cypriani, non quia ibi est vnquam Cyprianus epulat°, sed quia ibi est immolatus, & quia ipsa immolatione sua parauit hanc mẽsam, nõ in qua pascat siue pascatur; sed in qua sacrificium Deo, cui & ipse oblatus est, offeratur. Sed vt mensa illa quæ Dei est, etiam Cypriani vocetur, hęc causa est: quia vt illa modò cingatur ab obsequentibus, ibi Cyprianus cingebatur à persequẽtibus. Vbi nunc illa ab amicis orantib° honoratur, ibi Cyprianus ab inimicis frementibus calcabatur. Postremò vbi illa erecta est, ibi prostratus est.

Nota quòd & olim reliquiæ & memoriæ sanctorũ à fidelib. populis obsequentibus honorificẽtè cingebantur.

CANTATE Deo, psalmum dicite nomini eius: Qui ascendit super occasum, ipse fecit ista super occisum. Sed cùm Carthago habuerit cathedram eius, Carthago habeat memoriam ei°: vnde nos celebraremus natalitia eius, nisi esset & pretiosa in cõspectu Domini mors sanctorum? In omnem terram exiit sonus eius: & in fines orbis terræ verba eius. Docuit fideliter quod facturus erat: fecit fortiter quod docuerat. Ad pretiosã mortem, iustè viuendo, ad gloriosam verò vitam iniustè moriendo peruenit, atque adeptus est triũphale martyris nomen: quia perduxit vsque ad sanguinẽ pro veritate certamen.

CAP. III. Psal. 115. Psal. 18.

CAP. IIII. VERVM quia non solùm dixit quæ audientur, sed scripsit etiam quę legerentur, & ad alia loca per alienas linguas, ad alias per suas literas venit, & innotuit regionibus multis, partim per famam fortissimæ passionis, partim per dulcedinem suauissimę lectionis, alacres celebremus hunc diem, & ita omnes vnanimiter supplicemus, vt in Ecclesia maiore communem partem audire & videre mereamur: habituri & de sermone eius gaudium, & de passionis eius gloria profectũ, per Dominum nostrum Iesum Christũ, Amen.

Sermo eiusdem secundus de eodem.

SERMO CXIIII. CAP. I.

ANCTISSIMVS & sollennissimus dies, atque huic Ecclesiæ ornamẽto familiarior & præclarior lætificandus nobis hodiern° illuxit: quem suę nobis gloria passionis Cyprianus beatissimus illustrauit. Cuius reuerendi episcopi, & venerandi martyris laudibus nulla lingua sufficeret, nec si se ipse laudaret. In hoc itaque sermone nostro quem de illo debitum vestris aurib° reddimus, magis approbate voluntatis affectũ, quã exigite facultatis effectum. Sic enim & laudibus Dei quibus non solùm oratio, sed ne cogitatio quidẽ vlla satis est, cùm sanctus laudator se min° idoneũ cerneret, ait, Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. Hoc & ego dixerim. Sit etiam ista mea deuotio, vt si par non sum ad explicãdum quod volo, accẽpto feratur, quia volo. Psal. 118.

CAP. II. QVID enim nisi Dei sunt laudes tanti martyris laudes? Aut cuius honor est Cyprianus ad Deũ toto corde conuersus: nisi eius cui dictum est, Deus conuerte nos? Cuius opus est Cyprianus doctor: nisi eius cui dictũ est, Doce me iustificationes tuas? Cuius opus est Cyprian° pastor: nisi eius qui dixit, Dabo vobis pastorem secundum cor meum, & pascet vos cum disciplina? Cuius opus est Cyprianus confessor: nisi eius qui dixit, Dabo vobis os & sapientiã cui nõ poterunt resistere inimici vestri? Cuius opus est Cyprianus tantæ illius persecutionis pro veritate perpessor: nisi eius cui dictum est, Patientia Israel Domine; & de quo dictum est, Quoniam ab ipso est patientia mea? Postremò cuius op° est Cyprianus in omnibus victor: nisi eius de quo dictum est, In omnibus superuincimus, per eũ qui dilexit nos? Non ergo recedimus à laudibus Dei, quando laudam° opera Dei, & prœlia Dei in milite Dei. Psal. 79. Psal. 118. Hier. 3. Luc. 21. Psal. 61. Rom. 8.

SIC enim exhortatur Apostolus: State succincti lũbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calciati pedes in prædicatione in Euangelium prædicantis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere; & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbũ Dei. Quid est iustitiæ lorica induti, & accipere scutũ fidei, & galeã salutis, & gladium spiritus, quod est verbũ Dei: nisi à Domino donis eius armari? nec armari tantùm sufficeret huic militi, nisi impetrasset ab armato ipso, à quo armatus fuerat adiuuari. Neque enim piissimus martyr in illa conflictione passionis non orauit & dixit: Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui me persequũtur: dic animæ meæ: salus tua ego sum. CAP. III. Ephes. 6. Psal. 34.

QVOMODO vinceretur, quẽ sic Dominus producebat armatum, sic adiuuabat armatus? Absit autem vt armatũ Deũ quibusdã corporalibus instrumentis puerili corde credamus. Cuiusmodi quippe arma sint illa quibus ab armato Deo solent eius milites adiuuari, ipsi confitentur adiuti vbi exclamãtes & gratias agentes dicũt, Domine vt scuto bonæ volũtatis coronasti nos. Framea verò Dei, hoc est gladius Dei, quã frameã corpus Christi quod est Ecclesia aduersus eos qui se persequuntur, precatur effundi atque concludi: potest quidem intelligi vbi ipse Saluator suo corpori dicit: Non veni pacem mittere in terram, sed gladiũ. Quo gladio spirituali à martyribus suis cælestia concupiscentibus gaudia, terrenos malè blandos separat affectus, quibus de cælo ad terram reuocarentur astricti, nisi gladius interciderет Christi. Sed est etiam alia euidentissima Dei framea anima iusti in manu Dei: de qua illi in Psalmo dicitur, Erue animam meam ab impiis, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Quod dixit animam meã, hoc repetiuit frameam tuam: quod dixit ab impiis, hoc repetiuit, ex inimicis manus tuæ. CAP. IIII. Psal. 5. Framea Dei, Ecclesia. Matth. 10. d. 34. Framea Dei, anima iusti. Psal. 16. 13.

HANC effudit frameam spargendo vsque aquaque martyres suos: & conclusit aduersus eos qui persequebantur Ecclesiam; vt quia prędicantium vocibus non flectebantur, morientium virtutibus frangerentur. CAP. V.

Fortior

Fortior quippe sibi aduersus inimicos fabricat arma Deus, eos ipsos quos facit amicos. Magna itaq; framea Dei anima beatissimi Cypriani, splendida charitate, acuta veritate pugnantis Dei acta & vibrata virtute, quæ bella confecit: quas cõtradicentium cateruas relarguens superauit? quot percussit infensos? quot protrauit aduersos? In quàm multorũ inimicorũ cordib° ipsas inimicitias, quibus oppugnabatur, cecidit, cosq; amicos quibus aduersus alios Deus copiosi° pugnaret, effecit? Vbi autẽ venit tempus vt tanquam prœualescẽtibus hostibus pẽderetur, tum verò ne oppressus & victus ab impiis eorum manibus cederet, affuit ille per quem inuictus præstaretur: incepit victoriam, postquã nullum certamẽ vlterius remaneret, quàm dẽ hoc scilicet mundo, & de mundi huius principe reportaret. Adfuit omnino fidelissimo testi suo vsq; ad mortẽ pro veritate certanti, fecit quod exoratus fuerat; eruit animam eius ab impio, frameã suã ab inimicis manus suę. Cuius victricis animæ sanctam carnem tãquam illius frameæ vaginam hoc loco sublimitate diuini altaris ornamus; eidem ipsi animæ triumphali resurrectione reddendam, & nulla deinceps morte ponendam. Cõuersi ad Dominum, &c. Framea magna Dei beatiss. Cypriani. Psal. 16. d. 13.

Sermo eiusdem de eodem tertius.

SERMO CXV. CAP. I.

ESTVM nobis festum diẽ passio beatissimi Cypriani martyris fecit: cuius nos victorię celebritas in istum locũ deuotissimos cõgregauit. Sed celebratio sollẽnitatis martyrũ, imitatio debet esse virtutũ. Facile est honorẽ martyris celebrari: magnũ est fidẽ atque patientiã martyris imitari. Hoc sic agamus, vt illum optemus: hoc sic celebremus, vt illud potius diligamus. Quid laudemus in fide martyris? Quia vsque ad mortẽ certauit pro veritate, & ideo vicit. Blãdientem mundum cõtempsit, sęuientì nõ cessit: ideo victor ad Deum accessit. Abũdãt in isto seculo errores & terrores. Beatissimus martyr, errores, sapiẽtia: terrores, patientia superauit. Magnũ est quod fecit: secutus agnum, leonem vicit. Quando persecutor sæuiebat, leo fremebat: sed quia agnũ sursum attendebat, leo deorsum calcabatur. Qui morte mortẽ destruxit, ligno pepẽdit, sanguinẽ fudit, redemit mundũ. Primi beati Apostoli arietes gregis sancti ipsũ Dominum viderunt Iesum pendentem, doluerũt morientem, expauerunt resurgentem, amauerũt potẽtem, & ipsi sanguinem fuderunt pro eo quod viderunt.

CAP. II. COGITATE fratres, quale fuit mitti homines per orbem terrarũ, prędicare hominem mortuum resurrexisse, in cælũ ascendisse, & pro ista prædicatione perpeti omnia quæ insaniens mũdus inferret: damna, exilia, vincula, tormenta, flãmas, bestias, cruces, mortes. Hoc pro nescio quo? Nunquid enim fratres mei Petr° pro sua gloria moriebatur, aut seipsum prędicabat? Alius moriebatur, vt alius honoraretur; alius occidebatur, vt alius coleretur. Nũquid hoc faceret, nisi flagrãtia charitatis, de conscientia veritatis? Videtant quod dicebant: nã quando pro ea re morerentur, quam non viderant? Quod viderant, negare debebant? Nõ negauerũt: prædicauerũt mortuum, quẽ sciebãt viuũ. Sciebant pro qua vita contemnerẽt vitã: sciebant pro qua felicitate ferrent trãsitoriam infelicitatem: pro quibus præmiis ista damna contemnerent. Fides eorum cum toto mundo non appenderetur. Audierãt, Quid prodest homini, si totum mũdum lucretur; animæ autem suæ detrimentum patiatur? Non retardauit illecebra seculi festinãtes, trãsitura migrantes: quantũlibet aut quomodolibet fulgẽs felicitas hic dimittẽda, ad aliam vitam non transferenda aliquando, hic & à viuẽtibus relinquenda. Matth. 16.

CONTEMNITE ergo seculũ Christiani, contemnite seculum. Contemnite: contempserunt martyres, contempserũt Apostoli, contẽpsit beatus Cyprianus, cuius hodie memoriam celebramus. Diuites esse vultis, honorati esse vultis, sani esse vultis: totum ille contempsit, ad cuius memoriã conuenistis. Quid obsecro tantum amatis, quod contempsit quem sic honoratis? Quem si ista non contempsisset, non vtique sic honoraretis. Quare te inuenio earum rerum amatorem, quarum * veneratis contẽptorem? Certè illum si hęc amaret, non venerareris. Et tu noli amare, non enim intrauit, & ostiũ cõtra te clausit. Contemne & tu: & intra post illum. Patet quà intres: Christus est ianua. Et tibi est ostium apertum, quãdo est latus eius lancea perforatũ. Quid enim manauit recole: & elige quà possis intrare. De latere Domini pendẽtis & morientis in ligno, postea quàm est lancea perforatum, aqua sanguisq; profluxit. In vno est mundatio tua, in altero redemptio tua. CAP. I. al. venerás. Ioan. 19.

AMATE, & nolite amare: Ad aliquid amate, & ad aliquid amare nolite. Est enim quod ad profectũ ametur: & est quod ad impedimẽtum ametur. Noli amare impedimentum, si non vis inuenire tormẽtum. Quod amas in terra, impedimentum est: viscum est pennarũ spiritualium, hoc est virtutum quibus volatur ad deũ. Capi non vis, & viscum amas? Nunquid non caperis ideo quia dulciter caperis? Quanto magis delectat, tãto magis strangulat. Hæc dico: & laudatis & clamatis, & amatis. Respondet tibi non ego, sed sapientia: Mores volo, nõ voces. Sapientia: Lauda viuendo, non sonando, sed consonando. CAP. III. IIII.

DOMINVS dicit in Euangelio, Cantauimus vobis, & non saltastis. Quando hoc ego dicerem, si non legerem? Irridet me vanitas, sed iuuat authoritas. Si non præmisissem quis hoc dixerit, quis me vestrum posset ferre dicẽtem, Cãtauimus vobis, & non saltastis? Nunquid nam non in hoc loco & si Psalmus cantandus est, ab aliquo saltandum est? Aliquando ante annos non valde multos etiam istum locum inuaserat petulantia saltatorum. Istum tam sanctum locum, vbi iacet tam sancti martyris corpus, sicut meminerunt multi qui habent ætatem, locum inquam tam sanctum inuaserat pestilentia & petulantia saltatorũ. Per totam noctem hic cantabãtur nefaria, & cantantibus saltabatur. Quando voluit Dominus per sanctum fratrem nostrum Episcopum vestrum ex quo hic cœperũt sanctæ vigiliæ celebrari, illa pestis inquãtulum reluctata: postea cessit diligentiæ, erubuit sapiẽtiæ. CAP. V. Matth. 11. Lucæ 7. 1. Ioan. 2.

CVM ergo modò hic ista Deo propitio non fiant, quia non celebramus dæmoniis ludos: vbi solent ista fieri in eorum delectationem quæ colũtur, & immunditia sua solent suos deprauare cultores: sed celebratur hic sanctitas & sollennitas martyrum, non hic saltatur, & vbi non saltatur, tamen de Euangelio legitur, Cantauimus vobis, & non saltastis. Reprehenduntur, increpantur, accusantur, qui non saltauerunt. Absit vt redeat adhuc illa pestilentia: audite potius qd velit intelligi sapiẽtia. Cantat, qui præcipit: saltat, qui facit. Quid est saltare, nisi motu membrorum cantico consonare? Quid est canticum nostrum? non proferã, non sit meum. Melius minister sum, quàm actor. Dico canticũ nostrũ. Nolite diligere mũdum, neque ea quæ in mũdo sunt. Quisquis dilexerit mundũ, nõ est charitas patris in illo: quia omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ non ex patre, sed ex mundo sunt. CAP. VI.

dem iustificando eruit ab impiis, & fecit frameã suam, hoc est gladium bis acutum: vt per illã linguam stultitia nudata feriretur, per quam prius tecta atq; dilatata pulchra prudentibus videbatur, atque vt eloquij tam nobilis instrumentum quo ruinosis doctrinis dæmoniorũ indigna ornamenta fiebãt in ædificationẽ conuerteretur Ecclesiæ, qua crescente illa laberẽtur, & vt tantæ vocis tuba quæ forensium mendaciorum certamina solebant acuere, ad prosternẽdum pretiosis sanctorum mortibus diabolum, Christo militantes & in ipso gloriantes deuotos martyres excitaret. Inter quos & ipse Cyprianus, cuius pio, sancto, non iam fabulosos fumos emouente, sed Dominica luce radiante accendebantur eloquio, moriendo vixit, iudicatus iudicem superauit, aduersariũ percussus vicit, mortemq; occisus occidit. Qui enim in ludo peruersitatis humanæ & suam, & aliorum linguas docuerat loqui mendacium, vt quod ab aduersario obiiceretur, astuta fallacia negaretur, iam in alia schola didicerat cõfitendo deuitare aduersarium. Vbi enim Christi nomẽ inimicus cõuertit in crimen: ibi supplicium Christus conuertit in laudem. Et si adhuc quisquam quærit fortè quis vicerit, vt omittam regnum cæleste sanctorum quod infideles credere nolunt, quia videre non possunt: nunc in ista terra, in ista vita, in domibus, in agris, in ciuitatibus, in orbe terrarum, ecce sunt feruentes laudationes martyrum, vbi sunt furentes accusationes impiorum. Ecce quemadmodum honorantur memoriæ peremptorum: nunc illi ostendant idola dæmoniorum. Quid eis indicando facturi sunt, qui eorum templa moriẽdo euertẽrũt? Quomodo eorũ superbas fallacias resurgẽtium militũ suorum splendore damnabit, qui eorum fumantes aras morientium sanguine extinxit?

Cap. v.

Inter has legiones Christi, beatissimus Cyprianus gloriosorum prœliorum doctor & gloriosus ipse prœliator, ita quod factur° erat docuit, & quod docuerat fecit: vt & in verbis docẽtis prænosceretur animus martyris, & in animo patientis prænosceretur verba doctoris. Non enim erat similis eorum de quibus Dominus ait, Quæ dicunt facite, quæ autem faciũt, nolite facere: Dicunt enim & non faciunt. Iste quia credidit, locutus est, quia locutus est, passus est.* Hæc ergo docuit in vita quod fecit: & hoc fecit in morte, quod docuit. Illi laus, illi gloria, Domino deo nostro, regi seculorum, creatori, & creatori hominum, qui suo tali Antistite huius ciuitatis Ecclesiam ditauit, & tam sancto corpore huius loci amplitudinem cõsecrauit. Illi laus, illi gloria qui dignatus est illum virũ prædestinare inter sanctos suos ante tẽpora, creare inter homines opportuno tempore, vocare errantem, mundare sordentem, adiuuare pugnantẽ, coronare vincentem. Illi laus illi gloria, qui hunc talem fecit, in quo maximè ostenderet Ecclesiæ suæ, quantis malis opponẽda, & quãtis esset bonis charitas præponenda, & quàm nulla esset charitas Christi. Quam sic ille dilexit, vt & malis pro charitate non parceret, & malos pro pace toleraret: & liber in dicendo quod ipse sentiret, & pacificus in audiendo quod fratres sentire cognosceret. Meritò in Ecclesia catholica tanti honoris celsitudinem meruit. Cuius cordissimum vinculum tanta humilitate seruauit. Quapropter, charissimi, tam gratæ festiuitati debito sermone pro viribus persoluto, exhortor dilectionẽ deuotionemq; vestram, vt istum diem honestè ac sobriè peragamus, & hoc exhibeamus diei quo Cyprianus beatissimus passus est, quod amauit vt pateretur. Conuersi ad Dominum, &c.

Matth. 23.

21. Hec.

Sermo D. Augustini De martyribus. Sermo cxvii. Cap. i.

A N Psalmo diximus Domino deo nostro: Pretiosa est in conspectu Domini, mors sanctorũ eius. Pretiosa est mors sanctorũ martyrum: quia pretium eorum est sanguis Domini ipsorũ. Passus est enim passione sua, quia erant passuri post ipsum. Præcessit ipse, & secuti sunt multi. Valde enim erat aspera via: sed fecit ipsam lenem, quando ipse ante omnes trãsiuit. Ideo cæteri non timuerunt transire, quia ipse prior trãsiuit. Mortuus est enĩ & terruit discipulos suos: Resurrexit, & abstulit illis timorem, & dedit amorẽ. Quãdo enim mortuus est Christus, trepidauerũt discipuli, & putauerũt q; periit: Quando secuti sunt, ibi videre gratiam Dei. Tũc latro credidit, quãdo discipuli trepidauerũt. Erat enim vnus latro in cruce cũ illo, sicq; in illũ credidit vt diceret, Domine in mentem me habe, dũ veneris in regnum tuum. Quis illũ docebat, nisi qui iuxta illum pendebat? Erat enim illi fixus à latere: sed habitabat in corde. In isto autẽ Psalmo vbi diximus, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius: ibi scriptum est & quod audistis, Ego dixi in extasi mea, Omnis homo mẽdax. Quid dicimus fratres? Omnis homo mendax. Ergo & martyres mẽdaces fuerũt? Si autẽ martyres veraces fuerunt: quomodo verũ est, Omnis homo mendax? Scriptura dicit; Omnis homo mendax. Si dixerimus, veraces erant martyres, scripturam facimus mẽdacẽ. Si autem verum dixit scriptura, quia omnis homo mendax: ergo martyres mendaces fuerunt? Quomodo ergo habemus ostẽdere & scripturã veracẽ & martyres veraces? An fortè martyres non fuerunt homines? Si autem erant homines, quomodo verũ est, Omnis homo mendax? Quid ergo faciemus? Laborabimus vt ostendamus vobis, quia & scriptura vera est, & omnis homo mendax, & martyres veraces fuerunt, quia pro veritate mortui sunt. Ideo enim sunt martyres, quia pro veritate passi sunt. Martyr enim est verbum Græcũ, & Latinè testis dicitur. Si ergo testes fuerunt, vera dixerũt: & vera dicendo coronas acceperũt. Si autẽ testes falsi fuerunt, quod absit, nõ ad coronas, sed ad pœnas ierũt. Quia scriptum est: Testis falsus non erit impunitus. Ergo ostendamus illos veraces. Iã ipsi se ostenderunt, quãdo pro veritate etiam mori voluerũt. Quomodo ergo verax est scriptura, quæ dicit, Omnis homo mendax? Rogemus Dominum nostrum Iesum Christum: & ipse nobis soluet istam quæstionẽ. Vnde habet illam nobis soluere? De Euãgelio de quo modò loquebamur, quando vobis legebatur.

Psal. 115.

Psal. 115.

Luc. 23.

Psal. 115.

Cap. 14.

Cap. v.

Cap. vi.

Cap. vii.

Matth. 25.

Ibidem.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

Fortè, illexit.

Cap. viii.

Matyr Græcè, Testis Latinè.

Prou. 19.

Cap. viii. Matth. 10.

Audistis enim quãdo legebatur Euãgeliũ, quia martyribus dicebat Dominus Iesus, Cùm tradẽt vos, nolite cogitare quid loquamini, aut quid dicatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Quia si vos loquimini, mendaciũ dicitis: quia omnis homo mẽdax. Vidit ergo ipse Domin°, quia omnis homo mẽdax, & dedit martyribus spiritũ suũ: vt nõ ipsi loquerẽtur, sed spiritus eius: vt nõ essent mẽdaces, sed vt essent veraces. Ecce quare veraces fuerũt: quia nõ ipsi loquebãtur, sed spiritus eius. Et modò quod vobis loquimur, si de nostro loquimur, mendaciũ dicimus. Si autem sunt spiritus Dei, quæ vobis dicimus, ideo vera sunt: & vos proficite. Nolite de vestro velle loqui, si vultis vera loqui: vt nõ remaneatis homines mẽdaces, sed sitis filij Dei veraces. Omnes hæretici etiam pro falsitate patiuntur, nõ pro veritate: quia mentiũtur cõtra ipsum Christũ. Omnes Pagani impij quæcũq; patiuntur, pro falsitate patiũtur. Nemo ergo se extollat & glorietur de passione, sed prius ostendat linguæ

linguæ suę veritatẽ. Tu ostẽdis pœnã, ego quæro causã. Tu dicis, sum passus: ego dico quare sis passus. Nã si attendam° solas passiones, coronãtur & latrones. Nũqd audet dicere ille, tanta & tãta passus sum? Quare? Quia dicit illi propter facta tua mala ideo malã habuisti pœnã: quia prius malã habuisti causam. Si de passione gloriãdũ est: potest & ipse diabolus gloriari. Videte quãta patitur, cuius vbiq; tẽpla euertũtur, cuius vbique idola franguntur, cuius vbiq; sacerdotes & arrepticij cęduntur. Nunquid potest dicere, & ego martyr sum, qa tãta patior? Ergo homo dei prius sibi eligat causam: & securus accedat ad pœnã. Quia si in bona causa accedit ad pœnã, post pœnam accipiet & coronã. Ergo in memoria æterna erit iustus: & ab auditu malo nõ timebit. Venit enim iudex omniũ viuorum & mortuorũ, sicut in Euangelio legimus. Et verũ est, quoniã ista quæ modò videmus, non erãt quãdo futura dicebantur. Quod videtis modò prædicari nomẽ Christi p oẽs gẽtes, conuerti homines ad vnũ Deũ, dimitti idola, dimitti dæmonia, euerti tẽpla, frangi simulachra: oĩa ista nondum erant, tamẽ dicebãtur, & modò videtur. In quibus ergo literis scripta sunt ista quæ iã videmus? Tũc autẽ scripta sunt, quãdo nõ videbãtur, sed futura promittebantur: In ipsis literis legimus quod nõdũm venit. Nõ dũ enim venit dies iudicij, nõdum venit resurrectio mortuorũ, nõdum venit iudicaturus, qui prius venerat iudicãdus. Iudicatus iniustè, iudicaturus iustè. Differens potẽtiã, cùm vult ostẽdere patientiã. Venturus est ergo, & qmo se promisit esse venturũ cum angelis suis: sic veniet, & apparebit in claritate omnibus etiam resurgentibus.

Cap. v. Psal. 111.

Cap. vi.

Vnusquisque enim resurrecturus est cũ causa sua. Qualis enim modò cùm moritur recipitur in carcerẽ, talis procedit ad iudicem. Modò opus est vt componat causam suam, iniusus non potest. Qui ergo bonas habẽt causas, recipiuntur in requiem: qui autẽ malas habent causas, recipiuntur in pœnas: sed maiores pœnas passuri sunt, cùm resurrexerint. In quarum comparatione tales sunt istæ quas patiũtur qui mortui sunt homines mali, qualia sunt somnia hominũ qui torquentur in somnis. Animæ namq; eorum patiuntur, caro non patitur. Maior autem cruciatus est, si vigilãs torqueatur. Ergo cùm resurrexerint omnes, & apparuerint ante iudicem iustũ, sicut ipse prædixit, separabit eos sicut pastor separat oues ab hędis. Hędos ponet ad sinistram, oues autem ad dexterã. Et dicet his qui ad dexterã sunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ad istam vocem gaudent dexteri, gaudẽt iusti. Illis autem qui sunt à sinistra dicturus est: Ite in ignẽ æternum cũ diabolo & angelis eius. Ab hoc auditu malo iustus non timebit. Nondũ ergo receptis fructibus suis beati sunt modò sancti martyres, quoniam cũ Christo sunt animę eorũ. Quid autem paretur illis in resurrectione, quis potest verbis explicare? Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Si tanta bona quæ accepturi sunt fideles boni, nemo explicat verbis: non sine causa talia illis præmia præparãtur, qui vsq; ad sanguinẽ pro veritate certauerũt. Non eos mũdus illesit, nõ eos terror fregit, nõ tormenta vicerunt, non blanditiæ deceperunt. Corpora ipsa sua habebunt magna ornamẽta, in quibus passi sunt magna tormenta.

Cap. vii. Matth. 25.

Ibidem.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

Sermo D. August. secundus de sanctis martyribus. Sermo cxviii. Cap. i.

Ie sollenni sanctorũ martyrũ debitus sermo reddẽd° est charitati vestræ. Locuturos ergo nos de gloria martyrum adiuuent orationes martyrũ. Nec enĩ p istas sollẽnitates cõmemorari debuit sanctitas vestra, primùm ne arbitremur nos aliqd cõferre martyrib°, quia eorũ dies sollennissimos celebramus. Illi nostris festiuitatibus non egent, quia in cælis cum angelis gaudẽt. Congaudẽt autẽ nobis: & nos honoremus eos, sed imitemur eos: quãquã & quod honoramus, nobis ꝓdest, nõ illis: sed honorare, & nõ imitari, nihil ꝓdest. Ad hoc istæ festiuitates in Eccl. cõstitutæ sunt, vt p eos cõgregatio mẽbrorũ xpi admoneatur imitari martyres xpi. Hæc est omnino huius festiuitatis vtilitas, alia nõ est. Si enim nobis proponeretur imitãdus Deus, respõderet humana fragilitas, multũ esse imitari eum, cui non potest cõparari. Sic deniq; ipsius Domini Christi ad imitationẽ nobis proponatur exemplũ: q propterea cùm Deus esset mortali carne vestitus est, vt hominib° mortalẽ carnem gerentibus insinuaret præceptũ, & demonstraret exemplum: de quo etiam scriptum legimus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplũ, vt sequamur vestigia eius.

Cap. viii.

Honorare sanctos, & non imitari, nihil prodest. Ad quid festiuitates in Ecclesia constitutę.

1. Pet. 2.

Tamen & adhuc respõdet hic humana fragilitas: Quid simile ego & Christus? Et si verbum caro factum est, vt habitaret in nobis; carnem assumpsit verbum, nõ perdidit. Quod erat accepit, non quod erat amisit. De° ergo erat in Christo, mundũ reconcilians sibi. Quid ergo simile ego & Christus? Ad tollendas igitur omnes excusationes infidelis infirmitatis, nobis stratam construxerũt viã. Lapidibus enim talibus cõstruenda erat quasi securi in domũ suam si habueris pauperes: si habueris domũ Dei, dives es, in domo tua timebis latrones, domui dei mur° ipse est Deus. Hi ergo q habitãt in domo tua, possident Hierusalẽ cælestem, sine angustia, sine pressura, sine diuersitate, & diuisione limitũ. Omnes habent eam, & singuli habent totã. Magnæ illæ diuitiæ: nõ angustat fratrẽ frater, nulla ibi indigentia est. Quid ibi ergo acturi sumus? Omnium enim actionum humanarũ, mater necessitas est. Iam, fratres, breuiter diximus: currite anno per quaslibet actiones huius vitæ, si eas parit vbi necessitas ipsa, & memorate artes quę magnæ videntur in subueniendo, patrocinia linguæ, & adiutoria medicinæ. Ipsæ sunt enim excellentes in hoc seculo actiones. Tolle litigatores, quibus opitulatur advocatus? Tolle vulnera & morbos, quid curat medic°? Et omnes actiones istæ nostræ ad quotidianam vitam quæ exigũtur & fiunt, ex necessitate veniũt: arare, seminare, nouellare, nauigare. Talia omnia opera quid parit, nisi necessitas & indigentia? Tolle famem, sitim, nuditatem, cui opus est omnib° istis? Hæc etiã quæ nobis iubẽtur bona opera, nam ista quæ cõmemorani, hominis istius sunt, sed omniũ hominũ exceptis opibus pessimis, detestabilibus, flagitiis, facinoribus, homicidiis, & fracturis, adulteriis, illas nec deputo inter actiones humanas, honesta loquor, nõ parit nisi necessitas & fragilitas carnis. Hæc etiã, quę dixi, inberi nobis, Frãge esurieti panẽ tuũ, in illa futura vita, cui franges, vbi nemo esuriet? Egenũ sine tecto in domũ tuã, quẽ hospitẽ suscipies, vbi oẽs in patria viuũt? Quẽ visitas ægrotũ, vbi perpetua sanitas & gaudiũ? Quẽ concordas litigiosum, vbi sempiterna pax est? Quẽ sepelis mortuum, vbi semper viuitur? Nihil ergo horũ acturus es ex operibus istis honestis, ex istis operibus bonis nihil acturus es.

Cap. viii.

Cap. viii.

Cap. viii.

Quid ergo iam dixisti, quid habituri sunt qui habitant in domo tua, beati sunt. Dic etiã quid acturi, quia non ibi video aliquas necessitates quę me impellant ad agendum. Ecce modò quod loquor & disputo, necessitas parit. Nũqd ergo talis ibi disputatio erit, quasi quæ doceat ignaros, quasi quæ cõmemoret obliuiosos? Aut verò in illa cælesti patria Euangeliũ recitabitur, vbi ipsum verbũ Dei contẽplabitur? Ergo quia dixit iste desiderãs & suspirans ex voce nostra, quòd habituri sumus in illa patria cui suspiratur & ait, Beati qui habitãt

in domo tua. Dicat & qd acturi sumus. In secula seculorũ laudabũt te: hoc erit totũ negotium nostrum, sine defectu. Alleluia. NON nobis videatur, fratres, quia fastidium ibi futurum erit, quia sic modò iudicatis, nõ duratis ab ipso gaudio, necessitas vos auertit: & quianõ tantũ delectat q̃ nõ videtur. Si tãta claritate in ipsa ꝓsura & fragilitate carnis laudam⁹ quod credimus: qm̃o laudabimus quod videmus cùm assumpta fuerit mors in victoriã, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ? Nemo dicit diu steti, aut diuvigilaui: stabilitas ibi magna erit, & ipsa immortalitas corporis iã suspenditur in contẽplatione Dei. Et si modò verbũ hoc q̃ erogamus vobis, tam diu fragilitatẽ carnis vestrę stabilẽ tenet: quid nobis faciet illud gaudiũ? Qm̃o nos mutabit? Similes enim ei erim⁹, quoniã videbimus eũ sicuti est. Iã similes illi, quãdo deficiemus, quò auertemur? Securi ergo sumus fratres, nõ nos satiabit laus Dei. Si deficies ab amore, deficies à laude. Si autẽ amor sempiternus erit, quia insatiabilis illa pulchritudo erit: noli timere, ne non possis semper laudare, quem semper poteris amare. Ergo beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te.

Alleluia. CAP. V.

Psal. 83.

Item eiusdem de sanctis martyribus sermo tertius.

SERMO CXIX. CAP. I.

VDISTIS, fratres, cùm sanctũ Euãgeliũ legeretur, quẽadmodũ dñs noster Iesus Christ⁹ disciplina sua martyres suos corroborauerit dicens: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. Cõsiderate, fratres mei, qd faciat. Si vnus lupus inter multas oues veniat, quantacunque sint ouiũ milia, vno lupo in medio turbabũtur; & si non omnes lamãtur, omnes tamen terrentur. Qualis ergo erat ista ratio, quale consilium, qualis potestas, nec lupũ ad oues admittere, sed in lupos oues mittere? Mitto, inquit, vos sicut oues in medio luporum: nõ ad limites luporũ, sed in medio luporum. Erat ergo luporũ agmen, oues paucæ. Cùm enim multi lupi occiderunt paucas oues: cõuersi sunt lupi, & facti sunt oues. Audiuimus ergo quod monuit qui coronas promisit, & agonẽ præmisit; & quia expectat certãtes, adiuuat laborantes. Cuiusmodi certamen indixit? Estote, inquit, astuti vt serpẽtes, & simplices sicut colũbę. Hoc qui intellexerit & tenuerit, securus moritur. Quis autẽ securus moritur, nisi qui se sic nouerit moriturum, vt mors in illo moriatur, vita coronetur?

Matth. 10.

Expectat pro spectat, Augustino peculiare.

Matth. 10.

CAP. II.

QVAPROPTER, charissimi, exponendũ est nobis quãtus hinc iã sæpius dixerimus quid sit simplices esse vt colũbæ; astuti vt serpẽtes. Si iam simplicitas colũbarũ indicta est nobis, astutia serpẽtis quid facit in colũbę simplicitate? Amo in colũba quod fel non habet: timeo in serpente quod venenum habet. Noli ex omni parte horrere serpẽtem: habet quod oderis, habet quod imiteris. Serpens enim cùm fuerit senectute prægrauatus, & senserit põdus vetustatis, coartat super cauernã & ponit tunicã veterẽ, vt nouus exultet. Imitare illũ christiane qui audis Christũ dicentẽ: Intrate per angustã portã, & Paulus apostol⁹ tibi dicit: Exuite veterẽ hominẽ cũ actibus suis, & induite nouũ. Habes ergo quod imiteris in serpente. Noli mori pro vetustate, sed pro veritate. Qui moritur pro cõmodo tẽporali, pro vetustate moritur. Cùm autẽ exutus fueris omni ista vetustate, imitatus es astutiam serpẽtis. Imitare & illũ in hoc. Serua caput tuũ, tene apud te xp̃m. Si fortè aliqs vestrũ aduertit aliquãdo cùm voluerit colubrũ occidere, qm̃o pro capite suo totum corpus obiicit ictibus feriẽtis. Illud in se feriri nõ vult vbi se nouit vitam habere: Et xp̃s vita nostra est. Ipse enim dixit, Ego sum via, & veritas, & vita. Audi & Apostolum: Caput viri xp̃s est. Qui ergo xp̃m seruat in se, caput suum seruat pro se.

Serpẽtis astutia quomodo imitanda sit. Matth. 7. Eph. 4. Colos. 3.

Ioan. 14.

CAP. III.

IAM verò qd opus est cõmendare multis verbis simplicitatẽ colũbarum? Cauẽda enim erant venena serpẽtis. Ibi imitatio periclitabatur, ibi erat quod timeretur. Columbã verò securus imitare, attẽde de columbas in societate gaudere. Vbique simul volãt, simul pascuntur, nolunt esse solæ; cõmunione gaudent, charitatẽ seruãt, gemitibus amoris murmurant. Osculis filios generant. nã quando colũbę, quod plerunque aduertimus, rixantur de cellulis suis, quodãmodo pacata cõtentio est. Nũquid quia rixantur, separantur? Simul volãt, simul pascũtur; & ipsa inter se pacata est rixa. Vide rixã colũbarum. Apostol⁹ dicit: Si quis verbo nostro non obaudit ꝑ epistolã, hũc notate, & nolite commiscere cum eo. Ecce rixa, sed attẽde quoniã columbarũ est rixa, non luporũ: continuò subiecit, Et non vt inimicũ existimetis: sed corripite vt fratrẽ. Colũba amat, & quãdo rixatur: lup⁹ odit, & quãdo blãditur. Colũbarũ ergo simplicitatẽ habentes, astutiã seruate serpẽtũ. Sollennia martyrũ celebrate in sobrietate mẽtis, nõ in ebrietate vẽtris, Deo laudes dicite. Ipse enim dñs De⁹ noster qui martyrũ Deus, ipse est coronator noster. Si bene fuerimus luctati, coronamur ab eo, qui coronauit eos quos imitari concupiscimus.

Columba simplicitas imitanda.

2. Thess. 3.

Ibidem.

Tractatus primus D. Augustini episcopi Hipponensis, de resurrectione futura mortuorum.

SERMO CXX.

Citat Beda 1. Cor. 15. & Algerus lib. 1. cap. 12. contra Berengarium.

CAP. I.

NIMAD VERTIMVS, cùm Apostoli epistola legeretur, laudabilẽ motũ fidei charitatisq̃ vestrę, quemadmodũ exhorrueritis homines, qui putantes hanc solam esse vitã quã cũ pecoribus habemus communẽ: post mortẽ autẽ finiri totum hominis, nec esse spẽ vllã vitę alterius melioris: pruritum malarũ aurium corrũpẽtes, dicũt, Mãducem⁹ & bibamus, cras enĩ morimur. Hinc ergo sumatur nostræ disputationis exordiũ; & hic sit nostri velut cardo sermonis, quò cętera, quæ dñs suggerere dignatus fuerit, referãtur. SPES enim nr̃a est resurrectio mortuorũ: fides nostra, est resurrectio mortuorũ. Charitas etiã nostra est, quam prædicatio rerũ quæ nondum videntur inflãmat & accẽdit desideriũ, cuius magnitudine fiant corda nostra capacia beatitudinis quę vẽtura promittitur, quamdiu creditur quod nondũ videtur. Charitas ergo ipsa nostra, nec circa hęc tẽporalia & visibilia debet occupari, vt tale aliq̃d nos habituros in resurrectione speremus, quale modò, si cõtemnimus, melius viuim⁹, melioresq̃ sumus, carnales videlicet voluptates atq; delicias. Sublata itaq; fide resurrectionis mortuorum, omnis intercidet doctrina Christiana: Fundata verò fide resurrectionis mortuorum, non continuò securitas est de animo Christiano: nisi distinguatur vita illa quæ futura est ab ista quæ transit. Itaque sic proponendum est: Si non resurgẽt mortui, nulla spes nobis est futuræ vitæ: si autem resurgẽt mortui, erit quidem vita futura. Sed secũda quæstio est, qualis erit. Prima itaque disputatio est, vtrum futura sit resurrectio mortuorum: secũda verò disputatio est, qualis futura est in resurrectione vita sanctorum. QVI ergo dicunt mortuos non resurgere, Christiani nõ sunt: qui verò putant mortuos cùm resurrexerint, carnaliter esse victuros, carnales xp̃ani sunt. Quicq̃d ergo disputationis est aduersus opinionẽ eorũ qui resurrectionẽ mortuorũ negant, aduersus eos est qui foris sunt, ex quorũ numero nõ hic arbitror adesse aliquẽ. Vnde superflua videri potest nostra dissertio si fuerit immorata, vt docere conemur resurgere mortuos: authoritatis enim põdere xp̃ianus ducendus est, qui iam xp̃o credidit, qui nullo modo putat mentiri Apostolũ. Sufficit ergo vt iste audiat: Si mortui nõ resurgunt, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Si mortui, inquit, nõ resurgunt, neque Christus resur-

Charitas nostra.

CAP. IV.

Christianus authoritatis pondere ducẽdus.

resurrexit. Si autẽ Christus resurrexit, in quo salus est Christianorũ, nõ vtiq; ipossibile est resurgere mortuos: qm̃ ille q̃ suscitauit filiũ suũ, & ille qui suscitauit carnẽ suã, cætero corpori, q̃ est Eccl. in capite demonstrauit exẽplũ. Poterat ergo esse superflua disputatio de resurrectione mortuorũ, vt iã susciperemus eam quã inter se Christiani solẽt habere, cùm resurrexerimus quales erim⁹, quẽadmodũ viuemus, quę erũt negotia nostra, erũt ne aliqua, aut nulla: si nulla erũt, desidiosè victuri sum⁹ nihil agẽdo, aut si aliq̃d agem⁹, quid agem⁹, deinde mãducaturi, & bibituri sumus, coniũctiones mariũ feminarũq; futurę sunt, an aliqua simplex & incorrupta vita cõmunis, & si ita est, qualis erit ipsa vita, qualis motus, qualis figura ipsorũ corporũ? Istę disputationes xp̃ianorũ sunt, salua fide resurrectionis. AD hãc ergo disputationẽ, q̃tum vel suscipi vel promi ꝑ hoĩes hoĩb⁹ potest, quales vel nos sum⁹, vel vos estis, iã iam q̃; trãsirẽ, nisi me in illam quæstionẽ vbi quæritur, vtrũ omnino resurgãt mortui, aliquãtulũ immorari cogeret sollicitudo quę q̃dã de nimis carnalibus fratribus nostris & ꝓpè Paganis. Nã neminẽ hic Paganũ nũc esse arbitror, sed oẽs xp̃ianos. Pagani verò & irrisores resurrectionis quotidie in aurib⁹ xp̃ianorũ immurmurare nõ cessant: Mãducem⁹ & bibamus, cras enim morimur. Et q̃ dixit Apostolus, subinferẽs sollicitudinẽ suã & subiũgens huic sentẽtiæ, Corrũpunt mores bonos colloquia mala: metuentes ista mala & sollicitudinẽ gerẽtes ꝑ infirmis, nõ solũ paterna, sed etiã materna quadã charitate etiã hinc dicemus aliq̃d q̃tũ fortè sufficiat xp̃ianis, quia hodierno die hos oẽs qui cõuenerunt deuotio circa scripturas maior adduxit; neq; enĩ diei alicuius festi sollẽnitas ad Eccl. Dei etiam turbas theatricas conuocauit: solent enim quidã nõ de pietate, sed de sollẽnitate concurrere. hæc cõsideratio fecit vt primò dicamus de resurrectione mortuorũ, & deinde, si copiã Dñs dederit, qualis sit postea vita futura iustorũ. TIMEO, inquit Apostolus, ne sicut serpẽs Euã seduxit astutia sua: sic & vestræ mẽtes corrũpãt à castitate quæ est in xp̃o. Horũ autẽ mẽtes corrumpũt illa colloquia, Mãducem⁹ & bibamus, cras enĩ morimur. Qui hæc amãt, qui hæc sectãtur, qui solã esse vitam istã arbitrantur, qui nihil de cætero sperãt, qui deũ aut nõ rogant, aut ꝑpter hoc rogant, quib⁹ onerosus est sermo diligẽtiæ: audiant nos cũ magna tristitia ista dicẽtes, mãducare volũt & bibere, cras enim moriuntur. Vtinã verè cogitarẽt, se cras esse morituros. Quis enim tã demẽs atq; puersus est, quis tã hostis animæ suæ, qui crastino die moriturus nõ cogitet finita esse oĩa ꝑpter quæ laborat? Sic enim scriptũ est, In illo die periẽt oẽs cogitationes eius. Etsi hoĩes propter eos quos hic relinquũt, testamẽti curam gerunt imminẽti die mortis suæ: quanto magis debẽt de anima sua aliquid cogitare? Cogitat homo quos relinquat, & se qui hæc oĩa relinquit nõ cogitat? ecce habebũt filij tui q̃ dimittis, tu nihil habebis, & tota cogitatio tua in eo cõsumetur quà peregrini post te transeant, & nõ cõsumetur quò transeũtes pueniãt. Vtinã ergo esset cogitatio de morte. Sed cùm efferuntur mortui, cogitatur mors & dicitur: Væ misero, talis fuit; heri ambulabat, aut ante septẽ dies illũ vidi, illud atq; illud mecũ locut⁹ est, nihil est homo. Murmurant ista. Sed fortè cùm mortuus plangitur, cùm funus curatur, cùm exequiæ præparãtur, cùm efferũ, cùm itur, cùm sepelitur, viget iste sermo: sepulto autẽ mortuo, etiã talis cogitatio sepelitur. Redeũt illę curæ mortiferæ, obliuiscetur quẽ deduxerit, de successione cogitat decessurus, reditur ad fraudes, ad rapinas, ad piuria, ad vinolẽtiã, ad infinitas corporis voluptates, non dico perituras, cùm exhaustæ fuerit, sed hauriũtur pereũtes, &, q̃ est perniciosius, de sepulto mortuo argumentum

CAP. VI.

Eccl. 30.

Tob. 4.

Rom. 1.

CAP. VII.

Matth. 8. c.

Eph. 3. c.

Fortè *nauigium, vel vehiculum.*

CAPVT VIII.

Resurrectio Christi debet sufficere ore cõfirmatione fidei de resurrectione.

ret crederes? Dñs omniũ resurrexit, & nõ credis? Vnde enim ita voluit mori & resurgere, nisi vt omnes vni crederemus, ne à multis deciperemur? Et quid faceret pater tuus, si resurgeret & loqueretur, iterũ moriturus? attẽde cum quanta ille potestate resurrexerit, qui iam nõ moritur, & mors ei vltrà nõ dominabitur. Ostẽdit seipsum discipulis & fidelibus suis: contrectata est soliditas corporis, cùm parũ esset quibusdãvidere q̃ meminerãt, nisi eriã tangerẽt quod videbant. Cõfirmata fides est nõ solùm in cordibus, sed etiam in oculis hominũ. Ascẽdit ille in cælũ, qui hæc demõstrauit, misit Spiritum sanctũ discipulis suis, prædicatum est Euangeliũ. Si mẽtimur hæc, interroga orbẽ terrarum. Multa quę promissa sunt, facta sunt: multa quæ sperabantur impleta sunt, in fide Christiana totus orbis viget. Nõ audent Christi resurrectioni detrahere, nec illi qui nondũ Christo credidẽrũt. Testimoniũ in cælo, testimoniũ in terra: testimoniũ ab angelis, testimoniũ ab inferis. Quid remãsit quod nõ clamet, & tu dicis, Mãducemus & bibamus, cras enim morimur? Sed tristis factus es, de sepulto charissimo tuo, quia nõ statim audisti vocẽ eius. Viuebat, mortuus est: mãducabat, iam nõ manducat: sentiebat, nõ sentit: non interest gaudiis & lætitiæ viuorum. NVNQVID plangeres semen, quãdo ararest? Si ergo esset quispiã ita rerũ imperitus, q̃ quãdo affertur semẽ in agrũ, & in terrã mittitur, & fracta gleba repellitur, si ergo esset quispiã ignarus rerũ etiã, ppẽ futurarũ, qui plãgeret triticũ, quia meminisset æstatis, & cogitaret apud se dicẽs: Hoc frumentũ quod modò sepultũ est, quãto labore messiũ apportatũ, triticũ purgatũ, seruabat in horreo: videbamus eius decorẽ & gratulabamur: modò ablatũ est ab oculis nostris: terrã exaratã video, frumẽta verò nec in horreo, nec hic cerno: frumentũ quasi mortuũ atq; sepultũ lugubriter plangeret, fleret vbertim, attendẽs glebas & terrã, messem autẽ nõ vidẽs: quomodo irrideretur à q̃buslibet indoctis, sed in illa re non indoctis, imperitis quidẽ aliarũ rerũ, peritis autẽ illius rei, quã plãgebat ille deformiter imperitus? Et quid ei dicerẽt illi qui scirẽt si fortè, ppterea ipse plãgebat, quia nihil horũ sciebat, noli esse tristis, hoc quod sepeliuimus certè iã nõ est in horreo, nõ est in manibus nostris: veniemus ad agrũ hũc, & delectabit te videre speciẽ segetis, vbi nũc plãgis nuditatẽ arationis. Ille qui nouerat quid esset de frumẽto vẽturum, & in ipsa aratione gauderet: ille verò incredulus vel potius inspiẽs, aut, vt verius dicã, inexpertus plãgeret quidẽ forsitã primò, sed experto credẽs consolatus abscederet, & futurã messem cũ experto speraret. SED solẽt videri per annos singulos messes: generis autẽ humani vna vltima in fine seculi messis assurget. Ostendi nũc oculis nõ potest, sed de vno principali grano datũ est experimentũ. Dicit ipse dñs: Si granũ sie mãserit, & nõ mortificatũ fuerit, solũ manebit, dicẽs de sua mortificatione, quia multiplex futura est in illo credẽtiũ resurrectio. Exẽplũ datũ est de vno grano, sed tale exẽplũ cui crederẽt omnes qui grana esse vellẽt: quãquã & oĩs creatura loquitur resurrectionẽ, si surdi nõ sũm⁹. Vnde cõuincere debemus quid in fine semel de genere humano facturus est Deᵒ, cùm tot similia quotidie videamᵒ. Resurrectio Christianorũ semel erit somnᵒ animaliũ & cuigilatio quotidiana est. Dormire, morti simile est: cuigilare, resurrectioni simile est. EX hoc q̃ quotidie fit, crede quod semel futurũ est. Luna p oẽs mẽses nascitur, crescit, perficitur: minuitur, consumitur, innouatur. Quod in luna p mẽses, hoc in resurrectione semel in toto tẽpore. Quomodo id quod de dormiẽtibᵒ quotidie, hoc de luna p singulos mẽses. Vnde abeũt, vnde redeũt frõdes arboribᵒ, in quæ secreta discedũt, de quibᵒ secretis aduenĩũt? Hyẽs est, cerne nũc arbores arentibᵒ similes verno tẽpore virescũt. Nunc primũ factum est, an & pręterito anno ita fuit? Imò & pręterito sic fuit. Interceptũ est ab autumno in hyeme, redit per vernũ in æstate. Ergo annus redit in tẽpore: & homines facti ad imaginẽ Dei cùm mortui fuerint interibunt? SED potest mihi aliquis dicere minus diligenter inspiciens mutationes instaurationesq̃ rerũ. Illa folia putruerunt, noua nascũtur: bene autem cõsiderans videt, quòd & illa quæ putrescũt in vires terræ cedũt. Vnde enim terra pinguificatur, nisi de putredine terrenorũ? Attendunt hæc qui agrũ colunt, & qui nõ colunt quia in vrbe semp viuunt: de hortis certè vicinis vrbis cognoscant cõtemptibilia quæq; purgamenta ciuitatis quibus seruẽt, à quibus etiam pretio cõparentur, quò portẽtur. Certè iã cõtemptibilia, exinanita omni vtilitate, ab inexpertis possent putari. Et quis dignatur stercus intueri? Quod intueri homo horret, seruare curat. Illud ergo quod cũsumptũ iã & abiectũ videbatur, redit in pinguedinẽ terræ, pinguedo in succũ, succus in radicẽ; & quod de terra in radicẽ trãsit, inuisibilibus accessibus migrat in robur, distribuitur p ramos, à ramis in germina, à germine in fructus & folia. Ecce quod horrebas in putredine stercoris, in arboris fœcũditate & viriditate miraris. NOLO mihi iã opponas quod soles opponere, nõ manet integrũ corpus sepulti mortui: nã si maneret, resurgere crederẽ. Ægyptij ergo soli credũt resurrectionẽ, q̃a diligẽter curãt cadauera mortuorũ: morẽ enim habẽt siccare corpora, & quasi ęnea reddere, Gabbaras ea vocãt: ergo secũdũ istos qui secretos naturę sinus ignorãt, vbi oĩa salua sũt cõditori, etiã cũ mortalibᵒ sensibᵒ subtrahũtur, soli Ægyptij bene credũt resurrectionẽ mortuorũ suorũ, aliorũ verò Christianorũ spes in angusto est? Sæpe enim vel vetustate vel aliqua nõ sacrilega necessitate apertis vel nudatis sepulchris inuẽta sunt corpora putruisse, & suspirãtes gemuerũt homines, q̃ solẽt corporali specie delectari, & dixerũt in cordibᵒ suis: Itáne iste cinis aliquãdo habebit illã speciẽ pulchritudinis, reddetur vitę, redetur luci? Quãdo istud erit? Quãdo ergo aliquid viuũ de hoc stercore sperẽ? Qui hoc dicis, vides in sepulchro vel cinerẽ, replica ætatẽ tuã: si es, verbi gratia, triginta, quĩquaginta vel amplᵒ annorũ, in sepulchro saltẽ cinis erit mortui, tu ante quĩquaginta annosq̃ eras? vbi eras? Corpora omniũ nostrũ qui nũc loquimur, vel audimᵒ, post paucos annos cinis erũt, ante paucos annos nec cinis erãt. Qui ergo potuit parare quod non erat, deficiet reparare q̃ erat? DESINANT ergo murmura malè loquẽtiũ, & corrumpẽtiũ mores bonos colloquiis malis. Figite pedes in via, figite: vt nõ relinquatis viã: nõ vt remaneatis in via, sed quẽadmodũ dictũ est, Sic currite, vt cõprehendatis. Semper vigeat Christus in corde, qui volut in capite ostẽdere quod mẽbra cætera sperẽt. In terra quidẽ laboramus, caput nostrũ jn cælo iã nec moritur, nec deficit, nec aliquid patitur: passum est tamen pro nobis: Quia traditus est, ppter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Hoc nos per fidẽ nouimus: quibᵒ autẽ se ostẽdit per oculos didicerũt: nõ tamẽ nos reprobati sumus quia resurrexit, & cũ videre oculis carnalibᵒ nõ potuimᵒ. Habemus pro nobis ipsius Dñi testimoniũ q̃ dixit dubitãti discipulo & tactu q̃rẽti quid credat. Nã cũ exclamasset cicatricũ cõtrectatione cõuictᵒ, & dixisset, Dñs meᵒ, & Deᵒ meᵒ; ille cõtrà, Quia vidisti me, inquit, & credidisti: beati qui nõ vidẽt & credũt. EXpergiscimini ergo ad beatitudinẽ vestrã, nullus malè suadẽs excutiat de cordibᵒ vestris q̃ Christus infixit, neq; mihi illud dicatur, hoc enim dicitur ab omnibᵒ qui iã etiã inuiti authoritati Christi cesserunt: Omnes enim penè Pagani etiã qui nolunt aut differũt Christum deuotione apprehendere, non audent reprehendere, quamuis audeant Christianos: Christum non audent, cedunt capiti, & adhuc corpori insultant. Sed

Totus orbis terrarũ attestatur fideinostrę.

Omnia testimonium perhibent resurrectioni.

CAP. IX. Exemplum resurrectionis in semine.

CAP. X. Vna & vltima messis generis humani. Ioan. 12.

Omnis creatura loquitur resurrectionem. al. conuincere.

Cuigilatio animaliũ.

Luna.

Frondes arborum.

CAP. XI.

CAP. XII. Mos Ægyptiorum, siccare corpora mortuorum. Gabbarę.

corpus

corpus audiens insultationes eorũ qui iam cedũt capiti, non se præcisum putet à capite, sed subnixũ: nã si præciũ essemus, debuimus timere voces insultantiũ, nõ autẽ nos esse pręcisos ille ipse testatur, q̃ Paulo adhuc Saulo Eccl. persequẽti ait: Saule, Saule, quid me persequeris? Iã transierat p manus impietatis Iudæorũ, iam inferna penetrauerat, iã de sepulchro resurrexerat, iã in cælũ ascẽderat, iã dono Spiritus sancti credẽtiũ corda ditauerat atq; firmauerat, ad dexterã patris sedens interpellãs pro nobis: non se iterum morti traditurus, sed nos de morte liberaturus, quid poterat perpeti à Saulo sęuiente, vnde illum manus illa tãgebat, quãuis esset ille, sicut scriptũ est, Spirãs cędẽ, in Christianos humi laborãtes impetũ facere poterat: in xp̃m autẽ qñ & quomodo? Clamat tamẽ, p cæteris membris, & nõ dicit, Quid p̃sequeris meos. si enĩ diceret, Quid persequeris meos, crederemus seruos. Sed nõ tantũ cohęrẽt serui dño, quantũ Christiani Christo. Alia est ista cõpãgo, alius ordo membrorũ, alia vnitas charitatis. Caput p mẽbris loq̃t, neq; hoc saltẽ dicit, Quid p̃sequeris mẽbra mea: sed dicit, Quid me p̃sequeris? Nõ tãgebat caput, sed tãgebat q̃ capiti iũctũ est. IAM sępe diximus, sed q̃a similitudo apta est, & rẽ bene insinuat, repetẽda est. Qui te in turba calcat, pedẽ tuũ p̃mit, linguæ autẽ nihil facit. Quid sibi ergo vult q̃ lingua clamat, Calcas me? Pressura pedis est nulla linguæ læsio, sed vna cõpago. Etsi vnũ membrũ patitur, cõpatiũtur omnia mẽbra: & si glorificatur vnum mẽbrũ, cõgaudent omnia mẽbra. Si ergo lingua tua pro pede tuo loq̃tur, xp̃s in cælo, p Christianis non loquitur. Nõ sic ergo loq̃tur lingua tua, p pede vt dicat, Calcas pedẽ meũ, sed calcas me, cùm ipsa nõ tacta sit: cognosce illũ caput tuũ, cùm p te de cælo loq̃tur, & dicit, Saule, Saule, q̃d me persequeris? Ergo, fratres, cur hoc diximᵒ? Ne fortè ita vobis subrepãt illi de quibᵒ dicit Apostolᵒ, Corrũpunt mores bonos colloq̃a mala: quia dicunt, Mãducemus & bibamᵒ, cras enim morimur: vt dicãt vobis, nõ audẽt enĩ xp̃m reprehẽdere, cõtremiscũt maiestatis authoritatẽ toto orbe fundatã: sed quomodo scriptũ est, Peccator videbit, & irascetur, dẽtibᵒ suis frendet & tabescet: & frẽdere potest, & tabescere potest, blasphemare autẽ xp̃m nõ audet. Ne fortè ergo ita loquãtur & dicãt, xp̃o tãtũ licuit; aliquã do enĩ & ex animo dicũt, aliquãdo autẽ timore dicũt: tu tamen & q̃d audeãt dicere attende: & quid non audent. DICTVRI ergo sunt: Dicis mihi q̃ resurrexerit Christᵒ, & inde speras resurrectionẽ mortuorũ. Sed Christo licuit resurgere à mortuis. Et incipit iã laudare Christũ, non vt illi det honorẽ, sed vt tibi faciat despationẽ. Serpẽtis astuta pernicies, vt laude Christi te auertat à Christo, dolos è prædicat, quẽ vituperare non audet. Exaggerat maiestatẽ illius, vt singularẽ faciat, ne tu speres tale aliquid, quale in illo resurgente monstratũ est. Et quasi religiosior apparet erga Christũ, cùm dicit, Ecce q̃ se audet cõparare xp̃o, vt quia resurrexit xp̃s, & se resurrecturũ putet: Noli perturbari peruersa laude imperatoris tui: hostiles insidię te perturbãt, sed Christi humilitas & humanitas te cõsolatur. Ille prędicat quãtũ erectᵒ est xp̃s à te, xp̃s autẽ dicit, quãtũ descẽdit ad te. Respõde ergo & huic, excita illã fidẽ, tẽpestas est, fluctus sũt, laborat nauis, dormit xp̃s: excita illã fidẽ, noli obliuisci q̃ credidisti. Statim respõdebis cùm in te fides Euãgelica vigilare cœperit: nõ erit inops in respõdendo, nõ enĩ tu eris q̃ loqueris, manẽs in te xp̃s, arripiet instrumẽtũ suũ linguã tuã, velut gladiũ suũ, vtens corde tuo & voce tua tãquã possessor inhabitãs resistet aduersario, securũ te faciet: tu tãtũ excita dormiẽtẽ, id est, recordare oblitã fidẽ. Modò enĩ q̃ dictᵒ sum vnde talibᵒ respõsurus sis, nõ nouũ aliquid dicã, sed id quod credidisti. EXCITA ergo fidẽ, & respõde, dicẽti, xp̃s solᵒ potuit, nos nõ possumus: respõdẽ & dic, Ideo xp̃s potuit, quia Deᵒ: ille vtiq; q̃a Deus. Si q̃a Deᵒ, quia omnipotẽs: si quia omnipotẽs, cur desperabo q̃ poterit & in me, q̃ demõstrauit in se ,ppter me? Deinde quæro: Vnde resurrexit xp̃s? Respõdebit à mortuis. Quæro quare mortuus sit? Nunquid enim Deᵒ mori potest? Illa etiã diuinitas verbũ æquale patri, ars omnipotẽtis artificis, p quẽ facta sunt oĩa, incõmutabilis sapiẽtia in seipsa manẽs, innouãs oĩa, attiges à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponẽs oĩa suauiter, mori potuit? Nõ, inq̃t. Et tamẽ xp̃s mortuus est. Vnde mortuus est? Videlicet q̃ nõ rapinã arbitratᵒ est esse ęqualis Deo: sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs. Antè autem q̃d ait: Qui cùm in forma Dei esset. Formã Dei acceperat, an in ea naturaliter erat? Distinguit Apostolᵒ: Cùm in forma Dei diceret, esset dixit: cũ formã serui nominaret, accipiẽs dixit. Christus ergo erat aliq̃d, accepit aliq̃d, vt cũ illo vnũ esset q̃ acceperat. In forma Dei erat æqualis Deo, sicut Euãgelista ille piscator loq̃tur, Verbũ erat in principio, & verbũ apud Deũ, & Deus erat verbũ: hoc est, cũ in forma Dei esset nõ rapinã arbitratᵒ est esse æqualis Deo. Quod enĩ nõ naturaliter inest, sed vsurpatᵒ illicitè, rapina est. Æqualitatẽ Dei vsurpauit angelus, & cecidit, & factᵒ est diabolᵒ: æqualitatẽ Dei vsurpauit homo, & cecidit, & factus est mortalis. Hic autẽ q̃ natus æqualis, quia nõ natus ex tẽpore, sed sempiterno patri sempiternus filius, semper natus, p quẽ facta sũt oĩa, in forma Dei erat. Vt autẽ mediator esset inter Deũ & homines, inter iustũ & iniustos, inter immortalẽ & mortales: assumpsit aliq̃d ab iniustis & mortalibᵒ, seruãs aliq̃d cũ iusto & immortali. Cũ iusto enim & immortali seruãs iustitiã, ab iniustis & mortalibus assumẽs mortalitatẽ, factᵒ in medio recõciliator deiiciẽs murũ peccatorũ nostrorũ. Vnde illi canitur à populo suo: Et in Deo meo trãsgrediar murũ: reddẽs Deo q̃ peccata abalienauerãt, redimẽs suo sanguine q̃ diabolus possidebat, mortuᵒ est, p nobis, & resurrexit, p nobis, portauit peccata nostra. nõ illis hęrẽs, sed eas sustinens, sicut Iacob portauit pelles hędorũ, vt pilosus patri benedicẽti videretur. Esau malus pilos, pprios habebat, Iocob autẽ bonus alienos portabat. Mortalibus quippe hominibus peccata inhærẽt: Nõ autẽ inhęrebãt illi qui dixerat: Potestatẽ habeo ponẽdi animã meã, & potestatẽ habeo iterũ sumẽdi eã. MORS ergo in Dño nostro signũ fuit alienorũ peccatorũ, nõ pœna propriorũ. In omnibᵒ autẽ hominibus mortalitas pœna peccati est: trahit enim ab origine peccati, vnde omnes venimus, de illius hominis lapsu, nõ de huius descensu. Aliud enim est cadere, aliud descẽdere. Cecidit vnus nequiter; descendit alius misericorditer. Sicut enim in Adã omnes moriũtur, sic in Christo oẽs viuificabũtur. Portans ergo aliena peccata, q̃ uæ nõ rapui, inquit, tũc exoluebã, id est, peccatũ nõ habẽs moriebar. Ecce, inq̃t, veniet princeps huius mũdi, & in me nihil inueniet. Quid est, nihil in me inueniet? Nõ in me inueniet meritũ mortis. Meritũ enim mortis peccatũ est. Quare ergo moreris? Segtur & dicit: Sed vt sciãt omnes quia volũtatẽ patris mei facio, surgite, eamus hinc. Et surgit pergẽs ad passionẽ. Quare? Quia voluntatẽ patris sui faciebat, nõ quia principi peccatorũ aliquid debebat, in quo peccatũ nullũ erat. Ergo dñs noster Iesus Christus diuinitatẽ secũ attulit, mortalitatẽ autẽ à nobis assumpsit. Hãc accepit in vtero virginis Mariæ, cõiũgens seipsum verbũ dei humanæ naturæ tanquã spõsus spõsæ in thalamo vtero virginali, vt ipse tanquam spõsus procederet de thalamo suo. Redi ergo ad id q̃ dicebam, mortalitas de peccato venit in oẽs homines: in dño autẽ de misericordia erat, & tamẽ vera erat, quia talis caro vera erat, & verè mortalis erat, similitudinẽ habẽs carnis peccati, nõ similitudinẽ carnis, sed similitudinẽ carnis peccati: vera enĩ caro, sed nõ peccati caro. Nõ enim mortalitatẽ illã, vt dixi, merito peccati acceperat, qui semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, & factus obedẽs vsq; ad mortẽ. Quid ergo erat? & quid habebat? Diuinitas erat,

Act. 9.

Ibidem.

CAPVT XIIII.

1. Cor. 12. d

Act. 9.

1. Cor. 15.

Psal. xii.

CAP. XV.

CAPVT XIII. Contra malam colloquia circa fidem. 1. Cor. 9.

Rom. 4. d.

al. quod crederet. Ioan. 20.

CAPVT XVI.

Psal. 17.

Gen. 27.

Ioan. 10.

CAPVT XVII.

1. Cor. 15.

Psal. 68.

Ioan. 14.

Ibidem.

Phil. 2.

Sap. 8.

Ioan. 1.

Rom. 8.

p 5 habens

habēs mortalitatē. Vnde autē mortuus est, inde resurrexit. AD eos iā respicite q̃ dicūt, xp̃s solus potuit resurgere, nō autem tu: sed responde & dic, Christus in eo quod ex nobis acceperat, resurrexit. Tolle formā serui, nō esset in qua resurgeret: quia non esset in qua moreretur. Quid ergo mihi de laude dñi mei fidē vis destruere, quā in me ædificauit dñs meus? Ex illo enim *q̃ formā serui accepit mortu° est. Secundū hoc autē resurrexit, secundum quod mortu° est. Nullo modo ergo serui resurrectionē desperauerint, cū in formā serui dñs resurrexerit. Aut si potentię hominis tribuūt q̃ Christ° resurrexit à mortuis, nā & hoc solēt dicere, q̃ homo erat tā iust°, vt posset etiā resurgere à mortuis, vt interī secundū ipsos loquar, & dñi nostri diuinitatē nō dicā, ille tā iustus, vt à mortuis etiā resurgere moreretur, nullo pacto nos fallere potuit, cùm etiā nobis resurrectionē ꝓmisit. OMNIA ergo quę dicta sunt, fratres, ad id valēt vt sitis instructi, si q̃ dicunt non resurgere mortuos. Dicta sunt autē, si meministis, quantū De° fugerere dignat° est necessaria, & de rerū natura, quotidianis q̃ exēplis dicta sunt testimonia, & de ipsa omnipotētia Dei cui nihil difficile est, q̃ si potuit facere quod nō erat, multo magis potest reparare quod erat, & de ipso dño & Saluatore Iesu Christo quem constat resurrexisse, neque eius resurrectionem factam nisi in forma serui, quia neq; mors fieri potuit vnde opus esset resurgere nisi per formā serui. Vnde quoniā serui sumus, id in forma nostra sperare debemus, quod ille in forma serui præmōstrare dignatus est. Obticescāt ergo linguæ dicentiū, Māducemus & bibamus, cras enim morimur. Prorsus & vos respondete, & dicite: Ieiunemus & oremus, cras enim moriemur.

RESTAT vt dicamus, qualis erit in resurrectione vita iustorū. Sed q̃a iā hodie moderatū tēpus videtis absumptū, id q̃ reddidim° ruminate: hoc autē quod debemus orate, vt aliquādo reddamus. Illud maximè tenete quæ locuti sumus, præsertim ꝓpter dies festos istos, fratres mei, quos Pagani celebrāt: Attēdite vobis, trāsit hic mūdus, recordamini Euangeliū vbi prædicit dñs sic futurū nouissimū diē, quomodo in die° Noē. Māducabāt & bibebāt, emebāt & vēdebāt, vxores ducebāt, nubebāt, donec intrauit Noē in arcā, venit diluuiū, & ꝓdidit oēs. Habetis apertissimè dñm præmonētē, & alio loco dicētē: Nō grauentur corda vestra crapula & ebrietate: Sint lūbi vestri accīcti, & lucernæ ardētes in manib° vestris, & similes estote pueris expectātib° dñm suū quādo veniat à nuptiis. Expectemus eū vēturū, nō nos turpes inueniat. Turpe est mulieri cōiugatæ nō desiderare virū suū. Quanto turpi° Ecclesiæ nō desiderare Christū? Venit vir ad carnales amplexus, & magnis votis castæ vxoris accipit; vētur° est sp̃sus Ecclesiæ ad tradēdos æternos amplex°, ad faciēdos nos sibi sēpiternos cohęredes, & nos ita viuim°, vt ei° aduentū non solū nō desideremus, sed etiā timeam°. Quā verū est q̃ sic vētur° est dies ille, q̃uo in die° Noē, q̃ multos sic inuenturus est, & eos q̃ Christiani appellātur. Ideo p̃ rōt annos ædificat arca, vt cuigilēt q̃ nō credūt. Per cētū annos illa ædificata est, & nō cuigilauerūt vt dicerēt, Nō sine causa homo dei arcā ædificat, nisi q̃a imminet exitiū generi humano, & placarent itā Dei, cōuersi ad mores qui placent Deo, q̃uo fecerūt Niniuitæ. FECERVNT enim fructū pœnitētiæ, & propitiauerūt itā Dei. Annūciauit Ionas nō mīam, sed itā futuram: nō enim dixit, Triduo, & Niniue euertitur, si aūt pœnitētiam in isto triduo egeritis, parcet vobis Deus: non dixit hoc. Euersionē solā minatus est, & prænunciauit, & tamen illi de Dei mīa non desperantes, cōuerterūt se ad pœnitendum, pepercit Deus, Sed quid dicemus? q̃a Propheta mētiu° est? Si carnaliter intelligas, falsum videtur dixisse: si spiritualiter intelligas, factū est q̃ dixit Propheta. Euersa est enim Niniue. Attende quid erat Niniue, & vide quia euersa est. Quid erat Niniue? Māducabāt & bibebant, emebāt, vendebant, plantābant, ædificabāt, periuriis vacabāt, mēdaciis, ebrietatibus, facinoribus, corruptionib°; hæc erat Niniue. Attende modò Niniue, plāgūt, dolēt, cōtristātur, in cilicio & cinere, in ieiuniis & orationibus. Vbi est illa Niniue? Nēpe euersa est quia nō in illis superiorib° actibus constituta est. ERGO fratres, & modò ædificatur arca, & illi centū anni tēpora ista sunt: totus ille tractus tēporis illo annorū numero significatus est. Si ergo dignè perierūt qui Noē ædificante arcā dissimulauerūt, q̃d digni sunt qui Christo ædificāte Eccl. à salute dissimulāt? Tātū interest inter Noē & xp̃m, quātū inter serūū & dñm, imò verò quātū inter deum & hominē. Nā seruus & dñs possunt & homines dici: & tamē q̃a homine ædificāte arcā nō crediderūt hoīes, datū est de illis cauendū exēplū posteris. Christus deus ꝓpter nos homo ædificat eccl. illi arcæ fundamētū seipsum posuit: quotidie ligna imputribilia fideles homines renūciātes huic sęculo, intrāt in arcæ cōpaginē, & adhuc dicitur, Māducem° & bibam°, cras enī morimur? Vos ergo, vt dixi, fratres, cōtra illos dicite: Ieiunem° & oremus, cras enī morimur. Illi enī dicūt, Māducemus & bibamus, cras enī morimur, q̃ resurrectionē nō sperāt: nos autē qui iā resurrectionē & loquētib° Prophetis, & prædicante xp̃o & Apostolis credimus & annunciamus, videamus: q̃a speramus nos post istā mortē victuros. Nō deficiam°, nec corda nostra oneremus crapula & ebrietatibus: sed solliciti expectātes, accīncti lūbis & lucernis ardētibus, aduentū dñi nostri, ieiunemus & orem°, nō ideo quia cras moriemur, sed vt securi moriamur. Quod restat ergo, fratres, in nomine dñi alio tēpore à nobis exigite. Conuersi ad Dominū Deū patrē omnipotētē, puro corde ei, quantū potest paruitas nostra, maximas atq; vberes gratias agamus, precātes toto animo singularē māsuetudinem ei°, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur: inimicū quoq; à nostris actib° & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidē, mentē gubernet, spiritales cogitationes cōcedat, & ad beatitudinem suam perducat: Per Iesum Christū filiū suum, Dominum nostrū, qui cum eo viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum, Amen.

Tractatus eiusdem D. Augustini secundus, de resurrectione mortuorum futura. SERMO CXXI.

Meminit author cap. 1. præcedentis sui tractatus. Citat etiam Beda hunc sermonem 1. Cor. 15. Col. 3.

IN memoria retinētes pollicitationē nostrā, cōgruas etiā ex Euāgelio & Apostolo fecim° recitari lectiones. Qui cū q̃ cum vestrum præterito sermoni affuerūt, recordātur nobiscū ꝓpositā de resurrectione quæstionē, in geminā disputationē à nobis distributā: vt primò differerem° ꝓpter eos q̃ dubitāt, vel etiā q̃ negāt vtrū futura sit resurrectio mortuorū. Postea verò, quantū possumus, secūdū Scripturas quęremus, qualis in resurrectione futura sit vita iustorū. In prima ergo parte vbi tractauimus q̃ resurgāt mortui, tam diu sumus immorati, sicut meminisse dignamini, vt secūdæ quæstioni tractādæ tēp° deficeret, atq; ita eā in hūc diē differre cogeremur. Hoc ergo à nobis debitū vestra poscit intentio, & nos reddēdi tēpus agnoscimus. PARITER ergo pia cordis intētione dominū deprecemur, vt & nos opportunè soluamus debitū, & vos salubriter recipiatis. Est enim hæc, q̃ fatendū est, maior quæstio, sed omnib° quæstionib° difficilib° fortior est charitas, cui omnes seruire debēm°, vt Deus q̃ hoc præcepit, omnes nostras difficultates in facilitatē gaudiumq; cōuertat. Meministis esse à nobis illo die responsum quibusdam dicētibus, sicut Apostolus eos arguit, Māducemus & bibam°, cras enim morimur; subiungēs & dicens, Corrūpunt bonos mores colloquia mala: atque ita concludens, Sobrij estote, iusti, & nolite peccare: ignorantiā enim Dei quidā habent, ad reuerentia ifi

tiā vobis loquor. Hęc verba Apostolica oēs audierim°, & cordi mandauerimus: & quicquid audierit, & cordi mādauerit, opera indicēt. Qui audit enī tanquam ager est semē excipiēs seminātis: q̃ autē cordi mādat, similis est glebā frangēti, & quod seminatū est operēti: q̃ autē secundū id quod audiuit & cordi mādauit operat, ipse est qui surgit in messem, & fructū affert cū tolerantia, aliud tricenū, aliud sexagenū, aliud centenū. Huic non ignis velut palea, sed horrea sicut frumēto preparātur.

IN ipsis ergo abditis horreis in resurrectione mortuorū beatitudo est illa perpetua etiā ipsa secreta iustorū, quò eos recipiēdos Scriptura cōmēdat. Vasorū etiā nomine alio loco commemorauit, quādo ait dñs Iesus Christus, Simile esse regnū cælorū sagenæ, id est retib°, retia enim quædā sagena appellātur: Simile ergo est, inquit, regnū cælorū sagenæ missę in mare, & ex omni genere piscīū cōgregāti: quæ cū impleta esset, educētes, & secus litus sedētes, elegerūt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. significare voluit dñs noster modò sic mitti verbū dei super populos & super gētes, q̃uo sagena in mare iacitur. Colligit autē modò sacramētis xp̃ianis & bonos & malos: sed non oēs quos sagena tollit, etiā vasculis recōdūt. Vascula enī sunt sanctorū sedes, & beatæ vitæ magna secreta, quò nō potuerūt oēs puenire quicūq; xp̃iani appellātur: sed q̃ sic appellantur, vt sint. Sanè autē boni & mali pisces intra sagenā natāt, & boni tolerāt malos, donec in fine separētur. Dictum est etiā quodā loco: Abscōdes eos in abscōdito vultus tui, loquebatur enī de sanctis, Abscōdes eos, inqt, in abscōdito vultus tui: id est, quò nō possunt sequi oculi hominū, neq; cogitationes mortaliū, secreta quędā significās nimis abscōdita, nimis occulta. In abscōdito vultus Dei dixit. Nūquid carnaliter cogitādū est habere deū quādā faciē grandē, & in facie ei° esse aliquod receptaculū corporale, vbi sancti abscōdendi sunt? Hæc videtis, fratres, quēadmodū carnalia sint, & ab omniū fideliū corde respuēda. Abscōditū ergo vultus dei q̃d oportet intelligi, nisi q̃ tantūmodo vultui dei cognitum est: Cùm ergo dicūtur horrea, vt significētur secreta, & alio loco dicūtur vascula, neq; horrea sunt quæ nouimus, neque vascula. Nā si aliq̃d vnū tale esset, alterū aliq̃d nō diceretur. Sed quia p similitudines hominib° notas, vt possunt, insinuātur incognita, ad hoc vtrūq; nominatū accipite vt secretū intelligatis, & horrei nomine & vasculorū. SED si quæritis quale secretū, audite Prophetā dicētem: Abscōdes eos in abscōdito vult° tui. QUĘ cùm ita sint, fratres, in hac adhuc vita peregrinamur, adhuc in illā nescio quā patriā fide suspiram°, & quare nescio quā, vnde ciues sumus? nisi quia in lōginqua peregrinādo obliti eam sumus, vt patriā nostram possimus dicere nescio quā. Hāc obliuionem expellit de corde dñs xp̃s rex ipsius patriæ veniens ad peregrinos, & susceptione carnis diuinitas ei° sit nobis via, vt p hominem Christū pergamus, & in Deo xp̃o maneam°. Quid ergo, fratres, secretū illud, q̃ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quo eloquio vel is explicaturi sumus, aut quo oculo nos visuri? possumus aliquid aliquādo nosse, quod eloquitamē nō possumus. Quod autē nō nouim°, aliquādo eloqui nō valemus. Cum ergo fieri possit vt si ego illa *possem eloqui, ea vobis nō possem; quāto difficilius eloquiū meū erit, quando & ego, fratres, vobiscū p fidē ambulo, nondū p speciē? Sed hoc ego, an & ipse Apostolus? Nā cōsolatur ignorantiā nostrā, & ædificat fidē, dicens: Fratres, ego me nō arbitror apprehēdisse. Vnum autē, quæ retrò oblitus, in ea quæ antè sunt extētus, secūdū intentionē sequor ad palmā supernę vocationis: vnde se demōstrat ī via esse. Et alio loco: Quādiu sumus, inquit in corpore, peregrinamur à dño: per fidē enī ambulamus, nō per speciē. Et iterum: Spe enī, inquit, salui facti sumus. Spes autē quę videtur, nō est spes. Quod enī vider quis, q̃d sperat? Si autē quod nō videmus speramus, per patiētiā expectam°. SIC ergo, fratres, audite à me vocē quæ est in Psalmis, piā, humilē, mansuētā, nō elatā, nō turbulētā, nō prę̃cipitē, nō temerariā. Ait enim quodam in loco Psalmus: Credidi ꝓpter quod locutus sum. Et interposuit hoc testimoniū Apostolus, atq; subiecit: Et nos credimus propter quod & loquimur. Vultis ergo ea me dicere quæ nouī nō vos fallo, audite quod credidi: nō vobis vilescat, quia quod credidi auditis: auditis enī veracē cōfessionē: si autē dicerē, audite q̃ nouī, auditetis temerariā præsumptionē. Si ergo, fratres, oēs nos, &, vt credimus sanctorū literis, oēs etiā qui ante nos in carne vixerūt, & p quos loquēs spiritus dei distribuit hominibus tantū quātū satis esset significari peregrinantib°, oēs quod credimus loquūr, † dñs autē ipse qui nouerat. Quid igit' si solus dominus de vita in æternū futura nosse poterat q̃ dicebat: alij verò sequētes dñm ideo quia crediderūt? Inuenimus ipsū Dominū nostrū Iesum Christū, scientē quid loquerēt, nō dicentē tamē. Ait enī quodā in loco discipulis suis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modò. Ille ꝓpter illorū infirmitatē, nō propter suā difficultatē, q̃ nouerat, dicere differebat. Nos autē ꝓpter cōmunem omniū nostrū infirmitatem nō quod nouimus satis dignè eloqui conemur, sed quæ dignè credimus, vt possumus, explicamus, & vos capite vt potestis. Et si amplius fortè capere aliquis vestrum potest q̃ ego dicere: nō attēdat ad exiguū riuum, sed currat ad vberrimū fontē: quoniā apud eū est fons vitæ, in cuius lumine videbimus lumen. QVIA ergo est resurrectio disputauimus, sic credimus, sic credere debemus, sic loquimur: quia sic credidimus si xp̃ianī sumus, intuentes potentiā brachij dñi sternētis vsquequaq; superbiā gētiū, & ædificātis hāc fidē tā larē per orbē terrarū, q̃ promissum est, multo antequā fieret, hæc intuētes, ædificamur ad credēdū ea quæ nōdū videmus, vt ipsam visionē mercedē fidei recipiam°. Cū ergo manifestū sit fidei nostrę futurā resurrectionē mortuorū, & ita manifestū, vt hinc quisq. dubitauerit, impudētissimè se dicat xp̃ianum: quæritur qualia corpora habebunt sancti, & quæ vita eorum futura sit. Multis enī visum est resurrectionē quidem fieri, sed per solas animas. QVIA verò resurgūt & corpora, non opus est diu differere post sermonē præteritum: sed obiicit huiusmodi quæstio. Si corpora futura sunt, qualia futura sunt? Talia qualia nunc sunt, an alterius modi? Si alterius modi? quis ille modus sit? Alia ergo ad eadē opera? Quia ergo nō ad eadem præscribit Dominus, quia nō ad talia docet Apostolus. nā non ad eandem vitam, non ad eadem facta mortalia & corruptibilia & peritura atq; trāseuntia, nō ad carnalia gaudia, nō ad carnales consolationes. Si ergo nō ad eadē, nec talia. Si non talia, q̃uo ergo caro resurget? Carnis autē resurrectionē habemus in regulis fidei, & eam cōfitentes baptizamur. Et quicquid ibi confitemur, ex veritate & in veritate cōfitemur: in qua viuimus & mouemur & sumus. Temporalibus enim gestis & trāseuntibus quibusdā ac prætereuntibus factis instruimur ad vitam æternam. Omnia quæ gesta sunt vt salubre aliq̃d audiremus, vt miracula fierent, vt noster dominus nasceretur, esuriret & sitirer, comprehenderetur, cōtumeliis afficeretur, vapularet, crucifigeretur, moreretur, sepeliretur, resurgeret, in cælū ascenderet, omnia transierunt, & cum prædicātur fidei nostræ actiones quædam tēporales & trāsitoriæ prædicāt. Nunq̃d quia ipsę trāsiuerunt, quod per eas ædificatur similiter transit. Intendat enim sanctitas vestra, vt videatis hoc per similitudinē.

Archi-

Ad Xystum. — al. quo. — CAPVT XIX. — Omnipotens Deus qui potuit facere quod nō erat, multo magis potest reparare quod erat. — CAPVT XX. — Matth. 24. d. Luc. 17. f. — Luc. 21. f. Luc. 12. c. — al. respōdēs. — Gen. 6. & 7. — CAPVT XXI. Ionæ 3. — Quomodo Niniue euersa per conuersionē. — CAPVT XXII. — Matth. 13. Marc. 4. Luc. 8. Matth. 3. — CAP. III. — Matth. 13. f. — Vascula sanctorum sedes, & vitæ beatæ magna secreta. Psal. 30. — Abscondituū vultus Dei, quid. — CAPVT IIII. Psal. 30. — al. nosset. — Philip. 3. — 1. Cor. 13. — 2. Cor. 5. b. — Precatio Diuo Augustino frequentissima postcōcionē. — Psal. 115. 2. Cor. 4. c. — al. Dominus ipse quod nouerat locutus est. Quid igitur, Cr. Ioan. 16. c. — Psal. 35. CAP. VI. — Rom. 8. e. — CAP. V. — Impudētissimè se Christianum nominat, qui de resurrectione dubitat. — CAPVT VII. Quæstio. — Regulę fidei, symbolū Apostolorum.

Apta similitudo.

Architectus ædificat per machinas trãsituras domum mansurã. Nã in isto tã magno & amplo q̃ videm⁹ ędificio, cũ instrueretur, machinę fuerũt, quæ hic modò nõ sunt; quia q̃ per eas ædificabatur, iã perfectum stat. Sic ergo, fratres, ædificabat aliq̃d in fide Christiana, & perfecta sunt quædã machinamẽta tẽporalia. Dñs enĩ noster Iesus Christus q̃ resurrexit transactũ est; neq; enim adhuc resurgit: & q̃ ascendit in cælũ, trãsactũ est; neq; enim adhuc ascẽdit. Quòd autẽ in illa vita est vbi iã nõ moritur, & mors ei vltrà nõ dominabitur, quòd viuit in ęternũ etiã ipsa in illo natura humana quã suscipere, & in qua nasci, & in qua mori & sepeliri dignatus est, hoc ædificatũ est, hoc semper manet. Machinæ autẽ p quas ædificatũ est, trãsierũt. Nõ enim semper in vtero virginali cõcipitur, aut sẽper de Maria virgine nascitur Christus, aut sẽper cõprehẽditur, aut semper iudicatur, flagellatur, crucifigitur, sepelitur. Omnia hæc machinæ deputãtur, vt ædificaretur per has machinas illud quod manet in æternum. Hæc autẽ resurrectio dñi nostri Iesu Christi, in cælo posita est.

Capvt viii.

Attendat charitas vestra ædificium mirabile. Ædificia quippe ista terrena põdere suo terrã premũt, totusq; nutus põderum in ista structura magnitudine ad terrã nititur, & nisi cõtineatur, ad inferiora cõtendit quò põdus adducit. Quia ergo in terra ædificatur, in terra fũdamentũ præmittit; vt supra fundamentũ secur⁹ instruat qui ædificat. Ergo ponit in imo firmissimas moles, vt idoneè possint portare desuper q̃ imponitur, & pro magnitudine ædificij magnitudo fundamẽti præparatur: in terra tamẽ, vt dixi, quia & illud quod ędificatur, suprà vtiq; in terra collocatur. Hierusalẽ illa nostra peregrina in cęlo ædificatur. Ideo præcessit fundamẽtũ Christus in cælũ: vbi enĩ fundamentum nostrum est & caput Ecclesiæ: nam & fundamentũ dicitur & caput, & reuera ita est. Quia & caput ædificij fundamentũ est, nõ enim caput est quod finitur, sed vnde incipit sursum versus. Terrenorũ ædificiorũ culmina subrigũtur, caput tamẽ in terræ soliditate cõstituũt. Sic & caput Ecclesiæ præcessit in cęlũ, & sedet ad dexterã patris. Qũo operãtur homines vt ad constituendũ fundamentũ aliq̃d trahãt q̃ in imo stabiliãt, ꝓpter securitatẽ superuẽturæ molis in cõstructionib⁹ fabricæ futuræ: sic per omnia illa quę cõtigerũt in Christo, nasci, crescere, cõprehendi, cõtumeliã pati, flagellari, crucifigi, occidi, mori, sepeliri, velut attracta est moles ad fundamentũ cæleste. Posito ergo in summis fundamento nostro, ædificemur in eo. Audi Apostolũ: Fundamentũ, inqt, aliud nemo põt ponere, præter id q̃ positũ est, q̃ est xps Iesus.

Christus & fundamẽtũ nostrum, & caput.

1. Cor. 3.

Capvt ix.

Sed quid sequitur? Vnusquisq; autẽ videat qd superædificet super fundamẽtũ, aurũ, argentũ, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulã. In cælo quidẽ xps est, sed etiã in corde credẽtiũ. Si primũ locũ habet xps, rectè positũ est fundamentũ. Ergo qui ædificat, securus ædificet, si ꝓ dignitate fundamẽti ędificat aurũ, argentũ, lapides ptiosos. Si autẽ nõ ꝓ dignitate fũdamẽti ædificat, lignũ, fœnũ, stipulã, saltẽ teneat fundamẽtũ, & ꝓpter illa quæ extruxit arida & fragilia, ad ignẽ se præparet. Sed si fundamentũ est, id est, si primũ locũ in corde xps obtinuit, secularia verò sic amãt, vt nõ xpo præponãtur, sed eis dñs xps, vt sit in ædificio cordis tenẽs fundamẽtũ, id est, primũ locũ, detrimẽtũ, inqt, patietur: ipse autẽ saluus erit, sictamẽ quasi p ignẽ. Nõ est nũc tẽpus hortari vos vt potius aurũ, argentum, lapides pretiosos ædificetis, q̃ lignũ, fœnũ, stipulã, super tã magnũ & validũ fundamentũ: sed tamẽ breuiter dictũ sic accipite, quasi diu & multis verbis dictũ. Nouimus enĩ, fratres, quia q̃squis vestrũ ꝓpter illa quæ modò diligit per cõminationes alicuius iudicis in carcerẽ mitteretur, vt solũ fumum pateretur, illa omnia mallet amittere, quàm locũ illũ pati. Nescio quo autem modo cùm ignis nominatur in die iudicij futuri, oẽs cõtemnũt, & flãmas foci timẽtes, flãmã gehẽnæ pro nihilo ducũt. Quæ est ista duritia, quæ tãta peruersitas cordis? Si vel sic timerẽt homines q̃ ait Apostolus, Per ignẽ, quomodo timet quisq; ne viuus ardeat, q̃ illi vno momẽto cõtingit, donec sensus mẽbra deserẽs oẽs illas flammas superfluas facit, timeret tamẽ & nõ faceret aliq̃d q̃ iure phibetur, ne ad illũ cruciatũ momẽti vnius peruenirẽt.

Fundamẽtum est, si primum in corde locũ Christus obtineat.

Cap. x.

Sed, vt dixi, fratres, nũc de hac re spatiũ nõ est disserẽdi: illud dico, hoc nos sperare debere in resurrectione mortuorũ quod expressũ est in capite nostro, quod expressum est in corpore Dñi nostri Iesu Christi. Quis quis aliud sperat, iam non ædificat super fundamẽtum, non solum aurũ, argẽtum & lapides pretiosos, sed nec ipsam stipulã. Extra enim ponit totum, quia nõ in Christo ponit. Resurrexit ergo Dñs nr̃ in eo corpore, in quo sepult⁹ est: resurrectio promittitur xpianis. Tale resurrectionẽ sperem⁹, qualis in Dñio nostro præcessit omniũ nostrũ: fidẽ ad hoc enĩ præuenit, vt fides nostra superædificetur. Quid igitur? Qũo nõ tales quales nũc sumus, caro enim Dñi nostri Iesu Christi resurrexit, sed ascendit in cælũ. In terra officia humana seruauit, vt persuaderet hoc resurrexisse q̃ sepultũ erat. Nũquid autẽ & in cælo talis cib⁹ est? Nã & angelos officia humana in terra legim⁹ executos. Venerũt ad Abrahã, & mãducauerũt; & cũ Tobia angelus fuit, & mãducauit. Quid dicimus, quia phantasma erat illa mãducatio, & non erat vera? Nõnne manifestũ est, quòd vitulũ occidit Abrahã, panes fecit, & ad mẽsam posuit, ministrauit angelis, & mãducauerunt? Omnia ista manifestissimè facta & manifestissimè expressa sunt.

Illud nolis sperare, sed resurrectionem mortuorũ, quod præcessit in capite.

Fidem ad hoc præuenit Christus, vt fides nostra superædificetur.

Genesis. De ciuit. Dei li. 13. cap. 21. Ibidem.

Capvt xi.

Tob. 12.

Quid ergo dicit in libro Tobia angelus? Vidistis me manducare, sed visu vestro videbatis. Nũquid quia non manducabat, sed mãducare videbatur? Imò verò manducabat. Quid est ergo, Visu vestro videbatis? Intendat sanctitas vestra quod dico, intẽdat in orationẽ pl⁹ quàm in me, vt intelligatis quod dicimus, vt & nos ita dicamus quemadmodũ vos oportet audire & intelligere quod auditis. Corpus nostrum quãdiu corruptibile est & moriturũ, indigentiã patitur refectionis, inde & fames existit: propterea esurimus & sitimus, & si esurię sitimq; nostrã distulerimus diutius quàm potest corpus sustinere, perducitur ad tãbificam maciem, & ad quandã morbidã exilitatẽ, discedẽtibus viribus & nõ succedẽtibus: & si amplius fiat, mors etiã cõsequetur. Nã semper de corpore nostro discedit aliq̃d quasi quodã fluuio discessionis, sed inde nõ sentim⁹ vires discedẽtes, q̃a per refectionẽ assumimus succedẽtes. Quod enim copiosè accedit, paulatim discedit; ꝓpterea paruo tẽpore reficimus, ꝓductiore autẽ tẽpore deserũt nos vires quæ acceptæ sunt cũ reficeremus. Sicut olei in lucerna quod paruo tempore mittitur, diutius paulatimq; cõsumitur. Cùm autẽ propè consummatũ fuerit, iã lãguor flãmulæ illi⁹ quasi fames lucernæ admonet nos, & cõtinuò subuenim⁹ vt instauretur illa species, & maneat lux in lucerna cibo suo refecta cùm adiicimus oleum. Sic vires nostræ quas accipimus mãducando, eũt & deserunt nos perpetua discessione, sed paulatim. Nam & idipsum nunc agitur in nobis, & in omnibus actionibus nostris, in omni etiã quiete nostra non cessat ire quod acceptum est: & si fuerit omnino consumptum, ita homo & moritur quomodo lucerna extinguitur. Vt autem non moriatur, id est, vt nõ extinguatur, nõ q̃a moritur animo, sed vt corporalis hæc vita nostra nõ extinguatur, & quædã quasi vigilatio in isto corpore succedat, currim⁹ & subiicim⁹ quod recessit, & reficere dicimur. Qui dicit refici, quid reficit, si nihil deficit? Per indigẽtiam ergo hanc & corruptionẽ etiam

etiã mori turi sumus omnes, quia tale est hoc corpus, vt ei mors debita reseruetur. Hãc enim mortalitatẽ significãt pelles quib⁹ induti sunt Adam & Eua, & dimissi de paradiso. Pelles enim mortem indicant, quæ à mortuis pecudibus detrahi solent. Cùm ergo portamus istã defectibilẽ infirmitatem, cui & si cibus nũquam desit, sed subinde reparet vires, non tamen efficit vt mors nõ sit futura. Totus enim ille status corporis per succedẽtes ætates, etiam si diutius hic viuatur, veniet aliquãdo ad terminum senectutis, & vltrà quò porrigantur non inueniet nisi mortem. Nam & lucerna ipsa etiã si subinde semper mittas oleũ, nõ valet semper ardere, quia vt aliis casibus non extinguatur, ipsa stuppa deficit, & quadã quasi senectute consumitur. Quamdiu ergo talia corpora gerimus, ex defectu indigemus, ex indigẽtia esurimus, ex esurie mãducamus. Angelus verò non ex indigentia manducat. Aliud est enim ex potestate aliquid facere, aliud ex necessitate. Mãducat homo, ne moriatur; manducat angelus, vt mortalibus congruat. Si enim mortẽ non timet angelus, nõ ex defectu reficitur: si non ex defectu reficitur, non ex indigentia manducat. Qui autẽ videbant angelum mãducare, tãquam esuriẽtem putabãt. Hoc est quod ait, Visu vestro videbatis. Nõ enim dixit, Videbatis me manducare, sed nõ mãducaui; videbatis, inquit, me mãducare, sed visu vestro videbatis, id est, ego mãducabam vt vobis cõgruerem, non quia famem vllam aut indigẽtiam patiebar, qua cogente vos manducare cõsueuistis, & ideo quos manducare videritis, ex indigẽtia id fieri suspicamini, qui ex vestra consuetudine metimini quod videtis, hoc est, visu vestro videbatis.

Gen. 3.

Capvt xii.

Rom. 6.

Quid ergo, fratres mei? Scimus, sicut dicit Apostolus, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autẽ viuit, viuit Deo. Si ergo ille iam non moritur, & mors ei vltrà non dominabitur: sic nos resurrecturos speremus, vt in eo statu semper simus, in quẽ resurgendo mutabimur. Manducãdi autem & bibẽdi etiam si potestas erit, necessitas non erit. Erat autem tũc cur hoc faceret Dominus, quia erãt adhuc in carne quibus vellet cõgruere, quibus etiam cicatrices ostendere voluit. Nõ enim qui fecit oculos cæci, quos in matris vtero nõ acceperat, sine cicatricibus resurgere non valebat. Qui si vellet ipsius carnis suæ mortalẽ indigentiam ante mortem ita commutare, vt non haberet aliquã necessitatis inopiã, posset vtique, in manu enim habebat, quia Deus erat in carne, & omnipotens filius, sicut omnipotẽs pater. Nam & ipsam carnẽ suam ante mortẽ mutauit in quod voluit. In monte quippe cum discipulis cùm esset, sicut sol splẽduit vultus eius. Hoc autẽ potestatẽ fecit, ostẽdere volẽs quia & ipsam carnẽ suam posset ab omni indigentia cõmutare, vt nõ moreretur si nollet. Potestatẽ, inquit, habeo ponendi animã meã, & potestatem habeo iterum sumendi eã. Nemo eã tollet à me. Potestas hæc magna, qua posset & non mori: sed maior misericordia qua voluit mori. Ad hoc enim fecit per misericordiã, quod posset & nõ facere per potestatem, vt nobis cõstitueret fundamẽtũ resurrectionis: vt illud quod propter nos mortale portabat & moreretur, quia morituri sumus: & ad immortalitatẽ resurgeret, vt immortalitatẽ speremus. Ideoq; ante mortem non solũ scriptũ est quia manducauit & bibit, sed etiã quia esuriuit & sitiuit: post resurrectionẽ tantùm, quia & mãducauit & bibit, non autẽ quia esuriuit & sitiuit, quia in corpore nõ amplius morituro nõ erat illa indigentia corruptionis, vt esset necessitas refectionis, sed erat potestas edendi. Factũ est causa congruẽdi, nõ vt subueniretur inopiæ carnis, sed vt suaderetur veritas corporis.

Matth. 17.

Ioan. 10.

Matth. 4. Ioan. 19. Lucæ vlt. Nõ indigẽtia corruptionis fuit in Christo post resurrectionem, vt esset necessitas refectionis, sed potestas edẽdi.

Capvt xiii.

Adversvs hanc tantam euidentiã, nonnulli nobis ex Apostolo faciũt quæstionẽ: contra istã quippe disputationẽ, vide quid obiiciũt. Non, inquiunt, resurget caro, si enim resurget, & possidebit regnũ Dei. Apertè autem dicit Apostolus: Caro & sanguis regnũ Dei nõ possidebit. Audistis cùm Apostolus legeretur. Dicimus carnem resurgere, & clamat Apostolus, Caro & sanguis regnum Dei nõ possidebit. Ergo contra Apostolum prædicamus; aut ipse contra Euãgeliũ prædicauit. Euangeliũ diuina voce testatur: Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Si caro factũ est, vera caro factum est. Nam si non vera caro, nec caro: sicut vera caro Mariæ, vera caro Christi, quæ inde suscepta est. Hęc vera caro cõprehẽsa, flagellata, colaphizata, suspẽsa: hæc vera caro mortua, hæc vera caro sepulta est: hæc vera caro à morte etiam resurrexit. Reddunt testimonia cicatrices, videt oculi discipulorũ, & adhuc fluctuat admiratio, compellat manus, ne dubitet animus. Contra tantã euidentiam, fratres, quã hoc modo voluit Dominus noster Iesus Christus persuadere discipulis eã per orbem terrarũ prædicaturis, cõtra hãc euidentiã pugnare videtur Apostolus, dicẽs: Caro & sanguis regnũ Dei non possidebit. Possemus hãc quæstionẽ ita soluere, & resistere vanis calũniatoribus, veruntamẽ & sic soluetur, quomodo potest citò responderi, & diligentiùs, quod ait Apostolus, considerabimus vnde sit dictũ. Dico ergo quomodo possimus facillimè respondere. Quid habet Euãgelium? Quòd resurrexit Christus in eo corpore quo sepult⁹ est: quia visus, quia cõtrectatus est, quia discipulis ait putãtibus quòd spiritus esset, Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quid cõtrà Apostolus? Caro & sanguis, inquit, regnum Dei nõ possidebũt. Amplector vtrũq; nec dico ista pugnantia, ne ego ipse cõtra stimulum pugnem. Quomodo ergo amplector vtrũq;? Citò, vt dixi, possem sic respondere. Apostolus ait; Caro & sanguis regnũ Dei hæreditate possidere nõ possunt. Rectè dixit, non est enim carnis possidere, sed possideri. Non enim corpus tũũ aliquid possidet, sed anima tua per corpus possidet, quæ ipsum etiã corpus possidet. Si ergo sic resurgit caro, vt habeatur non habeat, vt possideatur nõ possideat: quid mirũ si caro & sanguis regnũ Dei non possidebit, quia vtiq; possidebitur? Nã eos possidet caro, qui nõ sunt regnũ Dei, sed regnũ diaboli: & ideo subditi sunt voluptatib⁹ carnis. Vnde & ille paralyticus grabbato portabatur; sed sanato Dominus ait: Tolle grabbatũ tuũ; & vade in domũ tuam. Sic ergo paralysi sanata tenet carnẽ suam, & ducit quò vult. Nõ quò nõ vult à carne ipse trahitur, & portat potius corpus, quàm portatur à corpore. Manifestũ est quòd in illa resurrectione non habebit caro illecebrarũ tractũ, vt ducat animã per quasdã titillationes atq; blãditias quò anima non vult, & plerunq; superatur, dicẽs: Video aliã legẽ in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuũ me ducẽtẽ in legẽ peccati, quę est in mẽbris meis: adhuc portat grabbato paralytic⁹, nõdũ portat: exclamet ergo: Infelix ego homo, q̃s me liberabit de corpore mortis hui⁹? Respõdetur, Gratia Dei ꝑ Iesũ Christũ dñm nostrũ. Cùm ergo resurrexerim⁹, nõ nos caro portabit, sed nos eã portabimus: si nos portabimus, nos eã possidebim⁹: si nos eã possidebim⁹, nõ ab ea possidebimur: quia liberati à diabolo regnũ Dei sumus, atq; ita caro & sanguis regnum Dei nõ possidebit. Ergo calũniatores illi cõticescãt, qui verè sunt caro & sãguis, & nihil possunt nisi carnaliter cogitare. Quia etiã de illis in eadẽ prudẽtia carnis pseuerãtib⁹, vnde caro & sanguis meritò appellãtur, rectè dici potuit, Caro & sanguis regnũ Dei nõ possidebũt.

Rom. 7.

Ibidem. Ibidem.

Etiam

CAPVT XIIII. Ephes. 6. ETIAM hoc modo soluatur hæc quæstio: quia tales homines qui caro & sanguis appellantur. De talibus enim etiã Apostolus dicit: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, si non se ad spiritalẽ vitã cõuerterint, & spiritu facta carnis mortificauerint, regnum Dei possidere non poterunt. Veruntamen quid ait Apostol⁹, dixerit aliquis. Ille enim verior sensus est, qui circumstantia lectionis aperitur. Itaque ipsum potius audiamus, & ex tota quæ circa est contextione Scripturę, quid in eo loco intelligi voluerit, videamus.

1. Cor. 15. Sic enim ait: Primus homo de terra, terrenus; secũdus homo de cælo. Qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cęlestes. Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ eius qui de cęlo est. Hoc autem dico, fratres, quia caro & sanguis regnũ Dei nõ possidebit, neque corruptio incorruptionem. Singula ergo videamus. Primus homo, inquit, de terra, terrenus; secundus homo, de cælo. Qualis terrenus, tales & terreni, id est, omnes mori uri: & qualis cælestis, tales & cælestes, id est, omnes resurrecturi. Iã enim cælestis homo resurrexit, & ascendit in cęlũ, cui per fidem nũc incorporamur, vt sit ipse caput nostrum, membra autẽ ordine suo sequuntur caput suum. Et quod præmonstratum est in capite, tempore suo demõstretur in mẽbris. Modò autem hoc fide portemus, vt ad ipsam rem & speciẽ suo tẽpore veniamus. Sic enim alio loco dicit:

Colos. 3. Si autem resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sicut ergo cùm in nobis, ipsis nondum surreximus, sicut Christus in corpore, per fidem tamen cum Christo resurrexisse nos dicimur; ita imaginẽ cælestis hominis, id est, qui iam in cælis est, fide interim portare nos iubet. Si quis autem quærit cur hominem secundũ non in cęlo dixerit, sed de cælo, cùm & ipse Dñs de terra corpus acceperit, quia vtique Maria ex Adam & Eua erat progenita, intelligat terrenum hominem secundum terrenam concupiscẽtiam dictũ, & quoniam affectus ille terrenus est, quo per concubitum maris & feminę nascuntur homines, trahentes etiam ex parentibus originale peccatum, corpus autẽ Domini nullo tali affectu ex vtero virginali creatum est, quamuis de terra Christus assumpserit carnẽ, quod intelligitur Spiritus sanctus significare, dicens:

Psal. 84. Veritas de terra orta est, non tamen terrenus, sed cælestis homo, & de cælo dicitur. Si enim suis hoc fidelibus per gratiam præstitit, vt rectè

Philip. 3. dicat Apostolus, Nostra enim conuersatio in cælis est: quanto magis ipse cælestis homo, & de cælo dicendus est, in quo nullum vnquam peccatũ fuit? propter peccatum enim dictum est homini:

Genes. 3. Terra es, & in terram ibis. De cęlo ergo cęlestis homo ille rectissimè dicetur: cuius conuersatio de cælo nunquam recessit. Quãuis Dei filius etiam hominis filius factus de terra corpus assumpserit, id est, formã serui: Non enim ascendit, nisi

Ioan. 3. qui descendit: quia & si cæteri quibuscũque donauerit ascendunt, vel potius eius gratia leuantur in cælum, etiam sic ipse ascendit, quia corpus eius sũt, & secundũ hoc vnus ascendit, quoniam sacramentum magnum in Christo & Ecclesia exponit Apostolus, quo scriptũ

Eph. 5. est, Et erunt duo in carnem vnam: vnde etiam dicitur:

Ioan. 3. Igitur non iam duo, sed vna caro: quapropter nemo ascendit in cælũ, nisi qui de cælo descẽdit, filius hominis qui est in cælo. Propter hoc enim addidit, Qui est in cælo: ne quisquam eius cõuersationẽ de cælo recessisse arbitraretur, cùm per terrenũ corpus in terra hominibus appareret. Ergo sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ eius qui de cęlo est, interim fide, per quã etiã cũ illo resurreximus, & vt sursum cor habeamus, vbi Christus est in dextera Dei sedens: Colos. 3. & ideo quæ sursum sunt quæramus, atque sapiamus, non quæ super terram. SED quia de resurrectione CAPVT XV. corporis agebat, non ita proposuerat: sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore veniunt? & propterea dixerat, Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cælo. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cælestis, tales & cęlestes: vt hoc speremus in nostro corpore futurũ, quod in Christi corpore præcessit. atque hoc quamquam nondum re ipsa percepimus, interim fide teneamus. ideo subiunxerat,

1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de cęlo est: ne ad talia nos resurrecturos crederemus, qualia secũdum primum hominem corruptibiliter agebamus, subiecit statim: Hoc autẽ dico, fratres, quia caro & sanguis regnũ Dei hęreditate possidere non possunt: atque ostendere volẽs quid dixerit carnem & sanguinem, quia non ipsam speciem corporis, sed corruptionem significat nomine carnis & sanguinis, quæ corruptio tunc non erit: Corpus enim sine corruptione, non propriè dicitur caro & sanguis, sed corpus. Si enim caro est, corruptibilis atque mortalis est. Si autem iam nõ moritur, iam non corruptibilis, & ideo sine corruptione manente specie, non iã caro, sed corpus dicitur. Et si dicitur caro, nõ iam propriè dicitur, sed propter quandam speciei similitudinem. Sicut possumus fortè propter eandem similitudinem, etiam angelorum carnem dicere, cùm sicut homines apparuerunt hominibus, cùm essent corpus, non caro: quia corruptionis indigentia nõ inerat: quia ergo possumus secundum similitudinem carnẽ appellare etiam corpus quod iam non corrũpitur, secutus sollicitus Apostolus exponere voluit quid dixerit carnem & sanguinem: quia secundum corruptionem hoc dixit, non secundum speciem, & subiecit statim: Neque corruptio incorruptionem hæreditate possidebit: tanquam diceret: Quod dixi, Caro & sanguis regnum Dei non possidebit: hoc dixi, quoniam corruptio incorruptionẽ non possidebit. Et ne quisquã diceret, Si ergo incorruptio à corruptione non potest possideri, quomodo ibi erit corpus nostrum? Audite quod sequitur. Quasi enim diceretur Apostolo, Quid est ergo quod dicis, frustra ne credidimus carnis resurrectionẽ, si caro & sanguis regnum Dei non possidebit, frustra credidimus resurrexisse Dominũ nostrum à mortuis, in corpore in quo natus & crucifixus est, in eo ascendisse in cælum corã oculis discipulorum suorum, de quo cælo ad te clamauit, Saule, Saule, quid me persequeris? Occurrit hoc Act. 9. Paulo sancto & beato Apostolo, & pia charitate parturiẽti filios suos in Christo per Euangeliũ genitos, quos adhuc parturiebat donec Christus in eis reformaretur, id est, donec portarent per fidem imaginem eius qui de cælo est: nolebat enim eos in ea ruina remanere, vt arbitrarentur se talia facturos in regno Dei, in illa æterna vita, qualia faciebant in hac vita, in voluptatibus mãducandi & bibendi, nubẽdi, vxores ducẽdi, & eos carnaliter generandi: hæc enim opera corruptio carnis habet, nõ ipsa species carnis. Iam ergo quia nõ ad talia resurrecturi sumus, prę scripsit, vt iam dudũ dixeram, Dominus in Euãgelica lectione, quæ modò recitata est: Iudęi enim resurrectionem quidem credebant carnis, sed talem futuram putabant, vt ea vita esset in resurrectione, qualem in hoc seculo gerebãt; atq; ita carnaliter cogitantes, Sadducæis respondere non poterant proponentibus de resurrectione quæstionẽ, Cuius erit vxor mulier, quam septem fratres sibi succedentes habuerunt, cùm vellet vnusquisque fratri suo mortuo ex eius vxore semen excitare. Sadducæi Matth. 22. enim

enim secta erat quædam Iudæorum, quę non credebat resurrectionẽ. Iudæi ergo Sadducæis istam quæstionẽ proponentibus fluctuantes & hæsitantes respondere non poterant: quia regnum Dei à carne & sanguine, id est, incorruptionem à corruptione possideri posse arbitrabantur. Venit Veritas, interrogabatur à deceptis & deceptoribus Sadducæis, proponitur illa quæstio Domino. Et Dominus qui sciret quid diceret, & quod nesciebamus, credere nos vellet, respondet authoritate maiestatis suæ quod credamus. Apostolus autem exposuit quantum ei datum est: quod, quantũ possumus, intelligamus. Quid ergo Dominus Sadducæis? Erratis, Matth. 22. inquit, non scientes Scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neq; nubunt, neque vxores ducũt; neq; enim incipiunt mori, sed erunt æquales angelis Dei. Magna virtus Dei. Quare nõ nubunt, neque vxores ducunt? Quia non incipient mori. Ibi enim successor, vbi decessor. Nulla ergo ibi talis corruptio. Et ille Dominus per ætates ab infantia vsque ad iuuentutem currit, quia carnis adhuc mortalis gerebat substãtiam. Posteaquam resurrexit in ætate in qua sepultus est, nũquid credimus eum in cælo senescere? Ergo erunt, inquit, ęquales angelis Dei. Abstulit de medio suspicionẽ Iudæorũ, refellit calumnias Sadducæorũ; quia Iudęi credebant quidem resurrecturos mortuos, sed ad quæ opera resurgerẽt, carnaliter sentiebant. Erunt æquales, inquit, angelis Dei. Audisti de virtute Dei, audi etiam Ibidem. de Scripturis. De resurrectione, inquit, nõ legistis, quomodo locutus sit Dominus ad Moysen, de rubo dicẽs: Exod. 3. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob? CAP. XVI. Non est Deus mortuorũ, sed viuorum. QVÒ DEgo resurgamus dictum est, & quoniam ad vitã angelorum resurgimus, à Dño audiuimus; in qua verò specie resurgamus, ipse ostẽdit in resurrectione sua. Quia verò ipsa species corruptionem non habebit, Apostolus dicit: Hoc autem dico, fratres, quia caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt, neq; corruptio incorruptionẽ hæreditate possidebit: vt ostẽderet nomine carnis & sanguinis corruptionem mortalis animalisq; corporis se intelligere voluisse. Deinde soluit iam ipse quęstionem quam possent ab eo solliciti auditores exquirere, quia sollicitior ipse de intellectu filiorũ, quàm filij sunt de verbis parentum. Subiungit ergo & dicit: Ecce mysterium vobis dico. Quiescat cogitatio tua, ô homo, quisquis es: cœperas enim cogitare de verbis Apostoli, quòd caro humana nõ resurgat, cùm audires, Caro & sanguis regnum Dei nõ possidebit: sed præbe aurem consequentibus verbis, & corrige præsumptionem cogitationis. Ecce, inquit, mysterium

1. Cor. 15. dico vobis: Omnes quidẽ resurgemus, sed non omnes immutabimur. Quid est hoc? Mutatio quippe aut in peius est, aut in melius. Si ergo posita est mutatio vt nondum videamus qualis erit, vtrum in aliquid meli⁹, an in aliquid deterius: ergo sequatur, & ipse exponat, quid nobis est suspicari. Et fortasse humana suspicione labi in errorem te non permittit in cõiecturas tuas Apostolica authoritas, & hoc liquidè exponit, cuiusmodi mutationem velit intelligi. Quid ergo? Cùm dixisset, Omnes resurgemus, non tamen omnes immutabimur: video omnes resurrecturos & bonos & malos, sed

Fortè deest, non omnes. *immutabuntur. Videamus, & hinc intelligamus mutationem, vtrum in melius an in deterius sit futura. Si enim malorum est ista mutatio, in peius; si autem bonorum, in melius erit. In atomo, inquit, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Iã ergo in melius erit ista mutatio, cùm dicit, Et nos immutabimur: sed nõdum expressum est quantũ exprimi oportuit, quousq; corpus nostrum cõmutatur in melius. Quid est ipsum melius, nõdum dictum est. Nam & ab infantia in adolescentiam cùm mutatur, potest dici in melius cõmutari, vbi & si minus infirmum, adhuc tamen infirmum & mortale est.

ERGO singula diligentiùs retractemus. In atomo, in- CAPVT quit. Difficile videtur hominibus resurgere mortuos: XVII. sed mirum est quemadmodum abstulerit Apostolus omnes ancipites difficultates de cordibus fidelium. Dicis tu, non resurgũt mortui: ego nõ solùm resurgere mortuũ dico, sed tanta celeritate, quanta nõ cõceptus & natus es. Quanta enim mora est, vt formetur homo in vtero, vt perficiatur, vt nascatur, vt ætatũ successione roboretur? Nunquid fortè sic resurrecturus est? Nõ: sed in atomo, inquit. Multi nesciunt quid sit atomus. Atomus. Atomus dicẽ est à tome, quod est sectio: atomos Græcè q; secari nõ potest. Sed dicitur atomus in corpore, dicitur in tempore. In corpore dicitur, si quid inueniri potest, Atomus in corpore. quod quidem diuidi non posse perhibetur, corpusculũ aliquod tam minutum, vt iam non habeat vbi secari possit. Atomus autẽ in tempore momentum est breue, Atomus in tempore. quod iam nõ habet vbi diuidatur. Verbi gratia, vt possint etiam corda tardiora capere quod dico. Lapis est: Atomus corpor. diuide eum in partes, & partes ipsas diuide in lapillos, lapillos quidẽ in grana, veluti sunt arenæ, rursusq; ipsa arenæ grana diuide in minutissimum puluerẽ, donec si possit peruenias ad aliquã minutiam qualis iam diuidi non potest. Hæc est atomus in corporibus. In tempore Atomus tempor. al. secatur. verò sic intelligitur: Annus, verbi gratia, * diuiditur in menses, menses diuidũtur in dies, dies adhuc in horas diuidi possunt, horæ adhuc in partes horarum, quasdã productiores admittũt diuisiones, quousque venias ad tantum temporis punctum, & quandam momẽti stillam, vt per nullã mortalem produci possit, & ideo iam diuidi non possit: hæc est atomus temporis. Dicebas ergo non resurgere mortuos: non solùm resurgunt, sed tanta celeritate resurgunt, vt in atomo temporis futura sit omnium resurrectio mortuorum.

ET exponens tibi atomi celeritatem, cùm dixisset CAPVT in atomo, adiunxit continuò, quantum fieri possit, a- XVIII. ctionis ac motus: In atomo temporis, In ictu oculi ait. Sciuit enim obscurè dixisse, in atomo, & planiùs dicere voluit quod faciliùs intelligeretur. Quid est ictus Ictus oculi. oculi? Nõ quo palpebris claudimus oculum vel aperimus: sed ictum dicit oculi emissionem radiorũ ad aliquid cernendum: mox enim vt conieceris aspectum, emissus radius in cælum peruenit, vbi solem & lunã, & stellas & sidera contuemur, tam immenso interuallo à terra separata. Tubam verò nouissimam, signum nouissimum dicit. Canet enim, inquit, tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Nos vtique fideles dixit, & priores resurgẽtes ad vitæ æternam. Ergo illa mutatio quia piorũ atq; sanctorũ est, in meli⁹ erit, nõ in deteri⁹. Sed quæ est ista mutatio? q̃d est illud q̃ ait, Immutabimur. Species amittitur quæ nũc est, an sola corruptio, ꝓpter id q̃ dictũ est, Caro & sanguis regnũ Dei possidere nõ possunt, neq; corruptio incorruptionẽ hęreditate possidebit? Quod ne auditorẽ moueret ad desperandã carnis resurrectionẽ, subiecit: Ecce mysteriũ vobis dico: Omnes resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. Et ne putarem⁹ immutationẽ in peius futurã: & nos, inquit, immutabimur. Restat ergo vt dicat qualis immutatio futura sit: Oportet enim hoc corruptibile, inquit, induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Si corruptibile hoc induetur incorruptionẽ, & mortale hoc inductur immortalitate:

tate: iam non erit corruptibilis caro. Si ergo non erit corruptibilis caro, cessabit nomẽ corruptionis in carne & sanguine, cessabit etiam nomen proprium carnis & sanguinis, quia mortalitatis sunt ista nomina. Et si ita est, & caro resurget, & quia immutatur & fit incorrupta, caro & sanguis regnũ Dei non possidebit. Quòd si illam immutationem in eis aliquis intelligere voluerit, quos tunc adhuc viuos ille dies inuenturus est, vt qui iam mortui erant, resurgant; qui autẽ adhuc viuũt, immutentur, vt eorum personam suscepisse credatur Apostolus, cùm ait, Et nos immutabimur, eadẽ tamẽ ratio consequetur, quia illa incorruptio ad omnes vtique pertinebit, cùm corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatẽ. Tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Corpus autẽ quod iam mortale non est, non propriè dicitur caro & sanguis, quæ terrena sunt corpora: sed corpus dicitur, quod iam cæleste dici potest. Sicut idem Apostolus cùm diceret de carnium differentia: Non omnis, inquit, caro eadem caro. Alia quidem est hominum, alia pecorum, alia piscium, alia volucrum, alia serpentium: Et corpora, inquit, cęlestia, & corpora terrestria. Nullo modo autem diceret, carnes cęlestes, quãuis carnes possint dici corpora, sed terrestria. Omnis enim caro corpus est: nõ autem omne corpus caro. Non solùm quia cæleste corpus non dicitur caro, sed etiam quædam ipsa terrestria, sicut ligna & lapides, & si quid eiusmodi est etiam. Sic ergo caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: quia resurgens caro in tale corpus cõmutabitur, in quo iã nõ erit mortalis corruptio, & propterea nec carnis & sanguinis nomẽ.

1.Cor. 15.

CAPVT XIX. SED intendite fratres, rogamus vos; non est res parui pendenda, de fide nostra agitur: cui non tã à Paganis cauendum est, quàm à quibusdam peruersis, qui se Christianos dici & videri volunt. Nõ enim deerant etiam sub Apostolis, qui dicerent resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam peruerterẽt, de quibus Apostolus, Qui circa veritatem, inquit, errauerũt, dicẽtes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Non autem vacat quod non ait, à veritate aberrauerunt, sed circa veritatem, nõ tamen veritatem tenuerunt. Mors ergo tollitur, & non erit quodammodo, sicut Apostolus ait, Absorbebitur mortale à vita. Sic enim dictũ est & de Domino: quia deglutiuit mortem. Non enim quasi recedit mors habens aliquam substãtiam suam: sed in ipso corpore vbi erat, esse desinet, vt speciem videas, speciẽ tenebas, quærebas corruptionem & mortalitatem, & non inuenias. Discessit ergo aliquò corruptio? nõ: sed ibi interempta est, ibi absorpta est. Propterea cùm dixisset, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem induere: tunc fiet, inquit, sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Et non ait, Discessit mors in victoriam, sed absorpta est mors in victoriam. Quomodo ergo illi circa veritatem aberrauerunt? Quia veram dixerunt resurrectionem vnam, sed aliam negauerunt.

2.Tim. 2.c.

2.Cor. 5. 1.Pet. 3.d.

1.Cor. 15.

CAP. XX. Duæ resurrectiones: in spiritu, & in corpore.

EST enim resurrectio secundũ fidẽ, in qua omnis qui credit, resurgit in spiritu. Etenim ille bene resurget in corpore, qui primò resurrexit in spiritu. Nam qui antea in spiritu per fidem non resurrexerint, non ad illam commutationem resurgent in corpore, vbi assumetur & absorbebitur omnis corruptio, sed ad illam pœnalẽ integritatẽ. Nam integra erunt & corpora impiorum, nihil ex eis imminutum apparebit, sed ad pœnam erit integritas corporis, & quædam, vt ita dicam, quædam firmitas corporis, corruptibilis firmitas; quia vbi dolor esse poterit, non potest dici non esse corruptio, quãuis nõ deficiat illa infirmitas in doloribus, ne dolor ipse moriatur. Nam ipsam corruptionẽ nomine vermis propheticè significatam non incongruè creditur, & ipsum dolorem nomine ignis. Sed quia firmitas tanta erit, vt nec doloribus cedat in mortem, nec ad incorruptionem, in qua nullus dolor est, commutetur; propterea sic scriptum est: Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur. Commutatio verò quæ corruptionem non habebit, sanctorum erit. Illorum ergo erit, qui modò habent resurrectionẽ spiritus per fidem: de qua resurrectione dicit Apostolus: Si autem resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Quomodo morimur secundum spiritum, & resurgimus secundum spiritum: sic postea morimur secundum carnem, & resurgimus secundum carnẽ. Secundũ spiritũ mors est, nõ credere vana quæ credebat, nõ facere mala quæ faciebat. Secũdum spiritũ resurrectio est credere salubria quæ non credebat, & facere bona quæ non faciebat. Qui terrena idola & figmenta deos putabat, vnum Deum cognouit, in eum credidit, mortuus est in idololatria, resurrexit in fide Christiana. Ebriosus erat, sobrius est; mortuus est ab ebrietate, resurrexit in sobrietate. Sic ab omnib⁹ malis operib⁹ cùm receditur, mors quædã fit in anima, & in eius bonis operibus resurgit. Mortificate, inquit Apostolus, mẽbra vestra quæ sunt super terram: immunditiam, perturbationem, concupiscentiam malam, & auaritiam, inquit, quæ est idolorũ seruitus. Mortificatis ergo istis mẽbris, resurgimus in bonis quæ sunt istis contraria: in sanctitate, in tranquillitate, in charitate, in eleemosynis. Quomodo autẽ præcedit mors secundum spiritum resurrectionem quæ est secundum spiritum: sic præcessura est mors secundum carnem resurrectionem quæ futura est secũdum carnem.

Mar. 9. Venerabeda in epist. ad Col. 3.

Colos. 3.

Ibidem.

VTRVNQVE ergo nouerimus, & spiritalem & corporalem. Ad spiritalem pertinet quod dictum est: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illud, Qui sedebãt in vmbra mortis, lux orta est eis. & illud quod paulò antè cõmemoraui, Si consurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite. Ad corporalem autem resurrectionẽ pertinet quod nũc dicit Apostolus, qui talẽ sibi quęstionem proposuerat. Sed dicit aliquis: Quomodo resurgũt mortui? quo autem corpore venient? Agebat ergo de resurrectione corporis, in qua præcessit Dominus Ecclesiam suam: de hac ergo ait: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: propter illud & dixerat, Caro & sanguis regnũ Dei non possidebit. Habemus autẽ alio loco apertissimè ipsius apostoli Pauli testimoniũ de resurrectione secundum spiritum, & de resurrectione secũdũ carnẽ. Corpus enĩ mortale quod animatũ est vel animatũ fuit, caro dicitur. Sic ergo Apostolus loquitur: Si autẽ Christus in vobis, corpus qdẽ mortuum est propter peccatũ, spiritus autẽ vita est propter iustitiã. Ecce iã resurrectio spiritus per iustitiã facta intelligitur, vide vtrũ speranda sit etiam corporis resurrectio. Mortale enĩ corpus noluit appellare mortale, sed mortuum, & tamen hoc se significasse in consequentibus aperit. Sequitur itaque, & dicit: Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Dominum nostrum Iesum, vitificabit & mortalia corpora vestra per habitantem

Cap. 66.

Rom. 8.

Ibidem.

spiritum

spiritum eius in vobis. Quapropter illi circa veritatem aberrauerunt, vnam negauerũt resurrectionẽ. Si enim omnimodo eam negarent, à veritate aberrarẽt, nõ circa veritatẽ. Quia verò circa veritatẽ aberrauerũt, confessi sunt vnã, quæ secundũ spiritũ fit, negauerũt autem alterã, quæ per carnis resurrectionẽ speratur, dicentes resurrectionẽ iam factã esse, quod nisi ita dicerẽt vt illã quæ in corpore futura est credi & sperari prohiberent, non de his diceretur, Fidẽ quorundã subuertunt.

CAPVT XXII. SED audite iam manifestissimum testimoniũ ipsius Domini in Euangelio secundum Ioannem, vno loco ambas resurrectiones, & quæ secundũ spiritum modò fit, & quæ secundum carnẽ postea futura est, ità declarantem, vt omnino dubitare non possit, qui quoquo modo Christianũ se dicit, & Euangelicæ authoritati subiectus est, vt nullus aditus calumniatoribus restet, & quasi per fidem Christianã volentib⁹ euertere Christianos, inserendo venena sua, vt occidant animas infirmorũm. Sed ex ipso codice audite: propterea enim nõ tantũ disputatoris, sed etiã lectoris fungor officio: vt sermo iste noster sanctarum Scripturarũ authoritate fulciatur, non humanis suspicionibus super arenam ædificetur, si fortè aliquid non memoriter occurrerit. Audite ergo Euangeliũ secundum Ioannẽ: Dominus loquitur: Amen, amen dico vobis, quia qui verbũ meũ audit, & credit ei qui misit me, habet vitã æternam; & in iudiciũ non venit, sed transitũ fecit à morte in vitã. Amen, amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audiẽt vocẽ filij Dei, & qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, Quia venit hora in qua omnes qui in monumento sunt, audiẽt vocẽ eius, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Arbitror quidem multos intelligere ab ipso Domino in hoc loco vtramque resurrectionem, & secundum spiritum per fidem, & secundum carnem per illam notissimam tubam distinctè apertèque declaratam. Tamen hæc eadem verba diligenter consideremus, vt omnibus audientibus manifestum sit. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium non venit, sed transitum fecit à morte in vitam. Secundũ spiritum resurrectio est, quæ fit modò per fidem. Sed ne ita proposita videretur quasi adhuc longè futura sit, quãquam non dixerit, Transiturus est à morte in vitam, sed transitum fecit à morte in vitam: tamen ne verbo præteriti temporis figuratè vsus videretur, sicut est, Foderũt manus meas & pedes; quod adhuc futurum prænunciabatur: sequitur; & hoc ipsum planius explicat: Amen, amen dico vobis, inquit, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuẽt. Quod suprà dixit, Transit à morte in vitam, hoc nunc dicit, viuet. Sed ne illud quod ait, Venit hora, in finem seculi sperarẽtur quãdo etiã corporum resurrectio futura est; addidit, Et nunc est: non enim ait tantũ, Venit hora, sed, Venit hora, & nũc est. Qui autem audierint hanc vocẽ, viuent: scilicet vita quam superiùs significauit, dicens, Transit à morte ad vitam. Hic ergo eos significauit qui ad pœnam iudicij non pertinent, quia præueniunt iudicium fide sua, & transitum faciunt à morte ad vitam.

Caput XXII.

Ioan. 5.

Psal. 21.

CAPVT XXIII. RESTAT ergo vt & iudicium futurum ostendat inter bonos & malos: quia hic bonos tantùm commemorauit ad præsentem resurrectionem, quæ secundum spiritum est, pertinere. Sequitur itaque & dicit: Et potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Insinuauit secundum quid acceperit potestatem iudicij, quia filius, inquit, hominis est. Nam secundum id quod filius Dei est, sempiternam cũ patre habet potestatem. Iam quomodo sit futurũ iudiciũ, consequenter exponit: Nolite, inquit, mirari hoc, quia venit hora in qua oẽs qui in monumentis sunt, audient vocẽ eius: & procedent qui bona fecerũt, in resurrectionẽ vitæ; qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Superiùs cùm dixisset, Venit hora: adiecit, Et nunc est: ne illa hora prænũciata putaretur, qua in fine seculi futura est corporũ resurrectio. Hic ergo quia ipsam volebat intelligi, cũ dixisset, Venit hora: non adiecit, & nunc est. Item superiùs mortuos dixit audire vocẽ filij Dei, monumentorum autẽ nullam cõmemorationẽ fecit: vt distinguereмus mortuos per mentis errorẽ, qui resurgunt modò per fidem, ab eis mortuis quorũ cadauera in monumentis sunt, resurrectura in vltimo seculi. Hic ergo vt illa in fine sperarẽtur corporum resurrectio, Omnes, ait, qui in monumentis sunt, audient vocẽ eius, & procedẽt. Itẽ superiùs, Audiens, inquit, vocem filij Dei, & qui audierint, viuent: Quid opus erat addere, Qui audierint: cũ posset ita dici, audient vocẽ filij Dei, & viuent: nisi quia de his dicebat qui secundum mentis errorem mortui sunt, quorum multi audiunt & non audiunt, id est, nõ obtemperant, non credunt? Qui verò sic audiunt, quomodo volebat audiri, cũ diceret, Qui habet aures audiendi, audiat: ipsi viuent. Audient ergo multi, sed qui audierint, viuent, id est, qui crediderint. Nam qui sic audient, vt non credant, non viuent: vnde apparet de qua morte, & de qua vita eo loco dixerit: de morte scilicet quæ ad solos malos pertinet, eo ipso quo mali sũt, & de vita quæ ad solos bonos pertinet, eo ipso quo boni sunt.

Lucæ 8.

HIC autem vbi secundum corpora resurrecturos pronunciat, non ait, Audient vocẽ eius: & qui audierint, procedent: omnes enim notissimam tubam audient, & procedent, quia omnes resurgemus. Sed quia non omnes immutabimur, sequitur & dicit: Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Superiùs itaque vbi per fidem secundum spiritum reuiuiscitur, ad eandem sortem omnes reuiuiscunt, vt vita eorum non distribuatur in beatitudinem & miseriam: sed ad bonam partem omnes pertineant, & ideo cùm dixisset, Qui audierint, viuent: non adiecit, qui bona egerunt, in vitam æternam: qui verò mala egerunt, in pœnam æternam. Hoc enim ipsum quod dictum est, viuent: in bono tantummodo accipi voluit, sicut etiam superiùs, Transitum, inquit, fecit à morte ad vitam: nec dixit ad quam vitam: quia per fidem à morte reuiuiscere, non potest esse mala vita. Hic autem primò non audient vocem eius & viuent: ipsum enim, viuent, per totam istam lectionem in bono intelligi voluit: sed dixit, audient & procedent, quo verbo significauit corporalẽ motum corporum de locis sepulturarũm suarum. Sed quia procedere de monumentis non omnibus ad bonum erit, Qui bona, inquit, fecerunt, in resurrectionẽ vitæ: etiam hic vitam in bono tantùm intelligi voluit: qui verò mala egerunt, inquit, in resurrectionem iudicij, iudicium scilicet pro pœna posuit.

CAPVT XXIV.

IAM ergo, fratres, nemo quærat peruersa subtilitate cuiusmodi figura erit corporum in resurrectione mortuorum, quanta statura, qualis motus, qualis incessus: sufficit tibi quòd resurgit caro tua in ea specie in qua Dominus apparuit, in hominis vtique specie. Sed noli propter speciem timere corruptionẽ: si enim non timueris corruptionem, non timebis & illam sententiam, Caro & sanguis regnum Dei non possidebit:

nec incides in laqueum Sadducæorũ, quem propterea non possis euitare, quia putas ad hoc resurgere homines, vt ducant vxores, & generẽt filios, & agant opera vitæ mortalis. Si queris qualis erit vita, quis hominum hoc poterit explicare? Vita erit angelorũ. Quicunque tibi poterit ostẽdere vitã angelorũ, ostẽdet vitã eorũ, quia æquales futuri erũt angelis. Si autẽ angelorũ vita occulta est, nemo quærat amplius: ne per errorẽ nõ perueniat ad id quod quærit, sed ad quod sibi ipse confinxerit. Præproperè enim quærit, & festinans quærit. Tu in via ambula, venies ad patriã, si nõ deseras viã. Tenete ergo Christũ, fratres, tenete fidẽ, tenete viã: ipsa vos perducet ad id quod videre modò nõ potestis. In illo enim capite apparuit quod speretur in mẽbris: in illo fundamento demõstratum est quod in nostra ædificetur fide, vt postea perficiatur in specie: ne fortè cũ putatis vos cernere, appareat vobis aliquid per imaginẽ falsam quasi esse quod nõ est, & dimissa via, in errorem deuietis, & ad patriam quò ducit via, id est, ad speciem quò ducit fides, non perueniatis.

CAPVT XXVI. DICES, quomodo viuunt angeli? Sufficit tibi scire hoc quod non corruptibiliter viuũt. Facilius eũ tibi potest dici quid ibi nõ erit, quã quid ibi erit. Possum enim & ego, fratres mei, breuiter vobis percurrere quędam quę ibi nõ erũt: & hoc propterea possum, quia ista experti sumus, & nouimus ea quæ ibi non erunt. Quid autẽ ibi erit nõdum sumus experti. Per fidẽ enim ambulamus, nondũ per speciẽ: quãdiu sumus in corpore, peregrinamur à Dño. Quid ergo ibi non erit? Ducere vxorem, vt filij propagentur, quia nõ est ibi mors: non ibi erit crescere, quia nec senescere: non erit refectio, quia nec defectio: non ibi erunt negotia, quia nec indigentia, nec ipsa laudabilia opera hominũ innocentiũ, quæ cogit operati egestas & necessitas huius vitæ: non enim dico tantummodo non ibi futura opera latronũ aut fœneratorum, sed ipsa quæ innocentes homines operantur propter indigentiam subleuandarum humanarum necessitatum, non ibi erunt. 2.Cor. 5.

CAPVT XXVII. Sabbatum perpetuũ. SABBATVM erit perpetuum, quod à Iudæis celebratur temporaliter, à nobis autẽ in æternũ intelligitur: quies erit ineffabilis, quæ explicari non potest, sed, vt dixi, vtcunque explicatur, cũ dicuntur quæ ibi non erunt. Ad illam quietẽ tendimus, ad illam spiritaliter regeneramur. Sicut enim ad labores carnaliter nascimur, ita ad quietẽ spiritaliter renascimur: clamante illo: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Hic pascit, ibi perficit: hic promittit, ibi reddit: hic significat, ibi exprimit. Cũ autẽ in illa beatitudine & spiritu & corpore perfecti saluiq; fuerimus, ista negotia non erunt, nec illa ibi erunt quæ hic laudantur in bonis operibus Christianorum. Quis enim non laudatur Christianus porrigendo panem esurienti, potũmque sitienti, vestiendo nudũ, suscipiendo peregrinũ, pacando litigiosum, visitando ægrotum, sepeliendo mortuum, consolando lugentẽ? Magna opera, plena misericordiæ, plena laudis & gratiæ. Sed nec ipsa ibi erunt: quia opera misericordiæ necessitati miseriæ cõparauit. Quem pascis, vbi nemo esurit? Cui potũ das, vbi nemo sitit? An vestituturus es nudũ, vbi omnes ipsa immortalitate vestiti sunt? Audisti paulò antè tunicas sanctorum, loquente Apostolo, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ. Vbi induere sonat, indumentũ indicat. Hoc indumentum Adam perdidit, vt pelles acciperet. An peregrinum suscepturus es, vbi omnes in patria sua viuũt? Ægrotos visitabis, vbi omnes eadem incorruptionis firmitate vigebũt? Mortuum sepulturus, vbi semper viuunt? Litigantes concordaturus, vbi omnia in pace sunt? Tristes consolaturus, vbi omnes in æternum gaudebũt? Quia ergo cessabunt simul miseriæ, cessabunt hæc opera misericordiæ. Quid ergo ibi agetur? Nónne iam dixi facilius me dicere quid ibi non erit, quàm quid ibi erit? Matth. 11. 1.Cor. 15. Gen. 3.

ILLVD scio, fratres, quòd non sumus dormituri vacando, quia & ipse somnus subsidiũ defectionis datus est animæ: quippe intentionẽ perpetuam mortales sensus agitantẽ nõ ferret fragile corpus, nisi sensib⁹ cõsopitis ad eandem agitationẽ ferendã repararetur ipsa fragilitas: & quemadmodũ ex morte innouatio futura est, sic nũc ex somno vigilatio fieret. Ibi ergo nõ erit. Vbi enim nõ est mors, nec imago mortis erit. Nec tamẽ cuiquã subrepat timor tædiorũ, cũ ei dicitur quòd semper vigilabit, & non aget aliquid: possum dicere, & quomodo quidẽ futurũ sit, nõ possum dicere, quia nec videre adhuc possum: tamen aliquid non impudenter dico, quia de scripturis dico, quæ ibi erit actio nostra tota: actio vestra, Amen & Alleluia erit. Quid dicitis, fratres? Video quod auditis & gauisi estis: sed nolite iterum carnali cogitatione cõtristari: quia si fortè aliquis vestrũ steterit & dixerit quotidie Amen & Alleluia, tædio marcescet, & in ipsis vocibus dormitabit, & tacere iam volet, & propterea putet sibi esse aspernabilẽ vitam, & non desiderabilẽ, dicentes vobismetipsis, Amen & Alleluia semper dicturi sumus, quis durabit? Dicã ergo, si potero, quantũ potero. Nõ sonis transeũtibus dicemus Amen & Alleluia, sed affectu animi. Quid est enim Amẽ? quid Alleluia? Amẽ, est verũ: Alleluia, laudate Deũ. Quia ergo Deus veritas est incommutabilis sine defectu, sine prouectu, sine detrimento, sine augmento, sine alicuius falsitatis inclinatione, perpetua & stabilis, & semper incorruptibilis manẽs. Hęc autẽ quæ agimus in creatura & in ista vita, velut figurę sunt rerũ per significationes corporũ, & quædã in quibus ambulamus per fidẽ. Cũ viderimus facie ad faciẽ quod nunc videmus per speculũ in ænigmate, tunc lõgè alio & ineffabiliter alio affectu dicemus, verũ est: & cũ hoc dicemus, Amen vtiq; dicemus, sed insatiabili satietate. Quia enim non deerit aliquid, ideo satietas: quia verò illud quod nõ deerit semper delectabit: ideo quædã, si dici potest, insatiabilis satietas erit. Quã ergo insatiabiliter satiaberis veritate, tam insatiabili veritate dices, Amẽ. Iam quale est quis potest dicere, Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Quia itaq; sine aliquo fastidio, & cum perpetua delectatione videbimus verũ, & certissima euidẽtia cõtuebimur amore ipsius veritatis accensi & inhærentes ei dulci & casto amplexu eodémq; incorporeo, tali etiam voce laudabimus eum & dicemus, Alleluia. Post resurrectionem tota actio nostra erit, Amen & Alleluia. Amen. Alleluia. CAPVT XXIX.

EXVLTANTES enim se ad parilẽ laudẽ flagrantissima charitate inuicẽ & in Deũ, omnes ciues illius ciuitatis dicent, Alleluia: quia dicent, Amen. Hæc igitur vita sanctorũ etiam corpora eorũ cõmutata in cælestem & angelicũ statũ sic implebit, atque immortaliter vegetabit, vt ab illa beatissima contemplatione & laude veritatis, nulla corruptio necessitatis auertat aut auocet. Ita illis cibus erit ipsa veritas: ipsa autẽ requies tãquam recubitus. Quod enim dictum est, quia recumbentes epulabuntur, sicut dicit Dominus, Quia multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno patris mei: hoc significatum est, quoniam magna requie pascentur cibo veritatis. Talis enim cibus reficit, & non deficit: implet, & integer est: tu consummaris, ipse non consumitur. Talis est ille cibus, non qualis iste, qui deficit, vt reficiat, & ne vitam finiat qui eum accipit ipse finitur. Recubitus ergo ille, sempiterna requies erit: epulæ illæ, veritas incommutabilis erit: Matth. 8.

epulatio illa, vita æterna erit, id est, ipsa cognitio. Quia hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solum verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ioan. 17.

CAPVT XXX. NAM quia illa vita in contẽplatione veritatis non solũ ineffabiliter, sed quia & delectabiliter permanebit, multis locis Scriptura testatur, quæ omnia cõmemorare non possumus. Inde est illud: Qui diligit me, mandata mea custodit: & ego diligam eũ, & ostẽdam meipsum illi. Tanquam enim fructus & merces ab eo quæreretur, quia mãdata eius custodiuntur: Ostendã, inquit, meipsum illi, perfectam beatitudinẽ ponens, vt cognoscatur sicuti est. Inde est & illud: Dilectissimi, filij Dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. Ideo & apostolus Paulus, Tunc, inquit, facie ad faciem. Quia etiam dixit alio loco: In eãdem imaginẽ transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domini spiritu. Et in Psalmis dicit: Vacate & videte, quia ego sum Dominus. Tunc ergo optimè videbitur, quando summè vacabitur. Quando autẽ summè vacabitur, nisi cũ trãsierint tempora laboriosa, tẽpora necessitatũ, quibus modò obstricti sumus, quamdiu terra parit homini peccatori spinas & tribulos, vt in sudore vultus sui manducet panem suum. Temporibus ergo terreni hominis omni ex parte transactis, & die cælestis hominis omni ex parte perfecto, summè videbimus: quia summè vacabimus. Finita enim corruptione & indigentia in resurrectione fidelium, non erit propter quod laboretur. Quasi enim diceretur, accumbite & manducate, ita dictum est, Vacate & videte. Vacabimus ergo & videbimus Deũ sicuti est: & videntes laudabimus Deũ. Et hæc erit vita sanctorũ, hęc actio quietorum, quia sine defectu laudabimus. Non vno die laudabimus. Sed sicut dies ille non habet terminum temporis, ita laus nostra nõ habebit terminum cessationis: & ideo in sęcula sęculorũ laudabimus. Audi etiã hoc Scripturã dicentẽ Deo quod nos desideramus: Beati qui habitant in domo tua, in sęcula sęculorum laudabũt te. Cõuersi ad Dũm, ipsum deprecemur pro nobis & pro omni plebe sua adstante nobiscum in atriis domus suæ: quã custodire, protegerẽq; dignetur: Per Iesum Christũ filiũ eius Dũm nostrũ: qui cum eo viuit & regnat in sęculã sęculorum, Amen. 1.Ioan. 3. 1.Cor. 13. 2.Cor. 3. Psal. 45. Psal. 83. Precatio aliis, qua nõnunquam vtitur D. Augustinus post cõcionem.

SERMO CXXII. SERMO D. AVGVSTINI *habitus in Basilica Fausti, de versu Psalmi 72. Tenuisti manum dexteram meam: & de visione Dei.*

Beda ad Ephesios cap. 1. & ad Hebræos 12. vocat Sermonem de visione Dei.

CAP. I. Psal. 72.
VOD cantauimus Dominó, propositum vobis ad loquendũ credamus: hinc vobis fiat sermo noster. Etenim diximus, *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me.* Ipse ad intellectũ clariorem assumat corda nostra: & adiuuet misericordia & gratia sua me loquentem, vos iudicantes. Quãquam propter commoditatem depromendæ vocis altiore loco stare videamur, tamen in ipso altiore loco vos iudicatis, & nos iudicamur. Doctores dicimur, sed in multis doctorem quærimus: nec volumus nos haberi magistros. Periculosum est enim & prohibitũ Domino ipso dicente: Ne velitis dici magistri, vnus est magister vester. Periculosum ergo magisterium, discipulatus securus est: ideo Psalmus, Auditui meo, inquit, dabis gaudium & exultationẽ. Securior est enim verbi auditor, quàm verbi prolator. Ideo ille securus stat, & audit cum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Periculosum, esse magistrũ. Matth. 23. Discipulũ esse, sutũ. Psal. 50. Ioan. 3.

CAP. II. ET quia doctoris Apostolus susceperat necessitate

personam, videte quid dicat: Cum timore & tremore multo fui apud vos. Turius est ergo, vt & nos qui loquimur, & vos qui auditis, sub vno magistro condiscipulos nos esse nouerimus. Omnino turiùs est, & hoc expedit, vt nos non tanquam magistros, sed tanquam cõdiscipulos vestros audiatis. Videte enim quia sollicitudo nobis imposita est, vbi dicitur: Nolite plures magistri fieri, In multis enim offendimus omnes. Quis non cõtremiscat, cũ Apostolus dicit, oẽs? Quid sequitur? Quisquis in verbo nõ offendit, hic perfect⁹ est vir. Quis autẽ audeat dicere se esse perfectũ? Qui ergo stat & audit, in verbo non offendit. Qui autẽ loquitur, & si (quod difficile est) non offendit, † patitur tamen & timet, ne offendat. Oportet ergo vos esse non solùm loquentium auditores, sed & timentium miseratores: vt in eo quod verũ dicimus, quoniam omne verum à veritate est: non nos, sed ipsum laudetis. Vbi autem sicut homines offendimus, eundem ipsum pro nobis oretis. 1.Cor. 2. 2. Condiscipuli omnes sub Christo magistro. Iac. 3. Nemo est qui non offendat. al. pauet.

SCRIPTVRÆ sanctæ sunt, veraces sunt, inculpatæ sunt. Omnis Scriptura diuinitùs inspirata vtilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad exhortationem, ad doctrinã. Nihil est ergo quòd Scripturã accusem⁹: si nos fortè, illa nõ intellecta, in aliquo deuiemus. Cũ ipsam intelligimus, recti sumus; cùm autem ea non intellectà praui sumus, ipsam rectã dimittimus: nõ enim eam deprauati deprauamus: sed ista stat recta, vt ad istam corrigendi redeamus. Veruntamen vt nos exerceat Scriptura, in multis locis velut carnaliter loquitur, cũ Lex semper spiritualis sit. Lex enim, vt ait Apostolus, spiritualis est, ego autem carnalis sum. Cũ sit ergo ista spiritualis, tamen sæpe carnalibus quasi carnaliter ambulat. Sed non eos vult remanere carnales: quia & mater paruulum amat nutrire, sed cum non amat paruulum remanere. In sinu tenet, manibus fouet, blanditiis consolatur, lacte nutrit. Omnia paruulo facit: sed optat vt crescat, ne semper talia faciat. Videte Apostolum, melius enim ipsum intuemur, qui se etiam matrem non dedignatus est dicere, vbi ait: Factus sum paruulus in medio vestrũm, tanquam nutrix fouens filios suos. Apostolus verò germano & † pio charitatis affectu & nutricis personam suscepit, dicendo, fouet: & mattris, addendo, filios suos. Sunt enim nutrices, fouentes quidem, sed non filios suos. Item sunt matres nutricibus dantes, non fouentes filios suos. Idem ergo nutritor & fotor alio loco dicit, quod paulò antè commemorauí, Cum timore & tremore multo fui apud vos. CAPVT III. 1.Cor. 2. 3. Mater non vult filium suum paruulũ permanere. 1.Thess. 2. Beda. Apostolus nutrix & mater. al. pingui. 1.Cor. 3. 5.

SED dices: quales illi erant, vt ille cum timore & tremore multo esset apud illos? Tanquam paruulis, inquit, in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Neque enim poteratis, sed nec nunc quidem adhuc potestis. Estis enim adhuc carnales. Quos carnales dicit, paruulos tamen in Christo dicit: sic arguit, vt non abdicet: Et carnales, & paruuli in Christo: non vult tamen eos esse carnales, quos dicit esse paruulos in Christo: optat esse spirituales, omnia diiudicantes, & qui à nemine diiudicentur. Animalis enim homo, sicut ipse dicit, non percipit quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & nõ scire potest, quoniam spiritualiter diiudicatur. Spiritualis diiudicat omnia, ipse autem à nemine diiudicatur. Idẽ ipse dicit: Sapientiã loquimur inter perfectos. Vt quid ergo loqueris, si inter perfectos? Quid enim opus est te loqui homini perfecto? Sed quære in quo perfectus sit. Fortè enim nõ inuenio perfectũ cognitorẽ, sed iam inuenio perfectum auditorem. Est ergo & auditor perfectus, mente iam capax, cui solidus cibus nullam faciat perturbationẽ, nullam ingerat cruditatem. Quis est hic, & laudabimus eum: Nec dubito tamen esse spirituales, bene audientes, 1.Cor. 2. 14. 1.Cor. 2. 6. Cibus solidus. Spirituales auditores.

dientes, bene dijudicantes: apud istos non laboro. Aut enim carnalis inuenior, & misericorditer mecũ † contingit: aut capiens quod dico congratulatur mihi.

al. egrunio.

CAP. V. ECCE nunc suscepi verba Psalmi, quem modò cantauimus: *Tenuisti manum dexteram meam.* Da carnalem auditorem, quid putabit, nisi quia Deus apparuit in forma humana, apprehendit illi manum dexteram, nõ sinistram, & deduxit in suã voluntatem, & quò voluit assumpsit? Si hæc intellexerit, imò si hæc putauerit, nũquam intelligit. Qui enim intelligit, verum intelligit. Qui autem putat falsum, nõ intelligit. Ergo si hoc putauit homo carnalis, quia Dei natura atque substantia distincta membris est, determinata forma, circumscripta quantitate manens loco, quid cum illo facio? Si dixero, nõ est ita Deus, non capit. Si dixero, ita est: ille quasi capit: sed ego decipio. Nõ possum dicere, ita est: ne mentiar. Et nõ vndecunque, sed de Deo meo, saluatore & redemptore meo, de spe mea, de illo ad quẽ extendo manum meam, desiderium meum. Non est res leuis mentiri, de tali falli molestum est & periculosum est; de tali autem mentiri, exitiosum & perniciosum. Non omnis qui mentitur, fallitur. Si autẽ ipse putat esse verum, quod verum non est, fallitur. Et si hoc dicit quod verũ putat, non mentitur, sed tamen fallitur. Deus donet illi non falli, qui noluit mentiri.

Psal. 72.

Intelligere verum.

De Deo falli, periculosum: mẽtiri, exitiosum.

CAP. VI. SI ergo, vt dixi, paruulus iste noster talem credidit Deum, habentẽ certis corporis sui locis mẽbra disposita, circumscriptum figura, terminatum forma, localiter manentẽ, localiter se mouẽtem, iuxta id quod dicitur, Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Si ascendero in cælũ, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si in cælo, ipse: si in terra, ipse: si in inferno, adest. Quid facit modò iste paruulus? Si audit, quærat cum Samaritana montes & templa quò vult ire ad Deum, ad Hierusalem, ad montem Samariæ, non ad templum visibile, non festinet, non quærat aliquod tẽplum quo veniat ad Deum. Ipse sit templum, & ad illum veniet Deus. Non cõtemnit, non refugit, non dedignatur. Si non dedignatur, audi pollicentem. Audi interim promittendo dignantẽ, non minando dedignantem. Veniemus, inquit, ad eum, ego & pater ad eum quem suprà dixit dilectorẽ suum, obeditorẽ præceptorum suorum, custodem mandati sui, amatorem Dei, amatorem proximi sui. Veniemus, inquit, ad eũ, & mansionem apud eum faciemus.

Psal. 138.

Ioan. 4.

Ioan. 14.

CAP. VII. NON est angustum cor fidelis, cui angustum fuit tẽplum Salomonis. Nam & ipse cùm fabricaret hoc, dixit: Si cælum cæli non sufficit tibi. Et certè templum Dei sanctum est, quod estis vos. Et ideo ait alio loco: Templum Dei viui sumus. Et hoc vnde probas, tanquam ei diceretur, Sicut scriptum est, inquit: Habitabo in eis. Si tibi aliquis magnus patronus diceret, Habitabo apud te, quid faceres: Cũ angusta domus esset, proculdubiò turbareris, omnino terrereris, optares ne fieret. Nolles enim esse in angustiis recipiens magnũ, cuius aduentui domus tua paupercula non sufficeret. Noli timere aduentum Dei tui, noli timere affectum Dei tui: nõ te angustat, cũ venerit: imò veniendo dilatabit te. Nã vt scias, quoniã dilatabit te, non solũ aduentũ promisit, Habitabo in eis: sed ipsam etiam latitudinem addendo, Et deambulabo. Latitudinẽ istam si diligis, vides. Timor tormẽtũ habet, ergo angustias habet: ac per hoc amor latitudinem habet. Vide latitudinem charitatis. Quoniam charitas Dei diffusa est, inquit, in cordibus nostris.

CAP. V.

Cor fidelis non est angustũ Deo.

2. Par. 2.

1. Cor. 3.

2. Cor. 6.

Templum Dei fideli.

Hier. 16.

Paradigma elegans.

Dei aduẽtus non est timendus, quia dilatat.

Timor habet angustias, amor latitudinẽ.

Rom. 5.

CAPVT VIII.

Hunc locũ habet Beda ad Eph. 1.

SED tu ei quærebas locum. Ipse inhabitator dilatet: Diffusa est enim charitas in cordibus nostris, non tamen ex nobis, sed per Spiritũ sanctum qui datus est nobis. Si diffusa est charitas in cordibus nostris, & Deꝰ charitas est: ecce iam ex quãtulocumque pignore deambulat deus in nobis. Pignus enim accepimus. Quid illud est, cuius pignus tale? quamquã melius habeant codices, qui habent arrham, quàm qui habent pignus. Eandem enim rem interpretes dicere voluerunt. Interest tamen aliquid in loquendi vsu inter arrham & pignus. Pignus quando datur, cũ datũ fuerit, propter quod pignus datum est, pignus aufertur. Iam multos vestrũ intellexisse non dubito. Non video, sed ex collocutione, quia loquimini ad alterutrum, sentio eos qui intellexerunt. Ergo planius aliquanto dicam, vt ad omnes perueniat. Accipis, verbi gratia, codicẽ ab amico tuo: vt tibi det das aliquod pignus. Cùm reddideris quod accepisti, propter quod pignus posuisti, ille quod reddideris habebit: tu pignus recipies, non habebit ambas res. QVID ergo, fratres? Si charitatẽ modò Deus tanquã pignus dedit per Spiritũ sanctũ suũ, cùm eam rem ipsam reddiderit, quia pro ipsa pignus dedit, auferendum est nobis pignus? Absit. Sed quod dedit, hoc implebit. Ideo melius arrha quã pignus. Aliquãdo enim pretium, verbi gratia, præparas dare pro ea re quam tenes bonæ fidei contractu: de ipso pretio das aliquid, & erit arrha non pignus, quod sit cõplendũ, nõ quod auferendum. Iam ergo intellige. Si inuenio dilectorem, habet arrham: & ex arrha desiderat plenitudinem. Arrham ipsam cõsideret, hoc enim implebitur, vnde arrha data est. Ipsam cogitet, ipsam apud se discutiat, ipsam inspiciat, ipsam de plenitudine illa quã nõ videt, interroget: ne fortè aliud in plenitudine desideret; quã est in eo ꝙ accepit. Fortè Deꝰ aurũ daturus est, auri plenitudinem cõpleturus: & de auro arrhã dedit. Metuẽdum est ne pro auro plumbũ desideres. Aspice ergo arrhã: si tibi potuero suadere vt aspicias: Deꝰ charitas est. INDE habemus aliquid, inde aspersi sumus, inde irrorati. Cuius ros talis est, qualis est fons rore isto aspersus? Sed flagrans in fontẽ, dic Deo tuo: Quoniã apud te est fons vitæ. In rore isto natũ est desiderium, in fonte satiaberis. Ibi est quod sufficiat nobis. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Quid desideramus pro magno ea Dei beneficia, quæ donat & bestiis? Beneficia quidem ipsius sunt, quis dubitat? A quo salus vel minima, nisi ab illo de quo dictum est, Domini est salus?

A

1. Ioan. 4.

Arrha. Pignus.

B

CAP. IX. Charitas est pignus, seu verius arrha.

C

CAP. X. Deus est charitas.

1. Ioan. 4.

Psal. 36.

V. Beda.

Ibidem.

Salus siue sanitas beneficium Dei est.

Psal. 3.

CAP. XI.

SED ait idem ipse Psalmus: Homines & iumenta saluos facies, Dñe, sicut multiplicata est misericordia tua Deus. Quanquã misericors Deus, tamen multiplicem misericordiam habes, vt non tantũ ad homines, verumetiã ad iumenta perueniat. Tanta præuales misericordia, vt facias solẽ tuũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nihilne peculiare à te sancti tui, nihil propriũ pius accipit? Audi quod sequitur. Iam cũ dixerat, Homines & iumenta saluos facies Domine, sicut multiplicata est misericordia tua Deus: adiunxit & ait, Filij autem hominũ. Quid ergo paulò antè dixisti, Homines, non erant filij hominũ? Homines, inquit, & iumenta saluos facies, Domine: filij autẽ hominum. Quid ergo? Filij hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Hoc non cum iumentis. Quare ergo isti & illi homines? An non etiam homines filij hominum? Profectò & homines filij hominum. Vndè igitur ista distinctio? nisi quia est homo qui nõ erat filius hominis. Homo non filius hominis, Adam: homo filius hominis, Christus. Sicut in Adam omnes moriũtur, sic in Christo omnes viuificabuntur. Quærunt salutem cum iumentis qui moriuntur, & non victuri moriuntur: & non quærunt salutem cum filiis hominum, vt nunquam moriantur?

Matth. 6.

D

Psal. 35.

Adã homo, non filius hominis: Christus homo, filius hominis.

1. Cor. 15.

CAPXII. Peccatores pertinent ad homines: fideles siue filii hominum, ad filiũ hominis. Rom. 8. Ebrietas in Deo est satietas ineffabilium gaudiorũ.

ELIQVATA est ista distinctio. Illi pertinent ad homines, isti filij hominum ad filiũ hominis. Quid ergo sequitur? Filij autẽ hominũ sub tegmine alarũ tuarum sperabunt. Ecce spero, ecce spes. Sed quæ videtur, non est spes: futura ergo quæ promittũtur, inebriabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Timeo ne fortè quemadmodum paulò antè membra corporis quærebat in Deo, sic in eius ebrietate non cogitet satietatem ineffabilium bonorum, sed crapulam corporalium conuiuiorum. Dicamus tamen, cogitet quod potest, si maiora non potest. Non recedat de sinu, tamen crescat. Sequamur & quà possumus, & quantum possumus: spiritaliter delectemur. Inebriabuntur, inquit, ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quo vino, quo musto, qua vnda, quo melle, quo nectare quæris? Quoniam apud te est fons vitæ. Bibe, si potes, vitam. Conscientiam para, non gulam, mẽtem, non ventrem. Si audisti, si intellexisti, si dilexisti, quantum potuisti: iam inde bibisti.

A

Fons vitæ apud Deũ. Conscientia & mens paranda.

B

CAPVT XIII. 1. Ioan. 4.

ATTENDE quid biberis. Charitatem bibisti: Si nosti illam, Deus charitas est. Si ergo charitatem bibisti, dic mihi in quo loco bibisti. Si nosti illam, si vidisti illam, si amas, vnde amas? Quicquid enim bene amas, amas charitate. Quomodo autem charitate? Aut quid amas, qui charitatem amas? Ergo si amas, vnde amas? Venit ad te, & nosti eam, & vides eam: & non in loco videtur, nec corporalibus oculis quæritur, vt vehementiùs ametur, nec auditur affatu: & quando ad te venit, non sentiebatur incessu. Nunquid deambulantis in corde tuo aliquando plantas sensisti charitatis? Quid ergo est? Cuius hoc est, quod iam est in te, & non capitur à te? Sic disce amare Deum.

Bene amare.

CAPVT XIIII. Gen. 3. Gen. 18. Exod. 33.

SED deambulauit in paradiso, sed visus est ad ilicẽ Mambre, sed locutus est cum Moyse in monte Sina, os ad os. Et quid inde? Ecce videtur in loco, non sentitur incessu. Vis audire ipsum Moysen, ne mihi quãuis nutrire cupienti inquietus infans tædium facias? Visne ergo audire ipsum Moysen? Certè loquebatur & Deo os ad os. Cui ergo dicebat, nisi ipsi cũ quo loquebatur, Si inueni gratiam ante te, ostẽde mihi teipsum? Loquitur cum ipso os ad os, sicut quis loquitur ad amicum suum, & dicit ei, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi teipsum manifestè. Quid videbat, & quid sciebat? Si non erat ipse, quomodo ei dicitur, Ostende mihi teipsum? Non possumus dicere, quòd non erat ipse: si non esset ipse, hoc ei diceret, Ostẽde mihi Deũ. Cùm dicit ergo, Ostende mihi teipsum, manifestat quòd ipse erat: quoniam sibi volebat ostendi. Loquebatur & cum eo os ad os, sicut quis loquitur ad amicum suum. Vis ergo audire? Si capis, Deus Moysi apparebat latens. Si enim non appareret, non esset cum quo os ad os loquens diceret, Ostende mihi temetipsum. Si autem non lateret, non adhuc quæreret videre eundem ipsum. Si ergo capis, si intelligis, potest hic Deus simul apparere & latere: Apparere specie, latere natura. Hoc si, vt potuisti, intellexisti: inde ne subintret tibi quod Deus vt appareat, in quam vult speciem naturam suam conuertit.

C

Ibidem.

D

Deus apparet specie, latet natura.

CAP. XV. Incommutabilis Deus, pater, & filius, & spiritus sanctus. Ioan. 1. Iac. 1.

INCOMMVTABILIS est Deus, non tantùm pater, sed pater & filius, & Spiritus sanctus. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ipsum verbum, Deus incommutabilis est, sicut Deus apud quem est Deus. Nihil in illa persona cogites detrimenti vel commutationis. Deus enim pater luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio. Si ergo incommutabilis est, in-

SERMO CXXIII.

SERMO S. AVGVSTINI *episcopi, de sancto Laurentio martyre.*

A

BEATI Laurentij illustre martyrium est: sed Romæ, non hic. Tantam enim video vestram paucitatem. Quàm non potest abscondi Roma, tam non potest abscondi Laurentij corona. Sed quare adhuc istam ciuitatem lateret, scire non possum. Ergo pauci audite pauca: quia & nos in hac lassitudine corporis & æstib° nõ possumus multa. Diaconus erat, secut° Apostolos: tẽpore post Apostolos fuit. Cũ ergo persecutio, q̃ modò ex Euãgelio audistis prædictam fuisse Christianis, Romæ, sicut in cæteris locis, vehementer arderet, & tanquam ab Archidiacono postulatæ sunt res Ecclesiæ: ille respondisse fertur, Mittatur mecum vehicula, in quibus apportem opes B Ecclesiæ. Aperuit fauces auaritiæ: sed sciebat quid faceret sapientia. Continuò iussum est. Quot vehicula pepo̅scit, tot ierunt. Poposcit autem multa: & quanto plura erant vehicula, tanto erat maior spes prædæ corde conceptæ. Impleuit vehicula pauperibus, & reuersus est cum eis: & dictum est ei, Quid est hoc? Respondit, Hæ sunt diuitiæ Ecclesiæ. Illusus persecutor flammas popo̅scit: sed non erat ille frigidus, vt flãmas timeret. Ardebat penè furore, sed plus anima charitate. Quid pluribus? Craticula admota est, & tostus est. Et cùm ex vno latere arsisset, dicitur tãta trãquillitate illa tormenta tolerasse, vt impleretur in eo quod modò in Euangelio audiuimus, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Denique flamma vstus, sed patientia tranquillus, Iam, inquit, coctum est: quod superest, versate me & manducate. Tale duxit martyriũ: ista gloria coronatus est. Beneficia eius Romæ tam clara C sunt, vt numerari omnino non possint. Iste est de quo dixit Christus, Qui perdiderit animam suam propter me, saluabit eam. Saluauit eam per fidem, saluauit per contemptum mundi, saluauit per martyrium. Quanta est gloria eius apud Deum, dum tanta est laus eius apud homines? Sequamur vestigia eius fide, sequamur & contemptu mundi. Non solùm martyribus præmia promittuntur cælestia: sed etiam integra fide & perfecta charitate Christum sequentibus. Nam inter martyres honoratus est, ipsa veritate pollicente, ac dicente, Nemo est qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, & non recipiat septies tantum in isto tempore, in seculo autem futuro vitam æternam habebit. Quid est gloriosius homini, quàm sua vendere, & Christum emere, offerre Deo acceptissimum munus, incorruptam virtutem mentis, incolumem laudem deuotionis, Christum comitari cùm venire cœperit vindictam de inimicis recepturus, lateri eius assistere, cùm sederit iudicaturus, cohæredem Christi fieri, Angelis adæquari, cum Patriarchis, cum Apostolis, cum Prophetis, cælestis regni possessione lætari? Has cogitationes quæ persecutio potest vincere, quę possunt tormenta superare? Dura, fortis, & stabilis religiosis meditationibus fundata mens, & aduersus omnes Zabuli terrores, & minas mundi animus immobilis perstat: quem futurorum fides certa & solida corroborat. Claudũtur oculi in persecutionibus: sed patet cælum. Minatur Antichristus, sed tuetur Christus. Mors infertur, sed immortalitas sequitur. Occiso mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur. Vita temporalis extinguitur, sed æterna reparatur. Quanta est dignitas & quanta securitas exire hinc lætum, exire inter pressuras & angustias gloriosum: claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus: aperire eos statim, vt Deus videatur, etiam feliciter migrando! Quanta velocitas! Terris repentè retraheris, vt regnis cælestibus reponaris. Hæc oportet mente & cogitatione compleri: hæc die ac nocte meditari. Si talem persecutio inuenerit Dei militem, vinci non poterit virtus ad prælium prompta. Vel si accersitio antè peruenerit, fides quæ erat ad martyrium præparata, sine damno temporis, merces Deo iudice redditur. In persecutione militia, in pace constantia coronatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui viuit cum Deo patre, & regnat in vnitate Spiritus sancti, per infinita secula. Amen

FINIS SERMONVM DE DIVERSIS.

FRA-

FRAGMENTA ALIQVA OPERVM DIVI AVGVSTINI.

FRAG. 1. Ex secũdo tomo D. Eugyppii Abbatis, ca. 128. Matth. 6.

Fragmentum sermonis D. Augustini ad populum contra Pelagianos.

A

ILLA duo, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; &, Ne nos inferas in tentationem: quando Pelagianis obiiciuntur, quid eos putatis respondere? Horrui, fratres mei, quando audiui. Ego quidem non audiui auribus meis, sed sanctus frater & coëpiscopus meus Vrbanus noster, qui hîc presbyter fuit, & modò est Siccensis episcopus, cùm remeasset ab vrbe Roma, & ibi cum quodam talia sentiente confligeret, vel se conflixisse referret, cùm vrgeretur pondere orationis Dominicæ, vrgebat enim eum, & dicebat, si in nostra potestate est non peccare, & in nostra potestate est omnes peccatorum tentationes, solis voluntatis nostræ viribus superare, quare Deo dicimus: Ne nos inferas in tentationem? Quid eum putatis respondisse? Rogamus, inquit, Deum, Ne nos inferas in tentationem, ne aliquid mali patiamur, quod non habemus in potestate: ne ruam de equo, & ne frangam pedem, ne latro me interficiat, & quid huiusmodi. Hæc enim, inquit, non habeo in potestate: nam vincere tentationes peccatorum meorum, si volo, & possum, nec Dei adiutorio

Maligna hæresis.

possum. Videtis, fratres, quàm maligna hæresis. Videtis quemadmodum omnes horretis: cauete ne capiamini. Noui enim calliditates & tergiuersationes hominum impiorum auersorum à veritate, & quia iam in suas sententias ceciderunt vinci nolentium, videte, obsecro vos. Ecce inuenit quod diceret, ideo nos dicere, Ne nos inferas in tentationem, ne aliquid nobis cõtingat, quod non habemus in potestate secũdum corporis tentationem. Inde ergo dicebat Dominus, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem? hoc dicebat,

Matth. 26.

Vigilate & orate, ne pedem frangatis, aut ne caput doleatis, aut ne in damnũ incurratis? Nõ hoc dicebat, sed

Lucæ 22.

quid dicebat? Quod Petro dixit: Rogaui, inquit, p te, ne deficiat fides tua. Rogaui, inquit, pro te, dicit Deus homini, dominus seruo, magister discipulo, medicus ægroto: Rogaui pro te. Quid? Ne deficiat. Quid? manus tua? pes tuus? oculus tuus? lingua tua? aliqua paralysi, id est, dissolutione membrorum? Non: sed ne de-

V. Beda. 2. Cor. 13.

ficiat fides tua. Secundum istos in potestate habemus, ne deficiat fides nostra. Quare pro nobis rogatur De°, vt concedat rogare nobis quod isti dicunt, nos non debere petere à sempiterna maiestate, sed habere in potestate. Benedictiones, fratres mei, benedictiones nostras, quas super nos facimus, euacuant, exinaniunt, eli-

Cõuersi ad Dominũ, &c.

dunt. Audistis me, credo, fratres mei, quando dico, Conuersi ad Dominum, benedicamus nomen eius, det nobis perseuerare in mandatis suis, ambulare in via recta eruditionis suæ, placere illi in omni opere bono, & cætera talia. Prorsus, inquiunt, hoc totum in potestate nostra est constitutum. Ergo nos inaniter talia vobis optamus. Defendamus & nos & vos: ne & nos sine causa benedicamus, & vos sine causa Amen subscribatis. Fratres mei, Amen vestrum, subscriptio vestra est, consensio vestra est, adstipulatio vestra est. Ne fortè aliqui ipsorum & nos condemnent & vos: defen-

damus nos de apostolo Paulo: videamus si talia optauit plebi suæ, qualia oramus super vos. Audite quid dixerit quodam loco. Rem breuem dico. Quid dicis, ô noue hæretice, quicunque me audis si præsens es? quid dicis? Quia non peccare in potestate sic habemus, vt hoc sine adiutorio diuinæ gratiæ implere possim°, hoc dicis? hoc inquit. Ergo in potestate habemus non peccare sine adiutorio Dei? Planè, inquit, liberum arbitrium nostrũ ad hoc nobis sufficit. Quid est ergo quod 2. Cor. 13.

aiẽ Apostol°, scribẽs ad Corinthios: Oramus ad Deũ ne q̃d faciatis mali? Attẽdistis audistis, accepistis: & quia manifestissimũ est, sine dubio intellexistis quid orauit Apostolus. Oramus, inquit, ad Deum, ne quid faciatis mali. Poterat dicere: Monemus vos, ne quid faciatis mali; docemus vos, ne quid faciatis mali, iubemus vobis, præcipimus vobis. Quod quidem si diceret, cer-

B

tum diceret, quia & voluntas nostra agit aliquid: non enim voluntas nostra nihil agit; sed sola non sufficit. Maluit tamen dicere: Oramus, vt ipsam gratiam commendaret: vt intelligerent illi, quando non faciunt aliquid mali, non sola sua voluntate se vitare malum, sed adiutorio Dei implere quod iussum est. Ergo, fratres, quando præcipitur, agnoscite voluntatis arbitrium, quando oratur quod præcipitur, agnoscite gratiæ beneficium. Vtrumque enim in Scripturis habes. Et præcipitur & oratur; quod præcipitur, hoc oratur. Videte quod dico. Præcipitur vt intelligamus: Nolite Psal. 32.

esse sicut equus & mulus, non habentes intellectum. Audistis quia iussum est, pete vt possis implere quod iussum est. Quomodo, inquis, peto? Audi Scripturam

C

quid tibi iussum est: Nolite esse sicut equus & mulus, non habentes intellectum: quia iussum est, agnouisti voluntatem, audi quia oratur, vt agnoscas gratiam: Da Psal. 118.

mihi intellectum, vt discam mandata tua. Iussum est, vt habeamus sapientiam, quia iussum est lego. Vbi legis, inquit? Audite: Qui insipientes estis in populo, & Psal. 93.

stulti aliquando sapite. Iã ille quid dicit? Vides quomodo nobis præcepit Deus, vt sapiamus. Ergo sapiẽtia in nostra est potestate? Iã dixi præceptũ, audiui, volũtatẽ cognoui: audi orationẽ, vt gratiã tu possis agnoscere. De sapientia agitur quæ iussa est nobis, audiamus quid dicat apostolus Iacobus: Si quis autem vestrũ in- Iac. 1.

diget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter. Iubetur nobis cõtinentia. Vbi iubetur? Apostolus ad Timotheũ, Contine teipsum. Iussio est, præce- Vener. Beda in epist. 1. Tim. 5.

ptio est, audiẽdũ est, faciẽdũ est: sed nisi De° adiuuet,

D

remanemus. Conamur quidẽ facere voluntate, & nititur aliquid voluntas, nõ præsumat potestas, nisi adiuuetur infirmitas. Certè enim iussum est: Contine teipsum. Audi aliũ locũ Scripturæ: Et cũ scirẽ, inquit, quia Sapient. 8.

nemo esse potest cõtinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiẽtia scire, cui° esset hoc donũ. Et quid, inquit, feci? Adij Dominum, & deprecatus sum. Quid opus est multa percurrere, fratres mei? Quicquid nobis iubetur, orandum est vt impleatur: sed non sic vt dimittamus nos & quomodo ægri iaceamus supini, & dicamus, Pluat Deus escas super facies nostras, vt prorsus nos nihil agere velimus, & cùm esca compluta fuerit super os nostrum, dicamus, etiã Deus † glutiat de no- † aliquiar. De nobis aliquid.

bis. Aliquid & nos agere debemus, studere debemus,

conari debemus, & in eo gratias agere, in quo potuerimus, in eo quod non potuerimus, orare. Quando gratias agis, caues ne damneris ingratus: quando autem quod nõdum habes petis caues ne remaneas inanis, quia † impediris. Cogitate ergo ista fratres mei, quisquis ad vos accesserit, & dixerit vobis, Quid ergo nos facimus, si nihil habemus in potestate nisi Deus det omnia? Ergò nos non coronabit Deus, sed se coronabit. Iam videtis quia de illa vena venit, vena est, sed venenũ habet: percussa est enim à serpente, sana nõ est. Hoc enim agit hodie satanas, quomodo per venena hæreticorũ eiiciat de Ecclesia: sicut tunc per venena serpentis eiecit de paradiso. Illum nemo dicat absolutum esse ab episcopis, absoluta est, sed confessio, quasi correctio ipsa est absoluta; quia ea quæ dixit ante episcopos, catholica videbantur, quæ autem scripsit in libris suis, episcopi qui absoluerunt, nescierunt, & forsitan correctus est. Desperare enim de homine non debemus, qui fortè fidei Catholicæ adiungi se maluit, & ad eius gratiam auxiliúmque confugit, fortè hoc factum sit, tamen non hæresis est absoluta, sed homo hæresim negans, &c.

a Impediris.

Fragmentum Sermonis D. Augustini de Decalogo ad populum.

FRAG. II. Ex tom. 1. Eugyppii, cap. 115.

PRIVS in fundamento posita rerum gestarum firmitate, significantia debemus inquirere, ne subtracto fundamento in aëre velle ædificare videamur. Ad plagas decem non pertinet quod primum factum est signi causa. Vt virga in serpentem conuerteretur, aditus erat enim ipse ad Pharaonem, quo commendabatur Moyses educturos ex Ægypto populum Dei. Nondum autem contumaces fericbantur, sed diuino signo iam terrebantur. Virga significat regnum Dei. Idemque regnum Dei esse vtique populum Dei: serpentem autem tempus mortalitatis huius, mors enim à serpente propinata est. Tanquàm ergo cadentes de manu Domini in terram, mortales effecti sunt. Vnde proiecta virga ex manu serpens effecta est. Fecerunt & Magi Pharaonis similiter virgis eorum proiectis, serpentes facti sunt, sed prius serpens Moysi, id est, virga Moysi deuorauit omnes serpentes Magorum. Tũc demum cauda comprehensa, identidem virga facta est, & regnum remeauit ad manum. Sunt ergo virgæ Magorũ populi impiorũ victi Christi nomine cùm in eius corpus transferuntur, tanquam à serpente Moysi deuorantur, donec redeat regnum Dei ad manum Dei, sed in fine mortalis seculi, quod significat cauda serpentis, magnum signum fiat. Audistis quę debeatis desiderare, audite quod debeatis vitare.

Exod. 4.

CAP. I. Exod. 20. Deut. 5. Exod. 7. Sanguis.

PRIMVM præceptũ in lege de colendo vno Deo, Non erunt, inquit, tibi dij alij præter me. Prima plaga Ægyptiorum, Aqua conuersa in sanguinem. Cõpara primum præceptum primæ plagæ, Deum vnum ex quo sunt omnia, in similitudine intellige aquæ, ex qua generantur omnia. Quò autem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem? Quid est conuersio aquæ in sanguinem, nisi obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se sapientes, stulti facti sunt? & commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Gloria incorruptibilis Dei sicut aqua, similitudo imaginis corruptibilis hominis sicut sanguis: & hoc quidẽ fit in corde impiorum. Nam Deo incõmutabilis manet, neque enim quia & Apostolus dixit, commutauerunt; ideo mutatus est Deus.

V. Beda ad Rom. 1.

SECVNDVM præceptum, Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum. Qui enim accipit nomen Domini Dei sui in vanum, non mundabitur. Nomen Domini Dei nostri Iesu Christi veritas est, ipse enim dixit, Ego sum veritas. Veritas ergo mũdat, vanitas inquinat: & quoniam qui loquitur veritatem, de Deo loquitur, qui enim loquitur mendaciũ, de suo loquitur. Veritatem loqui est rationabiliter loqui; vanitatẽ autem loqui, strepere potius est quam loqui, meritò quia secundũ præceptum est dilectio veritatis, cui cõtraria est dilectio vanitatis. Loquitur autẽ veritas, perstrepit vanitas. Huic præcepto secũdo contrariam videte secundam plagam. Quæ est illa secunda plaga? Ranarũ abundantia. Habes expressam significatã vanitatem, si attendas ranarũ loquacitatẽ. Vide amatores veritatis non accipientes in vanũ nomen Dñi Dei sui, loquì sapientiam inter perfectos, etiã inter imperfectos. Non quidem loqui quod capere nõ possunt, non tamẽ recedere à veritate, & pergere in vanitatem. Quamuis enim imperfecti nõ capiũt si quid paulò excelsius fuerit disputatum de verbo Dei Deo apud Deũ per quod facta sunt omnia, possintq; capere quod inter eos loquitur Paulus tanquã inter paruulos Christi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ, non tamen illa est ista vanitas. Vanitas autẽ esset, si Christum mortẽ non impleuisse, sed finxisse diceremus, si vulnera illa in phantasmate fuisse, si sanguinẽ non verum; sed simulatũ de vulneribus emanasse, si falsas eum cicatrices (tanquam post falsa vulnera) demonstrasse. Cũ verò ista omnia vera dicimus, facta dicimus, certa, expressa, impleta credimus & prædicamus, quãuis de sublimi illius & de incommutabili veritate nõ loquamur, non tamen imus in vanitatẽ. Qui autem illa omnia in Christo falsa & simulata dicunt, ranæ sunt clamantes in palude, strepitum vocis habere possunt, doctrinam sapientiæ insinuare nõ possunt. Denique in Eclesia loquuntur hærentes veritati veritatem per quam facta sunt omnia: Veritatem verbum carnem factum & habitantem in nobis, veritatem Christum natum de Deo, vnum de vno, vnigenitum & coæternum, veritatem accepta forma serui natum ex virgine Maria, passum, crucifixum, resurgentẽ, ascendentem, vbique veritatem & quam paruulus capere non potest veritatem, & in pane, & in lacte, in pane magnorum, in lacte paruulorum. Idem quippe panis, vt lac fiat, per carnem traiicitur. Qui autem huic veritati cõtradicunt, & in sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt tædium inferentes auribus, non cibum mentibus. Audi denique homines rationabiliter loquentes: Non sunt loquelæ nèque sermones, quorum non audiantur voces eorum: sed voces non inanes, quia in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Si autem & ranas vis econtratiò intelligere, illum versum Psalmi recole, Vana locuti sunt, vnusquisque ad proximum suum.

CAP. II. Exod. 20. Deut. 5.

Ioan. 14.

Psal. 45.

Exod. 8. Rana. V. Beda. 1. Cor. 1.

Psal. 18.

Psal. 11.

TERTIVM præceptum, Memento diem sabbati sanctificare eum. In tertio isto præcepto insinuatur quædam vacationis indictio, quæ est cordis tranquillitas ac mentis, quam facit bona conscientia. Ibi sanctificatio, quia ibi spiritus Dei. Denique videte vacationem, hoc est, quietẽ. Super quẽ, inquit, requiescet spiritus meus? nisi super humilem & quietum & trementem verba mea. Inquieti ergo resiliunt ab spiritu sancto rixarum amatores, calumniarum seminatores, cõtentionis quàm veritatis cupidiores, inquietudine sua non

CAP. III. Exod. 20. Deut. 5.

Esa. 66.

Inquieti.

non ad se admittunt quietem Sabbati spiritalem. Contra istorum inquietudinem dicitur, tanquam vt Sabbatum habeant in corde sanctificationẽ spiritus Dei: Esto, inquit, manfuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. Quid intellecturus sum? Deum dicentem: Cessa ab inquietudine tua, non sit tumultus quidam in corde tuo, per corruptionem volitantibus phantasmatibus & compungentibus te. Non sit ita. Deum enim intellecturus es dicentem tibi: Vacate & videte quoniam ego sum Deus. Tu per inquietudinem vacare non vis, contentionum tuarum corruptione cæcatus, exigis videre quod non potes. Attende enim & contrariam tertiam plagam huic præcepto tertio. Ciniphes natæ sunt in terra Aegypti de limo, muscæ quædam sunt minutissimæ, inquietissimæ, inordinatè volitantes, in oculos irruentes, non permittentes hominem quiescere, dum abiguntur, iterum irruunt; dũ abactæ fuerint, rursus redeunt, sicut omnino vana phantasmata cordis contentiosorum. Tenete præceptum, cauete plagam.

Ecclesi. 5.

Ciniphes. Exod. 8.

CAP. IIII. Exod. 20. Deut. 5. Exod. 8. Cynomyia.

QVARTVM præceptum est, Honora patrem tuum, & matrẽ tuam. huic cõtraria quarta Aegyptiorum plaga κυνομυῖα est. Quid est κυνομυῖα? Canina musca: Græcum vocabulum est. Caninum est parentes nõ agnoscere. Nihil tam caninum, quàm cùm illi qui genuerunt, non agnoscuntur. meritò ergo & catuli canum cæci nascuntur.

CAP. V. Deut. 5. Exod. 9. Mors pecorum.

QVINTVM præceptum est, Non mœchaberis. Quinta plaga est mors in pecora Aegyptiorum. Comparemus, da hominem mœchari meditantem, coniugio non contentum suo, appetitum quẽdam carnis in se domare nonvult, qui est nobis pecoribúsque cõmunis: etenim concumbere & generare etiam pecorum est, ratiocinari, intelligere, humanum est. Ideo ratio quæ præsidet in mente, motus inferiores carnis, tanquam regnans & dominans frenare debet, non immoderatè & illicitè passim vagéque laxare: ideóque ipsis pecoribus natura datum est, instituente creatore, vt non moueantur ad feminas, & ad concubitum, nisi certis temporibus: neque enim ratione se cohibet alio tempore pecus, sed omnino ipso motu frigescẽte torpescit. Homo autem ideo semper moueri potest, quia & frenare motum potest. Tibi dominationem rationis creator dedit, tibi præcepta continentiæ tanquã in bestias inferiores lora cõcessit, tenes tu quod pecus nõ potest, & ideo speras tu quod pecus nõ potest, laboras aliquantũ in continendo, non laborat pecus, sed gaudebis semper in æternitate, ad quam non peruenit pecus. Si opus fatigat, merces consoletur, & ipsa enim patientia est interiorem motum frenare, & quod habes commune cum pecore, nõ tanquam pecus in omnia laxare. Quòd si contempseris te in te, & imaginem Dei in quã fecit te, neglexeris, victus cupiditate insinuatarum rerum, tanquam amisso homine eris pecus, non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in hominis forma habens similitudinem pecoris, qui non audis dicentem, Nolite esse sicut equus & mulus, non habentes intellectum. Sed fortè eligis tibi esse pecus, & libera vagari libidine, nulla lege appetitum carnis ad continentiam refrenandam: attende plagam si pecus es, non times; saltem mori times.

Psal. 32.

CAP. VI. Exod. 20. Deut. 5. Exod. 9. Pustulæ.

SEXTVM præceptum, Non occides. Sexta plaga, pustulæ in corpore & vesicę bullientes & scaturientes, & incendia vulnerum ex fauilla fornacis. Tales sunt animæ homicidales, ardent ira, quia per iram homicidij fraternitas deperiit, ardent homines ira, ardent & gratia. Sed alius est feruor sanitatis, alius feruor vlceris. Ardentes pabulæ per totũ concepta homicidia, scatent, & sanum non est; feruet, sed nõ de spiritu Dei. Nam & qui vult subuenire, feruet; & qui vult occidere feruet; ille præcepto, iste morbo, ille bonis operibus, iste saniosis vlceribus. Si possemus videre animas homicidarum, plus plangeremus quàm putrescentia corpora vlceratorum.

SEQVITVR, Non furaberis. Præceptum septimum, & plaga septima, grando in fructibus. Quod per furtum cõtra præceptum subducis, de cælo perdis. Nemo enim habet iniustũ lucrũ, sine iusto dãno. Verbi gratia: Qui furatur, adquirit vestem, sed cælesti iudicio amittit fidem. Vbi lucrum, ibi damnum; visibiliter lucrum, inuisibiliter damnum. Lucrum de sua cæcitatẽ, damnum de Domini nube. Neque enim aliquid sine prouidentia, charissimi. Aut euenire putatis, ea quæ patiuntur homines, dormiente Deo pati? passim videntur fieri hæc; nubes colligi, imbres infundi, grandinem iaci, tonitruis terram cõcuti, coruscatione terreri, passim putantur fieri, & quasi ad diuinã prouidentiam non pertinere. Contra tales cogitationes vigilat ille Psalmus, Laudate Dominum de terra, cùm laudes dictę essent de cęlo: Dracones & omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quæ faciunt verbum eius. Ergo qui suo malo desiderio forinsecus furantur, Dei iudicio intrinsecus grandinantur. O si possent inspicere agrum cordis sui, profectò lugerent, dum ibi non inuenirent quod in os mẽtis mitterent, & si in furto suo inuenirent, quod in auiditatẽ vẽtris mitterent, maior fames esset hominis interioris; maior fames est, periculosior plaga, & grauior mors: multi mortui ambulant, & multi facinorosi de vanis diuitiis exultant. Denique fetũ Dei Scriptura intus locupletem dicit, Absconditus, inquit, cordis vestri homo, qui est ante Deum diues. Non ante homines diues, sed ante Deum diues, & vbi Deus videt, ibi diues. Quid ergo tibi prodest, si vbi homo non videt furaris, & vbi Deus videt grandinaris?

CAP. VII. Exod. 20. Deut. 5. Exod. 9. Grando.

Psal. 148.

1. Pet. 3.

OCTAVVM præceptum, Falsum testimonium nõ dices. Octaua plaga, locusta animal dente noxium. Quid autem vult falsus testis, nisi nocere mordendo, & consumere mentiendo? Denique admonens homines Dei Apostolus, ne falsis criminationibus appetãt, Si mordetis, inquit, & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumamini.

CAP. VIII. Exo. 10. 20 Locustæ. Gal. 5. Beda.

NONVM præceptum est, Non concupisces vxorem proximi tui. Nona plaga, densæ tenebræ. Etenim est quædam mœchia, contra quam suprà præceptum est, etiam in non appetenda castitate vxoris alienæ. Mœchus est enim qui non it ad vxorem alienam, tantùm quia non contentus est sua. Iam verò non solùm post suam peccare, sed etiam alienam attentare, verè densę sunt tenebræ: Nihil enim sic dolet in corde patientis, & qui hoc facit alteri, nihil sic volet pati, ad aliena paratior est omnis homo; hoc autem nescio vtrum ne est qui tolerabiliter ferat. O densas tenebras ista facientium, talia concupiscentiũ, verè excęcantur furore horribili, furor enim indomitus est conculcare viri vxorem.

CAP. IX. Exod. 20. Deut. 5. Exod. 10. Tenebræ.

DECIMVM præceptum est, Non concupisces vllam rem proximi tui, non pecus, nõ possessionem, nõ subiugum, non aliquid omnino proximi tui concupiscas. Huic malo plaga contraria est decima, mors primogenitorum: in qua plaga cùm comparationem quandam quęro, nihil mihi interim occurrit, fortassis

CAP. X. Exod. 20. Deut. 5. Exod. 12. Mors primogenitorum.

occurrat meliùs diligentiúsque inquirentibus, nisi qui omnes res quas habet hæredibus seruat, reprehenditur. Hic autem clamat qui rem proximi concupiscit, & qui furto aufert, & qui furatur aliquid proximi: non potest nisi rem proximi furari, sed de furto suprà iam præceptum est, vbi intelligas & rapinam: non enim de furto præciperet & de rapina taceret scriptura, nisi te intelligere voluisset; quia si pœnale est clanculò auferre, multo maioris pœnæ est violenter eripere. Auferre ergo nolenti siue occultè siue palam habet præceptum suum. Concupiscere autem rem proximi quod notat Deus in corde, etiam si iustè ibi successionem quæras, non licet. Denique qui volunt res alienas tanquam iustè possidere, hæredes se quærunt fieri à morientibus. Quid enim tam iustum videtur, quàm rem sibi derelictam possidere, habere iure communi? Quid apud te facit homo, dimissum est mihi. Hæreditatem consecutus sum. Testamentum lego, nihil videtur iustius ista voce auaritiæ. Tu laudas quasi iure possidentem: Deus damnat iniustè concupiscentem. Vide qualis es qui optas te ab aliquo hæredem fieri, non vis vt habeat hæredes. In hæredibus autem nihil charius primogenito. Primogenitis in primogenitis tuis punieris, qui concupiscendo res alienas, id quod tibi iure nõ debebatur, quasi iuris vmbram perquiris. Et facile est quidem fratres corporaliter amittere primogenitos. Moriuntur enim homines siue ante parentes suos, siue post parentes suos, morte moriuntur, illud molestum est, ne per hanc occultam & iniustam concupiscentiam primogenita cordis tui perdis. Primogenitus enim in nobis imaginem habet gratiæ Dei, nouus natus, prior natus, inter omnes tanquam natos: cordis nostri primogenita fides est. Nemo enim bene operatur nisi fides præcesserit, omnia opera tua bona filij tui sunt spiritales, sed inter hos tibi primogenita est fides. Quisquis rem alienam occultè concupiscis, interius fidem perdis. Eris enim primò sine dubio simulator, obsequens non charitate sed fraude, veluti amans eum à quo te cupis fieri hæredem, amando cum mori quæris & vt in re eius te videas possessorem, illi inuides successorem.

Primogenita nostra fides.

CAPVT 7.

EIA, fratres, decursa decem præcepta & decem plagas, comparatos contemptores præceptorũ, contumaciæ Ægyptiorum, cautos vos fecimus, vt habeatis securi res vestras in præceptis Dei, res vestras, inquã, res interioris arcę vestrę, interioris thesauri vestri, res quas vobis nec fur, nec latro, nec vicinus potens possit auferre, vbi nec tinea nec rubigo metuenda est, cum quibus diues exit & naufragus. Sic enim eritis populus Dei inter iniquos Ægyptios, illis hęc in corde patientibus, vobis autem incolumibus, in ipsis interioribus hominibus vestris, donec educatur populus de Ægypto quodam Exodo suo; quod & fit: nam illud semel factum est, hoc non cessat fieri. Sanctificatio nulla diuina & vera est, nisi ab spiritu sancto. Non enim frustra dictus est propriè spiritus sanctus, cùm sit & pater sanctus & filius sanctus, [non] tamẽ proprium hoc spiritus accepit, vt tertia in Trinitate persona, spiritus sanctus diceretur. Ipse requiescit super humilem & quietum tanquam in Sabbato suo. Ad hoc septenarius numerus etiã sancto spiritui deputatur, hoc scripturę nostræ satis indicant, viderint meliora meliores, & maiora maiores; & de isto septenario numero subtilius aliquid, & diuinius aliquid dicant & explicent. Ego tamen quid in præsenti sat est illud video, illud vos ad videndum commemoro, septenariam istam rationem inueniri propriè sancto spiritui deputatam, quia septimo die sonat sanctificatio. Et vnde probam? sancto spiritui deputari septenariam numeri rationem? Dicit Esaias spiritum Dei venire super fidelem, super Christianum, super Christi membrum & sapientię & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, spiritum timoris Dei, si secuti estis, septẽ res percurri, tanquam descendentem ad nos spiritum Dei, à sapientia vsque ad timorem, & nos ascendamus à timore ad sapientiã: Initium sapientię timor Dei. Ita ergo septenarius spiritus & vnus spiritus, septenaria operatione vnus, an aliquid euidentius vultis? Pentecosten diem festum Scriptura sancta de septimanis factũ commemorat. Habes scripturam Tobiæ, vbi euidenter dicit istum diem festũ de septimanis, septies enim septem quadraginta & sex in summa redeunt, sed tanquam vt redeatur ad caput; Spiritu enim sancto ad vnitatem colligimur, non ab vnitate dispergimur. Ideo ad quadraginta sex additur vnum vnitatis, & fiunt quinquaginta. Non ergo iam sine causa quinquagesimo die post ascensionem Domini venit Spiritus sanctus. Resurrexit Dominus: ascendit ab inferis. Assumptione numerantur quinquaginta dies, & venit Spiritus sanctus in quinquagenario numero, tãquam natalem sibi apud nos faciens. Quadraginta enim diebus hic conuersatus est Dominus cum discipulis suis, quadragesimo die ascendit in cęlum, & peractis ibi decem diebus, tãquam decimo præceptorum signo venit Spiritus sanctus, quia nemo implet legem nisi per gratiam Spiritus sancti. Itaque, fratres, manifestum est septenarium istum numerum ad Spiritum sanctum pertinere. Quisquis autem non cohęret vnitati Christi, & oblatrat aduersus vnitatem Christi, intelligendum est, eum non habere Spiritum sanctum: Contentiones enim & dissensiones non faciunt nisi animales, de quibus Apostolus dicit, Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Deinde scriptum est & in epistola Iudæ apostoli, Hi sunt qui segregant semetipsos, reprehendens loquebatur. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Quid manifestius? quid euidentius? meritò veniat etsi eadem credentes quæ nos, tamen accepturi Spiritum sanctum quem habere non possunt quamdiu sunt hostes vnitatis. Hos autem comparat Apostolus Magis Pharaonis: Habẽtes, inquit, formam pietatis, sed virtutem eius abnegantes, qui in signo tertio defecerunt. Iã videte quare in tertio signo defecerunt, mementote eos qui aduersantur vnitati, non habere spiritum sanctum. Tria verò illa præcepta prima, in Decalogo ad Dei dilectionem pertinere intelliguntur, vt septem cætera intelliguntur ad dilectionem proximi pertinere, vt duabus tabulis legis, & decem præceptis duo illa tanquam summaria præcepta teneantur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum: in his duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ. Referamus ergo tria prima præcepta ad dilectionem Dei. Quæ tria prima? Primum, Nõ erunt tibi dij alij præter me; cui contraria plaga est aqua conuersa in sanguinem, propter quod summum principium creatoris ad simulationẽ humanæ carnis adductum. Secundum præceptum, Ne accipias nomen Domini Dei tui in vanum, pertinet, quantum arbitror, ad regnũ Dei, quod est filius Dei. Vnus enim Deus & vnus Dominus noster Iesus Christus per quẽ omnia.

Cur Sp. sanctus, propriè sanctus dicatur.

Esa. 11.

Prouerb. 1.

omnia. Contra verbum ranæ, vide contra verbum ranas, contra rationem strepitum, contra veritatem vanitatem. Tertium præceptũ de Sabbato, pertinens ad Spiritũ sanctum propter sanctificationẽ quæ prima in sabbato sonuit, quod vobis paulò antè vehementer, quantũ potuimus, cõmendauimus: huic præcepto cõtraria inquietudo in muscis de corruptione nascentibus, in oculos irruẽtib⁹, ideo in hoc tertio signo defecerũt, qui vnitatis inimici Spiritum sanctum non habuere: facit enim hoc Spiritus sanctus pœna, aliud enim facit gratia, aliud pœna; aliud enim facit implendo, aliud deserendo. Denique vt iam euidenter ipsis confitentibus magis Pharaonis agnoscere valeamus, quomodo appellatus est in Euangelio spiritus Dei: videmus quod nomen accepit obiicientes Domino conuicium Iudæi, cùm dixissent, Hic non eiicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum: respondit ille, Si ego in Spiritu Dei eiicio dæmonia, certè superuenit in vobis regnum Dei: quod alius Euangelista sic enarrat: Si ego in digito Dei eiicio dęmonia. Quod alius Euãgelista dixit spiritus Dei, ali⁹ dixit, digit⁹ Dei: ergo digitus Dei, spiritus Dei; ideo lex data scripta digito Dei, quæ lex data est mõte Sina quinquagesimo die post occisionẽ ouis celebrato Pascha à populo Iudæorum. Implentur dies quinquaginta post occisionem ouis, & datur lex scripta digito Dei: implentur quinquaginta dies post occisionem Christi, & venit Spiritus sanctus: Gratias Domino, occultanti prouidẽter, aperienti suauiter. Iam videte hoc etiam fratres Pharaonis magos euidentissimè confiteri, deficiẽtes in tertio signo dixerũt: Digitus Dei est hic, &c.

Matth. 12.

Lucæ 11.

Digitus Dei spiritus sanctus.

Exod. 8.

III. 1. Cor. 6.

De eo quod ait Apostolus, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat.

QVÆSTIO de epistola Corinthiorũ beati Pauli apostoli, vbi dicit, *Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat*: nescio ti possit ad liquidum dissolui, quamuis possit, donante Domino, aliquid inde probabiliter dici: ita enim profunda est. Nam cùm superiùs in eadem epistola Apostolus diceret, Nolite errare: neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt: & paulò pòst, Nescitis, ait, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quia qui adhæret meretrici, vnum corpus est? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est. Fugite fornicationem: atque ibi subiunxit: Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. An nescitis quia corpus vestrum, templum in vobis Spiritus sancti est? quem habetis à Deo, & non estis vestri: Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deũ in corpore vestro. Cùm ergo multa & horrenda in hoc capitulo prius enumerasset hominum peccata, quibus non dabitur regnum Dei; quæ tamen non nisi per corpus perpetrari ab hominibus possunt: quod corpus vtique iam fidelium, templum esse dixit Spiritus sancti, quem habemus à Deo: ipsáq; membra corporis nostri, membra esse asseuerat Christi. De quibus arguendo & quodammodo interrogando, ait: Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? respondẽtque sibi, Absit; subiungat adhuc & dicat: Nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus est. Ecce erunt enim, inquit, duo in carne vna: qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est: & concludit, Fugite fornicationem. Sequitur tamen ipse & dixit: Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat: quasi verò illa quę dinumerauit peccata, dicens, Nolite errare, neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neq; masculorũ cõcubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neq; rapaces, regnũ Dei possidebunt: Ista omnia facinora & flagitia, nũquid nõ nisi per corpus fieri aut exerceri possunt? quis hoc sani capitis homo negauerit? Totum quippè istũ locũ Apostolus propter ipsum corpus, iam emptũ pretio magno, id est, Christi sanguine pretioso, templum Spiritus sancti factum à Deo, ne talibus flagitiis pollueretur, sed potius inuiolatum tanquam Dei habitaculum seruaretur, agebat & defendebat. Quare ergo subiungere voluit hoc, vnde difficilis quæstio nascereturiid est, vt diceret, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat: Cùm siue ipsa fornicatio, siue alia huiusmodi, quæ non nisi per corpus fiunt peccata turpitudini & fornicationi simillima, non nisi per ipsum corpus gerantur atque exerceãtur? Quid enim? poterit ne esse quispiam vt cætera memorata superiùs taceam, fur, vel ebriosus, vel maledicus, vel rapax, extra operationem corporis huius, quamuis nec ipsa idololatria, neque ipsa auaritia, præter seruitiũ corporis huius poterit ad vsum fructũque suum peruenire? Quid est ergo, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat? Primùm, quia in corpore isto homo constitutus, quicquid solo tantùm animo poterit iniquè concupiscere, dici non potest extra corpus hoc hominem facere, cùm constet eum carnali sensu, & carnali prudentia hoc agere, isto adhuc circumseptus in corpore. Nam & quod in Psalmo scriptum est, Dixit impius in corde suo, nõ est Deus, idem beatus Paulus apostolus nõ potuit vtique separare à corporali opere, illo loco vbi ait: Omnes adstabimus ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum: quia videlicet non nisi in corpore constitutus, impius potuit dicere, Non est Deus: vt taceam quod in alia epistola ipse Doctor gentiũ dicit: Manifesta autẽ sunt opera carnis: & exequitur: Quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, venefica, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi; quia qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Nunquid enim non videtur nobis extra corpus fieri, cætera illa quæ ibi interposuit, æmulationes, animositates, dissensiones, inuidias, hæreses: & tamen operibus carnis ista tribuit Doctor gentium in fide & veritate? Quid est ergo, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: & vnum tantummodo fornicationis peccatum nominans, ait: Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat? Apparet igitur cuiuis tardo & sobtunso, quàm sit ista quæstio, quam Dominus piæ intentioni nostræ; si aliquantulum dignatus fuerit illucescere atque reuelare, poterimus aliquid rationabiliter

Frag. ser. D. Aug. qui incipit, Propter hoc ipsum, &c. ex Eugyppio to. 2. cap. 33. 1. Beda in 1. Cor. 6.

Psal. 13.

2. Cor. 5.

Gal. 5.

al. obtuso.

Exaggerat fornicationem super cætera peccat.

biliter dicere. Videtur enim beatus Apostolus, in quo loquebatur Christus, aut exaggerare voluisse fornicationis malum super cætera omnia peccata, quæ & si per corpus committatur, non tamen ita animum humanum concupiscentiæ carnali ita efficiunt obstrictum & obnoxiũ, quemadmodum in solo opere fornicationis corporalis, commisceri facit animum, vis ingens libidinis, cum ipso corpore, & vnum cum ipso quodammodo adglutinari & deuinctum esse: in tantum vt nihil aliud ipso momento & experimẽto huius tam magni flagitij cogitare homini liceat, aut intendere, nisi quod sibimet addidit mentẽ, quã captiuam subdit ipsa submersio, & quodãmodo videatur quod dictum est, Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat: quia tunc fit propriè & familiariter seruum corporis cor hominis fornicantis, maximè in tempore ipsius nequissimæ operationis: in tantum, vt ipse Apostolus inculcatius volens commendare, cauẽdum hominibus hoc malum, dixerit: Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Execrans atque detestans respõderit, Absit. An nescitis, inquit, quoniã qui adhæret meretricivnum corpus est? Erũt enim, inquit, duo in carne vna. Nũquid hoc posset dici de aliis atque aliis quibuscunque facinoribus hominum? Liberũ est enim animo humano in aliis quibusq; sceleribus, & vnum aliquid eorũ operari, & eo ipso tempore alibi cogitatione distendi, quod in fornicationis ipso opere atque tempore, non licet animo ad aliud aliquid cogitandum liberum esse. Sic enim totus homo absorbetur ab ipso, & in ipso corpore, vt iam dici non possit ipse animus suus esse, sed simul totus homo dici possit quòd caro sit, & spiritus vadens & non rediens. Sic ergo possumus intelligere, quia omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autẽ fornicatur, in corpus proprium peccat: vt videatur, vt dixi, Apostolus in tantum exaggerare voluisse fornicationis malum, vt in comparatione huius fornicationis, cætera extra corpus habenda esse duxerit quęcunque peccata: solo hoc tantummodo fornicationis malo, in corpus proprium peccare dixerit, quia maiore libidinis ardore, quo superior nullus est, voluptas ipsius corporis tenet seruũ, efficit captiuum. Hæc dicta sint de speciali fornicatione huius corporis: verũ quia non solùm fornicatio in sacris literis specialiter, sed etiã generaliter arguitur & nominatur: conemur, Deo adiuuante, & hinc aliquid probabiliter dicere. Generalis igitur fornicatio apertè manifestatur in Psalmo, vbi dicitur: Quoniam ecce qui longè se faciunt à te, peribunt: perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Vbi subsequenter, qualiter ista generalis fornicatio euadi & effugi possit, adiunxit dicens: Mihi autem adhærere Deo, bonum est: vt exinde facilè adiuertamus, illam esse generalem fornicationem animæ humanæ, qua non adhærens quisque Deo, adhæret mundo. Vnde beatus apostolus Ioannes dicit: Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in eo. Et apostolus Iacobus dicit: Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Deo? Breuiter ergo definitum est, non posse habere dilectionem Dei, qui habuerit dilectionem mundi: & inimicum esse Dei, qui amicus esse voluerit mundi. Ad hoc etiam pertinet quod Dominus in Euangelio dicit: Nemo potest duobus dominis seruire; aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum patietur, & alterum contemnet: & concludit, Non potestis Deo seruire & mammonæ. Ista est ergo generalis, vt dictum est, fornicatio animæ, omnia omnino in se continens, quia non adhæretur Deo, dum adhæretur mundo: vt sic etiam intelligere valeamus, secundum istam generalem fornicationem, quod ait Apostolus, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat: quia si non fornicetur anima humana, adhęrendo Deo, nec adhærendo mundo, quęcunque alia peccata, à concupiscentia carnali prorsus aliena, potuerit pro ipsa fragilitate mortalitatis, vel ignorando, vel negligendo, vel obliuiscendo, vel non intelligendo homo incurrere; hoc sit quod dictum est, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: quia nullum hic corporalis vel temporalis cõcupiscentiæ peccatum poterit reperiri: vnde meritò extra corpus esse quodlibet tale peccatum, dici videtur. Quòd si adhærens mundo mundanus homo, longè se facit à Deo, fornicando ab ipso Deo, in corpus proprium peccat: quia corporali concupiscentia in quæque temporalia & carnalia, carnali sensu & prudentia humanus animus trahitur atque distrahitur, creaturæ seruiens potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Sic ergo, quantum mihi videtur, salua fide, intelligi potest vtriusque fornicationis malum, tam specialis, quàm vniuersalis, in hoc vno capitulo tanti & tam magni doctoris, vbi ait, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat: vt aut exaggeratio facta sit ab Apostolo huius specialis fornicationis, qua in corpus proprium peccari rectè intelligitur, quia nusquam sic totus homo corporis ipsius voluptati addicitur, & ineffabiliter, vel ineuitabiliter afficitur, vt in comparatione huius tanti mali, cætera peccata extra corpus esse videantur, etiam si per corpus exerceantur: quemadmodum solum fornicationis vis quędam imperiosæ libidinis, cõditioni suæ subdit, propriũmq. ipsius corporis mancipium pessimum facit, tempore maximè ipsius immundissimæ operationis, vt aliud quid præter quod agit in ipso corpore, non sit liberum humanæ menti vel cogitare, vel intendere. Si autem etiam generalem significare voluit Apostolus fornicationem, propter quam dixisse videatur, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat, sic accipiendum & intelligendum, vt quisque dum non adhæret Deo, qui adhæret mundo, omnia tamẽ temporalia diligens & concupiscẽs, meritò in corpus proprium peccare dicatur, id est, vniuersæ concupiscentiæ carnali deditus & subditus factus, tanquam totus creaturæ seruus ab ipso creatore alienus, per illam initium omnis peccati superbiam, cuius superbiæ initiũ est, vt scriptum est, apostatare à Deo. A quo generali fornicationis malo quisque alienus, quodcũque aliud peccatum potuerit vt homo corruptibilis adhuc & mortalis incurrere, hoc intelligatur extra corpus esse: id est, extra corporeæ & temporalis omnis concupiscentiæ malum, alienum esse, extra corpus, vt sæpe dictum est esse. Tantummodo enim carnalis & generalis concupiscentiæ malo per omnia fornicatur anima à Deo, tanquam corporalibus & temporalibus desideriis & delectationibus alligata & deuicta, in corpus propriũ peccat, cuius vniuersaliter cõcupiscentiæ seruiens, incuruatur mundo, & alienatur à Deo: quod est, vt dictum est, Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. Propter quod generalis fornicationis cauendum malum, beatus Ioannes admonet, dicens: Nolite

Fornicatio magnum flagitium.

Cor fornicantis sic seruum corporis.

Psal. 77.

Quare sola fornicatio dicitur peccatũ in corpus proprium.

Generalis fornicatio, qua nõ adhæretur Deo.

Psal. 72.

1. Ioan. 2.

Iac. 4.

Matth. 6.

Gen. 10.

1. Ioan. 2.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo: quoniam quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio vitæ seculi, quæ non est ex patre, sed ex mundo: Et mundus transiet, & concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, sicut ille manet in æternum. Ista ergo dilectio mundi, quæ vniuersalem in se concupiscentiam obtinet mundi, generalis est fornicatio, qua peccatur in corpus propriũ, eo quòd omnibus corporalibus & visibilibus, & temporalibus desideriis & voluptatibus humanis indefinenter seruit animus, ab ipso creatore vniuersorum desolatus atque derelictus.

IIII. *Ex Serm. De amore Dei & amore seculi.*

V. Beda, 1. Cor. 5.

VIDE duas mortes, vnam temporalem, eandémque primam: alteram sempiternam, candémque secundam. Prima mors omnibus præparata est: secunda solis malis, impiis, infidelibus, blasphemis, & quicquid aliud sanę doctrinæ aduersatur. Intẽde: propone tibi istas duas mortes. Si fieri potest, ambas nõ vis pati. Scio, viuere amas, mori non vis: & de hac vita in aliam vitam sic transire velles, vt non mortuus resurgeres, sed viuus in melius mutareris. Hoc velles, hoc habet humanus affectus: hoc ipsa anima nescio quomodo valet in voluntate, & cupiditate, quoniam diligendo vitam odit mortem, & quoniã carnẽ suã non odit, nec ipsi vult accidere quod odit. Nemo enim vnquam carnẽ suã odio habet. Hũc affectum ostendit Apostolus, vbi ait, Habitationẽ habemus ex Deo, domũ non manufactã, æternã in cælis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculũ nostrũ quod cælo est, superindui cupientes: in quo nolumus, inquit, expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Non vis expoliari? sed spoliandus es: hoc tamẽ agas oportet, vt spoliatus per mortem carnea tunica inueniaris indutus loricam fidei, hoc enim secutus adiũxit, Si tamen & induti, non nudi inueniamur. Nam prima mors spoliatura est te carne interim seponenda, & suo tempore recipienda.

Eph. 5.

V. *Fragmentum sermonis, De Kalendis Ianuarij, de verbis Apostoli ad Romanos, Reuelatur enim ira Dei de cælo, &c.*

Ex Ven. Beda ad Rom. 1.

REVELATVR *enim ira Dei de cælo super omnem impietatem.* Quorum, nisi & Iudæorũ & Gentiũ? Sed ne diceretur, quare super impietatẽ Gentiũ? nunquã enim gẽtes legẽ acceperũt & præuaricatores facti sũt. Rectè reuelatur ira Dei super Iudæos quibus data est lex, & eã obseruare noluerũt. Gentibus autem non est data. Intuemini fratres & intelligite, quomodo omnes reos ostendit, & omnes salutis indigere ac misericordiæ Dei. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnẽ impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui veritatem in iniquitate detinent. Videte quemadmodum non dixit, nõ habent veritatem, sed veritatẽ, inquit, in iniquitate detinent. Et quasi quæreres dicens, quomodo possunt habere veritatem qui legem non acceperunt? Sequitur, Quia quod notum est, inquit, Dei, manifestum est in illis. Et quomodo potuit manifestum esse in illis quod notum est Dei, qui legem non acceperũt? Sequitur & dicit, Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtũ & diuinitas. Vtique subaudimus intellecta conspiciuntur. Cur enim attẽdat opera, & non quęrat artificem? Attendis terrã fructificantem, attendis mare plenũ animalibus suis, attendis aerem plenũ volatilibus, attendis cælũ fulgere stellis, & cætera, & non quæris tãti operis artificẽ? Sed dicis mihi: Ista video, illum nõ video. Ad ista videnda corporis oculos dedit, ad se videndũ mentẽ dedit. Neque enim & animã hominis vides. Sicut enim ex motibus & administratione corporis animã quam nõ vides intelligis: sic ex administratione totius mundi, & ex regimine ipsarũ animarũ intellige creatorẽ. Sed parũ est intelligere. Nã illi intellexerũt, & vide quod ait Apostolus: Quia cognoscentes Deum, non sicut Deũ glorificauerũt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiẽs cor eorũ. Quo merito, nisi superbiæ? Nam vide sequẽtia: Dicẽtes se esse sapientes, stulti facti sunt: nõ enim debebant sibi arrogare quod ille donauerat, nec se iactare ex eo quod non à seipsis, sed ab illo habebant. Quod illi vtique Deo reddendũ fuit, vt ad hoc tenendũ, quod videre poterant, ab illo sanarentur qui dederat vt viderent. Si enim hoc facerent, humilitatem seruarent, & possent purgari, atque illi beatissimæ contemplationi cohęrerẽt. Quia verò superbia erat in eis, interposuit se falsus & fallax & superbus, qui eis promitteret quòd per partes nescio quas superbiæ purgarentur animæ illorum, & fecit cultores dæmoniorũ. Inde sacra omnia quæ celebrantur à paganis quæ valere dicunt ad purgationẽ animarũ suarũ. Et audi Apostolum consequenter hæc dicentem, qui pro mercede superbiæ ista receperunt, quia nõ sic honorificauerunt Deũ vt honorificãdus est Deus. Et mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis. Iam simulacra sunt. Et ista quidẽm omniũ Græcorũ aliarũmque gentiũ quæ similitudinem hominũ habent. Quia verò nõ est maior & superstitiosior idololatria quã Ægyptiorũ: nam Ægyptus perfudit mundũ figmentis talibus qualia deinceps dicit Apostolus. Cũ enim dixisset, In similitudinem imaginis corruptibilis hominis, addit, & volucrũ, & quadrupedũ, & serpętiũ. Nunquid enim fratres in aliis templis vidistis simulacrũ, capite canino vel taurino, cæterorũmque animaliũ irrationabiliũ figmenta? Hęc enim idola Ægyptiorũ sunt. Vtrũque enim genus complexus, ait Apostolus: In similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Propterea tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Hęc mala eorum, ex impietate superbiæ sunt. Ista verò peccata quia de superbia, nõ solum peccata, sed etiam supplicia sunt. Cùm enim dicit, Tradidit illos Deus, iam de vindicta est cuiusdam peccati, vt hæc faciant. Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium. Quid est commutauerunt veritatem Dei in mẽdacium? In similitudinem scilicet imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Et ne quisquam eorum diceret, non simulacrum colo, sed quod significant simulacra; subiecit statim, Et coluerunt, & seruierunt creaturæ potius, quàm creatori. Intelligite prudenter. Aut simulacrum enim colunt, aut creaturam. Qui simulacrum colit, conuertit veritatem Dei in mendacium. Nam vera veritas est. Neptunus autem, mendacium factũ ab homine, conuersa veritate Dei in mẽdacium. Homo autem, simulacrum Neptuni. Sic Deus fecit solem, Homo autem simulacrum solis faciendo, conuertit veritatem Dei in mendacium. Sed ne dicant non colo simulacrum, sed solem colo, ideo dixit, coluerũt creaturam potius quàm creatorem. Sed væ tibi, si amaueris condita, & deseueris conditorem.

Ex eodem sermone.

Beda, 1.Cor.1. SED forsitan dicet aliquis, Etsi ipse humiliter natus est, in discipulorum nobilitate iactare se voluit. Nõ elegit reges, aut senatores, aut philosophos, aut oratores: imo verò elegit plebeios, pauperes, indoctos, piscatores: Petrus piscator, Cyprianus orator. Nisi fideliter præcederet piscator, non humiliter sequeretur orator. Non de se quisquã desperet abiectus: teneat Christũ, & spes eius falsa non erit. &c.

Ex eodem serm. de Kalendis Ianuarij.

Beda, 1.Cor.3. QVID volebat Simõ? nisi laudari in miraculis, extolli superbia? Ipsa enim eum cõpulit, vt pecunia emẽdũ putaret donum spiritus sancti: cui superbiæ cõtrarius Apostolus, in humilitate manẽdo, metidie seruẽs spiritu, fulgẽs prudẽtia, dicit: Neque qui plãtat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementũ dat Deus. Quia dixerat, Ego plantaui, Apollo rigauit; sed Deꝰ incrementũ dedit. Et iterũ, Nũquid Paulus, p vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis: vide quomodo se coli respuit pro Christo, & nõ vult se fornicanti animæ ostẽtare pro spõso. Nónne magnũ videtur plantare & rigare? Sed neque qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat. Quomodo tumuit? Nõ se dicit aliquid ad salutẽ eorũ quos in Christo ædificare cupiebat.

Ex eodem sermone.

Beda, Gal. 1. NEC ipse Apostolus voluit in se poni spem, sed in veritate quam annunciabat. Quod per ipsum dicebatur melius erat, quàm ipse per quẽ annũciabatur. Licet simos, inquit. Parum est, audi sequentia. Aut angelus, inquit, de cælo annunciauerit vobis aliquid præterquam quod accepistis, anathema sit. Videbat posse falsum mediatorem transfigurare se in angelũ lucis, & aliquid falsum annunciare. Sicut ergo superbi homines volunt se adorari pro Deo, sibi arrogaro quidquid possunt, se nominari & si potest fieri Christum: & in ipsius gloriã trãsire: ita diabolus & angeli eius. Donatũ Donatistæ pro Christo habent. Si audiant aliquem paganũ detrahentem Christo, forsitan patienter ferant; quàm si audiant detrahentem Donato.

Ex præscripto sermone.

Beda in epist. ad Gal. 4. IPSE Christus loquitur in sanctis suis dicẽte Apostolo, An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? Et licet dicat, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: non quia seipsum, sed quia illũ in se diligi volebat: perhibet tamen testimonium quibusdã dicẽs: Quia sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. In omnibus ergo sanctis suisipse est amandus, qui ait: Esuriui & dedistis mihi manducare. Non enim ait, Dedistis illis: sed, dedistis mihi. Tanta est charitas capitis erga corpus suum.

Ex eodem sermone.

Beda in c. 2. ad Colos. 1. QVID est Iuno? Iuno, inquit, est aër. Iamdudum inuitabat vt mare coleremus in simulacro Telluris: nũc inuitat vt Aërẽ colamus. Elemẽta sunt ista quibus mũdus iste cõsistit. Hoc ergo apostolus Paulus in Epistola sua, ponẽs, Cauete, inquit, ne quis vos decipiat p philosophiã & inanẽ fallaciã secundũ elemẽta mundi huius. Ipsos enim tãgebat qui quasi prudentibus idola exponũt. Ideò cũ diceret philosophiã, in eodẽ loco ait, secundũ elementa huius mundi: non quasi qualescunque adoratores simulacrorũ, sed quasi doctores interpretatores signorum cauendos esse admonens.

Ex sermone De sacrificio vespertino.

VI. Beda, Ro. 11. IVDÆI olim vocati ex Ægypto liberati in manu potenti, per rũbrum mare traiecti, per siccum euadentes, hostibus insequentibus carentes, manna pasti, de seruitute eruti, ad regnũ perducti, tot beneficiis empti, in oliua erãt, superbiendo fracti sunt. Oleaster contemptibilis per totum mundũ erat, illo totus mũdus horrebat sylueſtri oleastro: sed tamẽ per humilitatẽ ibi meruit inseri, vnde oliua superbiẽdo præcidit. Audi oliuã superbiẽtẽ & frãgi dignã: Nos de seruitute nõ sumus nati, patrẽ habemus Abrahã. Respõdetur, Si filij Abraham essetis, facta Abrahæ facetetis. Contra id quod dictũ est, de seruitute non sumus nati. Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Liberos vos esse iactatis? Omnis qui facit peccatũ seruus est peccati. Quãto ergo mitius homo seruus ẽsses hominis quàm peruersæ cupiditatis? Illi tamen superbiẽdo humilẽ nõ receperũt. Vide oleastrum dignũ inseri, Centurionem illũ non de Israëliticis, sed de gẽtibus: Domine nõ sum dignus, vt sub meum tectũ intres. Et Dominus: Amen dico vobis, non inueni tantã fidem in Israël. In oliua non inueni quod inueni in oleastro. Ergo oliua superbiens præcidatur: oleaster humilis inseratur. Vide inserentem, vide præcidentẽ. Propterea dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient. Multus veniet oleaster inserẽdus oliua. Et recumbet cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Audistis quẽadmodũ humilis inseratur oleaster: audi quemadmodum oliua superba præcidatur. Filij autem regni ibunt in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.

Ex eodem sermone.

V. Beda, 1. Cor. 11. & idem Beda ad Hebr. 1. HOC sacrificium vbi sacerdos est victima, redẽmit nos fuso sanguine creatoris: non tamen creauit nos cũ sanguine, sed redẽmit sanguine. Creauit autẽ nos in principio quod erat verbũ, & verbum quod erat apud Deũ, & Deus verbum. Ab hoc creati sumus. Sermo contextus adiungit: Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Hoc est quo creati sumus. Quo verò redempti? Audi. Quod factum est, inquit, in eo vita erat. Et vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Adhuc illud dicitur quod incõmutabile semper manet; adhuc Deus est, adhuc illud dicitur cui videndo corda mundanda sunt. Vnde autem mundentur, nondum dicit. Lux, inquit, lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Sed vt non sint tenebræ possintque comprehendere, tenebræ enim peccatores, tenebræ infideles, vt ergo non sint tenebræ, possintque comprehendere: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videte verbum, videte verbum carnem, verbum ante carnem. In principio erat verbum, & apud Deum Deus erat, & omnia per ipsum facta sunt. Vbi hic sanguis? Ecce iam author tuus, sed nõdum est pretium tuum: Vnde ergo redẽptus? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, &c. Ioan. 1.

Ex sermone D. Augustini de miraculo quinque panum. VII.

QVID est vestis nuptialis? Quẽramus illã in literis sanctis. Quæ est vestis nuptialis? sine dubio aliquid est, quod mali & boni cõmune nõ habent. Hoc inueniam? & inuenim' vestem nuptialẽ in donis Dei. Quid est, quod cõmune nõ habẽt boni & mali? Quòd homines sumus, & pecora nõ sumus: Dei donũ est. Sed cõmune est hoc cũ bonis & cũ malis. Quòd nobis lux de cælo oritur, de nube pluuiẽ descendunt, fontes manant, agri fructificant, dona sunt: sed bonis malisque communia. Intremus ad nuptias, foris alios relinquamus, quia non venerunt vocati. Ipsos conuiuas, id est, Christianos, consideremus. Baptismus, Dei donum est: Beda, 1. cor. 13. Vestis nuptialis. Matth. 22.

1. Reg. 19. est: habent illum boni & mali. Altaris sacramẽta simul accipiunt & boni & mali. Prophetauit Saul iniquus, & viro sanctissimo atque iustissimo infestus: dũ eũ persequeretur prophetauit. Nunquid dicuntur credere soli boni? Et dæmones credunt & cõtremiscũt. Quid facio? Excussi omnia, & ad vestẽ illã nondũ peruenì. Inuolucrũ meũ explicaui, omnia vel penè omnia cõsideraui: ad vestẽ illã nondũ peruenì. Quodã loco Paulus apostolus attulit mihi magnũ inuolucrũ magnarũ rerũ: & posuit ante me. Et dixi ei, Ostende mihi si fortè hic vestẽ nuptialẽ reperisti. Cœpit excutere singula & dicere: Si linguis hominũ loquar & angelorum, Si habeam omnẽ scientiam, & prophetiã, & omnem fidem, ita vt montes transferã: si distribuero omnia mea pauperibus, & tradam corpus meũ vt ardeã. Magnę vestes: nondũ tamen est illa nuptialis. Iam profer nobis nuptialem vestẽ. Quid nos apostole Paule suspendis? Prophetia fortè donum Dei est, quod non habent boni & mali. Si charitatem, inquit, non habeam: nihil sum, nihil mihi prodest. Ecce vestis nuptialis. Induite vos ô conuiuæ, vt securi discumbatis. Nolite dicere, ad istã vestem habendam pauperes sumus. Vestite, & vestimini. Hyems est. Vestite nudos: nudus est Christus. Et quicunque nõ habetis vestem nuptialem: dabit illam. Ad illum currite, ipsum rogate. Nouit sanctificare fideles suos, nouit vestire nudos suos: vt possitis, vestem habentes nuptialem, non timere tenebras exteriores, non vincula membrorum & manuum ac pedum, &c. Iacobi 2. 1. Cor. 13. Charitas est vestis nuptialis. Matth. 22.

Ex eodem Sermone.

Beda ad Heb. 2. DESIDERIMVS vitam Christi, quia tenemus pignus mortem Christi. Quomodo nobis non dabit bona sua, qui passus est mala nostra? In terris istis, in hoc seculo maligno quid abundat nisi nasci, laborare, & mori? Hæc sunt mercimonia regionis nostræ, ad tales merces mercator ille descendit. Et quoniam omnis mercator dat & accipit: dat quod habet, & accipit quod nõ habet: etiam Christus in ista mercatura dedit & accepit. Sed quid accepit? Quod hic abundat, nasci, laborare, & mori. Et quid dedit? Renasci, resurgere, & in æternũ regnare. O bone mercator eme nos. Quid dicam eme nos? cùm gratias agere debeamus, quia emisti nos. Pretium nostrum erogas nobis: Sanguinem tuum bibimus. Euangelium legimus instrumentum nostrum: serui tui sumus, creatura tua sumus, fecisti nos, redemisti nos. Emere quisque potest seruum suum: creare non potest. Dominus autem seruos suos & creauit, & redemit. Creauit vt essent, redemit ne semper captiui essent. Incidimus enim in principem huius seculi, qui seduxit Adam & seruum fecit, & cœpit nos tanquam vernaculos possidere. Sed venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor noster captiuatori nostro? Ad pretium nostrum tetendit muscipulam crucem suam: posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem potuit sanguinẽ istũ fundere, non meruit bibere. Et in eo quòd fudit sanguinẽ nõ debitoris, iussus est reddere debitores. Fudit sanguinem innocentis, & iussus est recedere à nocẽtibus. Ille quippe sanguinẽ suũ ad hoc fudit, vt peccata nostra deleret. Vnde ergo ille nos tenebat, deletũ est sanguine redẽptoris. Nõ enim tenebat nos nisi vinculis peccatorũ nostrorũ. Istæ erãt catenę captiuorũ: venit ille, alligauit fortẽ vinculis passionis suæ. Intrauit in domũ eius, id est, corda eorũ vbi ipse habitabat, & vasa eiꝰ eripuit. Nos sumus vasa: ista impleuerat ille amaritudine sua. Hanc amaritudinem etiã nostro redẽptori in felle propinauit. Impleuerat nos ergo ille tãquã vasa sua. Dominus autem noster eripiens vasa eius, & sua faciens, fudit amaritudinem, impleuit dulcedinem. Amemus ergo eum: dulcis est. Gustate & videte, quia suauis est Dominus. Timendus est, sed plus amandus. Matth. 12. Psal. 33.

Ex Sermone de Quinquagesima resurrectionis Domini. VIII.

IVMILIATVS est Dominus Christus, vt esse humiles nosceremus: cõceptus est cõtinẽs omnia, natus est gignẽs omnia, mortuus est viuificans omnia: sed post triduũ resurrexit, & ascendit in cælũ, & humanã quã susceperat carnẽ, ad patris dexterã collocauit. Mirabile est fratres, & hoc est quod impij credere nolũt. Mirabile est hominẽ resurrexisse in carne: sed multò est mirabilius, totum mũdũ rẽ tã incredibilẽ credidisse. Quid est incredibilius, Deũ talia fecisse, an mũdũ credere potuisse? Quid si & ipse modus cõsideretur à nobis quo credidit mũdus? Etiã ipse verè diuinus aduertitur, & valde mirabilis inuenitur. Ineruditos liberalibꝰ disciplinis, & omnino quantũ ad seculi doctrinas pertinet impolitos, nõ peritos Grammatica, non armatos Dialectica, piscãtores Christus cum retibus fidei ad mare seculi paucissimos misit. Quid dico paucissimos? Duodecim misit, & tamen per eos sic omni genere piscium impleuit Ecclesias, vt plurimi etiam ex ipsis sapientibus seculi (quibus videbatur ignominiosa crux Christi) ea in fronte signentur. Et de qua erubescendum putabant, nobisque insultabant, eam in pudoris arce constituunt. Beda, 1. Cor. 1.

Ex sermone de tribus virgis. IX.

VARÆ autẽ primò ignobiles, paucos, imperitos & impolitos elegerit Dominus, cũ haberet ante oculos suos turbã magnã in cõparatione quidẽ illorũ pauperũ, sed in genere suo multos diuites, nobiles, doctos sapientes, quos postea etiã collegit, exponit Apostolus sacramẽtũ: Infirma mũdi huius elegit Deus, vt cõfundat fortia, & stulta huius mũdi elegit Deꝰ, vt cõfundat sapiẽtes, & ignobilia huiꝰ mũdi elegit Deus, & ea quæ nõ sunt, id est, nõ cõputantur, vt quę sunt euacuentur. Venerat enim docere humilitatẽ, & expugnare superbiã. Venerat humilis Deus, vt nullo modo hic prius altos quæreret, qui tã humilis venerat. Primò, quia elegit nasci de illa femina quæ despõsata erat fabro, Nõ ergo elegit amplos natales: ne in hac terra nobilitas superbiret. Nõ elegit saltẽ nasci in amplissima ciuitate, sed natus est in Bethleẽ Iudæ, ea quæ nec ciuitatis nomine nũcupatur. Hodiéque illam incolæ loci illius villam appellãt: tam parua, tam exigua, propè nulla est, nisi pristina Dñi Christi Natiuitate nobilitaretur. Elegit ergo infirmos, pauperes, indoctos: nõ quia reliquit firmos diuites, sapientes, nobiles: sed si ipsos primos eligeret, merito diuitiarũ suarũ, merito substantiarum suarum, merito nataliũ suorũ sibi eligi viderentur, atque inflati de his rebus, salutem humilitatis non reciperent, sine qua nemo redire potest ad illam vitã vnde non laberemur nisi per superbiam. Sed forsitan diceret aliquis: & si humiliter natus est, in discipulorũ nobilitate iactare se voluit. Non elegit reges, aut Senatores, aut Philosophos, aut oratores: imo verò elegit plebeios, pauperes, indoctos, piscatores. Petrus piscator, Cyprianus orator. Nisi fideliter præcederet piscator, non humiliter sequeretur orator. Non de se quisquam desperet abiectus, teneat Christum, & spes eius falsa non erit, &c. Beda, 1. Cor. 1.

Ex

Ex sermone de illuminatione cæci nati.

x. V.Beda ad Rom. 10.

IN iudicium venit in mundum ille iudex futurus viuorum & mortuorũ. Quare venit? Vt qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant, id est, qui cæcitatem suã non confitẽtur, grauiùs obdurentur. Denique impletũ est, Qui videt cæci fiant. Legis defensores, legis tractatores, legis doctores, legis intellectores, autorem legis crucifixerunt. O cæcitas, ipsa est quæ ex parte Israel facta est, vt crucifigeretur Christus, & plenitudo gentiũ intraret. Cæcitas ex parte Israël facta est. Totus orbis cæcus iacebat. Sed venit ille, vt qui nõ videt videãt, & qui videt cæci fiant. Ignoratus est à Iudæis, crucifixus est à Iudæis. De sanguine suo collyriũ fecit cæcis. Duriores facti, cæciores facti; quia se iactabant videre lucẽ, crucifixerunt lucẽ. Quãta cæcitas! Lumen crucifixerũt, sed crucifixa lux cæcos illuminabat. Audividẽtẽ qui cęcus erat. Ecce in quam crucem malè offenderũt, qui cæcitatẽ suã medico cõfiteri noluerũt. Remãserat illis lex sine gratia. O miseri, quid fecit lex sine gratia, nisi magis reos? Quare? Quia legis auditores & nõ factores: ac p hoc peccatores præuaricatores. Mortuus est puer hospitæ hominis Dei, & missus est baculꝰ per seruũ, & positus est super faciem ipsius, & nõ reuixit. Quid facit lex sine gratia? Apostolus iã videns, iam ex cæco illuminatus, quid dicit? Si enim data esset lex quę posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Intẽdite, respõdeamus, & dicamus, quid est quod dixit? Si data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Si nõ poterat viuificare, vt quid data est? Secutus adiũxit, Sed cõclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Promissio illũminationis, promissio dilectionis ex fide Iesu Christi vt daretur credẽtibus, scriptura illa, id est lex, cõclusit omnia sub peccato. Quid est, conclusit omnia sub peccato? Fecit delictorẽ etiã præuaricatorẽ: Nã sanare non potuit peccatorẽ. Cõclusit omnia sub peccato: sed qua spe? Spe gratiæ, spe misericordiæ. Accepistis legẽ, stare voluisti, nõ potuisti. A superbia cecidisti, languorẽ tuũ vidisti. Curre ad medicũ, laua faciẽ. Opta Christũ, confitere Christum, crede in Christum: Accedat spiritus literæ, & eris sanus. Nam si spiritũ literæ detrahas, litera occidit. Si occidit, vbi spes? Spiritus autem viuificat, &c.

Idem Beda ad Gal. 3. 4.Reg. 4.

xi. V.Beda ad Rom. 10.

Fragmentum sermonis de sancto Paulo apostolo.

ORDE creditur ad iustitiã, ore cõfessio fit ad salutẽ. Multi credũt corde, & erubescũt cõfiteri ore. Sciatis fratres propè iãneminẽ esse Paganorũ qui nõ apud semetipsũ miretur & sentiat impleri prophetias de Christo exaltato super cælos, quia videt super omnẽ terrã gloriã eiꝰ. Sed cũ se inuicẽ timẽt, sibimet inuicẽ erubescũt: faciũt à se lõgè salutẽ, quia ore cõfessio fit ad salutẽ. Quid prodest corde credidisse ad iustitiã, si os dubitauit proferre q̃ corde conceptũ est? Intus Deus fidẽ videt, sed parũ est. Ne cõfitearis humilem, times superbos, & ei præponis superbos qui pro te displicuit superbis. Humilẽ times confiteri filium Dei, magnum verbum Dei, virtutem Dei, sapientiam Dei, nõ erubescis cõfiteri natum, crucifixum, mortuum erubescis cõfiteri. Altus, excelsus, æqualis patri, per quẽ facta sunt omnia, per quẽ factus es & tu, factꝰ est quod tu, & propter te homo, propter te natus, propter te mortuus. Ægrote quomodo sanaberis, qui de medicamento tuo erubescis? Elige tempꝰ. Nũc est tempus, postea contemptus: ille veniet admirãdus, iudicatus ille veniet iudicaturus, occisus ille veniet excitaturus, exhonoratus ille veniet honoraturus. Modò & postea. Modò in fide res est, postea in manifestatione erit. Elige hoc tẽpore quã partẽ teneas in futuro. De Christi nomine erubescis? habes erubesci modò hominibꝰ ex eo quod erubescis: habes erubesci, cũ venerit in gloria sua redditurꝰ q̃ promisit bonis, quod minatus est malis. Vbi eris tu? quid facies si te attendat ille excelsus, & dicat tibi, Erubuisti de humilitate mea, nõ eris in claritate mea? piscedat ergo mala verecũdia, accedat salubris impudentia, si impudentia dicẽda est. Sed tamẽ fratres extorsi mihi vt hoc dicerẽ, nec timerẽ prorsus. Nolo erubescam' de Christi nomine, insultetur nobis quia credidimus in crucifixũ, in occisum. Planè in occisum, sed de quo sanguis nisi manaret, adhuc chirographum peccatorũ nostrorũ maneret. Prorsus in occisum credidi. Sed hoc in illo occisũ est quod sumpsit de me, non vnde fecit me, &c.

Ex sermone de apostolo Paulo in conuersione cuiusdam Fausti Pagani. xii.

V.Beda ad Rom. 14. 1.Cor. 4.

OR hominis nec videre possumus nec ostẽdere. Deus dicit: Quæ palã sunt vobis? quæ occulta sunt mihi? Paulus dicit apostolus, Fratres nolite ante tẽpus iudicare quicquã, donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebratũ, & manifestabit cogitationes cordiũ, & tũc laus erit vnicuiq; à Deo. Nõ potes inspicere cor noui Christiani. Quid? Cor veteris Christiani potes? Dicturi estis: Sed ex necessitate credidit. Posset & de illo dici de quo paulo antè loquebamur qui prius fuit blasphemus, & pseculor, & iniuriosus. Et ipsi enĩ quædã necessitas impacta est, cęlesti voce prostratꝰ est. Vt lumẽ haberet, lumẽ pdidit. Minare q̃ volueris, & quãtũ volueris da cuilibet homini: Quid dulcius ista luce? Quã tamẽ Paulus nisi pdidisset, æternã nõ accepisset. De necessitate credidit. Quid timuit? Dicatur mihi quid timuit. Clamãtes oues? Oues clamare possũt, mordere nõ possũt. Potuit & in ipso clamore ouiũ aduertere gloriã Dei, & timere iudiciũ Dei. Excitatꝰ est à somno quodãmodo, vt consideraret impleri de Christo q̃ę sunt prędicta de Christo, tãtũ posse nomẽ Christi, tantũ præualere gloriã Dei. Itaque breuiter dico charitati vestrę. Ecclesiã Dei alloquor, populũ Dei alloquor. Si credidit, tu inuenisti; si timuit, tu vicisti. Interim fratres ad quod possunt homines, vltrà nobis nõ vsurpemus quod cõcessũ nõ est. Aposlolus dicit, Infirmũ autẽ in fide recipite nõ in diiudicationibus cogitationũ. Non nobis vsurpemꝰ diiudicare cogitationes aliorũ, sed Deo prębeamꝰ cogitationes nostras etiã p illis de quibus fortè aliquid dubitamus. Fortè dubitat aliquid nouitas ipsius. Amate abũdãtiùs dubitantẽ: amore vestro curate de corde infirmi dubitationẽ. Interiorem faciẽ videte de qua gaudeatis, cor Deo cõmittite pro quo oretis. Sciatis eũ deseri à malis, suscipiatur à nobis. Plus amate hominẽ quàm prius oderatis errorem. Sic venit Christus ęgros sanare, de quo per Euangelium audiuimus, Quia non est opus sanis medicus, sed malè habẽtibus. Et quis est homo, qui cùm perdiderit vnam ouem, nõnne relinquet nonagintanouem in montibus, & it quærere vnam quæ perierat, & cùm inuenerit gaudet de illa? Sic gaudet pater meus de vno pœnitente, quàm de nonagintanouem iustis quibus non est opus pœnitentia. Sic prorsus venit Christus ægros sanare, sic se nouit de inimicis suis misericors vindicare. Quibus fortè animus dolet consortibus eius erroris ad horam irascuntur, postea fortassis imitabuntur. Itaque fratres commendamus eum & orationibus vestris, & dilectioni vestræ, & amicitiæ fidelissimæ, & susceptioni infirmitatis eius quomodo præitis, sic sequitur: Bonam viam docete, bonam in vobis inueniat. Iam factus

Matth. 9. Luc. 15.

factus Christianus, discernat quid intersit inter id quod diuisit, & id quod inuenit. Vitam ipsius & studium circa fidem Christi posteriora tempora cõprobabunt: nunc autem fratres mei non fuit necesse, nõ fuit consilij passorum repellere pulsantẽ, differre quęrentem: De occultis cordis velle iudicare, & vocẽ manifestam non acceptare, nec consilij fuit, nec propositi nostri. Nouimus enim quemadmodum minetur misericors illa Dei auaritia vndique lucra quærẽtis de pecunia sua, & dicentis pigro seruo iudicare volenti quod non videbat, & circa lucra colligenda Domini torpescenti, Serue nequam, ex ore tuo te condemno. Tu me dixisti hominem molestum, metere vbi non seminaui, colligere vbi non sparsi: Noueras ergo auaritiam meam. Tu dares pecuniam meam nummulariis, ego veniens cum vsuris exigerem. Nos ergo non potuimus nisi erogare pecuniam Dominicãm. Exactor ille erit non tãtum ipsius, sed & omniũ nostrum. Impleamus ergo officium prærogatoris, non vsurpemus locum exactoris. Itaque fratres opus Dei in animo habete, aliud quærebatis, aliud disponebatis, aliud inuenistis. Opus Domini commendamus, serui conseruis. Plus in eo diligamus quod Dominus noster fecit, quàm id quod facere volebamus. Meliora enim sunt opera ipsius. Et magnam & deuotam vocẽ eius audiuimus: Maioratũ nolo, Christianus esse volo. Lætamini, exultate, amplius quam oderatis amate. Opus suum Christo orationibus commendate: animam fidelem, pium, amicum rudimentis fœuis exhibete. Quid interest enim quia videtis iam prouectam ætatem? Hora nona venit ad vineam mercedem æqualem accepturus, &c.

Lucæ 19.

Vide & alia Frag. Ser. de Passione Domini, apud V. Bedam, Rom. 15. in fine ad Gal. Ephes. 4.

Ex sermone de Pascha.

xii. V.Beda ad Rom. in fine cap. 4.

SICVT morte Domini nostri Iesu Christi seminamur: sic in resurrectione ipsius germinamus. Etenim mors ipsius significat interitũ veteris vitę nostræ. De hac re Apostolus, Cõsepulti enim, inquit, sumus in Christo per baptismũ in mortẽ: vt quemadmodũ resurrexit Christꝰ à mortuis, sic & nos in nouitate vitę ãbulemus. Nõ dixit, Traditus est propter iustificationẽ nostram, & resurrexit propter delicta nostra. In eius traditione delictum sonat: in eius resurrectione iustitia sonat. Ergo moriatur delictum, & resurgat iustitia.

Vide etiã Bedam 2. Corinth. 5. xiiii. V.Beda. Ro. 6.

Item ex ser. de Resurrectione Domini.

QVOD enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autẽ viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuẽtes autem Deo in Christo Iesu. Hoc est sacramẽtũ in quo hi qui baptizãtur, vitæ veteris experiũtur occasũ, & nouæ exordiuntur ingressũ. Vnde idẽ dicit, Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortẽ, vt quemadmodum resurrexit Christus à mortuis, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Per hoc sacramentũ agnoscamus nos & peccato mortuos esse cum Christo, & iustitiæ viuere in Christo. In cruce dolor est confessorum: In sepultura requies absolutorũ. In resurrectione vita iustorũ.

Frag. ex Ser. De Passione Domini.

xv. V.Beda. Rom. 5.

SI enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multo magis salui erimus in vita ipsius. Ergo pro impiis Christus mortuus est. Et Christus Deus est. Quomodo non regnauit inuentus in vita Dei iustus, quando ne periret, morte Dei quæsitus est impius? In vita enim Dei salui erimus, quia in vita nostra perieramus. Sed cum audimus & vitam Dei, & mortem Dei, discernamus quid, vnde sit. Vitã quippe attulit nobis, mortem verò accepit à nobis: Nec tamen pro suo merito, sed pro nobis.

Item ex Ser. De Passione Domini.

V.Beda Rom. 15.

VI se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Proinde cũ Apostolus admoneat ne simus alta sapientes, sed humilibus consentientes: cogitet si potest in quãtum superbiæ præcipitium feratur homo si non consenserit humili Deo: & quã sit periculosum impatienter ferre quod voluerit Dominus iustus, si patienter pertulit Deus, quod voluit inimicus iniustus.

Fragmentum ex Ser. D. August. De Pentecoste.

xvi. V.Beda. Ephes. 4.

DEO Spiritus sanctus omnium gentiũ linguis se demonstrare dignatus est: vt ille se intelligat habere Spiritum sanctum, qui in vnitate Ecclesiæ continetur, quæ linguis omnium loquitur. Paulus dicit Apostolus: Vnum corpus, & vnus spiritus. Membra nostra attendite. Multis membris constat vnum corpus, & vegetat membra omnia vnus spiritꝰ. Ecce humano spiritu quo sum ipse homo, mẽbra omnia colligo, & vegeto: impero membris, vt moueantur, intendo oculos, ad videndũ; aures, ad audiendum: linguã, ad loquẽdum: manus, ad operandum: pedes, ad ambulandum: Officia mẽbrorum dispertita sunt: sed vnitas spiritus cõtinet omnia. Multa iubentur, multa fiunt: vnus iubet, vni seruitur. Quod est Spiritus noster, id est anima nostra, ad membra nostra: hoc est Spiritus sanctus ad mẽbra Christi, quod est Ecclesia. Ideo Apostolus cum corpus vnum nominasset, ne intelligeremus mortuũ corpus: Vnum, inquit, corpus. Sed rogo te, viuit hoc corpus. Viuit: Vnde & vnus spiritus. Iam verò si membrum vnũ præcidatur de corpore, nunquid consequitur spiritus? Et tamen membrum agnoscitur. Sic & homo separatus ab Ecclesia. Quæris ab illo sacramentũ, inuenis. Quæris? Quæro. Nisi intus vegeteris, frustra foris de forma gloriaris.

Ephes. 4.

Ex Ser. in natali Ioannis Baptistæ.

xvii. V.Beda. 1. Cor. 12. Ioan. 1.

APOSTOLVS dicit, Ex parte scimus; & ex parte prophetamus. Cũ autem venerit quod perfectũ est quod ex parte est euacuabitur. Quid est perfectũ? In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Hoc est perfectum. Quid est perfectum? Dicat & Apostolus Paulus, Qui cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Hunc æqualem Deo patri, hoc verbum Dei apud Deũ, per quod facta sunt omnia, videbimus sicuti est, sed in fine. Nã nunc quod Ioannes Euãgelista dicit, Dilectissimi filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eũ sicuti est. Hæc visio nobis promittitur. Ad hanc visionem erudimur, ad hanc visionem corda mundamus. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Phil. 2.

1. Ioan. 3.

Matth. 5.

Ex Ser. De Natali Apostolorum.

xviii. V.Beda. 2. Cor. 5.

NGEMISCIMVS grauati: sub sarcina scilicet corruptibilis carnis ingemiscimus grauati. Si ingemiscis: libenter pone sarcinam istam. Certè ingemiscere te dixit sub

carcina corruptibilis corporis. Vide vtrũ velit hoc onere spoliari, sub quo grauatur, sub quo ingemiscit. Non hoc sequitur. Sed quid ait? In quo nolumus expoliari. O vocem naturæ, confessionem pœnæ. Graue corpus est, onerosum corpus est, corruptibile corpus est. Gemitur sub illo, & libenter deseritur. Nolumus, inquit, expoliari, Sic remansurus est gemens? Et si ingemiscis grauatus, quare spoliari non vis? Non, inquit. Vide quid sequitur. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Sub terrena tunica gemo, ad cælestem festino. Illam volo accipere, istã nolo ponere. In quo nolumus expoliari, sed superuestiri. Ergo Paule, intelligam te. Quid dicis? Fiet iniuria tanto illi vestimẽto cælesti, vt veniat tibi super hos pãnos mortalitatis & corruptionis: vt hoc sit inferius, illud superius: hoc interius, illud exterius? Absit, inquit. Non sic dico, non sic dico. Nolo expoliari, sed superuestiri, non tamen vt sub incorruptione maneat corruptio, sed vt absorbeatur à vita. Bene exclamastis, qui scripturas nostis. Sed ne aliquis ignarus scripturarum verba mea putet subsecuta, Pauli verba sunt, omnia ista Apostolica verba sunt. Ingemiscimus grauati: in quo nolumus spoliari, sed superuestiri: vt absorbeatur mortale à vita. Bene dicis quod alibi tenes de resurrectione corporis loquẽs. Oportet corruptibile hoc iuduere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriã. Quod alio loco ait, vt absorbeatur mortale à vita: hoc isto loco, Absorpta est mors in victoriam. Nusquam mors, non infra, non supra: non intra, nõ extra. Absorpta est enim mors in victoriam: vbi est mors contentio tua?

1.Cor.15.

Oseæ 13.

XIX. *Ex Ser. de Epiphania.*

V.Beda. 2.Cor.5.

Debet enim vita humana in se deficere, in Christo proficere: vt qui viuunt, iã non sibi viuãt, sed ei qui pro omnib. mortuus est & resurrexit, & dicat vnusquisq. nostrũ quod dicit Apostolus, Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Christus.

Item ex Ser. De Epiphania.

Idem. 2.Cor.8.

Quis enim hominum omnes thesauros sapientiæ nouerit in Christo occultos, atque in paupertate carnis eius absconditos? Quia propter nos pauper factus est, cũ diues esset: vt illius paupertate ditaremur. Cum enim mortalitatem assumeret, mortémq. consumeret: in paupertate se ostendit. Sed diuitias dilatas promisit: non ablatas amisit.

XX. *Ex lib. De gestis Pelagii:*

Idem Rom.9.

Neque enim nesciebat quid loqueretur tantus Apostolus, qui duo testamẽta in ancilla & libera allegorica significatione distincta esse dicebat; veteri filios carnis, nouo filios promissionis attribuens. Non qui filii carnis, inquit, hi filii Dei: sed filii promissionis deputantur in semẽ. Filij ergo carnis pertinẽt ad terrenam Hierusalem, quæ seruit cum filiis suis: filij autem promissionis ad eam quæ sursum est liberam, matrem nostram, æternam in cælis. Vnde perspicitur qui ad regnum terrenũ, & qui pertineant ad regnum cælorum. Istam distinctionem qui etiam illo tempore per Dei gratiam intelligentes filij promissionis effecti sunt, noui Testamenti hæredes in occulto Dei consilio deputati sunt, etiam si vetus testamentum pro temporum distributione diuinitus datũ populo veteri congruẽter ministrauerunt.

Ex eodem lib. De gestis Pelagij.

Idem Beda. Gal.4.

In illo Testamento quod propriè vetus dicitur, & datum est in monte Sina, nõ inuenitur promitti appertissimè, nisi terrena felicitas. Vnde illa quo est populus introductus per eremum, terra promissionis, in qua pax & regnum, & ab inimicis victoriarum reportatio, & abundãtia filiorum, ac terrenorum fructũ, & si quid huiusmodi. Hæc sunt promissa veteris testamenti: quib. etiam figurantur ad nouum Testamentũ pertinentia spiritalia. Tamen qui propter illa terrena suscipit legẽ Dei, ipse est hæres veteris testamenti. Ea quippe secũdum vetus testamentũ promittũtur, atque retribuuntur, quæ secundum veterẽ hominem concupiscuntur. Quæ autem illic ad nouum testamẽtum pertinentia? Neq. enim nesciebat quid loqueretur tãtus Apostolus, qui duo testamenta. *&c. prout præcedente fragmento.*

Fragmentum ex lib. De Resurrectione mortuorum.

XXI. Beda Col.3

Mortificemvr, & resurgimus. Mortificatis ergo istis membris resurgimus in fide prius. Quomodo autẽ præcedit mors secundum spiritum, resurrectionẽ quæ est secundũ spiritum: sic præcessura est mors secundum carnem, resurrectionem quæ futura est secundũ carnem. Audi scripturam. Initium sapientiæ timor Domini. Cœpit ergo timere diem iudicij, timendo corrigit se, vigilat aduersus hostes suos, id est, aduersus peccata sua. Incipit reuiuiscere interius, & mortificare mẽbra sua quæ sunt super terram, sicut Apostolus Paulus dicit: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Spiritalia nequitiæ dicit membra super terrã. Nam sequitur & exponit. Auaritiam, immunditiã, & cætera quæ illic exequitur. Quantũ autem mortificat iste qui timere cœpit diem iudicij membra sua super terrã, tantum surgunt & corroborantur mẽbra cælestia. Mẽbra autem cælestia, omnia opera bona. Surgentibus cælestibus membris cœpit desiderare quod timebat. Timebat enim ne veniret Christus, & inueniret impium quem damnaret: desiderat vt veniat, quia inuenturus est quem coronet. Concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus.

Fragmentum Ser. De Agar & Ismaele.

XXII. Beda in fine cap.4. ad Gala.

Testamentvm vetus ad Iudæos propriè pertinet. Etenim carnalia beneficia promittebantur: quia spiritalia non capiebantur. Regnum illud terrenum, & vita terrena funditus deiecta, subiectioni inimicorum tradita. Totum carnaliter sperabant de Domino, & propter hæc seruiebant. Interrogentur Christiani, si modo nulli sunt tales. Tales ad vetus testamentum pertinent. Non enim nomen interrogo, sed vitam. De his talibus, hæresis, schisma. Fugit à facie Saræ illa: & affligebat Sara illam. Quid mirandum? Affligebat* illam corporaliter. Sed quid afflictionis passa est pars Domini? Propter superbiam suã Agar passa est ancilla Saræ. Audiat Agar vocem angeli, Redi ad dominam tuam. Sed sicut tũc qui secundũ carnem natus est, persequebatur eũ, qui secundũ spiritũ: ita & nunc. Non inuenimus corporaliter persecutũ Isaac ab Hismaele. Quia dixerit Apostolus persecutionẽ, nota ibi vbi dixit, Sed sicut tunc ille qui secundũ carnẽ natus est, persequebatur eum qui secundũ spiritũ: ita & nũc. Sed quid ait scriptura? Eiice ancillã & filium eius: nõ enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ. Ergo vbi illud dixit scriptura ibi quæramus. Quid ait in Genesi? Et factum est cũ luderet Hismaël & Isaac, vidit eas ludentes. Quis persecutus est? Quem persecutus est? Ludentes eos vidit Sara, & ait: Eiice ancillam & filium eius. Quare? Quia vidit eos ludentes. Sed lusum illum Paulus persecutionem vocat: quia lusio illa illusio erat. Si illusio: seductio atque deceptio. Omnis lusus puerorum simulachrum est negotij maioris: & quando maior ludit cum minore, quasi vt seducatur, sciens se habere negotia alia quæ intendit, & simulat quædam puero, id est infirmo ludens cum illo. Maior erat Hismaël, & roboratur in malitia: sed ludens cum puero Isaac seducebat Isaac, & quasdam fraudes ludendi cum infirmo faciebat. Animaduertit mater lusum illum esse persecutionem. Si intelligit mater lusum illum, intelligit Ecclesia lusum illum. Sara dixit: Eiice ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ meo Isaac. Et Ecclesia dicit: Eiice hæreticos & filios eorum: non enim hæredes erunt hæretici cum Catholicis. Sed quare non erunt hæredes? Nónne de semine Abrahæ natis? Et quomodo baptismum Ecclesiæ habent. Baptismum habent: hæredem faceret semen Abrahæ, nisi ab hæreditate superbia excluderet. Eodem verbo nasceris, eodem sacramento; sed ad eandem hæreditatem non peruenis, nisi ad Ecclesiam Catholicam reuersus fueris. Ex semine Abrahæ nasceris, sed filius ancillæ foris es propter superbiam.

Gen.15.

Erexit Hismaël ceruicem, voluit seducere fratrem suum ludens cum illo. Magnum ibi sacramentum, ludebant simul Hismaël & Isaac: vidit illos Sara ludentes, & ait Abrahæ: Eiice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et cum contristatus esset Abraham, confirmauit ei Domini dictum vxoris eius. Iam hic manifestum est sacramentum, quia nescio quid futurum parturiebat illa res gesta. Ludentes vidit & dicit: Eiice ancillam & filium eius. Quid est hoc fratres? Quid enim mali fecerat Hismaël puero Isaac, quia ludebat cum illo? Sed illa lusio illusio erat: illa lusio deceptionem significabat. Nam magnum sacramentum attendat charitas vestra. Persecutionem illam vocat* Apostolus illusionem ipsam. Ipsum lusum persecutionem vocat. Ait enim: Sed sicut tunc ille, qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc, id est, qui secundum carnem nati sunt, persequuntur eos qui secundum spiritum nati sunt. Qui sunt secundum carnem nati? Dilectores mundi, amatores sæculi. Qui sunt secundum spiritum nati? Amatores regni cælorum, dilectores Christi: desiderantes vitam æternam, gratis colentes Deum. Ludunt, & dicit Apostolus persecutionem. Nam posteaquam dixit Apostolus hæc verba, Sed sicut tunc ille qui secũdum carnem natus erat persequebatur eum qui secũdum spiritum, ita & nunc: secutus est, & ostendit de qua persecutione diceret. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Quærimus vbi hoc dicat scriptura: vt videamus vtrum aliqua persecutio præcesserit Hismaëlis in Isaac: & inuenimus hoc dictum esse à Sara, quando vidit pueros ludentes simul. Quam lusionẽ dicit scriptura vidisse Saram, hanc persecutionem ait Apostolus. Plus ergo vos persequuntur, qui vos illudendo seducunt.

August. tom. 10.

XXIII. *Ex Ser. De verbis libri Ecclesiastici.*

V.Beda. 1.Thes.3.

Admonemvs charitatem vestram, & vos exortamur in Domino: præsentia contemnatis fratres mei, quæ non vobiscum moriendo portatis. Caueatis peccata, caueatis iniquitates, caueatis seculares cupiditates. Tunc est enim fructus noster in vobis integer, & merces nostra apud Deum plena gaudiorum. Nam & si dicimus quod dicendum est, & si prædicamus quantum prædicandum est, & soluimus nos apud Dominum in conspectu Domini, quia non tacuimus quod timemus, non tacuimus quod amamus, vt super quem venerit gladius vindictæ Dominicæ, quid speculatori imputet non inueniat: tamen nolumus mercedem nostram securam esse vobis perditis, sed vobis inuentis. Nam & Apostolus Paulus securus erat de mercede sua: & tamen quid ait populo? Nunc viuimus: si vos statis in Domino.

XXIIII. *Ex sermone de Psalmo II.*

V Beda. Ephes.4.

In sacramẽto dictum accipitur: *Non occidat sol super iracundiã vestram: neque detis locum diabolo.* Intelligitur autem nõ de isto sole qui habet quandam claritatem inter cælestia visibilia, qui cõmunitur videri potest, & à nobis, & àbestiis: sed de illa luce quã non videt nisi corda fideliũ, sicut dictum est, Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc enim lumen visibilis solis etiam pecora minutissima & breuissima illuminat. Est ergo lumen verum, iustitia atque sapientia, quod desinit mens videre, cum perturbatione iracundiæ fuerit tanquam nubilo superata: & tunc occidit sol super iracundiam hominis.

Ioan.1.

XXV. *Ex Ser. De Psalmo 25.*

V.Beda. Ibidem.

Intelligitvr quidem & secundum tempus. Quia si ex ipsa conditione & infirmitate mortalitatis quam portamus, subrepit ira Christiano, nõ debet diu teneri & fieri pridiana. Eiice illam de corde antequam occidat lux ista visibilis: ne te deserat lux illa inuisibilis. Sed & aliter melius intelligitur, quia noster sol iustitiæ & veritatis Christus est: cuius veritate anima humana illustratur, ad quem gaudent angeli prospicere: hominum autem infirmitate acies cordis etsi trepidant sub radiis eius, ad eum tamen contemplandum per mandata purgantur. Cùm ipse sol cœperit in hominem inhabitare per fidem, nõ tantã in te videat iracundiam quæ nascitur, vt occidat sol super iracũdiam tuam, id est, deserat Christus mentem tuam: quia nõ vult habitare cum iracundia tua.

Ex Sermone de verbis Euangelij, Noli me tangere, nõdũ enim ascendi ad patrem.

XXVI. Ioan.20.

V.Beda. Philip.2.

Ipse est Christus & factor & factus. Vide factorem, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. Vide factum, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videmus ergo Iesum Christũ & Deum & hominẽ: Christum & factorem rerũ, & factũ in rebus: Christũ & factorem

creatorem hominis, & creatum hominem. Deus Christus æqualis est patri. Tantus est quantus ille. Talis est qualis ille. Hoc est quod ille. Nō hic est quod ille: hoc est quod ille. Ille Deus, & ipse Deus. Ille omnipotens, & ille omnipotens. Ille immutabilis, & ille immutabilis. Hoc est quod ille, non hic est, quod ille: quia ille pater, hic filius. Hoc quicunque nouit, illi ad patrem ascendit. Qui hoc non nouit: nondū illi ascēdit Christus ad patrem: paruulus cum illo est, in terra cum illo est. Æqualis omnipotenti nondum illi est: proficienti ascendit, & cum illo qui proficit ascendit.

Quid est ergo, Noli me tangere? Tactus fidem significat. Tangendo enim acceditur ad eū qui tangitur. Mulierem illā videte quæ fluxū sanguinis patiebatur: dixit in corde suo, Sanabor si tetigero fimbriam vestimenti eius. Accessit & tetigit: Sanata est. Quid est accessit & tetigit? Propinquauit & credidit. Vt sciatis eam credendo tetigisse, Dominus dicit, Tetigit me aliquis. Turba ista premere nouit: tangere non nouit. Constat hoc eum significare voluisse dicendo: quis me tetigit? Tetigit me aliquis. Vt illum tactum fidem eradamus esse tangentis, vel potius credentis accessum. Quid sibi ergo vult, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum? Quod me vides, hoc me putas, Nondum ascendi ad patrem: hominem me vedes, hominem solum me putas. Sum quidem homo, sed non hic stet fides tua. Noli me tangere sic, vt tantummodo hominem credas. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendo ad patrē meum, & tange me, id est, profice, intellige me æqualē patri: & tunc tange, & salua eris. Noli me tangere. Nōdum enim ascendi ad patrem meum. * Quod descendi, vides: quod ascendi, nondum vides. Noli tangēdo terram, Memetipsum exinaniui formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus sum, & habitu inuentus vt homo. Hoc crucifixum est, hoc sepultū est, hoc resuscitatum. Illud autem, Cum in forma Dei essem nō rapinam arbitratus sum esse æqualis Deo nondum vides. Noli tangendo terram, cælū perdere: noli remanendo in homine, in Deum non credere. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem. Procedat Arrianus, prius procedat Fotinianus, hæretici qui Dominum Iesum nisi hominem omnino nō nouerunt. Homuncionistæ dicuntur isti hæretici. Homūcionistæ; quia non nouerūt Christum nisi hominem. Respondemus Fotiniano, Noli tangere. Quid est, Noli tangere? Noli sic credere: nondum tibi Christus ascēdit ad patrem. Procedat Arrianus; Ego, inquit, credo Deum Christum: sed minorem. Nec tibi adhuc ascendit ad patrem. Cùm ascendit ad patrem, extende te vt tangas. Extende te, tange Deum. Et ego, inquit, profiteor: sed alterius naturæ, & alterius substantiæ. Creatum: non per quem creata sunt omnia. Factum: non in principio verbum sine tempore. Adhuc ergo infra es: nondum tibi ascendi ad patrem. Vis ascendat tibi ad patrem? Crede: Cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Rapina non erat quia natura erat. Rapina vsurpatur: natura cognoscitur. In forma Dei non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Sic est natus, & semper natus. Et natus, & semper natus, & sine initio natus. Tu quid dicis Arriane? Erat tempus quando non erat filius. Vide quia nondum tibi ascendit ad patrem. Noli tangere, noli sic credere: non est tempus inter patrem & filium. Genuit pater: natus est filius. Sine tempore ile genuit, sine tempore natus est: per quem facta sunt tempora. Sic tange, & ascendit tibi ad patrem verbū, sed coæternum Deo. Sapientia Dei, sed sine qua nunquam fuit pater. Respondere tibi habet caro tua, & confabulatura tecum, & dictura tibi in tenebris, Quomodo natus si sic fuit? Tenebræ tecum loquuntur. Exponatur mihi clamas, clamo, exponatur mihi. Quid tibi exponatur? Natus est, aut non natus? non enim esset filius, nisi natus. Si ergo natus est, fuit tempus quando non erat. Falsum est hoc. Terra loqueris, de terra loqueris. Expone ergo mihi, ait: quomodo natus, si semper fuit? Non expono, non expono, non possum; non expono: sed pro me prophetam oppono, Generationem eius quis enarrabit? Esa. 63.

Fragmentum SERMONIS D. AVGVSTINI, XXVII.
De verbis Apostoli ad Galatas 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c. Ex vener. Beda in Epist. ad Galatas cap. 6. & ex sermone, imò fragmine sermonis decimi quinti per Parisienses additum.

MIHI *autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Poterat dicere in sapientia Domini nostri Iesu Christi, & verum diceret: in maiestate, & verum diceret: poterat in potestate, & verum diceret. Sed dixit in cruce. Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit: non contemnendo vile inuolucrum peruenit ad pretiosum inuolutum. Absit, inquit, mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Bonam sarcinam sustulisti, ibi totum est quod quæsisti, & quid ibi magnum lateret ostendisti. Quale adiutorium. *Per quem mihi*, inquit, *mundus crucifixus est, & ego mundo.* Quando tibi crucifigeretur mundus, nisi pro te crucifigeretur per quem factus est mundus? Ergo qui gloriatur, in Domino glorietur. Quo Domino? Christo crucifixo. Vbi humilitas, ibi maiestas: vbi infirmitas, ibi potestas: vbi mors, ibi vita. Si vis ad illa venire, noli ista contemnere. Hæc est Christiana doctrina, humilitatis præceptum, humilitatis commendatio, vt non gloriemur nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Capi. Gal.6. Ibidem. 1.Cor.1.

NAM non est magnum in Christi sapientia glorari; magnum est in cruce Christi gloriari. Vnde tibi insultat impius, glorietur inde pius: vnde tibi insultat superbus, inde glorietur Christianus. Noli erubescere de cruce Christi. Ideo in fronte tanquam in sede pudoris signum ipsum accepisti. Recole frontem tuam, ne linguam expauescas alienam. Signum veteris testamenti, Circumcisio in latenti carne: signū Noui Testamenti, Crux in libera fronte. Ibi enim occultatio est, hic reuelatio. Illud est sub velamine, hoc in facie. Quandiu enim legitur Moyses, velamen super cor eorum positum est. Quare? Quia non transierunt ad Christum: Cùm enim transieris ad Christum, auferetur omne velamen: vt qui habebas in occulto circumcisionem, in fronte portes carnem. Nos autē reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem, inquit, imaginem transformamur de gloria in gloriam tanquam à Domini spiritu: Ne tibi tribuas, ne hoc tuum putes, ne ignorans Dei iustitiam, & tuam volens constituere, iustitiæ Dei non sis subiectus. Capi. 1. Crux Christi cur in fronte. Signū veteris testamenti, circumcisio: Noui Testamentisignū, Crux Christi. 1. Cor. 3.

TRANSI

Cap. III. TRANSI ergo ad Christum, ô qui gloriaris de circumcisione. Inde enim vis gloriam habere quod verecundaris ostendere. Signum est, verum est. A Deo præceptum est, sed occultationis signum est. Nouū enim Testamentum in veteri velabatur: vetus testamentum in nouo reuelatur. Ideo signum ab occulto transeat in manifestum, & incipit esse in fronte quod latebat sub veste. Nam in eo signo Christum esse prænunciatum quis ambigat? Inde cultellus petrinus: petra autem erat Christus. Inde octauus dies circumcisionis, Dominicus resurrectionis. Ideo Apostolus inde transiens, inde veniens, transiens scilicet ad Christum vt auferatur velamen, nouit vnde glorietur. Mihi autem, inquit, absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. B Quid enim prius dixerat? Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, vt in carne vestra glorientur. Tu quid Apostole? Transfer signum ad frontem. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. * Hic habeo, inquit, quod ignorabam. Venit Testamentum Nouum, reuelatum est quod occultabatur: Qui sedebant in vmbra mortis, lumen ortum est eis: reuelatū est eis quod occultabatur, quod latebat in aperto est. Venit ipsa petra, omnes nos spiritu circumcidit, & suę humilitatis signum in redemptorum fronte defixit. 1. Cor. 10. Galat. 6. al. hic. Esa. 9.

CAPI. IIII. IAM gloriatio in cruce sit Christi: non nos pudeat humilitatis excelsi. Quandiu discretio ciborum, & carnis circumcisio, quorum Deus venter est, & gloria in pudendis eorum: Illis futura prænunciabantur, iam facta credantur. Non simus ingrati ei qui venit, si expectauimus vt veniret. Sed vnde Iudæi ab hac gratia extorres, alieni, fugitiui? Quia zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Quam scientiā? Ignorantes, inquit, Dei iustitiam, & suam volentes cōstituere: non tenentes Deum nisi in præceptis, & suis viribus se arbitrantes implere posse præcepta, adiutorium deuitarunt. Finis enim legis Christus, perfectio legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Et quid facit Christus? Iustificat impium. Credendo quippe in eum qui iustificat impium, non pium, sed impium; faciens pium quē reperit impium. Credēti ergo in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, tanquam ipse fecerit, tanquam sibi hoc ipse præstiterit: habet gloriam, sed nō apud Deum. Qui autem gloriatur, in Domino glorietur, & securus dicat, In tua iustitia erue me, & exime me. Eruit enim & eximit in se sperantes: non suis viribus, quod acceperant, tribuentes. Philip. 3. Rom. 10. Ibidem. Rom. 4. 1. Cor. 1. Psal. 30.

ET hoc ipsum enim est sapientiæ, scire cuius est donum. Quis hoc dixit? Qui rogauit Deum, vt daret illi continentiam. Quæ iustitia, quæ particula iustitiæ impleri potest sine aliqua continentia? Delectat enim peccare: nam si non delectaret, non fieret. Minus autem delectat iustitia, aut non delectat, aut minus quàm dignū est delectat. Vnde hoc nisi de lāguoribus animæ? Panis in fastidio est, & delectat venenū. Vnde iste languor sanabitur, obsecro vos? Itáne à nobismetipsis & per nosmetipsos, qui omnes idonei fuimus vulnerare nos? Quis nostrum idoneus est curare quod fecit? Sic & in ipsis delictis, quis non cùm voluerit vulnerat se? sed nō quis cùm voluerit sanat se. Sit ergo animus pius, sit fideliter Christianus, sit gratiæ non ingratus. Agnoscatur medicus, nunquam se sanat ægrotus. CAP. V. Sap. 8.

August. tom. 10.

FINIS FRAGMENTORVM.

APPENDIX
AD TOMVM DECIMVM
DIVI AVGVSTINI
COMPLECTENS

De reuelatione protomartyris Stephani, Auitum, Lucianum, & Euodium, Appendicem sermonum, Sermones ad fratres in eremo.

DE REVELATIONE ET RELIQVIIS PRIMI MARTYRIS STEPHANI, TRACTATVS ALIQVOT.

CENSVRA.

De subsequenti reuelatione Reliquiarum beatissimi protomartyris Stephani & aliorum sanctorum, vide D. Augustinum Tract. 120. in Euangelium sancti Ioannis, & sermone 1. de diuersis. Gennadium quoque de scriptoribus, in Luciano, Auito & Orosio. Venerabilem Bedam hanc Reuelationem allegat & commendat libro Retractationum in Acta Apostolorum Cap. 5. & 8. Item lib. De temporum ratione. Consule itidem Nicephoro Callisto Ecclesiasticam historiam lib. 14. cap. 9.

Epistola Auiti presbyteri de reliquiis beati protomartyris Stephani.

Al. Tranſmiſi.

BEATISSIMO dilectissimóque semper in Domino papę Balchonio atque vniuerso clero & plebi Ecclesię Vracarēsi, Auitus presbyter salutem in Domino ętternam. Memores esse mei vos cupio & deprecor, sicut & ego inquantum valeo memoriam vestri habere nō cesso, tribulationibus vestris meo dolore cōpatiens, & pro dissidio patriæ vestræ in locis sanctis incessabiles lachrymas fundēs: vt aut vobi Dominus restituat libertatē quos admonere voluit: aut illis tribuat mansuetudinem quos prędicare permisit. Et ego quidē beatissimi fratres, teste Domino nostro Iesu Christo loquor, frequenter volui venire ad vos, vt vobiscū vel mala tolerarem vel bonis fruerer: sed impeditum est desiderium meum, per totas iam Hispanias hoste diffuso. Veritus enim sum, ne & sancta loca relinquens, & ad vos fortè non peruenięs, vbicūque interceptus, irrationabilis audacię pœnas luerem. Sed quoniam misericors Deus meo voto vestrōque merito prouocare dignatus est, indulgentię suę gratiā, primùm vt dilectissimus filius & cōpresbyter meus Orosius vsque ad has partes ab Afficanis episcopis mitteretur, cuius mihi charitas & cōsolatio vestrā omniū prę sentiam reddidit. Deinde vt in diebus ipsis quibus iam ipse reditū incredibili desiderio parabat, beatus & verè sanctus corona glorię nostrę in Christo Iesu primus Martyr Stephanus se reuelare & manifestare signis & virtutibus euidētissimę sequētibus dignaretur: quē ego tantarum rerum ordinatoris Dei occasione perceptum, dignius duxi charitati vestrę prēmittere, vt ipse præsens aduocatus & patronus obsequētiū sibi petitionibus dignetur assistere, qui cùm pateretur etiā pro inimicis orare dignatus est. Itaque beatissimi dilectissimique fratres, memoriā vestri incessabiliter agens, & tam congruentē ordinātis Dei dispositionem promptus fui de presbytero cui reuelatum fuerat, partem aliquā inuenti corporis promereri, quam festinato expetitam secretò quę perceptā ad vos dirigere non dissuasi. Quamobrē misi vobis per sanctum filium & compresbyterū meum Orosium, reliquias de corpore beati Stephani primi Martyris, hoc est puluerem carnis atque neruorum, & quod fidelius certiūsque credendū est, ossa solida, atque manifesta sui sanctitate nouis pigmētis vel odoribus pinguiora. Vt autē nulla possit esse dubitatio, ipsam ad vos subditā scriptis meis, sancti presbyteri cui hæc reuelata sunt, epistolā cōscriptionēmque transmisi, quam me pro fide veritatis plenius cognoscendæ rogante & experente dictauit Græco primū ipse sermone, sed per

Orosius presbyter.

Actor 7.

Reliquiæ S. Stephani.

Luciani.

A me postea in Latinum versa est. Quæ & vos sancti & beati fratres quā veraciter gesta sunt, tā fideliter suscepta habeatis imploro. Certus sum enim quia sicut ipse beatus Martyr dignatus est nunciare, & pro salute mūdi periclitātis se manifestare, auxilio & prę sentia tanti patroni, si vos tale pignus digno studio diligatis, tuti ex hoc quietiq; viuatis. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & sancti spiritus vobiscū dilectissimi in Domino. Amē.

Epistola Luciani presbyteri de reuelatione beati Stephani & aliorum sanctorum.

Vide Nicetæ Orationem de Martyrio & inuentione sancti Stephani, apud Metaphrasten.

LVCIANVS misericordia Dei indigens & omnium hominum minimus presbyter Ecclesię Dei quę est in villa Caphargamala in territorio Hierosolymorum, sanctę Ecclesiæ & omnibus sanctis qui sunt in Christo Iesu in vniuerso mūdo, in Domino salutem. Visio quæ apparuit meæ pusillitati à Deo ter, de reuelatione reliquiarum beati & gloriosi protomartyris Stephani & primi Diaconi Christi, & Nicodemi qui in Euangelio scriptus est, & Gamalielis qui in Actibus Apostolorum nominatur, necessariū duxi vestræ in Christo dilectioni imploratus ac magis iussus à sancto & Dei cultore patre Auito presbytero, vt secundum fidem consummatam interroganti quasi filius obaudiens, sicut cognouī cum omni simplicitate impiger, integrè indicarem omnem veritatem. Die igitur Parasceue, hoc est sexta feria, tertio nonas Decembris consulatu Honorij Decies, & Theodosij Sexies Augustorū, adueniente nocte dormiente me in cubili meo, in loco sancto baptisterij, in quo cōsuetudo mihi erat dormire, & custodire Ecclesiastica quæ erāt in ministerio, hora tertia noctis quæ est prima custodia vigiliarum, quasi in extasi effectus semiuigilās, vidi virū senem, lōgum, leuoprepen, hoc est dignum sacerdocem, canum, barbam prolixam habentem, palliatum alba stola, cui inerant gemmulę aureæ habentes intrinsecus sanctę crucis signum. Et virgam auream in manu tenens, venit & stetit ad dexterā meā, & aurea virga pulsauit me, ter vocans me nomine meo dicēs: Luciane, Luciane, Luciane. Et dixit mihi Græco sermone, Vade in ciuitatem quæ dicitur Helia, quę est Hierusalē, & dic sancto Ioanni qui est in ea episcopus: Quamdiu clausi sumus & nō aperis nobis? Et maximè quia in tēporibus tui sacerdotij oportet nos reuelari? Aperi nobis festinātēr monumētum vbi in neglētia positę sunt reliquię nostrę, vt per nos aperiat Deus, & Christus eius, & spiritus sanctus ostiū clemētię suę in hoc mūdo. Periclitatur enim sæculum ex multis casibus qui fiūt in eo quotidie. Et non tantum sollicitus sum pro me, quantū pro his qui sunt mecum positi sancti & multi honoris digni. Et respōdi ei dicens, Quis enim es tu Dñe, & hi qui tecum sunt? Respōdit mihi. Ego sum Gamaliel qui Paulum apostolū Christi nutriui, & legem docui in Hierusalem. Et qui mecum in oriētali parte monumenti iacet, ipse est Dominus Stephanus, qui lapidatus est à Iudæis & principibus sacerdotū in Hierusalem pro Christi fide foris portam quę est ad Aquilonem quę ducit ad Cedar. Ibi die, ac nocte iacuit proiectus, vt sepulturę non daretur, secundum mandatum impiorum principū, vt à feris consumeretur corpus eius. Ex Dñi autē voluntate nō tetigit eū vnum ex his, non fera, non auis, non canis. Ego Gamaliel compatiēs Christi ministro, & festinans habere mercedem à Dño, & partem cum sancto viro fidei: misi per noctē quantos poterā religiosos Christianos, & in Christo Iesu fideliter credentes, habitantes Hierusalē in medio Iudęorū, & hortatus sum eos, & necessarias substātias ministrauī, ac persuasi illis ire occultèvt portarent corpus eius meo vehiculo in villam meā, hoc est in Caphargamalam quod interpretatur villa Gamalielis, viginti milia habens à ciuitate, & ibi feci illi planctū fieri diebus septuaginta, & poni eū in meo monumēto nouo in oriētali theca, & prēcepi meis vt quęcunque necessaria erant pro eius plāctu de meo darent. Ipse etiam Dñs Nicodemus in alia theca positus est, qui venit ad saluatorem Iesum nocte, & catechizatus est ab eo, audiens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnū cœlorū. Et iens baptizatus est à Christi discipulis. Et cognoscentes Iudæi amouerūt eū à principatu suo, & anathematizauerunt eū, & de ciuitate exiliauerūt. Hunc ego Gamaliel quasi persecutionē pro Christo passūm sustuli eū in meū agrū, & alui & vestiui vsque ad finē vitæ eius, & defunctum honorificè sepeliui iuxta Dñm Stephanū. Similiter & Abibas filius meus dilectissimus, qui mecum baptismum Christi accepit ab eius discipulis, viginti annorū existēs, ante me mortuus est, in tertia theca excelsiori iacet, in qua & ego ipse postea defunctus, sum applicitus. Mea verò vxor Ethna habēs nomē, & Sedamias primogenitus meus, quia noluerūt esse Christi fidei cultores in alia villa matris suæ sepulti sunt, hoc est in Capharsemelia. Interrogaui autē ego humilis Lucianus presbyter dicens, Vbi vos quæremus? Qui dixit in medio proastio, quod potest intelligi suburbano proximus de villa ager qui dicitur delagabri, id est, virorū Dei. Et euigilaui, & deprecatus sum Dominum dicēs, Dñe Iesu Christe si est hæc visio ex te, & non est illusio, fac vt iterū & tertio appareat mihi quando vis, & quomodo vis. Cœpi ergo ieiunare, & siccas escas sumere vsque ad aliam parasceuē. Et iterū Dominus Gamaliel eadē similitudine, eodémq. schemate apparuit mihi sicut in prima visione dicēs, Quare neglexisti ire & dicere S. episcopo Iohānī? Et ego respōdi, Tumuī Dñe mox ire à prima visione & hæc nunciare, ne videret seductor esse. Deprecatus sum autem, vt si à Dño missus fuisses ad me, denuò ac tertio appareres mihi. Dixit autē ad me, Adquiesce, adquiesce, adquiesce mihi. Et iterū ait mihi, Quomodo requisisti de reliquiis singulorum quomodo & vbi positę sint: appone sensum & vide diligenter quę ostenduntur tibi. Et dixi, Etiam Dñe. Et statim attulit quatuor Calathos, tres aureos, & vnum argenteū. Tres eorum pleni erāt rosis. Duo albas rosas, Tertius rubicundas habebat coloris sanguinei: Quartus verò Calathus qui erat argenteus plenus croco bene olenti. Et posuit eos ante me. Et ego dixi ei, Quid sunt isti Domne? Et dixit mihi, Lypsana nostra sunt. Qui rubras habet rosas, ipse est Dominus Stephanus, qui à dextris positus est ad orientē ab introitu monumēti. Secūdus Calathus Domnus Nicodemus est positus cōtra ostiū, † Tertius ille argēteus Abibas est filius meus de vtero testimonij. i. iteratus in lege & immaculatus ex vtero matris suæ excessit è mundo, propterea in similitudinē argenti mundissimi apparuit. Nunquid non vides crocū qui in ipso est, suauissimi esse odoris? Et ipse cōiunctus est meo calatho in excelso loco, vbi ambo positi sumus quasi gemini. Et cū hæc dixisset, denuo ex oculis meis euanuit. Cūq, expergefactus fuissem, gratias egi Deo omnipotēti & cōfuetis ieiuniis operā dedi vsq. ad tertiam reuelationē. In tertia igitur septimana eadē die & hora, venit supradictus vir cōminans & fremebūdus, & dixit mihi, Quare vsque nūc diffimulasti & noluisti pergere & dicere episcopo Iohāni quæ tibi dicta sunt & ostensa? Quā excusationē habebis apud Deū, aut quā veniā pro hoc contēptu sperabis in die iudicij? Nunquid nō vides quanta siccitas est & tribulatio in toto mūdo, & tu negligēter agis? Nunquid nō cōfideras quia multi meliores te sint per eremū sancti viri quos prętersiūtes per te voluimus innotescī? Ideo namq. te ex alia in hac villa voluimus esse sacerdotē, vt per te manifestaremur. Exurge igitur & vade, & dic illi, vt apeiiat nobis & faciat locū Orationis vt intercessione nostra misereatur Dñs populo suo. Et cū ad verba eius intremuissem, dixi: Nō negligens fui Domne mi, sed præstolabar tertiū aduentū tuū. Nunc verò sine, craftina die pergā, & omnia quæ mādasti mihi dicturus. Et cū indignās aduersum me staret, videbar mihi quasi in altero mētis excessū deuenisse Hierosōlymis, & quasi in cōspectu astarem episcopo Iohanni narrans ei omnē visionē. A quo videbar audire. Si hæc sic se habēt vt dicis charissime, & Dñs tibi reuelauit hæc tēporib. nostris, oportet me colligere de possessione illa bouē illum maximū aratorē qui & carro & aratro aptus est, & dimittere tibi possessionē cum omnib. cæteris. Ad quem aio, vt quid mihi possessio Domne mi, si nō habeo bouē per quē regatur & arcetur possessio? Et dixit mihi Episcopus, Ita placuit charissime, quoniā ciuitas nostra vehiculis ministratur, & vnū bouē illum maximū ad carrū minus habemus, quē tu diceris in possessione tua celare. Oportet nāque vt in ciuitate celeberrima sit magis quā in paruula possessione. Nunquid nō tibi sufficiūt duo residui boues minores ad excolendā terrā vehiculi tui? Cūmq. hoc in extasi, hoc est in excessu mētis audissē, statim expergefactus benedixi Dñm, & perrexi ad ciuitatē ad sanctū Ioannē episcopum. Et cū illi omnia quę viderā nunciassem, reticui de visione bouis expectās quid audirē ab eo. Intellexerā enim quia sanctus Stephanus ipse esset bos maximus, quia carri illi de quib. dicebat sanctæ essent ecclesię, & Siō prima ecclesia, ipse esset carrus maior. Et quia habebat S. episcopus à me petere benedicti Stephani reliquias, ideo de visione bouis episcopo dicere nolui. Cūmq, hæc audisset Ioānes episcopus lacrymatus est præ gaudio, & dixit: Benedictus Dñs Deus filius Dei viui. Si hæc vt dicis charissime & audisti, & Deus tibi reuelauit, oportet me inde transferre beatū Stephanū primū Martyrē & Archidiaconum Christi, qui primū aduersum Iudæos Dominica bella bellauit, & Deū in sua maiestate in terris positus in cœlo vidit stantē, & tanquā angelus in cōcione hominū apparuit. Hæc autē omnia vt vidi, ita euenerunt, & cōsona sibi apparuerūt vniuersa. Dixit autem mihi S. episcopus, Vade fode in aceruo qui est in ipso agro. Et si inueneris nuncia mihi. Et ego dixi ei, Perambulaui agrū, & vidi aceruū minutorum lapidū in medio vbi arbitratus sum eos esse. Et dixit mihi papa: Iā dixi tibi, vade fode: & si inueneris sedēs custodi locū, & māda mihi per Diaconū vt veniā ad locū. Et ita me dimisit. Et cū venissem in villā, misi prēcones vt omnes habitatores villæ diluculo cōsurgerent & fodērēt in aceruo. Eadē verò nocte apparuit ipse Dominus Gamaliel euidā monacho nomine Nugetio innocenti & simplici viro eadē similitudine qua mihi apparuit, & dixit ad eū, Vade dic Luciano, presbytero. Vanè laboras in aceruo illo, modò ibi nō sum, sed tū ibi positi fuimus cū lamentarētur nos secundū cōsuetudinē antiquorū, propter quod ibi aceruus in testimoniū plāctus factus est. Sed quēre nos in alia parte quę est Borā & loco qui dicitur Syra lingua, Dabar alia, quod interpretatur in Græco Andrō agathō, quod nos possumus dicere virorū fortiū. Diluculo verò cōsurgens ad hymnos, inueni monachū prædicantē omnib. fratribus. Hymnis deinde dictis cœpi dicere, Eamus ad aceruū illū & fodiamus in illo. Tunc quidā dixerunt mihi, Audi primū quid dicat monachus Nugetius. Et aduocato monacho Nugetio, exquisiui ab eo quid esset quod vidisset. Ille autē vniuersa signa quæ viderā Domni Gamalielis dixit mihi, & quemadmodū vidisset cōtra austrū agrum situ & monumentū in eo quasi neglectū & ruinosum, vbi vidisset tres lectos aureos stratos, & vnū ex eis altiorē cęteris in quo erāt duo iacētes, vnus senex & vnus iuuenis, & in aliis duo b. lectis erāt singuli. Et respōdit qui erat in excelsiori lecto, & dixit mihi: Vade, dic presbytero Luciano, quoniā nos Domni loci istius fuimus. Si vis magnū & iustū inuenire, ipse ab orientali plaga positus est. Et hæc audiēs à monacho glorificaui Dñm, quoniā inuētus est alius testis in reuelatione. Nos igitur iuimus ad aceruum, & fodiēres nihil inuenimus. Conuertimus autē nos ad monumentum illud vbi monacho ipsa nocte apparuerat, & fodiētes inuenim tres Thecas, secundū quod apparuerat mihi in typo calathorū. Inuenimus igitur altissimis literis scriptum lapidē obrutum, habentē, kcayea, celiel, quod interpretatur seruus Dei, & apaan, dardan, quod interpretatur Nicodemus, & Gamaliel. Hoc interpretatus est papa Ioannes, sicut audiui ab ipso S. episcopo. Statim ergo renūciaui episcopo cū esset in Lidda quę est Diospolis, synodū agēs. Qui assumpsit secū duos alios episcopos, Eleutherium de Sebaste, & Eleutheriam de Hiericho, & venerūt ad locū. Qui cùm aperuissent Domni Stephani Thecam, statim terrę motus

Vide Nicetæ Orationem de Martyrio & inuentione sancti Stephani, apud Metaphrasten.

Gamaliel.

V. Beda lib. Retract. in Acta Apost. Cap. 5. & 8.

Nicodemus. Ioan. 3.

Abbais.

Al. Tertius vero Calathus ipse est aureus. Quartus autem Calathus ille argenteus Abbais filius est meus, qui immaculatus ex vtero matris suæ excessit mundo.

sanctus est, & tanta suauitas & fragrãtia odoris inde egressa est, quantã nullus hominum se meminit vel audisse vel sensisse: ita vt putaremus nos in amœnitate paradisi esse positos. Multitudo nãque populi aderat nobiscum, inter quos erãt plurimi infirmi, variis lãguoribus. Et ipsa hora mox de odore suauitatis eius, sepuaginta tres animę curatę sunt. Ab aliis fugati dęmones, aliorũ fõs restrictus est lãguinis, alij à strumis & furũculis liberati, alij à stringio sanati, alij à tertianis & quartanis, alios febris reliquit, alios morb° regius, alij à cephalalgia curati, & hemicrania, nõnulli à viscerum occulto dolore liberati. Et multas alias curationes senserũt homines, quas enumerare longũ est. Et osculantes sanctas reliquias † ita clauserunt. Et tunc cum Psalmis & Hymnis portauerũt Reliquias beati Stephani in sanctã ecclesiã Siõn, vbi & Archidiaconus fuerat ordinatus: derelinquẽtes nobis de membris eius paruos articulos imò maximas reliquias terrã cũ puluere, vbi omnis eius caro absũpta est, cætera asportauerunt. Ex his ergo reliquiis trãsinisi beatitudini vestrę: quas cũ susceperitis, orate pro exiguitate mea, vt dignus inueniar in conspectu Dñi, fultus beatissimi Martyris Stephani meritis, & vestris orationibus. Trãslatæ sunt autẽ reliquiæ ipsius Martyris † octauo Calendas Ianuarij, & tunc in tempore iugis & infinita ficcitas erat: sed eadẽ hora pluuia magna descendit, & abundãter inebriata est terra, & omnes glorificabant ibi Dominũ propter sanctum eius Stephanum, & propter cœlestẽ eius thesaurum misericordiæ & pietatis, quem periclitanti sęculo aperire dignatus est Iesus Christus Dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

al. iterum.

al. septimo.

DE MIRACVLIS BEATISSIMI PROTOMARTYRIS STEPHANI, LIBRI DVO Euodij Episcopi Vzalensis.

PROLOGVS.

Tob. 12.

QVONIAM sanctus Raphaël angelus nos adhortari dignatur, vt opera Dei non tam in abscondito collocemus, quàm potius pro Dei gloria in aperto pandamus monens & dicens, Sacramentum regis bonum est abscondere, opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est: quia sicut cognitis fidem nõ adhibere infidelitatatis est, ita inuidentiæ est in ædificationem aliorum nolle cognita prędicare. Propterea beatissime papa Euodi, iussis paternitatis tuæ: studiosè obtemperare curaui, non tam fisus viribus meis, quàm adiutus gratia Dei & sanctis orationibus tuis: vt ea quę per patronum nostrum Stephanum primum Martyrem situm operatus est Christus apud nos, & adhuc operari dignatur, non maliuola taciturnitate supprimere, quo cæteri fraudarentur, sed magis pia deuotione narrare quo amici Dei gloria fraternis auribus intimetur: nec ingenio & lingua aliqua quasi exaggerare præualentes, sed ipsarum rerum veritatem prout Deus donauerit fideliter explicare cupiẽtes, vt ipsa nostra narratio non tam verborum pompam audeat quærere, sed potius mendaciorum fucum fudeat declinare, ita vt vbicunq. res postulauerit, ipsorum quoq. hominũ verba sicut ab eis dicta sunt simpliciter ponere non debeamus erubescere. Magis enim placent bonis & religiosis quæcũque dicuntur vera, etiam vitiosis verbis, quã falsa politis & ornatis verbis. Sanè non ob hoc nos quispiã arbitretur voluisse ista narrare, quasi aliquid nos glorię beato Martyri videamur præstare, quandoquidem illi nec tacendo demere, nec loquendo quicquam possumus conferre. Ipsa quippe virtutũ miracula nullo humanæ linguæ præconio indigent, tam vbique personantem exerunt tubam, sed tantum nostram deuotionem ad fratrum ædificationem pro recipiẽda obedientiæ mercede cum humilitate volumus demonstrare, metuentes quoque quod ab ipso Dũo legimus terribiliter dictum esse, Si vos tacebitis, lapides clamabunt. Quæso autem etiam vos omnes quotquot hæc audire vel legere piè ac religiosè volueritis, vt huius peccatoris vltimi, qui hoc in nomine Domini scripsit, semper in sanctis orationibus vestris meminisse dignemini: & si quid à nobis rusticiter profertur, non indigneminiʃed tantum quia veraciter dicitur, delectemini.

Lucæ 19.

LIBER PRIMVS.

Textus diuinorum operum quæ ostensa sunt per beati protomartyris Stephani venerabile meritum, mandata quoque notitiæ fidelium ab Euodio in Ecclesia Vzali, cuius vrbis pontificatum adhuc Hyrabat sacerdos dignissimus, Aurelio tunc tẽporis Augustino apud Hipponem Dominica sationis dispensatore constituto.

CAPVT I.

CVM igitur adhuc nullus saltẽ rumor esse potuisset quo ad nos indignos S. Stephani in martyrio primi confessoris Christi reliquię venturæ essent, non enim hoc fieri posse aut in cogitatione habebamus, aut suspicari poteramus: ecce ex anteriori tẽpore cœpit idẽ gloriosus quibusdã apud nos sanctis animis seipsum reuelare. Nã cũ quodã loco vel die sermo supradictarũ reliquiarũ ab his seruis Dei fieret qui easdẽ sibimet de orientis partibus missas nobis nescientib. habebant affuit in sermone quędã sacra famula Dei, quæ vbi hoc audiuit, vt euenire assolet, nõ facile credidit, & apud semetipsam tacitè dicere cœpit: Et quis scit si verè sunt Martyrum reliquiæ? Statim sequẽti nocte per somnium ampulla quædã eidem demonstratur intra se habens sanguinis quandã aspersionem & aristarũ quasi ossiũ significationẽ. Quam presbyter quidam manu tenens germano eius monacho illã prẽsente locutus est dicẽs, Vis scire quomodo Martyrũ probentur reliquiæ? Quo dicto ampullã eius iniecit ori, & mox flamma † sanguinis per aures eius atque oculos euomi cœpit. Hoc quomodo re ipsa manifestum sit dignanter accipite. Ampullam sicut oculis suis vidit ancilla Dei in somnij reuelatione, sic inter manus suas accepit postea sacerdos Dei in ipsius rei manifestatione, & quod illa quandam dubitationem prius in se habuit, eãdem nunc in quibusdam res manifestauit. Quod deinde ignis per ampullam aures atque oculos cõprehendit, quid aliud tunc præsignauit, nisi quod prædicatio sanctarũ reliquiarum perueniens ad os monachorũ, vnum corpus Ecclesiæ per audicum atque visum claritatis Dei igne succẽdit, vt omnes merito dicerent, Sicut audiuimus, ita & vidimus? Nec quod ille presbyter apparuit, qui ad os monachi ampullã applicuit quæ ignem emisit, inane fuit. Is enim erat qui nuper ex oriente rediens, & de sanctis reliquiis quas illic viderat in ore seruorũ Dei verbum ponens quasi ampullã admouit, & sancto igne succendit. Sed iam vellem ad euidentiora & manifestiora patroni Stephani transire miracula, nisi ad rẽ pertinere æstimarẽ, alterã adhuc sanctitati vestræ proferre visiõnẽ. Quam peto vt patiẽter & sicut arbitror, nõ infructuosè audire dignemini.

al. ignis.

Psal. 47.

CAPVT II.

Vbi virgini sanctus stephanus apparuit.

ALIA autem Virgo Sacra ad locum antiquorum Martyrũ in suburbio ciuitatis constituturũ, qui Felix & Gennadius nuncupantur, videbatur sibi iter facere per somniũ non ea via qua de ciuitate pergi assolet, compendiosa aliquãtulum de via & flexuosa. Per hanc videt adũctare innumeros populos gaudentes sanè atque psallentes & cæteros luminaria cum grandi celebritate gestantes, & quasi quendã candidatum comitantes eãque iteratis vocibus inclamantes, Cõfessor Christi, confessor Christi. Quem cum ad ecclesiã perduxissent atque super pulpitum eleuassent, videt eundẽ Paruulum subito manus extendisse, & ore proximo populis dixisse: Ecce habetis Martyrem. Mirabile dictu est quanta huius quoque visionis veritas cõfecuta est. Nec immeritò olim per prophetam diuina voce dictum est, Ecce dies veniunt dicit Dominus, & dabo de spiritu meo super omnem carnem & prophetabunt, & reliqua. Vnde etiam stella ad locum supradictorũ Martyrum ab his qui tunc in agro fuerunt occurrisse refertur. Nam si placet secũdę visionis fructum incipiamus ostendere. Igitur post quadraginta fermè dies ex quo ista reuelata sunt in loco memoratorum Martyrũ nostrorum, quo illa pergẽtem se viderat, susceptis ibi reliquiis, atque sacramentis fidelium celebratis, exinde cãtantes atque psallẽtes cum immensæ multitudinis choris ad ciuitatem regredi cœpimus, per illã verò viam quæ puellæ monstrata est. Portabantur autẽ S. episcopi gremio residentis vehiculo sanctę reliquię, velut ille Paruulus candidatus qui ab illa fuerat visus. In sui quippe corporis portione Paruulus ille cognoscitur cõfessor Christi. Dubitas an Martyr Paruulus sit? Nonne propter innocentiã infantulus, propter humilitatẽ putillus est? Ipse deniq. hymnus qui ore vniuersi populi cantabatur, id est, Benedictus qui venit in nomine Domini, quid aliud dum repetita voce cantaretur significasse intelligitur, nisi quod illa audiẽte dicebatur, Cõfessor Christi, confessor Christi? Iam verò sicut ostensum erat puellę, ita cereis luminaribũsq. fulgebãt. Eandem quoq. quam illa per visionẽ viderat, nos etiã intrauimus Ecclesiam. Vnũ aliquid vltimum de omni visione iam restat quòd puella Cõfessorem illum in pulpitũ leuatum fuisse conspexerat, & extensis manibus dicentẽ populis audierat: Ecce habetis Martyrẽ. Hoc quoque qualiter impletũ sit diuina procuratione dignemini accipere. Eodẽ namq. die quo ingressæ sunt Ecclesiã beati Stephani Sanctæ Reliquiæ, in ipso principio Canonicarũ lectionũ Epistola quoque ad nos delata cuiusdam S. episcopi, Seueri nomine Minoticẽsis Infinię, de pulpito in aures Ecclesię cũ ingenti fauore recitata est. Quæ cõtinebat gloriosi Stephani virtutes quas in insula memorata per prẽsentiam reliquiarũ suarum in salutem omnium

Martyru antiquissimorũ Felix & Gennadius.

Epistola Seueri episcopi, De gloriosis virtutibus ac miraculis S. Stephani.

omnium illic credentium perfecerat Iudæorum. Vnde ex hac recitatione talium factorum suorum tanquam extensione manuum suarum acclamantibus & exultantibus fidelibus ipse dicere videretur, ecce habetis Martyrem. Verum hæc dicta sunt, vt commendare fratribus aliquo modo possemus, quã non vtcunque & temerè, sed diuina dignatione ad nos quantumlibet homines peccatores Reliquiæ videantur peruenisse.

CAPVT III.

Di mulere cæca quæ pallam cum reliquiis contigit, & visum recepit.

NVNC ergo sicut promisimus ad notiora miracula veniamus. Cum igitur eiusdem diei vespere in loco Abfidæ super cathedram velatam essent Reliquiæ cõstitutę, mulier quædã nomine Hylara oculis capta, ciuibus nota panaria, excitata tanta gloria Martyris, fide & nulla incredulitatis dubitatione fluctuans, Qui enim hęsitat, inquit Apostolus Iacobus, ęstimabitur tempestati maris quæ à vento mouetur & circumfertur. Hæc itaq. in fide roborata, & in spe percipiendi luminis cõfirmata, ac diuinę gratię amore inflãmata, ad locum vbi erant reliquiæ, quo ipsa per se impedicẽtibusque carnis oculis corpore appropinquare non poterat, sed lucentibus oculis cordis spiritu iam peruenerat: rogauit quandam feminam religiosam, vt sibi manum daret, vnde lucem se recepturam esse confideret. Quo cũ alienæ manus officio deducta fuisset, pallã super Reliquias positam manu errabunda cõprehendit, statimque vtrisque suis luminibus applicauit, atque exinde nõdũ quidẽ corpore illuminata, sed iã luce fidei irradiata discessit. Nã gloriosi Martyris nomen nunc ore, nũc corde precando, etiam Christum Dominum non reticebat. Quæ cum domum suã fuisset reducta, & intra ipsos domesticos parietes ad euincẽdas cęcitatis tenebras, quasi aduersus Amalec hostem aduuante Iesu, continuata oratione pugnabat. Parum aliquid noctis transierat cũ ecce mulier ostij sui limen egressa, paulatim lumẽ cœpit recipere, ita vt parietes contra positos aspiceret, & silices platearũ visu discerneret. Statimque filium suum appellauit, atque his verbis alloqui cœpit: Fili, nõne isti parietes de domo infãtis vallici sunt? Ecce & silices de platea. Et dixit ei filius suus, vt quid mẽtiris? Putãs? quod tentando id diceret non videndo. Iterũ leuans oculos ad cœlum dixit, Ecce video, inquit, & lunã super theatrum adhuc dimidiam. Dixitque ei filius suus, Quare te faciebas non videre? Quasi nũquam antea mater cæca fuisset, sed potius cæcitatem finxisset. Illa autem altera die mane ad Ecclesiam nullo alio comitante, sed proprio lumine ducente perrexit. Laudes Amici Dei non abscõdit, quid in se mirabiliter gestum fuisset cõgratulantibus, & admirantibus fidelibus enarrauit. Hoc ergo primum notum est apud nos in adũctu Sanctarum Reliquiarum.

Iacob. 1.

Exodi 17.

CAPVT IIII.

De homine qui cadens pedem fregerat, & saluus factus est: & de multis qui à varus morbis curati sunt.

PER idem tempus quidam ciuitatis tonsor qui Concordius vocabatur pedem cadendo fregerat. Is diu lecto decũbens, variis doloribus cruciabatur. Cùm hinc cũ paupertatis cogitatio, inde paululum sollicitudo in tanto casus sui mœrore positum maceraret, ecce quadã nocte ipso quidem dormiẽte, sed non illo dormitante neque obdormiẽte qui custodit Israël, qui pusillum & magnum fecit, & æqualis illi cura est pro omnibus, videt per somnium perductum se in arduum quendam angustũmque cuiusdam montis ascẽsum, vnde esset nulla sibi facultas remeandi, nullus exitus euadẽdi. Ex quo quid aliud demonstrabatur ei, quã vt sciret atque intelligeret in angustiis pressũrarum suarũ non humanum, sed solius Dei deberi quęrere auxilium? Nãque apparuisse sibi ait quandam reuerẽti visu feminam, quæ sibi sic afflicto & dolorum amaritudine repleto, speciem fici traderet, per cuius dulcedinis significationẽ spiritualem gratię perciperet suauitatẽ. Vnde etiam fiduciam impetrãdi accipiens precibus insistebat, & sanitatem ab ea petebat. At illa quæ typum proculdubio gestabat Ecclesiæ, modò, inquit, accede ad sanctum Stephanũ, & faciet te sanum. Quod dictum facti fides est subsecuta. Nam cum illa discederet, & ipse postea dolens derelinqui se diceret, dimittis me & ducis te? ecce videt illam sicut illi promiserat accedentem ad sanctum Stephanum & pro se rogantem & dicentẽ his verbis: Rogo te per sanctitatem tuam cura illum. Misere filiorum eius, libera hominem innocentẽ de tribulatione sua. Tum illum qui rogabatur vidit ad se atque ad cubiculũ in quo iacebat ingredientem amictum veste cãdida, specie decora. Quem mox vt agnouit, vt ęgrotus medicum, egenus copiosum, supplex patronũ, his verbis cum lachrymis rogabat dicens, Carus Christi amicus cura me, Libera me de tribulatione, misere mihi, miserere filiis meis. Vix precator verba finierat, etiam precũ exauditor precibus respõdebat dicens, Surge, saluus factus es. At ille statim in sermone iubentis tanquã qui dormiens corpore, sed spiritu vigilans audisset, cõtinuò de lecto exiliuit, & ante lectum suũ firmis gressibus incedere cœpit, ac sic verbũ illud prophetię impleuit: Et claudus saliet sicut ceruus. Deinde mane surgit, votãque sua Martyribus vbi eędem reliquię susceptę sunt, reddere properauit. Quo propter itineris longitudinem baculo adhuc innitendum esse putauit. Vbi postquam diu orauit, cereos accẽdit, baculum dereliquit atque exinde filium paruulum collo sustinẽs repedauit. Post hæc reliquiis in Ecclesiam cũ ingẽti celebritate collocatis tanquam proposita statione medicinę inde cantauimus, Suscepimus Deus misericordiã tuam in medio templi tui. Quanti ex illo die multitudinis vndique cõcursus fieri cœpere, quanta beneficia fuerũt collata, & quotidie conferãtur, quanta miracula demonstrata, quot cęci illuminati, paralytici curati, quãti variis morbis passionibũsque curati, sed & mortui resuscitati, longum est nobis & penè impossibile enarrare, cùm vnumquodque miraculum sui generis quãdam historiam habere noscatur. De quibus tamen omnibus, quæ neque explicare possumus, neque penitus reticẽre debemus, pauciora quæque & notiora eligimus, vt neque fastidientium aures inundemus, neque diligentium studia defraudemus.

Psal. 120.

Psal. 47.

CAPVT V.

De mulere quæ pro marito suo sanctum stephanum inuocauit, & exaudita est.

IGITVR in Emboniturna loci, mulier quędam diu peregrinantis mariti, nec de morte certa, nec de vita secura, cũ triẽnij fermè tempus emensum esset, quod illa diuersis opinionibus de coniuge exagitata in ancipiti, & dubio vitæ suæ statu fuisset collocata, fluctuabat ex incerto pendens mulieris animus, & in quod se latus ægra proiiceret ignorabat, dum hinc nuptiæ finderẽtur, paupertas propereturʃ sollicitudo ingereretur, fragilitas carnis insidiaretur: rursum ex alia parte castitas, maritus, fama, religio ante oculos ponerentur, tandẽ inter huiusce modi sibimet repugnantiũ cogitationum æstus, potentissimi adiuocati Stephani implorare debere patrocinia, non sine diuina prouidentia est à quibusdam instigata atque cohortata. Nam ad eius memoriam supplex aduoluit, ibique se cũ lachrymis strauit. Et dum orat audire meruit. Maritus tuus venit. Properè illa domum rediit, & maritum incolumem inuenit. Ita & coniugij castitas custodita, & Amico Dei quanta fuerit animæ periclitantis cura, cognitum factum † in Dei mirabili gratia.

al. est.

CAPVT VI.

De homine quem collapsa domus oppresserat, cuius coniuge orante sanctum stephanum, viuus inuentus est.

PER idem tempus in nostra ciuitate quædam domus ruina collapsa hominem oppresserat, cui nomẽ Datiuus est. Cuius exinde erutum corpus & ad vicinam domũ translatũ, funeris obsequio plangebatur. Proinde iugalis eiusdem, mariti sui tanto luctu perculsa, ad memoriam gloriosi Stephani pro vita mariti cum lachrymis se prostratura perrexit. Ibidem dum illa aliquãdiu ad aures Amici Dei fide pulsaret, precibus insisteret, ecce repentè in conspectu plangentium funeri circumstantiũ & nomen venerandi Martyris inuocantiũ, vir eius in quo iacebat loco, aperire oculos, & corpus mouere, vidẽtibus & admirantibus omnibus qui aderant cœpit: ac deinde post aliquantũ eiusdem diei spacium emensum ad viuos rediens ad illum cuius domus erat, dixit: Beatus es frater, quoniam hodie Angelus Dominí domũ tuam intrauit. Et narrare cœpit quæ animæ suę reuelata fuissent. Dixit enim multitudine mortuorum se fuisse circumdatũ, quorum alios agnouisset, alios ignorasset. Deinde quodam ingressũ iuuene, candida veste, nitente, habitũ diaconi præferente, & pietatis imperio iubente ac dicente illis mortuis, recedite, statim illas mortuorũ turbas non cõparuisse. Tũ illum ad se accessisse ac sibi dixisse: Redde quod accepisti. Sed & tertio vt red leret similiter imperatũ sibi ab eo fuisse sęque respondisse: Ne Symbolũ iubes vt reddam? Et illo dicente reddẽ, se ex ordine Symbolum reddidisse & adiecisse. Si iubes, & Orationem Dominicam reddo. Atque illo annuente reddidit. Tunc ille signo salutari cor iacentis signauit eique dixit. Surge iam saluus: Et surgens sicut dictum est, & saluus effectus est.

Symbolũ Apostolorum.

CAPVT VII.

Vbi prohibuit sanctus Episcopum, ne reliquias suas transferre præsumeret.

EODEM tempore venerabilis Episcopus noster, de eiusdem sancti reliquiis aliquã partem disposuerat transferre, & in Promõtoriensi Ecclesia collocare. Dies enim quo id fieret statutus est. Ecce ante diem fermè tertium, quidam Ecclesiæ nostræ presbyteri duo, quorum vnus maturioris ætatis, Zumurus nomine admonetur, quod ipse postmodũ retulit, vt ad episcopũ mane pergeret, eíq; diceret ne id perficeret quod de parte reliquiarum facere disposuisset. Quod cũ memoratus presbyter negligẽter habuisset, nec ad episcopum pertulisset, secunda vice, & grauiter arguitur, & alapa illisa in faciẽ verberatur. Alium autem presbyterum Donatum nomine retulisse, eò quod in ipso loco memoriæ eundem episcopum nostrũ videret sibimet è diuerso astantem, & Sacramenta niuei candoris in pallã manibus & collo gestantem. Quem protinus appellans, constanter dixit: Pone hic quod portas. Cumque ab alio in sinistra episcopi stante presbytero, sibimet diceretur, & quis alius portabit? ille respondit, Quid ad te? Modò hic quod ab episcopo portatur, loco suo reponatur. Hoc sicut reuelatum est, ita post diem tertium impletum est. Namque cum iam præcedente die, vehiculum pararetur, vt cum parte reliquiarũ episcopus proficisceretur, repentè huiusce rei fama per ciuitatem diuulgata, immensa ad ecclesiã multitudo confluxit. Tumultus magnus & clamor fieri cœpit, zelus fidei & amor Amici Dei omnes accendit. Circundatur episcopus stipantibus rubis, rogatur, tenetur, non ante dimittitur, quàm sacramento etiam nihil se reliquiarum de ciuitate ablaturum esse polliceretur. Quod ita demum illa populi pro zelo fidei tempestas placaretur, simúlque reliquię in vnum cõgregarentur, in eodem memoriæ loco, vbi iam pars fuerat reliquiarum primitus collocata, ibi & alia pars similiter reponeretur. Donatus presbyter per somniũ sacramẽta portantem episcopum, hoc est sacratarum reliquiarum portionem compellere sicut dictum est videbatur, vt loco suo reponeretur quod ab eodem portabatur. Ideo factum credo, ne vllus diuisionis locus daretur maximè quod in Ecclesia hoc agebatur, quę primitus à Donatistarũ diuisione vsurpata, postea vsque in hodiernum vnitati Catholicę est restituta. Vnde etiam vocabulum sumpsit, & Ecclesia Restituta appellari meruit.

Ecclesia restituta.

CAPVT VIII.

De cæco qui Capsellam Reliquiarum tetigit, & visum recepit.

SANE eodem quo hæc agebãtur die, iam pars illa Reliquiarũ de monasterij habitaculo prolata cũ ingenti celebritate & hymnorum choris resonante dulci modulatione manib. sacerdotis ad Ecclesiam portaretur: ecce quidam cæcus apprehendens Capsellam argenteam in qua erat reliquiarum portio memorata, cœpit fortissima fide regno cœlorum vim facere. Et quia qui vim faciunt, diripiunt illud, cõtinuò lumẽ recepit. Vnde vniuersæ Ecclesiæ Christus non modicum gaudium cumulauit.

Matth. 11.

CAPVT IX.

De duobus catenatis per gloriosum Stephanum liberatis.

ITEM cùm quidam in custodia publica catenarum nexibus vincti districtius haberentur, & eorum vnus cruciatu pœnę ac dolore compunctus, sanctum Stephanum Christi charũ in auxilium inuocaret: ecce inter lachrymas vocésque eiulantis, subitò de manibus eius corruẽre catenæ. Quo facto cum præposito custodiæ solutus vltro seipsum ingessisset, & rem tanti miraculi confessus fuisset, non est ausus custos rursum ei vincla inijcere, sed planè ex hoc quasi cautior & sollicitior effectus alium pariter vinctum arctius fortiúsque constrinxit, quasi diuinæ potentiæ possit esse quicquam insolubile, ignorans quia fermo Dei nõ est alligatus. Verum cum ille simili vinculorum asperitate compulsus ad eundem tanti miraculi auctorem talibus sicut socius eius vocibus & fletibus suppliciter exclamaret, & ipse quoque exaudiri meruit, & similiter catenis resolutis opera Dei confitendo enarrauit.

2. Tim 2.

CAPVT X.

De reo soluto, & par meritum sancti Stephani sanato.

ALIO autem vincto cum publicis vapore caloris catenarum vulnera intumescerẽt, & grauissimum dolorem eidem concitarent, affuit fides, vt Amici Dei opem implorarẽt. Qui cùm ad piscinalem egressus esset, subitò etiam ipsæ catenę ceciderunt, & omnes quotquot viderunt, Christum, atque eius primum confessorem Stephanum magnificare cœperunt.

CAPVT XI.

Vbi paralyticus meruit sanitatem.

PARALYTICVS territorij Hipponensis vocabulo, Restitutus, faber ferrarius, per plurimum tempus lecto decumbens, non poterat incedere, non linguam in verba resoluere: tandem beati Stephani fama ad se perlata, parentes proprios nutu quo poterat hortabatur, vt ad memoriam sancti Stephani portarẽtur. Quo facto dum ibidem hyemis multo tempore in tanta frigoris asperitate super pauimentum tessellæ iaceret in oratione, quod vtique cõtrarium huiusmodi infirmitatibus esse solet, ferè vicesima die per somnium nocte apparuisse sibimet indicauit quendam iuuenili formã præditum, speciosę etiã vestis habitu decorum, séque tunc ab ipso accersitum sibíque esse iussum vt ad locum memoriæ suis pedibus accederet, & ex illo cœpisse paulatim gressum & linguam, ad propria officia aliquantulum reuocare. Cumque quartus mensis fuisset emẽsus, eo quod nondum adhuc plenam receperat sanitatem, cogitare cœpit ad propria remeare, séque tunc admonitum fuisse, sibíque dictum esse ne festinare vellet, sed adhuc quatuor menses expectare deberet, quia tunc domum suam propriis pedibus repedaret. Quod omnino sicut promissum est, ita die & tempore denunciato adimpletum est. Nam sicut & nostra conscientia testis est, & ipse in gloriam Dei confessus est, & pedibus suis ad propria remeauit, & ore proprio, verba distinctius pronunciare cœpit.

CAPVT XII.

Vbi quidam paralysi linguæ & pedum liberatus est.

QVIDAM de ciuitate Vticensi paralysi pedibus & lingua implicatus lecto detinebatur. Cuius mater ad sancti Stephani memoriam fide firmissima conuolauit, secúmque postquam filij sui causam optimo adiucato commisit, exinde aliquid pulueris pro sanctificatione abstulit, reuertens domum filio iacenti adhibuit. Ex quo mox ille sanitatis beneficiũ sentiens, de lecto surrexit, & nõ solum pedibus suis ambulare cœpit, sed etiam per duodecim milia passuum proprio gressu ad beati Martyris memoriam peruenit, gratias in corde suo agẽs, pedum sanitate percepta, sed adhuc preces fundens de propria lingua soluẽda. Proinde exuens sibi manicã tunicę suę, eò quod orarium non haberet, per fenestellam memoriæ ad interiora loca Sanctarum Reliquiarum manu iniecta mittebat, atque exinde rursum dexteram reducens ori suo admouebat, & linguam contingendo paulatim nodos loquendi gratia fidei persoluebat. Hoc enim sæpius faciendo tanquam salutares cibos de cœlesti assumens cellario ęgrotanti suo adhibuit membro, vnde arentem linguam refecit, & loquendi officium adiutus Dei gratia idoneum recepit, ac sic in vtrisque illa suppleta est prophetia per quam olim dictum est, Et † plena erit lingua mutorum.

al. pleni. Esa. 35.

CAPVT XIII.

Vbi cæcus Pisitanus lumen recepit oculorum.

CÆCVS etiam quidam Pisitanæ ciuitatis, cui vocabulum est Donatianus ad stationem potẽtissimi medici Stephani aduenit. Ibi denique pulsans fidei pietate, die octauo tanquam Dominicę Resurrectionis sacramento, quę facta est à die quidem passionis tertio, sed in dierum numerum post sabbatum octauo, eo die vt dixi per fidem lumen oculorũ recepit, quando lucem gentium vniuersus mũdus per Domini Resurrectionem excepit. Qui cum vota sua cupiẽs sancto Martyri reddere argenteam pro sua deuotione offerret candelam (nec immerito candelam offerebat qui lumen receperat) is accersitus à venerabili episcopo atque interrogatus vt diceret quid sibi præstitum est, quare illud donum offerret, astãte vniuersa Ecclesia eriam ore confessus est, quod & corde, & corpore spirituali achiatro curante illuminatus redditus est.

CAPVT XIIII.

Vbi cuidam sanctus Stephanus apparuit qui audierat filium suum à latronibus interfectum.

VBI Lanius nostræ ciuitatis nomine Rusticanus, filiũm suum cum alio homine suo, porcos mercatum connumeratis solidis miserat, ferè ad ducenta milia passuum, cúmque complures trãsacti essent dies, neque illi adhuc reuersi fuissent, à quodam amico suo argui & increpari cœpit, eò quòd filium suum & hominem suum in tam longinquam regionem mittere voluisset, quos iam à latronibus occisos esse dicebat. Quo audito, ille quasi miserabili luctu perculsus domum flens egressus est. Lachrymis pro cibo toto pastus est die. Intercà cum sic nox cum oppressum mœrotis tenebris inuenisset, ecce

ecce per somnium videt sibi apparere quẽdam decorum iuuenem, cuiusdã Honorij & Primarij ciuitatis viri nomine Vzalẽsis vultum, habitúmque præferentem, cúmque hilari facie sibi dixisse: Quid ploras? Respõdisse autem se, vt ipsius vtar simplicibus verbis, Domne meus, per bonitatẽ tuam ideo ploro, quia audiui quod homo meus & filius meus occisi sunt. At ille confolans eum ait illi: Nõ sunt occisi. Tamen qui sum ego inquit? Ille respõdit, Domnus meus Vzalẽsis. Bene, ait ille, dixisti, quia Vzalẽsis sum, sed non sum ille quem putas. Ego enim sum Stephanus. Sanè vnde tristis es de filio tuo & homine tuo, scias quod iam huc habent redeuntes faciem. Nam dedisti illis solidos viginti quinque, insuper autem acceperunt pecuniam creditam prope viginti milia folles, & adducunt secum porcos numero quadraginta quatuor omnes electos. Venient autem die Romanorum ciuitatis, hora prima. Hęc itaque omnia sicut per somnium vidit, ita postea reipsa completa sunt. Nãque & homines incolumes reuersi, & porci tot numero adducti, & summa pecuniæ creditæ eadem inuenta & dies horáque aduẽtus illorum prædicta sine vllo prorsus errore est consecuta.

CAPVT XV.

De paruulo qui catechumenus mortuus est, & meritis sancti Stephani matri viuus restitutus est.

Miraculũ istud narrat D. August. 22. & 23. de ciuitate.

CIVSDAM mulieris filius paruulus mortuus catechumenus erat. Qui matris portatus manibus cũ ingenti eiulatu & miserabili vociferatione ante ipsam memoriã gloriosi Stephani fuerat proiectus, tradens illi mortuũ vt ab eo reciperet viuum. Cumque ad aures amici Dei pulsaret fide pietatis, perculsa duplici luctu orbitatis, quod & in præsenti vita filiũ perdidisset, & in futura vtpotè sine gratia baptismi, saluũ habere nõ posset, ecce inter diu lamẽtantis dolorẽ miserę matris, repẽte paruulo spiritus redditur, vita tribuitur, vox viuenti cõceditur. Cõtinuò presbyter accersitus, baptismũ paruulo tradit, sacramenta complentur, atque ita peccatorũ lethali catena anima liberata, statim etiam mortalis carnis vinculo exuitur, & ad Dei spirituales ãplexus sũma celeritate liberata dimittitur. Ita & nõ modica cõsolatione concessa gaudere de redempto filio datur, & paruulo salus vera cõceditur. Qui profectò ob hoc admodicum vitam recepit, ne in æternum moreretur. Ob hoc ad tẽpus mori meruit, vt vita perpetua frueretur. Hæc interim de multis & penè infinitis miracula pauciora decerpsimus, ne in præsenti auditoribus propter festiuitatem Martyris de longinquo aduenientibus forsitan oneri esse possemus. Cæterũ quod nobis difficilimũ est, si omnia recordari ac recensere, vt superius dictum est, vellemus, librum prolixũ faceremus. Ipsas enim notissimas clarissimásque virtutes ad prædicationem sui, sibimet sufficere existimauimus, quæ nõ indigent humanæ facultate linguæ, quoniam præualent diuinæ potentię. Veruntamen deuotionem nostram ad ædificationem fratrum in nomine Christi ex aliqua parte exhibere voluimus, vt paternæ obedientiæ mercede orationibus vestris & gloriosi Stephani primi testis Christi benedictione fauente, diuinam misericordiam possimus impetrare, per Christum Dominum nostrum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

EVODII, VZALENSIS EPISCOPI, LIBER II. *de miraculis S. Stephani, Allocutio.*

CAPVT I.

BENE mecum recolit sanctitas vestra sanctissimi Patres & fratres, quòd cum in conuentu nostræ huius Vzalensis Ecclesiæ cùm Domini Stephani primi martyris Christi miracula fideliter descripta, & publica attestatione comprobata, ante hoc tempus vobis qui affuistis de publico recitarentur, hoc quoque plenissimæ gratulationis munus ipso Amico Dei, vt credimus, procurante dilectioni vestrę exhibitum: vt post recitationem diuinorum operum atque gestorum, ipsarum etiam personarum in quibus illa mirabilia facta, quæcunque in præsenti reperiri potuerũt, demonstratio perspicua & professio propria, non solum scriptis nostris testimonium perhiberent, verum etiam oculis aspectibúsque vestris fidem veritatis ingererent. Vnde factum est, vt dum ipsæ virtutes Dei vestris auribus primitus per lectionẽ intimarentur, etiam visibus vestris oculata fide præsentarentur, vt illud in vobis quod in psalmo scriptum est compleretur, Sicut audiuimus, ita & vidimus. Erat nã que in tãta re cœlestis glorię spectaculũ grande. Vbi enim pronunciauerat lector quamliber historiam, verbi gratia, primitus de quadam cęca, postea illuminata, statim terminato sermone, hęc eadem persona requisita in populo, & inuẽta, & in mediũ omnis Ecclesiæ producta, admirantibus & congratulãtibus, videbatur sola iã sine vllo comite ac duce sicut prius solebat incedere, ipsaque etiam per se gradus Absidę conscendens, vniuersis eminus cõspicienda astabat, & testimonium in se diuinæ gratię, ipsorum suorum illuminatione oculorum veluti fideliũ testium tacita quadã prædicatione proclamabat. Item cum de paralytico sanato multis antea cognito præcessit lectio: continuò idem, qui ab eiusmodi infirmitate fuerat curatus, similiter productus è populo propriis gradiens passibus, cum totius Ecclesiæ magno gaudio cernebatur, pręconia diuinæ laudis quibusdã contestãs palpabilibus documentis, ipsis sanatis fui corporis integris mẽbris. Dũ hęc itaque gererentur, dúmque vnõ eodẽmque tẽpore, singulis quoque cõscriptis etiã ipsæ res mirabiliter concordi vnitati coirẽt: profectò putares nõ tam prẽterita narrari, quàm potius præsentia demonstrari. Ita enim quod sermone proferebatur, statim etiam ipso præsenti opere cernebatur, vt alio quodam maiori miraculo mirabiliora ipsa miracula reddereẽtur. Quis tã durus ac ferreus, non in lachrymas erupit, non ad pietatẽ humilitatémque defluxit? Quis vnquã digno præconio loqui possit? Fiebat clamor gratulationis in auditu lectionis. Rursum quoque maior exultatio excitabatur in aspectu visionis, ac sic per auditum & visum penetrabat flamma diuini amoris, omnis tunc cor hominis. Hæc autẽ quia sine silentio prætiere nõ potui propter eorũ qui illo tempore affuerant memoriã renouandam, siue eorum quos ista latebant nequaquã scientiam defraudandam. Et quia illa ipsa continuò quæ recitata sunt statim etiam à religiosis plurimis cum clausula sua, capta sunt atque descripta, idcirco ad alia quæ consecuta sunt narranda, hinc adiuuãte Domino quasi libelli secũdi exordiũ sumpsimus. Referam igitur vobis charissimi adiutorio Domini nostri Iesu Christi, adhuc Stephani patroni communis mirabilia gestæ rei multísque bene notissimam in laudẽ & gloriam Dei memorabilem historiam.

Psal. 47.

Sup. lib. 1. cap. 3.

Cap. 11.

CAPVT II.

De Megetia quæ paralysi fuerat percussa, quæ inter medicorum manus defecerat, & conversa ad sanctum Stephanum à duplici infirmitate curata est.

CARTHAGINENSIS ciuitatis quædam fuit, nobilis genere, nobilior Christi fide, Megetia nomine, diues in sæculo, ditior in Deo. Cui Christiana mater erat nomine Vitula: Pagani autem erant maritus, & socer, & pater. Hæc cũ in vtero haberet, quarto mense conceptus sui, nescio vnde nauseando prius ac reiiciendo dũ frequentius pateretur stomachi concussionẽ, orísque distensionẽ, & vomitus prouocationẽ, in prauitatẽ pestémque paralysis causa perducta est, ita vt exclusis à locis suis ipsis cardinibus dentiũ & arteriarũ, nequaquam posset dilapsa ora constringere, neque peruios atque integros palati motus ac linguæ ad aliquid vel ore emittendum, vel in os recipiendũ habere. Remãserat in femina pia & pudorata, deformis quidã & aduersandus aspectus, & ibi vitij macula corpori erat infixa, vbi vtique nequaquã posset esse celata. Facies quippe erat de qua quidã dixerat, frons hominem præfert, quę tegi sine dedecore non potest. Cæterorũ nãque mẽbrorũ cum aliquo vitio officia prępediũtur, nõnulla industria ruboris subtrahuntur. Atverò cũ ipse vultus aliqua fuerit fœditate turpatus, quicquid propter verecundiã tegminis adhibetur, ipsa verecundia magis augetur. Quid ergo faceret nobilis matrona, vel amento abscõdens ora vitiata, dũ venientibus salutatũ ad se æquè aliis nobilibus feminis, aut osculũ dare, aut sermonẽ cõferre, ipsius vitæ societas atque humanitas cõpulisset, vt taceam de cibo & potu, quod vix egrè poterat mãducare vel haurire? Nãque ingenium industriáque medicorũ diu multúmque circa cam laborantiũ frustra, nõ solum nihil salutis ei cõferre poterat, verũ etiam in deterius causa pergebat. Nec immeritò. Ab illo enim conditore, & redemptore omnis naturæ Deo nondum in illa reformabatur, quod non nisi eius virtute formatur, cuius censura omne hominis corpus & disciplina cõstringitur, & medicina laxatur. Tali igitur cõfecta mœrore ac dolore, nec quotũcunque remediorũ aut medicamentorum vllo adiuta leuamine, ferè iam sexto mense, rabefactum fuerat delicatæ corpus animúsque puellę. Ob quã rem etiam illud quod gestabat à vitali spi-

tali spiritu iam destitutum, intra septa viscerũ retinebat emorruum. Ita cum prius sub vno paralysis vitio iam ipsa vita horreret, accessit aliud grauius & periculosius, vnde nec ipsa quidẽ viuendi possibilitas remaneret. Nam si puella sic defecerat sub vitiosi oris labore, quomodo posset viuere cum mortuorũ viscerum collapsione? Septimus mensis incesserat, non vultus pestifer à prauitate exuebatur, non aluus onere mortuo exuebatur. Pũtius verò Megetiæ pater, socer aut Auitianus, & maritus Aduẽtius, vt pote adhuc gentilitatis erroribus astricti quicquid non solũ per industriam medicorũ, verum etiam per artes dæmoniorum atq; superstitiosarũ figmenta vanitatũ, quasi pro vita intermorientis Megetiæ poterant attemptare, frustra omnino atque inaniter desudabant. Sed error infœlix quid saluti humanæ te crederes posse conferre, quam studuisti semper auferre? Refellit te vox veritatis in sacratissimis psalmis, cõtestãs generaliter & breuiter, à quo verè sit omnis salus animæ, corporisque dicẽs, Domini est salus. Soli enim Deo rectè cantatur, Homines & iumẽta saluos facies Domine. Qui dignatus est creare, ipse prorsus dignatus est & sanare. Proinde illis memoratis personis, diu in talibus frustra laborãtibus, & non corpore sed corde dormitantibus, ecce Deus ille magister qui non dormit neque dormitat qui custodit Israël, ipse Deus, inquã, cui cura est pro omnibus, religiosam Vitulã Megetię matrẽ, fidei calore succẽdit, atque vt ad Domini Amici sui Stephani suffragiũ accurreret, inspirauit. Quam vbi benedicta femina in sacratarum Reliquiarũ loco de Carthaginẽsi vrbe ad Vzalensem profecta est, misericordissimus Dominus & miserator, excepit, exauditiuit, adiuuit, atque de filia cõpocẽ fecit, ac de diabolo aduersario superato victricẽ triũphare permisit. Dici nõ potest quibus illa pia femina Amicũ Dei flebilibus vocibus fuerit aggressa, & quãta cũ miseratione ante limina gloriosi Martyris prostrata, effusos sui cordis dolores expresserit, in hęc verba prorũpẽs: Domine Stephane Christi amice, subueni matri miseræ, ad te confugienti, pro salute periclitantis filię. Hîc te ergo plãctibus oro, illi te ancilla tua pręsentẽ medicũ sentiat imploro. Scis ipse qualibus cautis laboret Megetia, & in quo vitæ discrimine sit constituta. Ecce enim ex quanto tẽpore iacet, misera toto corpore, & paralysi dissoluta, & visceribus tabefacta. Proximũ est autem, vt septimo mense completo, cõprehendatur ab octauo. Omnes desperant de salute Megetiæ. Ego quę ad Christum & te amicũ eius confugi, credo quia talis luctus de filia nõ imponetur capiti meo. Pero autẽ & rogo, vt cùm hinc à corona tua reuertens festinãter ad ancillã tuam proficisci cœpero, recreetur anima mea de filia aliquo nuncio bono. His & hotũ similibus multis affatibus vbi satis visa est sibi idoneũ instruxisse aduocatum sanctum Stephanũ apud iudicem Christum, properè ad reuisendam filiam, vnam & solam suam maximã curam, mater parturibunda reuertitur. Oleum tamen sanctificatũ, & orariũ vel sudarium orationũ suarum, sudorẽmque pro salute filię laborantis testimonium, à beati Martyris memoria secum pariter reportabat. Ecce igitur in via cũ declinandorũ ęstuum gratia (nam æstuum tempus erat, quo igneus sol terras vrebat) secessisset, subitò adueniente nũcio accepit literas à viro suo de Carthagine directas, sicut precibus suis postulauerat, in quibus proxime futura liberatio filię significata erat. Nam mensem octauum altera die ingressura filia, dicebatur, aliquãtulũ tamen vegetior esse, & sua iã partim signa præcedere & bono animo illam de filia esse debere. Quod totum religiosæ Vitulæ matrinõ ore humano sed diuino oraculo nũciabatur. His igitur primis votorum suorũ releuata mater auspiciis, perniciter aduolauit. Quę vbi peruenit Carthaginẽ, suãmque natã in ipso vitæ suę articulo positam inuenit, statim sacrato oleo filiæ membra perunxit, sudarium quoque amplexendum pectori tradidit. Quo facto, redditina Megetia vteri sui partu exonerata, octani mensis ingressa pręgnantibus mulieribus tremenda lumina, ab ipsa mortis regia, rursus auris est vitalibus restituta. Sic itaque vna lethali causa dispuncta archiatro cœlesti protinus altera curãda restabat. Quod vt iamdẽque fieret fida mater Vitula filiã liberatã, ad illã vitalis fontis venã vnde ęgrę suę haustũ cœleste poculũ attulerat, salubritẽque infuderat, secum reducere cupiebat. Sed nondũ recuperatæ vires Megetiæ, post laborem periculosæ enixionis suæ, alterũ itineris subire laborem minimè permittebant. Interea vir socer & pater puellæ nihilo adhuc pemoti, in Iudem Dei versque eius Martyris primi de tam miserabili causa vteri, rursum cœpere ob eiusdem curandã reliquam valetudinem, id est, vitiosi oris prauitatem, illa hominum remedia erroręque consulere & longas moras temporũ frustra conterere. Namque annus integer & aliquot ferè mẽsœ euoluti sic erant. Tandem fidelis mater Vitula, archiatrũ quendam Felicem nomine Carthaginensis ciuitatis fidelissimũ præceteris atque amicum domus suę, corrogauit ad seipsam, ac super salutẽ ipsius vnicè obtestando constrinxit dicens: Sic vnica filia, tua viuat, potest ne curari Megetia de paralysi ista an non? Tum ille, Fideliter dico filiam tuã de hac causa penitus curari non posse, quia sic me voluisti cõstringere. Ipsa inquit iunctura quasi carri, vbi oris & maxillarum retinacula quędã continentur, exclusa est à locis suis. Cui respõdẽs mater Vitula, fidei suæ, stabilitate fundata, cõtinuò retulit dicens, Ego non sic credo in Christo meo, quia sic relinquetur filia mea in hoc tanto paralysis malo. At ille fidei firmitatẽ valde admirãs in femina, hoc, inquit, omnipotẽti Deo licet facere cui credis. Nã nihil speres ex nobis. Quibus religiosa Vitula auditis, dimisso à se archiatro, assumens secum Megetiã suam adiit virũ suum, & virũ filię suę, ac pio inflãmata dolore, sic fari exorsa est: Acquiescite, inquit, vobis miserè vsque nunc, nec resistere viris mulieres valuimus. Diu vestras pertulimus volũtates ex quibus nullus fructus salutis filiæ, nullus cessit effectus, ita vt ecce per annum & quot excurrunt amplius mẽses inter manus medicorũ corpus filiæ meæ tãtummodo fatigetur, nec omnino, sicut videtis, aliquid perficiendo sanetur. Rogo aliquãdo permittite & nobis, vt faciamus & nos quæ expediunt nobis. Eamus & nos ad medicum nostrum. Credo in illum, quia qui noluit Megetiã cum suo partu mortuo mori, ipse etiã eam faciet sano vultu suo inter homines conuersari. His atque huiuscemodi querimoniis deploratis iustis ac veris, nequaquam illi viri tali feminæ virili animo indutæ valuerũt resistere. Maluerũt spõte cedere quàm quolibet alio iudicãte victi discedere. Flexis itaque illis in hãc sententiã matris Vitulæ, marito scilicet, simũlque patre Megetiæ, sed marito quidem adhuc pagano, patre verò Christiano Catechumeno effecto nomine Pontio, Senatorię dignitatis viro, dignũ est vt cuius fidẽ in Christo cœpimus prõnũciare, eius quoque vocabulũ iam incipiamus cum debito honore pariter nominare: qui sanè quemadmodũ initiatus Christiano nomine fuerit, quoniã locus videtur exigere, minimè nos pigebit aperire. Quando enim religiosa Vitula, nondum de partus periculo liberata Megetia ad Amicũ Dei fuerat profecta, ibi in suis precibus etiã de huius viri sui venerabilis credulitate instruxerat, vt ille imbueretur fide ac nomine Christiano. Quod sanè eidẽ illa ipsa nocte tali est visione reuelatũ. Visa est quippe sibimet videre iuxta ipsam beati Martyris memoriã duo cerofaria luminosa pariter igne flãmantia, ibidémque assistente secum atque apparẽte memorato Pontio viro suo, sibimet dictũ fuisse: Vitula, melius lucet cerofariũ nostrum. Vnde volo scias me posse iã iugulos. Quo viso, auditóque religiosa Vitula, somno expergefacta, & mane facta oratione suppleta, hoc ipsũ quod in sõnis viderat quibusdã ancillis Dei enarrate cœpit. Et prior ipsa somniũ suũ interpretata respondit, dicens, ad memoratas circunstãtes virgines: Nouerit sanctitas vestra quia citò Pũtius credet in Christo, sicut confido de Christo meo. Nam hoc est, quod per somnium mihi significauit dicẽs: Volo scias Vitula, quia posui tã iugulos, non vtique nisi sub iugo Christi. Sic ergo honorabilis Pontius effectus vt dixi primum Catechumenus, Christianus sequenti anno, hisdẽ diebus quibus à religiosa Vitula beatus Stephanus pro salute mariti cęterna fuerat exoratus. Sed vt dicere cœperã consentientibus sibimet viris suis, mater Vitula cũ Megetia sua pariter de Carthagine profectę, pariter ad memoriã beati Martyris peruenerunt, ac deinde ante sacrata ipsius limina prostratæ, die noctãque flentes & eiulantes, cinere & cilicio squallentes, inde nobiles feminæ homines nõ erubescentes, vt Deo essent placẽtes, susceperunt illud quod dictum in psalmis audierant: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Etenim neque ista de ipsa nostra religione Christiana piis & nobilibus feminis deerant ab incredulis imprœperia, vnde ante Dominũ flebilibus vocibus, & amaris vt scriptũ est verbis memorabant, & effundebãt super se animã suam. Dicebatur namque ab inimicis fidei nostræ, vbi est Deus vester? Inclamabat ergo Vitula mater auribus Amici Dei: Domine Stephane, ecce adduxi Megetiã tuã ad te, quam tu ipse liberasti de morte. Nec nos in gaudiũ inimici fecisti venire, non tradens nos in animas tribulãtium nos, qui detrahunt & desperant de Christo Domino nostro, & de te eius tãto Amico. Fac rogo, fac iterum erubescere eos, de tota & de plena Megetiæ tuæ salute, sicut iam fecisti erubescere eos de eius vteri periculosissimo labore. Nõ omnino

Omnis sanitas à Deo.

Psal. 2.
Psal. 35.

Psal. 120.

Psalm.

deficies

deficies ad minora, qui præstitisti maiora. Quod promisi eius viro pagano de te, imple propter te. Non cõfundatur mater in filia, quæ prę sumpsit in te, quia confugit ad te. Certè vt oculus cordis nondum credentium, nobisque insultãtium sanetur, os filiæ curetur. Et vt acquiratur sanitas animæ illorum, præstetur puellæ sanitas membrorum suorum. Talibus in eiusmodi sensum dictis lachrymabilibus deploratis, septima transierat dies, cum ecce nocte intempesta visitatur per somnum Megetia, videt apparentem sibi insignem virum visu, Diaconi prę ferẽrem habitum. Illa enim rogare cœpit, velut quendam medicũ spiritualem, vt os suum inspiceret, & si dignaretur, curaret. Verum ille mox vt os eius inspexit, vultu eam hilari serenóque intuitu ait: Equidem adhuc os tuum non rectum: sed sursum aspice, & vide quid volitet super caput tuum. Continuò illa super se erigens oculos vidit serpentem quendam teterrimũ supra se pennarum remigio volitantem, atque huc & illuc tortuosis anfractibus oberrãtem. At pauefacta Megetia horribili monstruosóque visu, insignis illius viri exhortatione firmatur, ad ipsam dicentis, Nisi prius istum serpẽtem occideris sanari non poteris. Sed noli metuere, forti animo illi cõgredere, & omnino superabis. Quo audito Megetia fidei suę robore & de tanti adiutorij sui armata protectione, arrepta in tempore sibimet velut virga oblata, cõtra illũ draconem teterrimũ & tortuosissimum decertauit. Quem & si diu exercita, diúque ab reluctante aduersario delassata, ad extremum tamen vbi illum in capite percussit, continuò prostrauit. Quo trepido gaudio expergefacta strato exiliens euigilauit. Cũmque somnij sui, quid ratio portẽderet cogitaret, nec liquido intelligere valuisset, exinde orauit visitari, cõfirmarique poposcit, ac deinde se quieti permisit. Ecce denuò vider illum decorum habitu iuuenem, niuea veste fulgẽtem, ac statim iacenti sibimet velut manu porrecta, audiuit iubentem paritẽque dicentem: Surge, sic curaris. At verò Megetia vt ante medico homini facere cõsueerat, capite oppositio, quasi fouẽda ora sua ei offerebat. Sed ille vt pote ignorantis corrigens factũ, respõdit eidem: Vt quid hoc facis? Prius sunt tibi oculi curandi. Illa retulit dicens, Domne meus, oculos sanos habeo, sed vt os meũ cures rogo. Et ille: Iam, inquit, tibi dixi, prius iuxta te oculi curãdi. Tũc velut cœlestis archiatrus spiritu cordis secreta introspiciẽs quasi cutem medicinalẽ collyrium imposuit, oculos superliniuit, atque discessit. Verũ cum mane facto hoc ipsum religiosa Megetia somnium suum, charissimis suis, & sanctissimis feminis indicaret in ipso sermone narrationis suæ, vltro corde cõpuncta & cuiusdam peccati sui recordatione subito stimulata, peccatũ suum confiteri non distulit, sed sicut scriptum est, delictum suum agnouit, & iniustitiam suam non operuit. Ecce ergo qui illi erant oculi prius curãdi, non vtique corporis sed cordis, quod vt spiritualis medicus gloriosus Stephanus prõnũciauit illi dicens, prius sunt tibi oculi curandi. Sanãdum quippe erat quod vitiosum latebat in mente, vt sic demum sanaretur quod deprauatum cernebatur in corpore. Hinc ille quoque reterrimus serpẽs qui super caput volitabat, quia principalem rationalis animæ mentem obtinebat, conterendus fuerat & vincendus. Dum enim reatus cuiusque delicti humiliter agnoscitur, caput colubri pœnitendo quassatur, cordis oculus confitendo purgatur. Duodecimo igitur die, ex quo cum sua ad Amicũ Dei venerat matre, dum orat ad locũ sacratæ memoriæ pulsans fidei pietate, non solũm affectu cordis, verum etiam motu corporis ipsa ostiola memoriæ impulsa patefecit, ac vim faciens regno Dei, caput suum intromisit interius, & super cubile sanctarum Reliquiarum confixit, lachrymisque suis omnia illic lauit, atque rigauit. Verum ecce illo desuper miserante qui apropinquat cõtritis corde, Megetia famula Dei, quadam sibi visibili & attrectabili manu, os suũ corrigi & compalpari persensit. Quę posteaquam ab oratione surrexit, circumstantibus choris virginum sanctarum, ibidémque pro illa & cum illa Deo laudes dicentium, tremens & gaudens hoc ipsum indicauit. Quale tunc quantúque in omnibus mentibus fecerit gaudium & flendi ante ipsum Deum excitauerit affectum, vix poterit explicari. Sed antequam gestæ rei ad finem optatissimum veniamus, vbi plenã perfectãque salutẽ religiosæ Megetiæ, Amico Dei curante atque auxiliante in nomine Christi, demõstraturi sumus, quod in medio huius aliud mirabiliter contigerit, nequaquam prætereire debemus. Cùm fermè quadraginta diebus circa sancti Martyris locum orãdo mater filiáque persisterent, ecce repente venientibus literis, sibimet Carthagine directis, quo pater puellę honorabilis Pontius diceretur corpore ægrorare, ad eundem visendum de Vzalensi ciuitate profectæ sunt. Verum cum in medio itineris æstuum causa, fouẽdi corporis gratia lauacris vti voluissent: adfuit in præsenti quædam domestica ab infideli cognita Megetia, & in obuiam missa, non tam ad salutãdum quam potius ad explorandum. Quæ cum curiosius cuperet benedictæ Megetiæ nuda ora vultusque conspicere, intrauit cum ea in obsequium, & vbi quantum voluit in faciem famulę Dei intendit, prorsus integrum sibimet apparens os Megetiæ sanũmque conspexit. Quo viso, obstupefacta atque mirata illa domestica quæ aliud quàm sperabat inuenit, continuò ad quandam iuxta stantem sacraq; virginem conuertit sese, & nominatim eam compellans ait. Infans Helpidiana, sana est prorsus Domina Megetia. Sic enim Dei gratia vigebat in Megetia, vt licet eius plenior cura in corpore ex parte aliqua differretur, perfecta tamen sanitatis species reuerberandis incredulorum oculis obiiceretur. Quod illa ancilla Dei inrelligens magnum mysterium Dei, illi mulierculæ respondit dicens: Incredulì vel modo credite. Rursus apud Carthaginem cum benedicta Megetia quadam die cum viro suo pagano sermonem conferret, & inter fabulas dum viro suo ore integro vultúque appareret, cõmotus tali visione vir eius gratulari cœpit ac dicere: Domina Megetia sanam te prorsus aspicio. Verum illa dissimulando interim tegens, quod diuina virtus in se demonstrabat sermonis sui cursum tenebat. Iidémque ille quod videbat tacere non poterat, & sicut prius eidem respondebat. Sana es prorsus, Deo gratias. At illa impleta gaudio, tandem subridens, ait marito. Vel modo iam credes Christo? Et ille: Quid vis, inquit, faciam patri meo: Nam & ego Christianus fieri volo. Sed vt iam ad terminum quem promisimus veniamus, dies paschæ sanctissimus propinquabat, ecce benedicta Megetia à quadam amica atque nobili femina Rustica rogabatur, vt voto suo soluendo beato Martyri Cypriano in Mappalia secum pergeret, & solemnitati pariter interesset. Quod Megetia facere se non posse causabatur, sciens quid in se Dei potentia infidelium oculis ostenderet, quid plenè salutis cœlestis gratia reseruaret. Tamen amicam contristare nolẽs, non penitus negauit, sed planè ad illum diem quod Deus voluisset facturam se esse promisit. At vbi illa amica discessit, non destitit die noctúque orationi instare Megetia. Buccellam sanè omni die in oleo sanctificato tinctam prius accipiebat, & sic cęteros cibos sumebat. Quadam verò nocte visitauit in somnis ita vt se iuxta memoriam beati Stephani stantem putaret, ibique iuuenem illum speciosum cerneret, candida luce perfusum & insigni equo subuectum, lampadẽque quamplures lucentes ac præcedentes splendidissimũ apparatum, sibique ab eodem clara voce dictum, Ad te pertinet ista lux Megetia, suscipe illam. Postquam visionem expergefacta gaudióque repleta, statim vbi se sanam sensit, manus suas ad os suum faciémque inspiciendam applicauit, & quasi præ nimio gaudio soli sibi non credens, ancillas suas quæ circa lectum suum quiescebãt, clara voce excitauit, & vt ad se inspiciendam atque contemplandam accurrerent, aduocauit. Tum illę vt viderunt in Domina sua donum Dei fuisse impletum, votúmque omnium esse perfectum omnes pariter in lętitiam exclamauerunt, & in laudem Dei eruperunt. Aduenit etiam ille ab amica prestitutus sibimet dies, venitur à diuersis ad religiosam Megetiam: vt sic promiserat ad destinatum locum charas suas non deferendo pergere dignaretur. Sed Megetia Dei famula velamento adhuc, sicut solebat ore contecto, ab intimo cubiculo ad amicas suas foras egressa est. Quas vbi de se aliquandiu tristes esse permisit, subitò illo à facie velamẽto ablato, & vultu demonstrato ait, Ecce vos videte quid in me Deus dignatus est perficere, & vna mecum gaudete, & ipsi Domino pro me gratias agite. Quam vbi omnes conspexere, gaudentes & Dominum benedicentes, osculis lambere, & eam complexari cœperunt. Tunc omnes vnà ad Ecclesiam perrexerũt cum ea, & vota sua Domino persoluerunt. Peracto autem sancto pascha Domini etiam ad Vzalensem ciuitatem religiosa Vitula, vna cum Megetia sua aliísque religiosis feminis venit, votáque sua de salute filiæ plena & perfecta Christo Domino Christique Amico in conspectu omnis nostrę Ecclesię congaudentis atque congratulantis hilariter reddidit, feruenter exhibuit, fructuosẽque persoluit.

Psal. 31.

al. ipsius

Psalm.

CAPVT III.

Donatus quidam apothecam habens, ferè ducenta vasa vini attulerat, & ad sanctum Stephanum currens, ibique ponens orauit, & reuersus cum lagena in omnibus vasis ex eadem infudit.

DONATVS quidam dicitur homo, sanè honestissimi quoque filij nomine Rustici præfectorum numerarij cunctis bene notissimi pater. Hic in fundo suo suburbano cum loco & nomine vocitato, probi generis vina quotannis cōdere & conseruare consueuerat. Interea, vt possessoribus mos est, commodorum quæstuum causa, quoslibet terræ repositos fructus tunc malle venales emptoribus publicare, cum votis exoptatorū lucrorum auariora cōcurrunt pretia temporū, visum est memorato Domino prędij, cum quodam homine suo vini scilicet gustatore peritissimo apothecā suam primitus intrare, ac per singula vasa examinando vina approbare. Quo facto, mox vt degustator haustum vasis merū applicuit iudicio labiorum, cōtinuò stupefacta in homine ora vultúsque palluere. Nam præter quod vini teterrimus color, versandum oculis ex se offerebat aspectum, etiam tristissimus sapor labiis mœrēdum ingerebat gustum. Verum cùm hoc malum in vno tantum vase consistere putaretur, non tam molestante damnum iactura patrisfamiliās habebatur. At vbi per singula vasa cœptum est circuiri, omniūque vasorum, id est, fermè ducentorum numerus examinatus similiter degenerasse ac deperisse repertus est: quis tunc ibidē fuerit possessoris animus, quis ipsius apothecarij luctus, puto quod ignorare non possit omnis compatiēs animus humanus. Non enim reuera minimum & contemnendum detrimētum, damnúmve cōntigerat, sed ducenta vt dixi ferè quæ putabātur vasa vino suauissimo plenissima, eadem è cōtrario reperiebātur nec aceti, sed cuiusdam corruptissimi & feculētissimi liquoris squalore adimpleta. Quid ageret ita rei labefactę suę dominus, vindemię suę interitum nō adhuc in vitibus, sed quod est grauius in ipsa perpessus apotheca? Quid inquā ageret, quid tam corruptrō nec iā dicendo vino facere potuisset? An forsitū qualicunque abiectissimo precio vendidisset? Sed quis tam fatuus emptor ad rem fatuam accessisset? An saltem effunderet atque proiiceret? Sed quis ita oblitus laborum suorum esset vt qualescunque anni fructus, proculcandos hominibus beluisque facilè exponeret? Tandem fluctuabunda in talibus mœrōribus anima diuinæ aspirationis aura perflata in portū fidissimū stationémque tutissimam velificāte deducta est gratia. Nā multa secum agitanti hæc potior sententia animo infedit possessoris, confugiendum esse ad Amicum Dei Stephanum sanctum, primum Martyrē Christi. Proinde iubet illi pregustatori vini sui, vt vnam lagūculam ex quolibet vasorum suorum adimpleret, cāmque ad beati memoriam benedicendam, diluculo deportaret, atque exinde sanctificatā continuò referret, tūnque ex illa per omnia vasa parum quid superfunderet atque discederet. O Domine Domine, cui cura est pro homine, omnia benignè faciens propter hominem qui per sanctos tuos olim aquas amaras & infœcūdas ligno immisso & vase salis iniecto sanasti, ac per reipsum Domine aquam in vinum conuertisti: ipse nunc & per Amicum tuum Stephanum sanctum, reparasti in statū pristinum vina perdita, versa amaritudine in suauitatem, nigredine in candorē, mœrore in exultationem. Properè igitur domini sui iussa minister ille fidelis exequitur, Lagenā vt fuerat prēceptum, hausit, perrexit, apposuit, reportauit, vasísque singulis per modicum quid contribuit, & abiit. Altera die memor fidei mandatique sui, surgit paterfamiliās matutinus, ministerij cōscium ministrūmque conuenit, vnà secū ad apothecā comitem ducit: inspiciuntur denuò cūcta per ordinē vasa. Vinum hauritur, nitor in colore conspicitur, sapor in gustu approbatur, tristitia in gaudiū cōmutatur, & quid quantūmque fides in Christo eiúsque gloriosissimo amico valeat reperitur, cūctísque audiētibus murantibúsque succeditur. Denique illa probatissima condigno precio emptoribus distribuuntur. Ecce qualiter diuina prouidentia, vrilitatibus hominū deseruit, & quid tādem Deo pro tantis eius beneficiis exhibetur aut redditur?

Locus corruptus.

Exo. 15. 4. Reg. 2.

Ioan. 1.

CAPVT IIII.

Vbi draco de cœlo magnificus apparuit, à cuius conspectu vniuersa plebs ad Stephani limina confugit, & ipsis orantibus paululum inter vellera nubium subtractus non comparuit.

QVADAM die agebantur nūdinæ in nostra ciuitate, & hora iā meridiana cœli facies serena in terrā & caliginosam aēris turbidinem subitò est cōmota. Ecce autē desuper aspicitur igneus quidā & immensæ magnitudinis propendens in caput è nubib. draco. Quod non ita insolitum & nouū debet videri, nō solum propter notitiam popularem, verum etiam scripturæ sanctę auctoritatem quę de draconibus sic memorat dicens: Laudate Dōm de terra, dracones & omnes abyssi, ignis, grādo, nix, glacies, spiritus tempestatis, quę faciunt verbū eius. Abyssus nanque dicitur non tantū hic deorsum aquarū inæstimabilis profunditas, sed etiā sursum istius caliginosi aēris quē suspicimus immēsitas, qui maris ac terræ humore videtur pinguescere. Cuius impulsu flabilesaurę excitātur, velut lanę vellera nubes agitantur, fulgura ignita emittūtur. Quę omnia ne, sicut insipienter sapientes putant, casu & fortuitu fieri crederētur, sācta scriptura vigilāter præuidit. Et posteaquā dixit, Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, continuò subiunxit de ipso vniuersitatis creatore atque rectore, & ait: Quę faciūt verbum eius. Proinde pendentē ex hac, vt dixi, prouidētia dispensationis Dei, & nubibus flammantem draconē tanquam de superiore abysso procedentem, atque emicantē, cum aliquandiu huc atque illuc motus aër ferret atque deferret, ac iamiāmque precipitandū super mediā ciuitatē, tremor omniū qui aderant expectantiū & stupentiū cerneret, fugere cōuentu publico popularis turba cœpit, & passim quacunque timor egerat, sicut quisque poterat discurrebat. Totus deniq. ipse dissolutus, perturbatúsq. mercatus. Relicta nanq. omni negotiatione terrena, pro sola tantum homines metuebant vita. Quis enim tūc quæreret lucra pecunię, in tāto discrimine damna deplorās animę? Aut quis cogitaret vel corporis victum, formidās vitę suę vltimum occasum? Quis porrò cuperet vestem, metu mortis amittens mentem? Magnus etiā concursus multitudinis ad gremiū Ecclesiæ matris, ad misericordiam protinus cōuolauit Dei patris. Ad ipsam Amici Dei sacratā memoriam in facie prostrata iacebat diuersa ætas, dispar quoque sexus. Tandē pro cunctorū fletibus oportunè ad Christū Domni Stephani fusa prece clementia Dei annuente, horrendus ille draco, paulatim cœpit à conspectu hominū inter nubiū septa subtrahi atque abscōdi, & qua venti incubuerant redeūte cœli serena facie, discuti atque propelli, ac sic reuocatis animis, atque à tanta tristitia in lętitiā reductis, reddebantur Deo & Amico eius, vberes gratiæ cū ingentibus lachrymis de inopinata gratulatione profusis. Ad hęc accedit etiā aliud quiddā ex hoc ipso miraculo mirabilius: ne ignara in omnibus fragilitas humana, nihil de diuinis iudiciis & beneficiis euidentius apertiūsque edocta, ita vt dignū fuerat extiriisset grata. Ecce nāque altero die procurāte diuina dispēsatione quidā negotiator nunquā nostrę cognitus regioni, subdiaconū nostrum nomine Sennodum in loco Memblotutano vltrò conuenit, & ad se vocauit, & quisnā vel vnde esset ab eodem flagitauit. Qui vbi se subdiaconū Vzalensis Ecclesiæ memoratus est, respondit cōtinuò idē ille ignotus homo, si tamen solū homo, credendū est enim quia angelus & homo: Neque enim hoc vel inauditū atque inexpertū est, siue religioni Christianę siue notitię humanę sāctos angelos terreno habitu & visibili specie plerunque hominibus apparuisse. Dedit ergo subdiacono memorato velum variis pictū coloribus, in quo inerat pictura hæc. In dextera veli parte ipse S. Stephanus videbatur astare, & gloriosam Crucē propriis repositā humeris baiulare, qua Crucis cuspide portam ciuitatis videbatur pulsare, ex qua profugiens draco tetertrimus cernebatur exire Amico Dei videlicet aduentante. Verūm ille serpens noxius nec in ipsa fuga tutissimus, sub triūphali pede Martyris Christi cōtritus aspiciebatur & pressus. Talis itaq. pictura veli nō omnino absq. mysterio Dei vbi à memorato subdiacono allata pariter atque iuspēta est ante ipsam memoriā tāti patronī: omnis ętas omnisq. sexus intueri & mirari cœpit tanquā spectaculum grande, quo scilicet auctore, quóve liberatore draco ille extinctē est, hostísque deuictus. Gestæ quippe rei fidē prēcedētis diei, cōmendabat in animis omniū attestatio sequētis diei. Nāque illud quod studiosius cernebatur in velo, hoc iam credibilius tenebatur in vero. Cōcurrebat enim pictura cū gratia, & tam diuinitus pridie gestum salutis beneficium recolebatur, quàm postea in veli imagine aduertebatur. Deniq. ex ipsa cōgruētia diei prēcedētis atque sequentis veritatis & imagine terū & quorundā exēplariorū, tātus in multis stupor paritērque amor, admiratio & gratulatio accendebatur: vt à cūctis nihil aliud omnino vel diceretur vel affirmaretur nisi hoc vnum, verè quia per Amicum suum Deus istam liberauerit ciuitatē, & grandē à nobis depulit pestem. Et reuera Dei fuit ad homines quędam allocutio in veloci-

A

B

C

D

velocitate tacitè significantis admodum & dicentis, O miseri mortales quale hesterna die draconis euaseritis incendium, vel cuius pro vobis aduocati fuerit acceptū suffragium, isto sequēti die istius veli figuratione intelligite atque gaudete. Hinc vestrā & præcedentem tentationē & subsequentē liberationē apud vosmetipsos conferte, exinde non dubij sed certi Deo vestro per Amicum meum gratias agite. Ecce draconē de vestra ciuitate cernitis fugatum & expulsum, ecce cōterentē caput eius primum Martyrē meum. Ecce Crucis trophæum per quod vicistis inimicum. Hoc ergo modo, ciuitate nostra à tanto periculo primitus liberata, ac posteà tali per congruentem picturam veli admonitione instructa & illuminata, gemino miraculo est omnis pia anima in Dei gloria exhilarata.

A naris potestati maris, motum autē fluctuū eius tu mitigas: sicut consonat etiam Euangelica auctoritas vbi imperio Christi tui dum leuigarentur turbulenti fluctus ac vētī, ventrātes dixere discipuli, Qualis est hic qui imperat vētis, & mari, & obediunt ei? Verissimūmque quod etiā alibi in sermone scripturæ sactę dicitur de te: Cor regis in manu Dñi sicut aqua decurrens, quocunque voluerit illuc detorquet eū. Tu enim Dñe de cōsulari irata primitus, & post trāquillata potestate erga dispensatorē, illud nostris temporib. exhibuisti quod in antiqua scripturæ auctoritate prius ferocienre & rursum blādiente Regia potestate, circa Hester feminam sanctā ostendisti, & in memoriam posteris legendum sciendúmque dedisti. Proinde dispensatorē Florentiū, Procōsul non iam vt officialē suū, sed tanquā filium remotis carnificibus nō solū ad sese atque ad gremium suūabsque vllo timore vicinius iussit accedere, sed & cū cœpit paterna affectione familiarius cōmonere, ac deinde indulta venia vitāque cōcessa liberum facit de secretario abscedere. Quo facto qui astabāt & pro hominis periculo pia sollicitudine trepidabāt, abeunte absoluto & illæso dispensatore, mixto cū stupore gaudio, modò hæsitabant, modò exultabant, modò inter se mirantes & disquirentes dicebant: Vnde ista tā repentina rerum cōmutatio atque cōuersio, quæ Procōsularem potestatē omni seueritate exuta ad tātā humanitatē lenitatémq. perduxit: vt hominem ad vitam ab ipso mortis limine reduxerit? Porrò autē Florentius licet transacto periculo, adhuc tamē ex priore metu aliquātulū animo saucius domum reuersus est. Nulli sanè suorū est in tēpore cōfessus quid acciderit, quid viderit, quid euasserit. Verū nocte eadem per sōnium videt sibi apparentē illum qui in secretario à se visus fuerat, iuuenili specieve stitū, limine, atque vltro nominatim cōpellatus audiuit. Quid est Florenti? Agnoscis me? Ego sum qui in secretario apparui tibi, réque de morte liberaui. Quem cū Florentius agnouisset ipsúmque esse Steph. intellexisset, vbi eum adorare voluit manu mento suppolita ab illo eleuatus est. Expergefactus autem Florentius surgit matutinus, cupiénsque gratesDeo persoluere, eiusque Amico vota sua reddere, solus ad Vzalensem vrbem proficiscitur. Sed cum viæ sibi incognitæ essent, viator ignatus orabat tacitē intra semetipsum, & eiusdē gloriosi Martyris Christi implorat ducatum. Verūm cū ipse precē funderet, ecce in silentio precantis presbyteri nostræ Ecclesiæ Firmus nomine Florentio aliunde superueniēs adiungitur. Quem conspiciens Florentius per cunctatus est quo iter ageret. Respōdens memoratus presbyter, ad Vzalensem se pergere ciuitatē, vnde etiam se presbyterū esse cōfessus est. Tunc Florentius animo exhilaratus gratulari plurimū cœpit, omne suum gaudium celare non potuit, sed ab ipso rei gestę exordio supradicto presbytero, itineris sui comiti adiuncto, quæ secū diuina misericordia per gloriosum amicum suum egerit, ordine indicauit. Deinde finito itinere Florentius vna cū presbytero ad ciuitatem venit, beati Martyris limina humili pietate ingressus, & pauimento prostratus omnipotenti Domino Iesu Christo eiúsque beatissimo Amico gratias egit. Monasteria quoque ęgressus venerabili episcopo, simúlque seruorum Dei ad se cōcurrenti choro, omnia hæc enarrauit. Et nos quoque secū per multam gratiarum actionē, in laudes Dei & coronæ Martyris Stephani alacriter excitauit ac feruentissimè accendit. Hæc dicta sunt à nobis pauciora de multis quę valuit stylus indagare, & legēda magis cum desiderio quàm cum fastidio religiosis pectoribus cōmendare.

Matth. 8. Luca.

Prou. 21.

Hest. 5.

al. spiceum.

Pſal. 33.

Pſal. 88.

Finis libri 2. Euodij Episcopi.

TRANSLATIO CORPORIS SANCTISSIMI PROTOMARTYRIS STEPHANI, de Hierosolymis in Constantinopolim, auctore incerto.

TRACTVM est cū esset reconditum corpus Stephani primi Martyris Hierosolymis in sancta Sion, in diebus Ioannis episcopi Hierosolymitani, vt Alexāder quidā Senator posuisset in animo suo cōstruere Oratorium domus S. Stephani in eodē Oratorio. Tunc ergo episcopus posuit loculum, & titulū clauis cōfixit forinsecus mense decembrio, die quartadecima, indictione ij. a Cōsulatu Dñi nostri Imperatoris Constan. Augusti decies. Itaque post annos ij. infirmitatem incidens Alexand. Senator, testamentum fecit Ecclesię sāctæ & pauperibus atque cōiugi suę Iuliānę, adiutās Ioannē episcop. per Dñm nostrum Iesum post obitum meum, inquit, fiat loculus perficus, & locate me iuxta corpus sancti protomart. Stephani, nā & domum eius ædificaui ex mea substantia. Quo dicto dormiuit in pace. Posterà verò die veniens episcopus

Vide historiā Ecclesiasticā Nicephori Callixti libro 14. cap. 9.

episcopus vna cũ multitudine populi sustulit cũ & posuit iuxta S. Stephanum protomartyrẽ. Post octo autẽ annos Iuliana vxor eius cogitans & esse bonum existimãs, voluit corpus viri tollere & deferre Byzãtium in propriam possessionem. Et hoc cõsiliata profecta est ad Cyrillum Hierosolymitanũ episcopũ, & dixit ei, Quia viri mei corpus volo portare Byzantiũ in meã possessionem. Qui dixit ei, Nõ possum hoc facere, & populum conturbare. Tunc Iuliana plorãs, abiit in domum suã, & faciẽs literas misit ad presbyterum suum Byzantii positũ, scribẽs ita: Propria filia tua Iuliana, patri suo in Dño salutem. Decẽtes honores offero, & rogo præstes mihi quo à te suscipiar. Nam non verba blandimentis repleta, sed cælestia mysteria non scientia neque cõposita verbis rhetoricis suadelam circumferentia, sed preces dirigo ad presbyterum meum & Dñm, quoniã vim patior à principibus vt vidua, causa nuptiarum. Accelera ergo vt fiant sacra, & initiantur à magno Imperatore Cõstantino, Cyrillo episcopo Hierosolymitano, vt veniã & ipsa mariti mei corpus afferam ad possessionem meã. At ille accipiens sacram epistolã à magno Imperatore Cõstantino, misit eã Cyrillo episcopo Hierosolymis. Itaque secũ episcopus legens, & cõtradicere non valens, adduxit mulierẽ, & dixit ei. Quomodo possumus hoc facere, cũ nesciã quis sit loculus S. primi Martyris Stephani, & quis mariti tui? Sed vadens indica mihi, præparans tibi quæ itineris necessaria sunt. Quę præparatis his quę itineri necessaria sunt, perrexit ad episcopum in Ecclesia. Adueſperãte autem die profundius descenderunt in oratoriũ, vbi iacebat lipsanum sancti. Et aperientes positionẽ, inuenerũt loculos duos. Et dixit episcopus mulieri. Non noui quis sit loculus S. protomartyris Stephani, & quis mariti tui. Cui mulier. Ego, inquit, noui quis sit loculus mariti mei, quoniã ego feci eũ. Tunc episcopus audiens hęc, iussit ei tollere quę nosset. Et impetu abiẽs amplexata est lipsanũ S. Stephani, ęstimans mariti sui esse corpus. Et accipiẽs posuit illud in lecticã. Et vale dicens episcopo, ibat itinere suo gaudens, & per totam noctẽ hymnus factus est in via, & odor vngũẽti suauitate referti spirabat. Porrò spiritus immũdi clamabãt dicentes: Væ nobis, quia protomartyr Stephanus trãsit, dico nos verberãs igne. Mulier autẽ in vehiculo sedebat, & pueri ambulabant corã lectica, & formidabãt dicẽtes. Quid est quod accidit nobis quia spiritus clamant de S. Stephano? Putas ne ipsius est hoc corpus? Multitudo enim angelorũ ante lecticã canunt hymnũ. Sed quid faciemus Dña nostra? Forsan non est viri tui corpus, sed S. protomartyris Stephani. Tunc illa his auditis, flens tacebat. Præcepíque pueris suis nemini dicere quæ sibi apparuerãt in itinere. Sed si quis interrogauerit inquit i ciuitate aut in regione cui° sit hæc lectica, dicite, quia mariti Dñę nostræ est, & vadit Byzantium. In eadẽ verò nocte, transiuimus mansiones tres: Porrò diu quiescentib. & sero incedẽtib. nobis, spiritus profunda nocte clamabãt dicẽtes, Transit is qui flagellat nos, non possumus ferre virtutem S. corporis, quia ignis est, & acriter nos consumit, non sustinentes vim S. Protomartyris Stephani. Sanitates autẽ & virtutes fiebant multæ in via. Porrò peruenimus Ascalonem maritimã, & inuenimus nauim eũtem Byzãtiũ, cõuocatóque nauclero, mulier dedit ei quinquaginta aureos dicẽs, Quia secretũ habeo tibi ne cõtradicas mihi. Loculum habeo deportandum Byzantiũ quem saluũ ferre procura, & habebis mercedem ab omnipotẽti Deo. Qui dixit ei: Nolo contradicere domínę meę, quia magnus tecũ est protomartyr Stephanus, & in ipso est vita mea & spes mea, quia viderũt oculi mei gloriosissima hodie. Veni ergo dña mea, & ascẽde nauim. Nauigaturi enim sumus cũ virtute Dei & sancti corporis. Tunc introeũtibus omnib. in nauim soluta est à terra vẽto prospero. Et venientes in mediũ pelagi, subitò tẽpestas facta est, ita vt fluctus exaltarentur super armamẽta nauis. Et mari fortiter fluctuante metu detenti adorauerunt omnes sanctũ corpus. Cũ autem ploraręt & esserent repente serenitas magna exorta est in mari, & apparuit eis S. Stepha. Protomartyr dicens, Ego sum, nolite timere. Quod eo dicente, cessauit ventus, & facta est trãquillitas magna. Mane autem facto venim° ad angusta calãtes propter principem Augusti. Subitò autẽ terræmotus factus est in loco illo ita vt cõmouerentur fundamẽta terræ, donec pertransiit nauis S. Protomartyris Stephani, & tunc quieuit terra quę mouebatur. Dęmones autẽ clamabãt aduersus principem dicentes: Impiissime princeps quare nõ incendisti nauim quæ transiuit illuc, sed dimisisti illam transire contra nos? Ipsa enim nauis fecit terræmotũ. Princeps verò hoc audito, misit dromones quinq. ad cõprehendendã nauim. Dromones autẽ peruenientibus ad nauim, angelus exiẽs de naui percussit dromones & submersit eos. Et factum est gaudium magnum in naui, quia Deus erat cum illis. Nauigantibus itaque nobis tribus diebus, totidémque noctibus venimus Calcedonẽ, & dimissa est nauis in portu. Faciẽtibus autẽ nobis illic dies quinque, quotquot habebant dæmonia, veniebãt circa mare vexati clamantes: Seruus Dei venit, qui lapidatus est ab iniquis Iudæis. Sed & gratiam S. Stephani spiritus clamabãt, væ nobis quia cõburit nos acriter. Quo fugiem° minas eius terribiles? Porrò exibant atrociter ab hominibus repulsi, tãquam ab igne cõbusti, & quotquot habebant infirmos, ferebant eos extra mare, & omnes salui fiebant virtute S. Protomart. Præterea inde moti venimus Sosas. Audiens autẽ penè tota ciuitas currebat trãsiens, Christianis quidem gaudentibus, paganis autem tristãtibus. Et in de profecti, rursus propter turbam quæ in circuitu erat venimus ciuitatem Taurum. Cognito autem hoc Eusebius episcopus Cõstantinopoleos de corpore Protomartyris Stephani, & quia tota Christianorum multitudo mota erat ad videndã virtutem S. corporis, cursim perrexit ad Imperatorem Cõstantinum, & nũciauit ei de corpore S Stephani. Imperator autẽ ſciſcitabatur qualiter venerit ab Hierosolymis corpus, & quis esset qui hoc detulerat. Qui adduxerunt ei mulierem dicentes: Dñe mi Imperator, hæc est quæ attulit corpus S. Protomartyris. Imperator verò dixit ad eã, Quomodo attulisti corpus S. Stephani? Dic mihi veritatem. Quę dixit: Domine Imperator vir meus ipse ędificauit Hierosolymis oratorium S. Stephani, & ipse vna cũ episcopo Ioanne recondiuit S. Stephanum. Post annos autem aliquot, mortuus est vir meus, deposito testamento apud episcopum Ioannem dicens: Post finem meũ ponite me propè primũ Martyrem Stephanũ. Et ita factum est. Imperator autem dixit, Quomodo ergo illud huc tulisti? Quę ait: Domine Imperator vim patiens à principibus, sicut vidua, & nolens alteri viro copulari, nunciaui patri meo, quia huc volo venire & afferre viri mei corpus ad possessionem meã. Tunc audiẽs hoc pater meus, accepit sacram epistolam ab imperio vestro, & misit hãc mihi & episcopo vt tollerẽ corpus viri mei. Descendens autẽ noctu cum Cyrillo episcopo, existimaui tollere viri mei corp°, & tuli S. Stephani. Dedit autem imperatori sacrã epistolã. Imperator autem cũ legeret, recognouit suimetipsius manum. Tunc mulier dixit Imperatori, Dñe Imperator potestatem habes corporis mei, animę verò Deus, qui facit mirabilia in cælo & in terra. Quod si non credis, mitte ad nauim Hebręum vbi iacet loculus Sancti in quo etiam titulus est affixus, scriptus Hebraicis literis, & legens eas cognosces tertitudinẽ. Imperator verò vocato Hebręo, adiurauit eum per legem ipsius dicẽs: Vade & vide quid scriptum sit. Abiens itaque Hebræus cũ duobus protectoribus & legens dixit. Magnum spectaculum est hoc. Protectores verò dixerunt. Quod spectaculum? Dic nobis. Hebræus autẽ dixit: Quia protomartyr Stephanus est, & in ipso vita mea & spes mea, quia viderunt oculi mei gloriosissima hodie. Tunc veniẽtes protectores nunciauerũt Imperatori quia protomartyr Stephanus est. Quą de re gauisus Imperator, cõuocans Eusebium episcopum dixit ei, Vade ad nauim cũ multitudine populi, & ego mittã plaustrũ in quo ponens loculum deferes ad palatium. Fuit ergo episcopus, post quem omnis populus cũcreis cucurrit. At verò episcopus descendens in nauim, tulit loculum. Et posito in carruca festinauit in palatium. Mulę autẽ incedebant, tractæ violenter ab angelis. Et veniens in locũ qui dicitur Constantinianes, steterunt & vlterius nõ valebãt transire. Percutiebant ergo animantia. Vna autem earum per angelicam virtutem humana voce locuta est dicens, cotã omni populo, Quid percutitis facies nostras? Hic oportet eum recõdi in loco hoc. Nolite ergo laborare omnino. Alioquin signa & prodigia habetis videre. Episcopus verò tremefactus & tormentũ non sustinens, nunciauit Imperatori omnia quæ contigerant. Audiens autem hoc Imperator, tristatus est, & misit alia duodecim animalia vt traherent carrucã. Et ipsa quoque similiter propter vim angelorum nõ valuerunt trahere carrucam. Tunc episcopus exclamauit, Vnus es Deus omnipotens qui facis mirabilia solus supra sanctum Protomartyrẽ Stephanũ, qui martyrium passus est pro nomine tuo. Da nobis gratiam & misericordiam, per intercessiones sancti Protomartyris. Tunc episcopus tulit loculum à carruca & locauit eum faciens Oratoriũ per menses quinque, in quo & posuit loculum cum omni cautela. Sanitates autem & virtutes factæ sunt super infirmos in diebus illis, in gloriã patris & filij & spiritus sancti, cui est honor & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

APPEN-

APPENDIX SERMONVM

DE DIVERSIS.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Qui fecerit & docuerit sic, maximus vocabitur in regno cœlorum.

SERMO I.

CENSVRA. Fuit III. de verbis Domini, hominis eruditi, sed non Augustini. In quo agitur de officio doctoris & discentis.



QVm nobis pro officio competat dicere, vobis autem cõueniat pro deuotione audire: quid tam necessariũ tãmque pertinens poterit vtrisque cõtingere, quam vt quod religiosè dicitur, & deuotè auditur, obsequiis competentibus teneatur? Nam si religiosè non tacere, lucrum est, tacere dispẽdium: quanto itaque potiora lucra poterunt prouenire, cùm operationis effectus mõstratur, quicquid magisteriis cœlestibus & discitur & tenetur? Par enim causa & docentem & audientem constringit: vt vtriusque professio sanctorũ testificatione signetur. Et quamuis dissimile sit doctoris discẽtisque officium: tamen vtrisque debet sanctarum legum obsequium: vt iungantur factis, qui separantur officiis: copulentur opere, qui diuersi sunt nomine: & quos vocabula abinuicem separant, eos obseruantia præceptorum fideliter ac deuotè coniungat. Quare sic fit, vt vtriusque diuersus sit actus, sed obseruãtiæ par sit necessarius in vtrisque effectus: vt factorum in ambobus conspiret assensus, quibus diuersus est in vocabulis sonus. In doctore enim molesta est causa, dicere, nec facere: præcipere, nec obseruare: in discente verò audire velle quod nolit implere, aures verò auditui accommodare, & ab opere voluntatem auertere. Cæterùm qui facit quod docet, & quicquid imperat cõplet, maximus in cœlestibus sentẽtia Domini declaratur. At verò qui quod dicit negligit, & quicquid audit contemnit, salutis reus existit, qui obseruanda cõtempsit, & pericula non vitauit. Amat enim mortem, qui vitæ præcepta nõ seruat: & horret vitam, qui peccata motti debita desperata morte frequẽtat. Vt enim per obseruantiam legis vita acquiritur, ita per contemptũ mors contumacibus inuenitur: dicente Domino, Si vis in vitam venire, serua mãdatum. Ita enim perfectus doctor liber est à discẽte quem docuit: & discipulus cõtemptor inexcusatus erit, qui faciẽda didicit & contẽpsit. Nam & doctor econtrariò grauius affligitur, & obsequẽtis discipuli exemplo plectitur, qui facienda aliis tradidit, quæ ipse nõ fecit: vt nec à discipulis quos docuit potuisset ediscere, vt quibus doctrinę tradiderit magisterium, ab iisdem factorum mutuaretur exemplum. Neque enim perfectio in legum est notitia constituta, cùm sit scriptum: Nõ enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Neque enim, inquam, is religiosus & sanctus est, qui nouit legem cessantibus factis, cùm expedit facere magis quàm docere: quia molestũ est docere, & nõ facere. Vos amici mei estis, inquit, si feceritis ea quę mando vobis. O magna bonitas Dei: cui cùm pro conditione reddere debeamus obsequia, vtpote serui Domino, famuli Deo, subiecti potenti, mãcipia redemptori, amiciatum nobis præmia repromittit, vt à nobis obsequia debita seruitutis extorqueat: vt quos nolle seruire conspicit sponte, suorũ beneficiorũ possit promissionibus inuitare, & quorum voluntates à se conspicit alienas, eorũ mentes præmiorũ liberalitatibus cõstituat suas. Nã vnde frequenter aut inuitat præmio aut terret supplicio, nisi vt benignitatis consilio à se formato homini cõsulat, redẽpto prouideat: vt qui non terretur supplicio, inuitetur præmio: & quem metus à factis reuocare nõ possit, promissionum benignitas prosit? Cupit enim etiam nolẽtibus subuenire: desiderat misereri peccanti, si is qui peccauerit dignos fructus exhibeat pœnitentiæ. Inuitus enim in reos vindicat, si rei indulgentiam miserantis non contemnant. Amat enim corrigi peccatores, qui in vitam, non in mortem, à principio constituit homines. Ipe enim sibi infert interitum, qui medentis Domini cõtemnit consilium: Reuertimini, inquit, ad me, & reuertar ad vos: & iterum, Nolo mortem morientis, tantùm reuertatur, & viuat. Non vult Dominus in quemquam dominari mortẽ, nõ vult in pœnam deduci hominẽ, quem in vita constituit. Cæterùm homo ipse se dignũ efficit morte, qui nõ paruit legi. Odit vitam, qui diuinam contempsit disciplinam. Nam cum Dominus vellet homini demonstrare, quæ obseruanti vitam, contemnenti afferunt mortẽ, inuitauit præmio, terruit supplicio. Ita enim de contẽptu vita non poterit prouenire, vt de obseruãtia mors euenire nõ poterit, vt iã homo quod voluerit mereatur, & eo quod meruerit iudicetur: & hoc totũ in potestate hominis consistit, qui sibi ex qualitate vitæ meritũ quod haberet inuenit. Quare his solicitè perpensis, id est, vnde salus, & vnde periculum enascatur, salutis cõmodum diligenti obseruantia teneamus, vt periculorum incõmoda de legis contemptu & prouidi caueamus, & cõtemnentes prospera & repellentes aduersa in cõspectu Domini inueniamur ab ipso cum omnibus sanctis in æterna sæcula sæculorum, Amen.

Matth. 19.

Rom. 2.

Ioan. 15.

Malach. 3. Ezech. 18. & 33.

De Domino Christo ambulante super aquas maris, & Petro titubante.

SERMO II.

CENSVRA. Fuit XIII. de verbis Domini secundum Matthæum qui in manuscriptis codicibus inscribitur Sermo Eradij presbyteri de lectione Euangelii, vbi Petrus super mare ambulauit.

CVm sanctum Euãgelium legeretur, audiuimus nauicellam periclitantem, Christum periclitãtibus subuenientem, Petrum venienti Christo occurrentem. In quibus omnibus miraculum expectauimus, mysterium requiramus. Quando enim possumus de diuinis operibus quæ leguntur, intellectum aliculus mysticæ significationis exculpere, quasi de abstrusis fauorum cellis mella producimus: vel Christi discipulos imitantes, spicas manibus confricamus, vt ad latentia grana peruenianmus, & in eis vitam inuenianmus. Ascẽdit ergo Dominus noster Iesus Christus, vt lectũ est, in montem solus orare. Mons altitudo est. Quid enim in hoc mundo altius cœlo? Quis verò in cœlũ ascendit, nouit optimè fides vestra. Cur autem solus ascendit? Quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis, qui est in cœlo. Quamuis & in fine cùm venerit, & nos omnes sua membra collegerit, ac leuauerit in cœlũ, etiam tunc solus ascendit: quia caput cum corpore suo vnus est Christus. Nunc autem solum caput ascendit, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Ipse ascendit solus orare, quia ipse ascendit ad patrem, pro nobis interpellare.

Cap. I. Lucæ 6.

Matth. 14.

Ioan. 3.

1. Tim. 2.

VERVNTAMEN, charissimi dũ ille orat in excelso, nauicula turbatur fluctibus in profundo: quia insurgũt fluctus, potest ipsa nauicula turbari: sed quia Christus orat, non potest mergi. Nauicellam quippe istã, fratres, Ecclesiam cogitate, turbulentum mare, hoc sæculum. Quando aliquis impię voluntatis, maximę potestatis persecutionem indicit Ecclesię, & quantum in ipso est, Christianum nomen conatur extinguere, super nauiculam Christi grandis vnda consurgit. Sed in his tẽtationibus erigatur antenna, vt suspensa arbori crucẽ figuret. Hanc Christianus respiciat, & non deficiat: quia, sicut dicit Apostolus Petrus, Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplũm, vt sequamur vestigia eius. Dicit etiã beatus Ioãnes, Sicut enim Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere. Huic ergo antennæ, id est, cruci Christi, simplex cõuersatio & pura confessio tanquam candentia vela religentur. Et hæc vela nostra fluctibus abluantur, vestisque tẽdatur, vt sine macula & ruga inueniatur. Quantũ liber mare sæuiat, ventus incumbat, inter flatus & fluctus, nauis ista turbetur: tantũ non mergatur, & currat. Denique postea quàm nauis hęc ędificata est in Hierusalem, atque inde in medio pelagi huius frementis emissa est, æstuantium volumina vndarum, & furentium flabra ventorũ, dum eam huc atque illuc circumferunt, omniũ gentium litoribus appulerũt, peregrinas merces quæcunque venit aduexit. Quid enim tam peregrinũ in terra nostra, quàm per pœnitentiam remissio peccatorũ, regnúmque cœlorum? & tamẽ oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prędicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem.

Antenna, Crux.

1. Petri 2. 1. Ioan. 3.

Lucæ 24.

VENIT ergo Dominus ad visitandos discipulos suos, qui turbabãtur in mari quarta vigilia noctis. Quarta vigilia noctis, extrema pars noctis. Vigilia vna tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigiliis habet, ternis horis per singulas vigilias distributis. Quarta ergo vigilia noctis, hoc est, penè ia nocte finita. Sic

Cap. III. Vigilia.

veniet in fine sæculi, iniquitatis nocte transacta, ad iudicandos viuos & mortuos. Venit enim nũc, sicut audistis, valde mirabiliter, ambulans super mare. Surgebãt fluctus, sed calcabantur. Premens Pelagus sub Domini vestigiis murmurabat: sed tamẽ eum volens nolénsque portabat. Quantũlibet tumores sæculi potestatésque consurgunt, premit eorum caput, nostrũ caput. Cùm verò appropinquaret nauiculæ, turbati sunt præ timore discipuli, & exclamauerunt, putantes phantasma esse. Quibus Dominus ait, Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Quid est, Ego sum? Non sum phãtasma, quod putatis: agnoscite quẽ
Matth. 14. videtis. Ad hanc vocem exiliit Petrus & ait, Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Si tu es, non miror quòd solidã carnem super liquentis elementi terga suspendis. Quid enim mirum, si conditori suo creatura famulatur? Hoc ego non miror: fac quod mirer, ambulet Petrus.

CAPVT IIII. FAC quod miror: Iube me venire ad te super aquas. Scio enim quòd corpus humanum naturę lege non finitur in fluctib. liquidis habere fixa vestigia: sed accedat donum gratiæ, & paululum cesset lex ista naturæ. Si tu es, iube me venire ad te super aquas. Tu Deus es, ego homo sum. Voluisti de meo habere infirmitatem in carne quam portas: habeam & ego de tuo potestatẽ, vt vnda me portet. Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Quomodo enim mihi in mari nõ erit via, si tu iusseris, qui propter nos factus es via? Et Dominus, Veni, inquit. Nec dubitauit Petrus, audiuit Domini verbum, & mox cucurrit ad verbum. Citò credidit, quia fidelis homo erat. Sed cũ surrexisset vẽtus validus, titubauit: quia homo erat. Titubatio ista, fratres, quasi mors fidei fuit. Sed vbi exclamauit, fides iterum resurrexit. Nõ ambularet, nisi crederet: sed nec mergeretur, nisi dubitaret. In Petro itaque communis omnium nostrũm cõsideranda cõditio est: vt si nos in aliquo tentationum ventus conatur subuertere, vel vnda submergere, clamemus ad Christũ. Quid est, Clamemus? Oremus. Porrigit ille manum, & eruit de
Psal. 139. profundo. Etenim manus eius deducet nos, & continebit nos dextera eius: donec nos ad sempiterna sua promissa perducat.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Reddite quæ sunt Dei, Deo: & quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & de stipendiis militantium.

SERMO III.

B. Maximi episcopi, inter Ambrosianos VII. Fuit XIX. de verbis Domini.

NONNVLLI fratres, qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu sunt publico constituti, cùm peccant grauiter, hac solent à peccatis suis prima se voce excusare, quod militant: & ne bene aliquãdo faciant, occupatos malis actibus conquerũtur: perinde quasi militia hominum, non voluntas in culpa sit: ita quod ipsi gerunt, officiis suis ascribunt. Non enim militare, delictum est: sed propter prædam militare, peccatum est. Nec rẽpublicam gerere, criminosum est: sed ideo agere rẽpublicam, vt rem familiarẽ potiusaugeas, videtur esse damnabile. Propterea enim prouidentia quadã militantibus sunt stipendia cõstituta, ne dum sumptus quęritur, præda grassetur. Illud autem quale est, quod cum ob errorem aliquem à senioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaserit, cædẽ cur turbulentus admiserit: statim respondeat, Quid habebã facere, homo secularis aut miles? nunquid monachũ sum professus, aut clericũ? quasi omnis qui clericus non est aut monachus possit ei licere quod licet. Cunctis igitur officiis sacris literis præscribitur norma viuendi, omnis ad bene viuendum pronocatur sexus, ætas & dignitas. Igitur nemo se excusat publicis actibus, nemo de occupatione militiæ cõqueratur. Apud omnem Christianum prima honestatis debet esse militia. Nam vt id quod dicimus auctoritate Euangelica comprobemus, videamus lectionem, quæ paulo ante decursa est: ait enim Euangelium, Venerunt autẽ & Publicani ad Ioannem, vt
Lucæ 3. baptizarentur ab eo: & dixerunt ad eum, Magister, quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius exigatis, quàm quod constitutum est vobis. Honesta planè publicanorũ interrogatio, ac sancti Prophetæ iusta responsio. Illi enim sollicitè interrogant, ne aut ignorantes plus exigendo peccatum incidant, aut cessantes publicam decipiant functionẽ. Hic autem moderatè præcipit, vt & iniquitas locũ non habeat, & cõstitutum habeat vectigal effectum. Non enim dixit, Nihil exigatis: sed, Nihil amplius exigatis. Vnde intelligimus, quod apud Deum nõ tam exactio,
Matth. 22. quàm exactio iniqua damnetur: dicit enim ipse Dominus, *Reddite quæ Dei sunt, Deo; & quæ Cæsaris, Cæsari.* Igitur quod Cæsar præcipit, ferendũ est: quod Imperator indicit, tolerandũ est: sed fit intolerable, dum illud prędа exactionis accumulat. Hoc autem quale est, quod iidem ipsi qui huiusmodi necessitates procurant, peccatis suis peccata cõgeminant: hoc est, quòd fraudes suas ac rapinas cõmoduna vocant, cùm ipsa prędа inferatur incommodũ? Illud autem addũt sceleribus suis, vt quos indefensos viderint, ipsos potius persequãtur, & putant se necessitates decepisse publicas, nisi domos deceperint orphanorũ: ita quorũ pater ante biduum fortitan fuerit amicus, collega vel frater, interueniente morte, eiusdem liberi habeãtur tãquam ignoti, viles & miseri. Vidua autem si qua fuerit, aut sic iniuriis exagitatur vt nubat: aut si voluerit in castitatis permanere proposito, dãdo munera in facultate vix permanet. Cùm his ergo fraudibus repleuerint sacculos suos, videas illos læros & accuratos ad ecclesiam properate, & Deo gratias agere, quasi ab ipso illis hæc pecunia conferatur, illud quoque peccãtes, quod rapinarũ suarum Deũ volunt esse participẽ. Dicit enim sanctũ Euangelium, Interrogauerũt illũ & milites, Quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes, Neminẽ concutiatis, neque calumniã faciatis: sed contenti estote stipendiis vestris. Hîc iam cognoscere se debet omnis homo qui militat. Non enim tantum de his militãtibus Scriptura loquitur, qui armata militia detinentur: sed quisque militię suæ cingulo vtitur, dignitatis suę miles ascribitur: atque ideo hæc sentẽtia potest dici, verbi gratia, militibus, protectoribus, cunctísque rectoribus. Quicunque stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tanquã calumniator & concussor, Ioannis sententia condemnatur. Vsqueadeò autem hoc inoleuit malũ, vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrũpantur iura, sententia ipsa venalis sit, & nulla iã causa possit esse sine causa. Hæc autem diuina sententia quæ ad milites loquitur, potest etiã ad clericos retorqueri: quia etiã si non militare videmur sæculo, tamen Deo & Domino militamus, 2. Tim. 2.
sicut ait Apostolus: Nemo militans Deo, obligat se negotiis secularibus. Videmur, inquã, non militare remissis ac fluctibus tunicis: sed habemus militię nostrę cingulum, quo castimonię interiora cõstringimus: de quo cingulo Dominus ait ad Apostolos suos, Sint lũbi vestri præcincti, & lucernæ vestræ ardẽtes in manibus vestris. Milites igitur Christi sumus, & stipendium ab ipso donatiuũmque percepimus, sicut dicit beatus Apostolus: Qui dedit nobis pignus spiritus: hoc est, qui Spiritus sancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergo Christianorum hoc donatiuo cõtentus fortè non fuerit, & quærit amplius, incipit hoc ipso carere quod meruit. Quod specialiter cõtingit hęreticis Arrianis. Dum enim nescio quid amplius quærũt, inuenientes erroris Spiritum, gratiã sancti Spiritus perdiderunt. Nã & catholicus clericus hac sententia retinetur. Si enim non cõtentus stipendiis fuerit quę de altario, Domino iubente, cõsequitur, sed exercet mercimonia, intercessiones vendit, viduarum munera libẽter amplectitur: hic negociator magis potest videri, quàm clericus. Nec dicere possumus, nemo nos inuasores arguit, violẽtię nullus accusat: quasi non interdũ maiorem prędã à viduis blandimenta eliciant, quam tormenta. Nec interest, apud Deum vtrum vi an circumuentione quis res alienas occupet: dummodo quoquo pacto teneat alienum.

Lucæ 3. Stipendia.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Væ prægnantibus, & nutrientibus. Matth. 24.

SERMO IIII.

Fuit XX. de verbis Domini.

SCIRE & intelligere debemus, fratres charissimi, quia Christianis, dum in hoc corpore viuunt, tribulatio deesse non poterit. Sic enim nos, sicut audistis, contestatur Apostolus, dicens: Omnes qui volũt 2. Tim. 3.
piè viuere in Christo, persecutionem patientur: & iterum, Per Ioan. 14.
multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Vẽturi sunt dies tribulationum, & malarum tribulationũ venturi sunt, sicut dicit Scriptura: Et quantũ accedunt dies, augentur tribulationes. Nemo sibi promittat, quod Euangelium nõ promittit. Quomodo enim appropinquante fine mundi, sicut Matth. 24.
dicit Dominus in Euangelio, abundabit iniquitas, refrigescet charitas: sic propter ipsas iniquitates nunquam deerit aduersitas. Opus est vt animum nostrum non solùm ad pœnitentiam, sed etiam ad patiẽtiam præparemus. Fratres mei, obsecro vos, attendite Scripturas sanctas, si aliquẽ fefellerunt, si aliquid deierunt, & aliter accidit quàm dixerunt: necesse est vt vsque ad finem

finem sic fiat, quemadmodum dixerunt. Non nobis promittit Scripturę sanctę in hoc sęculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum. Sicut Ioan. 16. & ipse Dominus in Euangelio dicit, In mũdo pressuram habebitis. Et iterum, Mundus gaudebit, & vos tristes eritis: sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Ad ista præcipuè nos paremus, ne imparati deficiamus. De ipsis enim tribulationibus cum Euangelium legeretur, audistis: *Væ prægnantibus & nutrientibus.* Matth. 24.
Prægnantes sunt, qui in spe intumescunt: Nutrientes autem, id est, lactantes, qui iam adepti sunt quod concupierant. Etenim mulier prægnans in spe tumet filij, nondum videt filium: quæ autem iam lactat, amplectitur quod sperabat. Prægnans est, qui res alienas concupiscit: nutriens est, qui iam rapuit quod concupierat. Et vt hoc apertius etiam simplices intelligere possint, aliquam similitudinem proponamus. Concupiscit aliquis villam, alienam, & dicit: Bona est ista villa vicini mei, ô si mea esset, ô si adiungerem illam, & facerem de isto fundo & de illo vnitatem. Amat & auaritia vnitatem. Quod amat bonum est: sed vbi amandum sit, nescit. Fortè diues est vicinus ille, qui habet villam bonam, & suspicatur quòd illam non possit tollere: quia potens homo est, & prævalet se contrà illum defendere, nec concupiscit, nec impræguatur, nihil sperans non concepit, non est prægnans animo. Si verò iuxta aliquis vicinus sit pauper, qui vel in necessitate positus est, vt possit vẽdere, vel potest opprimi vt cogatur vẽdere: iniicitur oculus, sperat se posse tollere aut villam aut coloniã vicini pauperis, & immittit illi aliquas tribulationes. Verbi gratia. Agit secretius apud eos qui possunt, vt illum exactores aut affligant, aut in aliqua publica administratione constringant: ex quibus cõtractis debitis multis necesse habeat infelix vendere casellam, vnde aut ipse, aut filij sui sustẽtabatur. Necessitate ergo compulsus venit ad illũ, per cuius nequitiam premitur & affligitur: & nesciens quòd ipsius immissione hoc patitur, dicit ad eum: Da mihi Domine, rego te, paucos solidos, patior necessitatẽ, vrgeor à creditore. Et ille, Non habeo modò in manibus. Ideo se dicit in manibus nõ habere, vt ille oppressus calumnia, necesse habeat vendere. Denique cùm ei dixerit, quòd pro nimia afflictione sua compellatur distrahere, starim ille respondet: Et si non habeam pecuniam propriam, vndecunque studeo mutuare, vt tibi amico meo subueniam: & si ita necesse est, etiam argentum meum distraho, ne tu iniuriã patiaris. Quando beneficium petebat, professus est se penitùs nõ habere: at vbi dixit, quòd possessionem suam venderet, quasi amico se subuenire dixit: & cum eum ad hanc necessitatem adduxerit, dicit illi, vt venditionẽ facere debeat, & pro casella pro qua prius, verbi gratia, fortè cẽtum solidos offerebat, vt eum opprimi viderit, nec medietatem precij dare acquiescit. Istis enim talibus, sicut iam suprà dictum est, Euangelista proclamat, Væ prægnantibus & nutrientibus. Istis
Matth. 15. enim talibus væ erit in die iudicij, & ab auditu malo non poterũt liberari: sed auditurì sunt, Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius: quia esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere. Hoc loco diligenter attẽdat charitas vestra. Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam: putas vbi mittendus est qui inuasit aliena? Si cum diabolo ardere habet qui nudum nõ vestiuit: putas vbi arsurus est qui expoliauit? Et ideo quotiensciũque vobis Euãgelica lectio recitata fuerit, in qua dicit, Vę pręgnantibus & nutrientibus, non hoc de mulieribus legitimos viros habentibus credite. Quid enim mali fecit mulier, quæ de proprio marito cõcepit? Quare illi in die iudicij malè erit, quę hoc fecit quod Deus iussit? Non ergo de mulieribus quæ iustè concipiunt & pariunt, hoc credendum est: sed de illis, quos suprà diximus, qui iniustè concupiscendo rem alienam, impræguati esse videntur. De quibus scriptum legimus, Cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Omnis enim homo cõcipit: nec vllus potest esse sine conceptu. Sed alij concipiunt de Christo, alij de diabolo. Sicut enim de illis qui à diabolo cõcipiunt, dicitur, Concepit dolorem, & peperit iniquitatem: ita & de illis
Esa. 26. qui à Spiritusancto concipiunt, scriptum est, A timore tuo in vtero conceipimus, & peperimus spiritũ salutis tuę. Hęc enim quæ diximus, fratres charissimi, qui diligenter attendit, & supradicta mala aut fuisse in se, aut forsitã adhuc esse cognoscit, citò se corrigat. Non enim nocent mala præterita, si nõ placẽt: adhuc enim est pœnitendi & corrigendi locus. Nondum facta est illa disiunctio aliorũ ad dexteram, aliorum ad sinistrã. Nõdum apud inferos sumus, vbi est diues ille sitiens, & stillam desiderans. Audiamus, dum viuimus corrigamur. Non concupiscamus res alienas, & impræguati tumeamus: nec velimus peruenire ad illas, & eas adipiscendo tanquam filios osculemur.

Quando enim cõcupiscit aliquis rem alienam, sicut iam dictũ est, anima sua quasi cõcepisse videtur. Si verò quod cõcupiscit per aliquam caliditatem aut nequitiã potuerit obtinere, quasi natũ filium osculari ac nutrire cognoscitur. Non ergo sic amemus ista terrena, fratres, vt perdamus cœlestia. Mutãdũ est cor, leuandũ est cor: non hîc habitemus iam corde. Mala regio est amor mũdi: sufficiat quòd hîc adhuc in carne esse videmur. Audiamus Apostolum dicentem, Si surrexistis cum Christo, quæ Col. 3.
sursum sunt sapite, quę sursum sunt quęrite non quę super terram. Nõ apparet quod nobis promissum est. Iam enim paratũ est, sed non videtur. Concupiscendo impræguari vis, hinc impręgnare. Concupisce vitam æternã: ad quam te inuitat Deus, ipsa sit spes tua. Certus erit partus tuus, non erit † aborsus. Non al. abortus.
temporaliter amplecteris quod pepereris, sed in æternũ possidebis. Quod enim promissum est, sine dubio dandum est: sed adhuc retrò est: Non dabitur modò, sed dabitur postea. Videte iam quanta data sint, fratres. Quis illa vel nũmerare præualeat? De omnibus enim rebus quæ in Scripturis diuinis promissæ sunt, vna tantummodo remansit. Deus ergo qui in tantis rebus verum dixit, in vna nos fallit? Scriptum est de Ecclesia, quia erit: & videtur quia est. Scriptum est de idolis, quia non erunt: & videtur quia non sunt. Scriptum est, quia perdituri erant Iudæi regnum, & videtur. Scriptum est de hęreticis, quia futuri erãt, & videtur. Scriptum est & de die iudicij, scriptũ est & de prẽmiis bonorum, & de pœna malorum: nemo se circumueniat, fratres. Quomodo illa omnia venerunt quæ promissa sunt, sic & dies iudicij, & malorum pœna, & iustorum prẽmia sine vllã dubitatione ventura sunt. Et ideo vnusquisque nostrum, dum licet, & cum Dei adiutorio in potestate nostra consistit, & peccata vitare: & quod bonum est exercere contendat, vt cùm ille dies terribilis & metuendus aduenerit, non cum impiis & peccatoribus perenni incendio concrememur, sed cum iustis & Deum timẽtibus peruenire ad æternum præmium mereamur: quod ipse præstare dignetur, cui est honor & imperium in sęcula sęculorum, Amen.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucẽ, Domine, doce nos orare, cum expositione orationis Dominicæ.

SERMO V.

Fuit XVIII. de verbis Domini ex libro 5. D. Ambrosij de sacramentis, cap. 4.

APOSTOLI sancti dicebant ad Dominum Iesum: Domine, doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos. Tunc ait Dominus orationem, *Pater noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum, Veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Et ne nos patiaris induci in tentationem, quam ferre non possumus; sed libera nos à malo.* Videes quàm breuis oratio, & omnium plena virtutum? Primus sermo, quantæ gratiæ? O homo, faciem tuam non audebas ad cœlum attollere, oculos tuos in terram dirigebas: & subitò accepisti gratiam Christi, Omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo seruo, factus es bonus filius: Ideo præsume non de operatione tua, sed de Christi gratia. Gratia enim saluati estis, Apostolus ait. Non ergo hîc arrogantia est, sed fides: prædicare Eph. 2.
quod acceperis, non est superbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem, qui te per lauacrũ genuit, ad patrem qui per filium te redemit: & die, *Pater noster.* Bona præsumptio, sed moderata. Patrem dicis, quasi filius: sed noli tibi aliquid specialiter vindicare. Solius Christi specialis est pater, nobis omnibus in commune est pater: quia illum solum genuit, nos creauit. Dic ergo & tu per gratiã, Pater noster, vt filius esse merearis. Ecclesiæ contuitu & consideratione te ipse commenda, *Pater noster, Psal. 56.*
qui es in cœlis. Quid est, In cœlis? Audi Scripturam dicentem, Excelsus super omnes cœlos Dominus. Et vbique habes, quòd super cœlos cœlorũ Dominus sit: quasi non in cœlis & angeli, quasi non in cœlis & dominationes, sed in cœlis illis, de quibus dictũ est, Cœli enarrant gloriam Dei. Cœlum est ibi, vbi culpa Psal. 18.
cessauit. Cœlum est ibi, vbi flagitia feriãtur. Cœlum est ibi, vbi nullum mortis est vulnus. *Pater noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum.* Quid est, Sanctificetur? Quasi optemus, vt sanctificetur ille qui ait, Estote sancti, quia & ego sanctus sum: quasi aliquid ei ex nostra precatione sanctificationis accedat? Leuit. 19.
Non: Sed sanctificetur in nobis, vt ad nos possit eius sanctifica-

rio peruenire. *Pater noster qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum, Veniat regnum tuum.* Quasi non sempiternum sit Dei regnum, Ipse Dominus dicit, Ego in hoc natus sum, & tu dicis, Pater, veniat regnum tuum: quasi non venerit? Sed tũc venit regnum Dei, quando eltis gratiam eius consequiti. Ipse enim ait, Regnum Dei intra vos est. *Veniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Sanguine Christi pacificata sunt omnia, vel in cœlo, vel in terra. Sanctificatum est cœlum, deiectus est diabolus. Ibi versatur, vbi & homo quem ille decepit. Fiat voluntas tua † sicut in cœlo, & in terra: hoc est, sit pax in terra, quemadmodum in cœlo. Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie. Memini sermonis mei, cũm de Sacramentis tractarem: dixi vobis, quòd ante verba Christi quod offertur panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quæ postea sequitur, ait, Panem nostrum? panem quidẽ dixit, sed ἐπιούσιον dixit, hoc est, Supersubstantialem. Non iste panis qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Ideo ergo Græcè ἐπιούσιον dicitur: Latinus autem hunc panem quotidianum dixit: quia Græci dicunt aduenientem diem. Ergo quod Latinus dixit & Græcus, vtrunque vtile videtur. Græcus vtrunque vno sermone significauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Quomodo sanctus Iob quotidie pro filiis offerebat sacrificium, ne fortè aliquid vel in corde vel in sermone peccassent. Ergo tu audis, quòd quotiescunque offertur sacrificiũ, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini significetur, & remissio peccatorum, & panem istum vitę nostræ quotidianum non assumis? Qui vulnus habet, medicinam roquirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est, cœleste & venerabile sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit. Quomodo? Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hodie est, quando Christus resurgit. Heri & hodie ipse est, Paulus Apostolus ait. Sed & alibi dicit, Nox præcessit, dies appropinquauit. Nox hesterna præcessit, dies hodiernus appropinquauit. Sequitur, *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Debitum quid est, nisi peccatum? Ergo si non accepisses alieni fœnoris pecuniam, non egeres: & ideo peccatum tibi imputatur. Habuisti pecuniã, cũ qua diues nascereris. Diues eras, ad imaginem Dei & similitudinem factus: perdidisti quod habebas, hoc est, humilitatem. Dum arrogantiam desideras vindicare, perdidisti peccatum. Sicut Adam nudus es factus, accepisti à diabolo debitum, quod non erat necessarium. Et ideo qui eras liber in Christo, debitor factus es diabolo. Cautionẽ tuã tenebat inimicus: sed eam Dñs crucifixit, & suo cruore † deleuit. Abstulit debitum tuum, reddidit libertatem. Bene ergo ait, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vide quid dicas. Quomodo ego dimitto, sic & tu dimitte mihi. Si dimisistis, bene cõuenit vt dimittat tibi. Si nõ dimittis, quomodo cum conuenis vt dimittatur tibi? Et ne patiaris nos induci in tentationem, vide quid dicat, *Et ne nos patiaris induci in tentationem*, quam ferre non possumus. Non dicit, Non inducas nos in tentationem: sed quasi athleta talem vult tentationem, quam ferre possit humana conditio, & vnusquisque vt à malo, hoc est, ab inimico, & à peccato liberetur: Potẽs est autem Dominus qui abstulit peccatum vestrum, & delicta vestra donauit, tueri & custodire vos aduersum diaboli aduersantis insidiis, vt non vobis obrepat inimicus qui culpam generare consuetuit. Sed qui Deo se committit, diabolum non timet. Si enim Deus pro nobis, quis cõtra nos? Ipsi ergo laus, & gloria à seculis, & nũc & semper, & in omnia secula seculorum, Amen.

Luc. 17. al. quemadmodum.
Col. 3.
al. quemadmodum.
De 6. dist. 2. Non ille. 2. fen. dist. 1. Quid autem.
Vbi supra.
Iob 1.
Psal. 2.
Hebr. 13.
Rom. 13.
Gen. 1.
Gen. 3.
al. dilexit.
Rom. 8.

De resuscitatione Lazari quatriduani, in Euangelio secundum Ioannem.

SERMO VI.

Fuit de verbis Domini 51.

ICET omnes virtutes quas in terris Dei filius manifestarem suam proditurus impleuit, mirari tantum homines valeant, vt verbis definire non po sint: excedit tamen omne miraculum quod Christus circa Lazarum fecit, cui non ægro reddidit sanitatem, nec debilitatis languore viribus medelam prorinus verbo restituit: Non denique reliquias animę adhuc posfidenti vitam rursus reddidit, sed iam monumentis recondito, iam legitimis temporum spatiis asscripto infelis inquilino, ab ipsa sede pallente, destructa lege tartarea, mancipium mortis redire iussit ad superos: & post concilia stridentium vmbrarum, post profundas noctis æternæ caligines vitam ducere, in conuiuio discumbere, frui discumbentium colloquio, prandere & gaudere fecit: atque vt miraculum diuinæ virtutis accresceret, dum conuiuis interrogantibus tristia loca pœnarum, sedésque alta nocte semper obscuras, Lazarus indicat diligenti narratione per ordinem, diu quæsiti longisque temporibus ignorati inuenerunt tandem inferi proditorem. Nec leues iam præcesserant in multis curationibus diuersæ virtutes, Neque enim leuia sunt vel ludicra, præter Lazarũ quæ Christus impleuit: quod claudi redintegratis gressibus cucurrerũt, & accepto beneficio sanitatis Domino gratias retulerunt: quòd manci vtrasque manus ad cœlũ cum laudibus leuauerũt, quòd resoluta sunt mutis claustra linguarũ, & post horrificum vocis inarticulatæ mugitum, vinculo nodatæ linguæ dirupto, ex ore diuiduo sensibilia verba processerunt: quòd cæcus recepit lucem, quam violentus dolor nube crassi humoris obscurãs ab orbium sede rapuerat, & noctem funeratę frõtis excutiens dum totũ recipit visum, resurrectionẽ cæcus meruit oculorum. Recepit hic quidem oculos, alter accepit: & quod natura non dederat, manus Christi formauit. Imposuit enim frõti puluerẽ sputo conspersum, & ad tactam, facræ manus operis disciplina festinans luciferas gemas orbibus preparatis infixit, & quod natura non dederat, Christus artifex integrauit. Hęc omnia cunctis fuêre miraculum, dum fiebant. Quis enim protinus saxeus mirari non cogatur, cũm omnia damna membrorum non medicinæ pigpentis, nec arte aliqua, nec remediis, sed solo tantum modo videret sermonis imperio restituta? Parua hæc tamẽ ad Christi potentiam videbantur, nisi amicus Christi Lazarus moreretur. Quem ideo Christus vitæ naturæ restituit, vt mutaret naturã, & vitæ ordinẽ verteret: vt vnus homo semel nasci, & bis mori disceret, vt cõditionem mortis noua resurrectionis lege turbaret. Inuadit igitur Lazarum pernicies, inimica lãguoris, & fornace febris anhelo corpus exurens, miserandi hominis robur quotidie edax incendium absumebat. Iacebat visceribus anhelis exæstuans, crebrisque singultibus corpus excussum, migraturam de domo corporis animam pronuntiebat. Non amici, nõ cõsilia, non fomenta, nõ artis magisterio remedia prouisa succurrunt. Omnia enim quę pro salute data fuerãt, in cõtrarium vertebãtur. Lãgor enim iste nõ aliquo remedio, sed sola morte fuerat finiendus: & mors ipsa per ressuscitationẽ Cristi vincenda. Aderant enim duæ sorores languenti, & casum dolẽtes iuuenis, ægrotantis lectulo iugiter inhęrebãt. Fouebãt verò iacentem tabibus frequenter alloquiis: Patienter, inquiunt, sustine, fortiter dura, noli desperatione corruere. Dũ enim languorem istum fortitudine toleras, cũm sustines, cũm foueris, venit inter hæc Christus, vt credimus, fortitan & sanaberis. Sed quid vos ô Maria & Martha pro germano tãtus dolor exurit? Quid iugibus suspiriis optatis mori cum fratre? In cõtrarium potius vota pectoris immutate, precamini cremẽta lãguoris, augmẽta febrium quærite: & vt in extrema vitæ lumina tempestas morbi sæuiẽtis citius impingat, optate. Frater enim vester Lazarus, cuius ingemiscitis tanto affectu languorẽ, nisi mortuus fuerit, non recipiet sanitatem. Vrebat igitur ægrotum febris assidua, edax flamma penetrali vapore siccabat. Incũbit quæstionarius corporis dolor, totus homo sæuientium morborum oneribus premitur, vt corporis vinculis anima resoluatur. Vicit tandem succum corporis ęgritudo, & caminus febriũ extremo diuortio de sede corporis animam cõpulit emigrare. Scindebãt Maria & Martha germanæ vestes, laniabãt iratis vnguibus genas, spargebant euulsos crines, vlulatibus astra pulsabant: & tamen incumbẽtes funeri amplexæque corpus exanime inania figẽtes oscula, sæpius hoc dicebant: Poteras miser nec ægrotare, nec mori, si nulla ratio fecisset Christũ absentẽ. Inter omnes enim quib. sermone medico desiderata cõcessit, si te quoque languẽtẽ cõtingeret aut videret, nõ te frigidi corporis sopore oppressum, non spoliatũ lumine videremus. Imò illo præsente nõ tibi febris accederet, non inuaderet dolor, non ægritudo vastaret. Tanta est enim illius omnipotentia, vt etiã iam mortuus resurgeres, si veniret. Procedit interea funus, longóque ordine tristibus obsequis decoratũ inferitur sepulchris. Abscõditur cauato saxo, luctuosisque vocibus cõclamatur. Venit igitur ad Bethaniam Christus, claustra mortis diuina potentia destructurus.

Occurrunt

Occurrunt lachrymosæ sorores, funus hominis contestantes, Dei auxilium requirebant. Erat enim insitus amori Lazari, erat sororum eius quædam delectatio apud Dominum: de seruitiis amoris sui pignus intrinsecus deponentes, in visceribus habere Dominum videbantur. Sed interrogat de lachrymis Deus: & licet sciret quid contigerit, tamen ex illarum voce optat audire. Lazarus, inquiunt, quem diligebas, mortuus est. O inuidia, ô infidelis conuentio. Te adhuc posito in seculo, Lazarus amicus tuus mortuus. Si amicus moritur, inimicus quid patiatur? Parum est, si tibi non soli superi seruiunt: ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. Lazarus, inquiunt, quem diligebas, moritur. Exclusit humanitatis consuetudinem, & vox illa mortalitatis dicit: Amicus Dei plus debuit viuere, sed moritur. Dominus noster Christus intendens in lachrymas mulierum, quæ iugibus suspiriis optabant mori cum fratre, ad mausoleum Lazari vnà cùm discipulis suis vel prolixis turbis accelerat. Iam enim intra cauatum saxum quatuor dies habuit vt iacebat, iam fluescentium membrorũ teterrimus fœtor prohibebat accessum, iam in concauis orbibus tabido situ marcescentes resederant oculi, iam deficiebat nariũ mollitudo, iam rictus oris dentibus nudatis horrebat, iam nudata cute, laxa temporibus cerebri sedes tegimine attenuato pallescens, capillis subinde rarescentibus apparebat, iam Maria & Martha sorores Lazari, quę Christum frequenter resuscitasse mortuos viderant, fratrem suum posse resuscitari penitùs non credebant. Ibi verè Christus probatus est Deus: ibi tantum fecit, quantum ausa non est etiam ipsa fides optare. *Et cõmmotus spiritu dixit, Vbi posuistis eum?* Non tamen locum sepulti ignorare credi debuerat: sed fidem populi approbare volebat. Venit igitur Christus ad monumentum in quo Lazarus dormiebat, & non tanquam mortuum, sed tanquam sanum, tanquam viuum, tanquam audire paratum, de sepulchro protinus euocauit. *Lazare*, inquit, *prodi foras.* Ideo dicit nomen, ne omnes mortui cogerentur exire. Clamat tamen ad monumentum: turbant se inferi, expectant audientiam omnes mortui, quærebant sua nomina vocati: Ne, inquiũt, & nos Dominus suscitabit? Vbicunque Christus steterat, patebant inferi. Subitò vna vox intercepit cæteros, Lazare, veni foras. Non dilatio vlla retinet resurgentem, non tardant reditus animæ, non impediunt vincula sepulturę. Inuolutus linteis nodisque lineis irretitus, voce Christi citius egreditur. Surgit, ambulat, curtit. Et ne quid quisquam deesse diceret resurgenti, præsentibus cunctis agit grátias Redemptori.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.

SERMO VII.

Aut pars sermonis. Fuit LVII. de verbis Domini.

Ioan. 14.

DOMINI vox est, fratres charissimi, *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* De pace dicturi, prius quæ pacis sint commoda, videamus. Est pax serenitas mẽtis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. Hæc est quæ simultates tollit, bella cõpescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida. Non quęrit alienum, nihil deputat suum, docet amare, quę odisse non nouit. Nescit extolli, nescit inflari. Hanc ergo qui accepit, teneat: qui perdidit, repetat: qui amisit, exquirat: quoniam qui in eadẽ non fuerit inuentus, abdicatur à patre, exheredatur à filio, nihilominus à sancto Spiritu alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, qui datæ legis contempserit bonum. Nec poterit ad hæreditatem Domini peruenire, qui testamentum noluerit obseruare: Nec potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumaciæ enim crimen est, qũod iubetur cõtemnere, quod pręcipitur nolle, quod imperatũ est declinare. Quid tibi commune cum discordia, Christiane? Quid simultates amas, quod auctori pacis placere nõ potuit? Quid exerces inimicitias, quas euadere non potuit, nec ille qui eas primus inuenit? Initio nãque inimicitias in protoplastum dum serpens exerit, interficitur, dum homini inuidet, ipse prosternitur. Dum Adam cupit decipere, ipse primitùs iugulatur. Quare aut Christi charitatẽ amplectere Christiane, aut discordiæ auctori de similitudine operum parem te esse cognosce.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

SERMO VIII.

Fuit LVIII. de verbis Domini, & prior pars est ex tractatu 78. in Ioannem, tomo IX.

ACCEPIMVS, fratres, verba Domini dicentis ad discipulos, *Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, quia vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est.* Hinc ergo turbare & formidare poterat cor illorum, quod ibat ab eis, quamuis venturus ad eos: ne forsitan gregẽ lupus hoc interuallo inuaderet, pastoris absentia. Sed à quib. homo abscedebat, Deus non relinquebat, quia idem ipse Christus homo & Deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod Deus erat: Ibat per id quod vno loco erat, & manebat per id quod vbique erat. Cur itaque turbaretur & formidaret cor, quãdo sic deserebat oculos, vt non desereret cor? Quamuis Deus etiam qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordibus, qui eum relinquunt moribus, non pedibus, & veniat ad illos qui conuertuntur ad eum, non facie, sed fide: & accedunt ad eum mente, non carne. Vt autem intelligerent secundum id quod homo erat, eum dixisse, Vado, & venio ad vos: adiecit atque ait, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Per quod ergo filius non est æqualis patri, per hoc erat iturus ad patrem: à quo & venturus est viuos iudicaturus & mortuos. Per illud autem, in quo æqualis est gignenti genitus, nũquam recedit à patre, sed cum illo est, vbique totus, pari diuinitate, quam nullus cõtinet locus. Cum enim in forma Dei esset, sicut Apostolus loquitur, non rapinã arbitratus est, esse æqualis Deo. Quomodo enim rapina posset esse natura, quę nõ erat vsurpata, sed nata? Semetipsum autem exinaniuit, formã serui accipiens. Non ergo amittẽs illam, sed accipiens istam, eo modo se exinaniẽs, quo hic minor apparebat, quam apud patrem manebat. Forma quippe serui accessit, non forma Dei recessit. Hæc assumpta est, non illa consumpta. Propter hanc dicit, Pater maior me est: propter illam verò, Ego & pater vnũ sumus. Hoc attendat Arrianus, & hac attẽtione sit sanus, nec cõtentione remaneat insanus. Hæc est enim forma serui, in qua Dei filius minor est, non patre solo, sed etiam Spiritu sancto. Neque id tantum, sed etiam seipso, quia idem ipse in forma Dei maior est seipso. Neque enim homo Christus non dicitur filius Dei, quod etiam sola caro eius in sepulchro meruit appellari. Nam quid aliud cõfitemur, cùm dicimus credere nos in vnigenitum filium Dei, qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus? Et quid eius sepultũ est, nisi caro sine anima? Ac per hoc cùm credimus in Dei filium, qui sepultus est, profectò filium Dei dicimus & carnẽ, quæ sola sepulta est. Ipse ergo Christus filius Dei æqualis patri in forma Dei, quia semetipsum exinaniuit, nõ formam Dei amittens, sed formam serui accipiens, maior est & seipso: quia maior est forma Dei quæ amissa non est, quam serui quæ accepta est. Quid itaque mirum, vel quid indignum, si secundum hanc formam serui loquens ait Dei filius, Pater maior me est: & secundum Dei formam loquens ait idem ipse Dei filius, Ego & pater vnum sumus. Vnum enim sunt, secundum id quod Deus erat verbum, & minor est patre secundum id quod Deus verbũ caro factum est. Dicam etiam quod Arriani & Eunomiani negare non possunt. Secundũ hãc serui formam puer Christus etiam parẽtibus suis minor erat, quando paruus maioribus sicut scriptum est, subditus erat. Quid igitur hæretice, cùm Christus sit Deus & homo, loquitur vt homo, & calũniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? Infidelis, ingrate, ideóne tu minus æstimas eum qui fecit te quia dicit ille quod factus est propter te? Æqualis enim patri filius, per quem factus est homo: vt minor esset patre, factus est homo. Quod nisi fieret, quid esset homo? Dicat planè Dominus & magister noster, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Cum discipulis audiamus verba doctoris, non cum alienis sequamur astutiam deceptoris. Agnoscamus geminã substantiam Christi, diuinam scilicet, qua æqualis est patri: humanam, qua maior est pater. Vtrunque autem simul, non duo, sed vnus Christus ne sit quaternitas, non trinitas Deus. Sicut enim vnus est homo anima rationalis & caro: sic vnus est Christus Deus & homo. Ac per hoc Christus est Deus & anima rationalis, & caro. Christum enim in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus: sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus

Ioan. 14.
Phil. 2.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
Luca 2.

Christus Iesus, sed in forma serui. Item de singulis quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus: sed in anima sola. Quis resurrectuus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus sed in carne sola. Dicitur ergo & in his singulis Christus. Verùm hęc omnia non duo vel tres, sed vnus Christus. Ideo dixit, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Quia naturę humanę gratulandũ est, eo quod sic assumpta est à verbo vnigenito, vt immortalis cõstituereturin cœlo: atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad patrẽ. Nam profectò ad illum ibat, qui cum illo erat. Sed hoc erat ire ad eum, & recedere à nobis, mutare, atque immortale facere quòd mortale suscepit ex nobis, & leuare in cœlum per quod fuit in terra pro nobis. Quis non hinc gaudeat? quis non sic diligat Christum, vt & suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque se speret futurũ esse immortalem per Christum? *Obiciunt nobis Arriani*, creaturã Dei filium asserentes. Quid est quod Salomon ad hoc ex persona Christi consentit & dicit, Dominus creauit me, in principio viarum suarum in opera sua ante seculũ fundauit me: in initio priusquã terram faceret, priusquam prodirẽt fontes aquarum, priusquam montes stabilirentur, ante omnes colles genuit me? Aduersus quos ita respondemus: Multi quidem doctissimi viri, hoc ex persona illius sapientiæ dictum asserũt, quam Salomon ad iudicandum regendũmque populum acceperat. Sed quia vos animo pertinaci hoc à nobis ex Christi persona dictũ exigitis, non reluctamur, neque renitimur, sed ipsius veritatis auxilio roborati, quocunque duxeritis sequimur. Primò quidẽ, vt superius diximus, licet vnam personã in Christo credamus, duas tamen substantias, id est, naturas esse fatemur, diuinitatis scilicet & humanitatis, assumptricis & assumptæ, creatricis & creatæ. Quæ tamen substantiæ non sunt confusæ, sed vnitæ, atque in vna eadémque persona inseparabiles, & in sua sẽper proprietate manentes. Quapropter vnicuique substãtię propria vtique aptãda sunt, id est, infirmitates humanitati, quæ creata est: signa verò vel mirabilia diuinitati, quæ creauit. In tantum enim hę duę naturæ sibimet vnitę sunt atque cõiunctę, vt idem atque idem Christus Deus & homo, aliquando res aut agat, aut loquatur humanas, aliquando diuinas. Sicut illud est quòd dormit in naui, & imperat ventis & mari: aut quòd esurierit, & quòd quinque milia hominũ de quinque panibus & duobus piscibus saturauerit: Postremò quòd moritur, & quòd Lazarũ quatriduanũ auctoritate diuina iubeat à mortuis reuocari. Ex quo mirari nõ debes, si Christus de humanitate sua dixerit, Dominus creauit me initio viarum suarũ in opera sua: quia subsequens dictũ quid diuinitati conueniebat, priori præmisso ostendit, dicens, Ante seculũ fundauit me, initio priusquam terram faceret, & priusquam abyssos faceret, priusquã prodirent fontes aquarũ, priusquam montes stabilirentur: ante autem omnes colles genuit me. Hoc est dicere, Licet creauerit me Deus, vt initia viarum atque operum eius per Euangelium demonstrarẽ, sed ante seculum, id est, ante initium, antequam vel cœlum vel terra, vel tempora fierent, genuit me: hoc est, vt sine tempore, & sine initio se à patre genitum demonstraret. Nam vt totum breuiter comprehendam, Christus filius Dei Deus & homo, secundum diuinitatẽ ante tempora, sine initio inenarrabiliter à patre genitus est, sicut Esaias dicit, Generationem eius qui enarrabit? Nouissimo autem tẽpore secundum humanitatem creatus est. Aduenienis enim diuinitus in vterum virginis Mariæ, auctoritate illa qua in paradiso Adam de limo formauit, carnẽ sibi ex substantia ipsius Mariæ fabricauit: quã pro salute nostra suscipiens, & sibi coadunans natus est Deus & homo. Quam generationem Matthæus enarrat dicens, Christi autẽ generatio sic erat, &c. Item solent aduersum nos huiusmodi venenatũ componere syllogismum, dicentes: Si coæternũ patri creditis filiũ, dicite quæsumus, dum esset, genitus est, an dum non esset? Si dũ esset, duo ergo ingeniti antè fuerunt, & postmodum vnus aliũ genera uit: aut si, vt ratio vera permittit, dum non esset, genitus est, erit vtique patre posterior. Ad quam rem nobis non aliud agendũ est, nisi vt tam grandi hæreticorum malitiæ exemplis Apostolicis resistamus, quibus facile sapiẽtia secularis eliditur. Dum ergo nobis memorata superius obiecerint, dicimus: Nos sicut solum patrem semper, & sine initio ingenitum nouimus, ita filiũ semper & sine initio ex patre genitum cõfitemur. Nec alia aliqua causa est quę diuisionem faciat personarũ, nisi quòd hic ingenitus est, & ille genitus: id est, hic pater est & ille filius: quia pater semper pater est, nunquam filius: quia, vt diximus, non est genitus, sed ipse genuit. Et filius semper filius est, nunquam pater: quia non genuit, sed genitus est. Qua de re non alius quàm Apostolus ipse in medio pronocandus est: qui præuidens Eunomij & Arrij malitiam, exemplis rerum visibilium, & inuisibilem & inenarrabilem, & incomprehensibilem rem, in quantum potuit, vel res ipsa permisit explanare conatus est. Quid enim scribens ad Hebræos de filio dicit? Qui est, inquit, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Videamus ergo quid causæ est, quòd filium splendorem nominauit. Splendorem enim, nisi fallor, non dicimus nisi aut solis, aut lunæ, aut cuiuslibet certi luminis. Quid ergo est? Nunquid tam insanimus, vt Apostolum putemus inęstimabilem illam diuinitatis speciem, soli aut igni assimilasse? Absit. Sed vt exẽplo illo intelligamus, quia sicut splendor ex substantia solis nascitur, ita & filium ex substantia patris genitum. Et sicut non est sol aut ignis prior splẽdore suo, licet ex illo nascatur: sic ex quo sol aut ignis processit, simul & cum eo splendor eius apparuit, nec dici potest splendor sole vel igne posterior: cùm tamen, vt dixi, ex ipso nascatur: Sic agnoscamus non esse patrem filio priorem, aut filiũ patre posteriorem. Si ergo in creaturis aliquid inuenitur, quod & nascatur, & posterius non sit genitore suo, cur hoc hæretice à creatore fieri posse desperas? Accipe etiã huius rei aliam similitudinem, Sicut splẽdor ex sole natus, replet orbem terrarum, & tamen à genitore suo non abscinditur aliquãdo, nec recedit: ita filius ex patre genitus vbique dũ sit, in patre semper permanet. Et sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splendore, ita substantialiter pater in filio, & filius in patre est. Et sicut soli & splendori vna substantia dum sit, non tamen est vna persona: quia nec solem splendorem esse, nec splendorem dicimus solem: quia scimus quod sol genuit splendorem, splendor verò natus ex sole est: ita & pater & filius cum sint vnius essentiæ, non tamen sunt vnius personæ, sicut iam superius ad plenum memoranimus. Et sicut sol per splendorem & calefacit, & illuminat, & siccat, & soluit, & candidat, & denigrat, & omnia quę ei à Deo iniuncta sunt, operatur: ita & patrem per vnigenitum filium suum omnia legimus fuisse operatum. Creatum inquiũt esse filium à patre, non genitum. Ad quod breuiter respondendum est. Si creatus est, vtique & seruus: quia omne quod creatũ est, necesse est vt creatori deseruiat. Et si seruus est filius, quomodo in forma Dei constitutus formam serui accepit? Seruus enim serui formam accipere non potest. Idem dicunt, non natura esse Dei filium, sed creatum. Aduersus huiusmodi quæstiones solito respondendũ est. Quia si natura Deus non est filius, sed creatura, nec colẽdus est omnino, nec vt Deus adorandus: dicente Apostolo, Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Et ad Galatas, Sed tunc ignorantes Deum, his, qui natura non sunt dij, seruiebatis. Sed illi ad hęc replicabũt & dicent: Quid quòd carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul cum diuinitate adoras, atque ei non minus quã diuinitati defertis? Ego Dominicam carnem, imò perfectam in Christo humanitatem, propterea adoro, quòd à diuinitate suscepta, atque deitati vnita est: vt non alium atque alium, sed vnum eundémque Deum, & hominem Dei filium confitear. Denique si hominem separaueris à Deo, vt Photinus, vel Paulus Samosatenus, illi ego nunquam credo nec seruio. Velut, Si quis nostrũ aut purpuram, aut diadema regale iacens inueniat, nũquid ea conabitur adorare? Cum verò ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege quis adorare cõtempserit: ita etiam in Christo Domino humanitatem non solam aut nudam, sed diuinitati suę vnitam, vnum Dei filium Deum verum & hominem verum qui adorare contempserit, ęternę mortis pœnam patietur.

3. sentent. dist. 22. cap. hic quæritur.

Prou. 8.

Esa. 53.

De verbis S. Lucæ, in Actibus Apostolorum, Nemo quicquam ex eo quod possidebat, suum proprium esse dicebat.

SERMO IX.

Sermo D. Maximi episcopi, inter Ambrosianos IX. Fuit XXV. de verbis Apostoli.

EGIMVS in libro, qui Apostolorum Actibus ascribitur, tantam sub memoratis viris deuotionem plebis fuisse, ita populi Christiani floruisse primitias, vt post acceptam fidem nemo domum propriam sibi defenderet, & nemo suum aliquid vindicaret, sed iure fraternitatis esset illis cuncta communia: scilicet vt qui eodem consortio religionis tenebantur, eodem consortio fruerentur & vitæ: hoc est,

hoc est, vt quibus erat vna fides, esset vna substantia: quibus erat communis Christus, communis esset & sumptus. Nefas enim putabãt religiosi viri, eum sibi participem nõ asciscere in substãtia, qui particeps erat in gratia: atque ideo charitate fraternitatis omnibus cõmuniter vtebantur: nisi quòd maior est fraternitas Christi quàm sanguinis. Sanguinis enim fraternitas similitudinem tãtummodo corporis refert, Christi autem fraternitas vnanimitatem cordis animęque demonstrat: sicut scriptum est, Erat autem credẽtium cor atque anima vna. Verè ergo frater ille est, qui tam corpore quàm vnanimitate germanus est: verus inquam, frater est, cuius idem Spiritus & voluntas in fratre est. Melior ergo est, sicut dixi, fraternitate sãguinis, Christi fraternitas: quoniam interdum illa sibi inimica est, Christi autẽ fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se cõmunia cum æmulatione diuidit, hæc etiam cum gratulatione communicat. Illa in cõsortio sæpe despicit germanum, hæc assumit frequenter alienum. Tanta ergo, sicut dixi, illo in tẽpore Christianæ plebis deuotio fuit, vt nemo domum suam diceret, nemo proprium aliquid vindicaret, sicut ait sanctus Lucas, dicens: Nemo quicquam ex eo quod possidebat, suum proprium esse dicebat. Non enim, inquã, erat quisquam egens inter ipsos. Beata igitur plebs, quę dũ plures in Christo habet diuites, nullum in seculo habet indigentem: & quæ dum æternas cogitat diuitias, à fratribus tẽporalem repulit paupertatem. Vẽdebant enim, sicut ait Scriptura, prædia, & domos suas, & pretia vẽditorum ante pedes Apostolorum ponebãt, vt erogaretur prout cuique opus erat. Videte sanctorum virorum fidem, quemadmodum propter Christum toto se expoliabant patrimonio, & nihil sibi reliqui faciebãt: non enim verebantur, ne esurirẽt ipsi dum timebãt ne alius esuriret. Hæc igitur sub Apostolis fuit in plebe deuotio. Modò quid simile reperimus? Et certè idẽ Christus in nobis: idem quidem Christus in nobis, sed non idem animus in nobis. Eadẽ plebis fides: sed non in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alterius inopia non cogitat: vt illud sit quod dicit Apostolus, Alius quidem esurit, alius ebrius est: sed etiã diripiunt aliena: non solùm, inquam, colligẽtes pecunias suas ad pedes Apostolorum non deferunt, sed etiam confugientes fratres suos pertrahũt à pedibus sacerdotum. Nunc est illud tempus, quod describit beatus Apostolus dicens, In nouissimis diebus abũdabit iniquitas multorum, & refrigescet charitas. Modò enim abũdat auaritia & iniquitas, quæ antè largitatis bonitate cessabãt: & refrigescit charitas fraternitatis, quę prius Christi amore feruebat. Tãta enim sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit, vt tunc in cõuentu suo non inueniretur indigẽtia: Tãta autem modò Christianitatis dissimulatio est, vt in cœtu nostro vix inuenias locupletem. Locupletem autem non tam facultatibus dico vix inueniri, sed operibus. Ait enim Apostolus, Diuites sint in bonis operibus. Locupletẽ enim in Ecclesia intelligi voluit, qui diues in Christo est. Nam & ibi quod ait, sub Apostolis neminem indigentem fuisse: ostendit vtique tãta eos gratia fuisse fidei præditos, vt omnes cœlestiũ diuitiarum abũdauerint largitate. Rarò igitur hoc tẽpore inuenimus in Christiano populo locupletem: & si plerique in domibus auro sint diuites, tamen in Ecclesia iustitia sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod præualent operãtur, nec hoc est gratũ quod offerunt, nec illud est satiabile quod referunt. Dicit Dominus ad Cain, cùm offerret munera, Si autem rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti, quiesce. Sic & tu Christiane non rectè diuidis, qui de tanto auro tuo maiorẽ partem Mammonæ seruas, quàm Domino largiaris. Si namque Ananias in Actibus Apostolorum dum putat se rectè offerre, & nõ rectè diuidit, pecuniam quàm obtulit perdidit, & quam domi reseruauit, amisit: pecuniam inquam, pariter perdidit & salutẽ. Dum enim ex eo quod promiserat partem subtraxit, sacrilegij simul condemnatur & fraudis. Sacrilegij, quòd Deum in pollicitatione fefellerit: Fraudis, quòd integris munerib. portionẽ quandam putauerit subtrahendã. Ait enim Apostolus Petrus, Non es mentitus hominibus, sed Deo. Si ergo, fratres, Ananias condemnatur, quod non totum dederit quod de suo ipse promiserat: quid censemus de eo qui non vult reddere quod aliis repromisit? Videte ergo & vos fratres, quid promiseritis Deo, cùm primum fidei gratiam percepistis. Ecce abundant in ciuitate nostra hospites: facite quod polliciti estis, ne dicatur & vobis quod Ananiæ dictum est, Non mentiti estis hominibus, sed Deo.

Actor. 4.

Ibidem

Heb. 1.

Actor. 5.

Actor. 3.

De verbis S. Lucæ in Actibus Apostolorum, Petrus & Ioannes ascendebant in templum.

SERMO X.

Fuit 26. de verbis Apostoli.

POST resurrectionem Christi, quorum operum patrocinio prædicatio Apostolorum muniatur, lectio quam audistis exposuit. Ascendentes, inquit, Petrus & Ioannes in templum. Materiam sermoni, id est, prædicationi ingressum, per signa prepararũt. Pręcedere quippe stupor debuit, vt mirandæ rei expositio sequeretur. Fulgor ergo signorum, populorũ corda percussit. Nam erat quidam à natiuitate sua claudus, qui portabatur manibus: Et mẽdicabat, inquit, ad speciosam portam templi. Qui cùm ingredientes vidisset Apostolos, eleemosynam ex more poscebat. Sed cùm in eum conuertissent intuitum, nihil ille claudus vltra notum solamen operiẽs, credidit affuturam vilem de Apostolorum manibus largitatem. Sed Petrus Apostolus ait ad eum, Intende in nos. Quos cùm respexisset, Argẽtum, inquit, & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Verborum ipsorum ordinem debẽmus diligenter exponere. Neque enim pertinebat ad rem, cùm virtutũ diuitiæ sequerentur, vt sensus paupertię narraretur, nisi ipsam virtutẽ voluisset Apostolus cum sui attestatione proferre. Ne enim miretis possessorem virtutũ, ante professus est Tabrenuntiatorem diuitiarum. Instè namque sequebatur vt largiretur signa, qui opes cõtempserat. Quid hac paupertate ditius? Quid hac virtute pauperius? Testimonium ergo virtutis secuta est professio paupertatis. Vnde & Apostolus loquebatur: Tanquã nihil habentes, & omnia possidentes. Quid igitur hac paupertate ditius? Argentum & aurum non habeo. Sed quid habet qui argentum non habet? Eloquium vehemens, eloquium igne purgatum. Qui aurum non habet, fidem habet. Videamus quid amplius coruscet, virtus an aurum, quod ita est in abscondito, vt illud videatur prouidens hominibus natura damnasse, nec exposuisse in rem † successuram oculis cupidorũ: atque vt adiuuaretur paupertas difficultate parandarum diuitiarum, cum labore fecit quæri, quod noluerat inueniri. Ergo videamus qui aurũ non habet, quid habet. Fidem habet, virtutem habet. Expendamus quod diximus, quid amplius coruscet. Aurum quod æruma perquirit, quod auaritia cupit, quod solicitudo custodit: aurum materia laborum, periculosa possidentium, aurum eneruatio virtutum, aurum malus Dominus, proditor, seruus. Ergo qui aurum non habet, quid habet? Fidem habet. Videamus, vt diximus, quid amplius coruscet. Aurũ quod nemo turum habet, nisi qui semper abscondit? Aurum quod in perniciem Domini fulget? Aurum quod per tenebras quæritur, per tenebras custoditur? Aurum cuius inquisitio damnatos habet, cuius amor Iudam fecit: & ne alicui sit nomen ignotum, de Apostolo proditorem, aurum quod apud auarũ animum præfertur & Christo? In cuius appetitu cõgrua magister gentium auctoritate detonuit, dicens, Auaritia quæ est idolorum seruitus. Quid ergo amplius refulget, aurum quod sordidus Dominus habet, aurũ quod amplius cruciat, apud quem largius fuerit, aurum quod amanti se nihil de sua possessione permittit, refundens ei reatum suum, cui vsum suum negat, grauis acquisitio, ærumnosa possessio? Nec tamẽ cùm hęc dicimus, Dei creatura damnatur: sed quoniam obcęcata prudentia hominum id in magnum pretium recepum est, iam in infamiam redundat, quicquid de mala cupiditate suscipitur. Ideo ergo res illa vituperatur, vt auaritia condẽnetur. Cæterũ Dominus ait per Prophetam, Aurum & argentum meum est. At si per se mala res esset, Dei esse non posset. Verùm præbet materiam misericordiæ apud bonos animos, & nouo genere, tunc magis prodest quando contemnitur, vt ipsa sui conditione testetur: quoniam mala est rei eius possessio, cuius abdicatio fructuosa est. Præbet ergo materiam subueniẽdi. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Vis ergo nosse, quàm iusti iudicis res sint aurum & argentũ? Auarus inde torquetur, inde misericors adiuuatur. Exerceatur ergo rei cõtemptus, per contemptum vtilis. Ad possessionem eius non omnes idonei, ad cõtemptum eius omnes idonei. Nemo ergo nõ potest inter eos reputari qui disperserunt tribuerũntque pauperibus, iustitia eorum manet in æternum. Nemo non inter eos reputari potest, qui bene voluerit per fugacium rerum despectum placere Deo. Magnę felicitatis est conditio Christianorum, quibus claritudo regni in paupertate posita est. Possidere quod cum labore requiritur, paucorum est: contemnere quod cum fructu contemnas, omnium est. Felicitas ergo magna Christianorum, quibus datum est, vt paupertate faciant pretium regni cœlorũ. Nõ tibi displi-

A

B

C

D

Aggæi 2.

Coloss. 3.

Psalm. 111.

al. abnunciationem.

al. succensurũ oculos.

cear paupertas tua: nihil ea potest ditius inueniri. Vis nosse quã
A duoples sit? Cœlum emit. Quibus thesauris conferri posset,
quod videmus paupertati indultum? Vt ad regnum cœlorum
veniret dives, possessione sua obtinere possit: nunc obtinet, vt
contesaptu perueniat. Multo ergo plus fulget fides quàm au-
rum. Aurum latebris tenebrescit animum, fides ingenito splẽ-
dore conspicuat. Aurum tutò prodi non potest, fides bono pu-
blico semper fulget, dignitatem fidei fiducia ipsa testatur. Au-
rum nec inter conuenientes tutũ est: fides etiam inter pugnan-
tes secura est. Quid ergo donauit Apostolus pauper censu, di-
ues fide, lectionis ordo proloquitur. Aurum & argentum non
est mihi. Sed pro his quid habet? Quod autem habeo, hoc tibi
do, In nomine Iesu Christi surge & ambula. De effectibus, pre-
tia rerum æstimentur. Qui aurum donabant, implebant paube-
ris ventrem, maius onus pedibus debilibus futurum, solabant-
ur infirmitatem, sanitatem reddere non valebant. Ille autem
qui aurum non possidet, sanitatem dedit. Deo dives est, inops
auri. Aurum & argentum non habeo. Ideo igitur tantas virtu-
tum opes præcuit. Quod habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu
Christi surge & ambula. Hoc planè non in marsupio, sed in a-
B nimo tenebatur. Quid ei dedit? In nomine Iesu Christi surge
& ambula. Pauperem hominem expauit infirmitas, infirmitas
æqua lege, & æqua potentia reges captiuosque constringens.
Non potuit sustinere iussionem pauperis regibus dominans.
Parum est, quod infirmitatem nominamus. Pauperis imperiũ,
etiam natura non pertulit. Ille enim claudus erat, ex vtero ma-
tris suæ. Debilitas itaque quã ei inuexerat natiuitas, vi paube-
ris iubentis exclusa est. Quod profectò non fieret, nisi pauper
Apostolus plenus esset illo Deo qui est auctor naturę. Nihil er-
go hac ditius paupertate. Quid donat, qui æs non habet? Vir-
tutem largitur, & gratis confert. Quid enim non potest? In no-
mine Iesu Christi surge & ambula. Obedientię subditur, quod
ex necessitate veniebat. Dicitur homini, Surge, quod semper
optabat: sed quoniam naturalibus vinculis impeditus erat, non
poterat quod volebat. Nunc autem tanta facilitate insensibilia
seruiunt, vt ad nutum iubentis illa pedum infirmitas auolaret.
Surge & ambula. Et surrexit, inquit, continuò & stetit. Animo
Malach.4. inperatur, & pedes seruiunt. Exilient, inquit Propheta, tanquã
vituli de vinculis laxati. Et consolidatæ sunt bases pedum eius.
Quanta velocitate res agatur, attendite. Vix autes debilis ser-
C mo intrauerat iubentis, & continuò vis sanitatis irrupit, & ex-
clusa infirmitate vsui membra redduntur. Testimonium vele-
1.Cor.15. cis resurrectionis est, velocitas ex debilitate surgentis. In mo-
mentò, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, &
mortui resurgent, & nos immutabimur. Futura metire de fac-
tis. In quanto momento mortui excitentur, debilibus à natu-
ra ci ede vestigiis. Surrexit. Consolidatæ sunt, inquit, bases pe-
dum eius. Parum erat, quod dicebatur in vsum claudus redisse:
virtus ei cũ sanitate restituitur. Non enim dixit, Restitutę sunt:
sed, Consolidatæ sunt bases. Tam abundantem recipiunt sani-
tatem, vt ferant laborem. Exiliens, inquit, ambulabat, Saltus
frequenter eiusmodi sanis grauis est. Non tenerũt illi pedes pigra
remed a, nec velut vnguenti modo lita vestigia reuocantur: ad
momentum vis medicinæ irrumpentis ostenditur, signatúrque
fuga infirmitatis exclusę. Sic exilit qui sanatur à paupere. Sana-
tus ergo ab Apostolis caro: hoc ipso indicans, quid à Deo suo
conditore mereatur. Conuincantur itaque signis omnib. Ma-
nichæi: cuncta salutis genera quæ carni deferuntur, testimo-
nium bonæ naturæ sunt. Digna enim diuino opere compro-
D bantur, quæ non creduntur indigna beneficiis. Nomen auctó-
ris sui membra cognoscunt, cùm eis dicitur, In nomine Iesu
Christi surge & ambula. Si esset caro à diabolo, nomen Chri-
sti formidare potuisset. Obsequium sanatorum, testimonium
conditoris est. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Intule-
rat natura debilitatem: ad ipsam quodãmodo inuocati nomi-
nis auctoritas destinatur. Cognoscit qui iussit, obsequitúrque
sin Domino, refragatúrque cõtrario. Si caro à diabolo est, ex-
pugnanda est à Christi discipulis, non curanda. Si rationem in-
Matth.12. tentiones, obligandam est quicquid inimicum est. Nolo hoc so-
lũ cogitationi credas: diuina ad hunc sensum succurrat auctó-
ritas. Dominus in Euangelio, Nemo ingreditur in domum for-
tis, vt vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. In suis er-
go erat operibus diabolus alligãdus: nunc autem non colliga-
tur diabolus, sed honoratur, si res eius per signa curatur. Magni
benedicij debitor Christus carni est, si quod possit, in eius salute
monstrauit. Non esset materia loquendi, nisi testimonium mi-
sericordię caro curata fecisset. Suffragatur prędicationi Christi
caro, in ipsa est administratio signorũ. Claudus surgit, vt Apo-
A stoli loquantur. Diximus, quoniam si huius Dei opus caro non
esset, ille claudus non erat in pedibus sanandus, sed in brachiis
colligandus. Nunc autem surgit claudus, vt Apostoli loquan-
tur, prędicátorque fit prædicationis. Vt Christi Euangelium sonet,
claudus exilit. Impudenter Apostoli fecerunt, si Dei eorum ó-
pus caro non est: nunc autẽ quoniam id dicere sacrilegium est,
non faciunt Apostoli impudenter. Caro igitur opus Dei est.
Cùm formatur, opus Dei est: cùm conditur, opus Dei est: cùm
producitur, Dei opus est: cùm regeneratur, opus Dei est: cùm
signatur, opus Dei est: cùm curatur, opus Dei est. Quid debet
diabolo, totiens res Dei: Irrideãtur ergo Manichæi, & propter
honorem Dei, carnis natũra laudetur, atque omne vitiũ in vo-
luntate ponatur, spes emẽdationis hominibus suggeratur, vt se
intelligant non carnis necessitate, sed tantùm voluntatis pra-
uitate delinquere. Nos autẽ carnem diuino asscribimus operi,
quam videmus in Christi resurrectione diuini consortij gloriã
consecuram, quam à Christo conditore suo suscepit, qui viuit
& regnat in secula seculorum, Amen.

De verbis Apostoli, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal
B *Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit siue bona siue mala.*

SERMO XI.
Fuit de verbis Apostoli 34.

MNIVM Christianorũ spes, fratres charissimi, in
futurum tempus extenditur, vt quod hîc seruimus
Deo, alibi nos seruisse lętemur. Hîc enim nobis po-
sita sunt certamina, sed in futuro seculo certaminũ
prẽmia reseruata. Iustè siquidem & prouidè diuina
sapiẽtia separauit rẽpus laboris & prẽmij. Hîc ergo laboramus,
hîc seruimus Deo, & mandata eius seruamus: vt in futuro secu-
lo, id est, in cœlorũ regno æterna præmia capiamus. Scire enim
debemus, fratres dilectissimi, quid nobis Scriptura diuina cõ-
mendet, id est, futurum esse iudicium Dei, quod post resurre-
ctionem cõplebitur mortuorũ. Hoc est quod præcipuè Chri-
stianos à gentili errore secernit, quia illi hanc tantummodo vi-
tam esse credunt, & ideo sine Deo esse & diuersis peccatis atq
criminibus non metuũt inquinari. Nos verò ita in hac vi-
ta conuersemur, vt nos ad aliam præparemus, in qua & bonis
C bona, & malis mala retribuentur, sicut dixit Apostolus: *Omnes* 2.Cor.5.
nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque
prout gessit, siue bona siue mala. Sicut hic modò astamus in eccle-
sia, & nos inuicem præsentes aspicimus: ita etiam post resurre-
ctionẽ mortuorũ astabimus ante tribunal Christi. Hanc enim
etiam ipsam animam tunc habebimus, quam modò habemus:
& in hoc ipso quo nunc induimur, sumus corpore suscitandi.
Non enim sicut muta animalia facti sumus, non sicut equi &
boues, vt æterna morte pereamus: qui postquã hîc vixerimus,
alibi iudicabimur, vt aut pro peccatis pœnas, aut pro bonis o-
peribus præmia consequamur æterna. Nemo ergo, fratres mei
charissimi, de resurrectione desperet, in qua Christianorũ spes
tota consistit. Credite fratres, Apostolo prædicanti, & nihil de
resurrectione dubitãtes, ad diem iudicij vos præparate. An for-
tè sicut impij & increduli non putatis fieri posse, vt à mortuis
resurgamus? Planè dicat hoc qui omnipotẽtem non credit esse
Deum, qui hoc promittit futurum: nos autem qui scimus Dei
omnipotentis esse virtutẽ, quã promisisse Deum legimus, quòd
D resurrectionem mortuorum faciat, non possumus de resurre-
ctione mortuorum dubitare, quam se facturum esse promittit,
qui & omnipotens est, & mẽtiri nescit. Sed re appello qui insi-
deli animo de resurrectione dubitas, & puras non posse mor-
tuos suscitari. Quid est amplius, ex nihilo facere homines qui
viuantur eos qui facti sunt atque vixerunt, reparare post mor-
tem? Vtique plus est facere quod nũquam fuit, quàm reparare
quod fuerit. Quomodo ergo impossibile esse dicis, vt Deus qui
hominẽ formauit ex nihilo, reformet? Quomodo nos suscita-
re non potest conuersos in puluerem, qui si etiam in nihilum
redirẽmus, facere poterat vt essemus, sicut & fecit nos esse, cùm
antea nunquam fuissemus? Ita enim beatus Apostolus Paulus
dixit: Sed dicunt aliqui, Quomodo resurgunt mortui? Quali 1.Cor.15.
autem corpore veniunt? Insipiens tu quod seminas non viuifi-
catur, nisi prius moriatur: & quod seminas non corpus quod
futurum est, seminas, sed nudum granum, vt pote tritici aut ali-
cuius cęterorum. Deus autem dat illi corpus, sicut volnit, & vi-
cuique seminum proprium corpus. Noli ergo incredule ho-
mo de resurrectione dubitare. Qui grana seminum mortua, &
putre-

putrefacta viuificat, per quæ in hoc seculo viuas, multo magis
A teipsum resuscitabit, vt viuas in æternum. Qui illa reparat quæ
tibi sunt necessaria: quomodo teipsum non reparat, propter
quem & alia reparare dignatus est: Itaque si velimus cõsidera-
re quæ in isto seculo videmus, diuinæ administrationis opera
signa sunt futurorũ. Tota ergo huius mundi administratio te-
stimonium est resurrectionis futurę. Videmus certè hyemis ri-
pore, arbores spoliari pomis, nudari foliis: sed eas rursus verno
tempore speciem resurrectionis exprimere: quæ primò quidẽ
incipiunt turgere in gemmis, tunc ornari in floribus, vestiri &
foliis, & postmodum pomis grauari. Interrogo te infidelis ho-
mo, qui de resurrectione dubitas, vbi sunt ista quæ tempore,
quo Deus disposuit, producuntur? Dic mihi vbi latitant ante-
quam producantur, quæ nusquam quidem videntur, sed tamẽ
Deus, qui omnipotens est, & ea ex nihilo condidit, secreta sua
virtute producit? Hinc iam ad campos & prata respicite, quæ
ætate transacta herbis suis spoliantur ac floribus, & nuda re-
manent ipsa spacia terrarum, sed iterum verno tempore reue-
stiuntur, & nouo vbique germine incipiente lætatur agricola.
Certè herba quæ ante vixit & moritur, rursus reuiuiscit ex se-
mine: sic etiam & nostrum corpus reuiuiscit ex puluere. Sed di-
B cis, ô homo incredule, Ideo credimus futurũ, vt arbores & her-
bæ & omnia reuiuiscãt, quia illa iam facta cognoscimus. Vnde
autem cognoscere possumus quia mortui resurgunt, cùm ad-
huc à mortuis nemo surrexerit? Quisquis hoc dicis vel cogitas,
audi patienter, & intellige sapienter. Ideo enim Dominus no-
ster Iesus Christus mori voluit & resurgere, ne tu de resurre-
ctione dubitares. Tamen quo modo potes dubitare, quia non
sumus resurrecturi à mortuis, cùm hoc promittat Deus, qui ne-
scit aliquando mentiri, qui potest facere quicquid vult, quia
omnipotens est: & implet omnia quę promittit, quia verax est,
& mendacium in eo non est? & dedit nobis pius & misericors
Dominus virtutis suæ pignus, & grãdi testimonio nobis spem
resurrectionis ostẽdit, quia vnigenitum filium suum pro nobis
hominem factum & mortuum à mortuis suscitauit. Ideo enim
Dominus noster Iesus Christus nasci ex homine, id est, ex Ma-
ria virgine est dignatus, & à Iudęis crucifigi, & die tertia resur-
gere: vt nos tali exemplo animati, resurrectionem ex mortuis
certissimè crederemus: quam qui non credit futuram, nec hoc
quidem credit, quòd Christus resurrexerit à mortuis. Qui autẽ
Dominum Iesum resurrexisse à mortuis confitetur, nec de sua
poterit dubitare. Abstinete ergo vos ab omni opere malo, ab
inimicitiis, ab ebrietate, à fornicatione, à furto, à periurio, à fal-
so testimonio, detractione, quia hæc omnia odit Deus, & eos
qui ista faciunt punit in futuro. Estote autem benigni, miseri-
cordes, inuicem honorẽ habentes, & ea semper operantes, quę
in sanctis suis diligit Deus, vt possitis cum sanctis eius ad æter-
nam & immortalem gloriam peruenire, & viuere in secula se-
culorum, Amen.

De eisdem Apostoli verbis de quibus in sermone præcedenti.

SERMO XII.
Fuit de verbis Apostoli 35.



FRATRES charissimi, dum diuina lectio legeretur,
audiuimus beatũ Apostolũ terribiliter nos & salu-
briter admonentem. Sic enim ait, *Omnes nos manife-*
1.Cor.5. *stari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque*
propria corporis sui, prout gessit, siue bonum, siue malum.
Matth.16. Quam rem etiam Dominus in Euãgelio denuntiat, dicens: Fi-
lius hominis venturus est in gloria sua cum angelis suis, & tunc
D reddet vnicuique secũdum opera sua. Diligenter quę so attẽ-
dite, fratres, & mecum pariter pauescite: quia non dixit, quod
reddat vnicuique secundum misericordiam suam, sed secundũ
opera sua. Hîc enim est misericors, ibi iustus. Nã quod non sta-
tim in peccatores vindicat, patientia est, non negligentia. Non
ille patientiã perdidit: sed nos ad pœnitentiã reseruauit. Vnde
valde timendũ est, ne quanto diutius expectat, vt corrigamur,
tanto grauius vindicet, si emẽdari noluerimus. Scire & intelli-
gere debemus, fratres charissimi, nihil nobis esse salubrius, quã
vt damnatis omnium præsentium rerũ voluptatibus, id potius
cogitemus, quando erimus de hoc seculo transituri, vel quãdo
tabernaculũ corporis vltimo die superuenienre deposituri, &
iterum illud resurrectionis tempore recepturi, vt cum eodem
recipiamus prout gessimus, siue bonũ, siue malum. Et ideo ro-
go, fratres, vt quotidie cogitemus quales erimus in die iudicij,
purissimis angelorum conspectibus offerendi, & ęterno iudici
rationem de libris conscientiæ reddituri, remotis omnib. pro-
bationibus. Certũ est, in die illa ipsum ante se hominem con-
A stituendum, & ipsam sui vitam in cordis speculo demonstran-
dam, & testes contra eam non deforis aliquando, sed intus de
ipsa anima proferendos. Adiicienda erunt non aliqua peregri-
na, sed nimiũ nota testimonia: id est, opera sua. Ordinabuntur
ante infelicem animam peccata vel crimina sua, vt eam & cõ-
uincat probatio, & confundat agnitio: secundũ illud quod scri-
ptum est, Arguam te, & constituam te ante faciem tuam. Qui- Psal.49.
cunque se modò dum licet emendare neglexerit, ante illũ cœ-
lestem populum primũ excepturus erit de confusione suppli-
ciũ: & anima quę modò per pœnitentiam cõpendiosam trans-
actas peccatorũ suorum putredines curare dissimulat, ante il-
lud tribunal metuẽdum sine vllo remedio, in perpetuo tartaro
manebit. Quæ cum ita sint, bene nobiscũ ageretur, si iam nunc
sic pœniteremus super malis nostris, quomodo tunc sine vllo
remedio pœnitebimus: si fœditates & cõfusiones nostras, quẽ-
admodũ tunc visuri sumus, sic iam eas nunc videre & horrere
possemus. O si iam nunc faciẽ peccatricis animæ liceret oculis
corporis intueri, & conscientiæ nostrę vultum in oculorũ præ-
sentiam permitteremus adducere. Quod si liceret, nec dici po-
test, quanto studio quantóque metu vrgeremur fœdata cõpo-
B nere, maculata tergere, vulnerata curare. Ideóque quia nõ pos-
sumus oculis corporis, inspiciamus nos, inquantum possumus,
oculis cordis: & vnusquisque conscientiam suam ante conspe-
ctũ interioris hominis cõstituat. Ipsi nosmetipsos castigemus:
ipsi nobiscũ rationem de quotidiana conuersatione faciamus:
ipsi nos accusemus quotidie iudici nostro: & dum in hac carne
sumus, contra ipsam carnem, auxiliante Domino, quotidie di-
micemus, vincamus voluptates & delectationes nostras: vt no-
bis tempus illud spectatissimum ac beatissimum æternæ vitæ
pro felici mactatione succedat, quando implebitur illud quod
Matth.22. Dominus dixit: Et erunt similes angelis. Et iterum: Tunc iusti
Matth.13. fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Putas qualis tunc e-
rit splendor animarũ, quando solis claritatem habebit lux cor-
porum? Tunc enim cùm ad istam beatitudinem venerimus,
nulla erit tristitia, nullus timor, nulla infirmitas, nulla mors.
Habebimus plenam beatitudinem, fratres, inter illa immensa
beneficia Domini nostri, vt nunquã cessemus referendo ei gra-
tiarũ actionem de beatitudine, qua sumus fruituri, cohæredes
C effecti eius qui dixit: Venite benedicti, percipite regnum quod Matth.25.
vobis paratum est ab origine mundi, donante ipso cui est ho-
nor & gloria in secula seculorum, Amen.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Sedens aduersus fratrem tuum
detrahebas: vsque ad hoc, Constituam te ante faciem tuam.

SERMO XIII.
Fuit homilia secunda inter 50. desumpta ex Augustino in Psalmum
49. sed quibusdam mutatis & additis.



FREQVENTER, fratres charissimi, cum Psalmista
cãtamus versiculum illũ, per quem detractores spi-
ritali gladio feriuntur. Sic enim ait, *Sedens aduersus*
fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ
ponebas scandalum. Quod autem dixit, Sedens: ostendere voluit
quòd non transitorie detraxerit, nec ei surreptum sit, vt malè
de proximo loqueretur. Sedens, id est, ex otio: quasi ad hoc va-
cans, vt derogaret proximo suo. *Hæc fecisti, & tacui, &c.* Nemo,
fratres charissimi, falsa securitate se decipiat, & putet se ante
tribunal Christi non esse venturum, nec reddituruin de factis
propriis rationem. Veniet enim Dominus Deus noster, & non
silebit. Modò enim silere dicitur, quia adhuc vindictam suspẽ-
dere videtur. Hæc fecisti, & tacui. Quid est, Tacui, nisi, No vin-
dicaui? Seueritatem meam distuli, patientiam tibi prolongaui,
pœnitentiam tuam diu expectaui. Hæc fecisti, & tacui. Ego au-
tem cùm adhuc expectarem, vt te pœniteret: tu autem & me
contempsisti, & Apostolum audire noluisti, sed secundum du- Rom.2.
ritiam cordis tui & cor impœnitẽs, thesaurizasti tibi irã in die
iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Suspicatus es, inique, quòd
ero tibi similis. Parũ est, quia mala facta tua placẽt tibi, placere
putas & mihi. Deũ quia non statim pateris vt orem, vis habere
participem, & tanquam corruptum iudicem prędæ sociam vis
habere. De multis quæ rapuisti paruas eleemosynas faciens, &
adhuc peccata non deserẽs, quasi corruptum iudicem putas te
posse redimere: cùm si etiam totũ dares, & peccata ipsa non de-
sereres, ecipsum deciperes pecuniam perdendo, & peccata non
redimendo. *Suspicatus es, iniquitatem, quòd ero tibi similis. Ar-*
guam te. Quando veniet enim Dominus Deus noster, non
silebit. Arguam te. Et quid faciam arguendo te? Quid tibi
faciam?

faciam? Modò te nō vides, facio vt videas te. Quia si videres te, & displiceres tibi, placeres mihi. Quia verò te non videns placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi: Mihi cùm iudicaberis, tibi, cum ardebis. Quid enim tibi faciam, inquit? Constituam te ante faciem tuam. Quod enim vis latere teipsum, in dorso tuo tibi est. Nō te vides, facio vt videas te. Quod tu post dorsum tuū posuisti, ego ante faciem tuam ponam. Videbis fœditatē tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas. Modò enim, fratres charissimi, omnes amatores luxuriæ, & qui cum delectatione faciunt iniquitatem, peccata sua post dorsum proiiciūt. Si verò aliquid boni casu aliquo vel per quamlibet occasionem fecerint, ante se ponunt, & inde assiduè gloriantur, & dicunt: Ego illum liberaui, ego illi benefeci, ego illi tantum dedi. Et dum bona quæ per illos Deus fecit, sibi assignant: per vanitatem perdūt, quod per eleemosynā acquirere videntur. Ac si ante tribunal Christi perditis bonis, quæ ante se habebant, peccata quę post dorsum proiecerant, ante faciem eorum reuocantur: & sine vllo termino sustinebunt supplicium, qui sibi, dum viuerent, noluerunt prouidere remedium. Et hæc quidem faciunt illi, qui plus diligunt præsentia quàm futura. Qui verò de animę suæ salute attentius cogitant, econtrariò faciunt. Bona quæcūque fecerint, post dorsum proiiciūt: mala autem quæcunque illis surrepserint, ante oculos ponūt: & dum de ipsis in præsenti seculo erubescant, & vulnerata curare, & mortua resuscitare, & sordida abluere tota fidei deuotione cōtendunt: cùm in die iudicij ante tribunal Christi venerint, mala quæ ante faciē suam posuerant, & bonis operibus redempta sunt, auferentur: bona quæ propter vanitatem post dorsum proiecerāt, ante oculos collocabuntur, & merebuntur audire: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Et licet hæc ita sint, non tamē de illis desperandum est, qui adhuc mala sua non solū corrigere nolunt, sed etiam defensare non erubescūt: sicut nec illa ciuitas desperata fuit, de qua dictum est, Adhuc triduo, & Ninive subuertetur. In ipso tamen triduo idonea fuit cōuerti, orare, plangere, & de pœna imminenti misericordiam promereri. Audiant ergo qui tales sunt, dum licet audire tacentē: id est, in præsenti non vindicantem. Veniet enim Dominus Deus noster, & non silebit. Et tunc arguet, quando correctionis locus nullus erit. Statuam te, inquit, ante faciem tuam. Modò ergo, sicut iam suprà dictū est, quisquis talis es, fac quod tibi minatur Dominus facere: tolle te de dorso tuo, vbi te videre nō vis dissimulans à factis tuis, & cōstitue te ante te. Ascēde tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex: torqueat te timor, erumpat confessio, dic Deo tuo: Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictū meum ante me est semper. Quod erat post te, fiat ante te. Et cùm factū fuerit antè te, puniatur à te, ne tuipse postea à Deo iudice fias ante te, & non sit quò fugias à te. Intelligite autem hæc, qui obliuiscimini Dominum. Non cogitabas de vita tua mala: intellige te, qui oblitus es Dominum, Ne quando rapiat sicut leo, & non sit qui erat. Quid est, Sicut leo? Sicut potens, sicut fortis, sicut ille cui resistere nemo potest. Illi enim quos suprà diximus, id est, amatores mundi, in ore suo Deum laudare videtur, sed longè aliud operibus exercere probantur. Secundū illud quod ait Propheta, Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum lōgè est à me. Sed clamat illis Spiritus sanctus: peccatori autē dixit Deus, Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meum per os tuū? Tanquam si diceret ei, Nihil tibi prodest, quòd laudas Deum. Illis enim qui bene viuunt, prodest quòd laudāt: tu autē si laudas, & peccata nō deseris, nihil tibi prodest. Vt quid me laudas? Audi Scripturam dicētem, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Si enim malè viuis, & bona dicis, nondum laudas. Sed rursus si cum cœperis bene viuere, meritis tuis tribuis, nondum laudas. Nolo te esse latronem insultantem cruci Domini: sed nec te illum volo esse in templo iactātem merita sua, & occultantem vulnera sua. Si fueris iniquus, & perseuerās in illa iniquitate, non dico tibi, nō proderit laus, sed non me laudas: istam laudem non deputo. Rursus si fueris quasi iustus, id est, humilis, & pius, & de iustitia inflatus incesseris, & alios in tua cōparatione contempseris, aut superextuleris te, tanquam glorians de meritis tuis, non me laudas. Nec ille me laudat qui malè viuit: nec ille me laudat, qui quasi de suo bene viuit. Sed nunquid ille Pharisæus quasi de suo talis erat, cùm diceret, Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines? Gratias Deo agebat ex eo quod bonum in se habebat. Quamuis ergo boni aliquid in te sit, non ex te esse quod bonum est: sed à Deo te accepisse, profitere. Tamē eo ipso si te extuleris supra alium non habentem, elatus teneberis, nondum laudator meus eris.

Matth. 25.

Ionæ 3.

Psal. 50.

Esaiæ 29.

Eccl. 15.

Luc. 18.

A Primū ergo corrige te à via pessima, incipe bene viuere, intellige quia non corrigeris, nisi dono Dei. A Domino enim gressus hominis dirigentur. Hoc cùm intellexeris, faue & aliis, vt sint quod & tu es: quia hoc eras & tu, quod & illi sunt: Faue quantū potes, & noli desperare. Non enim vsque ad te diues est Deus. Quod enim tibi dedit, crede quod etiam & aliis & velit & possit dare. Non ergo laudat, qui cùm iam cœperit bene viuere, de suo putat esse quod bene viuit, & nō acceptum à Deo. Nec ille laudat, qui cùm sciat se quod bene viuit accepisse à Deo, tātum vsque ad se vult esse diuitem Deum, & nō vult vt aliis sit misericors Deus. Ille itaque qui dicebat, Gratias tibi Deus, quia nō sum sicut cæteri homines iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste: nōnne & ibi potuerat dicere, Domine, dona & publicano huic quod mihi donasti: supple & mihi quæ nondū dedisti? Sed iam quasi saturatus ructabat. Pauper verò ille, id est publicanus, quid dicebat? Domine, propitius esto mihi peccatori. Ideo descendit iustificatus publicanus magis quam ille Pharisęus. Ergo audite qui bene viuitis, audite qui malè viuitis, Sacrificiū laudis glorificabit me. Nemo mihi offert hoc sacrificium, & malus est. Non dico, Non mihi hoc offert malus: sed, B Nemo mihi hoc offert malus. Qui enim laudat, bonus est: quia si laudat, etiam bene viuit. Qui si laudat, non solùm lingua laudat: sed & vita cum lingua consentit. Et ideo rogo vos, fratres charissimi, quantum possumus, cum Dei adiutorio studeamus, vt quomodo Deū laudamus vocibus, sic etiam bōnis moribus collaudemus. Melius est enim tacere, & benefacere, quàm Deū laudare, & peccata committere. Qui enim laudat Dēum vita simul & lingua, vocibus pariter & bonis operibus, duplicitèr in se prouocat gratiam Dei. Si verò non præualet Deū laudare vocibus, laudet bonis operibus, assiduis orationibus, cogitationibus sanctis. Si enim hæc diligenter attendimus, & in hoc seculo, cum secura conscientia laudare Dominū possumus, & in futuro ad æternum gaudium feliciter veniemus.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.

SERMO XIIII.

Fuit homilia III. inter L. Videtur autem quibusdam congesta à quopiam exercitato in Ambrosij scriptis.

C INTER cætera quibus beatus Dauid infirmitatibus nostrarum medetur animarum, sub quadā trinitatis regula orandi nos formam tenere, tanquam peritissimus magister erudit dicens, *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.* Solicitius itaque, fratres, intendite quas sibi potissimū virtutes tribui rex Propheticus deprecatur: Bonitatem & disciplinam, inquit, & sciētiam me doce, Domine. Verè nouit rectè viuere, qui rectè nouit orare. Non enim petit mūdanarum diuitiarum thesauros, non regna finitima, nō tempora prolixiora viuēdi, sed bonitatem se doceri simul & disciplinam poscit. Bonitas enim facit amabilem disciplinam, & disciplina efficit inculpabilem bonitatem. Nec quēquam latere puto, quia bonitas sine disciplina delictorū mater est, & disciplina sine bonitate tristis quædam amaritudo viuendi. Scientiā prestari sibi pariter Implorat, vt nouerit scienter sapientérque distinguere qui sint termini bonitatis, & quam debeat habere disciplina mēsurā: ne fortè aut nimiæ remissionis vitio bonitas incōsulta fœdetur, aut disciplina durior ipsa sui austeritate crudescat. Vis frater bonus esse peccanti? Benignè quidem fac, & vt verè sis bonus, vigorem ei adhibe disciplinę, vt tua illi bonitas proficiat in salutem. Quem vtique si nulla coërcentis censuræ increpatione terrueris, pernitiosa erit ei hæc bonitas tua, D qua permittis perire peccantem, quem poteras saluare correctum. Rursum si nimio disciplinę rigore nullam scientia bonitatis prætenderis medicinam: durū rigorem tuum refugit peccans, peccati ęgritudinem non curabis. Et quę tandem viuendi ratio erit, quæue iustitia erit, vt solutior lenitas cohibentiam præbeat peccatori, aut immoderata seueritas à lapsu nō reuocet delinquētem? Vt autem bonitatis huius disciplinæque magisterium in nostris fuisse maioribus, plenius perfectiūsque discamus, pauca de pluribus venerabilium patrum recensęamus exempla. Impleuit sine dubio bonitatis ac disciplinę istius formam beatus Petrus, cum, sicut verè bonus, oblatos sibi dicitur B. Petrus cura sse infirmos, & vt disciplinæ cœlestis amator, iusta vltione punisse mēdaces perhibetur. Nimirum bonitatis eius gratiam testatur. Æneas ille debilis, qui claudus ab infātia sedēs in porta Act. 3. templi Domini atque mendicans, in nomine Christi Iesu Apostoli curantis impetio antiquā accepit sanitatem. Probauerunt Act. 5. & disciplinę eius seueritatē Ananias & Saphira, qui distrahentes agrum

Act. 5.

S. Paulus.

B. Ioan. Baptista.

Vide suprà sermone 19. de verbis Apostoli.

tes agrum quem vēdere nemo cogebat, dum de precij quantitate mentiuntur Apostolo, mortem sibi falsitate mercati sunt. Quo facto edocuit gloriosissimus Petrus, inesse sibi bonitatē ac disciplinam, dum remedium præstat infirmo, & cōpetentem sumit de mendacibus vltionem, quod eum rectè sanctēque fecisse cœlestis iudicij cōsensus ostēdit. De perfectione verò scientiæ eius quis ambigat, qui Christum Dominū viui Dei filiū esse de cœlo sibi patre reuelante cognouit? Et quia bonitas ac disciplina scientiāque non deerat, pascendas illi Dominus suas cōmendauit oiuiculas. Tenuit bonitatē ac disciplinā etiam gloriosissimus Paulus, qui vt eius scripta testātur, discipulis suis & virgam correctionis & Spiritum mansuetudinis prætendebat, propter quod faciebat eum omnibus amabilē bonitas, & disciplina terribilē. Nam etiam inter ipsa mundi primordia vt bonitatem ac disciplinam Christi doceret ecclesias, & remoueri iussit peccantem à communione sanctorum, & eundem recipi correctum. De scientia autem eius quid nos dicemus, cùm omnes eum nouerint in cœlestibus didicisse quę doceret in terris? Ibi talia se memorauit edoctum, qualia loqui mortalibus non liceret. Habuit nihilominus bonitatem & disciplinā testis dominicus & baptista Ioānes, qui resipiscētes à peccatis suis Propheticæ pietatis affatu pœnitentię baptismo diluebat, atque vt verè legalium præceptorū custos immobilis & Herodē regem de illicita accusabat vxore, & cunctis ad se cōcurrentibus purgatoris vitæ præcepta mandabat. Scientiæ autē illius plenitudinē quis potest agnoscere, qui quod pro salute mundi venit è cœlo, primus omnibus reuelauit. Videtis itaque, fratres, quo orandi compendio & qua paucitate verborū perfectionem viuendi venerabilis Propheta quærebat. Breuissimo namque sermone cōclusit, quotquot spiritalium habet multitudo virtutū. Si ergo ille prophetarū præcipuus doceri se à Deo sanctiores vias tātopere precabatur: quid facere nos oportet, qui & tardi sensus infirmitate torpemus, & noxia remissioris vitę cōsuetudine depranamur? Nos, inquam, magis orare debemus dicētes, Bonitatem & disciplinam & sciētiam doce nos Domine: quatenus in nobis bonitas malitiā vincat, vitia ac voluptates disciplina castiget, & ignorātię cęcitatē scientia veritatis illuminet. Si enim scieris omnipotētem Deum filiūque eius vnigenitū vnius esse substantiæ, Spiritū quoque sanctum pari crediderīs æternitate regnantem, nulla vnquam te vel Paganorum vana persuasio, vel Arrianorum perfida turbabit impietas. Si futuri iudicij sciētia cor tuum mentémque repleuerit, habebis in tuis moribus disciplinam. Rursus si disciplinæ ipsius mensuram regulāsque seruaueris, cōgtuam tenebis in omnibus bonitatem: quia bonitas est temperamentum disciplinę, & disciplina condimentum est bonitatis. Caue ergo, frater, ne ita velis bonus videri, vt abiicias disciplinam: aut ita arduam sectēris disciplinam, vt remoueas bonitatem. Quibus beatus Dauid idcirco scientiam precatur adiungi, vt directo mentis nostrę iudicio scire possimus, qualiter in nobis esse possit & districtior bonitas, & blandior disciplina.

Esa. 58.

De eo quod Esaias dicit, Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo peccata eorum.

SERMO XV.

Fuit homilia VII. inter I. Quę in veteribus conscriptis libris meliorē præsert titulum, De periculo sacerdotis, & de illo diuite cuius ager fructus vberes attulit: de illo item qui induebatur purpura & bysso. Verba ex D. Augustini sermone XIX. de verbis Apostoli, quibusdam mutatis & additis.

D SI diligenter attenditis, charissimi, omnes sacerdotes Domini non solùm episcopos, sed etiam presbyteros & ministros ecclesiarum, in grandi periculo esse cognoscitis. Ipsis enim contestatur Spiritus sanctus, dicens, *Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Et iterum, *Si non annuntiauerīs iniquo iniquitatē suam, sanguinē eius de manu tua requirā.* De ipsis etiam Apostolus dicit, Obedite prępositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant, tanquam rationem reddituri pro animab. vestris. Si pro se, fratres charissimi, vnusquisque vix poterit in die iudicij rationem reddere, quid de sacerdotibus futurum est, à quibus sunt omniū animæ requirendæ? Et ideo cōsiderantes periculum nostrū, orate pro nobis, vt cōmissis nobis gregibus ita spiritalia pascua studeamus iugiter prouidere, vt pro eis rationē bonam reddere mereamur. Considerate ergo, fratres charissimi, quid sit quod volo vestrę dilectioni suggerere: si tamē orātibus vobis merear, vt adiuuet me qui terret me. Inter cętera prącepta sua beatus Apostolus hoc etiam ait, Episcopum potentem esse debere in doctrina sana & contradicentes redarguere. Magnum opus, sed grauis sarcina. Sperabo tamen in Deum quoniam adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, liberabit nos de laqueo venantium & à verbo aspero. Nulla enim causa est, quę magis faciat dispensatorē Dei pigriorē ad arguendos cōtradicentes, quam timor verbi asperi. Dū enim timemus detractiones, irrisiones & opprobria hominum superborū, dūmque ab eis in terrena substantia metuimus prągrauari, timentes perdere tēporalia, minus quā oportet prædicamus æterna. Et ideo dum per illorū nequitiam aliquid mundanum perdere formidamus, peccatorum illorū vulnera medicamentis spiritalibus curare negligimus. Vnde timēdum est, ne & pro nobis & pro illis, quibus pro amore terrenarum rerum nō loquimur dura, rationem in die iudicij reddere compellamur. Videamus ergo quid sit, cōtradicētes redarguere. Cōtradicentes non vno modo intelligendi sunt. Paucissimi enim nobis contradicunt lingua, plurimi malè viuendo. Quis modo mihi audet dicere Christianus, bonum esse, rapere res alienas: quā doquidem non audet dicere, bonum esse, tenaciter seruare res suas? Nūquid enim dines ille, cui successerat regio, & non inuenjebat quò reponeret fructus suos, & se cōsiliū inuenisse gaudebat, destruendi veteres apothecas, & construendi nouas ampliores, vt impleret eas, & diceret animę suę: Habes multa bona in multum tempus, iocundare, lęrare, latiare. Nunquid ergo iste dines aliena quęrebat? Fructus suos colligere disponebat, vbi poneret cogitabat. Nulli violentiā facere, nō de cuiusquam vicini agris, nō limite perturbato, nō spoliato paupere, non circumuento simplici, sed tantummodo vbi proprios fructus reconderet, cogitabat. Audite quid audierit, qui tenaciter seruabat sua: & hinc intelligite quid expectent qui rapiūt aliena. Cùm ergo prudentissimū se cōsilium inuenisse arbitraretur de apothecis veteribus atque angustioribus deiciēdis, & amplioribus nouis ædificandis, & omnibus suis fructibus colligendis, & recondendis, non alienis concupiscendis atque rapiendis, ait illi Deus: Stulte. Vbi tibi sapiēs videris, ibi stultus es. Stulte, inquit, hac nocte repetitur à te anima tua: hęc quę parasti cuius erunt? Si seruaueris, tua non erunt: si erogaueris, tua erunt. Quid, inquit, reponis quod relicturus es? Præcedant ergo magis, quò sequuturus es. Ecce increpatus est stultus malè recondens. Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite ei nomen qui rapit aliena. Si sordidus est recōditor suarum, vlcerosus est raptor alienarum. Sed non quasi ille vlcerosus, qui iacebat ante Luc. 16. ianuam diuitis, & canes lingebant eius vulnera. Ille enim vlcerosus erat in corpore, non raptor in corde. Fortassis aliquis respōdeat & dicat, Non valde magna pœna erat illi homini cui dixit Deus, Stulte. Nō sic dicit Deus Stulte, quomodo dicit homo. Tale in quenquā Dei verbum, iudiciū est. Nunquid enim stultis Deus daturus est regnū cœlorū? Probant hoc illæ quinque virgines stultę, quę extra ianuā leguntur exclusę. Quibus autem non est daturus regnum cœlorū, quid eis restat, nisi pœna gehennarum? Considerare autem attentius debemus, vt hoc apertius videre possimus. Nam & ille dines, ante cuius ianuā iacebat pauperrimus vlcerosus, non est dictus raptor rerū alienarū. Erat quidē dines, inquit, qui induebatur purpura & byssō: & epulabatur quotidie splendidè. Dines, inquit, erat: non dixit calumniator: non dixit pauperum oppressor: non dixit, rerum alienarū aut delator aut receptor, non dixit, pupillorum expoliator: non dixit, viduarum persequutor. Nihil horū: sed, Erat quidam dines. Quid magnum est? Dines erat: sed de suo dines erat. Cui aliquid tulerat? An fortè ille auferret, & Deus de illo reticeret, & personam eius acciperet, si crimina eius absconderet, qui nobis dicit: Nolite personaliter iudicare? Si vis ergo audire crimen diuitis illius, noli amplius quęrere quā audis à veritate. Dines erat, induebatur purpura, &c. Quod ergo eius crimen, nisi iacens ante ianuā vlcerosus, & nō adiutus? Hoc enim apertè de illo dictū est, quod immisericors erat, nō quia aliena rapuit, sed quia de propriis erogare nolui t. Nūquid enim, charissimi, si pauper ille ante ianuā iacens sufficientē panē à diuite acciperet, diceretur de illo, Quia cupiebat saturari de micis quę cadebant de mensa diuitis? Propter solam inhumanitatē, quia contemnebat pauperem ante ianuam suam iacētem, nec congruè dignéque pascebat, mortuus est & sepultus. Et cùm esset apud inferos in tormentis, leuauit oculos suos, vidit pauperem in sinu Abrahę. Quid pluribus immorer? Desiderauit guttā qui non dedit micam. Accepit iustam sententiā, qui non dedit credeli auaritia. Si hæc est pœna auarorū, quæ erit pœna raptorū?

Act. 5.

A

Titus.

Contradicentes quis.

Luc. 12.

Matth. 25.

Ezech. 3.

Heb. 13.

Sed ait

Sed ait mihi raptor rerum alienarum: Ego similis illius diuitis non sum. Agapen facio, inclusis in carcere victum mitto, nudos vestio, peregrinos suscipio. Date te putas? tollere noli, & dedisti. Cui dederis, gaudet: cui abstuleris, plorat. Quem duorum istorum exauditurus est Deus? Dicis ei cui dederis, gratias age quia accepisti: sed alius tibi ex alia parte dicit, ego gemo cui abstulisti. Et penè totum tulisti, & exiguũ illi dedisti. Si totum quod alteri abstulisses, egẽtibus dedisses, nec talia opera diligit Deus. Dicit tibi Deus, Stulte, iussi vt dares, sed non de alieno. Si habes, da de tuo. Si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis, quam alterum expoliabis. Dicturus est Dominus Iesus, cum in iudicio suo sederit, & alios ad dexterã, alios ad sinistrã separauerit, bene operãtibus: Venite benedicti patris mei, percipite regnũm. Sterilibus autem, qui nihil boni in pauperes operati sunt, Ite in ignem æternum. Et quę dicturus est bonis? Esuriui, & dedistis mihi manducare. Et respondebũt illi: Domine, quando te vidimus esurientem? Et ille ait ad eos: Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Intellige ergo stulte, qui vis eleemosynas facere de rapinis, quia si quando pascis Christianum, pascis Christum. Attẽde quid sinistris dicturus est, Ite in ignem æternum. Quare? Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, nudus fui, & non vestistis me. Ite, Quò? In ignem æternum. Prorsus ite. Quare? Quia nudus fui, & non veltistis me. Si ergo in ignem æternum ibit cui dicturus est Christus, Nudus fui, & non vestisti me: quem locum habebit in igne æterno, cui dicturus est, Vestitus fui, & spoliasti me? Hic fortassè vt cuadas hãc vocem, ne tibi dicat Christus, Vestitus fui, & spoliasti me, mutata consuetudine, cogitas spoliare hæreticum vel Iudæum, & vestire Christianum. Et hîc respondebit tibi Christus, imò nunc respondet tibi per seruum suum qualemcũque ministrũ suum: respondebit tibi etiam hîc, Parce damnis meis. Cùm enim tu qui Christianus es, spolias Iudæum, impedis fieri Christianum. Et tamẽ hũc adhuc fortè respondebis, Ego non ex aliquo odio pœnã ingero, sed de dilectione potius disciplinam: ideò spolio Iudæum, vt per asperam ac salubrem disciplinam faciam Christianum. Audirem & crederẽ, si quod abstu-
14.q.5.fortè listi Iudæo, redderes Christiano. Fortè & hoc secũ cogitat aliquis, & dicit: Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum, si illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni faciunt, mercedem habere potero, si ego eleemosynas dedero. Etiam in hac re parcat vnusquisque animę suę: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam si torũ tribuat quod abstulerit, addit potius peccata sua, quàm minuat. Diximus cõtra vnum vitium rapinarum, per quod res humanæ vsquequaque vastantur. Diximus, & nemo nobis contradicit. Quis enim audet apertissimæ loquendo contradicere veritati? Non ergo facimus quod Apostolus monuit, non contradicentes redarguimus, obediẽtes alloquimur, laudantes instruimus, non contradicentes redarguimus. Ita verò non cõtradicunt lingua, sed vita. Moneo, rapit: doceo, rapit: præcipio, rapit: arguo, rapit. Quomodo non cõtradicit? Dicam ergo quod de hac re sufficere existimo. Et ideo abstinete vos fratres, abstinete vos filij, abstinete vos à cõsuetudine rapiendi: & vos qui sub manu raptorũ gemitis, abstinete vos à cupiditate rapiendi. Alius potens est, & rapit: tu in manu raptorum gemis quia rapere non potes, ideo non facis. Habeto facultatem, Hæc adicta sunt. & ibi laudabo domitam cupiditatẽ. Hæc ergo, fratres, si secundum vestram consuetudinem fideliter & diligenter attenditis, & impietatem auaritiæ vel cupiditatis poteritis euadere, & pro operibus misericordiæ ad æterna præmia feliciter peruenire, Amen.

Ephes. 5. *De eo quod Apostolus ait, Videte quomodo cautè ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

SERMO XVI.

Fuit homilia x. inter 1. Est que sermo D. Augustini xxiiii. de verbis Apostoli, sed hîc ab aliquo auctus.

Cap. 1. Dies malos faciunt malitia & miseria.

APOSTOLVM, cùm legeretur, audistis, imò omnes audiuimus dicẽtem nobis, *Videte quomodo cautè ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes: redimẽtes tẽpus, quoniam dies mali sunt.* Dies malos, fratres, duæ res faciunt, malitia & miseria. Per malitiam hominum & miseriam hominũ ducuntur dies mali. Cæterũ dies isti, quãtũ pertinet ad spacia horarũ, ordinati sunt. Ducunt vices suas, agũt tempora. Oritur sol, & occidit. Sol iterum oritur, & occidit. Veniũt tempora, transeũt tempora. Cui molesta sunt tempora, si homines sibi molesti nõ sunt? Ergo dies malos, sicut dixi, duę res faciunt, miseria hominũm & malitia hominum. Sed miseria hominũ communis est: nõ debet malitia esse cõmunis: Ex quo enim de peccato Adam omnes miseri nati sumus, communis est miseria: Sed cõtra generationẽ quę nos miseros fecit, prouidit Deus regenerationẽ, vnde nos à miseria liberaret. Generatio, mittit in miseriãt: regeneratio, resignat ad beatitudinẽ. Nõ enim quia dixi, Regeneratio liberat à miseria: iam nos cõtinuò vt regenerati sumus, beati sumus. Si mox regenerati, iam beati essemus, & dies bonos ageremus: non nobis Apostolus diceret, qui iam regeneratis & fidelibus loquitur, Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Et regenerati dies malos ducimus, quousque finiatur pœna mortalitatis, & succedat gratia summæ felicitatis. Si nihil nobis ad futurum seculum prodest, quòd colimus Deum, vt quid colimus eum? Vt hîc habeamus felicitatem? Quanti illam habent qui non colunt Deũ. An ideo colimus Deũ, vt hîc senescamus, & decrepiti efficiamur? Quãti senescunt blasphematores Dei. Ideo colendus est Deus, vt cultores illius habeant filios, & non sint steriles: Filios Deus & leonibus, & onagris, & serpentibus dat. Non ergo pro magno & vero bono petendum est, quod & Iudæis, & paganis, & hæreticis, & etiam ipsis bestiis datur. Aurum enim & argentũ, honores, filios & patrimonia multa habent etiam & mali.

Cap. ii. QVI enim verè Christianus est, non ista omnia transitoria debet petere: sed totũ pondus intentionis vel orationis suæ ad experendam æternam beatitudinẽ debet impendere. Ista enim temporalia bona, & quando dat Deus, gratiæ agãtur: & quando tollit, similiter gratiæ agantur. Ista quãdo voluerit tribuat, quando voluerit tollat: tantum est, vt seipsum nobis non auferat. Nemo ergo dicat in corde suo, fratres, quãdo auditis lectionem istam beati Apostoli, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt: nemo dicat in corde suo, Parentes nõstri dies bonos habuerunt, nos malos dies habemus. Quare? Parentes nõstri, nunquid non Christiani fuerunt? Ista lectio non est recitata ab ipsis temporibus Apostolorum? ante tot annos quando recitabatur, non ad eam gemebatur: & quod dicebat, non agnoscebatur? Ex quo lapsus est Adam, & de paradiso proiectus, nunquam fuerunt dies nisi mali. Istos pueros qui nascuntur interrogemus, quare à ploratu incipiant, qui & ridere possunt. Nascitur, & statim plorat: post nescio quot dies ridet. Quãdo plorabat nascens, propheta suæ calamitatis erat. Lachrymæ enim testes sunt miseriæ. Nondũ loquitur, & iã propheta in labore se futurum & timore: & si bene vixerit, & iustus ferit, certè in mediis tentationibus positus semper timebit. Quid enim quia iustus est? Ecce iustus est. Cap. iii. QVID ait Apostolus, Omnes 2.Tim.3.
qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur. Ecce quia dies mali sunt: sine persecutione hîc viuere iusti non possunt. Sed dicitis mihi, Quid? Quando pax est, quando prouinciarum iudices honorãt Ecclesiam, quando inimicos reges Ecclesia non patitur, quãdo omnes leges pro ipsa sunt, quomodo qui piè viuunt, persecutionem patiuntur? Qui inter malos viuunt, persecutionẽ patiuntur. Quare? Quia omnes mali persequantur bonos: non ferro & lapidibus, sed vita & moribus. Nunquid aliquis sanctum Loth persequebatur in Sodomis? Gen.19.
Nemo illi molestus erat, & tamen inter impios viuebat, inter imputos, immundos, superbos, blasphemos persecutionem patiebatur, non vapulando, sed inter malos viuẽdo. Omnis enim qui iustus & pius est, quando videt aliquos malè viuere, luxuriæ seruire, iustitiam non tenere, superbiam sectari, charitatem contemnere, quando istos tales videt illi qui boni sunt, dolent, affliguntur & contristantur. Lugent enim cum Apostolo 2.Cor.12.
eos qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Qui si quis me audis, & nondum viuis in Christo piè, incipe in Christo piè viuere. Et pro quo dico? Nunquid apostolus Paulus, qui eo tempore fuit quando adhuc in mundo fides noua seminabatur, & necesse erat vt multos aduersarios pateretur, quia hoc dictum est de Christo, In signum cui contradicetur: Nun- Luc.2.
quid eas tantùm persecutiones commemorat, quas patiebatur vel à Iudæis vel à gentibus? Non ipsa tãtùm: nam illas sic commemorat, A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: 2.Cor.11.
lapidatus sum, & cætera quæ nouimus, quando legimus. Sed illæ erant etiam persecutiones, sine quibus in hoc seculo nullus iustus viuere potest. Foris pugnæ, intus timores. Denique cum cõmemoraret pericula sua: Periculis, inquit, in mari, periculisin fluminibus, periculis in deserto, periculis in latronibus, periculis in falsis fratribus. Cętera pericula possunt quiescere: periculis à falsis fratribus quiescere vsque ad finẽ seculi non nouerũt. Periculum in falsis fratrib.

Cap. iiii. REDIMAMVS ergo tẽpus, quoniã dies mali sunt. Expectatis à me for-

Redimere tempus. tè scire, quid est tempus redimere? Quomodo habemus redimere tempus? dicturus sum, quod pauci audiunt, pauci ferunt, pauci aggrediuntur, pauci agunt: tamen dicam, quoniam ipsi pauci qui me auditi sunt, inter malos viuunt, quoniam dies mali sunt. Redimere tẽpus hoc est: Quãdo aliquis tibi ingerit litẽ, perde aliquid, vt Deo vaces, non litibus: perde ergo: Ex eo quod perdis, precium est temporis. Certè quando pro tuis necessitatibus procedis ad publicum, das numos, & emis tibi panem, aut vinum, aut oleum, aut lignum, aut vestem, aut aliquam supellectilem, aut quodcunque tibi opus est, das & accipis, aliquid amittis, aliquid accipis, hoc est emere. Nam si nihil amittas, & habeas quod non habebas, aut inuenisti, aut donatum accepisti, aut hæreditate acquisisti. Quãdo autem aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis. Quod habes, emptum est: quod amittis, preciũ est. Quomodo ergo perdis numos vt emas tibi panes, sic perde numos vt emas tibi quietem. Ecce hoc est tempus redimere. Prouerbium notum est Punicum, quod quidem Latinè vobis dicam: quia Punicè non omnes nostis. Punicum est prouerbiũ antiquum, Vt enim habeas tempus quietum, perde aliquid. Audi prouerbium antiquum, vile & necessarium. Pestilentia ante ostiũ venit & numũ quẽrit. Duos illi da, & ducat te. Pestilentia est homo malus, qui te vult per calumniam expoliare. Pestilentia est homo malus, calumniator, proditor.

Cap. v. ISTE talis sic est, quomodo pustula mala in corpore. Sicut enim quãdo pustulam in curris homo, desiderat vt citò spõdylũ faciat, & optat vt sine aliqua mora ipsa mala pustula aliquã particulã tollat de corpore, & cum ipsa discedat, ne venenum ipsius totum corpus occupet, & animam petat: ita etiam quando iniquus & malus homo, qui nõ vult nisi litibus vacare, aliquam tibi calumniam facit, puta illum esse pustulam malã, & acquiesce vt qualemcunque particulam de substantia tua perdas, ne dum te nimium litigãdo occupas, quietum cor habere, & Deo vacare non possis. Nunquid non suprà dictum prouerbiũ de Euangelio videtur natũ? Nũquid aliud dixit Dominus, Math.5.
quam, Redime tẽpus: quando ait, Si quis vult iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte illi & palliũ: Iudicio vult tecum contendere, & tunicam tuã tollere: auocare te habet litibus à Deo tuo, non habebis quietum cor, non habebis tranquillum animum. Enerteris cogitationibus tuis, irritaris aduersus ipsum aduersarium tuum: ecce tempus perdidisti. Quanto ergo melius numum amitteres, & tempus redimeres? Quanto ergo melius nummum amittas, & tempus redimas? Certè omnibus placuit quod dictum est, Venitur ad negotia vestra, & ibi vos inuenio. Cap. vi.

ET tamen, fratres mei, in causis vestris, in negociis vestris, quando ad nos diiudicãdo veniunt, si homini Christiano dico, vt pro tempore tidimendo perdat aliquid suum: quãto maiore cura & fiducia debeo illi dicere, vt reddat alienum? Ambo enim Christianos audio. Ille calumniosus qui vult facere alteri causam, & tollere ab illo velut pro cõpositione, gaudet ad ista verba, Apostolus dixit, Redimẽtes tempus: quoniam dies mali Eph. 6. sunt. Facio ergo calumniã Christiano, ille velit nolit, dat mihi *el. Christiano illi.*
aliquid vt tempus redimat, quia Apostolum audiuit. Vide ne fortè, cum te putas astutũ, inuenias litigiosum, & malit erogare vt vincat te, quàm perdere, vt carcat te. Tamẽ si illi dicturus sum, perde aliquid otiosus, redime tempus, Apostolum audis, quoniam dies mali sunt: si illi qui bonus & iustus est dico, Perde aliquid vt sis tibi quietus: nõ sum calũnioso dicturus, Perdite fili diaboli, nullam causam habes, & res alienas auferre moliris: Causam non habes, & calumnia plenus es. Christianus es tu, nũquid volo illum acquirere, & te perdere? Si illi dixero, Da illi aliquid vt recedat à calumnia: tu vbi eris, qui habebis pecuniam de calumnia? Ille qui prõpter vitandam calumniam tempus à te redemit, hîc tolerat dies malos: tu qui calumniis pasceris, & hîc habes dies malos, & post dies ipsos habituros es in die iudicij peiores. Sed hoc fortè rides, quia numum attẽdis. Ride, Hæc addita sunt ab alio. tide, & contemne: ego erogem, veniet qui exigat. Sed credimus de Dei misericordia, quòd sic omnibus non solũ sanctis & Deũ timẽtibus Christianis, sed etiam illis qui multis litibus & sẽ & aliis inquietãt, ipse pius Dominus inspirare dignabitur, vt omni contentione & æmulatione semota, ità paci & charitati studeant, vt non propter discordiam Dei iracũdiam incurrere, sed magis propter dilectionem & pacem ad æterna mereãtur prẽmia peruenire: præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor, & imperium cum patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

De modo quo nos inuicem diligere debeamus.

SERMO XVII.

Fuit homilia xv. inter 1. Quæ in veteribus libris inscribitur, Excerpta è libris Augustini, qualiter vera & perfecta dilectio seruãda est: & de dilectione membrorum, quomodo omnia membra seruiunt, quando spina calcatur.

VALITER nos inuicem diligere debeamus, fratres mei, etiam de sanitate vel firmitate membrorum corporaliũ possumus euidenter agnoscere. Si nim sic nos amare voluerimus, quomodo se inuicem amant membra corporis nostri, perfecta in nobis charitas poterit custoditi. Considerate & videte quid fiat in nobis carnaliter, quando sanũ est caput, quomodo congaudent omnia membra, & placent sibi de singulis cætera membra. Econtrariò autem quando aliquid mali patitur vnum membrũ, cõpatiũtur omnia membra. Ecce spinã calcat pes. Quid tam longè ab oculis quàm pes? Longè est loco, proximus charitatis affectu. Modicum pungit spina, & perparuum locũ tenet in pede, vide quomodo illuc conuertuntur omnia membra. Primò ipsa spina dorsi incuruat se, & deponunt se omnia mẽbra. Nũquid oculi cessant quærere? Nunquid aures cessant audire? Fortè alij qui vident vbi sit, dicunt, ecce ibi est, statim hoc audiunt aures, & sequuntur consilium: ibi & oculi quæruntur, & manus operãtur, &, vt dixi, totũ corpus illuc incuruatur, & nihil vacat in homine ad subueniẽdũ. Et solum in pede factũ est vulnus, & totũ quod est in homine operatur. Nũquid omnia pũcta sunt? Attendite. Nunquid omnia dolent? Sana est manus, sani sunt oculi, sanum est caput, sana alia membra: ipse pes sanus est: ibi tantum dolet vbi punctus est. Non est ergo cõmunis calamitas omnibus, sed per compassionẽ charitatis omnia veniũt ad subueniendum, & omnia volunt succurrere: vt impleatur quod ait Apostolus, Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia 1.Cor.12.
membra: & si glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Quid ergo? Nescio quis habet donum Dei in virtutibus, non habes tu, noli inuidere, ne præcidaris de corpore. Videre fratres, qui inuidet sic est quomodo rabes, quomodo vulnus, quomodo apostema. Nõ vis cõgaudere glorificato: videt in te inuidiæ morbũ cœlestis ille medicus, & præcidet te de corpore. Noli ergo inuidere. Sed quid facis? gande. Noli dicere in animo tuo, Ego si Christianus essem, vtique & ad Deũ pertinerẽ, possem facere quod alius facit. Tale est enim ac si diceret auris, Ego si ad corpus pertinerẽ, possem videre lunã & solẽ, & non illud habet tamẽ nec autis nec manus: sed faciunt singula quod possunt, & cũ cõcordia seruiunt sibi inuicẽ omnia membra. Sic ergo & tu cõgaude illi cui Deus aliquam gratiã dedit: & potes in illo quod in te nõ potes. Ille habet fortè virginitatẽ: ama illũ, & tua est. Iterum tu habes maiorẽ patientiam, diligat te, & sua est. Ille potest satisvigilare: si nõ inuides, tuũ est studiũ eius. Tu fortè potes amplius ieiunare, si amat te, suũ est ieiuniũ tuum. Hoc ideo quia in illo tu es. Per proprietatem enim nõ es tu, per charitatem tu es. Considerate fratres, & videte exemplũ Domini nostri, qui nos peregrinos fecit, & iussit vt per charitatis viã currẽdo veniamus ad cœlestẽ ciuitatẽ. Nunquid aliquis potest dicere, quia ęgrotauit hîc Dominus? Quid est ergo quod Math.25.
ait, Infirmus fui, & non visitastis me? Quid nisi quod ipsi consistentur, Quando te vidimus esurientem, aut sitientẽ, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Et ille, quamuis sedeat in cœlo, tamen cõpatiens membris laborantibus, quia caput est membrorum & vniuersi corporis: Quando vni, inquit, ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Iam certè erat in cœlo, quãdo Paulũ ex persecutore fecit prędicatorem. Nam misertus eius, & incorporans eum vniuerso corpori suo dixit de cœlo, Saule Saule, quid me persequeris? Nũquid ergo ipsum persequebatur in cœlo? Quid est ergo, Quid me persequeris? Persequebatur Saulus Christianos, nũquid Christum qui sedebat in cœlo? Sed quia ipse erat in Christianis: cõpatiens membris omnibus, vt verum esset in ipso, quod ait: Si patitur 1.Cor.12.
vnum membrũ, compatiuntur omnia membra: quid ait? Saule Saule, quid me persequeris? Certè iã in cœlo sum, tamen quando minimos meos persequeris, me persequeris. In ipsis mẽbris meis adhuc ego persecutionem patior. Et illud attẽdite fratres, quod etiã nos aliquotiẽs facimus. Attendite in populo quando statur, & est aliqua coartatio, si alter alterũ calcet, lingua dicit, Calcas me. Nũ ipsa calcata est? Quid est ergo quod sonat, Calcas me? Si & ille respõdeat, libera es ô lingua, in ore tuo vocem habes: Ego si calcaui, pedem calcaui. Sed calcas me charitas dicit: calcas me, cõpassio vnitatis & vinculum societatis dicit. Sicut ergo dicere cœperã, cognoscãt omnes inuidi qui de aliorũ, etiam

etiam si inimici eorũ sint, tribulationibus gaudent, quia membra sunt putrefacta, abscisa & mortua, & ideo non habent sensum: & cum discedunt ab aliis membris, non sentiunt, quia sine sensu erunt. Sensus noster, fratres, vna fides est, vna charitas, vna sanitas est. Teneamus fidem, tanquã sensum: teneamus charitatem, tanquam sanitatẽ. Et quamuis diuersa membra diuersa munera habeãt; tamen charitatis vnitate teneãtur, & omnia tenentur ire post caput. Caput enim in cœlo est, nos hic laboremus, & inuicẽ onera vestra portemus. Quò enim iuit caput, cætera mẽbra itura sunt. Certè audistis quod paulo antè dictũ est, Dominum clamasse de cœlo, Saule Saule, quid me persequeris? Rogo vos fratres, si Dominus & saluator noster, qui nullum peccatum habuit, tanto affectu nos peccatores amare dignatur, vt quod nos patimur se pati testetur: quare nos qui sine peccato nõ sumus, & qui peccata nostra per charitatẽ redimere possimus, nõ tam perfecto amore diligimus, vt si quid mali alius pertulerit, charitatis affectu compatiamur: & si quid boni alius acceperit, quasi nos ipsi accipiamus ita gaudeamus, & pro illo qui accepit, Deo gratias referamus? Ecce iam, vt dictũ est, patitur aliquis aut tribulationem aut damnũ: si doles pro illo, in corpore Ecclesiæ cõstitutus es: si nõ doles, præcisus es. Charitas enim quæ colligit & vnificat omnia Ecclesiæ membra, si te viderit de alieritis ruina gaudere, statim te precidet à corpore. Et fortè iã ideo non doles, quia præcisus es. Si enim ibi esses, sine dubio doleres: Considerate fratres, & diligenter attendite, quia tamdiu dolet membrum, quamdiu in corpore cõtinetur. Si autem abscisum fuerit, nec dolere poterit, nec sentire. Cùm enim manus aut aliud membrum fuerit abscisum à corpore, si totum corpus postea multis partibus diuidatur, manus illa nõ sentit, quia iam à reliquorum membrorum societate diuisa est atque diffiũcta. Talis est Christianus, qui de alterius aut damnis aut afflictionibus aut etiam morte, non solùm non dolet, sed, quod peius est, fortè etiã gaudet. Et quia iam est alienus à corpore, ideo affectum charitatis non tenet in corde. Nos verò, si veram & perfectam charitatem volumus custodire, omnes sicut nosmetipsos studeamus diligere: vt quia caput nostrum Christus est, & membra illius nos esse meruimus, cùm Christus apparuerit gloria nostra, etiam & nos per concordiam charitatis quasi vera & perfecta mẽbra illius absque vllo dolo malitiæ vel inuidiæ omnes homines, sicut nosmetipsos amantes, cum ipso apparere mereamur in gloria.

De eo quod Dominus ait in Euangelio, Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.

CAPVT XVIII.

Fuit homilia 22. inter 50.

AVDISTIS fratres charissimi, in lectione Euangelica Dominum dicentẽ, *Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat quẽquam, sed iudicium omne dedit filio.* Et maiora his demonstrabit ei opera, id est, non solùm infirmos curare, sed & mortuos resuscitare. Quòd dicit, Neque pater iudicat quenquam, vel secundum diuinitatẽ, quia nemo potest eum intueri nec audire: vt illud, Deũ nemo vidit vnquam. Sed iudicium omne dedit filio: id est, vt ille qui fuit iudicatus secundum carnem, ab illo omnes iudicentur. Amen amẽ, dicò vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed trãsit à morte in vitam. Quod dicit, In iudicium non venit qui verbũ meum audit, & credit ei qui misit me, discretionem factam esse inter iustos & peccatores à Domino cernitur: ac si dicat, In numero peccatorũ qui ista fecerit, non veniet, sed trãsit de morte ad vitam: hoc est, de superbia ad humilitatem, de odio ad charitatẽ, de temporalibus ad æterna migrabit. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audiẽt vocem filij Dei, & qui audierint, viuẽt. Mortui, id est, peccatores intelliguntur, qui audierunt Christũm, & non crediderunt. Et quod subditur, Viuẽt qui audiẽt: ideo recapitulatur, eo quòd paulò superius de resurrectione peccatorum dixerat, hìc autẽ de resurrectione mortuorum loquitur. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sic dedit ergo pater filio vitã gignendo, sicut ipse habet. Quod dicit, Dedit ei iudicũ facere, pro parte carnis quam assumpsit, dedisse patrem filio iudicium dici cognoscimus. Et futurũ iudicium hìc significat. In quo iudicio astabit Dominus Iesus Christus, & reddet vnicuique secundum opera eius: quia iudicium hoc loco, damnationẽ & pœnam peccatorum intelligimus. Nam vbi dicit Psalmista, Iudica me Deus, & discerne causam meam: iudicium discretionis cognoscimus. Nolite mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius: & procedent, qui bona egerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerũt, in resurrectionem iudicij. Non possum ergo ego à memetipso facere quicquam: sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est: quia non quæro gloriam meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hoc loco apertissimè resurrectionem futuram pronũciat. Et quod dixit, Non possum ego à memetipso facere quicquam: ac si diceret, Ideo à meipso quicquam facere non possum, quia à memetipso non veni, sed à patre. Quòd dicit, Sicut audio iudico, &c. auditio ista in æternitate facta esse significatur. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiiciam foras. Magnum penetrale & dulce secretum, sine tædio, sine amaritudine malarum cogitationũ, sine interpellatione tentationũ & dolorum. Nõne illud secretum est quò intrabit ille cui dicturus est Dominus, Serue bone, meritò intra in gaudiũ Domini tui? Ego & eũ qui venit ad me, inquit, non eiiciam foras. Et qui ad me venit, humilis fit: qui mihi adhæret, humilis erit: quia nõ faciet voluntatẽ suam, sed Dei: & ideo non eiicietur foras. Hæc est autem volũtas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi pater, nõ perdam ex eo, sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Ipse illi datus est qui seruat humilitatẽ, & hoc accipit: qui nõ seruat humilitatẽ, longè est à magistro humilitatis. Vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Hæc non est volũtas in conspectu patris mei, vt pereat vnus de pusillis istis. De timentibus possunt perire, de pusillis nihil periet: quia nisi fueritis de pusillis istis, non intrabitis in regnũ cœlorũ. Omne quod dat mihi pater, non perdã ex eo: sed resuscitabo illud in nouissimo die. Videte querẽadmodum & hìc geminam illam resurrectionẽ definiat. Qui venit ad me, modò resurget humilis factus in membris meis: sed resuscitabo eum in nouissimo die: id est, secundum carnẽ. Hæc est enim volũtas patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitã æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Superius dixit, Qui audit verbum meum, & credit ei, qui misit me: modò autem, Qui videt filium, & credit in patrem. Hoc est enim credere in filiũ, quod & in patrem: quia sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso: vt omnis qui videt, & credit in ipsum, habeat vitam æternam: credendo & trãseundo in vitam, tanquã prima illa resurrectione. Et quia non est sola, & resuscitabo eum in nouissimo die.

De eo quod scriptum est in Actibus Apostolorum, quod Petrus circa horam sextam ascenderat in cenaculum, & cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem discipulis ille factus est in excessu mentis, & vidit vas grande, velut linteum magnum, &c. Actor. 10.

SERMO XIX.

Fuit homilia 45. inter 50. quæ in veteribus libris titulum præfert, Homilia excerpta ex opere S. Augustini episcopi, de visione beati Petri Apostoli & de Cornelio Centurione.

MODÒ cum lectio Actuum Apostolorũ legeretur, audiuimus quòd *beatus Petrus circa horam sextam ascenderat in cenaculum, & cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem discipulis, ille factus est in excessu mentis: & vidit vas grande velut linteum magnum, quatuor lineis appensum de cælo submitti, vbi erant omnia quadrupedia & serpentia terræ. Et vox de cælo sonuit. Petre, macta, & manduca. At ille dixit: Domine, tu scis quia commune & immundum nunquam manducaui. Et vox iterum: Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Hoc factum est per ter, & receptum est vas in cælo.* Quid ergo significent ista, breuiter, si iubetis, charitatis vestræ auribus cupimus intimare. Omnia animalia quę prohibita sunt Iudæis manducare, signa sunt rerum: & sicut dictum est, vmbræ futurorum: veluti quod scriptum est eis, vt quæ sunt ruminantia & fissa vngula, ipsa manducent. Quorum autem vnum vel vtrunque defuerit, non manducẽt. In his enim animalibus homines quidam significantur non pertinentes ad societatem sanctorum. Fissa vngula ad mores, ruminatio ad sapientiã pertinet. Quare ad mores fissa vngula? Quia difficile labitur. Lapsus enim, peccati signum est. Ruminatio autem ad sapientiam quomodo pertinet? Quia dicit Scriptura, Thesaurus desiderabilis quiescit in ore sapientis: vir autem stultus deglutit illum. Qui autem audit, & negligentia fit obliuiosus, quasi deglutit quod audiuit, vt iam in ore non sapiat, auditionem ipsam sepeliens obliuione. Qui autem in lege Dei meditatur die ac nocte, tanquam ruminat, & in quodã quasi palato cordis verbi sapore delectatur. Hoc ergo quod præceptum est Iudęis, significat quòd ad ecclesiã, id est, ad corpus Christi, ad gratiam societatémque sanctorũ nõ pertineant illi, qui aut negligẽtes auditores sunt, aut mores malos habẽt, aut in vtroque vitio reprehenduntur. Sic cætera quæ in hunc modũ præcepta data sunt Iudęis, vmbraticę sunt significationes futurorum. Posteaquã venit lux mundi, Dominus noster Iesus Christus tantummodo vt intelligantur, non etiam vt obseruentur, leguntur. Data est ergo licentia Christianis, vt non secundum vanam hanc consuetudinem faciant, sed manducẽt quod velint cum moderatione, cum benedictione, cũ gratiarum actione. Fortasis ergo & Petro ita dictum est, Occide, & manduca: vt iam non teneret obseruationem Iudęorum: non tamẽ ei quasi gurges vẽtris & fœda voracitas imperata est: sed tamen vt intelligatis, hoc in figura esse mõstratum, erant in illo vase serpentia. Nunquid poterat mãducare serpentes? Quid ergo sibi vult ista significatio? Vas illud Ecclesiã significat. Quatuor lineę quibus dependebat, quatuor partes orbis terrarum, per quas extenditur Ecclesia catholica quę vbique diffusa est. Quicunque ergo voluerit in partem ire, & per aliquam hęresim ab vniuerso cõscindi, nõ pertinet ad quatuor linearum sacramentum. Si autem ad visionem Petri non pertinet, nec ad claues quæ sibi datę sunt pertinebit. Ideo verò quatuor linteis submissum est vas illud, quia à quatuor ventis dicit Deus congregandos sanctos suos in finem: quia nunc super omnes istos quatuor cardines fides Euãgelica dilatatur. Animalia ergo illa gentes sunt. Omnes ergo gentes quæ immundę erãt erroribus & superstitionibus, & concupiscentiis suis antequam veniret Christus, illo aduenienre, donatis sibi peccatis, mundę factæ sunt. Vnde iam post remisionem peccatorum quare nõ recipiantur in corpus Christi, quod est Ecclesia Dei, cuius personã Petrus gestabat? Petrus in multis locis apparet quòd personã gestet Ecclesiæ. Si Petrus figuram gestabat Ecclesię, & Ecclesia corpus Christi est, recipiat in se quasi in escam suam iam mũdatas gẽtes, quibus peccata dimissa sunt. Vnde misit ad illum Cornelius gentilis homo, & qui cum illo gentiles erant, cuius eleemosynæ acceptę mundauerunt eum ad quendam modũ: restabat vt tãquam cibus mũdus incorporaretur Ecclesię, hoc est, corpori Domini. Petrus autem trepidabat tradere gẽtibus Euangelium: quia illi qui crediderant excircumcisione, prohibebant Apostolos tradere incircumcisis Christianam fidem: & dicebant nõ eos debere ad participationem Euãgelij accedere, niũ accepissent circumcisionẽ, quæ tradita erat patribus eorum. Vas ergo illud dubitationẽ sustulit Petro, & ideo post illam visionem admonitus à Spiritu sancto, vt descenderet & iret cum eis qui à Cornelio erant, & perrexit. Cornelius ergo & qui cum illo erant, tanquam ex illis animalibus habebantur quæ in vase erant demonstrata: quos tamen iam mundauerat Deus, quia eleemosynam eorum acceptauerat. Occidẽdi ergo erant & mãducandi: id est, vt interficeret in eis vitã præteritã, quia non nouerant Christum, & transirent in corpus eius tanquam in nouam vitam societatis Ecclesiæ. Nam & Petrus ipse cùm ad eos venisset, cõmemorauit breuiter quid sibi in illa visione monstratum sit. Ait enim: Et vos scitis quàm illicitum sit viro Iudęo cõiungi & accedere ad alienigenas. Sed mihi ostẽdit Deus, neminem communem aut immundum hominem dicere. Quod vtique tũc ostẽdit Deus, cùm vox illa sonuit, Quę Deus mundauit, tu ne immunda dixeris. Fortasse quęratur etiã illud, quare linteum erat, in quo erant illa animalia. Non vtique sine causa. Nouimus enim, quòd linteũ tinea nõ cõsumit, quæ vestes alias corrumpit. Et ideo quæ vult ad mysterium Ecclesiæ catholicæ pertinere, excludat de corde suo corruptionẽ malarum concupiscentiarum, & ita incorruptibiliter firmetur in fide vt pratis cogitationibus tanquam tineis nõ penetretur, si vult ad sacramentum illius lintei pertinere, quo significatur vel figuratur Ecclesia. Quare autem ter de cælo submissum est, nisi quia omnes gentes in nomine trinitatis baptizantur, quæ pertinent ad quatuor partes orbis terræ, qua disseminatur Ecclesia: quam significabant quatuor lineæ, quibus vas illud cõnectebatur: & in nomine patris & filij & spiritus sancti credẽtes innouantur, vt pertineant ad societatem cõmunionémque sanctorum? Quatuor ergo lineæ quibus vas illud connectebatur, quatuor partes orbis, & trina submissio mysterium trinitatis ostendit. Quæ res etiam duodenarium numerum Apostolorum ostendit, tanquam ternis per quatuor deputatis. Quater enim tria, duodecim fiunt. Et quia per quatuor partes orbis terræ mysteriũ trinitatis prædicaturi erant duodecim Apostoli, ideo quatuor lineæ tertia vice de cœlo dimissę sunt. Sicut ergo suprà dictum est, Beatus Petrus typũ Ecclesiæ habuit catholicę. Quòd autem ascendit in solariũ, hoc significat, quòd ecclesia cupiditatibus sęculi abiectis spiritaliter ascẽsura erat in altum, & cor sursum habituta; secũdum illud quòd scriptũ est, Nostra autem cõuersatio in cœlis est. Quòd autem hic Petrus esurire dicitur, hoc significat, quòd ecclesia salutem gentium esuriret. Linteum illud quod de cœlo submissum est, ecclesiam significat. Animalia quæ in linteo erant, omniũ gentium præferebant imaginem. Quatuor lineæ quibus vas illud dependebat, quatuor partes mundi, in quibus Christi Euangelium prędicatur, significasse videntur. Quòd tertia vice submissum est vas illud, significat mysterium trinitatis & sacramẽtum baptismatis. Quòd autem dictum est Petro, Macta, & manduca: hoc significatum est, quòd ecclesia catholica omnes qui in Christũ credunt prius occisura, & postmodum manducatura, hoc est, occisura esset infidelitatẽ, vt insereret fidem. Nemo enim potest in Christum credere, nisi prius moriatur quod fuit secundum illud quod Apostolus ait: Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cum Christo in Deo. Quomodo enim qui ab hęreticis circumueniuntur, viui deuorantur à mortuis: sic illi qui ad Christum veniunt moriuntur præteritis, vt viuant futuris: pereunt diabolo, vt Christo acquirantur: moriuntur morti, & feliciter vitæ inserũtur. Quam rem vt etiam in nobis pietas diuina implere & confirmare dignetur, assiduis orationibus supplicemus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus in sęcula sęculorum, Amen.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Psal. 117.

SERMO XX.

Fuit Homilia 46. inter 50.

CONFITEMINI Domino, fratres charissimi, *quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia eius.* Remedia purgandi facinoris Spiritu sancto instruẽte addiscimus, non aliter veniã posse mereri, nisi nostra facinora fuerimus Deo iubente confessi. Quid enim celat peccator quod Deo teste cõmisit? Quid erubescit fateri, qui peccatis nõ erubuit coinquinari? Diluat ergo confitẽdo, quod peccãdo infecerat: satisfactione abluat, quod delictorũ maculis sordidarat. Sit cautior post delictũ, qui ante delictum fuerat segnior: sequatur in bonis actibus Christũ, qui in malis diabolũ sequebatur. Cõfitemini, inquit, Domino, quoniã bonus est. Non vult vlcisci malitiam, qui cõfiteri peccata persuadet. Optat soluere confitentes, ne contumaces punire cogatur. Quare admonitio Dei faciat solicitũ, ne seueritas faciat punitum. Peccatorũ enim nos meritis flagellari frequenter, nemo prudens qui abnuat, nemo stultus qui non intelligat. Vult enim Deus admoneri frequenter, quos putat esse correptos: vult tentationũ seueritate corrigere, quos sua patientia videri esse depraua tos: vult, inquã, hactenus reformare peccatores, & ad spẽ recuperãdæ salutis ipsos iam mortuos suscitare. Gaudet enim Deus, si correctos viderit quos emendat: lætatur, cum iustos mutatos inspexerit quos flagellat. Exultat ergo affectu, & terrorem & minas & verbera in peccatores missa proficere ad pranos corrigendos, quam ad reos puniendos exoptat. Vult enim Deus misereri cũctorum, vult ignoscere malis, vult se exhibere propitiũ, si quem mutatis actibus viderit esse correctũ. Si dereliquerint, inquit, filij tui legem meam, & in præceptis meis non ambulauerint, si iustificationes meas prophanauerint, visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Hæc sunt remedia quibus consulit Deus: hæc est medicina qua homini curantur vulnera: his emendantur vtilitatibus, vitia corriguntur, hominum malitia refrenatur. Beneficia hęc sunt diuina, non verbera, nec vt nocent diuinitus irrogantur, quæ ad hoc veniunt vt hominibus paterna clementia cõsulatur. Ego, inquit, quos, amo, argũo & castigo. Et iterum: Fili, ne neglexeris disciplinam Dei, nec defeceris, cum ab eo correptus fueris. Quem enim diligit Deus, corripit, flagellat autem omnem filiũ quem recipit. Igitur si omnẽ ad hoc flagellat vt corrigat, ad hoc autem corrigit, vt patri, id est, Deo dignum exhibeat, timeat qui nõ flagellatur, ne filius esse nõ possit. Timeat quẽ corrigere Deus nõ vult in sęculo, quia eũ supplicio destinauit post sęculum. Timeat qui adhuc in sæculo gaudet & lætatur, ne in æternum

Actor. 10.

Phil. 3.

Psal. 88.

Deut. 14.

Prouerb. 21.

Prouerb. 3.

Apoc. 3.

æternũ contristetur & ploret. Timeat qui cum iustis in seculo modo non dolet, ne cum peccatoribus in supplicio perenni iaceat. Sed si peccatores, inquit, delictorum suorũ verbera in sæculo patiuntur: cur nonnunquam & sancti viri pariter & æquè cum peccatoribus afflictãtur, nisi quia ad emendationẽ peccatoribus, iustis ad probationem iustitiæ proficiũt? Vt enim peccatores his remediis corrigũtur à malis, ita iusti hactenus augẽtur in bonis. Illos enim emẽdat Deus vt corrigat, hos verò probat vt angeat. Illos ergo à culpa reuocat, hos sanctiores sibi reseruat. Illic peccata corrigũtur, hic meritavirtutis augẽtur. Illic ergo recordatio pœnitẽs, hic purę mentis lętitia. Gaudens ille indulgẽtiam diuinam exoptat, hic prœmia promissa iam cogitat. Ille pium iudicem veniam postulat, hic iustum remuneratorem expectat. Ille solicitus, vt possit impetrare quod postulat, hic securus, quia potest quod meretur accipere. Nã peccatores saltẽ emendatione Deus conterit, ne inueniat malitia crescente quod vindicet. Odit enim suppliciũ, qui antè prœstitit ne cõdemnet. Gaudeat Christianus in aduersis, quia aut probatur, si iustus est: aut si peccator est, emendatur. Contristetur sanè quẽ flagella corrigere diuina non possunt: timeat futurũ suppliciũ, qui præsens iudicis cõtempsit remedium. Gaudeat peccator, si B cum iusto in sæculo cõtristetur, vt post sęculum cum eodẽ re-
Ioan. 16. muneretur. Vos, inquit Dominus, plorabitis & plãgeris, sęculũ autem gaudebit. Vos tristes eritis, sed tristitia vestra in lætitiã veniet. Quis non breui tẽpore contristari exoptet, vt in ęternũ lętitia sempiterna cum Christo triumphet? Quis nõ breui tempore contristari, & prœsentis temporis fletus pẽsare gaudio futuro desideret? Exiguum siquidẽ, momentaneum & breue est, quicquid boni malive in sęculo est. Tentatio quidem vos non
1. Cor. 10. apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus, qui nõ patitur vos ferre plus quàm potestis, sed facier cum tentatione exitum vt possitis tolerare. Sed tamen tribuit Deus securitatem ad tẽpus, fragilitati nostrę indulgens. Sit miles Christi armatus, sit sollicitus, sit cautus, sit deDeo solo securus. Vigilet in pace cautior, qui in bello vigilare cõsueuit. Non sit securitate remissus,
1. Petri 5. ne aliqua ex parte surrepat inimicus. Sobrij enĩ, inquit, estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tãquam leo rugiẽs, aliquẽm deuorare quęrẽs circuit. Quanto hostis vigilat, vt noceat: tãto Christianus vigilet, vt vincat. Nunquid vigilantibus obrepit inimicus? Nunquid solicitos circumuenit hostis? Nequaquam enim tunc tantum cauẽdus est, quando bellum Dei seruis indicit, in pace magis vigilandum est nobis, & exercẽdus est animus, exercenda virtus, mentis intentio timore firmãda. Facit enim hostis securos, quos cupit esse captiuos. Facit inquam, securos, vt incautos, sopitos & inermes opprimat; vulneret eos quos vigilare minimẽ perspexerit. Si quis miles sub imperatoris cõspectu certamẽ cum hoste inierit, quanta instantia, quãtaque virtute pugnabit, vt placere illi, cui militat, possit? Nec ipsi dũtaxat promotionẽmve poterit despicere, si superans hostẽ fortiter vicerit. Erubescit siquidem despici, nisi superet hostẽ suum victoria. Vigila Christiane: sub oculis Dei, vt perfectavictoria coroneris. Pugna ergo cũ diabolo, qui armatus es Christo, qui te desiderat munerare. Contẽne prœsentia, vt percipias futura. Temporalia ergo sperne, vt ęterna possis accipere. Possidebis cœlũ, quod diabolus possidere nõ potuit. Habebis enim paradisum, vnde inimicus exclusus est. Accipies ęternitatem, quam prœuaricator hostis amisit. Illum ergo ad terrã perfidia deiecit, te in cęlum fides imposuit. Ille cõtemnendo cęlesti virtute primatus est, tu seruiendo angelica maiestate suffultus eris. Illi ęterna sunt supplicia destinata, tibi diuina sunt prœmia prœparata. Ille perfidus cum perfidis interibit, tu sanctificatus cũ sanctis regnabis: & qui fuerias temporalis & mẽdicus, sis æterna gloria decoratus. Nec quicquã in sæculo formidabis, quia auditorem formidinis diabolum cum sæculo respuisti, Amen.

In Natali Domini. SERMO XXI.

Fuit xx. de tempore, sed continet plerũque sententias ex Homiliis D. Bernardi in Euangelium Missus est.

NEGIMVS, & fideliter retinemus, quòd sub ipso principio nascentis mundi in primo homine fecerit nos Deus ad imaginem & similitudinem suam. Ecce in hac die mutata vice factus est Deus ad imaginem & similitudinem nostram. In primis de suis meliora contulit: in secundis de nostris inferiora suscepit. Per interdictæ arboris gustum primi hominis incauta fragilitas tentauit appetere ambitione damnabili Domini sui diuinitatem, persuadente diabolo & dicente: Si
Gen. 3. de ligno hoc gustaueritis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. Ideóque agnoscamus pij patris admirabilem bo- A
nitatem. Homo solicitãte inimico, Deus esse voluit per superbiam, & Deus homo factus est per misericordiã. Innouatur in nobis quodãmodo per Christi diuinitatem species illius antiqui & incipientis sæculi, quãdo primus Adam de limi materia figuratur. Ecce etiam nunc secundus Adam quasi de intacta ac rudi terra virginis de carne formatur. Ecce, inquam, iterũ cessantibus naturæ legibus, nouus homo in nouã vitam solo Deo operãte perficitur. Promittitur ergo filius virgini per visitationem spiritus sancti. Quid mirum, si fine corruptione nascitur, qui de sanctificatione cõcipitur? Non enim decebat, vt qui nobis afferebat salutẽ, soli matri præriperet dignitatem. Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te. Dignum planè erat, vt regali onustanda partu, prius cœlistis regis sanctificaretur ingressu. Vnde Dominũ & Saluatorem nostrũ non ideo simplicem hominẽ credamus, quia ex homine nasci videmus. Fas non est, vt non Deus credatur, cui descensuro ad terras à Deo habitaculũ prœparatur. Diuina itaque operãte potẽtia credẽtis viscera fœcũdantur, & in ligno mortali vitę arbor inseritur, & portans in se omnia virtus ab infirmitate portatur, & qui terra, mari cęlóque non capitur, intra vnius corpusculi membra suscipitur. De creatura sua creator omniũ procreatur, & de riuulo suo fons magnus exoritur. Radix omniũ deuirgulto suo nascitur, & vitis vera palmitis sui fructus ẽsicitur. Adest ecce exoptatissimus dies, gratia geminata resplendens, candore quidem cõsueti luminis illustratus, sed prœcipuè radiãtis vteri fulgore coruscus. O dies dierum omnium nouitas, lucrũ lucis & dispendiũ cæcitatis, in quo æternus sol de summa altitudine claritatis paternę descendens vuluæ virginalis aditum reseranit, & torius mundi caliginem fulgida coruscatione repressit. Ducite fideles Christi festiuissima gaudia, res nobis hodie perfecta est noua, quę olim fuerat repromissa, vt sine virginei detrimento pudoris, filiũ lactarẽt vbera genitricis. Hæc illa est nouita Hieremię prophetę vaticinio nuntiata: Faciat, inquit, Dominus nouũ supra terrã. Hier. 31.
Et quasi quandam lucernã huius obscuritatis accendens, continuò subiecit: Femina circũdabit virũ: hoc est, inquit, nouum quod super terram dico Dominum esse facturum, quia femina circumdabit virũ. Aduertite fratres, & me potius vestro intellectu præcedite, Femina, inquit, circumdabit virũ. O femina super feminas benedicta, quæ & virũ non cognouit, & virum in vtero circũdedit: quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carnea prole de spiritali semine gratulatur. Circũdat Maria virũ angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum serpenti consentiendo. Faciet, inquit, Dominus nouum super terram. Vt igitur exhibendæ huius nouitatis tẽpus aduenit, cœlestis ad virginem præmittitur nũtius. Salutat angelus puellam viri salutationis ignaram, terretur virgo nouitate verborũ. Ad quam angelus: Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud Dominum. Ne, inquit, ad conspectũ meum mater Domini mei terrearis, ego conceptionis tuæ minister adueni: ipse me misit ad te qui est nasciturus ex te. Ipse tibi per me annũciat gaudiũ, cui placuit in vtero tuo cum humana natura mysticum sociare coniugium. Inuenisti gratiã apud Dominum: Ecce concipies & paries filiũ, non cuiuslibet meriti hominem, sed totius mũdi Saluatorem. Ne, inquit, timeas. Abiice abs te omnem metũ sæculi, quæ conceptura es gaudiũ mundi. Reuolue Maria Prophetica lectionem. Neque enim te scientia diuinorũ potest præterire librorũ, quæ ipsam plenitudinẽ paritura es prophetarũ. Recole in libro Esaiæ prophetæ virginem quam legisti, & gaude quia tũ esse meruisti. Tu ibi præsignata es virgo, tu ecce cõcipies in vtero non de viro, sed de spiritu sancto, & grauida eris, & incorrupta manebis. Paries filium, & virginitatis nõ patieris detrimentũ. At illa, Ecce, inquit, ancilla Domini fiat mihi secũdum verbum tuum. Mox igitur angelus virginis accepto consensu, cœlestis regionis accolas repetit; & ecce subitò secretũ virginis ineffabilis potentia penetrauit. Intrat artifex mũdi angustias vẽtris humani, efficitur grauida mater intacta: & ecce tanquã sponsus de thalamo, Mariæ Christus procedit ex vtero. Occultatur in membris infantis potentia maiestatis, Deus pendet ad vbera genetricis. Pannorum vilium squalore contegitur, durissimi suffert præsepis angustias, & totũ misericors humiliter patitur, dũmodo mundus, qui perierat liberaretur. Obeata infantia, per quam nostri generis vita est reparata. O gratissimi delectabilésque vagitus, per quos stridores dentiũ æternósque plorans euasimus. O felices panni, quibus peccatorum sordes extersimus. O præsepe splendidũ, in quo non solùm iacuit fœnum animaliũ, sed cibus inuẽtus est angelorum.

Lacta

Lacta Maria creatorem tuum, lacta panem cœli, preciũ mundi. Præbe lambenti mamillam, vt pro te ipse præbeat percutienti maxillam. Nutriatur infans lacte tuorum vberum, vt pro te etiam accipiat aceti potum. Ferant eum nunc manus tuę, vt manus pro te postea figantur in cruce. Postremò tu illi vt mater temporalem ministra substãtiam, vt ipse nobis & tibi vnà cum Patre & Spiritu sancto vitam tribuat sempiternam. Quod ipse prœstare dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & gloriatur Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

In eodem festo. SERMO XXII.

Fuit x. de tempore.

VIS tanta rerum verborũque copia instructus existat, qui huius Dei gratiã dignis possit laudibus prædicare? Vnde si huiusmodi nullus est, non erubescimus, etiam si nobis nitidior dicẽdi facundia desit, vel mediocri tamẽ sermone partũ sacræ virginis, & eorum Dominici corporis differentes conabimur explicare. Natalis est ergo hodie Saluatoris charissimi, in quo lumen additũ mundo est, & immortalitas, quę per peccatum perierat, mortalibus reddita est. Natalis est hodie Saluatoris, de B
Lucæ 2. quo angelus pastoribus dicit, Nat' est vobis hodie Saluator: de
Esaiæ 9. quo & Propheta dicit, Filius datus est nobis, puer natus est nobis. Nascitur ergo quem regẽ gentium alius Propheta testatur,
Esa. 7. & nascitur ex virgine, sicut scriptũ est, Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabis nomen eius Emmanuel, quod interpretatum est ex Hebraica lingua in Latinum translata, Nobiscum Deus. Prædicamus hodie natum de virgine Saluatorem, & infantem in præsepio positum cum vigilantibus pastoribus monitis ab angelis adoramus. Exhibeamus fidem virtutibus, reuerentiam sanctis testibus præbeamus, & Simeoni cognoscenti, & Annæ Dominum confitenti, & Ioanni baptizanti, & Iordanis purgationi, & sancto spiritui descendenti, & cœlis apertis, & patri testimonium perhibẽti, & virgini permanenti, & stellæ fulgenti, & columbæ descendenti, & ipsi Domino omnem tentationem diaboli superanti. Hodie ergo peperit virgo, qui Deo filios faceret, qui sententiam præuaricationis excluderet, pœnam mortis eriperet, & vitam perpetuam credentibus condonaret. Portauit in vtero filium mater, omnibus quæ sunt ante nutrimenta maiorem, & hunc fudit forma serui in terris, quem habent angeli imperatorẽ in cœlis. Peperit filium mater, à quo ipsa nutriretur potius quàm nutriret. Mortali aluo immortalem suscepit hospitem, & in terrestri hospitio cœlestem virgo imperatorem suscepit. Beata virginitas desinit esse iam mortis ancilla, quia illum intra se gestat in mente, quem Maria portauit in ventre. Nulli virginitas seruituri succumbit: quia illum diligit, qui humano generi attulit libertatem. Cœlestis propago germinabat in vtero, & in eximio partu virginea viscera coruscabãt. Humanis gressibus portabatur pictura deifica, & in angusto pudoris cubiculo cum quem cœli non capiunt, sancta virgo portabat inclusum, & peperit eum, non qui nascendo pollueret parientem, sed qui à pollutione sæculum delauaret. Sancta crediditi, sancta concepit, sanctior efficitur post partum. Exitit autem ipsi virgini ipse filius qui erat sponsus. Ipse genitus, qui erat genitor. Illic fuit paranympha credulitas, paranymphus archangelus. Mater spõsa, & ipse quem peperit Christus spõsus, quem sanctus spiritus copulauit, Gabriel angelus nuncianit, angelorum exercitus decantauit, & stella fulgida demonstrauit. Fecit grauidam virginem ipse, qui erat nasciturus ex virgine. Expauit in partu suo mater, Deus D
per angelum loquebatur, & virgo auribus impręgnabatur. Audiar omnis ætas quod numquam audiuit. Virgo partu suo nuplit, virginitatem dum pareret duplicauit, filium quem genuit adorauit. Cesset omnis solicitudo, Christur nobis vera securitas aduenit. Cesset omnis infirmitas, hodie Saluator apparuit. Cessent bella, desinant lites, hodie pax vera de cœlo descendit. Cesset omnis amaritudo, hodie per totum mundum mellifluĩ facti sunt cœli. Fugiat mors, quia vita nobis hodie de cœlo est data. Hodie super terram canunt angeli, lætantur archangeli, gloriantur prophetæ, inuitantur sancti, turbantur mali, gratulantur boni, visum cæci recipiunt, auditum surdi, claudi gressum, leprosi mundantur, tristes lætificantur, infirmi sanãtur, & mortui resuscitantur. Solus diabolus & omnia cum eo dæmonia contremiscunt, quia restauratur genus humanum per interitum diaboli. Christus vobis hodie redẽptor apparuit. Probat ergo virtutem Domini, ordo nascendi, concepit virgo, virilis ignara consortij. Impletur vterus, nullo humano pollu-

cus amplexu. Vide miraculum matris Dominici corporis: virgo concipit, virgo grauida, virgo cum parturit, virgo post partum. Præclara ergo illa virginitas, & gloriosa fœcunditas. Virtus mundi nascitur, & nullus patiendi est gemitus. Vacuatur vterus, infans excipitur: nec tamẽ virginitas violatur. Fas enim erat, vt Domino ex virgine secundum carnem nascente meritum cresceret castitatis, nec per eius aduentum violaretur integritas, qui veniebat sanare corrupta. Nascitur ergo puer, ponitur in prœsepio. Hæc sunt enim Domini prima cunabula, nec regnator cœli has dedignatur angustias. Stat Maria, & matrem se læta miratur, & de Spiritu sancto protulisse se gaudet: nec quia peperit innupta terretur, sed quia genuerit cum exultatione miratur. Nam cùm sęculo debitus Saluatoris properaret aduentus, ad Mariam virginem venit Spiritus sanctus, vt fuerat ab angelo antè prędictum, dicente: Spiritus sanctus venier su- Lucæ 1.
per te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Idcóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Rectè ergo in eius aduentu cœlestia veneramur, quem de cœlo venisse manifestè cognoscimus, quem natum pro nostra salute Dei patris & Spiritus sancti virtute comperimus. Multis enim antè nunciabatur indiciis, noua cœlo ventura progenies. Vides ergo, charissime, Saluatoris ortum Dei esse virtutem, cum de eo Prophetæ non taceant, & Spiritus sanctus fateatur. Quid prœclarius stellę nuncio? Quid magorum manifesta confessio? Quid prophetarum tam similis & tam continuata sententia? Vbique notus est Dominus, vbique natus ex virgine nunciatur. Et quoniam eum secũdum carnem natum ex virgine diximus, nunc ea quæ spiritaliter sentire possumus disseramus. Videamus ergo quæ est illa virgo tam sancta, ad quam Spiritus sanctus venire dignatus est: quæ tam speciosa, quam Dominus elegit sponsam: quæ tam copiosa, cuius generationem cunctus orbis excipiat: quæ tam casta, vt possit virgo esse post partum. Nõnne in figura Marię typum videmus esse sanctę Ecclesiæ? Ad hanc vtique sanctus descendit Spiritus, huic virtus obumbrauit Altissimi, hinc potens virtute Christus egreditur. Hæc est immaculata concubitu, fœcunda partu, virgo & casta perpetuò. Hæc concipit non viro, sed Spiritu: hæc parit nõ dolore, sed gaudio: hęc nutrit non vbere corporis, sed lacte doctoris. Hæc est igitur sponsa Christi & gentium magistra, quę se plenam miratur & fœtam lætatur. In hac ergo die qua Saluator nascitur, splendor C
lucis augetur, tenebrarum caligo minuitur. In hac die lux cœlestis credentibus redditur, & in æterna nocte diabolica figmenta damnantur. In hac die lux crescit ex lumine, virtutum virtus attollitur. Gloria ęternitatis erigitur, reparationẽ suam Domino secundum carnem nascente mũdus amplectitur. Plena sit ergo diei huius festiuitas, in qua Deus nostri memor terrena vilitare dignatus est, & amissam mortalibus lucem aduẽtus sui claritate restituit, quia ipse est splendor & gloria ęterna, Dominus noster Iesus Christus, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

In eodem festo. SERMO XXIII.

Tribuitur Maximo episcopo in descriptis codicibus, & in lectionibus vigiliæ Epiphaniorum in quibusdam Breuiariis. Fuit xx. de tempore.



IN aduentu Dominico, fratres charissimi, solutus est omnis paternæ præuaricationis metus, quem diaboli dudum fraudibus incurrit circumuenta mortalitas. Adest enim nobis hodie cœli terræque iudex, qui rescisso chirographo delictorum, reatum nostrum miseratus absoluit. Adest ille Dominus, qui iugũ captiuitatis antiquę à nostris ceruicibus soluens, mœrorẽ mundi ęterna libertate lętificet. Adest rex ille mansuetus, qui per spacia totius orbis cœlestis iustitię gressibus incedens, superbientem furentis inimici conterat tyrannidem. Hodie namque parturiente Maria natus est nobis Dei filius, vt germanæ carnis nostrę conceptione productus, creato à se homini & pietatem paternam & fraternum largiretur affectum. Et natus sanè ab intacta est femina, vt eum pariter & hominem testaretur partus humanus, & Deum probaret ęterna virginitas. Nam sicut nõ poterat nisi caro de carne nasci, ita nõ poterat Dei caro de femineo vtero, nisi sine generãte prodire. Propter quod ait angelus beatissimę Marię, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te. Idcirco tibi, frater, virtutẽ sancti Spiritus angelicus sermo prętexit, ne coniecturis carnalis disputationis hebetatus, cœleste tibi ipse mysterium terrena argumentatione confundas. Aut non putas eũ

nouum puerũ in alno virginis potuisse formare, qui cum primum conderet hominem, nec semen patris, nec viscera materna quæsiuit? Dic itaque quicunque es supernæ dispensationis arbiter & discussor, quæ tibi videtur virtus eminẽtior, partum dedisse virgini, aut perfectum hominem creasse de terra? Primus enim homo, vt ait Apostolus, de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Si contra naturam esse contendis quod in mysterio redemptionis nostræ sine viro puella asseritur concepisse, cuius quęso naturę est quod in parente generis nostri caro sine carne formata est? Quę est ista ratio, imò quàm cęca contentio, vt non credatur Deus facere hominem posse de femina, quem creditur de puluere fecisse? Si omniporentis, ô homo, tali in negocio esse perspicis volũtatem, de opere cur retractas? Omnia enim, sicut legitur, Dominus quę voluit fecit in cœlo & in terra. Et si solicitus perseruteris, præter hunc legitimum humanæ conceptionis vsum, tres valde mirabiles nascendi species operatam reperies trinitatem: & prima est quidem, quòd Adam figuratus ex limo est: secunda, quòd mulier formata de masculo: tertia, quę & cœlestis est, quòd Christus processit ex virgine. Quid horum non nouum, quid horum nõ mirabile, quid horum si non fidem sequamur, inquisitio poterit humana complecti? Quòd autem mystico hoc conceptu visitare mundum suum Dei dignatus est filius, nostrę hoc salutis necessitas flagitabat: nimirum vt cœlestis tandem generatio repararet, quod natiuitas terrena perdiderat. Sed fortassis hunc qui natus prædicatur ex femina, dum vilibus obuoluitur pannis, dum iacere contentus est in præsepi, dum lachrymolis vagitibus concrepat, dum maternis lactatur vberibus, Deum esse diffidis. Imò per ista frater aduerte eum, & vt hominem infirma pro infirmis pertulisse, & vt Deum potentiam exercuisse cœlestem. Hic nanque qui sordentibus circundatur pannis, regiis per Chaldęos muneribus honoratur. Hic qui in præsepi humilis iacet, lumine noui sideris coruscat in cœlo. Hic qui vagitus reddit infantiæ, angelici exercitus vocibus collaudatur. Hic qui femineo lacte nutritur, multa hominum milia paruissimo pane satiauit. Quid illud adiiciam, quòd Deũ illum & verum Dei esse filium resurgens à mortuis Lazarus probat, recepto lumine cęcus annunciat, venerandis eius calcata vestigiis maris vnda testatur, & quòd præcellit hęc omnia, resultans è cœlo vox paterna confirmat? Propter quod dilectissimi tam magnum hoc natiuitatis Dominicę sacramentum dignis vocibus honorenius. Diligamus prę omnibus castitatem: quia vt placere hanc sibi Christus ostenderet, pudicitiam vteri virginalis elegit. Sectemus misericordiam, quia pietatis est quod saluamur. Iustitiam solicitè teneamus, quia ad hoc vnigenitus Dei effici dignatus est homo, vt veritatem prædicans, vniuersam mundi faciem damnata iniquitate purgaret.

Christi admiranda natiuitas.

Virgo & post partũ.

Maria fenestra & scala cœli.

In eodem festo. SERMO XXIIII.

In libris quibusdam descriptis tributur Seueriano: in aliis Fulgentio, inter cuius excusa opera extat. Fuit x v. de tempore.

NATIVITAS Domini nostri Iesus Christi, totum mundũ noua aduentus sui hodie luce perfudit. Hodie de cœlo Deus descendit ad hominẽ, vt in cœlis homini prępararet ascẽsum. Hodie accepimus natum Dei virginis filium, omniũ credentium Saluatorẽ. Deus de patre, homo de matre: Deus occultus, homo manifestus. Et quoniam diabolus per serpentem Euæ locutus, per Euæ aures mundo intulit mortem, Deus per angelum ad Mariam protulit verbũ, & cunctis seculis vitam effudit. Angelus sermonem eiecit, & Christum virgo concepit. O cõiunctio sine sordibus facta, vbi maritus sermo est, & vxor auricula. Hoc splendore cõcipitur Dei filius, hac munditia generatur. Nulla fieri potuit grauedo cõcipienti, nulla tristitia parturienti. Qui enim venerat tristę lętificare seculum, venęris non contristauit hospitium. De cœlis medicus trãsiens per virginem, post transitum suum illæsum fecit virginẽ permanere. Qui enim diruptą corporũ membra in aliis poterat integrare tangendo: quãto magis in sua matre quod inuenit integrũ non potuit violare nascendo: Circuit enim eius partu integritas corporis potius quam decreuit, & virginitas ampliata est potius quàm fugata. In angusti corporis membro sustinuit, quicquid sustinẽt cœli. Plena sunt viscera, & nullum nouit contagium virginis conscientia. Cum esset grauida, salubri leuitate plaudebat. Lumen enim quod intra se habebat, pondus habere non poterat. Facta est Maria fenestra cœli, quia per ipsam Deus verum fudit seculis lumen. Facta est Maria scala cœlestis, quia per ipsã Deus descendit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereãtur ad cœlos. Ipsis enim licebit ascendere illuc, qui Deum crediderint ad terras per virginem Mariam descendisse. Facta est Maria restauratio feminarum, quia per ipsam à ruina primę maledictionis probantur esse subtractæ. Tria denique mala Euæ, à tribus bonis Mariæ probantur exclusa. Nam Euæ dictum est, In doloribus & in tristitia paries, & ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur tibi. Tribus ergo his malis se subiugant femine quæ Mariam non sequuntur, dolori, tristitiæ, seruituti. Maria autem ecõtratiò quàm præclarissimis tribus bonis sublimetur auscultà, salutationis angelicæ, benedictionis diuinę, & plenitudinis gratię. Sic enim eam legitur salutasse, Aue Maria, gratia plena, benedicta tu inter mulieres. Cùm dixisset, Aue, salutatio nem illi cœlestem exhibuit. Cùm dixit, Gratia plena, ostendit ex integro iram exclusam primę sententię, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Cùm dixit, Benedicta tu inter mulieres, virginitatis eius benedictũ fructum expressit, vt ex eo benedicta dicatur inter mulieres, quęcunque perseuerauerit virgo: maledicta enim Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem glorię remeasse. Venite virgines ad virginem, & lętamini. Ponite maledictionem preuaricationis, & benedictionem restaurationis assumite. Proiicite dolores quos Eua per serpentem accepit, & quos per angelum Maria suscepit honores assumite. Pellite tristitiã concipientis, gemitus parturiẽtis abiicite, vt solus vobis iste virginis filius dominetur. Venite virgines ad virginẽ, venite concipientes ad concipientem, venite parientes ad parientẽ, venite matres ad matrem, venite lactantes ad lactantem, venite iuuenculę ad iuuenculam. Ideo omnes istos cursus naturę virgo Maria in Domino nostro Iesu Christo suscepit, vt omnibus ad se cõfugientibus feminis subueniret: & sic restauraret omne genus feminarum ad se venientium noua Eua seruando virginitatẽ, sicut omne genus virorum Adam nouus recuperat Dominus Iesus Christus, qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Restauratio feminarũ. Mariæ bona contra Euæ mala.

Gen. 3.

Lucæ 1.

In eodem festo. SERMO XXV.

Fuit x v iii. de tempore, hominis inerudit.

CASTISSIMVM Mariæ virginis vterum, sponsi virginis clausum ventris cubiculum, filii virginis signaculum, merito plenissimè collaudarem, si messem meterem quam non seminarem. Deniq. sic Apostolus dicit, Quæcunq. seminauerit homo, hæc & metet. Verum est, omnino verum est, hęc omnem hominem metere quę seminauit, sicut ipse filius virginis, in quadam lectione Euãgelij ait: Meto, inquit, vbi non seminaui, & colligo vbi nõ sparsi. Dicat solus hodie natus ex virgine filius Mariæ: Meto vbi non seminaui, & colligo vbi non sparsi. Dicat & Maria: Et ego te filium generaui, & virginitatem meam nõ violaui. Regnũ teneo virginitatis, & regem genui castitatis. Ingrediẽrem & egrediẽtem habui in palatio ventris filium imperatoris, & de manibus meis non amisi clauem regni pudoris. Porta facta sum cęli, ianua facta sum filio Dei. Illa porta facta clausa, quam in visione diuina Ezechiel vidit propheta, de qua in me dicit prophetizãs: Vidi portam in domo Domini clausam, & dixit ad me angelus: Porta hæc quam vides non aperitur, & homo non transit per eam, & clausa erit in æternum. Sed mirabilior prophetiæ adimpletio. Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est, Homo non transit per eam, nisi quia Ioseph nõ cognouit eam? Et quid est, quòd Dominus solus intrat & ingreditur per eam, nisi quia Spiritus sanctus impręgnauit eam? Et quid est, Clausa erit in ęternum, nisi quia Maria virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partũ? Dicat ergo Maria, Porta facta sum cęli, ianua facta sum filio Dei. Illi facta sum ianua clausa, qui post suã resurrectionẽ ingressus est per ostia clausa: qui ingressus est paruus ad suos crucifixores, ad discipulos autẽ suos clauso cœnaculo ostii ingressus est claustra. Qui natus de ventre meo, me matrem dimisit intactam, adimpleuit ventrem meum diuinitate, & vterũ meum non euacuauit castitate. Exiuit de ventre meo giganteo cursũ magnificus, & venter meus non est pudore vacuatus, nec in cõceptione inuenta sum fine pudore, nec in parturitione inuenta sum cum dolore. O mira & laudabilis inter feminas, in qua ab angelo salutatur virginitas, sola impręgnata nec virginitate exonerata, nec euacuata, quia sic est ab angelo salutata, Aue Maria, gratia plena,

Galã.

Ezech. 44.

gratia plena, Dominus tecum. Felix vmbilicus castitatis, quẽ amplexus non tetigit maritalis. Considero conceptum tuum, beata virgo, & expauesco. Intueor partum, & contremisco: adoro filium tuum, & reuiuisco. Enarra obsecro mihi, quomodo meruisti dici mater Domini, & sponsa filio Dei? Quod rogo indica mihi, sed tamen collo quenti tecum ignosce mihi. Ignosce, inquam, mihi, quod audeam seruus: vtinam vel bonus, & non etiam inutilis & malus seruus: & ideo malus seruus, quia non tecum cum tremore loquar vt seruus: ignosce ergo mihi quod audeam cum sponsa Domini mei fabulari, & tamen indica mihi quomodo poterit Dei filius per te generari. Audite fratres, audite Mariam nobiscum loquentem, carne absentem, spiritu præsentem, verecundia virginitatis vultum auertentem à collocutore, & indicantem quomodo impręgnata sit à creatore. Eram, inquit, Maria, in domo mea, puella Iudæa, ex semine Dauid regis generata: adulta facta sum, & desponsata sum coniugi, & placui alteri, non interueniente adulterio, sed intercedente Spiritu sancto. Desponsata sum homini Iudæo, & placui homini Deo. Desponsauit me vir Iudæus, & amauit me Christus Deus. Ignorauit quidem sponsus meus Ioseph, quòd me amasset Deus meus, putauit quòd adulterio impręgnatus esset venter meus. Nam ignaro Ioseph sponso meo, venit ad me quidam magnus Christi paranimphus, non patriarcha primus, aut propheta egregius, sed Gabriel ille archangelus, facie rutilans, veste coruscans, ingressu mirabili, aspectu terribili, visitauit & perturbauit me, salutauit & grauidauit, dixitque mihi: Aue gratia plena, Dominus tecum. Dominus, inquit, tecum, sed plusquam mecum. In me autem licet sit Dominus, memetipsum creauit Dominus, per te autem genitus est Dominus. Ita est Dominus tecum, vt sit in corde tuo, sit in vtero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam, procedat formosus de vtero tuo, tanquam sponsus de thalamo suo: egrediatur rex de cubiculo suo, procedat princeps ex aula regali, ita vt virginitatem tuam non faciat violari. Dixitque ei, Quomodo fiet istud, vt ego grauescam pudico & immunissimo marito, quoniam virum penitus non cognosco? Desponsata sum homini iusto, si cum illo non conuenero, vnde erit quod generabo? Sed si potest fieri vt concipiam intacta, & generem clausa, indica modum & paratum inuenies cor meum. Omnibus enim modis exopto me ego Deo meo vt habeam prolem, & non perdam pudorem. Refert angelus Gabriel modum conceptionis, quod in verbo fieret Saluatoris, & ita ait ad eam: O, inquit, Maria virgo Dei, sponsa Dei, dilecta Dei, famula Dei, mater Dei, si hũc à me modum requiris, quomodo virgo concipias, virgo parias, & post partum virgo permaneas, vel quomodo fiat in te qui fecit te, audi me, & ne perturberis: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ita enim te virtus Altissimi obumbrabit, vt nec æstum patiaris libidinis, & mater sis creatoris. Nescit interea Ioseph Mariæ sponsus, quid cum Maria ageret angelus, subitóque Ioseph intuitu familiari & licentia maritali, aspicit Mariam coniugem suam, vidit eam gressibus grauari, intellexit Marię vterum grauidari. Turbatur Ioseph homo iustus, quòd Mariam nunquam de templo Domini acceperat, & nondum cognouerat, & grauidam sentiebat, & quam non meruerat in coniugij honorem, iam haberet in cõfusionem, secũmque diu æstuans deputat, dicens: Vnde hoc contigit quod euenit? Non cognoui, non noui, non tetigi, non violaui, non grauidaui: heu heu qui contigit, quid putas euenit, per quem Maria sic cecidit, quam sibi plusquam me adulãtem inuenit? Ego enim cùm licentiam haberem maritalem, ante thorum nuptiarum puellarem nõ vexaui pudorem. Timui, multũmque pertimui, quod in illo Moysitico libro legis sententiale verbum perscriptum cùm legeretur, audiui, Quòd quæcunque virgo paternam domum fœdauit adulterio mortenda lapidibus subiacebit. Similiter & vir, qui pudoris vestimentum patri non detulerit, corãmque testibus replicauerit, pudorisque signaculum non demonstrauerit, moriendus & ipse cum virgine erit. Vtrósque ergo libidinarios hac Moyses sententia ferire voluit, simulque adulteros perire mandauit. Sic nãque ait: Auferte opprobrium de domo Israël: & omnis qui audierit, timebit, & non aget impiè. Hãc Moysi sententiam præcauebam, ipsãmque luxuriam in meo corpore refrenabam, maximéque quia Dauid filium me esse sciebam, & regali me functum sacerdotio prænoscebam. Sed quoniam nihil mirum est, nihil nouum, nihil occultum, nihil absconsum quod nõ reuelabitur, & occultum quod non in publico veniat, in Dauid regis filia, recolo historiam, Dauid rex Vriæ Cethęi mulierem audacia extulit regali, nec eum timor terraię parentalis. Quid ergo faciam? quid agam? Anxior, gemo, doleo, curro, consilium quęro, nec penitùs inuenio. Prodo adulterium, aut taceo propter opprobrium? Si prodidero, adulterium quidem non consentio, sed nęnum crudelitatis incurro, quià secundum libri Moysi sententiam, lapidandam esse cognosco. Si tacuero malum, consentio, & cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malũ est, adulterium prodere peius est, ne per me fiat homicidiũ, dimittam eam coniugio. Cogitauit, inquit, sicut Euangelium dicit, occultè dimittere Mariam cõiugem suam. Cogitauit quòd esset rea de adulterio, cùm iam esset deterior in mente hoius suspicionis mala cõceptio. Sed non timeat Maria Dauid illius magni regis filia, quoniam sicut in Dauid vemã contulit sermo Propheticus, sic Mariã liberat angelus Saluatoris. Veniat mater Domini casta, in qua non fuit vnilis appetitio, sed Spiritus sanctus: quam non violauit Ioseph vir Iudęus, sed solus impręgnauit omnipotens Deus: quę non commixta est, nec Ioseph sponso, nec cognita alicui viro, sed soli omnipotenti Deo. Inuoca virgo sancta Deum tuum, Dauid patrem tuum, nõ illum Dauid adulterio fuscatum, & Vrię Cethęi homicidio diuulgatum: sed illum dico Dauid forti manu præliatum, diu cum diabolo altercatũ. Mittat de cœlo angelũ suum, & visitet in somnis sponsum suum. Suspendat iudicium Moyses suum, ne Ioseph vindicet adulterium tuum. Parat itaque Ioseph animum in tempore, quo Mariam possit occultè dimittere. Ecce iretum virginis ille paranymphus, non homo, sed Gabriel angelus ille cõspicuus, cœli cursor equissimus, medio noctis libramine dicit ad Ioseph in visione: Ioseph, fili Dauid, cur tantum tribularis, quid multum cõtristaris, cur in somno cogitando desudas, quare vigilãdo tristis ambulas, cur de Maria malam tibi ingeris suspicionem, cùm ipsa tibi generatura sit Saluatorem? Aufer zelotypiæ animum ex ea. Iste enim est Dominus qui impręgnauit eam. Ideo tristis est anima tua, quia quęcũque legisti in propheria, nõ intellexisti in Maria. Hinc est omnis tristitia tua, quoniam sponsam tuam nondũ cognoueris, & granidam senseris, nec aliud in ea nisi adulterium suspicatis. Ioseph, fili Dauid, natus non solùm ex genere sacerdotali, verùm etiam ex regali, filius prophetarum, socius scribarũ. Ille Deus qui si ripsit mirabilia in lege sua, ipse fecit mirabilia in coniuge tua. Quid autẽ sunt mirabilia, nisi quę hominibus sunt impossibilia? Mirabilia ergo Dei in lege non legisti, quòd si etiam legisti, quare non intellexisti? Ipsa lex quam quotidie legis, sine graphio scripta est in tabulis lapideis. Lege & intellige quod panem in eremo terra produxerit, cuius semen in terra arator nullus induxit. Virga etiã Aaron, annis siccata plurimis, sine aqua reuixit, in tẽplo floruit, nuces produxit, quas clausa sub tecto produxit. Ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stylo ferreo, ipse grauidauit Mariã Spiritu sancto: & qui produxit panes in eremo sine aratione, ipse impręgnauit virginem sine corruptione: & qui fecit virgam sine humore folia germinare, ipse fecit filiam Dauid sine femine generare. Postremò fili Dauid Ioseph; fili prophetarum, legisti Esaiam eximium prophetarũ quid dixerit, quemadmodum scripsetit, Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Quod ergo legisti in libris tuis, aspice in Maria oculis tuis, vt dignè dicas canticũ Dauid patris tui, Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutũ, in ciuitate Dei nostri. Aspice ergo Mariam coniugem tuam, semper de ea securus, & in nullo iis solicitus: quia quod natũ est in eius vtero, non vocabitur filius Iudęi, sed vocabitur filius Dei. Habe ergo Ioseph cum Maria cõiuge tua cõmunem virginitatem membrorum, quia de virgineis mẽbris virtus nascitur angelorum. Sit Maria sponsa Christi in carne tua virginitate fœmata: sis autem & tu pater Christi cura castitatis, & honorificẽtia virginitatis, vt de virginis mẽbris genitricis, seculis Christianis nulla sit zelotypia. Magnum meritũ virginitatis fratres. Virginitas Marię angeli salutatione est impręgnata, & pręgnans Marię virginitas de vtero in vtero est salutata, & generãs virginitas Marię ab angelis est hodie collaudata, & lactans virginitas Marię per stellam de cœlo est indicata, & magorum muneribus est honorata. Gaude itaque Ioseph, nimiũmque congaude virginitati Marię, qui solus meruisti virginalem affectum possidere coniugij: quia per meritum virginitatis ita separatus es à cõcubitu vxoris, vt pater dicaris Saluatoris, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Gaudeo.

Esaiæ 7.

In eadem festo. SERMO XXVI.

Fuit XXIIII. de tempore.

VT hodie à me possit, fratres charissimi, maiestas natiuitatis Dominicę prædicari, per vos mihi à Domino faculcas est impertãda, quatenus ipse verbum in ore suo cõstituat sacerdoti, nec nostri oris deligneturr officium, qui nostrę carnis hodie dignatus est inire cõmercium. Non enim, fratres, inefabile diuinę generationis cõtendimus aperire mysterium, sed nostræ salutis magnum & mirabile gestimus gaudium nunciare, sicut dixit angelus, Ecce annũcio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Nullum hodie, fratres, conceptus, nullum terreat partus. Vbi enim virginitas concepit, integritas patit: Dei est virtus cõscientia, non voluptas. Audi angelum dicentem: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Hodie, fratres, non inchoatur deitas, sed humanitas inchoatur: hodie natus est non sibi Christus, sed mihi. Accedite ergo ad eum & illuminamini, & vultus vester non erubescet: quia hodie in sole posuit, sicut dixit Propheta, tabernaculum suum. Diuinũ est, fratres charissimi, quod geritur, non humanũ. Nunquam est nuda virginitas, quę æterno pudoris sui honore decoratur. Ad domicilium castitatis angelus mediator aduenit, vt regi aulam, Deo templum, & cœlesti sponso thalamũ procuraret. Nascẽti enim Domino non est ablata, sed cõsecrata virginitas, quæ ipsa sponsum genuit sui pudoris, ipsa custodi præbet fidele seruitium. Ferta sed virgo, virgo sed mater: sterilitate enim carnit, nõ pudore. Asat sanctitas, synceritas, pudicitia, castitas, integritas, fides, & omnes simul assuẽre virtutes, vt intrepida famula suo vtero portaret auctorẽ, & cœlesti paritura virtute, sicuss sui victrix dolorem gemitũmque nesciret. Beata fœcunditas, quæ & honorem acquisiuit maternum, & castitatis præmiũ non amisit. Non ergo dedignatur inhabitare, quod est figurare dignatus: nec indignatur in se carnẽ coringere, quam cœlesti manu antè contrectauit in puluere. Venit ad faciem tuam, ô homo, quia tu ad eius faciem peruenire non poteras. Et qui erat inuisibilis, factus pro tua redemptione visibilis, venit à tuis patribus postulatus. Audi vocem clamantis, Ostende faciem tuam, & salui erimus. Asat testis innocentiæ, assertor pudoris, nec amisisse se sponsam, sed gloriatur agnouisse Deum. Sequitur nõ vt maritus, sed vt famulus, & obsequium se ei gaudet impẽdere, cui conspicit omnes angelos deseruire. Nascens ergo Christus non inuenit locum in diuersorio, per quem omnis creatus est locus. Et velut peregrinus nascitur, qui totius orbis est Dominus, vt nos cœlestis patriæ faceret cives municipes. Pãnis obuoluitur, vt scissam humani generis vnitatem suo redintegraret in corpore, totũque immortalitatis vestimentum, purpureo sanguinis colore fulgens, in cœlestia regna deferret. Nascitur, fratres, vt ipsum quam prius homo vitiauerat, melioraret naturam. Facet in pannis, sed regnat in cœlis, humili iturr in cunabulis, sed in nubibus tonat. In præsepę ponitur, quia omnis caro fœnum, Esaia dicente, monstratur. Nos fœnum, fratres, efũdique flos, cœlestem emandamur in panem, quo vescẽdo perueniemus ad vitam æternam.

Luc. 2.

Psal. 35.

Psal. 18.

Psal. 79.

In eodẽ sermone de eo quod scriptum est in Euangelio secũdum Iohannem, Erat in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, &c.

SERMO XXVII.

Fuit 28. de tempore. Hic habes. Nec sic dixit, Antequam Abraham fieret, *ego* sum. Sic tamẽ Augustinus super Ioannẽ legit, & interpretatur.

VT Christus, fratres, *in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* Qui mundus per eum factus est? qui mundus eum non cognouit? Non enim mundus qui per eum factus est ipse eum non cognouit. Quis est mundus, qui per eum factus est? Cœlum & terra. Quomodo eum non cognouit mundus, quãdo in eius passione sol obscuratus est? Quomodo eum terra nõ cognouit, quando pendente illo in cruce contremuit? Sed mũdus eum non cognouit, cuius princeps est ille de quo dictum est: Ecce venit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit. Homines mali Mundus vocãtur. Inde acceperunt nomẽ ex eo quod amant. Amãdo Deum efficiũtur diperso amando mũdum mundus dicuntur. Sed Deus erat in Christo, mũdum reconcilit sus sibi. Mundus ergo, eũ non cognouit. Nunquid omnes? *In sua propria venit, & sui eum non receperunt.* In sua: Omnia ipsius, sed propria ipsius dicuntur, vnde mater eius erat, vnde carnẽ conceperat, ad quos aduentus sui prœcones antè præmiserat, quibus legem dederat, quos de Ægypti seruitute liberauerat, quorum patrem carnalem elegit Abraham, quia verũ dixit, Ante Abraham ego sum. Nec sic dixit, Antequã Abraham fieret, ego sum. In principio erat Verbum, non factum erat. Ergo in propria venit, & sui eum non receperũt. Quot autem receperũt eum? Vtique ibi Apostoli, qui eũ receperunt: tibi illi, qui ante iumentum ramos ferebant: & prœcedebant & sequebantur, & vestimenta sua sternebant, & magna voce dicebãt, Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. Tunc pharisei dixerunt illi, Compesce pueros, ne tibi ista clamẽt. Et ille: Si isti tacebunt, lapides clamabũt. Qui lapides, nisi qui colunt lapides? Si paruuli pueri tacebunt, maiores & minores gẽtes clamabunt. Qui lapides, nisi lapides de quibus dicit ipse Ioannes, qui venit vt testimonium perhibẽret de lumine? Cùm enim videret ipsos Iudæos superbire de genere Abrahæ, ait illis: Generatio viperarum: illi se dicebant filios Abrahæ. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Quos prœuidebat in Spiritu, de illis dicebat. Nos siquidem prœuidebat. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. De quibus lapidibus inquit, Si isti tacebunt, lapides clamabũt. Modò audistis & clamastis: Impletum est, lapides clamabũt: de gentibus enim venimus in parentibus nostris, lapides adorauimus, ideo canes dicti sumus. Recordamini quid audierit mulier illa, quæ clamabat post Dominũ, quia erat Chananæa, idolorum cultrix, ancilla dæmoniorum, quid dixit Iesus? Non est bonum, tollere panem filiorum, & mittere canibus. Nunquid aduertistis quemadmodũ canes lapides vnctos lingunt, sic sunt omnes simulachrorum cultores: Sed venit nobis gratia. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ecce habetis modò natos, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quibus dedit? *His qui credunt in nomine eius.* Et quomodo filij Dei fiunt? *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* Intendite ergo, isti ex Deo nati sunt, accepta potestate vt filij Dei fierent. Ex Deo nati sunt, non ex sanguinibus, qualis est prima natiuitas, qualis est natiuitas misera veniens ex miseriis. Sed qui ex Deo nati sunt quid erãt? Vnde primum nati erant, ex sanguinibus mixti sanguinibus & masculi & feminæ, cõmixtione carnis masculi & feminæ, inde nati erant. Modò vnde? Ex Deo nati sunt. Prima natiuitas ex masculo & femina: secunda natiuitas ex Deo & Ecclesia. Ecce ex Deo nati sunt. Vnde factum est, vt habitaret in nobis. Magna mutatio, ille factus caro, iste spiritus. Quid est hoc? Qualis dignatio, fratres mei? Erigite animum ad speranda & capienda potiora, nolite adiicere cupiditatib. secularibus. Precio empti estis, propter vos verbum caro factũ est, propter vos qui erat filius Dei, factus est filius hominis, vt qui eratis filij hominũ, efficeremini filij Dei. Quid erat ille, qui factus est? Quid eratis vos? Quid facti estis? Erat ille filius Dei, qui factus est filius hominis: eratis vos filii hominum, qui estis filii Dei facti. Communicauit nobiscum mala, & datutus est nobis bona. Sed ille ipse qui factus est filius hominis, distarà nobis. Nos filii hominum per concupiscentiam carnis, ille filius hominis per fidem Virginis. Mater cuiusliber hominis concubuit & cõcepit: vnusquisque autem natus de homine patre suo, & de homine matre sua, Christus autem natus de Spiritu sancto & Maria virgine. Ad nos accessit, sed à se nõ multum recessit, imo à se quod Deus est, nunquam recessit, sed addidit quod erat naturæ nostræ. Accessit enim quod non erat, non amisit quod erat. Factus est filius hominis, sed non cessauit esse filius Dei, per hoc mediator in medio. Quid est in medio? Nec sursum, nec deorsũ. Quomodo nec sursum, nec deorsum? Nec sursum, quia caro est: nec deorsum, quia non peccator: sed tamen inquãtũ Deus, semper sursum. Non enim sic venit ad nos, vt dimitteret patrẽ, cum quo viuit, & regnat Deus.

Ioan. 1.

Luc. 19.

Lapides Pharisei.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Matth. 15.

Ioan. 4.

Ioan. 1. Mundus, homines malos signat.

1. Cor. 5. Ioan. 11.

In Epiphania festo. SERMO XXVIII.

Est Leonis Papæ octauus: inter Augustinianos fuit de tempore XXXIII.

AVSAM, dilectissimi, & rationem solẽnitatis hodiernæ, sæpe vobis & Euangelica narratio, & obseruantiæ cõsuetudo patefecit: nec necesse est ita nunc quæ inter Saluatoris nosti humana primordia sunt gesta replicari, vt de splendore noui sideris, de Magis magorũque munerib̃us, de sæuitia Herodis, & de interfectione infantium disseramus, cùm, sicut nostis, & in stellæ fulgore Dei gratia, & in tribus viris vocatio gentium, & in rege impio crudelitas paganorum, & in occisione infantium, cũctorum martyrũ forma prœcesserit. Sed quia in sacratissimo die reddendum expectationi vestręest sacerdotalis sermonis officiũ, nitamur vt

possumus adiuuante Spiritu Dei, eò per intelligentiæ semitas peruenire, vt cognoscamus sacramentũ præsentis festi ad omnium fidelium tempora pertinere, nec vllo modò habeatur insolitũ, quod in dispensationũ ordine adoratur antiquum. Quãuis ergo omnis anima Christiana nihil indignum debeat de filij Dei maiestate sentire, & trãsceusis incipientis fidei rudimẽtis, oporteat vnumquemque ad sublimiora proficere, necesse est tamen infirmitatem mentis humanæ, dum verũ hominem accipit Christum, de ipsa naturæ nostręcommunione trepidare, & per initia vel incrementa corporea ad agnitionem vnius cum patre deitatis difficulter accedere. Sed vbi inter caligantes cogitationes radius supernæ lucis refulserit, cunctantes fidei moras splendor veritatis abrũpat: vt cor liberũ & à visibilibus absolutũ, lumen intelligentiæ tanquam lucem stella sequatur: quia sicut Apostolus ait, Dominus Iesus Christus in gloria Dei patris est: vt quem venerabatur in cunis humiliter iacentem, ipsum sine differentia adoret cum patre regnãtem. Hæc autem manifestatio, dilectissimi, quæ hæsitantiũ nebulas dissoluit animarũ, & ita facit innotescere Dei filiũ, vt de hoc quod idem est etiam hominis filius, nihil patiantur obstaculi, ad præsentis festi pertinet dignitatem: & vera est in infantia Saluatoris declaratio deitatis, quãdo carnis sensus ab humanis ad diuina transfertur, vt quos deprimunt experimenta infirmitatũ, erigant signa virtutum: quia tali auxilio & natura nostra indigebat & causa, vt reparare humanũ genus nec sine maiestate possit humilitas, nec sine humilitate maiestas. Iam verò cùm in singulorum fidelium profectibus, diuinorũ cluceat custodia mandatorum, impleatũque quod dictum est, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrũ qui in cœlis est: quis illic non præsentem intelligat deitatem, vbi veram vidit apparere virtutem? quæ vtique sine Deo nulla est, nec proprietatem obtinet virtutis, nisi Spiritu sui vegetetur auctoris. Dicẽte enim discipulis suis Domino, Sine me nihil potestis facere: dubiũ non est, hominem bona agentem, ex Deo habere & effectum operis, & initium voluntatis. Vnde & Apostolus copiosissimus fidelium cohortator: Cum timore, inquit, & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Et hæc sanctis causa est tremendi atque metuendi, ne ipsis operibus pietatis elati, desertãtur ope gratiæ, & remaneant in infirmitate naturæ. Qui autem expetiri cupit, an in ipso Deus habitet, de quo dicitur, Mirabilis Deus in sanctis suis: syncero examine cordis sui interiora discutiat, & sagaciter quærat qua humilitate repugnet superbiæ, qua beneuolentia obluctetur inuidiæ, quàm non capiatur adulantium linguis, quãque bonis delectetur alienis, an pro malo nõ cupiat malũ reddere, malũque inultas obliuisci iniurias, quàm imaginẽ & similitudinem sui conditoris amittere, qui omnes ad cognitionẽ sui generalibus incitans donis, pluit super iustos & iniustos, & solẽ suũ oriri facit super bonos & malos: ac ne in multis laboret solicitæ discretionis inspectio, ipsam matrem virtutũ omniũ charitatem in secretis suæ mentis inquirat: & si eam dilectionem Dei & proximi toto intentõque corde repererit, ita vt etiam inimicis suis eadem velit tribui, quę sibi optat impẽdi. Quisquis huiusmodi est, Deum & rectorem & habitatorẽ sui esse non dubitet: quem tanto magnificẽtius recipit, quanto magis non in se, sed in Domino gloriatur: quoniam quibus dicitur, Regnũ Dei intra vos est: ipsi etiam aguntur illius spiritu, cuius regitur imperio. Scientes igitur dilectissimi, quòd charitas Deus est, qui operatur omnia in omnibus, sectamini charitatem, ita vt in vnum castę dilectionis affectũ vniuersorum fidelium corda concurrant. Transeũria vos & vana non occupent, constanti desiderio ad ea quæ semper sunt mansura, tendamus. Sacramẽtum enim præsentis festi oportet in nobis esse perpetuum: quod vtique sine fine celebrabitur, si in omnibus actibus nostris Dominus Christus appareat, qui viuit & regnat cum patre & cum Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Philip. 2.

Matth. 5.

Ioan. 1.

Philip. 2.

In hac vita nemo sit securus. Psal. 67.

Experimẽta inhabitationis diuinę.

Matth. 5.

Charitas omnium virtutum mater.

Luc. 17.

In Dominica infra octauas Epiphaniæ.

SERMO XXIX.

In descriptis libris & impressis D. Maximo tribuitur. Fuit 37. de tempore, in operibus Augustini.

IGET, fratres dilectissimi, de solennitate diei huius veterum sit diuersa traditio, vna tamen sanctę deuotionis est fides. Et quanquam nonnulli hodie Dominum nostrum Iesum Christum, stella duce, venientibus ab Oriente Magis ęstiment adoratum: alij autem asserant eum aquas in vinũ mutasse: quidam verò baptizatum illum à Ioanne confirment, in omnibus Dei filius creditur, in omnibus est vera festiuitas. Nam quòd Magis vtique gentibus & adorate Dominum, & munera offerre conceditur, gentium est præfigurata vocatio. Quòd aquæ verò transformantur in vinum, religionis nostræ designatur arcanum. Quòd verò fluentis Iordanis baptizatur Iesus, aquæ nostro baptismati consecrantur. Oportet itaque, charissimi, vt aliqua nunc de ipso baptismate sanctitati vestræ, prout Dominus donauerit, proferamus, vt simul & humilitatem Saluatoris nostri, & mysteriorum gloriam cognoscatis. Prędicabat in deserto Ioannes baptismum pœnitentiæ populo, in remissionem peccatorum, non quo crimina commissa deleret, sed quo emendaret errantes. Nam remissio peccatorum Christi gratiæ seruabatur. Confluebat ergo ad Ioannem desiderio lauacri diuersorum copiosissima multitudo; quorum erant tam scelerati actus, vita tam perdita, vt eos venerabilis Baptista viperino semini compararet. Inter huiusmodi homines ille virtutum cœlestiũm Dominus, ille qui respicit terram, & facit eam tremere, Christus Iesus, non dedignatur humilis & quietus ad seruuli sui baptismum properare. Sed quid mirum de mansuetudine, si se Prophetæ manibus inclinauit, qui se ab inimicis suis passus est crucifigi? Quo properante ad fluuium, talem Ioannes circumstantibus turbis erupit in vocem: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: hoc est dicere, Cessate iam, cessate à baptismo meo quo pœnitẽtia incepit. Ecce baptista per quem crimina dimittuntur, desinite vlterius à conseruo vestro baptizari velle, præsens est Dominus omnium nostrũm, qui baptizat ad vitam. Illum sequimini, illi credite, ab illo lauacrum salutis tota mente supplices postulate, à quo & ego ipse baptista vester cupio baptizari. Non renuit quidem Iesus testimonium vocis huius, sed qui per ordinem vellet vniuersa complere, nihilominus baptizari se expetit à Ioanne: & baptista deuotus baptizandi sui potentia tremefactus ait, Ego à te debeo batizari, & tu venis ad me? id est, quoniam ego creatura sum, tu creator. Ego seruus, tu Dominus. Ego figura, tu veritas. At Iesus ait: Sine modò. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam: id est, Quid nunc ista commemoras, propositum suscepi humilitatis, implendum est. Tunc ille qui præsumere formidabat, velociter paruit præcipientis imperio. Baptizatur ergo Iesus non sibi, sed nobis. Baptizatur, vt non purificetur aquis, sed vt aquas ipse sanctificet. Baptizatur nouus homo, vt noui baptismatis cõstituat sacramentum. Aperti sunt, inquit, ei cœli. Æstimo vt in cœlestibus esset miraculum de his quę gerebantur in terris, sicut ait Scriptura, In quem concupiscunt angeli prospicere. Quomodo enim poterant non mirari virtutes cœlorum & dominationes, Cherubim & Seraphim, cùm viderent Dominũ Sabaoth in fluuio à Ioanne baptizari? Vt autem Ioãnis testatio etiam cœlesti testimonio cõfirmetur, vidit Spiritum sanctum corporali specie, quasi columbam descendentem, & manẽtem super Iesum. Audit & patrem dicentem, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui bene. Aduertite, dilectissimi fratres, quanta nobis in baptismate Domini nostri Iesu Christi patefacta sit gratia, quam subtili sacramento trinitas se homini reuelauit. Pater enim auditur in voce, filius manifestatur in homine, Spiritus sanctus dignoscitur in colũba. Quàm mirifico autem mysterio noster Iesus Christus vel tactu corporis sui, vel transitu gloriæ sue omnem ad momentum creaturam sanctificat, viuificat & illustrat? Aquas enim consecrat, dum baptizatur: terram sanctificat, dum sepelitur: mortuos suscitat, dum resurgit: cœlestia glorificat, dum ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris.

Ioan. 1.

Matth. 3.

1. Petri 1.

In eadem Dominica, de Trinitate & columbã.

SERMO XXX.

Fuit 38. de tẽpore, quanquam inscriptio non conueniat. Neque enim sermo est sed quippiam huc transtatum ex eiusdem opere de sancta Trinitate.

VAMVIS, fratres, in huius exilij ærumnosam cæcitatẽ pro originalis peccati iustissima pœna à gaudio beatæ fœlicitatis deiecti sumus, non tamen ita inde prœcisi atque abrupti sumus, vt nõ etiam in istis mutabilibus ęternitatem, veritatem, beatitudinem quærere vel desiderare ignoremus. Quod ex eo perspicuum est, quod nec mori, nec falli, nec miseri esse voluntatem habemus: vnde ex naturali instinctu beatos esse velle, quã est omnibus, licet diuerso modo, in animis singulorum beati-

tudinis appetitus fiat. Quidam enim beatum existimãt esse regno potiri terreno, alij diuitiis abũdare, alij honoribus exaltari: quidã verò laudibus celebres esse gaudẽt, alij voluptatibus inhiãt caualibus. Sed nequaquã in huius vitæ volubilitate vera inueniri poterit beatitudo. Quo circa tota sacta series Scripturarũ nos à terrenis ad cælestia erigi adhortatur, vbi vera & sẽpiterna est beatitudo, ad quã nisi per fidẽ catholicę pacis, cooperãte charitate Dei & proximi, neminẽ peruenire certissimũ est. Denique ad veram beatitudinẽ peruenire volentibus, primò omniũ fides necessaria est: sicut Apostolica docet auctoritas, dicens: Sine fide impossibile est placere Deo. Constat ergo neminem ad verã posse peruenire beatitudinem, nisi Deo placeat, & Deo neminem posse placere nisi per fidem. Fides namque est bonorum omnium fundamentũ. Fides est humanę salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei cõsortium potest peruenire, quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquam iustificationis exequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidẽ, non peruenient ad speciẽ beatę visionis. Domini nostri Iesu Christi. Proinde omnis anima rationalis ætate congrua discat fidem catholicã, maximè populi prædicatores Christiani, & ecclesiarũ Dei doctores, vt possint veritati cõtradicentibus resistere, & catholicam amantibus pacem prodesse. Quomodo enim docet quis quod non didicerit, vel qualiter pastor esse poterit, si pane vitæ gregem sibi cõmissum pascere ignorat? Non erubescat discere nesciẽs quod ignorat, nec sciẽs tardus sit docere quod nouit. Sciat vtique suo Domino acceptę pecunię rationem se redditurum. Tunc desiderabilẽ fidelis seruus audiet vocem Domini dicentis: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Omnis itaque Scriptura veteris ac noui Testamenti diuinitùs inspirata, si catholicè intelligitur, hoc insinuat, quòd pater & filius & Spiritus sanctus vnus sit Deus, eiusdẽ substantiæ vniúsque essentię, atque inseparabilis in diuinitate vnitas. Idcóque nõ sunt tres dij, sed vnus Deus, pater & filius & Spiritus sanctus. Quamuis pater filium genuerit, & ideo filius non sit qui pater est: filius à patre sit genitus, & ideo pater non sit qui filius est: Spiritus sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantùm patris & filij Spiritus, patri & filio etiam ipse cœqualis & ad trinitatis pertinens vnitatem: & hæc trinitas vnus Deus est, ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, beato Paulo attestante, vbi ait: Quonam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Teneamus igitur firmissimè, patrem & filium & Spiritum sanctum vnum esse naturaliter Deum: neque tamen patrem ipsum esse qui filius est, nec filium ipsum esse qui pater est, nec Spiritum sanctum ipsum esse qui pater est aut filius. Vna est enim patris & filii & Spiritus sancti essentia, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud Spiritus sanctus: quamuis personaliter alius sit pater, alius filius, alius Spiritus sanctus. Quod nobis maximè in ipso sanctarum Scripturarum initio demonstratur, vbi Deus dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cùm enim singulari numero dicit, Imaginem, ostẽdit vnam naturam esse, ad cuius imaginem homo fiebat, non vnam esse personam. Si enim illa vna essentia patris & filij & Spiritus sancti vna esset persona, nõ diceretur, Ad imaginem nostram: sed, Ad imaginẽ meam: nec dixisset, Faciamus: sed, Faciam. Si verò in illis tribus personis tres essent credendæ vel intelligendæ substantiæ, non diceretur, Ad imaginem nostram: sed, Ad imagines nostras. Sed ad vnam imaginem vnius Dei homo factus dicitur, vt vna sanctę trinitatis essentialiter diuinitas intimaretur. Hanc quoque trinitatem personarum atque vnitatẽ naturę propheta Esaias reuelatam sibi non tacuit, cùm se dicit Seraphim vidisse clamantia, Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus Sabaoth. Vbi prorsus in eo quòd dicitur ter Sanctus, personarum trinitatem: in eo verò quòd semel dicitur, Dominus Deus Sabaoth, diuinę naturæ cognoscimus vnitatem. Planè ergo & absque omni dubitatione credendum est, patrem & filium & Spiritũ sanctum vnum esse Deum omnipotentem, ęternum, incommutabilem: & singulus horum Deus, & simul omnes vnus: & singulus quisque horum plena & perfecta ęterna substantia, & simul omnes vna substãtia. Quia quicquid est pater quo Deus est, quo substantia est, quo ęternitas est, hoc filius, hoc Spiritus sanctus. Ita etiam quicquid est filius in eo quod Deus est, quo substantia est, quo ęternitas est: hoc pater, hoc Spiritus sanctus est. Et quicquid est Spiritus sanctus in eo quod Deus est, quo substãtia est, quo æternitas est, hoc pater est & filius. Vna ergo in tribus diuinitas, vna essentia, vna omnipotentia, & quicquid substantialiter potest dici de Deo. Si fortè de solo patre interrogatus fueris, Quid sit pater? responde, Deus. Interrogatus de filio, responde Deus. Interrogatus de Spiritu sancto, respõde Deus. Si interrogatus fueris simul de patre & filio & Spiritu sancto, non deos, sed Deum responde vnum, omnipotentem, incommutabilem. Sciendum est verò, quòd quædam de Deo substãtialiter dicuntur: vt, Deus est magnus, omnipotens: & quicquid ad se dicitur, id est, substantiam diuinitatis significans. Quædam verò relatiuè dicuntur, vt pater ad filium, filius ad patrem, & Spiritus sanctus relatiuè ad patrem & filium: ad se autem siue pater, siue filius, siue Spiritus sanctus Deus dicitur. Itaque pater eo quod Deus est, hoc ipso substantia est, quia eiusdem substantiæ proculdubiò & filius Deus & Spiritus sanctus Deus. At verò Deus eo quod pater est relatiuè dicitur, quia non substantiæ nomen est, sed refertur ad filiũ Deum esse. Nec ita dicimus filium patrem esse, sicut dicimus Deum esse: quia Deus substantialiter dicitur, pater verò & filius & Spiritus sanctus relatiuè dicitur. Sicut enim relatiuè pater & filius dicũtur, ita & Spiritus sanctus ad patrem & filium quodammodo relatiuè dicitur, quia patris & filij & Spiritus est. Sed ipsa relatio Spiritus sancti non ita reciproca ratione conuerti poterit, sicut pater & filius. Nam pater filij pater dicitur, & filius patris filius dicitur: Spiritus verò sanctus vniformiter dicitur ad patrem & filium, quia patris & filij Spiritus est. Dicimus enim Spiritum sanctum Spiritum patris: sed non vicissim dicimus patrem Spiritus sancti, ne filius eius intelligatur Spiritus sanctus. Item dicimus Spiritum sanctum Spiritum filij: sed non dicimus filium Spiritus sancti, ne pater eius intelligatur Spiritus sanctus. Dicitur & idem Spiritus donum Dei, quia donator est Deus doni sui. In quibus nominibus circunferri potest vicissim relationis regula, vt si dicamus donator doni, & donum donatoris: quia in his vocabulis potuit inueniri vnata huic categoriæ quæ dicitur ad aliquid circumlatio. Ergo hoc donum Dei, id est, Spiritus sanctus qui de patre & filio æqualiter procedit, ineffabilis quędam patris filiúque communio est. Et ideo fortassè sic appellatur, quia patri filióque potest eadẽ appellatio conuenire. Nam hoc ipse propriè dicitur, quod illi cõmuniter dicuntur: quia & pater Spiritus, & filius Spiritus rectè dicitur. Ergo vt nominibus iunctis quę separatim vtrique personę cõueniũt vtriusque communio propriè significetur, vocatur Spiritus sanctus, quę est tertia in sancta trinitate persona, patri & filio per omnia ęqualis, coęternus & cõsubstantialis. Et hęc trinitas vnus est Deus solus, bonus, magnus, ęternus, omnipotẽs, ipse sibi vnitas, deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia, & quicquid ad se substãtialiter dicitur. Non ita in relatiuis vocabulis intelligendum est vel dicendum: quia dici non potest pater sibi pater, vel filius sibi filius, vel Spiritus sanctus sibi Spiritus sanctus: sed hæc relatiua vocabula ad aliam proculdubiò personam referri debent. Quicquid ergo ad se dicũtur pater & filius, nõ dicitur alter sine altero: id est, quicquid dicũtur quod substantiam eorum ostendat, simul dicuntur. Si hęc ita sunt, iã ergo nec pater est Deus sine filio, nec filius Deus sine patre: id est, non ita dicitur Deus pater, quasi filius non sit Deus: nec filius ita dicitur Deus, quasi pater non sit Deus, sed ambo simul Deus, etiam & vnus Deus. Quo circa quicquid secundum substantiam vel æternitatem de eis dici potest, ambo simul sunt: vt quod de filio dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine, ambo simul lumen: sed non pater Deus de Deo, nec lumen de lumine, sed filius Deus de Deo, & lumen de lumine, ambo tamen simul & semper vnus Deus & vnum lumen. Sic etiam de aliis appellationibus, quæ secundum substantiam dicuntur, id est, quod simul ambo sunt, dici debet: vt omnipotens, magnus, bonus, æternus, & cętera, quę ad se dicuntur. Quod si ita est, hoc solum de eis dici non potest illud de illo, quod simul ambo non sunt: sicut verbum de verbo dici non potest: quia non simul ambo verbum, sed solus filius: nec imago de imagine, quia non simul ambo imago, sed solus filius imago: nec filius de filio, quia non simul ambo filius: nec pater de patre, quia non simul ambo pater. Et ideo quod Euangelista ait, Et verbum erat apud Deum, multum est vt sic intelligatur, verbum quod solus est filius, erat apud Deum, quod non solus est pater, sed pater & filius simul Deus. In quo perfectè intelligitur, quòd non præcessit genitor illud quod genuit. Et quod ipse in Euangelio ait, Ego & pater vnum sumus. Vnum sumus enim: id est, quod ille, hoc & ego, secundum essentiam, non secundum relatiuum. Quòd dicimus lumen de lumine, non duo lumina intelligẽda sunt, vel separatio lu-

Heb. 11.

Matth. 25.

Rom. 11.

Gen. 1.

Esaiæ 6.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

tio luminis: sed intelligendum est, quòd filius effulgentia æterna luminis est æterni, sicut imago sẽpiternæ substantiæ sempiterna est imago. Exempli gratia: Si quæris quid sit Abraham iuxta substantiam: respondetur homo. Si quæris de Abraham cur pater sit: relatiuè respondetur, quia filium habet Isaac. Si quæris de Isaac cur sit filius: relatiuè respondetur, quia patrem habet Abraham. Omnis verò relatio ad aliquid aliud refertur. Et hæc regula relationis in personis sanctæ trinitatis intelligẽda est. Si ergo interrogatus fueris de Deo, cur dicatur pater: Recte Iatinè responde, quia habet filium. Ita enim de filio responde relatiuè, ideo esse filium quia habet patrem. Si ergo dictum de Deo ibi fuerit, quomodo pater hoc est quod filius, aut filius hoc est quod pater? Responde, secundum substantiam hoc est filius quod pater, hoc pater quod filius, quia vnus est Deus, & vna substantia pater & filius. Ad se enim Deus substantialiter dicitur: ad patrem filius, vel pater ad filum relatiuè dicitur. Iuxta personę proprietatem non est pater qui filius, nec filius qui pater: iuxta substantię vnitatem hoc pater quod filius, id est Deus vnus omnipotens. Quicquid ergo ad seipsum dicitur Deus, & de singulis personis dicitur de patre & filio & spiritu sancto, & simul de ipsa trinitate non pluraliter, sed singulariter dicendum est: quoniam quippe non aliud est Deo esse & magnum esse vel aliud esse, & aliud bonum esse, sed hoc idem est illi esse, & magnum esse & bonum esse: propterea sicut non dicimus tres deos, nec tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines, nec tres bonitates, sed vnum Deum, vnam essentiam, & vnam magnitudinem, & vnam bonitatem. Absque omni scilicet dubitatione credi necessarium est, quòd pater plenus Deus & perfectus est, filius plenus & perfectus est Deus, spiritus sanctus plenus & perfectus est Deus: non tamen tres dii pater & filius & spiritus sanctus, sed vnus Deus plenus & perfectus: nec aliquid maius tres simul dici pater & filius & spiritus sanctus, quàm vnus quilibet vel pater vel filius vel spiritus sanctus: quia eadem natura est in vnaquaque persona simul dicta, quæ est in tribus personis simul nominatis. Non ita dicimus in hominibus fieri posse: Abraham plenus homo, Isaac plenus homo, Iacob plenus homo, & hi omnes vnius substantię, quantum ad humanam pertinet naturam: non tamen hi tres vnus homo, sed tres omnimodis homines, & aliquid maius in tribus cognoscitur, quàm in quolibet vno eorum. Item Abraham vnus homo, non tamẽ tres personæ in eo, sicut in vno Deo tres personæ plenę & perfectę: sed vna persona in Abraham, sicut in vno solet homine esse. In Deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est: nec tamen omne quod de Deo dicitur, secundum substantiam dicitur, vt in superioribus diximus. Quamuis enim dicitur pater ad filium, filius ad patrem secundum ad aliquid, non est tamen accidens patri patrem esse, nec filio filium esse: quia & ille semper pater, & ille semper filius: quia ęternitas & incommutabilitas negat alicuius accidentis in Deo instabilitatem: quia omne accidens secundum tempus, vel esse vel non esse potest, vel potuit, vel etiam poterit: quia pater nunquam non pater, filius nunquam non filius, nec cœpit vnquam pater esse pater, nec filius esse filius. Quòd si aliquando cœpisset pater esse pater, vel filius esse filius, vel desineret esse quod erat, secundum accidens diceretur pater vel filius. Si verò quod dicitur pater, ad seipsum diceretur, non ad filiũ, & quòd dicitur filius, ad seipsum diceretur, non ad patrem, secundum substantiam diceretur. Sed pater non dicitur pater, nisi ex eo quòd est ei filius: & filius non dicitur filius, nisi ex eo quòd habet patrem. Non ergo secundum substantiam, vt dictum est in prioribus, quia non quisque eorum ad seipsum, sed ad se inuicem, atque ad alterutrum ista dicũtur. Neque secundum accidens, quia & quod dicitur pater & filius, ęternum atque incommutable est eis. Quamuis enim alius sit pater, alius filius, non est tamen diuersa substantia patris & filij: quia hęc non secundum substantiam dicuntur, sed secundum relatiuum: quod tamen relatiuum non est accidens, quia non est mutabile. Cùm itaque tantus solus est pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus, quantus est simul pater & filius & spiritus sanctus, nullo modo triplex dicẽdus est Deus, quia non est quo crescat illa perfectio summæ trinitatis. Perfectus autem siue pater siue filius siue spiritus sanctus, & perfectus Deus pater & filius & spiritus sanctus, deo trinitas potius quàm triplex dicenda est: habẽt singulę in trinitate personę aliquid proprium, quòd inseparabili ęqualiter aliquam in se ostãdãt proprietatem. Pater solus pater, & filius solus filius, & spiritus sanctus solus spiritus sanctus. Et pater hoc habet proprium, quod ex omnibus quæ sunt solus est, quia ab alio non est: ac per hoc solus est in paternitatis persona, non in diuinitatis essentia. Vnigenitus verò Dei filius hoc habet proprium, quòd ex solo id consubstantialiter, id est patre, & coessentialiter solus genitus est, & in hoc personæ suæ proprietas. Spiritus sanctus autem hoc habet propriũ, quòd ex patre & filio æqualiter procedit, & est amborum spiritus eiusdémque substantiæ, & æternitatis cum patre & filio. Sed hęc tria verè etiam tria sunt ineffabiliter, quę tria & essentialiter tria habentia proprietates suas: & hæc trium vnum, & verè vnum: & hoc vnum tres, sed non tres patres, nec tres filij, nec tres spiritus sancti, sed tres personę. Vnus pater, vnus filius, vnus spiritus sanctus: & hi tres, id est, pater & filius & spiritus sanctus vnum sunt in natura omnipotentia & æternitate. Sed hoc etiam atque etiam firmiter tenendum est, nihil in sancta trinitate ad se dictum, plurali numero esse dicendum: quia simplex illa diuinitatis summæ natura singulari numero dici debet, non plurali: ac ideo non tres deos, nec tres omnipotentes, nec tres bonos, nec tres magnos, nec tres essentias in Deo dicere fas est. Cùm enim personaliter alius sit pater alius filius, alius spiritus sanctus, his tamen vnum est naturę nomen, quod dicitur Deus vel substantia, vel essentia, vel omnipotentia, vel alia multa quæ substantialiter non relatiuè de Deo dicuntur. In lubritãter si quidem credere debemus, ipsam sanctam trinitatem esse inseparabilis substantię, essentię, inseparabilitérque operari quicquid à singulis personis legimus operatũ esse. Quamuis enim certissimum sit, patrem esse solum qui dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & filium esse solum, super quem illa vox solius patris sonuit, quando in Iordane secundum Ioannem baptizatus est: idem vnigenitus Deus, qui carnem solus accepit: & spiritum sanctum patris & filij solum esse, qui in specie columbæ super eum baptizatum ascendentem de aqua descendit, & quinquagesima die post resurrectionem Christi fideles in vno loco politos in linguarũ ignearum visione adueniens repleuit: illam tamen verissimè vocem, qua solus locutus est Deus pater, & illam carnem, qua solus homo factus est vnigenitus Deus, & illam columbam, in cuius specie Spiritus sanctus super Christum descendit, illáque linguas igneas, in quarum visione fideles in vno loco constitutos replenit, opera esse totius sanctæ trinitatis, id est, vnius Dei qui fecit in cœlis in terra visibilia & inuisibilia, verissimè credendum est. Deus ergo per immensitatem naturæ suæ totam creaturam suam & impler & continet: ac per hoc totũ quicquid est implet pater, totum filius, totum spiritus sanctus: quia pater & filius & spiritus sanctus naturaliter vnus est Deus. Inseparabilis ergo naturæ vnitas non potest separabiles habere personas. Hæc verò summæ diuinitatis atque indiuiduæ vnitatis natura, quæ est sola vbique tota, sicut vbique inseparabilem habet vnitatem naturæ vel operis, sic separationẽ non potest accipere personarum. Nominantur quidem illę personę aliquando singulę: sed ita se voluit ipsa Deus trinitas inseparabilem ostendere in personis, vt nullum ibi nomen sit in qualibet persona, quod ad aliam secundum relationis regulam non referatur. Sicut pater ad filium, vel filius ad patrem, vel spiritus sanctus ad patrem & filium verissimè refertur. Ea verò nomina quæ substantiam vel potentiam vel essentiam Dei significant, vel quicquid propriè ad se dicitur Deus, omnibus personis æqualiter conuenit, vt Deus magnus, bonus, æternus, omnipotens, & omnia quæ naturaliter de Deo dicuntur. Non est ergo aliquod naturæ nomen, quod sic patri conuenire possit, vt aut filio aut spiritui sancto conuenire non queat. Deus enim pater naturaliter est Deus, æqualiter & filius & spiritus sanctus. Idcirco inseparabilis est sancta trinitas in personis sensu intelligẽda, quãuis in voce separabilia habeant nomina: quia pluralem numerum in naturæ nominibus nullatenus recipit. In hoc ostẽditur personas nõ posse diuidi in sacta trinitate: quia cuiustibet personæ nomen semper ad alterum respicit personam. Si patrẽ dicis, filium ostendis: si filium nominas, patrem prædicas: si spiritum sanctum appellas, alicuius esse spiritum ostendis: esse est intellegas, id est, patris & filij. Et hoc regulariter tenere debem̃, quod omnis naturæ nomina vel essẽtiæ, sicut in vna persona singulariter, sic etiam sẽper in tribus singulari nomine dici debẽt. Si quis verò minus est in talibus exercitatus mysteriis sũmæ trinitatis, voris agat apud Deum, vt intelligat quæ Dei sunt, non mecũ querelis quòd ea scripsi quæ in sanctorum dictis doctorum legebam. Sciẽdum verò est, quod per omnia idem est patrem dicere & ingenitum, quia & filium non genuisset nisi pater

Matth. 5.

habere eum dici ingenitum: quia dum dicitur ingenitus, non quòd sit, sed quòd non sit ille, de quo dicis ingenitus, significatur. Pater itaque secundum affirmationem, ingenitus secundum negationem dicitur. Negatur itaque eum esse genitum, de quo hoc dicitur: nec tamen aliquid eum genuisse significatur, dum dicitur ingenitus. Patrem itaque dum dicimus, significamus eum filium genuisse, quia filius propriè de eo genitus dicitur, quia patrem habet qui eum genuit. Sed non inter patrem & filium diuilio vel scissio, quia alter in altero est: sicut in Euangelio legimus ipsum Dominum dicentem, Ego in patre, & pater in me est. Vnus ab vno genitus, perfectus à perfecto. Plenitudo diuinitatis in vtroque, nihil differēs alter ab altero, quia vita à viuēte est, filius à patre, sicut ipse ait: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic talem filium genuit, qui vitā haberet in semetipso. Spiritus siquidē sanctus nec ingenitus nec genitus alicubi dicitur: ne si ingenitus diceretur sicut pater, duo patres in sancta trinitate intelligerentur: aut si genitus diceretur sicut filius, duo itidem filij in eadem estimarentur esse sancta trinitate: sed tantummodo procedere de patre & filio, salua fide dicendus est. Qui cùm non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificādam creaturā, sicut quidam malè intelligentes credendum esse putabant, sed simul de vtroque procedit, quia pater talem genuit filium: vt quemadmodū de se, ita & de illo quoque procedat spiritus sanctus. Decem sunt genera locutionis, quibus homines suos sensus solent inter se conferre. Non de illis dico, quas Grammatici Partes orationis vocant, sed de illis, quas philosophi Græcè Categorias, Latinè prædicamenta appellare solent. Quæ quidem sic nominantur: Substantia, qualitas, quantitas, ad aliquid, quod genus locutionis relatiuum dicitur. Item habitus, situs, tempus, locus, facere, pati. Hæc sunt igitur causæ locutionis nostrę. Aut enim de substantia cujusliber rei loquimur, vel de quantitate, id est, magnitudine: aut etiam de qualitate, in quo genere locutionis bonos dicimus qui boni sunt. Aut verò ad aliquid: id est, dum personæ quælibet inter se conferuntur: vt, dominus non dicitur, nisi seruus intelligatur: nec iterum seruus, nisi respiciatur ad dominum. Item de habitu animi vel corporis, aut de situ, in quo considerabitur stare, sedere, iacere. De loco & tempore, id est, quid in quo loco vel tempore fiat. Item quis quid faciat vel patiatur, sæpe loquela nostra ostendit. His ergo omnibus modis, solet sancta Scriptura de Deo loqui: sed aliter propriè, aliter translatiuè, aliter relatiuè. Propriè Deus dicitur substantia vna, summa, ineffabilis, quæ semper idem est quod est: quia nihil ei accedens vel recedens inesse poterit, quę semper est, quia semper immutabilis. Item Deus magnus dicitur, non autem magnitudine, nisi qua ipse magnus & immensus. Ea igitur magnitudine, magnus est, qua ipse eadē est magnitudo, & ea bonitate bonus, quæ ipse est. Nec Deo aliud est esse, aliud magnum esse, aliud bonum esse, sed eo quo magnus est & bonus est: ideo nec tres substantias, nec tres magnos, nec tres bonos de Deo dicere fas est. Quod autem facere dicitur, de Deo verissimè dicitur, per quem omnia facta sunt, Domino dicente, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Hęc quippe in prædicamentis suprà nominatis de Deo dicuntur, sed tamen propriè de illo aliquid dici ore hominis potest. Relatiuè autem de Deo dicitur pater & filius & spiritus sanctus, sicut suprà abundanter docuimus. Situs verò & habitus & loca & tempora & pati, non propriè, sed translatiuè per similitudines dicuntur in Deo. Nam & sedere super Cherubin dicitur, quod ad situm: & abyssus tanquam vestimentum amictus eius, quod ad habitum: & anni non deficient, quod ad tempus: & si ascendero ad cęlum, tu illic es, quod ad locum pertinet. Dicitur de Deo: Pœniteт me hominem fecisse: vel etiam, Laborauī sustinens. Neque enim aliquid Deus patitur quantum ad eius substantiam pertinet, quia Deus est, quia incommutabilis & impassibilis substantia est: dum alię omnes substantię capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna vel quantacunque mutatio. Deo autē cuismodi aliquid accidere non potest: & ideo sola est incommutabilis substātia vel essentia, quæ Deus est, cui profectò ipsum esse vnde essentia nominata est, maximè ac verissimè competit. Cui soli optimè id congruit nomē, quod Græci dicunt ὢν, Latini, est: sicut Apostolus ait, Non est in illo est. Iam verò sublimiores huius tam arduæ disputationis respirare aliquantulū dictantem admonet, vt liberiori sensu ea quæ deinceps dicēda sūt, ingrediatur explanare. Omnis itaque sanctorū auctoritas librorum hoc nobiscū agit, vt rectè de Deo credamus, cumq; tota animi intentione amemus. Sed acies mētis humanę inualida est ad aspiciendā diuinę maiestatis excellentissimā lucem, nisi iustitię fidei & dilectionis diuina donante gratia illustretur splēdore: quapropter diuina votis omnibus postulanda est gratia, vt mūdetur oculus cordis ad videndum quàm propriè trinitas sit vnus & solus & verus Deus, & quàm rectè pater & filius & spiritus sanctus vnius eiusdémque substantiæ vel essentiæ dicatur, credatur, intelligatur. Ad huius sacratissimæ beatitudinis visionē nemo nisi per fidem mūdato, corde attingere poterit, dicente ipsa veritate, Beati mūdo corde quoniā ipsi Deum videbūt. Hæc verò visio nō carnalibus æstimāda est oculis cerni posse, sed purę mētis intuitu cōsideranda est, secundū quod sancti spiritus gratia nostrę mētis aciem illustrate dignabitur. Eorū igitur quæ sunt vel fuerunt, vel futura sunt, causa est Deus, & eorū dator est & creator: & nō est dicere, hoc est ipsum quibus vt essent dedit: nec alicui creaturę partē suę substātiæ dedit: & cū ipse sit immutabilis, mutabilia sine sui mutabilitate creauit. Ideo in illo hymno laudabili, quē peracta cœna mystica coram discipulis in laudem patris Dei filius decantauit, nō dixit de fidelibus suis, vt vnū sint nobiscū: sed vt vnū sint in nobis: quia diuersa substātia est creator & creaturę. Nec etiam dixit, Ego & ipsi vnū: quamuis per id quod ecclesiæ caput est, & corpus eius est Ecclesia, possit dicere: Ego & ipsi nō vnū, sed vnus, quia caput & corpus vnus est Christus: sed diuinitatē suam cōsubstantialē patri ostēdens ait, Vt sint vnū. Vult ergo esse suos vnum, sed in ipso, quia in seipsis non possunt nō dissociari ab inuicē perdiuersas volūtates. Cùm enim sit sancta trinitas vnus & solus, in substantia solus, in personis tria, quędā cùm multa voluit esse, nō illud esse ea voluit quod ille ipse est, dum ea quæ voluit, esse originē habent. Illi siquidē sine origine est esse, Deū supra omnē existentiam, supra omnem vitam, supra omnē intelligentiā credimus esse. Et ille est summa existētia, summa intelligentia, summa vita, à quo omnis vita, omnis intelligentia, & omnis existentia. Dei enim idē ipsum est & potentia & substantia & diuinitas, & hæc omnia vnū: & hoc vnū simplex de Dei filio doctor egregius beatus Paulus apostolus dicit: Cùm esset in forma Dei, nō rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo. Proinde melius esse videtur æqualitatē de diuinis dicere personis, quàm similitudinē, quanquam vtrūque inueniatur: quia vna quæliber substātia secundū quod substātia est, nō est alia, vt sit similis ad aliā. Nec enim in sancta trinitate substātia substātiæ similis est, sed vna & ipsa eadē substantia est: nō est alia patris & filii & spiritus sancti: nec sunt tres substantiæ similes, sed vna trium æqualiter, nec pater filio prior, nec filius patre posterior, sicuti Arriani voluerunt. Nā Abraham & Isaac licet vnius sint substātiæ secundū humanitatē, tamen Abraham prior est tempore, & Isaac posterior: quāuis sint similes substātiæ, tamen illa similitudo substātiæ in filio posterior est tēpore: quod impiū est in Deo credere aliquid prius esse vel posterius, quia nō ex tēpore Deus cœpit esse pater: sed sicut semper Deus, ita semper pater, semper habens filiū quem semel genuit ex sua æqualē sibi natura. Addūt quoq; Dialectici, quod omne simile receptibile possit esse dissimilitudinis: sicut duo homines, quāuis similis sint substātię, dissimiles possūt esse moribus: ideo nō possūt per omnia æquales dici, & sunt duę substātiæ in eis diuisę, vnusquisq; in sua substantia plenus homo, in patre verò & filio & spiritu sancto nō est similis substātia, sed vna qualis per omnia, & ὁμοούσιον, id est, vnius substantiæ, non ὁμοιούσιον, id est, similis substantiæ, sicut Hęretici voluerunt.

Ioan 5.

Ibidem.

Gen. 6.
Heb. 6.

2. Cor. 1.

In Dominica secunda post octauas Epiphaniæ, de verbis Apostoli, vbi ait, Non quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago.

SERMO XXXI.

Fuit 41. de tempore, sed initium est tantum Augustini, in sermone de tempore 45. reliquum aliunde est adiectum.

LECTIO diuina, quæ de apostoli Pauli epistola recitatur, quotiescunque legitur, timendū est, ne malè intellecta detrimentis hominibus quærētibus occasionē. Proclives sunt quippe homines ad peccādum, & vix se tenēt. Vbi ergo audierint Apostolū dicētē, *Non enim quod volo, facio bonum: sed quod odi malum, hoc ago:* agunt malum, & quasi duplicentes sibi quia agunt malum, putāt se Apostolo esse similes qui dixit, Nū enim quod volo, facio bonum: sed quod nolo malum, hoc ago. Nonnunquam enim legitur, & nunc nobis ingerit necessitatem disputādi, ne homines malē sumentes salubrem cibum vertant in venenum. Sic ergo intendat charitas vestra, donec quod Dominus donauerit dicam vobis, vt vbi me fortē laborare videritis in difficultate aliquius

Sequentia non sunt Augustini.

aliquius obscuritatis, adiuuētis me affectū pietatis: Oportet igitur, vt virtutum sensus ex intimo dicentis metiatur affectu, & quod beatus Apostolus dixerit bonum, quidve comparatione eius pronuntiauerit malum, non nuda significatione verborū, sed eodem quo ille discutiamus intuitu, intellectu quoque eius secundum dignitatem pronuntiantes, ac meritū perscrutemur. Tunc enim sententias, Deo inspirante, prolatas, secūdum propositum ac voluntatem eius cōprehendere poterimus, cùm eorum, à quibus promulgatæ sunt, statum ac meritū perpendentes, non verbo, sed experimētis parem induerimus affectū, pro cuius qualitate sine dubio vel concipiuntur vniuersi sensus, vel sententiæ proferuntur. Quamobrem quid sit principaliter bonum, quod Apostolus non potuerit perficere cùm vellet, diligentius indagemus. Multa enim nouimus bona, quæ beatū Apostolum, omnēsque illius meriti viros & habuisse per naturā, & acquisisse per gratiam negare non possumus. Est enim bona castitas, laudabilis continētia, miranda prudētia, larga humanitas, circūspecta sobrietas, modesta temperantia, pia misericordia, sancta iustitia, quæ omnia in Apostolo Paulo eiusque consortibus ita plena atque perfecta fuisse nō dubiū est, vt virtutū potius quā verborū magisterio ab eis religio doceretur. Quid quòd iugi ecclesiarum omnium cura, ac peruigili solicitudine semper exusti sunt? Quantum hoc misericordiæ bonū, quanta perfectio est, pro scandalizantibus vri, cum infirmātibus infirmari? Cùm ergo tantis Apostolus abūdauerit bonis, quid illud est boni, cuius perfectione caruerit, non poterimus agnoscere, *nisi in illum* quo ipse locutus est profecerimus affectū. Omnes itaque quas diximus eum habuisse virtutes, quamuis velut gēmę splēdidissimæ atque pretiosę sint, tamē si præclaro illi atque præcipuo margarito, quod ille Euāgelicus negotiator inquirens, vniuersis quæ possidet venditis comparare desiderat, conferātur, ita eorum meritum reuilescit atque cōtemnitur, vt eis sine cunctatione distractis, vnius tantum boni possessio locupletet bonorum innumerabilium venditorē. Quid ergo est vnū quod illis tātis tāmque innumeris bonis tā incōparabiliter preponatur, vt spretis abiectisque omnibus solum debeat possideri? Nimirum illa pars optima, cuius magnificentiam ac perpetuitatē cū rehcto susceptionis atque humanitatis officio Maria prælegisset, ita prædicatur à Domino, Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Pancis verò opus est, aut etiā vno. Maria bonam partē elegit, quæ non auferetur ab ea. Vna ergo & sola est contemplatio Dei, cui merito omnia iustificationū merita, vniuersa virtutum studia postponūtur. Et illa quidem omnia quæ in Apostolo Paulo fuisse prædiximus, nō solùm bona & vtilia, verum etiam magna atque præclara. Sed sicut, verbi gratia, stanni metallum, quod alicuius vtilitatis & gratiæ putabatur, fit argenti contemplatione vilissimum: & rursum auri cōparatione meritū euanescit argenti. Aurum quoque ipsum gēmarum collatione contemnitur: & ipsarū nihilominus quāuis insignium multitudo gemmarum, vnius margaritæ cādore superatur: ita illa omnia merita facultatis, quamuis non solùm in præsenti bona & vtilia sint, verumetiam donum æternitatis acquirant, tamen si diuinæ contemplationis meritis conferātur, vilia, atque vt ita dixerim, vendibilia censebuntur. Et vt hanc eandē comparationē etiam Scripturarum cōfirmet autoritas, nōnne de vniuersis quæ à Deo creata sunt, generaliter Scriptura dicit: Et ecce omnia quę fecit Deus bona valde. Et iterū: Vniuersa quæ fecit Deus, bona in tempore suo? Hæc igitur quæ in prēsenti non solùm bona simpliciter, verumetiam cum additmēto, valde bona, pronūtiantur. Sunt enim retiera in hoc mūdo cōmorantibus nobis, aut ad vsum vitæ, aut ad corporis medicinam, aut ad aliquam causam ignotæ nobis vtilitatis accōmoda: vel certè in eo etiam valde bona, quod faciūt, nos inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quę facta sunt intellecta cōspicere, sempiternam quoque virtutē eius ac diuinitatē ex tanta, tāmque ordinata molitione fabricę mundalis, & omniū quę in ea sunt subsistētia contemplari. Hęc tamen omnia nec boni nomen tenebunt, si futuro illi seculo comparentur, vbi nulla bonorū immutatio, nulla est veræ beatitudinis formidāda corruptio. Cuius mundi ita beatitudo describitur. Erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis septēpliciter sicut lux septem dierum. Magna igitur hæc & præclara intuitu atque mirifica, si futuris ex fide repromissionibus cōferātur, cōtinuo vanitas apparebūt, dicente Dauid: Omnia sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autē idem ipse es, & anni tui nō deficiēt. Ergo quia nihil est per semetipsum stabile, nihil immutabile, nihil bonū, nisi Deitas sola: omnes verò creaturę vt beatitudinem æternitatis vel immutabilitatis obtineāt, non hoc per suam naturam, sed per creatoris sui participationem & gratiam consequentur, tenere meritum bonitatis creatori suo collata non possunt. Quòd si etiā manifestioribus adhuc testimōniis huius sententię rationē voluerimus astruere, nōnne multa pronūtiari bona in Euangelio legimus, & arborem bonam & thesaurum bonum? Nam & bonum hominē & bonum seruum: quia non potest, inquit, arbor bona malos fructus facere: & bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: &, Euge serue bone & fidelis. Et vtique omnes secundū se bonos esse, cùm non dubiū sit, si respiciamus ad bonitatem Dei, nullus eorū pronuntiatur bonus, dicente Domino, Nemo bonus, nisi solus Deus. Cuius intuitu etiā ipsi Apostoli, qui electionis merito bonitatē generis humani multis excesserant modis, mali dicūtur esse à Domino, ad eos ita loquēte: Si ergo vos, cū sitis mali, nostis bona dare filiis vestris, quāto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petētibus se? Denique sicut bonitas nostra supernæ bonitatis intuitu in malitiā vertitur: ita etiam iustitia nostra diuinę collata iustitię, panno mēstruatæ vniuersa iustitia nostra similis deputatur, dicente Esaia propheta: Sicut pannus menstruatæ vniuersæ iustitię nostrę. Et vt aliquid adhuc euidentius inferamus, legis quoque ipsius pręcepta vitalia, quę dicuntur ordinata per angelos in manu mediatoris, & de qua idem Apostolus, Itaque lex, inquit, sancta, & mādatum sanctum, & iustum, & bonū: si perfectioni Euāgelicæ conferātur, minimè bona diuino pronūtiantur oraculo, Ait enim: Et dedi eis præcepta nō bona, & iustitias in quibus non viuent in eis. Apostolusquoque ita nouī lumine Testamenti gloriam legis affirmat obtundi, vt eam Euangelici comparatione fulgoris ne glorificeatam esse pronuntiet dicens: Nam nec gloriosum est id quod glorificatū est propter excellentē gloriam. Quam cōparationem etiam in parte contraria, id est, in peccatorum meritis cōpensandis Scriptura conseruat, vt eos qui multo minus peccauerint, impiorū collatione iustificent dicens, Iustificata est Sodoma ex te. Et iterū: quid enim peccauit soror tua Sodoma, & iustificauit animā suam auersatrix Israēl, cōparatione peccatricis Iudę? Ita igitur & vniuersarū merita virtutū, quę superius comprehendi, cùm per se bona atque pretiosa sint, tamen theoricę claritatis cōparatione fuscantur. Multū etenim sanctos quamuis bonorū operum, terrenis tamen studiis occupatos, à contēplatione summi illius boni retrahunt ac retardant.

Matth. 7.
Matth. 11.

Lucæ 19.

Lucæ 18.

Esa. 64.

Ezech. 16.

1. Cor. 3.

Hieremi. 3.

Lucæ 11.

Dominica 4. post octauas Epiphaniæ, de eo quod Apostolus dicit, Delector enim legi Dei secundum interiorem hominem, &c.

SERMO XXXII.

Fuit 47. de tempore, videtur autem finis proximæ præcedentis sermonis: cæterum alia ratione tractat hæc Augustinus, de verbis Apostoli sermone 4. c. & 6.

VM ergo semetipsos quotidie fentiant sancti, terrenæ cogitationis pōdere prægrauatos ab illa mentis sublimitate decidere, & inuitos imò verò etiam nescientes in legem peccati mortisque traduci: atque vt cætera præter mittam, illis saltem quę superius comprehendi, bonis quidem ac iustis, sed tamen terrenis à conspectu Dei operibus auocari: habent profectò pro quibus ad Deum iugiter ingemiscant, habent pro quibus in veritate humiliati atque compuncti, non verbis tantummodo, sed affectu semetipsos pronuntient peccatores, vt veniam pro omnibus quæ quotidie superati fragilitate carnis incurrunt, à gratia Domini iugiter postulantes, veras pœnitentię lachrymas indesinenter effundant: quippe qui videant iisdem ipsis se pro quibus continuo dolore vexati sunt, etiam vsque ad Deum iugiter in gemiscant, ęstibus inuolutos, etiam ipsas supplicationes suas offerre se sine cogitationum anxietate non posse. Experti igitur se humanis viribus desideratam fidem, obsistente carnis sarcina, non posse contingere, neque illi pręcipuo summóque bono secundum cordis sui desiderium posse coniungi, sed ab eius intuitu captinos ad mundana traduci: ad gratiam Dei, qui impios iustificat, conuolantes, cum Apostolo protestantur, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Christum Iesum Dominum nostrum. Sentiunt enim se bonum istud quod volunt non posse perficere, sed illud quod nolunt, quódque odetunt malum, id est, cogitationum motus & curam corporalium rerum semper incidere: & condelectantur quidem legi Dei, secundum interiorem hominem, qui visibilia vniuersa transcendēs, conatur Deo soli semper vniri. Sed vident aliam legem in membris suis, id est, in

Genes. 1.
Eccles. 3.

Esaiæ 30.

Psalm. 101.

Rom. 7.

est, in natura humanę conditionis insertam: quæ repugnat legi mentis eorum, pertrahit sensum violenta lege peccati, compellens scilicet eos relicto illo principali bono terrena cogitatione submitti. Quæ quamuis necessaria atque corpori vtilis videatur, cùm dispẽsationi religiosę cuiuspiã necessitatis impendit: comparatione tamen illius boni, quod sanctorum omnium oblectat intuitum, mala vtique ab eis ac fugienda decernitur, qui per eam quoquo modo vel ad modicum tempus ab illius perfectæ beatitudinis gaudio retrahuntur. Verè enim lex peccati est, quam humano generi præuaricatio sui induxit auctoris, per illius noxam, in quem lata est æquissimi iudicis illa sententia, Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos
Genes.3. germinabit tibi, & in sudore vultus tui edes panem tuum. Hęc, inquam, est lex membris omnium inserta mortalium, quæ repugnat legi mentis nostræ, cámque à diuino arcet intuitu: quę maledicta terra in operibus nostris post agnitionem boni ac mali, cogitationũ spinas cœpit ac tribulos germinare: quarum aculeis carnis obtusis semina prefocantur, ne illum panem nostrum, qui de cœlo descendit, qui que confortat cor hominis, edere absque vultus nostri sudore possimus. Omne igitur humanum genus huic generaliter legi sine vlla exceptione subiicitur. Nullus enim est, quamuis sanctus, qui supradictum panem non cum sudore vultus sui, & solicita cordis intentione percipiat: cæterùm communi istopane multi, vt videmus, diuites sine vllo vultus sui sudore vescuntur. Quam etiam legem
Rom.7. beatus Apostolus spiritalem asserit, dicens: Scimus autem quia lex spiritalis est: ego autem carnalis sum, venũdatus sub peccato. Spiritalis enim est lex, quæ iubet nobis, vt in sudore vultus nostri comedamus illum panem verum, qui de cœlo descendit: sed nos carnales fecit venundatio illa peccati. Quod rogo istud, cuiusve peccatum est? Sine dubio Adæ, cuius præuaricatione, atque, vt ita dicam, negotiatione damnosa, fraudulentóque commercio vẽditi sumus. Omnem enim prolem suam, serpentis persuasione seductus illiciti cibi perceptione distractam, iugo perpetuæ seruitutis addixit. Hic namque mos solet inter vendentem ementémque seruari, vt is qui se alieno cupit dominio mãcipare, aliquid pretij pro iactura propriæ libertatis & addictione perpetuæ seruitutis à suo cõsequatur emptore. Quod etiam inter Adam atque serpentẽ manifestissimè videmus impletum. Ille enim à serpente pretium libertatis suæ esu interdictę arboris capiens, à naturali libertate discessit: illíque maluit semetipsum perpetua vẽdere seruitute, à quo veriti pomi letale pretium fuerat allectus: qua deinceps conditione cõstrictus, non immeritò omnem posteritatis suæ progeniem, perpetuo eidem, cuius effectus est seruus, subdidit famulatu. Quid enim aliud seruile cõiugium potest procreare, quàm seruos? Quid ergo? Nunquid emptor iste versutus & callidus Domino vero atque legitimo ius damnationis eripuit? Non ita est: neque enim sic ille omne peculium Dei, vnius fraudis dolositate peruasit, vt potentiã dominij sui verus dominator amitteret, qui ipsum quoque emptorem, quamuis refugũ vel rebellem, tamẽ iugo reprimi seruitutis. Sed quia omnibus rationalibus creaturis arbitrij libertatem creator indulserat, eos qui se contra eas edaces concupiscentiæ transgressione vendiderant, inimicos ad ingenitam libertatem reuocare non debuit. Abhorret siquidem ab illo iustitię & pietatis auctore quicquid bonitati æquitatíque contrarium est. Malum enim fuerat, si cõcessę libertatis beneficium reuocasset: iniustum si liberum hominẽ potentia suæ opprimẽs atque captiuans libertatis acceptæ priuilegium exequi non fuisset, cuius salutem in futura tunc secula reseruauit, vt recto ordine compleretur statuti temporis pleniradio. Oportebat eum eius sobolem tãdiu sub auita conditione durare, quousque eandem originalibus vinculis liberatam, in antiquam libertatis statum, prioris Domini gratia pretio sui sanguinis reformaret: quam pietatis instinctu potuit etiam tunc saluare: sed noluit, quia eum decreti sui irrumpere sanctionem æquitas non sinebat. Vis nosse causam venditionis tuæ? Audi ipsum redemptorem tuum per Esaiam Prophetam apertissime proclamantem: Quis est iste liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus, cui vẽdidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Vis etiam euidenter agnoscere cur te iugo seruitutis addicti redimere potentię suæ
Esai.50. virtute noluerit? Audi quid ad superiora, quibus eisdem famulis causam voluntariæ venditionis exprobat, adiecerit, Nunquid abbreuiata, & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? Sed quid huic potentissimæ misericordiæ eius semper obstitetit, idem Propheta demonstrat: Ecce, inquit, non est abbreuiata
Esa.59. manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, peccata vestra abscõderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Quia ergo carnales nos fecit, & spinis ac tribulis cõdemnauit illa prima Dei maledictio, nósque ira iniquo pater noster commercio venundedit, vt bonum quod volumus agere nequeamus, dum diuisi à memoria summi Dei, ea quæ humanæ fragilitatis sunt cogitare compellimur, dum puritatis amore flagrantes, incentiuis naturalibus, quæ penitus ignorare velimus, etiam inuiti plerunque compungimur: Sci-
Rom.7. mus quia non habitat in carne nostra bonum, id est, huius, quã diximus theoriæ atque puritatis perpetua ingíque tranquillitas: sed factum est istud pessimum ac lugubre diuortium, vt cùm mente legi Dei seruire velimus, nunquam scilicet volentes à charitate diuina dimouere cõspectum, tamen carnalibus tenebris circunfusi, quadam lege peccati ab eo quod bonum nouimus cogamur auelli: scilicet ad curas cogitationésque terrenas, ab illa mentis celsitudine decidẽtes, ad quas nos lex peccati, id est, illa sententia Dei non immerito cõdemnauit, quam primus delictor excepit. Et inde est, quòd beatus Apostolus eũ apertissimè fateatur ineuitabili se, vel omnes sanctos, peccati huius necessitate cõstringi, tamen neminem eorum ab hoc esse damnandum audentor enuntiat dicens, Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Lex enim Spiritus
Rom.8. vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis: id est, quotidiana gratia Christi, omnes sanctos suos ab hac lege peccati & mortis, in quam iugiter vel nolẽtes coguntur incurrere, cùm remissionem debitorum suorum à Domino precantur, absoluit.

Dominica quinta post octauas Epiphaniæ de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mæthæum, Confiteor tibi Pater, &c.

SERMO XXXIII.

Fuit de tempore 48. sed constatus ex 8. & 9. de verbis Domini, ex Hilario in Matthæum & Ambrosio in 10. Lucæ.

ANCTVM Euangelium cùm legeretur, fratres, audiuimus Dominum Iesum exultasse in Spiritu, & dixisse, *Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea par-*
Matth.11. *uulis*. Hucúsque interim verba Domini. Si dignè, si diligenter, si, quod primum est, pie consideremus, inuenimus primùs, non semper cum in Scripturis legimus confessionem, debere nos intelligere vocem peccatoris. Maximè autem hoc dicendum fuit, & hinc admonenda charitas vestra: quia mox vt hoc verbum sonuit lectoris, secutus est etiam sonus tunsionis pectoris vestri, audito scilicet quod Dominus ait, Confiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit confiteor, pectora tutudistis. Tundere autem pectus quid est, nisi arguere quod later in pectore, & euidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare Tundere pectus.
hoc fecistis, nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confiteor audistis, qui confitetur non attendistis. Nunc ergo aduertite. Si, Confiteor, Christus dixit, à quo longè est omne peccatum: non solius est confiteri peccatoris, sed etiam aliquando laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes Deum, siue accusantes
Confessio duplex. nosmetipsos. Pia est vtraque confessio, siue cùm te reprehendis, qui non es sine peccato, siue cùm illum laudas qui non potest habere peccatum. Si autem bene cogitemus, reprehensio tua laus ipsius est. Quare enim iam confiteris in accusatione peccati tui? In accusatione tuaipsius, quare confiteris nisi quia
Eccl.17. ex mortuo factus es viuus? Scriptura quippe ait, A mortuo quasi qui non sit, perit confessio. Si perit à mortuo confessio, qui confitetur viuit: & si peccatum confitetur, vtique à morte reuixit. Si peccati confessor reuixit à morte, quis illum suscitauit? Nullus mortuus est suiipsius suscitator. Ille solus se potuit suscitare, qui mortua carne non mortuus est: Etenim hoc suscitauit quod mortuum fuit. Ille suscitabat se, qui viuebat in se. In carne autem suscitanda mortuus erat. Non enim pater
Phil.2. filium solus suscitauit, de quo dictum est ab Apostolo, Propter quod Deus eum exaltauit: sed etiam Dominus semetipsum,
Ioan.2. id est, corpus suum suscitauit. Vnde dicit, Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Mortuus est autem peccator, maximè ille quem moles consuetudinis premit, quasi sepultus Lazarus. Parum enim erat, quia mortuus, etiam sepultus.

Quisquis igitur malæ consuetudinis, malæ vitæ scilicet terrenarum cupiditatũ mole premitur, ita vt in illo iam factũ
Psal.13. sit, sicut in quodã Psalmo miserabiliter dicitur, Dixit stultus in corde suo, Non est Deus: fit talis, de quali dictum est, A mortuo velut qui non sit, perit confessio. Quis eum suscitauit, nisi
Psal.15. Ioan.1. qui remoto lapide clamauit, dicens: Lazare prodi foras. Quid
Foras prodire. est autem foras prodire, nisi quod occultum erat foras prodere? Qui confitetur, foras prodit: foras autem prodire non posset, nisi viueret: viuere non posset, nisi resuscitatus esset. Ergo in cõfessione sui accusatio, Dei laudatio est. Dicit ergo aliquis: Quid prodest Ecclesia, si iam cõfessor voce Dominica resuscitatus prodit? Quid prodest Ecclesia confitenti, cui Dominus ait: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo? Ipsum La-
Matth.18. Ioan.11. zarum attende. Cùm vinculis prodit, Iam viuebat confitendo: sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit Ecclesia, cui dictum est, Quæ solueritis in terra, soluta erunt: nisi quod Dominus ait continuò ad discipulos, Soluite illum, & sinite abire? Siue ergo nos accusemus, siue Deum laudemus: bis Deum laudamus, si piè nos accusamus, Deúmque
Laudare Deum. Accusare nosipsos. laudamus. Quando Deum laudamus, tanquam eum qui sine peccato est, prædicamus: quando autem nosmetipsos accusamus, ei per quem resurreximus, gloriam damus. Hoc si fecerimus, nullam occasionem inueniet inimicus, qua nos circumueniat ante iudicem. Cùm enim tuipse fueris accusator, & Dominus liberator, quid erit ille nisi calumniator? Meritò ille hinc sibi tutelã pronidit aduersus inimicos non conspicuos, carnem & sanguinem miserandam potius quàm cauendam: sed aduersus illos inimicos cõtra quos Apostolus nos hortatur vt armemur, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ,
Ephes.6. id est, aduersus homines quos videtis sæuire in vos. Vasa sunt, alius vtitur. Organa sunt, alius tangit. Immisit se, inquit, diabo-
Ioan.13. lus in cor Iudæ, vt traderet Dominum. Ait aliquis: Quid ergo
Ephes.4. ego feci? Audi Apostolum, Neque detis locum diabolo. Tu mala voluntate locum dedisti: intrauit, possedit, vtitur: si locũ non dares, non possideret. Ergo nos admonens ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates: posset quisque putare, aduersus reges terræ, aduersus potentes seculi. Quare: Ipsi non caro & sanguis? Semel dictum est, Non aduersus carnem & sanguinem. Auertere ab omni homine: qui ergo restant inimici? Aduersus principes & potestates, spiritalis nequitię, rectores mundi: quasi plus dedit diabolo & angelis eius. Plus dedit, quos rectores mũdi appellauit. Sed ne malè intelligas, exponit quid sit mundus, cuius sunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid est mundi? Tenebrarum harum. Quibus est rector? Dilectoribus suis & infidelibus quibus plenus est mundus. Hos appellat Apostolus tenebras. Harum rectores diabolus & angeli eius. Hæ tenebræ non naturales sunt, non incõmutabiles sunt. Mutantur, & lux efficiuntur: credunt, & credendo illuminantur.
Ephes.5. Quod cùm in eis factũ fuerit, audient: Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Nam quando tenebrę, in te, non in Domino. Iterum quando lux, non in te, sed in Domi-
1.Cor.4. no, Quid enim habes quod non accepisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter sunt expugnandi. Quippe hostem visibilem vincis fericẽdo, inuisibilem vincis credendo. Visibilis est hostis homo, visibile est & ferire: inuisibilis est hostis diabolus, inuisibile est & credere. Ergo est pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos. Ab his enim inimicis quomodo se tutum dicit quidam? Hoc enim cœperam dicere, & necesse habebam de istis inimicis aliquando cum mora tractare. Iam ergo
Psal.17. cognitis inimicis, videamus tutelam. Laudans inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis saluus ero. Habes quid agas, Laudans inuoca: sed Dominum laudãs inuoca. Si enim te laudaueris, ab
Psal.49. inimicis tuis saluus non eris. Laudans inuoca Dominum, & ab inimicis tuis saluus eris. Quia quid ait ipse Dominus? Sacrificium laudis honorificabit me, & ibi via est vbi ostendam tibi salutare meum. Vbi via? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc viam mittere: in via esto. Noli à via recedere: à laude Domini nec vnguem moue, nedum pedem. Si enim volueris ab
Psal.139. inimicis: quia de ipsis dictum est, Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni habere te abs te, deuiasti à laude Dei. Quid iam miraris, si te seducit inimicus,
Galat.6. quando tuiipsius seductor es? Audi Apostolum: Qui enim putat se esse aliquid, cùm nihil sit, ipse se seducit. Dominum ergo
Matth.11. attende cõfitentem, Confiteor tibi pater: Domine cœli & terræ. Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non accuso me. Quantum autem pertinet ad ipsius hominis susceptionem, tota gratia, singularis gratia, perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui Christus est, si tollas gratiam: & tantam gratiam, qua vnum oportebat esse Christum, & ipsum esse quem nouimus? Tolle istam gratiam, quid Christus nisi homo? Quid nisi quod tu? Suscepit animam, suscepit & corpus, suscepit plenum hominem: coaptat sibi, vnam facit Dominus cum seruo personam: Quãta est ista gratia? Christus in cœlo, Christus in terra, Christus simul in cælo & in terra: nec duo Christi, sed idem Christus in cœlo & in terra. Christus apud patrem, Christus in vtero virginis: Christus in cruce, Christus apud inferos subueniens quibusdam: eo autẽ ipso die Christus in paradiso cum latrone cõfitente. Et ibi quid latro meruit, nisi quia illam viam tenuit, vbi ostẽdit salutare suum, à qua tibi pes non exeat? In eo enim quòd se accusauit, Deum laudauit, & vitam suam beatam fecit. Præsumpsit quidem de Domino, & ait illi: Domine memento
Lucæ 23. mei, dum veneris in regnum tuum. Cõsiderabat enim facinora sua, & pro magno habebat, si ei vel in fine parceretur. Dominus autem continuò cùm ille diceret, Memento mei: sed quando? Cùm veneris in regnum tuum. Amen dico tibi, inquit, hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit, quod miseria distulit. Audi ergo Dominum confitentem, Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ. Quid confiteor? In quo te laudo? Hæc enim confessio, vt dixi, laudem habet. Quia abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc, fratres? A contrario sensu intelligite. Abscondisti hæc, inquit, à sapientibus & prudentibus: & non dixit, Reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed dixit, Abscondisti à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientibus & prudentibus irridendis, arrogantibus, fallò grandibus, verè autem tumentibus opposuit non insipientes non imprudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscondisti hæc à sa- Paruuli.
pientibus & prudentibus. Nomine sapientium & prudentium superbos intelligi posse, ipse exposuit cùm ait, Reuelasti ea paruulis. Ergo abscondisti non paruulis. Quid est, Non paruulis? Non humilibus. Quid est, Non humilibus, nisi superbis? Hæc via Domini: aut non erat, aut latebat, vt reuelaretur nobis. Vnde Dominus exultauit, nisi quia reuelatum est paruulis? Debemus esse paruuli: nam si voluerimus esse magni quasi sapientes & prudentes, non nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapientes & prudentes, dicentes se sapientes, stulti facti sunt. Habes remedium à contrario. Si dicendo te sapientem, stultus factus es, dic te stultum, & sapiens eris. Sed dic, dic, sed intus dic: quia est vt dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere, & coram Deo non dicere. Prorsus quod ad teipsum pertinet, quod ad tua, tenebrosus es. Quid est enim aliud, esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? Denique de illis sic ait: Dicentes se Stultus, esse tenebrosus in corde.
esse sapientes, stulti facti sunt. Antequam hoc diceret, quid rursum? Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dic quia tu ti- Rom.1.
bi lumen non es. Vt multum, oculus es, lumen non es. Quid prodest patens ac sanus oculus, si lumen desit? Ergo dic à te tibi lumen non esse, & clama quod dictum est: Tu illuminabis Psal.17.
lucernam meam Domine, lumine tuo Domine illuminabis tenebras meas. A me enim nihil nisi tenebræ: tu autem lumẽ, fugans tenebras, illuminans me, non à me mihi lumen existens, sed lumen non participans, nisi in te. Sic Ioãnes amicus sponsi, Christus putabatur, lumen putabatur. Non erat ille lumen, sed Ioan.1.
vt testimonium perhiberet de lumine. Quòd autem erat lumẽ, erat lumen verum. Quid est verum? Quòd illuminat omnem hominem. Si verum lumen est quod illuminat omnem hominem: ergo audi & Ioannem rectè dicentem, rectè confitentem, Nos autem de plenitudine eius accẽpimus. Vide si aliud dixit, quàm, Tu illuminabis lucernam meam, Domine. Denique iam illuminatus testimonium perhibebat. Propter cæcos lucerna dici testimonium perhibebat. Vide quoniam lucerna est: Vos, Ioan.5.
inquit, misistis ad Ioannem, & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accensa vt lueret, quæ accendi potest & extingui. Sed vt non extinguatur, ventum superbiæ non patiatur. Ergo confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, lumen se putantibus & tenebræ erant: Et eo quòd tenebræ erant, & lumen se putabant, nec illuminare potuerunt: illi autem qui tenebræ erant, & tenebras se esse confitebantur, paruuli erant, & non magni: humiles erant, & non superbi. Rectè ergo dicebant, Tu illuminabis lucernam meam, Domine. Se agnoscebant, Dominum laudabant, à via salutari non recedebant. Psal.17.

Laudantes

Ex Hilario in Matth. & ex Amb. in Lucam.

1. Cor. 1.

laudantes Dominum inuocabant, & ab inimicis suis salui erãt. † Postremò aperit cœlestę mysteriũ, quod sic placuerit Deo, vt parvulis magis quam prudentibus istius mundi gratiam suam reuelaret. Quod apostolus Paulus stylo pleniore digessit dicẽs, Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quoniam Dei sapientiam non cognouit hic mundus per sapientiã, placuit Deo per stultitiã prædicationis saluos facere credẽtes. Ait ergo, *Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.* Cælestiũ enim verborum arcana atque virtutes, sapientibus abscondũtur, & parvulis reuelantur. Parvulis malitia, non sensu: sapiẽtibus verò stultitiæ præsumptione, non prudẽtiæ causis. Factique huius æquitatem Dominus paternę voluntatis indicio confirmat, vt qui dedignentur parvuli in Deum fieri, stulti deinceps in sapiẽtia sua fiant. Vides quàm terribilis in consiliis Dominus. Disce veræ humilitatis exempla, nec temerè discutias supernæ dispẽsationis consilia. Cùm enim intulisset vtrunque, scilicet quòd aliis aduentus sui sacramenta reuelauerit, ab aliis verò abscõderit, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, hoc ostendens manifestè, quia iniustum esse non potest quod placuit iusto. Ac ne quid in illo minus quàm quod in Deo est æstimaretur, statim subdidit: *Omnia mihi tradita sunt à patre meo.* B Pulcherrimus connectitur de fide locus, quãdo omnia sibi tradita dicit à patre suo. Cum omnia legis, omnipotentem agnoscis, non decolorem, non degenerem patris. Cùm tradita legis, filium confiteris, cui per naturam omnia vnius substantiæ iure sunt propria, non dono collata per gratiam. Tradita autẽ sibi dicit omnia, non solùm & terram vel cętera quæ ipse condidit ac fecit elemẽta: sed hos, qui per filium accessum habẽt ad patrem, & antè rebelles Deo, postea per fidem sentire cœperunt: vnde & alio loco dicit, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: &, *Nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Cùm diceret, Nemo nouit filiũ, nisi pater: nõ dixit, Et cui voluerit pater reuelare: quemadmodum cùm dixerit, Nmo nouit patrem, nisi filius: addidit, Et cui voluerit filius reuelare. Quod non ita intelligendum est, quasi à nullo possit cognosci, nisi à solo patre: pater autẽ non solùm à filio, sed etiam ab eis quibus reuelauerit filius. Sic enim potius dictum est, vt intelligamus & patrem & ipsum filium, per filium reuelari, quia ipse est mentis nostrę lumẽ, vt quod postea intulit, & cui voluerit filius reuelare, non patrẽ tantùm, sed etiam filium accipias: ad totũ enim quod dixit, illatũ est. Verbo enim suo se pater declarat. Verbum enim non solũ id quod per verbum declaratur, sed etiam seipsum declarat. Vt scias autem quia sicut filius patrem quibus vult reuelat ipsum, audi dicentem ipsum Dominum Iesum, cùm laudaret Petrum, quòd eum filium Dei esse confessus sit, Beatus es Simon bar-Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Audiamus ergo eum qui sequitur & dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.* Mirum quibusdam videtur, fratres charissimi, cum audiunt Dominum dicentem. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quoniã mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum meum lene est, & sarcina mea leuis:* & considerant eos qui iugum ipsum intrepida ceruice subierũt, & illam sarcinam mansuetissimis humeris acceperunt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, vt nõ à laboribus ad quietem, sed à quiete ad laborem vocati videãtur: cùm Apostolus dicat, Omnes qui volũt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Ait ergo aliquis: Quomodo iugum eius lene est & sarcina leuis, quandoquidem illud iugũ & sarcinam ferre, nihil est aliud, quàm piè viuere in Christo? Et quomodo dicitur, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: & nõ potius dicitur, Venite qui vacatis vt laboretis? Nam & vocantes inuenit quos conduxit in vineam, vt ferrent æstum diei. Et sub illo iugo leui & sarcina leui, audiamus Apostolum dicentem, In omnibus commendantes nosipsos, sicut Dei ministros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, &c: Et alio loco in eadẽ epistola, A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci, nocte & die in profundo maris fui: & cętera pericula quæ enumerari quidem possunt, sed tolerari, nisi Spiritu sancto iuuãte, non possunt. Omnia ergo illa quæ commemorauit aspera & grauia, frequentius & abundãtius sustinebat, sed profectò aderat ei Spiritus sãctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem reuocaret de die in diem, & gustata requie spiritali in affluentia deliciarum Dei, in spe futuræ beatitudinis omnia

Matth. 11.

Ioan. 6.

Matth. 10.

Matth. 20.

1. Cor. 6.

2. Cor. 11.

presentia deliniret, aspera & grauia omnia releuaret. Ecce quã suaue iugum Christi portabat, & quàm leuem sarcinam, vt omnia illa quę superius enumerata dura & immania omnis auditor horrescit, leuem tribulationẽ diceret: intuens interioribus & si delibus oculis quanto precio temporalium emenda sit futura vita, non pati labores æternos impiorũ, sed sine vlla solicitudine perfrui æternã felicitate iustorum. Secari & vri se homines patiuntur, vt dolores non æterni, sed aliquanto diuturnioris vlceris acriorum dolorũ precio redimantur, in languida & incerta vacationis breuissimę atq. vltima vita. Immanissimis bellis miles atteritur, pluribus fortassẽ ãnis in laboribus inquietus, quàm in otio quieturus. Quibus tẽpestatibus & procellis, quàm horribili & tremendę fæuitiæ cœli & maris impleti sunt mercatores, vt diuitias ventosas & perituras acquirant, maioribus quàm quibus acquisituri sunt periculis & tempestatib. plenas? Quos æstus, quæ frigora, quę pericula ab equis, à fossis, à præcipitiis, à fluminibus, à feris perferunt venatores? quem laborem esuriendi, & sitiẽdi, quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, vt bestiam capiant? Et interdum nec ipsius bestiæ carnes, propter quam hęc tanta sustinent, sunt epulis necessariæ: quanquã & si aper cerusũe capiatur, magis suaue sit venantis animo, quia captus est, quàm comedẽtis palato, quia coctus est. Quantis cruciatibus propè quotidianarũ plagarum tenera puerorum ætas subditur? Quantis etiam in scholis vigiliarum & abstinentiæ molestiis exercentur, non propter discẽdam sapientiam, sed propter opes honorẽque vanitatis, vt numeros & literas & disertas fallacias eloqui discant? Sed in his omnibus qui hæc non amant, eadem grauia patiũtur: qui verò amant, eadem quidem, sed non grauia pati videntur. Omnia enim sæua & immania, prorsus facilia, & propè nulla efficit amor. Quãto ergo certius ac facilius ad verã beatitudinẽ charitas facit, quod ad miseriã quantũ potuit cupiditas fecit? Quàm facilè toleratur quęlibet aduersitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur? Non immeritò ille vas electionis cum ingenti lętitia dixit, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Ecce vnde iugum illud suaue est & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista, Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Sed quę dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescũt amantibus: propter quod ita diuinæ pietatis dispẽsatione tactũ est, vt interior homo qui renouatur de die in diem nõ adhuc sub lege positus, sed iã sub gratia exoneratus sarcinis innumerabilium obseruationũ, quod erat reuerà graue iugum, sed duræ ceruici conuenienter impositum, facilitatem simplicis fidei & bonę spei & sanctę charitatis, quicquid molestiarum exteriori homini forinsecus intulisset ille princeps qui missus est foras, interiore gaudio leue fieret. Nihil enim tã facile est bonę volũtati, quàm ipsa sibi, & hæc sufficit Deo. Quantumlibet ergo fæuiat iste mundus, verissimè angeli nato in carne Domino clamauerũt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quia qui natus erat suaue iugum eius est, & sarcina leuis, sicut dicit Apostolus: Fidelis Deus qui non sinit tentari nos super id quod possumus ferre, sed facit cũ tentatione etiam exitum, vt possimus sustinere. Conuersi ad Dominum Deum patrem omnipotentem puro corde, ei in quantũ potest paruitas nostra, maximas atque veras gratias agamus: precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in bene placito suo exaudire dignetur: inimicũque à nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mẽtem gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat, per Iesum Christum Dominum nostrum filium suum, qui cum eo vinit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Dominica in Sexagesima, De vocatione Abrahæ, Egredere de terra tua, &c.

SERMO XXXIIII.

Fuit de tempore LL. incerti auctoris.

Gen. 12.

MODÒ cùm diuina lectio legeretur, audiuimus Dominũ beato Abrahæ dicentẽ, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Omnia enim, fratres charissimi, quæ in veteri Testamẽto cõscripta sunt, noui Testamẽti typũ & imaginẽ prętulerũt, sicut Apostolus dicit, Omnia enim in figura cõtingebant illis. Scripta sunt autẽ propter

1. Cor. 10.

propter nos, in quos fines seculorum obuenerunt. Si ergo propter nos scripta sunt, quod tũc in Abraham corporaliter legimus factum, spiritaliter in nobis videmus impletũ. Egredere, inquit Dominus, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Hęc omnia, fratres, † pro sacramẽto Baptismi in nobis & credimus & sentimus impleri. Terra nostra caro nostra est. Et bene de terra nostra egredimur, quando carnales cõsuetudines deserentes, Christi vestigiis inhęremus. Quasi non tibi videtur feliciter de terra sua, id est, de seipso egredi, qui de superbo efficitur humilis, patiẽs ex iracundo, castus ex luxurioso, largus ex cupido, benignus ex inuido, placidus ex cruẽto? Verè, fratres, feliciter de terra sua egreditur, qui pro Dei amore taliter cõmutatur. Denique etiã in collocutione priuata ita loqui consueuimus, vt si aliquis malus homo subitò bona opera cœperit exercere, dicamus de illo, Exiit iste de se. Et verè bene de se exisse dicitur: qui repudiatis vitiis, virtutibus delectatur. Egredere, inquit Dominus, de terra tua. Terra nostra, id est, caro nostra ante baptismum terra moriẽtium fuit, per baptismum facta est terra viuentium. Ipsa est illa terra, de qua Psalmista commemorat, dicens, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Terra viuentium & non moriẽtium, id est, virtutum non vitiorum, vt dixi, per baptismum facti sumus: si tamen post acceptũ baptismum ad vitiorum nõ reuertimur volutabrum, si posteaquam terra viuentium facti sumus, opera morti obnoxia & luxuriosa nõ faciamus. Et veni, inquit Dominus, in terram quam monstrauero tibi. Tunc enim ad terram quam Dominus ostẽdit cũ gaudio venimus: si prius de terra nostra, id est, de carne nostra, ipso adiuũãte, vitia & peccata repellimus. Egredere, inquit, & de cognatione tua. Cognatio ista, vitia intelligũtur atque peccata, quæ nobiscum quodãmodo & ex parte nascũtur, & ab infantia malis moribus addũtur ac nutriũtur. De cognatione ergo nostra egredimur, quando per gratiã baptismi omnibus peccatis & vitiis vacuamur: ita tamen vt postea cum Dei adiutorio, quantũ possumus, laboremus, vt expulsis vitiis, virtutibus replearmur. Nam si per baptismũ malis omnibus vacuati, desides esse volumus & ignaui, timeo, ne impleatur illud in nobis quod in Euangelio scriptũ est, Cùm exierit Spiritus immundus ab homine, vadit per loca arida, & quærit requiem, & non inuenit. Postea reuersus si inuenerit domũ vacuam, adducit secum septem Spiritus nequiores se, & ingressi habitãt ibi: & erũt hominis illius posteriora peiora prioribus. Ita ergo de cognatione nostra, id est, de peccatis & vitiis exeamus, vt nunquam ad hæc mala postea velut canis ad vomitum redire velimus. Egredere, inquit, & de domo patris tui. Et hoc, charissimi, spiritaliter debemus accipere. Pater noster ante gratiã Christi, diabolus fuit. De ipso Dominus in Euãgelio Iudeos arguit, dicens: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis. Patrem ergo hominum dixit diabolum, non ex ipso nascendo: sed ipsius nequitiã imitando, non quod ex ipso potuerint nasci, sed quod eũ voluerint imitari. Nam quòd prius pater noster diabolus fuerit, ex persona Dei loquentis ad Ecclesiam, Psalmista commemorat, dicens: Audi filia & vide, & obliuiscere populũ tuum, & domum patris tui. Cõsiderate fratres quid dixerit, Audi, inquit, filia. Qui dicit, Audi filia, pater vtique est. Et cum dicit, Obliuiscere populum tuum & domũ patris tui, patrem vtique admonet relinquendum. Imitamur ergo à Deo patre, vt beata & felici commutatione patrem diabolum relinquamus. Bene diabolum patrem relinquimus, si Deo auxiliante calliditatẽ & nequitias illius vitare semper vel fugere studeamus. Hæc omnia ergo, fratres, id est, vt exemplo beati Abrahæ de terra nostra, cõuersatione vtique carnali possimus exire, & cognationem nostram, vitia videlicet & peccata relinquere, & de domo diaboli patris effugere, nõ nostris viribus, sed Christi gratia donante meruimus. Et ideo quantũ possumus, cum ipsius adiutorio laboremus, ne iterum ad consortiũ vel ad amicitias diaboli, aut ad vitia vel ad carnales concupiscẽtias redeamus, propter illud quod scriptum est, Iam sanus factus es, noli peccare, ne quid tibi detetius cõtingat: sed Abrahæ fidem potius imitando, & bona iugiter opera faciendo, nõ solùm ad veniam, sed etiam ad consortium vel amicitiam Dei peruenire possimus. Sed & illud, fratres charissimi, quod de hac eadem re Dominus locutus est ad Moysen, cum gradi metu & tremore cõsiderare debemus. Sic enim ait, Cùm tradiderit vobis Dominus terram Chananæorum, cauete ne vnquam cum habitatoribus terrę illius iũgatis amicitias, quę vobis protinus sint in ruinam. Cùm enim per gratiam baptismi à nobis omnia crimina vel peccata expulsa esse credamus, si postea cum ipsis

al. per sacramentum.

Egredi de terra sua quid sit.

Terra nostra.

Psal. 16.

Terra viuentium & terra moriẽtium.

Egredi de cognatione nostra.

Ioan. 8.

Psal. 44.

Ioan. 5.

Deut. 7.

vitiis & peccatis amicitias iungimus, dum eis ad cupiditatẽ vel luxuriam consentimus, sine dubio eorum amicitia nobis efficitur in ruinam. Et ideo quantum possumus cum Dei adiutorio pro salute animæ laboremus, & in agro cordis nostri quę peccata vel crimina possedẽrãt, virtutes intromittere festinemus, vt in nobis impleatur illud quod beatus Isaac in typo Christi benedicens filium suum, dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: quod ipse præstare dignetur, cui honor & imperium cum patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Gen. 27.

Feria sexta post Dominicam in Quinquagesima, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum.

SERMO XXXV.

Compositus ex libris D. Augustini de sermone Domini in monte. Fuit de tempore LIX.

GRADVM esse aliquem in pharisæorũ iustitia quæ ad legẽ pertinet, hinc intelligitur, quod multi hominẽs eos etiam à quibus diliguntur oderũt, sicut luxuriosi filij parentes coërcitores luxuriæ suæ. Ascendit ergo aliquem gradum qui proximũ diligit, quamuis adhuc oderit inimicum: cius autẽ imperio qui venit legem implere, non soluere, perficiet beneuolentiã & benignitatẽ, cùm eam vsque ad inimici dilectionẽ perduxerit. Nam ille gradus quãuis nonnullus sit, tam paruus est tamen, vt cũ publicanis possit esse cõmunis. Nec quod in lege dictũ est, Oderis inimicum tuum, vox iubentis iusto est accipienda, sed permittentis infirmo. Sic autẽ diligendus est inimicus, non inquãtum inimicus, sed inquãtũ homo est, vt ei hoc velis prouenire quod tibi: id est, vt ad regnũ correctus reuocatũsque perueniat. Proximus est autem omnis homo. Omnes proximi sumus cõditione terrenæ natiuitatis & mortalitatis, & etiã spe cœlestis hæreditatis: quia nescimus quisquid futurus sit, quoniã aut Indęus, aut hæreticus, aut Paganus: fortè enim per misericordiam Dei conuerterur ad Deum, & inter sanctos primum locum habere merebitur. Quod in lege Dominus non inimicos, sed inimicũ præcipit odiri, vt qui spiritales erant in lege solum diabolum odio haberent: cuius odiũ Christus non venit soluere, sed adimplere. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, bene facite illis qui oderunt vos. Multi præcepta Dei sua imbecillitate non sanctorum viribus æstimãres, putant esse impossibilia quę præcepta sunt: & dicunt sufficere virtutibus nõ odisse inimicos, cæteruũ diligere plus præcepti quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta, quæ Dauid fecit in Saul & Absalon. Stephanus quoque martyr pro inimicis se lapidãtibus deprecatus est: & Paulus anathema esse cupit pro persecutoribus suis. Hęc autem Iesus & docuit & fecit, dicens: Pater, ignosce illis. In reliquis operibus bonis interdũ potest aliquis quælemcunque excusationem prætendere: in habenda verò dilectione nullus se poterit excusare. Poterit mihi aliquis dicere, Nõ possum iciunare: nũquid potest dicere, Nõ possum amare? Potest dicere, Propter infirmitatem corporis mei non possum à vino & carnibus abstinere: nunquid potest dicere, Non possum diligere? Potest aliquis dicere, Virginitatem non possum seruare: potest dicere non posse res totas vẽdere, & pauperibus erogare: nũquid potest dicere, Nõ possum diligere inimicos? Nõ enim ibi aut pedes laborant currendo, aut aures audiẽdo, aut manus operãdo lassãtur, vt nos per ipsum excusationem liberare conemur. Nõ nobis dicitur, Ite ad Orientem, & quærite charitatem: nauigate ad Occidẽtem, & inuenietis dilectionem. Intus in corde nostro est, vbi redire iubemur, dicente Propheta, Redite præuaricatores ad cor. Nõ enim in longinquis regionibus inueniur quod à nobis petit. Et orate pro persequentibus & calumniantib. vos. Quid aliud pro inimicis orãdum est, nisi hoc quod ait Apostolus: Vt det illis Deus pœnitentiã, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenẽtur? Sed hic meritò mouet, quomodo huic præcepto Domini nõ sit aduersum, quòd & in prophetis inueniũtur multæ imprecationes aduersus inimicos, quæ maledictiones putantur, sicuti est illud, Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueum, & cætera quę ibi dicuntur: & Ioannes Apostolus ait, Qui scit fratrem suum peccare, peccatũ non ad mortẽ, petat, & dabitur ei vita peccanti nõ ad mortẽ. Est peccatum ad mortẽ, non pro illo dico vt roget quis. Vbi primò videndũ, quia Prophetæ per imprecationem quid esset futurum cecinerunt, non

Inimicos quomodo diligendi.

Proximus quis.

Matth. 5.

1. Reg. 24.

2. Reg. 18.

Act. 7.

Rom. 9.

Luc. 23.

Psal. 68.

1. Ioan. 5.

2. Timoth. 2.

Esa. 49.

optantis

optantis voto, sed spiritu prædicentis: qui maximè solér figura imprecatis futura prædicere, sicut figura præteriti temporis, ea quæ ventura erant sæpe cecinerunt. Deinde in Apostoli verbis intelligendum esse quosdam fratres, pro quibus non orare nobis præcipitur, cum Dominus etiam pro persecutoribus nostris nos orare iubeat. Quæ solui quæstio non potest, insi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, inimicorum persecutione graniora. Fratres autem Christianos significari, multis diuinarum Scripturarum documentis probari potest. Peccatum ergo, fratres, ad mortem puto esse, cùm post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiã, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam non amorẽ à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita, per infirmitatẽ aliquam animi nõ exhibuerit. Quapropter & Dominus in cruce ait: Pater, ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Nõdum enim gratia Spiritus sancti participes facti, societatẽ sanctæ fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus Apostolorum orat pro eis à quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant, neque aduersus illam cõmunem gratiã dimicabant. Apostolus verò Paulus propterea credo nõ orat pro Alexãdro, quia frater erat, & ad mortem, id est, fraternitatem inuidentia oppugnãdo, peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorem, sed timore succubuerant, orat vt eis ignoscatur. Sic enim dixit: Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, redder illi Deus secũdum opera illius, quem & tu deuita: Valde enim restitit fermonibus nostris. Deinde subiũgit pro quibus orat, ita dicẽs: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerũt: non illis imputetur. Et nota quod Apostolus non ait, Reddat, sed, Redder illi Deus secundum opera eius: quod verbum prænunciantis est, non imprecantis: sicut de illa hypocritã Iudæorum est dictum, cui euersionẽ imminere cernebat, Percutiet te Deus paries dealbate. Quæritur autem quomodo huic præcepto quo nobis iubetur, Orate pro persequentibus & calumniantib. vos, illud non est contrarium, quod in Apocalypsi legitur, Martyres orare Deum, vt vindicentur? Sed hoc quetupiã mouere nõ oportet. Quis enim enim audeat affirmare, cum illi sanctiãdidati se vindicare petiuerũt, vtrum contra ipsos homines, an contra regnum peccati petierint? Nam ipsa est syncera & plena iustitię misericordiæ vindicta Martyrum, vt euertatur regnum peccati: quo regnãte tanta perpessi sunt. Ad cuius euersionem nititur Apostolus, dicens: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruitur autem & euertitur peccati regnũ, partim correctione hominum, vt caro spiritui subiciatur: partim depauatione perseuerantiũ in peccato, vt ita ordinentur, vt iustis cum Christo regnantibus molesti esse non possint. Quis ergo conuincit sanctos, non talem suam vindictam à Domino esse deprecatos? Quod autem consequenter positum est, Vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est: ex illa regula intelligendum est, qua Ioannes dicit, Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est, qui nescit omnino peccare: nos autẽ potestate accepta efficimur filij, inquantum ea quæ ab illo præcipiuntur implemus. Vnde Apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in æternã hæreditatem vocamur, vt cohæredes Christi esse possimus. Filij ergo efficimur regeneratione spiritali, vt adoptemur in regnum Dei, non tanquam alieni, sed tanquã ab illo facti & cõditi. Itaque non ait, Facite ista qui estis filij: sed, Facite, vt sitis filij patris vestri. Nos autem cum patimur inimicos, hoc clamare debemus, Pater, ignosce illis. Phrenetici enim sũt, à contrario spiritũ possidentur, vt nos persequantur, & maiorẽ persecutionem à diabolo patiãtur. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Scriptũ est: Orietur timentibus vobis nomẽ Domini sol iustitię, vt etiã pluuiam accipias irrigationẽ doctrinæ veritatis: quia & bonis & malis apparuit, bonis & malis euangelizatus est Christus. Sitie istum solem mauis accipere nõ solũm hominum, sed etiam pecorum corporis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignũtur, qui ad refectionẽ corporis dati sunt: quod probabilius intelligi existimo, vt ille sol spiritalis non oriatur nisi bonis & sanctis: quia hoc ipsum est quod plangũt iniqui, in illo libro qui Sapientia Salomonis inscribitur: Et sol non ortus est nobis: & illa spiritalis pluuia nõ irrigęt nisi bonos, quia malos significabat vinea, de qua dictũ est: Mãdabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Filios & parentes amat latro, amat & leo; amat & draco; amãt & vrsi, amant & lupi. Si enim amantes non diligimus filios vel parentes, peiores leonibus vel supradictis bestiis sumus. Si verò amantibus vicem reddimus, adhuc nihil ab istis bestiis distare videmur. Nonne & publicani hoc faciunt? Publicani sunt, qui sectantur lucra, & exigunt vectigalia per negotiationes & fraudes, & furta, sceleráq. & periuria. Et si salutaueritis fratres vestros tantũ, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Ethnici ex Græco in Latinum interpretantur gentiles. Ethnos enim Græcè gens dicitur. Si ergo, inquit, etiam peccatores, publicani, Ethnici erga dilectores suos natura duce norunt esse benefici: quãto magis vos, quibus vt gradus professionis eximior, ita cura necesse est, sit veritatis vberior, latiori sinu dilectionis amplecti debetis & nõ amantes? Nã diligere inimicos Deus præcipit. Et petulãtes humanarum mentium motus, publicæ charitatis frangis affectu, non solum iram ab vltione depellẽs, sed etiam in amorem mitigans iniuriosi: quia gentium est, amantes amare, & commune est, diligere diligentes. Plus diligendi sunt inimici quàm amici, Qui enim inimici sunt, corpori aduersantur, & animæ præparant æterna præmia: quia qui carnalia nostra & terrena rapiũt, cœlestia nobis & spiritalia congregãt. Nõnne magis diligẽdus est quam odiẽdus, qui nobis dat æternas opes? Amici verò carnis nostrę nobis suauia suadere contendunt, quę animę nostræ præparant æternam mortem. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Quis autem hæc facit, nisi plenè perfectęque misericors? Quo vno concilio miseria deuitatur, opitulante illo qui ait, Misericordiam magis volo quàm sacrificium. Perfectio namque misericordiæ, qua plurimũ animæ laboranti consulitur, vltra dilectionem inimicorũ porrigi non potest. Ideóque sic cõcluditur, Estote vos perfecti, sicut & pater vester perfectus est: ita tamen, vt Deus intelligatur perfectus tanquam Deus, & anima perfecta tanquam anima. Attendite ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. Cauetè, inquit, iustitiam vestram facere coram hominibus: id est, hoc animo iustè viuere, & ibi constituere bonum vestrũ vt vos videãt homines. Alioqui mercedem non habebitis apud patrũ vestrum, qui in cœlis est: non si ab hominibus videamini, sed si propterea iustè viuatis, vt ab hominibus videamini. Nam & Apostolus dicit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: cum alio loco dicat, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Omnẽ curam rerum præsentium amouet, & attẽtos tantũm esse in spe futuri iubet: neque sectari vel hominum fauorem ostẽtatione bonitatis, vel iactantiã religionis orationis publicę copia, sed intra conscientiam fidei fructum boni operis continendũ, quia humanę laudis cõsectatio eam tantũm quam ab hominibus expectat mercedẽ sit receptura. Iustitia non aliud est, quàm non peccare: nõ peccare autem, legis præcepta seruare. Præceptorũ autem obseruatio duplici genere continetur, vt nihil eorũ quę prohibẽtur facias, & omnia quę iubentur implere contendas. Hoc est enim quod Psãlmista dicit, Recede à malo, & fac bonum. Si à malo recesseris, & non feceris bonũ, transgressor es legis: quæ nõ tantùm in malorum actuum abominatione, sed in bonorũ perfectione completur. Neque hoc solũm tibi præcipitur, vt vestitum suis non spolies indumentis, sed vt spoliatos operias tuis. Cùm ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciũt in synagogis & vicis, vt honorificẽtur ab hominibus. Hypocrita Græco sermone Simulator interpretatur: qui dum intus malus sit, bonum se palàm ostendit. Nomen autẽ in hypocritę translatũ est à specie eorum, qui spectaculis tecta facie incedunt, distinguentes vultum cęruleo nitecóque colore & cæteris pigmentis, habentes simulacra oris, lintea gipsata, & vario colore distincta, nonnũquam colla & manus creta perungentes, vt ad personę colorem peruenirent, & populum dũ in ludis agerent fallerent, modò in specie viri, modò in forma fęminæ & feminæ & fallerũt, modò in specie viri, modò in forma fęminæ & feminæ, quæ sit in intimo cordis, vbi oratur pater in absconso. Qui verò vult orationẽ suam volare ad Deum, faciat illi duas alas id est, eleemosynam & ieiunium, & ascendat celeriter, & exaudietur. Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Et hoc tali clausula terminandum fuit. Non enim monet nunc vt oremus, sed quomodo oremus: neque vt superius, vt eleemosynam faciamus, sed quo animo faciamus: quoniam de corde mundando præcipit, quod non mundat nisi simplex intentio in æternam vitam, solo & puro amore sapientiæ.

Vnde

Lib. 1. de ser. Do. in monte.

Peccatum ad mortem. 1. Retract. 19.

Peccatum non ad mortem. Lucæ 23.

Ex eodem lib. 1.

2. Tim. 4.

Act. 23.

Rom. 6.

Peccati regnũ quomodo euertatur.

Ioan. 1.

Rom. 8.

Malac. 4.

In fine li. 1.

Sap. 5.

Esaiæ 5.

Publicani.

Ethnici.

Hypocrita.

Ex lib. 1. à principio.

Gala.

1. Cor. 10.

Psal. 33.

Sabbatho post Dominicam in Quinquagesima de necessitate eleemosynę, cum mititate, & largitate.

SERMO XXXVI.

Fuit de tempore LXIII. sed est Leonis V. in Quadragesima.

APOSTOLICA, dilectissimi, doctrina nos admonet, vt deponentes veterem hominem cum actibus suis, de die in diẽ sancta cõuersatione renouemur. Si enim templum Dei sumus, & mentiũ nostrarum Spiritus sanctus habitator est, dicẽte Apostolo, Vos enim estis templũ Dei viui: multa nobis vigilantia laborãdum est, vt cordis nostri receptaculũ tanto hospite non sit indignũ. Et sicut in domibus manufactis laudabili diligentia prouidẽdum est, vt si quid aut infusione imbriũ aut turbine procellarum vel ipsa fuerit antiquitate corruptũ, citò in integrũ cura restituat: ita iugi oportet solicitudine præcaueri, ne quid in nostris animis incõpositum, ne quid inueniatur immundũ. Quãtuis ædificium nostrũ sine ope sui non subsistat artificis, nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei protectio præfuerit cõditoris: tamẽ quia rationabiles lapides sumus, & viua materies, sic nos auctoris nostri extruit manus, vt cũ opifice suo etiã is qui reparatur operetur. Gratię Dei igitur obediẽtia se humana non subtrahat, nec ab illo bono sine quo nõ potest bona esse deficiat. At si quid sibi impossibile aut arduũ in mãdatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad adiuuantem recurrat: qui ideo præceptũ dat, vt exciter desiderium, & præstet auxilium, dicente Propheta, iacta cogitatũ tuum in Domino, & ipse te enutriet. An fortè quisquã tam insolenter superbit, & ita se illęsum, ita immaculatum esse præsumit, vt nullius iam renouationis indigeat? Fallitur prorsus ista persuasione, & nimia vanitate veteraścit, qui inter tẽtationes iltius vitę ab omni se vulnere credit immunem. Plena sunt omnia periculis, plena laqueis, incitant cupiditates, insidiãtur illecebrę, blãdiuntur lucra, damna deterrent. Amatæ sunt obloquentium linguę, nec semper veracia sunt ora laudãtium. Inde sęuit odium, hinc decipit mendax officiũ, vt facilius sit vitare discordẽm, quàm declinare fallacem. In ipsis autẽ virtutibus obtinẽdis tam dubius modus est, & tam incerta discretio est: vt si quisquam inter bonorũ malorũmque cõfinia subtilissimi discriminis poterit seruare mensuras, difficile sit vt bene sibi consciã probitatem obtrectantiũ lingua non mordeat, & iniquorũ euadat opprobria, cui amica est iustitia. Iã cum ad ipsas rerum temporalium varietates cogitatio humana conuertitur, quãtę se opponũt caligines, quanti prauarum opinionũ oboriũtur errores, vt de obiectu contrariorum sumatur materia querelarum. Nã licet omnium fidelium corda non dubitẽt nullis mundi huius partibus nullísque temporibus prouidẽtiam abesse diuinam, nec de stellarum potestate, quæ nulla est, secularium negotiorum pẽdere prouectus, sed æquissimo & clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi: quoniã scriptum est, Vniuersę vię Domini misericordia & veritas: tamẽ cũ quædã nõ secũdum desideria nostra procedũt, & sub humani errore iudicij superior est plerunque iniqui causa quam iusti, vicinũ nimis atque cõtiguum est, vt etiam magnos animos ista concutiãt, atque in aliquod illicitæ causationis murmur impellant: sigulariter istis varietatibus etiã excellentissimus propheta David vsque ad periculum se turbatum profiteatur & dicat: Mei autem penè effusi sunt gressus, quia zelaui in peccatoribus, pacẽ peccatorũ videns. Vnde quia paucorum est tã solida fortitudo, vt nulla iniquitatum perturbatione quatiãtur, & multos fidelium nõ aduersa tantũ, sed etiã secunda corrũpant, sanandis vulnerib. quib. humana infirmitas fauciatur, diligens est adhibenda curatio. Ideo enim de periculis, quib. mundus hic plenus est, quędã breuiter percurri: vt dicente Scriptura, Quis gloriabitur castũ se habere cor, aut mũdum se esse à peccato? omnes sibi intelligãt delictorum indulgentiã & reparationis necessariã esse medicinam. Quãdo, autẽ, dilectissimi, ad remedia diuina aprius recurrimus, quam cum ipsa nobis sacramenta redẽptionis nostręt ẽporum lege reseratur? Quæ vt dignius celebremus, saluberrimẽ nos quadraginta dierum ieiunio prepãremus. Non enim hi tantùm qui per mortis Christi resurrectionisque mysteriũ in nouã vitã baptismo sunt regenerante venturi, sed omnes populi renatorum vtilirer & necessariẽ prędisiũ sibi huius sanctificationis assumunt: illi, vt quæ nondũ habẽt accipiãt: isti, vt accepta custodiant: dicente Apostolo, Qui stat, videat ne cadat. Nemo tãta est firmitate suffultus, vt de stabilitate sua debeat esse securus. Vtamur igitur, dilectissimi, salubertrimi tẽporis venerabilibus institutis, & solicitiori cura cordis nostri piacula tergamus.

Quan-

Matth. 7. Vnde ei à Domino dicitur, Hypocrita eiice prius trabem de oculo tuo. Nõ itaque virtus, sed causa virtutis apud Deum mercedem habet. Et si à rectæ semitæ paululũ deuiaueris, non interest vtrum ad dexteram vadas, an ad sinistram, cùm verum iter aniseris. Signanter autem dicit, Receperunt mercedem suam: hoc est, non Dei sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercũtẽ virtutes. Te autem faciẽte eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera. In dextra intelligitur amor Dei, in sinistra vanitas vel cupiditas mũdi. Si pro humana laude dederis eleemosynã, totum est sinistra: si verò pro remissione peccatorum, totum dextra facit. Quid est ergo, Nesciat sinistra quid faciat dextra, nisi quod facit Dei amor, non corrumpat inanitas vel cupiditas mũdi? Nam si hoc aliquis secundum literam impleri posse credit, quid faciet? Si enim manus dextra doluerit, nunquid de sinistra eleemosynam dare nõ debet? In superioribus, Cauete, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vbi iustitiam generaliter nominauit, deinde particulariter exequitur. Est etenim pars aliqua iustitiæ opus quod per eleemosynam fit: & ideo connectit dicendo, Cùm ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te. Ad hoc, respicit quod superius ait, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus, vt scilicet videamini ab eis. Quod autẽ sequitur, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam: ad illud respicit quod suprà posuit, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. Deinde sequitur: Te autem faciẽte eleemosynam. Cùm dicit, Te autem, quid aliud dicit, quàm non quomodo illi? Quid ergo mihi iubet? Te igitur, inquit, faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi sic faciũt, vt sciat sinistra eorum quid faciat dextera. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere vetaris. In eis autem hoc culpatum est, quòd ita faciunt vt laudes hominum quærant. Quapropter nihil consequentius sinistra videtur significare, quàm ipsam delectationem laudis. Dextra autem significat intentionem implendi præcepta diuina. Nesciat ergo sinistra quid faciat dextera: id est, non se misceat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio, cùm in eleemosyna facienda diuinum præceptum cõtendis implere, vt sit eleemosyna tua in absconso. Quid est in absconso, nisi in ipsa bona cõscientia, quę oculis humanis demõstrari non potest, nec verbis aperiri? Multi foràs faciunt eleemosynam, & intus non faciũt, qui vel ambitione, vel alicuius temporalis rei gratia, misericordes volũt videri. Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Rectissimè omnino & verissimè. Si enim præmium ab eo expectas, qui conscientię inspector est, sufficiat tibi ad promerendum Deum ipsa conscientia. Et cùm oratis, non eritis sicut hypocritę, qui amant in synagogis & in angulis plateraũ stantes orare, vt videãtur ab hominibus. Neque hic ab hominibus videri nefas est: sed ideo hęc agere videaris, & fructus in eis expectetur placẽdi hominibus. Platęæ perpetuæ ac latiores ciuitatum viæ sunt, iuxta proprietatem linguę Græcæ à latitudine nominatæ. πλατὺ enim latũ dicitur. Amen dico vobis, perceperũt mercedem suam. Et hinc ostendit Dominus id se prohibere, vt ea merces appetatur, qua gaudent stulti, cùm laudãtur ab hominibus. Tu autem cùm orabis, intra in cubiculum, & claudes ostio ora patrem in absconso. Cubiculũ quod nominat, non occultam domum ostendit, sed cordis nostri secretum. Hinc Psalmista dicit, Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Et claudentes ostia, orate, inquit, ad patrem vestrum in abscondito. Parum est, intrare in cubicula, si ostiũ pateat importunis, per quod ostiũ ea quæ foris sunt improbè se immergunt, & interiora nostra aperiunt. Foris autem dicimus esse omnia temporalia & visibilia, quæ per ostium, id est, carnalem sensum in cogitationes nostras penetrant, & turbæ vanorum phantasmatum orantibus obstrepunt. Claudendum est ergo ostium, id est, carnali sensui resistendum, vt oratio spiritalis dirigatur ad patrem, quæ sit in intimo cordis, vbi oratur pater in absconso. Qui verò vult orationẽ suam volare ad Deum, faciat illi duas alas id est, eleemosynam & ieiunium, & ascendat celeriter, & exaudietur. Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Et hoc tali clausula terminandum fuit. Non enim monet nunc vt oremus, sed quomodo oremus: neque vt superius, vt eleemosynam faciamus, sed quo animo faciamus: quoniam de corde mundando præcipit, quod non mundat nisi simplex intentio in æternam vitam, solo & puro amore sapientiæ.

Ephes. 4.

Col. 5.

1. Cor. 6.

Cooperatores Dei sumus.

Psal. 54.

Vita hæc plena periculis.

Prou. 20.

1. Cor. 10.

Cubiculũ.

Psal. 4.

Psal. 72.

Quamuislibet enim castè & sobriè mortalis hæc vita ducitur, quodam tamen puluere terrenæ conuersationis aspergitur: & nitor mentium ad Dei imaginem conditarum, non ita à fumo rerum vanitatis alienus est, vt nulla possit sorde fuscari, & non semper indigeat expoliri. Quod si etiam cautissimis animis necessarium est, quanto illis amplius est expetendũ, qui tota fortè anni spacia aut secusius aut negligẽtius transierunt? Quos charitate debita commonemus, vt non ideo sibimet blandiantur, qui nobis conscientiæ singulorum patere non possunt, cùm oculos Deo simul vniuersa cernentis non abdita locorum, non parietum septa secludant: nec solùm ei acta & cogitata, verùm & agenda & cogitãda sint cognita. Ista vera scientia summi iudicis, iste est tremendus aspectus, cui peruium est omne solidũ, & apertum omne secretum: cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitetur, & sine voce mens loquitur. Nemo patientiã bonitatis Dei de peccatorum suorũ impunitate contemnat, nec ideo illum æstimet nõ offensum, quia necdũ est expertus iratum. Non sunt longę mortalis vitæ inducię, nec diuturna est licẽtia insipientium voluptatum, in æternarum dolorẽ transitura pœnatum, si dum iustitia suspenditur, pœnitentię medicina non quęritur. Cõfugiamus ergo ad præsentẽ vbique misericordiam Dei, & vt sanctum paschaDomini digna obseruantia celebretur, cũctorum se fidelium corda sanctificẽt. Mirescat sæuitia, mãsuescat iracundia, remittãt sibi omnes culpas inuicem suas, nec exactor sit vindictę qui petitor est veniæ. Dicẽtes enim, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimꝰ debitoribus nostris: durissimis nos vinculis alligamus, nisi quod profitemur impleamus. Vnde si orationis huius sacratissimum pactum non tota sui conditione seruatũ est: nunc saltem conscientiã suam vnusquisque cognoscat, & alienis ignoscẽdo delictis, abolitionem suorũ obtineat peccatorũ. Dicente namque Domino, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester qui in cœlis est: nõ longè est ab vnoquoque quod poscit, cùm de benignitate supplicis sentẽtia pendeat iudicantis. Qui humanarum precũ misericors & iustus auditor, æquitati suę de nostra lenitate præscribit, vt non haberet in eos ius seueritatis, quos non inuenisset cupidos vltionis. Clemẽtes autẽ & mites animos, etiam largitas decet. Nihil enim dignius est, quam vt homo sui auctoris iti imitator, & secundũ modum proprię facultatis diuini sit operis executor. Nam cùm alũtur esuriẽtes, vestiuntur nudi, fouentur infirmi, nonne auxiliũ Domini manus explet ministri, & benignitas serui munus est Domini? Qui cùm ad affectus misericordiæ suæ adiutore non egeat, ita suam omnipotentiam tẽperauit, vt laboribus hominũ per homines subueniret, & meritò Deo gratię referẽtur de pietatis officiis, cuius opera videẽtur in famulis. Propter quod ipse Dominus discipulis suis ait, Sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videant opera vestra bona, & magnificent patrẽ vestrum qui in cœlis est: per Christum Dominũ nostrum, Amen.

Matth. 6.

Matth. 6. 18 Luc. 6.

Matth. 5.

Feria tertia post Dominicam in Quadragesimam, de beato Abraham.

SERMO XXXVII.

Videtur nonnullis ex Ambrosij scriptis hauctus. Fuit de tempore 68.

Genes. 15.

REDIDIT Abraham Deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Ecce sine opere iustificatur ex fide, & quicquid illi legali posset obseruatione conferri, totum credulitas sola donauit. Ipse sibi fuerat lex qui legẽ nõ acceperat, natura tamen quicquid legis fuerat obseruabat. Abrahã pater noster radicẽ fidei nominisque Christiani habebat, qui cũ ex proprietate genuina ad incerta atque peregrina iuberetur exire, tota deuotione cõpleuit: cui in re tã dura nulla dubitatio fuit, sed sententiam Dei tanquã qui optare videretur accepit. Exi, inquit Dominus, de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam demõstrauero tibi. Nouum probationis genus, habenti propria, exilia indicere peregrina, ingerere laborẽ itineris quiescenti, imperare penuriã possidenti, & tantarum facultatum Domino necessitatẽ imponere peregrinandi. Libenter tamẽ fides accepit, quicquid arduũ videbatur incredulis. Cui non est magis dulce proprii tugurium quàm palatia peregrina, & voluntaria casa quàm digesta prętoria? Leue cuiquam non est, dimittere propria & sectari aliena incerta, dimittere quod scias, quærere quod ignoras. Quis enim propria sine dolore deseruit, aut sine lachrymis deseruit? Cui non est datum illas consitos natalii parietes, dulcia illa limina atque amabilem larem quem & parentum memoria, & ipsius infantię rudimẽta cõmendant: vbi cunabula illa noui & mox orientis hominis famulabantur, vbi secura alludẽs infantia inter lu-

A

B

C

D

cis primordia, aut pueriles anni simplicitate felices, quos sibi inter lasciuos atque ipsius ętatis lusus vernaculo genuina solo necessitas exhibebat? Inter hęc ergo tam blãda, tam dulcia quæ omni fuerant difficultate relinquẽda, Exi, ait, de terra tua. Quis hoc sine fidei vitibus libenter audiret? Leuius probaretur, si vel nomen loci quò perrexisset, audiret. Proficiscitur, pergit, socia scilicet credulitate, cõiuge comite it secutus, id fretus, promissum sibi fidei laboribus exacturus, plus sperans de incerto quã fuerat securus de proprio. It ergo per desertas solitudines, per inuias sedes, per naturæ secreta, vbi hominis vestigiũ necdum rudis terra cognouerat: & inter illa omnia quæ Dei imperio dereliquerat, non tuguriũ, nõ casam, sed inter ipsa camporum silescentium formidolosa secreta hospes tantũmodo cœli terræque nullum suffugium quò diueterret inueniebat. Excepit tamen Abraham peregrinum quercus arbor humana, quæ venientem Abraham atque æstiuo sole decoctum amœnitatis suę vmbraculo refoueret: cuius sylue scentis nemoris comata luxuries, in æstiuũ tempus diem & vrentis solis vaporiferos radios ramorũ frequentia suspendebat, vt quicquid iniuria temporis irrogabat, omne auferret & ramorum & foliorum dẽsitas. Ingreditur ergo lucum arboris Abrahã, sub qua construitur qualecumque suffugium, angustum quidem homini, sed sufficiens maiestati. Dignum tamen Deo palatiũ fides deuota pingebat, in quo fuisset maiestas superna prãsura. Cùm ergo illic positus curiosis oculis cœlum intentaret, ecce subitò in trium virorum persona maiestas incorporea descẽdit. Accurrit, properat, manus supplices tendit, & transeũtium genua osculatur: Domine, ait, si inueni gratiam coram te, ne transieris puerum tuũ. Videtis, Abraham tribus occurrit, & vnum adorat. Trina vnitas, & vna trinitas. Sumatur aqua, lauẽtur pedes vestri, & refrigerate sub arbore ista, & afferam panẽ & manducabitis, & postea trãsibitis in viam vestram. Et dixerũt ei, Fac vt dixisti. Seruat semper in bonis tenorẽ sui perfecta iustitia, offert peregrinis hospitium qui non habet tectũ: & cum sit omni domicilio viduatus, domiciliũ quale necessitas procurabat, exhibuit trãseuntibus. Et licet illa minora fuerint quæ offerebantur, locorũ angustiis magnitudinem dederat fides, quæ cõtemni non meruit à Deo. Diuertunt ad arboris hospitiũ, quod Abraham Deo iam fecerat dignum. Interea cõspergitur similago, fiunt encryphię, macẽtur & vitulus. Et si illis diuinitas nõ eguit, iustitia tamẽ quod optabat impẽdit. Ecce ad humanam mensam cœlestis sublimitas recumbebat, cibus capitur, prænsitatur, & cõtubernali colloquio inter hominẽm & Deum familiaria verba miscẽtur. Et quia apud Deũ infructuosa hospitalitas esse non potuit, statim preciũ mercedis accepit. Datur filius seni, datur posteritas desperãti, accepit senectus quod minimè potuit habere iuuẽtus. Ad hoc, inquit, tempus veniam, & erit Sarę filius. Cùmque senilis anni, & emortua Sarę viscera hoc posse fieri denegarent, dedit tamen diuinæ promissioni credulitas fidem. Patrem, inquit, multarum gentiũ posui te. Repletus est bonis, quia quod ei promisit implẽuit. Ecce in ipso margine senectutis, nõdum prolatis legibus recitatisque, asserimus Abraham quod fuerat religiosus, & qui fuerat in cultura iustior, fuerit in credulitate probatior. Ecce enim senex ille maritus, qui adhuc vnum non habebat, in vno tamen Deus innumerabiles promittebat. Ecce exhaustis visceribus dixit Deus ad Abraham, Suspice in cœlũ, & numera stellas: sic erit semen tuũ. Et credidit Abrahã Deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Defecerunt Sarę venire muliebria, quia iam lassa defecerant membra. Totũ corpus suscatur in rugas, sit perarata fronte, & axhausta senectute. Deficiẽte sanguine in venis tristis senectus delassatur: sed diuino iudicio ętatis feruor accẽditur. Meliorẽ facit diuina promissio matrem, quam ętas nõ fecerat generare. Accepit genitrix nomen, quod ei sterilitas temporis subtraxerat. Longè deficiẽtib, mẽbris Isaac cõcipitur, subitò inanes ac marcescẽtes vena reditiuo sanguine ferbuerunt, & emortua seni viscera calefacto sanguine vaporata, vsque ad partum inquilinis sunt caloribus animata. Iuuenilis ætas incaluit, & calefacto sanguine vaporauit. Fit anus fœta, fit senex grauida, crescit venter per dies singulos, & cõualescente partu, tumescentis vteri capax sinus extẽditur. Fit sarcina, & desideratus affectus ex visceribus lassis, nimium exoptata posteritas. Portabat vterũ grauem talis mater, quę inanisambulare vix posset. Sed quia credulitatis fuerãt quę acceperat, defecta viscera fides valdior animabat. Marcidæ mãmæ, quas in vacuos folles subdacti succi detrimenta laxauerant, lacteis fontis vbertate tenduntur. Fit mater in pectore, fit mater in partu: fit, inquã, mater, quę auia fuerat pręterea.

Dedit

Dedit fides vetustis nouos visceribus ignes. Sic Isaac credulitate nascitur, vt eorũ fides in progenie enarretur in sęcula, Amen.

A

Feria quarta post Dominicam II. in Quadragesima, de causa ieiunij, loco, ac tempore.

SERMO XXXVIII.

Inter Ambrosianos 37. fuit de tempore 77.

SI bene retinet fratres vestra dilectio, hac superiore Dominica prædicauimus quod sanctam Quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecrauerit, & tot dierum & noctium curriculo cibũ omnino non capiẽs, vnum ac solidum ieiunij tempus effecerit. Quod in totum non obseruare, sacrilegiũ est: ex parte autem violare, peccatum est. Hoc enim fecit causa salutis nostrę, vt rem vtilẽ non solùm doceret verbis, sed etiam exemplis instrueret: vt eisdem vestigiis quibus ad fidem currimus, ad abstinentiã graderemur. Sed videamus quæ causa extiterit, vt ieiunia sibi Saluator indiceret, & ipse primus bonus humani generis medicus ieiunaret. Bonus enim medicus poculũ quod ægro daturus est, ipse prius gustat, vt peritiã artis suæ antè ipse in se demonstret, vt experimentum æger accipiens securus sit de poculo, securior de salute. Deinde quo loco hoc ipsum tẽpus ieiunij procuratit. Dicit enim Euangelista abstinuisse Dominum quadraginta diebus & noctibus in deserto. Arbitror itaque causam hãc esse ieiunij, vt quia primus Adam in paradiso constitutus per intemperantiã gulæ, gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatẽ secundus Adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatum Dei gustans de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc secundum mandatum Domini ieiunans vitæ iustitiã meretur. Hoc enim egit Saluator, vt eisdem vestigiis, quibus admissa fuerant delicta, purgentur: hoc est, quia homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo: vel quia epulando mulierẽ cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat. Adam enim Euam, non nisi intemperantia prouocãte, cognouit. Quamdiu autem mansit in illis temperata parcitas, mãsit & impolluta virginitas: & quãdiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tamdiu & à pudendis ieiunauere peccatis. Fames enim amica virginitatis est, inimica lasciuię: saturitas verò castitatem prodigit, nutrit illecebrã. Igitur, sicut dixi, hoc egit Dominus, vt his præiudiciis, quibus homo obnoxius peccatis fuerat, liberaretur. Propterea nãque per omnia secundũ similitudinem Adæ nasci voluit, vt secundum similitudinem Adæ omnia hominis peccata dissolueret. Adã enim de terra virgine natus est, & Christus de Maria virgine procreatus: illius maternũ solum necdum rastris scissum fuerat, istius maternũ secretum nunquã concupiscentia violatum. Adam Dei manib. plasmatur è limo, Christus Dei Spiritu formatur in vtero. Vtrẽque ergo otitur Deo patre, vtrẽque virgine vtitur matre, vtrẽque, sicut Euangelista dicit, filius Dei est: sed Adam creatura est, Dei filius Christus vera substantia. Hoc ergo agit Dominus sicut Adã secundus, vt quod prior homo manducando perdiderat, hic alter ieiunando recipiat, ac legem in paradiso abstinentiæ datam in deserto custodiat. Sciebat enim præceptum Dei non vnius loci legẽ esse, sed mundi. Non enim interest diuinitatis mandatum, vtrum domi an in agro custodias, cùm vbique sit qui præcepit. In deserto itaque Saluator implet mandatũ Dei, vt ibi Adã seruaret errantẽ, vbi fuerat de paradiso possessione proiectus. Adã enim expulsus de paradiso, inculta mundĩ deserta sustinuit. In deserto ergo primum homini salus refunditur, vbi desunt epulę, vbi desunt delitię, vbi (quod est omnium malorum causa) deest & mulier. Potuerat enim Adam inter illas paradisi delitias inconcussus stare, si Eua ibidẽ cum diabolicis insidiis non fuisset. Conueniens ergo est desertum saluti, vbi non est Eua quæ persuadeat, non est mulier quæ blandiatur. Videte rem miram, in paradiso cum Adã diabolus decertat, in deserto cum Christo diabolus dimicat: vbique insidiator homini, vbique congreditur: sed vbi mulierẽ inuenit, vincit: vbi mulierem non inuenit, victus abscedit. Formam igitur dedit nobis Deus in hoc facto, vt ieiuniorũ tempore tanquã in desertum habitantes abstineamus epulis, voluptate, muliere: nec coniungatur nobis Eua, ne nos à casta obseruatione illecebrosa persuasione subuertat. In deserto enim quodãmodo videtur habitare, qui Quadragesimæ tempore ieiunus & castus est. Desertum planè quoddam ipsum corpus est Christiani, cùm non repletur cibis, non poculis irrigatur, sed arentis inedię squalore negligitur. Desertũ, inquam, est corpus nostrum, cùm abstinentia marcescit caro, siti pallor obducitur, & contemptur rerum totius hominis species inculta fordescit. Tunc Christus Dominus habitat desertũ pectoris nostri, cùm terram nostram fame squalidam ac siti aridã esse reperit, secundũ quod ait Propheta Dauid, Sicut in terra deserta & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Aliter enim sicut in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mũdanis deliciis, inuia diabolicis cõcupiscẽtiis, & inaquosa libidinosis illecebris. Tũc habitãs Saluator hoc desertũ corporis nostri, omnes ibi diabolicas factiones exuperat, & secretũ ac securũ à cogitationibus seculi esse suũ facit habitaculum: vt deinceps nos intra nosmetipsos velut in solitudine constituti, non nisi cœlum respiciamus & terrã: hoc est, non cogitemus alium, nisi cœlestis regni Dominum, & terrenæ resurrectionis auctorem.

B

C

D

Matth. 4.

Gen. 3.

al. intemperata.

Desertum quid.

Psal. 62.

Dominica quarta in Quadragesima, de filiis Israel.

SERMO XXXIX.

Fuit de tempore XCVII.

QUÆ dicit Dominus Moysi, Sine vt faciam te in gentem magnam. Graue est discutere personam, qui in infidelitatem cadit, dum maius quòd accepit perdit. Quis Iudæorum inexolubiles nodos nescit? Quis perfidiam & audaciam non deponit? Legũt elogia sua, quòd in præuaricatione parentũ non defuisset vindicta. Irata seueritas promitur, & contumacia non emẽdatur. Clementia leuius irascitur, quia citius miseretur. Ipsius erit iudicium, & probare dignum, & delinquentibus indulsisse peccatũ. Quid dico? Deus illos horruit, aut amauit? Absit. Si horruit peccatores, contempsit. Sed amauit, ideò frequenter indulsit. Reuertimini, inquit, ad me, & reuertar ad vos. Eorum quidẽ sunt scelera aut rea lingua, aut cõscientia criminosa. Vos, inquit, de patre diabolo estis. Non potest differri vindicta, vltio nõ procrastinabitur. Tãta enim sunt crimina vsurpatione concepta, vt nõ parcant generi, cùm rei videantur auctorũ. Clamauerunt, inquit, ad Dominum cùm tribularentur: mittitur dux qui populũ Israẽliticum redderet liberatum. Parantur Ægyptiis dignæ & innumerabiles plagę ignominię, ad vindictam ciniphes processerũt, vineas bruchus absumpsit, fructifera ligna locusta vastauit: terrorem & grandinem, vlcera, tumultus, voces, flãmas, addicta pecora, armẽta prostrata, aquas in sanguinem mutatas, prostratas ranas, pisces occisos: prędurantur eleměta nullo rigore, siccantur fluenta in rei miraculo curuata, & in muro suspenditur vnda, insuetum iter mirantur fluctus, miratur & populus. Quid incredule populę nocte desperas? Signum tibi erit colũna, quã Christus illuminat. Securus iter quod arripis vades, antecedet te Christus. Et quia prosequitur Christus, liducia nõ terror debet esse: securus ad promissa peruenies, atque vtinã non rebelles. Apertũ intrant mare Ægyptij, quos circumfusi fluctus festiñãter ruentes perdunt. Medij maris arena vngulam sensit, mare cursus sustinuit equitum. Sed hæc vindicta debabtur, vt citius periret, qui consequi deneganit salutem. Quid dubitas de hoste? Tute iam procede, mortuũ videbis, probabis defunctũ, cui antè fueras seruus. In eremũ exitur, nec contumelia differtur. Murmurant, petũt cepas & pepones, meritò insultis, & quos non gratię sales conduint, vilem expetunt cibum. Cepas ait, vt extorquerentur eis lachrymæ ex delicto collectæ. Non aquarũ in fluuiis natũra degenerat, communem liquorem amaritudo tristauerat, lignum mittitur, dulcedo reparatur. Petra percussa sitientibus potum præbuit virga, nec veternosa eis diffluta sunt vestimenta, aruo sterili non defuit manna. Pulmentariũ noscitur, desideriis omnia conferuntur. Sapõrem sensit quisque, quẽ voluit in ore dũ manducauit. Petunt sibi quod colerent: atque vtinam simpliciter postulassent. Sed plebs quæ dotales tabulas lege mariti perceperat, de corruptela disponit, & de adulterio cogitat. Quid te infidelis vis iũgere cõsortio dignoꝰ Mater tua displicuit repudiata per libellũ repudij; pronuntiãte Esaia, nec summo charismate es digna, cum execrabilibus factis videaris ingrata. Non seruies, inquit, Deo alienõ. Aurũ igni apponitur, & ingrati in fastum seclus expetunt, à dorant imaginem quam succensus eiecerat ignis. Vbi est quod mandatum est: Audi Israẽl, Dominus Deus tuus vnus est? Vitulus tuus vbi erat, cùm tibi Christusin mari itinera prępara bat, mare aperuit, sticitibus potum præbuit, fessos ieiunio reparauit? Luxuriosa gentilitas, post saturiem lũsum quærit. Sedit, inquit, populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Atque vtinam verbis fuissent dicta, non factis fuissent admissa. Ecce iam pater Abrahã transfertur in gentem magnam. Ecce quid criminis admittit primi-

Num. 11.

Esaiæ 50.

Deut. 6.

tiuus, quid gratiæ meretur secundus. Vendidisti mihi primatus tuos, delicto factus seruulus fratri tuo. Radix quidē me aliena portat, sed noua gratia meum caput impinguat. Ducem se ergo Dominus ingrato populo præbebat, exercitū Christi per inaccessa loca & deuia deserta terrarum nō turbauit iter ignotum. Igitur exoritur impugnāte diabolo prophana tēratio, sit repēte populus diuinis beneficiis ingratus, mens eius à veritate desciscit, deseruit vitæ largitorem, & secutus est mortis auctorē. Vnde simulachra colentiū cæca stultitia, imò non ferenda dementia, mortali manu formatum vitulum putare diuinum? Acerbior indignitas rerū est, vt pecoris sit figura terrori, & cùm Deus animalia omnia homini subiecerit, ipse se in famularum pecudum spōte deiecerit. Adeò formatur vitulus stultorū collationibus inauratus: & quem nullus naturalis motus quacunque flectebat, eum dementia perfidorū subiugata ceruice portabat: & cuius aures nullus penetrabat auditus, vel aliqua commotio sensibilis agitabat, has incassum dementis populi oratio stulta pulsabat: & cui visum modulātibus palpebris virali motu artificis phātasia non dederat, nec genitrix natura cōtulerat, eum videntes ingrati Deo supplices adorabant. Præcedebat in eremo populū catens Spiritu vitulus figuratus, vt tali duce demens populus vteretur, qualis fuerat & ipse delictis effectus. Et ne tanti mali sine vindicta in posteros manaret exemplum, statim vindicatur in reos. Dum enim malis modus imponitur, frangitur licentia peccatorū. Frequenter enim plagis disciplina corrigitur, si nihil proficiant hortamenta iustorū. A damnabilibus factis homines vindicta compescit, quos in bonis operibus beneficia Dei retinere non possunt. Si enim non inter primos peccantium lapsus consuleret, sed in futurū suspenderet vltionis occursum diuina censura, proculdubiò scelestorū omnium latius processisset audacia. Denique si vis tuorum proficere disciplinam, exerce censuram. Vbi Dei futuræ vindictæ solicitudo versatur, illic aut non peccatur, aut tardius delinquitur. Cēsura enim interdum quidam suscipiunt supplicium, vt multi corrigantur in paucis, ne postmodum ira commotus incipiat grassari per multos. Risus frequens corrumpit mores, relaxat quoque nerues rigoris astrictos: seuerus autem vultus custos est disciplinæ. Si enim delinquētibus frequenter indulges, peccator non proficit ad salutem.

Feria 2. post quartam Dominicam Quadragesimæ, de virga Aaron.

SERMO XL.
Fuit de tempore XCIX.

1. Cor. 4. OMNIS princeps tribus populi habet virgam. Non enim potest quis regere populū, nisi habeat virgā. Vnde & Paulus Apostolus quia princeps erat populi, idcirco dicebat: Quid vultis? In virga veniā ad vos, an in charitate & Spiritu mānsuetudinis? Omnes ergo principes tribuū habeant necesse est, virgas suas: sed vnus est solus, sicut Scriptura dicit, verus pontifex, cuius ille Aaron sacerdos præferebat figurā. Huius ergo virga germinauit. Sicut enim virga Aaron germinauit in populo Iudæorum, ita crux Christi floruit in populo gentium. Verūm quoniam, vt sæpe ostendimus, verus pontifex Christus est, ipse solus est cuius virga crucis non solùm germinauit, sed & floruit, & omnes credentium populorum fructus exhibuit. Quis autem iste est fructus quem attulit? Amygdalas, inquit, Amygdalæ, fratres, nuces sunt. Qui fructus primo quidem indumento amarus est, sequenti munitur, ac tegitur, tertio fumentem pascit ac nutrit. Talis ergo est in Ecclesia Christi doctrina Legis ac Prophetarum. Prima licerę facies satis amara est, quę quidem circumcisionem carnis præcipit, quę de sacrificiis mandat, & cętera quę per occidentem literam designantur. Hæc omnia, tanquam amaram nucis corticem, proiice. Secundo in loco ad munimēta recta pertinens, in quo vel moralis doctrina vel ratio cōtinentiæ designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorum quæ secuantur intrinsecus: frangenda tamen quandoque, & sine dubio dissoluenda sunt: vt si verbi causa dicamus, abstinentia ciborum & castigatio corporis, donec sumus in corpore isto corruptibili & passibili, sine dubio necessaria est: cum autē superueniente morte confractum fuerit & resolutum, & resurrectionis tempore incorruptibile ex corruptibili redditum, atque ex animali spiritale, non iā labore afflictionis, nec abstinētiæ castigatione, sed qualitate sui nullam iam corpori corruptela dominabitur. Sic ergo & nunc durior teste nucis velut necessaria abstinentiæ ratio videtur, & postmodū non quærenda. Tertio autem loco, reconditum velut in nuce inuenies secretum mysteriorum sapientiæ & scientię Dei sensum, quo nutriantur & pascantur animæ sanctæ, non solùm in præsenti vita; sed etiam in futura. Ipse enim est pōtificalis fructus, de quo promitur his qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabūtur. Hoc igitur modo in omnibus Scripturis triplex huius sacramenti ratio percurrit. Sic & Sapientia monet, vt describamus eam nobis in corde tripliciter, ad respondendū, inquit, verbum veritatis his qui proposuerunt nobis. Nam quia sacramentum sacerdotale est virga nucis: idcirco arbitror etiā Hieremiā, qui erat vnus ex sacerdotibus ex Anathot, vidisse virgā nuceam, & prophetasse de ea illa quæ scripta sunt, vel de virga nucea, vel de lebete siue olla succensa: quasi ostenderit per hæc in virga nucea esse vitam, & in lebete succensa esse mortē. Vita enim & mors ponitur ante facię nostrā: & vita quidem Christus in sacramento nucis: mors autē diabolus in figura lebetis succensę. Si ergo peccaueris, portionem tuam pones cum olla succensa. Si autem iustè egeris, efficietur portio tua in virgā nuceam cū magno pontifice. Sed & in Canticis canticorum sponsa dicitur descēdisse in hortum nucis, vbi etiam pariter cum nucibus sacerdotalium quodammodo pomorū copiam perscribitur inuenisse. Diligenter attendite fratres, quia vnum promisit Deus futurum in virga, sed plura dedit. Verum est, fratres; consuetudinis suæ rem fecit Dominus noster. Semper enim maiora tribuit, quàm promittit. Et erit, inquit, homo quemcūque elegero, virga eius germinabit: hoc est solū quod promisit Deus, vt virga eius quem eligeret germinet. Vbi verò ad rem venitur, vt quod promissum est ostēdatur impletum, non vnū illud quod promissum fuerat effectum dicitur: sed vide quanta adduntur. Ait enim Scriptura, Ecce germinauit virga Aaron in domo Leui. Hoc est vnum illud sine dubio, quod fuerat repromissum. Sed adduntur alia, & dicitur: Et produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nuces. Cùm ergo de solo germine fuisset repromissum, vide quanta largitur Deus, vt non solùm germen produxerit, sed & frondes: & non solùm frondes, sed & flores: & non solùm flores, sed & fructus. Quid igitur est quod ex his colligi & contemplari possit, videamus. Primum omnium resurrectionis ex mortuis sacramentum in his euidēter agnoscimus. Virga enim arida germinat, cùm corpus extinctum cœperit reuiuiscere. Quæ sunt autem quatuor ista, quę resurgēti corpori præstabuntur? Vt seminatum in corruptionem, surgat in incorruptione: & seminatū in infirmitatem, surgat in virtute: seminatū in ignominiam, surgat in gloria: & seminatum corpus animale, resurgat corpus spiritale. Ista sunt quatuor, quæ virga arida corporis nostri in resurrectione germinabit. Sed redeamus ad ea quę de virga dicere cœperamus. Possumus adhuc sic intelligere eorū quæ virga germinauerat differentias. Omnis qui in Christo credit, primò moritur, & post hoc renascitur. Et est etiā in figura, quòd virga arida postmodū germinat. Est ergo primū germen, prima hominis in Christo cōfessio. Secundo frondescit, vbi renatus donū gratię Dei sanctificationémque susceperit. Inde affert flores, vbi profitere cœperit, & morum suauitate decorari, ac fragrantiam misericordiæ & benignitatis effundere. Ad vltimū quoque affert etiā fructus iustitiæ, quib. non solùm ipse viuat, sed & aliis vitā præbeat. Cùm autem ad perfectū venerit, & protulerit ex se verbū fidei, verbum scientiæ Dei, & per doctrinā suam alios lactifecerit, hoc est attulisse fructus quib. alij nutriātur. Sic ergo singuli quique credentiū de virga Aarō, quæ Christus est, germinantur. Quorum quatuor istę differentię in aliis Scripturę locis velut ętates quatuor designantur, quas Ioānes Apostolus in epistola sua distinctione mystica comprehēdit. Ait enim: Scripsi vobis pueri, scripsi vobis adolescēres, scripsi vobis iuuenes, scripsi vobis patres. In quibus vtique nō corporales ætates, sed spiritualiū profectuum differentias ponit. Sic etiam in hoc sacerdotalis virgę germen obseruabimus designari. Habentur ergo omnia hæc non tam in virga Aaron, quàm in ea virga quæ exiit de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, supra quem requiescit Spiritus Dei. In quo nec hoc ipsum videtur otiosum, quòd exire dicitur virga, & flos ascendere. Quamuis enim vnus sit Christus, singulis tamen diuersus efficitur, prout indiget is qui operatur. Qui ergo segnior est & negligētior, pro disciplina Christus ei efficitur virga: & in virga non ascēdere dicitur, sed exire. Exeūdum namque est ei qui inutilis & ignauus est, de eo statu in quo non rectè consistit, transeundum ad aliam statum tanquā virgæ cōpulsione, id est, seueritate, doctrinæ rigidioris admonitu. Qui verò iustus est, quia iustus sicut palma † floret, in hoc

Prou. 21.

Hier. 1.

Cant. 6.

Esa. 50.

Num. 17.

1. Ioan. 2.

al. floriet.

hoc ascendere dicitur Christus. Sic ergo qui verberibus indiget, exit ad eum virga. Qui autem proficit ad iustitiam, ascendit ei in florem. Ascendit autem quousque afferat fructus Spiritus, qui sunt charitas, pax, patientia, & reliquæ virtutes in Christo Iesu Domino nostro.

Dominica in ramis palmarum de passione Domini.

SERMO XLII.
Fuit 114. de tempore.

ADMONET nos, fratres charissimi, ad solennitatem Dominicæ passionis ipse, in quo eam nec muta elementa tacuerunt. Celebret eam lux fidei linguis hominum, quam conclamauerunt etiam silentia tenebrarum. Hodie Dominus noster in statera crucis pretiū nostræ salutis appendit, & vna morte vniuersum mūdum, sicut omniū cōditor, ita omniū reparator absoluit. Indubitanter enim credamus, quod totum mundum redemit, qui plus dedit quā totus mundus valeret. Meritum enim redemptę mercedis dignitas insignis pretij supergressa est. Inter redemptū & redimētem dispensatio fuit, compensatio non fuit. Qui ergo non habebat peccata propria, dignè deleuit aliena. Solus hic pia victima pro omnibus cecidit, vt omnes leuaret. Et quia debitum solus non habuit, rectè fœnus misericordię pro debitoribus erogauit. Perpēde inter hæc qui talem pro nobis dedit pecuniam, qualem à nobis sit exacturus vsuram. In hac itaque die fides Propheticæ annuntiationis impleta est, ita dicētis: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam nō auerti à fœditate sputorū. Suscepit mala nostra, vt tribueret bona sua. Hinc intelligamus, quātum hominem diligere dignatus sit ante culpā, quem sic diligit post ruinam. Agnosce homo quātum valeas, & quātum debeas: & dum tantā redemptionis tuæ perspicis dignitatem, ipse tibi indicito peccādi pudorem. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro stulto sapiētia illuditur, pro mendace veritas necatur, dānatur iustitia pro iniquo, misericordia afficitur pro crudeli, pro misero repletur syncerita aceto, inebriatur felle dulcedo, addicitur innocētia pro reo, moritur vita pro mortuo. Expauit scelus hominum natura rerum, & quem creatura rebellis non agnoscit, eum mundi Dominum tremēs terra testatur, & cœli regem sol fugiens confitetur. Chlamyde coccinea induitur: quia sanguine Martyrum suorum Ecclesiæ corpus ornatur. Corona spinea capiti eius imponitur: quia pūctio peccatorum nostrorum, quorum remissione redemptoris gloria struitur, aridis tribulis cōparatur. Studeamus nunc ediuerso, vt membrorum vita capitis sit corona. Quòd verò sitire se in cruce positus dicit, fidem incredulæ gentis cōcupiscit. Sed econtrà acetum malitię porrigunt, quia vinum sapientię, quod à Deo acceperāt, peccando corruperant. Velum templi scinditur, quia synagoga honore nudatur. Obseruatio antiqua dissoluitur, ecclesiæ vnitas præmonstratur. Monumenta aperiuntur, quia mortis iura iure superātur. Laxata sede tartarea à Domino rerum profundę noctis claustra referantur, & quē homines nō recipiūt, inferi Deum esse cognoscūt. Quòd autem triginta argenteos Iudas venditor prophanus refudit, indicabat nihil sibi Christi pretium profuturum, sed salutis beneficium scelere suo aliis conferēdum. Videamus quid hoc refuso pretio emptū esse, eloquia diuina testātur. Emerunt, inquit, ex eo agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Figulus Christus est, ager Christi Ecclesia, acquisitio peregrinorum populus gentium. Superest, charissimi, vt agri huius quotidiani atque perpetui studeamus esse cultores: seminemus in eo frugē bonæ conscientiæ, vt cum tempus messis, id est, cōsummationis, & dies reddendæ rationis aduenerit, cum securitate & exultatione bonorum operū manipulos reportemus, & post contritionē iciuniorum præsentis quadragesimæ laudabilium actuum candore vestiti, & indumento castitatis ornati, ad festa futura procedamus, & Pascha illud æternum piorum inserti conciliis celebremus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica de traditione symboli.

SERMO XLII.
Fuit 115. de tempore.

SYMBOLVM quod vobis tradituri sumus, fratres charissimi, cōprehensio est fidei nostrę atque perfectio, simplex, breue, plenū, vt simplicitas cōsulat audientiū rusticitati, breuitas memorię, plenitudo doctrinæ. Quòd enim Græcè Symbolum dicitur, Latinè Collatio nominatur. Collatio ideo, quia collata in vnū catholicę legis fides, symboli colligitur breuitate, cuius textum vobis modò, Deo annuente, dicemus. Petrus dixit, Credo in Deum patrem omnipotentem. Ioannes dixit, Creatorē cœli & terrę. Iacobus dixit, Credo & in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum. Andreas dixit, Qui cōceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Philippus ait, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Thomas ait, Descēdit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomęus dixit, Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Matthęus dixit, Inde vēturus iudicare viuos & mortuos. Iacobus Alphęi, Credo & in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Simon Zelotes, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Iudas Iacobi, Carnis resurrectionē. Matthias cōpleuit, Vitam æternam, Amen. Audite ergo, fratres charissimi, Redēptoris nostri vocem per Prophetam dicētem: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Filios vocat, quos in gremio Ecclesiæ collocat. Nec enim potest mater vocari, nisi filios procreauerit. Ergò charissimi, ad perenne prēmium vos inuitari cognoscite, qui fideliter cum Dei adiutorio lauacrum aquę vitalis accepistis, vel qui expetitis vt cum ad sacrum fontem vel veram pœnitentiā peruenerītis, per Spiritum sanctū salutaris & cœlestis vos vnda perfundat. Ideo, charissimi, huius mysterij sacramentum sicut fide cōcepimus, & corde credimus, perfectis vocibus declaremus. Credo in Deum patrem omnipotentem, & reliqua sicut suprà. Ergo, dilectissimi, hęc verba nō humana, sed Domini sunt cœlestia sacramēta, quę in vestris cordibus ipsius misericordia prędātē residēt, vt gratiam Domini incorruptam & immaculatā vsque ad finem percipiatis. Repetimus adhuc, charissimi, Symbolum, vt cum mysterio conueniat trinitatis. Credo in Deum. Credendum nobis est, fratres charissimi, in Deum patrem, ita & in Iesum Christum filium eius. Pater sine filio credi non potest: quia licet distincta sit in eis personarum proprietas, tamē vna est & indiscreta maiestas. Sicut totū ergo potuit semper pater, ita totū potest semper filius. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Sacramentum hic suscepti corporis demonstratur, vt quem ante secula pater genuit, in fine iam seculi Maria virgo, Spiritu sancto inspirante, cōcepit. Et ideo de ipsa Domini matre angelus Gabriel dicit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ad excipiēdum enim Dominicæ maiestatis aduentum, necesse fuit vt humanæ infirmitati diuinum adesset auxilium. Sācta enim Maria vt virgo peperit, ita virgo concepit. Qualiter hæc aut quomodo salua virginali integritate perfecta sint, credere magis quā enarrare possumus. Fidei in his plurimum licet, sermoni parū. Passus ergo sub Pōtio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Descēdit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis. Ascēdit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris. Sedere ad dexteram patris dicitur, non vt dicatur maior, sed vt ostendatur æqualis. Hæc omnia testimoniæ sunt Dominicę passionis, vt Dominum Iesum Christū sicut verè passum, & verè mortuū, sic verè resurrexisse & triumphasse credamus. Ir quo nobis Christus Dominus reliquit exēplum, vt sicut eum nō dubitamus natum & mortuū, & resurrexisse & viuere: ita nos quoque sicut natos & mortuos esse nouimus, sic post mortem resurrecturos, & in æternum esse victuros noscamus. Sequitur: Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Credo & in Spiritum sanctum: vtique vt ęqualis credulitas Dei patris & filij & Spiritus sancti æqualē ostenderet potestatē. Credo sanctam Ecclesiam catholicam. Bene Symbolum Ecclesiam catholicā nominauit & sanctam, quia multę ecclesię hęreticorū sunt, sed quæ nō est catholica, nec sancta dici potest. Sequitur: Sanctorum cōmunionem. Credentes ergo sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum habentes cōmunionem, quia vbi est fides sancta, ibi est & sancta cōmunio, credere vos quoque in corpore resurrectionem & remissionem peccatorū oportet. Omne sacramētum baptismi in hoc cōstat, vt resurrectionem corporum & remissionem peccatorum nobis à Deo prędānda credamus. Superest vt cuius audistis passionem, audistis ascensionem, audistis iudicium, quotidie expectętis aduentum.

Feria 2. post Dominicam palmarū, de passione Domini & Iuda traditore.

SERMO XLIII.
Fuit de tempore sermo 117. sed ex Ambrosio in Lucam carptim desumptus.

VSCEPIT Dominus tristitiam nostram, vt nobis largiretur lætitiam suam. Et vestigiis nostris descēdit vsque ad mortis ærumnam, vt nos suis vestigiis reuocaret ad vitam. Percutiam, inquit, pastorem, &

Prou. 21.

Psal. 33.

Luc. 1.

Zacharias. Matth. 26. dispergentur oues gregis. Tristis erat quia nos paruulos relinquebat. Anima tristis erat non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Proditorē osculo libenter suscepit, non quia Deus Dei filius mortē timebat, sed quia nec malos pro se perire volebat. Iuda, osculo filium hominis tradis? Fungebaris disciplina virtutis, & discipulus factus es consilij iniquitatis. Officio sanguinem fundis, pro pignore amoris vulnus infligis, pacis argumento mortem immittis, seruus Dominū tradis, discipulus magistrum prodis. Vtiliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Signo dato ab his qui cum fustibus venerāt, detinetur. Iniicit manus turba, nectuntur vincula, deriditur iustitia, & traditur ab iniustitia. Percussit ergo Petrus aurem pueri principis. Quare Petrus? Quia ipse accepit regni cęlorū claues, & soluendi ligandique ipse adeptus est potestatem. Abscissa est pueri auricula malè audiētis, aure interiore Christum malè intelligentis, qui passus non est se Prophetam ęstimari, sed Dei filium docuit fideli cōfessione fignari. Limus suum agnoscit cooperatorem, & caro suam sequitur operatricem. Iubere potuit, operari maluit, qui è limo terræ corporis mēbra formauit, qui hostes suos nō passus est vulnerari. Illi iusto mortē inferebant, persecutorum vulnera iste sanabat. Petrus sequebatur à longē. Neque enim negare potuisset, si Christo Domino adhæsisset. Ter me, inquit, negabis. In domo principis sacerdotū ignis ardebat, vbi Petrus occultus sedebat. Frigus erat, vbi Christus nō erat. Petrus ab ancilla proditus negat. Mallem Petrum Dominum negasse, quàm Iudam Dominum vendidisse. Interrogatus Petrus: Et tu, inquit, ex illis es qui cū Galilæo erant. Non enim erat, quia in principio erat: hominem negauit, hominum consortium refutauit. Non enim hominis erat Apostolus, qui fuerat Christi discipulus. Ergo fleuit amarè: maluit ipse suū accusare peccatum, vt iustificaretur fatēdo, quàm grauaretur negādo. Lachrymas lego, satisfactionem nō lego. Petrus negauit in nocte, sed cōfitetur in die. Habebat lachrymas Petrus, quas pio fundebat affectu: non habebat proditor fletus quibus culpam ablueret, vt dum reus fuo iudicio damnatur, spontaneum facinus expietur. Peccaui, inquit, quòd tradiderim sanguinem iustum. Et Iudæi: Quid ad nos tu videris. Pertinacibus studiis funestam sibi vindicant sanguinis auctionē, cùm refunderet venditor sacrilegij quantitatem. Pretium sanguinis à Iudæorū gazophylacio separatur, & ager figuli Christi pecunia cōparatur, locus humādis peregrinorū reliquiis: prophetiæ testimonium adimpletur, & surgentis Ecclesiæ mysterium reuelatur. Ergo pretio sanguinis emitur mundus: venit enim vt saluetur mundus. Non enim cognouit mundus eum, qui fuerat in mundo mundus. Accusatur, & tacet, bene tacet qui defensione nō eget. Ambiāt defendi, qui timent vinci. Non vt reus excusat se tacēdo, sed despicit falsidicos refellendo. Manus quidem Pilatus lauit: sed facta probauit. Vxor verberatur in nocte, admonet virū in die. Veritas fatigatur, & à seruo Dominus iudicatur. Coronam de spinis annexā compungentes, caput eius coronant, & illudentes adorant. Vt tex salutatur, vt victor coronatur, & quasi Deus, & Dominus adoratur. Pulchrè crucem ascendit iudicio, victor affixit. Talis ergo ascendit, qui seculū vincere parat. Posuerunt titulum scriptum, Hic est Iesus, rex Iudæorum. Vermis in cruce, scarabeus in cruce. Bonus vermis qui hæsit ligno, bonus scarabeus qui clamauit è ligno. Quid clamauit? Ne statuas illis hoc peccatū. Illis vtique petebat veniam, à quibus accipiebat iniuriam. Hodie, inquit, mecū eris in paradiso. Nec mirum, si conuersō culpam ignoscebat, qui insultāibus veniā relaxabat. Potauerunt eū aceto. Bene ad consummanda omnia corruptio synceritatis hauritur. Itaque acetum bibitur, vinum cum felle non bibitur. Synceritati nō debuit amaritudo miscerī, quia pro nobis Dominum sine peccato docuit crucifigi. Pater, inquit, in manus tuas commēdo Spiritum meum. Bene tradidit, qui non amisit. Spiritus patri commendatur, vt peccatorum vincula resoluantur. Sol occidit sacrilegis, vt spectaculum obumbraret fuoeliis. Finduntur petræ, & Iudęorum corda durantur. Elementa fugiunt, terra cōcutitur. Iudæus arguit, miles custodit, monumenta reseruantur, & Iudæorum perfidia denudatur. Discipuli vigilant, & fletibus oculos mœstos somnus inuitus captat Iudęi, quid curiosi estis, vbi caro crucifixa remansit? In flammis cum tribus pueris apparuit, qui postea paruulus dignatus est nasci. Stabant tamen mulieres hęc videntes, stabat & mater Domini suo filio testimonium perhibente: Ioseph & Nicodemus Christum sepeliunt, vnus iustus, alter in quo dolus non erat. Nam si Apostoli sepelirent, dicerent non sepultum, quem Iudæi nuntiauerant raptum. Nicodemus nocte venit propter metum Iudæorum. Simplicitas enim quæritur, nō ambitio desideratur. Quomodo iustus latebras periculi timeret, qui corpus nō timuit sepelire? Ideo occultè postulauit, vt corpus celaret, non vt periculū præcaueret. Mulieres longè stabāt quę diligenter locum seruabāt. Sexus innutat, deuotio calet. Et cùm discipuli fatigarentur, solę tamen ab angelo ne timeāt admonentur. Noli me, inquit, tangere: nōdum enim ascēdi ad patrem meum. Nōdum tibi ascendi, quæ viuentem cum mortuis quæris. Quare primùm mulieri? Per mulierem mors antea est nūtiata, per mulierem vita hominibus reparatur. Mulier quid ploras? Mulier Christum videbat, sed hortulanū putabat. Deus est qui adoratur, homo est qui tenebatur. Non renuit tangi à femina, quia non omnes possunt Christum tangere resurgentē, quem tetigerant in corpore commorantem.

Prou. 27.

Luca. 23.

In eadem feria, de passione Domini & Susanna.

SERMO XLIIII.

Fuit de tempore 118. In ms. & impressis est D. Maximi.

TORQVITAR mirum videtur nobis, fratres, cur Dominus apud præsidem Pilatum à principibus sacerdotum accusetur, nec aliquem iam corū respōsione conuincat, cùm vtique ingratam accusationem non nisi repellere soleat subsecuta defensio. Mirum, inquam, sit fratres quòd arguatur Saluator, & taceat. Taciturnitas enim negat quod obiicitur, cùm non vult respondere quod quæritur. Accusationē suam Dominus tacendo non firmat, sed despicit non repellēdo. Bene enim tacet, qui defensionem nō desperat. Ambiat defendi, qui metuit superare. Festinet loqui, qui timet vinci. Christus autem cùm condemnatur, exuperat: cùm iudicatur, vincit, sicut ait Propheta, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cū iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium erat plena victoria? Vicit ergo, cùm iudicatur Christus: quia sic innocēs approbatur. Vnde ait Pilatus, Innocens ego sum à sanguine huius iusti. Melior est igitur causa quæ non defenditur & probatur, plenior iustitia quæ nō verbis astruitur, sed veritate fulcitur. Taceat lingua necesse est, vbi ipsa veritas sibi adest. Taceat lingua in bono negotio, quę in malis causis obticere consueuit. Nolo sic defendi iustitiā, & sicut solet iniquitas excusari. Quòd vincit Christus, nō rationis est, sed virtutis. Sciuit enim Saluator, qui est sapiētia, quomodo tacendo vinceret, quomodo non respōdendo superaret: atque ideo causam suam maluit cōprobare, quàm dicere. Ad vincendum fortasse metus eum cogeret, ne salutē proderet, nisi quòd ipsa erat tota causa victoriæ. Suam enim salutē prodidit, vt salutem omnium lucraretur. In se vinci maluit, vt victor esset in cunctis. Sed quid de Deo Christo loquar? Susanna mulier inimicos suos tacuit & vicit. Non enim apud Danielem in sermone tuitio est, sed in sancta femina tacente lingua pro ea castitas loquitur. Castitas enim Susannæ affuit in iudicio, quæ Euæ defuit in paradiso. Ibi enim pudori eius cōsuluit, hic saluti. Ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia dānaretur. Castitas enim Susannæ & presbyteros impudicos cōuicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit, hisque victrix reos facit testimonij, quos reos facit adulterij: atque tādē iudicē meretur castitas Danielē puerū iuniorē, nec dū pubescentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia cōsequitur, cū iudicē virginē promeretur. Secura enim est de victoria castitas, cui est iudicatura virginitas. Pudicitiæ autem causas, nisi vir pudicus audire non debuit. Talē enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non periclitetur verecūdia. Cognito igitur Daniel Susannę negotio, cū eam falsis accusationibus vellet plebs imperita dānare, ait idem: Mundus ego sum à sanguine huius. Quo dicto, peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo voce circa Susannam Daniel vtitur, qua circa Dominum vsus est Pilatus. Ait enim Pilatus: Mundus ego sum à sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia absoluitur pudicitia, qua est absoluta iustitia. Sed Daniel melius quàm Pilatus. Ille enim pudicum sanguinē nec condemnat & liberat, hic autem iusti sanguinem cōfitetur & tradit. Quid enim profuit testimonijū perhibuisse innocētię, & velut reum addixisse nequitiæ, nisi quòd grauius peccatū est vnum eundémque & pronuntiare iustum, & tradere criminosis? Ipse enim iniquitatis suę testis est, qui ore absoluit, & corde condemnat. Lauerit licet manus Pilatus, tamen sua facta non diluit. Quamuis abstergere se putauerit iusti sanguinem de suis membris, eodem tamen sanguine mens eius tenetur infecta. Ipse enim occidit Christum, qui eum tradidit occidendum. Iudex enim

Matth. 6.

dex enim bonus & constans, ne sanguinem innocentis addiceret, nec inuidiæ cedere debuit, nec timere. Daniel ergo melius quàm Pilatus. Ille peccantis populi reuocauit errorem, hic autem furentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

Feria tertia post Dominicā Palmarum de reparatione generis humani.

SERMO XLV.

Fuit de tempore c x x. sed multùm discrepat à dictione D. Augustini. Quidam Eusebio inscribunt.

2. Cor. 5.

FREQVENTER audiuimus, fratres dilectissimi, beatum Paulum Apostolū dicentem, Deus erat in Christo, mūdum reconcilians sibi, id est, diuinitas operabatur in corpore. Apparebat in fragilitate humanitas, & in virtute maiestas. Ad hoc itaque nobiscū vixit in carne, vt præferret exempla iustitiæ. Ad hoc pro nobis mortē subiit, vt conferret munera salutis æternæ. Hominē ad hoc induit, vt erudiret: ad hoc tradidit, vt redimeret: ad hoc resumpsit, vt in Deum sumeret. Vitam ad hoc deposuit, vt donaret: mortē ad hoc suscepit, vt vinceret: cui tamen mortis præsumptum dominium redditur: & quasi seruus quidē succubuit, sed quasi Dominus imperauit. Siquidem nec animā inferni porta, nec corpus tenere potuit sepultura: quæ per illud triduum nequaquā carnem mortali corruptione violabat, quia in inferno sub eadē mora regnū mortis anima destruebat. Quid retribuemus Dño pro muneribus tantæ dignitatis? De plenitudine cœlesti pro nobis in facturā se suam factor exinaniuit, figulus in figmētum suum trāsiit, & rex cœli homini militauit. Militauit, dixi, Crux enim pugnantē indicat, re suffrectio triumphantē. Quis tantam posit narrare pietatē? A summo cœlo egressio eius, & vsque ad inferni profunda descensio. In vna eadémque persona quàm bene manifestātur humana pariter & diuina? Nam sedē tartari penetrauerus, hominē se confessus est dum descenderet, Deum se prodidit dum rediret. Vt redimeret impios, sicut ait sermo diuinus, vt redimeret iniquos, inter iniquos reputatus est, inter duos quos dextera leuāque legimus pependisse. Seipsum confusioni & opprobrio crucis tradidit, vt latronē glorificaret. Sed si bene respicimus, non illi soli hoc prestitum esse deprehendimus. Nam dum tantum reum benignè relaxat, dum tāto debitori refundit immanis debiti cautionē, humano generi cōscripsit securitatē: vt consolatio ac spes fieret totius populi, absolutio vnius desperati, & priuatū donum in publicū crescceret beneficium. Quare indubitanter credendum est, vt quod latroni illi ad commēdationem fidei suæ venerat, etiam causa spei nostræ, & vtilitatis accesserit. Immēsa enim Dei nostri bonitas libēter tribuit, quæ etiā generaliter profutura prenoscit. Et ideo iuxta fiduciā tantæ clemētiæ, si quis nostrūm crimina sua probabili conuersatione damnauerit, & Christum toto corde crediderit, etiā cum latrone in semetipso ingressum paradisi aperuisse se nouerit. Quātum autem sit in spe salutis humanæ magnitudo fidei, & altitudo diuitiarū misericordię Dei, & patientię magnitudo, osteditur cùm hominem in sceleribus inuolutum pœna misit ad innocentiā, & offensa perduxit ad gloriam. Qem saluti culpa perdiderat, perditio inuenit, cruciatus absoluit, damnatio cōsecrauit. Et non sine causa tantum meruit. Videamus quo tempore fidelis apparuit. Ecce inter signa atque virtutes attestantibus miraculis & acclamantibus, aliquotiens in discipulis mens iā robusta titubauit, & nūc Christi suppliciis quodammodo cōtradicentibus in latrone fides nouella cōfuluit. Sub ipso passionis tēpore ab ancilla interrogatus vnus ex discipulis beatus Petrus, peculiarius Christo cognitus, ita respōdit, Nō noui hominem istum. Et iste qui antè nō nouerat, exclamat: Memento mei Domine, cùm veneris in regnum tuum. Quàm singularis & quàm stupenda deuotio. Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus. Laudabilius hoc itaque in latrone ac magnificentius fuit, quòd hominē addictum & inter extrema deficiētem suppliciaDeum credidit, quàm si inter virtutum opera credidisset. Non itaque sine causa tantum meruit: Aduertamus plenius quo tēpore Dominum confitetur. Feruebat impietas persequentiū, exultabat impietas blasphemantiū, contritio, liuores & vulnera solum Christum hominem demōstrabāt. Sacratum manuum in ligno crucis extensio, & reuerēda confixio, quæ condemnabat Adæ & Euæ manus, ad interdictum ligni cibum ingemiscenda seculi trāsgressione porrectas. Hæc, inquam, cōfixio per omnia infirmitatem hominis asserebat. Illesę per latus lanceę tremenda percussio quantum ostendebat hominem, tantum abscōdebat Deum. Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic nō acquiescit scandalo crucis & mortis. Solus hic testis est maiestatis, qui socius prodi-

Psal. 18.

Esaiæ 53.

Luce 22. 23

Matth. 26.

Luca 23.

batur doloris. Et ideo adhuc in latrociniis positus, inuisibilem Deū angelicis iā oculis videt. Illuminarat credo nascentē fidē, lateri iam credentis in Christum propius corpore admota diuinitas, quę se largius sub mōmēto illo pro peragenda redēptione infuderat. Videamus autē qualis fuerit ipsa deprecatio confitētis: Memento, inquit, mei Domine, cùm veneris in regnum tuum. Non dixit: Si Deus es, de prēsenti supplicio eripe me: sed magis, Quia verè Deus es, de futuro iudicio libera me. Quā citò eum repleuit Spiritus sancti eruditio, per quam futuri examinis diem cogitans, & si intolerabile probat esse quod sentit, grauius tamē intelligit esse quòd metuit. Prædicat seculis iudicem regémque seculorum, nōdum vocatus, & iā electus: nondum famulus, & iam amicus: nondum discipulus, & iam magister, atque ex latrone cōfessor: quia & si pœna cœperat in latrone, nouo genere cōsummatur in martyre. Memēto, inquit, mei Domine. De ligno crucis clamat, sed iam tēpora retributionis cogitat. Videamus quid inter ista respōdeat dives & larga Dei bonitas: quę sicut excedit vota, ita gratiam adiungit ad merita. Hodie, inquit, tanquā si diceret: Quid me, inquit, ô fidelissime comes, & vnice tanti testis triūphi, quid me tantopere exorandum putas, vt die iudicij mei meminerim tui? Quid me ad prēsentem retributionem paratum, in tēpora tam lōga dissimulas? Quid in futura secula fidem in te perfectā fatigas? Hodie mecū eris in paradiso. Ergo tanquā hæreditaria & paterna sedes, quę expulso Adam, quæ expullis duobus clausa est, innumeris populis te introēunte reserabitur. Ingredere illuc primus: sed ingressu feliciore quàm primus. Intra paradisum, nequaquā vltra cum Adam visturus infernum. Nullum illic cibum lętalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Ego tibi illic ero victus & vita: & ne fortè verearis ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic me introducente firmabitur. Recedat ergo infidelitas, quæ Deū & hominem nō recognoscit. Nā sicut diabolus est qui de paradiso expulit, ita Deus est qui reducit. Hæc charissimi per omnem gestorum ordinem, Deum sub homine agnoscamus operantem. Positus in patibulo verus arbiter in medio dānatorum, negantem repulit, suscepit cōfitentem. Hunc deputat regno, illū relinquit inferno. Per hęc ergo credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce & misericordiam videmus exercere & iudiciū. Credamus, inquam, Deum: vel ex sola virtute patientię, qui dum ab homine crucis neci traditur, sic quoque homini gloriam pollicetur: qui illas ipsas iniurias & plagas in corpus suum, conuertit in pretium nostrū. Sed & ipsa totius mundi rationabilis creatura, moribus suis Deum loquitur. Nā in media passione Domini Saluatoris, cœlestia & terrena turbātur, lux cū nocte miscetur, elemēta quatiūtur, & ab antiquis ministeriis effugantur. Apertè terūm natura perspicitur cōmoueri, velut in vindictam auctoris sui velit armari. Terra ipsa cōcussa à fundamentis suis, quasi quę crucē Domini vix sustineat, tanquam ad scelus proprium cōtremiscit. Dies refugo lumine quomodo potest sumit lamentum, & fusco tristium tenebrarū habitu more lugentis induitur: & vt tota cœli facies Dominicę natiuitatis gloriā noua luce testatur, ita crucis iniuriam nouis tenebris detestatur. Et quæ duritia cordis humani? Væ eis quæ inter ista non credunt, quandoquidem creatura irrationabilis, quæ recipere non potest credulitatis effectum, dat tamen Deo confessionis obsequiū: & cùm pro solo homine Christus mortuus sit, perhibet ei tamen etiā pars illa mundi testimonium diuinitatis, ad quam non peruenerunt beneficia passionis. Quæ cùm ita sint, charissimi, agnoscat homio, quantū valeat, & quantum illum Deo obnoxiū faciat natura vel gratia. Agnoscat homo quantum ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quàm velit esse in cōuersatione pretiosum. Agnoscat homo quantum valeat, & quantū debeat: & dum pretium suum cogitat, vilis sibi esse desinat, & potius vicē muneris Saluatori ex ipso bono suo, id est, de cōseruata salute restituat. Custodiamus ergo solicitè quòd tanti sui cruoris commercio Christus redemit. Reus itaque erit non parui pretij, sed sanguinis Christi, qui violat & conimaculat animam Christi sanguine & passione mundatam, blasphemus, homicida, castitatis proditor. Hęc tria capitaliter occidūt. Cōtestamur charitati vestrę causas æternorum malorum. Blasphemus, homicida, proditor castitatis suæ, expugnator alienę, id est qui legitimi cubilis iura transgreditur, qui extra cōiugem suam per mortiferos errat amplexus, reuscrit ęternę mortis: qui vilē in se habuit sanguinē Redēptoris. Et quia clamat Apostolus: Neque rapaces neque adulteri regnū Dei possidebūt: abstineamus manus ab alienis,

i. Cor. 6.

oculos ab aliena femina caueamus:ne corpori illi quod de nostro Christus assumpsit,iniuriã faciamus in nostro corpore.Caueamus ita peccatis & criminib. vitã prodere, vt ad nos nõ respiciat prophetia illa terribilis:Nõ est,inquit,Deus in cõspectu eius, polluuntur viæ eius in omni tẽpore,auferũtur iudicia tua à facie eius. Irremediabile periculum est,sic aliquẽ vitiis& cupiditatibus frena laxare, vt se rationẽ Deo nõ meminerit redditurum. Puto quia magna sit iam peccati pœna,metũ ac memoriam futuri perdidisse iudicij.Nõ nobis ita dulcia sint pauperum spolia postmodum nimis amaricatura.Nihilominus,sicut dictum est,refugiamus carnis alienæ abominanda cõtagia, vitemus obscœna inimicę voluptatis incẽdia.Hęc qui agit,charissimi,de stipula ac lignis iniquitatum perpetuos sibi succẽdit ignes,& nunquam extinguendos cõcinnat vapores. Non tanti est vita,si ad hoc viuat homo,vt,in paucis huius vitæ annis,cõsummandę sub breui fine,congreget sibi pœnas ęternas,& sine fine mansuras. Sed ne fortè,charissimi,aliquem nimis securum faciat aut remissum tam noua felicitas credulitatis,ne fortè dicat aliquis in corde suo: Nõ me vsqueadeò cõturbet & cruciet rea cõscientia, non me vsque adeò cõtristet culpabilis vita,video sub momẽto, video sub exiguo spatio latroni crimina sua donata,& mihi resoluta mente concipiuntur.Primum cõsiderandum in latrone illo,non solùm credulitatis compendiũ,sed deuotio,sed tẽporis illius,sub quo hæc agebantur,occasio,quo iustorũ legitur ritubasse perfectio. Deinde antè mihi fidem latronis ostende,& tunc tibi latronis beatitudinẽ pollicere. Immittit diabolus securitatem,vt inferat perditionẽ:neque dinumerari possint,quãtos hæc inanis spei vmbra deceperit. Deterreant,quæso,nos ab hac persuasione innumerabiles populi sub tali securitate nudi & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce prętrepti. Quotidie expauescendo transitus nostri & cõmigrationis incerta,quæ & modò vel insperata vel subdita sunt,& in ęternum remediis caritura sunt:prẽueniendus est dies,qui prẽuenire consuesit. Ipse se seducit, & de morte sua ludit qui hoc cogitat,potest mihi extremi tẽporis indulgentia subuenire.Nõ est hoc. Primum, quia periculosissima est in vltimũ diem promissa securitas: deinde, stultissimũ est,vt causa quæ de necessitatibus agitur ęternis,inutilitatibus vitę deficientis cõmittatur extremis.Odibile est apud Deũ quando homo sub fiducia pœnitentiæ in senectutem reseruatæ liberius peccat.Credite,charissimi,difficile est vt callida dissimulatio ordinandę cõsummationis obtinere digna sit facultatẽ:apud illum cordis interpretem,ars nõ admitteretur ad salutem.Ille autẽm,de quo locuti sumus,beatus latro,beatus,inquam, non iam iuxta viam insidias tendens,sed viam ipsam in Christo tenens,ac vitę prędã subitò rapiens,immutato genere & noua spolia de morte propria reportãs,ille nec salutis tempora sciens distulit, nec remedia status sui in momẽta vltima infelici fraude posuit , nec redẽptionis suæ spem in desperationis nouissimum reseruauit, nec religionem antè,nec Christum sciuit.Quòd si scisset fuisset forsitã inter Apostolos non postremus in numero,qui prior factus est in regno. Ergo etiã ex hoc in extremo placuit Deo,quia ad cõsequendã fidem non fuit extrema hora illa,sed prima.Opus est ergo,vt sibi homo quotidiano actu prouideat, & procuret cõsummationem:opus est,vt tota vita nostra talis sit in conuersatione,vt liberi mereamur esse in fine. Incessabiliter diem transitus nostri & tẽpus iudicij cogitantes, nos quoque cum latrone iugiter proclamemus, Memento mei Domine,cùm veneris in regnum tuum.

In eadem feria, de passione Domini.

SERMO XLVI.

Fuit de tempore 121.

Matth. 26. OMNES, inquit Dominus Iesus,scandalũ patiemini in hac nocte. Discipuli terrẽtur tali auditu, & Iudã nõ terret tanti sceleris cogitatus.Cõsulite Apostoli Dominũ, interrogate discipuli magistrũ. Qui mecum,inquit,mittit manũ in paropside,ipse traditurus est me.O induratam frontem, talia de se audire, & adhuc delectatur accumbere.Videt publicari suam cõscientiam, & adhuc manum porrigit ad buccellam.Nũquid ego sum, Rabbi?O Iuda cui dicis, Nũquid ego sum, Rabbi?iam dic, Ego sum.Nõ est obliuio nescientis,sed pictas miserantis.Tu Iuda quem possedit cupiditas,omnia in te nouit diuinitas: sed vę tibi in quo semel periit humanitas.Omnes,inquit,scandalũ patiemini in hac nocte. Et Petrus:Et si omnes scandalizati fuerint in te,ego tamẽ nõ scandalizabor.Cœperunt altercari medicus & ægrotus.Ille sine ægritudinę se esse putabat,ille futuram accessionẽ videbat. Cui Dominus ait: Paululũ sequestremur, donec rei exitum cõprobemus.Et Iudas: Quem osculatus fuero,ipse est,tenete eum.O signum sacrilegum,ò placitum fugiendũ,vbi ab osculo incipitur bellum,& per pacis indiciũ pacis rumpitur sacramentũ.Venerunt ad ortum qui iam antea perdiderãt paradisum quętentes Dũm Iesum Christũ.Egrediuntur quærentes, qui antè prænenerant venientes.Stat Iesus,& dicit,Iesum quęrimus. Aspicit eos ipse Saluator, quos præcedebat Iudas tenebrosus ducator, Ducatum præbebat,& magistrum non videbat,non quia Iesus mutabilis erat.Erat quod erat.Lucẽ in tenebris quærebant,sed lucem tenebræ non comprehenderunt.Sed audiamus vocẽ lucis,qui dicit tenebris venientibus cum laternis, Quẽ quæritis? Ioan. 18. Illi dixerũt, Iesum.Respondit Iesus, Ego sum.Audita voce abierunt prostrati in faciem cæcitatis. Sed quia lucet lux in tenebris,excitat elisos à mortuis.Iterum dicit eis: Quẽ quæritis?Iesum,inquiũt.Et ait illis,Ego sum. O insensati Iudæi,interrogastis,& cecidistis:leuati estis,& ingrati estis. Qua voscõcutiemini cõminatione vel terrore, qui ad solam cecidistis simplicem vocem?Dic Israël, Venisti tenere me quia ego defendi te à persequentibus te?Vtinam teneres me,& non perderes te.In aquis parietes construxi,faculam columnę micantis erexi,Ægyptios cęcitate percussi, tota nocte pro te pugnaui. Factũ est mane,& trãsisti incolumis mare.Malè me quæritis,ideo cecidistis.Ecce qualiter cadunt,qui malè Dominum quęrunt.Tenetur interea Dominus ad sacerdotum principem perducẽdus:& cũ discipuli laberẽtur, Petrus promissor egregius cœpit ambulare lõginquius,peruenit ad principis domum,& quia Petrum frigus vrgebat,calefaciẽdus solicitus assistebat. Ecce ille qui nihil infirmitatis se putabat habere,paulatim cœpit adverba medici peruenire. Negat territus Christum, qui se promiserat animã pro eo posituru. Prostrauit eũ anicula decrepita,quasi grauis febricula. Pressit eum lethargicus somnus,& cepit eũ præco impiger matutinus. Audit gallum cantãtem,& vidit se discipulus Dominũ offendisse.Sub ancilla cœpit pondere vergi atque demergi.Non erat qui adiuuaret,nisi de interioribus prętorij Petrum Dominus respexisset.Cùm nox media declinatum subitò teneret incursum,gallus cãtauit,& nocte naufragus respirauit. Contum inuenit fidei liberalẽ,quousque impelleret nauem,vt in medio scopulorum portum quæreret lachrymarũ.Vidit nauim cordis sui sine mercibus nudũ:flere cœpit amarè,quia Dominum suum cœpit amare. Iesus pelago nauigarẽ terrebat, Petrus de gubernatore securitatẽ sperabat.Domine,inquit Petrus,vbi me dimisisti?Lumen tuum video,te adhuc non video. Lauisti pedes meos,tersisti linteo tuo,lumine tuo aperi oculos meos. Quando possum videre te,nisi respexeris me?Ita permãsit in amaritudine lachrymarum,quousque Dominus de portis erumperet inferorũ. Petrus lachrymas fudit cõfessionis,& Iudas osculũ porrigit fallitatis. Orate,inquit discipulis,ne intretis in tentationem. Inquieta nox in fugam cõpulit piscatores. Pastor tenetur,& Petrus turbatur.Ipse pastor tristis erat,anima eius turbatur,diuinitas inconcussa lætatur. Orat semel,orat & iterum, tertióque precatur. Tanquã aquila tegebat nidũ suum velamento pennarum,& solicitus cũm orat ad pullos reuertebatur,propter quos tristitiã patiebatur. Obtulerunt Iudæi triginta argenteos. Ille tali pretio debet cõparari,cui nõ potest aliquid ęstimari.Bene synagoga triginta stateres argẽti pensasti, dum Dei filiũ suspendisti. Abiit ergo Iudas,& laqueo se suspẽdit.Vide Iudas tententiam diuinæ maiestatis,quę te puniri noluit manibus alienis.Pendes in laqueo,& argentũ iacet in templo. Nullus gratulatur de tali cõmercio,quia sacrilegum pronunciat pretium. Non licet mitti in corbonã,quoniam pretiũ sanguinis est.Ecce Iudęorum improbitas condẽnat admissum, & non cõdemnat sacrilegium.Si tollere non licet pretium,cur implere festinas homicidium?Aut pretium innocẽtis sanguinis in corbonam non licebat mittere,ipsum innocentẽ licebat occidere?Emerunt,inquit,agrũ in sepulturam peregrinorum.Inuenit tandem mens cæca remedium.Ad requiem peregrinorũ, Saluatoris deputãt pretium.Licet non agnoscant,impletur tamen mysterij sacramentum. Interrogauit Pilatus Iesum,Tu es rex Iudęorum?Et Iesus,Tu dixisti.Qui ait vulgo,Quem vultis dimittam vobis, Barrabã,an Iesum?Vulgus clamat, Crucifigatur.O inordinata nequitia iudicantis.Pronuntiat innocentẽ,& eligẽdi tribuit facultatem.Multa enim sum passa pro iusto isto hac nocte,eius mulier mandat.In natiuitate mundi,vxor ducit virũ ad mortem:in passione Christi,vxor prouocat ad salutem. Illic serpentis subtilitas præcipitat , hìc terror angelicus reuocat:vt inde inciperet venia, vnde videntur prorupisse peccata.

Aqua

Aqua manus lauat, dicens : Innocens sum à sanguine huius iusti.Illuminaiurper aquę mysterium iudicis sensus,& Christum pronuntiat iustum, vt populum faceret reum. Magnũ tibi delicti vendicas principatum.Ecce iudex Saluatoris se amore excusat,& traditor se cum Iudæis propriauoce condemnat.Omnia sunt elementa permota,cœlum nõ est quietum, cùm caput Dominicum colaphis verberatur.Non curia cœlestis cœlo cõtenta permansit,quia in commotione fuerunt. Cœli luminaria conturbantur, & de stationibus suis stellę sulphureæ cadunt in lapsum. Ligni cuspide rumpitur Golgatha, resonant mallei securésque cędentes,scinduntur montis sacrati petrę:ille solus Petrus qui fuerat super petram tanquam in mollẽ tenuémque arenam soluebatur ex petra. Latro veniam petiit , deitate largiente percepit.Ille sui meminisse rogauit, Saluator in paradiso secum venisse promisit.

Feria 4.post Dominicam Palmarum, de expositione Symboli.

SERMO XLVII.

Fuit de tempore 115.Est autem prope idem cum Damasi papæ Symbolo,tomo 4.Hieronymi.

REDIMVS in vnum Deum,patrem omnipotentem,& in vnigenitum filium eius Iesum Christum, Deum & Dũm saluatorem , & Spiritum sanctum Deũ.Non tres deos,sed patrẽ & filiũ & Spiritũ sanctum vnũ Deũ colimus & cõfitemur. Nõ sic vnum Deũ quasi solitariũ : nec eũ denique qui ipse sibi pater sit , ipse & filius:sed patrẽ verũ,qui genuit filiũ verum, id est, Deum de Deo,lumen de lumine.Deum verum de Deo vero, omnipotẽsem de omnipotente,vitam ex vita, perfectũ ex perfecto , totũ à toto:plenũ à pleno:non creatum,sed genitum:non ex nihilo, sed ex patre,vnius substãtiæ cum patre,quod Grecè dicitur homousion.Spiritum verò sanctum Deum nõ ingenitum , neque genitũ,nõ creatum neque factũm:sed de patre procedentem & filio,patris & filij.Spiritum,semper in patre & filio coæternum & coæqualem & cooperatorẽ confitemur & veneramur.Ideóque in nomine patris & filij & Spiritus sancti vnum cõfitemur Deum:quia Deus nomen est potestatis,non proprietatis. Proprium nomẽ est patri pater,& proprium nomen est filio filius, & proprium est Spiritui sancto Spiritus sanctus. Hanc Trinitatẽ vnũ Deũ credimus:Et vnum esse Deum patrem,& ex vno patre filium,qui est vnius cum patre naturę vniusque substantiæ , & vnius potestatis.Pater filium genuit,non voluntate,non necessitate,sed natura.Filius vltimo tempore,per quem omnia facta sunt;quæ in cœlis,& quę in terra,visibilia & inuisibilia,ad nos saluandos, & ad implendas Scripturas venit à patre, qui nunquam desiit esse cum patre:quẽ credimus conceptum de Spiritu sancto,& natum de virgine Maria,verbum carnem factum, non demutatũ,sed Deum permanentem, hominem natum nõ putatiuẽ,sed verẽmon aẽreum,sed corporeum : non phantasticum,sed carnem,ossa,sanguinẽ,sensum, & animam habentem: hoc est,perfectum hominem,verum hominem , & verum Deũ intelligimus;vt verum Deum verum hominẽ fuisse nullo modò ambigamus.Nõ enim amisit quod erat, sed cœpit esse quod non erat,vt perfectus sit in suis,& verus sit in nostris. Nam qui Deus erat,homo factus est:& qui homo natus est, operatur vt Deus:&qui operatur vt Deus,vt homo moritur: & qui vt homo moritur,surgit vt Deus:qui deuicto mortis imperio , cũ ea carne qua natus & passus mortuus fuerat surrexit. Ascendit ad patrem , sedétque ad dexterã eius in gloria, quã semper habuit habétque.In eius morte & sanguine credimus nos emũdatos, & ab eo resuscitandos die nouissima in hac carne in qua nunc viuimus,& quã habemus , cõsecuturos nos aut vitam ęternam pro prẽmio boni meriti,aut pœnas pro peccatis ęterni supplicij.Hæc retinete,huic fidei animas vestras subiugate,à Christo Domino præmia consecuturi regni cœlorum, Amen.

Feria 5.in cœna Domini,de Iuda Iscariotb.

SERMO XLVIII.

Fuit de tempore 118.sed in ms.& impressis est D.Maximi.

RETINET sanctitas vestra, fratres , nos vobis hoc proxima Dominica prædicasse, quod Iudas Iscarioth propria sentẽtia cõdẽnatus,ad Pharisęos Dominici sanguinis mercedẽ reportarit, & actus pœnitẽtia refuderit vẽditionis pretiũ,sed cõsciẽtiæ suæ nõ resoluerit scelus.Denique post redditũ pretiũ,laqueo se suspẽdit,vt qui se mulctauerat pecunia,mulctaret & vita. Intelligẽs enim quãtũ scelus admiserit , nõ sufficit ei sacrilegij carere mercede,nisi careret & salute.Dignum enim se morte iudicat, quòd Christũ vitã omniũ tradidisset.Seuerissimus igitur Iudas sui iudex,vel in vlciscendo cõfitẽtur quẽ negauerat in tradẽdo. Restituit ergo pecuniã Pharisæis: sed nec Pharisæi eam libẽter accipiũt. Dicũt enim,illicitum sibi esse in suis eam habere thẽsauris.Vide igitur quãta vis Dominicę sit pecunię,quã inde Iudas reiicit,hinc Pharisæi in loculos nõ recludũt.Iusti enim sanguinis pretiũ pertimescit iniquitas possidere: consiliũ tamẽ inẽũt Pharisæi,vt ex eo ager figuli cõparetur,in quo peregrinorũ corpora collocentur.Quod quidẽ prouidentia Dei factũ puto, vt pretiũ Saluatoris non peccatorib.sumptum præbeat,sed peregrinis requiẽ subministret:nõ sacrilegis sit ad luxum, sed defunctis sit ad sepulchrũ:vt iam exinde Christus & viuos sanguinis passione tedimat,& mortuos pretiosa possessione suscipiat. Pretio ergo Dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in Scripttuis,quod totius genęris humani salus redẽpta sit sanguine Saluatoris,sicut ait Apostolus Petrus: Hoc sciẽtes, 1.Petri 1. quia nõ corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Iesu Christi.Igitur si pretiũ vitæ nostræ sanguis est Domini,vide ergo quia illo nõtã redẽpta sit agri terrena fragilitas,quã totius mũdi incolumitas sempiterna. Ait nãque Euãgelista:Nõ enim venit Christus, vt iudicet mundum,sed vt saluetur mũdus per ipsum. Vide,inquã,ne pecunia illa nõ tã cõparati sit agri parua portio,quã totius mundi copiosa possessio,sicut ait Dauid Propheta,Postula Psal. 2. à me,& dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã , & possessionẽ tuã terminos terrę.Ager ergo iste mundus hic totus est,in quo nos dispersi & disseminati Domino fructũ boni operis germinamus. Sed si fortasse perquiras à me, si ager mundus est, quis nã sic figulus qui mundi possit habere dominatum?Nisi fallor, ipse est figulus,qui vascula corporis nostri fecit ex limo , de quo dicit Scriptura,Et fecit Deus hominẽ de limo terræ. Ipse est figulus, Gen. 2. qui carnium nostratum cœnosum lutum vapore sui Spiritus animauit , & materiã fluidam atque terrenã igneo calore decoxit : ipse, inquam, est figulus, qui nos per manus suas formauit ad vitam,per Christum suum reformauit ad gloriã,sicut ait Apostolus,Ad eandẽ imaginem reformamur de gloria ad gloriã: 2.Cor. 3. scilicet,vt qui à priore factura propriis vitiis corruimus , in secunda natiuitate figuli huius materia reparemur : hoc est , qui per Adæ transgressionem in mortem cecidimus,per Saluatoris gratiam denuò resurgamus.Ipse planè est figulus, de quo dicit beatus Apostolus,Nũquid dicit figmẽtũ ei qui se finxit , Quare Rom. 9. me finxisti sic?Et iterum : Nunquid nõ haber potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem,aliud verò in cõtumeliã? Ex eodem enim luto corporis nostri Deus, tamen pro meritis singulorum,alios custodit ad regnum,alios reseruat ad pœnã.Iustẽ vtique figuli ager Christi sanguine emptus est:peregrinis,inquã,qui erant sine domo & patria , & his qui toto orbe exules iactabãtur, requies Christi sanguine prouiderur:& quib. non est in mundo possessio , his in Christo fit sepultura.Istos autem peregrinos quos esse dicimus, nisi denotissimos Christianos, qui renuntiantes sęculo, & nihil possidẽtes in mundo,in Christi sanguine requiescũt?Christianus enim qui mundũ non possidet,hic totum possidet Saluatorem. Ideo autẽ peregrinis Christi sepultura promittitur,vt qui sea carnalibus vitiis tanquam peregrinum & alienum custodierit , is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud,nisi requies Christiani?Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus,& tanquam hospites in hac luce versamur , sicut ait Apostolus dicens: Etenim dum sumus in corpore,peregrinamur 2.Cor. 5. à Domino.Peregrini,inquam, sumus , & nobis Saluatorisempta est sepultura.Consepulti enim sumus , sicut ait Apostolus, cum illo per baptismum in mortem. Baptismus igitur Christi Rom. 6. nobis est sepultura,in quo peccatis morimur,criminibus sepelimur,& veteris hominis cõsciẽtia resoluta in alterã natiuitatẽ rediuiua infãtia reparamur.Baptismus,inquã,Saluatoris nobis est sepultura : quia ibi perdidimus quod antè viximus , & ibi denuò accipimus vt viuamus.Magna igitur sepulturę huius est gratia,in qua nobis & vtilis mors infertur,& vtilior condonatur. Magna, inquam,sepulturæ huius gratia , quæ & purificat peccatorem,& viuificat morientem.

Feria 6.in Parasceue,de cruce & latrone.

SERMO XLIX.

Fuit de tẽpore 130.sed in ms.libris & excusis asseribitur Ioanni Chrysost.

ODIERNA die Dominus noster, fratres, pependit in cruce,& nos epulamur, vt discatis quoniam crux Christi feriæ sunt & nundinæ spiritales. Antea nanque crux nomen cõdemnationis erat, nũc verò facta

est res

eſt res honoris: prius in dãnatione maledicti ſtabat, nũc in occaſione ſalutis erecta eſt. Hęc enim crux innumerabilũ nobis bonorũ extitit cauſa: hęc nos de errorib, liberauit, hęc nos ſedẽtes in tenebris illuminauit, hęc nos ex diabolo expugnatore recõciliauit Deo, & ex alienatis reſtituit in domeſticos, de lõginquis proximos fecit, de peregrinis reddidit ciues. Hęc eſt enim inimicitiarum interẽptio, pacis firmamẽtum, & omnium nobis bonorũ theſaurus: propter hanc iam nõ erramus in ſolitudinibus: viã enim veritatis agnouimus, nec iam extra regnũ ſumus: ianuã enim regis intrauimus, iã ignitas diaboli ſagittas nõ timemus: fontẽ enim vitæ quo extinguerẽtur inuenimus. Propter hanc iam in viduitate nõ ſumus, ſpõſum enim recepimus.

Ioan. 10. Nõ expauęſcimus lupũ, quia bonum paſtorẽ inuenimus. Ego enim ſum, ait, paſtor bonus. Propter hanc nõ formidamus tyrãnum, regi enim adhæremus: propter hãc diẽ feſtum agimus, crucis memoriã celebrãtes. Ita & magiſter gẽtium docet, propter crucem annua feſta cõſtitui. Epulemur, inquit, non in fermẽto veteri, neque in fermẽto malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Deinde cauſam agendę ſolẽnitatis adiiciens, ait: Quoniã Paſcha noſtrũ pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Vbi autẽ ſacrificiũ, vbi & interẽptio peccatorum, ibi recõciliatio Dei fiet. Vox lętitię & ſalutis in tabernaculis iuſtorũm. Sed & omnis terra lętetur, Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Et vbi immolatus eſt: Dicito, In altitudine crucis. Nouũ eſt altare ſacrificij huius, quoniã & immolatio noua & admirabilis. Ipſe enĩ & hoſtia erat & ſacerdos. Hoſtia quidẽ ſecundũ carnem, ſacerdos verò ſecundũ Spiritum. Idem ipſe & offerebat quidẽ ſe ſecũdum Spiritum, offerebatur verò ſecundũ carnẽ. Audi igitur nunc quomodo vtraque hęc manifeſtauerit Paulus: Omnis, inquit, ſacerdos, qui ex hominib. accipitur, pro hominib. cõſtituitur. Vnde neceſſariũ eſt, vt & ipſe habeat quod offerat. Ecce ipſe offerebat ſeipſum. Alibi dictum eſt: Quoniã Dñs ſemel oblatus eſt pro oblatione ſui, deinceps vt multorum auferat peccata. Secunda verò ſine peccato videbitur his, qui expectant eum in ſalutẽ. Ecce iſtic oblatus eſt, ibi ſeipſum obtulit. Vidiſti quomodo ſimul & hoſtia & ſacerdos factus eſt, & altare erat crux. Et cuius rei cauſa nõ in tẽplo offertur hæc oſtia, ſed extra ciuitatẽ & extra muros, vt illud impleretur quod ſcriptũ eſt, Quoniã inter iniquos deputatus eſt. Cuius igitur rei cauſa in altitudine crucis immolatur, & nõ ſub tegmine ædificij? Ob hoc ſcilicet, vt aẽris naturã mũdaret, propterea nõ in altari, nec tecto ſuperpoſito, ſed ſub cœlo. Aẽr enĩ purgabatur, cùm in altitudine immolaretur ouis: terra etiã purgabatur, quia ſtillabat ſanguis Dñi ſuper eam. Ideo non ſub tegmine, neque in templo Iudæorum, vt nõ ſubtraherent ſacrificium ſalutare Iudæi. Neque exiſtimes pro illa tãtũmodo gente hanc hoſtiã offerri. Propterea enim extra ciuitatẽ & extra muros, vt intelligas quoniam cõmunis eſt hoſtia pro genere humano oblata: & ideo cõmunis eſt purificatio, nõ ex aliqua parte, quemadmodum fuerat in Iudæis. Nã Iudęis ideo pręcepit Deus relinquere vniuerſam terrã, & in vno loco offerre ſacrificia & vota reddere, quoniã immunda erat tunc vniuerſa terra fumo ararũ & nidore buſtorum, cętorumque coinquinatorũ, eorũ quæ de prophanis gentilium ſacrilegiis inferebãtur ſuper eam. Nobis verò iam quoniã Chriſtus adueniẽs vniuerſam terrã expiauit, omnis locus oratorium factũ eſt. Et idcirco beatus Paulus hortatur & pręcipit, ſine intermiſſione orare vbique dicẽs: Volo orare viros in omni loco, leuãtes manus ſanctas. Vides quomodo mũdatus eſt orbis terrarum. Et ideo vbique ſanctas manus leuare poſſumus, quoniã vniuerſa terra ſanctificata eſt, vt ſanctior ſit quam illa quæ in interiorib. tẽpli veteris erãt ſancta ſanctorũ. Ibi nãque irrationabile animal ouis offerebatur, hic autem ſpiritalis oblata eſt. Et quãto maior eſt oblatio, tãto & eminẽtior ſanctificatio: idcirco feſtiuitas epulationis eſt crux Chriſti. Vis diſcere & aliud crucis beneficium? Paradiſũ ante quinque millia vel amplius ferè annos clauſum, hodie nobis aperuit. In hac enim die & in hac hora latronẽ introducens Chriſtus, duplex beneficiũ operatus eſt: vnum quidem quia paradiſum aperuit, aliud verò quia latronẽ introduxit. Hodie reddidit nobis patriã principalẽ, hodie reduxit nos in ciuitatem paternã, & ęternam domũ redonauit cõmuni hominũ naturę. Hodie mecũ eris in paradiſo. Quid dicis? Crucifixus es, & clauis cõfixus, & paradiſum promittis? Ita, inquit, vt in ipſa cruce virtutẽ meã agnoſcas, quoniã res hæc triſtitiæ videbat, vt nõ in crucis lignũ attẽdas, ſed virtutẽ eius quicrucifixus eſt, diſcas. In cruce hoc miraculum operatus eſt, vnde maximè potentiã ſuã declarat omnipotẽs, nõ mortuũ reſuſcitãs, nõ ma-

Heb. 5. Heb. 9. Eſaiæ 53. Lucæ 22. 1.Tim. 2. Lucæ 23.

A ri & ventis imperãs, non dæmones eiiciens, ſed crucifixus & conſputatus in facie, clauiſque confixus, cum iniurias & maledicta ſuſciperet, deriſus atque contemptus malignam illam atque longo ſcelerum vſu obduratam latronis mentem immutare præualuit, vt ex vtroque virtutem eius inſpicias. In eodem enim tempore paſſionis crucifixus vniuerſam creaturam turbauit, & ſaxa dirupit: duriorem verò lapidibus animã attraxit pariter & honorauit, dicens, Hodie mecum eris in paradiſo. Et certè Cherubim cuſtodiuit paradiſum: ſed hic etiã Cherubim Dñs eſt. Flãmea rhõphæa obuoluitur: ſed ipſe & flammę, & gehennę, vt vitę, & mortis poteſtatem habet. Et quidẽ nemo regum aliquando paſſus eſt latronem hominem, aut quempiam alium eiuſdem naturę cõſcrum ſecum aſſumens ita in ciuitatem introducere: ſed Chriſtus hoc fecit, qui mortis & diaboli victor, & ſacratiſſimã ingrediẽs patriã ſecũ latronẽ introducit, nõ cõculcans paradiſum iſtius pietatis opere, ſed honorãs, neque cõfundẽs latronis introitu, ſed illuſtrãs. Honor nãque paradiſi eſt, talem Dñm habere, qui etiã latronẽ dignũ facere poſ-

B ſet paradiſi delitiarũ. Etenim cùm publicanos & meretrices introduceret in regnũ cœlorũ nõ confudit, ſed extulit regnũ cœlorũ: neq; deiecit, ſed potius honorauit paradiſũ. Honor enim, vt dixi, eſt paradiſi, talẽ habere Dñm, qui & latronẽ dignũ facere poſſit delitiis & poſſeſtione paradiſi. Talis eſt enim Dñi regnum cœlorum, vt & meretrices & publicanos ita probabiles reddat, vt digni appareant gratia & gloria quę illic eſt. Quẽadmodum enim medicum tunc maximè admiramur, cùm viderimus eum difficiles hominum valetudines curantẽ, moriſq; pericula medendi arte vincẽtem: ita & Chriſtum admirari iuſtum eſt, quando inſanabilia vulnera in corporibus & mentibus curat, quando publicanum & meretricem ad tantam ſanitatem perducit, vt etiam cœlo dignos oſtendat. Et quid tali dignum quiete egerat latro, vt poſt crucem quam meruerat, repentè paradiſo dignus iudicaretur? Vis breuiter dicam virtutẽ fidei eius? Quando Petrus negauit deorſum, tunc ille confeſſus eſt ſurſum. Et hęc non vt accuſans beatiſsimum Petrum locutus ſum, quod abſit, ſed latronis magnanimitatem oſtendere

C volens. Nam ille diſcipulus minas abiectæ puellę nõ ſuſtinuit, latro verò multitudinem totius populi videns circumſtãtem & clamãtem, inſanas blaſphemias & opprobria atque maledicta iaculãtem, non attendit illis, non cogitauit viſibilem abiectionem eius qui crucifigebatur: ſed oculis fidei hęc cuncta tranſcurrens, & vt abiecta & leuia veritatis impedimenta prętericẽs & relinquens, cognouit Dñm cœli, & ait dicens: Memẽto mei Dñe, in regno tuo. Ne ergo breui commemoratione dimittamus latronem iſtum, neque confundamur doctorem accipere, quem Dñs noſter non erubuit primum in paradiſum introducere, ne inquam, erubeſcamus magiſtrum habere hominẽ qui ante omnem generis humani naturam meruit dignus haberi regno cœlorum: ſed ſingula intentius diſquiramus, vt virtutem crucis agnoſcamus. Non dixit ad eum Dominus quemadmodum ad Petrum: Veni poſt me, faciam te piſcatorẽ hominum. Nec dixit ad eum quemadmodum ad duodecim diſcipulos, Matth. 4. Quoniam ſedebitis ſuper duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Iſraël: ſed nec qualecunque verbum dignatus ei Matth. 19. dicere, nullum miraculum oſtẽdit, non mortuum reſuſcitatũ, nõ dæmonem expulſum, non mare obediens, non denique aliquid aut de regno cœlorum ei locutus, aut de gehenna cõminatus eſt: & prior omnium latro cõfeſſus eſt eum, & hoc alio exprobrante fecit. Improperat ei & ille alius latro. Audiſti latronem & latronem, ambos in cruce, ambos ex cõuerſatione latronum, ambos ex eadem malignitate venientes, ſed iam nõ ambo in eiſdem mentibus & meritis ſunt cõſtituti. Nam alius quidem regnum adipiſcebatur, alius verò in gehennam mittebatur. Ita & pridie in diſcipulis ſimile diſcrimen fuit. Nam & Iudas quidem diſcipulus fuit vt illi vndecim, ſed illi quidem dicebant Domino, Vbi vis paremus tibi Paſcha manducare? iſte verò ſe ad tradendum Dñm præparabat, & dicebat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? & illi quidẽ ad miniſterium diuinum ſe præparabant, hic autem ad tradẽdum feſtinabat. Ita & in hoc loco latro & latro, ſed vnus quidem improperabat, alius adorabat: aliusblaſphemabat, alius laudabat, & blaſphemantem corripiebat, dicens: Nec times Dñm tuum? Vidiſti fiduciam latronis, vidiſti liberam voluntatem in cruce. Audiſti philoſophiam in tribulatione, & reuerentiam diuini timoris in ſupplicio. Quoniam quidem in ſemetipſo erat, & clauis cõfixus, non ſaucium intellectũ neque confixum ſenſum habebat. Quis nõ admiretur & compungatur? Nõ ſolùm enim

enim quod in ipſo erat, ſed & ea quę circa ſeipſum erant relinquẽs, de altero curam gerebat in cruce, doctor effectus, & corripiens & dicens, Nec times Dominum tuum? Noli, inquit, attendere iudicio huic quod deorſum eſt, alius iudex inuiſibilis eſt. Ne ergo conſideres, quia deorſum à iudice mortali condemnatus eſt: non enim talia ſunt ſuperna iudicia. Hic autem in terreno iudicio & iuſti condemnantur, & iniuſti effugiunt, & rei dimittuntur, & innocentes puniuntur. Volentes namque & nolentes multum errant qui iudicant. Ignorantes enim iuſtitiam ſeducuntur: vel certè ſcientes per auaritiam corrumpuntur, vt ſanguinem innocentem vendant. In ſupernis verò nihil tale. Iudex enim iuſtus eſt, & iudicium eius tanquam lumen prodiit, non habens tenebras neque ignorantiam. Vt ergo non diceret, quoniam dãnatus deorſum in terris, & adiudicatus eſt pœnæ, perduxit eum ad iudicium ſupernum, commemorauit tribunal illud horribile, tantum non dicens ſibi: Reſpice te, & non portabis ſententiam damnationis ęternę, nec ſtabis in ſorte iudicum corruptorum, reſpiciens ad ſalutem futurum in ſupernis iudicium. Vidiſti philoſophiam latronis, vidiſti intellectum & doctrinã, ſubitò in ictu oculi de cruce in cœlum tranſiluit: ita iam ex abundantia receptæ iuſtitiæ proximum illum B vel ſocium quondam ſuum arguens, vt diceret ei: Non times, inquit, quoniam in ipſo iudicio ſumus, id eſt, eadem condẽnatione? Nõnne, inquit, & tu in ipſa cruce es? Quamobrẽ in quo ſocium increpas pœnæ, teipſum pro illo reum ſtatues? Quemadmodum enim is qui in peccatis eſt, ſi alios audeat accuſare, ſeipſum ante illos accuſat: ita & is qui in ærumna poſitus eſt, ſi aliis eam ſui oblitus exprobrat, ſibi ante illos dicit opprobriũ: quoniam, inquit, in ipſo iudicio ſumus. Quid agis, ô latro? ſatisfacere incipiens, ſocium tibi Dominum feciſti? Non, inquit: emendo hanc de me opinionem in ſubſequentibus. Nam ne ęſtimes quòd propter damnationis conſortiũ, criminis quoque conſortem fecerit Dominum, ſubtexit emendationem, dicens: Et nos quidem iuſtè: digna enim patimur his quæ cõmiſimus. Vidiſti confeſſionem perfectam, vidiſti quomodo in cruce ſe exuit à peccatis. Dic, inquit, tu iniquitates tuas prior, vt iuſtificeris. Nemo compulit, nemo vim fecit: ſed ipſe ſe diuulgauit, ipſe cõdemnauit, dicens: Et nos quidem iuſtè digna factis recipimus: hic autem nihil mali geſſit: Memento mei Domine, in regno tuo. Non eſt auſus antè dicere, Memẽto mei Deus, quàm C per confeſſionem iniquitatis prætęritę ſarcinam peccatorũ deponeret. Vides quanta res ſit cõfeſſio. Confeſſus eſt, & paradiſum aperuit: confeſſus eſt, & tantæ fiduciæ robur accepit, vt de latrocinio regnum depoſceret, conſiderans quantorum bonorum nobis cauſa ſit crux. Dicito mihi latro regnum petẽs, quid in eo tale vides ex quo petis? Dic mihi, nam quod in conſpicuo eſt, clauos & crucem cernis. Sed hęc, inquit, crux, ipſa regni inſigne eſt, & propter eam Ieſum regem appello, quia video crucifixum. Opus enim regis eſt, vitã ſuam pro his quibus regnat

Ioan. 10. opponere. Vnde & ait: Quia paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus. Igitur & rex bonus animam ſuam ponit pro his quorum princeps eſt. Quoniã igitur animam ſuã poſuit, ideo eum regem cognoſco, & Dominum appello. Memẽto mei, inquit, Domine in regno tuo. Cõſideraſti quomodo & regni inſigne ſit crux: quod ſi aliũde vis dicere, hoc ipſum non reliquit eum ſolum ſuper terram, ſed attraxit in cœlo. Vnde hoc ipſum ſcire potes, quia pariter cum ipſo veniet in ſecundo & glorioſo eius aduentu, vt diſcas quomodo vera & magnifica eſt crux. Vnde & glorioſam eam dixit, in ea gloriante Apoſtolo. Sed vi-

Matth. 24. deamus quomodo cum cruce veniet. Neceſſarium eſt enim & hoc ipſum oſtendere. Si dixerint, inquit, Ecce in promptuariis eſt Chriſtus, ecce in ſolitudine eſt, nolite credere: de ſecũda præſentia ſuæ glorię dicẽs propter pſeudochriſtos, & propter falſos prophetas, propter antichriſtum, ne aliquis errore præuentus in falſos incidat chriſtos, quoniam Chriſti Saluatoris aduẽtum præueniet antichriſtus. Ideo ſolicitè præcauendum eſt, ne quis paſtorem quærẽs, lupum inueniat. Ob hoc prædico tibi, vnde dignoſcas veri paſtoris aduentũ. Nam quia primus aduẽtus eius latenter factus eſt, ne æſtimes quoniam ſecundus aduẽtus eius talis erit, hoc dedit ſignum. Hæc enim fuit voluntas

Ibidem. eius, vt primus aduentus latẽter fieret, & quęreret quod perierat: ſecũdus verò aduentus nõ ita ſimpliciter ait, Quemadmodum, inquit, fulgor exiens ab Oriente apparet in Occidẽte, ita erit aduentus filij hominis. Subitò omnibus apparebit, nec erit indigens quiſqam interrogare, ſiue hic ſiue illic eſt Chriſtus. Quemadmodum enim cùm fulgur emicuerit, non egemus inquirere, ſi facta ſit coruſcatio: ita cùm reuelatio præſentiæ eius

A effulſerit, non indigebimus interrogare an venerit Chriſtus. Sed quod quæritur, ſi cum cruce veniet: nec enim promiſſæ expoſitionis oblitus ſum: audi igitur ſubſequẽtia: Tunc, inquit, quando vẽturus eſt, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum. Tanta enim erit eminentia ſplendoris in Chriſto, vt etiam clariſſima cœli luminaria præ fulgore luminis diuini abſcondantur. Tunc ſtellę cadent, quando apparuerit ſignum filij hominis in cœlo. Cõſideraſti quanta virtus ſit ſigni, hoc eſt, crucis: ſol obſcurabitur, luna non dabit lumen ſuum: crux verò fulgebit, & obſcurabit luminaria cœli, delapſiſque ſideribus ſola radiabit: vt diſcas, quoniam crux & luna lucidior & ſole erit præclarior, quorum ſplendorẽ diuini luminis illuſtrata fulgore ſuperabit. Quemadmodum enim ingredienti regi in ciuitatem, exercitus antecedit, præferens humeris ſigna atque vexilla regalia, & ambitu præparationis armiſonæ annuntiat regis introitum: ita Domino deſcendente è cœlis pręcedet exercitus angelorum, qui ſignum illud, id eſt, triumphale vexillum ſublimibus humeris pręferentes, diuinum regis cœleſtis ingreſſum terreſtrium mentibus nuntiabunt. Tunc, inquit, commouẽbuntur virtutes cœlorum. De angelis dicit: Tremor enim illos apprehẽdet, & timor magnus. Cuius igitur rei cauſa, dic mihi? Quia tunc tam terribile erit iudicium illud, vt etiam ab angelis timeatur. Omnis enim natura generis humani incipiet iudicari, & aſtare terribili iudici. Quamobrem ergo tunc angeli contremiſcent, & vnde tremor apprehendet eos? Non enim illi habent iudicari. Sed quemadmodum principe iudicante, nõ ſolùm rei, ſed & officia quæ nihil ſibi conſcia ſunt, timore & tremore cõprehenduntur propter iudicis terrorem: ita & tunc cùm genus humanum iudicabitur, etiam cœleſtes miniſtri pauebunt, & terribili apparatu de iudicis intuentis horrẽda formidine cõtremiſcent. Sed quare crux apparebit tunc, & quam ob cauſam in eius prælatu Dominus aduenietur, ratio perſpicua eſt, vt agnoſcant conſilium iniquitatis ſuę qui Dominum maieſtatis crucifixerunt. Per hoc enim ſignum, impudens Iudæorum redarguitur impietas: & quomodo propter hoc ipſum habens crucem veniet, audi ipſum in Euangelio proteſtantem: Quia tunc plangent omnes tribus terræ, videntes accuſatorem ſuum, id eſt, ipſam crucem, & in ipſo arguẽte cognoſcent peccatum ſuum ſerò, & fruſtrà fatebuntur impiam cęcitatẽ. Quid autem miraris, ſi crucem aſſerens veniet, vbi & ipſa vulnera oſtendet? Tunc videbunt, inquit, in quem compunxerunt. Quemadmodum enim in Thoma fecit, volens incredulitatem diſcipuli coarguere, errorẽmque corrigere pro multorũ fide, & ingerens oſtendit illi ſigna clauorum, & ipſa de clauis vulnera, & dixit: Mitte manum tuam, & vide: quoniam ſpiritus oſſa & carnem non habet, quemadmodum me videris habere: Ioan. 20. Lucæ 24. tunc oſtendet vulnera, & crucem manifeſtabit, quoniam ipſe eſt qui crucifixus eſt. Non ſolùm autem de cruce, ſed de verbis ipſis quæ in cruce habuit, immenſam pietatem eius poſſumus conſiderare. Nam cum adhuc in cruce confixus eſſet, dicebat: Pater, dimitte illis peccatum? non enim ſciunt quid faciunt. Lucæ 23. Et crucifixus pro illis qui crucifixerant orabat, & quidẽ illi ediuerſo dicebant: Si filius Dei es, deſcende de cruce. Sed propter hoc non deſcendit de cruce, quoniam filius Dei eſt. Propter hoc enim venit, vt crucifigeretur pro nobis. Deſcende, inquiunt, de cruce, & credimus in te. Hęc verba ſunt & occaſionis & incredulitatis. Nam plus fecit, quam ſi de cruce deſcendiſſet. Multò enim maius fuit lapide ad monumentum appoſito reſurgere, quàm de cruce deſcẽdere. Lazarum etiam quatriduanum iam funere fœtidum de ſepulchro reſuſcitaſſe maius fuit, quàm de cruce deſcendere. Et illi quidem dicebãt: Si filius Dei es, ſalua temetipſum. Hæc autem omnia faciebant, & improperabant ei pariter: Dimitte, inquit, illis peccatũ. Vtique dimiſit, ſi vellent pœnitere. Si enim nõ dimiſiſſet illis peccatũ, nõ vtique ſtatim poſt aſſumptionẽ eius tria millia & quinque millia credidiſſent. Quoniam inquit, multa millia Iudęorũ credi- Act. 2. & Act. 21. derunt. Audi quid dicunt Paulo Apoſtolo. Vides, inquiunt, frater, quot millia ſunt Iudęorum qui crediderunt? Imitatores ergo Domini eſſe debemus, & pro inimicis orare exẽplo ipſius, qui cum eſſet crucifixus, pro crucifigẽtibus ſe patrem poſtulabat, vt dimitteret illis peccatum. Et quomodo, inquis, poſſum Dñm imitari? Si volueritis, poteritis. Si enim impoſſibile erat imitari eũ, quomodo dicebat: Diſcite à me, quoniã mitis ſum, Matth. 11. & humilis corde. Nã ſi impoſſibile eſſet imitari eũ, nũquã Paulus diuiſſet: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Quòd ſi 1.Cor. 10. Dñm imitari non vis, imitare ſeruũ eius Stephanum, quem & Apoſtolum dico: nam ille Dñm imitatus eſt. Et quemadmodũ

Christus inter crucifigentes se relinquēs crucē, relinquens propriam persecutionem, pro crucifigentibus se deprecabatur patrē: ita & seruos eius inter lapidantes se, suscipiens iacula saxorum & dolores qui ex ipsis fiebāt, dicebat: Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Audisti quomodo secūdum Dominum locutus est seruus. Ille ait: Pater, dimitte illis peccatum: nesciunt enim quid faciūt. At iste dicit: Domine ne statuas illis hoc peccatū. Et vt discas quoniam cum omni solicitudine orauit: Positis, inquit, genibus orabat dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen.

Act. 7. Lucæ 23. Act. 7.

Sabbato in vigilia Paschæ, de Ioseph, qui corpus Domini petiit à Pilato.

SERMO I.

Vltra sermonis medium legitur Petrus videns resurrectionem, quam Dei filius prænuntiauerat impletā, qui solicitus venerat, securus abfeessit: cum Ioannes dicat, Nondum enim sciebant scripturam quia oportuit eum à mortuis resurgere. Fuit de tempore 152.

PERACTA Passione Domini nostri Iesu Christi, & resurrectione in qua fidei nostræ omnis summa consistit, emergit quidam Ioseph, olim quidē amator & discipulus Domini, & qui pro ratione B tēporis defuncto exequias occultas impendebat, quia & noti misericordiā furor persequētiū prohibebat. Quod factum ita Ioannes Euangelista narrauit: *Rogauit*, inquit, *Pilatū Ioseph occultè, propter metum Iudæorū, & petiuit corpus Iesu, & permisit Pilatus.* Cum in animo religioso metus cū deuotione certaret, excogitat statim quod & fidei satisfaceret & timori, occultè postulans, vt & humo mandaret occisum, & declinaret insaniā Iudæorū. Iudex verò eundē seruat animū mortuo, quem impēdit audito: nam quē coactus dederat pœnę, libens tradit sepulturæ. Postquam verò corpus Iesu humatū est, statim potētiam suam repetit, quā venerat reditura maiestas. Nam cuius natiuitas hominis ostēderat filium, mors prodidit Deum. Cùm enim Maria Magdalenæ venisset ad monumentū, quam memorem Saluatoris amissa fide deuotio in lachrymas cōpellebat, videns reuolutum à foribus lapidem, cùm nō inuenisset in sepulchro Dominum, cœpit acrius dolere, quòd perdiderit & defunctū. Mox autē ad Petrum eius discipulum peruolat, quē pro meriti qualitate vel fidei, maior de eius obitu cura tangebat, nuntiat inane sepulchrū, quæritur corpus ablatum. Petrus verò resurrectionis filij Dei & ante crucē conscius, quam prædixerat ipse passurus, sub tali nūtio non fleuit aut doluit: sed morem suū diuinis virtutibus seruans, properat experiri quod credidit. Ad sepulchrū itaque Domini celeri cursu festinat, lætior rediturus, si non inueniret quē quærebat. Beatus autem Euangelista & ex consequentibus probat potentiā resurgentis. Venit, inquit, Simon Petrus, & introiuit in monumentū: & cùm nō inuenisset Dominum, vidit linteamina posita, & sudariū quod fuerat super caput eius. Nam manifestius Deus perlaturus quem viuificauerat in cœlum, & mortem vacuat & sepulchrū. Nam linteamine quo funus tegebatur exposito, reliquit terræ exuuias, vitali iā corpore induta maiestas. Petrus igitur videns resurrectionē quam Dei filius prænuntiauerat impletā, qui solicitus venerat, secut* abfeessit. Maria tamē resurrectionis ignara nō cessat lachrymas fundere, nesciens hanc esse Dominici corporis gloriā, quam putabat iniuriā. Cuius inanes mœrores angelus magis prohibet quam cōsolatur, vt Euāgelista testatur: Maria, inquit, quid ploras? Si spiritali prudētia intentionē diuini sermonis intelligas, lachrymarū causam non tanquā ignarus interrogat, sed importunos fletus dolētis obiurgat. Maria, inquit, quid ploras, cùm vacuo monumēto non damno funeris, sed merito resurgentis, Iesu Christi corpus virtus sibi non facinus vēdicasset? Culpat eodem tēpore, à Maria lachrymas fundi, quo debuit gloriari. Quid ploras, aut quē quæris? Angelus instruit nescientem sano consilio, ne viuentē quæreret in sepulchro. Quæ mulier quia reuixisse quem flebat, nec correcta cognouit, à superfluis postmodū lachrymis reuocatur vocibus resurgentis similibus. Etenim Iesu Mariam verbis alloquitur: Mulier, inquit, quid ploras, aut quem quęris? Hoc est dicere, me iā viuente pro quo mortuo lachrymas fundis? aut, me præsente quem quæris? At illa Iesum secundò appellata cognoscens diuinæ maiestatis operante potētia viuū inuenit, quem quærebat occisum Iesum Christum Dominum nostrum, cui semper in patre gloria in secula seculorum, Amen.

Ioan. 19.

Ioan. 20.

In die sancto Paschæ, de eo quod scriptum est, Hæc dies quam fecit Dominus, &c.

A

SERMO II.

Est inter sermones Eusebio inscriptos apud August. Fuit 136.

NON queo, fratres charissimi, quod mente concipio, ore proferre: & cordis mei lætitiā lingua non explicat. Hoc autē non solū ego patior, qui cupio narrare quæ sentio, sed etiam vos mecum patimini, plus exultantes in conscientia, quā in eloquio proferentes. Videtur mihi hęc dies cęteris diebus esse lucidior; sol mūdo clarior illuxisse, astra quoque omnia vel elementa lętari: & quę patiente Domino proprium lumen retraxerant, & noluerunt creatorē suum aspicere crucifixū, ecce nunc victorem illum, & ab inferis resurgentē nouo claritatis suę venerantur obsequio. Credit cœlū, credit terra, & sagena quæ totum mundū piscata est, Iudæos tenere non potuit. *Hæc est dies quā fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Quomodo Maria virgo mater Domini inter omnes mulieres principatū tenet, ita & inter cęteros dies hęc omniū dierum mater est. Rem nouā dico, sed quæ Scripturarum vocibus comprobatur. Hęc dies vna de septem, & extra septem est. Hic dies qui appellatur octauus. Vnde & in quibusdam Psalmorū titulis superscribitur, pro octauā. Hic est in quo synagoga finitur, & Ecclesia nascitur. Hic est in cuius numero octo animæ seruatæ sunt in arca Noē. Et quid mihi necesse est infinita replicare? dies me deficiet, si voluero omne diei istius exponere sacramentū: hoc tantùm dico, quod vniuersa Sabbati gratia & antiqua illa festiuitas populi Iudæorum diei istius solemnitate mutata est. Illi in Sabbato non faciebāt opus seruile: nos in die Dominico, hoc est in die, resurrectionis opus seruile non facimus, quia peccatis & vitiis nō seruimus. Qui enim facit peccatū, seruus est peccati. Illi de domibus suis nō egrediebantur, & nos de domo Christi nō egredimur. Sumus enim in Ecclesia. Illi non accendebant ignē in die Sabbati, nos econtrario accēdamus in nobis ignem Spiritus sancti, & omne vitium excoquamus peccatorū. De quo igne Dominus ait: Ignē veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt ardeat? Desiderat Dominus istum ignem ardere in nobis, secundum Apostolum: Spiritum sanctū feruere, vt non refrigescat charitas Dei. Illi per diē Sabbati non ambulant in itinere: perdiderāt enim eū qui dixit, Ego sum via. Nos autem dicimus: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et iterū: Viam veritatis elegi, &, viā iustificationū tuarum doce me. Illi de spinis Dominum coronauerūt: nos autem si fuerimus lapides pretiosi, nostrum Dūm coronabimus. Caput imperatorū seculi istius ornāt diademata, nos ideo in capite nostri regis imponimur, vt ornemur à capite. Illi nō receperunt Christū, & suscepturi sunt antichristū: nos recepimus humilē filium Dei, vt habeamus postea triumphantem. Et ad extremū, noster hircus ante Dominum immolatur in altari, illorum hircus antichristus cōsputus & maledictus proiicitur in solitudinē. Noster latro cū Domino ingressus est paradisum, illorū latro homicida atque blasphemus moritur in suo peccato. Illis Barrabas latro dimittitur, nobis Christus occiditur. Pro quibus vniuersis, fratres charissimi, consona pariter voce cantemus: Hic est dies quē fecit Dominus, exultemus & lętemur in eo. Igneā illam rhomphæam & paradisi ianuū, quam nullus potuit effringere, hodie Christus cū latrone reserauit. Hodie dixit Christus ad angelos: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino. Quæ cum semel aperta est, nunquā credentibus clauditur. Ex eo tempore quo passus est Dominus vsque ad præsentē diem, hæc porta clausa est & referata: clausa est peccatorib. & incredulis, referata est iustis & credentib. Per hāc ingressus est Petrus, per hāc ingressus est Paulus: per hanc omnes S. martyres intrauerunt, per hanc quotidie de toto mundo iustorū animę ingrediūtur. Duę enim sunt portę, porta Paradisi, & porta Ecclesię. Per portā Ecclesię intramus in portā Paradisi. Ita ergo debemus viuere, ne eiiciamur de domo illa, & eiecti foras à bestiis deuoremur: quas in alio loco Propheta formidans cōmemorans ait, Ne tradas bestiis animam confitentē tibi. Ecce nunc Dominus stans in paradisi ianua loquitur ad nos, qui sumus in domo ipsius cōgregati, & dicit: Hæc est porta Domini: iusti intrabunt per eam.

B

C

D

Psal. 73.

Psal. 117.

Psal. 117.

In eodem festo, de descensu Christi ad inferos.

SERMO III.

Ex homilia euangeliorum Gregorij 22. & aliunde, congestus.

PASSIONEM vel resurrectionē Domini & Saluatoris nostri, fratres dilectissimi, licet omnia veteris Testamenti volumina multo antè prædixerint, tamen etiam per os Dauid prophetę Spiritus sanctus euidenter

Psal. 95. euidenter ostendit, dicens: Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit. Solus etenim ipse liberè egit, qui nobis hodie ostēdit quid egerit. Liberè enī egit, de quo multo antè fuerat prophetatū, quia factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Vultis tamen audire quid egerit? Audite quid fecerit. Nulla necessitate sed propria volūtate in ligno se suspēdi permisit, clauis corpus suū perforari nō renuit, animam ponendo mortem sustinuit, carnem in sepulchro posuit, & comitante secum anima ad inferna descendit. Per hanc electi, qui quamuis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amœna reducti sunt. Quod ante passionē dixit, in resurrectione sua Dūs impleuit: Si exaltatus fuero, inquit, à terra, omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullū reliquit. Omnia abstulit, vtiq; electa. Neque enim infideles quoque & pro suis criminibus æternis suppliciis deditos, ad veniam Dūs resurgendo reparauit: sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide & actib. recognouit. Vnde rectè etiam per Oseæ dicitur: Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne. Id nāque quod occidimus, agimus vt penitus nō sit. Ex eo autē quod mordemus, partem abstrahimus, partémque relinquimus. Quia ergo in electis suis fūditus occidit mortē, mors mortis extitit. Quia verò ex inferno partē abstulit, & partē reliquit, nō occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua ô mors. Ac si apertè dicat: Quia in electis meis te fūditus perimo. Ero morsus tuus inferne, quia sublatis meis te in parte trāfigo. † Tūc enim Dūs noster Iesus Christus illū tenebrarum & mortis principē colligauit, legiones illius perturbauit: portarū inferni vectes ferreos cōfregit, omnes iustos, qui originali peccato astricti tenebātur, absoluit, captiuos in libertatem pristinā reuocauit, peccatorum tenebris obcęcatos splendida luce perfudit. Ecce audistis, quod defensor noster vltionis Dūs liberè egisse describitur, postquā enim exaltatus, id est, à Iudæis in cruce suspensus est, vt hæc breuiter cuncta perstringam, mox vt spiritum reddidit, vnita suę diuinitati anima ad inferorū profunda descēdit. Cūmque tenebrarum terminū quasi quidam deprędator splēdidus ac terribilis attigisset, aspicientes eum impiæ ac tartaricæ legiones, territæ ac trementes inquirere cœperūt dicentes. Quis nā est iste terribilis, & niueo splendore coruscus? Nūquā noster talē excepit tartarus, nunquā in nostrā cauernā talem euomuit mūdus. Inuasor iste, non debitor: exactor est, non peccator. Iudicem videmus, non supplicem: venit iubore, non succumbere: eripere, non manere. Vbi iam ianitores nostri dormierunt, cum iste bellator claustra vexabat? Hic si reus esset, tā potēs non esset. Si eum aliqua peccata fuscarent, nunquā nostra tartara suo disparet fulgore. Si Deus, vt quid venit? Si homo, quid præsumpsit? Si Deus, quid in sepulchro facit? Si homo, quare peccatores soluit? Nunquid cū actore nostro fœdus composuit, aut fortè congressus & ipsum vicit, & sic ad nostra regna ascēdit? Certè mortuus erat, certè illusus erat. Prælator noster nesciuit, quam hic stragem procuraret inferno cruxilla, fallens gaudia nostra, parturiēs dāna nostra. Per lignū ditati sumus, per lignum euertimur. Perit potestas illa semper populis formidata. Nullus hic viuus intrauit, nemo carnifices terruit, nunquā huic cœnolento loco & nigra semper caligine cęcato iucundum lumē apparuit. Aut fortè sol de mūdo migrauit? Sed nec cœlum nubes astráque apparent, & tamen infernus lucet. Defendere contra ipsum custodiam carceris nostri non valemus. Malè intrauimus, lumen obtenebrare nequiuimus: insuper & de nostro interitu formidamus. Vnde est iste tam splēdidus, tam fortis, tā prędclarus, rámque terribilis? Mundus ille qui nobis subditus fuit, semper nostris vtibus mortis tributa persoluit, nunquā nobis talē misit, nunquam talia inferis munera destinauit. Quis ergo iste est, qui sic intrepidus nostros fines ingreditur, & nō solùm nostra supplicia nō verētur, insuper & alios de vinculis nostris absoluit? An fortè ipse est ille, de quo princeps noster pauloantè dicebat, quod per eius mortē, totius mundi acciperet potestatē? Sed si iste est, in contrarium est nostri prælatoris versa sentētia, & dum sibi vincere visus est, ipse potius victus atque prostratus est. O princeps noster, hic ne est ille, de cuius tibi semper futura morte plaudebas? Ipsene est in cuius cruce omnem mundūm tibi subiugādum esse credebas? Ipse ne est in cuius exitu nobis tanta spolia promittebas? Quid est quod egisti? Quid est quod facere voluisti? Ecce iā totas tibi tenebras suo splendore fugauit, & omnes tuos carceres fregit, captiuos eiecit, ligatos soluit, luctus corū in gaudiū commutauit. Ecce ipsi qui sub nostris solebant suspirare tormētis, insultant nobis de perceptione salutis: & nō solū iam nihil verentur, insuper & minātur. Nūquam hūc ita superbi erāt mortui, nec aliquando sic potuerunt lætī esse captiui. Vt quid huc ilsum adducere voluisti quo veniente omnes sunt lętitię restituti, qui ante fuerant desperati? Nullus hic iam solitus eorum mugitus auditur, nullus resonat gemitus. Factū est autē captiuis redēptionis commercium. O princeps noster, illas tuas diuitias quas primū acquisieras per paradisi amissionē, nūc perdidisti per crucem: perit omnis lætitia tua, in luctum conuersa sunt gaudia tua. Dum tu Christum suspendis in ligno, ignoras quanta damna sustineas in inferno. Prequidere nō poterās, quia euersorē regni tui in mortē sine reatu aliquo perducebas? Attenderes causam, requireres culpam. In quo nihil mali cognoueras, quare eum ad nostram patriā perducebas? Liberum huc adduxisti, & tot obnoxios perdidisti. Post istas crudeliū ministrorū infernalium voces, sine aliqua mora ad imperium Domini, & Saluatoris nostri ōmes fertei confracti sunt vectes: & ecce subitò innumerabiles sanctorum populi, qui tenebātur in mortecaptiui, Saluatoris sui genibus aduoluti, lacrhymabili eū voce cum obseratione deposcunt, dicētes: Aduenisti redēptor mundi, aduenisti quem desiderantes quotidie sperabamus. Aduenisti quem nobis futurum Lex nūtiauerat & Prophetæ. Aduenisti donans in carne viuis indulgētiam peccatorūm mundi, solue defunctos inferni. Venisti post lōgas lacrhymas, eripe solus qui passus es pro nobis. Cœli conditor, ad inferos intrare dignatus es. Te enim nostra vocabāt suspiria, te larga requirebant lamenta. Vnde spes desperatis, vnde consolatio in tormētis? In aduētu tuo catena nostra cecidit, nox effugit. Vitaveniēte mors moritur, nec tortor instat, nec percussor. Damnati vota capiunt, creator imperat, non inuasor. In tyranno catena innectitur, & tortor noster pœna torquetur. Solue redēptor mūdi defunctōs captiuos inferni. Descēdisti pro nobis ad inferos, noli nobis deesse, cum fueris reuersurus ad superos. Posuisti titulum gloriæ in seculo, pone signum victoriæ in inferno. Nec mora, postquam audita est postulatio atque allegatio innumerabiliū captiuorum, statim à Domini iussu omnes antiqui iusti iura potestatis accipiūt, atq; in suos tortores ipsi protinus tormenta cōuertunt, humili supplicatione cum ineffabili gaudio clamantes Domino, atque dicētes: Ascende Domine Iesu spoliato inferno, & auctore mortis suis vinculis irretito, redde iā lætitiā mundo. Iucūdentur in ascensu tuo fideles tui, aspicientes cicatrices corporis tui. Fecit hoc Christus, sicut iā superius dictū est. Facta prēda in inferno, viuus exiit de sepulchro. Ipse se sua potētia suscitauit, & iterū se immaculata carne vestiuit. Discipulis suis apparuit, vt dubitationem auferret incredulis. Clauorum vulnera demonstrauit, vt nullā suspicionem relinqueret Manichęis. Manifestè manducauit & bibit, posteaverò in conspectu multorum apparuit. Per nubē cœlos ascendit, in sede suam carnem ad patris dexteram, vnde nunquam verbum Dei discesserat, collocauit. Exultēt ergo populi Christiani, pro quibus sanguis effusus est Christi. Iucūdemur in Domino, qui resurrectionē carnis solēniter celebramus in Christo. Omnis per totum mundum catholica gratulatur Ecclesia, quia Christus Dominus & de sua diuinitate nihil minuit, & hominē quē creauerat liberauit. Vnde exultātes voce humili supplicemus, vt pro quibus ista pertulit, cùm venit in mūdum, liberatos nos de manu inferi attollore secum dignetur in cœlum: cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Ex Homil. Greg. papę 22. in euāg.

Osee 13.

Hactenus Greg.

Eusebius.

A

B

C

D

In eodem festo, de resurrectione.

SERMO LIII.

Est inter Eusebianos: apud Aug. fuit de tempore 138.

GAVDETE fratres charissimi, quia redēptionis nostrę pretiū persolutum est. Nō modica quātitate cōstamus, pro quibus ipse factus est pretiū qui redemit. Christus enim, Dūs & Saluator ideo natus est, vt doceret: ideo mortuus est, vt sanaret. Crux fuit mortifera Christo, sed salutifera Christiano. Surrexit Saluator, charissimi, cūctis diuinitatis suę manifestis indiciis. Nā secutæ sūt eum stellę post vterū, gloria post sepulchrum. Regressum custodit angelus, qui nuntiauerat nasciturum. Reddunt inferna victorem, & superna suscipiunt triūphātem. Sustulit errorem natus, mortē calcauit occisus. Reuocauit ab inferis quē creauit, in illius cruce & pretium nostrum pependit & regnū. Redit in lucem creatura cū Domino. Lumen enim ex lumine suscipere meruisti, quod cū Christus oculos clauderet, perdidisti. Proiciāt superi tenebras, quas Saluator etiā inferis denegauit. Congaudeant hic elemēta quæ planxerāt, quia Christus de sua maiestate

maiestate,nihil perdidit,& hominē quem fecerat liberauit.Iudei tamen perfidi monumenti lapidem signauerunt,vt non haberet Christus egressum:sed sicut eum mundus non capit, nec sepultura custodit.Tenetur ibi,sedvbique regnat.Difficile surgeret,si nō antequam resurgeret,regnaret. Nam quomodo de sepulchro exire nō posset,qui ex incorruptis matris visceribus salua virginitate processit? Fefellit custodes, exiliuit de sepulchro,apparuit discipulis ianuis non apertis.Inde clausus exiit, huc exclusus intrauit.Immēsæ maiestatis arcanum fecit etiam in morte mysterium.Crucifixus redit ab inferis, & triumphat. Infer manū tuam,Thoma,lateri Saluatoris:tange vulnera quę nostra peccata fecerūt:scrutare vnde sanguis effluxit , vt nobis sanitatis poculū propinaret. Intuere Thoma,pretiū nostrum, signa clauorum diligenter attende,& in ipsis vulneribusmedicamentū vel thesaurum humani generis recognosce. Nisi hoc ligno figeretur,ligni illius prēuaricatio minimè tolleretur.Sed ideo se ille percutiuoluit,ne nos diutius peccata percuteret.Innocētem tradidit,vt reum absolueret.Quis tantam dignè possit eloqui pietatem?Innocens affligitur,vt noxius liberetur.Vt redimatur seruus,occiditur filius. Vtitur pij & fortissimi regis officio,dum cicatrices,quas pro salute populi sui excepit,ostēdit. Aspicite pharisæi vacuum monumētum , & impiratis vestrę cognoscite sacrilegium.Clauos quos fixeratis agnoscimus, & quem occidistis adoramus.Videte quem compunxistis. Poterat fixuras clauorum Dominus resurrectione sua cōponere: sed ideo reseruantur,vt qui hoc sacrilegiū commiserant,videāt & confundantur. O crudelissimi pharisæi , impios vos videtis & perfidos.Vni mors data est,vt omnibus tolleretur:SedChristus Dominus quādo mortem suscepit , ita corruptionem non sensit, quomodo quādo natus est integritatē Mariæ virginitas nō amisit.Properate discipuli, & accepta potestate per omnes gentes excurrite.Renascantur in Spiritu,qui nascuntur in carne.Salutare luauctū dilouat , quicquid præuaricatio sordidauit. Baptizentur omnes gentes in nomine patris & filij & Spiritus sancti, vt impleatur illud quod scriptum est : Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,nō potest intrare in regnū Dei. Nos verò,charissimi, qui nullis præcedētibus meritis de inferni carcere & de tenebris æternę noctis merimus liberari,ita sobriè,castè ac piè viuere studeamus,vt stolam baptismi sine aliqua luxurię macula integram illibatámque seruantes , ad æterni sponsi thalamum, & ad illud cœlestē ac nuptiale cōuiuiū charitate splēdidi, bonorum margaritis operum ornati feliciter veniamus, ipso adiuuante qui cū patre & Spiritu sancto viuit & gloriatur Deus,per omnia secula seculorum, Amen.

Ioan. 3.

Sabbato post sanctum Pascha.

SERMO LIIII.

Est inter Eusebianos:& apud Augustinum solet esse 156.de tempore.

DIGNE, fratres charissimi,piis studiis exultemus in Christo subpresenti solemnitate,in qua nobis inferorū Dns diues spoliis redditus est,in qua rediit cellsitudo de profūdis,luxde tenebris,vita demortuis.Ecce quātū pro salute ouiū peditarū benigna pij pastoris solicitudo discurrit.Sub vno eodēque tēpore & hominē vsque ad paradisum reuocare dignatur, & mortē vsque ad inferna persequitur,gloriosus captiuandā in regnō suo, & magnificentius in suis sedibus triūphandam. Ad descensum itaque cœlestis Domini profundū inferi pādiitur , peregrinum sibi lumē inferni nox æterna miratur.Expauit ergo nox subitò nō suum mortuum,imò expauit mortem suā.Aderat enim ille qui dudū per Prophetam suum dixerat. O mors ero mors tua, ero morsus tuus inferne.Et ideo non solùm in eo inuenire non potuit quod teneret : sed eos quos antea retinebat reuocati ad superos se nolēte cōspexit:& quem debitorem suum putabat, exactorem potius experta est.Et quem quasi captiuum inferni vinculis astringendum esse credebat , quasi liberatorē cū recepta captiuitate redire mirata est:ac sic quem descēsione hominem iudicauerat,Deū regressiōne cognouit. Potuerat quidem Dominus noster,fratres charissimi,hostem humani generis sola maiestate prosternere sine incarnationis humilitate,sine certamine passionis:sed homo,qui proprio trāsgressionis crimine tenebatur obnoxius , qui per culpā suam incurrerat seruitutē, non violentia liberandus fuit:sed misericordia redimendus.Et quia Deus æquitas & iustitia est,ipse sibi lex est. Et quia homo iudicij & iuris sui ac liberi arbitrij prēditus voluntate, qui voluntarius ruerat,iniustum erat vt erigeretur inuitus , æquius & salubrius fuit, vt qui per superbiam à diabolo persuasus fuerat ad mortem,à Deo per humilitatem solida retur ad vitam.Iusto ergo ordīne qui per calliditatem maleuoli serpentis nō impulsus,sed seductus fuerat ad perditionem,rursum per sapientiam beneuoli redēptoris non compellitur , sed ducitur ad salutem: vt qui cum sua voluntate corruisse videbatur,cū sua rursus voluntate repararetur,vt esset virtuti ac remunerationi locus. Nō enim præripuit eum per violētiam suam,sed potius per iustitiā & beneuolentiam solidat & eruit ad vitā:quia benignitas pronocantis etiam meritum desiderat acquiescentis,& dignātissimi medici studium,infirmi requirit assensum. Cuius ineffabilem ad eruendos nos dignitatem, etiā prēsens Euangelij lectio declarauit. Ait enim, sicut audistis , Cùm esset serò die illo vna Sabbatorum,venit Iesus ianuis clausis,& stetit in medio discipulorum suorum. Quid mirum,si Dominus ad discipulos glorificatum corpus clausūtris stupēfibus intromisit,qui illęso materni pudoris signaculo, ianuam mundi huius intrauit ? Cuius ortum naturæ nesciunt non dubites, si potentiam exercere videas triūphantem,quem tam stupenda perspicis egisse nascentem. Quid hîc respondebūt Iudęi , sepulto Domino discedentes,& signantes lapidē cū custodibus ? Quæ cùm ita sint , quomodo eum repellere potuit obiectus repaguli,quem nō coërcuerat pondus sepulchri? Imò quomodo eum obserata domus excludere potuit,quē includere mortis porta non potuit? Quid mirum,si substantiam corporis nostri per clausa ostia transmisit,cui etiam penetralia supernorū & solis angelis familiare secretum patere consueuit?Cùm ergo dixissent alij discipuli, Vidimus Dominum,respondit Thomas, & dixit eis: Nisi videro, inquit,in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorū , & mittam manum meam in latus eius,non credam. Quàm bona ignorantia quę ertūdiuit ignatos, quę instruxit incredulos? Quàm bona infidelitas , quæ seculorum fidei militauit? Nisi videro,inquit, in manibus eius fixurā clauorum. Vox ista inquirētis est,nō negantis. Dum hoc dicit, doceri voluit,confirmari desiderauit:& ideo ad eumDominus ita ait:Infer digitum tuū huc,& vide manus meas:& affer manum tuam , & mitte in latus meū. Dum benignū præbet veritas moderata responsum, in Apostolo suo nō dubitationis vitium,sed solicitudinis instruxit affectum. Quia ergo illo in tēpore rāti mysterij nouitas versabatur,merito curiosæ perscrutationis,nō est,sed vtilitas exclusa accedit , quòd in his Apostoli verbis mūdi vtilitas agitur. Vnius interrogatio , vniuersitatis est instructio. Ostēdit ergo manus & latus. Necessariū enī erat,vt manifestarū prēsens expressio cicatricū crucifixi corporis faceret fidē,quia splendor nouæ lucis pristinam obduxerat veritatem,& cognitionem quodammodo claritas obscurauerat. Visis ergo cicatricibus,respondit Thomas, & dixit,Dominus meus, & Deus meus. Nouo genere vestigiavulnerum diuinitati perhibent testimoniū,quia templum eratDei indumentum corporis vulnerati. Duas hoc loco in Christo mirare substantias. Fixurā perspicit corporis , & Deum prędicat maiestatis. Vbi sunt qui dicunt animas nouis , in quibus antea non vixerunt,corporibus induendas ? Ecce in resurrectionis auctore hoc ipsumvideo resurrexisse quod cecidit,&ideo mortui dormire dicuntur iuxta Prophetam,Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? Quare mortem somno assimilauit ? Quia in vno eodēque homine numquid alter est qui in somno resoluitur,alter verò qui in eiusdem somni stupore ad vigilandi officia suscitatur?Non vtique,sed ipsa absque dubio membra euigilasse credenda sunt , quæ dormitionis stupore laxata sunt. Ita mors corporis quod in puluere confractura susceperit , idē ipsum discussa restituit:nec rude, sed redinium vas cognatus spiritus recognoscit. Et propterea mysterium resurrectionis etiam de minimis exponens , ita Apostolus loquitur , resurrectionem grano tritici comparans. Etenim tu quod seminas non viuificatur , nisi prius moriatur. Si quando , vt moris est, fruges botri sulcis agricola fœnerante creduntur, nunquid aliud est quod sepelitur in semina,aliud quod viresciet in germina? Sed singula quęque corpora non de nihilo, sed sui origine producuntur , & recentia de veteribus innouantur. Cùm autem de resurrectione loqueretur Apostolus, dicens : Quod seminas , non viuificatur , nisi prius moriatur : vides quia mors quod susceperit,hoc refundit ? Et vnicuique, inquit, seminum proprium corpus.Non vtique à genere suo alienum, sed naturæ suę proprium,& de materiæ suę qualitate reparatum. Reuocabitur ergo in contubernium pristinum animę & corporis vnitas,& nullis vnquam seculis dissociāda germanitas. Nostrū est gratia autoris & redemptoris inniti, vt ad illorum numerū pertinere

Ioan. 20.

Aug. verba contra Felicianum, cap. 8.

Ioan. 20.

C

Psal. 40.

D

1.Cor. 15.

1.Thes. 4. pertinere videamur, de quibus Apostolus dicit : Simul rapiemur obuiam Christo in aëra & in nubibus , & sic semper cum Domino erimus. Dignum enim esse iudicauit, vt germana corporis animæque substantia cum Christo simul regnet in cœlis,quę Christo seruiuit in terris.

Dominica in octauis Paschæ.

SERMO LV.

Fuit de tempore CLIX. Vtitur autem author verbis D.Augustini contra Felicianum scriptis.

LECtio Euangelica, fratres charissimi , quę nuper auribus nostris insonuit, cōtinet magnū miraculū. Quānis vbique sit Dominus , ipsius miraculū cōtinet beneficiū,in quo acceperūt discipuli Spiritū sanctū. Miraculū est , quòd Dns noster Iesus Christus in carneverta intrauerit ad discipulos per ostia clausa. Requiris à me forsitā rationē, & argumentum requiris. Si vera,inquies,caro fuerat quę resurrexit,quomodo ipsa clausis ianuis ad discipulos introiuit ? Ita ne verò, inquies, cuiuspiam capit auditus , quod non obseruat opus , & intrare quisquam limen in corpore potuit? Redde mihi,inquit,rationem.

OHOMO,si rationem à me poscis,non erit mirabile.Exemplum quærtur , non erit singulare. Credis nempe Dominum Christum super aquas maris firmis gressibus ambulasse ? Credis vtique.Dicis igitur mihi:Si per ostia clausa Christus intrauit,vbi est corporis pondus?Recedant paulisper modus & pōdus.Ille hæc fecit,cui nihil impossibile est. Christus qui carnē suam potuit de sepulchro producere,non potuit clausis ianuis ad discipulos introire? Quando audis miraculum,serua fidem, non inquirat animus rationē. Hinc est quod & Thomas discipulus titubauit, nec credidit:sed eum Dominus postea confirmauit.Dixerant enim ei condiscipuli eius , Vidimus Dominū. Ille autem:Nisi videro,inquit,in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in latus eius,non credam.Sciebat enim clauis in cruce confixum,sciebat lancea latus percussum.Hęc signa quęrebat,ideo nō credebat.Manus quęrebat & latus:& dū curiosus exiſtit in vulnere,mortē incurrerat in fide. O beare Apostole, ante oculos tuos Christus Lazarum potuit suscitare,& ipse nō poterat de sepulchro surgere? Quæris loca clauorum, & oblitus es miracula tanta signorum?Nonne ante oculos tuos cæcos illuminauit , paralyticos sanauit , leprosos mundauit?Sic perdidisti in triduo memoriam magistri, vt potentiæ non crederes Christi. Mors Christi in carne,vita tua debet esse in fide. Vidisti quidem percutientem lancea , sed diuinā nō penetrauit potentiam. Ecce rerum venit Dominus , ne periret discipulus,& dicit Thomæ:Infer digitum tuum huc,& vide manus meas:& affer manum tuam, & mitte in latus meū, & noli esse incredulus,sed fidelis. O pietas Saluatoris,quæ non dedignatur locum ostendere cicatricis. Respondit Thomas,& dixit : Dominus meus & Deus meus. Modò est Dominus & Deus tuus, quia voluit vt videres, ne incredulitate animā perderes. Meritò ad eum Dominus sic loquitur : Quia vidisti me, credidisti:beati qui non viderunt, & crediderunt. Ecce discipulus trepidauit, Ecclesia quod nō vidit credidit. Beatum meritum nostrum,fratres, si in Ecclesia Catholica teneatur acceptum.Hic accipitur merces,vbi veratenetur & cognoscitur fides. Hanc igitur Ecclesiam Christus sua resurrectione constituit,in hac æterna præmia collocauit.Credite fratres , ille sperat requiē , qui non discesserit à radice:cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

1.Cor. 15.

Ibidem.

Rom. 8.

Eadem Dominica.

SERMO LVI.

Fuit 161. de tempore.

Sermo præcedenti.

RETINET sanctitas vestra, fratres , superiorē Tractatum,in quo scripsimus S. Thomam Apostolum ad confirmandā fidem omnium post resurrectionem Dominici corporis mēbra palpasse,& ad repellendam ambiguitatē vniuersorū,vulnerū eius cicatrices scrutari voluisse.Non enim propter se tantum hoc operatus est beatus Apostolus:sed quod sibi gesit , cunctis proficit. Cùm suam enim exercuit solicitudinem, fidem omniū confirmauit. Quis enim ex hoc dubitet redisse à mortuis Saluatorē, euius post inferos præsentiā agnoscat oculus,attrectet manus, digitus perscrutetur? Quamuis igitur modicæ fidej homo, quānuis imbecillis ingenij Christianus,nunquā solicitudinem suam inquisitioni Thomæ æquiparare potuisset.Nunquā enim post agnitionē ac conuersationem loquela ausus esset petere,vt etiā tactu Christū perscrutaretur in Christo,& in ipso homine quē cerneret hominis corpus inquiteret, & resurrectionē eius non tam mirabilium gloria crederet , quam passionis iniuria comprobaret.Thomas ergo cùm esse sanctus, fidelis & iustus, hæc omnia solicitè requisiuit:non quòd ipse aliquid dubitaret,sed vt omnē suspitionē incredulitatis excluderet. Nā sufficerat illi ad fidem propriā vidisse quē nouerat:sed nobis operatus est,vt tangeret quē videbat:vt si fortè diceremus delusos esse oculos, non possemus dicere manus illius fuisse frustratas. In resurrectionis enim manifestatione de aspectu ambigi potest, de tactu non potest dubitari. Constat enim veritatis ipsius testimonio redisse ab inferis Saluatorē. Quis non spem suā in Christo collocet? Quis nō fidē suam ponat in Dño , vt dū illū credit ab inferis,ipse resurgat à mortuis? Dicit beatus Apostolus : Si enim mortui nō resurgūt,neque Christus resurrexit. Quia ergo surrexit Christus,suscitabuntur & mortui:quia resurrexit Dns,& seruuli reuiuiscent. Ipse enim est, sicut ait Apostolus, primogenitus ex mortuis. Sicut enim est apud superos idem primogenitus in multis fratribus , ita & ab inferis est primogenitus ex defunctis. Primogenitus autē dicitur quis , ex eo quòd secuturis aliis primus gignitur. Primogenitus ergo Christus vocatur ex mortuis , quòd primum illum ex inferni tenebris in lucem resurrectionis partus ædiderit. Partus enim dicendus est , vbi permutatione quadam anima tartari legibus moritur,vt rediuiuo corporis vsui renascatur. Natiuitas enim resurrectionis apud superos,mors quę dā inferorū est. Vnde ipsa mors mortē quodammodo patitur,dum ei inuitæ defunctorum multitudo subtrahitur. Nā sic beatus Apostolus dicit,Nouissima autē inimica destruetur mors. Et iterū:Absorpta est mors in victoria. Cū ergo absumitur mors in victoria , defectionis quadā fuę in ternicione destruitur. Defectionē autē patitur, cùm potestas eius cunctis resurgentibus vacuatur. Videamus autem quid fit quod ait, Mortē in victoria esse consumptam. Consumpta est planè mors in victoria sua, dum Christum inferni legibus subiiciens,ipsa se,cùm eum vincit,obruit. In eo enim, in quo illū quē se superasse credebat possedit, ab eo victa est cùm resurrexit. Totā ergo fidē nostrā in resurrectionis gloria collocare debemus,& in futura magis vita sperare deDomino. Sic enim ait S.Apostolus:Si in hac vita tātùm in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Miser ergo est qui in hac tantùm vita sperat in Domino. Miser planè est , quia citò spes eius subducitur, dum citò hæc breuis vita finitur. Nā spes illius caduca efficitur, dum temporali transitu dulcedinis eius voluptas elabitur. De tali enim spe dicit Apostolus: Spes autem quę videtur, nō est spes. In futura igitur vita speremus in Domino, quę solida est atque perpetua,vt non miserabiliores cūctis hominibus, sed meliores esse possimus.

Matth. 5.

Eccl. 15.

Dominica in Rogationibus, de pace.

SERMO LVII.

Fuit de tempore CLXIX.

BEATI pacifici,quoniā filij Dei vocabūtur. Meritum Christianæ virtutis vilescit in cunctis,si vnitatem non haber pacis,nec peruenit ad vocabulū filij,nisi per nomen pacifici. Pax est, quę expoliat hominē seruitute,dat nomē ingenuū, mutat cum cōditione personā,ex famulo liberū,filiū facit ex seruo, Deum patrē vocat, & cōmutat seruū in filio,amicū facit ex Deo , patrem ex Dño. Si sic facit, qui non vult perire quod facit:felices pacifici, quoniā filij Dei vocabuntur. En filius Dei esse incipit, qui pacificus esse cœpit. Nō vult filius dici, qui pacificus noluerit inuenirinegat sibi patrē Deum , qui hęres pacis esse nequiuit. Seuerum sensurus est Deū, quem clementem blandūmque dedignatus est patrem. Felices pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Gaudeamus hoc nomine quasi filij & hęredes Dei, cohęredes autem Christi. Quanta est huius pacis retributio, hæreditatem possidere cum Christo , substantiā patris habere cū filio,cœleste regnum participari cum Domino,& in consortiū perpetuitatis admitti cum Domino? Quę sit hęc prauitas morum,inuidere melioribus atque in sordidioribus inhęrere, adoptari victoriam perdere,ac nolle hæreditatem regnorū cœlestium possidere? Etenim filium se Dei & cohæredem denegat Christi, qui recusauerit patris regimine gubernari. Pax , concordia fratrum , sicut scriptum est , In tribus placuit spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus : concordia fratrum , & amor proximorum , & vir & mulier consentientes sibi. Concordia ergo fratrum,voluntas Dei est , iucunditas Christi , perfectio sanctitatis,iustitiæ regula,materia doctrinæ,morum custodia , atque in rebus omnibus laudabilis disci-

disciplina. Pax suffragium precum & supplicationum, facilis atque impetrabilis, quia desideriorum omnium competens est plenitudo, sicut scriptũ est in Apostolo, Pax cõuentionis arrabilẽ Deo facit in fratribus, quę charitatis indicat testimoniũ. Pax ergo dilectionis mater est, concordiæ vinculum, ac puræ mentis iudicium manifestum: quia sibi exigit de Deo, quodvelit quicquid voluerit, petat, & quicquid voluerit sumat. Pax præceptis regalibus conseruanda est, Domino Christo dicente: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Qui discipulus Christi est, Christi præcepta seruat. Seruare mandatũ, est pacẽ in omnibus custodire. Nam diuidere vnitatem, nõ est magistrum sequi, sed eius mãdatum calcare. Sequi enim Christum, est habere pacem: & nõ sequi quod pacis est, hoc est hoc habere in magistro ex parte quod diligas, & ex parte quod damnes. Illud est amare doctorem, doctoris mãdata in omnibus custodire, dicentis: Pacẽ meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Licet, fratres, in pace protrahere moras, delectat hoc dixisse frequenter, & iterum atque iterum prædicare, Pacẽ meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. In pace vos dimitto, in pace vos dimisi, in pace vos inueniã. Proficiscẽs voluit dare, quod desiderabat rediens in omnibus inuenire. Cõsultum voluit esse cui dederat, qui vsque ad regressum suum seruare quod præstiterat, imperabat. Quid ergo facturus est homo, cum venerit Deus, & quęsitum nõ inuenerit quod donauit? qua excusatione vsurus, qui pacem seruare non potuit? Pacem meam do vobis, pacem meã dimitto vobis. In pace vos dimisi, in pace vos inueniam. Regale mandatum seruate, diuina vox est. Inueniam quod dimisi. Plantare pacẽ, radicitus Dei est: euellere, penitùs inimici. Amor fratris ex Deo est, odium ex diabolo cõstat. Propter quod damnãda sunt odia, quia scriptũ est: Qui oderit fratrem suum, homicida est. Cohibeamus iram, quia scriptum est, Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Amanda est pax, & diligenda concordia. Ista sunt quę generant charitatem, & scitis secundum Apostolum, quod Deus charitas est. Sine Deo est, qui non habet charitatem. Paternus affectus non potest nõ amare quod docet. Pax plebis, gloria sacerdotis: & parẽtum lętitia, perfecta charitas filiorum. Sacerdotis est, quod debet admonere: plebis est, audire quod admonet. Quicquid nõ licet, pastoris est prohibere ne fiat: gregis est audire, vt faciat. Vtraque cõueniant, & vniuersa saluata sunt: nec Deus inuenit in plebe quod puniat, nec sacerdos potest habere quod doleat. Seruemus mãdata, quę vitæ sunt, teneat sepofundę pacis nexibus colligata fraternitas, & salutari vinculo charitatis, mutua se dilectione constringat, quia dilectio magnanimum facit. Suauis est dilectio, nõ zelatur, nõ æmulatur. Dilectio nõ est falsiloqua, non insultat, nihil dedecoris admittit, nõ quęrit quæ sua sunt, nõ exacerbatur, nõ cogitat malum, nõ gaudet in iniustitia, cõgaudet autem veritati. Omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Dilectio ergo omnibus votis ac desideriis amplectenda est, quæ tot bona potest habere, quot præmia. Custodienda omnibus viribus pax est, quoniam Deus semper in pace est. Non habeat locum quo obrepat inimicus, ne in tritici segetem valeat zizania seminare, & securo iam rustico spe lõgi labotis elusus spectatus: in ipsa messis maturitate subducatur, aut vinũ vetustate suatius, in actiori subirò perfidia demutatum in effusę sęcis se permixtione cõiungat, aut inter dulcia mella, fellis venena amariora suffundat, aut interuenantes floribus campos ac pratorum varietate gemmatos, tribulorum intertectione animas grati odoris occidat. Procul contentiones, procul lites & odia, procul maledicta mutantur: & quia laqueus mortis est lingua, suturro ac bilinguis parcat animæ suæ, ne in supplicium suum vincula sibi mortis adducat. Amate pacem, & tranquilla sunt omnia, vt & vos prępmia & nobis gaudia reseruetis, vt electa Dei pacis vnitate fundata, perfectam tenetis disciplinam, per Iesum Christum Dominũ nostrum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Ioan. 14.

1. Ioan. 3. Matth. 5.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 13.

In festo Ascensionis Domini.

SERMO LVIII.

Est inter Eusebianos secundus de hoc festo. Apud Augustinum fuit CLXXVI. de tempore.

OMNIA, charissimi, quę Dominus Iesus Christus in hoc mundo sub fragilitate nostra miracula edidit, nobis proficiunt: qui dum humanam cõditionem sideribus importauit, credẽtibus cœlũ patere posse monstrauit: & dũ victorẽ mortis in cœlestia elenauit, victoribus quò sequãtur ostẽdit. Ascẽsio ergo Dñi, catholicę fidei cõfirmatio fuit: vt fecuri in posterum crederemus miraculi illius donũ, cuius iam in præsenti percepissemus effectũ: & fidelis quisque cùm iam tãta perceperit, per ea quæ cognoscit præstita, discat sperare promissa, ac Dei sui præteritã præsentémque bonitatem, quasi futurorum teneat cautionem. Super excelsa ergo cœli terrenũ corpus imponitur, ossa intra sepulchri angustias paulo antè conclusa angelorũ cœtibus inferuntur, in gremiũ immortalitatis mortalis natura transfunditur, & ideo sacra Apostolicę lectionis testatur historia. Cùm hęc dixisset, inquit, videntibus illis eleuatus est. Dũ audis eleuatũ, agnosce militię cœlestis obsequiũ. Vnde hodierna festiuitas hominis nobis & Dei sacramẽta manifestauit. Subvna eademque persona in eo qui eleuat diuinam potẽtiam: in eo autẽ qui eleuatur, humanã cognosce substantiam. Ideóque omnimodis detestanda sunt venena Orientalis erroris, qui impia nouitate præsumit asserere filium Dei ac filium hominis vnius esse naturę. In alteruta enim parte vel qui solum hominem fuisse dixerit, negabit cõditoris gloriã: vel qui solum Deum, negabit misericordiam redemptoris. Quo genere nõ facilè Arrianus Euãgelicam poterit habere veritatem, vbi filium Dei nunc æqualẽ legimus, nunc minorem. Qui enim vnius naturæ Saluatorem nostrum mortifera persuasione crediderit, solum hominẽ aut solum Deum cogetur dicere crucifixum. Sed non ita est. Mortem enim nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. Nos ergo nouerimus in Christo duplicẽ geminámque substantiam: De patre cœlestem, de matre terrenam. Quam vtramque in vno eodémque redemptore suis prõptum est testimoniis explicare. Quasi homo dicebat, Quia pater maiorme est: sed idem quasi Deus pronuntiabat, Ego & pater vnum sumus. Quasi homo dicebat, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sed quasi Deus fiducialiter loquebatur, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eã. Quasi homo in cruce pendebàt, sed quasi Deus regnum cœlestè donabat. Arriani autem cõfusa nsente distinctas substantias penitùs non videntes, quæ erant hominis ad Deum impiè retulerũt, credentes quòd minor loqueretur diuinitas, vbi iuncta Deo hominis demonstrabatur infirmitas. Nullam itaque facientes inter cœlestia & terrena rationẽ, dum inter Deum & hominem distinguere nesciũt, Dei substantiam diuiserunt: & dũ ad sola hominis verba respiciũt, Deum sine intellectus lumine perdiderunt. Nos verò, vt præfati sumus, Dei & hominis duplicem substantiã, sed simplicem nouerimus esse personam. Ille etiam error valde refugiendus est, qui impiè asserit, quod beata Maria solum Deũ peperit, eo quod sibi Saluator noster cœlestem nescio quam carnẽ intra viscera materna perfecerit, & ita transierit per virginis vterum, quasi per corpus alienum. Sed cùm dicat per Prophetã sermo diuinus, De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput: si non est corpus nostrũ, quomodo est caput nostrum? Et cum alio loco Propheta commemorat, Paruulus natus est nobis: Non nobis natus est, si nihil sumpsit ex nobis. Si nihil de nostro suscepit, nihil nobis præstitit. Proinde, charissimi, si non in nostra carne diabolum triumphauit, se exercuit, non nobis vicit. Si nõ in nostro corpore resurrexit, conditioni nostrę resurgendo nihil contulit. Hæc qui dicit, susceptæ & assumptæ carnis non intelligit rationem, cõfundit ordinem, euacuat vtilitatem: si nõ in nostra carne peregit medicinam, solam ergo ex homine nascẽdi elegit iniuriam. Recedat à sensibus nostris tam periculosa persuasio. Denostro est quod appendit, de suo est quod donauit. Meum testor esse quod cecidit, vt meum sit quod resurrexit. Meum testor esse quod iacuit intra tumulum, vt meũ sit quod ascẽdit in cœlum. In illo itaque nostri generis corpore nos Christi mors viuificauit, nos resurrectio erexit, nos ascẽsio cõsecrauit. In illo nostrę originis corpore cœlestibus regnis arrã nostręconditionis impositum. Elaboremus ergo, charissimi, vt quemadmodum Dominus in hac die nostro cũ corpore ad superna conscendit: ita nos post illum quomodo possumus spe ascendamus, & corde sequamur. Ipso affectu pariter & profectu ascendamus post illum, & iam per vitia ac passiones nostras, sivtiquevnusquisque nostrũ subdere eas sibi studeat, ac super eas stare consuescat, ex ipsis sibi gradũ construit, quò possit ad superiora conscendere. Eleuabunt nos, si fuerint infra nos. De vitiis nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus. Nã cum bonitatis auctore non ascendit malitia, nec cum filio virginis libido atque luxuria. Non, inquam, ascendunt vitia post virtutum parentem, peccata post iustum, nec infirmitates ac morbi possunt ire post medicũ. Igitur si intrare ipsius medici regnum volumus, prius vulnera nostra curemus. Ordinemus & custodiamus in nobis statum

Act. 1.

B

C

D

Heb. 11.

Psal. 7.

Rom. 10.

Fides ũniũ bonorum fundamentum.

Ioan. 14. Ioan. 10. Matth. 16.

Regula fidei, Symbolum.

Ioan. 10. Luce 4.

Psa. 105.

Esai. 9.

Credere Deũ, Credere Deo. Credere in Deum.

Matth. 16.

statũ vtriũsque substantiæ, ne animam nobiliorem vtique hominis portionem tartaro pars deuoluat inferior, sed secum potius cœlo sanctificatũ corpus acquirat natura gloriosior: ipso adiuuante, qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

In vigilia Pentecostes, de expositione Symboli.

SERMO LIX.

Fuit de tempore CLXXXI. sed vtitur verbis Gregorii ex Moralibus & plura habet vnde constat non esse beati Augustini.

OTVM est, dilectissimi, charitati vestrę, quod milites seculi beneficia tẽporalia à temporalibus dominis accepturi, prius sacramẽtis militaribus obligãtur, & dominis suis fidẽ se seruaturos profitentur: quãto magis ergo ęterno regi militaturi, & ęterna prępmia percepturi, debẽt sacramẽtis cœlestibus obligari, & fidẽ per quã ei placiturí sunt, publicè profiteri? dicit enim Apostolus, Sine fide impossibile est placere Deo. Hanc in cordibus nostris agnoscit qui scrutatur renes & corda. Sed propter cõseruandã Ecclesiæ vnitatẽ, dispensationi huius temporis cũ fide cordis necessaria est oris cõfessio: quia corde creditur ad iustitia, ore autẽ confessio fit ad salutẽ, non tantũ prædicatorũ, sed etiã eruditorũ. Nõ enim aliter frater de fratre sentiret, nec pax Ecclesiæ seruaretur, nec alium docere aut ab alio discere saluti necessaria posset, nisi quod in corde habet, signis vocũ tanquã suis vehiculis ad corda aliorum transmitteret. Est ergo fides & corde seruanda, & ore promenda. Fides nanque omniũ bonorum est fundamentũ, & humanæ salutis initium. Sine hac nemo ad numerum filiorum Dei poterit peruenire: & sine ipsa in hoc seculo nec iustificationis consequitur gratiã, nec in futuro possidebit vitam ęternam. Et si quis non ambulauerit per fidẽ, non peruenieat ad speciem. Hoc attẽdentes S. Apostoli, certam regulam fidei tradiderũt, quam secundum numerum Apostolicum duodecim sententiis comprehensam, Symbolũ vocauerunt: per quam credentes Catholicam tenerẽt vnitatem, & per quam hæreticam conuincerent prauitatem. Symbolũ ergo tali ratione institutũ maiores nostri dixerunt. Tradunt enim, quòd post ascensionem Domini & Saluatoris nostri ad patrem, cùm per aduentum Spiritus sancti discipuli eius inflammati linguis omniũ loquerentur ad singulas quasque nationes, vt Dei verbũ prædicarent, ituri ac discessuri ab inuicem, normam prius sibi futuræ prędicationis in cõmune statuerunt, ne localiter ab inuicem discedentes, diuersum vel dissonum prędicarent his qui ad fidem Christi inuitabantur. Omnes igitur in vno positi, & Spiritu sancto repleti, breue suæ prædicationis indicium cõferendo in vnum, quod sentiebat vnusquisque cõputabat, atque hanc ita credentibus dandam esse regulam instituerunt. Symbolum breue est verbis, sed magnũ est sacramentis. Quicquid enim præfiguratum est in Patriarchis, quicquid denũtiatum in Scripturis, quicquid prædictũ est in Prophetis, vel de Deo ingenito, vel ex Deo in Deum nato, vel de Spiritu S. vel de suscipiẽdo omni sacramento, vel de morte Domini resurrectionisque eius mysterio, totum breuiter hoc Symbolum continet, & continendo habet & confitẽdo. Discat ergo quisque fidẽ Apostolicam professus per ora gestãtium in baptismo, cũ ad annos intelligibiles venerit. Iam ad istius Symboli professionis sacramentum textũmque, quod in hunc modum incipit.

CAP. I. CREDO *in Deum patrem omnipotentem, &c.* In primis, dilectissimi, qualis sermo sit in Symboli capite, diligenter attẽdite. Ergo in primo habet, Credo. Vide quod Dominus noster non nos iubet discutere diuina iudicia, sed credere: nec rationẽ requirere, sed fidem simpliciter & immobiliter exhibere. Nõ dicit. Credo Deum: vel, Credo Deo: quamuis & hæc saluti necessaria sint. Aliud enim est, credere illi: aliud, credere illum: aliud, credere in illum. Credere illi, est credere vera esse quæ loquitur. Credere illũ, credere quia ipse est Deus. Credere in illum, diligere illũ. Credere vera esse quę loquitur, multi & mali possunt. Credunt enim esse vera, & nolũt ea facere sua, quia ad hoc pedum pigri sunt. Credere autem ipsum esse Deum, & dęmones possunt. Credere verò in Deum, soli nouerunt qui diligunt illum, qui non solum nomine Christiani sunt, sed & factis & vita, quia sine dilectione fides inanis est. Cũ dilectione fides Christiani, sine dilectione fides dæmonis. Qui ergo non volũt credere Christum, adhuc nec dæmones imitantur. Iam credit Christum, sed odit Christum: habet confessionẽ fidei in timore pœnę, non in amore coronæ. Nam & illi puniri timebãt. Denique beatus Petrus cum Dño confitens diceret, Tu es Christus filius Dei viui: eadem penè verba quę dęmones, proferre videtur ex ore: sed illorũ confessio quia cũ odio prolata est Christi, meritò dãnata est: illius quia cum [illegible] tetna beatitudine remunerata est. Nos ergo qui per adoptiũ gratiæ filij Dei sumus, dicendo, *Credo in Deum patrem omnipotentem*, hoc est, sic ei credamus, vt ei per dilectionem adhæreamus. In Deum patrẽ omnipotentẽ. Aduertite quòd cum Dei patris nomen in confessione coniungit, ostendit quòd non antẽ Deus esse cœpit, & postea pater, sed sine vllo initio & Deus semper & pater est. Patrem autem cùm audis, agnosce quòd habet filium veraciter genitum: quomodo possessor dicitur qui aliquid possidet, & Dñs qui alicui dominatur. Deus ergo pater secreti sacramenti vocabulum est, cuius verè filius est verbũ. Nec quęratur quomodo genuit filium, quod & angeli nesciũt. Prophetis est incognitum. Vnde illud dictum est, Generationem eius quis enarrabit? Nec à nobis discutiendus est Deus, sed credendus. Sedvt breuiter dicamus, sufficit nobis scire quia genuit lux splendorem. Omnipotentem verò ideo dicit, quia omnipotens est, cui nihil impossibile est, qui cœlũ & terrã, mare, homines, atque omnia animalia & reptilia, non aliquo operis actu, sed solo verbi imperio creauit. Et ideo nõ nobis veniat in cogitationem, quomodo hoc aut illud potuit fieri, qui omnipotentẽ præcipimur confiteri. ET *in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum.* Aduertite quomodo in patrem, sic & in filiũ credendum est. Et quia cum patre æqualis est maiestate, tãtum ipsi quantum & patri honoris nos debere nouimus & seruitutis obsequium. Iesus autem Saluator interpretatur. Iesus autẽ dicitur, quòd saluet populum. Christus à chrismate dicitur: qui sicut antiqui reges oleo sacro perfundebantur, ita Dominus noster Iesus Christus Spiritus sancti infusione repletus est. Vnicus ideo, quia nec cõparationem recipit cum creaturis, nec similitudinẽ: quia omniũ rerum summus ipse creator est. Homines autẽ filij Dei vocantur per gratiam: ille solus filius genitus per naturam. Ostẽdunt ista in eum iure credendũ esse, qui propter hoc quòd ęqualis patri est Saluator noster est redimens nos, & Christus est rex regens nos, & vnicus Dominus noster, spoliato antiquo hoste, singulari dominio suo ascẽsens nos. *Qui conceptus est de Spiritu sancto*: id est, cuius cõceptionis solus auctor fuit Spiritus sanctus. Sicut enim vermis calefaciẽte sole de puro limo formatur: sic Spiritu sancto illustrante & sanctificãte cor virginis, caro Christi de sola carne virginis nulla semẽtina carnisorigine operãte cõcepta est. Vnde severmi cõparãs per Psalmistam dicit, Ego sum vermis, & non homo: id est, non conceptus more humano. *Natus ex Maria virgine.* Qui venebat inueteratam peccatis hominum renouare naturam, nouam legem voluit habere nascendi. Vnigenitus igitur Dei factus est hominis filius: vt qui creator mundi erat, fieret & redemptor. Quòd verò maiestatis Deus de Maria incarnatus est, nõ est sordidatus nascendo de virgine, qui non fuit pollutus hominem condens ex puluere. Denique sol aut ignis si lutum tãgat, quod tetigerit purgat: & se tamẽ nõ inquinat. Nec fuit Deo iniutia cãusa misericordiæ, neque sit incredibile quòd ipse natus de virgine, qui Adam de virgineo puluere, & primam mulierem potuit de costa formare. Deus filiũ suum, quẽ solum de corde suo æqualem sibi genitum tãquam seipsum diligebat, ipsum dedit Mariæ, vt naturaliter esset vnus idẽmque communis filius Dei & Marię. Omnis natura à Deo creata est, & Deus ex Maria natus. Deus omnia creauit, & Maria Deũ generauit. Deus qui omnia fecit, ipse se ex Maria fecit: & sic omnia quæ fecerat refecit. Qui potuit omnia de nihilo facere, noluit caviolata sine Maria refiere.

CAP. II. PASSVS *sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.* Iste Pilatus iudex erat in illo tempore ab Imperatore positus in Iudæa, sub quo Dominus passus est. Cuius mentio ad tẽporis significationem, non ad personę illius pertinet dignitatem. *Crucifixus.* Hinc multa Prophetę prędixerunt, qualiter crucifixus in cruce in conspectu populi maligni manibus extensis pependerit. Tamen vt breuiter dicatur, in cruce suspensus est, vt nos à damnatione ligni vetiti dissolueret, & à morte liberaret. Sed quæritur, quid sit crucis significatio, & quare Dominus in patibulo pati se elegerit? Ad quod tripartita ratio redditur. Prima, vt Christus pro reatu mundi redemptio daretur, & antiquus hostis velut hamo crucis caperetur scilicet, vt quos absorbuerat euomeret non potentia victus, sed iustitia. Secunda causa est, vt secutoribus hominibus vitæ magisterium præberet. Ad hoc enim ascendit in crucem, vt nobis passionis & resurrectionis pręberet exemplum. Tertia causa est susceptę crucis, vt superbia seculi & inflata sapientia, per crucis stultam, vt putatur, prædicationem humiliata corruueret, & sciret id quod stultum est Dei, sapientius esse hominibus. Sed adhuc videndum

Pater.

Esai. 53.

Omnipotens

CAP. III.

Iesus. Christus.

Vnicus.

Psal. 21.

CAP. IV.

Crucifixus.

Cur Dominus voluerit crucifigi.

Lucæ 4. videndum est, quare Dominus tale genus mortis elegerit. Legimus enim in Euangelio, quòd Pharisæi voluerunt eum præcipitare de monte. At ille transiens, per medium illorum ibat.

Ioan. 8. Alibi quoque legimus, quòd Iudei tulerunt lapides, vt iacerent in eum: ipse verò abscondit se, & exiuit de tẽplo. Quare noluit Dominus præcipitari, vel lapidari, aut etiam gladio truncari? Vtique causa nostræ salutis hoc fecit. Mors enim Christi signũ est nostrę salutis. Noluit ergo lapidari, aut etiam gladio percuti: quia videlicet nos semper nobiscum lapides aut ferrũ ferre non possumus quibus defendamur. Elegit verò crucem, quæ leui motu manus exprimitur, qua & contra inimici versutias munimur. Hoc enim signo crucis consecratur Corpus Dominicum, sanctificatur fons baptimatis, initiantur etiã presbyteri, & cæteri gradus ecclesiastici, & omnia quæcunque sanctificantur, hoc signo Dominicæ crucis cum inuocatione Christi nominis consecrantur.

Virtus crucis.

CAP. III. Crucis mysteriũ. NAM & ipsa crux magnum in se mysteriũ continet: cuius positio talis est, vt superior pars cœlos petat, inferior terræ inhęreat, fixa in infernorũ ima contingat, latitudo autẽ eius partes mundi appetat. Quia & Christus per passionem crucis angelis profuit in cœlo: quorũ numerus quia per apostatam angelũ imminutus fuerat, ex animabus fideliũ quotidie adimpletur: & nobis qui sumus in terra, & illis qui propter originale peccatum detinebantur apud inferos, sed & ipsis qui in diuersis mundi partibus habitabant. Iacens verò crux quatuor mundi partes appetit: Orientem videlicet & Occidentem, Aquilonem & Meridiem: quia & Christus per passionem suam omnes gentes ad se trahit, & omnia sibi subiugãt, iuxta quod ipse surgens à mortuus, dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Continetur etiam in hac crucis figura altius sacramẽtum: quod quanto est altius, tanto attendendum diligentius. Intelligitur nãque in latitudine crucis dilectio proximi: quę non tantũ vsque ad amicos, sed etiã extendenda est vsque ad diligendos inimicos. Intelligitur quoque in eiusdẽ longitudine longa & perseuerans laborum & persecutionũ sustinentia, quam patiẽter ferre debet ad patriam suspirãs nostra peregrinatio, tam pro dilectione proximorũ, quàm pro exhibitione omnium bonorum operum. Figuratur simili ratione in altitudine eius eminãtia spei, penetrans vsque ad interiora velaminis: vbi visione pacis perfruũtur, qui hũc à ciuib. Babyloniæ multipliciter exercentur, donec in libertatẽ gloriæ filiorum Dei à seruitute corruptionis huius liberentur. Attendenda est etiam crucis profunditas, quia profundũ est mysterium crucis, in quo multorum qui sapientes dicuntur, ingenia defecerunt: quòd ausi sunt reprehendere quod non potuerunt humana ratione comprehendere: videlicet cur verbũ Deo patri cœternum omnia continens, omnia implens, in assumpto homine totum se conclusit, & tamen totum mundum regere, complere & cõtinere non desierit. Nulla ergo sit nobis de cruce Christi confusio, quia habemus de eius passione victoriam.

Matth. 28.

CAP. V. SICVT enim sempiternus Dei filius non sibi, sed nobis natus: ita immaculatus Dei agnus non sibi, sed nobis passus est. Quis autem non mirificum aduertat esse mysterium, vbi ipse homo prædicatur qui Deus est, & vbi idem Dominus annuntiatur qui adscribitur crucifixus? Nec incogitata ei quod perẽptus est aut improuisa res accidit, qui diuinitatis suæ consilio idcirco suscepit hominẽ, vt pro homine posset occidi. Supplicium autem crucis elegit, vt sublimiorem victoriã pararet pœna deterior, & qui vniuersitatis bono patiebatur, quasi in cõspectu mũdi in altum sublatus occumberet, simul vt qui crucifixum videbant, mirabilia cernerent crucifixi. Nam satis abundẽque gloriam patientis ostendit tepẽtina solis obscuritas, tremor terræ, saxorum diuisio, resurrectio mortuorum. Illud autem quãti est testimonij, quòd etiam pariter crucifixus latro memoriam sui in cœlesti regno fieri à cõsorte supplicij precabatur? Hinc est, charissimi, quod illusiones & probra quæ pertulit Christus, crucẽ mortẽm quę eius non suspiritis ingemiscimus, sed continuis celebramus laudibus. Mors Domini nostri Iesu Christi non fuit in anima, sed in sola carne: mors verò nostra non solùm in carne, sed etiam in anima. In anima propter peccatum, in carne propter pœnam peccati. Ille verò quia peccatum non fecit, nec habuit in anima, non est mortuus, nisi in carne tantũ: & hoc per similitudinem carnis peccati quam de Adam traxit. Igitur simplæcius mors profuit duplæ morti nostræ, & simpla eius resurrectio, resurrectioni animæ & corporis. Resurrectio quippe eius duas mortes nostras soluit, & duas resurrectiones nostras formauit. Nec immeritò vno die & duabus noctibus iacuit in sepulchro, quia videlicet lucẽ suæ simplæ mortis, tenebris nostrę duplæ mortis adiunxit. Venit enim ad nos qui in morte carnis & Spiritus detinebamur, & suam vnam mortem carnis detulit, duásque nostras soluit. Si enim ipse vtramque susciperet, à nulla nos liberaret.

A

CAP. VI. SEPVLTVS est, vt ad consolationem sepultorum benedictionẽ corporis eius & terra susciperet. Infirma incarnatiuerbi commemorantur, de quibus Apostolus dicit: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Natus est ex virgine, vt nos nasceremur ex Ecclesię virginis vtẽro. Tentatus est, vt à tẽtatione liberaret. Tẽtatus, vt dimitteremur. Ligatus, vt nos à nodo maledictionis absolueremur. Illusus est, vt nos ab illusionibus dæmonum liberaret. Venundatus est, vt nos redimeret. Humiliatus est, vt nos exaltaret. Captus est, vt nos à captiuitate dęmonũ auferret. Spoliatus est, vt nuditas primi hominis, per quã mors ingressa est, tegeretur. Spiriis coronatus est, vt nos liberaret à spinis peccatorũ, vel potius vt mõstraret se cum eis coronãdũ, illósque caput & coronã Ecclesię futuros, qui spinosi erant amando vitia. Aceto est potatus, vt nos inebriaret dulcedine cęlestis desiderij & ęterni gaudij. Postremò in altari crucis sacrificatus est, vt totius mũdi peccata dẽleret. Mortuus est, vt mortis captiuaret imperium. Sepultus est, vt sepulturę sanctorum beneficeret, & vt nos sibi vitiis & cõcupiscẽtiis sepeliret. Hæc ergo infirmitas Christi superauit omnem firmitatem mundi.

1. Cor. 1.

CAP. VII. DESCENDIT *ad inferna*, vt Adam protoplastum, & Patriarchas, & Prophetas, omnésque iustos qui pro originali peccato ibidem detinebantur, liberaret, & vt de vinculis peccati absolutos, de eadem captiuitate & inferni loco, suo sanguine redempros ad supernam patriam, & ad perpetuę vitę gaudia reuocaret. Reliqui qui supra originale peccatum principalẽ culpam cõmiserunt, vt asserit Scriptura, in pœnali tartarò remanserunt: sicut in persona Christi dictum est per Prophetam, Ero mors tua, ô mors: id est, morte sua Christus humani generis inimicã mortem interfecit, & vitam dedit. Ero morsus tuus, inferne. Partim momordit infernum pro parte eorũ quos liberauit: partim reliquit pro parte eorum qui pro principalib. criminibus in tormentis remanserunt. *Tertia die resurrexit à mortuis.* Si credidisti de Christo quod dedecoris est, crede quod glorię est. Si credidisti quod mortis est, crede quod vitæ est. Sicut enim in passione mysteriũ pietatis est, ita in resurrectione operatio potestatis, vt ipse ait: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. *Ascendit ad cœlos*, id est, conditionem naturę nostrę quam ex homine matre natus assumpsit, super cœlos in dextera Dei patris collocauit. Ascendamus & nos cum Christo interim corde, vt cum dies eius promissus adueneritsequamur & corpore. Scire tamen debemus, fratres, quia cum Christo non ascendit superbia, non auaritia, non luxuria, nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro: ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus vitia vel peccata deponere. Omnes enim quasi quibusdam compedibus nos premunt, & peccatorũ retibus nos ligare contendunt: & ideo cum Dei adiutorio secundum quod ait Psalmista, Dirumpamus vincula eorum: vt securi possimus dicere Domino, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. *Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.* Sedere, indicantis est. Et quia redemptor noster assumptus in cœlum, & nũc omnia iudicat, & ad extremum iudex omniũ veniet, sedere describitur.

Ioan. 10.

C

Psal. 1.

Psal. 115.

CAP. VIII. INDE *venturus iudicare viuos & mortuos.* In ipso corpore vẽturus est ad iudicium, in quo ascendit ad cœlum, Christianos iudicaturus & Paganos, iustos & peccatores, fideles & impios. Omnes enim, vt ait Apostolus, astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bonũ, siue malum. Quam rem etiã Dominus in Euangelio denuntiat, dicẽs: Filius hominis vẽturus est in gloria sua cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundũ opera sua. Diligẽter quęso attendite, fratres, & mecũ pariter expauescite, quia non dixit, vt reddat vnicuique secũdum misericordiam suam, sed secundum opera. Hic enim est misericors, ibi iustus. Nam quòd non statim in peccatores vindicat, patientia est, nõ negligentia. Nõ ille potentiam perdidit, sed nos ad pœnitentiam reseruauit. Vnde valde timendum est, ne quanto diutius expectat vt corrigamur, tanto grauius vindicet, si emẽdati noluerimus. Scire & intelligere debemus, fratres charissimi, nihil nobis esse salubrius, quam vt damnatis omnium præsentium rerũ voluptatibus, id potius cogitemus quãdo erimus de hoc seculo trãsituri, vel quando tabernaculum corporis vltimo die superueniente deposituri, & iterum illud resurrectionis tempore recepturi, vt cum eodẽ recipiamus prout gessimus, siue bonũ, siue malum.

2. Cor. 5.

Matth. 16.

D

malũ. Et ideo rogo, fratres, vt quotidie cogitemus, quales erimus in die iudicij purissimis angelorum conspectibus offerẽdi, & æterno iudici rationẽ de libris conscientiæ reddituri, remotis omnibus probationibus. Certũ est in die illa ipsum ante se hominem constituendum, & ipsam sibi vitam in cordis speculo demonstrandã, & testes contra eam non de foris aliquando, sed intus de ipsa anima proferendos. Adiicieuda erunt non aliqua peregrina, sed nimiũ nota testimonia, id est, opera sua. Ordinabũtur ante infelicem animam peccata vel crimina sua, vt eam & conuincat probatio, & confundat agnitio, secũdum illud quod scriptum est, Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quicunque se modò dum licet, emẽdare neglexerit, ante illum cælestem populum primum excepturus erit de confusione supplicium, & anima quæ modò per pœnitentiam compendiosam transactas peccatorum suorum putredines curate dissimulat, ante illud tribunal metuẽdum sine vllo remedio in perpetuo tartaro manebit.

Psal. 49.

CAP. IX. QVÆ cùm ita sint, bene nobiscum ageretur, si iam nunc sic pœniteremus super malis nostris, quomodo tunc sine vllo remedio pœnitebimus: si fœditates & cõfusiones nostras, quemadmodum tunc visuri sumus, sic iam eas nunc videre & horrẽ possemus. O si iam faciem nunc peccatricis animę liceret oculis corporis intueri, & cõscientiæ nostræ vultum in oculorũ præsentiam permitteremur adducere: quod si liceret, nec dici potest quanto studio, quanto metu vrgeremur fœdata componere, maculata tergere, vulnerata curare. Ideóque quia nõ possumus oculis corporis, inspiciamus nos in quantum possumus oculis cordis, & vnusquisque conscientiam suam ante conspectũ interioris hominis cõstituat: ipsi nosmetipsos castigemus, ipsi nobiscũ rationem de quotidiana conuersatione faciamus, ipsi nos accusemus quotidie iudici nostro, & dum in carne sumus, contra ipsam carnem, auxiliante Domino, quotidie dimicemus. Quod qui fecerit, ab auditu malo liberabitur. Qui autẽ contemnit, quid faciet in illo metuẽdo iudicii die, cum tremente mundo Dominus præcinẽtibus angelorum buccinis, in illo maiestatis suæ throno circũdatus cælestis militię luce consederit: ibíque de terræ gremio & antiquo puluere suscitato humano genere, astante testimonio conscientiæ singulorum, positis in conspectu peccatorum pœnis iustorũm que prę miis, rationẽ vitę cœperit postulare, & plus iam iustus quam misericors seueritate iudicis, contemptæ misericordiæ reos cœperit accusare, & dicere: Ego te homo de limo manibus meis feci, ego terrenis artubus infudi spiritũ, ego tibi imaginem nostram similitudinémque conferre dignatus sum, ego te inter paradisi delitias collocaui: tu vitalia mandata contemnẽs, deceptorem sequi quàm Deum maluisti. Cũ expulsus de paradiso iure peccati mortis vinculis tenereris, virginalem vterum sine dispẽdio virginitatis pariendus introiui. In præsepio expositus, & pánis obuolutus iacui: infantiæ contumelias humanósque dolores, quibus tibi similis fierem, ad hoc scilicet, vt te mihi similem facerem, pertuli: irridẽtium palmas & sputa suscepi, acetum cum felle bibi, flagellis cęsus, vepribus coronatus, cruci affixus, vulnere perfossus, vt tu eripereris morti, animam in tormentis dimisi. En clauorum vestigia, quibus affixus pepẽdi, en perfossum vulneribus latus. Suscepi dolores tuos, vt tibi gloriam daremsuscepi mortem tuam, vt in ęternum viueres. Conditus iacui in sepulchro, vt tu regnares in cælo. Cur quod pro te pertuli perdidisti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renũciasti? Non te ego de morte tua quæro, redde mihi vitam tuam pro qua meam dedi. Redde mihi vitam tuam, quam vulneribus peccatorum indesinenter occidis. Cur habitaculum quod mihi in te sacrauerat, luxuriæ sordibus polluisti? Cur corpus meum illecebrarum turpitudine maculasti? Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quam illa in qua quondam pependeram afflixisti? Grauior enim apud me peccatorũ tuorum crux est, in qua inuitus pendeo, quàm illa in qua tui misertus mortẽ tuam occisurus ascendi. Cùm essem impassibilis, pro te pati dignatus sum: sed tu despexisti in homine Deum, in infirmo salutem: & quia post omnia mala tua ad medicamenta pœnitentię confugere noluisti, ab auditu malo non mereberis liberari. Qui tunc erit stridor dentium, cùm sanctorũ multitudine ad dexteram regis & ad gloriã segregata, peccati populus in profundo tartari sine vlla miserationis ac veniæ spe demersus, excludi se tenebris suis à beata sanctorũ luce viderit: & in profundi sinum sine fine descendẽs vrgente os suum puteo æterna supplicia, & perpetuam mortem non moriturus aspexerit? Frustrà autem à paupere, quem in hac vita despexit, misericordiam postulabit frustrà extremum Lazari digitum, quo ardens retigeretur, ardẽtibus labiis rogabit apponi. Quàm vellet miser, cùm pauperum gloriam viderit, dutis quõdam paupertatis subiacuisse laboribus, & illa quæ cum vita morerentur mala portasse, ne ad illa æterna mereretur supplicia peruenire.

A

B

C

CAP. X. VT ergo tã dura & tam terribilia vnde illud tribunal ęterni iudicis non mereamur audire, dum adhuc licet & cum Dei adiutorio in potestate nostra est, cõsideremus cõscientias nostras: & si aliqua crimina vel peccata capitalia, nec dũ eleemosynis & orationibus purgata, nobis adhuc dominari cognoscimus, portũ pœnitentiæ denictis peccatorũ fluctibus Christo iuuãte festinemus intrare. Et si quid in nauicula animæ nostræ multis tempestatibus peccatorũ fluctibus, aut per superbiam fractũ, aut per auaritã ruptum, aut per luxuriam resolutũ esse cognoscimus, cõponere vel reparare bonis operibus festinemus. Studeamus iugiter vitiorum exhaurire sentinã. Non enim nocent peccata prętérita, si non placent pręsentia. Sicut enim nulli iustorum sufficit iustitia sua, si nõ perseuerauerit vsque in finem: ita nulli peccatorũ nocere poterit iniquitas sua, si antequã de corpore isto discedat, ad eleemosynarũ remedia vel ad pœnitentiæ medicamenta confugerit. Sed quia quãdo vel qua hora de hoc seculo rapiamur, scire non possumus, sine vlla dilatione vel mora de siniistra fugere festinemus ad dexterã. Nõ sanitati, non ætati credendum est. Non in remedium salutis suę semper finis tardãdus est, qui vitę suæ semper incertus est: quia qui nos securos facit dicẽdo, Peccator in qua die cõuersus fuerit, omnes iniquitates illius oblitionis tradũtur: ipse nos etiam cautos voluit, dicens: Nolite tardare conuerti ad Dominum, nec differatis de die in diem. Cõuertamur ergo ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Hic extinguamus mortẽ moriẽdo peccatis, hic vitam vitæ meritis acquiramus. Hæc ergo, fratres dilectissimi, sapienter ac fideliter cogitantes, ad pœnitentiæ remedia cõfugere festinemus, & per castitatem vel humilitatem, per opera iustitiæ ac misericordiæ, æterna nobis apud Deũ cõparemus. Sed vt ad id redeamus vnde digressi sumus, sequitur in hoc sancto Symbolo.

Psal. 115.

Ezech. 33.

Eccl. 5.

CREDO *in Spiritum sanctum.* Aduertite quod sicut in patrem, ita & in filium & in Spiritum sanctum sit credendum. Nam qui vel in vnam de trinitate personã non crediderit, in duabus illi credidisse non poderit. Fides namque catholica hæc est, vt vnũ Deum in trinitate, & trinitatẽ in vnitate veneremur, credamus & colamus & cõfiteamur. Et in hac trinitate nihil prius aut posterius: quia sicut numquam pater sine filio, nec filius sine patre, sic & numquam fuit pater & filius sine Spiritu sancto. Coęterna ergo est sancta trinitas, & inseparabilis vnitas, sine initio & sine fine. Nihil maius aut minus. Æqualitatẽ personarum dicit, quia S. trinitas æqualis est, & vna est deitas. Apostolo dicente atque docẽte: Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur, & per creaturã creator intelligitur, secundum has comparationes & alias quã plures. Sol, cãdor & calor, & tria sunt vocabula, & tria vnũ. Quod candet, hoc calet, & quod calet, hoc candet: tria hęc vocabula, res vna cognoscitur: ita pater & filius & Spiritus sanctus, tres personæ in deitate vnum sunt, & indiuidua vnitas rectè creditur. Itẽ de terrenis, vena, fons, fluuius, tria hęc vocabula, & tria vnum in sua natura: ita trium personarũ patris & filij & Spiritus sancti substantia & deitas vnum est. Neque patris persona, neque Spiritus S. sed sola filij suscepit carnẽ. Et vt hoc intelligas, cõparationibus vtar. Certè vt intelligas ex creatura creatorẽ, in anima est & ratio: & cùm sint vnum, aliud agit anima, aliud ratio: anima viuimus, ratione sapimus. Ita pater & filius & Spiritus sanctus, cũ sint vna substãtia, tota trinitas operata est hominẽ, quem assumpsit non tota trinitas, sed sola persona filij. Et licet ipse Dei filius Deus & homo esset, homo tantũ passioni subiacuit. Sicut, verbi gratia, videmus arborẽ splẽdorem solis in se habentẽ, & cùm inciditur, videmus quia ictus ferienris ferri splendorẽ solis excipit, priusquam pertingatur lignũ: sed splendor cùm ibi sit, nõ potest nec incidi, nec à dolante separari: Sic etiã diuinitas nec separari potest, nec incidi. Illud autem passioni subiacuit, quod sicut lignũ & ligari possit & teneri. Igitur sicut in patrem & filium, ita & in Spiritum sanctũ credere debemus. Hęc est, charissimi, inoffensa regula veritatis, vt quorum vnum est & vnum sunt, à nobis non separentur in terris. Nã sicut diuinitati nihil de creaturis æquari potest, ita ordinem diuisionẽ & inæqualitatẽ natura diuinitatis excludit. Secundum enim Euangelicam veritatẽ, sicut filius à patre exit, ita & Spiritus sãctus à patre procedit: & sicut vnigenitus filius Dei est, ita & Spiritus sãctus Dei est: & sicut pater cui vult mittere

Ioan. 1.

Rom. 1.

CAP. XI.

feretur, & filius cui vult patrem reuelat, ita etiam Spiritus sanctus & inspirare legitur, prout vult, & dona cœlestiũ gratiarũ diuidere, prout vult. Vnde bene eiusdẽ Spiritus gratia septiformis à Propheta describitur, quia nimirũ & per eius inspirationem ad requiem peruenitur, & in eius plena præceptione ac visione rẽquies vera possidetur. De quo rectè promittitur, Ipse vos docebit omnia: quia nisi idem Spiritus cordi assit audiẽtis, otiosus est sermo doctoris. Nemo docẽti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuũ laborat. Vnde quia sine eo nihil boni agere possumus, ipso opitulante tales nos reddamus, ad quos Spiritus sanctus aduenire, & in quibus habitare dignetur.

Ioan.14.

CAP.XII. SANCTAM *Ecclesiam Catholicam*. Sciendum est, quod Ecclesiam credere, non tamen in Ecclesiam credere debemus: quia Ecclesia non Deus, sed domus Dei est. Catholicam dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hæreticorum ecclesiæ ideo catholicæ nõ dicũtur, quia per loca atque per suas quasque prouincias continentur. Hæc verò à solis ortu vsque ad occasum vnius fidei splendore diffunditur. Nullæ sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior substãtia quàm est Catholica fides, quæ peccatores homines saluat, B cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitẽtes reparat, iustos augmentat, Martyres coronat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis cœlestibus præparat, & in æterna hæreditate cum angelis sanctis cõmunicat. Quisquis ille est, & qualiscũque ille est, Christianus nõ est qui in Christi Ecclesia non est. Sola quippe est per quã sacrificium Dñi libenter accipiat, sola quæ pro erratibus fiducialiter intercedat. Vnde etiã de agni hostia Dñs præcepit, dicẽs: In vna domo comederis, nec efferetis de carnib. eius foras. In vna nãque domo agni comeditur, quia in vna catholica ecclesia vera hostia redẽptoris immolatur. De cuius carnibus diuina iussio efferri foras prohibet, quia dari sanctũ canibus vetat. Sola est in qua opus bonũ fructuosè peragitur, vnde mercedem denarij non nisi qui intra vineã laborauerant acceperunt. Sola est quæ intra se positos valida charitatis cõpage custodit. Vnde & aqua diluuij arcã quidẽ ad sublimiora sustulit, omnes autẽ quos extra arcã inuenit, extinxit. Sola est in qua mysteria superna veraciter contẽplemur. Vnde ad Moysen Dominus dicit: Est locus apud me, & stabis supra petrã. Et paulò pòst: Tollam manum meam, & videbis posteriora mea. Quia enim ex sola catholica Ecclesia veritas conspicitur, apud se esse locũ Dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur, vt Dei speciẽ cõtẽplerur, quia nisi quis fidei soliditatẽ tenuerit, diuinã præsentiam non agnoscit. Auelle, inquit, radiũ solis à corpore, diuisionem lucis vnitas nõ capit. Frange ramũ ab arbore, fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuũ, præcisus arescit. In his Cypriani verbis intelligimus, lucẽ nõ capere diuisionẽ, nisi in sanctis regno Dei prædestinatis, qui diuidi ab Ecclesia nullo modo possunt: & non germinare ramũ fractum salutis æternæ germine accipimus. Aridtatem verò riui à fonte præcisi, in eo quòd Spiritu S. vacuãtur qui ab vnitate separãtur, agnoscimus.

Catholica.

Greg. verba lib. Moral.35.

Exodi 12.

Greg. verba.

Exodi 33.

C

CAP.XIII. SANCTORVM *communionem*, id est, cum illis sanctis qui in hac quam suscepimus fide defuncti sunt, societate & spei communione teneamur. Si igitur cum sanctis in æterna vita cõmunionẽ habere volumus, de imitatione eorum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, vt pro nobis dignentur Domino supplicare. Si enim tormẽta quę sancti pertulerũt, ferre non possumus, vel contra malas cõcupiscentias, ipsis intercedẽtibus repugnemus. Nam nec Abrahã nec Isaac nec Iacob occisi sunt: & tamẽ fidei & iustitiæ meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerũt. At quorũ conuiuium congregatur, quisquis fidelis & iustus & laudabilis inuenitur. Vnde & nos, fratres charissimi, etiam si nil tale pertimiamur, si non vincula, non verbera, nõ carceres, non supplicia corporis alia, nullam hominum persecutionẽ propter iustitiã tolerẽmus, societatem tamẽ sanctorum obtinere valebimus, si castigare corpus nostrum, & seruituti subiicere curamus, si in spiritu humilitatis & in anima contrita Domino supplicare assuescimus, si illatas à proximo cõtumelias placida mente suscipere satagimus, si & eos qui nos odio habẽt, qui iniurias nobis inferunt, diligere, his benefacere, & pro horũ vita & sospitate gaudeamus exorare, si cũ virtute patientiæ bonorũ quoque operum fructibus adornari contẽdimus. Taliter etenim cõuersantibus nobis, & corpora nostra, iuxta Apostoli vocẽ, hostiã viuentem, sanctam, Deo placentem exhibẽtibus, cęlesti dignatione donabimur, vt cõmuni cum eis qui mẽbra sua in mortẽ pro Domino dederũt, gloria rẽmuneremur: quia sicut mors illorum, sic & vita nostra pretiosa sit in cõspectu Domini: diruptisq. vinculis carnis & ipsi atria supernæ ciuitatis intrare atq. inter choros beatorũ martyrũ vota gratiarũ redẽptori nostro reddere merebimur. Hæc sunt vestigia quæ nobis sancti quiq. reuertentes in patriam reliquerunt, vt illorũ semitis inhærẽtes sequeremur ad gaudia. Cur nõ properamus & currimus, vt patriam nostã videre possimus? Magnus illic charorum numerus expectat, parentũ, fratrũ, filiorum, frequẽs nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute solicita. Ad eorũ complexum & cõspectũ venire, quanta illis & nobis in cõmune lætitia est? Illic Apostolorũ gloriosus chorus. Illic Prophetarum exultantium numerus insignis. Ibi martyrum populus innumerabilis ob certaminum victoriã coronatur. Illic clarissima virginum turba lætatur, illic etiã confessorũ fortitudo laudatur. Sed etiam illorũ remuneratio censetur, qui præcepta Dominica seruantes, ad cœlestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Quæ autẽ lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernę ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentẽ Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuę munere lętari? Ad hos electos Dei auida cupiditate properemus, vt cum his citò esse, & citò nos ad Christum conuenire contingat, ad eum quem huius itineris ducem habemus, salutis auctorem, lucis principem, lętitię largitorem.

Exodi 33.

C

D

REMISSIONEM *peccatorũ*. Credenda est præcipuè, fratres, peccatorum remissio, quia hoc vnum remedium est, quod hominum genus à sententia perpetuæ mortis absoluat. Idcirco vnigenitus Altissimi dignatus est carnẽ assumere, cõtentus est cruce, vt te, qui crimina tua cuadere non poteras, indulgẽtia faceret innocentem. Ideo immaculatus occisus est agnus, vt eius cruore humani generis macula tergeretur. Miror autẽ, quosdã sic obstinatos esse, vt dãdam non putent lapsis pœnitentiã, aut pœnitentibus existiment veniam denegandam, cũm scriptũ sit, Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera. Vtique ei dicitur, quem constet excidisse, & quem Dominus hortatur per opera rursus ęcurgere, quia scriptũ est, Eleemosyna à morte liberat: & non vtique ab illa morte quã semel Christi sanguis extinxit, & aqua nos salutaris baptismi & redẽptoris nostri gratia liberauit: sed ab ea quę per delicta postmodum surrepsit. Nam cũm scriptum sit, Dominus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum: vtique qui neminem vult petire, cupit peccatores pœnitentiã agere, & per pœnitentiam denuo ad vitam redire. Ideo & per Iohel prophetam clamat, & dicit: Et nunc dicit Dominus Deus vester, Reuertimini ad me ex toto corde vestro, simũlque in ieiunio, & fletu & plãctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & reuertimini ad Dominum Deum vestrũ, quia misericors & pius est, & patiens & multæ miserationis, & qui sententiã flectat aduersus malitiam irrogatam. Dominus quoque in Euãgelio pietatẽ Dei patris ostẽdens ait: Quis est ex vobis homo, quẽ si petierit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscẽ postulauerit, nunquid serpentem illi porrigit? Si ergo vos, cũm sitis mali, scitis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester de cœlo dabit Spiritũ bonum petentibus eum? Comparat hic Dominus carnalem patrẽ, & Dei patris æternã largãmque pietatẽ. Quòd si iste in terris nequã pater offensus grauiter à filio peccatore & malo, si tamen eum postmodum viderit reformatũ, & depositis prioris vitæ delictis, ad sobrios & bonos mores, ad innocentiæ disciplinã pœnitentiæ dolore correctũ, gaudet & gratulatur, & susceptum quem antè perdiderat cum voto paternę exultationis amplectitur: quanto magis vnus ille & verus pater bonus, misericors, pius, imò ipsa bonitas & misericordia & pietas, lætatur in pœnitentia filiorũ suorum: nec iram pœnitentibus aut plangentibus & lamentãtibus nec pœnam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam pollicetur? Si enim tãtum potuit diabolus, vt de excellis virtutum fastigiis in profundum te duceret malorũ, quanto magis poterit Deus te ad summum bonorum verticem reuocare: & non solùm in id reuocare quod fuisti, sed & beatiorem multo quàm prius videbaris esse?

Apoca. Tobia.

Iohel.2.

Sap.1.

Matth.7.

D

TANTVM ne concidas animo, neque spem tibi abscidas bonorum, ne quæso accidat tibi quod impiis solet. Non enim peccatorum multitudo adducit in desperationem, sed impietas. Et propterea Salomon non dixit, quia omnis qui venerit in profundum malorum, contemnit: sed impius, inquit, si venerit in profundum malorum,

CAP.XIV.

malorum, cõtemnit. Impiorum ergo est desperare salutem, & conciscũere cum in profundum venerint malorum, non peccatorum. Impietas enim nõ sinit eos ad Deum respicere, & illuc redire vnde dilapsi sunt. Ista ergo cogitatio, quę spem conuersionis abscidit, ab impietate descẽdit, & sicut lapis grauissimus ceruicibus animæ incũbens, semper eam deorsum in terram cogit aspicere, ad Deum verò suum oculos non sinit leuare. Sed virilis animi est & præclaræ mẽtis, deiicere à ceruicibus animæ suæ inimicum pondus: imò deprimentem se diabolum abiicere, & imperare animę suæ, vt canẽs verba Prophetica dicat ad Dominum, Sicut oculi seruorũ in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillę in mãibus dominę suę, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Præclara verò in his verbis & cœlestis philosophiæ doctrina est. Repleti sumus, inquit, despectione: hoc est quod docere nos voluit, quia & si peccatorũ nostrorũ multitudine repleti sumus, despectione atque opprobriis cooperti, oculi tamen nostri ad Dominum Deum nostrum sint, donec misereatur nostri. Nec prius ab obsecratione cessemus, quã impetrare peccatorũ veniam mereamur. Hoc enim verè constantis animę est & pertinacis, vt nequaquã repellatur de perseuerantia poscendi desperatione impetrãdi, sed perseueret ac persistat in obsecrationibus donec misereatur ei. Et ne fortè arbitreris te offensam magis contrahere apud Deum, si cũm non merearis audiri importunus persistas in precibus, recordare Euangelij parabolam, & ibi inuenies quòd perseuerantes & importunos precatores Dñs non sibi ostendit ingratos. Ait enim: Et si nõ dabit ei propter quòd amicus eius est, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit ei quantum opus habet. Intellige charissime ergo quia propterea diabolus desperationẽ subiicit impetrandi, vt spem bonitatis Dei nobis abscidat, quæ est dux itineris, quo itur ad cœlũ. Sicut autem pro morte communi philosophicum est, à lachrymis temperare, ita in animæ morte cõsolationem recipere & insipiens & irreligiosum duco. Quinimò & ignauiæ nos argũdos puto, si cũm lamẽtatores corporum mortísque cõmunis tam durè & tam vehementer hoc faciãt, cũm sciant & certi sint nihil prodesse fletus suos ad vitã defuncti, nos nihil tale pro animæ lamentatione faciamus, quàm restitui in statum suum per pœnitentiã nouerimus.

Lucæ 11.

C

CAP.XVI. SCIMVS enim, plures prolapsos ab itinere recto, & præcipitatos ab ingressũ viæ angustæ: & ita rursus reparatos esse, vt posterioribus priora trãsierint, atque ad palmam peruenerint, & coronã, numeróque rursus & choro adscripti credantur esse sanctorũ. Et nolo putes quia de his sermo mihi sit tantùm, qui in paucis & leuibus peccauerunt: de illo loquor qui omnibus succubuit malis, qui immanitate scelerum viam sibi excluserit regni cœlorum, & non de infidelibus, sed de fidelibus fuerit, & ex his qui prius placuerunt Deo, post hæc autem ceciderũt, vel in adulteria, vel in omnes impudicitias, quæ, vt Apostolus ait, turpe est dicere. Nunquam enim spernit pœnitẽtiam, si ei syncerè & simpliciter offeratur, suscipit, libẽter accipit, amplectitur, facit omnia, quatenus eum ad priorẽ statũ reuocet: quodque est adhuc prestantius & eminentius, etiam si quis non potuerit explere omnem satisfaciendi ordinẽ, quãtulamcumque tamen & quamlibet breui gestam non respuit pœnitẽtiam, suscipit etiam ipsam, nec patitur quãuis exiguę conuersionis perire mercedem. Hoc enim mihi videtur indicare Esaias, vbi de populo Iudæorum quædam talia ait, Propter peccatũ modicè contristaui te, & percussi te, & auerti faciem meam à te, & contristatus es, & ambulasti tristis, & consolatus sum te. Hęc igitur habentes exempla pœnitentię non perseueremus in malis, nec desperemus reconciliationem, sed dicamus: Etiam nos redeamus ad patrem, & approximemus Deo. Nunquã, crede mihi, auersabitur ad se cõuersum. Ipse enim dicit: Deus appropians ego sum, & non Deus de longe. Et iterum per eundem Prophetã: Peccata, inquit, separãt inter me & vos. Si ergo peccata sunt quæ nos separant à Deo, auferamus mediũ istud obstaculum, & nihil est quod nos prohibeat coniungi Deo. Propterea enim creauit nos Deus, & esse nos fecit qui non eramus, vt æterna in nos cõferat bona, & præstet regna cœlorum. Non enim nos ad hoc fecit, vt gehennę nos tradat ignisque perpetuo. Regnũ cœlorum propter nos, gehẽna propter diabolum facta est. Et hæc ita esse, ex Euãgeliis doceam. Ipse enim Dominus dicit his qui à dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est ab origine mundi. Illis autem qui à sinistris eius erũt, dicet: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si ergo gehenna ignis propter diabolum, propter hominẽ autem regnum cœlorum à constitutione mundi præparatum est: tantũ est, ne nosmetipsos ab ingressũ bonorum persistendo in malis petinaciter excludamus. Donec enim sumus in hac vita, quãtacumque nobis acciderint peccata, possibile est omnia ablui per pœnitẽtiam. Cùm autẽ abducti fuerimus ab hoc seculo, ibi iam etiam si pœnitebit nos: valde enim nos pœnitebit, sed nulla erit vilitas pœnitentię, & licet sit stridor dentium, licet vlulatus & fletus, licet fundamus preces, & innumeris obsecrationibus proclamemus, nemo audiet, nemo subueniet, nec extremo quidẽ digito aquam quis infundet linguæ nostrę positæ in flammis: sed audiemus illud quod diues ille audiuit ab Abraham, Quia chaos magnum firmatum est inter nos & vos, & neque hinc illuc transire quis potest, neque inde huc.

A

B

C

D

CAP.XVII. RESPISCAMVS ergo tandem, & recordemur quid profuerit illis qui in luxuria corporis & præsẽtis vitę voluptatibus vsque in diem vltimum permãserunt. Intuere nunc sepulchra eorum, & vide si est in eis aliquod iactantię suę vestigium, si aliqua diuitiarũ luxurię signa cognoueris. Require nunc vbi vestes & odoramẽta peregrina, vbi spectaculorum voluptas, vbi assectarum turbæ, & cõuiuiorum cessit opulentia, risus, iocus, & immoderata atque effrenata lętitia quò abiit, quò abscessit. Vbi illa nunc, & vbi ipsi. Quis finis vtrorũque. Intuere diligẽtius, & accede propius ad singulorum sepulchra. Vide cineres solos, & verminũ fœtidas reliquias, & recordare hunc corporũ esse finem, etiam si in deliciis & lętitia, si in labore & continentia transegerint vitam. Nam si res omnis omnisque causa vsque ad cineres veniret, & vermes, parua pẽderẽtur hęc dãna, & quę facilè possit excusare naturę conditio. Nunc autem conuerte tuos oculos ab istis cineribus & sepulchris, & reuoca cogitationem tuã ad illud diuini iudicij tribunal horrendũ, quod ardens fluuius flãmeis ambit fluentis, vbi fletus & stridor dentium, vbi tenebræ exteriores, vbi ille vermis conscientiæ qui nunquam moritur, & ignis qui nunquam extinguetur. Recordare parabolam Lazari & diuitis illius, qui opum tantarũ Dominus, qui purpura indutus & bysso, vnam tunc aquę guttam inuenire non potuit, cũ esset in ardoris necessitate constitutus. Dic, quęso te, quid plus habet vita ista quam somnium? Sicut enim hi qui in metallis cõstituti vel condẽnati, vel in alia qualibet pœna positi, cũm fortè post multum durę vitę paululum relaxati fuerint in somniũ, & vident se inter plures dapes positos, epulis copiosissimis perfrui, vbi verò surrexerint, nihil sibi gratię delectatione somnij inuenerint resedisse: ita & diues ille quasi somnium habuit huius vitæ: vbi discessit, nihil cum illo nisi præteritorum pœnitudo & præsentium permansit.

CAP.XVIII. HÆC recordare, & ignem illum gehennę his quę te nunc exagitãt flammis libidinis & cupiditatis oppone. Ignis hic qui in præsenti est vita, absumit cũncta quę recipit, ille verò quos susceperit semper cruciat, & pœnę suę semper integros seruat. Propterea enim & inextinguibilis dicitur, non solùm quia ipse nõ extinguitur, sed quia nec eos quos susceperit extinguet aut perimet. Scriptura etenim dicit, quia & peccatores induent incorruptionẽ, scilicet non ad honorem vitę, sed ad diuturnitatem supplicij profuturam. Huius autẽ pœnę & ignis illius potentiam, nulla vox exponere, nullus poterit sermo explanare. Nihil est enim in rebus corruptibilibus quod conferri possit incorruptribilibus siue bonis siue malis. Ibi quid agemus? Quid respondebimus? Nihil erit nisi stridor dentium, nisi vlulatus & fletus, & sera pœnitentia, cessantibus vndique auxiliis, & vndique inualescentibus pœnis: sed solatiũ quidem nullum. Nullus ibi occurret oculis nostris, nisi sõli pœnarum ministri, & facies dira tortorũ. Verùm has pœnas, hos cruciatus nos solùm euadere, sed etiam æternam beatitudinem, si modò de malis nostris pœnitentiam agimus, possumus acquirere.

Esa.54.

Esa.59.

Matth.25.

Ecc.34.

Prou.26.

VIDES quanta est virtus pœnitentię? Vides quãtum meriti conuersio reparauit? Corrumpitur autem pœnitẽtia, si eisdem quis pro quibus cõfitetur, rursus inuoluatur malis. Vnus enim, inquit, ędificans & alius destruens, quid consequẽtur nisi laborem? Et qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit mortuũ, quid proficit in lauacro suo? Ita & homo qui ieiunat pro peccatis suis, & iterũ vadit, & eadẽ agit, orationẽ eius quis exaudiet? Et iterum dicit, Qui redit à iustitia ad peccatum, Dominus præcipitat eum in gladium. Et sicut canis, cum reuertitur ad vomitũ, odibilis fit: ita & stultus, cum reuertitur ad peccatũ suum. Sed nunc quid dicamus, auscultа. Sæpe accidit, vt per pœnitentiam quis multa & magna correxerit, inter hęc tamen bona quę per

CAP.XIX.

pœnitentiatu correxit & peccata cõmisit. Et hoc est quod maximè desperationē inducit animo, quia videtur hic destruxisse quod ædificauerat, & omnes illos labores inaniter effudisse. Et hęc est cogitatio, quę pręcipuè animę põdus desperationis imponit. Sed illud rursus oportet cogitari, per quod pessima & inimica vitę nostrę cogitatio ista repellatur: quia illa bona quę egimus, & emendatio illa quæ per pœnitentiā quæsita est, nisi fuisset, & velut contrarium pondus ponderi huic quod ex peccato nobis introductū est obstitisset, nihil fuerat quod in profundum malorum nos decidere prohiberet. Nunc autem sicut fortis quædam lorica iaculum graue & amarum non permisit vsque ad vitalia visceru penetrare, sed vim lætalis teli maximā fregit. Certum est enim, quia qui fert secum illuc plura opera bona, & plura opera mala, in ipsis pœnis habebit aliquid refrigerij: qui autem bonorum operum nihil habet, malorū autem secum multā copiam refert, quid eum maneat, nõ opus est dicere. Erit enim ibi sine dubio compensatio bonorum malorũmque, & velut in statera posita vtraque pars. Quæ demeserit, illa sibi eorum quò momẽtum vergitur operatium vendicabit. Si ergo malorum multitudo superauerit, operarium suũ pertrahit ad gehennā. Si verò maiora fuerint opera bonorum, summa vi obnitent, & repugnabunt malis, atque operatorem suum ad regionem viuorum ex ipso etiam gehennæ confinio reuocabunt. Hæc ergo, fratres charissimi, si attentius voluerimus cogitare, remedia nobis in die necessitatis acquiramus: vt cùm dies iudicij venerit, nõ cum impiis, & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & Deum timentibus ad æterna præmia feliciter veniamus, Amen.

Caute legatur.

In festo Pentecostes, de missione Spiritus sancti.

SERMO LX.

Fuit de tempore 183.

SANCTITATI vestræ, charissimi, vtorum iam nota debet esse festiuitas. Quid enim quaratione curemus, ex ipsa annua celebritate condiscimus. Nā cum in vestigia sua iterū reuoluitur transacta solennitas, doctiores efficimur, dum eam sæpius celebramus. Pentecosten ergo agamus hodie, hoc est, quinquagesimum diem à resurrectione Dominica: nõ quod hac die, sicut plerique putāt, ad cœlos Saluator ascẽderit. Nam post resurrectionē cum Apostolis conuersatus, quadragesima die ad Dei patris dexteram remeauit, sicut Lucas Euãgelista ait, Quibus etiam exhibuit seipsum viuum post passionem suam, per dies quadraginta apparẽs eis, Quadraginta ergo temporum curriculo cõuersationem suam discipulis suis Saluator exhibuit, scilicet vt tãto numero resurrectionis eius gratia lætaremur, quãto & passionis eius iniurias sueueramus, totidémque tẽporum spacio eo reficeremur præsente, quo ieiunamus absente. Non igitur hodie Christus ascẽdit ad cœlum, sed Christi Spiritus descendit de cœlo, sicut ipse Dominus promittens ait: Cùm autem ascendero ad patrẽ, mittam vobis paracletum Spiritum veritatis, & ipse vos docebit omnia. Magna planè gratia, duplex gaudium, quòd abeuntem Christum non amisimus, & venientem spiritum possidemus. Nam illum retinemus fidei merito, hũc sanctificationis accessit. Cùm abiero, inquit, ad patrem, mittam vobis paracletum. Credimus enim ad patrem peruenisse filium, cùm videmus ad Apostolos descendisse paracletum. Credimus namque eum regnare in cœlis, quem cernimus munera sancta donare in terris, sicut scriptum est per Prophetã: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominib. Victor vtique muneratur, victor dona largitur. Vnde & Saluator victor diaboli, post triumphũ discipulos quos liberauit à captiuitate, etiam benedictione ditauit. Liberauit autem nos, cùm ad resurgẽdum per seipsum tartara nobis aperuit: ditauit nos, cùm ad regnandum per paracletũ nobis cœlestia reseranit. Quibusdam enim quasi profectuũ gradibus tunc de morte ad vitam didicimus remeare: modò autẽ de terris ad cœlos docemur ascendere, sicut scriptum est: Ipse vos docebit omnia. Quid docet Spiritus sanctus? Vtique hoc nouit docere quod sanctum est. Quid docet nos Paracletus? Illud vtique docet quod dicit Saluator, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cùm venerit ille Spiritus veritatis, ipse vos docebit omnia. Bonus itaque magister est paracletus, quia dicit quæ Christus dicenda seruauit. Hoc enim docet Spiritus sanctus, quod Dominus docendũ habere se dicit. Bonus planè magister est, qui præceptorũ executor est Saluatoris. Necesse est igitur vt vnius sit substãtiæ natura cum Christo, quem videmus vnius cum Christo esse doctrinæ. Et ideo, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, vt Spiritum sanctum promereri & accipere possimus. Si hunc mundum relinquimus, nos similem paracletum sicut Apostoli, id est, spiritũ veritatis quem mittet nobis pater, accipiemus: quoniam non est personarũ acceptio apud Deum patrem, sed promissa Apostolorum nobis proficiũt, si opera & desideria & actus gerimus quos Apostoli fecerunt. Si verò legem Domini immaculatam & conuertentẽ animas implendo mandata eius perficiamus, nosmetipsos hęredes Domini & cohæredes Christi ad hæreditatem sempiternā & ad commorationem angelorum cum gratia Christi cõmittimus: quod ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat in secula seculorũ, Amen.

Ioan.16.

Psal.67.

Ioan.14.

Feria quarta Pentecostes, de missione Spiritus sancti.

SERMO LXI.

Fuit de tempore 188. sed constatus ex 187.

FRATRES charissimi, hodierna die anniuersaria solennitas agitur, qua die Dominus noster Iesus Christus Spiritum sanctum paracletum misit, quem discipulis antè promisit. Dixerat enim: Non potest ille venire, nisi ego abiero. Quadragesimo itaque die post resurrectionem suam, cuius solennitatem ante decem dies egimus, ascẽdit in cœlum, nec immemor pollicitationis suæ hodie misit Spiritum sanctum, quo impleti sunt prius centũ viginti, qui simul fuerant congregati, eandémque Domini promissionem fideliter expectabant. Scriptum est enim, Subitò de cœlo sonus factus est, quasi ferretur flatus vehemens: & visæ sunt illis linguæ diuisę sicut ignis, qui & insedit super vnumquemque illorum: & cœperunt linguis omnibus loqui quomodo Spiritus sanctus dabat eis pronunciare. Flatus ille à carnali palea corda mundabat, ignis ille fœnum veteris concupiscentiæ consumebat. Ita quippe tunc placuit Spiritus sancti significari præsentiā, vt qui eum accepissent, linguis omnibus loquerentur. Prius itaque videamus breuiter quare dixit quãdo eũ promisit, Non potest ipse venire, nisi ego abiero. Neque enim separabilis est à filio Dei Spiritus sanctus, aut impotens erat eo præsente venire, à quo non potest omnino discedere. Sed quoniũ discipulis adhuc infirmis formã serui Dominus demonstrabat, in qua verbũ caro factum est, & habitauit in nobis: causam verò serui, id est, carnẽ Domini etiam carnales poterant intuerì: forma autem Dei in qua non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, nõ potest nisi à spiritalibus cogitari: propterea dixit, Non potest ille venire, nisi ego abiero: tanquã diceret, Quandiu circa carnem meã occupatur vester carnalis affectus, tãdiu meam diuinitatem non suscipit spiritalis vester obtutus. Dono enim Spiritus sancti promiserat eos introducendos in omnẽ veritatem, sicut scriptum est, Fide mundans corda eorum. Beati autẽ mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Abscessit itaque corporalis forma Domini à corporalibus oculis eorum, vt per Spiritum sanctum diuinitas Domini insinuaretur cordibus eorum. Nunc deinde videamus, quare tum hoc erat signum præsentiæ Spiritus sancti, vt qui eum accepissent, linguis omnium loquerentur. Neque enim etiam nunc cùm datur Spiritus sanctus, qui eum accipiũt loquuntur linguis omnibus, quo euidẽti miraculo se illo tempore demonstrabat. Hic intelligendũ est, fratres charissimi, hunc esse Spiritum sanctũ, quo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, & quo Ecclesiam Dei congregatura fuerat toto orbe terrarum: & quod tũc etiam vnus homo poterat, vt Spiritũ sanctum accipiens linguis omnium loqueretur, tunc Spiritu sancto congregata ipsa vnitas Ecclesiæ linguis omnib. loquitur. Proinde si quisquã dixerit alicui nostrum: Accepisti Spiritum sanctum, quare non linguis omnib. loqueris? Respondere debet, Loquor omnibus linguis: quia in eo sum Christi corpore, hoc est, in Ecclesia, quę loquitur omnibus linguis. Quid enim tũc aliud significauit Deus per Spiritus sancti præsentiã, nisi Ecclesiam suam linguis omnib. locuturã? Impletũ est ita quod promiserat Dominus, Nemo mittit vinũ nouum in vtres veteres, sed vinum nouum in vtres nouos mittit: & vtraque seruabũtur. Meritò ergo cùm audirẽtur linguis omnibus loqui, nonnulli dicebãt. Hi musto pleni sunt. Iam enim facti fuerãt vtres noui, sanctitatis gratia renouati, vt vino nouo, hoc est, Spiritu sancto repleti linguis omnibus loquẽdo feruerent, & Ecclesiã catholicam per omniũ gentiũ linguas futurã euidentissimo illo miraculo pręsignarent: ac per hoc rectè creduntur hęretici Spiritum sanctum non habere, qui diuidũtur à corpore, quod per omnes gẽtes linguis omnibus meruit perso-

Ioan.16.

Act.10.

Matth.5.

Rom.5.

Matth.9.

personare. Hunc itaque diem, dilectissimi, sic celebrate tanquã mẽbra vnitatis corporis Christi. Non enim frustrà celebratis, si hoc estis quod celebratis, illi Ecclesię cohęrentes, quam Dominus implens Spiritu sancto toto mundo crescentem cognoscit suam, & agnoscitur à sua, & tanquam sponsus sponsam non perdit propriam, quia nemo ei supponit alienam. Vobis enim in omnibus gentibus cõstitutis, hoc est Ecclesiæ Christi, membris Christi, corpori Christi, sponsæ Christi, Apostolus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Videte quia vbi præcepit vt sustineamus inuicem, ibi posuit dilectionem: vbi Spiritum nominauit vnitatis, ibi ostendit vinculum pacis. Hęc est domus Dei de viuis lapidibus fabricata, in qua talem patremfamiliãs delectat habitare, cuius oculos ruina diuisionis non debet offendere.

Ephes.4.

Dominica sexta post Trinitatis.

SERMO LXII.

Fuit de tempore 207.

CVM Naaman regis Syriæ princeps perfusus lepra fuisset, & sibi vel cunctis horreret, dolebat rex Syriæ virum per quem plurima confecerat bella, gẽtes domuerat, & victorias perpetrarat. Tunc audit Naamã apud Israël esse Prophetam Helisæum mirãdis virtutibus præditum, & stupendis operibus nominatum, per quem posset & causę periculo liberari, & pernitiosa varietate tergi. Mox suũ pergit ad regem, & commendatitias literas ad Israẽlitarum regem deposcit. Confestim rex ad regem literas mittit, dicens: *Misi* ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra ipsius. Cùm rex à rege literas accepisset, scidit vestimenta sua, dicens: Videte quoniam malitiã quęrit iste, qui misit ad me hominẽ vt curem eum. Nunquid ego Deus? O fides, Naaman princeps fideliter festinat ad Deũ, & rex perfidus suum dissipat vestimentum. Rex Syrię credit posse fieri quod audierat: & rex Israël nõ credit fieri posse quod nouerat. Tunc ad Helisęum cũ regis cõmotio perferretur; Mitte, inquit, ad me Naaman Syrũ, vt sciat quia est Deus in Israël. Adducitur itaque ad ostiũ hominis Dei cum quadrigis & equitibus. Ad quẽ ait: Vade baptizare in Iordane septies, & mundaberis. Quo audito Naaman commotus dixit, Ego putabã quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tãgeret locum lepræ, & cutaret me. Si enim aquis me mundari oportet, nónne meliores sunt apud nos aquæ? Tunc vnus ex suis ait: Nunquid hoc difficile verbum est, quod locutus est propheta ad te? Quare nõ facis quod dixit? Tunc Naaman reuersus & in Iordane septies baptizatus, ascẽdit inde mundatus. Tunc miratur Naaman, tunc stupet, tunc Prophetam conspicit, tunc cœlum attendit, miratur vno iussu affuisse virtutẽ, miratur operatum Domini, miratur deterrsum tanti temporis vitium. Miratur Naaman se muratũ corpore & mente pernitiosa, ab illo contagiũ pellitur, & optata sanitas reparatur. Gaudet Naaman, Propheta lętatur, & ab vtrisque Dominus collaudatur. Gaudet Naaman quod optauerat se percepisse, & quod crediderat inuenisse. Gaudet Propheta in opere, lætatur populus in virtute. Gaudet Iudęa quod venientib. prestẽtur auxilia, discũt in Israël quod apud se inuenire non poterant. Qui curatus est prędicat, qui sentit nuntiat, nemini dubiũ habetur quod in Naamã mirabilia protestãtur. Tũc lętus Naamã Helisæo offert munera, tũc sanitatis voto obtulit dona. Nõ enim pretium curationis est quod offero, nec sanitate percepta isto munere redimo sanitatẽ quam merui. Nec pretio poterit redimi, nec vllo munere inueniri. Mihi, inquit Helisæus, quod offers non accipio: quod ingeris vt alienum recuso. Nec enim tibi sanitatẽ præstiti, nec pernitiosum in te vitiũ ego ipse corcio pareo, seruituti insisto: cui soli præparãdus est sensus, dicãdus animus, retribuendus in omnibus famulatus. Huic enim si soli serueris, aut obsequia debita mãcipaueris, antequã reddas seruitia, ante meliorem mereberis medicinã. Mox Naaman diuinam sibi disciplinã indicit, superstitiosa abscidit. Cõtinuè se Deum venerari testatur, & detestari idolũ profitetur. Nunc, inquit, cognoui quia Deus colendus est solus, nunc primum addidici quia vnus venerandus est Dominus. Cęterùm dij gentiũ nec saluare poterunt, nec nocere merẽtur, aut sanum quępiam facere, qui se non possunt de non colẽtib. vindicare. Tũc Naaman proficiscitur in Syriam lætus, tunc ad suos properat sanus. Lætantur omnes qui cum eo tristes aduenerant, gaudẽt cuncti qui eius inualetudinẽ exhorrebant. Magnalia Dei cuncti secũ loquuntur, & virtutes eius vniuersi inuicẽ fabulantur. Statim Propheræ puer secum loquitur, dicens: A Naaman Syro noluit quicquam accipere, pergam vt quod ille noluit suscipere, ego sumam. Nec cessauit, pergit festinãter. Quem cùm puer videret concurrẽtem, vt Domino nuntiaret, mox Naaman suorum statuit currus, in obuiã redit, causam exquirit. Ille anarus iactat mendacium. Dicit à Propheta esse mandatũ, vt argenti aliquid mitteret, quod aduenientibus ad se Propherarũ liberis tribuisset. Continuò Naaman puero duplum quam petierat dedit, quod Propheræ ipse supplex vt acciperet extorquere non meruit. In sequestri ergo deposito, in Helisęi cõspectu solito more cõsistit. Vbi, inquit, fuisti: vel quid negotij gessisti? Nusquã, inquit, discessi. Tũc Propheta sanctissimus ait: Nónne cor meum tecum fuit, quando Naaman tibi in obuam properauit? Argẽtum accepisti, & eius lepram sumpsisti. O meritũ Helisæi. Vno tempore duplex virtus ostenditur, & gemina potestas Prophetæ sanctissimi demõstratur. Curatur Naaman Syrus, & lepra Giezi perfunditur. Seruo Syro fideli gloriã attulit, & seruo perfidọ intulit pœnam. Ille de Syria veniens quod desiderauit accepit: hic puer Prophetę plagã sibi de perfidia sumpsit. In aquis Naamã curatur & gaudet, Giezi vulneratur & dolet. Alius suis redditur sanus, alius cunctis ostẽditur maculatus. Deus in Naamã laudatur, quòd deposita lepra integer reuersus est & sanus,

B

C

D

4.Reg.6.

Dominica septima post Trinitatis, de fame Samariæ.

SERMO LXIII.

Fuit de tempore 211.

DVM à cultu Dei gens iniqua discẽdit, horrẽda famę cõprimitur, & iusta necessitate turbatur. Venit, inquit, filius Adadezer regis Syrię, in Samariã, & obsedit eã: & facta est fames magna, ita vt venundaretur caput asini quinquaginta siclis argẽti, & quinque siclis argenti quarta pars cabi stercoris columbini. Cur famẽ ô miserrime, pateris? Cur inopiam teterrimã sentis? Cur tanta penuria laceratis? Crescit famis quotidie pœna, quia quotidie crescit & culpa. Perseuerant flagella, quia in populo perseuerant & delicta. Propter te enim hostis irruit, inimicus obsedit, aduersarius tua pabula deuorauit. Tu esuris, & ille pinguescit. Tu famẽ horridã pateris, & ille de tuis pabulis suis vacat epulis. Tu asinorũ cadauera, & stercora columbarũ argẽto mercaris. Callida deinceps vita, dãna peccata, delicta cõpesce, ad Deũ conuertere, relinque idolũ, abominare figmentũ, tunc potes is hostes diuino adiutorio vincere, & cœlesti prælio superare. Nec quisquã tibi poterit nocere vlterius, si damnato scelere diuinus in te germinauerit cultus. Proh nefas: horrẽda cadauera & columbarũ stercora peccator populus vescitur, nec Dei cultum quęrit. Inquinatas carnes & horrẽdas escas, fames & necessitas poscit, & adhuc figmentũ hominum duritia colit. Pabula denegantur, & illicita à peccatoribus exhibẽtur. Deus à populo peccatore non quæritur, & idolum adoratur. Mutatur in figmentũ Dei cultura, mutatur religio, mutatur & esca: mutatur Dei sancta cultura, mutãtur & hominibus pabula, interdicta vescũtur. Vt enim alienum est quod colitur, ita alienũ est quod contra regulam esuritur. Nec enim difficile est populum famem posse sentire, quem malè viuẽdo constat spiritaliter esuriisse. Interea crescunt cum vitiis augmenta famis, & peccata matrum cadauera appetũt filiorum, & alternis vicibus mulieres duę suos natos deuorare disponũt. Proh dolor: in cibũ pietas vertitur, in pabulum suscepta soboles cõmutatur. Antè parricidiũ geritur, quam ad funestas epulas veniatur. Anima artubus elicitur, & matrum viscera polluũtur. Innocẽs sanguis effunditur, vt parentum fames rabida saginetur. Apud illas enim totum crudele, nefandum est, inquam, insontis sanguinem fundere, innocentis carnes concoquere, decoctos artus auidis faucibus transuorare, vt natũ conuertat in cibum, quẽ Deus condidit in solatium. Sed postquam ad funestas epulas ventum esset, altera mulier alterã exhortatur: Recipe, inquit, recipe miseranda mater in viscera filium nuper visceribus procreatũ. Esto tui nati sepulchrum, esto eius corporis diuersorium. Esto eius, vt ita dixerim, monumentum. Intra te paululum comestus infans redeat, qui præ fame viuere iam iãmque non poterat. Materni sinus qui vitalẽ intra se enutrierãt, & nutritũ in luce protulerant, patriculatim sibi redditum cognoscãt. Recipiat nunc comestum vterus, quem viuũ ediderat partus. Repetat habitaculum mortuus, vnde nuper exierat viuus, quoniã fames vrget, necessitas cogit. Cur enim nato superstite moriar, & nõ magis natum ego mater consumam? Igitur cùm hæc mulier comestum iam conspiceret puerũ, suum ab ista clade subtrahit filiũ.

4.Reg.6.

Negat se facturam in proprio, quod cũ matre fecerat in alieno. Sufficit, inquit, mihi, sufficit tuo sceleri mulier consensisse, sufficit me funestas epulas degustasse, & innocẽtis carnib. mea viscera pouiluisse. Crudele enim tecum participaui consilio, vt nefandum exercerem de meo filio parricidium, quod tecũ admisi expiare nõ possum, nefandum scelus recusare non valeo. Esto saltẽ reuelata in meo, quæ sic grauaris in tuo. Desine meo scelere, desine tuo grauiore commisso. Vrinam nec tu faceres quod tu fecisti, nec ego scelus admittere quod incurri, vt homicidium facerem, & parricidiũ perpetrarẽ. Ex me disce quid feceris; quia & ego per te merui quod amiserim. Quare istud quod cogis nõ facio, quod suades effugio, quod ingeris perhorresco. Tunc ad regem altera alteram pertrahit, ad iudiciũ ducit, causam tanti sceleris publicauit, quod enormitas facinoris publicare coegit. Tunc, inquam, scelerati factum prodidit dolor, tunc immane facinus pietas perfida denudauit. Ardet insana mulier, quia parricidium fecit, ardet quia filium suum deuorauit: sed plus ardet, quia in illa clade filium suum alia non immolauit. Aut ego cum hac, inquit, moriar: aut certè vt hæc meũ, ita illius natum inuadam. Pactum nostrũ iustitia iniqua rex iuste confirma: quia ego nunquã meum natum occiderem, nisi suum occidendum amato placito locaussset. Ergo Domine rex, aut meum qui comestus est reddat, aut suum qui est absciditus, prodat. Certè vt dignum est, vtrasque nos pari sententia percute, ne aut ego post tantũ facinus viuam, aut hæc sese gaudeat non fuisse in suum filium parricidam. Quo audito rex vestimẽta conscidit, vultum mutauit, & cõtinuo propheta ad regẽ mandauit: Hæc dicit Dominus, Hac hora crastina die mensura similaginis siclo emetur, & duę mẽsuræ ordei siclo in porta Samariæ ementur. Nuntiat Propheta sanctissimus ad regem cœlitus vbertatẽ, quã sola fides crederet, & perfidia posse fieri denegaret. Nuntiat in locum famis futurã abundantiam similaginis, nunciat cessaturã famem, successuram vbertatẽ. Nuntiat subitò magnalia Dei successura virtute Altissimi, & additur proprio sceleri perfidia hominis. Tunc homo qui missus fuerat à rege ait: Nec si cataractę cœli aperiãtur, possunt fieri quę narrãtur. O perfidia hominis. Non credit promissam fieri vbertatem, qui horrendam senserat egestatem. Nec considerat Deum promisisse abundãtiam, qui populo irrogarat penuriam. Scelestissime homo, cur mirabilibus non credis? Cur farra non accipis? Cur promittentem Dominum perhorresceis? Crede quod credẽtibus datur, crede populo futurum, cuius te iam negaueris sociã. Et quia bonis tantis indignus es, hæc tibi videre conceditur, & posse perfrui denegatur. Igitur dũ hæc gerũtur, audirũ fecit Dominus in castris Syriæ, vt populo promissam tribueret vbertatem: quadrigarum strepitus, & curruum sonitus, & armatorum tumultus inimicorum auribus maluit resonare, vt posset iam suum populum liberare. Quo strepitu perculsi inimici fugiunt, sine pugna terga vertũt, vtensilia relinquũt, & Israëlitæ egressi ciuitatem, castra hostium inuadunt deprædãtes. Reuertẽte ergo populo onerato, ille qui nõ crediderat cecidit lapsus, & vbertatem videns in populo cecidit, pressus est.

Dominica quarta decima post Trinitatis, de beato Iob.

SERMO LXIIII.

Fuit de tempore 224.

PROMPTIOREM me ad loquẽdũ vestra sanctitas præmonet, etiam dudũ de Scripturis insinuata omni cum deuotione dicẽdi fiduciã tribuit, quam Deus gratãter vobis audire monstrauit. Sic & nos vestra sanctitas de Iob dicentẽ accipiat, vt audire se tanquã rusticũ credat. Nõ fuco sermones infectos dicere arbitretur, qui illius magisterio simpliciter dicere profitetur. Aduersus Iob diabolus pugnã impetrauit, cuius filios ruina cũm extingueret, factus post diuitias inops, post familias solus, post numerosã sobolẽ nullus pater, patrimonio naufragus, in corpore edaces pœnas vno robore fidei sustinebat. Diuitię in inopiã ceciderũt. Hic nouus expergiscitur nuditate, nullus fuit proximus, quia rara est miseris amicitia. Corporis sanitas vulneribus immutatur, gaudiũ in dolorẽ conuertitur, nullus artus qui in flagellis valetudinẽ agiretur. Denique sub sterquilinio iacuit præclara iustitia, & cum vulnerata caro probaretur in mẽbris, incolume pectus seruabat interius. Nihil erat à capite vsque ad pedes quod non affligeret pœna. Vndique circumuallantibus pœnis stetit: & vnde seruebat diaboli inuidia, inde sumpta est fatigata victoria. In corpore torquebatur, & spiritu probabatur. Vermibus corpus inquietis doloris tolerabat geminata supplicia, quã fluxæ carnis putredinẽ prędurabat fœcũda calamitas, nõ noctibus quies, non diebus requies. Torquebatur, & orabat. Aliud postulabat hostis, aliud precabatur vociferatio confessoris. Dissolutis neruis saniei profluuium asperior testa radebat, atrox cruciatus mutabat. Reges nõ agnoscebat, & cõfossum corpus in stercore recũbebat. In naufrago corpore incolumis iustitia tutatur, & periclitantibus mẽbris, auctori luneru pectus seruatur. Omnia excepto spiritu occupauerat hostis. Nõ fuit qui reciprocũ redderet munus, mercedib. delicata matrona in alienis domibus seruit, quę imperare consueuerat. Vbi post solis occasum diurna supplicia durè trãsigebat, quietẽ expectabat, & fatigatis matronę digitis, succedentẽ diẽ lachrymantibus oculis deducebat. Orbata in mœrore filiorũ mulier locatur vt seruiat, nec ad lachrymas vacat. Adhuc matrona iã vidua vbique mercenaria, nusquã domina, nec sterilis, nec mater vteri sui laniatus deflet: Ecce, inquit, marite, quę pateris: dic aliquid aduersus Deum, & morere. Peccauit sola quę viro misericordiã denegabat, obliuisci vxorẽ Iob in filiis didicerat, & omnibus mẽbris fluens, solus animus fideliter repugnabat. Bellator mundi in vno viro torquetur, dum torquet, & pœna reuertitur in auctorem. Ecce, inquit Dominus, tradã illum tibi: animã illius tãtummodò custodi. Securè pugnat, qui hoste metuente seruatur. Sic hostis furebat vt timeret: insligit dolorem crudelitas, & deficit in suis viribus. Pœna fugata reuertitur sanitas, & cicatricibus felicior redditur medicina. Celerius curat Dominus, quàm vulnerat inimicus. In gaudia gemitus migrauẽre, & in fossis vulnerum numerabantur monumẽta victorię. Propter Iob regina, propter quẽ & mercenaria. Duplici regreditur fœnore, vt amissa possent duplo recipere.

Dominica quinta decima, de beato Tobia.

SERMO LXV.

Fuit de tempore 226. sed ex Ambrosio haustus.

BEATVS Tobias, qui panem suum nouerat frangere esurienti, mercedem celerem mercenario præparat laboranti. Patienter lectione percepta, quę nuper est recitata, admirabamur patris filiique tractatũ, quemadmodum angelus monet, quem æstimabãt terrenum sub cœlesti gloria mercenariũ. Ad hoc enim cæcitatis incurrit exitiũ, vt angelum susciperet medicum, qui diuinis facibus incẽsus sic anhelauit, Honesta est oratio cũ ieiunio & eleemosyna. Oratio iusti, clauis est cœli. Ascẽdit precatio, & descendit Dei misericordia. Licet alta sit terra, altum cœlum, audit tamẽ Deus hominis linguã, si mundam habeat conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorũ, fletus citius audit quam voces. Oratio inuidi solet de auribus propulsari. Erat patris & filij anima vna, dum esset proprietas mẽbrorũ, erat illis singularis germanitas animorũ. Filii inquit, dimittamus istũ hominẽ adiicientes ad mercedẽ placitam, quia nobis multa opere suo cõtulit bona. Et filius relato tractatu alloquitur patrẽ: Pater, nunquid nã isti tam benedicto operario merces tantum placita debet pẽsari, cuius bonus ducatus non potest æstimari: Parũ illi honoris reddemus, si eius meritis mẽsurã figamus. Nunquid ipse id tantum exhibuit quod placuit? Hoc placuerat, vt mihi regionẽ & virum, cui argentũ cõmendasti, demonstraret. Primò iter quasi cœleste carpẽs, & mihi & tibi parauit necessarium de pisce collyriũ: me deduxit, argẽtum recepit, Satã mihi vxorem desponsauit. Marcede placita tãtùm est dignus, qui mihi tanquam cœlestis extitit paranymphus, & quod plus est, bone pater, oculorum ruorum maculas albugine detracta curauit, & totã domum nostrã illuminatis oculorum tuorum lãpadibus illustrauit? Clarius modò video, quia te videntẽ aspicio. Nonne iste, optime pater, dignus est media substantia? Iste talis ductor atque prouisor, medicus atque custos, vt dixi, mediæ substantiæ quam ipse mecum pertulit, accipiat portionem, qui mihi ducatu suo tantã præbuit pietatem. Placet bono patri sapientis filij respõsio. Rogare cœpit mercenarium, vt mercedis suę sumat effectũ. Frater, inquit, accipe quod tuum est, & tunc vade saluus. Recipe mercedem tuã, quia præbuisti mihi, & filio meo bonam misericordiam. Tolle, vt dixi, mediam substantiam quam cum meo filio reportasti: nam gratia quam tibi debemus, non potest ponderari. Continuò angelus gaudet de cogitata mercede, qui missus fuerat gratis facere pietatem. Tobis, inquit, vel Tobia, quid de mea mercede satis superfluè cogitatis? Habere quod vobis donauit pater ille cœlestis. Ego minister sum curationis, ille auctor sanitatis. Nescitis cuius mercenarij ope perfrui meruistis. Defunctos captiuitatis sepelire non timuisti Tobis, ascenderunt ad Dominum opera tua, quia relicto prãdio reddidisti mortuum sepulturæ.

Ego

Ego Domino medullata intulij sacrificia pro venerabili sepultura, ego directus sũ operatius fori cœlestis. Mortuũ sepelistis, & mortis aculeum non timuistis. Ipse sepultus pro vobis voce tacita proclamauit. Probationis fuerat cæcitas oculorũ, vnde patiẽtia tua clarius meruisset de cœlestibus ornamẽtũ. Ego sum Raphaël, vnus ex septem angelis qui assistimus ante alienũ. Iacet inclusum cadauer, & iam foris est caput. Cùm palmifera castitate Iudith ad ciues sollicitè festinat: nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationem ancteire fuerat cõcessum. Iam recepit attonita ciuitas tantę victiticis reditus triumphales, iam luctus cõuertũtur in gaudium, iam portę plenissimą securitate pãduntur, iam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostibus castris tremor erat & fuga Iudith in ciuitate cum securis secura. Vbi enim assiduis pulsatur orationibus cœlũ, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosæ feminæ castitatem seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. Iugentem ciuitatem vna femina valuit vindicare, & tãtus exercitus regem non potuit custodire.

In eadem Dominica, de Iudith.

SERMO LXVII.

Fuit de tempore 229. sed non discrepat à præcedentibus.

VOTIENSCVNQVE bellicus rumor terribili fama crebrescit, aut horrisono tubarũ clangore, vel raucisono æris cãtu increpuerit letiferũ murmur, feminis ac debilibus formidolosa imago mortis occurrit, intrepida virorũ fortiũ pectora solẽt laudis amore flagrare, atque bellica sorte vbi funesto imbre densati prœliantes mortifera obũbratione texerint partes cõsertas sub stridulo telorũ cursu, euentu iam errãtes letifero, præcipiti ardore triũphales propinquãt ad palmas, Iudith bellator animus alienũ pectus obsedit. Illa abiecta formidine feminarũ, victoriam in periculis quærens, nec mortẽ in periculis timuit, nec ambiguitatẽ formidauit. Cùm igitur Bethulię mœnia Holofernes hostili obsidione calcaret, & atuertens tractus aquarum, prima indiceret certamina siccitatẽ, Iudith flens sui cõiugis fœdera acerbo diffidio rupta lugubri lamẽtatione feruabat. Quæ vt reperit captiuãdæ ciuitatis inducias postulatas, mox ei priuatũ dolorẽ congeminauit ciuitatis cõmunis dolor. Quæ exorata consurgens abluit aqua corpus suum, imponens sibi ornamentũ pendulas aureas diuitias suspendit, & manibus lapilatos circulos splendẽtes induxit, fluentes sinus purpureæ vestis gemmato collegit pectore, casto vultu prius dimicaturã quã ferro. Monilium tela pudori semper aduersa hostem ferire didicerunt. Gentis suę vindex sumpsit ornamentorũ arma, non de bello nuptias subitura, sed de ciuitate bellatrix procedit sposa. Nec fuit leuitas ornatus qui ad homicidiũ tãti capitis aptabatur. Pergit diuino spiritu ducta, & singularis ancillæ solatio contenta. Species custodit, quę blanditur, & ne violenter pudicitia custodita lædatur, Holofernem alloquitur, vt desiderium inane concipiatur: Ego, inquit, ancilla tua, misit me Dominus Deus facere rem, in qua mirabitur omnis qui audierit cã, quoniam ancilla tua Deũ cœli obseruo, & nunc ibo per noctem, & orabo ad Dominũm cœli: & nunciabit mihi quãdo faciet hęc, & ducam te per mediam Iudeã, & ponam sedem tuam in media ciuitate, & canis non mutiet lingua sua contra te, quoniam mihi hæc ostensa sunt à Domino. Non decuit pudicam mentiri, nõ intelligentib. dixit, perfecit actibus quod promisit. Dum regi alto sermone imaginariis verbis blãditur, bellator animus lasciuia soluitur, in amore armorũ torpent vires innumerabiles militum, luxu regifico nuptiarum põpa nullo nubente construitur, cuncti ebrietate soluuntur. Non delicata matrona pugnauit sopor tibi quem ferias præparauit. Cõstructo thalamo concitatur ad ducẽ pronum amore, victum somno, elisum virũ in strato, bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum, post teneritudinem fusi, ebeni capulum quęrit. Mucro matronam non terruit, sed armauit, quæ ita pugnauit. Coruscus ensis caput abstulit hosti, persoluitur, in patriis mœnibus victoria suspenditur. Armis stupentibus cunei densantur, præpostero ordine triumphant. Sequitur bellum, vino fusi, soluti somno, in certamen nec clamore prouocante consurgũt, teguntur armis coruscantibus montes. Quid alienigena fremis? Quid bella componis? Quid aciem paras habẽs quem in cubiculo quæras? Omnem vatium furoris impetum retine, tantum vobis reliquimus ducem, agnoscendam partem habemus in porta pẽdentem. Tantam animus de Deo suscepit largitatem, quãtam credulitas sibi poterit vendicare.

quit, cõfirma brachium meum. Et percussit tertio in collo eius, & amputauit caput eius. Exiẽs foras, tradidit puellæ caput Holofernis, & misit illud in peram. Et post pusillum exiuit foras quasi ad orationem secundum cõsuetudinem. Ecce castitas. Orationis fauore castitas pudorem proprium seruauit intactum & quietum, decepitque alienũ. Iacet inclusum cadauer, & iam foris est caput. Cùm palmifera castitate Iudith ad ciues sollicitè festinat: nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationem anteire fuerat cõcessum. Iam recepit attonita ciuitas tantę victiticis reditus triumphales, iam luctus cõuertũtur in gaudium, iam portę plenissimą securitate pãduntur, iam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostibus castris tremor erat & fuga Iudith in ciuitate cum securis secura. Vbi enim assiduis pulsatur orationibus cœlũ, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriosæ feminæ castitatem seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. Iugentem ciuitatem vna femina valuit vindicare, & tãtus exercitus regem non potuit custodire.

In eadem Dominica, de Iudith.

SERMO LXVII.

Fuit de tempore 229. sed non discrepat à præcedentibus.

VOTIENSCVNQVE bellicus rumor terribili fama crebrescit, aut horrisono tubarũ clangore, vel raucisono æris cãtu increpuerit letiferũ murmur, feminis ac debilibus formidolosa imago mortis occurrit, intrepida virorũ fortiũ pectora solẽt laudis amore flagrare, atque bellica sorte vbi funesto imbre densati prœliantes mortifera obũbratione texerint partes cõsertas sub stridulo telorũ cursu, euentu iam errãtes letifero, præcipiti ardore triũphales propinquãt ad palmas, Iudith bellator animus alienũ pectus obsedit. Illa abiecta formidine feminarũ, victoriam in periculis quærens, nec mortẽ in periculis timuit, nec ambiguitatẽ formidauit. Cùm igitur Bethulię mœnia Holofernes hostili obsidione calcaret, & atuertens tractus aquarum, prima indiceret certamina siccitatẽ, Iudith flens sui cõiugis fœdera acerbo diffidio rupta lugubri lamẽtatione seruabat. Quæ vt reperit captiuãdæ ciuitatis inducias postulatas, mox ei priuatũ dolorẽ congeminauit ciuitatis cõmunis dolor. Quæ exorata consurgens abluit aqua corpus suum, imponens sibi ornamentũ pendulas aureas diuitias suspendit, & manibus lapilatos circulos splendẽtes induxit, fluentes sinus purpureæ vestis gemmato collegit pectore, casto vultu prius dimicaturã quã ferro. Monilium tela pudori semper aduersa hostem ferire didicerunt. Gentis suę vindex sumpsit ornamentorũ arma, non de bello nuptias subitura, sed de ciuitate bellatrix procedit sposa. Nec fuit leuitas ornatus qui ad homicidiũ tãti capitis aptabatur. Pergit diuino spiritu ducta, & singularis ancillæ solatio contenta. Species custodit, quę blanditur, & ne violenter pudicitia custodita lædatur, Holofernem alloquitur, vt desiderium inane concipiatur: Ego, inquit, ancilla tua, misit me Dominus Deus facere rem, in qua mirabitur omnis qui audierit cã, quoniam ancilla tua Deũ cœli obseruo, & nunc ibo per noctem, & orabo ad Dominũm cœli: & nunciabit mihi quãdo faciet hęc, & ducam te per mediam Iudeã, & ponam sedem tuam in media ciuitate, & canis non mutiet lingua sua contra te, quoniam mihi hæc ostensa sunt à Domino. Non decuit pudicam mentiri, nõ intelligentib. dixit, perfecit actibus quod promisit. Dum regi alto sermone imaginariis verbis blãditur, bellator animus lasciuia soluitur, in amore armorũ torpent vires innumerabiles militum, luxu regifico nuptiarum põpa nullo nubente construitur, cuncti ebrietate soluuntur. Non delicata matrona pugnauit sopor tibi quem ferias præparauit. Cõstructo thalamo concitatur ad ducẽ pronum amore, victum somno, elisum virũ in strato, bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum, post teneritudinem fusi, ebeni capulum quęrit. Mucro matronam non terruit, sed armauit, quæ ita pugnauit. Coruscus ensis caput abstulit hosti, persoluitur, in patriis mœnibus victoria suspenditur. Armis stupentibus cunei densantur, præpostero ordine triumphant. Sequitur bellum, vino fusi, soluti somno, in certamen nec clamore prouocante consurgũt, teguntur armis coruscantibus montes. Quid alienigena fremis? Quid bella componis? Quid aciem paras habẽs quem in cubiculo quæras? Omnem vatium furoris impetum retine, tantum vobis reliquimus ducem, agnoscendam partem habemus in porta pẽdentem. Tantam animus de Deo suscepit largitatem, quãtam credulitas sibi poterit vendicare.

Dominica vigesima prima, de auguriis.

SERMO LXVIII.

Lipsius dubitat an sit phrasis Seueriani. Fuit de tempore 241.

ENE nostis, fratres charissimi, me vobis frequentius supplicasse, & patetna solicitudine cõmonuisse pariter & cõtestatum esse, vt illas sacrilegas Paganorum consuetudines obseruare minimè deberetis. Sed quãtum ad me multorum relatione peruenit, apud aliquos parum profecit admonitio mea: quia si vobis ego non dixero, & pro me & pro vobis malam suam redditurus rationẽ in die iudicij, & vobiscum mihi erit necesse æterna supplicia sustinere. Ego me apud Deum absoluo, dum iterum atque iterum admoneo pariter & contestor, vt nullus ex vobis caragos vel diuinos vel sortilegos requirat, nec de qualibet eos aut causa aut infirmitate interroget. Nullus sibi præcantatores adhibeat: quia quicunque fecerit hoc malũ, statim peribit baptismi sacramẽtum, & continuò sacrilegus & Paganus efficitur: & nisi grandi eleemosyna, dura & prolixa pœnitẽtia subuenerit, statim in ęternũ peribit. Similiter & auguria obseruare nolite, nec in itinere positi aliquas aiiculas cantãtes attendite, nec ex illarũ cantu diabolicas diuinationes annũtiarẽ præsumite. Nullus ex vobis obseruet qua die de domo exeat, qua die iterum reuertatur: quia omnes dies Deus fecit: sicut Scriptura dicit, Et factus est primus dies, & secũdus dies, & tertius, similiter & quartus, & quintus, & sextus, & Sabbatũ. Et illud: Fecit Deus omnia bona valde. Illas verò non solũ sacrilegas, sed etiã ridiculosas sternutationes cõsiderare & obseruare nolite, sed quoties vobis in quacũque parte fuerit necessitas properãdi, signate vos in nomine Iesu Christi, & Symbolũ vel orationem Dominicã fideliter dicentes, securi de Dei adiutorio iter agite. Et quia quãdo supradicta omnia sacrilegia, Deo vobis inspirante, & cõtemnere vel despicere cœperitis, molestè hoc accepturus est diabolus: quia vos videt de amicitia vel societate sua discedere, & sacrilegia per quæ vos decipiebat contẽnere, aliquas nequitias vobis facturus, aut infirmitatẽ aliquã immissurus est: aut aliquod animal, aut per morbum, aut per euagationem est ablaturus: quia ad vos probandos permittit hoc fieri Deus, vt agnoscat vtrũ ad ipsum fideliter venitis: & si toto corde diaboli machinamenta despicitis, & vtrum plus valeat apud vos amor suus, quam cuiusquam animalis amissio. Sed si semel aut secundò nequitias quas diabolus inuiserit, cum animo, & tota fide contẽpseritis, ita ipsum diabolũ postea à vestra infestatione Deus dignabitur repellere, vt nunquã vos possit sua calliditate decipere. Homines enim negligentes, & faciles languida desideria & fidẽ desidem habentes: & ideo etiam si incipiãt, non diu perseuerant in operibus Dei: sed vbi se in ante dictis sacrilegiis abstinuerunt, & vel vnã nequitiã diaboli pertulerunt, statim se pœnitent ad Dominum conuersos esse, & machinamẽta diaboli reliquisse, iterum reuertuntur ad obseruationes auguriorum, velut canes ad vomitum suum. Vos verò quibus Deus & sapientiam cõtulit, & vetã fidem dedit, ita citò corde circumuentiones diaboli despicite, & fideliter vos ad Deum conuertite, & quæcunque diabolus voluit immittere, patiẽter & fortiter toleretis, vt cum beato Iob dicere possitis, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Similiter & cum Apostolo firmo & integro corde dicatis, Quis nos separabit à charitate Christi: Tribulatio, an persecutio, an angustia, an fames, an nuditas, an gladius, an periculum? Boni enim Christiani nec tormentis separantur à Christo. Tepidi verò & negligentes interdum otiosis fabulis separantur, & si vel leue damnum pertulerint, continuò scandalizantur, & contra Deũ murmurate præsumunt, & ad nefanda & detestãda auguria redeunt. Sed fortè dicit aliquis, Quid facimus eo quod auguria ipsa & caragi vel diuini frequenter nobis vera annuntiant? De hac re Scriptura nos cõtestatur & monet, dicens: Etiam si qua vera vobis dixerint, nolite credere illis. Tẽtat enim vos Dominus Deus vester, vtrum timeatis eum, an non. Sed iterũ dicis: Aliquoties si præcantatores non fuerint, aut de morsu serpentis, aut de alia qualibet infirmitate propè vsque ad mortẽ multi periclitãtur. Verum est, fratres charissimi, quia permittit hoc Deus diabolo, sicut iam suprà dixit, ad probandum Christianum: vt cum interdũ per illa sacrilegia aliqua remedia in illa infirmitate percipere, & aliquid verũ potuerint agnoscere, facilius propterea diabolo credant. Sed qui totã Christianam religionem desiderat custodire, oportet vt hæc omnia tota animi virtute cõtemnat, timens illud quod ait Apostolus increpans: Dies, & menses, & tempora obseruatis: timeo ne sine causa laborauerim in vobis.

A Ecce Apostolus dicit, quod qui auguria obseruauerit, sine causa doctrinã eius suscipiet. Et ideo quãtũ potestis, circumuẽtiones diaboli fugite. Et illud ante omnia scitote, fratres, quòd nec vosipsos, nec eos qui ad vos pertinent, nec animalia vestra, nec reliquam substantiã vel in paruis rebus diabolus potest lędere, nisi quantũ à Deo potestatẽ acceperit, quomodo nec S. Iob facultatẽ ausus fuit subuertere, nisi Dño permittente. Et sicut in Euãgelio legimus, quãdo ab hominibus expulsi sunt dęmones, rogauerũt vt vel in porcos ire permitterentur. Si in porcos nõ sunt ausi intrare dæmones, nisi à Deo permissionẽ acciperent, quis ita erit infidelis, vt eos bonos Christianos credat posse lędere, nisi Deus propria dispẽsatione permitteret? Permittit autẽ hoc Deus ex cauſis duabus: vt aut nos probet, si boni simus: aut corrigat, si peccatores. Sed qui patiẽter dispensationẽ Domini toleraui t, & sicut iam dixi, quando aliquid perdiderit, dixerit, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sic nomẽ Domini benedictum: pro ista Deo placita patientia, aut coronã accipit, si iustus est: aut indulgẽtiam, si peccator. Et hæc attendite, fratres: quia cùm omnẽ substantiã diabolus euertisset beati Iob, nõ dixit Iob, Dominus dedit, diabolus abstulit: sed, Dominus dedit, Dominus abstulit. Vir enim sanctus noluit istam gloriam diabolo dare, vt aliquid potuisset tollere quod Dominus nõ permisisset auferre. Cùm enim nec filios, nec pueros, nec camelos, nec asinos beati Iob, antequam Dominus permitteret, diabolus lædere potuisset, quare credimus quòd Christianis amplius aliquid faciat, quã quod deifico ac secreto iudicio suo diuina petẽtia permiserit. Et ideo certissimè credẽtes, quòd nihil possumus perdere, nisi quantũ nobis Deo permittit auferri, toto corde nostro ad illius misericordiã camus, & sacrilegas obseruationes fideliter relinquentes, de illius adiutorio semper præsumamus. Nam qui prædictis malis, id est, caragis & diuinis, aruspicib. vel phylacteriis, & aliis quibusſlber auguriis crediderit, & si ieiunet, & si oret, & si ingiter ad ecclesiã currat, & si largas eleemosynas faciat, & si corpusculum in omni afflictione suũ cruciauerit, nihil ei proderit quandiu illa sacrilegia nõ reliquerit: quia impia illa sacrilegij obseruatio, ista omnia bona obruit & euertit. Et qui cũ his malis etiam aliqua opera bona exercere voluerint, eis prodesse nihil possunt: quia verum est quod dixit Apostolus, Modicũ fermẽtum totã massam corrumpit. Et illud: Non potestis calicẽ Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Nõ potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorũ. Et Dominus in Euãgelio: Nemo potest duob. dominis seruire. Pro qua re nec ad arbores debẽt Christiani vota reddere, nec ad fontẽ orare, si se volũt per gratiã Dei de æterno supplicio liberari. Et ideo quicunque in agro suo, aut in villa, aut iuxta villã aliquas arbores, aut aras, vel quæliber vana habuerit, vbi miseri homines solent aliqua vota reddere, si eas nõ destruxerit atque succiderit, in illis sacrilegiis, quę ibi facta fuerint, sine dubio particeps erit. Nã & illud quale est, quod quãdo arbores illæ, vbi vota redduntur ceciderint, nemo ex illis arboribus lignum ad focum affert? Et videte miseriã vel stultitiã generis humani. Arbori enim mortuæ honorem impẽdunt, & Dei viuentis præcepta cõtemnunt. Ramos arboris non sunt ausi mittere in focum, & seipsos per sacrilegium præcipitant in infernũ. Et ideo qui hoc malũ hucvsque non obseruat, gaudeat, & Deo gratias agat, & fideliter in bonis operibus perseuerare cõtendat. Qui verò in istis diabolicis rebus hucusque captiuãdũ diabolo tradidit se, toto corde pœnitentiã agat, & illa sacrilegia supradicta cũ omni horrore fugiat & contemhat, vt illi Deus & indulgentiã dignetur dare, & ad æternam beatitudinẽ ob gloriam nominis sui faciat peruenire. Et quia etiã & hoc peruenit ad me, quod aliqui aut per simplicitatem, aut ignorantiã, aut certè quod plus credendum est, per gulã de illis sacrilegiis vel sacrificiis vel sacrilego cibo, quę adhuc secundum Paganorum consuetudinem fiunt, manducare nec timeant nec erubescant: cõtestor vos coram Deo & angelis eius, ac denuncio, vt nec ad illa diabolica conuiuia, quę aut ad phanũ ad fonrẽsque, aut ad aliquas arbores fiunt veniatis: & si vobis inde aliquid transmissum fuerit, tanquã si ipsum diaboli videatis, perhorrescite & respuite, & ita repudiate, vt nec in domum vestram permittatis de illo sacrilego conuiuio aliquid exhiberi: propter illud Apostoli quod iam dictũ est, Nõ potestis calicem Domini bibere & calicẽ dæmoniorum, neque mensę Domini participare & mensę dęmoniorum: & quia solent aliqui dicere, Ego me signo, & sic mãduco. Nullus hoc facere præsumat, qui sic est qui se signat, & aliquid de sacrilego cibo manducat, quomodo se signat in ore, & gladii sibi autem in pectore?

Iob.1.

Rom.8.

Deuter.13.

Gal.4.

Iob.1.

1.Corint. 1.& 10.

in pectore? Quia quomodo gladio corpus occiditur, ita de illo cibo sacrilego anima occiditur. Sed credimus de Domini misericordia, quia vobis agere quę sancta sunt, inspirare dignabitur, & nunquam vobis nec in angustiis, nec in aliis quæ supradicta sunt, sacrilegis obseruationibus vel diuinationibus diaboli inequitia possit surripere, sed totam spem vestram in Domino posituri, quatenus vt nunquam ad illa nefanda mala, quę superius comprehensa sunt, redeatis: præstante Domino nostro Iesu Christo, cui honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Dominica vigesima secunda, de Susanna.

SERMO LXIX.

Excerptus videtur ex Ambrosio. Fuit de tempore 242.

VOTIENS QVNQVE hoc peruersio seculo cõtra laudabiles viros multiformes tenduntur insidiæ, vel diuersæ calumniarum emersérint causæ, quid homo pestilens cogitet, quid diabolus machinetur non metuet iustus, quia cum ipso est Christus. Eligatur homo miles in prelio cõstitutus, officia semper exercere virtutum. Vnum ergo de duobus ample ctitur, aut patefactis insidiis eius innocentia in populo clarescit, aut persequentibus inimicis prequentus, cùm conditionem mortis excesserit, molestiis secularib. liberatus portum securitatis intrabit. Daniel prophęta nec in lacum proiectus leonũ timore perculsus expauit: sed inter ista bestiarũ ora consistens Dominum tota mente placauit, & tyrannicas dispositiones illæsus euasit. Zacharias pontifex magnus, pro cultu Dei, pro legibus sacris, pro censura in templo sacerdotali rebellem increpans populũ, mortem cõstanter accepit, & detestabilis acies Iudæorum eius cruore pauimentum infecit. Zachariaę martyr triumphat, & Daniel confessor exultat. Vnus moritur & triũphat, alter euadit & regnat. Sed nec femineus sexus suis fraudatur exemplis, qui pudicitiæ ornatum salubriter reseruauit. Susanna illustris, decus pudicitiæ vicit impudẽtiam iudicum, petulantiã seniorũ compressit audacẽ, ne castitas in ea pateretur iniuriam. Stabat Susanna in iudicio falsorum mendacibus oppressa testimoniis damnatorum: stabat non tanquam rea, sed pro castitate firmiter moritura. Ibat ergo pudica ad supplicium, nõ adulterorum corpus, in quo extrema libido exarserat, & diabolus inflammauerat. Quod protexerat virtus, & ornabat pudor, illæsum ibat in mortis exitium. Egregium portabat caput, cuius vultũ integra conscientia sublimabat ad cœlum. Propter damna pudoris salutis vota compressit, & cui fuerũt chara præmia castitatis, vitæ gaudium non amisit. Contempsit vnum, & consecuta est totum. Et quæ mori voluit, cum gloria castitatis euasit. Et quam sententia praua deiecerat, illustris conscientię integritas erigebat, metúsque Dei & imminentis sacri iudicij indubitata credulitas. O amor honestatis & legis, Susanna adulterij cõsciẽtiam graniorem iudicauit quam pœnam. Cùm duceretur, non dolebat de supplicio, quoniã gaudebat de testimonio falsidico. Innocens accusatur per sentẽtiam, sed nutu Dei suspẽditur pœna, vt iudicãtium falsitas denudaretur, & innocẽs purgaretur. Infirmus sexus cõtra viros surgit fortior, expugnat libidinẽ castitas & honestas, impulsu luxuriæ horrẽda prosternitur improbitas. Susanna propriam virtutẽ animi seruauit, & iudicũ populorum constanter excepit. Conflantur de innocente falsa crimina. Ille enim munitus est, qui Deum habuerit defensorẽ. Denique Daniel propheta instinctu Dei commonitus, Redite in iudicium, exclamauit. Stupet populus pro iudicio repẽtino: reuocatur addicta: falsos testes pauor inuadit. Gemit diabolus, quòd ipsius commenta nudantur: gaudẽt angeli de pudoris integritate comperta, quòd defendatur in terris veritas fatigata. Interrogatum est quo in loco Susana facinus, quo arguebatur, admisit. Hic sub lentisco dicit, ille sub pruno. Cùm ergo corũ discrepant prolata responsa, sic repugnantia dictorũ facta nudantur, vt vigore mentis increpato populo, testibus cõfusis veritas ostẽderetur. Gaudet populus de pudoris integritate: triũphat maritus, quòd fidam inuenerit coniugem. Lætatur familia, quòd nihil inuenerit in ea quod puniat, quòd adulterii factum non inuenerit, nec homicidium diabolus quod procurabat, impleuerit,

In festo Stephani. SERMO LXX.

Bona pars est in Eusebii sermone qui incipit, Quoties charitatem vestram. Fuit autem sermo secũdus de sanctis.

Cap. 1.

OST hesternum festiuissimum diem, quo saluatoris nostri Christi nobis natiuitas illuxit, etiã hodiernus dies beati Martyris Stephani corona illustratur. Martyris illius merita nulla pars orbis ignorat: passus enim est in ipso principio Ecclesiæ, id est, in ipsa vrbe Hierosolyma. Ibi enim Diaconus ministrauit, & in ipso inuẽtutis flore decorẽ ætatis suæ sanguine purpurauit. Passio eius insignis est, multũque mirabilis. Hanc modò de libro Actũ Apostolorũ cùm legeretur non solùm audiuimus, sed etiã oculis spectauimus. Christus ergo caput Martyrũ prior passus est pro nobis, relinquẽs vobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Cuius passionis vestigia prosecutus beatissimus Stephanus confitendo Christum, lapidatus à Iudæis coronã meruit, tanquã suo sibi nomine positã. Stephanus enim Græcè, Latinè Corona appellatur. Iam corona nomẽ habebat, & ideo palmam Martyrii suo nomine præferebat. Qui cùm lapidaretur, nõ solùm nõ expectabat de persecutoribus reportare vindictam, sed eis potius de Deo veniam postulabat. Meminerat enim dixisse Dominũ, Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus, Et iterum: Ne dixeris, Vlciscar me de inimicis meis: sed expecta Dominũ, vt tibi auxilio sit. Expectare nos iubet Dominus Deus, vt in die futuræ retributionis cum sanctis Martyribus vindicemur. Beati enim qui expectãt Dominum, quoniam ipsi hęreditate possidebunt terram: illam scilicet terram quę iustis est præparata.

Actor.7.

1.Pet.2.

Stephanus, corona.

Deut.32. Rom.12. Prou.20.

Matth.5.

Tu autem, ô Christiane, queris vindicari de aduersario tuo qui tibi forsitã iniuriam fecit, ęstuas, furis, anhelas, festinas vindicari, attende Christum medicum egritudinis tuæ, attẽde redemptorẽ animę tuæ. Propter te pependit in ligno, & nondũ est vindicatus, & tu vis vindicari, & non vis tantum & talẽ magistrum imitari: ideo pati voluit, vt tibi patiẽtiæ suę demõstraret exemplum. Vide pendentem, & tibi languẽti de suo sanguine medicamentum conficientem. Vide pendẽtem, & tibi de ligno tanquam de tribunali præcipientem. Audi precantẽ, Pater inquit ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed potuit hoc Christus, dicis mihi, ego non possum. Ego enim homo sum, ille Deus homo. Deus ergo vt quid homo, si nõ corrigitur homo? Sed ecce tibi loquor, ô homo. Multum est ad te imitari Dominum tuum. Attende Stephanum conseruum tuum. Certè Stephanus S. homo erat, an Deus? Planè homo erat, hoc erat quod tu. Sed quod fecit, non fecit nisi donante illo quẽ rogas & tu. Vide tamẽ quid fecit: loquebatur Iudæis, sæuiebat & diligebat. Vtrũque debeo demonstrare, & sæuientem & diligẽtem. Audi sæuientẽ, Dura ceruice. Verba sunt S. Stephani, quando loquebatur Iudæis, Dura ceruice, & non circumcisi corde & auribus vos semper restitistis Spiritui sancto. Quem Prophetarum nõ occiderunt patres vestri? Audisti sæuientem, audi & diligẽtem. Irati illi facti, & grauius in ardescẽtes, & mala pro bonis reddẽtes ad lapides cucurrerunt, & Dei famulum lapidare cœperũt. Hic probemus S. Stephani patientiam & dilectionem. Hic victorẽ diaboli triũphatorẽmque cernamus. Audiuimus sæuientem aduersus tacentes, videamus si diligat sæuientes. Sæuiebat aduersus tacẽtes, videamus si diligat lapidãtes. Ecce Stephanus lapidatur, sic constitutus quasi ante oculos nostros. Ecce membrum Christi, ecce athleta Christi. Inspice illum qui pepẽdit in ligno. Crucifigebatur ille, iste lapidabatur. Ille dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Iste quid dicit?

Cap. 2.

Actor.7. Stephanus & sæuiens & diligens.

AVDIAMVS illum, si forte vel ipsum imitari valemus. Primò beatus Stephanus ilãs orauit pro se, & ait: Domine Iesu, accipe Spritũ meũ. Deinde genu flexit, & flexo genu, ait: Domine, ne statuas illis hoc peccatũ: & hoc dicto obdormiuit. Felix somnus & requies vera. Ecce quid est requiescere, pro inimicis orare. Sed paululũ, quæso te S. Stephane, expone nobis hoc nescio quid, quare pro te stans orasti, & pro inimicis genu T flexisti? Respondet fortasse quod intelligimus. Pro me stans orauí, quia pro me qui rectè Deo seruiui orando & impertãdo nõ laborani: quia qui pro iusto orat, nõ laborat, ideo pro se stans orauit. Ventũ est vt oraret pro Iudæis, pro interfectoribus Christi, pro interfectoribus sanctorum, pro lapidatoribus suis, attẽdit tam multam & magnam esse impietatem ipsorũ, quæ difficile donari posset, genu flexit, & ait: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Ergo charissimi, si nõ potestis imitari Dominũ, imitamini conseruum, imitamini sanctum Stephanum, imitamini omnes martyres sanctos. Homines erãt, conserui tui erãt. Sicut tu nati erant: sicut tu nati, sed à Christo sunt coronati.

Actor.7. Stephanus pro se stans orauit: pro inimicis genu flexo. al. flexisti.

In eodem festo. SERMO LXXI.

Fuit v. de sanctis, sed præter initium, quod D. Augustini videtur, extat apud Maximum, hoc exordio, Lectio Actuum Apostolorum.

ESTERNO die natalẽ habuimus Domini Saluatoris, hodie summa deuotione veneramur S. Martyris Stephani passionem: hesterno, redimimur ad præmium: hodierno, prouocamur ad exemplũ. Bene ergo hesternæ solennitati festiuitas hodierna coniuncta est:

vt illa credentes cuperet ad vitam, hæc confitētes † duceret ad coronam. Omni ergo Ecclesiæ beatus Stephanus datus est ad † præfectum. Adhuc laicus diaconij meruit electionē, & leuita martyrij obtinuit principatum. In plebe adhuc positus erat, sed iam virtutibus eminebat. Humilis erat loco, sed celsus fide. Discipulus erat ordine, sed factus est magister exemplo. Quos sequebatur deuotione fidei, præcessit velocitate martyrij. Scriptum est enim de eo in Actibus Apostolorum, quod ad ministerium viduarum sit ab Apostolis deputatus. In hoc etiā quòd præpositus est feminis, testimonium meruit syncerissimę castitatis. Beatus ergo erit charissimi, qui hūc sectatus, qui hūc imitatus fuerit: & pudicitiæ enim palmā, & martyrij consequetur coronam. De quo & lectio Actuum Apostolorum, quæ nobis hodie lecta est, dilectissimi fratres, cùm plurimū habeat in ipsa specie admirationis, nō minus tamen continet in mysterio dignitatis. Ecce, inquit beatus Stephanus, video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dexeris Dei. Considerate attentius, dilectissimi fratres, cum beatus martyr Domini Iesum Christum ad dexterā Dei patris stare vidisset, cur sese filiū hominis videre testatus est, & non potius filiū Dei: cum vtique plus delaturus honoris Domino videretur, si se Dei potius quàm hominis filium videre dixisset? Sed certa ratio, postulabat, vt hoc ita & ostenderetur in cœlo, & prædicaretur in mundo. Omnium enim Iudæorum scandalū in hoc erat, cur Dominus noster Iesus Christus qui secundū carnem erat filius hominis, esse etiam Dei filius diceretur. Ideo ergo pulchrè Scriptura diuina filium hominis ad dexterā Dei patris stare memorauit, vt ad cōfutandā Iudæorū incredulitatem ille martyri ostenderetur in cœlo, qui à perfidis negabatur in mūdo: & illi testimonium cœlestis veritas daret, cui fidem terrena impietas derogaret. Vnde licet iuxta Psalmum qui lectus est, pretiosa sit in conspectu Domini mors sanctorū eius, si quid tamē distare inter martyres potest, præcipuus videtur esse qui primus est. Nam cùm S. Stephanus diaconus ab Apostolis ordinatus sit, Apostolos ipsos beata ac triumphali morte præcessit: ac sic qui erat inferior ordine, primus factus est passione: & qui erat discipulus gradu, magister cœpit esse martyrio, complens illud quod beatus Propheta in Psalmo qui lectus est dixit, Quid retribuam Domino pro omnibus quę tetribuit mihi? Retribuere enim voluit primus Stephanus martyr Domino quod cum omni humano genere accepit à Domino. Mortem enim quā Saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Saluatori. Post hæc subiecit Scriptura sacra, quę ait: Positis, inquit, genibus clamauit dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Videte, dilectissimi, affectum beati viri, videte magnam & admirabilē charitatē. In persecutione positus erat, & pro persecutorib. deprecabatur: atque in illa lapidū ruina, quando alius obliuisci poterat etiam charissimos suos, tunc ille Domino cōmendabat inimicos. Quid enim dicebat cùm lapidaretur? Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Plus itaque tūc illorū dolebat peccata, quam sua vulnera. Plus illorum impietatem, quā suam mortē dolebat. Et rectè plus. In illorum quippe impietate erāt multa quę plangi potuissent, in illius autem morte non erat quod debuisset doleri. Illorum impietatē mors sequebatur æterna, huius autem mortē vita perpetua. Imitemur ergo in aliquo, dilectissimi fratres, tāti magistri fidem, tam preclari martyris charitatem. Diligamus nos hoc animo in Ecclesia fratres nostros, quo ille tūc dilexit inimicos. Sed quod peius est, aliquotiēs nō solùm inimicos non diligimus, sed ne amicis quidē fidem integram custodimus. Sed dicit aliquis: Nō possum diligere inimicum meum, quem quotidie velut hostem patior crudelissimū. O quicunque ille es, attendis quid tibi fecerit homo, & nō cōsideras quid tu feceris Deo? Cùm enim tu multum grauiora in Deum peccata cōmiseris, quare non dimittis homini parum, vt tibi Deus dignetur dimittere multū? Recole quid tibi in Euāgelio Veritas ipsa promiserit, & quā tibi quodāmodo cautionē fecerit. Si enim, inquit, dimiseritis hominib. peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis, nec pater vester dimittet debita vestra. Videtis, fratres, quia cūDei gratia in potestate nostra positū est, qualiter à Domino iudicemur. Si, inquit, dimiseritis, dimittetur vobis. Nā sępe dixi, fratres, & frequentius dicere debeo, nemo se circumueniat, nemo se seducat. Qui vel vnum hominem in hoc mūdo odio habet, quicquid Deo in operibus bonis obtulerit, totum perdet: quia non mētitur Paulus Apostolus, dicēs: Si dedero omnes facultates meas in cibos pauperū, & si tradidero corpus meum ita vt ardeā, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quam rem etiam beatus Ioānes confirmat, dicens: Omnis enim qui non diligit fratrē suum, manet in morte. Et iterum: Qui fratrem suum oderit, homicida est. Hoc loco fratrem, omnem hominem oportet intelligi: omnes enim in Christo fratres sumus. Nemo enim sine charitate de virginitate præsumat, nemo de eleemosynis, nemo de ieiuniis, nemo de orationibus confidat: quia quandiu inimicitiā in corde tenuerit, neque in istis, neque in aliis quibuslibet bonis operibus placare sibi Dominum poterit. Sed si vult habere propitiū Dominum, non dedignetur audire consilium meum. Audiat non me, sed ipsum Dominū suum. Si offers, inquit, munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et nos pugnas habemus intrinsecus, & dolos in corde versantes, & quasi qui bonā conscientiam habeamus, præsumimus accedere ad altare, non timentes quod scriptum est: Qui māducat & bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit. Sed dicit aliquis: Grandis labor est, inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare. Nec nos negamus, fratres, nō paruus quidem labor est in hoc seculo: sed grande erit premium in futuro. Per amorem enim hominis inimici, efficieris amicus Dei: imò nō solùm amicus, sed etiam filius: sicut ipse Dominus dixit, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Si te aliquis homo diues in hoc seculo vellet adoptiuū filium facere, quomodo seruires, quas ei dignitates impēderes, etiam seruorum eiūsque seruitia durissima, & aliquotiens etiam turpissima sustineres cōuitia, vt ad caducam & fragilem hæreditatē ipsius peruenires? Quod ergo ille sustinet propter substantiam terrenam, tu sustine propter vitā ęternā. Conuincimur enim certissima ratione, quia propter Deum possumus quidem, sed nolumus iniuriam sustinere. Denique si nobis aliqua potēs persona iniuriam facit, si nos etiā in faciem maledicit, nec respondere aliquid asperum, non dicam vicem reddere ausi sumus. Quare hoc? Ne ab illa persona potente adhuc maiora quam pertulimus, patiamur. Quod à nobis extorquet hominis timor, deberet à nobis exigere Christi amor. Si ergo potēs persona cōtra nos sęuit, tacemus, & nihil dicere ausi sumus: si verò æqualis aut fortè inferior vel leuem nobis cōtumeliā fecerit, quasi feræ bestiæ sine vlla patentia, ac sine aliqua Dei cōtemplatione cōsurgimus, & aut in prēsenti nostram iniuriam vindicamus, aut certè ad maiorem vicem reddendā nostrum animum prēparamus. Quid est hoc, quod quando potēs persona nobis iniuriā intulit, patienter accipimus: quando inferior, nimio furore succendimus? Quia ibi timuimus hominem, hic Deum timere nolumus. Vnde ergo, fratres, quantum possumus, cum Dei adiutorio cor nostrum ad patientiam prēparemus, & in omnibus malis hominibus medicorum vicem agere studeamus, & non ipsos homines, sed ipsorum malitiam odio habeamus. Pro bonis oremus, vt semper ad meliora conscendant: pro malis, vt citò ad emendationem vitæ per pœnitentiæ medicamenta confugiant. Quam rem orantibus vobis ipse præstare dignetur, qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In festo Innocentium. SERMO LXXII.

Fuit de sanctis x. sed est cōflatus ex sermone de tēpore 236. & aliunde.

HODIE, fratres charissimi, natalem illorum infantiū colimus, quos ab Herode crudelissimo rege interfectos esse, Euangelij textus eloquitur. Et ideo cum summa exultatione gaudeat terra cœlestiū militum, & tantarum parens fœcunda virtutū. Ecce profanus hostis nūquā beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nam sicut sacratissimum prēsentis diei festū manifestat, quantū in beatos paruulos iniquitas abundauit, tātum in eis gratia benedictionis refudit. Beata es ô Bethleē terra Iuda, quę Herodis regis immanitatē in puerorū extinctione perpessa es, quæ sub vno tempore candidatā plebem imbellis infantiæ Deo offerre meruisti. Dignè tamen natalem illorum colimus, quos beatius æternæ vitæ mundus ædidit, quam quos maternorum viscerum partus effudit. Siquidem antè vitæ perpetuæ adepti sunt dignitatem, quam vsuram præsentis acceperint. Aliorum quidem pretiosa mors martyrum laudem in cōfessione promeruit, horum in cōsummatione cōplacuit. Quia incipiētis vitę primordiis ipse eis occasus initium glorię dedit, qui præsentis terminum imposuit. Quos Herodis impietas lactantes matrum vberibus abstraxit, qui iure dicuntur martyrū flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erumpentes Ecclesiæ gēmas quædam persecutionis pruina decoxit. Et ideo dignum est interfectis pro Christo infantib. honores impēdere, ceremonias, non dolores, sacramētis dare, vota non lachrymas, quia ipse illis fuit causa pœnæ, qui extitit & coronæ, ipse odium caulæ, qui præmium. Parante autē Herode paruulis necem, Ioseph per angelum admonetur, vt Christum Dominū nostrum in Ægyptum trāsferat, Ægyptum idolis plenam. Nam post Iudęorum persecutionē & ad occidendū Christum profanæ plebis assensum, Christus ad gentes idolis deditas transire dignatur, & Iudæā relinquens ignoranti seculo cōlēdus infertur. Et quia ex Scripturis diuinis, fratres charissimi, bonos & iustos viros persecutionē malorū semper sustinuisse cognoscimus, si diligēter consideramus, inueniemus illos maiora supplicia sustinere. Omnis enim homo qui aliū in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur. Nam si etiam illi quē persequitur aliquid de substātia sua tulerit, maius sibi ipse dispēdium facit, quia nemo habet iniustū lucrū sine iusto damno. Vbi lucrū, ibi & damnū: lucrum in arca, damnum in conscientia. Tulit vestem, & perdit fidem: acquirit pecuniam, & perdit iustitiam. Sed hoc hominēs ideo faciunt, quia diem nouissimum attēdere nolunt. Si enim diem mortis suę cogitare iugiter vellent, animum suum ab omni cupiditate vel malitia cohiberent. Sed quod modò nolūt salubriter cogitare, necesse habent postea sine vllo remedio sustinere. Veniet enim illis dies nouissima, veniet dies iudicij, quando eis nec pœnitētiam licebit agere, nec bonis operibus se ab æterna morte poterūt redimere: quia percutitur etiā hac animaduersione peccator, vt moriēs obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Veniet dies iudicij, quādo mouebūtur fundamēta montiū, & ardebit terra vsque ad inferos deorsum: quādo cœli ardentes solūtur, quando sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum: quando stellæ cadent de cœlo: quādo peccatores & impij mittentur in stagnū ignis, & fumus tormentorū illorum ascendet in secula seculorū, vbi fletus & stridor dentium. Veniet tempus, fratres charissimi, quādo nulli bono erit malè, nulli malo erit bene. Veniet, inquam, nouissima dies, quādo discernuntur pij ab impiis, iusti ab iniustis, laudatores Dei à blasphematoribus Dei. Veniet & quando discernuntur, vt nulli sicut dictum est, bono sit malè, nulli malo sit bene. Quare ergo modò non sic? Fortè & modò sic. Sed quod nūc est in occulto, tunc erit in manifesto. Lege Scripturā diuinam, ingredere mecum, si potes, in sanctuariū Dei: fortè ibi, si possum, docebo te, imò disce mecum ab eo qui docet me, etiam nūc non esse malis bene, & melius esse bonis quam malis, quamuis nondū venerit bonorum plena felicitas, nondūmque venerit malorum pœna nouissima. Si legem Dei diligenter attēdis, fortè intelligis mecum nō esse bene malis. Rogo enim te, & quæro abs te, tibi quare malè est? Responsurus es, Egestas angit, premit difficultas, dolor fortassē mēbrorum, timor ab inimico. Tibi ideo malè est, quia pateris mala, & bene est illi, qui est ipsum malū? Multum interest inter malūm pati, & malum esse. Tu quod pateris non es, malum enim pateris: sed tu malus non es. Ille hoc malum non paritur, & malus est. Noli ergo falli. Nō potest fieri, vt tibi malè sit, quia pateris malū: & illi bene sit qui est malus. Cùm enim malus est, putas quia non patitur malum, cùm patitur seipsum? Tibi malè est, quia malū alienū pateris in corpore tuo: & illi bene est, qui malū seipsū patitur in corde suo? Tibi malè est, qui fortè malam habes vitam: & bene est illi, qui malam habet animam? Esto bonus qui habes bona. Bonæ sunt diuitiæ, bonum est aurum, bonum est argentum, bonæ familię, possessiones. Omnia ista bona sunt: sed vnde facias bene, nō quę te faciant bonū. Habeto bona, quæ te faciant bonū. Quæ sunt, inquis, ista? Fac indicium & iustitiam. Bona sunt quæ habes, Fac iudicium & iustitiam. Esto & tu bonus inter bona tua, erubescet bonis tuis. Esto bonus mansurus inter bona peritura, erubescet bonis tuis. Noli esse malus in eis, ne pereas cum eis. Ita ergo aurum & argentum distribuit hominibus conditor rerum, & administrator Deus, vt ipsum per se natura & genere suo bonum sit, copia verò eius non extollat bonos, nec elidat inopia. Malus autē homo, & cùm offertur excæcatur, & cùm aufertur excruciatur: quia & cùm acquiruntur diuitiæ, falsam lætitiā tribuūt: & cùm perduntur, veram tristitiam derelinquunt. Discamus amare veras diuitias, id est, castitatē & iustitiam, pacem & misericordiam. Istæ enim iustæ dicuntur diuitię, quia bonis meritis iustisque tribuuntur: illæ veræ dicuntur diuitiæ, quia quisquis eas habuerit, non egebit, dum iuxta Apostolum, habēs victum & vestitum his contentus est. Istas verò terrenas diuitias, iniustum est putare diuitias, quę non auferunt egestatem. Tanto enim magis quisque ardebit egestate auaritię, quanto magis eas diligēs maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diuitiæ, quibus crescit inopia, quæ amatoribus suis quantū fuerint ampliores, non afferunt satietatem, sed inflammāt cupiditatē diuitem? Tu putas quia minus indigeres, si minus haberes. Vnde bene quidam dixit, Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit. Cum pecunię enim incremento rabies cupiditatis augetur. Nā omnes auari vel cupidi velut hydropis morbo ægrotare videntur. Quomodo enim hydropicus, quantum plus bibit, tantum amplius sitit: ita auarus vel cupidus acquirendo non satiatur. Nos verò, fratres, cogitantes peregrinos nos & hospites esse in hoc seculo, hoc tantùm quod ad victum & vestitum opus est, nobis in itinere vitæ istius reseruemus, & quantū possumus, in æternam beatitudinem per eleemosynam pauperū dirigamus, vt cùm in die iudicij cupidi & auari pro sterilitate bonorū operum audire meruerint, Discedite à me maledicti in ignē æternū: nos pro bonis operibus audire possimus, Venite benedicti, percipite regnum: quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: nudus fui, & operuistis me. Ad istā benedictionem vos Dominus sub sua protectione perducat, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. SERMO LXXIII.

Fuit de sanctis XI.

VOTIES CVNQVE, fratres, sanctorū martyria celebramus, toties laudes Saluatoris edicimus: & quoties eorum asserimus passiones, toties Christi gloriam prędicamus. Non enim suspicimus quod passi sunt: sed propter quē passi sunt admiramur. Igitur nō pœna in laude, sed fides est in honore. Magnificamus ergo martyres, sed præcipuè illos, qui nascente Christo, in ipso exordio non loquēdo, sed moriendo cōfessi, ad regna perpetua cęteros preuenerūt. Videte autē quem iidem locū apud homines mercātur, qui apud Deum locū sub altario meruerūt. Dicit enim Scriptura sancta, Vidi enim sub ara Dei animas occisorū propter verbum Dei, & propter testimonium Iesu quod habebant. Sub ara, inquit, Dei vidi animas occisorū. Quid reuerentius, quid honorabilius dici potest, quā sub illa ara requiescere, in qua Deo sacrificium celebratur, in qua offerūtur hostiæ, in qua Dominus est sacerdos: sicut scriptum est, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech? Rectè sub altario iustorum animæ requiescūt, quia super altare corpus Domini offertur. Nec immeritò illic iusti vindictā sanguinis postulant, vbi etiā pro peccatorib. Christi sanguis effunditur. Cōuenienter igitur, & quasi pro quodā cōsortio ibi martyribus sepultura decreta est, vbi mors Domini quotidie celebratur, sicut ipse ait, Quotiescunque hęc feceritis, mortē meā annuntiabitis, donec veniam: scilicet vt qui propter mortem eius mortui fuerāt, sub sacramēti eius mysterio requiescant. Nō immeritò, inquā, cōsortio quodā illic occisis tumulus cōstituitur, vbi occisionis Dominicæ mēbra ponūtur, vt quos cum Christo vnius passionis causa deuinxerat, vnius etiā loci religio copularet. Legimus plerósque istorum Abrahę sinibus refoueri, nonnullos paradisū amœnitate lætari, nemo tamē melius præter martyres meruit, hoc est ibi requiescere, vbi & hostia Christi est & sacerdos, scilicet vt propitiationē de oblatione hostię cōsequātur, & benedictionē functionémque sacerdotis accipiāt. Inter cęteros igitur martyres, quos sub ara Dei consistere prędicamus, etiā beatos illos infantum lactātium pro Christo primitias martyrum laudemus, qui non loquendo, sed moriendo confessi coronas meruerūt. Neque enim dubitādū est, eos in martyrio plura præ cęteris exorare, qui in martyrio præ cęteris pręcesserūt. Et mamauerunt, inquit Ioannes, voce magna, Vindica Domine sanguinem nostrum. Et datę sunt illis singulę stolę albę: & dictum est illis vt quiescerent tempus adhuc modicū, donec implerentur numerus fratrum & conseruorum eorum. Oritur quæstio in hoc loco, cur sancti iam cum Domino manentes vindictam de inimicis expetāt, cùm Dominus in Euangelio dicat: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus, & calumniātibus vos. Sed sciēdum, quia illi sancti iam in cōspectu creatoris sui consistētes vident voluntatē illius, & ideo ab ipso accipiūt quod cum velle facere nouerūt, & de ipso bibūt quod de ipso sitiunt. Petunt autem vindictam de inimicis duobus modis, & hoc causa charitatis: vt scilicet qui ad vitam ęternā prędestinati sunt, conuertantur à malo ad bonum: qui verò præsciente Deo damnandi sunt, moriantur & peccare desistant, vt per hoc minorem

Aug. de tēpore ser. 236.

minorem pœnam in inferno habeāt, vbi vnusquisque secundū qualitatem operum sustinebit magnitudinem pœnarū. Petunt autem de reprobis vindictā, quia optant venire diem extremi iudicii, & resurrectionem suorum corporum præstolantur. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: per stolas albas debemus intelligere mercedē, baptismi, præmium martyrij, mercedē æternorum, & gaudium cœlestis patriæ. Habent ergo ante resurrectionē sancti singulas stolas, quia in sola anima adhuc æternis beatitudinibus perfruūtur: postea autem accepturi sunt binas, quando, receptis corporibus, immutabiles erunt in anima, & incorruptibiles in corpore. De hoc Esaias, In terra sua duplicia possidebūt. Et dictum est illis, vt quiescerent rēpus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum & fratrū eorū. Dictio ista inspiratio est diuina, qua mentibus eorū desiderantibus diem iudicij, immittitur virtus patientię, vt patiēter ferāt omnia, expectantes numerū illorum qui similiter interficiendi sunt pro Christo, cum eis postmodum regnaturi, vt qui desiderant recipere sua corpora, gaudeant ex numero colligēdorum fratrum. Tali modo loquitur Deus omnipotens sanctis, veluti quilibet paterfamilias habēs multos filios, singulisque de agro reuertentibus & rogātibus, vt cibum sibi tribuat, respōdet: Refectio quidem vestra parata est, sed expectate fratres vestros, vt cùm in vnum positi fueritis, omnes in commune comedatis, & epulemini gaudētes, quia inteficiēdi sunt & illi, vel aperto scilicet martyrio, vel occulto. Dicit ergo illis vindictam postulātibus post datū munus, vt quiescant atque sustineāt, donec cōpleatur numerus conseruorum illorū. Videris igitur quoniam propter nos martyrū vindicta differtur. Dum enim nos retardamus, horum sanguis inultus est. Sed hoc cōtingit nostra desidia, qui non, sicut dictum est, religiosē viuimus: qui non piè, sicut congruit, operamur. Nam si bonorum operū ad Dominū iustitia nostra præcederet, iam conseruorū numerus qui expectatur, esset completus. Nulli autem dubium est, vindictā post iudiciū martyres percepturos, qui etiam ante iudiciū præmiis cœlestibus honorātur. Vnde oportet, fratres charissimi, qui primitias martyrū hodierna festinitate veneramur, de æterna quę in cœlis est martyrum festiuitate sedulè cogitemus, eorūque vestigia, in quantū possumus, sequēdo, & ipsi eiusdem festiuitatis supernę participes existere curemus, testāte Apostolo: Quia si socij passionum fuerimus, simul & consolationis erimus: nec tū de morte eorū lugeamus, quam de iusta palmæ perceptione lætemur. Si quidem singulos eorū cum per tormenta pellerentur ex hac vita, Rachel gemebunda, id est, Ecclesia gemit luctu lachrymisque persecuta: sed iam hinc expulsos supernæ Hierusalem, quæ est mater omniū nostrūm, mox in aliam vitam obuiis lætitiæ ministris excepit, atque in gaudiū Domini sui perpetuò coronandos introduxit. Vnde dicit Ioannes: Stabāt ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, & palmę in manibus eorum. Stant enim modò ante thronū Dei coronati, qui quondam ante thronum iudicum terrenorum iacebant pœnis astricti. Stant in cōspectu agni nulla ratione illicà contēplanda eius gloria separādi, à cuius hîc amore nec per supplicia poterant separari. Stolis fulgēt albis, & palmas in manib. habent, quia prēmia in operibus habēt, dum corpora quę pro Domino ignibus vstulari, ac bestiis dilacerari, flagris absumi, per præcipitia dissolui, vngulis abradi, omnimodo pœnarū genere passi sunt dissipari, per resurrectionē glorificata recipiūt. Et clamabant, inquit, voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronū, & agno. Magna voce salutem Deo decātant, qui magna gratiarū actione recolūt, nō sua se virtute, sed ipso auxiliante, tribulationū impugnantium superasse certamina. Dicit iterum, eorum & præteritos agones, & coronas describēs perpetuas: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerūt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni. Stolas quippe martyres in sanguinem agni lauerūt, dum membra sua, quæ oculis inspientium visa sunt pœnarum squalore fœdari, sic potius fuso pro Christo sanguine ab omnib. mundauēre cōtagiis, insuper & beata immortalitatis luce digna reddidere, quod est etiā lotas habuisse stolas in sanguine agni. Ideo sunt, inquit, ante thronum Dei, & seruiunt die ac nocte in templo eius. Nō est laboriosa, sed amabilis & optanda seruitus in Dei laudib. perpetuò assistere. Dies quippe & nox non vicissitudinē temporis propriè, sed perpetuitatē tropicè significant. Nox enim nō erit illic, sed dies vna melior in atriis Christi super milia. In qua nō plorat Rachel filios suos, sed absterget Deus omnē lachrymā ab oculis eorum, dátque vocem lætitiæ & salutis æternæ in tabernaculis iustorum, qui viuit & regnat Deus, &c.

Esa. 61.

1. Cor. 1.

Apoc. 7.

In festo cathedræ S. Petri. SERMO LXXIIII.

Fuit xv. de sanctis.

A INSTITVTIO solemnitatis hodiernæ à senioribus nostris cathedræ nomen accepit, ideo quòd primus Apostolorum Petrus hodie episcopatus cathedram suscepisse referatur. Rectè ergo Ecclesiæ natalē sedis illius colūt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit, dicente Domino, Tu es Petrus, & super hanc petrā ędificabo Ecclesiam meam. Petrum itaque fundamentū Ecclesię Dominus nominauit, & ideo dignè fundamentū hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificij altitudo cōsurgit. Vnde cōuenienter Psalmus qui lectus est, dicit, Exaltēt eum in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. Benedictus Deus qui beatum Petrum Apostolum in Ecclesia exaltari præcepit: quia dignum est, vt fundamentū hoc in Ecclesia honoretur, per quod ad cœlum cōscenditur. Quod natalis ergo cathedræ hodie colitur, sacerdotale honoratur officiū. Sibi hoc ecclesię inuicē præstāt, quia tanto necesse plus habet ecclesia dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris.† Cùm solemnitatē hanc ecclesiis meritò religiosa obseruatio introduxerit, mirū cur apud quosdā infideles hodie tam pernitiosus error increuerit, vt super tumulos defunctorum cibos & vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant. Epulas enim & refectiones caro tātum requirit, Spiritus autē & anima his non indigēt. Parare aliquis sibi charis dicit quod ipse deuorat, quod præstat ventri, imputat pietati. Cessate ergo fratres, ab hoc gentili infidelitatis errore. Animæ enim sanctæ quæ in hoc seculo, aut per vitę innocentiam purę sunt, aut pœnitentiæ satisfactione purgantur, à Saluatore nostro recipiuntur, & cum eo esse credendæ sunt, secundum Apostoli dictum, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Animę ergo fratrū parentūmque nostrorū minimè cibis carnalibus delectātur. Offendi his magis possunt quàm delectari, si cùm illę in sacris sedibus sint, vos eas in terra esse credatis. Cessate ergo ab his erroribus & sicut scriptum est: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: vt superstitiones fidei vestrę cōtrarias repudiātes, dum ea quę Deo placita sunt faciatis, etiā vos cum Christo in ęternum esse mereamini. Quo dáipse præstare dignetur, &c.

Matth. 16.

Deuter. 4.

Psal. 106.

Aliunde videntur sumpta.

Exodi 9.

Matth. 8.

Phil. 1.

Colos. 3.

In festo annuntiationis Dominicæ.

C SERMO LXXV.

Fuit de sanctis xix. sed non est Augustini, nec congruit dici, sed solemnitati sanctæ crucis.

CORRVPTVM peccatis originalibus & actualibus mundum mundi conditor secreto & mirabili consilio per mysterium verbi incarnati, eiusdem mūdi lapsum voluit reparare, qui eo verbo quo potuit de nihilo cuncta creare, potuit quę perdita fuerāt reformare. Ipse namque dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Hanc eius potentiā non credimus imminoratam, non credimus immutatam, & apud quem non est trāsmutatio nec vicissitudinis obumbratio, quo minus esset potens & sapiens in reformādo, quàm fuerat in plasmando. Omnipotētis quippe figuli manus, cuius vniuersæ viæ misericordia & veritas, quæ lutum de terra leuatū rationalis naturę dignitate sublimauerat, sic voluit ruinam vasis fragilis reformare, vt nec peccatum hominis dimitteret impunitū, quia iustus est: nec insanabile, quia misericors est. Si tantum iustus esset, cuius sapiētia attingit à fine vsque ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter, potuit sua fortitudine aduersus seductorē generis humani contendere, & ouem perditam ad gregem reductā suo Domino restituere. Sed hoc modo videretur eminentiam tantùm suæ virtutis ostendisse, non medicinalem misericordiam impendisse redemptis: nec apparet quanta charitate creator creaturā diligebat, à qua se diligendū esse multiplici beneficio expetebat, quatenus miser homo, precedente gratia, obtineret etiam per meritum, quod ei malè merito rependebatur indebitū. Quod ergo Dei sapientia potuit facere sapiēter & fortiter, voluit facere suauiter, vniens sibi infirmitatē carnis nostræ, quam primò in se sanaret, & per hanc quasi medicinalem cōfectionem generi humano sanitatem restitueret, non quòd non potuerit aliter fieri, quantum ad periciam & potentiam medici: sed quia non potuit cōmodius antidotum procurari, quantū ad complexionem ęgroti. Quod enim infirmū est Dei, fortius est hominibus: & quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Hęc causa nobis specialis esse videtur, cur Dei filius hominē induere voluerit, & inter homines conuersari, vt mortalitatē quam à nobis accepit moriēdo

D supera-

separaret, & naturam nostram supra primæ originis dignitatē reparatam secum ad immortalitatē reuocaret, vt eò sequeretur humilitas gregis, quò præcessit celsitudo pastoris. Sic radius solis humorem quem ad se trahit exiccat: ipse tamen virtutem sui caloris, & splendoris nec minorat, nec immutat. Sic ignis materiem quam assumit in se conuertit, naturam verò suam ideo nec mutat nec minuit: multo fortius ille ignis, de quo dicitur, Deus noster ignis consumens est, mortalitatem nostram in se assumpsit, & inde gratia sanitatis totum corpus resumpsit. Mirabile & incōparabile genus medicinæ, propter quam medicus voluit ægrotare, & ægrotos, quibus salutis remediū procurabat, sua decreuit infirmitate sanare. In hoc apparet, quàm incomparabili charitate nos dilexerit, quia in eo quòd desertores suos quæsiuit, semen Abrahæ apprehēdit, errantes reduxit, saucios curauit, nihil sibi addidit, Non est inde factus altior, non est factus inde beatior. Tota hæc dispensatio nostræ vtilitati consuluit, nostræ saluti militauit, diuinæ potentiæ nil contulit. Nam & cùm essemus vasa contumelię omnipotentis figuli manum effugere non potuimus, vtebatur vasis iræ prout volebat ad manifestationem suę gloriæ: sic enim dictū est Pharaoni, In hoc ipsum excitaui te, vt ostendā in te virtutē meam, & annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Nónne & dæmones cùm à Domino eiicerentur de corporibus obsessis, Dominum glorificabant, quando dicebant, Quid nobis & tibi, Iesu fili Dei viuī? Quid venisti ante tempus torquere nos? Cōstat ergo ex his & huiusmodi aliis, quia diuina virtus nostra reparatione non eguit, sed tamen ea bonitate qua nos condidit, eadem nos reformare voluit: & ad hoc medicamentum nūquam forte posuit, sed quàm lenius complexioni ægrotantis competere perspexit, apposuit. Solent quippe medicinæ periti ægritudines, quas curandas suscipiunt, aliquando curare per contraria, aliquando per similia. Hoc fecit Dominus noster Iesus Christus, sua paupertate nos ditans, sua humilitate nos subleuans, sua infirmitate nos sanans, sua morte nos viuificans. Sic ratione medicinæ sicca humidis, humida siccis, calida frigidis opponuntur, & minus fortia contraria à fortioribus contrariis superuenientibus superantur. Simili ratione similia similibus apponuntur, cum secundum quantitatem vulnerum vel tumorum mensuratur longitudo vel latitudo epithematum. Sic scorpionum carnes oleo coctæ percussionibus medentur scorpionum, sic theriaca de serpētis carne confecta, morsibus serpentinis occurrit, & potiones veneno infectas in potu sumpta expellit. Ad hanc similitudinem medicus noster mortem carnis nostrę de serpente venientem, carnis suæ morte sanauit, & ad immortalitatis suæ speciem in tempore restitutionis cōplendam reformauit. Vbi diligentius attendendum est, quòd mors quæ per lignum venit, per lignum superata est. Et ipsa ligni forma longitudini & latitudini & altitudini humani corporis configurata est: quorum sicut totum corpus mortum est, vt manus ad vetitum extēderetur, ita corpus per omnia membra sua in cruce distenderetur: & totum quod reatu paterni delicti confractum fuerat, hoc emplastri malaxatione consolidaretur. Sed huic medicamento per similia compositio, admixtum est & medicamentum factum per oppositum. Nam hîc sanauit obedientia, quod ibi corruperat inobedētia. Et quod ibi contaminauit gulæ oblectamentum, hîc reformat crucis tormentum. Continetur in hac crucis figura altius sacramentum: quod quanto est altius, tanto attendendum diligentius. Intelligitur namque in latitudine crucis dilectio proximi, quæ non tantùm vsque ad amicos, sed etiam extendenda est vsque ad diligendos inimicos. Intelligitur quoque in eiusdem longitudine, longa & perseuerans laborum & perfectionum sustinentia, quam patienter ferre debet ad patriam suspirās nostra peregrinatio, tam pro dilectione proximorū quàm pro exhibitione omnium bonorū operum. Figuratur simili ratione in altitudine eius eminētia spei, penetrans vsque ad interiora velaminis, vbi visione pacis perfruētur qui hîc à ciuibus Babyloniæ multipliciter exercentur, donec in libertatem gloriæ filiorum Dei à seruitute corruptionis huius liberentur. Significauit hanc charitatis latitudinem Dominus Iesus in cruce caput ad Orientem erigens, pedes ad Occidentē submittens, manus ad Aquilonem & Austrum extendens, vt adimpleret quod de se ante passionem suam prædixerat, Cùm exaltatus fuero à terra, id est, cùm crucifixus fuero, omnia traham ad meipsum: id est, vocabo ad me totum mundum. Hoc sacramento crucis sanctus Helisæus Sunamitis filium os ori, manus suas manibus eius applicans orando suscitauit, & viuum matri restituit. Eiusdem virtute sacramenti Moyses in deserto bis silicē virga percussit, & sitiēti populo aquam de petra produxit. Bina quippe percussio duorum signorum figuratè intelligitur in cruce facta compactio. Bis ergo petra percutitur, cum Christus, de quo dicit Apostolus, Petra autem erat Christus, in duobus lignis crucis extensus lancea perforatur. De hac petra aqua profluxit, cū sanguis redemptionis & aqua baptismatis, quibus in nouum hominem transformamur, de latere Christi manauit. Præterea inter has crucis dimēsiones solerter attendenda est crucis profunditas: quia profundum est mysterium crucis, in quo multorū qui sapientes dicebantur ingenia defecerunt quòd hoc ausi sunt reprehendere, quod non potuerūt humana ratione comprehendere: videlicet cur verbum Deo patri coæternum, omnia continens, omnia implens, in assumpto homine totum se conclusit, & tamen totum mundum regere, complere & cōtinere non desierit: non satis considerantes quod valet in minori, multo magis posse valere in maiori, cùm vox vna & tota de ore loquentis prodeat, & tota ad multorum hominum aures peruenīat. Qui de hac quæstione scrupulosius disputant, & tanquam clauso ostio ad parietem palpant, audiant primū dicentem Apostolum, O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Demum mitescant, & cum pietate pulsent, vt aperiatur eis: & iustum fuisse conditorem in condemnando, & misericordē in redimēdo credant, nec potuisse sanari sine misericordia, quod iustè condemnauerat omnipotentis iustitia. Hinc cōsequenter aduertāt, cur vsque ad captiuari hominis paupertatem & crucis ignominiā se humiliauerit diuina omnipotētia, quæ in paradiso reum hominem condemnauerat iusta sententia. Cum enim de perpetrata à Domino argueretur inobedētia, non se humiliter, vt culpa exigebat, accusauit, sed auctorē superbè accusauit, dicens: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi fructum, & comedi. Hęc dicendo se putauit excusatum, & sic creatorem mulieris conditorémque ad peccandum virum traxerat in culpam. Qui si humiliter se accusasset, & in auctorem suum culpam non retorsisset, à paradiso non exulasset. Erat autem contra diuinam iustitiam, si reum impœnitentem in pristinū gradum restitueret, & non vsque ad dignum pœnitētię fructum qua vellet ratione compelleret. Diuina itaque sententia morti est iudicatus, & cum tota posteritate, quæ de lumbis eius erat processura, eiectus est de paradiso, & ærumnoso condemnatus exilio. Et quia sine pœnitentia in statum suum redire non poterat, monendus & admonendus erat ad pœnitētiam, vt reformaret volitaria & subiecta humilitas, quod corruperat malè erecta iniquitas. Non enim conueniens erat, vt inuitus traheretur ad pœnitentiam, qui spontaneus corruerat in pœnam: ne itidē ingratus existeret suæ reformationi, sicut ingratus extiterat primę conditioni. Prouisum est igitur tale medicamentum quale conueniebat ægroto, quod duritiam tumoris sic emolliret, vt mollefactus sponte mortiferū virus effunderet, dicente Psalmista, Effundite coram illo corda vestra: id est, per confessionem eiicite de conscientiis vestris omnia immunda. Quod quandiu tardauit facere mundus, tamdiu remansit immundus. Vt ergo hoc fieret, misit medicus noster præcones, & testes suos ante se legislatores & prophetas, qui corda auditorum ad pœnitentiam prepararēt, & ei in tempore gratiæ testimonium perhiberent. Venit ipse medicus in tempore plenitudinis publicè, prædicauit causam aduentus sui, factus doctor medicinæ: dicens, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum: & item, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: hoc cōsilium medicinæ acceperunt multi. Contemptoribus placuit adhuc magis sibilus serpētis perimentis, quàm persuasio medici redimentis. Filius adoptionis audiuit, & obaudiuit voci promittentis, qui in paradiso non obedierat præcepto mortem comminantis. Expleta dispensatione doctrinæ suæ, & cæcitate in Israël ex parte perdurante, tandem exhibuit se medicum, & fecit de seipso medicamentum. Exhibuit se sacerdotem, & fecit seipsum sacrificium, vt compleret ad quod venerat, & probaret quanta dilectione dilexerat eos, pro quibus corpus suum in ara crucis offerebat: vnde & in Euangelio suo antè prædixerat, Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: hinc est quod Apostolus dicit, Commendat charitatem suam Deus in nobis: quia cùm inimici essemus: reconciliauit nos sibi per mortem filij sui. Et quia naturale est, vt homines diligentes se diligant, hac humilitate & charitate humilata est & liquefacta duritia mundi, vt agnosceret beneficium suæ reparationis, quæ non agnouerat excellentiam suæ conditionis: vnde

Deuter. 4.

Exodi 9.

Matth. 8.

Matth. 4.

Mar. 16.

Psal. 61.

Ioan. 15.

Rom. 5.

Psalmista,

Psal. 49. Psalmista, Homo cùm in honore esset, nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Postquã verò ad se reuersus est, & per dilectionem redimentis, & eruditionem admonentis cognouit de quãta corruisset gloria, & in quanta versaretur miseria experius est, quàm magna indigeret misericordia, & impletũ est quod dicit Psalmista, Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Prædicata est exin virtus crucis per vniuersum mundum, quæ partibus suis per quatuor mũdi partes est extensa, & totum mundũ sua malaxatione complexata. Nec iam potuit mundus ex toto esse ingratus, qui tanta fuerat charitate sanatus. Crucifixus noster à morte surrexit, & cœlos ascendit, crucẽ nobis in memoriã suæ passionis reliquit, crucẽ reliquit ad sanitatẽ. Hoc signum præsidium est amicis, obstaculũ est inimicis. Huius crucis mysterio rudes catechizãtur, eodem mysterio fons regenerationis consecratur, eiusdem crucis signo per manus impositionem baptizati dona gratiarum accipiũt. Cum eiusdem crucis charactere basilicę dedicantur, altaria cõsecrantur, altaris sacramenta cum interpositione Dominicorum verborum cõficiuntur: sacerdotes & leuitæ per hoc idem ad sacros ordines promouentur. Et vniuersaliter omnia ecclesiastica sacramenta, in huius virtute perficiuntur. Qui hoc mare magnum & spatiosum, in quo sunt reptilia, quorũ non est numerus, absque naufragio transire desiderat, crucẽ sequatur, cruceṁ teneat, & eam non deserat, donec ad optatum salutis portũ peruenias. Hoc cursum nostrum dirigit, hoc ad agonem nos instruit, hoc in luctamine adiuuat, hoc ad victoriam prouehit, hoc ad coronã peruehit, hoc maleficia destruit, & omnia dęmonum machinamenta ad nihilum redigit. Et quod faciebat in terris corporis Christi prẽsentia, hoc facit cum fideli inuocatione nominis Christi victoriosæ crucis insignita memoria. Longum est per singulã virtutẽ crucis exponere. Qui verò in angaria Christi crucem portat, poterit plura de eius virtute experimento cognoscere, quàm possit sermo retexere, vel humana cogitatio comprehendere.

In festo natiuitatis Ioannis Baptistæ.

SERMO LXXVI.

Fuit de sanctis xx.

CAP. I. POST illum sacrosanctum Domini natalis diem, nullius hominum natiuitatem legimus celebrari, nisi solius beati Ioãnis Baptistæ. In aliis sanctis & electis Dei nouimus illum diem coli, quo illos post consummationem laborum, & deuictum triumphatúmque mundum in perpetuas æternitates præsens hęc vita partuiit. In aliis consummata vltimi diei merita celebrantur: in hoc etiam prima dies & ipsa etiam hominis initia consecrantur: pro hac absque dubio causa, quia per hunc Dominus aduentum suum, ne subitò homines insperatum non agnoscerent, voluit esse testatum. Ioannes autem figura fuit veteris Testamenti, & in se formam prætulit legis: & ideo Ioannes prænuntiauit Saluatorẽ, sicut lex gratiam præcurrit. Quòd autem nondum natus de secreto materni vteri prophetauit, & expers lucis iam testis est veritatis: hoc est intelligendum, quòd latens sub velamine & carne literæ, & redemptorem mundo Spiritu prædicauit, & nobis Dominũ nostrum de quodam legis vtero proclamauit. Ergo quia Iudæi errauerunt à ventre, id est, à lege quę à Christo gruida erat: Errauerunt à ventre, locuti sunt falsa, ideo hic venit in testimonium, vt testimoniũ perhiberet de lumine. Quòd autem Ioãnes in carcere constitutus ad Christum discipulos suos ordinat, Lex ad Euangelia transmittit. Quæ lex iuxta typum Ioannis quasi ignorantiæ clausa carcere in obscuro & in occulto iacebat, & Iudaica cæcitate sensus intra literam tenebatur inclusus: de hoc beatus Euangelista proloquitur, Ille erat lucerna ardens, id est, Spiritus sancti igne succensus, vt mundę ignorantiæ nocte possessũ, lumen salutis ostenderet, & quasi inter densissimas delictorũ tenebras splendidissimum iustitiæ solem, lucis suæ radio demonstraret, & de seipso dicens, Ego vox clamantis in deserto. Videamus in quo deserto, id est, in gẽtilium populo. Vacua enim timore Dei pectora, & Spiritu sancto carentia deserto squalentis eremi comparantur. Desertus enim erat hic mũdus ab omni cultura fidei & timoris Dei, & peccatorũ spinis obtitus, squalebat, tanquã ager inculus, & nullam penitus bonorum operum fœcunditatem attulerat, nullum imbrem gratię spiritalis acceperat. Mittitur beatus Ioannes, qui eũ Prophetica atque Apostolica prędicatione annũtiando pœnitentiam, quasi rudẽ campum proscinderet, fœcundaret & excoleret, diuini verbi seminibus impleret: & ad maturam frugem, id est, ad regenerationis gratiam præpararet.

Psal. 57.

Ioan. 1.

Matth. 11.

Ioan. 1.

S. Ioãnes lucerna ardens.

Matth. 3.

A IAM illud quantæ gloriæ est, quod Zacharię sacerdoti seni & Helisabet sterili à Gabriele, id est, ab illo angelo promittitur, à quo Mariæ natiuitas Domini nũtiatur, & quasi ex aliquo similis Domini præmittitur filius sterilis ante filium Virginis, nescio quod maius miraculũ ipsa natiuitate declarans. Insperata prole posteritas muneratur, quia nouo partu erat munerãda & ditanda virginitas. Præmittitur ante Iesum Christum Ioannes, quasi testamentum vetus ante nouum, vt dies diei eructet verbum, & sacramentorum obscura profunditas euidentioribus nouæ doctrinæ mysteriis reueletur. Præmittitur ergo lucerna ante solem, seruus antè Dominũ, amicus ante sponsum, præco ante iudicem, vox ante verbũ. Et ideo de se dicit, Ego vox clamantis in deserto. Quid est quòd beatus Ioannes vocem se esse dixit? id est, quia Verbi annuntiator & prædicator erat.

CAP. II. Verbum, vox.

H I C iam solicitè requiramus, quid inter verbum sit & vocẽ. Scripturæ sanctæ verbũ esse definiunt, quòd intra animi silentium mente concipimus: verbum esse definiunt ipsam cogitationem, quæ adhuc intra conscientiæ secreta retinetur: vocem verò per quam verbũ profertur in medium. Vox sonus est, index cogitationis, verbũ verò ipsa cogitatio. Sicut enim quando verbum corde concipimus necessaria est vox, quasi quoddam vehiculum verbi, & quamliber verbum ipsum per oris sonum ad alium transferamus, tamen illud integrum etiam intra nos, id est, clausum à loquente transfertur, vt tamen in sua sede teneatur: ita & omnipotens pater innotescere nobis volens, sapientiam & Verbum illud quod in principio erat Deus apud Deum, sicut ipse testatur: Eructauit cor meum verbũ bonum, beatum Ioãnem quasi vocem per quam ad nos Verbum suum proferret, assumpsit. Quod quidem Verbum de illa sede ita ad nos descendit, vt in sinu, id est, in profundo paterni pectoris permaneret, terrena visitans, & cœlestia non relinquens. Hanc itaque gloriam beatus Ioannes Baptista non de longinquo, sicut reliqui prophetæ, sed vicinus & proximus antecessit. Illi aduentum regis ante multa tempora prædicauerunt: alij dixerunt, Quandoque venturus est: alij, Ecce citò venit: iste autem quem venturum prędixit, digito ostendit, & prophetiam suam ipso quem annuntiabat assistente compleuit.

Psal. 44.

CAP. VI. Matth. 3.

A DHVC itaque in vtero matris suę Spiritu sancto est repletus, & suam ipsius natiuitatem prophetãdo præuenit. Ad similitudinem Domini sanctificatus antequam natus, inter viscera exultans, & Saluatoris aduẽtum materno ore protestans. Verè lucerna ardens in quo tam singularis gratia diuinę dignationis effulsit, vt iũ iámque affore redemptorẽ sanctæ genitricis voce narraret: & per eam velut per quandã veritatis lucernam, nondum in lucẽ prolatus ostẽderet. Hic est ille noui & veteris Testamẽti idoneus mediator, & gloriosi agni dignus ostẽsor: qui Dominum suum & annũtiare vno tempore meruit & videre, vna eadémque suæ natiuitatis ætate & noua incipiẽs, & vetera concludens. De persona huius Euangelista testatur: A diebus inquit Ioannis, regnum cœlorum vim patitur, Nonimus quia familiariter mens humana in diuersis huius mũdi illecebris & concupiscentiis deuicta fugit laborem, expetit voluptatem, & vix adducitur vt consuetudinem à se vitę prioris excludat: sed cùm cœperit cogitare vltimi diei necessitatem, ac futuri iudicij põdus, incitata & stimulata vel spe premij vel timore supplicij, voluntarium bellum indicit passionibus, & vim facit pristinis suis desideriis, & violenter se vincere ipsa contẽdit. Non enim sine violentia fieri potest, vt de abũdantia & deliciis ad famem & sitim, ad abstinẽtiam & crucem transeat, vt somno prius atque otio amicam carnẽ contritione vigiliísque conficiat. Non, inquam, sine violentia fieri potest, vt vnusquisque iracundiam patiẽtia, superbiam humilitate commutet: amore paupertatis diuitiarum ac sufficientię affluentiam superet, vinolentiam sobrietate, luxuriam castitate condemnet, & homo subitò in virũ transformetur perfectum, & quodammodo alter reddatur ex altero, ac sic à talibus per violẽtiam regnum cœleste diripitur.

Matth. 11.

CAP. V. Abstinentiæ, & crucis deo genera.

D V O autem sunt abstinentiæ & crucis genera, vnum corporale, aliud spiritale. Vnum à potu atque epulis tẽperare, appetitum gulę à delectationibus, & mollissimis suauitatibus coẽrcere, ab his quæ per tactum, & gustum vissúmque decipiunt sensum viriliter reuocare, ac violenter abstrahere. Alterum abstinentiæ & crucis genus est pretiosius atque sublimius, motus animi regere, & perturbationes illius modestiæ tranquillitate placare, itæ ac superbiæ impetus quasi ferã bestiam refrenare, litigare quotidie contra vitia sua, increpare se quadam cẽsura austeritatis & virtutis, & tixam quodãmodo cum homine interiore cõsertre. Pęstiosa in cõspectu Dei & gloriosa crux, cogitationes malas in potestatem redigere, voluntates proprias abuegare, eásque interiori examinatione discutere, & regentis imperio subiugare. A sermone atque opere quo anima lędirur, tanquã à cibis noxiis abstinere, & sensum ab his quæ contraria sunt spiritali tẽperantia sobrium custodire. Hæc qui facit, prærupto passionis muro violenter ad cœlorum regna conscendit. Vim itaque sibi factura est anima, vt palmam laborum, quã sibi subtrahi multis inimicis aduersantibus sentit, viribus contendat eripere. Necesse ergo est cum summo labore ex hoc modo rapere palmam salutis, & quasi excubantibus circumiectis hostibus obsessos peruigili intẽtione fructus decerpere, & prædam à thesauro vitæ velut de medio abreptam sęculi huius incendio reportare.

Matth. 25.

Actor. 13.

Regnum nostrum Christus est.

Matth. 28.

E S T & aliud direptionis genus, quãdo aliis promissa & oblata diripimus. Saluator ad hoc vel maximè suscepta incarnatione descenderat, vt Iudæorũ populũ iustificaret: sicut ipse in Euangelio loquitur, Non sum, inquit, missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Sed & discipuli ita incredulã synagogę plebem coarguebãt: Vobis, inquiunt, prius oportuerat verbum Dei loqui: sed quia vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes. Ergo cùm Iudæi munera sibi parata respuerent, publicani & peccatores ex gentibus credidẽrũt, ac sic rapit Ecclesia synagogæ regnum. Regnum enim nostrum Christus est. Rapimus itaque eũ, cùm à Iudęis occiditur, sepeliturà nobis. Rapimus itaque cum illis dormiẽtibus, sicut ipsi in Euãgelio confitẽtur, Dicite, inquit, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Surgat ergo qui dormit, ne fortè Christum per negligentiã resolutus amittat, dum mẽs eius in infidelitate & in torpore dormitat. Rapitur itaque regnum cœlorum, dũ negatur à domesticis, & à gẽtibus adoratur. Rapitur, cùm aliis ad salutem mittitur, ab aliis inuenitur. Cùm enim sui eum rẽcusant, suscipiunt alieni. Insectantur proprij, complectuntur inimici. Quando hęreditatem eiuis respuit, peregrinus inuadit: filius repudiat, seruus recognoscit. Adhuc & alio ordine regnum cœlorum vim patitur, quando illud homines acquirunt quod angeli perdiderunt, quando illuc adoptati humiles ascendunt, vnde superbi incolę ceciderũt. Ergo cùm inter tantos inuidos, inter tantos latrones & inuisibiles insidiatores viuamus, quibus tandẽ viribus cœlorum regna captemus? Quis, inquã, nisi obediendo doctoribus, & vitiis & iniustitiis ex cupiditate nascentibus resistendo, deflendo peccata, & ea iciuniis atque eleemosynis redimendo?

In eodem festo. SERMO LXXVII.

Fuit de sanctis XXII. sed est S. Petri Chrysologi episcopi Rauennæ.

A VRVM de terra eligere qui nouerunt, vbi diuitem senserũt venam, ibi quicquid artis est, quicquid laboris impendunt. Et nos, fratres, quia in sancto Zacharia cœlestẽ vidimus latere thesaurũ, in ipso totũ quod sermonis est nostri, quod vestri auditus est occupamus, quatenus cõmune lucrum sit, quod fuerit cõmuni labore acquisitum. Fuit, inquit, in diebus Herodis regis Iudæę, sacerdos quidam, nomine Zacharias, & vxor eius de filiabus Aaron, & nomẽ eius Helisaber. Et erant, inquit, ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Beati igitur, fratres, quos in seculo isto aliqua culpa non percutit, nullum vulnerat crimẽ. Beati planè isti quos vlla non potuit aliquãdo tangere querela. Incedẽtes, inquit, in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Si pueritia, si adolescentia, si iuuentus eorũ exitit sine querela, vbi tamẽ maximè solet esse querela: qualis esse potuit eorum senectus? Si tale fuit initium, qualis esse potuit finis? Et non erat, inquit, illis filius, eo quòd esset Helisabet sterilis. Nõ dixit, Non erant illis filij, sed, Non erat illis filius: quia singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus: audi Dominum dicentẽ, Non est maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Eo quòd esset Helisabet sterilis. Erat quidem sterilis corpore, sed fœcunda virtutibus. Tarda soboli, sed non tarda Deo. Non germine clausa, sed tempore non negata pignoribus, sed seruata mysterio. Fratres, Helisabet sanctę partus nõ ablatus est, sed dilatus, donec pertransiret tempus carnis, passio corporis, coniugij necessitas, voluptatis causa, cupiditatis sẽsus, & totũ quod humanam confundit, grauat, onerat conscientiam. Mundabatur enim longo tempore sacrificij domus, sanctitatis hospitiũ, metatum meratoris Christi, angeli domicilium, aula Spiritus sancti, Dei templum. Dei tẽplum estis, inquit Apostolus, & Spiritus Dei habitat in vobis. Deniquevbi tota corporis sedata est querela, & in toto facti sunt sine querela, vox sterilitatis fugit, reuiuiscit senectus, fides concipit, parit castiras, nascitur maior homine, par angelis, tuba cęli, præco Christi, arcanum patris, filii nuntius, signifer superni regis, peccatorum venia, Iudæorũ correctio, vocatio gentium, & vt propriè dicam, legis & gratiæ fibula, quæ diploidem summi sacerdotis sancto patri iungebat in corpore. Euãgelista ergo virtutes patris matrisque describit, vt generãtium meritis dignitas germinis nosceretur, & probaretur maior homine qui ortu suo excedebat leges natiuitatis humanæ. Sed si processurus est, iam nascatur Ioãnes, quia instat natiuitas Christi. Surgat nobis lucifer, quia iubar veri solis erũpit, & vociferetur præco quia adest iudex. Et quia processurus est Deus, angelus præcedat. Verùm quia quod supra hominem est, homo referre non sufficit, virtutem nascẽtis angeli angelus iam loquatur. Dixit, inquit, angelus ad Zachariam: Ne timeas Zacharia, exaudita est enim obsecratio tua, & Helisaber vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem, & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enim magnus coram Domino: vinum & siceram non biber, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & multos filiorum Israël cõuertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ecce præcedet ante illum in Spiritu & virtute Heliæ cõuertere corda patrum in filios, & incredũlos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Vacat hîc, fratres, magnus sermo, filet prædicatio tractatoris, quãdo Euãgelico præconio Ioãnis gloria prædicatur, virtus insonuit, laqs collaudatur, nec est quod illi iam adiiciat homo, cui Deus cõtulit totũ. Spiritu, inquit, sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Videtis, fratres, quemadmodum Ioãnes antè peruenit ad cælum, quam tangeret terram. Antè accepit diuinum Spritum, quam humanum. Antè suscepit diuina, munera, quam humana corporis mẽbra. Ante cœpit viuere Deo, quam sibi. Imò ante vixit ille Domino, quam Deus viueret illi: iuxta illud Apostoli, Iam nõ ego viuo, sed viuit in me Christus. Sexto, inquit, mense suæ matris exultat in vtero, & in vtero virginis venisse nũtiat Christum. Feruens nuntius, qui antè gestiuit nuntiare quam viuere. Impatiens dux qui antè quã peruenire ad corpus, peruenit ad regem, antè rapuit arma quam membra, antè aciem petit quã lucem, & vt vinceret mundum, vicit antè naturam. Ipse enim sine visceribus viscera matris exuscitat, & quia tardabat corpus, solo Spiritu implet euãgelizantis officium. Quid dicã fratres? Ioannes antequã Christum præcederet, seipsum præcessit. Patris, matris, filij corda vnus atque idem implet Spiritus sanctus, vt vno sanctitatis organo resonet natiuitatis Dominicæ cantilena.

Actor. 3.

In festo SS. Petri & Pauli.

SERMO LXXVIII.

Est inter Ambrosianos 48 fuit apud August. de sanctis 26.

NOTVM vobis omnibus est fratres, & vniuerso mũdo notissimũ, quod beatissimorũ Petri & Pauli natalis sit hodie, nec aliquã partem orbis latere potest tanta deuotio. Siquidem cùm de his dicat Dauid Propheta, In omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. In omnem terrã mirabiliũ Petri virtus diffusa est, & in fines orbis terræ epistolarũ Pauli penetrarũt. Quis enim non audiuit, quòd primus Apostolus Petrus sedenti ad speciosam portã tẽpli claudo, & ex matris suę vtero olim iam debili, pedum restituerit firmitatẽ, vt quod natura minus cõtulerat, Apostolica gratia repararet? Cùm enim claudus ille stipem rogãs, aliquid pecuniæ se ab Apostolis crederet accepturum, ait illi Apostolus Petrus, Argentum & aurum non habeo, sed quod habeo hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Beata planè largitas, quæ petenti argentum quidem non contulit, sed contulit sanitatem. Beata largitas, quæ de thesauris aurum non protulit, sed protulit medicinã. Beatus & ille claudus, qui dum stipem quærit pecuniæ, diuitias incolumitatis accepit. Hoc enim ab Apostolis † donũ meruit, quod nullis thesauris à medicis redimere potuisset. Primum ergo signũ mirabile quod beatus Apostolus Petrus fecit, claudo pedũ restituendo, vt diximus, vestigia. Audistis frequẽter, ipsum Petrum à Domino petram nuncupatũ: sicut ait, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est supra quã ædificatur Ecclesia, rectè prius

Psal. 18.

Matth. 16.

pedes

pedes ſanat: vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentum cõtinet, ita & in homine membrorum fundamenta conſtinet. Rectè, inquam, primum in Chriſtiano pedes curat, vt iam non trepidus quis nec imbecillis poſſit ſupra petrã Eccleſiæ ſtare, ſed robuſtus & fortis incedere. Vbi autẽ Pauli verba non legũtur? Quis locus ea literis nõ ſcribit, corde retinet, cõuerſatione cuſtodit? Qui Paulus à Domino vas electionis eſt nominatus. Bonũ vas, in quo pretioſa mandatorum Chriſti præcepta cõduntur. Bonum vas, de cuius plenitudine ſubſtantia vitæ populis ſemper erogatur, & plenum eſt. Optima Apoſtolorũ nomina, petra & vas, neceſſaria domui Saluatoris. Domus enim petrarũ fortitudine conſtruitur, vtilitate vaſis ornatur. Petra ad firmitatẽ ne labantur ſuſtentat populos, vas ad cuſtodiam ne tẽtentur operit Chriſtianos. Exitus verò eorum de hoc ſeculo quàm beatus fuerit, nemo qui ignoret. Nam prima hęc in illis beatitudo eſt, quòd ambo vna die paſſi eſſe noſcuntur, ſcilicet vt quos vna fides ſeruitio deuinxerat, vna dies martyrio coronaret. Deinde ipſa paſſio licet diuerſa in ſingulis fuerit, tamen quanta referta eſt gratiæ ſanctitate? Nam Petrus crucẽ, ſicut Saluator in exitu pertulit, & Dominicæ deuotionis ſimili morte diſceptus eſt: ſcilicet vt quẽ imitabatur fide, imitaretur & paſſione. De Pauli verò ceruice cùm eã perſecutor gladio percuſſiſſet, dicitur fluxiſſe lactis magis vnda, quàm ſanguinis, & mirũ in modũ ſanctum Apoſtolum baptiſmi gratia in ipſa nece fecit ſplẽdidum potius quàm cruentum. Quæ quidem res in ſancto Paulo ſtupenda non eſt. Quid enim mirum, ſi abũdat lacte nutritor Eccleſiæ: ſicut ipſe ad Corinthios ait, Lac vobis potum dedi, non eſcã. Hæc eſt planè repromiſſionis illa terra, quam patrib. noſtris promiſit Deus, dicẽs: Dabo vobis terrã melle & lacte manantem. Non enim de hac terra locutus eſt, quæ manantibus aquam cœnum inuoluit, lutũmque permiſcet: ſed de illa terra Pauli & ſimilium Pauli, quæ ſuauem põtũ diſtillat. Quæ enim Pauli epiſtola non melle dulcior, non lacte cãdidior? Quæ epiſtolæ tanquam vbera eccleſiarũ populos enutriũt ad ſalutem. De ceruice ergo Apoſtoli pro ſanguine lac manauit. Legimus in epiſtola ipſius, quia caro & ſanguis regnum Dei nõ poſſidebũt. Iam igitur Paulus poſſidet regnũ, quod caro & ſanguis nõ poſſunt, quæ impedire dicũtur regnaturũ. Adhuc ergo Paulus in terris poſitus, etiã in regni cęleſtis ſubſtantiã transformatur. Ideo, fratres chariſſimi, quotiẽſcumque martyrum memorias celebramus, prætermiſſis omnibus ſeculi actibus ſine aliqua dilatione concurrere debemus ad domũ Dei, reddere illis honorificentiam, qui nobis ſalutẽ effuſione ſui ſanguinis peperunt, qui tam ſacraram hoſtiam pro noſtra propitiatione Domino ſe obtulerũt: præſertim cùm dicat ad ſanctos ſuos omnipotens Deus, Qui vos honorat, me honorat: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quiſquis ergo honorat martyres, honorat & Chriſtum: & qui ſpernit ſanctos, ſpernit Chriſtum Dominum noſtrum, qui viuit & regnat cum patre & Spiritu ſancto Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

1 Cor. 3.

Exod. 3.

Lucæ 10.

In eodem ſeſto. SERMO LXXIX.

Eſt D. Maximi epiſcopi: fuit de ſanctis ſermo 27.

VM omnes beati Apoſtoli parem gratiã apud Dominum ſanctitatis obtineãt, neſcio quo tamen pacto Petrus & Paulus videntur præ cęteris peculiari quadam in Saluatore fidei virtute præcellere. Quod quidem ex ipſius Domini iudicio poſſumus approbare. Nã Petro ſicut bono diſpenſatori clauẽ regni cęleſtis dedit, Paulo tãquam idoneo doctori gentium, magiſterium Eccleſiaſticæ inſtitutionis iniunxit, ſcilicet vt quos iſte erudierit ad fidem, ille ſuſcipiat ad ſalutem: vt quorũ corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cęlorum. Clauem enim quodammodo à Chriſto ſcientiæ & Paulus accepit. Clauis enim dicenda eſt qua ad fidem pectorum dura reſerantur, mentium ſecreta panduntur, & quicquid intrinſecus tenetur clauſum, in palam rationabili manifeſtatione producitur. Clauis, inquam, eſt quæ & cõſcientiam ad confeſſionẽ peccati aperit, & gratiam ad æternitatẽ myſterij ſalutaris includit. Ambo igitur claues à Domino perceperũt, ſcientię iſte, ille potentiæ. Diuitias immortalitatis illed ſpẽrat, ſcientiæ theſauros iſte largitur. Sunt enim theſauri ſciẽtiæ ſicut ſcriptũ eſt, in quo ſunt omnes theſauri ſapientię & ſciẽtiæ abſconditi. Ergo beati Petrus & Paulus eminent ſuper vniuerſos Apoſtolos, & p culiari quadã prærogatiua pręcellunt. Verũm inter ipſos quis ei præponatur, incertum eſt. Puto enim illos ęquales eſſe meritis, qui æquales ſunt paſſione: & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe, quos ſimul videmus ad martyrij gloriam perueniſſe. Nõ enim ſine cauſa putemus factum, quòd vna die, vno in loco, tyranni vnius toleraueré ſententiã. Vna die paſſi ſunt, vt ad Chriſtũ pariter peruenirent: vno in loco, ne alteri Roma deeſſet: ſub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrũque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute. Et in quo tandem loco martyrium pertulerunt S. Apoſtoli: in vrbe Roma quæ principatũ tenebat, & caput obtinet nationũ, ſcilicet, vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis: & vbi gẽtilium principes habitabãt, illic eccleſiarum moterẽtur principes. Cuius autem meriti ſint beatiſſimi Pẽtrus & Paulus, hinc poſſumus intelligere, quod cùm Dominus Orientis regionẽ propria illuſtrauerit paſſione, Occidẽtis plagam ne quid minus eſſet, vice ſui Apoſtolorum ſanguine illuminare dignat' eſt. Et licet illius paſſio nobis ſufficiat ad ſalutem, tamen etiam horum martyrium nobis contulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati Apoſtoli ſanguinẽ profuderũt: ſed videamus cauſam quare iſta perpeſſi ſunt: ſcilicet quòd inter cætera mirabilia etiam Simonem magum illum orationibus ſuis de aëris vacuo præcipiti ruina proſtrauerint. Cùm enim idem Simon ſe Chriſtũ diceret, & tanquam filium ad patrem aſſereret volando ſe poſſe conſcendere, atque elatus ſubitò magicis artibus volare cœpiſſet: tũc Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum, & precatione ſancta vicit magicam leuitatem. Prior enim aſcẽdit ad Dominũ oratio quàm volatus, & antè peruenit iuſta petitio quàm iniqua præſumptio. Antè, inquam, Petrus in terris poſitus obtinuit quod rogauit, quàm Simon peruenirет cęleſtia quò tendebat. Tunc igitur Petrus velut vinctum illum de ſublimi aëre depoſuit, & quodã præcipitio in ſaxo elidens eius crura confregit. Et hoc in opprobrio factum illius eſt, vt qui paulo antè volare tẽtaret, ſubitò ambulare nõ poſſet: & qui pẽnas aſſumpſerat, plantas amitteret. Sed ne fortè hoc mirũ videatur, quòd magus iſte præſente Apoſtolo per aërem aliquamdiu volitaueret, hoc patientia Petri fecit. Permiſit enim illum aliquando ſublimius aſcendere, vt altius caderet. Voluit eum in excelſum leuari à conſpectu omnium, vt ruentem illum de excelſo omnium peruiderent oculi. Hæc igitur eſt iniquitatis elatio, vt in altum ſe ferat, in ſublime ſe erigat: ſed ſancta oratio omnẽ humiliat ſuperbiam, vniuerſam deiicit vanitatem, præſtante Domino, &c.

A

B

C

In ſeſto S. Laurentii. SERMO LXXX.

Dignus qui legatur quamuis non ſit Auguſtini.

BEATISSIMI Laurentij martyris, cuius natalẽ hodie celebramus, paſſionem noſſe vos credo, & quãta in perſecutione pertulerit, dilectionem veſtram ſcire poſſe non dubito. Tãta enim eius martyrij gloria extitit, vt paſſione ſua mundum illuminauerit vniuerſum. Illuminauit mundum planè Laurẽtius eo lumine quo ipſe accenſus eſt, & flammis quas ipſe pertulit, omnium Chriſtianorũ corda calefecit. Quis nolit ad horam vri Laurẽtij igne, vt ęternum gehennæ non pariatur incendium? Beati igitur Laurentij exemplo pronocamur ad martyrium, & accendimur ad fidem, incaleſcimus ad deuotionẽ, & ſi in nobis perſecutoris flamma deeſt, fidei tamen flãma non deeſt. Non ardemus quidem corpore pro Chriſto, ſed ardemus affectu. Nõ ſubiicit mihi perſecutor ignem: ſed ſubiicit mihi deſiderium Saluatoris. Eſſe autẽ Saluatoris ignem, legimus in Euangelio, dicẽte eodem Domino, Neſcitis quia veni ignẽ mittere in terram: & quid volo, niſi vt accẽdatur? Quo igne ſuccenſi illi duo diſcipuli dixerũt: Nõne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? Hoc igitur igne beatus Laurẽtius accenſus, flammarũ non ſentit incendium: & dum Chriſti ardet deſiderio, perſecutoris pœnã non ſentit. Inquantũ enim in illo fidei ardor fuerit, intantum ſupplicij flãma frigeſcit. Corporali enim beatus Laurentius laborat incendio, ſed diuinus Saluatoris ardor materialẽ tyranni reſtinxit ardorẽ. Quãuis enim in fauilla mẽbra ſoluantur, fidei tamẽ fortitudo nõ ſoluitur. Corporis quidẽ detrimentũ ſuſtinet, ſed lucrũ ſalutis acquirit. Non enim, fratres, beatus Laurẽtius breui vel ſimplici paſſione † premitur. Nam qui gladio percutitur, ſemel moritur: qui in flãmarum camino mergitur, vno impetu liberatur: hic autẽ longa & multiplici pœna cruciatur, vt mors ei aſſit ad ſuppliciũ, & deſit ad finẽ. Dicitur enim ab illo ſæuiſſimo perſecutore hæc beato Laurẽtio cõſtituta pœna, vt ardentiũ expoſita maſſa carbonũ, inſuper et ra ferrea crate diſtentum lenta flamma conſumeret, vt non

Luc. 12.

Luc. 24.

al. premitur.

vt non tam inflammãdo citò interimeret hominem, quamdiu exurendo torqueret, ita vt cũmvnum latus exuſtum perſecutor cerneret, aliud latus igaibus obiiceret exurendum. Legimus Ananiam, Azariã & Miſaẽlem beatiſſimos pueros à rege in camino ignis incluſos, in pœnarum ſuarũ deambulaſſe flammis, & igneos globos pedibus conculcaſſe. Vnde & beatus Laurentius nõ minori eſt gloria præferendus. Siquidem illi in pœnarum ſuarum flammis ambulabant: hic & in ipſo ſupplicij ſui igne diſcumbit. Illi veſtigiis pedum conculcarunt incẽdia: iſte laterum ſuorum diffuſione extinguit. Illi, inquã ſtantes in pœna eleuatis manibus orabant ad Dominum: hic autem proſtratus in ſua pœna, toto corpore Dominum deprecatur. Iterum ergo beatus Laurẽtius in dorſum ſupinus vertitur, & renes eius ignibus exurũtur, vt impleretur Pſalmi propheria, quę dicit ex perſona Laurentij, Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum. Vre, inquit, renes meos & cor meum: duplici ſe poſtulat igne comburi. Nam ſi de ſolo mundi igne loqueretur, ſufficeret renes tantùm exurendos incẽdiis obtuliſſe. Cor autem niſi flamma Chriſti non vrit: atque ideo ad cõprobãdam deuotionem ſuam geminum ſibi ignem poſtulat, vt luctamine habito oſtẽdat in ſe plus poſſe amorem Chriſti, quàm pœnam tyranni. Oremus igitur, fratres, beatum Laurentium, qui dum fide ſua perſecutoris flammas vicit, oſtẽdit nobis per ignem fidei gehennę incẽdia ſuperare, & amore Chriſti diem iudicij non timere. † Nos verò, fratres dilectiſſimi, ſi ad conſortium ſanctorũ martyrum peruenire volumus, de imitatione martyrum cogitemus. Debẽt enim in nobis aliquid de ſuis virtutibus recognoſcere, vt pro nobis dignentur Domino ſupplicare. Si enim tormẽta quę ſancti martyres pertulerunt, ſuſtinere non poſſumus, vel contra malas concupiſcentias ipſis intercedentibus regnemus. Et quia non deſunt quotidiana peccata, non deſint etiam quotidiana remedia. Nemo ſe credat aliquam felicitatem aut aliquod verum gaudium in hoc ſeculo poſſidere. Beatitudinem hic preparare poteſt, poſſidere nõ poteſt. Duo ſibi tempora ordine ſuo ſuccedunt, tempus flendi, & tempus ridendi. Nemo ſe circumueniat, fratres, non eſt in hoc mundo tempus ridendi. Scimus, fratres, quòd omnis homo gaudere deſiderat, ſed non toti ibi quęrunt gaudium, vbi oportet inquiri. Verũm in hoc mundo gaudium nec fuit, nec eſt, nec eſſe poterit. Sic enim ipſe Dominus in Euangelio ſuos diſcipulos admonet, dicens: In hoc mundo preſſuram habebitis. Et iterum: Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Ac ſic in hac vita cum labore & dolore quod bonum eſt, auxiliante Domino, faciamus, vt in futuro ſeculo bonorũ fructus colligere cum gaudio & exultatione poſſimus, prẽſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Daniel 3.

Pſal. 25.

Hæc non habẽtur in antiquis codicib. ſcript.

Ioan. 16.

A

B

C

In eodem ſeſto. SERMO LXXXI.

Inter Ambroſianos primus. Fuit 31. apud Auguſtinum De ſanctis.

DICIT Dominus in Euangelio, Cui ſimile eſt regnum Dei: Et cui ſimile ęſtimabo? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptũ homo miſit in hortũ ſuum, & creuit, & facta eſt arbor, & volucres cęli requieuerunt in ramis eius. Mouet fortaſſe ſenſus veſtros, quare regnum Dei tam pręclarũ atque magnificũ grano ſinapis exiguo cõparetur, & ſpei noſtrę in ſe tã grande ſolatium rei viliſſimę ſimile eſſe dicamus: pręſertim cùm alibi idẽ Dominus diſcipulis ſuis dicat, Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, dicetis huic mõti, Tollere & iactare in mare, & fiet. Igitur ſi fides tanta eſt, quę poteſt ab ipſis ſedibus montiũ fundamenta transferre, neceſſariò & granum ſinapis magnum eſt, ad cuius ſimilitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerimus, nõ ſpecie, ſed virtute, & fidei, non ęqualitate oleris comparandum, ſed vigore acrimonię coęquandum. Nam ſi diligenter intendamus, inueniemus à Domino rectam hanc ſimilitudinem comparatam. Sicut enim granum ſinapis prima fronte ſpeciei ſuę eſt paruum, vile, deſpectum, nõ ſaporem prẽſtans, non odorem circumferens, nõ indicans ſuauitatem. At vbi teri cœperit, ſtatim odorem ſuum fundit, acrimoniam exhibet, cibum flammei ſaporis exhalat, & tanto caloris feruore ſuccenditur, vt mirum ſit in tam friuolis tãtum ignem fuiſſe concluſum. Cuius etiam ſemen in cibum homines hyemis pręcipuè tempore magna pro ſuauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viſcerum interna calefaciant. Sępe etiam ex hoc capiti adhibẽt medicinam, vt ſi quid inualidum, ſi quid ęgrotũ fuerit, ſinapis igne curetur. Ita ergo & fides Chriſtiana prima fronte videtur eſſe parua, vilis & tenuis, non potentiam ſuam oſtendens, non ſuperbiam pręferẽs, non gratiam ſubminiſtrans. At vbi diuerſis tentationibus teri cœperit, ſtatim vigorem ſuum prodit, acrimoniam indicat, calorem Dominicę credulitatis aſpirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, vt & ipſa feruear & participantes ſibi ardere cõpellat. Sicut in ſancto Euangelio duo ex diſcipulis dixerunt, dum cum ipſis poſt paſſionẽ ſuam Dominus loqueretur, Nõne cor noſtrum erat ardens in nobis in via, dum aperiret nobis Scripturas Dominus Ieſus? Ergo granum ſinapis membrorum viſcera calefacit, fidei autem vigor cordium peccata cõburit. Et illud quidem aſperum algorem frigoris remouet, hæc autẽ delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis, inquam, granum humores decoquit corporum, fides autem libidinũ fluenta conſumit. Et per illud medicina capitis procuratur: per fidẽ autem ſpiritale caput noſtrum, quod eſt Chriſtus Dominus, ſæpius refouetur. Sed & fidei iuxta cõparationem ſinapis ſancto odore perfruimur, ſicut ait Apoſtolus beatus, Quoniam Chriſti bonus odor ſumus Deo. Igitur ſanctum martyrẽ Laurentium grano ſinapis poſſumus comparare, qui diuerſis attritus paſſionibus, per totum orbem gratia meruit ſui fragrare martyrij. Qui antè cõſtitutus in corpore erat humilis, ignotus & vilis, poſteaquam vexatus, laceratus, exuſtus eſt, vniuerſis per totum mundum eccleſiis odorem ſuę nobilitatis infudit. Rectè igitur huic comparatio copulatur. Siquidem granum ſinapis cùm teritur, accenditur, Laurentius cùm patitur, inflammatur. Illud feruorem attritione ſua mouet, hic ignem plurima vexatione ſuſpirat. Sinapis, inquam, in vaſculo calido de coquitur, Laurentius in craticula flammarum igne torretur. Ardebat itaque extrinſecus beatus Laurentius martyr tyranni ſæuientis incendiis, ſed maior illum intrinſecus Chriſti amoris flamma torrebat. Et quamuis rex improbus ligna ſubiicerer, incendia maiora ſupponeret, tamen ſanctus Laurentius has flammas fidei calore non ſentit: & dum Chriſti præcepta cogitat, frigidum eſt illi omne quod patitur. Nec enim poteſt in viſceribus ignium tormẽta ſentire, qui ſenſibus paradiſi refrigeria poſſidebat. Licet iaceat ante pedes tyranni exuſta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus demoratur in cælis. Extenditur ergo ſuper flammarũ ignitos globos, & vexatur in latera, ſed quanto plus pœnarum tormenta patitur, tanto amplius Chriſtum Dominũ pertimeſcit. Nouo admirationis genere alius illum torquet, & alij ſęuientis tormenta proficiunt. Deuotiorem Laurentium Saluatori ſupplicia atrociora fecerunt.

Matth. 17.

Luc. 11.

Luc. 24.

D

In eodem ſeſto. SERMO LXXXII.

Inter Ambroſianos ſecundus: fuit de Sanctis 33.

QVI ſimile eſt regnum cęlorum, & cui ſimile ęſtimabo illud, ait Dominus: Simile eſt grano ſinapis. Multa perſtrinximus, quibus probaremus regnum Dei grano ſinapis non immeritò comparari, & diſtantiam in ſola æſtimatione eſſe verborum, non in collatione virtutum. Siquidem Chriſtiana fides, quę regnum Dei eſt, eandem virtutem obtinet, quam ſinapis natura depromit. Nã ſicut ſinapis granum cùm ſumimus, vultu contriſtamur, fronte cõtrahimur, ad lachrymas permouemur, & ipſam ſalubritatem corporis noſtri cum quodã fletu auſteritatis accipimus. Illinc enim amaritudo nos exaſperat, acrimonia penetrat: hinc calor ignei ſaporis accẽdit, & toto perturbati corpore tũc magis ſani efficimur, cùm amplius deploramus: ita ergo & cùm fidei Chriſtianę mandata percipimus, contriſtamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas permouemur, & ipſam ſalutem noſtram cum quodam fletu acmęrore cõſequimur. Inde enim nos ieiunia exaſperant, illic peccatorum conſcientia macerat. Hinc patrimonij iactura perturbat, & toto contriſtati habitu magis ſalutem conſequimur, ſi amplius deſleamus, ſecundum quod ait Dominus: Vos plorabitis & flebitis, ſeculum autem gaudebit. Sicut autem cùm ſinapi caput fortè curãdum eſt, iubemur ad raſum capillos demere, impedimenta cutis vniuerſa deponere, vt nudo corpori perfectius medicina perueniat: ita & cùm anima per fidem curanda eſt, præcipimur à nobis ſubſtãtiam auferre ſeculi, impedimenta auri argẽtique deponere,

Luc. 13.

Ioan. 16.

vt & nudæ & soli animę congruentiùs spititalis medicina conueniat. Q uisquis enim rebus mundi & diuitiis seculi obuolutus est, huic fidei medicina nón proderit. Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides Christiana operatur in anima. Sed quoniam in eadem Dominica sentẽtia scriptum est, Quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & facta est arbor, & volucres requieuerunt in ramis eius: diligentiùs requiramus quis iste sit, cui hæc cuncta conueniãt. Diximus superiùs sanctis martyribus, qui diuersis attriti sunt passionibus, naturã sinapis posse cõgruere. Sed quoniam dicit Scriptura, Et creuit, & facta est arbor, & volucres requieuerunt in ramis eius: arbitror hoc ipsi Christo Domino dicere, & rectius comparari, qui nascendo in homine humiliatus vt granum est, ascendendo ad cælum exaltatus vt arbor est. Granum planè est Christus, dum paritur; arbor est, dum resurgit. Granum inquam, est, cùm famis esurię sustinet; arbor est, cùm quinque milia virorũ quinque panibus saturat. Ibi sterilitatem humanæ conditione patitur, hìc satietatem propria diuinitate largitur. Granum autẽ dixerim Dominum, cùm cæditur, cùm contemnitur, cùm increpatur: arborem autem cùm cęcos illuminat, mortuos resuscitat, peccata condonat.† Ramos autem huius arboris si requiras, inuenies. Ramus est Petrus, ramus est Paulus: ramus est beatus Laurentius, cuius hodie natalitia celebramus. Rami sunt omnes Apostoli vel martyres Saluatoris, ad quos si quis sę fortiter tenere voluerit, fluctibus seculi minimè mergitur: quin potius sub vmbra illorum latitans, gehennæ nó patietur ardorẽ, securúsque de diabolicæ tempestatis procella erit, & de die iudicii exurentis incẽdio, ipso adiuuante qui viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per infinita secula seculorũ, Amẽ.

Hic multa mossus.

In festo Assumptionis Mariæ.

SERMO LXXXIII.

Fuit xxxv. de Sanctis, sed in plerisque manuscriptis exemplaribus tribuitur Fulberto Carnotensi episcopo. Citat autem Isidorum ex opere de vita & obitu Sanctorum.

ADest nobis, dilectissimi fratres, dies valde venerabilis, dies omnium sanctorum solennitatis præcellens. Adest, inquam, dies inclyta, dies præclara, dies in qua è mũdo migrasse creditur virgo Maria. Et ideo laudes intonet vniuersa terra cum summa exultatione tãtę virginis illustrata excessu, quia indignum valde est, vt illius recordationis solẽnitas sitapud nos sine maximo honore, per quã meruimus authorem vitæ suscipere. Satisque præposterum iudicandum est, vt cùm sanctorum celebramus victorias martyrum, illius solennitatem illis non præferamus, quæ huic mundo edidit principẽ martyrum. In hac siquidem die comperenter sponso illi cęlesti proclamat beata virgo, Tenuisti manum dexteram meam & in voluntate tua deduxisti me, & cùm gloria assumpsisti me. Hodie, inquã, ipsa à sponso filio & Domino congruè audiuit: Iam hiems transiit, imber abiit & recessit: Surge proxima, sponsa mea, columba mea, & veni. Hæc ideo dicimus, fratres, quia sicut iam in consuetudinem suscepit Ecclesia, hodierna die ad cælos assumpta fuisse creditur virgo Maria. Sed quo ordine hinc ad superna trãsierit regna, nulla catholica narrat historia. Non solùm autẽ respuere apocrypha, verumetiam ignorare dicitur hæc cadẽ Ecclesia. Si quidem sunt nonnulla sine authoris nomine de eius assumptione conscripta, quæ, vt dixi, ita cauentur, vt ad confirmandam rei veritatem legi minimè permittantur. Hinc sanè pulsantur nonnulli, quia nec corpus eius in terra inueniunt, nec assumpto eius cum carne, vt in apocrypha legitur, in catholica reperitur historia. Quibus dicendum est, quia si Moysi corpus non inuenitur ab homine in terris, cum quo locutus est Deus facie ad faciem: illius quærere dementiæ est, per quam idem maiestatis Deus incarnatus effulsit in terris. Neque enim dignum est de corporis eius notitia solicitum quempiam esse, quam nõ dubitat super cælos eleuatam cum Christo regnare. Sufficere debet tantùm notitiæ humanæ hanc verè fateri reginam cælorum, pro eo quod regem peperit angelorum. Sed nec inuenitur apud Latinos aliquis tractatorum de eius morte quippiam dixisse apertè. Nam illum Euangelij versiculum quem Simeon dixit ad Dominí matrem, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: beatæ recordationis Ambrosius cùm tractaret, ait; Nec historia nec litera docet, Mariã gladio vitam finisse. Hinc & Isidorus, Incertum, inquit, per hoc dictum, vtrum gladium spiritus, an gladium significet persecutionis. Et quid de his, de quibus loquor, dicam, cùm necipse qui hanc accepit ante crucem Domini in sua, id est, Ioannes euangelista, de hoc posteris aliquid retinendum scriptis mandauerit? Nullus enim hoc fidelius narrare potuit, si illud Deus manifestare voluisset, quàm ille vtique qui hanc nutriendam suscepit, nec contra morem filius matrem reliquit. Restat ergo, vt homo mendaciter non fingat apertum, quod Deus voluit manere occultum. Vera autem de eius assumptione sententia hęc esse probatur, vt secundum Apostolum, siue in corpore, siue extra corpus ignorantes, assumptam super angelos eam esse credamus. His igitur præmissis, loquamur aliquid in laudibus sacratissimæ virginis. Sed quid nos tãtilli, quid actione pusilli, quid in eius laudibus referemus, cùm & si omnium nostrum mẽbra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? altior cælo est, de qua loquimur, abysso profũdior cui laudes dicere conamur. Hęc est enim quæ sola meruit mater & sponsa vocari: hæc primę matris damna resoluit: hæc homini perdito redemptionẽ adduxit. Mater enim generis nostri pœnam intulit mũdo, genitrix Domini nostri salutem edidit mũdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percussit, ista sanauit. Hæc enim mirabili atque inestimabili modo omnium rerum & suum peperit Saluatorem. Quæ hæc virgo tam sancta, ad quam venire dignaretur Spiritus sanctus? Quæ tam speciosa, vt eam Deus ipse eligeret sponsam? Quæ tam casta, vt esse posset virgo post partum? Hęc est Dei templum, fons ille signatus, & porta in domo Dæi clausa. Ad hanc namque, vt dixi, Spiritus sanctus descendit, hanc virtus Altissimi obumbrauit. Hæc est immaculata coitu, fœcunda partu, virgo lactans, angelorum & hominum cibum nutriens. Meritò namque beata singularia nobis præconio extollitur, quę singulare commercium mũdo prębuit. Denique tantum se ad cęli fastigia sublenauit, vt verbum in principio apud Deum, de superna cęli arce suscideret. O felix Maria, & omni laude dignissima! O virgo Dei genitrix gloriosa! ô sublimis puerpera, cuius visceribus author cęli terręque committitur! O felicia oscula lactentis labiis impressa, cùm inter crebra indicia reptantis infantiæ, vt pote verus ex te filius tibi matri alluderet, cùm verus ex patre Dominus imperaret! Nam authorem tui ipsa concipiens edidisti in tempore puberem, quem habebas ante tempora conditorem. O felix puerperiũ, lętabile angelis, optabile sanctis, necessarium perditis, congruum profligatis! Qui post multas assumptę carnis iniurias, & ad vltimum verberatus flagris, potatus felle, affixus patibulo, vt te veram matrem ostenderet, verum se hominem patiendo monstrauit. Sed quid dicam pauper ingenio, cùm de te quicquid dixero minor laus est, quàm dignitas tua meretur? Si cęlum te voceni, altior es. Si matrem gentium dicam, præcedis. Si formam Dei appellem, digna existis. Si dominam angelorum vocitem, per omnia esse probaris. Quid ergo de te dignè dicam, quid referam, cùm nõ sufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes? Has interim laudes sileat lingua carnis quas semper ardenter profert anima. Nunc nostras peto vt aures doctrinarum tuarũ demulceas organis. Plaudat nunc tympanis scena tuis, & veloces articuli puerperę concrepent. Cõcinant lętãtes chori, & alternantibus modulis dulcisona carmina misceantur. Audiamus, fratres, audiamus pio mentis affectu: audiamus quemadmodum tympanistriarũ doctrinis cõcrepet beata virgo Maria. Audiamus, inquam, & huic harmoniæ moribus respondeamus. Denique cùm hęc mulier beatissima ab angelo iam salutata, Spiritu sãcto repleta, plenitudine diuinitatis afflata, ad Elisabeth venisset cognatã, post exultationem Ioannis in vtero matris, hæc Domino decãtauit cãtica laudis, Magnificat anima mea Dominum. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Primò igitur in hoc loco quærendum est, quid sit magnificare Dominum. Neque enim magnus fit à creatura creator. Sed sciendum nobis est, duobus modis dici magnificari, id est, aut magnum facere, aut magnũ adorare, magnum admirari. Magnificatur enim Deus à nobis, cùm magnificari dignatur à nobis. Sed nunquid sic in nobis, sicut in beata Maria eandem carnem assumpsit pro nobis? Auc, inquit ad eam angelus, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideòque quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Quęcunque tamẽ anima sancta verbum

Luc. 1.

verbum concipere potes credendo, pare præ dicando magnifica amãdo: Vnde & Dauid propheta dicit, Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in inuicem. Ac si diceret: Magnitudinem Domini mecum prędicate, & nominis eius præconia magna voce attollite. Hinc iterum dicit: Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. Vnde autem magnificetur in nobis, idem Propheta ait, Magnificata est vsque ad cælos misericordia tua. Hinc namque optandum est in singulis, vt nostra anima magnificet Dominum, concipiat Dei verbũ, pariat & nutriat, recordetur saluationis suæ pia commercia, quomodo nullis suis præcedentibus meritis sit ab iniquitate saluata, sed sola Dei bonitate gratuita Christi sanguine redempta, & dicat: Magnificat anima mea Dominum. Sic enim dilexit Deus mundum, ait Euangelium, vt filium suum vnigenitum daret. Hinc namque & Apostolus, Qui proprio, inquit, filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum. O miræ pietatis affectus, ô inæstimabilis ardor charitatis: quis ante tantæ pietatis diuitias non obtupescat? quis ante tam ineffabilem charitatem non contremiscat? quis vnquam posset sperare, vt ex Deo ante tempora natus nasceretur pro hominibus in tempore ex femina homo factus? Vnde scriptum est, Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quis, inquam, posset æstimare, vt portaretur manibus femineis portator orbis, panis angelorum aleretur, virtus cœlorum infirmaretur, vita omniũ moreretur? Magnificet ergo in his anima gloriosissimæ Mariæ Dominum, magnificet & nostra. Admitemur, gratulemur, amemus, laudemus adoremus, gratias illi agamus, quoniam per eiusdem Redemptoris nostri mortem de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium, de terris ad cęleste regnum vocati sumus. Qualiscunque igitur anima sancta talibus fuerit incitamentis occupata, nihil concupiscit terrenum, nihil transitorium, nihil quod ad tempus arridet, nihil quod ad præsens delectat. Hæc risum luctum computat, & gaudium in mœrorem commutat, cui mundus carcer, cælúmque habitatio est: cui exultatio de præsentibus nulla est, quia in illo tantùm gaudere appetit, qui super omnes est. Vnde in sancto cantico, cùm diceret virgo gloriosa, Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus: signanter addidit, In Deo salutari meo. Ac si diceret: Anima mea quę magnificat Dominum, non in quolibet alio, sed in illo tantùm exultat, quem amando magnificat. Nouerat enim esse aliam vituperabilem exultationem, quia mũdus gaudere dicitur tendens ad luctum. Et de qualibus Salomon ait, Lætantur cùm malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Hinc & Apostolus non quodlibet gaudium in sanctorum cordibus esse describit, sed in Spiritu sancto. Hinc Dauid cùm diceret, Gaudete iusti: subiunxit, In Domino. Hinc cùm Domino diceret, Gaudebunt labia mea, dum cantauero: addidit, tibi. Hac enim exultatione nullus eorum gaudet, quisquis de præsentibus tantùm exultat, ęternísque bonis interesse non concupiscit: cui exilium patria esse creditur, & mors vita æstimatur, cui Deus venter est, & ornatus nõ in moribus, sed in actu est: qui cùm laudatur, extollitur: & cùm vituperatus fuerit, magnis iracundię stimulis agitatur: qui cũ mãsuetis nõ humiliatur, sed in superbię fascibus eleuatus cęteros quasi ex alto montis superciliò cõtemplatur. Sed quis hęc ad plenum ita poteſt calcare, vt ab hac exultatione hisdem vitiis interpellantibus, nec ad momentum se credat abstrahi, cùm Scriptura pronunciet, Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem? Ingemisce ergo ô sancta anima, quęcunque in Domino exultas, & quotiẽs te ab hac exultatione abstractam videris esse, dicito, Ne proiicias me Domine à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lętitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Et hìc attentiùs intuere, quam exultationem petierit. Quod enim Hebraicè Iesus, hoc Latinè Salutaris dicitur. Quę enim hęc lętitia est Iesu, nisi contemplatio eius, qualis venturus est in gloria sua? Sciendum verò est, quia illi tunc hac claritate potientur, qui hìc positi redemptoris sui vestigia imitantur. Et quidem Dominum Iesum legimus doluisse, fleuisse, ex itinere fatigatum fuisse, opprobria & iniurias sustinuisse, sputa, flagella, cruce suscepisse; nunquam tamen legimus eum risisse, prosperatum in terra fuisse. Hinc planè, hinc in spe gaudent omnes electi, cùm cœ-

Psal. 33.
Psal. 105.
Luc. 1.
Ioan. 3.
Rom. 8.
Gal. 4.
Prouer. 2.
Psal. 31. 70.
Sap. 9.
Psal. 50.

perint aduersitatibus mundi fatigari, & nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi, scientes aliam viam superesse per quã possint cælos penetrare. Hinc est quod iisdem Dominus ait discipulis suis, Beati estis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cęlis. Sed in his prosperitatibus atque angustiis nequaquam possent subsistere, &, quod his maius est, gaudere, nisi veraciter in conspectu Dei & hominum humiles essent. Quibus Dñs eorum ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Hinc iterum dicit: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Hinc etiam hęc virgo gloriosa beatam se dici ab omnibus generationibus manifestat, eò quòd eius humilitatem Deus respexit. Nam subdit: Quia respexit humilitatem ancillæ sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O verè beata humilitas, quę Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cęlos inuocauit, mundum purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit! O, inquam, verè gloriosa Mariæ humilitas, quę porta paradisi efficitur, scala cœli constituitur! Facta est certè humilitas Mariæ scala cœlestis, per quam descendit Deus ad terras. Quia respexit, inquit, humilitatem ancillæ sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et quid est dicere, Respexit: nisi, Comprobauit, placuit ei humilitas mea? Vnde per Prophetam Dominus dixit, Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & humilem, & trementem sermones meos? Hinc Dauid Domino dicit: Quia respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Multi siquidem videntur in cõspectu hominum humiles esse, vt ab eis beatificentur: sed eorũ humilitas à Domino non respicitur, quia falsò, & non verè de humilitate gloriantur. Si enim veraciter humiles essent, Deum ab omnibus, & non te, vellent laudari. Non in hoc mundo eorum spiritus exultaret, sed in Deo salutari. Humilitatem suam non ab hominibus conspici, sed à Deo optarent. Sequitur in hoc sancto cantico, Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Quę tibi magna fecit domina, quę gloriosa virgo, vt dici beata merearis? Puto enim, imò veraciter credo, vt creatura ederes creatorem, famula Dominum generares, vt per te Deus mũdum redimeret, per te illuminaret, per te ad vitã reduceret. Hucusque virgo beata de te ipsa, quę nos ad amorem Dei accẽderent, fideliter protulisti: ea verò quę sequuntur, humano generi prophetasti. Meum autem votum extitit ea tantùm inde transcurrere, quę ad tui laudem nominis pertinebant. Sed hęc quæ de te ipsa narrasti, neque tu, vt dignitas tua meretur, dicere potuisti. Quas ergo tibi laudes fragilitas humani generis persoluet, quę solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cùm susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra secrarium exauditionis, & reporta nobis gratiam reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus: accipe quod offerimus, impetra quod rogamus, excusa quod timemus: quia nec potiorẽ meritis inuenimus, quàm te ad placandam iram iudicis, quę meruisti esse mater redemptoris & iudicis. Succurre ergo miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro monachorum choro, exora pro deuoto femineo sexu. Sentiũt omnes tuum leuamen, quicunque deuotè celebrant tuum nomen. Sit tibi compassio super afflictis, sit pius affectus super cœlorũ peregrinis. Et cùm te lætantem semper aspicis, fletus nostros quæsumus ipsa ad Deum admittas, cúmque vt proprium filiũ pro nobis interpelles. Nosenim adhuc in hac terra affligimur, persequimur, iniuriis lacessimur, opprobriis afficimur, esurimus, sitimus, somnum patimur, in carcere retinemur. Tu verò in cælestibus regnis prelata es cunctis virginum choris, tu agnum quocunque perrexerit sequeris. Tu virgineos choros & ab incẽtiuę carnis illecebris alienos per albentia lilia rosásque vernantes, ad fontes perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorũ felicissima regia primi ordinis dignitatẽ adepta plantis roscidis obterrans, inter paradisi amœnitatẽ gramineósque crocos tenero poplite pergis, feliciſque palma violas immarcescibiles carpis. Tu concinis sine fine choris coniuncta summis angelis archangelisque sociata, indefessa voce sanctus clamare non cessas. Tu in cubiculo regis beatitudinũ gemmis ac margaritis ornata assistis. Tibi thronus regius ab angelis collocat

Matth. 5.
Matth. 11.
Esa. 66.
Psal. 30.

in aula æterni regis, téque ipse rex regum vt matrem veram & decoram sponsam præ omnibus diligens amoris amplexu sibi associat. Nec mirum si dignetur tibi aggaudere Deus regnans, quem tu paruulum ex te hominem natum totiēs osculata es in terris. Has ergo tuas felicitates possidēs conuertere ad nostrarum miseriarum salutē. Inter hęc igitur, fratres, cū toto mentis affectu beatissimæ virginis nos intercessionibus cōmittamus, omnes eius patrocinia omni nisu imploremus, vt dū nos supplici eam obsequio frequētamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cælis. Neque enim dubium quæ meruit pro liberādis proferre pretium, posse plus omnibus liberatis impendere suffragium. Sed quid nobis prodest hāc interpellare vocibus, nisi etiam humilitatis eius exempla teneamus? Curemus ergo, dilectissimi fratres, vt cùm huius diei festiuitati interesse cupimus, vestimētis humilitatis atque charitatis induti appareamus. Nō nos inuidia alienæ felicitatis torqueat, non ira vsque ad diuisionem dilanier, nō cupiditas Christum à nobis excludat, nō seculi tristitia exurat, nō prosperitas eius incautè decipiat, non luxuria inquinet, non immunditia polluat, nō elatio corrumpat, non superbia inflet: vt dum nos virtutibus ornatos, charitate coniunctos, humilitate fundatos beata Dei genitrix suę nos interesse festiuitati prospexerit, ardentiùs nobis subuenire festinet apud filiū & Dominum suum Iesum Christum, Deum & Saluatorem nostrum, qui coronis perennis regni glorificat sanctos suos, & est æterna laus & expectatio omnibus electis eius, ipsi gloria, virtus, potestas æterna, & nunc & semper per immortalia secula seculorum, Amen.

In festo decollationis Baptistæ.

SERMO LXXXIIII.

Est Eusebii episcopi, & conuenit natali.

HODIE, dilectissimi fratres, Ioannis qui Domini præcurrit aduentum, natalem diem colimus, quod nulli sanctorum meminimus attributum. Hodie, inquam, natalē diem vnica ac singulari celebritate veneramur, vnde quia eum rectè extollere non valemus humanę vocis officio, prędicemus Dominicę attestationis oraculo, proloquente Christo, quia inter natos mulierum maior non est Ioāne Baptista. Ipse hoc dicit, & ideo cognosce magnificētiam laudis ex dignitate laudantis, ac si dū nemo illo esse maior asseritur in natis mulierū, datur intelligi, quòd Ioānes supra humanorū fuit mensuram meritorum. Ego vox clamantis in deserto. Hoc est dicere: Non sum ego verbum quod erat in principio Deus apud Deum, sed vox potius, id est, minister sum verbi, vt per me ad auditus hominum sensūsque perueniat. Vnde beatus Baptista pari humilitate pronūciat: Illum oportet crescere, me autem minui. Illum, inquit, oportet crescere, quia per omnē mundum Christi Euangelium dilatatur: me autem minui, quia Ioānis prophetia finitur. Illum oportet crescere qui erit exaltandus in cruce, me autem minui qui sum truncandus in capite. Ioānis enim propheria fidē accepit, quia is qui prophetabatur, aduenit. Ioannes ergo formam venturi Domini natiuitate & cōuersatione signauit. Ioannes nascitur de sene patre, Christus ex matre à mundi senescentis ętate: ętate, inquam, illa quę erat fide & operibus infœcunda. Ioānes venit desperata generatione per sterilem, & Christus natura obstupescente per virginem. Ille salutem prędicauit, hic cōtulit. Ille baptizauit in pœnitentia, iste regnauit in gratia. Hic est enim Ioannes qui impietatem regis Herodis, qui vxorē fratris inuaserat, publica authoritate condemnans, propter iustitiam perdidit vitam, sed lucratus est gloriam. Et nos interdum pro gratia hominum vel timore offēsionum præsertimus adulationem & vendimus veritatem, non timentes illud quod terribiliter scriptum est, Si nō annunciaueris iniquo iniquitatē suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Solent tamen aliquotiens doctores Ecclesię nō pro negligentia peccantium ab increpatione cessare, sed quia eos timent, ex ipsa castigatione ad peiora mala prorumpere. Quando pro hac re non prędicant sacerdotes, non possunt habere de taciturnitate reatum: quia sicut viri boni interdum ex dura increpatione corriguntur, ita ecōtrà omnes etiam superbi lenissima admonitione ad peiora prępcipitia prouocantur. Nam & in tantum prędicatores Ecclesię aliquotiens nō ex voluntate, sed ex necessitate peccatores non arguunt, vt interdum per spiritale medicamentum & charitatis artificium superbos quosque etiā indignis laudibus prosequantur: vt dum erubescunt falsa esse quę de eis dicuntur ad emendationē vitæ & bona opera prouocentur, secundum illud quod scriptum est: Quoniam laudatur peccator in desideriis animę suæ, & qui iniqua gerit, benedicetur. Et quia vera est illa sapiētis viri sentētia, Sicut vera laus ornat, ita falsa castigat: nō est tamē impossibile apud Deum, vt etiam illi qui ab humanis laudibus inuitati bona opera exercere cœperint, Deus illis hoc in amorem & consuetudinem vertat, secundum illud quod de sapientibus quidam dixit, Bene confuciuisse, pudebit diffuescere. Et iterum: Bona loquamur, transiet sermo in affectum. Beatus tamē Ioannes plena & perfecta libertate maluit iniusta sustinere, quàm iusta non dicere. Vnde Euangelico ipse beatus Ioānes alloquio corda nostra pulsat salutifero dicens, Ego vox clamātis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Si teneamus in nobis verbum veritatis, affectum iustitię, erit in nobis illa via, per quam humanum pectus Christus adeat. Ideo autem dicit: Ego vox clamantis. Vox prēconis iudicem loquitur, clamor iudicium cōminatur. Et cōsequenter annunciat: Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Hoc est ergo, quod aliis verbis Euangelista commemorat, Qui se exaltat, humiliabitur. † Veniet tēpus, fratres dilectissimi, vt se superbos fuisse sine vllo remedio doleāt, qui se nūc salubriter humiliare dissimulant. Veniet tempus, vt humiles eleuentur in cælis, & superbi in inferni profunditatem mergantur. Voniet tempus vt se auaros omnes fuisse diuites doleant, à quibus nunc Christi irridentur pauperes. Non semper iste qui nunc humanæ est consuetudinis ordo seruabitur: non semper Lazarus fame torquebitur, nec semper auarus diues deliciarum abūdantia perfruetur: sed citò & ille de sterquilinio ab angelis eleuabitur in paradisū: & ille qui eleemosynā noluit dare, si pœnitentia non subuenerit, de luxurioso conuiuio rapietur in tartarum, vt qui in hoc seculo pauperi noluit dare micam, in inferno non mereatur accipere guttam: & qui pauperem pascere noluit deliciis suis, pascat flammas medullis suis. Nos verò, fratres, quantum possumus, laboremus, vt quod superbia tumidum elatūm que reddiderat in animo, humilitate & mansuetudine complanetur. quod iniquitas depranauerat, directione iustitię corrigat: quod militia exasperauerat, bonitatis gratia temperetur. Inter hæc studia inueniat in nobis Cæristus Dominus quam ipse cōferre dignatus est viā, per quam nos perducat ad patriam, vt de nobis dicere dignetur, Et inambulabo & inhabitabo cum eis, & ero illorū Deus. Si in isto seculo ambulauerit in nobis, in illo habitabit in nobis, qui viuit & regnat in secula seculorū, Amē.

In festo omnium Sanctorum.

SERMO LXXXV.

Habet non pauca ex Chrysostomi tractatu, de reparatione lapsi: & Cypriano, de mortalitate. Vetera quędam exemplaria Aleuiani nomen prefeerunt.

HODIE, dilectissimi, omnium Sanctorum sub vna sollennitatis lætitia celebramus festiuitatem, quorū societate cęlum exultat, quorū patrociniis terra lętatur, quorum triumphis ecclesia sancta coronatur, quorum cōfessio quanto in passione fortior, tāto est clarior in honore: quia dum creuit pugna, creuit & pugnantiū gloria, & martyrij triumphus multiplici passionū genere adornatur, per quæ grauiora tormenta, gratiora fuere & prēmia: dūmque catholica mater Ecclesia per totum orbem longē latéque diffusa, in ipso capite suo Christo Iesu edocta contumelias crucis ad mortem didicit non timere, magis magísque roborata est non resistendo, sed perferendo. Vniuersos autem quos agmine inclyto carcer pœnalis inclusit, pari & simili calore virtutis ad gerēdum certamen gloria triumphalis inspirauit. O verè beata mater Ecclesię, quam sic honor diuinę dignationis illuminat, quam vincentium gloriosus martyrum sanguis exornat, quam inuiolatæ cōfessionis candida induit virginitas: floribus eius nec rosę, nec lilia desunt. Certent nunc, charissimi, singuli ad vtrotque honores, amplissimas accipere dignitatū coronas, vel de virginitate candidas, vel depassione purpureas. In cęlestibus castris pax & acies habēt flores suos, quibus milites Christi coronātur. Dei enim ineffabilis & immēsa bonitas etiā hoc prouidit, vt laborum quidē tēpus & agonis nō extēderet, nec

nec lōgum faceret aut ęternum, sed breue, &, vt ita dicam, momentaneū, vt in hac breui & exigua vita agones essent & labores, in illa verò quę ęterna est, corona & prēmia meritorum: vt labores quidem citò finirentur, meritorum verò prēmia sine fine durarent: vt post huius mundi tenebras visuri essent candidissimam lucem, & accepturi maiorem passionum cunctarum acerbitatibus beatitudinem, testante hoc Apostolo, vbi ait: Nō sunt condignę passiones huius temporis ad superuēturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quàm læto sinu de prœlio reuertentes ciuitas cælestis excipit, de hoste prostrato trophęa ferentibus occurrit, cum triumphantibus viris & feminæ veniunt, quę cum seculo sexum quoque vicerunt, & geminata gloria militię virgines cū pueris teneros annos virtutibus trāseuntes: sed & cętera fidelium turba aulæ perpetuæ regiam intrabit, qui sinceritatem fidei inconcussis pręceptorum cælestiū disciplinis vnita pace obseruauerunt. Ergo agite nunc, fratres, aggrediamur iter vitę, reuertamur ad ciuitatem cœlestem, in qua scripti sumus & ciues decreti. Non sumus hospites, sed ciues sanctorum & domestici Dei, etiam illius hæredes, cohæredes autem Christi. Huius nobis vrbis ianuas aperiet fortitudo, & fiducia latum præbebit ingressum. † Consideremus ergo in clytam vrbis illius felicitatem, in quantum considerare possibile est. Vt enim verè est, cōprehendere nullus sermo sufficiet. Dicitur de eo in quodam loco sic, quòd aufugiet ibi dolor & tristitia & gemitus. Quid hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, non ęgritūdinis imbecillitas? Nemo lędit, irascitur nemo, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris pulsatio, aut potestatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidię dæmonum nullę, terror gehēnę procul. Mors ibi neque corporis neque animę erit, sed immortalitatis munere vita iocunda. Nulla erit tunc vsquam discordia, sed cuncta consona, cuncta conuenientia, quia omnium sanctorum vna concordia, pax cuncta & lętitia continet, tranquilla sunt omnia & quieta. Iugis splendor non iste qui nunc est, sed tanto clarior, quanto felicior: quia ciuitas illa, vt legitur, non egebit lumine solis, sed Dominus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius est agnus: vbi sancti fulgebunt vt stellę in perpetuas ęternitates, & sicut splendor firmamenti qui ad iustitiam erudiunt multos. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tenebrę, concursus nubium nullus, nec frigus ardorísque asperitas vlla: sed talis quędam erit rerum temperies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, nisi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorum nomina scripta sunt in libro vitę, qui & lauerunt stolas suas in sanguine agni, & sunt ante thronum Dei, seruiūntque ei die & nocte. Non est senectus ibi, nec senectutis miseria, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Verùm super hęc omnia est consociari angelorum & archangelorum cœtibus, thronis etiam & dominationibus, principatibus & potestatibus, omniúmque cœlestium supernarūmque virtutum contuberniis perfrui, & intueri agmina sanctorum splendidius sideribus micantia, Patriarcharum fide fulgentia, Prophetarum spe lętantia, Apostolorum in duodecim tribubus Israēl orbem iudicantia, Martyrum purpureis victoriæ coronis lucentia, virginum quoque choros candentia serta gestantes inspicere. De rege autem qui horum medius residet, dicere vox nulla sufficit. Effugit enim omnem sermonem, atque omnem sensum humanæ mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia, illa maiestas. Vltra enim omnem sanctorum est gloriam ipsius inæstimabilem aspicere conspectum, & splendore maiestatis eius irradiari. Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam paruo tempore tolerare, vt Christum videre digni possemus in gloria venientem & sanctorum eius numero sociari, nónne erat dignum pati omne quod triste est, vt tanti boni tantæque glorię participes haberemur? † Quę erit illa, fratres charissimi, iustorum gloria, quàm grandis sanctorum lætitia, cùm vnaquæque facies fulgebit vt sol, cùm ordinibus distinctis populum suum Dominus in regno patris sui cœperit recensere, & meritis atque operibus singulorum prēmia promissa restituere, pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna pręstare, adducere sanctos, in visionem paternę gloriæ, & facere in cœlestibus confedere, vt sit Deus omnia in omnibus, ęternitatémque amatoribus suis & immortalitatem largiri, atque eos quos sanguinis sui viuificatione reparauit, denuò ad paradisum reducere, regna cœlorum fide & veritate suę pollicitationis aperire? Hęc hęreāt firmiter

sensibus nostris, hęc intelligantur plena fide, hæc toto corde diligantur, hæc indefinentium operum magnanimitate acquirantur. Reposita est in potestate facientis, quia regnum cœlorum vim patitur. Res istæ, ô homo, id est, regnum cœlestē aliud non quærit pretium quàm teipsum. Tantum valet quantum es tu. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de pretio? Christus semetipsum tradidit, vt acquireret te in regnum Deo patri: ita & tu teipsum da, vt sis regnum eius, ac non regnet peccatum in mortali tuo corpore, sed spiritus in acquisitionem vitę. Ad hanc igitur operum salutarium, dilectissimi, palmam libenter ac promptè certemus, omnes in agone iustitiæ Deo & Christo spectante curramus. Et qui seculo & mundo maiores esse cœpimus à cursu nostro nulla seculi cupiditate retardemur. Si expeditos, si celeres in hoc operis agone, si currentes dies vltimus inuenerit, nusquam Dominus meritis nostris ad prǽmium deerit remunerator. Qui coronam in persecutione purpuream pro passione donauit, ipse in pace viuentibus pro iustitiæ meritis dabit candidam. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob, occisi sunt, & tamen fidei & iustitię meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt. Ad quorum congregatur conuiuium quisquis fidelis & iustus & laudabilis inuenitur. Memores esse debemus voluntatem non nostram, sed Dei facere debere: quia qui fecerit eius voluntatem, ipse manebit in æternum, quomodo & ille manebit in æternum. Quapropter, charissimi, mente integra, fide firma, virtute robusta, charitate perfecta parati ad omnem voluntatem Dei simus, consentantes fortiter Domini mandata. In simplicitate seruate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiā in administratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus, in defensa veritate constantiam, in disciplinæ seueritate censuram, ne aliquid ad exemplum bonorum factorum in nobis desit. Hæc sunt vestigia quæ nobis sancti quique reuertentes in patriam reliquerunt, vt illorum semitas inhærentes, sequeremur ad gaudia. Patriam quoque nostram paradisum cum illis computemus, parentes patriarchas iam habere cœpimus. Cur non properamus & currimus, vt patriam nostram videre, & parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate securа, adhuc de nostra salute solicita. Ad eorum complexum & conspectum venire, quanta illis & nobis in commune lætitia est? Qualis illic cœlestium voluptas conseruorum societatem expectantium? Quàm summa & perpetua felicitas? Illic Apostolorum gloriosus chorus, illic Prophetarum exultantium numerus insignis, ibi Martyrum populus innumerabilis ob certaminum victoriam coronatur, illic clarissima virginum turba lætatur, illic etiam confessorum fortitudo laudatur. Sed & illorum numeratio censetur, qui præcepta Dominica seruantes, ad cœlestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos electos Dei auida cupiditate properemus, vt cū his citò esse, & citò nos ad Christum peruenire contingat, ad cum quem huius itineris ducem habeamus, salutis authorem, lucis principem, lætitiæ largitorem qui viuit & regnat cum Deo patre omnipotente & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Dominica in octauis Paschæ, ad Competentes.

SERMO LXXXVI.

Fuit de Tempore CLVII. sed auctor non satis concinnè desumpsit partem ex sermone D. Augustini, qui est de Diuersis LXXIIII. habitus sabbato post Dominicam secundam Quadragesimæ. Neque enim Paschale tempus, sed Quadragesimale, concernit, quod inde habet, Nunc tempus est vt quisque abstineat à quibusdam licitis, & orationibus atque ieiuniis vacet, &c.

PASCHALIS sollennitas hodierna festiuitate concluditur, & ideo hodie Neophytorum habitus commutatur: ita tamen, vt candor, qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. In qua quidem primū nobis agendum est, vt quia Paschales dies sunt, id est, indulgentiæ ac remissionis, ita à nobis sanctorum dierum festiuitas agatur, vt relaxatione corporum puritas non obfuscetur: sed potius abstinentes ab omni luxu, ebrietate, lasciuia, demus operā sobriæ remissioni ac sanctæ sinceritati: vt quicquid modò corporali abstinentia non acquirimus, mentium puritate quęramus. Ad omnes quidem pertinet sermo, quos cura nostra complectitur: veruntamen hodie terminata sacramentorum sollenni-

Ezech. 3.

Psal. 9.

Luce 3.

Luce 14. Hæc addita.

Ex D. Ioā. Chrysost. De reparatione lapsi. Esaiæ 53.

Hucusque ex Chrysost.

Ex fine serm. D. Cypriani de mortalitate.

sollēnitate, vos alloquimur nouella germina sanctitatis, regenerata ex aqua & Spiritu sancto, germen pium, examen nouellum. Flos nostri honoris, & fructus laboris, gaudium & corona mea, omnes qui statis in Domino. Apostolicis verbis vos alloquor, Ecce nox præcessit, dies autem appropinquauit: abiicite opera tenebrarum, & induite vos arma lucis, sicut in die, honestè ambulemus. Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: sed induite Dominum Iesum Christum. Habemus, inquit, certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes, tanquam lucernæ in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Sint ergo lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. Ecce dies aduenient, in quibus Dominus dicit, Pusillum, inquit, & non videbitis me: & iterum pusillum, & videbitis, me. Hæc est hora de qua dixit, Vos tristes eritis, seculum autem gaudebit: id est, vita ista tentationibus plena, in qua peregrinamur ab eo. Sed iterum, inquit, videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. In hac spe fidelissimi promissoris, etiam nunc vtcunque gaudemus, donec veniat illud vberrimum gaudium, cùm similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: & gaudium nostrum nemo tollet à nobis. Cuius spei tam gratum & tam gratuitum etiam pignus sanctũ Spiritum accepimus, qui in cordibus nostris inenarrabiles gemitus operatur sanctorum desideriorum. Concepimus enim, sicut ait Esaias, & parturimus spiritum salutis. Et mulier cùm parturit, ait Dominus, tristitia est illi, quia venit dies eius: sed cùm peperit, fit gaudium, quoniam natus est homo in sæculo. Hoc est gaudium quod nemo aufert à nobis, quod in æternæ vitæ lucem ex hac fidei conceptione transfundimur. Nunc ergo iejunemus & oremus, cùm dies parturitionis est. Hoc totũ corpus Christi, in toto orbe diffusum, id est, tota hæc agit Ecclesia, & illa vnitas quæ dicit in Psalmo, A finibus terræ ad te clamaui, dum angeretur cor meum. Vnde iam nobis elucet, cur Quadragesima instituta sit huius humiliationis sollennitas. Qui enim à finibus terræ clamat, cùm anxiatetur cor eius, à quatuor orbis terræ partibus clamat, quas frequenter etiam Scriptura commemorat, Oriente & Occiduo, Aquilone & Meridie. Per hoc totum ille Decalogus legis, iam non per literam tantummodo metuendus, sed per gratiam charitatis implendus indictus est. Vnde quater multiplicatis decem, videmus quadraginta compleri: sed adhuc in labore tentationis cum venia delictorum. Quis enim perfectè implet, Non concupisces? Vnde iejunandum & orandum: à bono tamen opere non cessandum. Cui labori merces illa redditur in fine, quæ denarij nomine nuncupatur. Sicut autem ternarius à tribus, quaternarius à quatuor, ita denarius à decem nomen accepit. Qui coniunctus quadragenario, tanquam merces labori redditur. Quinquagenarij numeri figura tempus illius gaudij significat, quod nemo auferet à nobis. Cuius in hac vita nondum perfectionem habemus: sed tamen post sollennitatem Dominicæ passionis, à die resurrectionis eius per dies quinquaginta, quibus iejunia relaxamus, hoc in Dominicis laudibus, personante hallelu-ia, celebramus. Nunc itaque in persona Christi, vt non possideamur à satana, exhortor vos dilectissimi, vt quotidianis & largioribus eleemosynis, frequentioribus orationibus Dominum propitiemur. Nunc tempus est, vt vnusquisque abstineat se non tãtũm ab illicitis, sed etiam à quibusdam licitis, & orationibus atque iejuniis vacet. Quamuis & per totum annum certis diebus hoc facere debeat: & quanto crebrius, tanto vtique melius: quia & qui concessa immoderatè appetit, eum qui concessit offendit. Oratio quippe spiritalis res est: & ideo tanto est acceptior, quanto magis suę naturæ implet effectum. Tanto magis autem spiritali opere fundit̃ur quanto magis animus qui eã fundit, à carnali voluptate suspẽditur. Quadraginta dies iejunauit Moyses legis administrator, quadraginta Helias Prophetarum excellentissimus, quadraginta ipse Dominus, testimonium habens à Lege & Prophetis, per quem baptismus illis præponitur. Ioannes enim baptizauit Christũ, cùm se Christo profiteretur minorem. Christus autem baptizauit Christianum, qui se ostendit & Ioanne esse maiorem, sicut circumcisione carnis: quamuis eam & Christus accepit, sed nemo Christianus iam accipit. Melius namque multo est sacramentum resurrectionis Christi, quod ad expoliandam carnalem hanc veterémque vitam corde circumciditur Christianus, vt audiat Apostolum dicentem, Sicut Christus surrexit

Phillip. 4.
Rom. 13.
2. Pet. 1.
Lucæ 12.
Ioan. 16.
2. Cor. 5.
1. Ioan. 3.
Esa. 26.
Ioan. 16.
Psal. 60. Quadragesimæ sollennitas cur instituta.
Exodi 20.
Quinquagesimæ gaudium.
Exod. 34. 3. Reg. 19. Mat. 4. & 3.
Lucæ 2.
Rom. 6.

A à mortuis per gloriã patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus: sicut ipsum vetus Pascha, quod agni occisione celebrato præceptum est, non ideo quia hoc cum discipulis celebrauit Dominus, iam melius est Pascha nostrum, quo immolatus est Christus. Pertinuit enim ad prębendũ nobis humilitatis & deuotionis exemplũ, vt illa etiã sacramenta veniens suscipere dignaretur: quibus venturus ipse prenunciabatur: vt hinc ostenderet, quanta religione nos oportet accipere hæc sacramenta, quibus iam venisse nunciatur. Non ergo quia Christus post acceptum baptismum continuò ieiunauit, tanquam regulam obseruationis dedisse credendus est, vt post ipsius Christi baptismum acceptum continuò ieiunare necesse esset: sed planè illo exemplo docuit ieiunandum esse, quando fortè acriore luctamine cum tentatore cõfligimus. Ob hoc enim & Christus, qui sicut homo dignatus est nasci, non respuit sicut homo tentari, vt Christianus magisterio eius instructus, non possit à tẽtatione superari. Siue ergo continuò post baptismum, siue quolibet interuallo temporis interposito, quando simile prœlium tentationis infertur, homini ieiunandum est, vt & caro impleat de castigatione militiam, & animus impetret de humiliatione victoriam. In illo ergo Dominico exemplo illius causa ieiunij, non Iordanis tinctio, sed diaboli tentatio fuit. Cur autem nos ante sollennitatem passionis Dominicæ ieiunemus, & illa ieiuniorum relaxatio quinquagesimo die perficiatur, hæc ratio est. Omnis qui rectè ieiunat, aut animam suam in gemitu orationis & castigatione corporis humiliat ex fide non ficta: aut ab illecebra carnis inopia aliqua spiritali veritatis, & sapientię delectatione suspensa, ad famem sitimque patiendam descendit eius intentio. De vtroque ieiunij genere Dominus respondit interrogãtibus Pharisęis, cur discipuli eius nõ ieiunarent: nam de illo primo quod habet animę humiliationem, Nõ possunt, inquit, lugere filij sponsi, quamdiu cum eis sponsus est: sed venient hora quando auferetur ab eis sponsus, & tũc ieiunabunt. De illo autem altero, quod habet epulas mentis, ita consequenter locutus est: Nemo assuit pannum nouum vestimento veteri, ne maior scissura fiat: neque mittunt vinum nouũ in vtres veteres ne rumpantur, & vinum effundatur: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, vt vtrumque seruetur. Proinde quia iam spõsus ablatus est, vtiq. nobis filiis illius pulchri spõsi lugendum est. Speciosus enim forma prę filiis hominum, cuius diffusa gratia in labiis eius, inter manus persequentium nõ habuit speciẽ neq. decorem, & ablata est de terra vita eius. Et rectè quidem lugemus, si flagramus desiderio eius. Beati quibus licuit eum ante passionẽ tũc habere præsentẽ, interrogare sicut vellent, audire sicut audire deberent. Illos dies concupierunt videre patres ante aduentum eius, neq. viderũt: quia in alia dispẽsatione fuerãt ordinati, per quos venturus annũciaretur, nõ quibus veniẽs audiretur. De his enĩ ad Apostolos loquitur, dicens, Multi iusti & prophetę voluerunt videre quę videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierũt. In nobis autẽ illud impletũ est quod idem ipse dicit: Veniẽt dies quando desiderabitis videre vnum de diebus istis, & nõ poteritis. Quis nõ sancti desiderij flãma vratur, quis hic nõ lugeat, quis nõ laboret in gemitu suo, quis non dicat, Factæ sunt mihi lachrymę meæ panis die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? Credimus quippe in eũ iam sedentẽ ad dexteram patris: sed tamen quãdiu sumus in corpore, peregrinamur ab eo, nec de eo dubitantibus vel negantibus & dicentibus, Vbi est Deus tuus, valemus ostendere. Meritò Apostolus eius concupiscebat dissolui, & esse cum illo: manere autem in carne non sibi optimum ducebat, sed necessarium propter nos: vbi cogitationes mortaliũ timidæ & incertæ prouidentię nostræ, quoniam deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: inde tẽtatio est vita humana super terrã: & in hac nocte seculi circuit leo, quærens quem deuoret: non leo de tribu Iuda rex noster, sed leo diabolus aduersarius noster. Ille enim quatuor animaliũ de Apocalypsi Ioannis figurã in se vno exprimens, natus vt homo, operatus vt leo, immolatus vt vitulus, volauit vt aquila. Volauit supra pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum. Posuit tenebras, & facta est nox, in qua pertransẽũt omnes bestiæ siluæ: catuli leonum rugientes, tentatores videlicet, per quos diabolus quærit quem deuoret. Non quidem habentes potestatẽ, nisi in eos quos receperint: quia & in Psalmo ipso ita sequitur: Quærentes à Deo escam sibi. In tam periculosa & tentationibus plena huius seculi nocte, quis nõ timeat? quis nõ medullis omnibus cõtremiscat, ne dignus iudicetur qui deuorãdus dimittatur in fauces tam crudelis inimici? Vnde & ieiunandum

1. Cor. 5.
Rectè ieiunare.
Math. 9.
Psal. 44.
Esa. 53.
Math. 13.
Psal. 41.
Phil. 1.
Sap. 9.
Iob 1.
1. Pet. 5.
Apoc. 5.
Apoc. 4.
Psal. 17.
Psal. 103.

andum & orandum est, & tanto potius, tãto instãtius, quanto propinquius, & ipsa Dominicæ resurrectionis solennitate passionisque celebritate anniuersaria quodãmodo nobis eiusdem noctis memoria resculpitur, ne obliuione deleatur, & nos non corpore, sed spiritu dormiẽtes ille rugiẽs deuorator inueniat. Nam & ipsa Dominica passio quid nobis aliud in capite nostro Iesu Christo, quàm ipsam vitæ huius tentationẽ maximè commendauit? Vnde adueniente iam mortis suæ tempore Petro dixit, Postulauit satanas vexare vos sicut triticum, sed ego orauí pro te Petre, ne deficiat fides tua. Vnde & tu conforta fratres tuos. Et planè confortauit nos per Apostolum: vel quãdo ei cum his duobus ieiunij huius celebratoribus, Moyse videlicet & Helia, in monte se ostendit. Nos autem quia tam longum ieiunium perpetuare non possumus, vt per tot dies & noctes nihil alimentorum, sicut illi, accipiamus, saltem, quantum possumus, faciamus: & exceptis diebus, per quos certis de causis mos Ecclesiæ prohibet ieiunare, Domino Deo nostro vel quotidiana à nobis crebrò ieiunia exigamus. Sed licet sicut à cibo & potu abstinentia per tot dies nõ possit esse continua: tamen propter hominũ errores, qui per vaniloquia & seductiones, & prauas consuetudines nobis molestam pro vobis curam inferre non cessant, tempus humiliandæ animæ, quantum potui commendaui. Sunt enim quidam obseruatores Quadragesimæ deliciosi potius, quàm religiosi, exquirentes nouas suauitates magis, quàm veteres cõcupiscentias castigantes, qui pretiosis copiosisque apparatibus fructuũ diuersorum quorumlibet varietates & sapores superare contẽdunt. Vasa in quibus coctę sunt carnes, tanquam immunda formidant, & in carne sua vẽtris & gutturis luxuriam non formidãt. Ieiunant non vt solitam temperando minuant edacitatem, sed vt immoderatã differendo augeant auiditatem. Nam vbi tempus reficiendi aduenerit, opimis mensis tanquam pecora præsepibus irruunt, ventresque distẽdunt: artificiosis & peregrinis condimentorum diuersitatibus tantum capiunt manducando, quãtum digerere non sufficiunt ieiunãdo. Sunt etiam qui vinum ita non bibunt, vt aliorũ expressionem pomorum aliósque sibi liquores non salutis causa, sed iocunditatis exquirant: tanquam non sit Quadragesima piæ humiliationis obseruatio, sed nouæ voluptatis occasio. Quanto enim honestius esset, vt qui propter infirmitatẽ stomachi aquam potare non poterat, vino vsitato & modico sustentaretur? Quid autem absurdius, quàm tempore, quo caro arctiùs est castigãda, tantam suauitatem carni procurare, vt ipsa faucium cõcupiscentia nollet Quadragesimam pręterire? Quid inconuenientius, quàm diebus humilitatis, quando parum victus omnibus imitandum est, ita viuere, vt si toto tempore sic viuatur, vix possint victum patrimonia sustinere? Cauete ista, dilectissimi, cogitate quid scriptum est, Post concupiscentias tuas non eas. Quod saluberrimum præceptum, si omni tempore obseruandum est, quanto amplius his diebus, quãdo ira turpe est, si ẽpiditas nostra ad inusitatas relaxetur illecebras, vt meritò culpetur qui non restrinxerit vsitatas? Præcipuè sanè pauperũ mementote, vt quod vobis parcius viuendo subtrahitis, in cęlesti thesauro reponatis. Accipiat esuriens Christus, quod ieiunans minus accepit Christianus. Castigatio volentis, fiat sustentatio non habentis. Copiosæ voluntatis inopia, fiat necessaria inopis. Copiosa sit etiã in animo placabili & humili misericors ignoscẽdi facilitas. Petat veniam, qui fecit iniuriam. Det veniam, qui accepit iniuriam, vt nõ possideamur à satana, cuius triumphus est dissensio Christianorum. Et hęc enim magni lucri eleemosyna est, debitum relaxare conseruo, vt ibi relaxetur à Domino. Vtrumque opus bonum cęlestis magister discipulis commendauit, dicens: Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Memento te serui illius, cui omne debitum dominus eius quod donauerat replicauit: quia cõseruo sibi debenti centum denarios, misericordiam non rependit, quam de talentorum decem millibus quę debebat, accepit. In hoc genere operis boni nulla excusatio, vbi sola voluntas tota facultas est. Potest quisque dicere, Ne stomachus doleat, ieiunare non possum. Potest etiam dicere, Volo dare pauperi: sed vnde, non habeo aut tantum habeo, vt timeam egere, si dedero. Quanquam & in his operibus excusationes plerique sibi homines fallax faciũt, quas veras nõ inueniunt: veruntamen quis equidẽ dicat, ideo non ignoui veniam petẽti, quia me valetudo impediuit, aut quia manus quæ porrigerem, non fuit? Dimitte, vt dimittatur tibi. Cordis hoc opus est, nullum vel carnis suę membrum in adiutorium animę assumitur, vt hoc impleat quod rogatur. Voluntate agitur, voluntate perficitur. Fac secutus, nihil in corpore dolebis, nihil in domo minus habebis! Iam verò, fratres, videte quid malum sit, vt pœnitenti fratri non ignoscat, cui præceptum est, vt inimicum adhuc diligat. Quæ cùm ita sint, & cùm scriptum sit, Sol non occidat super iracundiam vestram: considerate, fratres vtrum Christianus sit dicendus, qui aut his diebus inimicitias non vult finire, quas nunquam debuit exercere.

Lucæ 22.
Eph. 4.
1. Tim. 5.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

NOMINE, SERMONES AD FRATRES IN EREMO COMMORANTES, ET QVOSDAM ALIOS.

CENSVRA.

HOS Sermones Bartholomæus Vrbinas in suo Milloloquio non agnouit. Et satis constat sub D. Augustini nomine à quodam semilatino exercitu causa conscriptos esse. Aliquando intermiscet verba Augustini, Cæsarii, Gregorii. Martinus Lipsius ex phrasibus & dictionibus quibusdam suspicatur auctorem fuisse exclamatorem Gallobandum. Contra hos sermones ad Eremitas, sub nomine Diui Augustini confictos, & à Conseruatore Apostolico Rhegii anno 1414. damnatos & reprobatos, doctè ac prolixè scripsit Ioannes Malbinus Bruxellensis, in libro cui titulum fecit, VENATORIVM CANONICORVM REGVLARIVM.

De institutione Regularis vitæ. SERMO I.

FRATRES mei, & lætitia cordis mei, corona mea, & gaudium meum quod estis vos: pax vobis & charitas cum fide semper inter vos adimpleatur. Quia me putatis matrem esse animarum vestrarum, ideo desidero ita vos componere, vt in vobis neque macula neque ruga possit aute tribunal iusti iudicis apparere. Animabus enim vestris non solùm ornamenta, sed etiam medicamenta desidero prouidere. Studeo enim disluta consuere, & conscissa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, & reparare perdita, & ea quæ sunt integra, spiritalibus margaritis ornare. Ego enim margaritas de paradisi patria vobis donare cupiens, nullam mercedem in seculo opto recipere, nisi quòd quæ vobis insinuare it tendo, & patienter audire, & cum Dei adiutorio secundum vires operibus adimplere semper studeatis. Sed ante omnia, fratres charissimi, quos iterum parturio, donec reformetur in vobis Christus, diligatur Deus, deinde proximus, quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Et ideo, fratres dilectissimi, cõmorantibus nobis in eremo, in nomine Dei nostri placeat secundum Apostolicam vitam vnum sentire, & omnia communiter possidere: sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, Quia erant illis omnia communia, & distribuebant vnicuique sicut vnicuique opus erat. In hac autem vita permaneamus, & nosipsos in ipsa, Deo auxiliante, fortiter tenemus: quia qui perseuerauerit vsque in finem, salus erit. Si quis autem de seculo ad nostram congregationem venire desiderat, primò præcipio vt probetur, an voluntas ex Deo sit. Non enim debet esse violenta, non coacta, non mobilis, sed sempiterna, virilis, vtilis, constans, & omni spiritu charitatis plena atque perfecta. Tunc enim proponatur ei quomodo abneget voluntatem propriam, & sponte sequatur me. Nec volo quòd cogitet ãplius quid necesse ei fuerit: scit enim pater cælestis, quibus indigeamus. Quæramus igitur primò regnum Dei, & hæc omnia adiuistrabuntur nobis. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit. Orationibus insta te à mane vsque ad sextam tantùm circa nissarum solemnia. A sexta verò vsque ad nonam omnes vacent lectionibus & Pater noster. Ad nonam verò reddant codices, & secundum naturæ conditiones sine tumultu resiciant, audictes verbum Dei. Postquã autem refecerint, siue in horto, siue in eremo, vel vbicumq; necesse fuerit operentur. Nihil enim Dei servis otiositate petius. Operentur ergo in nomine Domini sacrum ordinem non habentes vsque ad horam luternariam. Nemo tamen ex opere suo aliquid sibi appropriet. Apostolica enim vita optamus viuere. Si quis autem contrà fecerit, forti iudicio condemnetur: & si correptus non emendauerit, de vestra societate proiiciatur. Non enim hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne cõtagione pestifera plures ex vobis perdat. Cùm autem aliquid fit per vos, cauete ne cum murmure fiat, ne murmuratores in cõspectu Dei voceminì. Illum qui vobis præest, post Deũ omnes sicut decet Dei famulos, honorate. Ipse verò qui præest, super omnia solicitus sit de vestra salute, de quibus debet reddere rationem. Dominica autem die, qui volunt vinum cum Dei gratia bibant: sed qui antiqui sunt & debiles, vinum bibere cõpellantur, carnem tamen domantes, quantum valetudo permittit. Quando necesse est, vt aliqui ad seculum vadant, caueant ne vadãt minus quàm duo vel tres. Et si oculi seruorum Dei faciantur in aliquam seminarum, cauete ne in illam figantur. Deus autem qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis. Nemo cũ secularibus extra monasterium manducare nisi panem, vel bibere nisi aquam præsumat, vel aliquid etiam intus manducare extra horam prandii, nisi casus infirmitatis acciderit. Qui verò infirmantur ex vobis, cum omni diligentia pertractentur, etiam si de humilima seculi paupertate venerint. Nec debet fani molestum esse, si aliter tractantur in victu, sed magis congratulentur, Deo gratias agentes, quia valent quod non valent illi. Si verò, vt fieri solet, ab hæreticis superuenerit incursio repentina, vel ab infidelibus, aut hostilitas, ita vt necesse sit fratribus fugam arripere, si Deo fauente euaserint, mox ad nemus cum Helia redire festinent: cogitantes quòd nullo modo poterint separari, quos Dei charitas sociauit. Si quis autem contumaci animo hæc obseruare contempserit, capiatur & subiiciatur monasterii disciplinæ. Hæc autem quę dico vobis, sepe per vos legantur, ne obliuioni tradantur. Et vbi hæc omnia seruauerit, nobis non parua lætitia de filiorum salute erit. Hæc igitur sunt quæ obseruetis, præcipimus in monasterio constituti, propter quod in vnum estis in eremo cõgregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna & cor vnum in Deo & Domino Iesu Christo, qui vos dirigat ad perficiendum mirabilia de lege sua, Amen.

Act. 4.

De pace. SERMO II.

FRATRES charissimi, ô si scireris quanta sit virtus pacis, & quantum vobis in solitudine demorantibus necessaria sit. Tanta enim est virtus pacis, quòd in eius dignitate Apostolus omnes suas epistolas scribebat, dicens: Pax vobis & gratia à Domino Deo nostro. Hanc autem salutandi formam nobis primitus donauit Christus, dicens: Pax vobis. Hanc pro testamento Christus Apostolis dereliquit, tanquam summum bonum, sine quo nullus viuere debet. Sic etiam pater cælestis elementa & planetas cæteraque inuisibilia ordinauit, vt vinculo pacis simul complecterentur: sic etiã ordinauit gloriosus exercitus angelorum, vt post eorum descensum nulla esset inter eos discordia, sed pax plena atque perfecta. Hæc est illa gloriosa pax, quæ fructus malarum cogitationum eructat, mentem fluctuantẽ illæsam reseruat, conscientiam purgat. Qui pacem cordis, oris & operis non habet, Christianus dici non habet. Qui in hac non sperat, in lubrico vitam & pedem ponit, in tempestate nauem collocat, in præcipitio se illaqueat, in arena semen seminat. Hęc est illa perfecta pax quæ mentem à vitiis purgat, vermem conscientiæ rodit. O pax eremitarum mater, cœnobitarum pater, monachorum soror! Tu Patriarcharum vinculum, tu Prophetarum vehiculum, tu Apostolorum refugium, tu martyrum solatium, tu confessorum balneum, tu virginum tripudium, tu viduarum speculum, tu coniugatorum spectaculum, tu malorum præsidium, tu tyrannorum odium, tu latronum suspendium. O pax Dei ædificium! te non possunt destruere principum fulmina, insultus dæmonum te in nullo lędere possunt. Tu pauperem diuitem facis, tu diuitem mendicantẽ perducis, tu contenta in cunctis, tu ditior vniuersis, tu homines Dei filios facis. O pax sine te reges non regunt, sine te regna non valent! Nunquid sine te ieiunia, orationes, eleemosynæ cæteræque bona nobis prodesse possunt? Absit. O monache habeto pacem in cunctis: nam si fratri irasceris, si proximum odis, tibi contradicis in oratione Dominica: clamat enim monachus, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O monache, si pacem non diligis, si proximum odis, quo iure, quo pacto, qua fronte tibi petis dimitti, qui proximo rancorem non dimittis? Habete ergo pacem cum omnibus, omnium tamen vitia odientes. Habete in corde, in ore & in opere pacem. Nam si Cain pacem habuisset in corde, non irruisset in fratrem suum. Si Absalon pacem habuisset in ore, non impugnasset patrem. Si Iudas habuisset pacem in opere, non fugisset ad laqueum. O quãm bonum, ô quàm iocundum, ô quàm diuinum est habitare fratres in vnum! vt vnum sit cor, vna voluntas, vna omnium anima, & vna forma viuendi: nam diabolus intrare non potest domum vel mentem in qua pax dominatur. O quãm ergo iocundum est habitare fratres in vnum? Tanta enim est eminentia istius virtutis, quòd de ea Propheta prius mirareturq; quàm ostenderet quid esset, vel quid vtilitatis haberet. O quàm grandem admirationem præposuit, quando dixit, Ecce! O quàm mirabilem vtilitatem prædicauit, quando subiunxit, Quàm bonum & quàm iocundum! Sed scire debetis, fratres mei, quòd quædam sunt bona quæ non sunt iocunda, quædam iocunda quæ non sunt bona: verbi gratia, Bona sunt ieiunia, vigiliæ, macerationes, & similia. Hæc enim bona sunt, sed non iocunda, quia caro in his non iocundatur, sed lædit. Iocunda quippe

Matth. 6.

quippe sunt comessationes, ebrietates, sed non bona. Hæc agentes lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis: O monache vix poteris inuenire in præsenti vnum quod sit bonum & iocundum. Cupis tamen illud vnum inuenire? Persequere pacem, & amplectere eam. Hæc est enim sola virtus, quæ bonum habet & iocundum. Hæc est illa bonitas quæ nos habitare facit vnius moris in domo, vt simul viuere simulque mori semper optemus. In præsenti enim simul habitamus, & in futuro capiemus brauium iocunditatis æternæ. O pax tu mentis serenitas, animi tranquillitas, cordis simplicitas, amoris vinculum, charitatis consortium. Hæc est illa summa felicitas quę simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis placet, à cunctis optatur: sed à cunctis malis illa quæ bona est pax fugitur, & oditur vt mors. O pax tu non scis extolli, ignoras instari. Beatus qui te habet, maledictus qui te odit & qui te impedit & frangit inter homines, quoniam Antichristus est, & filius perditionis. O pax qui te habet, teneat; qui te non habet, te perquirat; qui te perditte requirat, si filius Dei esse peroptat. O pax tale bonum es in rebus creatis, tam mirificum, tam gloriosum, quòd nihil dulcius solet audiri, nihil delectabilius concipisci, nihil vtilius possideri. Spiritus enim humanus sicut nunquam viuificat membra, nisi fuerint vnita, sic Spiritus sanctus nunquã nos viuificat, nisi pace vniti fuerimus. Nemo enim est, vt diximus, qui non velit pacem habere. Interroga omnes, si pacem desiderent: omnes vna voce dicent, Hoc amamus, hoc optamus, hoc concupiscimus, hoc volumus. Si ergo, fratres, homines pacem amant, ament & iustitiam, quia duæ sunt amicæ charissimæ. Iustitia enim & pax ipsæ se osculantur: sed si amicam pacis non amaueris, nunquid ipsa pax te amabit, & tecum habitare volet? Absit. Amate igitur pacem diligentes iustitiam. Hæc enim pax hominibus bonæ voluntatis datur ab angelis. Nunquid prauæ voluntatis pacem offerunt angeli hominibus? Absit. Et qui sunt prauæ voluntatis tantum quantum illi qui superbo oculo & insatiabili corde nunquam dicunt, sufficit, tales nunquam possunt habere pacem. Propterea, fratres mei, ex quo mundum calcare cœpimus, & terrena cuncta despicere, diuitias non appetamus, nec nos qui pauperes in eremo sumus, ad superbiam diuitiarum extollamur. Nullo enim modo decet nos vt in hac vita solicitari, vbi senatores fiunt laboriosi, fiunt opifices otiosi: & qui venimus relictis diuitiis, qui sumus prædiorum domini, hic simus rustici delicati. Ille denique, fratres, verè pacem habet, qui nil appetit de seculo possidere. Hic tranquillus est, hic gaudet de bonis cunctis, Pagano illo dicente: Quietissimam vitam agerent homines in terra; si hæc duo verba à natura rerum omnium tollerentur, scilicet Meum & Tuum. O beata paupertas, vberibus pacis plena, vbique secura, vbique illęsa; vbique cunctorum amica! Nam qui te amat, veram pacem amat, qui te non amat, tranquillitatem omnem ignorat. Sed dicet quis seruorũ Dei: Ecce diuites video, superbos, elatos, impios & omni bonitate perfecta carentes: vnum tamen apparet, quia pacem habent ad inuicem. Quid ergo? Nunquid gaudere debeo de eorum nequã concordia nescio vel tristari? O monache, scias quòd sicut multum nocet discordia inter bonos, ita valde dolendum est, dum vel quando pax est inter malos. Tunc enim augentur omnia pessima quæ fieri vel cogitari possunt inter homines, quando mali pacificè viuunt: quando verò discordant, tunc mundus aliqualiter tranquillatur. Nam sicut concordia malorum contraria est concordiæ bonorum, ita optandum est quòd boni pacem habeant, & mali discordes sint. Nam per discordiam mali aliquãdo optimi efficiuntur, cognoscentes quid sint, & quid erunt. Nam dum tribulantur, & corũ facies ignominia replentur, aliquando quærunt nomen Domini, quod tamen tempore pacis nunquam amabile erat in corde eorum. Orandum tamen est, vt & boni in bono teneantur vsq. ad finem, & mali conuertantur antequam ad finem perueniant. Vos autem, fratres, ad inuicem pacem amate: quæ quidem pax custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, quæ exuperat omnem sensum, Amen.

De silentio. SERMO III.

SILENTIVM, fratres charissimi, inter cætera vobis in eremo summè necessariũ est. O mne enim quod nõ ædificat, in periculi vertitur dicentium & audientium. Lingua enim nostra sensum nostrum sequatur & rationem, non voluntatem. Non enim debemus tantùm oculos clausos seruare, sed & linguas intra dentes reseruare illæsas: sermo enim vanus, vanæ cõscientiæ index est. Qualis enim es, tales sermones loqueris, talis & mens comprobatur: & qualis fueris in factis, talis comprobaberis in verbis. Stultus enim valde est, qui non prius verbum ducit ad linguam rationis, quàm educat ad linguam oris. Qualis est homo in mente, talem verbositas depingit in ore: verbositas hominem conducit in iocularorem, humanæ naturæ dignitatem deponit, honores sibi rapit, inimicos infinitos acquirit. Inflammat denique linguæ mobilitas in adolescentia ad iocosa, in virili ætate ad fraudulenta, sed in senili ad detractoria. Restinguenda est igitur hæc parua fauilla, ne in magnam vertatur flammam, furculus ne crescat in stultam, gutta ne tumescat in fontem. Maius est denique, fratres, linguã refrenare, quàm capere ciuitatem: quia illud insultat exterius, sed istud interius. Hic sumuntur arma contra teipsum, sed ibi de alieno. Summa tamen verecundia est & depressa deiectio, non posse linguam refrenare, & vile non posse ligare membrũ. Ecce lingua egredi quærit, motum perquirit. Tu verò, ô monache, per temperantiam ipsam refrena, adpone ei pessulum rationis, cir cumcide eam maturitate discretionis. O lingua, tu periculum immiritis, tu lucũ producis, discordiam sæpe spargis & proditionis venenum & detractionis paris, & ad infernum qui tibi credunt, conducis. O monache, cognosce linguam nequam, fuge eam, despice eam: si potes, confunde eam. Sed volo instruere etiam linguam bene loqui. Vis bene loqui? Da ci moderatum modum: pretiosa enim lingua non nouit nisi verba diuina semper conferre. O quàm sanctum es tu, vnde semper cælestia erumpunt eloquia. O monache, considera te redditurum rationem de omni verbo otioso, & tanto magis quanto minus mundo es obligatus. Non enim in foro, sed in cella habitare debes, non familiam, sed familiarum animas oratione pascere debes. Non est igitur tibi necesse multum loqui, nec inter homines conuersari, nec mercantias pertractare vnde viuas. Nam mercantiam in monacho vsuram occultam existimamus. Ama igitur, ô monache, solitudinem, fuge multitudinem, ne comprehendaris in verbo, ne confundaris in facto. Et si interrogatus fueris, melius est ad singula respondere breuiter, quàm diutius immorando verba curiosa & prolixa extendere. Verbositas enim quid aliud est, quàm semen quod fructum non facit? O verbose erubesce, & considera tuam grandẽ miseriã. Quid enim aliud es quàm sal infatuatum, quod ad nullum valet condimentum? Verè infructiferus es, & infructiferos facis qui te libenter audisti. O verbose mẽdax, qui veritatẽ raro dicere voluisti. O loquax cognosce teipsum, nã loqui nunquã erubescis, nec consideras quid, sed quantum dicere possis. Non mensuras verborum sententias, sed tantùm vt satieris. O verbose erubesce, quia omnino cognosceris quid agis. Nam tua conditio est, occulta manifestare, nota in conuentibus prædicare: sed si nescis, somnias inaudita, fingis te scire quod nescis, vt libenter audiaris à cunctis. O artifex mendaciorum! ô faber fabularum, lege quod dicitur, Quia vir linguosus non dirigetur super terram, nec dirigetur in terra promissionis. O monache, & tu diligenter attendas. Nam qui non refrenat linguam suam, huius vana est religio. Qui non custodit linguam suam, monachus non est: qui autem moderatur linguam suam, prudentissimus est, verusque monachus est. Eia ergo, fratres, amate silentium, ponite custodiam ori vestro. Estote solitarii, vt sitis angelis sociati: estote rusticì, vt sitis ciues sanctorũ, & domestici Dei: estote muti, vt sitis loquaces: loquimini Deo, vt sitis veraces: contemplate in eremo, vt contemplemini à sanctis in cælo: eleuate capita, vt eleuemini corde: extendite brachia, vt extendamini toto corpore volantes ad cælum: ad quod perducat nos Christus Deus noster, Amen.

Tsa. 139.

De prudentia. SERMO IIII.

FRATRES charissimi, non solùm silentium tenere debetis in eremo, sed etiam prudentiam rapere festinare. Prudentia enim vobis necessaria est, quia docet quid fugiendum, & quid tenendum sit. Prudentia enim docet vos non superbias, nec inuitaris rebus temporalibus, nec miretis de rebus transitoriis, cùm sint caducæ, & ea quæ possides, tanquam aliena possidere aduertas: prudentia docet te, vt quæ non potes perpetuò tenere, fructuosè permittas abire. Prudentia docet te, vt in cunctis semper idem sis, tam in prosperis quàm in aduersis; sicut manus quæ eadem est, & cùm in palmam extenditur, & cùm in pugnum constringitur. Ipsa te docet quomodo reprehensibilis sit nimia laudatio, & immoderata vituperatio. Illa quidem adulatione, sed ista suspecta malignitate. Prudentia testimonium veritati, non amicitiæ reddit. Prudentia cum discretione promittit, & promissa accelerat, & amplius quàm promiserat, præstat. Prudentia docet quomodo præsentia ordines, quomodo præteritorum recorderis, & quomodo futura prouideas. O beatus qui prudens est, & felix, & verè felix qui prudens inuenitur. Nam si cuncta quæ habet amittit, clamat, omnia mea mecum sunt. Quæ sunt ista quæ sunt mea, nisi iustitia, temperantia, fortitudo & prudentia? Obtempera teipsum, ô prudens. Omnia enim quæ eripi possunt, bona non esse putes. Cùm igitur prudens sic in se contentus sit, omnia secum habet, in omnibus sibi sufficiens est. Imprudenti verò nihil sufficit, quia in nullo contentus est, quia omnia sine fine sperat possidere, ideo omnibus eget. Estote igitur, fratres mei, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Duo enim sunt quæ connexa ad inuicem sunt, vt vnum sine altero, aut parum, aut nihil omnino proficiat. Simplicitas enim sine astutia, stultitia reputatur: astutia sine simplicitate, superbia approbatur. Astutia enim serpentis in quatuor diuiditur partes. Prima est, quòd totius corporis venenum in gutture colligit; & ibi prudenter docente natura seruare studet, vt si aliquando sibi necesse fuerit, in promptu habeat vnde se defendere possit. Sed in hac parte serpens quandoque decipitur. Mustela enim semper serpenti aduersatur, & ante foramen cauernæ serpentis se ponit, & cum prouocando tamdiu vmbra caudæ suæ sollerter illudit, donec ipsum egredientem agnoscit. Tunc verò mustela desuper ascendit, insidias tendens, vt cum serpentis caput videritq; capitalem vindictam sumat de hoste, quem nunquã diligere potuit. Prouocatus itaque serpẽs, extra cauernæ foramen caput emittit. Prouocatus itaque serpẽs, extra cauernæ foramen caput emittit, & cùm nihil deorsum videat, verso gutture respicit sursum. Sed mustela cernens tempus optatum, dentes imprimit circa venenum, sicque absque periculo inimicum occidit. Hæc est enim

prima serpentis astutia, in qua, fratres mei, mundi sapientes notantur, quorum prudentia non in cælestibus, sed in terrenis tota versatur, quibus diabolus in vmbra mutabilium rerum alludit, alludendo decipit, decipiendo occidit. Et ne fortè valeant aspirare in ipsis terrenis cupiditatibus, sæpe eos cogit expirare. Secunda prudentia in serpente est, quòd quando in aquam descendere cupit, venenum reponit in loco tutissimo: sed recedens ab aquis iterum resumit venenum. Hæc enim vestigia serpentis multi sequuntur, qui post abrenunciationem mundanæ conuersationis, post habitum sanctæ religionis, post iuramentum sanctæ professionis, post agnitionem sanctæ veritatis, reuertuntur ad venenum prauæ consuetudinis: quibus melius esset veritatem non agnoussse, quàm post agnitionem retrorsum abire. In hoc enim vno, fratres, imitari debemus serpentem; quia venenum deponit, sed non quia iterum venenum resumit. Tertia prudentia serpentis est, quòd veterem pellem per singulos annos exuere didicit, quam depositurus angustum foramen inquirit, per quod transiens cum dolore pellem derelinquit: sciens quia pelle deposita, pulchrior apparebit. Per hoc enim fratres mei, datur intelligi, vt & nos pellem vitiorum deponamus, & per foramen stigmatum Christi transeamus, & tunc pulchriores apparebimus. Per hoc foramen diues ille Zachæus intrauit, quando omnia bona sua pauperibus erogauit. In hoc foramine Maria illa meretrix in domo Simonis meretricis habitum deposuit, & plorans ad pedes Saluatoris, vestem sibi innouauit. Quarta serpentis natura est, quòd dum lædi quæritur in capite, vt vitam conseruet, totum corpus ad percussionem exponit: quia licet corpus percutiatur, si caput illæsum seruare poterit, damna tamen mortis non patitur. Sic & nos cuncta nobis aduersantia amore capitis sustinere non timeamus, vt in beata vita quiescere valeamus. Sic enim fecit Petrus pro eo in cruce suspensus: sic & Bartholomæus viuus decoriatus: sic & Paulus capite truncatus: sic & Stephanus lapidibus vulneratus: sic & Laurentius in craticula assatus: sic & virgo illa sanctissima Agatha retorta in pectore, quæ gloriantur sic amputata, sic vulnerata, sic afflicta perducebatur ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata præcibus Domino agonem suum sollenniter commendabat. Estote ergo, fratres mei, prudentes, & vigilemus in oratione, patientes omnia tormenta portantes amore illius, in quo salus, vita & resurrectio nostra consistit. Stemus prudenter in oratione. Nam sicut angeli purè laudant Deum in regione viuorum, ita & nos qui die & nocte psallimus Domino, debemus cum sanctis angelis puritatem habere: quia & quod angeli peragunt in cælis, ita & nos monachi facere debemus in terris. In hac igitur, fratres mei, solitudine constituti, toto affectu orare debemus & pati. Patienter enim portare debemus omnia, nec dicere præsumamus. Ecce legumina ventosa sunt, caseus stomachum grauat, lac capiti nocet, aquæ potum non sustinet pectus, caules melancholiam nutriunt, choleram porri accédunt, pisces mihi non sapiunt. Nolite hæc dicere fratres mei, nolite etiam cogitare. Non enim seculum reliquimus, vt delicatè pasceremur in eremo. Et licet in eremo non semper comedatis lac, butyrum, caules vel legumina, licet hæc non sumatis nisi tantum diebus sollennibus, & illis quibus visitamini à sancto sene episcopo Valerio, sed cunctis diebus aliis herbas crudas, panem hordeaceum & aquam sumatis: non tamen sufficit tantum corpore abstinere, sed etiam mentem illæsam seruare debemus. Ea ergo, fratres mei dilectissimi, quorum vita, vt puto, sancta est, vt multi ex vobis viderunt & audierunt, veni ad ciuitatem Hipponensem, & securè peruenì, quia ibi episcopus erat sanctus homo ille Valerius. Non enim credebam epistopari, ideo securè peruenì cum charissimis meis amicis Eudodio, Simplicio, Nebridio, & Alipio, nil mecum diuitiarum portans, & Dei gratia me coadiuuante fauoratus non modicum à prædicto episcopo sene Valerio fui, quia mihi dedit hortulum in eremo à gentibus segregatum, vbi multo labore fatigatus ædificare cœpi monasterium, & cum longiori anxietate congregaui in vnum seruos Dei per nemora habitantes, & sic vobiscum pariter viuere cœpi secundum regulam Apostolicam omnia communiter possidentes. Deinde placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ mihi dicere. Ascende superius, & cum magna molestia factus sum episcopus presbyter. Et quoniam vobiscum esse hic non poteram, in domo episcopi presbyteros mecum habere volui, & cum eisdem pariter viuere cœpi: vos verò tales inueni quales desiderauì, castos, benignos, modestos, humiles, omni voluntate pauperes, obedientes, solitarios, misericordes, mundum cum omni sua pompa calcantes. Sed quid hæc omnia sine perseuerantia? Estote ergo prudentes, perseuerantes in bono, & vigilate in orationibus, quia diabolus aduersarius regnat: à quo vos liberare dignetur Dominus omnipotens, Amen. Supplico vobis, fratres mei, vt non turbemini de recessu meo. Decreueram enim diu inter vos consolari, & vobiscum habitare vsque ad festum Dominicæ ascensionis: sed quia aduersarius noster Fortunatus ad partes peruenit, ideo redire Hipponem omnino compellor, cupiens illum videre, & cum eo pariter disputare. Ipse enim toto affectu dissipare conatur filios, quos peperi in visceribus charitatis. Orate pro me, fratres, & nolite deficere, vt Fortunatum, sicut publicè sanctæ fidei insidiatur, ita & nos ipsum cum suis, cum Dei gratia coadiuuante, publicè superare, & conuertere ad viam veritatis possimus.

De obedientia ad sacerdotes suos.

SERMO V.

IN omnibus operibus vestris sacerdotes Dei altissimi semper memores estote mandatorum Dei, & in omnibus istis obedientes, vt digni te promissione per eius gratiâ inueniri positis: scientes, quòd sine obedientia omnia vacua, & cum obedientia omnia plena charitate reperiuntur. Obedire igitur nobis necesse est, non tantù bonis & modestis, sed etiam discolis & malis: non tamen quia mali sunt, sed quia bona obseruare præcipiunt, quibus obedire debemus. O venerabilis sanctáque obedientia, salus omnium fidelium, custodia omnium virtutum, tu cælum aperis, & infernum claudis: tu etiam filium Dei ad terram posuisti, & venit inter homines, non vt faceret voluntatem hominis, sed voluntatem patris eius qui eum misit. Voluntas enim patris fuit, vt redimeret humanum genus, vt reconciliaret & crearetur suam quę perierat. Et vt hęc voluntas perficeretur, filius fuit obediens vsque ad mortem. Vt ergo non esset nobis obedientia laboriosa, exitum præsentis vitæ Saluator per obedientiam terminauit. Iure ergo obedientia omni sacrificio præponitur, quia de potestate diaboli nos eripuit, quod nullò legale sacrificiò facere potuit. Nec mirũ, si nos peccatores obedientiæ in hac vita subiicimur, quãdo hãc mediator Dei & hominum etiã in morte nõ deseruit, & ei se subiecit qui per omnia erat patri æqualis. Nos autem propter peccatũ aliis hominibus subiecti sumus. Nam natura omnes æquales genuit: sed inæqualitas quæ accessit ex vitio, est ordinata ex Dei iudicio, vnde nos oportet obedire hominibus. Sed per obedientiam nunquam debet fieri malum, etiam si angelus vel archangelus, Cherubim vel Seraphim tibi præcipiat. Nec etiam ipse Deus, qui est benedictus in sęcula, potest nobis præcipere, quòd toto affectu eũ nõ diligamus. Sed scire debetis sacerdotes Dei, quia propter inobedientiam aliquando debet bonum quod agimus intermiri. Verùm quia nonnunquam nobis istius mundi prospera, nonnunquam iubentur aduersa: propterea sciendum est, quòd obedientia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est, si quando si de suo aliquid non habeat, minima est. Nam cùm huius mundi prospera præcipiuntur, cùm locus superior imperatur, is qui ad hæc præcipienda obedit, virtutẽ obedientiæ sibi euacuat, si ad hæc ex proprio desiderio anhelat. Rursum cùm mundi despectus præcipitur, cùm probra adipisci & concumeliæ iubentur, nisi hæc ex semetipso animus apperat, obedientiæ meritum sibi minuit: quia ad hæc quæ in hoc mundo despecta sunt, inuitus nolénsque descendit. Debet ergo obedientia in aduersis ex suo aliquid habere, & in prosperis ex suo aliquid non habere. Quod bene ostendimus, si duorum amicorum Dei facta in medio proferamus. Moyses enim, Deo iubente, vt Israëliticæ plebi pręesset, apud se humilis fuit, & gloriam tanti regiminis considerans & expauescens, ne hoc reciperet, se humiliter excusauit. Sed Paulus apostolus Dei reuelatione admonitus, vt Hierusalem pergeret, nec ignorabat ea quæ ibi pati deberet, vnde cùm fideles vellent eum tenere, exclamauit, Ego autem non solùm alligari, sed & mori paratus sum pro nomine Iesu, Ecce Hierosolymam pergit, per reuelationem aduersa cognouit, & tamen hæc libenter appetit. Moyses autem ad prospera de suo nihil habuit, quia precibus supplicauit, ne populo præesset. Paulus etiam ex suo voto aduersa suscepit, quia mala imminentia cognouit, & ad acriora se præparauit. Moyses autem gloriam potestatis voluit declinare, & Paulus dura & aspera noluit sustinere. Ergo vtrorumque seruorum Dei virtute instruimur, vt si obedientiæ palmam comprehendere nitimur, prospera mundi ex sola iussione suscipiamus, & aduersa ex deuotione complectamur. Ego autem sacerdotes Dei altissimi, vt multi vestrum viderunt, & audire potuerunt, veni ad hanc ciuitatem cum charissimis meis amicis Euodio, Simplicio, Alipio, Nebridio, & Anastasio. Securus denique venì, quia sciebam præsulari sanctum senem Valerium. Propterea securus accessi, non vt haberem in vos potestatem, sed vt abiectus essem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Nec vt ministrari deberem, sed ministrare, & pacificè optabam viuere in solitudine; nihilque diuitiarum mecum detuli, sed Dei gratia coadiuuante, fauoratus etiam à sancto sene episcopo Valerio monasterium in eremo à gentibus segregatum, multo labore fatigatus ædificaui, & cum longiori anxietate seruos Dei per nemora habitantes in vnum congregaui, & cum eis pariter viuere cœpi, secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam, omnia communiter habentes & possidentes, viuentes in vigiliis & orationibus vltra id quod explicare possumus. Quorum fama ad aures sancti episcopi Valerij peruenit, & placuit sibi nos in eremo visitare, & fecit nobiscum tredecim diebus, donans mihi hortum amœnitatibus plenum in planitie positum. Et quia à gentibus segregatus erat locus, libenter illum suscepi, vt ædificarem etiam monasterium fratrum, quos tales inueneram, quales inuenire desideraueram. Quo ædificato, placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam, mihi dicere, Ascende superius. Et sic cum molestia & cum grandi anxietate factus sum episcopus presbyter. Et quia cum fratribus meis, vt hactenus feceram, semper corpore habitare non poteram, propterea infra domum Episcopi vos clericos habere volui, & mox vobiscum secundum formam Apostolicam viuere cœpi. Placuit autem vobis omnibus vnum in Deo sentire, & omnia communiter possidere. Hęc autem facere voluistis non

Luce 17.
1. Reg. 8.
Deut. 17.

B

1. Cor. 1.

non coactè, sed sponte, & vsque ad mortem viuere sine proprio profiteri voluistis. O presbyter attende, & vigilanter attende, quòd promittere tuum fuit, sed dimittere non est tuum. Alligatus es vxori, noli iam quærere solutionem. Absolutus es ab vxore, noli iam quærere vxorem, quia mecum habes causam. Ligasti te mihi, nunquid te compulì? nunquid te rogaui vt venires? nunquid applausi promittens hæc & illa? Absit omnino. Igitur esto fidelis, & dabo tibi coronam vitæ. Noli mihi resistere, sed esto vsque ad mortem obedens. Noli mihi resistere, quia omnis potestas à Deo est, & qui potestati resistit, Deo resistit. Non tamen veni, vt potestatem super vos haberem, sed tantùm vt cum fratribus, meis viuerem in solitudine. Ecce nunc episcopus sum, & pauperem me esse non erubesco. Quare? Quia pauper, paupertatem seruare promisi. Cauete igitur ne me pauperem derelinquatis. Pauperes mecum esse voluistis, cauete ne à diuitiis capiamini. Voluntas mea fuit, vt semper totò affectu pauperes simus. Quod & si non fuerimus, hæc paupertas quam foris gerimus, non paupertas, sed grandis miseria æstimanda est. Nolite ergo mihi resistere, quia omnis potestas à Deo est. Non etiam contemnendæ sunt potestates, siue mundi, siue ecclesiæ sint. Potestates enim omnes à Deo ordinatæ sunt: nam Dominus dum leprosos curasset, eos ad potestatem misit, dicens: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et ad Samuelem, cùm sperneretur à Iudæis, ait Dominus, Non te spreuerunt, sed me. Et ad Moysen: Homo quicunque fecerit superbiam in sacerdotem aut in iudicem, moriatur. Cauete ergo sacerdotes, ne aliquis vestrum audeat insurgere contra præpositum vel presbyterum, qui omnium vestrũ curam gerit. Ipsi enim positi sunt in ecclesia ad nostram vtilitatẽ, vt prouideant quid agere debeamus, vt etiam pro nobis rationẽ Deo reddant, & vnitatem ecclesiæ custodiant: de qua Dominus nos voluit esse solicitos, ne tanquam oues non habentes pastores per diuersos errores ab vnitate fidei diuisi essemus. Sicut enim vnus est Dominus & vnus pastor, sic & vnum ouile esse voluit. Propterea noluit Dominus scindi tunicam inconsutilem quę integra erat, quia non patitur ecclesiæ violari vnitatem. Ideo Paulus ait, Obsecro, fratres, per nomen Domini Iesu Christi, vt non sint in vobis schismata, sed seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nam licet multi radii procedunt ab vno sole, & tamen vnum lumen est: ita & nos multi ab vno capite procedentes, omnia pacificè & communiter possidere debemus. Insurgunt enim frequenter inter nos tempestates inimicorum, volentium nostras concordias rumpere, & discordias seminando vnionem pacis extinguere. Aggrediuntur nos frequenter leones teterrimi, vt caput feriendo, membra saltem moueantur terrore. Et quod grauius mihi est, non solum à malignis spiritibus sæpe mala patimur, sed etiam à domesticis dilaniamur, & frequenter peiora sunt intestina bella, à quibus non cauetur, quàm forinseca, quæ præuidentur. Ecce enim Abel iustus à domestico fratre occiditur. Esau fratrem fugientem persequitur. Ioseph à fratribus vẽditur, & à discipulo Saluator traditur. Hæc omnia mala facta sunt, quia obedire neglexerunt. Similiter accidit Iuuario nostro, qui colũna obedientiæ & paupertatis inter nos esse videbatur, cuius perditionem frequenter flere & vlulare debemus: nam ad nos cum lachrymis venit, & paupertatem quamdiu viueret, seruare promisit, & tamen vineam & agrum nobis ignorantibus in sęculo possidebat. O professio mortifera, ô proditoria promissio! ore dicebat quod corde odiebat. Sanctum credebamus, qui omnibus peior erat. Et sic annis duodecim & amplius Iuuarius noster, vt vidistis & audistis, malè vixit & malè moritur. Quare vel quomodo malè vixit, nisi quia quod suum non erat, secretè tenuit. Quomodo etiam malè moritur, nisi quia in fine se non cognouit, & obstinatus in suo sensu, nobis ignorantibus testamentum fecit, & filium quem habebat in sęculo ditauit? O vtinam saltem in fine hoc nobis dixisset, vt orantibus nobis veniam impetrasset: sed nec confessus fuit, nec cum fecisse pœnituit, propterea de meis non est, nec dum viueret erat. Ligate igitur manus eadaueris eius, ponentes in panno ligatos centum & vndecim siclos, quos in pariete cellulæ retinebat, flentes & dicentes, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Non enim licet nobis seruò Dei eam collocare vel ponere in vicu vel in vestitu vel in opere monasterii, quia pretium damnationis est. Ea igitur sacerdotes Dei, cauete ne deficiatis in tentationibus, cauete ne rebelles mihi sitis publicè vel occultè. Sitis mihi fideles, sitis mihi & obedientes. Et si vobis graue est & molestum, egredimini foras, pergite ad fratres, meos, & discite ab eis, quia mites sunt & humiles corde, pauperes spiritu & filii obedientiæ. Egredimini foras, & quid estis, & quid ipsi sint considerare vos, volo. Nunquid & vos tales estis quales & ipsi sunt? O vtinam tales essetis, quales & ipsi sunt! Vos enim voratores estis, & ipsi summæ sobrietatis. Vos discursores ciuitatis, & ipsi visus hominum fugiunt. Vos impudici, & ipsi casti. Vos deriseres, & ipsi feruentissimi oratores. Vos pellibus cunículorum vel variorum ornati inceditis, & ipsi ouino colore nigerrimo asperrimoque induti sunt, præter ea quæ intrinsecus sunt. Vos delicatè pasci summè curatis, carnes varias affectantes, & ipsi postquam eremum intrauerunt, nunquam carnes sumpserunt. Vos vina electa & inebriantia quæritis, & ipsi pauxillum aquæ recipiunt. Vos balteis militum mundo apparere desideratis, & ipsi zonis camelorum renibus succincti, more Heliæ & Ioannis, sunt decorati. O vinea mea electa, ego te plantaui, caue

A

B

Act. 21.

C

D

te deprecor ne conuertaris in amaritudinem, ne inè pauperem dimittas, & Iauarium diuitem sequaris. O vinea mea felix, cuius botrus, summè pertimeo; ne sit in fine amarissimus. O quid faciemus tunc in die illa calamitatis, in qua Deus pater dicet filio, Voca operarios, & redde illis mercedem? Tunc ante iudicem audietur vox rebellionis vestræ quid promiseritis, & quomodo ea seruare voluistis. Fugere mundum, & quę mundi sunt contemnere, promisistis: & ecce iam rebelles totis affectibus in mundanis præoccupati estis. Cur ergo murmuratis, si in his paschalibus diebus præsentialiter vobiscum non sui? Placuit enim mihi segregare me à vobis, & pergere ad fratres meos in solitudine, quos, vt frequenter dixi, tales inueni quales inuenire desideraui. Cur ergo turbamini? Nunquid ipsi verè pauperes? Nunquid obedientes? Nunquid mundum & pompas eius conculcauerunt? Nunquid in forma viuendi vos multo tempore præcesserunt? Nunquid verè fratres mei & patres sunt? Nunquid per eorum exempla ad viam veritatis peruenì? Nunquid eos semper dilexi, & eorum sanctam conuersationem semper desideraui? Nunquid etiam per Simplicianum Ligurienem in fide instructus sum? Cur ergo murmuratis? Cur de mea absentia dolorem habere ostenditis? Facite quæ placita sunt mihi, & tunc vbicunque fuero, vobiscum ero vsque ad consummationem sęculi. Decreueram enim cum eisdem rusticanis meis in charitate humiliter habitare vsque ad festum sanctę ascensionis Domini, nec ad vos redire optabam, quousque vos emendatos esse cognouissem. Sed quoniam * infortunatum aduersarium ad partes occultè velut lupum peruenisse iam sentio, ideo compulsus reuersus sum ad vos, cupiens illum videre, & cum eo pariter disputare, & illum conculcare, Dominò auxiliante, qui totis viribus dissipare conatur & iugulare filios, quos peperi in visceribus charitatis. Orate igitur, & nos vobiscum orare volumus, desinentes de mea absentia amplius litigare. Orate & nolite desicere, vt Fortunatum Manichæorum presbyterum sicut publicè sanctæ Christianæ fidei insidiatur, ita & nos cum suis, Dei gratia coadiuuante, publicè cum superare possimus. Oratè sine intermissione, vt manere dignè possitis in vocatione clericorum, qua per gratiam Dei vocati estis: vt dum vocabimini, mercedem in die nouissimo accipere mereamini, & non sicut ficus absque fructu maledicamini & succidamini, & in ignem mittamini, tanquam destructores legis terram occupantes & pereuntes in iniquitatibus vestris. Adiuuet autem vos ipse Deus ad perficiendum mirabilia de lege sua, qui est benedictus in sęcula, Amen.

De misericordia. SERMO VI.

FRATRES charissimi, annuncio vobis gaudium magnum, quoniam Fortunatum Manichæorum presbyterum Dei gratia superauimus, & obstinatus in suo sensu velut alter filius perditionis à plebe nostra recessit cõfusus. Post cuius recessum baptizaui ferè sexaginta Paganos, qui sibi aliqualiter adhærebant. Et ecce modò reuersus sum ad vos, cupiens perficere opus quod incepi. Beati igitur misericordes, quoniam misericordiam consequentur. O si diligenter cõsiderare mus misericordiam Dei, in nobis possemus habere miserendi formam. O fratres mei, quid Christum incarnauit nisi misericordia? Quid cum subiecit nostræ miseriæ, nisi sola clementia? O beata misericordia, quæ sola commercium nostræ salutis agnouit. Sola enim misericordia ad Deum dirigit hominem, sola ad Deum deducit hominem, sola Deũ deducit ad hominẽ. Hæc est sola mediatrix, auersos consolans, hæc disiunctos copulans, hæc sola Deum humilians nos sublimat. O quàm pia fuit Dei descensio, vt nostra esset gloriosa assumptio. O grandis misericordia, ô infinita, tu sola potuisti trahere Deum de cælo ad terram, & nos de exilio ad regnum erigere. O magnum misericordiæ vinculum, quo Deus ligari voluit & potuit, & homo ligatus vincula iniquitatis dirumpit. O monache, si tuam considerares miseriam, & opera Dei erga te, non inuenires nisi misericordiam. Misericordia est, si flagellat Deus vt emendet, si à peccato per tribulationem liberat, si hypocritas & tyrannos regnare permittit. Hæc enim omnia Deus cum misericordia facit, cupiens nobis vitam æternam donare. Attendite ergo, fratres mei, attendite: nam in pastore vel iudice debent esse simul misericordia & iustitia. Misericordia enim sine iustitia destruitur, & in crudelitatem conuertitur. Et iustitia sine misericordia nunquid accepta est apud Deum? Absit. Iustis enim & iniustis, beatis & damnatis misericordiam cum iustitia semper agit omnipotens Deus: quia beatis dat gloriam, quam non merentur habere quibuscunque bonis commissis: & malis dat pœnam, quam maiorem merentur habere de malis commissis. Estote ergo, fratres mei, misericordes, sicut pater vester misericors est: Estote misericordes, pensantes quantum Moyses in misericordia floruit propter populum, pro cuius salute petiit deleri de libro vitæ, & quanto iterum zelo rectitudinis cùm obtinuisset veniam, ait ad populum, Ponat vir gladium super femur suum. Ecce qui vitam omnium cum sua morte petiit, paucorum vitam gladio destruxit, intus igne amoris, & foris accensus zelo iustitiæ & securitatis: vtrobique fortis legatus, causam populi apud Deum precibus, & causam Dei apud populum gladiis allegauit. Studeamus igitur, fratres mei, misericordiam, dum viuimus, rapere. Cibetur à nobis esuriens, vestiatur à nobis nudus, recipiatur à nobis peregrinus, consoletur per nos pupillus, visitetur à nobis infirmus, sepeliatur à nobis defunctus.

C

D

al. Fortunatũ

Hæc enim sunt opera misericordiæ, de quibus interrogari debemus in die nouissimo. Sed dicetis: Ecce in eremo sumus, pauperes videre non possumus & orphanos, pupillos & viduas quomodo consolari valemus? Mortuos sepelire quomodo possumus? O fratres meis, bene scio vos in eremo esse, nec pauperes vos videre credo, nec vos monasterium exire cupio, vt matres vel proximos consolari possitis. Quàm plures enim cognouit pro hac causa monasterium exiuisse, qui ramen ad monasterium nunquam reuersi sunt? Sub specie enim boni multa mala fiunt. Ecce enim diabolus dicit: O monache, an ignoras tuam matrem dolere? Ecce nuper maritum amisit, filium sepeliuit, possessionem perdidit, infirmatur ad mortem, vellet forsitan confiteri, quid in eremo agis? Quid cogitas? Surge velociter, egredere monasterium, ingredere ciuitatem, penetra domos parentum, exerce in eis opera misericordiæ. Hoc enim Deus vult, hoc fieri præcipit. Dum enim seruus Dei hoc cogitat, aliquando exit monasterium credens benefacere. Et ecce enim dum appropinquat, mater filium osculatur, pater amplectitur, fratres applaudunt dicentes, Noli nos deriniquere. Fratres enim sumus, pater noster antiquus est, tibi incumbit familiam regere. Quid ergo amplius ad monasterium redire præsumis? Et sic audito consentit, & consentiendo remanet, & in seculo remanendo omnibus peior efficitur, & quicquid boni fecit, amittit. Cauete igitur, fratres mei, cauete à malitia diaboli, exercere vos volo opera misericordiæ, & si in seculo nõ habitatis, nec inter gentes, exercere tamẽ opera misericordiæ bene potestis orando, obsecrando & deprecando pro orphanis & pupillis. Et si hoc non videtur vobis sufficere, pensare deberis quomodo centum & plures in monasterio simul habitatis, & sæpe infirmamini, sæpe à diabolo affligimini, sæpe patimini, nunquid & sæpe morimini? Exercere ergo potestis etiam inter vos opera pietatis. Sed dicet quis ex vobis: Patrem in seculo habeo, & ego vsque ad mortem in monasterio viuere Deo promisi. Ecce enim pater infirmatur, non potest sine me viuere. Quid ago? quid eligo? Si exiero, votum frango, si fuero, patrem mori permitto. Quid ergo? O fratres mei, attendite quid agere debeatis, sicut pro nunc mihi occurrit. Nam si pater alicuius sine filio monacho viuere nullatenus potest, procurare debet filius quomodo de bonis monasterij patri subueniatur. Et si monasterium impotens fuerit, filius toto affectu videat quomodo patri non deficiat. Et si non viderit, cum Dei benedictione monasterium de licentia maioris exeat, & verbo & opere patri subueniat, vt non deficiat ex negligentia, nec votum frangere credat. Si post eius patrem viuendo remanserit, statim ad pristinam vitam redire non pigeat, sanctè & iustè viuendo, sicut inceperat, & tanto fortius, quàto senserit se plus in paterno ministerio vitra necessitatẽ grauatum. Nullus igitur erit qui sẽ à misericordia excusare poterit: nec dives, quia habet; nec pauper, quia saltem calice aquæ frigidæ non carent; nec monachus, quia saltem & orare debet. O homo qui crudelis es in alterius iustitia, teipsum prius agnosce. Nam si bonus es, ô monache, cadere facilius potes: si dives es, donum fortunæ est, non naturæ: si sanus es, ecce infirmitas instat: si sapiens es, non habes constantiam. Igitur circa omnes cam sapientes quàm insipientes, tam circa sanos quàm infirmos, tam circa nobiles quàm ignobiles misericordiam habe. O homo quid de te erit, si Saluator tuus clemens & pius fuerit, & tu misericordiã ignorauerit? Nascatur, fratres mei, misericordia inter vos, non tamen ex negligentia, non ex pusillanimitate: non ex indiscretione, non ex animi infirmitate, sed omnibus modis fit circumscripta, vt se suum teneat proprium, quod iustitiæ non aufferat debitum. O monache vide sancti Ioseph misericordiam, quæ fratrem suum est oblita iniuriam. Legite fratres Dauid clemẽtiam, qui illis persequentis dessebat dementiam. O monache, si clauseris vnicus misericordię indigenti, omnino claudetur tibi ianua Christi. Hæc est enim porta Domini, & iusti intrabunt in eam. Hæc nomen Testamentum illuminat, & veteris rigorem extenuat. Hoc est lignum quo Moyses aquas dulcorauit: hoc est sal quo Helisseus aquas austeriores sanauit: hæc est farina, qua Helisseus mortem quę in olla erat, exiecauit. Hoc est oleum quod Samaritanus infudit vulnerato. Hæc est aqua Iordanis qua curatur lepra Naaman Syri, hæc sola virtus est quæ diuidit inter crudelem & pium, inter regem & tyrannum. O monache vbi esses, si tibi Dei misericordia non subuenisset? Si enim Deus tecum ageret districta sententia, non posses cogitare pœnam, quæ correspondet tuis meritis. Omnia enim retribue Dei misericordiæ, & si à simili misericordiam expendas tu vsum proximi, non sis auarus in miserando, cùm sis expectus largitatem esse in Deo. Amate ergo, fratres mei, misericordiam, quia nunquam vidi pium hominem mala morte finiri: quam misericordiam faciat vobis Deus, Amen.

De obedientia. SERMO VII.

FRATRES mei dilectissimi, obedire oportet Deo in omnibus, si falsati cupimus in eremo. Et si difficile nobis videtur, considerare debemus obedientiam filii Dei, & nostram deponere contrariaciones, si differamus. Ipse enim Dei filius obediens fuit vsq. ad mortem, etiam crucis, & nos contemnimus eius obedire præcepta? Christus enim obediens fuit vsque ad mortem, non pro sua, sed pro nostra vtilitate. Estote ergo non pro sua, sed pro vestra vtilitate & salute in omnibus sibi obedientes. Ecce enim, fratres, angelus in omnibus obedit Deo, & tu qui cinis es & vermis, contradicis Deo? Insensibilia obediunt Deo, & tu rationalis resistis Deo? Sol à sua semita non deuiat, nec luna, nec stellæ. Omnia enim cælica suis indulgent officiis, tu verò Dei voluntati in omnibus quasi resistis. Ad nutum Dei campi floribus decorantur, terra imbribus fœcundatur, frondibus crispatur sylua, in nemoribus citharizat auicula, omnia Deo obediunt, solus homo Dei voluntati resistit. O monache, lege quod dicitur, Melior est obedientia quàm victima. Quæ causa est, nisi quia in victimis aliena immolatur caro, sed in obedientia voluntas propria & caro mactatur. Estote ergo obedientes, vt Deum placare possitis de peccatis commissis. Tanto enim citius placat homo Deum, quanto repressa arbitrii sui superbia gladio præcepti se immolat. Cauete ramen in obedientia, fratres mei, sub ipsa enim potest latere sel draconis sub specie mellis, lupus sub pelle ouina, in potu dulci venenum sæpe latitat, & in olla sæpe mors ponitur. Attendat ergo qui præcipit, & qui obedire intendit, quòd obedientia sit honesta, & omni discretione ornata seu decorata. Nam si discreta non fuerit, crudelitas existimanda est. Si honesta non fuerit, nullatenus obedire debemus. Verbi gratia: Si nobis præcipitur, quòd Deum non diligamus, vel quòd Deum odio habeamus, nunquid obedire debemus? Nunquid vel ipse Deus hoc præcipere potest? Honesta igitur fratres debent præcipi & iusta: & si honesta vel iusta non fuerint, nullatenus obedire debemus, etiam si Apostolus nobis hoc indicauerit. Tenete igitur, fratres, & in cordibus alligate, quòd obedientia sine discretione cassa est & vana, non ex parte obedientis, sed præcipientis, & obedientia honestate priuata superbia est, & venit ex vtriusque parte consentientis & præcipientis, & in die nouissimo pari pœna punientur. Custodite quod præcipitis, cauete & ponderate quod imponitis. Nam quotiescunque obedientia honesta, & iusta non fuerit, totiens ad irregularitatem se deuenisse pastores agnoueritis. Obedientia igitur, fratres mei, tunc vera, tunc sancta, tunc meritoria est, quando dicata est discretione, honestate, iustitia & humilitate. Istæ enim sunt socix sanctæ obedientiæ, sine quibus omnino obedientia vana est & inutilis. Hæc est illa obedientia quæ concordiam conseruat in angelis, pacem nutrit in monachis, tranquillitatem generat, in ciuibus. Hęc est illa obedientia, sine qua respublica stare non potest, sine qua familia aliqua regi non potest. O quam enormę vitium quod obedientiæ contrarium fuit, per quod diabolus cęlum perdidit, per hoc homo paradisum amisit, per hoc Saul regnum, per hoc Salomon amorem diuinum. O sancta Dei sponsa obedientia, tu perfecta scala qua cælum ascenditur, tu quadriga qua Helias vectus est in paradisum, tu porta paradisi fidelium, & clausura reorum inferni. O sancta obedientia, tu humilitatem nutris, tu patientiam probas, tu mansuetudinem examinas. Estote ergo, fratres, cum Abraham obedientes, reddentes que sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Tunc verò reddimus Cæsari debitum suum, quando duliam prælatis nostris reddimus. Hæc enim dulia consistit in reuerentiæ exhibitione & dilectione. Hoc autem facere debemus non solùm pastoribus, sed & sanctis Dei, & tunc reddimus per obedientiam quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed tunc reddimus quæ sunt Dei Deo, quando in latria perseueramus. Hæc enim soli Deo conuenit. Hæc enim consistit in oratione & gratiarum actione, cultus exterioris exhibitione, & interioris mentis deuotione. Quod facere nos & perseuerare nobis Deus præstare dignetur in æternum benedictus, Amen.

De perseuerantia. SERMO VIII.

FRATRES mei, sicut ait Apostolus, non potest coronari nisi qui legitimè certauerit. Nullus enim legitimè certat, nisi qui in campo vsque ad finem certet: & si certat vsq. ad finem, legitimè certat: ideo meritò coronatur. Non est igitur magnum bonum inchoare quod bonum est, sed consummare, hoc solum perfectum est. Multi enim magna aggrediuntur, sed deficiunt in via: multi exeunt in desertum, sed pauci perueniunt ad terram promissionis. O fratres mei, non sædeat incipere magna, nec fastidiat tenere inchoata, scientes quòd perseuerantia informat meritum, colorat boni propositum, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad brauium, conducit cunctos ad portum. Hæc est tunica talaris sancti Ioseph, vsque ad finem contingens. Hæc est tunica sacerdotalis vsque ad pedes peruenienS. Hæc est cauda hostiæ, quam tenemur reddere Deo & offerre. Hæc est calcaneum bonæ operationis, quod contra serpentis morsum debemus obseruare. Hæc est virtus quæ Deum ligat. Hæc est quæ omne bonum informat. Hæc est perseuerantia, qua laureantur martyres, qua virgines coronantur, qua sacerdotes sublimantur & confessores. Hęc est vestis sine ruga, tunica sine macula, bonitas sine malitia. O monache qui bene incępisti, caue ne cadas, caue ne ad tempus viresceas, & in tempore afflictionis marcescas. Caue ne sæno compareris, quòd nunc nascitur, & statim marcescit. Laboremus ergo fratres, & laborantes perseueremus, laboremus vt perseuerantiam habeamus. Laborent monachi omnes, vt retineant: laborent virgines, vt se informent: laborent viduæ, vt in ipsa perseuerent. Attendite tamen fratres: nam diabolus quandoque seruos Dei ad bonum inuitat & conducit, vt de bono grauius eliciat malum. Contra hunc diaboli insultum valet sola perseuerantia, vt bono fine bona concludantur initia: vt principium medio, mediũ ne discrepet vltimo.

Bonum

Bonum enim inchoare, & malo fine concludere, quid aliud est quàm monstruosas res conficere? Illa enim actio quasi Chimæra est, quæ initium habet à ratione, sed finẽ à sensualitate. Cùm enim sic agitur, Humano capiti ceruicem pictor equinã iungit, & superinducit infructuosas plumas. Cuae ergo, ô monache, ne actio tua monstrum maneat. Enormis enim erit fœtus ventris, si capiti non correspondeat finis. Quidam enim habent initium bonum, quorũ vita monstrum est mirabile quasi hominis prætendens caput, sed medium in luxuriam descendit, ventrémque ouinum habet, & ad vltimum in rapacitatem lupi pedes ostendit. O monache, quid tibi prodest bonum inchoare, & non finem includere? Si donum virtutis amittis, damnum incurris, & grande suppliciũ promereris. O quàm tibi melius fuisset, viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retroire per inconstantiam. O monache, leuis reputaris per tuam apostasiam, cum Iuda incurris mẽtis instabilitatem, postponis Deum, amittis amicos, spiritum & spẽ perdis, odio à cunctis habetis, & velut omnibus peior apostata comprobaris in vita. O monache attende, quia nisi perseueraueris, morieris. Igitur si incepisti ædificare, perfice: si non incepisti, incipe. Si obtulisti florem iuuentutis tuæ diabolo, saltẽ fecem senectutis tuæ immolare non differas Christo. Ipse enim misericors est, & recipiet te libenter, & dabit tibi stolam candidam, & annulũ in manu tua, & calciamentum in pedibus tuis. Tũc inueterate olim diebus malis, renouabitur vt aquilę iuuentus tua durans in æternum. Incipite ergo, fratres mei, & perseuerate reducentes vobis ad memõriam, à quanto bono recessit Iudas & quomodo feruenter bene agere cœpit, lingua vobis exprimere nullatenus possem, quomodo tamen perseuerauerit, scitis. Ecce enim Salomon per inconstantiam corruit: sic & Saul, sic & multi alii, quia multorum incipere fuit, sed perseuerãtium paruus est numerus. Cauete ergo quomodo cautè ambuletis, considerantes quòd qui se existimat stare, caueat ne cadat. Felix ergo est, qui bene faciendo perseuerat vsque in finem. Quod donum præstet nobis ille qui pro nobis mori dignatus est, Amen.

De ira fugienda. SERMO IX.

FRATRES mei dilectissimi, sicut omnium habere memoriam, & in nullo errare non humanitatis, sed deitatis solũ est, ita turbari obliuisci & pati solùm humanitatis est, & non deitatis. Nam Deus non mentitur vt homo, nec vt filius hominis irritatur. Humanum est ergo, fratres mei, turbari & irasci, & iram incurrere, bonorum & malorum communis est conditio: sed in ira vel odio perseuerare, diabolicum est. Ideo vos qui spirituales estis, maximè attendere debetis, ne iram sinu stultorum requiescat. Fatuus enim statim iram suam indicat. Fortiter tamen spiritum irascibilem continere, magnæ prudentiæ est & perfectionis. O monache noli irasci: nam nomen & habitum sanctę religionis in hac vasta solitudine portamus: custodite igitur vos ab omni turbatione. Non enim decet seruos Dei turbationem incurrere. Nunquid enim proderunt nobis nostra ieiunia, nostra abstinentia, nostra sacrificia? Ab ira denique, fratres mei, procedit rancor, à rancore odium, quod est ira inueterata in animo: inde nascitur homicidium, & si non opere, saltem voluntate: inde contumelia, inde detractio, inde susurratio, suspicio & iniuria, quæ sunt opera carnis & diaboli. O monache, depone iram, destrue rancorem, mitiga furorem, ne filius perditionis efficiaris. O quàm melius esset monacho, in seculo viuere pacificè, quàm in monasterio cunctis bonis ornatus in ira & furore litigare, & odium in corde tenere! Nec Dei laudare, nec ab eo exaudiri meretur, qui odiũ seruat in corde. Qua fronte, ô monache, quo affectu, qua deuotione à Deo potes veniam postulare, si fratrem dum odis, petis quòd tibi dimittat, sicut & tu debita dimittis? Crede igitur mihi quòd tantum tibi dimittet, quantũ & tu dimittis alteri. Dimittamus ergo, fratres mei, iram quæ rectè significatur per Lazarum quatridiuanum fœtidum: quia qui iram in corde portat, infamiæ fœtor statim eum corrũpit. Si ergo ira in animo nascitur, mox refrena eam, allide eam ad petram, suffoca eam exemplo tui Saluatoris, qui percussus in vnam maxillarum, mox præbuit alteram. Nam si hoc prior ipse non fecisset, mihi nunquam fuerat præcepisset. Eia ergo discite, fratres mei, ab illo qui dixit se esse humilem & mitem. Discite opere, quod Lege legistis ore, Solnon occidat super iracũdiam vestrã. Si enim frater tuus in te peccauit, vade ad eum, & inuita eũ ad pacemoda ei osculum, & lucratus es fratrem. Tu verò qui offendisti, non differas pergere, non differas fratrem reconciliare, vade ad eum, pete veniam. Et si verbo offendisti, & tu verbo reconcilia: si verò facto, quod Deus auertat, placa eum facto. Sic enim decet seruos Dei facere, sic decet eos dæmones expellere, & sanctos angelos introducere: nam vbi ira regnauerit, ibi omnino princeps diabolus erit, nec inde aliquid boni exire poterit. Fugiamus igitur iram, fratres mei, quę rationem suffocat, mensuram iustitiæ ignorat, solem iustitiæ nescit, amicitias rumpit, de facili aufert pacem mentis, sapientiam calcat, sapientes insteuat, monachos deuiat, sacerdotes suffocat, castitatem euacuat, grauitatem in pastoribus dilacerat. Nec ira repletus, consilii potest esse capax. O monache intuere caput tuum, nam in cruce positus pro suis crucifixoribus exorauit. Et primicerius martyr Stephanus, pro suis lapidatoribus genua flectendo clamauit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Sed si non tantæ perfectionis sumus, vt bonum pro malo soluamus, saltem pro malo malum non reddamus. Non tamen per pusillanimitatem remitendæ sunt iniuriæ, sed per sapientiam quæ est in Christo Iesu. O quanta, fratres mei huius peccati labes! O quàm grandis & lata miseria tam proprię quam animæ! nam corpus quietem, somnum & alacritatem amittit: sed & anima vitam perdit æternam. Veniunt enim & reuertuntur ad nos per iram pristina peccata, & sic confundimur & damnamur. Nos verò, fratres, qui Christiani veraciter sumus, relinquamus vindictam illi qui ait, Mihi vindictam, & ego retribuam. Quicquid enim ad te pertinet, dimitte illi. Nunquid ipse mirabiliores vindictas facit, quàm nos imaginari possumus? Non tamen hoc sibi petere debemus, nec affectare, sed pro eis mente & puro corde orare. Nam dum nostras iniurias facere petimus, quod Dei est vsurpamus. Orare tamen sine intermissione debemus, vt vindicet sanguinem suorum seruorum, non ad damnationem, sed ad correptionem, qui est benedictus in secula, Amen.

De puritate conscientiæ, amore tribulationum, & spe qua per illas ad cælestia inuitatur.

SERMO X.

AD spiritale gaudium hodierna die, fratres dilectissimi, intendo vos inuitare. Quod quidem gaudium nõ operatur diuitiarum copia, non, fallax mundi gloria, non prolis fœcunditas, non corporis sanitas, sed tantùm conscientiæ puritas. O felix conscientiæ puritas! ô felix sanctæ conscientiæ iocunditas, quæ vermem interiorem excludis, quæ à carcere doloris liberas rationem, quæ ab omni immunditia purgas mentem! O mens sancta, paradisus deliciarum, variis bonorum operum virgultis consita, variisque virtutum floribus purpurata, & suauiter cælesti gratia irrigata! Hæc est, fratres mei, paradisus in qua plantatur lignum vitæ & cælestis sapientia. Hæc est thalamus Dei, palatium Christi, habitaculum sancti spiritus. Hæc est throns Salomonis, lectus sponsi cælestis, in quo ipsa conscientia bona optimè delectatur, & requiescit cum sponso suo. O conscientia in te, & tibi occurrit Rebecca cum Isaac veniente de agro. In te delectatur Iacob cum Rachelis coniugio, in te Sunamitis Abisac regem Dauid iocundis fouet amplexibus. O conscientia sancta, in terra adhuc es, & in cæliis habitas! Gaude ô anima anima sancta, sancta conscientia decorata! Gaude cælestis & æterna gloria. In ea, fratres charissimi, Magdalena illa ignifera, Christo pretiosa offert vnguenta. Ibi Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Eia ergo, fratres, si ad hanc gloriam cupimus peruenire, prædictam nostram conscientiam diligenter, nunc discutiamus, & ibi literam luxuriæ perlegamus, apicem superbiæ, notam auaritiæ & thecam inuidiæ prospiciamus, & deleamus ea per confessionem, per cordis cõtritionem, per veram satisfactionem, & tunc merebimur per gratiam adipisci gloriam illam quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. O fratres mei & lætitia cordis mei, festinemus ingredi hanc sanctam sanctorum. Tunc enim habebimus bonum quod non perdemus, tunc accipiemus perfectum bonum quod non amittemus. Amare tamen debemus, si ad hanc gloriam peruenire cupimus, tentationes, fames, tribulationęque singulas. Nam sicut in fornace purgatur aurum, sicut lima purgat ferrum, sicut flagellum separat à grano paleam: sic in fornace tribulationum patientia exercetur, fortitudo roboratur, constantia solidatur, spes ad cælestia inuitatur. O spes sanctorum & turris fortitudinis eorum quæ non confundis, sed te expectantibus gratiam infundis: non cæcas, sed illuminas: non famelicas, sed reficis. O felix spes cęlestis, tu timorem seculi expugnas, consolationes mundanas extirpas. Per te timor non augetur, per te falsa cupiditas non somniatur, per te luxuria conquassatur, per te superbia auellitur, per te inuidia non dominatur, per te cuncta vitia terminantur. O spes cęlestis curiæ, in te regnat charitas, quæ credit omnia quæ ad salutem pertinent, omnia speratquæ promissa sunt. O fratres mei, quis hominum potest mentem seruorum Dei infirmare, si apud Deum spes cælestis pro eo allegat? In quo nocebunt eis tyrannorum fulmina, fortunæ præcipitia quid agent? O spes, tu cogitationes dirigis, tu in charitate altitudinem ponis, vt in ea perseueremus vsque ad mortem, tu in charitate latitudinem extendis vsque ad inimicum. O spes cęlestis gloriæ, per te Patriarchæ mala patiẽter sustinuerunt, per te Prophetæ cuncta mala portauerunt, per te Apostoli ad mortem gaudenter perrexerunt, per te martyres afflicti sunt, per te virgines combustæ sunt, per te confessores vlceruati sunt, per te viduæ castitatem astringunt, per te maritatę lumbos præcingunt, per te pupilli languentes & orphani sperant ridere, per te pauperes confidunt gaudere, per te peregrini speranr ad terminum & finem laboris peruenire. O spes tu omnia portare facis dulciter & suauiter! Eia ergo, fratres, hanc amate, hanc tenete, non tamen sine timore: quia qui sperat, & non timet, negligens est, qui autem timet, & non sperat, depressus est, & descendit in profundum quasi lapis. A quo descensu liberet nos ille qui de cælo descendit, vt nobis vitam donet & ascensum Christus Deus noster, Amen.

De lachrymis, compunctione & pœnitentia.

SERMO XI.

SCITOTE fratres mei charissimi, quòd post mundi gaudia sequẽtur æterna lamenta, quia nemo potest hic & in futuro gaudere: ideo

Act. 7.

deo necesse est, vt vnam amittat, qui aliam voluerit possidere. Si ergo ô monache, hic gaudere cupis, scias iam te exulem esse patriæ cælestis: sed si hic planxeris, iam patriæ cælestis ciuis constitueris. Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sed dicet quis: Quid flere oportet, & quare flere debemus? Ego autem filioli & fratres, dico quòd flere debemus peccata quæ commisimus. Iste enim fletus sit panis noster, quem quotidie comedere debemus die ac nocte. Flere etiam debemus populorum peccata, quasi nostra vulnera. Sic enim Paulus faciebat, dum clamabat, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Flere etiam debemus de dilatione regni æterni, quod bene ostendebat ille Propheta Dauid, dum dicebat: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Istæ enim sunt tres miseriæ, quibus texitur liber Hieremiæ, quibus plangit peccata animæ, insultum miseriæ, & dilationem patriæ. Horum fletuum imbribus debemus irrigare terram mentis nostræ, vt pariat fructus bonorũ operũ diuersosque flores virtutũ. Isti quoque fletus sunt tres fluctus, per quos filii Israël transierunt ad terram promissionis. Verè peccatores ex Ægypto vitiorum exeunt, mare rubrum transeuntes, dum submergunt hostes, & vitia suffocantur. Verè cantant Domino gloriosè, dum intrantes cælestem Hierusalem, deposita corruptibili veste, sanctis angelis sunt sociati. O monache, fac igitur vt mens tua sit liber, quem vidit Ezechiel, in quo scripta erant lamentationes & væ. O monache, ad has lamentationes te conuertas, hos dolores amplectere cunctis diebus vitæ tuæ, flendo tua peccata, & non solũm, vt diximus, tua, sed & proximi. Caueto tamen ne fleueris mortem corporalem alicuius, nec substantiarum amissionem, nec corporis infirmitatem. Omnia enim necessaria sunt euenire, omnia hæc valde communia. Ponas ergo te in Dei voluntate, relinquens sibi omnia, & ipse te reducet & conducet: quicquid tibi acciderit, libẽter suscipe, Deũ in omnibus lauda, omnem honorem sibi exhibeas, gratias ei soluendo. Quotidie fleas peccata quæ commisisti, & quæ committere proximos videas, quasi tua sint vulnera. Sic enim peccatrix illa Maria non solum in domo Simonis, sed etiam post aduentum sancti spiritus hoc idem ardenter perfecit. Semper enim dolebat, semper in vita sua flebat quæ commiserat. Sic fecit & Maria mater Domini, quæ dum iuxta crucem staret, non sua peccata flebat, quia nullum peccatum habebat, sed flebat non tantũm filii passionem, sed & Iudæorum damnationem. Sed dices: Mortuum fratrem vel amicum video, naturalis infirmitas me inuitat ad planctum. Ego autem dico tibi, Monache, tempera luctum tuum. Non enim tuum est mortuos flere, sed seculi. Non tamen prohibeo lachrymas naturales, quas naturalis necessitas exprimit. Nam multi lachrymas fundunt, & quamuis natura nos ad hoc frequenter inuitet, animus tamen sapientis immobilis perseuerat. O tu qui sapiens videris esse in seculo, caue ne consentiat animus tuus mortuos deplorare. Scide vt victus vincatur ab animo. Caue ne absorbeatur animus tuus ab infirmitate mentis, & extenuet spiritus carnẽ vitio sensualitatis. O monache si mors imminet, noli dolere, præpara te ad mortem per mentis constantiam. Talem te præpara, vt mortem timere non possis, vt post mortem viuere incipias, qui ante mortem moriendo viuebas, vel viuendo moriebaris. Cupis ergo, ô monache, semper viuere, depone fletum pro terrenis, noli plorare quæ mundi sunt, & quæ necessaria sunt euenire. Depone omnino fletum pro terrenis, & assume lamentum pro cælestibus. Beati, inquit, qui lugent, beati qui fleris, quia ridebitis. Diligamus igitur lachrymas, quia suaues sunt diligentibus Deũ. Delectemur igitur semper in hac infirma vita, fratres mei, in fletu & lamento. Simus tantum proni ad lamentum & fletum, quantum fuimus ad culpam audaces. Qualis fuit nobis intentio ad peccandum, talis sit ad pœnitendum deuotio. Grauia peccata grauissimis lamentis indigent. Accipite fratres mei, compunctionem, quia sanitas animarum est, remissio peccatorum est, sacrificium spiritale est, quod Deo summè placet. Holocaustum medullatum, est cor peccatoris humiliatum, & quotidianis lachrymis rigatum. O monache punge oculum mentis, vt lachryma prodeat compunctionis. O compunctio quàm sancta & mirabilis prædicaris! tu spiritale lauacrum es, tu flagellum Dei esper quod Deus mutatur, tu stimulus per quem Deus ad hominem inclinatur, tu ligamen per quod Deus fortiter astringitur. O compunctio sancta & immaculata, sine qua adultis non valet baptismus, sine qua ad iudicium Domini corpus recipitur, sine qua infructuosa est omnis confessio, sine qua omnis satisfactio inanis est! O compunctio lachrymosa, ô lachryma mentem purgans, intentionem fœcundans, confessionem irrigans, animam sanctificans. Hæc est lachryma sanctæ compunctionis soror, quæ motus illicitos extinguit, paradisum aperit, infernum claudit, mundũmque despicere in cunctis facit. O felix lachryma, tu carnalem cogitationem extinguis, peccatorum morbum expellis, virus culpæ euomis. O felix tabula, ô vitalis nauicula, per quam naufragus redire potest ad portum salutis! O aqua salutaris, per quam omne peccatum destruitur, ô via, per quam ad paradisum gradimur! O spiritale conductum, per quod de inuio ad viam transitur! O felix lauacrum pœnitentiæ lachrymarum, quòd totiens vales ad purgandum, quotiens purgatione indiget cor humanum. Hæc est, fratres mei, herba cælestis illius fullonis, qua vestes seruorum suorum deturpatas à sorde quotidie purgat. Hoc est cælestis nitrum, quod de rore diuinæ gratiæ confectum, abstergit maculas peccatorũ. Hoc est lixiuium, quo interioris hominis caput optimè abluitur. O lachryma, tu contra ruinas hominum suaue solatium, quæ passionis Christi es vicaria, cõtra peccatũ ponens remedium, vt per te totiens cogatur Christus mori, quotiens labitur homo in abyssum peccatorum! O monache, ergo à lachrymis quis continere se poterit? lacrimas, obsecro, conticentias nostras, discutiamus eas, & si risimus in iuuentute, saltem in senectute fleamus, cogitantes quid Christo & quid diabolo tempore nostræ iuuentutis persoluimus. Et si aut equam ad eremum peruenimus, vilus nos incurrauit per concupiscentiam, si gutta per gulam, si auditus per enormitatem verborum vel spontaneam detractionis audientiam, si lingua claudicauit in verbo, si olfactum erraut in odoramento, si tactus fefellit in suauitate, si gressus ad furtum, si in his vel aliquo istorum te inueneris culpabilem, abluc culpam per lachrymas iuxta quantitatem sordis mensura lachrymarum copiam, assumendo pœnitentiam, quæ mater est omnium bonorum. Timor autem qui pœnitentiam concupiscit, contritionem parit. Pœnitentia enim illa digna & bona est, quę peccata peracta deplorat, sic vt deplorata iterum non committat. Quid ergo pœnitentia est, nisi antecacta deflere, & flenda iterum non committere? Nam qui sic peccata deplorat, vt iterum peccata committat, adhuc pœnitentiam agere ignorat. Nunquid & qui dissimulat, irrisor est, & non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet? Pœnitemini igitur fratres mei, & pœnitentes pœnitentiam agite in fletu & lamento, vt dignè redire possitis in gloria beatorum, Amen.

1. Cor. 11.

Psal. 119.

De superbia & humilitate. SERMO XII.

FRATRES charissimi, vbi superbia fuerit, ibi discordia & contumelia dominabitur. Non ergo decet seruos Dei in eremo cõstitutos superbos esse, sed humiles, nõ elatos, sed mãsuetos, castos, benignos, & omnibus virtutibus ornatos. Caete enim, fratres, & vigilanter semper attendite, ne superbia insinemini de bonis commissis: sciens quòd superbia ex angelis dæmones fecit, sed humilitas homines similes angelis constituit. Superbia gloriam de cælis deiecit angelicam: sed humilitas ad cælos ascendere fecit infirmitatem humanam. O fratres mei, cauete, ne fratres, vel legentes, vel stantes, vel sedentes, vel vigilantes dicatis ore vel corde, habitantes in cinere & cilicio cum Pharisæo, Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cæteri homines. Hæc enim solitariam vitam ducentes diabolo instigante sæpe cogitant, sæpe hoc dicere tentantur ab inimico seruorum Dei. Potius enim volo vos eremum exire, quàm talia dicere vel cogitare. Sed dum tentamini hoc asserere, vel de vobis ipsis hoc cogitare, inox clamate, mox vlulate & dicite: Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: & cum publicano dicite, quibuscunque virtutibus ſtis ornati: Deus, propitius esto mihi peccatori. Attendat igitur charitas vestra, quid dixerit veritas nostra, Qui maior est vestrum, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut minister. O monache, quanto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo & homines. O sancta venerabilisque humilitas! tu filium Dei de sinu patris descendere fecisti in vterum sanctæ Mariæ virginis. Tu cum fecisti in uolui vilibus panniculis, vt nos induceret virtutum ornamentis. Tu circumcidisti eum in carne, vt nos circumcideret in mente. Tu cum permisisti corporaliter flagellari, vt nos liberaret à flagello peccati. Tu eum coronasti spinis, vt & nos coronaret suis æternis rosis. Tu eum infirmari fecisti, qui medicus cuactorum erat, & solo verbo sanat vniuersa, vt nos infirmos sanaret. O sancta humilitas, quàm dissimilis es superbiæ! Nam ipsa superbia, fratres mei, Luciferum de cælo deiecit: sed humilitas Dei filium incarnauit. Ipsa superbia Adam de paradiso expulit: sed humilitas latronem in paradisum introduxit. Superbia gigantum linguas diuisit & confudit: sed humilitas cunctas congregauit dispersas. Superbia Nabuchodonosor in bestiam transmutauit: sed humilitas Ioseph principem Israël constituit. Superbia Pharaonem submersit: sed humilitas Moysen exaltauit. Hæc est illa sancta humilitas, quæ fecit solitarios, quæ fecit nos priuatos seculo, quæ fecit nos in conuentu solitarios omnibus virtutibus florere perfectis. Hæc est illa sancta humilitas, quę philosophos tradidit in reprobum sensum, exęcęauit Iudæos, suffocauit Paganos, inflammat Christianos, perimit obstinatos, deiicit potentes de sede, & exaltat humiles. Sed superbia, fratres mei, non sic. Sed quid? Prælatos percutit, diuites tumultosos efficit, religiosos deicit. Hæc homines cęcat, ne agnoscant quid sunt. Hęc enim fructum perdit operis, mentem hominis ligat, quia ab ea panditur omne malum. Hæc est illa feruens olla quam Hieremias vidit, in qua decoquuntur omnes principes & pastores tenebrarum, sectatores bonorum temporalium, veneratores diuitiarum, qui primas cathedras appetunt in synagogis, & salutari in foro, & vocari rabbi. Hanc collam sucędit diabolus, dum corda parum inflat ad altiora. Isti sunt quatuor venti, qui totum orbem perflant, arrogantia sibi ascribens quod non habet, insolentia sibi appropians quod alteri debetur, superbia multa de se credens vltra quàm verum sit, contumacia se erigens in prælatum. Isti sunt quatuor fabri, qui totum mundum concutiunt, & corda filiorum Dei disipant, à quibus nos custodiat Deus, Amen.

Luc. 18.

Psal. 21.

Hier. 1.

De fortitudine tenenda. SERMO XIII.

QVIA in hac vasta solitudine Dei gratia sumus in vnum congregati, vt vnanimes habitemus in domo, & sint nobis omnia communia, propterea inter cæteras virtutes fortitudinẽ oportet nos rapere, sequi & imitari. Nã si hãc virtutẽ sæpiùs fuerimus, fratres, iacula fortunæ non timebimus, deridebimus diaboli blandimenta, & spernemus illata. O fratres mei, ligate hæc in cordibus vestris, quoniam qui fortis est, liber est. Non enim seruit fortunæ, nõ vanitati mundanæ. O fratres mei, & lætitia cordis mei, considerate quanta fuerit in martyribus fortitudo, qui velut impassibiles tormenta despiciunt, tyrannos confundunt, cuncta quæ mundi sunt despiciunt: qui licet decoriati, licet combusti, licet in cunctis membris afflicti, licet in omnibus corpore sint proiecti, non tamen legimus eos esse mẽte mutatos. Sed scire debetis, fratres mei, quòd multis modis dicitur fortitudo, hypocritarum videlicet & philosophorum, & bonorum fidelium. Hypocrita denique multa sustinet, multa portat, & fortis in cunctis apparet. Sed væ hypocritæ, quia venando mundi gloriam æternam pœnã meretur. Hic sic trahit gloriam, quòd non habeat gloriam. Hæc enim fortitudo non virtus est, sed vitium, non magnanimitas, sed infirmitas; non bonitas, sed imbecillitas appellatur. Hanc prætendunt hęretici, hanc rapiunt falsi fratres, de quorũ numero, Deigratia, vos nunquam esse cognoui. Quædã etiam fortitudo est philosophorũ, qui calcauerũt diuitias, honores, pompas, dignitates, & aliquando mẽbra proprio rum corporum: sed hęc fortitudo insufficiens erat ad æternæ vitæ meritum. Quare? Quia carebant charitate & timore Dei. Ipsa denique charitas est forma omnis bonæ actionis. O quantus rigor fortitudinis fuit in Platone! ô quot & quanta patiebatur contraria, sed quia fundamento fidei caruit, propterea spes eam fortitudinem non erexit: & quia charitate non profecit, ideo virtutis meritum omnino amisit. Sed est & alia fortitudo, qua boni quotidie certant vsque ad mortem. Tales sunt fundati in Deo, ideo & suprà diximus, fratres, nec verba nec impiorum verbera timent. Hæc est illa mirabilis fortitudo, qua Moyses asperitatem viæ deserti vicit: hic est panis cælestis, qui Heliam in deserto pauit. Hæc est fortitudo, quæ mortem spernit: hæc est clauis, qua domus Dei patefit & aperitur. Hæc est, quæ habenas voluptatis sub freno rationis iacere cogit. Hæc est, qua Ioannes in deserto decoratur. Hæc est, qua Paulus eremitarum forma beatificatur. Hæc Antonij algoriumque sanctorum patrum lorica est & zona, qua præcinčti & armati in excelsis indefessa voce quotidie clamare non cessant. O fortitudo, eremitarum baculus, cœnobitarum cingulus, monachorũmque omnium sacramentum, tu contra paupertatem vales, vt non frangatur animus paupertatem amantis, sed amplior sit interius, & magis vireat in mente. Quanto minus abundat in rebus fortunæ, tanto plus valet fortitudo contra mundi insultum. O fortitudo si dolorem pateris, tu in omnibus gratias agis, tu in tribulatione diuitias spirituales & delicias inuenis, vt potius morbi cedant in mẽtis commodum, quàm corporis detrimentum. O fortitudo omnem crudelitatem euacuas, carcerem respuis, crucem non metuis, eculeum amplecteris, optas vincula, spontanea semper curris ad mortem. O monache nihil valet cuclus tui brauii, nihil tua operatio, nisi columna fortitudinis roboretur. Nihil valet ædificium boni operis, nisi columnam fortitudinis amplexeris. Sed si columna fortitudinis fracta fuerit, totum ędificium bonorum operum ruit. Hanc si Dauid tenuisset, homicidium & adulterium non commisisset. Si Samson hanc seruasset, femina eum inimicis non tradidisset. Si Salomon hanc dilexisset, idola non adorasset. Si Petrus hanc tenuisset, ad vocem ancillę fidem non negasset. Si filii Israël hanc habuissent, minimè in deserto murmurassent. Ea igitur, fratres, estote fortes in bello tentationum, tribulationum, infirmitatum, iniuriarum, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum, Amen.

De iustitia & correctione fraterna. SERMO XIIII.

VT bene nostis, fratres charissimi, vt ia monasteria apud Hipponem Dei gratia meruilaudabiliter ad honorem sanctæ Trinitatis construere. Quorum primum hoc est, in quo iam annis multis modico pabulo contenti hilariter commorammi, bestiis associati, auibus ministrati, ciborũmque spernentes delicias, & visus hominum fugientes. Et ideo non ego miser, sed vos sæpe angelorum assueti estis colloquiis. Aliud quoque monasterium in horto, quem sanctus noster pater Valerius mihi dedit, ædificatum est. Et quoniam postquam presbyter Episcopus factus sum, nec semper hic vobiscum habitare potui, nec cum fratribus qui in prædicto monasterio positi sunt, propterea infra domum Episcopi mecum habere volui monasterium clericorum, & cum eisdem pariter viuere cœpi secundum regulam & Apostolicam traditionem. Ad vos ergo tantũ, qui in eremo laudabiliter viuere voluistis, pertinet verbum istud audire & intelligere, atque operibus adimplere, quod dicitur, Diligite iustitiam. Ad fratres autem nostros & clericos qui in vrbe habitãt, quibus etiã expedit prædicare quotidie verbũ Dei, pertinet nõ solũm diligere iustitiam quo ad ſeipsos, sed etiam iudicare, reprehẽdere, obsecrare, increpare in omni patientia & doctrina populũ electũ Dei. Et licet fratres nostri qui collocati sunt in horto sancti episcopi Valerii satis distent ab vrbe, quia eorum tamen fama diuinitus diuulgata est, ordinaui vt verbum Dei populo salubriter prędicarent, animæque fidelium suam vitam, doctrinam & exempla audiendo & videndo sponte redirent ad illum qui ex nihilo cuncta creauit. Ecce quomodo terram iudicant, ligant & soluunt quæ volunt, semper Deo fauente. Vos verò qui segregati estis à seculo, qui etiam vitam turiorem eligere voluistis, audite quòd in cunctis maximè iustitiam diligere debeatis. O fratres mei, & lętitia cordis mei, vultis scire quomodo vos solitarii iustitiam diligere debeatis? Cauete ne sic ab alterius oculo festucam eiiciatis, vt in oculo vestro trabem non videatis: nec sic alterius velitis reuelare lapsum, vt vestrum non videatis casum: nec sic alterius curare debetis morbum, vt & vosipsos postponatis ægrotos, ne cuilibet vestrum dicatur, Medice, cura primò teipsum. Cura ergo primò teipsum, ô monache, vt curatus alterius vulnera curare possis. Audite fratres mei, audite quid Dominus dixerit Pharisæis adulteram accusantibus, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. O monache in quo alium iudicas, teipsum condemnas! Qua fronte, fratres mei, poterimus arguere alios de eo quod in nobis grauius inuenimus? Ad nos igitur, fratres, pertinet mundos esse & sanctos, & si tunc fratrem nostrum deuiare videmus, reprehendere eum cum omni mansuetudine siue mora debemus, ne per nostram negligentiam pereat. Charitas enim non odii, non rancoris, sed zelo iustitiæ gladium correctionis euaginare debet, tamen semper misericordia ligata sit in cordibus vestris, ne velut Iudas ille qui peccauit, desperatus ad suspendium pergat. Hoc autem ad vos maximè pertinet, fratres. Sed quid ad fratres in vrbe habitantes pertineat, audiamus. Certè non solum hoc, sed etiam spectat ne iudicium odio exasperent, ne crudelitate inflamment, ne amore pecuniæ emolliant, quia pauperes verè sumus, & spectaculum facti sumus angelis & hominibus, ne timore iustitiam relinquant, ne eos moueat res purpurea, nec diuitis munera: sed magis saecus pauperis, orphani & pupilli eos mouere debet, Dei iustitiam cum labore exercere. Regia via, qui terram iudicant, incedere debent, nec declinare ad dexteram molliendo iudicium, nec ad sinistram exasperando supplicium. Non enim crudelitas est, punire reatum, sed iustitia: non tyrannicum, sed diuinæ rectitudinis iudicium. Non tamen volumus, nec consilii damus, vt mox iudicent, sed cum omni maturitate incedant, & inuenta discussaque rei causa in Christi nomine iudicent delinquentes: & si publicè peccauerint, publicè puniantur, vt & cæteri iustitiam diligẽtes fortius diligant, & iustitiam odientes metuant ne delinquant. O sancta laudabilisque iustitia, sub te & per te pudicitia regnat, pax per te triumphat & securitas, dignitas per te floret, & fructum affert in patientia! O iustitia qui te amauerit, qui te strinxerit, cũ Moyse mare mundi vitiorũ sanguine iubricatũ, sicco vestigio pertransibit! Hæc est virga, qua petra percussa manat in fluenta, quia lapidea subditorum corda iudicio iustitiæ tacta, in virtutum exuberãt flumina. Hæc est virga Aaron, quæ frondũit, floruit, & fructum peperit: quia iustitia quasi frondet, dum mẽte concipitur: floret, dum viriliter exercetur: fructificat, dũ subditus corrigitur. Hæc est ventilabrum, quo granum diuiditur à palea, sanies à morbo eiicitur, quia contra morbum peccati opponẽdum est mordax emplastrum, ne in maius vitium tabes exuberet incurata, & in augmentũ facinoris redundet iniquitas impunita. Hæc est mẽsura, qua debemus metiri pœnas, & merita ponderare. Attendite tamen, fratres, attẽdite pastores, qui terrã iudicare debetis, quòd aliquãdo iustitia est relaxanda propter scandalum multorum, aliquando exagitanda est, vt sit cautela reliquorum. Tunc verò iustitia dicitur gladius ex vtrãque parte acutus, quia hominis defendit corpus ab exterioribus iniuriis, & animam à spiritalibus molestiis. Hæc est medicina vitiorum, antidotũ peccatorum. Hæc est pugio, quo Phinees trãsfixit coẽuntẽ cũ Madianitide Iudæũ, & cessauit quasilatio. Hæc est lapis quo Dauid percussit Philistęum, & à seruitute Israël liberauit. Hæc autem sine discretione, gladius est in manu furiosi. Hæc sine prudentia, est mors & bonorum persecutio. Hæc sine misericordia, gladius est in manu tyranni. Cũ summa enim discretione, fratres mei, tenẽda est iustitia, cum summa deliberatione inferenda est pœna, non iudicando ex suspicione, sed ex omni certitudine veritatis. Attendite fratres mei, & antè probate, postea rectè iudicate, non secundũ faciem, sed rectò iudicio. O quàm facile est iudicare: ô quàm amarum est quod iudicatum est retrahere! Ideo non puer, non infẽnatus vobis præesse debet, sed annosus, prudens, castus, lobrius, vt in progressu & statu sal terræ & lux mundi cunctis appareat: talis iustitiam non poterit ignorare. Tunc enim regnum Romanorum pacificè tamdiu perseuerauit, quamdiu sapientes regere permiserunt, sed dum iuuenes & inexpertos regere permiserunt, tanquàm iustitiam ignorantes acceptores personarum facti sunt: & sic iustitiam perdẽtes, dominum orbis terrarum perdiderunt. Iuuenes ergo imprudentes, duces vel ecclesiarũ pastores non constituendi sunt, ne ipsi simul cum populo pereant. Tales enim si præsunt, non solum præterita & futura non cogitant, sed audire quod bonum est & verum, aures suas obturant. Taliter etiam non solum iuuenes, sed etiã antiquos in diebus malis hoc facere frequenter, minimè dubitamus. Vita enim pastoris omnibus prodesse debet. Et quomodo hoc quis facere poterit, si iustitiam ignorauerit, & regnare in æternũ crediderit! Isti memorari nouissima sua non possunt, quia in æternũ viuere credũt. O fratres, sicut frequẽter diximus, pastores & principes Romanorũ scientiã de præteritis habebant, in quibus & certificari optimè poterãt, & de futuris aliquid scire semper procurabãt. In hoc autẽ exercitiũ eorũ cõsistebat, quod iustitiã vsq. ad mortẽ sequebãtur, & p ea moriẽdo felices se esse putabãt. Tu verò, ô monache, q. præes, obsecro memorare quid.

Joan. 8.

quid es, quid fuisti, & quid eris, tunc iustus reputaberis à Deo, & in æternum non peccabis. Hæcautem, fratres mei, sit semper nostra exercitatio, & si hæc fecerimus, verè fideles & iusti erimus. Sed sunt aliqui, licet Dei gratia nõ inter nos, qui spiritu libertatis viuere volunt, vt superbi, auari, discoli, gulosi, adulteri: qui si ab aliquo reprehendantur, latrant vt canes, mordent vt serpentes, deuorant vt leones, dolent vt parturientes, dicentes malum bonum & bonum malum. Tales aperta facie, viuóque fer. none negare iusticiam præsumunt, dicentes: Ecce quomodo me persequitur hypocrita, qui iustitiam tenere videtur. Talis denique fratres, omnibus peior est: & melius illi fuisset, si in sæculo remansisset. Et ideo si in nostra cõgregatione aliquem talem inuenerimus, quod Deus auertat, qui sic iustitiam calcare voluerit, non tenendus est, sed expellendus, tanquam viuere volens in spiritu libertatis suæ. A quibus tamen nos liberet Deus, sicut hactenus fecit per gratiam suam, vt nostra sancta & immaculata religio de bono in melius semper augmentetur, per Iesum Christum saluatorem nostrum, Amen.

De fide Trinitatis à simplicibus non inuestigandâ, & septem donis Spiritus sancti contra septem vitia.

SERMO XV.

CRIPTVM est, fratres charissimi, quòd non debemus loqui sublimia, tanquam sapientes mundi gloriantes. Ait enim Propheta, Nolite multiplicare loqui sublimia. Hoc autem verbum ad vos maximè dirigitur, qui rusticani estis, in syluis habitantes, liberciues sanctorum & domesticos Dei vos nullatenus dubitare debeamus. Nolite igitur multiplicare loqui sublimia. Quæ sunt ista sublimia, de quibus non licet multũ loqui, nisi de Dei omnipotentia, de vnigeniti eius coæternitate, de sancti spiritus magnificentia? O fratres mei, & lætitia cordis mei, si volumus scire quantum pater immensus sit, apprehendere non valemus. Si imaginari cupimus, quomodo filius coæternus sit & consubstantialis, mens humana omnis naturalis succumbit. Si scire desideramus, qualiter spiritus sanctus omnia continet, & non cõtinetur, omnis humana ratio deficit. Ideo hæc omnia discutere non curemus. Quare non, nisi quia nullo modo valemus? Propterea, fratres mei, si ratis, quòd vbicũq; quæritur de vnitate Trinitatis, magna est adhibenda cautela: quia nec periculosius alicubi erratur, neque laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Veniat igitur cõtra volentes scire vltra id quàm necesse est, sanctus ille Salomon, & reprehendẽdo atq; docendo dicat, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruteris. Surgat etiam Paulus columna fidelium, & lumen orbis terræ & sua voce confundat omnes philosophantes, nomen Christi portantes, volentes sapere plus quàm oportet sapere. Non tamen dico, fratres, quòd omnino nõ quæratis: sed quæstiones in diuinis vos qui grossi estis, multiplicare nõ debetis. Quærite tantũ vos qui spirituales estis, quomodo præcepta Dei seruare possitis, quomodo diabolum in eremo superare debeatis, quomodo patientiam quam Christus docuit, amplecti valeatis. Hæc enim seruus Dei semper legere & adimplere debet. Natura denique nostra fragilis est, & ea ratione cõprehendi non potest. Philosophus etiam Aristodemus annis multis insudauit naturam apis inuestigare, nec finaliter potuit. Quomodo ergo nos Trinitatem capere valemus? Cur miramur, ô fratres, quilutei sumus, & ventrem stercoribus plenum portantes, si nescire possimus Dei naturam? Nunquid & angeli ipsam in cælo inuestigare possunt? Certum est, quòd non. Quid enim scimus, nisi quòd Deus trinus & vnus est, & omnia sine labore & pœna creauit & gubernat? Nolite ergo, fratres, loqui sublimia: nolite sapere plus quàm oportet sapere. In die enim iudicii non damnabuntur Christiani, nec rerum rationem reddent, quia philosophiam vel dialecticam, astrologiam vel musicam ignorauerunt: nec de hoc quòd naturam Dei scire non potuerunt, sed ideo dãnabuntur, quia Deo obedire neglexerunt. Ideo scitote, fratres, quòd melius est piè cõfiteri ignorantiam, quàm temerè scientiam vẽdicare: quia temeritas pœnam habet, sed ignorantia promeretur veniam. Sufficiat nobis scire de mysterio Trinitatis tantũ, quantũ Dominus discipulis suis exposuit. Nemo enim nouit sic de natura sua dicere, sicut ipse qui ait, Baptizate gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti. Tres apertè pronunciat personas: sed vnitatem ostendit dicens, In nomine: non enim dixit, In nominibus. Trinitas enim diuiditur inditisibiliter, & coniungitur diuisibiliter. Singulariter enim vna quęq; persona Deus est, & vita vel deitas indiuisa in opere, concors in voluntate, par in potentia, æqualis in gloria, nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus. Sãcta ergo Trinitas vnus Deus est, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia sunt. Et ne tres deos putaremus esse, ait Apostolus, Ipsi gloria: non, Ipsis. Ipsi quidem gloria semper sit, qui ait, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostram. Cum enim singulariter dicit, Imaginem, ostendit vnã esse naturam eius, ad cuius similitudinem homo fieret. Cũ verò pluraliter dixit, Nostram, demonstrat Deum nõ vnam esse personam, ad cuius imaginẽ homo fiebat. Si enim essentia patris & filii & spiritus sancti vna esset persona, nõ dixisset, Nostram, sed, Meam: nec, Faciamus, sed, Faciam. Si verò in illis tribus personis tres essẽt essentiæ, non dixisset, Nostrã, sed, Nostras. Et ideo cùm dicit, Ad imaginem nostram, indicat trinitatem vnitatis, ad cuius imaginem factus homo noster interior, similitudinem sanctæ Trinitatis retinet. Sicut enim pater Deus, filius Deus, spiritus sanctus Deus, non tres deos credimus, sed vnũ Deum tres personas habentem: ita anima intellectus, anima voluntas, & anima memoria: non tamen tres animæ in vno corpore sunt, sed vna anima: quæ licet vnius sit substantiæ & naturæ, tres tamen habet dignitates, intellectum, voluntatem, & memoriam. Et sicut ex patre generatur filius, & ex patre filióque procedit spiritus sanctus, ita per intellectum generatur voluntas, & ex his duobus procedit memoria. Sine his tribus anima perfecta esse non potest, nec horum trium vnum sine aliis duobus aliquid integrum consistit. Nec solùm sufficit intellectus, nisi sit voluntas in amore: nec hęc duo, nisi addatur memoria, quæ semper in mente intelligentis & diligentis manet eligens. Vniuersitatis enim conditor Deus omnes motus animę ad bonũ facit: intellectum, vt intelligamus quod iubet: voluntatem, vt sit in amore eius: memoriã, ne obliuiscamur quod imperat. Eia ergo, fratres mei, & corona matris meę, nolite discutere, nisi quantum vobis necesse est ad salutem. Nolite sapere, nisi quantum oportet sapere. Quid enim oportet sapere, nisi quòd Deus trinus & vnus est? Quid aliud necesse est nobis, nisi declinare à malo, & facere quod bonum est? Quid aliud necesse est nobis, nisi vt bona cognoscamus & mala? Bona, vt sciamus ea rapere: mala, vt sciamus ea deuitare. Non est igitur malum scire malum: quia nisi cognoueris, quomodo vitare poteris? Per legem namque peccatum cognoui, ait Apostolus, quia ante legem peccatum non cognoui, sed post legem datam quid tenendum, quid vitandum erat cognoui. Malum ergo scire non est malum, sed malum operari, malum esse quis Paganorum vnquam dubitauit? Necesse est ergo scire, quòd superbia mater est & caput omnium vitiorum. Ab ea enim descendit inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, voluptas carnis; in qua continetur gula atque luxuria. Ascendit quis, fratres mei, ad sapientiam huius mundi, & dum considerat honores sibi à discipulis exhibitos, extendit alas suas vsque ad terminos orbis terræ, & de se præsumens gloriatur, & sic superbiendo & præsumendo mox inanis gloria præsumentem aggreditur, dum ab aliis quærit gloriosus videri. Et dum sic quærit, à quibusdam confiderat & videtur despici, dicentibus: Non est quod à multis creditur. Plures namque sunt eo acuiores, & plures eo meliores non dubitamus. Inflatus verò ille qui se putat omnia scire vel singula possidere, videns quosdam altiores se, mox cum inuidia aggreditur, cuius vestigium ira imitatur, & non valens iram opere perficere, tristatur, & quærens consolationem tristitiæ, auaritia tangitur, vt habeat vnde transcendere valeat omnes. Et ecce, dum diuitias congregat & acquisierit, statim in gulæ & luxuriæ foueam cadit. Sed ô grandis misericordia Saluatoris! Spiritus enim pietatis per contempnum mundi ordinauit, vt expelleret auaritiam: sed quia abiecta auaritia, sæpe mala comprimit tristitia, datur spiritus scientiæ, qui ostendit quæ sit bona vel mala tristicia. Si ergo scientia bonam tristitiam adducit, quæ surgit ex dolore peccatorum, expellitur tristitia secuti, quæ mortem operatur. Sed quia multi sunt istis omnibus carentes, sicut sunt iracundi, ideo datur spiritus fortitudinis, qui per temperantiam refrenat iracundiam. Talis fortis est, imò fortior qui vincit animum, quàm qui capit vrbem. Sed quia adhuc inuidet fortius imperanti, datur spiritus consilii, qui per amorem proximi eiicit inuidiam. Sed quia pro tantis meritis sæpius vult laudari, ideo datur spiritus intellectus, per quem intelligit quid sit. Sed quia inuenit se nihil esse, ideo ante Deum humiliatur, & sic per humilitatem spiritus intellectus eiicit inanem gloriam. Sed quia aliquando non curat exterinsecus, solet tamen sæpe de se interius gloriari, ideo datur spiritus sapientiæ, per quem incipit Deum cognoscere, Eius autem bonitatem & misericordiam quis cognoscens, ipsum toto cordis affectu diligit, & sic sapientia per charitatem expellit superbiam, qua expulsa per gratiam efficimur templum Dei & habitaculum spiritus sancti, Amen.

De inobedientia, negligentia, patientia, & castitate.

SERMO XVI.

FRATRES mei dilectissimi, in omnibus operibus vestris semper mementote, quòd omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, prout gessit in corpore. Cauendum est ergo, ne ante illud terribile tribunal vacui vel denudati appareamus. Non enim tunc sancti nobis subuenient, quia tempus non erit miserendi, & misericordiam impetrandi, & iam fugiet à ianua paradisi Maria. Omnes enim contra nos tunc erunt, Abraham contra inobedientes, & Isaac contra impatientes, & Iacob contra negligentes, & Ioseph contra incontinentes. O quàm durè reprehendentur inobedientes, fratres mei, per venerabilẽ patrẽ obedientiæ Abraham, quàm fortiter, quàm turpiter! Ideo, fratres mei, attendite, & parati semper estote ad obedientiam mandatorũ Dei, paratas semper habentes aures auditui, & linguã vocui. Pedes ituros stabiles, manus ad operã sine mora parate, corde iocundo, serena facie, ore risorio, & oculo ornato sanctitatis splendore, non tamen amore seruili vel metu, sed omni charitatis affectu, sanctam obedientiam seruate vos opto. Tunc enim ante tribunal iudicis Abraham non vos condẽnabit, sed cõmendabit: non vos à se expellet, sed connocabit: non vos maledicet, sed sublimabit in æterna patria. Negligentiam etiam omnem deponere vos deprecor, fratres, ne Abraham vos commendante contra vos surgat ille sanctus Iacob in die nouissimo. Fugite fratres, fugite negligentiam: nam sicut in vnoquoque opere bono mater est diligentia, ita vniuersæ doctrinæ & disciplinæ, nouerca est

caest negligentia. Sed & si habuerimus obedientiam, & negligentia omnino cauebimus, adhuc non sufficit, nisi & cum Isaac patientiam habeamus. Nam sicut per impatientiam omnia destruuntur bona, omniáque suffocantur optima; sic & per patientiam omnia generantur bona, omnes iniquitates demerguntur in profundum. Qui verò, fratres mei, patiens non est, monachus non est. Sed & si habuerimus obedientiam cũ Abraham, patientiam cum Isaac, diligentiam cũ Iacob, & castitatem nõ fecerimus cum Ioseph, quid hæc omnia nobis proderunt? A mare ergo debemus summè castitatem, sine qua opera nihil valent. O castitas omnamquam nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen mœrẽtium, augmẽtum pulchritudinis, decus sanctæ nostræ religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, Dei amica, angelorum cognata, Patriarcharum vita, Prophetarum corona; Apostolorum cingulum, martyrum auxilium, cõfessorum vehiculum, virginum seculum, viduarum refugium, & cunctorum bonorum gaudiũ & solamen. Sed quidam sunt, fratres mei, qui in iuuentute sua luxuriosè viuere volunt: & si ad senectutem peruenerint, gloriantur, dicentes se continentes esse. Tunc enim eligunt seruire castitati, quando libido eos seruos habere cõtemnit. Nunquid tales continentes dicendi sunt? Absit. Tales enim præmium non habebunt, qui laboris certamen non habuerũt. Sed illos verè expectat sempiterna gloria, qui fortes fuerunt gloriosa certamina supportare, Amen.

De vigilatione & otiositate vitanda.

SERMO XVII.

APOSTOLVS Petrus, dilectissimi, de nostra salute solicitus, nos dulcter admonet, & ad vigilandum nos exortatur inter cętera dicẽs: Vigilate fratres, quia aduersarius vester diabolus quærit quem deuoret, cui resistere debemus per fidem. Sed fides quærit orationem, oratio autem optat prudẽtiam. Quid ergo nisi quòd prudentes simus in fide fundati à vitiosis omnibus? Quare in vigiliis, fratres, orare debemus, nisi quia si nõ vigilauerimus, & otiosi permanserimus, quid aliud quàm tepidi in hac solitudine apparebimus? Et si tepidi fuerimus, incipiet nos euomere Saluator de ore suo, de consortio suo, de plebe sancta sua, eo quòd nec calidi nec frigidi simus. Vigilate ergo, fratres, otiositatẽ deponẽtes in cunctis. Quid enim otiũ est, nisi viui hominis sepultura, vt ait Pagnanus ille sanctissimi Apostoli amicus charissimus? Per otiositatem, fratres, rigorem sanctæ solitariæ religionis fastidimus, per hanc eremum sæpe exire tẽtamur, per hanc accendimur frequenter ad luxuriam, per hanc animamur ad superbiam, per hanc ducimur ad mundi gloriam, per hanc tentamur delicatè pasci, per hanc suffocamur pretiosè vestiri, per hanc ad superfluam dormitionem trahitur, per hãc ad verba secularia ducimur libenter audire. Hæc est illa otiositas pessima, quæ frequenter sanctorum conuentus destruit, patiens in eis luxuriam, nutriẽs in eis gulam, seminans inter eos zizaniã, generãs inter eos homicidia, & omnia quæ sunt opera carnis. Quid ergo dicis, ô frater? Quid otiosè agere potes, nisi opera carnis? Nunquam quis ciuis cęlorum erit, si otiositatem amauerit. Ergo frater, qui in eremo habitas, si vis perfectus esse, fuge otiositatẽ, quia in seruis Dei nihil peius reperitur. Surge ergo si dormis, ô rusticane mitchare. Surge tu qui in eremo habitas, si clausos mentis oculos habes. Surge tu qui nec ad alta virtutum oculos mentis protendis, nec ad videndum quę necessaria tibi sunt, oculos mentis aperire vales: sed semper aliquid facere memẽto. O fratres mei, semper occupatos vos esse desidero, vt brauium salutis per gratiam Dei recipere mereamini. Hãc fugere cupiens sanctus monachorum pater Antonius, clamauit ad Dominum in eremo, & dixit: O Samaritane Domine Deus meus, ô animarum & corporum vere custos suscita in me gratiam tuam, & infunde seruo tuo misericordiam, vt in eremo collocatus, in tuo conspectu otiosus nõ maneam. Et audiuit Antonius: Antoni, cupis Deo placere? Ora: & dum orare non poteris, manibus labora, & semper aliquid facito. Fac quod in te est, age quod potest: & non deficiet tibi auxilium de sancto. Quid ergo diffidis, ô monache? Nũquid idẽ Deus est? Nunquid & pro te idem crucifixus est? Age igitur quod bonum est. Fuge otiũ, quod mors est, & aperi oculos mentis & corporis, videbisque singulas creaturas ad officia singula deputatas. Ecce enim sol cursum anni perficit, luna etiã mẽsibus & vicissitudinibus discurrit, & cæteræ stellæ. Omnia enim sibi deputa officia sine quiete exercent. Nunquid etiã animalia bruta ad suę naturæ industriã otiũ fugiũt? Nunquid etiã semper laborant, vt cõseruentur in esse? Nunquid in suis necessitatibus deficere & pigrescere ea videmus? Absit. Omnia enim sub obediẽtia sunt, omnia agunt quod agere debent. Solus autẽ miser homo acidia soporatus à suo officio frequẽter recedit, & Dei imaginẽ in se deturpãs in acidia perseuerat. ...Erubesce ô Christiane, & absconde te à facie Iudicis tui, quoniam inspiciẽtis tumẽtis & formicis hodie factus esse comprobaris. Vade enim ad formicã, & cõsidera semitas eius, & disce ab ea miser qui capite eleuato perambulas, & super astra cęlorum iam ascendere credis. Considera semitas eius, quia cùm præceptorũ nõ habeat, tãquã de salute sua solicita, in æstate grana colligere nõ desistit, quib̃ viuere possit in hyeme. Nõ enim solùm seculares hoc attẽdere debent, sed & nos qui Dei gratia in eremo sumus, & in hac vasta solitudine habitamus, formicarum conditiones debemus attẽdere, & eas sum-

moperè imitari. Laborare enim sine intermissione debemus, vt fructum bonum operum acquiramus in cęlate præsentis vitæ tam solicitè & sedulè, vt tẽpore hyemali, tẽpore frigoris & iudicii non fame pereamus, sed bonis cunctis ornati æternaliter refeciamur in patria. Eia ergo, fratres mei dilectissimi, corona mea & gaudiũ meũ quod estis, omnẽ otiositatẽ expellite, semper aliquid boni facite, & quem tẽdet orare vel psallere, non desistat; quem tẽdet orare vel psallere, laborare manibus non differat: cogitantes quòd quando David exercitauit se in militia, nõ insultauit sibi luxuria: sed postquã in domo otiosus remãsit, laborauit adulterio, & homicidium cõmisit. Samson dum cũ Philistæis pugnauit, nõ potuit capi ab hostibus: sed postquã dormiuit in sinu feminæ, & otiosè cũ ea remãsit, mox capitur, & cæcatur ab hostibus. Salomon dum occupatus esset in ædificatione templi, non sensit luxuriam: sed mox recedẽs ab opere persensit insultum luxuriæ, & deficiens femina instigante ad idola, adorauit in thalamo vitulum aureum. Vigilate ergo, fratres mei, vigilate, & nolite deficere; quia nec sanctior es Dauid, nec fortiores Samsone, nec sapientiores Salomone vos esse cognosco. Deponatis omnem acidiam, quæ sermonem nudũ reddit, bonis omnibus vos priuat, virtutum vestimentis vos expoliat. O fratres mei, honesto opere semper occupatos vos esse desidero, & quod perdidistis in sęculo per prętericũ, recuperetis laborando in eremo in futuro. Et si aliqui sunt ex vobis qui per annos octoginta & amplius in eremo sunt sanctissimẽ conuertati, iugo sanctæ obedientię, paupertatis & castitatis decorati, iam gaudeant ex pectantes beatã spẽ & aduentum Domini. Isti enim, vt videmus, qui amplius ieiunijs & orationibus & operibus monasterii insistere non possunt, fecerunt enim dum potuerũt. Propterea filioli mei, si modò nõ faciunt ea quæ facere consueuerunt, non sit vobis molestũ. Si quies sit, non miremini: venerãtur à me vt patres, nõ tristemini, quia ipsi digni sunt. Non enim dolere debetis, quia charitas non cogitat malũ, sed gaudet de alterius bono. Ideo volumus, & in Christi nomine ordinamus, vt & ipsi qui centũ annorum & amplius sunt, Pater noster sedẽdo in lectulo dicant, & diligẽter eis sine murmure seruiatur, vt & ipsi pro nobis interceddant in cælis, quorum habitatio iam ibi est: quam obtinẽre faciat nos ille qui est benedictus in sęcula, Amen.

De inuidia cauenda.

SERMO XVIII.

FRATRES mei desiderantissimi, nolite inuicem inuidere, sed studeat vnusquisq; Deo in cunctis placere. Inuidia enim omnes virtutes concrematat, omnia bona dissipat, omnia mala generat. Sed dicetis: Nos quidem grossi sumus, peccare optimè scimus: sed vitare peccata vel à peccatis resurgere ignorãtes & fragiles sumus: quomodo ergo inuidiam habẽtes, vel nos ipsam habentes cognoscere poterimus? O fratres mei, cupitis vosipsos, si inuidi estis, cognoscere, cupitis & fratrem vestrum inuidiam habentem cognoscere? Attendite quòd ille inuidus est, qui alienum bonum suum facit: & si facere non potest, clamat per vicos & plateas; & velut canis latrat & ardet: sed primò seipsum, more phœnicis, occidit. Quid enim agit phœnix, nisi quia dũ senescit, ad partes calidissimas volat, ligna siccissima congregat, & lignis congregatis, alis ligna percutit, & sic ignem accendit, & in eodem se comburi permittit? Ex quibus cineribus vermiculus nascitur, & postmodum phœnix alia efficitur. Sic & hypocrita facit, sic & inuidus agit cunctis diebus vitæ suæ, intus & extra seipsum cõburens, seipsum primò insestãs, primò seipsum vulnerans & vexans. O inuide, quàm paucos habes amicos: & forsitan neminẽ habes, de cuius bono nõ doleas, & de cuius malo non gaudeas. Meritò omni amico priuari debes, eo quòd de nullo amicorum bono gaudere probaris. O inuidia omni vitio peior, & omni peste deterior! O inuide qui nũquã quiescere potes, an ignoras quod omnis malicia habet aliquam felicitatis vmbram? Sed tu ipsa inuidia nequissima pestis, tormentum sine refrigerio, morbum sine remedio, laborem sine respiratione, pœnã sine intermissione, famem sine saturitate semper habere videris! O inuide vermis mortifere, qui in hederã ionæ quotidie nasceris! O igneus serpens, quo populus Israël pungitur! Hic est enim, fratres, bruchus, quo fructus terrarũ depascitur. Legimus enim, dilectissimi fratres mei, quòd filius Israël manna cælitùs datũ est, quo reseruato seruiebat multitudo vermiũ. Sic ex cęlesti gratia fideli collata, occasionaliter in animo superbi inuidia nascitur. Et quanto magis cælesti gratia fidelis soli datur, tãto magis superbi mens in inuidiæ vermẽ resoluitur. Legimus etiã vermem ex hedera natum, cuius vmbra Ionas à calore defendebatur: tandem hedera corruit, & funditùs deuastatur per vermem inuidiæ. Filios etiã Israël in Ægypto peregrinãtes, legimus igneos serpentes pupugisse. Sic & vos eremi sacri cultores, veri filij Israël, dum inuidos vestros de vobis suffurrantes audiris, exultare, quoniam filii Dei & sanctorũ patrũ effici meruistis. Exultate ô ãtes pro eis, vt cos forios habere in sanctorũ collegio mereamini: reprehendentes & ostẽdẽtes eis, quòd ipsa inuidia ist illa pessima tinea, quæ purpuramenta virtutum demolitur, cęrugo quę thesaurum sapientiæ depredatur, bruchus qui terram virentia comburit: quia quicquid boni operis vire fecit in homine, penè pestis inuidiæ perdit. Hæc est quæ angelum de cælo proiecit, quę hominem de paradiso exulauit, quę filios Israël in deserto percussit, quæ cõtra Ioseph fratres armauit, quę Daniel ẽ in lacum leonũ misit, quæ caput nostrũ cruci affixit, quę Iudam suspendi fecit. Scitote, fratres

tres mei, atque discite, & super recta prædicate, quòd inuidia est illa fera pessima, quæ fidem tollit, concordiam dissipat, tertiã linguã multiplicat, iustitiã disperdit, & omnia mala generat. Hæc est quæ Abel occidit, Adam onerauit vel exulauit, pastorem suspendit, Petrum iugulauit dum Christum negauit, Paulũ decollauit & Ioannem Stephanum lapidauit, Goliam prostrauit, Dauid decepit, muros Hierusalem euertit, Romã depopulauit, Carthaginẽ destruxit, Troiam deuastauit, & multa mala per hanc feram pessimã in orbe terrarum facta esse legimus. O frater mi dilecte, ô rusticane amande, ô dimidiatum animæ meæ, cur inuidiam non deponis? Cur eam diligis? Nunquid mortem diligis? nunquid ad suspẽdium pergis? nunquid in lacum ire prosilis? O inuide qui nũquam quiescis, sed semper cũ Saulo seruos Dei persequeris, eos ligatos ducẽs ad principes sacerdotũ. Ecce enim alios laboras tenere, sed tu teneris ab illis; alios ligare procuras, sed ecce tu cadens in terram audis cũ Saulo, Cur me persequeris? Alios tenere sollicitas, sed ecce cæcatus teneris à cunctis. Alios defraudare procuras, & ecce nequiter defraudaris, mox deportaris ad tartara. Eia ergo fratres deponite inuidiã, si quos inuidos inter vos habere videris, orate pro eis, quia totiens moriũtur, quotiẽs videt vos bonis operibus refulgere. Cupitis ergo eos torqueri? Nunquam enim melius inuidos torquere poteritis, quàm virtutibus & gloriæ seruiendo. Tunc enim latrant vt canes, deuorant vt leones, facie pallescunt, capite minantur, oculis scintillant vt sidera, manus cancellatas astringunt, dentibus stridẽt, & sic anima & corpore moriuntur. Vos autem benefacite, non tamen vt eos ad furorem accendatis, sed vt Deo placeatis, orate pro persequentibus & calumniantibus vos, dolentes de malo corporis, sed fortius de animæ perditione. Concedat ergo nobis Christus peccatorum contritionem, & proximi amorem infundat qui est benedictus in secula, Amen.

De vigilia natiuitatis Christi. SERMO XIX.

ACCINGIMINI filii potentes, & estote parati, quia die crastina delebitur iniquitas terræ, & regnabit super vos Saluator mundi. Crastina die tenebrarũ caligo minuetur. Crastina die lux oculis & credentibus reddetur. Crastina die mundus suã reparationem amplectetur. Crastina die cõditor sideru redẽptórque omniũ penditurus est ad vbera sanctæ Mariæ virginis. Crastina die ille qui æternaliter præcedit volubilitatem seculorum, ingerere se incipiet cursibus annorum. Crastina die solaris naturæ legibus, ex solius diuinitatis potentia virginis Mariæ viscera fœcundantur, & ex riuulo suo fluuius magnus orietur, & fructus apparebit optimus, & ex virguleo suo radix perfectorum procedet tanquam sponsus de thalamo suo. Crastina die, ô monache, suscipies infantulum Iesum, qui tamen ante omnia sæcula factus est. Para igitur te, quia ipse dignatur videre te, osculari te, astringere te, & nunquam dimittere te, nisi tu primò eũ dimiseris. Aspicite ergo fratres, oculis mentis & corporis, & videbitis Dei potentiam venientem, & procedentem à patre tanquam sponsum de thalamo suo, quẽ aspicietis, quẽ tenebitis, quem adorabitis pura mente & mundo corde. Ipsum fortiter tenete, totum in mundo & totum in cęlo. Totum in mundo ad iustificationem, totum in cælo ad glorificationem. Totum in mundo, vt educat peregrinantes: totum in cælo, vt recipiat peruenientes. Totum in solio patris, totum in gremio gloriosę matris. Sic enim crastina die patebunt signacula figurarum, fulgebunt oracula Prophetarum, apparebunt miracula naturarum, stillabunt spiraculą gratiarũ, quia nascetur Iesus Christus filius Dei viui in Bethleem Iudæ. Dũ enim venerit, videbimus rubum ardere, sed non cõsumi, virgam Aaron frondentem, & fructum facientem. Accingimini ergo filii potentes, & estote parati, vt videre possimus cum Ezechiele portã sacratissimã perpetuò clausam. Crastina enim die videbimus etiã cum Daniele puero sancto lapidem angularem. Crastina die videbimus regem regum mẽtalibus oculis & humanis, sub forma panis visibilis panem inuisibilem, alimoniam cælestem, refectionem beatam, cibum æternæ vitæ, pignus nostræ redemptionis, hostiam salutarem, quam die crastina toto affectu manducare debemus. Iste est ille panis & cibus datus Israẽlitico populo, manna dulcissimum habens in se omne delectamentum & saporis suauitatem. Iste est ille cibus quem vidit Pharao, in quo spicę pulchrę & formosę erant. Iste est ille panis datus Helię, in cuius fortitudine ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & peruenit vsque ad montẽ Dei. Iste est ille panis quo cibantur angeli, quo saginantur Apostoli, quo reficiuntur martyres, quo pascuntur confessores, quo nutriuntur virgines, & satiantur electi omnes. Panem autem hunc si quis dignè manducauerit, nõ morietur in æternum, quoniam spiritus vitę & ipsa vita est. Hic est panis qui de cęlo descẽdit, quem virgo nobis cras præsentabit, quẽ in gremio portabit, quẽ in ventre baiulauit sine grauamine, quẽ & peperit sine corruptione. Cuius mater inuõta est virgo ante partũ, virgo in partu, virgo post partũ. Ipsa quẽ genuit adorauit, sed prius mente quã vẽtre, & prius quàm filius in vtero cõciperetur. Leuate ergo, fratres mei, leuate in hac vasta solitudine capita vestræ ecce enim ecce est in porta redẽptio vestra. O quàm magna magnalia Deus propter nos operatur: ecce enim quomodo nos amauit. Ipse enim Deus factus est homo, creator creatura, dicitissimus pauper, cõditor legis destructor legis propter nos appellatur. Amauit enim nos vt reciperet nos: humiliauit se, vt exaltaret nos in se. Inclinauit se, vt erigeret nos ad se.

A Ecce enim quomodo nos amauit, quia descendit vt nos exaltaret, exinaniuit se, vt vobis potestatẽ donaret. Accingimini ergo, ô filii potẽtes, & estote parati, quia die crastina videbimus irreuerberata acie fidei in vno eodẽque Deo & Domino diuinitatẽ incarnatã, maiestatẽ subiugatam, libertatẽ captiuatam, virtutem infirmatam, æternitatem terminatã, virginitatem fœcundatam, vitam infirmatam. Accingimini ergo, & estote parati mẽte pura, fide integra, charitate sincera: vt dum venerit ille sanctus sanctorum, & pulsauerit, confestim aperiatis ei. Non igitur tædeat vos modico tẽpore carnem vestram domare ieiuniis & abstinentia escæ & potus: quia ecce remunerator adueniet, rẽddens vnicuique secundũ opera sua. Saluatorẽ igitur expectantes, sobriè, iustè & castè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum Domini, vt dignè cum eo gloriari possimus in cælis, Amen.

De natiuitate Domini. SERMO XX.

FRATRES dilectissimi, homo non solùm per sapiẽtiam Dei factus erat vt esset, sed etiam ad sapientiã Dei factus erat, vt beatus esset, vt ille videlicet feueretur eo sensu, quo percipi sapientia poterat. Sed quia peccando sensum amisit, quo sapiẽtia frui debuisset, quia oblitus est comedere panem suũ, & refectionem illam qua viuũt animæ, in corporalem commutauit delectationem. Terrenis igitur & corporalibus sensu & affectu immersus, non potuit se ad spiritalium cognitionem sine amore erigere, sed sola ea quæ carnis sunt agnoscens, spiritalium iocunditatem non agnouit: ideo ipsa Dei sapientia cùm sursum esset, deorsum hodie venit vbi homo erat, vt eum reuocaret vnde ceciderat. Et ecce verbum caro factum est, vt Deus & homo inter homines esset, & sic cõcursus est panis ille in lac, vt à paruulis hominibus sumi posset, Sapientia ipsa sursum panis erat, & eadem ipsa sapientia deorsum lac erat. In diuinitate ipsa sapiẽtia panis erat, & in humanitate panis dẽ cælo descendẽs hodie lac factum est, vt tanquã infantes per lac nutriti homines roborati ad panem deitatis accedere possent, vt idem ipse reficeret, & reficiendo languidos ad incorruptionẽ alimentũ incorruptionis paruulis quidem immaculatã carnem, quam sumpserat de virgine matre, perfectis verò incorruptibilem diuinitatem, quam habuit de æterno patre. Istis, ne interim deficeret in via: sed illis, vt reficerẽtur & perficerẽtur in patria. Istis ad consolationem, sed illis ad gloriãtionem. Propter hoc ergo Dei filius pro redemptione hominũ homo hodie factus est, vt caro per carnem liberaretur, & humano generi de sua sumeretur pretium redẽptionis, & inde remedia fieret, vnde vitium contractum fuerat, & in eodem monstraretur & peritia medici & iustitia redempti, quando de suo & sanãdo inuenitur remedium, & pretium redimendo. Quia verò à corruptione liberandum erat, quia remediũ, idcirco pretiũ redemptionis incorruptum esse debuerat. Propterea Maria mater electa est, & super omnes creaturas præelecta, omnibus gratiis fœcundata, omni virtute & sanctitate in vtero repleta, vt de mundissima matre mũdissimus filius nasceretur. Et sicut in cælo filius habuit patrem immortalẽ & æternum, sic & in terra haberet matrem omni corruptione carentẽ. Igitur in cælo qualis est pater, talis est filius: & in terra qualis est mater, talis est secundum carnem filius. In cælo cum patre æternus est & immensus, & in terra cum matre temporalis est & mansuetus. In cęlo cum patre sublimis est & incorruptus, & in terra cum matre hodie in præsepio humilis & corruptibilis apparet. In cælo imago patris apparet, & in terra Mariæ filius ostenditur. In cælo siderum & cunctorum factor ostenditur, sed in terra hodie per matrem inter bouem & asinum collocatur. Mater virgo est, & in humilitate exultat: sed eius hodie filius humiliratem facto commendat. Perignem hodie venit ad nos, & per virginem præcessit nos. Per incorruptionem venit, vt peccatũ tolleret: & per incorruptionem præcessit, vt virtutem demonstraret. Venit ad nos hodie Iesus Nazarenus, vt conferret remedium præcessit, vt daret exemplum. Non enim potuit arbor bona malum fructum facere, quoniã omnis arbor ex fructu suo cognoscitur. Radix integra, & ramus fructũque incorruptus est. Saluatoris igitur nostri aduentus Gabriel nuncius missus est, vt nouam in carne nativitatem filii Dei prædicaret, in quo forma serui Domino sociata hostem potenter deuinceret, fortis in illo, non tamen violenta ad inferendam iniuriam, sed efficax ad iustitiã obtinendã. Propterea Gabriel missus est vnus de maioribus cælorũ angelis: sed ideo Gabriel dicitur, quia fortior cunctis erat. Gabriel enim fortitudo interpretatur: quia ipsa etiam infirmitas fortitudo fuit, quoniam in ea superatus fuit inimicus, & capta præda à violento reducta est. Tres enim perierant, & subsecutus est quartus, redemptor eorum Deus. Primus sine masculo & sine femina, vt Adam. Secundus de masculo sine femina, vt Eua de Adam quia tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Tertius de masculo & femina, vt Abel. Quartus de femina sine masculo, vt Saluator mundi, qui de beata Maria virgine hodie pro nobis nasci dignatus est. Et quia primus author culpæ detectus est per feminam, ideo authorem gratiæ sine masculo concepit, & peperit hodie femina Maria virgo. Hæc est femina totius mundi mater & domina, quæ virgo permanens peperit hodie filiũ, stella protulit solem, creatura genuit creatorem, filia concepit patrẽ & filiũ, simul in vnum diuitem & paupereq̃. Ipsa filia est, ipsa est & mater: ipsa ancilla & domina: ipsa genitrix & genita: ipsa cum integritate peperit, cum virginitate cõcepit, & post partum, vt suprà diximus, virgo

virgo permansit: ipsum quem genuit mox adorauit. Cuius adorationis & gratię participes nos faciat ille, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

De triplici genere Monachorum in Ægypto.

SERMO XXI.

VT nobis per literas declarauit sanctus pater Hieronymus, fratres dilectissimi, tria sunt in Ægypto genera monachorum: quorum duo optima sunt: sed tertium omnino tepidũ & omni affectu virandũ. Quę sunt illa duo quæ optima prædicantur, nisi Eremitarũ atque Cœnobitarũ genus & ordo, quorum vita clarissima & sancta congregatio tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium? Isti sunt illi viri perfecti, quibus frequenter adhæsi tempore errorum meorum, per quos etiam illuminari merui, quorum etiam sanctitatis fama ad aures meas peruenienes baptizari non diu distuli. Et pia matre me instigante apud Mediolanum, vt ad patriam remearem, & cupiens eos habere in visceribus charitatis, & cum eis pariter viuere, ad virũ illũ Simplicianum, qui à iuuẽtute sua deuotione Deo vixerat, in omni charitate perrexit, deprecans cum eã fletu & gemitu, vt mihi quosdã seruos Dei de suis donaret. Et donauit eos mihi paternè. Quare paterne eos mihi donauit? Quia sciebat me velle monasteriũ in Africa ædificare. Et assumptis mecum Anastasio, Fabiano, Seuero, Nicolao, Dorotheo, Isaac, Nicostrato, Paulo, Cyrillo, Stephano, Iacobo, & Vitali pauperculo, qui pecuniæ sæculum apud Mediolanum inuenit, & non rapuit, de quo iam sermonẽ fecimus, quia inuenit & non rapuit, nec post aurum abire voluit. Igitur istis mecum assumptis initari cupiebam cũ charissimis meis amicis, Eudoio, Alipio, & Põtiano, qui diu mecum fuerant, & cum cæteris duodecim, quos nuper assumpseram, illos quorum famam etiam sanctus presbyter Hieronymus mihi descripserat, & sic peruenì ad Africam pia matre desancta, & ædificauì, vt videris, monasterium, in quo nunc sumus in solitudine, & à gentibus segregatum. Et placuit Deo centenarium numerum fratrum mihi donare, illuminans corda nostra, non solùm sanctissimos patres solitarios imitari, sed etiam in hac solitudine more Apostolorum omnia cõmuniter possidere. Hæc Deus nos seruare, & postea docere, & per nos vobis præcipere voluit. Sic enim videris quia ante me multi fuerunt patres, quos sequi & imitari debemus: nõ tamẽ sicut ego secundũ Apostolicam vitam alios viuere docuerunt. Caput igitur & principium omnium vestrum secundum Apostolicam vitam, meipsum dicere, non erubesco. Non tamen vos pigeat eos sequi & imitari in omnibus, attendẽtes omnia cõmuniter habere & possidere, quia in celsitudine paupertatis viuẽtibus non licet, nisi vt vnum sit cor, vna sit anima, & omnia cõmuniter possideant. Vnde agrorum pretia ponebantur ante pedes Apostolorum, tanquã pedibus conculcanda, quia ipsi sancti Apostoli & amici Dei indigna reputabant agrorum pretia manibus contrectari. Vnde etiam in veteri lege Leuitis præcipiebatur, nihil in terra eorum possidere. Non ergo habere debemus tẽporalia adpossidendũ: nec ego, qui episcopus sum, habere debeo, nisi tantũ ad dispensandũ, quia bona ecclesiarũ patrimoniũ pauperũ sũt. Vade ego, qui Episcopus sum, summè cauere debeo, ne res pauperum, quas Hipponensis Ecclesia conseruare videtur, diuitibus largiantur, quod bene feci hucusque. Nam consanguineos habeo, & nobiles se esse non erubescunt, & ad me Episcopum veniunt, aliquando cum minis, aliquãdo cum blandimentis dicentes: Da nobis aliquid pater, caro enim tua sumus. Et tamen Dei gratia, & vestris orationibus mediantibus, consanguineum aliquem me dicasse non recolo. Chariores enim mihi reputo pauperes quàm diuites: quia habentes victum & vestitum, fideles omnes contenti esse debent, maximè nos clericis in cuius rei signum capita tõsa & casa habere debemus, ne diuitiarum capilli occupent mentem seruorum Dei. Et ideo, fratres mei, estote pauperes, non solùm verbo, sed & opere & veritate, attendentes quid vobis dicat qui nostrum se fecit pretiũ in ara crucis, qui etiam noster est aduocatus in cęlo, & intercessor ad dexteram Dei patris. Dicebat enim ille Deus deorum discipulis suis, quos de toto mũdo præelegerat, vt essent sal terræ, lux mũdi, rectores ecclesiæ militantis, magistri & senatores ecclesiæ triũphantis. Ait enim, Beati pauperes spiritu. Non, Beati qui sub dura & grandi necessitate patiuntur. Tales enim murmurant, detrahunt, & inuident habentibus, rapiunt & furantur: sed si non opere, saltem voluntate hæc adimplere conantur. Ideo tales beatos non appellat Saluator, quia non pauperes, sed miseri sunt prædicandi. Quare? Quia deangustiis temporalibus eduẽti ad æternas miserias deputati sunt, vbi non solùm beaticudinem habere non potẽrũt, sed nec guttam aquæ inuenirẽt. Beati ergo pauperes spiritu, sed non paupertatem simulantes. Tales sunt hypocritæ, paupertatem foris prædicantes, nullam tamen necessitatẽ portare volentes. Tales enim in cũctis operibus suis sperant reuerentiam honoris, glorię vocari desiderant, sola voce paupertatem & abstinentiam prædicant, sed digito suo nõ cogitant ea mouere: corpora despectis vestibus tegunt foris, sed intus ad carnẽ purpura induuntur: in cinere prædicant se iacere, sed excelsa palatia nõ despiciunt: angelicam facię foris ostendũt, sed lupina corda eos habere non dubitamus. Tales fuerunt illi Sarabaitę, de quibus tertiũ nobis scripsit pater Hieronymus, quorũ genus est omni affectu virandum. Ipsi denique in Ægypto erant, in foraminibus petrarum habitantes, indu-

A ti porcorum & boũ pellibus tantum, cincti funibus palmarũ, spinas ad calcanea portãtes ad cingulum ligatas, discalceati, & sanguine cruentati cauernas exeuntes, ad festum fœnopegiæ pergebãt Hierosolymam, & Sancta sanctorum intrantes, paupertatẽ & abstinẽtiam prædicabant omni affectu seruare, barbas postmodum in cõspectu hominum sine redemptione euellere festinabant, & sic acquisita fama & lucro ad propria remeabant, solitarię gaudentes & epulantes supra id quod explicare possumus. Hos, fratres mei, & filioli mei, quos quotidie parturio in visceribus charitatis, nolite obsecro imitari, quia non beatos, sed damnatos eos esse prædicamus. Amate igitur paupertatem, amate eam omni affectu, & nolite deficere, vt sitis genus electum, non abiectum, gens sancta, non obstinata, populus acquisitionis, sed non perditionis, regale sacerdotium, sed non venale pretium. Vos estis illa Apostolica forma, sanctique congregatio à mundo corde & opere segregata, qui Dei virtute iam percussistis duces Moab, satrapas & tyrannos Hierusalem, & Ægyptiorum hypocritas iã vulneratis & ad mortem. Vos estis vinea mea electa in medio Ecclesiæ paradisi plantata, Christi redempta sanguine & irrigata. Ad hanc vineam ego solus Dei virtute vos congregaui, & operarios meos vos feci, vt laboraretis in ea vsque ad finem dignum fructum percipiatis in tempore suo. Ad hanc vineam vos elegi, ad hanc Dei hæreditatem vos conuocaui, licet fauoratus à sancto Episcopo Valerio, qui de bonis episcopatus, vt monasterium in eremo ædificarem, mihi multa donauit. Nõ enim satis fuit patrimonium meum, nisi etiam ipse me cõduuasset. Ad hanc igitur congregationẽ vos eligino vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et ecce postquã Episcopus factus sum, Vitalem, Nicolaum, Stephanũ, Dorotheum, Paulum, Iacobum, & Cyrillũ frequenter rogaui, vt me solùm in episcopatu nõ dimitterẽt: quia licet Episcopus essem, non tamen credebam paupertatem despicere, sed eum Abraham, Isaac & Iacob inter diuitias viuere, & veram paupertatem seruare optabam, vt de nemero eorum esset, de quibus ait Apostolus, Tanquã nihil habẽtes, & omnia possidẽtes. Igitur hos frequenter rogaui vt venirent, nõ vt essent rebelleseremo, sed vt solitarię etiã in ciuitate viuentes, habitare possimus in palatio sancto. Sed ecce noluerunt venire tanquã de seipsis timentes, ne à seculo caperẽtur. Noluerũt venire. Quare noluerũt? Nõ quia non digni, sed quia non solùm pauperes esse voluerunt, sed etiã supra id quod in speculo nostro edidimus facere voluerunt, calcantes per omnia seculum & pompas eius. De quo munere summum gaudium omnes habere debemus, quia facere noluerunt ea quæ Deo & mihi facere promiserunt. Et quia solus stare non poteram Episcopus, ideo rogaui sanctum senem Episcopum Valerium, qui mihi iam potestatem prædicandi & obsecrandi in populo dederat, vt intra domum Episcopi monasteriũ clericorũ constituerẽ. Et placuit sancto Episcopo mihi condescendere, & sic cum eisdẽ omni paupertate viuere cœpi, non manducans carnes, nisi dum hospites veniũt: sed tantũ olera & legumina absque oleo vel butyro, sicut antè vobiscũ cum gaudio facere cõsueueram. Igitur fratres mei, licet in cathedra episcopali me videatis, paupertatem tamen mihi charã sponsam tenere congratulor: quia ipsa est etiam Christi sponsa, sanctorũ possessio, beatorũ vita, fidelũ securitas, clericorũ ornamentum, monachorum vita, nobiliũ pulchritudo, diuitis magnificentia. Hæc enim est illa sancta paupertas, quam qui tenet & amat, nulla indigẽtia laborare potest. Nec mirum, fratres, quia sibi datur omnium Dominum possidere. Ipse est enim sperantibus in se thesaurus in paupertate, solatiũ in solitudine, gloria in abiectione, honor in contemptu, vmbraculum in omni protectione. Estote igitur pauperes, fratres mei, quoniam desiderium pauperũ exaudiuit Dominus, & præparationem cordis eorũ audiuit auris sua. Tũc enim verè pauperes eritis spiritu, tũc verè beati, tunc benigni, tunc obedientes, tunc veraces, tunc non ficti, tunc omnis mali ignari, si vero corde & opere pauperes in ueniemini. Quam gratiam nobis impetrare dignetur beatus primicerius martyrum Stephanus, qui pro suis persecutoribus exorauit Dominũ nostrũ Iesũ Christũ, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

De consolatione fratrum in eremo, à quibus sanctus Augustinus recessit, cum exortatione ad orationem & lachrymas.

SERMO XXII.

FRATRES mei, & lætitia cordis mei, tempus est vt reuertar ad eum qui est, & qui misit me ad vos: vos verò nolite contristari, nec turbetur cor vestrũ. Rogabo enim patrẽ, vt ipse vos custodiat, & maneat vobiscũ in æternũ spiritus veritatis. Iterũ etiam dico, Nolite de meo recessu amplius contristari, sed semper orate pro inuicem, vt saluemini. Valde enim seruis Dei & solitarijs est necessaria ipsa oratio, per quam Deus placatur, per quã Deus ad nos inclinatur. Adorauerat enim populus Iudaicus vitulum conflatilem, & ait Dominus Moysi, Dimitte vt irascatur furor meus contra eos. Cui Moyses: Quæso ô Domine quiescat ira tua, & esto placabilis super malitiã populi tui. Et ecce placatus est Dominus. O quàm grãdis est ipsius orationis causã, ô quàm grãde mysteriũ! Ecce Moyses orabat in monte, & Iosue Amalech deuincebat. Per orationem Ezechias sanatur, & salutem animæ & corporis adipiscitur. Per orationem Saulus efficitur Paulus, & doctor gentium, & prædicator orbis terræ. Obsecro ergo, fratres, vt oreris pro inuicẽ, vt saluemini. Deprecor, fratres mei, cum Apostolo, primùm omnium

Matth. 5.

Sarabaite.

Exod. 32.

tur corrigeretur: vt in hac pœna temporali per gratiam adipiscerentur æternæ promissionē. Nam licet Adam peccauerit, Dominus tamen eum non deseruit, sed ad pœnitentiam eum & suos semper inuitauit. Postquā enim Adā peccauit, latere se voluit, & absconditus fe à facie Domini, quod erat signū doloris & erubescētiæ. Sic enim vos facere cupio, fratres. Nam & si aliquando murmurastis vel peccastis, quod est conditio cunctorū viuentium, erubescite & abscondite faciem vestram per humilitatē à facie Saluatoris: vt dum visitauerit vos in solicitudine paradisi, & vocauerit vos, dicens cuilibet, Adam vbi es: considerets in quanta peccatorū miseria positi sitis. Per hoc enim quòd vos proprio nomine vocat, signū dat quòd ad pœnitentiam vocat. Per hoc quod dicit, Vbi es: ostendit quòd viam peccatoris ignorat, non tamen quòd ignoret, sed quòd reprobet. Post meridiem apparet, ostendens quòd Dominus ab amore peccatorum refrigescit, quia per peccatum in homine refrigeratus est amor charitatis. Hoc enim pensate, & cum Adam vos peccasse cognoscite, & dicite, Domine, Audiui vocē tuam in eremo, & timui, eo quòd bonis operibus nudus essem, & abscondi me per humilitatem, cognoscens quòd peccaui in cœlū & coram te. Sed & contrarium facientes, murmurantes & detrahentes proximo suo, & mala portantes in cordibus suis, expellet eos dominus de paradiso: sed tamen faciet eis dominus misericordia motus tunicas pelliceas ne tempore frigoris perpetuò moriantur. O grādis Dei misericordia! ô infinita dei clementia! ô magna & admirabilis eius dilectio circa nos! Ecce enim quotidie peccamus, frequēter eum offendimus, & tamen nos dereliquere non vult, sed tunicas pelliceas contritionis & venię nobis quotidie donat & largitur. Ecce quanta est misericordia nostri Saluatoris. Igitur, fratres mei, & lætitia cordis mei redeamus ad mentem, & eam diligēter discutiamus, scientes, quòd nūc in paradiso pœnitētiæ & deliciarū positi sumus, & in Ecclesia eius positi & collocati sumus. Dedit enim nobis præcepta, vt toto, corde & tota mente eum diligamus, & proximum nostrum. Sed quomodo diligere eum possumus, si susurrones & detractores in eremo facti sumus? O quàm pestis misera & mortalis est ipsa murmuratio! ô quàm venenosa! Hęc enim est quæ conuentus clericorum & ciuitates multas destruxit. Et quia grande periculum est, inter murmuratores habitare, ideo expellendi sunt tales, ne cęteri corrumpantur per eos. Terra enim lingua multa mala committit. ideo si semel correpti, non se emendauerint, de vestra sancta & singulari societate expellantur. Nec crudele hoc esse credatis, nec illi qui expulsi sunt ad tempus, de hac expulsione dolere debent, sed cum omni humilitate eam suscipiant, dolentes tamen & flentes, quòd nondum intellexerunt Apostolum dicentem. Si quis se putat religiosum esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Melius est enim à congregatione præsenti expelli ad tempus, quàm à cęlesti regno perpetuo exulari. Sic enim vt suprà diximus, expulsus est Adam de paradiso, non ad damnationem, sed ad correctionem. Correctus verò & emēdatus frater qui peccauerit, & qui proximo detraxerit, volo vt inter vos fraternè recipiatur. Melius enim est, vt redarguamur de misericordia, quàm de crudelitate in die nouissimo. Nam pium hominem quando perissse legimus, ignoro: sed impium & crudelem frequenter periisse audio. Igitur, ô fratres mei, & lætitia cordis mei, obsecro, vt non peccetis, vein die nouissimo nec crudeles, nec nimis misericordes inueniri possitis. Deponite murmura, claudite infra dentes linguam, ponite custodiam ori vestro, & silete: non solùm à malis, sed etiam quandoque à bonis silere, laudabile est. Ait enim sanctus Propheta, Silui à bonis. Nam bonum vbique proferre non debemus: sed tempus proferendi agnoscamus in cunctis. Ecce igitur, fratres, non loquaces, sed veraces. Calcate murmurationes, & fugite eas vt mortem. Nam murmurare, detrahere vel despicere, hypocritarum conditio est & ignorantium. Murmurare denique & detrahere hypocrita non satiatur, de omnibus maledicens vt ipse solus cunctis prædicetur beatus. O mnia iudicat, vt nemo sit qui eum audeat iudicare. Omnia despicit, vt ipse solus sit qui ab omnibus aspiciatur. O hypocrita, caue ne ad mensam meam perueniras. Nam ibi antequam aliquid sumas, lectio mea tibi primò legetur. Quid enim primò in mensa mea descripsi? Quid primò in ea habere vel audire desidero? Quid primò in ea seruare præcipio, nisi quod,

Quisquis amat dictis absentūm rodere famam.

Hanc mensam indignam nouerit esse sibi? Quapropter, fratres, si quis murmurare desiderat, nō solùm ad nostram Apostolicam congregationem, sed nec ad mensam nostram accedere præsumat. Non enim ad eremum peruenimus, vt murmuremus: sed vt mundanis omnibus conculcatis, in eremo piè, sanctè & iustè viuere valeamus. Quod si non fecerimus, quod Deus auertat, melius fuisset quòd nati non fuissemus. Quare, fratres mei, melius fuisset, nisi quia melius fuisset non esse, quàm malè esse: Nunquid melius carere esse, quàm esse & perpetuò cruciari? Nam non esse, cui possit obesse, ignoro. Sed habere esse, & perpetuò cruciari, quid aliud est, quàm morte sine morte semper habere? Verum & indubitanter verum vobis, fratres mei, dicere audeo, miseros esse non esse, quàm cū esse perpetuò affligi, vel æternaliter cruciari. Studeamus igitur, fratres, semper bene viuere, vt & semper bene esse possimus, & semper bene nos esse possideamus. Esse enim Dei gratiam habere nos, scimus: sed semper bene esse omnino ignoramus. Propterea taliter linguam nostrā, cæteráque corporis membra restringamus, vt mediante diuina gratia, ad perpetuum malum esse non perueniamus. Nec de nobis dicatur, quod de Iuda proditore discipulo dicitur: Melius ei fuisset, si natus non fuisset homo ille. Quare illi melius fuisset, si natus non fuisset: nisi quia melius est omni esse carere, quàm in inferno iacere? Ibi denique & si erit stimulus doloris & pœnitudinis, nulla tamen erit ibi correctio: voluntatis, vt nullatenus à damnatis possit diligi vel desiderari iustitia. Ideo illi diuiti qui in inferno cruciabatur, quamuis curā de viuis fratribus gerere videretur, non tamen eidem de iustitia cura erat, quia iustitiam nullatenus diligere possunt qui in inferno sunt. Iacebat tamen diues, & sepultus erat in inferno, & quid de fratribus suis esset, ignorabat, & nesciebat omnino: & tamen curā de eis videbatur habere, sicut & nos viuentes de mortuis, quamuis quid agunt vtique nesciamus. Itaque, fratres, caueamus ne peccemus, ne ad illam flāmam perueniamus. Ipsa denique flamma concremationē habet, sed lumen nullum habet. Quare, nisi quia quos gehennæ flamma cruciat, à visione veri luminis cæcat? Et vt foris eos dolor combustionis crucier, & intus pœna cæcitatis obscuret, vt qui creatori suo corde & corpore deliquerant, corpore simul & corde puniantur, & vtrobique pœnā sentiant: qui dum viuerent, prauis delectationibus seruiebant. Ecce, fratres, quomodo puniuntur peccatores, quibus vnus ignis omnibus est, non tamē vno modo omnes cruciantur: sed quāto quisq; in deliciis plus permanserit, tanto fortius cruciabitur in æternū. Vnus igitur ignis singulis est, & corporeus est, & vti sęuissimos peccatores corporaliter crucier, nec studio humano accēditur, nec lignis, pice vel oleo nutritur, sed post peccatū semel accensus, in æternū durare nullatenus dubitare debemus. O inferne, tu latus es, & mensuram non habes! Profundus es, & nullum fundum te habere cognosco. Insatiabilis es, quia omnes tam pauperes quàm diuites te libenter suscipere audio. Plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus omni dolore innumerabili. Ibi omnis miseria, ibi tenebræ, ibi nullus ordo, ibi horror æternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali, sed omne malum quod existimari potest, damnatis in æternum erit. Ibi, O fratres mei, dæmones flere & clamare non cessant, percutere peccatores nunquā desistunt, nūc superbum, nunc elatum, nunc gloria mundi plenum, nunc luxuriosum, nunc proditorem, nunc homicidam, nunc fœneratorem, nunc verbosum, nunc adulatorem, nunc mendacem, nunc detractorem. Ecce quomodo clamabunt. Sed quid clamabunt, nisi, Percute, dilacera, interfice, sine morte occide, velociter spolia, deprædari festina, fer prunas, picem para, aurum & argentum liquefce? Et quia dum viuerunt, Deum intelligere noluerunt, & si in æternum vixissent, semper malè facere voluissent, ideo sine redemptione meritò in æternum cruciabuntur. Itaque, fratres, obsecro, vt non peccetis. Custodite linguam vestrā, seruate eam, claudite eam vecte ferreo, quoniam sermo vanus in vacuū non ibit: sed de omni verbo otioso in die nouissimo reddituri sumus rationē. Adiuuet nos Iesus Christus Deus noster ad perseuerādum in omnibus bonis, qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

De filio prodigo. SERMO XXVII.

PAX vobis, fratres dilectissimi, qui optimam partem cum Maria elegistis, dum musadum & pompas eius contemnere voluistis. Voluistis enim terrena despicere. Saniori enim cōsilio sanctorum Ambrosii & Simpliciani patrum vitam tutiorem aggressi sumus cum Paulo mundum fugiente, timens ne caperetur ab eo. In eremo denique sumus fœcunditatem communicationis & fractionis panis intelligentes, clamantes cum Propheta: Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum! Tutior enim, hæc vita est & dulcior, vbi vnus alium cohortatur, vbi alter alterius exemplo inflammatur. O vita sancta eremitica, vita solitaria, vita perfectorum, vita angelica, non humana, vita pœnitentium, vita contra mundum pugnantium, vita ad Deum fugientium, vita deifica, non humana, vita filiorum qui erraueruntad patrem redeuntium! Hæc est domus, vbi reconciliatur patrifilius, qui portionem substantiæ consumpserat luxuriosè viuendo. Hanc, fratres mei, si Ianuarius noster cognouisset, aurum nobis ignorantibus non retinuisset. Hanc si dilexisset, vineam, agrum, & pecuniam tenere erubuisset. Quare? Quia pauperiatem asperiorem presbyteris meis vos sponte tenere vidisset. Nam sicut filius ille, qui peregrè profectus est in regionem longinquam, vbi dissipauit substantiam suam luxuriosè viuendo: sic & ipse, vel quicunque peccator, dum carnales voluptates diligit, à Domino peregrinatur: & quanto peccādo fit dissimilior, tāto magis à Deo elongatur. Substantia enim hominis est omne quod viuit, cogitat, sapit & loquitur, quæ Deus æquè diuidit. Quam substantiam peccator consumit, dum conscientiam & vitam & cogitationes & verba in malis actionibus impendit. De filio etiam isto dicitur quòd cœpit egere: & ideo adhæsit vni ciuium regionis, & misit eum in villam vt pasceret porcos, & cupiebat implere ventrē de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Eget enim peccator, dum cupit implere ventrem, non pane vitæ æternæ, sed glandibus, qui porcorum cibus est. Ideo adhæsit vni de principibus mundi, sub cuius fauore pascere porcos, id est, dæmones valeat. Porcus enim immundū animal est, & de sordibus saturatur & delectatur. Siliquæ enim sunt non solùm glandes, sed etiam omne turpe & immundum, quod porcus comedere delectatur. Istæ denique siliquæ sunt fornicatio, ebrietas, & gulositas. Isti enim sunt dæmonum cibi, quibus peccator repleri desiderat, sed nemo dat illi ad sufficientiam. Peccator enim semper famescit, semper deuorare quærit, nunc luxuriando, nunc alia faciendo semper delectari desiderat. Sed visitante Domino patre per graciam passionis suæ pœniter miser peccator, dolet eam pascere porcos, cogitat, & cogitando surgit pergens ad patrem, dicens: Pater, peccaui in cœlum, quia assumpsi frequenter nomen eum & sanctorum tuorum in vanum. Peccaui etiam coram te, quia in tua humanitate peccaui, quia nō cognoui opere tuam infirmitatem, quam pro me passus es. Peccaui & corā te, quia Deus & homo es. Peccaui in cœlum, quia in patrem & in spiritum sāctum. Non igitur sum dignus vocari filius tuus. Sed quid fecerit pius pater, audiamus, legamus, prædicemus, non fileamus. Nam misericordia motus, videns illum viuentē occurrit: videns lachrymantem, lachrymatur: videns eum nudatum, stolam iubet parari: videns eum discalciatum, calceiatur: credens eum debilem & famelicum, occidi iubet vitulū saginatū. O quàm grandis misericordia tanti patris, ô quàm infinita eius pietas, ô quàm dulcis, ô quàm pia miseratio! Ecce enim filius peregrè fugit, & tamen patienter expectat, Omnia bona destruxit, & tamē ad se reuocare festinat. Porcos pascit, & ei iam vitulum parat. Fame iam ferè moritur, & epulari iam clamat. Nudus apparet, bonis operibus priuatus, & ecce stola pristinę gratiæ Saluatoris quam in baptismo recepit, induitur, & annulus fidei desponsationis datur, ne amplius valeat pascere porcos, qui ad domum patris fugit: sed tanquam ciuis sanctorum & domesticus Dei fundetur in domo diuinæ maiestatis in æternum, & vltrà. Quod bene ostendit ille misericordiæ pater, quia videns illum misericordia motus est, & occurit, & brachia extendens super collum eius, osculatus est eum, dicēs seruis suis: Adducite vitulum, & mādueemus. Hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Similiter hoc idem Saluator Petro, quando eum negauit, quando illum respexit, quando respexit mentem eius vt cū fleret amarē. Occurrit peccatori Saluator quia per se nō potest ad Deum accedere, nisi ei subueniat, nisi mentē eius respiciat. Sed postquā eum respexerit, flectitur super collum eius, quia onus eius leue ponit super collum eius, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Tunc stola induitur, dum anima indumento virtutum vestitur. Duæ enim stolæ sunt: vna videlicet quando anima in præsenti indumento virtutum vestitur. Altera vero immortalitatis est, quando corpus in fine seculi etiam resuscitabitur. Et ideo, fratres mei, licet in eremo sitis, scire tamen debetis, quòd duæ stolæ suæ duæ resurrectiones: quarum vna est animæ, quando resuscitatur à vitiis, in quibus mortua iacebat: altera corporis, quādo corpus configuratum erit corpori claritatis Christi, quando in die iudicii reformabitur. Eia ergo, fratres mei, & corona matris meæ, festote quòd porcos iam pauimus, cùm multo tempore dæmonibus peccando placuimus. Iam frequenter eorum siliquas desideranimus, quando mundo placere voluimus, quando in eo florere concupiuimus, quando delectationibus suis toto affectu adhæsimus. Sed nūc Dei gratia serui Christi sumus, clamare nō cessemus, Peccaui Domine: iam non sum dignus vocari filius tuus. Quorum clamorem audiens occurrit nobis osculando, suam pacem donando. Stolam donauit, quādo animam vitiis spoliauit. Annulum donauit, quando in fide nos sua roborauit. Calciamenta donauit, quādo memoriam mortis nobis impressit. Vitulum occidit, quando in sacramento altaris memoriam passionis eius in mente renouauit. Tunc nobiscum pater manducat & epulatur, quando in operibus suis perseuerando delectamur. Tunc fic nobis ornatis præcipit angelis Deus, vt consuiuium præparent, quia mortui eramus, & resurreximus: perieramus, & inuenti sumus. Cogitare ergo fratres ad quid venimus. Ecce in solicudine sumus, clōgati sumus à seculo, & longo tēpore iam mansimus in solitudine, vt secundum Apostolicam formam quietiùs viuere valeamus. Locus enim non facit sanctos, sed operatio bona locum sanctificabit, & nos. Peccauit enim angelus in cœlo, peccauit Adam in paradiso: & tamen nullus locus sanctior illis erat. Si enim loca habitatorū beare possent, nec homo nec angelus à dignitate sua corruissent. Pensate ergo, fratres, quid vestis nigra, quid zona pellicea, quid corona capitis persuadeant. Nigra enim vestis, quæ vilis est, mundi contemptum nobis denunciat, & memoriam mortis. Zona pellicea lumborum refrenationem declarat. Capilli rasi de vertice, superfluitatem criminum significāt ablatam de mente. Sic enim mihi sanctus pater Ambrosius, quando me regenerauit in Christo anno ætatis meæ tricesimo, mihi petenti respondit. Cogitate ergo, fratres, quam reprehensibile est, si sub tali habitu superbia lateat, vel luxuria. Sūmē necessaria est igitur nobis in eremo ornātibus ipsa humilitas, quæ designatur per vestē. Castitas quæ denotatur per lumborū præcinctionē: Obedientia quæ intelligitur per subiectionem. Portamus etiam baculos, per quos intelligitur disciplina, sub qua semper parati esse debemus. Deus autem qui nos de tenebris gentium reuocauit ad gratiam, confirmet etiam in omni bono, vt abūdemus in spe & virtute spiritus sancti, Amen.

In cœna Domini. SERMO XXVIII.

AVDIVIMVS, fratres charissimi, quòd cùm Dominus intinxisset panem, vt daret Iudę, quòd post buccellam intrauit in eū Satanas. Et ait Iesus: Quod facis, fac citius. Cùm ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox. Cùm ergo exiisset, ait Dominus discipulis suis: Surgite. Et postea ait: Filioli, adhuc modicū vobiscum sum. Antequā tamen à vobis recedā mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Satis enim nouit charitas vestra, quòd tota perfectio nostræ vitæ & ædificationis ex Euāgelio accipitur. Eius verba à summo nostro magistro nobis data sunt, ideo pretiosiora sunt, & satis nos hortātur, nosq; ędificāt quotidie. Et ea vobis modò præsentamus, ad memoriam vobis reducimus, non quia non bene intelligatis, licet in eremo permaneatis, & segregati à gentibus sitis, etiam corporaliter antequam essem presbyter episcopus pariter videre potuistis: sed ideo vobis ad memoriam reduco, non vt doceamus, sed vt & me & vos, fratres, moneamus. In Euangelio quo dicitur, quod ad præsentem diem pertinet, de patiencia & dilectione & humilitate instruimur. Ideo, fratres, vt & ego plenius valeam vnà vobiscum corrigi & doceri, reliquere volui presbyteros meos, quoqum vita Apostolica vestra & eorum vna est: & sanctum senem Valerium etiam corpore hodierna die relinquere non curaui, cupiens vos docere & à vobis doceri, vt fructum aliquē Deo in die tantæ solennitatis offerre dignē pariter possimus. Ideo, fratres, ad expositionem sancti Euāgelii accedentes, primò audire & scire vos volo, quòd Dominus Iesus discipulum Iudam multis modis, minis, sacramentis & exemplis & planctu volens eum corrigere, & prædictis modis ad correctionem inuitare, ad vltimum eum manifestauit in damnationem & ruinam iam esse paratum, dum in cœna dixit, Qui intingit mecum manum in paropside hic me trader. Cùm enim Iudas prauā suam vitā nulli patere puraiisset, magistrum audiendo erubuit sed non pœnituit: multo enim ante passionem dixit, Nōnne duodecim elegi, sed vnus ex vobis diabolus est? Et post cœnā ait: Vos mūdi estis, sed non omnes. Hoc autem magister dicebat, volens discipulum verbo corrigere. Ecce quomodo verbis timoris eum correxit. Sed videns Dominus quòd verbis eum corrigere, ipso nolente, nō poterat, studuit eum corrigere, & sibi timorem æternum incutere, dum ait, Væ homini illi per quē tradar ego: melius ei fuisset, si natus nō fuisset. Sed Dominus cor discipuli nequiter induratū, ad dilectionem sacramenti dulciter inuitauit dicens sibi post Petrum & cæteris, Accipite & comedite: hoc est corpus meum. Sacramēt um enim illud ideo hominibus datur, vt corpus in terris capiti coadunetur. Sicut enim multa grana vnum panem cōficiunt, & ex multis racemis vnum vinum extrahitur: sic ex multis hominibus Christi corpus conficitur. Obtulit autem Dominus discipulo sacramentum vnitatis, vt eum inuitaret ad humilitatem dilectionis. Licet etiam propter alios discipulos humilitatis exemplum præbuerit, tamen ouem perditam recuperare valde cupiebat. Sed videns eum nequiter obstinatum, surgit à cœna, & vestimenta deponit, linteo se præcinxit, & ad principem Apostolorum primò, vt arbitror, fratres, peruenit. Ante eum se genu flexit diuinitas incarnata, Deus ante hominem, creator ante creaturam, magister ante discipulum, rex ante piscatorem, doctus ante indoctum, sapientia ante ignorantiam, pulchritudo ante deformitatem. Ideo Petrus diuinitatē incarnatam videns ante se incurnari, expauit, exhorruit, & per cœnaculum velut insensatus cucurrit, & clamauit, Non laudabis mihi pedes in æternum. Nam inquit Petrus, Domine, iam dixi quòd tu es Christus filius Dei viui, & tu mihi lauas pedes: Sed notare debetis fratres, qui in eremo habitatis, cur, inquam, cœna facta dicitur, cùm post ablutionem pedum dicatur buccellam panis Iudæ Dominum porrexisse. Non debemus intelligere cœnam finiram, cùm dicatur panis esse adhuc super mensam. Adhuc enim cœnabatur quando Dominus à mensa surrexit, & tamen cœna iam facta dicitur. Intelligere hoc namque debetis, quòd non facta erat, sed parata, & ad comiuiancium mensæ vsum perducta. Ideo Ioannes aquila grandis istam dicit cœnam, omnia diligenter attendēs, prius nostri Saluatoris celsitudinem voluit commēdare, dum ait, Sciens Iesus quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Magnā Christi potentiam exprimit Ioannes, cùm omnia patrem ei dedisse affirmat. Magnam celsitudinem Christi prædicat, cùm cum à Deo exisse asserit & tamen hodie audiuimus, quòd ille qui habet omnia in manu, vestimenta etiam deponit. Sed quid mirum, si prodiscipulis vestimenta deponit, qui etiam carnē pro inimicis suis dedit? Et quid mirum, si more famuli præcinxit se linteo, qui formam serui accipiens, habitu inuētus est vt homo? Quid miri si fudit aquā in peluim, qui dignatus est fundere sanguinem pro nostra redemptione? Et ait Ioānes, Venit ergo ad Simonē Petrum. Videtur denique quibusdā, sic vt fuit, partyr ille sanctissimus & doctor Cyprianus, ante Petrum Iudam lauasse, volēs Dominus prædictum discipulum reuocare. Sed non videtur ratio ponderofa: ex quo enim Petrum iam cunctorum caput fecerat, ad eum accessit primo in honore, vt cæteri postea fuisiliter facerent. Ideo sic intelligendum est, cùm summam rei bene transcripsisset dicendo, Cœpit lauare pedes, & linteo tergere: redit postea ad ordinem rei ostendendo, dicens: Venit ergo ad Simonem. Quid est etiam quod Dominus postea dicit, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus? Si mundus est totus, quare necesse est, vt pedes lauet? Ideo, fratres, attendere debetis, quòd hanc mentionē facit Dominus de ablutione baptismatis: qui ergo lotus est in baptismate totus, non est necesse, nisi vt pedes venialium peccatorum lauet, quibus humana mens obstare non potest, nec infans cuius vnius diei vita regnat super terram. Peractis denique & consum-

matis sacræ cœnæ sacramentis, factis & ordinatis in eadem cœna Apostolis, sacerdotibus cõmunicatis, & loris eorũ pedibus iterum intrauit mensam & ait: Scitis quid fecerim vobis. Si ergo ego Dominus & magister laui pedes vestros, & vos dẽbetis alter alterius lauare pedes. Si sum magister, discite à magistro; si Dominus, erubescat hæc despicere seruos; si tam peperci proditori, & vos parcere studeatis, si ante eum genu flexi, humiles ante aduersarios estote; si me ab eo permisi osculari, & vos maxillam præbere digneminisi proditorem amicum vocaui, & vos inimicũ amicum vocare corde & opere non dedigneminí: quia non est seruus maior domino suo. Et post pauca de filio perditionis dolorem ostendens & dolens, turbatus in spiritu & contristatus, ait: Vnus vestrũm me tradet. O quãm doluit Dominus discipulo perdito! ô quãm studuit eũ ad se reuocare! Doluit, quia non potuit eum corrigere. Doluit, quia obstinatum iam eum esse cum diabolo cognoscebat. Doluit, quia super eum sententiam æternæ damnationis daturus erat. Et videntes discipuli faciem, quam angeli aspicere desiderãt, esse turbatã, dixerunt, quis esset ille, quærentes quis eorum esset maior. Sed quare hoc, nisi quia arbitrati sunt vt homines, ille qui maior est vt dominari posit, magistrũ prodere procurat. Aliqui tamen de Petro fortè suspicabantur, quia plus & plurima se fecit eum iam promittere pro magistro: suspicantes, quòd ficto corde sic totiens loqueretur, Tu es filius Dei. Sed quia Petrus innocentem se sciebat, iuuit Ioanni vt peteret: cui Dominus, Cui panem intinctum porrexero, ille est: sed caue ne Petro dicas. Et cùm intinxisset Iesus panẽ, dedit Iudæ. Non est ergo credendum, quòd Dominus alta voce dixerit: quia si Petrus hoc sciuisset, dentibus proditorem dilaceraſſet. Nec etiam est putandum, quòd Iudas tunc Christi corpus sumpsisset, quia iam Dominus omnes discipulos communicauerat & Iudam, sicut Lucas euidenter ostendit: panem intinctum tamen Dominus discipulo porrigere voluit, vt cor intinctum veneno significaret. Et post bucellam intrauit in eum satanas. Nunquid satanas tamen ante cor eius intrauerat? Omnino, fratres, ante buccellam cor Iudæ intrauerat, sed affectu & voluntate tantùm: sed post buccellam intrauit satanas effectu & opere: tamen bona fuit buccella quam Christus discipulo dedit. Bonum etiam sacramentum quod ei tribuit: sed aliquando bona obsunt, & mala quandoq; prosunt. Corpus enim Domini quod bonum est, malis malum est. Et carnis stimulus malus est, & tamen Paulo bonus est, & quod malum est, sibi profuisse cognoscimus, Sicut suprà diximus, fratres, panis iste porrectus à Christo, & indignè receptus à Iuda, fecit ex merito Christus, vt maior esset licetia super eum diabolo post manifestationẽ, ideo grauiorem vindictam in eũm fecit. Subtracta enim gratia eum Dominus ad malũ dimisit, & dimisit eum secundum desideria cordis sui, & iuit in adinuentionibus suis. Et permittens eum in propria voluntate & arbitrio, ait discipulo: Quod facis, fac citius: quasi dicat Dominus, Quia non possum te reuocare timore verecũdiæ, nec mortis æternę, nec amore; do tibi potestatẽ, vt agas facto quod iam voluntate fecisti. O Iuda, quid facis? Attende antequam facias. Nam post factũ fortè gratiam pœnitendi habere nõ poteris: quid cupis tradere qui tibi mulcat peccata pepercit? Nunquid à morte te sæpè liberauit? Nunquid cui amore patrem tuum sanauit à lepra, & matrem, cum qua concubueras, à paralysi etiam liberauit? Nunquid te discipulũ cõstituit? Nunquid te bursarium fecit? Nunquid in furto te sæpe inuenit, & semper tibi pepercit? Nunquid te post Petrum vt plurimũ honorauit? Nunquid semper Christus iuxta se te habere voluit? Nunquid ad pacem, postquam ep roditorum cognouit, sæpe reuocauit? Nunquid tibi suũ sacrũ corpus donauit? Nunquid ante te genu flexit? Nunquid pedes lauit? Nunquid te osculatus est? Cur ergo prodere vis magistrũ, à quo tot bona recepisti? Sed hæc omnia non considerans, tecepta buccella exiuit continuò. Et bene exiuit, quia verè à Deo & à consortio discipulorũ Dei exiuit. Et erat, inquit Euangelista, nox. Meritò nox discipulo proditori data erat, quia cycitas mentẽ eius caligauerat. Qui discipulus postquã ab eis recessit nocte, mox magister vndecim congregauit, & ait, Filioli, modicũ tempus adhuc vobiscum sum: ideo mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Nouus enim erat homo, quia quatuor modis generãtur homines: aut sine matre, vt Eua; aut sine patre & matre, vt Adam; aut ex parte & matre, vt homines; aut sine patre ex matre tantum, vt Christus. Bene ergo nouus erat, quia Deus & homo erat. Nouũ etiam regnum promittebat, quod nemo vnquam promittere ausus erat: ideo nouũ mãdatũ dedit. In lege autem veteri dictum erat, Diligere amicum tuũ, & odio habebis inimicũ tuum. Sed Christus nouum mandatũ dedit, quia vt amicos inimicos diligere mandat. Cæteræ namq. virtutes, fides scilicet, oratio, eleemosyna, virginitas, & cæteræ virtutes corporis & fidelibus & infidelibus cõmunes esse possunt: sed inimicũ diligere tantùm Christianorum virtus est: & ideo magister veritatis dixit. In hoc cognoscent homines, quòd mei estis discipuli, si dilectionem adinuicem habueritis. Scitote tamẽ, fratres, quòd talis ordo in diligẽdo seruandus est. Primò super nos & super omnia Deũ diligere debemus: deinde animã nostram, quæ nostra proxima est; deinde corpus, quia factura Dei est: ideo Apostolus dicebat, Nemo carnem suam odio habeat. Ideo nutrire debemus corpus, nec ipsum occidere, sed sustentare debemus cibo & potu, quantum valetudo permittit. Sic enim vult Deus, sic vult Apostolus: sic & vobis, fratres mei, præcepi. Ideo fratres, hortor vos & moneo, atque fieri præcipio, vt tantũ carnem dometis, quãtum natura portare potest. Nã cùm videam inter vos quosdã sexagenarios, quosdam septuagenarios, quosdam centenarios, videns eos Dei amore feruentes, corpora eorũ crucifigẽtes, vinũ etiam nõ bibentes, timeo ne potius Deũ offendant quàm placẽt. Talibus in Christi nomine præcipio, vt saltẽ diebus Dominicis & sollennibus vinum vel cereuisiam bibant. Iuuenes autem qui fortes sunt, & iam triumphare de inimico cœperunt, in Christi nomine pœnitentiam agãt, ne deuincãtur ab hoste. Sic enim volo, sic sæpe præcepi seruari. Sic nõ occidemus corpora nostra, sed seruãt creatori suo. Deinde diligere debemus proximũ, sicut fratrem nostrum, amicum nostrum vel inimicum: ideo attende, quòd si inimicũ videris esurire, ciba illũ, da illi potũ, cooperias eum, & carnẽ tuam ne despexeris. Dilectio enim spiritalis bonorũ est: quia omnis habens eam, bonus est. Nunquid etiam cum odio aliquando paradisum quis intrauit? Ad infernum ire odium habentẽ sæpe me legisse memoror, sed ad cælum nunquam volare cõcedam. Cupimus ergo, fratres, esse ciues cęlestis ciuitatis, seruemus nouum mãdatũ nouę ciuitatis. Illa, inquam, ciuitas habet pacem, præcipit pacem & diligit diligentes pacem. Sequamur ergo pacem, sine qua Deum nemo videre potest. Quæramus pacẽ, & postea sequamur pacem. In ipsa Deus habitat, in ipsa quiescit & pausat: quia factus est in pace locus eius. Nõ ergo habeamus cor intinctũ odio, ne filii Iudæ proditoris simus: ne cum eo suspendamur, & à diabolo pariter cum eo trahamur ad tartara. Qui odiũ in corde portat, secundus diabolus est, & qui pacẽ impedit, Antichristus est, & qui pacem ordinat inter fratres, reuera filius Dei est. Attendite, fratres, Mariam, quoniã multũm dilexit, dimissa sunt ei peccata multa. Quid etiã Petro dixit Dominus, nisi Petre, amas me? Et quia amauit, meruit & amari, meruit audire, Pasce oues meas, pasce agnos meos. Quinetiam discipulo ait qui diligebat Christũm, & quem Christus diligebat: Dilecte mi, veni ad me, quia tempus est vt epuleris. Pacẽ ergo habeamus, fratres, si pacem cum Christo habere volumus. Si vis amari à Christo, ama inimicũ propter Christum. Si vis ergo amari, ama. Hanc amplectimini, hãc diligite, hanc pacem & concordiam vsque ad mortem seruate, si vultis cum Deo pacem habere. Pax enim omniũ custodia & cura virtutum est. Hanc pacem annunciare in suo ortu angelis præcepit: Pacem anunciantẽ sæpe Apostolis, pacem prædicare præcepit hominibus, pacẽ pro testamẽto Apostolis reliquit, pacẽ in cruce pendens postulauit, pacem in sacrificio totiens in populo pronunciari voluit. Nulla denique dabitur venia, nisi pacifico viro. Pellite ergo à vobis hoc odii mortiferum venenum, & pacem inter vos habete, quia estis fratres qui in hac vasta solitudine simul in vnũ estis congregati. Vno enim pane, vno induméto, vno nigro colore, vna aqua omnes simul participamus. Reducamus igitur, fratres, ad nostram memoriam, quòd Dominus ab inimico osculatus est, & tamẽ amicum vocat illum proditorem: Amice, inquit, ad quid venisti? Date igitur reconciliationis pacem, sed non osculum proditionis. Qui enim fictè inimicum osculatur, vel verbo blanditur, Iudæ proditoris fratrem & socium & similem sibi esse, quis dubitare poterit? Sed qui amore Christi verus filius est. Vos enim, fratres, quorũ vita lux mundi est, licet mũdus vos non videat, tamen mundi lucẽ vos appello & sal terræ. Ideo quia lux estis, lucent opera vestra bona. Nos qui videmur gerere in corporis nostri habitu figuram crucis, & nomen religionis sanctę habemus, nigrã etiam vestẽ humilitatis portamus, zonis etiam pelliceis præcinẽti apparemus, caueamus ne simus sepulchra dealbata, quæ foris pulchra & speciosa apparẽt, sed intus plena sunt ossibus mortuorum occultis: prouideamus ne nobis dicatur, Væ vobis qui clauditis cælorũ regnum ante homines, Timeo enim satis, ne paradisum intremus, nec alios intrare permittamus. Hocautẽ quare dico, fratres? nõ quia credam vos malos esse, sed quia doleo de fratre nostro perdito Simplicio, qui ad hũc locum & ad hanc sanctam cõgregationem cum tanto seruore peruenit, & audito patrem imperfectũ esse, à nobis recessit, & mundum intrauit, vt patris vindictã vindicare posset. Qui ergo se existimat stare, vigilantes attendat & videat ne cadat, & sic homines videntes illos qui columnæ sanctitatis esse videbantur tam nequiter cadere, non solùm ipsis regnum cælorum claudunt, sed & in sęculo demorantibus. Nobis denique, fratres, qui nomen & habitum sanctę religionis portamus, vita mala periculosior ostenditur, quàm in sęculo demorantibus. Ploremus ergo, fratres, peccata nostra, & fratris nostri amissi: diligamus & nos inuicem, quia charitas ex Deo est. Non erubescat alter alteri veniam postulare, quia non erubuit Christus inimicos à pacẽ in cruce reuocare. Non erubescat facere seruus, quod primum fecit & Dominus. Dominus autem qui habitare facit nos vnius moris in domo, qui est vera pax, qui fecit vtrãque vnum, nos in vera pace perseuerare faciat.

Ioan. 13.

Leuit. 19.

Ephes. 5.

De lingua dolosa. SERMO XXIX.

CVPIO vos scire, fratres charissimi, quæ sit lingua dolosa, à qua eximius Prophetarũ Dauid postulabat à domino liberari, dum dicebat, Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Et ideo scitote, fratres, quòd non solùm est lingua dolosa illa quæ seminat inter fratres discordias, quę suscitat lites, quæ incitat furores, quæ etiam conuentus conturbat: sed etiam illam dolosam linguam dicimus, quæ te laudare adulando procurat, dicẽs in facie te esse quod non es. A talibus autem Deum deprecari debemus, vt nos liberet; & liberemur. Quare ab hisliberari debemus petere? Quare eos vt mortem fugere debemus, nisi quia adulatores sunt, quia mendacia diligunt & faciunt, quia falsitatis sunt inuentores, quia diaboli fratres, quia veritatis destructores, quia puritatis deuiatores, quia odiorum inuentores, quia diaboli iaculatores, quia satanæ mediatores, quia Dei persecutores, quia animarum inuectores, & omnium malorum inuentores, mel in ore portantes, & venenum aspidum insanabile in corde hominum conspuentes. Ecce propter quod à Domino liberari postulare debemus. O iniqua lingua & dolosa, ô iniqua proditio, ô pessima diaboli astutia, ô grandis malitia, nõ solum per amara verba, sed etiam per dulcia homines illaqueare procurat, vt secum eos perducat ad tartara. Nam si homo ab homine læditur, opprobria, contumelias & iniurias patitur, inimicus reputatur ab eo, credo quòd me nõ diligit, omnino oportet me custodire ab eo, dicet homo: sed si Deo placere volo, me oportet alteram maxillarum sibi præbere, & totum portare in patientia, vel malum pro malo non reddere. Ecce quomodo ad talia remouemur est. Sed si homo beatũ me prædicet, & verba adulationis nõ cognouero, quod remedium habere potero? Ideo, fratres, non solum lingua dolosa est illa, quæ mala inter fratres committit, sed & illa quę adulatur. Si quis verbo tamen nõ offendit, hic perfectus est vir. Sed quia nemo perfectus in via, ideo necesse est, vt alter alterius onera portemus. Nemo tamen alterius onera portare potest, nisi qui habet charitatẽ. Sed qui charitatem non habet, non solum onera proximi portare nõ valet, sed nec etiam sua. Quid enim facere debet qui charitatem non habet? Ecce starim de festuca trabem facit, verbum pro facto reputans factũ fuisse putat: & sic dolet, clamat, tristatur, minatur vitũ proximo dilacerare, & sic consumitur ille qui charitatem non habet, & onera alterius portare nescit, mori etiam frequenter desiderans, sed mori non potest. Nos verò, fratres, non sic: sed si verberamini à lingua dolosa, non turbato animo, nõ corde inflato, sed humili & trãquillo dicite: Domine, libera animam meã à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Sic in homine charitatem habente excitatur frequẽtius amor charitatis. Inflãmatur etenim cor & ardet, reuiuiscunt viscera pietatis, & sic clamare non cessant qui tanguntur à lingua dolosa, Deficit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Psal. 119.

Psal. 119.

De confessione peccatorum. SERMO XXX.

DICERE solent homines, fratres charissimi, Deus cuncta nouit, apud eum nec præteritum nec futurũ est: omnia videt, & omnia ponderat: omnia nuda & aperta sunt ei. Quare igitur vult, vt confiteamur hominibus peccata nostra, quę nequiter gessimus? Nunquid nõ melius est, cuncta mala tacere, quàm ea prædicare in tectis? Ecce enim quis dicet, Peccaui super omnes homines. Sed si cuncta hominibus prædicauero, omnibus hominibus peior reputabor à cunctis, exemplóque meo multi multa mala committent. Quomodo ergo cõfiteri debet homo alterutrum peccata sua? Ohomo, an ignoras quòd omnes peccatores sumus? Et si dixerimus, quòd peccatum nõ habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Omnes peccamus, omnes cum peccatõ nascimur, omnes in peccata demerginur, etiã in fans cuius est vnius dei vita super terram. Cur ergo timemus peccata cõsiteri? Tamen oportet confiteri Deo, quoniam bonus est, & in æternũ misericordia eius. Vult enim Deus quòd confiteamur, non quòd ignoret peccata nostra: sed vt diabolus audiat, quoniam confitemur & pœnitet nos peccasse, & peccatis confessis cum dolore & lachrymis, non habeat amplius vndo nos incusset. Ecce enim, fratres, diabolus vult vt taceamus, Deus vult vt cõfiteamur, & cui magis obrdiendũ sit, certè constat quòd Deo qui salutaria præcepit. Non enim sufficit cessare à malo, nisi peccata quæ fecimus confiteamur cum dolore. Nec soli Deo sufficit confiteri; sed alterutrum peccata nostra confiteri debemus. Non igitur tardes confiteri Deo. Nõ tardes cõuerti ad Deũ, nec differas de die in diem. Subitò enim veniet ira Dei, & tempore vindictæ destruet te. O fratres mei qui vsque nunc dormistis, conuertimini ad Deum in toto corde vestro, in ieiunio, planctu & fletu. Ecce enim quia dicit, in toto corde, non dicet Propheta, quòd in corde est fons pœnitentiæ, fletus verò ad oculum, plãctus autem ad os, se de ieiunium ad totũ cõpus refertur. O homo, ne tardes conuerti ad Deum: discute mentem tuam, prospice singula secreta cordis, considera antequam ad confessionẽ accedas, quòd cor peccauit mala appetendo, oculus vanitatẽ videndo, os falsitatẽ dicẽdo, auris mendacia audiẽdo, manus verbera & homicidia perpetrando, & si non opere, saltem voluntate. Quis se excusare poterit, pedes etiam veloces ad malum? Igitur, ô fratres mei, sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita & nũc exibete mẽbra vestra seruire Deo in sanctificationem. Primò enim cor quod mala cogitauit & concupiuit, pœniteat & doleat; & oculus fleat, os sine intermissione oret, aures audiant verbum Dei, manus eleemosynã porrigant, peregrinos suscipiant, infirmos foueant, nudos induant, pedes veniant ad ecclesiam, genua flectantur & lapidisplicuerit, ita nullum sit membrũ quod peccãdo Deo non patiatur condignam. Dedit enim nobis Deus mẽbra, vt sibi seruiamus, nõ mũdo. Sed, heu fratres, cælorũ ciues & domestici Dei facti sunt amatores mundi, fortius diligẽtes terrena quàm cælestia, trãsitoria plus quàm æterna, res suas plus quàm seipsos! Non sic fratres mei, non sic: quia ecce iam tempus propè est, ecce iam nobis minatur. Surgite ergo qui panem doloris comeditis, & ad ecclesiam pergere festinemus, & flentes peccata nostra cum dolore cõfiteamur. Sed primò talis ordo tenendus est, vt peccata præmeditentur, vt proferendo taliter modo & circunstantiam peccatorum Deo & sacerdotibus cõfiteamur, vt à pedibus suis non oneratí, sed alleuiati discedere valeamus. Et nolite, fratres mei, differre cõfiteri peccata vestra: nã qui vsque ad vltimũ diẽ quadragesimę vel vitę suæ distulerit cõfiteri, dat signum, quòd hoc libenter non facit, non gratiosè, nõ puro corde, sed coactus hoc facere videtur: sed coacta seruitia quantũ Deo vel hominibus placeant, considerate. Non ergo de die in diem differamus pãdere cordis nostri secreta. Promisit enim Deus veniã pœnitenti: sed non promisit vsque in crastinum differenti. Igitur nõ differamus, sed cùm ad cõfessionem accesseris tu homo vel femina, caue ne rideas, vel ornatẽ incedas, ne fabulas primò proferas, sed cum humiliato capite, & dorso eincre & cilicio infuso, cõfiteamini alterutrum peccata vestra. Sed deprecor te, ô homo, vt confiteri non paueas: frequenter enim diabolus cor tuum astringit, ne confitearis, dicens, Quomodo confitebor hæc & illa? O homo quãdocunque hoc perseneris, diaboli tentationẽ esse non dubites, qui cupit te astringere nequiter, vt in peccatis positus sine magna tentatione semper agas quæ placita sunt ei. Nolite ergo timere peccata confiteri, ô fratres: nam illud quod per confessionem scio, minus scio quàm illud quod nescio. Cur confiteri times peccata? Peccator est qui audit peccata, sicut & tu, & forsitan maior. Homo est, nihil differt à me, nihil alienũ habet à me. Cur ergo times, ô homo peccator, homini peccatori confiteri? Elige quod vis: si non cõfessus lates, inconfessus damnaberis. Ad hoc enim Deus exigit cõfessionem, vt liberet humilẽ. Ad hoc damnat non confitentem, vt superbum puniat in æternum. Confitemini, ô fratres mei, & nolite differre: ad sacram messem confessionis accedere festinate. Hæc est enim salus animarum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, oppugnatrix dæmonum, pastor inferni, obstaculum diaboli, angelorum tunica, ecclesiarum fiducia, salus, dux, baculus, lumẽ & spes omnium fidelium. O sancta atque admirabilis confessio, tu obstruis os inferni, & aperis paradisi portas. O confessio, sine te iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputabitur. O confessio vita iustorum, peccatorum gloria, tu sola necessaria es peccatori, & nihilominus iustus fi quis reputabitur, te astringere & frequentare debet. Nihil denique remanebit in iudicio, quod fuerit per confessionem purgatum. O confessio illibata, tanto pondere appensum est, tantúmque valuit apud Deũ, quod homo nouit appendere latroni quiin cruce confessus est Domini crucifixũ, quantũ si fuisset pro Domino crucifixus. Ecce quãtũ prodit breuis cõfessio peccatoris. Sed nos qui sacerdotes sumus, & vtinam boni simus, cautè nobis vigilare necesse est & sollicitè, quatenus sic delinquentiũ cordibus tanto moderamine verbum timoris & cõtritionis insigamus, vt eos nequaquam à verbo confessionis exterreamus, vt sic corda aperiant quòd ora non obstruamus. Sed nec absoluere debemus etiam compunctum, nisi viderimus confessum. Quoniam quidem corde creditur ad iustitiam, ore autem fit cõfessio ad salutem. Qui ergo verbũ confessionis in ore habet & in corde non habet, aut dolosus est, aut vanus. Qui verò in corde & non in ore, aut superbus est, aut timidus. Decet igitur sacerdotes esse tales, vt cognoscant & sciant quam, qualẽ, & quantũ infirmũtibus exhibere debeant medicinam: adiuuante Domino Deo nostro, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

De fallacia mũdi, cæcitas deceptione, propter tria præcipuè mala quæ in eo sunt. SERMO XXXI.

SCRIPTVM est, fratres charissimi, quòd mundum non diligamus, quoniam mundus transit & concupiscentia eius. O munde immunde qui homines illaqueare non destinis, quiescere non permittis, rapere omnes appetis, occidere omnes quæris. Væ qui tibi credit, beatus qui tibi resistit, sed beatior qui à te illæsus recedit. O munde proditor, cuncta bona promittis, sed cuncta mala perfers; promittis vitam, sed donas mortem promittis gaudium, sed largiris mærorem promittis quietem, sed ecce turbatio; promittis florẽ, sed citò vanescit; promittis stare, sed citò recedis. Nõ ergo es diligẽdus, quoniam omnino transis, & concupiscentia tua velut fumus euanescit. Alloquantur omnes amatores tui, ô munde immunde, quibus aliquãdo florẽ serenissimæ iuuentutis præstare voluisti, vitã diuturnam, diuitiarũ copiam, familiarũ abundãtiam, pacis amœnitatem: dicant omnes, loquantur cuncti, surgat venerabilis pater Adam cum omnibus filiis suis, & vno ore loquãtur, vtrum in hac vita gaudium habuerint sine dolore, pacem sine discordia, quietẽ sine metu, sanitatem sine infirmitate, lumen sine tenebris, panem sine dolore, risum sine fletu. Nolite igitur, fratres, mundum diligere, quoniam transit & concupiscentia eius. O munde immunde, fallax & proditor! Nunquid non periculosior es blandus quàm molestus? Nunquid non magis timendus es dum allicis, quàm dum spernis? Nunquid non magis odiẽdus dum diligere dissimulas, quàm dum odire te ostendis? O munde immunde, in te habitare, & nõ dolere, impossibile est. In te sperare, & non timere, vanum est. In te tua amare, & nõ pericitari, impossibile est. O fratres mei, nolite ergo eum diligere, quoniam transit & concupiscentia eius. Sed ecce mũdus transit & nos turbat, & amatur; fallit, & fidelis reputatur; occidit, velut vita desideratur: flectit, & amplectitur. O munde

immunde, & si flores, quid facerent amatores tui? Sed verè non flores, & stabilitatem nullam habes, sed mella tua & dulcedo tua asperitatem habent, iocunditatem falsam, certum dolorem, incertam lætitiam, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriæ, & spem beatitudinis inanem. Nolite ergo diligere mundum: quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Agamus, fratres, si possumus hodierna die de singulis. Voluptas enim carnis dicitur, quam per modum illicitum misera caro appetit, vt gulositas, ebrietas, luxuria, nimia dormitio, & vanus risus. Et quia caro vicinior est, per vitia eius primũ nos aggreditur. Mũdus enim quãto familiarior est, tãto periculosior est, & multi per vitia eius corruũt. Ecce Adam per gulam, Lot per ebrietatẽ, Salomon per luxuriam. Ideo, fratres, gulositati per abstinentiã occurrere festinanter debemus. Considerate, quòd non propter potum, sed propter pomum homo primitùs mortẽ inuenit. Esau non propter gallinam, sed propter lenticulam primogenitum suum perdidit. Scio enim Noẽ omne genus carnis quod cibo esset vsum, manducare cõcessum esse: Heliam cibo carnis refectum legimus. Ioãnis mirabilem abstinentiam prædicamus. Sic nos facere debemus, sed non sicut Esau lenticulæ cõcupiscentia deceptus, non sicut Dauid propter aquę desiderũ reprehensus: sed sicut rex noster qui non de carne, sed de pane tentatus, tentatorẽ superauit teterrimũ. O magna & admirabilis abstinentiæ virtus, per quam homines filii Dei excelsi efficiuntur, per quam vitia expelluntur & dæmones, per quam non solũ animarum salus agitur, sed etiam corporũ sanitas possidetur. Ecce enim, fratres, concupiscentia carnis qualis & quanta est. Ipsa enim fomẽtum & mater aliarum voluptatũ est; quia qui bene comedit, libidines carnis frequẽter sentit, dormire quærit, inde verbositas & rixę quæ sunt opera carnis, inde consumptio pecuniæ. Nolite ergo, fratres, diligere mundum, quia in eo summa concupiscentia est carnis. Sed quid aliud nisi concupiscentia oculorum? O fratres mei, fecit enim Deus nobis oculos videntes, qui fecit magnalia, vt toto corde eum laudemus, plorantes si qua mala fecimus. Ecce in miseria sumus, & in miseriis nõ ridere, sed flere debemus. Cùm enim nascitur puer, non ridet, sed plorat. Quare plorat, nisi quia voce testatur & confitetur plorãdo, se ad miseriam deuenisse? Nascuntur enim filii Adam ad laborẽ & dolorem, quia iugum graue positum est super filios Adam à die exitus de ventre matris eorũ, vsq. in diem sepulturæ eorũ. Non igitur ridere, sed flere debemus, attẽdentes & scientes quòd Dominũ nunquã risisse, sed fleuisse legimus. Sed quomodo fleamus peccata, quomodo eleuemus oculos ad montẽ vnde veniat auxilium, audiamus Ioannẽ. Quid enim dicit, nisi quòd omne quod est in mundo, est concupiscentia oculorum? Concupiscẽtia oculorũ dicitur, quia per oculos desideria auri & argenti, possessionum & cunctorũ terrenorum intrinsecus animæ intimantur. Ideo summẽ custodiendus est oculus, quia ianua cordis est & nuncius. Nam claude oculũ, & voluntas habendi non erit: cesset voluntas, & ecce infernus claudiur. Ecce enim fratres quot mala per oculos fiunt, tot bona per eosdem possunt adipisci. Si enim Dauid oculos clausisset, fœminam non vidisset, adulteriũ nõ commisisset. Si Iudas pecuniam non vidisset, magistrum minimè tradidisset. Et si Sodomitæ oculos clausissent, iuuenes non vidissent nec periissent. Claudamus igitur oculos ne videant vanitatẽm, custodiamus ianuam cordis nostri, ne latro qui quotidie procurat intrare, veniat & cũcta bona valeat depredari. Claude enim oculum, & amittis vitiũ: claude ianuam, & latronem occides, claude oculum, & voluntas non erit habendi; claude oculũ, & infernũ clauseris in æternum. Licet tamẽ multi cæci mali sint, sed peiores eos fore nõ dubitamus, si hæc quę mundi sunt viderent. Ipsa enim visio causa cupiditatis est, & principium appetitus. Claudamus ergo ianuam, ne mors intrare possit per fenestras nostras. Quid enim aliud in mundo esse legimus, nisi superbiam vitæ? O superbia cunctarum virtutum nouerca; quis te creauit, quis te ad nos misit, quis te ad conuentum diuitũ & pauperum tam miserabiliter introduxit? Scio quòd Deus te non fecit, nec te ad nos misit, nec ad conuentũ monachorũ pauperum vel diuitum introduxit, nec te, dum carnẽ assumpsit, assumere voluit; sed tua inimica humilitate dignatus est habitare inter bouẽ & asinum, & subditus esse voluit Mariæ & Ioseph. Quid ergo agis inter nos? Nam te natura non ostendit, qua vno modo generantur, vno modo viuunt & moriuntur omnes. Quid ergo agis inter seruos Dei? Quid ostendis eis? Cur eos inflas? Cur inflare eos demõstras? Nosti quòd eis æternam vitam præstare non poteris. Quid eis demonstras propter quod eleuentur super astra cælorũ, cupiẽtes esse sicut Deus, & super eum ascendere vellent, si possent? O superbia nouerca virtutũ, mater vitiorũ, porta inferni, magistra erroris, caput diaboli, vitiorũ principium, quid inter homines facis, quid eis promittis quòd te tantùm diligere demõstrant? Ecce amatores tui tam citò de altitudine cadunt. Ecce enim Nabuchodonosor quę tantum diligere videbaris, & tantum te diligebat, tam fortiter te astrinxit, vt credere eum faceres, quia nullus eo maior esset in orbe: & ecce mox deflectitur & cadit, & demergitur in profundum, & quasi bos fœnũ comedit. Ecce quid accidit te diligẽtibus? Sed te nõ amantes de stercore penitùs eleuantur, & collocantur cum principibus populi Domini, solium gloriæ, honoris & dignitatis tenentes in scientia. Eia ergo, fratres, discite humilitatem habere, discite superbiam conculcare, discite & eam deuitare, velut mortẽ eam conculcare; quàm difficile diuitibus, & quàm pœnosum, ò quàm meritorium! Estote ergo pauperes, si verè humiles esse cupitis. Nam destructis diuitiis & conculcatis, faciliter sancta perfectiq; humilitas acquiritur, cum quibus verè poterunt habitare. O diuitiæ dulcissimæ & suauissimę hominibus insipientibus apparetis: sed omni venenõ mortaliores estis omnino. Venenum enim quis sumere poterit, nisi fuerit aliqua dulcedine copulatum? Sed commixtum dulcedini faciliter sumitur: sic enim qui recipit, moritur. Sic qui diuitias amat, dulcedinem videtur gustare. Sed ecce mors inter diuitias latens, hominem superbum & elatum, diuitem inflatum, aggreditur, & aggressus occiditur, & occisum ad infernum perducitur. Ecce quantũ prosunt nobis diuitiæ mundi huius, per quas occidimur, per quas mutamur quotidie, per quas insidiamur frequenter, per quas eleuamur in vanitatem, per quas veneramur mendaciter, per quas animã superbã ad infernũ diabolus semper expectat conducere. Tollite ergo, fratres mei, diuitias, vt facilius rollatis superbiam, tollite diuitias, & infernus non erit. Date eleemosynã, & omnia munda dabuntur vobis. O fratres mei, an ignoratis quòd pauperibus non dare, tulisse est? Et meritò quando quis potest esurientibus subuenire, si non pascit, meritò vitam extinguit, & eos mori permittit. Pudeat & erubescat Christianus tollere, pauperibus, quibus iubemur semper offerre. Vltra omnẽ iniquitatẽ est diuitẽ velle fieri de exiguitate pauperũ vel viduarũ. Itaque, fratres, amãda sunt honesta lucra, sed horreantur damnosa compendia. Nullus audeat inde tollere, vbi debeat collecta dispergere. Addẽdo perdit, qui retinendo collegerit, paupertatem potius ad se trahit, qui paupertatem se exigentium pecunia non repellit. O fratres mei, veniet dies illa, veniet, & non tardabit, quãdo nobis dicetur: Esuriui, & nõ dedistis mihi manducare: & vltimo dicetur illis, Ite maledicti in ignẽ æternũ. O fratres, si in ignem mittentur illi qui non sunt elargiti, nec quę cũ labore lucrati sunt pauperibus donauerunt, quid dicetur illis qui aliena rapere non timuerunt? Cum diabolo ardẽt, qui nudũ non induerunt: vbi putamus furos qui viduas & orphanos spoliauerunt? Non ergo spoliare debemus pauperes, vt denudati abundemus in superbia vitæ, sed eleemosynas dare, vt pauperes & humiles simus, non differamus. Sed hæc non solũ facere nobis sufficit, sed & proximũ etiam ad hæc inducere festinemus, dicẽtes pateſtatem habentibus & terrarũ rectoribus, quòd non solũ eleemosynam porrigant, sed & quòd regna sua in pace cũstodiant: sciẽtes, quòd remota iustitia regna latrocinia efficiuntur. Multi enim sunt rectores, sed pauci iustitiæ amatores inuenientur. Nam cùm quæsitum fuisset à Socrate ridente, cur sic fortiter rideret: respõdit, Video magnos latrones ad suspendiũ duci facere paruos: & alta voce clamasse refertur, O quãm digniores estis suspendi, qui in cathedris & domibus habitatis latrocinia maiora cõmittentes, quàm qui in siluis cũ tremore quotidie demorari videntur. Quapropter, fratres, nolite rapere, nolite fœnerari, vt abũdetis in superbia vitæ. Sed diuitię si affluant, nolite cor apponere, sed dispergite eas, vt humiles sitis, & imitari valeatis illum qui sequentibus se dicet, Venite benedicti patris mei, possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi, Amen.

Ad leprosos vt patientiam teneant. SERMO XXXII.

FRATRES mei dilectissimi, scio quòd percussit vos Deus, & leprosi facti estis vsq. ad diem mortis vestræ. Ideo obsecro vos in Domino nostro Iesu Christo, cuius pretioso sanguine redempti estis, vt nõ deficiatis in tribulationibus quæ sunt pro gloria vestra: scientes, quòd per carnis afflictionẽ, mentis infirmitatẽ occidimus. Spiritus enim deficit, dum misera caro gaudet do quiescit. Ergo si paupertas vrgeat, si luctus mæstificat, si stomachus doleat, si pectus vel venter inflentur, si totius corporis dolor vos inquietat, si calamitas vos vndiq. vexat, semper vos lætificet in omnibus laboribus & periculis vitæ huius amor vester in Deum & pia patientia & certa spes supernorum. Desiderium ergo diuitias corde, & crimus locupletes. Desideramus inimicorũ supplicia, & erimus semper victoriosi. Desideramus corporis sanitatẽ, & æternam quietẽ & sanitatẽ recipiemus. Igitur vobis infirmantibus & languentibus patientia summè necessaria est. Nullus enim beatus esse poterit, nullus cælorum ciuis efficitur, nullus amicus Dei constituitur, qui inter mala patiens non inuentus fuerit. O patientia, tu omnia vincis aduersa, non colluctando, sed sufferendo, non murmurando, sed in omnibus gratias agendo. Ipsa enim patientia est, quæ fecem totius voluptatis abstergit: ipsa quæ limpidas animas Deo reddit: ipsa nauis quæ ad portum cunctos suos amatores perducit. Ipsa est per quam infernus claudiur, & paradisus aperitur suis amatoribus. Ipsa est per quam omnis, & sine qua nullus iustificabitur. O si graue vobis est quia leprosi estis, patientiam in cunctis habete. Eleuate capita vestra, & corde aspicite vulnera Saluatoris nostri in ligno pẽdentis, pœnas morientis, pretiũ redimẽtis, cicatrices resurgẽtis, quid aliud videre poterimus, nisi caput inclinatũ ad vocãdum & parcendum, cor apertum ad diligendũ, brachia extensa ad amplexandum, totũ corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sunt, cogitate vos qui doletis: hæc in statera vestri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus fixus fuit in cruce. Et quid plura Saluator noster pro nobis sustinuit, quid plura patiente portauit. Tota enim vita sua plena fuit dolore, & tandem ad crucẽ perueniens per passionẽ ludibriis exponitur, qui est verè palma victoriæ. Spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit constringere.

Ligatur

Ligatur qui sine labore & pœna & soluit cõpeditos. Ligno suspenditur, qui erigit elisos. Aceto potatur fons æternæ vitæ, disciplina cæditur, vulneratur salus, vita moritur. O cecidit ad tempus vitam mors, vt in perpetuum à vita occideretur mors. Ecce, fratres, Christi patientia, ecce Christi bonitas & clementia. Et si placet etiam plura audire, possumus & adhuc plura de Christo prædicare. Non igitur tædeat vos audire. Nam & si fatigaremini, vobis non amplius prædicarem. Cupio enim consolari vos, & non tristari. Nam si tædisi est, dicite: si verò gaudiũ, audite. Ecce enim venit Saluator regẽs fidera, & fugere voluit vbera. Ipse qui panis est esurire voluit, ipse fons sitire, ipse lux dormire, ipse quies fatigari, ipse veritas occultari, ipse iudex viuorum & mortuorum à mortali iudice condemnari; ipse iustitia ab iniustis iudicari, ipse vnitas mutari. Nihil enim tam salutiferũ nobis est, quàm quotidie cogitare quanta pro nobis pertulit Deus & homo. Ecce enim Saluator passus est, leprosus in cruce factus est, patiens factus est, nobis relinquens exempli, vt sequamur vestigia eius. Quod si feceritis, non solùm infirmitatẽ non molestè portabitis, sed cum Propheta clamare voce & opere nõ desistetis. Deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. *Psal.30.* Sed dicetis, O quàm graue, ò quàm inhumanum, ò quàm forte est inter homines habitare nõ possel? Ecce enim separati sumus ab vrbibus, gentes nos spernunt, parentes nos odiunt, consanguinei fugiunt, amici nos deserunt, separati sumus à castris, ac si ex hominibus nati, nõ essemus. O fratres mei, attendite patiẽter, & nolite turbari, nã verum est quod dicitis, sed nolo vos ignorare quod legitis, ait enim Dominus Moysi, Non habitabit in domo mea plenus lepra. Cur ergo turbamini, si inter homines habitare non potestis? Nunquid mundi ciues hoc præstare nobis potuerunt? Nunquid do mum Dei vobis aperire potuerunt? Nunquid per eorum conuersationem efficiemini meliores? An ignoratis quid dictum fuerit sancto viro Antonio, Si cupis saluari, fuge homines, fuge mundum & pompas eius. Cur ergo turbamini, si inter homines cõuersari nõ potestis? Ecce enim sanctus Iob iustus, sapiens, diues, rectus & timens Deũ, & tamen leprosus efficitur, tamen non cõqueritur, extra castra proiicitur, ab hominibus despicitur & deseritur. Ab vxore blasphematur, tamẽ non cõqueritur, nec labiis suis cõtra Deũ mortaliter locutus est, considerans aliam vitam citò esse venturam. Nõ ergo turbemini, sed cõsiderate quia propter peccata vestra percussit vos Deus, vel vt examinet vos. Ecce enim Maria quia murmurauit in fratrem suũ Moysen, leprosa est facta. Azarias rex quia præsumpsit, leprosus factus est. & Giezi quia simoniam commisit, & Naaman quia se glorificauit. Vos etiam quandoque modò percussi estis, patientes estote, & gratulanti animo suscipite illam, ne pariter hic & in futuro æterna tormẽta patiamini. Confortamini ergo, & nolite timere. Ego vobiscũ esse credidi tertia die Paschæ: sed quia Valentinus noster migrauit à seculo, propterea vobiscum esse non potui. Sed nunc fractis argẽteis vasis de bonis ecclesiæ Hipponensis, vobis in necessitatibus & pro captiuis prouidere voluì. Cõsolatur autẽ nos Deus, qui suos cõsolatur in omni tribulatione, Amen.

De detestatione ebrietatis, cum terribilis casus enarratione. SERMO XXXIII.

NON miremini, fratres charissimi, si hodie ter sermonem Deo auxiliante perfecero. Accidit hodie terribilis casus, vt omnes audistis, propter quem non solùm ad ecclesiã Hipponensem omnes antiquiores habere volui, sed etiam omnes feminas & infantes in vnum congregari præcepi. Quibus congregatis cũ dolore & anxietate vobis enarrare intendo, ut ceqnam pateat in plebe, quid accidit præclarissimo ciui nostro Hipponensi Cyrillo. Ecce enim, vt scitis, potẽs erat inter nos opere & sermone, & ferè dilectus ab omnibus. Filium, vt scitis, habebat, & eum vnicum possidebat: & quia vnicus erat, eũ superfluè diligebat & supra Deum. Ideo superfluo amore inebriatus, filium corrigere negligebat, dans etiam potestatem faciendi omnia quæ placita essent illi. O dolosa libertas, ò grãdis filiorum perditio, ò paternus amor moriturus! Ecce filios se dicunt diligere quos iugulari procurant. Dicunt eos amare, quibus iã suspendia parant. Dicunt patres filios se nutrire: sed ecce iam pater & filius ambo in foueam cadunt. Quare pater cum filio cadit in foueam, nisi quia pater cæcus est, quia malus, & quia salutẽ suã & filiorũ suorũ videtur negligere? Quo & quomodo pater hæc negexerit, nisi quando filio libertatem donauit, quãdo eum corrigere neglexit, quando virgæ pepercit, quãdo ei semper serenã faciem demonstrauit? Cupitis audire nunc quomodo pater & filius in foueam cadunt? Licet enim sciatis, tamen quia necesse est, vt vos quãdiu viuitis timeatis, ideo quæ hodie facta sunt iterũ dicere nõ erubesco. Ecce enim Cyrillus vester filium habebat vt scitis, quẽ corrigere negligebat, & luxuriosè viuendo consumpsit partem bonorũ suorum: sed ecce hodie ebrietatem perpessus, matrem prægnãtem nequiter oppressit, sororẽ violare voluit, patrẽ occidit, & duas sorores vulnerauit ad mortẽ. O magni diaboli dominatio, patrẽ quẽ post peum reuereri debebat, occidit, matrẽ à qua portabatur, prægnantem oppressit, sorores quas tenerrimè deligere debebat, voluit violare, & duas vulnerauit ad mortem. O dolorosa ebrietas, omnium malorum mater, omnis luxuriæ soror, omnis superbiæ pater: O ebrietas tu mentem cæcas, indicio recto cares, consilium nullum habes, blandus dæmones, venenum dulce es, peccatum suaue es? O ebrietas, nunquid non per te inflatur stomachus? Nunquid non per te putrescit anhelitus? Nunquid non oculos cæcas? Nunquid non cuncta membra debilitas? Nunquid non mortem accelerasi? Nunquid non bursam euacuas? Nunquid non dominium recipis ab homine? Nunquid bestialẽ & irrationabilẽ te diligẽtem tecum ducis? O ebrietas, discant te diligentes agnoscere, discant te deuitare, iterum discant te deuitare, discant te velut mortẽ effugere, quoniã qui te dilexerit, regnũ Dei nõ cõsequetur. Ergo ò fideles abstinete, & nolite inebriari vino! Non enim sufficit abstinere: sed abstinẽtes alios abstinere doceãtis. Docẽtes quomodo Lot inebriatus cũ filiabus iacuit. Samson etiam vino repletus per meretricem inimicis traditur: audite fideles, audite Esaiam dicentem, Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandã, & potandum vsque ad vesperam, vt in vino æstuetis. In veteri etiam lege præceptum erat, quòd sacerdotes cũm ingrederentur templum ministrare Domino, omnino non vinum biberent. Si ergo hoc erat, dum templum tantùm ingrederẽtur, & quid nos miseri facere debemus? O quàm plures sunt ex vobis qui prius tabernam visitant, quàm templum: prius corpus reficiũt, quàm animã: prius dæmonẽ sequũtur, quàm Deum? O fideles non fideles, quid vobis cum vino? Nũquid vinum factum est, vt deficiatis maledicentes nomẽ Domini? Abstinete ergo à superfluo potu, ne rebelles efficiamini. Quandiu enim Adam abstinuit, tamdiu obediens fuit, tãdiu bonus, sanctus & iustus permansit. Sic & Helias tamdiu miracula fecit, quamdiu pane & aqua refectus est, sed postquam carnes comedit, & vinum bibit in saturitate, miracula non legitur fecisse. Eia ergo fideles, cũsum superiùs assignatũ inter cætera considerantes Deũ timete, & timentes eum feruenter rogate, vt ab his & ab omnibus malis liberet nos semper, Amen.

De duobus generibus hominum mundum derelinquentium, qui sanctũ Lot & vxore sua designantur. SERMO XXXIII.

AVDITIS, fratres charissimi, quòd Lot nepos Abrahæ, inter pessimos Sodomitas & Gomorrhæos sanctè & iustè moratus est. Quas ciuitates volens subuertere dominus, ad seruũ suum Lot angelos misit, vt cum malis nõ periret. Qui eũ exiret, dixerũt ei angeli, Salua animã tuã. Vxor verò Lot quia retrò respexit, mox mutata est in statuam salis. Igitur, fratres mei, quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt inde fructũ aliquem capiamus. In Lot enim & vxore sua duo genera hominum designantur, scilicet mundum derelinquẽtium: quorum vnũ perfectè deserit, aliud quoque tepidè, & respiciendo retrò venit ad mortem. Sodoma quoque, quæ cæcitas vel mata vel asperitas interpretatur, mundus est, in quo sunt homines muti & cęci, ad quos mittuntur sancti angeli, & sancti prædicatores, vt dicant, Salua animã tuam, & in mõte te saluũ fac. Fugere enim Sodomã, quid aliud est, quàm incendiũ libidinis, luxuriæ, superbiæ & auaritiæ fugere? Quibus & præcipimur non retrò respicere, quia victor mũdi & montẽ sanctæ religionis ingressus, no debet retrò respicere. Quare? Quia melius esset viam veritatis non agnoscere, quàm post agnitam retrò abire. Quid est dicere, nisi quod melius esset, quod in vita seculari & laicali mansisset, quàm postmodum solitariam vitam deseret? Apostatare enim nequam est, mortale est, cum damnatione semper viuere est. Tales enim seminæ & vxori Lot comparantur, quia morientes, retrò aspicientes, conuertuntur in statuã salis. Lot præcipitur vt in montem se saluũ faciat, per quem contemplatiua vita designatur. Tu verò homo ascende in montem pœnitentiæ, ascende in montem diuinæ contẽplationis. In hunc mõtem te saluum fac, in hunc montem volãdo transiligra sicut passer, & ibidem salua animam tuam curis & seculi dignitate denudatus. Sic enim fecit gloriosus ille adolescens Nathanaẽl, de quo legitur: ait enim, Magister, quid faciam vt habeã vitã æternam? Cui Dominus: Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Cui adolescens: Quæ sunt mandata? Cui Dominus: Diliges Dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo, non homicidiũ facies, non adulterabis, non facies furtũ, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuam, & proximum tuum sicut te ipsum. Hæc omnia ad tuam viam pertinent. Cui dixit adolescens: Domine, hæc omnia custodiui à iuẽcute mea: quid mihi deest? Cui Dominus: Si vis perfectus esse, vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Et secutus est Iesum adolescẽs ille, & nũquam retrò postmodũ respiciens, reliquit patrẽ & matrẽ & vxorẽ, filios & sorores & animã suam. Tunc prudens adolescens mõtem Dei ascendit, Sodomam & Gomorrham reliquit, incendiũ libidinis fugit, curã seculi suffocauit, & montem summæ contemplationis ascendens, emit in agro thesaurũ absconditũ, charũ eum tenens in vita sua. Similiter hoc idem fecit Petrus, quando volũtariè omnia deseruit, omnia relinquẽs & secutus est Iesum. Sic & Maria illa Lazari soror, cũ Lazaro fratre suo & Maria virgine prudentissima, quando omnia vendiderunt, & pretiũ ante pedes Apostolorum posuerunt. Sic & Heliæ facere placuit, & Ioanni zachariæ filio, quando eremum intrauerunt. Sic & Paulus cũ Antonio, quãdo annis multis eremum coluerũt. Sic & fratres mei, qui sanctorũ patrum vitam & exempla imitari & sequi voluerunt. Nunquid nos etiam hoc idem optamus? Etenim in seculo sumus, semper tamen vt incepimus vobiscum in solitudine esse desideramus: & ostendimus opere, quando episcopali ecclesia grauati non fuimus. Eia ergo, fratres, pro Deo iugo Dei submissi estis, vt sublata licentia peccandi catena obedientiæ in proposito bono retineri possitis. Sed attendite fratres mei, & lætitia cordis mei, quòd nihil proficit bene operari ex coactione, nisi ex voluntate libera faciatis.

Qui

Qui enim bene faciunt coactè, Deo nõ sunt accepta quæ faciunt, & Simoni Cyrenæo, quem Iudæi angariauerũt vt crucem Christi portaret, optimè comparatur. Ecce enim Simon crucẽ portat cum dolore, quia non libenter portat angariatur, sed nõ moratur in ea: ideo nõ perseuerãdo fugit, & sine fructu a cruce recedit: quia nihil boni dicitur, nisi vsque ad mortem in bono perseueretur. Sic & nos crucifigamus corpora nostra verberibus, vigiliis, abstinentia esce & potus. Sed timeo ne coacti hoc agamus, & corpora macerãtes mũdo saltem voluntate viuamus. Ideo, fratres, in hunc montem obedientiæ ascendamus, & quod Deo promisimus, attendamus. Nihil est enim maius obedientia, nihil peius inobedientia. Adam periit, quia inobediẽs fuit: Christus resurrexit, quia patri obediuit. Ionas inobediens à pisce absorptus est. Saul inobediens à dæmone correptus est. A qua correptione liberet nos ipse Christus, vt dignẽ ad montem contemplationis volare possimus, Amen.

Ad iudices, vt caueant, ne odio, amore, pretio, precibus, vel timore corrumpantur, ceteraque vitia declinent, & iustitiam ferueant.

SERMO XXXV.

ROGATVS à vobis, ô iudices, licet cũ Fortunato Manichæorum presbytero longa disputatione grauatus, sermonẽ vestra dilectione deuictus facere, Deo auxiliante, non distulimus. Ecce enim nunc congregati estis in domo Episcopi, Conuenistis omnes in vnum, non vt sophismata audiatis, non vt poëtarum curiositatem intelligatis, nõ vt beatos vos esse prædicem sed solùm vt quid pro vestra salute necessarium fuerit, audiatis, & audiences operibus adimpleatis. Vos enim reputati estis ab hominibus duces populi, iudices terræ, orphanorũ patres, viduarũ marti, iustitiæ zelatores, reipublicæ amatores. Cauete ergo, ne corrumpamini odio, amore, pretio, precibus vel timore. Decet igitur iudices nõ solùm quod diximus adimplere, sed cũ Dei adiutorio calcare superbiam, abominari luxuriam, abhorrere falsitatem, despicere auaritiam, quæ nouerca dicitur esse & summa inimica iustitiæ. Ipsa enim est quæ patrem nescit, matrem ignorat, amicos perdit, & seipsam relinquit. Decet igitur iudices nõ auaritiam, sed largitatem sectari, & amare paruulos, pusillis & orphanis faciem serenam non solùm verbo, sed opere demonstrare. Non enim auertere facie debẽt à pauperibus, nec priores dedignantur conseruare fideles, nec ceruicẽ erigere debent quosdam despiciendo: scientes, quòd mortur parirer doctus & indoctus. Decet igitur iudices gratiam quam diuinitus receperunt, solicita mente custodire, fideiũ ostendere, zelũ rectitudinis conseruare. Decet etiam iudices clementiæ esse cultores, detestatores sæuitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad misericordiam festinos, in aduersis firmos, in prosperis humiles & cautos, & quibuscunque dignitatibus sublimatos seipsos agnoscant, & caueant ne suos inferiores despiciant. Decet etiam iudices sapiẽtes esse, & in lege doctissimos, ne dicere valeant, tanquam legem sanctam ignorantes, bonũ malum, & malum bonũ. Decet etiã iudices plus Deũ timere, quàm alii homines; plus de salute animarũ curare, quàm corporis: plus honorẽ Dei, quàm marsupia plena diligere. Sed væ vobis, ô iudices, væ vobis in æternũ & vltrà, quia non est in vobis veritas, non misericordia, non pietas, non iustitia, nec scientia Dei potest in vobis inueniri. Quid enim inter vos regnat? Auaritia, mendaciũ, clamor, apparẽtia, peruersio sacræ legis, dicentes malum bonũ, bonum malum. Ecce acceptio personarũ. Non est enim veritas in vobis. Diminutę sunt à vobis veritates. O patres pauperũ, ô verè non patres, sed prædones! Quare non patres? Quia vbique per vos opprimuntur, nec est qui misereatur pupillis Dei: sed si iudes locutus fuerit, mox tacuistis, causas suas vsq. ad nubes perduxistis. O iudices sciẽtiam & iustitiam mundi amantes, attendite quid agitis! Nã scientia mundi pleni estis, & in ipsa moriemini. Quæ est enim scientia mundi, nisi thesaurũ congregare, lucrũ terrenũ acquirere, decipere proximum, mentiri, iurare, iustitiam cautè peruertere, & similia in cũctis agere: ista enim est sapientia huius mũdi. In istis fere quasi tota vestra vita consistit, & ideo attendite qui iudicatis terram, quòd sapientia huius mũdi stultitia est apud deum. Sed dicitis, O episcope, hanc scientiam non amamus, furtum non committimus, proximum non decipimus nec offendimus. Quare? Quia nihil aliud recipimus, nisi quantum nobis donare voluerit. Ego autem deo vobis, quòd tantũ fecistis quantũ facere potuistis. Non plus vobis fuit datũ, ideo nõ plus recepistis. Quantũ potuistis, fecistis. Leues causas magnas fecistis. Nam & si vi non rapuistis, & ornamẽta in via non depræda ti fuistis, latrones tamẽ esse potestis. Latro enim timet malum, & vbi non potest, non facit, & tamen latro est. Deus enim cor interrogat, & non manũ. Lupus enim frequenter venit ad ouile, & quærit rapere oues, quærit lacerare, quærit deuorare. Vigilãt tamẽ pastores, latrant canes, & sic lupus timendo fugit. Nunquid non tamen lupũ non esse dicimus? Absit. Sic & vos facitis quantũ potestis, si plura posteris, plura faceretis. Ea igitur, ô iudices, attendite, ne cũ falsis iudicibus Susannæ confundamini. Suscitabit enim dominus spiritũ Daniel, & ponet spiritũ eius, & sapientiã pueri sui Daniel is in mentẽ alicuius iuuenis, & sicut fecit in Susannæ iudicibus, cõfundet omnes falsos testes cum iudicibus, & tunc fieret quid profuerit sibi sua scientia. Considerate ergo, ô iudices terræ, quid per Oseam seruum suum deus loquatur. Ait enim: Visitabo populum meum, & iudices, & vias eorũ, & cogitationes eorũ reddam eis. O quãm horrendũ est in cidere in manus domini! O quanta vltio! ô quanta miseria malis erit in die nouissimo! Expellentur enim mali mercatores, falsi iudices de domo Domini, exultabũt à domo Dei, expellentur à paradiso, & ibunt in locum vbi semper erit fletus & stridor dentiũ. Ideo attẽdite ad consiliũ meum, aperite cordis portas. Surgite qui dormitis, legite Esaiam prophetam, sequimini eũ; non cras, sed hodie, non tamen hodie, sed & nunc. Ait enim Propheta: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominũ, & misereb itur ejus, quia misericors est. Currite iudices, ne iudicemini, ad patrem misericordiæ quærite veniam: reddite quod recepistis illicitè. Quærite veniam, quoniam propè est omnibus innocantibus eum in veritate. Ipse est qui sanat cõtritos corde & humiles spiritu, & corde tribulatos saluabit. Ambulate dum lucẽ haberis, dũ dies est. Ecce, ô iudices, venietiã nox: quia venit iam mors, in quanõ erit licitũ ambulare. Cogitate quid estis, quò ituri estis. Pareates enim vestri prædicẽt mortui, sepultura clamat, infernus vlulat, dæmones expectãt, facerdotes prædicant, quid superbis terra & cinis? O iudex qui Deum nõ agnouisti, dum iuxta tumulos patrũ tuorũ transis, scias quòd mortui clamãt, Terra es, & in terrã ibis. Homines enim fuerũt, sicut & vos diuitias possidendo. Vbi modò ipsi sunt, sic & nos erimus. Vbi superbia eorum, vbi conscientia, vbi cathedra magistralis, vbi honor discipulorũ, vbi indumenta serico & pelle decorata? O cinis & puluis! ô iudex quid es, & quid eris, considera. Non ergo tardes cõuerti ad Deum, & ne differas de die in diẽ, Subitò enim venit ira eius, quia iuxtà est dies perditionis, & adesse quidẽ necesse est, & festinant tempora. Nemo ex vobis tamẽ desperet, nemo diffidat de Dei misericordia. Sed attendite quia nulla culpa tã magna est, quæ nõ habet veniam. Et ne aliquis desperet, Mariam illam peccatricem, dominam luxuriæ, vanæ gloriæ matrem, sororem Marthę & Lazari in exemplum assumite, quæ postmodum Apostolorum apostola meruit nuncupari. Adiuuet autẽ nos ipse Deus & homo, qui pro nobis natci & mori dignatus est, Amen.

Ad presbyteros suos, malam vitam eorum reprehendens.

SERMO XXXVI.

FRATRES charissimi, vt nouit charitas vestra, oportet manũ mundam esse quæ polluti vasis maculas debet purgare, ne polluta deterius possit coinquinare cũ sordida sordidũ tractat. Propterea sacerdotes altissimi Dei vobis dicitur, Mundamini qui fertis vasa Domini. Vos enim estis qui vasa Domini ferre debetis, quibus datũ est nosse mysteria regni Dei: Vos estis sal terræ, lux mundi, lucerna accensa, ciuitas in monte posita, columnæ templi, lignum scientiæ in medio paradisi positũ, patroni & rectores terræ, angelorum & paradisi ciues, Propheratum filii, Patriarcharum cognati, Apostolorum successores. Mundamini ergo, vt dignẽ cum patribus ferre positis vasa Domini. Vasa enim non solùm aurea & argentea, sed etiam illa pro quibus redimendis Dominus mori dignatus est. Propterea attendat charitas vestra, quales esse deberis, vt dignẽ vasa Domini portare possitis. Ait enim Apostolus: Oportet Episcopum sine crimine esse, tanquã Dei dispensatorẽ, nõ proterunum non iracundum, non vinolentũ, non percussorem, non turpis lucri appetitorem. Hæc autem nõ solùm ego Episcopus seruare debeo, sed & vos vnà mecũ, Deo auxiliãte, seruare debetis. Per omnia sine crimine sicut Episcopum, ita iuber esse presbyterum, id est, irreprehensibilem, vt non quærat vxores, non diuitias, non honores, ne secularis dicatur. Nõ enim debet qui animarũ curam gerit, transire de domo in domum, non frequentare forum cum rusticis, non mercantias acquirere, non cõmatres procurare, nõ ligonisare, non tabernas intrare, non discurrere, nisi necessitate cõpullus. Sic enim facientes irreprehensibiles sunt apud homines. Sic enim vasa Domini dignẽ portare poterunt. Sed si contrarii fuerit, quod Dominus auertat, quomodo poterit auferre malũ de medio ouiũ, si in delicto similiter simili corruerit vel maiori? Non enim talis dispensator dicitur, sed potius dissipator. Aliud est enim dispẽsator, & aliud Dominus. Dispensator enim seruus est. Nõ enim licet dispensatori peruertere seruos, non occidere, non iracundiam portare: quia Dominus eius humilis benignus & misericors est. Non ergo licet dispensatori furiosium esse. Nihil enim fœtidius, nihil dãnosius, nihil leuius, nihil turpius in pastore furiositate. Attendat igitur pastor, attendat & dispensator, quid legitur, Seruum Dei non oportet litigare, sed humilem ad omnẽ esse, patientem, doctorẽ, in mansuetudine erudientẽ eos qui contrà moneant. Discant ergo pastores, si offendantur, patientes esse. Et vt ego patientiam mereat, oportet presbyteros etiam non solùm abstinere à rixis, sed ab ebrietate cauere. Non enim licet clerico extra horã bibere, sed aliquid manducare, vel de domo in domum transire, & prandium vel cœnam ordinare. Attendite presbyteri mei, attendite, & si veritatem dico, nolite turbari. Nam valde despicitur clericus, qui sæpe vocatus ad prandium non recusat, etiam necessitate aliqua compulsus. Sæpe enim in cœna vel prandio, vbi magna existit multitudo, rixæ & ebrietates nascũtur, & ea quę sunt opera carnis. Ideo summẽ cauere debet clericus, ne extra domũ suam vel episcopi prãdere audeat, vel in eadem etiam audeat secularibus præparare. Quid enim aliud habere debemus, nisi quod turpis lucri appetitores nõ simus? Omne enim lucrum remotum à presbyteris esse debet. Nã non seculi, sed eorum quæ Dei sunt, negotiatores sumus: seculares ad nos venire non possunt, nunquid vel intelligere? Absit. Sermonem nostrum audire voluistis, & dimisso dentium dolore voluit habere vos, nõ vt bonos vos esse audiatis, sed vt veritatem loquendo vestrã miseriam intelligatis. Quid enim estis? Dicetis, Pastores sumus. Ego autem dico quòd pastores estis, & verum est quod dicitis. Sed qui pastores vel quales, dicere non audeo, quia simul vobiscum mendax. Omnes peccatores sumus, omnes in peccatis nati & concepti sumus, omnes in peccatis viuimus. Expedit tamen, vt verum dicam, quia Episcopus sum, quia pastor sum, quia pro vobis animam ponere paratus sum. Facere igitur non debeo, quia licet peccator sum, animũ tamen pro vestra salute ponere iam decreui, iam me paraui, verũtamen dicam: & omne quod verum est à quocũque dictum, à Deo est, à patre & filio & spiritu sancto est, dicere expedit, non occultare. Nam si verum tacerem, essem vobis similis in cũctis: quod nolo. Si ergo Deus mecum, quis contra me? Nunquid Fortunatus vel Arctius cum suis insidiis? Nam quia verum eis dixi, ideo in eremo insidias mihi posuerunt, volentes me comprehendere & occidere, & tamen Deus me liberauit. Libenter tamen suscepissem martyrium, & etiam pro veritate mori semper paratus sum: Audite ergo rebelles, audite lupi rapaces, audite vos derisores. Veniat, etiam ille sanctus Ezechiel qui portam clausam videratin domo Domini, surgat & vobis aperiat visionem quam vidit & palpauit. Die die, O sancte Ezechiel, die presbyteris meis. Ait fibi Dominus: Fili hominis, prophetа de pastoribus Israel, dicque ad eos: Væ pastoribus qui pascebant semetipsos. Nõnne greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum erat, non consolidastis: & quod ægrotum erat, non sanastis. Quod confractum est non alligastis: & quod abiectum est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ. Sed ego super pastores, requiram gregem meum de manu eorũ. Ecce quomodo de vobis queritur Dominus, quia non estis pastores sed lupi rapaces, quia omnia quasi quæ facitis propter lucrum facitis. Non solùm quæ ecclesiarum sunt quæritis, sed & quæ mundanorum. Ecce enim discutiamus mentem, perquiramus veritatem. Nunquid missam cantare, nunquid baptizare, nunquid mortuũ sepelire sine pretio vel promissione dignamini? Nunquid non citius mortem diuitium, quàm corporis salutem desideratis videre? Ecce quomodo lupi estis, ecce quomodo omni simonia infecti estis. O facerdotes quid agimus, quid sumus, cur tantum dormimus? Ecce latro semel furatur, semel fœnus proximi tollit vel rapit, sed si capitur blasphematur, verberatur, furtum imponitur, & tanquam latro iudicatur ad mortem. O facerdotes mei, si fœnus in laico crimen iudicatur, si propter hoc mori debet & condemnatur ad mortem, quid de vobis erit in die nouissimo? Quid de nobis faceret mundus, si super vos potestatem haberet? Quapropter tenete iustiticiam, nolite lucrum facere, sed habẽtes victum & vestitum, contẽti peromnia esse debetis. Sed qui celebrat vel prædicat vel baptizat, vt inde lucrum acquirat, bonis cælestibus de facto se priuat. Ecce enim Romani principes, quantum necesse eis fuerat de diuitiis suis, tantum recipiebant, aliud quoque pauperibus erogabant, iustitiam mirabilem conseruabant in cunctis: propter quæ & alia bona quæ faciebant & obseruari volebant, meruerunt magnifico imperio sublimari, & timeri à cunctis in orbe. Ecce enim Pagani erant, & stultissimũ putabant pro Deo colere crucifixum, & tamen Deum suum timebant. Et nos qui nomen Christi in fronte portamus, quid aliud quàm simoniã & latrocinia quotidie procuramus? Ego etiam infidelis eram, & non solùm à Carthaginensibus, sed à Romanis acutissimus reputabar à cunctis. Copiosa turba circumdabat frequenter, & me transire videntes & audientes manum ori suo ponebant, eiuem Romanum tribunorum caput me facerant, & vxorem Fortunai filiam mihi æqualem parauerant. Audeo enim dicere, audeo hoc afferere, in nullo me mutatum fuisse omnia cõtemnens, cuncta quæ promiserant spernens, diuitias abhorrens, ciuitatem capitẽ relinquens, fugiens Mediolanum, vxorem nõ quærens, cogitans nihil peius habere quàm consortium mulierum & societatem. Hęc omnia seruus iniquitatum mearum facere nolebam: qui tamen nunc seruus Christi ea quæ diximus, & maiora tentor habere frequenter. Nos autem, fratres, qui in pugna semper sumus, licet tentemur ad mundum redire, vxorari, negotiari, delicatè viuere, cathedram etiam ascendere, cauemus ne cum mundo damnemur. Vos enim estis dii excelsi, in quorum synagoga Deus deorum stare desiderat. Vos estis eius vicarii quia vicem eius geritis. Vos estis filii excelsi omnes, quibus datur potestas ligandi atque soluendi, aperiendi, etiam cælum, & infernum claudendi. Eia ergo, facerdotes Dei excelsi, aperite aures cordis vestri. Quiescite iã agere peruerse, discite bene facere, pascite oues verbo & exemplo, nolite eis cælum claudere. Clauditis, dum non corrigitis, clauditis, dum malè viuere ostenditis. Oculus stris cæco, & pes claudo. Tunc enim oculus estis cæco, cùm eius tenebras effugatis ignorantiæ. Et pes estis claudo, quando viam veritatis demonstratis, vel quando fidem eorum roboratis. Si fidem vestram pro vobis roborare nesciti, quomodo aliorum fidem roborare poteritis? Et ideo attendite nęc turbemini, si veritatem dico vobis. Scio enim, & bene scio, quòd vobis amara est veritas. Quare, nisi quia veritatem dico non creditis mihi, & in melius etiam non mutamini? Amara est ergo veritas, & qui eam amant vel prædicant, sæpe replentur amaritudine & dolore. Tacere tamen non audeo, nec vobis placere intendo: quia si hominibus malis placerẽ, seruus Dei non essem. Vultis vt placeam, desideratis vt diligam: tamen non vultis vt corrigam. Obsecro tamen vos, vt vitam emendetis, conculcantes auaritiam, despicientes luxuriam, vitantes superbiam, simoniam odientes, pauperes amantes, pompas huius seculi renuentes, & pro nobis intercedentes, sine intermissione orantes, vt & ego vna vobiscum vasa Domini dignẽ per gratiam mereay portare. Et si quis de me murmurauerit, sciat quòd de patre episcopo murmurauerit, parcatur illi, & oretur pro eo.

Quòd facerdotes se debeant exhibere sicut Dei ministros, & cauere ne dona sanctiſpiritus vendere procurent; patientiam quoque & castitatem seruare, ac de fornicationis detestatione.

SERMO XXXVII.

FRATRES charissimi, sicut Actium Apostolorum narrat historia, apostatante Iuda à consortio Apostolorum, diuina prouidentia ad structuram ecclesiæ prouidens fundamenta, quæ secundum Ioannem sunt duodecim nomina Apostolorum, beatum Matthiam vocauit ad apostolatum. Et sicut suscepit Matthias principatum, & surrexit loco Iudæ: sic etiam nos suscepimus principatũ in ecclesia Dei, & per gratiam suam suos ministros facere voluit, & in palatio suo nos constituit, & elegit vt essemus gens sancta, populus Dei, sal terræ, lux mundi, & angelici homines absque peccato. Ministri etiam Dei sumus & serui. Serui enim dicuntur non qui ad oculum seruiunt, sed qui voluntati Domini in omnibus fideliter obediunt, & tunc in tantam familiaritatem Domini mouentur, quòd non amplius serui, sed amici vocantur. Ideo tota mente nos exhibeamus in multa tribulatione, in scientia, in charitate non ficta, in vigiliis, in carceribus & plagis, in verbo veritatis. Et sic nihil habentes, omnia Christum possidendo simus possidentes. Hæc est enim beatorum vita, hęc est facerdotum salus. Hæc est seruorum Dei requies. Hæc est amicorum eius voluntas. Hæc est enim sanctificatio nostra, vt in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulatione, in necessitate, in castitate, in abstinentia, in scientia, in suauitate, in charitate non ficta, in verbo veritatis: nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum: Christi enim serui sumus. Tunc Christianorum ministerium vituperatur, seruitus nostra despicitur, quando ea quæ Christi sunt despicimus, & opere adimplere negligimus. Sed væ nobis, fratres mei, væ nobis, quia falsum nomen Christi portamus, falsum nomen Dei gerimus, quia opere non adimplemus quod implere debemus. Discutiamus facerdotes mentẽ nostram, & sciamus si serui Christi simus. Sciamus enim quid facere debeamus, ne serui inutiles simus. Quid enim? Certè nihil aliud nisi quòd exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia. Sed væ nobis, quia nullam patientiam habere videmur. Nam pauperes esse debemus, quia membra Christi sumus, & ministri Dei. Sed si paupertas aggrediturvel aliqua corporis necessitate turbamur & affligimur, dona sancti spiritus vendere procuramus. O facerdotes mei, nolite hoc malum facere, sed memẽtote quòd gratis accepistis, & ideo gratis reddite, ne cũ Simone mago damnemini, cui dixit Petrus: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Qui etiam pretium recipit de sacramentis, Grezita est & plenus lepra. Nam cùm Heliseus mũdallet Naaman principem Syrię in Iordane à lepra, redens Naaman obtulit Prophetæ multa munera: sed ille noluit recipere. Qui cùm recessisset, locutus est ei Giezi discipulus Prophetę, petens à principe Syriæ munera. Quibus accepris Propheta omnia per spiritum nouit, & videns eum redarguit percutiens eum lepra. Sic etiam percutiuntur omnes qui pro sacramentis pecuniam petunt. Sed dicetis: Nunquid non Scriptura dicit, Qui altari seruit, de altari viuat? O facerdotes hoc quod dicitis, omnino negare non audeo: sed scitis quòd Deus intuetur corda hominum. Nam si sacramentum dare distulerit, etiam si fuerisomni pauperrate vallatus, non pastor es, non minister Christi es, sed mercator. Non igitur petas, non etiam tantum pro baptismo recipias, si eum Simone perire non velis. Nam facto pacto sacramentum vendidisti, & Saluatorem tuum prodidisti cum Iuda. Spontanea & sincera voluntate porrige sacramenta, nihil petendo, nihil expectando, nihil de promisso desiderando: sed si tibi datur, iustè recipis, iustè possidere potes. Memento tamen quod pauperem vitam facerdos gerere debet, & ideo si superbiam habet, si magno beneficio gaudet præter victum & vestitum, quod superest, pauperibus dare non differat, quia omnia pauperum sunt. Verbum autem illud quod negare non debet fidelis, Qui altari seruit, de altari viuat, verum omnino est: quia non licet facerdotibus manibus operari, ligonisare, ferrum fabricare, & similia. Hoc autem propter reuerentiam & tanti sacramenti dignitatem. Illud autem magis ad seculares quàm ad facerdotes pertinet: ne ipsi facerdotes Dei fame pereat vel nuditate, ideo dignũ est, vt qui altari seruit, de altari viuat. Similiter, fratres, qui sacramentum emit, vel ecclesiam, vel presbyterium, vel ecclesiarum introitus, vel seculari potentia hoc prose procuauit, fciat quòd cum Giezi & Iuda fam damnatus est, iam leprosus factus est, iam de templo Domini expellendus est. Quare sic? Quia qui non intrat per ostium in ouile, sed ascendit aliunde, fur est & latro. Ideo reprehendendus est, qui ea ementes & vendentes Dominus eiicit de templo: repellendus est, quia leprosi eiici iubẽtur. Nõ intrat per ostium ad ecclesiam, qui per laicalem portam intrat.

Non

Oseæ 4.

Esaiæ 55.

Genes. 3.

Esa. 52.

Tit. 1.

Act. 8.

1. Cor. 9.

2. Tim. 2.

Non enim laicis spiritalia dona tradita sunt, sed Domini vicariis. Vicarii Domini sunt, qui vicem Apostolorum tenent. Castella autem & villas suas laici dispensent: bona autē Hipponensis Ecclesiæ vigilanter attendāt, ne tangant. Diuites enim tarō vel nunquam pauperibus sacerdotibus præbendas procurant: & si procurant, non Dei amore procurant, sed vt cum vxore & familia de bonis ecclesiæ gaudere valeant. Et ideo sciat sacerdos, qui timore vel amore defraudari à diuite se permittit, quòd impunitus non remanebit: & si non in præsenti, saltem in futuro igne æterno non carebit. Redeamus igitur ad propositum, fratres, & sciamus quomodo poterimus nos exhibere sicut Dei ministros. Cupitis enim scire. Ecce si persecutiones veniunt, non deficiamus, sed patientiam habeamus. Si necessitas paupertatis contingat, nō desperemus, sed in domino confidamus. Si blasphemamur, non respondeamus, sed parcamus: Si colaphis vel alapis cædimur, aliam partem parare non disteramus. Si verbo vel murmure percutimur, taceamus. Si occidimur, gaudenter ad mortem pergamus. Quare? Quia non est seruus maior domino suo. Si enim me persecuti sunt, & vos persequentur, ait dominus. Ita enim patientia ornari debemus, si ministri Christi esse optamus. Sed quid aliud, nisi quod in castitate nosmetipsos exhibere debemus? Hæc est illa virtus, sine qua quis est factus omnium reus. Hæc est illa virtus, quæ nos Deo commendat, quæ nos angelos facit, quæ nos super æthera volando conducit. Hæc est illa virtus, sine qua vasa Domini serre non possumus. Hæc est illa sancta virtus, quam astringere non docet Apostolus, Fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis, ne mens vestra colloquiis malis possit corrumpi. Ideo fratres attendite, quòd non solùm à vobis remouēda est fornicatio, sed etiā omnis suspicio falsa. Non decet clericum cum mulieribus sedere, vel fabulari, vel domum eius frequentare, ne suspicio mala inde progrediatur. O quàm vilis, ô quàm miser & pusillanimis reputatur clericus, qui frequenter cum mulieribus conuersatur? Insipiens valde est & inexpertus, qui amicitias mulierum procurat. Et ideo vos qui estis lux mūdi, & ciuitas in mōte situata, sic famā vestrā custodire debetis, vt non erubescant de detractoribus laudatores. Attendite etiam fratres, attendite quod dicit Apostolus, Fornicatio & immunditia. Fornicatio enim est naturalis mulierum concubitus, sed illicitus. Fornicatio est, cum meretricibus agere. Mulier siue adultera, siue concubina, meretrix vocatur. Fornicatio enim ideo clericis interdicitur, quia cùm simus ministri Domini, mēbra meretricis non efficiamur. O quàm turpe est, clericum à meretrice duci captiuum. Qui enim adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Et ideo scire debemus, quòd malū est fornicari. Nam si coniugium sacerdotibus prohibetur, quanto magis crimen fornicationis in nobis æstimabitur? Ecce enim, fratres, laicis coniugatis ad tempus abstinere præcipitur, vt vacent orationi, & sacerdotes quos corpus Domini consecrate omni die oportet, concubinas in domo tenere non erubescunt. Ecce quomodo vasa vestra possidere in sanctificatione sciatis. Scitis enim, fratres, quòd die quadā David venit ad Achimelech sacerdotem, & ait David esuriens: Da mihi aliquid cibi. Et respondit: Non habeo panes laicales ad manus, sed tantùm panem sanctum, & ideo dic mihi ô David, sunt mundi pueri tui à mulieribus? & ait: Sunt ab heri & nudiustertius. Et sic dedit sacerdos eis sanctificatum panē. Si ergo, interrogauit sacerdos, verū serui David mundi essent propter panes propositionis accipiēdos: quid facere nos debemus miseri sacerdotes propter corpus Domini accipiendū? O fratres mei, sic & sacerdos Paganorum dū offerre debet diis suis incensū, ab omni malo vt potest abstinet. Ecce ego iā Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdā seruis Christi ad Æthiopiam peruexi, vt eis sanctum Christi Euangelium prædicarem, & vidimus ibi multos homines ac mulieres capita non habentes, sed oculos grossos fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes: inter quos sacerdotes eorum vidimus vxoratos, tantæ tamen abstinentiæ erant, quòd licet vxores sacerdotes omnes haberent, nunquā tamen nisi semel in anno eas tangere volebāt, qua die ab omni sacrificio abstinebāt. Vidimus & in inferioribus partibus Æthiopiæ homines vnum oculū tantùm in fronte habentes, quorum sacerdotes à conuersationibus hominum fugiebant, ab omni libidine carnis se abstinebant, & in septimana in qua diis suis thura offerre debebant, ab omni labe carnis abstinebant sed nihil sumebant nisi merteram aquę per diem, & sic contenti manentes dignè sacrificiū diis suis offerebant. O grandis Christianorum miseria! Ecce Pagani doctores fidelium facti sunt, & peccatores & meretrices præcesserunt fideles in regno Dei. Non ergo sic, fratres, non sic Dominum non tantum diligamus ore, sed opere & veritate. Tunc veri eius ministri erimus, si sobriè & iustè, si castè vixerimus: qui est benedictus in secula, Amen.

Ephes. 5.

1. Reg. 21.

De facie Scripturæ ingentibus præconiis, cum exhortatione ad diligentiam ipsius lectionem.

SERMO XXXVIII.

SCRIPTVM est, fratres charissimi, quòd Moyses posuit in tabernaculo labrū æneum in quo lauarentur Aaron & filii eius, cùm ingrederentur Sancta sanctorum. Ideo attendite, quia quicquid sub lege antiqua in templo Dei efficiebatur, aliquid futurum præsignabat, quod in ecclesia nostra sub figura egebatur, sicut ait Apostolus, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Non enim sancti patres curassent tot & tanta scriptis memoriæ commendare, nisi vt alios legentes, alios per exempla ædificarent. Legite ergo, fratres mei, Scripturam sacram, legite eam ne cæci sitis & duces cæcorum. Legite sacram Scripturam, in qua quid tenendum & quid fugiēdum sit, plenè inuenietis. Legite eam quia omni melle dulcior, omni pane suauior, omni vino hilarior inuenitur. Apprehendite eam, & inuenietis quomodo Deus deorum sit longitudo propter æternitatem, quomodo sit latitudo propter charitatem, quomodo sit sublimitas propter maiestatem, quomodo sit profundum propter sapientiæ immensitatem. Quærite Scripturam sacram, & inuenietis quomodo iste Deus deorum natus de Maria virgine, & homo factus, nos amat vt charitas, quomodo nouit vt veritas, quomodo cædit vt æquitas, quomodo dominatur vt maiestas. Legite Scripturam sacrā, & inuenietis quomodo Nazarenus ille Iesus regit vt principium, quomodo tuetur vt salus, quomodo operatur vt virtus, quomodo reuelatur vt lux, quomodo assistit vt pietas. Et ideo, ô fratres mei, quamdiu in hac infirma & vana vita fuerimus, hanc sapientiam discere & sapere tota mēte curemus. Quid enim homo sine literis reputatur? Quid enim est? Nunquid non pecus vel hædus? Nunquid non bos vel asinus? Nunquid non equus vel mulus, quibus non est intellectus? Eia igitur, fratres mei, qui pastores rationalium ouium nuncupamini, festinate rapere non sophismata Paganorū, nō carmina Poëtarum, non fallacias Philosophorum, de quibus doctores & auditores redditori sunt rationem: sed illam dulcissimam sapienciam sapienciarum, quæ hæreditas Dei & filiorum eius chara possessio nūcupatur. Hæc est doctrina super omnia diligenda, quam Prophetæ prædixerunt, quam Patriarchę diuinitus hauserunt, quam Dei filius, postquam in terris visus, & cum hominibus conuersatus est, aperuit & declarauit, & quid tenendum & quid vitandum est, apertissimè demonstrauit, & per suos Apostolos nos ipsam docēdo illuminauit. Hæc est quæ nos docet amare cælestia & terrena despicere. Hęc est mater fideliū, quæ quotidie docet nos quomodo credamus Deū esse omnipotentē, quomodo ipsū videbimus in sede maiestatis venientem, quomodo bonis bona & malis mala tribuentem videbimus. Hæc est lucerna pedum nostrorum, & via salutis nostræ, in qua instruimur quomodo primò Deū super omnia diligamus, quomodo animam nostram postmodum, sicut quid propinquius, quomodo postmodum animam proximi, quomodo postmodum corpus proprium, quomodo postmodū proximi velut nostrum diligamus. Iste est enim perfectus modus, Deū, nos & proximum diligendi. Hæc est illa sacra sapientia, quæ ex ore Altissimi prodiit, philosophis, sophisticis, astrologis, curiosis ac dialecticis abscondita, sed grossis & rudibus piscatoribus reuelata. Nūquid non & hodie etiā solùm paruulis reuelatur? Hæc est omnis sapienciarum & doctrinarum magistra & domina, quæ etiam nos docet exterius blandos, & interius fraudulentos cognoscere. Hęc est scientia scientiarum, angelorum ferculum, archangelorum pulmentū, Apostolorum gloria, patriarcharum fiducia, prophetarum spes, martyrum corona, virginum fortitudo, monachorum refectio, episcoporum vacatio, sacerdotū cellarium, puerorum principium, viduarum doctrina, coniugatorum pulchritudo, mortuorum resurrectio, viuentium sempiterna protectio. Hæc est per quam fide ornamur, spe confirmamur, & charitate roboramur. Hęc est quam qui inuenerit inuenier vitam, & hauriet salutem à Domino. Hæc est labrum vel peluis quam Moyses posuit in tabernaculo, in quo lauarentur Aaron & filii eius, cùm ingrederentur Sancta sanctorum. Sed dicet: Quid per magnum sacerdotem Aaron intelligere debemus? Dico enim vobis, fratres, quòd per Aaron summum sacerdotem intelligere debemus, & per filios eius alios sacerdotes minores: per labrum æneum legem Domini intelligo, in qua omnes tam magni sacerdotes, quam parui studere debent & legendo & docendo & opere adimplendo: per munditiam corporis, compunctionem intelligamus, qua mundari debemus, vt ad Sancta sanctorum, id est, ad secreta Dei & sanctarum Scripturarū penetrāda per purificationē digni inueniamur. Et ideo, fratres mei, attendite & considerate quòd vas paratum habemus in quo oportet mentis hæditatem abluere, & munditiam mentis in eo præparare. Ecce enim lex sancta & Scriptura immaculata parata est, vt virtutibus decoremur. Sed væ nobis, quia debemus esse exemplum correctionis, & ecce iam sumus exemplum erroris. Vnde hoc, nisi quia cæci sumus, & idiotæ ignorantes legem, & eam legere fastidimus, & tamen cathedram tenere, & animarum curam gerere quotidie procuramus? Quid ergo mirum, si cadit sacerdos? Quid mirum, si non subleuat delinquentes? Quid mirum, si dux cæcorum est? Ecce legem Domini conculcauit, despexit eam vt mortem. Sed quid dilexit, quid procurauit, quid toto affectu concupiuit? Vxorem vel concubinā cautè tenere, quos velut miles in stabulo possidere, canes pro venatione nutrire, accipitres custodire, & tamen velut equus & mulus quibus non est intellectus, cupit honorari in cœnis, & ab hominibus vocari Rabbi. Ecce quomodo cadit sacerdos, ecce quomodo viuit. Sed & si cadit qui sibi columna videbatur in templo, quanto magis populus peribit? Si Deus in angelis suis reperit prauitatem, quanto magis in his qui habitant domos luteas, & qui terrenum habent fundamentum? Discite ergo legem sacerdotes, ne furdo maledicatis. Tunc furdo maledicitis, quando consilium propter ignorantiam dare nescitis. Tunc cæco offendi-

offendiculum ponitis, quando falsa pro veris ostēditis. Itaque, fratres, nolite sam pigrescere, sed legite Scripturā. Discite eam, filioli sæpe eam legite, quia lenior oleo, sublimior auro, argento purior. Hæc est quæ præcipuè in Deum prouocat, & Deum diligere inuitat, corda illuminat, linguā purificat, cōscientiam probat animam sanctificat, fidem confortat, diabolum reiicit, peccatum spernit, animas frigidas calefacit, lumen scientię ostēdit, tenebras ignorantiæ expellit, tristitiam seculi exuitat, lætitiam spiritus sancti accendit, sitienti potum tribuit. Hęc est Scriptura sancta, lex nostra immaculata, quæ de insipientibus sapientes facit, primos de nouissimis ponit, magnos de minimis efficit, nobiles de ignobilibus commutat, naturam frenat, prohibet leuitatem, temperat dolorē, confert spem, coronat senem, docet iuuenem, mitigat dedignātes, instruit errantes, sanat ægros, roborat infirmos, brutos facit sensatos, mentis stabilitatem donat, excitat somnolentos, otiosos increpat, pigros incitat, credentibus gratiam dat, reges humiliat, humiles exaltat, rectas vias indicat, eleemosynam imperat. Hæc est scientia scientiarum, quæ sapientiam dat, gloriam exaltat, honorem multiplicat, humilitatem, charitatem, lenitatem, obedientiam & mansuetudinem docet, & intellectus bonus est omnibus benefacientibus & diligentibus Deum. Hęc est quæ abstinentiam, castitatem, largitatem & voluntatiam paupertatem conseruat. Postremò doctrinam omnibus, felicitatem, suauitatem, gaudia, stabilitatem cordis, sobrietatem corporis, compunctionem mentis, veram humilitatem donat, charitatem fraternam implet, & timorem Domini accendit. Quamobrem, fratres mei, qui hanc sapientiā diligenter diligit, & diligenter legē implet, maximus vocabitur in regno cęlorum, & principatum ecclesiæ possidebit, & præmia & munera copiosa recipiet in die nouissimo, Amen.

De vita solitaria & contemplatiua.

SERMO XXXIX.

PAX vobis, fratres, & charitas cum fide vobis non deficiat. Pax vobis, fratres, quoniam electi estis ante mundi cōstitutionē in hac vasta solitudine, vt sitis cum Helia, Paulo, Hilarione, Antonio & Ioanne sancti & immaculati in conspectu Dei. Pax vobis, quoniam non estis genus abiectum, sed electum: non venale, sed regale sacerdotium: non gens obstinata, sed sancta: non populus perditionis, sed acquisitionis. Pax vobis, qui non conuersationem hominū, sed angelorū in siluis & nemoribus adamatis. Pax vobis, & vera Apostolorum charitas, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Pax vobis, fratres mei, & filii mei dilectissimi, quos quotidie in Christo parturio in visceribus charitatis. Pax vobis illa, inquam, Christi, quæ exuperat omnē sensū, custodiat vt operamus, corda nostra & intelligentias nostras. Pax vobis, fratres, qui seculum calcastis, mundum despexistis, non laudem mundi vsque nunc adamastis, risum hominum fugistis, vt sanctis agminibus & angelicis colloquiis vacare possitis. Pax vobis quor in filios & fratres elegi, vt consortes & participes vos habeam in tentationibus meis. Ad hanc autem vitam iuxta Apostolicam formam viuere volentes non me elegistis, sed ego elegi vos. Segregaui vos à seculo isto maligno, & eduxi vos per singula eremi loca per speluncas & cellas, vt velut Apostoli ipsi modico contenti pabulo demoretis. Stemus ergo hic, fratres, in bello pugnantes quotidie cum antiquo serpente. Stemus fortes in bello, restringentes & præcingēntes lumbos nostros, tenentęque lucernas ardentes charitatis, iustitiæ, pacis & tranquillitatis. Ad hæc enim non me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos in vineam pœnitentiæ, quam quicunque dissipare præsumpserit, mordebit eum vermis inferni coluber. Hæc est vinea illa fertilis quam plantaui anno ætatis meæ tricesimo tertio, velut seruus Dei Noē, quam cupimus tota mente, Deo duce, sanctis exemplis & sanctorum documentis ornare, & ornatam taliter custodire, vt à nemine transeuntiū possit vindemiari, nec aper desilua possit eam exterminare, nec alieni possint diripere labores eius & fructus. Hæc est illa vinea quam plantaui, velut paterfamilias, quam sæpe paupertatis, charitatis, obedientiæ & castitatis, vtā Simpliciano charissimo viro didici, circumdediad quam velut pater familias exiens primo mane, vos conduxi in operarios, vt afferatis fructum quinquagesimum, sexagesimum & cēcesimum, secundum abundantiam glorię Domini Christi. Hæc est illa religio immaculata, cuius sanctitas per totū orbem terrarum diuulgatur, quorū cōuersatio à cunctis miratur, quorū vita non solùm à Christianis, sed à Iudæis & Paganis potius angelica quàm humana reputatur. Hæc est illa amœnissima paradisus, quā Deus à principio plantauerat, in qua posuit per gratiam & donū meritis matris meæ hominem, vt operaretur virtutem patientiæ, eruditionē doctrinæ, corporis castitatem, assiduitatem precum, confessionem delictorū, abundantiam lacrymarum Hæc est illa paradisus, de qua exeunt flumina sapientiæ & veritatis, cōtinentiæ & castitatis, in qua Deus delectatur, sicut in omnibus diuitiis. Hæc est illa norma Apostolica, virga directionis & æquitatis, quæ tempore Apostolicę prædicationis sumpsit exordium, quorum anima vna & cor vnum erat in Domino, nec quicquam eorum quæ possidebant aliquid suum esse dicebant, sed omnia erant communia, & distribuebātur singulis prout cuique opus erat. Nūquid nō & nos, fratres mei, sic vsque ad mortem viuere promisimus? Hæc est ergo religio Apostolica. & à mundo corde & corpore segregata, quam parui studeremus duces Moab, interficit satrapas & tyrannos Hierusalem, & Ægyptiorum hypocritas vulnerauit ad mortē. Hæc est vinea serui Dei Noē, in medio paradisi situata, Christi sanguine redempta & irrigata, quam Sarabaitarum principes, hæreticorum pastores velut aper de silua tempore illorū magnorum monachorum & eremitarum, Pauli videlicet & Antonii destruere quæsiū erunt: cuius sepem comburere, cuius gyrum lapideum supplantare, cuius fructus, vires & flores incidere, cuius planitiem virtutū zizania seminare & replere quæsierunt, sed Dei virtute circundata minimè potuerunt. Ad hanc autem vineam, fratres mei, vos cōduxi, & operarios vos feci meos, vt laboramus vsq; ad finem, dignum fructum recipiatis in tempore suo. Ad hāc nō me elegistis, vt suprà diximus, fratres, sed ego elegi vos: sed post annum factus sum episcopus, non tamen vos relinquens. Sed compulsus inter gentes habitare, monastarium presbyterorum & clericorum ordinaui, intraui domum episcopi, vt communicer cum eis viuerem, sicut & vobiscum antea vixeramus. Nō igitur me elegistis, sed ego elegi vos. Aquę, fratres mei, maximè hoc dictum sit scitis à Domino dictum est, & discipulis Domini dictum est: verumtamen non tantùm illis, sed etiam nobis dictum est, quos vocauit in partem solicitudinis & gloriæ eorum. Sicut dignatus est vocare per gratiam, & participes nos fecit exhortationis, sic & vos. Delicatus est enim qui vult vti parte, & administrationem partis dissimulat ex rata: merito se priuat honore, qui honorem affectat sine onere. Vobis ergo qui pastores estis tantùm animarum vestrarum, loquitur pastor bonus, qui tertia die, vt audistis, animam suam posuit pro ouibus suis, dicens. Non me elegistis, sed ego elegi vos: non istam tantùm desertam habitationem deserendo, sed de virtute in virtutem procedendo fructum afferentes, vt fructus vester maneat. In his quatuor, fratres mei, attendere debemus, scilicet dignitatem, officium, cautelam & constantiam. Dignitatem, quia dicit, Elegi vos. Officiū, vt eatis. Cautelam, vt fructum afferatis. Constantiam, quia fructus vester maneat. Est ergo dignitas in electione, officium in fatigatione, cautela in fructificatione, & constantia etiam in fructificatione. Magnū est enim quod elegit qui non fallitur, dum elegit. Maius est quod Deū est opus ad quod elegit. Sed maximum quod inter electos præcelgit. Est enim sensus talis: Non vos me elegistis, sed ego omni modo eligendi elegi vos. Sunt enim tres modi eligendi, electio, subelectio, & præelectio. Electio est, quando de multitudine bonorum & malorum eligitur bonum, sicut de torculari oleum separatur. Subelectio est, quando de bonis electis eliguntur meliores. Postea quando de melioribus optimi eliguntur, præelectio est. In hunc ordinem electus est Aaron & filii eius, vt sacerdotio fungerentur coram Domino. Primò enim Dominus ex omni natione quæ sub cælo erat, Israël elegit in populum peculiarem sibi. De his autem subelegit filios Leui, qui tanquam ministri spiritales, in tabernaculo Domini ritu perpetuo deseruirent. De quibus etiam præelegit filios Aaron in sacerdotes, qui precibus & oblationibus suis indignationem Domini in populum placarent. Ad hunc sane modū elegit nos. Subelegit cūm in sortem sanctorum vocauit nos, & in ordinem clericatus. Sed cùm in statum eremitarum promouit nos cùm per aquā baptismatis lauit nos, & in dispensatione familiæ suæ dispensatores suorum ministeriorum, præelegit nos. Magnum est enim, fratres, quòd elegit nos; maius est, quòd subelegit; sed maximū, quòd præelegit. Verè ergo elegit nos & præelegit nos Dominus in hæreditatem sibi. Nam ad eleuationem manuum nostrarum, regum capita inclinantur, munera offerunt, etiam parres nos profitentur, expectantes nos esse cum Helia & Paulo eremita & intercessores apud Deum. Væ tamen in eremo habitantibus, si inter malos pisces foras in die nouissimo proiicietur. Væ pastoribus ouium, si inter hædos numerandi sunt. Quid vlterius, fratres, dicatur, audite. Polui vos vt eatis: nam quatuor sunt hominum positiones, accubitus, sessio, statio, & ambulatio. Omnis enim homo sic est in loco positus, quòd aut iacet, aut sedet, aut stat, aut ambulat. Hæc autem tantum in se differunt in hunc modū. Nam cùm homo iacet, omnes partes corporis quiescunt. Cùm verò sedet, inferiores partes corporis quiescunt, quia sedere videntur, sed superiores laborant. Cùm autem stat, totus laborat homo erigens se, quia generaliter pondere suo laborat. Cùm verò ambulat, additur labori grauis ex motu fatigatio. Ad hunc modum, fratres, quatuor sunt hominum gradus & status in ecclesia Dei. Fidelium enim alii boni, alii mali. Numerum malorum, fratres, non distinguimus, quoniam multiplicatus est super numerum arenæ maris. Boni verò sicut ordinē recipiūt, sic etiam & distinctionem. Sanè bonorū aliqui sunt tacitui, aliqui contemplatiui, aliqui verisque prælati. Et sic vnū malorum genus, & tria bonorum genera. Quatuor enim sunt fidelium genera. Mali autē sunt iacentes qui in mundo quiescūt: tales totā spem & fiduciam ponunt in numero diuitiarum, quorum deus venter est. Tales in lecto iacentes loquuntur animæ suæ, & sæpe dicunt: Oanima mea, habes multa bona reposita, epulare & bibe, oppprime pauperes, despice victimos, renue natos, dilata te, extende alas, ascende super sidera, non sit pratum quod luxuria tua nō pertranseat, dic animæ tuæ, castrū seruat qui seipsum ab omni malo præseruat. O fratres, tales prostrati iacent, nocte dormiunt, ebrii sunt, & ecce mox eos iacentes & dormientes aggreditur mors, & sicut fauilla statim deficiunt. Talibus autem quotidie clamabat Apostolus, dum dicebat, Fratres scientes quia hora est iā nos de somno surgere. Inter bonos sunt boni coniugati, qui bene vsitur licitis-

Ezech. 15.

Rom. 13.

licitis: sed tales diuisi sunt, quia partim seruiunt Deo, & partim
1.Cor.7. mundo. De quibus, ait Apostolus, Honorant Dēũ de substantia sua
operibus misericordiæ intenti, tamen solliciti sunt vltra modum
de vxore, possessionibus, fratribus, filiis & cognatis. Et quia isti par-
tim delectantur in mundo, ideo sedere dicuntur, quia in superori-
bus laborant & in infimis quiescunt. Sunt & alii contemplatiui,
quorum, vt diximus supra, conuersatio in cælis est: de quorum nu-
mero vos esse Dei gratia credo, & certus sum. Tales spem omnē in
Deo ponunt, opprobria, famem, auditatem, pressuras amore Chri-
Rom.7. sti sustinere semper desiderant, quibus viuere mori est, & mori lu-
crum, clamantes cum Apostolo dicentes, Quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? Tales sunt velut milites, & cælorum ciues. Isti
laborant super terrā, & quotidie ab angelis sustentātur. Sunt & alii
qui ambulant. Istis ambulare incubit, nō tantū vt & nos de virtute
in virtutē, sed plus quām nos iater diuersa hominū genera ambu-
lare, discurrere & examinare quid agatur. Isti sunt pastores & præ-
lati, quibus incumbit nisi exhortati, nunc increpare, nunc minari,
nunc consolari, nunc docere, nunc prædicare, nūc legere, nūc ora-
re, quibusdam ridere, quibusdā flere, quibusdā applaudere, quosdā
fugere, quosdam mēte & literis visitare, quosdā presentia intueri.
Tales sunt prælati vtique pastores, ambulantes velut magister Ie-
Marci 16. sus, qui ambulans iuxta mare Galilæ, vocauit discipulos, & ait il-
lis: Ite in orbem vniuersum, prædicate Euangelium omni creature
B rationali. Tales sunt omnes ecclesiarum pastores, quibus à Christo
dicitur, Ite, quia periculosum est tantum stare pastoribus & medi-
cis animarū. Ite ergo, quia perniciosum est sedere, & peremptorii
est iacere. Ite excitate iacētes, & dicite: Iam de somno surgite, quia
diu dormistis. Clamate pastores & prædicatores veritatis, & exalta-
te vocē vestram, vt in omnem terram audiatur sonus vestræ correc-
tionis, increpationis, charitatis & sanctitatis vestræ. Nunquid non
magister quatriduanum mortuum volens resuscitare, voce magna
clamauit? Vigilate ergo, & excitate dormientes, & minas cum ter-
roribus eis adhibete. Deinde ad sedentes transite, & exhortantes
eos vt ad meliora proficiant, dicite, Super flumina Babilonis sedete
& flete, dum recordamini Sion: porrigite manum pauperi, ne obli-
tionis detur dextera vestra. Frustra enim manus tendit ad Deum,
qui pro posse suo manus ad pauperes non extendit. Si verò qui se-
det, aliquando stare voluerit, apponite manū, & dicite: Surge post-
quam sederis, qui māducasti panem doloris. Stantibus autem dicite
quod promissum est, Sedebitis vos super sedes duodecim, indi-
cantes duodecim tribus Israël. Istis autē necessaria est consolatio,
quia multū laborant. Dicendum ergo eis est, Beati pauperes spiri-
tu, quoniam vestrum est regnum cælorum. Beati qui nunc fletis,
quia ridebitis. Beati qui nunc famescitis, quia saturabimini. Beati
qui homines fugitis, quia angelis sociabimini. Beati solitarii, quia
cælorū ciues efficiemini. Viriliter ergo agite, fratres mei, & cōfor-
tetur cor vestrum, & expectate Dominum, quia veniet, & non tar-
dabit. Modicum erit, & videbitis remuneratorem militiæ vestræ,
pro qua penurias & anxietates sustinuistis. Regnū enim cælorum
vim patitur, & violenti multi possidebunt illud. Hic est enim labor
officii nostri. Iste enim mundus, fratres mei, mari sæpe compara-
tur, per quod multiplex est transitus. Nam quidam trāseunt vado,
quidam nauigio, quidam ponte, quidam submersi natant in fluctu.
Isti sunt illi quatuor status quos nominauimus. Iacentes enim sub-
merguntur, & descendunt in profundum quasi lapis. Coniugati
vado mare transeunt, & mediis fluctibus isti saluabuntur igne
purgati. Contemplatiui aquam maris ponte transeunt, securio-
rem viam eligentes, quibus mundus moreuus est. Isti sunt mundum
despicientes, quia sicco pede & vestigio mare magnum, vt experiē-
tia didicimus, & oculata fide probauimus, transeunt in fame & si-
ti, nuditate & frigore, in vigiliis multis & in laboribus plurimis.
Vos autem, fratres mei estis, qui mecum permansistis in tentatio-
nibus meis, & mare magnū ponte transimus. Nobis verò incumbit
cæteris subuenire, ne descendant in profundum quasi lapis. Subu-
uenite vos omnes orationibus vestris, omnes ieiunate, hoc mare
magnum transeūtes, quia omnes in periculo positi sunt, tam naui-
gantes quām submergentes, & tam vado mare hoc transeuntes in D
periculo sunt. Nunquid etiā & nos qui per pontem transimus? Nū-
quid non & nos aliquando cadit? Oranda est omnino, fratres, ne
de ponte cadamus. Nam si de ponte caderemus, quod Deus auer-
tat, citius morerentur, quia de loco sublimiori caderemus. Porrigā-
mus ergo manus de ponte ad submergentes, ne moriantur: & la-
boremus, ne etiā puteus inferni aperiatur, & claudat super nos os
suum. Hūc vero, fratres, de cautela audiamus, & audientes aduer-
teris, & videatis quomodo cautē ambuleris. Cautē autem ambulā-
dum est, vt fructū afferatis. Tres enim fructus Dominus memorat
in Euangelio, trigesimum, sexagesimum, & centesimum. Centesi-
mus est virginum, erigesimus subditorum, sexagesimus prælatorū,
ēd est fructus duplicatus. Nā enim prælato sufficit, seipsum imma-
culatum seruare: sed expedit, vt bonos, quantū in se est, faciat vita
& exemplo relucere. Ad hoc enim significandum data est nobis tu-
nica talaris, vt bene facientes & lucernas bonorum operum tenen-
tes, perseuerentes vsque in diem vocationis nostræ, ne dicatur no-
bis: Hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare. Adue-
Luc.14. rere namq; debēt canonici nostri & presbyteri, quōd quāto præ aliis
maior dignitas in honore, tāto maior in reddenda ratione difficul-
tas: quia quot gradus culmen accendunt, tot rationū vinculis erit

A alligati. Quis enim tot vinculis alligatur, quot sacerdos, bos, vel asi-
nus, latro vel leo captus? O sacerdos, cùm teipsum induis, primo a-
mictu faucibus circumdatis ligaris, albam postmodū ponis, subcin-
ctorio vel cingulo renes astringis, ac si tibi dicatur, Astringe fauces
ponendo custodiā ori tuo, astringe funiculū admisti potus, nec cor
tuum: mala meditetur: stringe renes, crucifige carnem tuā abstinē-
tia esce & potus, quantum valetudo permittit. Hęc, fratres mei dile-
ctissimi, facietes, viuetis, & bene eritis, & bene vobis erit. Verun-
tamen orate illum sine quo nihil potestis facere, vt sicut elegit vos
de mundo, & conduxit vos ad hāc singularem Apostolicam vitam
& societatem, sic vos iuuet vt edatis super mensam in regno patris
sui. Pensate tamē, fratres mei, quōd quandiu viximus, in periculo
grandi positi sumus. Ideo de bonis suis nemo confidat, sed cogi-
tet, sicut dicit Apostolus, quōd cùm quis existimat se stare, caueat
ne cadat. Nunquid, fratres mei, non Lucifer sic decoratus cecidit?
Nunquid non etiam Petrus? Aut qui inter dicipulos Christo fa-
miliarior Iudas, & quia de se confitendo, nec in bono perseuerādo
permansit: cecidit & crepuit, & mortuus est. Rogate igitur, fra-
tres, illū sine cuius voluntate folium arboris non mouetur, vt vsque
in finē taliter vos in hac solitudine regat, & dirigat, vt eatis & fruc-
tum afferatis, & fructus vester maneat. Amen. Non turbemini,
fratres dilectissimi, si compello vos vinum bibere, & panem tritici
cuta hetis butyro mixtis simul comedere. Nam hodierna die cre-
B dimus filium hominis resurrexisse à mortuis, ideo gaudere & epu-
lari oportet, quia frater noster mortuus fuerat & reuixit, perierat
& inuentus est. Ad mensam ergo accedentes cū gaudio epulemini,
quoniam ego sum Iacob pater vester.

De obseruantia clericorum. SERMO XL.

AVDISTIS in mensa, fratres charissimi, qualiter Dominus
præcepit seruo suo Abrahæ, vt tolleret filiū suū, quē super cū-
cta terrena diligebat Isaac, & offerret eum super vnum mon-
tium quem monstrauerit sibi Dominus, quem dicūt nonnulli illū
esse montem Caluariæ, in quo crucifixus fuit ille Deus & homo.
Series historiæ super simpliciter intellecta, primò ædificat obedi-
ētiæ filios. Fidelis enim sermo viuus & efficax, & penetrabilior ōni
gladio ancipiti. Sed de modo & virtute obedientiæ aliquid ,vobis
nunc dicendum est. Nam sicut obediendum est libenter, sic hilarit-
er, sic & velociter. Obediētia enim sine mora esse debet. Non pla-
ceat Deo morosa & disceptatrix obedientia: quæ quidem cum præ-
cipitur, quærit cur, quare, quamobrem præcipiatur. Istius obedi-
ētiæ exquisitum nobis hodierna die exemplum proponitur. Abrahā
pater noster, sic enim dicitur senex fidelis & prima credēdi via. Sā-
ctus igitur pater Abrahā & prima obedientiæ norma, & forma veræ
obedientię apud omnes esse credatur. Ecce, fratres, præcepit ei Deus
C filiū immolare. Sed quem filiū? Audi, & obstupesce qui audis, filiū
dilectum, filium primogenitū, filium magnæ promissionis, filium
magnæ generationis. Dictū enim fuerat Abraham, In Isaac voca-
bitur tibi semen tuum, & in ipso erit semen tuum, sicut stellæ cæli, Gen.1.
& sicut arena maris in extrema tua senectute. Centenarius enim
erat Abraham, dum genuit Isaac de Sara sterili vxore propria, de
Agar ancilla Hismaēlem sagittariū: mirabiliter promissum suscē-
perat, mirabilius susceptū religiosē educauit. Inter hæc tamen non
contradixit Abraham, sed nec murmurauit, nec hæsitauit, nec facię
conturbauit: imò tanquā pater exurgens pia crudelitate in filium
se armauit, vt mox obediret. Attēdite vos filii obedientiæ, qui votū
fecistis & professionem. Vade, ô tu frater, & fac similiter. Hæc sem-
per adimplere cogita, hoc semper facie læta fac, & viues, & erit se-
men tuum benedictum vltra semen Abrahæ. Veruntamen quid
maius nescio murmurat, quid affectuosius susurrat vox ista in au-
ribus nostris, licet hæc tēpore tanto ante nos scripta sunt, quæ sunt
per allegoriam dicta. Discutiamus ergo folia vineæ, vt fructum in-
ueniamus spiritalis intelligentiæ, tanquā sub cortice nucleum, tan-
quam sub palea granū, tanquam sub terra thesaurū. Verum vt ho-
diernæ Christi solennitati satisfaciamus, cōsideremus vtrū ea quæ
dicta sunt de tēpore Abrahā, inclinare possimus ad me Augustinum
patrē vestrū. Tentemus super hoc aliquid dicere ad Deī laudē, &
D ad nostram aliqualem ædificationē. Sed secundum Hebræos Abra-
hā sub tribus tēporibus tria fortitus est nomina. Primò dictus est
Illam, quod ibidem sonat quod excelsus, cùm adhuc esset in Chal-
dæa, in terra & in cognatione sua in domo patris sui. Ascendēs au-
tem in terram Chanaan ad vocationē Dei, dictus est Abram, quod
interpretatur, Pater excelsus. Tandem in circumcisionis suæ tem-
pore tunc dictus est Abraham, hoc est, Pater multarum gentium.
Attendatis fratres & vos in patrē vestrū. Nam primò vocatus fuit
excelsus philosophus. Eram enim inter cunctos magnos nomina-
tissimus, & liberalium artium sagacissimus indagator. Excelsus, in-
quam, eram, celsitudine scientiæ quæ inflat, nō charitatis quæ ædi-
ficat. Nam Cedrum odoriferū vocabant me Romani principes, fo-
liis abundantem, sed non habebaim fructum. Excelsus eram & im-
pius super omnes coætaneos meos, elatus & superexaltatus super
cedros Libani. Et ecce accessit ad me mater pietate plena, prædi-
catio sancti viri episcopi, vita & exēpla sanctorū patrū Pauli & An-
toni & Simpliciani, & cū his omnibus vox Domini confringentis
cedros comminuit cedrum Libani, & hostia præparata ad victimā
in odorem suauitatis, & sic factus sum pater excelsus. Deinde ad
Africam veni, mecum ducens ducem & nouem ex fratribus meis
simul viuentes in palatio sancto, & cupientes separari à seculo.

Sanctus

Sanctus pater Valerius cupiens esse particeps fructuum & oratio-
A num, locum istum secretum, in quo nunc sumus, nobis donauit, &
multi nostrūm viderunt. Sed loco isto ædificato, in Christi nomi-
ne & sanctæ Trinitatis pontifex Hipponensis factus sum, & voca-
tus sum pater excelsus multorum. Pontifices enim, fratres mei, sicut
vocantur pastores gregis, ita & patres plebis pro cura & patria fo-
licitudine, & tunc factus sum sicut oliua fructifera in domo Dei.
Præsules enim oliuæ comparantur propter vim olei triplicem. Nā
oleum primò illuminat, pascit, & fessa membra fouet. Sic & præsu-
les illuminare debent verbo, pascere exemplo, & fouere egentes tē-
porali beneficio. Ego enim, fratres, non dico me hoc facere, studeo
tamen sacram Scripturam exponere, turrim Dauidicam clypeis fort-
issimis mūnire, munitam, declarare, & declaratam ordinare. Nam
quid per turrim Dauidicam, nisi sanctorum Ecclesiam intelligo?
Et sic iam ab ortu & occasu, ab aquilone & austro viget nostra do-
ctrina & expositio. Non tamen à me, sed de domo Dei procedit: &
sic non solūm pater gentium dicor, sed etiam vitis abundans in late-
ribus domus Dei. Cuius domus sunt latera legentes & orantes, &
coniugati legentium & orantium & coniugantium. Nam vobis qui
estis legentes & orantes abundanter propinauimus doctrinam,
quibus disciplinam Apostolicam tradidi. Coniugatis poculum vitæ
etiam propinauimus. Vobis tamen propinaui vinum feruoris, cha-
ritatis & æquitatis: illis verò pacem & patientiam donauimus.
B Reuertamur ergo ad historiam præexaratā, quæ insinuat nobis tria,
scilicet disciplinam regularem, progressum & exitum. Dicitur enim
nobis à Domino, Tolle filium tuum: quasi dicat Dominus, Tu qui
monachus es, tolle filium tuum Isaac, qui interpretatur Risus: hoc
est, tuam propriam voluntatem tolle, in cuius executione homo
ridet & delectatur. Et hæc est prima oblatio, quam homo debet Deo
reddere & offerre super vnum montium quem monstrat nobis
Deus. Nam multa genesa montium demonstrat nobis Dominus.
Sed de quatuor nobis mediator Dei & hominum homo Christus
Iesus mons dicitur, qui erit in nouissimis diebus mons domus Do-
mini in vertice montium: Et iterum: Mōs Dei mons pinguis & co-
agulatus. Porrò de hoc monte descendit ros & vnguentum pro bar-
ba Aaron. Omnes enim de Christi plenitudine vnguentum recipe-
re possumus. Apostoli etiam fratres dicuntur montes, quia funda-
menta eius scilicet Ecclesiæ in montibus sanctis. Angeli nunquid
non & ipsi montes dicuntur excelsi? Porrò Iesus qui mons dicitur,
sedens in mōte Thabor, sermonem discipulis facit, enumerans septē
beatitudines spiritus. O fratres, attēdite quantum sit impedimentū,
quām graue dispēdium inferat sanctæ religionis superfluitas & abū-
dantia rerum, quod longē magis legimus in libro nostræ cōscientię,
quām possumus explicare sermonibus. Nūquid non Sodomitarum
peccatū fuisse legitur abundantia panis & superbia vitæ? Nunquid
C non angeli videntes se abundare in pulchritudine & sapientia su-
perbientes ceciderunt? Nunquid non & patres nostri quasi ratione
eadem expulsi sunt de paradiso? Nunquid non & mundus submer-
sus fuit, quando abundantes, & in suis abundantiis Deum non
cognoscentes perierunt? Nunquid non Aegyptii abundantes ira-
cundia pleni facti sunt & submersi? Nunquid non propter abundan-
tiam idola terræ facta sunt? Nunquid nō Amalech quia abundabat,
id est, inuidia plenus desuit in manu Saul? Nunquid non tempore
Dauid multa milia interfecti sunt? Nunquid non Saul abundans
superbus effectus & eiiciitur: Nunquid non Herodes Ascalonita
iugulatur? Nunquid non Herodes tetrarcha sperans in sua abun-
dantia populo satisfacere, qui credebat Ioannem esse sanctum &
iustum, ipsum tamen decollauit? Cogitate, fratres, quid receperit
Holofernes, quid Cęsar, quid Nero, quid Valentinus, quid Con-
stantinus, quid Decius, quid Iulianus? Quid ergo valuit Cæsari &
Neroni abundantia? Quid Assuero pecunia? Quid Antiocho simu-
lata & palliata pœnitentia? Colamus ergo Christum pauperem in
præsenti, vt simus diuites in futuro. Comes enim diuitiarum sū-
perbia & luxuria est. Amemus ergo, ô fratres, summam Christi &
Apostolorum paupertatem, ne in nostra sancta religione mutetur
color optimus, & dispergantur lapides sanctuarii nostri. Sanē enim
fratres mei, ex collatione aliarum paupertatum commendatio pau-
pertatis voluntariæ plenius inter nos reluceat. Sunt enim quinque
genera paupertatis. Prima est infelicitas, secunda est paupertas cu-
piditatis, tertia paupertas superfluitatis, quarta dolositatis, quinta
paupertas voluntatis. Primam habet mendicus, secundam habet
auarus, tertiam habet prodigus, quarta est paries dealbatus, quin-
tam habet vir competitus. Prima est flagellum, secunda est venenū,
tertia est ventilabrum, quarta est vmbraculū, quinta ædificium. Pri-
ma est misera, quia cruciat: secunda est venenosa, quia necat: tertia
est ventosa, quia in flat: quarta dolosa, quia diffimulat: quinta glo-
riosa, quia coronat. Nec mirum, si Christianus amator sobrietatis,
sobrietatem spiritus commendat, cùm Epicurus præceptor voluptā-
tis eam commendauerit, dicens: Quām felix paupertas est, si læta
est. Super hanc propriam voluntatem offert homo deuotus, quod
præcipuè fit in professione obediendi. Sequitur, fratres, Strauit Ab-
raham asinum, duos pueros secū ducens. Isaac verò ligna cedrina
portabat, Abraham autem ignē & gladium. Veniētes autem ad mō-
tem, ligatur Isaac, super ligna ponitur, & scita à patre Dei volunta-
te, non aperuit os suum. Et extendens manum Abrahā, audiuit: Ne
extendas manum super puerum, sed pro Isaac tolle arietem vnum
de cunctis tuis melioribus, quem inter spinas tibi paraui. Attenda-

A mus nunc, fratres: nam quid per asinum nisi carnem nostram intelli-
go, quæ velut asinus domanda est virga, onere, & pabulo, & cinere,
& cilicio caro domanda est, ne impinguata, iuerassata & dilatata
recalcitret, velut asinus qui cum domino velut catellus ludere
voluit. Duo namque pueri sunt quinque hominis sensus: quos ta-
men duos dicimus, quia ad vsum & ad executionem eorū duo intra
membrorum mancipata sunt. Nam & ego velut Abrahā in vobis &
canonicis nostris, ne caro luxuriet, & ne mors per fenestras intret,
duobus pueris vos sociaui, paupertati scilicet & orationi, quibus
mediantibus quinque sensus corporis extinguere poteritis. Nā per
hæc præterita mala obliuiscemur: cogitationes malæ non ascendent
in corda vestra, affectio cognatorū non regnabit in vobis. Hæc enim
sunt quæ quotidie monachos cribrant sicut triticum. Istæ sunt mor-
daces curæ, quæ sanctum viri propositum enerauerunt. Inter has
vir sanctus coquitur & cruciatur. Hæc sunt monachorum muscæ
mordaces & morientes, quæ perdūt suauitatem vnguenti. Hęc sunt
volatilia quæ comedunt frumentum in anima seminatum. Vos
autem, fratres, dum hęc in corda vestra ascendunt, recurrite ad ora-
tionem vel ad operis occupationes, ne vos serpentinæ muscæ deglu-
tiant. Nunquid non sic fecit sanctus pater Antonius? Qui cùm epi-
stolas à charis suis in sęculo morātibus recepisset, nullam legere vo-
luit, sed receptas in ignem proiecit, dicens, Chartæ fallaces estis, e-
tiam plenæ mendaciis, comburar vos, ne comburar à vobis. Sequitur
B fratres, Ligatur Isaac. Sic & vos ligamini in hac solitudine tam for-
titer, vt consuetudines vitæ secularis ignoretis, & suauitatem sanctæ
religionis capiatis. Placeat vobis somni sobrietas, mentis tranquil-
litas, corporis munditia, mortis seuerietas, & cuncta salutis expecta-
tio: soluitur Isaac, & iocundè ad matrem reuertitur in Bersabee. Sic
& vos vertamini soluti ad matrem quæ sursum est Hierusalem. Cùm
ergo illuc peueneritis, dabit refrigerii sedem, quietis beatitudinē,
& luminis claritatem.

De obseruantia ieiunii Quadragesimalis.

SERMO XLI.

CVM ieiunaueris, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne vi-
dearis hominibus ieiunans. Ieiunātis officii est, in cinere & ci-
licio sedere, sordidas vestes non tenere, carnem macerare, facię at-
tenuare, in pallore permanere, non ipsam lauare, non ad mensam
opulentam accedere, non conuiuia & festa visitare, non capite in-
clinato incedere: sed eleemosynas dare, castitatem seruare, iustē, sa-
cētē & piē viuere, vt Christi sanctam resurrectionem expectans glo-
rietur. Hæc autem omnia facite, non vt videamini ab hominibus,
sed tantūm ab illo qui cuncta videt in abscondito. Sed si contin-
geret, quōd fumus ieiuniorum spargeretur inter homines, statim
faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans. Tria enim,
fratres, proponuntur nobis hodie, scilicet ieiunare, faciem lauare,
C & caput vngere: Hæc tria sunt, in quibus tota vita nostra con-
sistere debet. Quæ sunt ista, fratres, nisi declinare à malo, & facere
bonum, & totum quod habes Deo contribuere? Ecce quicquid
continet nostra Christiana sancta religio. Quid enim per ieiunare,
fratres, nisi à malo declinare: per faciem lauare, bonum facere: per
caput vngere, totum Deo tribuere? Sed dicet quis, Breuis est hæc
expositio: sed & aquam viuam, vt cupimus, non propinasti. Atten-
dite ergo, fratres. Nam hostis antiquus vestris primis parentibus
primò in paradiso suasit, vt Dominum offenderent: secundò, vt
faciem à Deo absconderent post meridiem: tertio, vt de ligno vetito
comederent. Nam ibi dicitur, vt caput pungeret: sed hic, vt caput
vngeret. Ibi abscondendo faciem latitaret, sed hic lauaret. Ibi vt co-
mederet, sed hic vt ieiunaret. Credamus illi qui modò hæc præcep-
pit, sed non illi qui contraria persuasit. Ait enim pater: Hic est filius
meus dilectus, ipsum audite. Nā ait hodie, Cùm ieiunatis. Est enim,
fratres, quoddam ieiunium commendabile, & quoddam damnabile.
Damnabile quod vident homines, quod fit propter homines. Com-
mendabile quod solum propter Deum fit. Sed aliqui ieiunāt vt in-
firmi, aliqui vt fastiditi, aliqui vt auari, aliqui vt hypocritæ. Æ-
grotus ieiunat, vt valeat: fastiditus, vt appetat: auarus, vt parcat: hy-
pocrita, vt appareat. Ieiuniū ægroti est sanitatis, ieiuniū fastiditi est
D gulositatis, ieiunium auari est parcitatis, ieiunium hypocritæ est si-
multatis. Hæc autē ieiunia etsi non sunt periculosa, vt ægroti, tamen
sunt infructuosa. Ieiunate ergo, fratres, propter Deū frangātis nu-
cem, vt accipiatis nucleum: proficiamus folia, proficiamus fructum:
purgemus puteum, vt hauriamus aquas de fontibus Saluatoris. Ait
enim Saluator, Sitientes venite ad aquas. Nam triplex est aqua Salu- Esa.55.
atoris, fratres. Aqua lachrymarū, quando fleuit super Lazarum,
& super ciuitatem. Aqua quam posuit ad pedum, quando discipulo-
rum pedes lauit. Aqua quæ de latere eius emanauit. Primum opor-
ter nos habere, fratres, si rectè ieiunare cupimus. Ist ergo prima
aqua contritionis, secunda confessionis, tertia satisfactionis. Prima
mentem sanat, secunda refrigerat, tertia fœcundat. Ergo fidelis si
cupis rectè ieiunare, istas aquas recipe, & laua te, & mundaberis à
lepra. Nam nisi habueris has aquas, ieiunium tuum modicum va-
lebit. Ideo vocati hodie ad nuptias magni regis, fratres dilectissi-
mi, ornemus nos vestimentis, tubis, & cymbalis bene sonantibus.
Laudemus ipsum patrem familias, qui ad suas nuptias nos vocare
dignatus est. Quæ sunt nuptię hodie præparatæ fratres, nisi iusti
dies quos Deus consecrare dignatus est? Isti enim sunt dies quos
obseruare debemus, in quibus legem recipere merebimur. Isti
sunt dies medicinales, qui animę & corpori conferunt sanitatem.

Isti sunt dies nupriales, in quibus vestimentis ornati esse debemus. cymbala & tubas, organáque bene sonantia sonantes. Hæc enim sunt instrumenta quæ in nupriis quadragesimalibus sonare debemus. Nam primò vestire nos debemus viruribus sanctis, expoliatis vitiis. Secundò cymbalum percutiendo pectora per contritionē sonare debemus. Tertio vt præcones clamare debemus, sugentes vbera vocando paruulos vt ieiunare discāt, senes vt ieiunare doceant: quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies gratiæ & salutis, ecce dies remissionis, ecce dies satisfactionis. Tu ergo inique qui longo tempore dormisti, surge, memento vnde cecideris, & age pœnitentiam dum tempus habes, dum sanus es, dū peccare potes, vt non ex timore, sed ex amore videatis pœnitere Omnis enim, fratres mei, qui per pœnitentiam deleuerit peccata sua, iam ālicitæ felicitatis particeps est. Ipsa namque pœnitentia est medicamēntum vulneris, spes salutis, per quam peccatores salūtur, per quam Deus ad misericordiam inclinatur. Dum autem pœnitentiam, fratres, fecerit is, fundite pro peccatis lachrymas cordis & corporis. Nunquid non lachrymando, fratres mei, Petrus à Christo ricipiebat? Nunquid non Maria veniam meretur? Nunquid non Martha lachrymis sanatur? Nunquid non Chananæa exauditur? Nunquid non Lazarus ad vitam reuocatur? Laua ergo faciē tu qui hodie incipis ieiunare, lachrymis perente pectus, exalta voculam tuam confitendo, & annunciando sacerdoti peccata tua. Audite fratres quid Dauid per confessionē cōsecutus est. Quid ait, nisi, Peccaui Domino? Et Nathā propheta ait, O Dauid, trāstulit Deus peccatū tuū à te. Cauete tamen fratres, ne confessio sit Saul, qui redarguitus à Samuele superbiendo dixit, Peccaui. Qui statim audire meruit, Transtulit Deus regnum tuum à te. Sic & dixit Iudas, Peccaui, non dolendo, sed diffidendo. Sic & Caiin. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam mereat. Ergo, fratres, cùm ieiunatis, facies vestras lauate lachrymis, caput vngite Christum, qui caput cunctorum est. Ipsum ergo vngite, scilicet oleo misericordiæ, eleemosynas dando, & verba contritionis clamando, Peccauimus Domine, sed misere. Et sic vncti erimus à Christo oleo lætitiæ. Sic vnctum Dauid legimus, sic vnctum Petrum & Mariam prospicimus, sic vnctos volentes sempr spectauimus fratres. Sed quis dicet, Quomodo vngendus est Deus? O peccator, vade primò ad Mariam peccatricem. Ipsa enim vnxit pedes, & postea caput, scilicet animā, & postea accedere potuit ad caput. Nam si primò lachrymis Christi pedes non lauisset, ad caput Christi accedere vāgēdo ausa non fuisset. Ergo necesse est primò ad pedes lachrymas fundere, & postea ad Christi caput accedere. Scitote tamen, fratres mei, quòd nisi inimicis vestris corde pepercēritis, omnia quæ agitis, siue ieiunetis, siue eleemosynā deris, siue omnia quæ bona fuērāgatis, omnia vana sunt, & serui inutiles estis, nisi proximo pepercēritis. Sed dicetis, Ego parcere inimico non possum: ex quo ergo mihi bona non valent sine hoc, me affligere ieiunando, bona distribuendo, non amplius volo: Ego autē dico vobis, Dimittite, vt dimittatur vobis. Nullum tamē malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum remanebit apud Deum qui nouit abscondita cordis cunctorum.

De vita & moribus clericorum.

SERMO XLII.

FRATRES charissimi, sanctus ille Hieremias cōsiderans sacerdotum & prælatorum negligentiam, lamentabiles voces emitteris dicebat, Paruuli petierunt panem, & non est, nec erat qui frāgeret eis. Clamabat ergo Hieremias, afpiciens destructionem sanctæ ciuitatis; plorat & lamentatur crudelitatem matrum, patrum & pastorum, qui deuorāt filios in perditione. Væ vobis pastoribus Israel, qui quod pingue erat comedistis, quod confractum erat non consolidastis, quod erroneum erat non reuocastis, quod infirmum erat non sanastis, quod nudum erat non cooperuistis. O fratres, lupi rapaces hodie facti sumus, iustitiam postponentes, veritatem & misericordiam ignorantes. Cauete ergo ne vobis Dominus hodie dicat, Dispensatorem te posui super familiam meam, & tu panem eis non fregisti. Non ergo dispensator, sed dissipator: non speculator, sed spiculator. O serue nequam, mittam te in tenebras exteriores, quoniam pueri tui petierunt tibi panem, nec fuit qui frangeret eis. Itaque, fratres, distribuendus est panis, & frangendus subditis, antequam fame pereant: nam si morientur, de manibus tuis sanguis eorum exquiretur. Distribuēdus itaque est panis omnis sāctitatis esurientibus. Est enim, fratres, panis mundus qui distribuēdus est & frangendus filiis. Est & alter panis immundus, qui distribuendus est seruis. Sunt etiam isti panes coniuncti in domo Dei, sicut in arca paleæ cum granis. Tres tamē panes legimus in Scriptura, panes Pharaonis, oblationis, & propositionis. Primi sunt laici, secundi sunt sacerdotes, tertii verò pastores. Panes Pharaonis diuiduntur in tres partes, in concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ. Prima est luxuria, quæ enecuat: secunda est auaritia, quæ cruciat: tertia est superbia, quæ velut vesica inflat. Luxuria est proferens immunditiam, auaritia est generans inuidiam, superbia parit iniustitiam. Luxuria est premens hominem intra se per pollutionem, auaritia extra se per vacationem, superbia supra se per elationem. Luxuria deprimit hominem intra se, quia cùm factus sit ad imaginem Dei, velut porcus in luto viuere quærit. Auaritia trahit hominem extra se, quia propter terrena dimittit cælestia. Superbia extollit supra se, vt ponat in cælum os suum. Et sic patres & fratres, homo per luxuriā in vanis cupit delectari, per auaritiā in transitoriis consolari, per superbiam, de impietate gloriari. Isti sunt pastores quos Dominus eiecit de templo vēdentes & ementes. Isti sunt quinquagenarii, qui per Heliam cōburuntur. Isti sunt illi falsi prophetæ vestri pellibus caprinis, qui etiam intrinsecus sunt lupi rapaces. Ergo nos qui pastores sumus nominati, luxuriam frangamus per abstinentiam, auaritiā submergamus per eleemosynam, superbiam fugiamus per humilitatem & per patientiam. Nam sicut impossibile est dæmonem in malo obstinatum paradisum intrare, sic impossibile est luxuriosis pastoribus, auaris & superbis subditos castos & humiles & bonos facere, quia necesse est vt talis sit grex, qualis sit & rex. Est & alius panis oblationis, quē quidem non solùm frangere, sed & Deo offerre debemus. Dauid dicebat, Intret oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Iste est panis triplex, quia oratio debet esse ampla, deuota & pura. Ampla, vt pro omnibus rogetis, etiam pro calomniantibus & persequentibus vos. Deuota, vt non remisse petatis, sed deuotè, & dabitur vobis perseuerantibus. Sed dicet quis, Qualis debet esse qui petit, quid petat, pro quo petat, & à quo petatur? Si petis qualis esse debeas, dicimus quòd bonus: quia scimus, quòd Deus peccatores non audit. Sed dicis quid petere debeas, dico quòd vitam vel meritum vitæ, vel apprehendentiam meritorum vitæ. Sed si dicis pro quo petere debeas, dico quòd pro bene & malè viuentibus, vt bonus perseueret, & malus conuertatur: non pro sanctis, non pro damnatis. Nam qui orat pro martyre, iniuriam facit martyri: & qui orat pro damnatis, nullatenus impetrabit. Poteus tamen est Deus, vt de lapidibus istis fiant panes. Sed si vlterius adhuc petis à quo, dicitur quòd à patre omnia petere in filii nomine debemus, & sic veri pastores erimus. Est & alius panis scilicet propitiationis. Et iste est triplex panis angelorum, de quo manducat homo in altari, panis filiorum, id est verborum sanctæ doctrinæ. Hic est panis, qui cū primo pane de cælo descendit. Hic est panis, quem nō est bonum sumere, & dare canibus hæreticis, quia panis filiorū est. Hic est panis petitus, amice accōmoda mihi tres panes, scilicet vitæ, doctrinæ & exempli. Hic est panis datus Petro, vt pascat agnos: nam ter ait. Dominus Petro vt pascat oues, vt tu pastor inuelligas oues pascere doctrina, vita & exemplo, vel Eucharistia, doctrina & vita sancta. Et sicut Dominus ait Petro, ita & cæteris Apostolis suis. Ergo pascamus oues nostras, paruulis nostris panē frangamus, ne deficiant in via: pascamus pane angelico, pascamus verbo, pascamus exemplo, ne tota gens pereat. Nam capita gentium sumus, cæcorum & ignorantium duces, claudorum baculus, terrarum principes, regū viatores, angelis superiores. Sed dæmonibus peiores dū hæc negligenter prospicimus. Fratres, pascamus ergo populum, ne sint velut oues absque pastore, vt de pascuis solitudinis trahat ad pascua societatis Iesus Christus Dominus noster.

De modo quærendi Christum in Epiphania.

SERMO XLIII.

AVDISTIS, fratres mei charissimi, sanctissimos reges Dominum diligenter quæsuisse, & quærendo Deum & hominem inuenisse non dubitamus, & sibi pretiosa munera obtulisse firmiter credimus & prædicamus. Vos ergo, fratres, quærite Christum, quærite Nazarenum, quærite floridum, candidum & rubicundum, Quærite Christum, & hunc crucifixum: quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis: clamate, & vocare dilectum, nunciantes quia amore languefeitis. O vos mundi amatores qui terrena sapitis, quorum Deus venter est, & vita in confusione, quid agitis sine Christo, quid concupiscitis, quid sapitis, quid sperātis? Nunquid sine Christo vobis pax esse poterit? Nunquid felicitas vel victoria, dignitas vel securitas, fides vel charitas, spes vel fiducia, constantia vel temperantia, prudentia vel scientia, pulchritudo vel fortitudo, olfactus vel tactus, visus vel audicus sine Christo vobis esse poterit? O fratres mei absit. Quærite ergo Christum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum propè est. In ipso namque sunt omnes virtutes, & thesauri sapientiæ & scientiæ abscoditi. Quærite Christum, & inuenietis Christum: pulsate ad Christum, & aperiet vobis Christus. Dirigite viam Christi, vt dirigat vos Christus. Custodite Christum, vt custodiat vos Christus. Amate Christum, vt amet vos Christus. Quærite Christum pauperem, & inuenietis Christum diuitem. Pascite famelicos Christi, vt pascat vos Christus. Visitate infirmos Christi, vt visitet vos Christus. Pacem habete cū proximo Christi amore, vt vos pacificet Christus. Hunc ergo Christum quæramus, hunc etiam veraciter cupiamus, hunc semper vt possumus agnoscamus, hunc semper quæramus, & inuentum tam fortiter, tā suauiter, tam dulciter teneamus, vt eum non amittamus. Quærendus est ergo Christus: sed non in platea, vbi est magna vanitas. Quærendus est Christus: sed non in foro, vbi est grandis auaritias. Quærendus est Christus: sed nō in taberna, vbi est summa ebrietas. Quærendus est Christus: sed non in seculari curia, vbi est maxima falsitas. Quærendus est Christus: sed non in scholis mundanorum philosophorum, vbi est infinita peruersitas. O vos mundani amatores, qui terrena sapitis, & pro terrenis honoribus & pompis discurrere non desistitis transiuolātes montes & alpes, inuestigate volātes alta cæli, lata terræ, profunda maris, in calore & frigore, fame & nuditate, cur Christum non quæritis, in quo hæc omnia & maiora perfectē reperiūtur? Quiescite iam agere peruerse, discite benefacere. O vos qui cælorum motus quotidie inuestigare curatis, non tamen vt Deum perfectiùs cognoscatis, sed vt mundo florentes appareatis.

Sapien-

Sapientes igitur & insipientes quærite Christum, sed non cū luxuria, in qua est lata deformitas: non cum superbia, in qua iacet æterna calamitas: non cum auaritia, in qua est idolorū seruitus, & æterna infelicitas. Sed heu fratres, quia non est hodie qui faciat bonū, non est qui Christum adorare opere quærat, nec est qui sperec in eo: sed miles in ense, rex in diuitiis, puer in pomo, seruus in domino, vxor in viro, vir in vxore, vetula in parua pecunia, & rusticus in ligone sperat. Ecce, fratres, ecce quomodo vnusquisque recedit à Deo salutari suo. Ecce quomodo speramus in vanitate, derelinquentes Deum factorem nostrum, & recedentes à Deo salutari nostro. Non sic igitur, fratres mei, non sic, etiam si diuitiæ & honores affluāt, nolite cor apponere, sed solùm in Christo cor apponite, in ipso semper sperate: quia ipsi cura est de singulis nobis. Quæramus ergo Christum, fratres mei, & nunquam quiescamus, quousque Christum inueniamus. Quærite eum, dum inueniri potest, inuocate eū, dum propè est. Sed, ô fratres, quomodo eum quæremus? Ecce enim quæritur hodie Christus, quærunt eū Pagani, quærunt eū Iudæi. O Christiane caue ne quæras Christum cum Iudæis, sed cum Paganis regibus perquirere non desistas. Nam Pagani quærunt Christū adorare, sed Iudæi quærunt Christum iam supplantare. Pagani hodie ad Christum ventunt, sed Iudæi Christum spernunt. Pagani veniendo ad Christum laborant, sed Iudæi quiescendo Christum ignorāt. Pagani Christo munera offerentes ipsum adorant, sed Iudæi iam Christi mortem procurant. Pagani adorando Christum & miracula ibidem videndo ipsum toto corde magnificant, sed Iudæorū synagoga iam Christum spinis coronat. Pagani per illam viam reuertuntur gaudentes, sed Iudæi iam incipiunt esse pauentes, ne fortè veniant Romani, & tollant eorum locum & gentem. Erubescite, ô perfidi Iudæi, erubescite, quia veniet tempus quando lapis super lapidem in te non remanebit, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Erubescite, quia ecce iam alieni hæreditatem vestram aggrediuntur, & ad vestrum regem natum per stellam deducuntur, cuius pretiosa natiuitas fuit ante secula prædestinata, à prophetis prænunciata, à pastoribus annunciata & sapientibus regibus reuelata. O Iudæi semper Deo rebelles, ô cæci & obstinati, cur non considerātis mirabilia quæ Deus operatur in medio terræ vestræ? Cur Christum non quæritis? Cur Deum & hominem non agnoscitis? Cur eum vt verum Dei filium non adoratis? O fratres mei, non solùm Iudæi, sed & mali Christiani hodie occidere quærunt Christum. Quāndo hoc quærunt, nisi quando præcepta sua seruare contemnunt? Non sic magi fecerunt, sed mox Christo nato credentes, per viam laborare cœperunt, & sic perseuerantes aliquando eum inuenire meruerunt: non in pretiositate pannorum, non in multitudine seruorum, non in thalamo picto, non in lecto eburneo, non in aula regiā, sed pro thalamo voluit reclinari in stabulo, pro lecto habere voluit fœnum, pro seruitoribus bouē cum asino Saluator habere voluit. Eia ergo, fratres mei, quærite Christum, quærite Nazarenum, quærite hunc floridum, candidum & rubicundum, ad cuius ortum angeli cantant, sancti exultant, sterilis clamat, vidua prophetizat, Simeon senex expectat, Ioseph cogitat, Maria mater reclinat, bos cognoscit, asinus portat, stella demonstrat, magus adorat. Iste est Deus deorum in Sion, qui in Cherubim apparet terribilis, qui in Seraphim apparet mirabilis, qui in virtutibus ostenditur incomprehensibilis. Iste est qui nuper de Maria virgine natus est, & homo factus est: vt nos deos faceret, factus est homo. Iste est qui esuriuit, vt nos reficeret: qui sitiuit, vt nobis vitæ æternæ pocula ministraret. Iste est qui pro nobis tentatur, vt nos à tentationibus liberaret: qui pro nobis ligatur, vt nos absolueret: qui pro nobis humiliatur: vt nos exaltaret: qui pro nobis expoliatur, vt nos regeret: qui pro nobis coronatur, vt nos coronaret: qui felle & aceto potatur, vt nobis fontes melliffluos aperiret: qui mortem suscepit, vt nobis vitam æternam donaret: qui sepultus est, vt sepulturam suorum benediceret. Ascendit in cælum, vt nobis cælorum portam aperiret: sedet ad dexteram Dei patris, vt credentium preces & vota exauditet. Ecce ergo ad quid natus est Christus, ecce ergo ad quid venit Christus, ecce propter quid ad nos descendit Christus? Quid igitur agitis, ô vos mundi amatores? Quid vobis cum carne, ô venerabiles senes? O iuuenes delicati, quid agere creditis, cùm nihil sine Christo potestis facere, quibuscunque etiam bonis terrenis ornati sitis? Quærite ergo, ô iuuenes Christum, vt iuuenes maneatis. Quærite vos senes Christum, vt cum omni prosperitate viuere valeatis. Quærite Christum, & nolite quiescere illum Christum, illum Iesum qui Centurionis seruum sanauit, paralyticum solidauit, Lazarum resuscitauit, cæcos illuminauit, meretricem beatificauit, Chananæam exaudiuit, latroni pepercit, & ei paradisum donauit. Hunc Christum quærite fide, spe & charitate. Quærite Christum, & nolite quiescere. Quærite Christum, & nolite sperare in longitudine vitæ vestræ, quia incertus est exitus. Sed attendite ne decipiamini, quia sub specie boni multa mala fiunt. Non enim desinit hostis antiquus figuram assumere angelorum lucis, laqueos deceptionis vbique prætendens. Nouit enim ipse malignus naturas hominum, & cui adhibeat cupiditatis calorem, gula voracitatem, luxuriæ fœditatem, inuidiæ calamitatem. Optimè nouit quem mærore conturbet, quem fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Cunctorum discutit naturas, ventilare, & perscrutari cunctorum affectus in nullo desistit: & vbi cognouerit quod delectet, ibi suum exercitium ponit. Tu ergo fidelis cum tentationes persenseris, mox Christum quære, mox Christum inuoca, & mox tibi ipsi auxiliabitur: quia fidelis est, & non permittit nos tentari supra id quod possumus portare. Qui est benedictus in secula. Amen.

De pietate, charitate & suffragiis defunctorum.

SERMO XLIIII.

FRATRES mei charissimi, nunquam recordor me legisse malā morte perisse illum qui libenter in hac vita opera charitatis vel pietatis voluit exercere. Habet enim multos intercessores piūs homo, & ille qui opera charitatis exercet hilariter. Quid enim aliud de piis hominibus dicere poterimus, nisi id quod frequēter legimus, Opera enim illorum sequuntur illos? Quare, nisi quia multos habēt intercessores? Ideo impossibile est, vt precēs multorum non exaudiantur. Considera ergo, ô homo, quis est ille qui tibi in via occurrit, animaduerte quòd homo est ad imaginem Dei factus, & tamen pauper est, nudus est, miser est, mendicus est, orphanus & pupillus fortitan est. Caue tamen, ne talem despicias; ne eum percutias, ne expellas. Nam licet pauper, licet nudus, licet famelicus, licet miser appareat, licet doleat, licet erubescat, non tamen expellendus est pauper. Nolite igitur, fratres mei, eos spernere, nec expellere, etiam si importunè petierint: nolite de eis aliquando murmurare, quia pauperes & inopes non cessant laudare Deum. Considera tu diues, qui vias perambulas & plateas erecto capite & collo, quòd tu simul cum paupere natus es de muliere, & breui viues tempore. Et licet diues sis, sæpe tamen repleris amaritudine, & doloribus. In sordibus generatus es, in tenebris confoueris. In doloribus etiam peperit te mater tua, & ante exitum matrem grauiter onerasti, & in exitu matrem dilacerasti turpiter, fleuisti simul cum paupere & mendico, quando vallem plorationis ingressus es. Pares ergo geniti sumus, pariter viuimus, pariter moriemur & omnes. Considera ergo, ô diues, quòd pauper & diues pari modo omnes nascuntur. Noli ergo eos despicere, noli manum benedictionis auertere ab eis, sed eos facie serena suscipe, eos verbo & exemplo reficе. Misericordia igitur, ô fratres mei; mater nostra sit. Nam qui esurientem pane verbi reficit, qui sitientem potu sapientiæ refrigerat, qui errantem in domum patris reuocat, qui innocentem protegit, qui infirmum fide & patientia instruit, qui in tribulatione oppresso consolando vel compatiendo subuenit, hic verus pius est, verus misericors est, verus amicus Dei est: nec eum mala morte perituram aliquis dicere audeat. O misericordia salutis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum, tu iustos probas, tu sanctos roboras: molos ad bonum perducis, & qui sine te cunctis bonis abundare videtur, vel castitate apparet decoratus, omnino dicere non desistat: Sermus inutilis sum. Sed attendite etiam, fratres mei, attendite, quia non solùm pauperibus in via misereri debemus, sed & defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire studeamus, attendentes & quid Iudas Machabæus fecerit. Dixit enim, quòd sancta esset cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Sciebat enim ipse Iudas, quòd nemo gloriari poterat castum se habere cor: considerans etiam, quòd astra non erāt munda in conspectu Dei. Ceciderunt enim angeli de cælo, ideo munda astra non fuerant: nec etiam infans, cuius vita est vnius diei super terram, sine peccato est. Quid ergo de nobis dicemus? Nunquid gloriari poterimus castum habere cor? Absit omnino, quia omnes peccatores sumus, & in peccatis cōcepti sumus & nati: omnes etiam vitam peccabilem ducimus, omnes in peccatis viuimus: & forsitan in venialibus morimur. Ergo misericordia indigemus, quia de hac vita omnes migraturi sumus. Et licet carnem durè maceremus ieiuniis & abstinentia, licet omnia mala patienter ob Christi amorē sustineamus, non tamen condignæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriā, quę reuelabitur in nobis. Ergo misericordia indigemus, quia per nostra merita æternam vitam acquirere non valeamus. Cupis enim, ô homo, vt tui misereatur Deus? Fac vt proximo miserearis. Nam tantum tibi misebitur Deus, quantum & tu misereberis proximo. Tantum recipies in alia vita, quantum facies in præsenti vita. Ora ergo pro defunctis, vt dum fuerint in æterna vita, pro te orare non negligant. Expectant enim nos, vt iuuentur per nos. Tempus enim operandi iam profugit ab eis. Clamant igitur quotidie qui iacēt in tormentis. Clamant & pauci sunt qui respondeant: Vlulant, non est qui consoletur eos.

O quām grandis crudelitas, fratres mei! ô quām grandis inhumanitas: clamant ad nos quotidie, qui dum vixerunt, multa mala pro nobis sustinere voluerunt, nec eis subuenire curamus. O verē magna inhumanitas! Ecce enim infirmus iacet & clamat, & à medicis consolatur: clamat porcus, & omnes cum eo clamare non cessant: cadit asinus, & omnes eum subleuare festinant: sed clamat in tormentis fidelis, & non est qui respondeat. Ecce vestra inhumanitas, fratres. Eia ergo non sic: sed mementote fratres quòd sancta & salubris, pia & felix & suauis Deo & angelis est cogitatio pro defunctis exorare, vt à pœnis quas pro peccatis patiuntur, soluantur. Sed dicet quis, Ecce patrem bonum, pium & humilem, misericordem & castum, & omnibus virtutibus plenum & ornatum habeo, tunc si vera sunt quæ lego, eum esse beatum non dubito. Cur ergo orare pro eo volo, cur eleemosynam dare, cur ieiunare, cur sanctorum corpora visitare? Nō est ergo necesse pro eo orare, quia fidelis fuit, pius, castus, humilis, patiens, & cunctis bonis ornatus, & post aurum non abiit, nec in pecuniæ thesauris sperauit: potuit transgredi, & non est transgressus:

Aa 2 & face-

a Appendix tom. 10.

& facere malum, & non fecit. Quid ergo aliud credere debeo, nisi quod lego? Quid enim lego, vel quid prædicare audeo, nisi quòd qui bene operatur, bene remunerabitur? Oh homo, hæc quæ dicis ego nullo modo tibi negare audeo. Quis enim fidelium dubitat, quòd qui bene fecerit, bene recipiet? Consulo tamen vt pro defunctis exorare non desistatis. Dixt enim suprà, quod nemo fine crimine viuit, nemo gloriari potest castum vel mundum se habere cor. Et quid ergo consulo, quid volo, quid vel deprecor, nisi quòd dimittas incertum, & accipias certum? Quid est quod est incertum, nisi quòd nescis vtrum pater tuus crucietur, vel vtrum dignus fuerit odio vel amore? Multi enim fuerunt qui reputati fuerunt sancti, & tamen in conspectu Dei non boni, sed mali inuenti sunt. Accipe ergo quod est certum, & dimitte quod est incertum. Certum enim est, quòd peccator fuit, licet bonis operibus ornatus fuerit: ignoramus tamen, vtrum æternam gloriam meruerit possidere. Lege ergo, ô homo, & opere implere festina, quòd sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, & eleemosynam dare, & carnem affligere, & opera charitatis exercere, & peregrinationes facere, vt à peccatis soluantur. Nam & si sunt beati vel damnati pro quibus rogas, dummodo nescias, & à Deo reuelatum tibi non fuerit, non beatis vel damnatis iniurias facere potes, vel Deum offendere, tunc bono tuo non indigent, & si damnati obtinere non valent. Ergo dum certus non sis, quòd nec damnati sint, orare pro eis non differas, quia, vt suprà diximus, bonis tuis non indigent qui beati sunt, & mali non obtinent quia damnati sunt. Scias tamen, & indubitanter credas, quòd licet pro defunctis beatis vel damnatis obsceres, bona quę facis pro eis non amittis. Sæpe enim prædicauimus, & sæpe integra fide docuimus, quòd nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum erit, apud quem non est acceptio personarum. Oratio enim tua in sinu tuo conuertetur. Igitur pro defunctis semper orandum est, & si non proficit eis quia beati vel damnati sunt, oratio in sinu nostro conuertetur. Sic enim semper boni erimus, sic pii & misericordes, sic mala morte perire non poterimus, quia Dominus custodiet nos in tota vita nostra, quam postea deferendo dabit illam quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendere potuit. Festinemus ergo, ô fratres, pro defunctis exorare, vt & ipsi festinent nos ad se vocare: vident enim sanctam trinitatem tantum esse vnam, quantum tres simul sunt, nec plus aliquid sunt duæ quàm vna vel tres, & in se infinitæ sunt, & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia sunt. Et si capere non potestis quomodo sancta trinitas tres & vnum sunt, exemplum accipite. Vnus enim est sol in cælo currens, calefaciens, & fulgens. Vnus est in terra ignis tria similiter habens, motum, lucem, & feruorem: nec lucem à motu & feruore diuidere potes. Sic est sancta Dei Trinitas. Et si eius mysterium capere non valeamus, bene operari festinemus, vt, sicuti est, sanctam Trinitatem per gratiam videre mereamur. Inhumanum est namque, patriam deserere, patriam despicere, vel inca nolle habitare. Bene ergo operari non pigeat, vt patriam habitare, & ad eam redire valeamus. Tanta est enim pulchritudo iustitiæ, tanta iocunditas lucis æternæ, hoc est incommutabilis veritatis & sapientiæ, vt etiam si non liceret in ea amplius manere quàm vnius diei hora vel media, propter hoc solùm innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis & circumfluentia bonorum temporalium rectè meritóque contemnerentur hæc omnia. O regnum Dei gloriosum! ô patria nostra desideranda, tantú vales quantú habeo: tantú enim emit de te vidua duobus minutis, quantum Petrus qui reliquit omnia, quantum Zachæus dando dimidiam patrimonii partem, quantum Maria soror Lazari, quæ omnia vendidit, & ante pedes Apostolorum posuit. Cur ergo bene operari pigri sumus? Cur pro defunctis exorare negligimus? Iuncuamur ergo, fratres, patriam nostram, non solùm ex hominibus, sed etiam ex angelis atque archangelis, thronis & dominationibus, principatibus & potestatibus congregatã. Ibi etiam sanctam & individuam Trinitatem, sicuti est, homo videbit: plus tamen vel abundantius, quantum plus in via operando meruerit, clarius videbit. Non tamen quibuscunq. bonis onerati simus, propter hoc eam emere valeamus, nisi per gratiam possidere. Tunc enim omnes contenti erimus, omnes felices, omnes iocundantes. Hæc est enim illa optima pars, quam Maria elegit, quiescendo & sedendo ad pedes Domini. Contemplabatur enim ipse Deum & hominem, ideo optimam partem elegit. Quare optimam partem dicit, nisi quia per contemplationem æterna vita designatur? Optima vita est enim quia secura est, quia æterna est, quia vera est, quia felicitas nostra est, Deum habere, Deum videre, Deum contemplari. Ideo optima pars est, quam partem non possumus hic possidere. Quare? Quia quamdiu viuimus, peregrinamur à Domino, & semper in periculo sumus, & semper in labore in hac vita cum Martha fatigamur. Sumus enim hic cum Martha laborantes, hospites recipientes, & ministrantes seruis Dei quę necessaria sunt. Hanc partem Martha elegit, & bona fuit, sed non optima: quia non grauna. Bona tamen fuit, quia perseuerando in operibus charitatis, sedere ad pedes Domini in æterna vita cum sorore meruit. Festinemus ergo opera pietatis exercere, & prò defunctis exorare, vt videre possimus, & reuerenter salutare Prophetas sanctissimos & Patriarchas vertices. Isti enim sunt quorum nomina manent in æternum, quia Deo digni sunt, fide præclari, hospitalitate præcipui,

A astuti in sensu, sapientes in opere, rebus secularibus locupletes, reparatores orbis terrarum atque recreatores, creduli in repromissionibus, angelorum suceptores, facie ad faciem Deum videntes, prudentes & victoriosi, quorum imperii potestas non cessauit, quoadusque Christus ex eorum germine per vterum beatæ virginis, quæ est spes omnium gentium, natus in mundo, coruscando in mundo apparuit. Isti enim sunt sancti viri, cum quibus locutus est Deus, & ostendit eis secreta sua, vt ea quę ventura erant quasi prę-
sentia spiritu sancto illuminati agnoscerent. Festinemus ergo, fra-
tres, seculum exire, vt etiam salutare & videre valeamus sanctos
Apostolos, quorum oculi beati, qui Deum in carne viuentem vi-
dere meruerunt, quorum fructus in patria in æternum manet. Festinemus etiam, fratres mei, ingredi Sancta sanctorum, vt etiam valeamus videre sanctos Dei martyres, qui carnem domuerunt, spiritum roboraueruntque, dæmonibus imperauerunt, virtutibus coruscauerunt, præsentia despexerunt, & illã patriam de qua nunc loquimur, voce & moribus prædicauerunt. Festinemus igitur, fratres, etiam ingredi Sancta sanctorum, vt videre valeamus sanctos Dei confessores: qui licet perseuerorum rabiem non tulerint, tamen per vitæ meritum Deo digni præmio martyrii non priuantur: quia martyrium non tantùm effusione sanguinis, sed etiam abstinentia peccatorum, & exercitatione diuinorum præceptorum perficitur. Festinemus etiã fratres mei ingredi Sancta sanctorum, vt
B videre mereamur & salutare reuerenter sanctam Dei genitricem,
cum sanctis suis virginibus, quæ suis exemplis vtriusque sexus
multitudo eius sequitur vestigia, & relictis nuptiarum copulationibus, dimissáque liberorum propagine, sponso qui in cælis est perenni, mente, actu, habitu & gestu applicari meruerunt. Istæ enim fuerunt virgines sacrę Deo deuotæ, quæ in vita sua fuerunt orationibus instantes: ieiuniis adhærentes, eleemosynas facientes, pauperes recreantes, in tribulatione gaudentes, in bello potentes, in damnis temporalium rerum Deo gratias agentes. Festinemus ergo, fratres mei, istos imitari sanctos. Discamus ab eis opera charitatis sine intermissione exercere valenter, vt per gratiam mereamur Deum videre facie ad faciem, sicuti est: quod nobis concedat ille qui est sanctorum omnium virtus & salus, Amen.

De pœnitentia agenda, & detractione vitanda.

SERMO XLV.

BEATVS homo cui miserebitur Deus. Confiteamur, fratres & misereberur nobis. Grandia sunt peccata nostra, quia tamen magnus Dominus. Sed agamus pœnitentiam, quoniam in secula misericordia eius. Videre, fratres, quid dicat, In seculum. In inferno quis confitebitur tibi? Nemo est enim qui possit in inferno pœnitentiam agere: infructuosa est enim talis pœnitentia. Hic misereturpœnitenti, hic porrigit manum cadenti. In excælo sedet iudex,
C qui ad conuersionem vos admoner. Beati qui faciunt iustitiam.
Iustus septies cadit in die de cogitationibus suis, aut de sermonibus suis, & iterum surgit. In quacuaque die conuersus fuerit peccator, & egerit pœnitentiam, misereberur ei Deus. Neque iustus debet esse securus, nec peccator desperare. In vtroque timor sit & spes. Felix est cui hanc viam Christus notam fecit: Et pater & mater est. Qui sic agit, se liberat, & alios suo exemplo ad vitam æternam perducit. Lex enim est quæ cum Euangelio partem habet. Baptizatus homo si peccat, & agit veram pœnitentiam, citò eiremittuntur peccata. Impius est qui Christum negat, neque hic, neque in futuro remitterur ei. Diximus de impietate, dicamus de pietate. Primus gradus est humilitas, & in bono opere perseuerare. Secundus gradus est, ieiunare, & eleemosynas facere. Tertius gradus est, charitatem sectari, & patientiam habere. Quartus gradus est, omnia derelinquere propter Christi amorem. Quintus gradus est, vitia dimittere. Maior virtus est, vitia dimittere, quam res. Nihil prodest dimittere terrenas substantias, si vitia non dimittimus. Multi diuitias derelinquunt, vitia non relinquunt. Bonum est ieiunare, & eleemosynam facere. Ieiunium sine eleemosyna parum valet. Ieiunia verò cum aliis virtutibus proderunt. Quid mihi prodest,
D cum ieiunio si luxuriosus sum, si iracundus sum, si detractor sum? Maiora vulnera sunt linguæ, quàm gladii. Gladius corpus interficit, animam autem non interficit. Videte, fratres, quanta mala habet lingua, in bono magna est, in malo mors est. Diabolus vnde cecidit? Nunquid furtum fecit? Nunquid homicidium fecit? Nunquid adulterium fecit? Diabolus non propter hoc cecidit, sed propter linguam, quia dixit. In cęlum ascendam, super sidera ponam thronum meum, & ero similis Altissimo. Quid dicit Salomon? In manibus linguæ mors & vita est. Detractio grande vitium est. Propheta dicit: Væ mihi misero, quia immunda labia habeo. Igitur qui immunda labia habet, non potest prophetare. Væ mihi misero, si dimisi matrem, si dimisi fratres, si dimisi sorores, si dimisi res perituras, si reliqui seculum, & hic propter res perituras solicitor. Pacem labis promittimus, & in corde non tenemus. Christianorum arma, pax Christi est. Meipsum occido, si aliis detraho. Salomon interpretatur Pacificus, sanctæ conuersationis opere præclarus. Vxor tua dicitur sapientia, soror & sponsa. Multos habet diabolus laqueos: homicidium diaboli laqueus est, auaritia diaboli laqueus est, detractio diaboli laqueus est. Quamdiu in sanctitate sumus, animæ nostræ in opere Dei sunt. Quamdiu in peccatis ad peccandum voluntatem dirigimus, animę nostræ turbantur. Vbi enim maior pœna, maior victoria est. Sed quod aures carneæ non intelli-

Hiereim. 48.

Psl. 33.

Esa. 14.

Prom. 18.

Esa. 6.

intelligunt, aures Christi in cælis intelligunt. Iustus & peccator æ-
A qualiter habent carnem, æquale patiuntur naufragium, similes exi-
tus, sed diuersæ præmia. Iusti ducuntur ad præmia æterna, peccato-
res ad gehennam sempiternam. Non oportet consentire detrahen-
ti. Tanta enim distantia est inter fornicantem & detrahentem, vt
ille qui fornicatur, tantùm se occidat: ille autem qui detrahit, &
negligenter: sicut dicit Prophera, Filii gehennæ, filii perditionis, &
filii diaboli, & filii Dei, quia vnusquisque cuius opera facit, eius fi-
lius appellatur. Et in alio loco dicit: Venite filii, audite me, timo-
rem Domini docebo vos. Declina à malo, & fac bonum: inquire
pacem, & sequere eam. Oculi Domini super iustos, & aures eius in
preces eorum: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit &
regnat in secula seculorum, Amen.

De angelis & hospitalitate.

SERMO XLVI.

QVIA à natuis angelicis semper defendimur, ne demergamur,
fratres dilectissimi, ideo de eis ad eorum honorem sermonem
facere, ne pigrescamus. Sed quid de angelicis spiritibus loquemur,
cùm de eis loqui immundi simus? Credimus tamen sanè, & indubi-
tata fide tenemus, diuina eos præsentia, & visione beatos sine fine
lętari bonis Domini, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit. Quid ergo miser peccator puluis & cinis
B vobis loquar: quia nec ego eorum gloriam valeo cogitare, nec vos
audire sufficitis? Profectò si ex abundantia cordis os loquitur,
ad Dei laudem qui nos dignatur ad amorem suum inflammare, di-
camus quod possumus. In supernis spiritibus non tantùm admi-
rabilis dignitas est, & dignatio amabilis inuenitur, sed tanta gloria
est, quòd lingua vel cor humanum nullatenus dicere valet vel cogi-
tare. Ipsi enim Deo semper assistunt, domestici Dei sunt, cæli ci-
tues, principes paradisi, scientiæ magistri, doctores sapientiæ, illu-
minatores animarum, custodes earum, corporum zelatores, & de-
fensores bonorum. Quod bene testatur ille doctor doctorum, &
veritatis prædicator, quando raptus fuit vsque ad tertium cælum,
& beatæ illi curiæ interesse meruit, & videre Deum, fruiti est,
atque super omnes homines meruit nosse secreta. Tunc enim ait,
tunc enim dixit & exclamauit, quòd omnes erant administratores
spiritus missi in ministerium nostrum: ipsi prouinciarum custodes,
dignitaresque nostras tam spirituales quàm temporales omni dili-
gentia custodientes; ipsi sunt contra fomitem impertantes: ipsi sunt
pro nobis contra dæmonem victoriam obtinentes: ipsi sunt per
quos ad fletum contritionis pœnitentiæ & orationis inducimur:
ipsi sunt per quos nostra facta vel cogitata ad cælum hilariter por-
tantur: ipsi sunt fratres nostri, qui valde nos diligunt, nos vbique
instruit, in cunctis nos protegunt, nostrum aduentum expectantes
C ad cælum, & sedes paradisi per nos repleri affectant: isti sunt san-
ctissimi spiritus, qui nobis dormientibus adsunt custodes, nobis
orantibus assunt tripudiantes. Quis ergo, fratres, angelorum me-
moria in mente catebit? Quis eos non diliget? Quis non venere-
tur eos, qui in conspectu Dei semper assistunt? Isti sunt per quos su-
stentamur, per quos in mari & in terra iuuamur, per quos mente
& corpore illuminamur, per quos in tribulationibus & angustiis
consolamur, per quos ab infirmitatibus frequenter liberamur, per
quos & à quibus in extremis contemplamur, in fide solidamur, &
à maligno spiritu defensamur, & obtenta victoria ad paradisum vel
ad purgatorium per eosdem deportamur: & dum purgamur, ab eis
sæpe visitari & consolari non dubitamus, promittentes cælestem
Hierusalem ciuitatem ingressuros. Eia ergo, fratres studeamus san-
ctos angelos imitari, & non solùm ipsos, sed etiam angelorum ami-
cos. Circumspiciamus enim integra mente, perlegamus Scripturas,
vt possumus, & inueniamus angelorum amicos: quibus inuentis,
potamus quid fecerunt, quomodo angelis placuerunt, in quibus eos
securi imitati sunt. Veniat sanctus pater Abraham, & quid fecit in-
notescat. Veniat & nepos eius Lot, & dicat propter quid vel quo-
modo à Sodoma per angelos liberari meruit. Veniat & Tobias, du-
D cens secum filium, & propter quid per angelum illuminari meruit,
& filium custodiri doceat. Veniant tres pueri, & quomodo à ustiis
& pastiuis approximatis, non sequatur necessariò actio, scribant.
Veniat & Petrus, & quomodo per angelum liberari meruit audia-
mus, vt & audientes magna magnalia quæ sancti angeli fecerunt,
eos sequi & imitari valeamus. Dic nobis, sancte pater Abraham,
quid fecisti, vel quid facere docuisti, vt sanctis angelis tam iocundè
placeres? Dic, vt à te discamus: doce, vt nos à te doceri valeamus:
nam pater es: & quia omnes filii tui sumus, te decet nos docere. O
fratres, quid aliud dicere poterit, quid aliud vel docere, nisi quòd
hospitalitatẽ semper seruare voluit? O sancta veráque hospitalitas,
quæ non solùm angelos, sed etiam ipsum Deum aliquando recipe-
re meruisti? Ecce propter quid Abraham Dei angelis placuit. Ecce
propter quid Lot liberari meruit. Ecce propter quid Tobias illumi-
natur, & filius illæsus reseruatur. Ecce propter quid tres pueri &
Petrus illæsus reseruatur in carcere. Discite ergo Christiani, disci-
te hospitalitatem exhibere in cunctis, ne forte cui domum clauseri-
tis, cui hospitalitatem negaueritis, ipse sit Deus. Obuiam enim iuit
Lot angelis, tanquam peregrinis, qui ex sua laudabili consuetudine
iam Sodomitico vitio liberatus est, & inter pessimos optimus con-
seruatur, à periculo ciuitatis eripitur, & corporale euadit incen-
dium, & ad æternum conseruatus est præmium. Nunquid & Abra-

A ham Deum vidit, quando tres vidit, & vnum adorauit? Igitur, ô fra-
tres, recipere peregrinos festinate. Tu enim nescis an Christus di-
gnetur te visitare, licet Christus semper in hospite sit. Parcat enim
peregrinis sanua tua, suscipe eos alacriter, abluę pedes, laua eorum
capita, purga eorum immunditias, & noli auertere manum tuam ab
vllo paupere. Et si cunctis subuenire non vales, saltem voluntas bona
sit circa eos. Suscipite ergo fratres peregrinos: quia qualem mercedem habemus peregrinãdo, talem habebimus peregrinos suscipiendo. Fiunt enim ambo æquales, & qui propter Deum refrigerat, & qui propter Deum laborat. O sancta namque hospitalitas angelorũ amica, charitatis soror, humilitatis corona! Nam qui habet te, habet veram humilitatem: & qui te, ô humilitas, habet, veram hospitalitatem habetnam sine te hospitalitas nulla est. Discamus ergo, fratres, non solùm à patribus hospitalitatem seruare, sed à Christo humilitatem astringere. Discamus ab eo non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere, mortuos resuscitare, non siccis pedibus super aquas ambulare, non hæc omnia, sed tantùm quia mitis est, & humilis corde. Hoc est perfectum hospitalitatis fundamentum. O sancta namque humilitas hospitalitatis soror, & amica suauis, qui te in cunctis magis indiguiorem se aliis arbitratur, nunquam desiderat superior apparere, primatus & cathedras omnes fugit, omne domitium abhorret, solam hospitalitatem amplectitur, solam eam possidere desiderat. Eia ergo fra-
B tres, excella est patria, sed humilis est via. Mensuremus ergo eam, perquiramus eam, ambulemus per eam. Sic enim fecit Abraham & Lot, dum peregrinos suscipiebant: sic Tobias, dum mortuos sepeliebat: sic enim & angeli de quibus ait Saluator, quòd semper vident faciem patris qui est in cælis, Amen.

De vehementi peccati Sodomitici detestatione.

SERMO XLVII.

AVDITE, non fratres charissimi, sed principes Sodomitarum, percipite auribus legẽ Dei vestri populus Gomorrhæ. Audite & auditum facite filiis vestris, ô gens plena peccato, grauiiniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Ecce derelquistis Deum, blasphemastis sanctum Israël, & alienati estis iam retrorsum. A planta enim pedis vsque ad verticem non est in vobis sanitas: ideo terra vestra deserta, ciuitates vestræ succendunturigni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur ciuitas sicut in vastitate hostili. Quare hoc patimini, nisi quia similes Sodomitis iã estis? Au-
Esa. 1. dite ergo principes Sodomorũ, audite Esaiam vobis dicentem, Multitudine victimarum vestrarum plenus sum, eo quòd indignẽ mihi offertis. Ne offeratis igitur vltrà sacrificium, quia sabbata vestra, incensum vestrum, & sollennitates vestras odiuit anima mea, & omnia facta sunt mihi molesta. Cùm extenderitis manus vestras,
C auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationes, non exaudiam, pro eo quòd turpitudinem operamini. Quæ est illa turpitudo, nisi illa quæ immunditia per Apostolum appellatur? Illa denique est turpitudo, illa summa immunditia, illa summa miseria, à qua angeli fugiunt, quam dæmones videntes oculos claudunt. Illa est enim immunditia & miseria quam masculi in masculos operantur. De quibus ait Apostolus: Non solùm qui faciunt, sed Rom. 1. & qui facientibus consentiunt, digni sunt morte. Hæc est meritò immunditia, quia est nimia mentis & corporis spurcitia. Et hæc spurcitia non solùm peccatum est, sed & pœna peccati. Cùm enim Deus videt omnino se contemnentes, & mandata sua conculcantes, vertit eos in reprobum sensum, et illã abominationem exercẽt, & non intelligunt & animaduertant, sicut ait Apostolus: Quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Dominus ignominiæ: nam masculi relicto naturali vsu femineo, exarserunt in desideriis suis, id est, masculi in masculos turpitudinem operantes. O quàm abominabile vitiũ, ô quàm detestabile crimen ô quàm mortiferum damnum, ô quàm pessimũ scelus, ô quàm inaudibile malum, Ecce enim membrum Christi non solùm fornicatur, sed etiam meretrix efficitur. Hæc est enim illa immunditia, quã Deus odio summè habet, quam detestantur sancti, quam odiunt beati, quam fugiunt illi qui regnum Dei consequuntur æternum, quã diligunt illi qui cruciandi & maledicendi sunt cum diabolo & angelis suis. O pessimi Sodomitæ, & viri peccatores! ô pessimi attestante Scriptura, Erant Sodomitæ pessimi & peccatores coram Domino. Peccator Gen. 15. enim dicitur coram Domino, cuius peccatum Deus non dimittit impunitum, & non differt qui differens est pœnam. Vnde ait, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, peccatum eorum grauatum est nimis. Clamor enim dicitur peccatum, quando non solùm cogitatur, sed absque omni timore ad actum perducitur, & in consuetudine multiplicatur. Et tunc Dominus gladium furoris sui extendens, pluit ignem & sulfur de cælo, & combustæ sunt ciuitates, & submersæ. Meritò igitur per sulfur ciuitates illæ submersæ sunt & destructæ, quia tam eorum feminæ quàm eorũ masculi fœtenti luxuria ardebant. O luxuria pessima virtutum destructio, vitiorum augmentatio, delectationis combustio, charitatis diminutio, bursarum euacuatio! Dulcis es: sed ecce omnis dulcedo in amaritudinem grandem mox conuertitur. O luxuria, per te pax destructa est, per te homicidium factum est, per te ciuitates cõbustæ sunt, per te regna perdita sunt, per te omnia ferè mala facta sunt, per te Dauid exulat à Deo, per te Samson moritur, per te Salomon expellitur, per te Lot patitur, relinquens patriam, & vxorem amittens! Et ideo præuaricatores legis attendite, legite legem

O Gomorrhæorũ sequaces quiescite iam agere peruerse, discite iã bene facere, discite iã Deũ timere. Fugite Sodomitas vt mortẽ. Nolite conuersari cum eis, ne forte cum eis depereatis. Veniet enim tempus, & non tardabit, & insurget ille sanctus Ioseph, qui de hoc crimine pessimo suos fratres incusare patri nõ timuit. Surgat & nũc hoc castitatis exemplum, & interficiat omnes tales operantes iniquitatem. Veniat ille magnus sanctus Paulus, vas electionis, & confundat omnes tales talia diligentes, vt nullus reperiatur in orbe. Veniat ille dilectus Dei virginitatis imago sanctus Ioannes, & sua virginali præsentia tales confundat. Veniat etiam illa lucerna mũdi, & præcursor dilectus, & sua grandi audacia, omnes tales interficiat spiritu oris sui. Veniat, & Lot nepos sancti Abrahæ cum nepotibus suis, & omnes tales expellant de terra viuentium. Veniant omnes sancti angeli, & comburant omnes qui operantur iniquitatem Gomorrhæorũ. Eia ergo quiescite iam agere peruersè, discite cum Lot & Ioseph benefacere, antequam adimpleantur quæ diximus. Mementote frequenter, & nolite obliuisci, quid fecerit illa femina Romana Tarpeia. Quid enim fecit? Nam luxuria magna regnabat in ea, tamen ipsa Pagana castè viuere volebat. Quid enim fecit? Oculos sibi erui voluit, & præcepit: & deliciis cunctis depositis panem tantũm cum aqua sumere voluit ad mensuram. O fratres mirabilis conditio mulieris, mirabilis bonitas, mirabilis fortitudo: quia per hoc non paradisum expectat, nec per hoc laudari desiderat, nec beata prædicari affectat; nam propter quid hoc fecerit ignoramus, quia Paganam eam fuisse prædicamus. Vnũ tamẽ scio, quòd si consilium ab Augustino petisset, ego tanquam fidelis nihil aliud dicere potuissem, nisi quòd tantũm panem & aquam sumpsisset determinato pondere & mẽsura. Nos ergo, fratres, scire debemus, & nullatenus dubitare, quòd castitas cum abũdantia & fertilitate stare non potest. Sed si mihi non crediti, Gomorrhenibus credite. Abundabant enim valde in cunctis bonis, & postquam comederant & biberant, surrexerũt ludere. Sic & vos operantes video: nam fertilitatẽ habetis, pane, vino & cũctis bonis omnibus quibus indigetis, ideo timeo ne pereatis. Quare? Quia non est malũ quod in vobis non regnet. Nunquid superbienũquid auari? nunquid gulosi: nunquid puerorũ concubitores? O miseri, membra diaboli, cur non erubescitis? cur non desistitis talia operari? Confundor ego episcopus talia loqui, confundor & alia charrare. Sed & fracuero, mors mihi est, & si hoc prædicauero, non effugiam linguas vestras. Audacter igitur prædicabo, quia & vos publicè operari non erubescitis. Emendate igitur vitam, & emendabo verba: quiescite agere peruertè, & ego quiescam mala vestra vobis improperare. Sic etiam Dominus facit, quia mutata vita mutat sententiam: bene operantibus promittit gloriam: malè verò pœnam æternam. Erudiamus igitur, fratres, nosmetipsos in scientia & castitate, vt studentes & intelligentes simus, suaues, assabiles & mites in charitate, non ficta. Nam si luxuriari volueritis, nunquã charitatẽ habere poteritis. Charitas enim est virtus, quę cõsummatio & perfectio aliarũ virtutũ dicitur, sic & luxuria destructio. Nam nulla virtus, nulla bonitas, nulla sapientia cum luxuria stare potest, nulla iustitia, nulla laus, sed omnis peruersitas, & personarum acceptio in ea regnat. Ideo attendite, quãm necessaria est ipsa castitas. Nam si castè vixerimus, rixę intus nõ erunt, non verba mala. Et si mihi non crediti, quid Lot acciderit, legite. Nam sancti angeli domum eius intrauerunt: quo facto Sodomitæ domum eius circumdederunt, & forsitan non solũm per ostium, sed per fenestras intrauerunt. Nunquid & Lot cum nepotibus suis verberauerunt? Omnino, vt arbitror, non solum verba, sed verbera receperunt. Et forsitan, fratres, ideo vxor Lot conuersa fuit in statuam salis, quia Sodomitis non procurabat resistere. In simili etiam scelere, in eodem crimine mulieres etiam erant, & forsitan in maiori, quia principium tanti criminis in illis ciuitatibus mulieres fuerunt, & homines postmodum ipsæ pessimè docuerunt. O mulieres luxuriæ matres, non sufficiebat primum hominem decepisse? Ideo conuertamur ad Dominum, simus pœnitentes, vnanimes in dilectione Dei, & vt membra vnita famul laboremus. Nam sicut odium dissipat Ecclesiam, ita vinculum dilectionis ædificat eam. Odium enim generat detractionem & inuidiam, quæ pestilentia & pernicies est Ecclesiæ. Per odium amittitur illa sancta vtilitas, & iocunditas, de qua dicitur, Ecce quãm bonum & quãm iocundum, habitare fratres in vnum. Per odium expellitur Christus, qui est vera sapientia: quia in maleuolam animam non introibit sapientia. Et ideo rogo vos, vt vitam vestram emendetis, docentes filios vestros & filias quomodo castè viuant, & maturè incedant, abstineant à cibo & potu: sit eorum sermo pudicus, incessus honestus, vultus inclinatus, lingua affabilis, mens plena dilectione, manus plena operatione: vt si hic feceritis, fratres, cum sancto Lot liberemini de inferno fugientes & volantes per gratiam ad gloriam, Amen.

De cura animæ. SERMO XLVIII.

ANIMA humana, fratres charissimi, omnium creaturarum naturã participat, ambit & capit, & tanto amplius quanto gloriosius est Dei imagine insignita. Omne enim spiritale suum est, quia cælum habet ad inuenendum, angelos ad congaudendum, gloriam ad habendũ, & Trinitatem ad fruendum. In ipso denique homine deposita erat etiam corporalis creatura, & omnium corporalium naturalium natura in se, & ad se, & per se: & tanto perfectius, quanto mirabilius erat omni corporeo. Omnia enim pollebat, omnia sibi obediebãt, quia omnia ei subiecta erãt, astra scilicet vt lucerẽt, elementa vt alerent, animalia vt subirẽt, & cibaria vt nutrirẽt, oues & boues, leones & aues omnia obediebant homini sine vlla rebellione. Et quid plura? Etiam hoc quod maius est. Quid est quod maius est, nisi quod diuinum est? Quid enim in homine diuinum est, nisi quòd imagine sanctæ Trinitatis ipse homo decoratus est? Faciamus, inquit sancta Trinitas, hominem ad imaginem & similitudinẽ nostrã. Quæ est imago Dei in nobis, nisi id quod melius reperitur in nobis? Quid est quod melius reperitur in nobis, nisi ratio, intellectus, memoria & voluntas? O homo audiuisti tuam gloriam, audi nunc tuam miseriam. O homo, natus de muliere, breui viuens tempore, repletus multis miseriis, qui quasi flos campi egrederis & contereris, & fugis velut vmbra, nec in eodem statu permanens, nũc diues, nunc pauper, nunc sanus, nunc languidus, nunc gaudens, nunc tristis, nunc sciens, nũc ignarus, nũc videns, nunc cæcus, nunc ciuis, nunc exul, nũc bonus, nũc malus: ecce quomodo stabilis, ecce quomodo permanens. O homo an ignoras quia potuisses non mori? Vtraque enim potentia in manu tua erat, posse & non posse mori: contempsisti primam, & elegisti secundam: contempsisti vitam, & elegisti mortem: contempsisti dulce, & elegisti amarum: contempsisti vitam æternam, & mortem æternam eligere voluisti. Et vnde hoc homo? Nunquid bonus, rectus, sanctus, & Deo dilectus creatus es? Et tamen miserrimè incrassatus, impinguatus, dilatatus, recalcitrasti contra Deum factorem tuum. Et ecce elatus in superbia, ignarus Dei gratia, inscius Dei iustitia cecidisti in lacũ miserię, in luto fecis, & in vmbra mortis. Ideo attende quid sequitur: Putas quòd Deus mẽtiatur, vel vt filius hominis mutetur? Statuit enim ipse, & sententiam posuit, vt quotie secunq. comederes ex ligno, mori debuisses. Nũquid ludendo hoc edixit, vel ridẽdo hoc asseruit? Omnino hoc tamẽ mihi non apparet. Quare nõ apparet, nisi quia experiẽtia didici, & oculata fide probaui? Nũquid experior, quòd post peccatum elementa quæ in summa & optima qualitate erant, mox propter peccatum pugnare cœperũt? Est enim ratio terræ in carne, ratio humoris in sanguine, ratio aẽris in spiritu, ratio ignis in calore: & hæc quatuor mox post peccatum adinuicem prœliari cœperunt, & sic nostri primi parentes infirmitatibus aggrauantur, & dolore capitis, stomachi, hepatis, omniũmque membrorum vexantur, sicque moriuntur, sicque ad sepulchra deducuntur. Sed dicet quis: Quid est homo post mortem? Certum est, quòd non est homo: & tamen est aliquid, quantum ad duas partes. Quæ sunt illæ partes, nisi anima & corpus, materia & forma? Anima enim non moritur, nec succumbit per mortem, cũm omnino sit immortalis: nec corporis materia cũm sit vna numero: quia licet corpus resoluatur, non tamen deuenit ad tantam resolutionem, quòd omnino nihil sit, & quod cedãt in non ens. Manet eadem anima semper, & tanquam quid diuinum deficit tamen homo quãtum ad esse. Omnes enim animæ spiritus sunt, & omnia corpora terra sunt: & erũt quousq. anima induet se suo corpore, vt totus homo glorificetur, corpore videlicet & anima. Si ergo petis quid est homo mortuus: quid aliud dicere poterimus, nisi quòd terra, putredo, cadauer & fœtor est? Si peris de suo esse, vides quòd deficit. Si petis de corpore, interroga terram. Euntes vos, ô iuuenes & potentes ad sepulchra patrum vestrorum, considerate quid fuerunt, & quid sunt. Monumenta eorũ aperiamus, & videamus quis dominus, & quis seruus, quis pulcher, quis turpis, quis rectus, quis curuus inter eos fuerit. Aperiamus oculos mentis & corporis, & nostram grandem miseriam frequẽter non pigeat cõsiderare. Intremus sepulchra, & quid inuenimus discamus. Quid, fratres, inuenimus, vel quę? Nã si respexerimus, inuenimus mortuorum capita, renes & vẽtrem. Verum & indubitanter verum: mihi expetto credite, quòd in capitibus inuenietis bufones saltantes, generatos ex cerebro. In renibus serpentes generatos, in lumbis ambulantes. Inuentre vermes scaturientes generatos ex visceribus. Ecce quid sumus, & quid iam erimus, ecce in quod resoluimur. Quid ergo inflatis, ô diues? Cur nõ attendis quæ audis? Cur turbaris, cùm prospicis? Cur non conuerteris, cũm hoc quotidie experiris? Mementote, fratres, hæc omnia, & agite pœnitentiam in fletu & lamento antequam veniant dies illi amari pleni miseriæ & tristitiæ. Audistis iam quid est homo mortuus: restat nũc dicere quid sit de anima. O fratres mei, quid de hoc dicere poterimus, nisi concedauerimus cum veteris nostris: Quid enim dicunt, nisi quod vel in paradiso cum gaudentibus, vel in inferno cũ dolentibus: sed in purgatorio, in via cunti ad patriam sunt: & isti iã bene sunt, quia securi sunt. Orandum tamen pro eis est, & eis toto affectu subueniendum est orationibus, eleemosynis, sacrificiis, ieiuniis & macerationibus. Isti sunt denique illi afflicti, qui ad Dominum quotidie clamant, & ad illum recurrunt, cuius scientia vbique allegatur, cuius sapientia demõstratur, cuius clementia vbique ponderatur, cuius potentia vbique promulgatur. Isti quotidie clamant vnusquisque per se suam misericordiam implorantes, & suam miseriam deplorantes, & dicentes: Domine, scias quòd vim patior, ideo ad te recurro, non contemnendo scientiam tuam, non auertendo tuam sapientiam, sed interpello tuam clementiam. Non enim Domine, iniustè patior, quia non pro alieno delicto, sed pro meo patior: vim tantũ Domine, patior, quia fortiter patior, & iustè patior. Peccaui Domine, substantias & diuitias congregãdo, nec pauperibus vt iusseras, sufficienter tribuendo. Sed multa infelix cõgregaui cum dolore & mærore, nesciens cui ea dimitterem amico vel proximo.

proximo. O infelix homo, considera, & diligẽter aduerte quid agis, quid cogitas, dum cunctis diebus vitæ tuæ congregare non desinis! O homo auaritia plenus, an ignoras quòd tria sunt insatiabilia, & quartum nũquã dicis, Sufficit: Et quid est quòd nunquã dicit, Sufficit, nisi animus hominis, qui nunquã dicit, Satis est? O homo an ignoras, quòd radix omnũ malorũ auaritia est & seruitus idololatriæ, mater vsuræ, genitrix simoniæ, fomes culpæ, æternæ pœnæ via, nutrix gehennæ? O auaritia abyssus insatiabilis, quæ nunquã dicis, Sufficit: semper fameseis, semper doles, semper tristaris in cunctis. Nã si fol quotidie oritur, dolendo dicis, Siccitas erit. Si pluuia descendit, omnia peticliari asseris. Si temperiem adesse prospicis, solem vel pluuiam adesse desiderabis. O pestis interminabilis, ô famelica rabies! nã omnia suis terminis clauditur, sola auaritia nullo claudiẽtur fine. Omnia in homine senescunt vitia, sola auaritia iuuenescit. O rabies omni fine carens! Nunquid terra suis limitibus terminatur, aqua suis finibus limitatur, aẽr suo fine concluditur, cælum suis terminis arctatur, sola auaritia terminũ nescit? O auare, si terra tibi cuncta datur, mare quæris. Sed si terra & mare, aẽrem peris. Sed si terram, mare & aẽrem possederis, adhuc cælum ambis, & ipsum penetrare affectas. Et si cælum penetraueris, adhuc non quieueris, donec te Deo adæquaueris, vel fueris superior Altissimo. O pestis dæmone fœuior: nam dæmon similis Altissimo esse voluit, sed auarus super Deum, si posset, ascendere vellet. Meritò auaris in die nouissimo loquetur Dominus, dicens: O homo, sine honore mundum intrasti in pellicula sanguine cruentatus, sine diuitiis natus, sine auaritia genitus: & tu in auaritia vixisti, & dilatatus es in auro & argento, & oblitus es Dei creatoris tui. Vbi enim est fructus & lucrum laborum vestrorum? Ite ergo maledicti in ignem æternũ, & fiat voluistis, ita fiat. Ecce sententiam summi regis. Itaque, fratres, nolite amare plus corpus quãm animam, & plus filios quãm vosipsos. Ecce enim in tanta dies mortis est. Tunc enim quilibet à suis excluditur, ab vxore dimittitur, à cognatis separatur, & ab eisdem ad sepulchrum ducitur. O magna crudelitas! O magna admiratio! O admirabilis infidelitas, ecce maritus dilectus ab vxore dilecta relinquitur, filia à matre proiicitur, & pater à filiis, & filij à patre sub terra recõduntur! Solus ille dimittitur, & quilibet ad propria reuertitur, & citò obliuioni traditur, tanquam mortuus à corde. Ecce, fratres, mundi amicitia quanta vel qualis est. Non enim est aliquis qui rantum amicum vel cognatum diligat, quòd per noctem vnam secum morari cupiat. Vide ergo, ô homo, quales amicos habes, pro quibus animam perdis, pro quibus Deum offendis. Omnes dimittent te, omnes se abscondent, omnes citò fugient à te, & in fouęam trium brachiorum collocabunt te. Nam cũm essemus apud ostia Thyberina matre charitatis sociati, expectantes temporis tranquillitatem, causã remeandi ad Africam, & gratia illius cui terra & mare obediunt, compulsi à Põtiano præfecto, viro clarissimo, qui de Roma ad nos videndum venerat, cum eodem iterum reuersi sumus Romam ad inruendum diligentius magnifica ædificia & opera Paganorum: & ductus sum cum cæteris ad videndum cadauer Cæsaris in sepulchro, & vidi quòd omnino esset liuido colore ornatũ, putredine circundatum, ventrẽ eius diruptum, & vermiũ per illũ cæteras transeuntes prospexi. Duo quoque famelici in foueis oculorũ pascebantur, crines eius non adhærebant capiti, dentes eius apparebant labiis consumptis, & reuelatum erat nariũ fundamẽtum. Et intuens matrẽ Christianissimam, diui Vbi nam est Cæsaris corpus præclarum, vbi magnitudo diuitiarũ, vbi apparatus deliciarum, vbi multitudo dominorum, vbi caterua baronum, vbi acies militum, vbi canes venatici, vbi equi veloces, vbi aues cantantes, vbi thalamus pictus, vbi lectus eburneus, vbi thorus regalis, vbi thronus imperialis, vbi matorũ vestimẽtorũ, vbi capilli solares, vbi facies decora, vbi omnia quæ sub cælo sunt? Tẽ namque verebantur homines, te timebant principes, te colebant vrbes, te timebant omnes. Vbi nã quæso sunt hæc omnia, à quo recessit tanta iactantia? Quò fuit tua magnificẽtia? Et respondit mater pietate plena, Fili, omnia sibi pariter defecerũt, quãdo defecit spiritus eius, & reliquerũt eum captiuatum in sepulchro trium brachiorũ plenũ fœtore & putredine. Eia ergo fideles Christi, considerate quid sumus: anima deuertite ad quid venimus: prospicite quid iam sumus. Agite ergo pœnitentiã filioli mei, quos iterũ parturio, donec reformetur in vobis Christus. Agite ergo pœnitentiam, antequam mors inimica naturę vos aggrediatur. Statuatis vos simplicẽ, humilem, vtilem, secretã, frequentẽ, promptam, amaram, lachrymosam & festinam cõfessionem, cũm etiam horam mortis omnino ignoremus. Nã cũm in extrema ægritudine fueritis, fratres, ô quãm forte, ô quãm durum, ô quãm pœnosum, ô quãm lachrymabile erit vobis pœnitere & dolere de malis commissis, & de bonis omissis! Quare hoc erit, nisi quia illic capit ur tota intrentio mentis, vbi est vis doloris? Multa enim occurrunt impedimenta cordi. Nam corpus dolet, pœna affligit, quia mors appropinquat, intrare filios quos pates summè dilexerunt, pro quibus etiam se damnates existimant, tenebroso oculo aspiciunt, vxores iam lachrymantes considerant, mundus adhuc eis fiduciam præstat, diabolus ne de peccatis doleat, fidem tribuit, & chirographum infirmantibus præbet, caro nõ deficere adhuc satis sperat, medici adhuc vt lucrentur ipsum confortant, parentes applaudunt, facerdotes alliciunt, & sic diuites moriũtur in inferno. O homo, audisti quid locutus sum, omnino credo quòd hæc omnia citò experieris. Ob-

secro igitur te, vt antequam infirmitate graueris, agas pœnitentiã, disponas domum tuam. Fac quod fiendum est, fac testamentum, dum sanus es, dum sapiens, es dum tuos es. Nam si exyectaueris infirmitatem, omnino minis vel blandimentis ducẽris quò tu nõ vis. O homo, dum inuenescis, dispone domum tuam, age pœnitentiam, diligẽ Deum non solũm verbo, sed opere & veritate. Et si proximũ offendisti verbo, placa eum verbo: si facto, placa eum facto: quia eadem mensura parcetur nobis, qua pepercimus aliis. O homo fac pœnitentiam. Memorare nouissima tua, vt in æternum non pecces. Reuertere ad te ipsum, memorans quòd fuisti sperma liquidum, quòd modò es vas stercorum, quòd eris cibus vermium. Hæc enim sunt nouissima quæ cogitare debet quotidie qui fidelis est. O homo memorare nouissima tua, quia post mortem vermis nascetur tibi de lingua pro peccato linguę, de stomacho pro peccato gulæ, de spermate renum scorpiones pro peccato luxuriæ, de cerebro bufones pro peccato superbię. Memorare nouissima tua, ô iuuenis, qui floridę ambis & per gis capite eleuato cuncta quæ Dei sunt despiciendo. Memorare nouissima tua, quia terra es, & in terrã ibis. Memorare nouissima tua, quia conceptus es in culpa, natus in pœna, viuens in miseria, & necessariò morieris in angustia. O homo cur te iactas fortitudine? Ecce nunc post modicum infirmaris, & deficis. Cur inflaris mundi sapientia? Ecce quòd stultitia est, & eam perdes, & tuam prudentiam reprobabo, dicit Dominus. Cur inflaris scientia? Nunquid philosophis obscuratũ est cor, & in cogitationibus suis euanuerunt? Nunquid traditi sunt in reprobum sensum? Cur te iactas generis nobilitate? Nunquid omnium nascendi conditio vna est? Nunquid & morienti vna conclusio? Quis nobilium vnquã natus est sine sanguinis cruciatione? Nunquid nobilis simul cum paupere per eundem dum nascitur meatum transit? A regula eriã mortis nũquid parcitur diuitiis? Cur diuitiis te iactas? Ipsæ enim potius insidiæ tibi sunt, quãm amicitiæ. Nam pauper ferè nunquã occidi quæritur, diuiti verò semper insidiatur. Memorare, ô homo, nouissima tua qui quotidie epulatis, quomodo nudus de vtero matris venisti, & nudus reuertẽris. Eia ergo, fratres, domos vestras pauperibus aperite, eleemosynas facite, voluptates vestras rationi subiugare, in cunctis memorantes nouissima vestra, vt mortaliter non peccetis in æternum. Adiuuet autem nos Deus, sine cuius voluntate solium arboris non mouetur, vt perficiendum ea quæ placita sunt ei, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

De miseria carnis & falsitate præsentis vitæ. SERMO XLIX.

O VITA quæ tantos decipis, de propriis tantos seduxisti, tãtos exceęasti: quæ dũ fugis, nihil es; dum videris, vmbra es: dum exaltas, fumus es. Dulcis es stultis, & amara sapientibus. Qui te amat, non te cognoscit: qui te contemnunt, ipsi te intelligunt. Timenda es, & fugienda es. Vę qui tibi credunt, beati quite contemnunt. Vera non es vita, quantæ ostendis. Aliis ostendis te longam, vt perdas in finem. Aliis breuem, vt dum pœnitere volunt, non permittas. Aliis largam, vt faciant quid volunt. Aliis angustam, vt non faciant bonum. Quare, ô sapiens, fuge quod fugis. Sic enim est vita nostra, quasi homo in domo aliena, nesciens qua hora vel die, patronus dicat, Vade foras: quia non est tua domus in qua es. O seculum vanum, quid nobis tanta promittis, dum decipis? Qui tibi amicus voluerit esse, inimicus Dei constituetur. Amicitia seculi, inimicitia Dei est. Caro est, quę animam perdiderat cũ est, quę recipit inimicum cum vitiis. Item seminat homicidia, seminat fornicationem, seminat concupiscentiam, seminat rixas, seminat libidinẽ, seminat furtũ, seminat idololatriam, seminat cupiditatem, seminat superbiam, & inter fratres discordiam, seminat inuidiã, seminat contra Deũ blasphemiã, pronuncat schismata, irritat hæreses, & intra Ecclesiam Dei infert diuisiones, inter populos Christianos ponit offendicula, & inter gentes pugnas, & inter consanguinitatem inctationes, & quod peius est, in corda seruorum Dei diuersa genera cogitationum immittũt, & omnia quæ mala sũt in hoc mundo caduco, pessimo & nefando, & quasi orta sub omni velocitate transit. Carnis etiam potestatem habet diabolus, & non animæ, dicente Domino ad diabolum de beato Iob: Do tibi illum in potestate, sed non animã eius. Caro misera grauat animã, caro vaga demergit in infernũ. Caro inimica est animę: quæ si inimica nõ esset, non vtique dilexisset istius seculi vanitatem, & vita vana non frueretur. O vita atrocissima, quam humores tumidant, dolores æstuant, aẽres morbidant, esca inflant, ieiunia macerant, ioci solluunt, tristitiæ consumunt, sollicitudo coarctat, securitas heberat, diuitię superbiunt, paupertas eiicit, iuuentus exrollit, senectus incurvat, siangit infirmitas, męror consumit, & super his omnibus mors atrocissima succumbit vt furibunda. O caro cum deformitate depressa, illã debuisti vitã amplecti quę in æternitate cõsistit, vbi vita est sine morte, vbi iuuẽtus sine senectute, vbi lux sine tenebris, vbi gaudiũ sine tristitia, vbi nobilitas & voluntas sine iniuria, vbi regnum sine commutatione. Hęc sunt septem quę consequi debueras. O caro miserabilis, quare negasti dũ viuere? Si peccauerat, fes bona, & quibuslibet bonis priuata non fuisses, si bene egisses. Illic enim permansisses vbi est gaudium sempiternum, vbi immarcescibilis est gloria, vbi incorruptibilis est & incomparabilis delectatio, vbi Christus Apostolorũ & Prophetarum & sanctorum omnium est iocunditas, nec non & summa lætitia cum sanctis angelis canentibus laudes Deo, vbi delectatio omnium bonorum. Hæc

omnia bona delectabilia per huius seculi prauitates spreuisti. Ecce post finem quamuis in limo terræ manciperis, habes inimicitiũ, id est, corruptionem, fœtorem & vermem, & dissolutionem fœtoris pateris, vt viuentes de te exemplum accipiant, quid fuisti, & quid es: quia à vermibus consumeris, postremò verò in finem propter nouissima, propter redeuntem animam, id est, vitam in corpore, in quo prius fuisti, suppliciis æternis mancipaberis, & simul cum anima damnaberis. O misera anima quam caro persequitur. Caro concupiscit, corpus operatur. Caro autem cùm satiatur affluentissimis cibis & potibus & delectationibus, horatur omnia mala facere. Caro prouocat homicidia, caro perpetrat adulteria, caro cõmittit rixas & scandala, caro inserit ebrietatẽ, caro portat omnem concupiscẽtiam huius seculi. O caro misera, quid habes, quid agis, quid tantũ grauas animam, quæ nihil desiderat nisi Deo seruire? Tu, ô caro misera, non sufficit tibi perditio tua, quòd adhuc animã infelicem tecum demergere conaris? Væ tibi anima, quę tibi carnem contrariam accepisti. Caro mala, quid quæris, quid desideras? Non enim poterit sine te anima iudicari in die iudicij. Caro misera & putribilis, & omni squalore peccatorum plena, quando viua eras, pulchra eras vt sol, splendida vt luna, & oculi tui micabant vt stellæ, & crines tui longæui, & vngebas te prætiosis vnguẽtis, vestibus vtebaris optimis, & in cibis tuis & potibus condebas aromatum multitudinem. Et scito anima, dum corpus tenebrosum & fœtidum reficiebas atque fouebas, escas vermibus præparabas. Memorare de buisti quæ à factore & opifice tuo audieris, cùm primum peccatum commisisti: Terra es, inquit, & in terram reuerteris. Et Iob audi dicentem, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Audi etiam Esaiam vaticinantẽ, Verè fœnum est populus. Caro misera & nefanda: audi Paulum apostolum prædicatorem egregium dicentem, Nihil intulimus in hunc mũdum, nec auferre quid possumus. Nihil aliud caro misera nisi peccatorum sarcinam secum portat. Non nisi per carnem anima peccat. Anima quomodo potest videat. Anima nostra carcerem patitur, caro eam tenet inclusam. Anima clamat ad Dominum, non caro quæ in malitia perseuerat. Anima remedium aliud non habet, nisi tollatur à carne, & caro redigatur in puluerem, tollatur ei vinũ, & detur ei aqua, auferatur ei sanguis, & detur ei humor terrenus. O caro misera, quid de te agetur quando à te egrediar, & vita à te recedet? Tu sola in vtero & sinu terræ iacebis, & aliud nunquam manciperis, habebis in te hæreditatem pessimam, id est, corruptionẽ, fœtorem & vermes. Ecce quæ acquisiuisti, dum viua eras: ecce quid possides, dum in sepulchro iaces. Non potuisti te iciuniis macerare, ac iciuniis in cinere & cilicio humiliare? In perpetuum cum anima salua fuisses, si ei credidisses: quia non bene facere potes nisi aliis benefeceris, hoc est, nisi corpus per abstinentiam afflixeris, animam saluare non poteris. Audi quid creator noster dicat ad carnẽ: O, inquit, mea creatura, ego te ex limo terræ pulchram & lucidam assumpsi, imaginem meam in te condidi, spiraмen vitæ tribui, animam inuisibilem tibi concessi, immortalitatis tunica te indui, in paradiso voluptatis te collocaui, vita ãgelica perfruebaris, cibos & delectabilia iucunditatis contemplabaris, & omnia quę creaui in tua dominatione humiliaui, & affluentes diuitias dedi: insuper & omnialigna paradisi tibi subdita erant, & pro vno vetito quod ibidem comedisti, ecce vbi cecidisti: scilicet de paradiso in infernum, de luce ad tenebras, de amœnitatis & iocunditatis loco ad chaos, & ad omnia obscurissima mala: pro delectabili opere tunc putredini & putori manciparis, pro esca angelica in cibo vermibus subiacebis, pro immortalitatis veste corrupto induta es vestimento. Ecce quam concessi vitam abstuli & subtraxi, vt tu misera & putribilis caro in inferno manciperis, vbi est fletus & mugitus atque vlulatus, insuper & stridor dentium & teterrima tormenta: &, quod peius est, post mortem & corruptionem, post vermes & fœtorem & consumptionem postea in puluerem redacta. O caro quę igni inextinguibili mãciparis, audi animã di centem ad corpus: Ego de cælo veni à Deo concessa tibi. Nã tu de terra es: melius est vt mecum ascendas ad cælum, quàm tu me trahas ad infernum. Dum viuimus & sumus in vnũ, operemur manib' quod bonũ est: id est, eleemosynas & iciunia in castitate & in hospitalitate egenorũ, & in nuditate paupertũ, & in omnibus bonis operibus, vt per bonam operationem quam agimus, ascẽdere ad cęlestia valeamus: vbi non iam solutione corporis, sed incorruptionis veste induamur; vbi non iam fœtor, sed odor suauissimus; vbi non iã tenebræ, sed lux perpetua micat; vbi nõ iã vermiũ multitudo, sed cæterna angelorum, & innumerabilia milia Sanctorũ, & Prophetarum omnium chorus cum sanctis angelis hymnum Deo ineffãbiter canunt. Cum ipsis nos faciat æterna gaudia percipere Christus: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat, &c.

De salute animæ. SERMO L.

QVANTVM ad animæ nostræ desideriũ pertinet, fratres charissimi, voluntatis nostræ est, vt ad vos requirendos frequenter veniamus, sed necessitate temporis nunc veniendi incolumes nos venire meruimus: & ideo quia de communi corporum sanitate gaudemus, de animarũ salute, quæ vera salus est, inquãtum Dominus dederit, colloquamur. Ideo, fratres, ad imaginem Dei facti sumus, vt, Deo donante, intelligamus quæ sit desideranda patria, quæ sit vera beatitudo, quæ vera vita, quæ perfecta sanitas, quæ sit æterna felicitas. Sed intus in corde, Deo inspirante, cognoscamus.

Gen.3. Iob.1. Esa.40. 1.Tim.6.

A Nemo se excusare poterit, vt dicat, Nõ noui literas, ideo Dei præcepta intelligere non possum: quia qui literas non nouit, quid sit aut non sit, intelligere debet. Interroget homo conscientiã suam, & alloquatur seipsum, & dicat sibi suis verbis: O homo, quis es, aut vbi es, & vnde venisti? Et responde tibi: Homo sum, & Dei creaturam me esse cognosco. Iterum interroga, & dic: Quid in te habes, aut ex quibus rebus te factum esse cognosci? Responde & dic, Ex anima & carne me constare cognosco. Quid in te ex his duabus rebus melius habes? Respondet: Sine dubio animam meliorem habeo quàm carnem. Optimè & ordine legitimo respondisti, & dixisti te animam meliorẽ habere quàm carnem. Dic mihi adhuc, Vbi es, ô homo? Respondebis, in mundo. Postea verò vbi eris? In cęlo. Quãdiu ibi eris? In secula seculorum. Iustissimè respondisti, & verũ dixisti, sac modò rationem vitæ tuæ, & esto iudex iustus. Ex omnibus rebus quas dedit tibi Deus, serua carni tuę, vnde sustẽtetur in mũdo, & repone animę tuæ vnde in perpetuum viuat in cælo. Atẽdẽ diligenter conscientiam tuam, & vide si tantas res animæ tuę reposuisti in cęlo, quantas habes corpori tuo in mũdo: si tot solidos reposuisti in cęlo, quantos tibi seruasti in mundo. Vide si tot modios tritici, si tot amphoras vini per eleemosynã in paradiso, vnde viuat anima tua, repoluisti, quantũ tibi reseruasti vnde viuere possit earo tua in mũdo. Cùm ergo ista diligenter attenderis, & consideraus sapienter, vides te propẽ totam libram carni tuę seruasse in mũdo, & vnam vnciam repoluisse in cęlo, erubesce, & citò ad pœnitentiæ medicamenta cõfuge: quia inceptum in teipsum iudiciũ iudicasti: Aliud verum dixisti, & aliud operibus perfecisti: quia totũ carni nõ solùm fideliter, sed etiã infideliter deputasti. Nescio si apud te pericliteur iudicium tuum, quando inter animam & carnem tuam iniqua fuit iudicia tua. Et vbi te iustum inuenire potero, quem in teipsum iniquum esse cognosco? Et tunc certè nutrimus carnem, ornamus carnem, aliquotiens inebriamus nos, & nimium delicioſè pascimus carnem, quam, velimus nolimus, post paucos menses aut annos vermes deuoraturi sunt in sepulchro, & contemnimus animam quæ Deo ab angelis præsentatur in cælũ. O quàm dura erit animę peccatrici, & quàm intolerabilis hora illa, quãdo videre bonam animam requiem recipere in paradiso, se verò torqueri in æterno supplicio. Ergo considerate, fratres charissimi, si non maiorem, certè vel æqualem partem animæ faciamus. Non enim foris in corpore, sed intus in interiori homine sancti sumus ad imaginem Dei. Caro enim nostra de limo terræ formata est. Nũquid iustum est, vt limus terræ imagini præponatur? Caro enim debet seruire, & anima imperare. Ista debet exercere imperium, & illa subiecta seruitium. In omnibus Christianis bonis anima dominatur, & caro seruire cõpellitur. In peccatoribus verò & amatoribus huius mũdi, inuerso, imò peruerso ordine caro erigitur, & anima humiliatur. Illa deliciis pascitur, & ista fame torquetur. Illa luxuriatur in vestibus pretiosis, & ista vix in vereribus inuoluitur pannis, & si peccatis fuerit obnoxia, æterno iudici præsentatur, & tũc vera eius ignominia apparebit. Nam cùm anima in corpore suo caput esse debeat, quicunque carnẽ deliciis aut voluptatibus nimium erigit, nutrit, fouet & palpat, animã verò despicit & contẽnit, pedes leuat in alto, & caput imprimit in profundo. Et qualis est in oculis hominũ, qui inuertis pedibus ambulare videtur, talis est in oculis angelorũ, cui caro propria dominatur. Sicut ergo supiã dixi, Fecit nos Deus ad imaginẽ & similitudinẽ suam: & cũ deberet in nobis homo interior dominari, in tantum Deum contemnimus, vt imaginem Dei miserabili limo seruire faciamus: & hoc est iniquum iudicium, vt carnem nostram animæ præponamus. Sed hoc omnes homines recto iudicio nõ faciunt. Multi enim sunt honesti, sobrii & humiles, misericordes, casti, in quibus anima tenet imperium, & caro subiecta seruit. Et ideo rogo vos, fratres, attẽdat vnusquisq; conscientiã suã: & si dominatur carò, citò erigat dominã, & stimulet ancillã, vt non caro vincat animã, & ad luxuriã trahat, sed magistra carnẽ suã regat, & per vias castitatis & iustitiæ ducat. Qui verò in se sentit animã dominari, teneat cũ Dei adiutorio disciplinæ continẽtiã, & per secta pelagi huius mundi, ita nauigiũ corporeũ, veritate gubernãte, cõtẽdat, ne inter fluctus iustitiæ naufragiũ incaurus incurrat. Vt enim agnoscatur, quòd ex nobis in veritate anima dominetur, de substãtia nostra victũ nobis sufficiẽter & vestitum simplicẽ reseruemus, & quicquid amplius Deus dederit, animę in cęrnã beatitudinẽ per eleemosynam pauperũ reponamus: ne fortè cùm carnẽ nostrã ornamẽtis cõponamus, & multis deliciis saginamus, partẽ cum illo diuite purpurato, & nõ cũ Lazaro habeamus. Scitis enim, vt in Euangelio frequenter auditis, quòd diues ille qui epulabatur quotidie splẽdidè, & purpura induebatur & byſſo, post de corpore exiit, & sepultus est in inferno, & ibi inter flammas aquæ gutã & locum refrigerii requisiit, & inuenire non meruit. Ecce cuius caro luxuriatur & epulatur in seculo, quales diuitias inueniet in inferno. Lazarus verò qui nec diuitias nec ornamenta habuit in seculo, post mortem in sancti Abrahæ requieuit gremio. Sicut ergo suprà dixi, fratres charissimi, refrenemus gulã nostrã, & victũ & vestitũ simplicẽ carni nostræ in hoc seculo præparemus, vt remaneat aliquid quod in futuro seculo animæ reponamus. Quod peritura gula cupit, reseruet eleemosynæ. Ornamenta quæ luxuria ac suauitas requirit in mundo, misericordia & veritas reponat in cęlo. Si ornati volumus esse, quæramus ornamenta vnde nemo ornatur indignus. Si delicias concupiscimus, nõ quæramus carnales ac transitorias,

1.Cor.2.

1.Cor.13.

1.Cor.15.

Luce 23.

toriaſ, ex quibus stercora conficiuntur in mundo, sed magis spirituales & æternas, vnde angeli epulantur in cęlo. Et si fortè quæris quæ sint illæ delicię, audi Apostolũ dicẽtem: Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit Dominus diligẽtibus se. Ad huc quæris & interrogas, quid sit hoc? Si vis verũ agnoscere, Deus est deliciæ tuę, requies tua, sanitas tua, gaudium tuũ, felicitas tua, refrigeriũ tuum, amœnitas tua, & quicquid sanctè possit desiderare anima tua, totũ tibi Deus erit. Sic beatus Apostolus dicit: Et erit Deus omnia in omnibus. Auare audi me, quid tibi sufficit, si Deus tibi nõ sufficit? Si ergo ista omnia desideratis, paradiſi requiẽ quærite, pro æterna beatitudine suspirate, vnde non exit amicus, vbi non intrat inimicus, vnde nec bonus potest exire aliquando, nec malus vllo modo introire. Ad istã ergo primam ornati bonis operibus festinemus, vt dum eleemosynam pauperibus dederimus, ad cęlestia regna peruenire possimus. Ad quæ ille nos perducat qui est benedictus in secula seculorũ, Amen.

SERMO LI.

Hic sequebatur concio, quæ habetur inter Homilias quinquaginta, II. nisi quòd hic detraxerat initium.

Augustinus ad populum Hipponensem, de disquisitione clericorum suorum.

SERMO LII.

Est inter sermones de Diuersis, Sermo D. Augustini XLIX.

Acta apud populum Hipponensem, de Augustini clericis.

SERMO LIII.

Est inter sermones D. Augustini de Diuersis, sermo L.

SERMO LIIII.

Hic sequebatur sermo, cuius initium, Nihil ile Deo placet: qui habetur in omnibus ferè codicibus, tractatu XI.

De obitu Valentini episcopi Carthaginensis.

SERMO LV.

LIBER Sapientię, fratres charissimi, multis modis commendat hominis sapientiam. Primò, quia hominem à periculo liberat: secundò, quia conseruat liberatũ: tertiò, quia coronat cõseruatum. Quomodo autẽ liberat, exemplum patet de Noë, quem, cùm aqua deleret terram, liberauit in arca. Quomodo autẽ cõseruat, patet de Iacob, quomodo duxit eum Dominus per vias rectas, & ostẽdit illi dormienti regnũ Dei. Qui euig illis ait, Verè hic est domus Dei & porta cęli. De gloria Dei verò quæ coronat, subditur, Reddet Deus mercedem sanctis suis laborum suorum, & deducet eos in via mirabili. Isti enim sunt tres status ecclesiæ: status videlicet pœnitẽtię, iustitię & glorię. In primo liberat, in secundo conseruat, in tertio coronat Dominus. In primo afflicimur, in secũdo reficimur, in tertio perficimur. In primo est labor & dolor, in secundo sapor & decor, in tertio gloria & honor. Veruntamẽ quia de his statibus sequentibus fratribus nostris canonicis frequens fuit lectio & exhortatio, & in mensa quotidiana disputatio, fortasse in corde dicetis, Tædiũ est tantum de hoc nobis audire, quia etiam obsequiũ oportet, vt nos deceat, reuerendo Valentino episcopo exhibere. Sed non pigeat vos, fratres, me sapportare: quòd si tædiũ vobis esset, ad fratres meos confugiam: qui me audire tota mente & toto affectu desiderant. Nam verbũ nouũ & antiquum, nouum aliquãdo fieri potest. Cibus etiã diu masticatus citius digeritur. Vt ergo, fratres, distinctio trium statuum clarius elucescat, conatus cis accõmodemus in hunc modũ. In statu pœnitentiæ secũ reducit Dominus per vias duras, & promittit illi regnũ Dei patris sui. In statu iustitiæ iustũ reducit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnũ Dei. In statu gloriæ iustũ & sanctũ educit dominus in via mirabili, & introducit eum in regnũ Dei. Ecce fratres quomodo reducitur cæcus de inuio ad viam, de exilio ad patriam, de mansione ad mansionẽ, de virtute ad virtutem, de corporis carcere ad æternã gloriam. Ecce quomodo reducitur cæcus, ne sit sine Christo, deducitur iustus, vt sit Christus cum eo, educitur sanctus, vt ipse sit cũ Christo. O fratres mei, ecce quomodo esse sine Christo, miserum est: Christum secum esse, rutum est: esse cum Christo, beatum est. Non enim existimandũ est idem esse, secum esse Christum, & esse cũ Christo. Apostolus enim habebat secũ Christũ, dum dicebat: Non ego solus sum, sed gratia Dei mecũ est. Nõdum erat cũ Christo, dum dissolui cupiebat, & esse cum Christo. Latro secum habebat Christũ, cui promittebat Christus, Hodie mecum eris in paradiso. Reducitur itaq. cæcus per vias duras. Sanè durum est, relinquere consuetũ: durius aggredi incognitum: sed durissimum est, in fornace decoqui continua, in qua necesse est vt decoquatur taliter, vt velut carnes possit amputari, & velut virga ad omnem modum reuolui. Istę sunt vię peccatoribus durę super omnia dura, amaræ super omnia amara, odiosæ vt mors. Quæ sunt istæ viæ, fratres, nisi relinquere quæ mũdi sunt? O quàm durum est, ô quã mortale videtur, ô quãm amarum relinquere quæ mundi sunt? Sed quia dura, quia amara, quia pœnosa, ideo centuplum accipies, & vitam æternã possidebis. Eia milites surgite iam, quia diu dormistis, armate vos contritione cordis, confessione oris, afflictione carnis: quia ecce venit Saluator, & nõ tardabit. Ecce iã in ianua est, ecce iam te vocat, ecce te venire compellit. Sed dices, ô miser: In contritione est dolor, in confessione rubor, in afflictione labor, quid ergo faciam? Eia ô miles Christi, ciuis cælorum iam denunciaris ab illo qui super te est, ipse qui laborem & dolorem cõsurtamẽ certa valẽter dũ portes, quoniã reposita est tibi corona iustitiæ, quã redder tibi dominus in illa die iustus iudex. Postquam autẽ

A cæcus factus est videns, impius iustus, tunc deduxit Dominus per vias rectas, cantare poterimus, fratres. Sunt enim fratres, vt scholares nostri vacui non recedant, tres species rectitudinis. Aliud est enim regi, aliud dirigi, aliud corrigi. Nã Propheta dicebat: Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Et iterum Dirige in cõspectu tuo viam meam. Et iterũ: In quo corrigit adolescentior viam suam. Et iterum, Manè, inquit Esaias, erigit mihi aurem. Res enim, fratres, inanimata proprię dicitur regi, vt currus & nauis. Res sensata præter rationẽ dirigitur, vt equus & mulus, quibus non est intellectus: Res rationalis corrigitur, scilicet corde regitur, vt homo. Iustus verò erigitur, vt sapiat quę sursum sunt, & quærat. Sic enim volebat Hieremias, dum dicebat, State in viis vestris, & considerate quæ sit via æterna. Daniel ad maiestatis visionẽ prostratus auditit ab angelo, Sta super pedes tuos. Quod tamẽ si non credis Prophetæ, crede Poetæ scholaris peruerse, cui Deus os sublime dedit, cœlũque videre iussit: à quo dũ quæreret tyrannus & diceret, Quare te Deus fecit? Respondit, Vt contempler cælum & cælorũ numina. Factus est enim homo in terra, non ad terram, sed ad cælũ & factus est de terra non propter terrã, sed propter cælum. Quis fideliũ plus dixisset, fratres, aut probabiliori argumẽto? nescio. Nũquid etiã animal mutum & brutũ nouit argumẽtum ægritudinis suæ? Nũquid leo infirmans animal, quod simia dicitur, quærit, qua deuorata mox cõualescit? Nũnquid etiam simia ægrotans quærit sanguinem canis, virus formicas, leo pardus capreas, vitis serpentes ferculum? Homo verò attritus in physica, hæc omnia ignorare videtur. Vnũquodq. enim felicitatẽ affectat: sed si homo affectat, opere tamen affectare non videtur. Quære ergo, ô homo, cælũ ad quod factus es: noli quærere philosophiam, quoniam ad philosophiam factus nõ es, nec expedit tibi scire quæ sunt super terram: sed tantũm quæ sursum sunt. Sta igitur super pedes tuos, sta in viis tuis naturalib', ad quas factus es, & dirige eas, si necesse est in dando & dimittendo. Date, & dabitur vobis. Et tunc Dominus tibi dicet, Amice, ascende superius, intra in gaudiũ Domini tui. Sed dicet quis: Quomodo & qualiter egrediemur spiritus de corpore? Nũquid Salomon hoc ignorare videtur, dum se dixit penitus ignorare viã aquilæ in cælo? Quomodo ergo Deũ videt, quomodo angelũ, quomodo seipsum, quomodo spiritum alium bonum vel malũ? Super hoc hodie ille magnificus philosophus admiratur. Nam in libris de Animalibus, quinque sensus corporis communes esse nobis ad vsum cum brutis posuit, non ad obiectamentum. Homo in omnibus delectatur: pecus verò tantũm in duobus delectatur, scilicet in gustu & tactu: in aliis verò mouetur quandoq. & excitatur, sed non delectatur. Vnde ergo est, quòd spiritus egressus à corpore, duos quos habet communes cũ bestiis penitus amittit. Non enim gustu vel tactu vtitur vel oblectatur: sed alios tres ad vsum retinet & oblectamentum. Mirabile tamẽ videtur ei, scilicet quòd spiritus sine corpore sensibus corporis vtatur. Quod tamẽ philosophus si fortè planè non intellexit, verum est tamen, & omnino verum & irrefragabile, quia spiritus liber videt Deum, delectatur in Deum, ne semper sibi dicatur, O anima, vbi est Deus tuus? Audiet etiam angelos cantantes & iubilantes. Videbit etiam & audiet, listo super quinque ciuitates, id est, beatitudines, & sic vnicuiq. secũdum opera sua. Et si dicetur à nobis, Domine, quid facies, quando hæc omnia merutmus à te largiri? Porrò respondebit ille magnus paterfamiliãs, velut Alexander militi petenti munus, cui ciuitatẽ dedisse fertur: Si tu tamen non es dignus tanta recipere, ego tamen sum dignus & potens tanta donare. Angeli, fratres, mirabuntur non modicum de operibus Dei in cõiunctione animæ & carnis in homine, in cõiunctione hominis & verbi in Christo, in coniunctione hominis & Dei in cælo. Nam dicturus est Dominus, Pater, volo vt sint vnum nobiscum, sicut ego & tu vnum sumus. De prima admirantur, vbi vnum vni iungitur: de secunda plus, vbi vnum duobus iungeur: sed de tertia plurimum, vbi vnum tribus in trinitate iungetur. Hæc autem generaliter exposita, spiritaliter tamen ad commemorationem huius sancti episcopi Valentini trahi possunt: qui dũ esset catechumenus annorum decem & nouem, ad baptismum peruenit: & sic reduxit eum Dominus per vias rectas: postmodum deduxit eum episcopum per vias duras pœnitentiæ: postmodum eduxit eum per viam admirationis & gloriæ. Sic ergo post eum curramus, fratres, vt comprehendamus brauium æternæ vocationis in die illa, cùm venerit Iesus filius Dei, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Gen.3. Esa.40. 1.Tim.6. Psal.12. Psal.5. Psal.118. Esa.30. Hier.6. Dan.10. Psal.1.et 118. Ioan.17.

De commendatione diuinarum Scripturarum, cum exhortatione, vt diligenter legantur. SERMO LVI.

PROPITIO Christo, fratres charissimi, ita lectionem diuinam auido & strienti corde accipiatis, vt nobis spiritale gaudium de vestra fidelissima obedientia faciatis. Sed si vultis vt vobis Scripturæ sanctæ dulescant, & secundũ quod oportet diuina vobis præcepta proficiant, subtrahite vos aliquibus horis ab occupationibus mundi, in quibus etiam in domibus vestris diuina eloquia relegentes, ad integrum vos Dei misericordiã conseretis, vt in vobis illud feliciter impleatur, quod de beato viro scriptũ est, Quia in lege Domini meditabitur die ac nocte: & illud, Beati qui seruantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eũ: & illud, In toto corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sicut enim, vt ipsi auditis, ille qui in corde suo abscondit eloquia Dei, nõ peccat, ita & ille qui non abscondit, peccare non cessat. Si enim negotiatoribus non

Psal.1.et 118.

sufficitis vna tantũm merce lucra conquirere, sed plures merces comparat, ex quibus substantias suas augeant, & agricolæ diuersa genera seminum conantur serere, vnde sufficienter sibi & suis cibũ valeant præparare, quanto magis in spiritalibus lucris nõ vobis debet sufficere, quòd in ecclesia lectiones diuinas audiatis, sed in domibus & in conuiuiis vestris, & quando dies breues sunt, etiã aliquibus horis in nocibus lectioni diuinę debetis insistere, vt in horreo cordis vestri spiritale possitis triticum comparare, & in thesauris animarum vestrarũ Scripturarũ margaritas recõdere, vt cũm in die iudicij ante tribunal eterni iudicis veneritis, sicut dicit Apostolus, vestiti, & non nudi inueniamini. Et illud, fratres charissimi, diligẽter attendite, quia Scripturę diuinę quasi literæ de patria nostra nobis transmissę sunt. Patria enim nostra paradisus est, parẽtes nostri sunt Patriarchæ & Prophetæ & Apostoli & Martyres: ciues enim sunt angeli, rex autem noster Christus est. Quãdo enim peccauit Adam, tunc in ipso velut in exilium huius mũdi proiecti sumus: sed quia rex noster plusquàm cogitari vel dici potest, pius & misericors est, Scripturas diuinas ad nos inuitatorias per Patriarchas & Prophetas dignatus est mittere, quibus nos ad eternã patriã inuitaret. Et cũm Scripturas eius rebelli spiritu fragilitas humana contemneret, dignatus est per seipsum descendere, & nos de tyrãnide & de superbia diaboli liberare, & ad verã humilitatẽ exemplo nos suæ mansuetudinis prouocare, & potestate etiã antiqui serpẽtis per passionis iniuriã liberare, ad inferna descendere, & antiquos sanctos qui originali peccato obnoxii tenebantur, eripere, in altũ ascendere, spiritũ sanctũ, qui nos contrã omnes insidias diaboli cõfortaret, de cælis mittere, etiam Apostolos suos, qui regnũ Dei per vniuersum mundũ euangelizarent, dirigere. Et licet nos nõ solũm superbos, sed etiã impios, non solũm originalibus, sed etiã in actualibus peccatis obnoxios inueniret, totum tamen nemine supplicante, dimisit: & non solũm, sicut meremur, multis catenis vel compedibus oppressos ad exercenda laboriosa opera nos traxit, sed magis pro ineffabili pietate, vt cum illo regnemus, clemẽter ac misericorditer inuitauit. Cũm hæc ita sint, fratres charissimi, quid de se cogitant serui, qui ita præsumunt Domini sui præcepta cõtemnere, vt nec ipsas inuitatorias literas, quibus ad regni beatitudinẽ eos inuitat, dignentur relegere? Quomodo enim si aliquis nostrũm ad præceptorẽ suũ literas dirigeret, & ille non solũm non impleret quod præcipitur, sed etiã ipsa inclusa relegere dedignaretur, non indulgẽtiam, sed pœnam, non libertatẽ accipere, sed carcẽ meretur sustinere: ita ille qui diuinas Scripturas de patria æterna transmissas dissimulat legere, timere debet, ne fortè præmia æterna non accipiat, sed etiam pœnam perpetuam non euadat. Nam intãtum periculosum est nobis diuina præcepta non legere, vt Propheta lugubriter clamet, Ideo captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Qui autem ignorat, ignorabitur. Sine dubio qui Deum per diuinam lectionem in hoc seculo dissimulat inquirere, & Deus illũ in æterna beatitudine dedignabitur agnoscere. Et timor nobis debet esse ne clausis iamuis cum stultis virginibus foris exclusis mereamur audire, Nescio vos, nõ noui vos: Discedite à me operarti iniquitatum. Quid est, Nescio vos, non noui vos? Quomodo cognoscit, quos in ignem mittit? Ideo vtrunque, quia, sicut iam dictum est, qui eum in hoc seculo legẽdo nolunt intelligere, in die iudicij illos Deus dedignabitur agnoscere. Et illud in Salomone quod scriptum est, non negligenter, sed cum grandi solicitudine ac timore debemus audire. Qui auertit aures suas, ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Deber prius ipse audire Deũ, qui vult exaudirẽ à Deo. Nam qua fronte vult, vt Deus eum exaudiat, quem intantũ despicit, vt eius præcepta legere dissimuler? Et illud quale est, fratres mei, quòd nonnulli Christiani, &, quod peius est, aliquotiens etiam clerici, quando iter acturi sunt, panẽ & vinum & oleũ & diuersas sibi impensas ordinant præparari? Et cũ tanta vnusquisq; in terreno itinere præparat, vnde viuat caro sua, quare tantũ libellũ legere non curat, vnde hic & in æternũ reficiatur anima sua? Cũm ergo duos quisq; homines habeat, vnum interiorẽ ad imaginẽ Dei factũ, & aliũ exteriorẽ de limo terræ formatũ, cur tantũ solicitudinẽ pro corpore, quod in sepulchro à vermibus deuorandũ est, habere videmur interiorẽ verò hominem, qui ad imaginẽ Dei factus est, tanquã vile mancipiũ sine pabulo verbi Dei fame & siti cruciare permittimus? Iorantũ enim prauus Deũ negligit, vt in se imaginẽ ipsius despiciat & contemnat. Hęc ergo, fratres charissimi, sapienter & viliter cogitantes, quantum possumus, otiosis fabulis & detractionibus ac fluxitatibus cunctis sicut fugeamus impotere, & omnibus viribus de impedimentis mundi istius fugiendo, aliquas horas quærere, in quibus pro salute animæ nostræ orationi vel lectioni possimus insistere, vt in nobis impleatur quod scriptũ est, Qui docti fuerint, fulgebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates. Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Eccl. 5.

Matth. 25.

Prou. 28.

Dan. 12.

SERMO LVII.

Sermo de vanitate seculi, qui hoc loco fuerbatur, habetur in tomi noui appendice, tractatu x.

De vanitate mundanæ gloriæ. SERMO LVIII.

1. Cor. 7.

APOSTOLICA lectio, fratres charissimi, hunc sonitũ reddidit: Tẽpus breue est, reliquum est, vt & qui habent vxores tanquã non habentes sint, & qui vtuntur mundo, tanquã non vtãtur. Præterit enim figura huius mundi, & sicut fur, dies Domini ita veniet. Itaque, ô anima, quæcunq; audis & legis, consiliũ te inuet sanctissimi Danielis dicẽtis, Consiliũ meũ accipe, & peccata tua eleemosynis redime: Quod consiliũ si neglexeris, ad cælũ sine causa pulsas. O anima quę inter carnis parietes fragiles habitas, vigila, inquit, & pulsa, pete & rogã pulsanti tibi & peretti aperietur, dicit Dominus. Et si transieris per ignẽ, tecũ sum, & flamma non cõburet te: quæ orãdo si quæsieris, inuenies, cũm pulsaueris rogãdo, Christus tibi aperiet ianuas, vt possitor paradisi introeas. Si adhuc frater de hac mundi puras tibi restare aliquid, vel tuũ tibi considera finem: scriptum est enim, Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus etiam ibo sub terra. Ergo frater nihil tecum attulisti quãdo ingressus es mundum, nihil tecum tolles quãdo dimiseris mundum. Audite omnes in populo, & negligẽtes aliquãdo cognoscite: ite ad sepulchra mortuorũ, & videre exempla viuentiũ: iacent ossa, & perit caro, & tamẽ causa eius seruatur in iudicio Christi. Fuit & ipse nobis similis aliquando in vanitate viuens, in seculo fludens diuitiis, multiplicauit agros, plantauit vineas, implens horrea in thecis multis, & lætatus est in abundãtia sua, & ecce subitò ablata sunt omnia ab oculis eius. Plaudebatur sibi per schemata multa, sericis vestibus erat indutus, pompas & luxurias sibi adhibens, epulanti diuitias exercebat, saltationes & iocos in ebrietatibus exhibebat, prandia sua cum cœna miscebat, & lætitiæ suę vix dabat finem. Et ecce ablata sunt omnia ab oculis eius. Vbi ergo abierũt illa omnia? Vbi pompa? vbi schemata, vbi exquisita conuiuia? Vbi nam sunt illi, qui eum in foro lõgiùs ab omnibus cõspiciebant? Vbi ornatus domorũ & pretiosa luxuria vestimentorum. Vbi gemmarũ ambitio, & argenti pondus immensum? Vbi postremò ipsa cupiditas, quæ cũm omnia quotidie quæ vult agit, nescit dum tetũ habet amittere? Vbi sapientia illa & foris excogitata disertio? Vbi applausus laudũ, & adulatio amicorũ assiduæ? Vbi seruorũ subditi greges & lampadarum radiantia luminis? Vbi antecedentiũ turba clictium? Trãsiet ut omnia ab oculis eius, & vltrà non erit memoria eius. Iacet in sepulchro redactus in puluerem: defluxerunt carnes eius quas delicię nutriebant: abscesserũt nerui à compaginibus suis: sola remanserunt ossa, quæ seruantur in exempla viuentium, vt cognoscantur reliquiæ mortuorũ. Putatur requiescere corpus eius: abiit autem anima in internum, & non videbit vlteriùs lumen. Circumdant enim eum tenebræ mulcæ: tremor & afflictio apprehendẽt eum: vermes & ignis consumẽt eum, & fletus non desinet ab oculis eius: stridor dentium frequentaretũ, eo quòd pessimi dolores perurgent eum, & non desinunt pœnæ ab anima eius, Pœnitet se modò malè vixisse in seculo, & hæc sibimet ipsi repũtãs, dicit se pietatẽ & misericordiã nõ fecisse: & modò quærere eam, & non inuenire, multas diuitias se possedisse & repetisse, & non eas pauperibus erogasse, perdidisse se tempus pœnitentiæ, & non se correxisse ab omnibus malis, dies suos negligendo transisse, in quibus habuit spatium bene faciendi, vt non incideret in talibus pœnis. Expectat enim eum resurrectio magna, vt tradatur peiori iudicio secundũ quæ gessit. Ibi enim cum conturbabunt multitudo angelorum, qui super pœnas sunt cõstituti, improperantes ei quòd taliter egerit, & eleemosynam non amauerit: ideo misericordia ei denegatur. Gehenna ardẽs eum expectat, quia pauperẽ & egenum non amauit, vtcrem eius perpetuus penetrat vermis, qui esurientẽ pauperẽ nõ saturauit. O quantũ valet apud Dominũ misericordia, quę in vita huius seculi exhibetur; quæ dũ hic exhibendo delectatur, ad recollligendũ inuenitur: sicut Dominus noster Iesus Christũ in Euangelio dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. Currite itaque, fratres mei dilectissimi, dum lucẽ huius vitę habetis, ne tenebræ mortis vos cõprehendant, facite misericordias in hoc seculo, quæ deleant peccata, vt fuccurrant vobis in die iudicij: quia quod mãducatis, perditis, & quod laboratis, relinquitis: quod verò pauperibus erogatis, hoc firmiter possidebitis. Eleemosyna enim emũdat peccata, & ipsa interpellat pro nobis Dominũ. Antecedat igitur nos misericordia nostra in die iudicij, quoniam ipsa interpellat pro nobis in conspectu Domini, vt misericordes misericordiam cõsequamur: præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Deut. 4.

Iob. 1.

Matth. 5.

SERMO LIX.

Qui hoc loco sequebatur, habetur tomo nono, cuius initium, Audite fratres.

De persecutione Christianorum. SERMO LX.

FREQVENTER diximus, fratres charissimi, quòd semper Christiani persecutionẽ patiuntur. Mundus in maligno positus est. Aduersarius noster diabolus regnat in mundo, & nos puramus quia nõ patimur persecutionem. Quæ enim res non persequitur Christianos? Omnia quæ in mundo sunt, persequuntur Christianum. Miramur, si nos persequuntur alii, si Christo seruire voluerimus, & parẽtes nostri nos persequũtur. Quicũq. dissimilis nostri est, persequitur nos, & odio nos habet. Miramur, si alij nos persequuntur: ipsum corpus nostrũ nos persequitur. Si comedero paululũ, & corpusculũ meũ fuit robustũ, sanitas corporis mei persequitur animã meam. Quocunq. me vertero, persecutio mihi est. Si videro mulierem, oculus meus persequitur me: cupit enim inretiere animam meam. Si videro diuitias, & aurũ, & argentũ, & possessiones, & delicias corporales, & pulchra vestimenta, quodcunque videro persequitur animã meam. Non putemus tantũ in effusione sanguinis esse martyrium. Semper martyrium est Christianis & religiosis. Adolescentulum libido persequitur, & vult libido effundere sanguinẽ. Quãdo periclitatur anima tua, & quasi in periculo constituitur, tunc astat Dominus Iesus à dextris patris, & pugnat pro adolescẽtulo suo. Si ergo sunt martyria in pacis tempore, sunt & negationes. Nemo ergo dicat, nõ esse martyrium negationis. Et martyriũ est & negatio. Ego hodie qui videor monachus, si rupero propositum meum, Christũ negaui. Et si in pace Christum nego, in persecutione quid facerem? Non torqueor, neque exuror, & denego: si torqueror & exuroꝶ quid facerem? Qui in persecutione negat, habet vermiã plagæ. Pro illo præcauitur sancti. Quid enim dicit? Volui pugnare, caro mea in collactatione defecit: non cessit animus, sed cessit corpus. Aliud mens cogitabat, aliud corpus cõpellebat: & tamen non habet excusationem. Nulla enim est plaga quę debeat ab amore Christi separare. Quid enim tibi dicit? Hoc est, in incẽdio eras, in eculeo pendebas; pro me torquebaris, & dicis, Non potui sustinere tormenta: & quomodo sustinuit Petrus, quomodo Paulus, quomodo cæteri martyres sustinuerunt, & habẽ erunt corpus quale & ta habes? O monache qui ieiunium fugis, putas ignem effugere? Hoc ergo dico, quia omni tempore sunt martyria, sunt & persecutiones. Denique Apostolus quid loquitur de viduis, quæ secundos duxerunt maritos? Quid dicit? Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Vidus quid dicit? O vidua antequam promitteres quòd esses vidua, in tua erat potestate vt nuberes. Ex quo tempore confessa es, vt mihi iuncta eras. Sic & tu monache, antequam promitteres, in tua erat potestate facere quod volebas. Vox tua ligauit te mihi. Nõnne liber eras? In potestate tua erat promittere: nõ tibi licet ea licentia dimittere quod promiseras. Promittere fuit tuum: dimittere non est tuum. Si me dimiseris, non habeo te in eo gradũ, in quo prius habui. Primò liber eras, & eras quidem de familia mea, sed nõ eras ante oculos meos: non eras de ministris meis, sed de familia mea eras, non tamen eras mecum, sed tamen meus eras. Ex quo enim militare cœpisti, si recessiũs, non habeo te quasi de familia, sed quasi fugitiuum. Hoc totum quare dico: quoniam in nostra est potestate promittere seruire Deo & obedire non est in nostra potestate dimittere: Promisisti, præmisti habes: neglexisti, pœnam habes. Non est meum, vtrũque est tuum, elige quod velis. Habes viã mortis & vitę ingredere quã volueris. Hoc totum dico, fratres charissimi, ne quis de vobis putet se habere liberam potestatẽ, & dicat, Ergo illi qui vxores habẽt, qui sunt in ciuitatibus qui militant, qui negotiãtur: ergo totus mũdus in periculo est, soli monachi saluantur. Nostra & illorũ nõ est æqua conditio. Illi scientes imbecillitatem suã non promiserunt facere quod implere non poterant. Illi quidem Christiani sunt, sed Christianus quasi secularis, & secularis quasi negotiator: & Christianus quasi miles: & Cornelius Centurio miles fuit, sed saluatus est. Ego quidem sum monachus qui desiui esse secularis, & factus sum monachus: aut monachus saluor: aut aliter non saluor: non est aliud medium. Si voluero dimittere vitam monachi, & sequi secularem, non habebit me Dominus quasi secularẽ, sed quasi præuaricatorem. Nõ ergo licet nobis dimittere quod habemus propositũ, dicit aliquis: Quid facio, si peccaui in isto proposito qui factus sum nec secularis nec monachus? Aliquis peccator peccatũ maiori pœnitentia cupit emandare. Ergo hoc dico, Non nobis licet dimittere quod habuimus propositum, licet dignitatem propositi perdideris. Si peccasti in vita monachi cõstitutus, esto pœnitẽs quasi monachus, patiens non quasi secularis, aliquis dicit, Fugi dominum meũ, ne me cædat: sẽper debeo fugere? Si te pœnitet quòd fugisti, debes reuerti ad dominum tuũ: nemo dicet, Pœnitet me quia fugi: debeo semper fugere? Si sanctus es, beatus & monachus: si peccator es, miser es, & monachus tamen es. Monachus es, licet dignitatem propositi perdideris. Siue sancti simus, siue peccatores simus, non nobis licet mutare propositum: quia Christus de cælis à patre misit spiritum suum, sicut ipse promisit, Non derelinquam vos orphanos, sed mittam vobis spiritũ veritatis, qui à patre procedit, ipse docebit vos omnia quæcunque dixi vobis, & commonebit vos. Hæc quidem in commune loquor: mihi quoq. loquor, ne quis se putet habere potestatem mutare propositum. Et iam, vt assolet, si casu quisque instigante diabolo ac suadente peccauerit, non ei licetat mutare propositum, sed ad pœnitentiam, quæ est medicamẽ lapsorum tota animi suiditate cõfugiat. Dominus potens est & præterita indulgere, & ad præsens & me & vos ab omnibus insidiis diaboli tutos saluare, qui viuit in secula seculorum, Amen.

Matth. 11.

Rom. 2.

SERMO LXI.

De obedientia. SERMO LXII.

SI præmia æternæ vitæ volumus promereri, præcepta Dei toris viribus satagamus custodire. Præcepta namque Dei nolentibus grauia, volentibus sunt leuia: sicut ipse ait, Iugũ enim meũ suaue est, & onus meum leue: audiamus Dominum & Saluatorem nostrum præcipiẽtem nobis, & suo exẽplo admonentẽ. Tolite, inquit, iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quid est iugum Dei super se tollere, nisi sanctæ obedientiæ præcepto seipsum propter Deum subiicere? Mitis autẽ est qui omnes iniurias & cõtumelias, quæ sibi illatæ fuerint, æquanimiter tolerat, qui eam Apostolicam sententiã opere tenet, qua dicitur, Non reddentes malum pro malo, vel maledictũ pro maledicto, sed econtrariò benedicentes: & iterum, Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Humilis verò est qui eligit abiectus esse in domo Dei, & omnes sibi præferre, qui se semper puluerem & cinerem esse pẽsat & in cunctis quę agit seruum se indigũum, non solũm verbo, sed opere, cogitatione, & omni conuersatione suã semper se abiicit & contemnit. Talis proculdubiò ad seruandam disciplinam atq. obedientiam est idoneus, nec potest perire à via iustitiæ, neque declinare ad dexteras siue ad sinistram: quia in eo quòd mitis est, nulla aduersitate frangitur: in eo autẽ quòd humilis est, nulla prosperitate vel gloria eleuatur. Quãtus autem sit obedientiæ fructus, ostẽditur, cũm subiiciũtur, Et inuenietis requiẽ animabus vestris. Obedientiæ quidẽ disciplina modò in labore est, sed in futuro fructũ habet pacatissimum. Et sciendum, quòd quanto modò erimus obedientes patribus nostris, tanto erit Deus obediens orationibus nostris, & tanto erit nobis iugum eius suaue, & onus eius leue. Scire quoq. oportet, quia superbus & impatiẽs disciplinæ & obedientiæ regulis subiacere non potest. In eo enim quòd elatè viuit, cæteros despicit, & suis magis quàm alterius definitionibus obedire appetit: in eo autẽ quòd impatiẽs est, ipsa parua & leuia dura & intolerabilia esse dijudicat, idque solum rectũ esse æstimat, quod obstinato corde concepertit: sensũque proprio pro omniũ vtitur ratione. Isti tales fratres vnanimes sæpe perturbant, licesque mouẽt, nec volunt ad mensurã aliorũ vivere, nec sunt contẽti his quibus cõtẽta debet esse religiosa paupertas. Et cũm negligentiis cæteris viuant, plus aliis volunt honorari. Huiusmodi rebelles & inobedientes animæ frequẽter in passionibus suæ carnis decidunt, & vsque ad turpia opera dilabuntur, & ex his plerique à societate fratrum & à sancto proposito miserabiliter & damnabiliter discedunt: de talibus terribiliter clamat Petrus Apostolus, Si, inquit, fugientes coinquinationes mundi his rursus impliciti superãtur, facta sunt eorum posteriora peiora prioribus. Melius enim erat eis nõ cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitionem retrorsũ reuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato: hinc Dominus ait, Vę illi per quẽ scandalum venit. Quisquis ergo talẽ se esse recognoscit, dũ tempus corrigendi habet, ad lachrymas & pœnitentiam citò redeat, superbiam cum humilitate vincat, impatientiã mansuetudine dãnet, vitia in virtutes cõuertat, ne si in malo perseuerat, ad æterna supplicia peruenias. Debemus ergo eam quam professi sumus obedientiam & virtute & opere custodire. Quod tunc agimus, cũm eum qui nobis præest, pro amore Dei honoramus atque diligimus, & quicquid ab eo nobis præcipitur, tanquam ab ipso cælestĩ Domino fuerit imperatũ, libẽter implere festinamus. Prælatus enim Christi vices agit in monasterio: vnde ipse suis pastoribus ait, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Sicut enim gaudere debent, & magnum à Domino præmium expectare qui libenter obediunt: quia quod ipsi maiorum iussu faciunt, hoc ipsi authori Deo impendunt: sic nimirum magnũ à Deo iudiciũ timere & expectare debẽt, qui prælatorum suorũ iussa despiciunt: quia cũm prælatus contẽnitur, non ipse sed is in cuius loco positus est contemptui habetur. Nec potest Deus à nobis sine magno fructu honorari, nec despici sine magno detrimento. Debet autem obedientia esse sine mora, nõ cũ murmure, neque cũ tristitia animi, sed cũ gaudio & hilaritate. Hilarẽ enim datorem diligit Deus. Bonum autẽ quod cũ tristitia fit, Deo nõ est acceptabile, quia ipse magis est inspector cordis quàm corporis. Debet quoque obedientia esse vsque ad mortẽ, quia vsque ad mortem patri suo propter nos obediuit Christus. Ad hoc sanctũ præceptum ipse suo exemplo noster redemptor nos admonet, dicẽs, Tollite iugum meũ super vos, & discite à me, quia mitis sũ, & humilis corde.

Matth. 18.

Luce 10.

Eccl. 1.

Prou. 1. & 9. & 28.

Psal. 38.

Rom. 13.

Luce 16.

De timore Domini & amaritia vitanda.

SERMO LXII.

TIMOR Domini expellit peccatũ. Per timorem Domini nascẽtur multa bona. Salomon ait, Principiũ sapientiæ, timor Domini: & alibi, Beatus homo qui est pauidus. Per timorẽ enim Domini euadit anima de pœnis inferni, & per amorẽ eius inuenitur gaudiũ sempiternũ, quia timor Domini & amor proximi charitas est. Qui autẽ charitatem habet, Deum habet: & qui Deum habet, secularia fugit. Qui Christum diligit, infernũ timet, & paradisum desiderat: vbi anhelat peruenire, in quo sperat permanere, in quo non est timor de morte, nec trepidatio de hoste. Qui Deũ habet in se, diabolũ repellit de se. Per dilectionẽ Dei & proximi vita acquiritur æternam: nam Dei in Deo permanere facit: Dilectio proximi malum non operatur. Vnusquisque quod sibi fieri non vult, alteri ne quaquam faciat: qui sic agit, peccatum nõ nutrit. Qui terrenis se implicat, cęlestibus se elongat. Gaudet qui acquirit, tristatur qui amittit. Multi sunt qui de alienis lachrymis eleemosynas facere se sperant, vnum expoliant, alterũ vestit: vnum inanẽ faciunt, aliũ alienis refeciũt. Eleemosyna cũ iniquitate acquisita abominatio est apud Deũ. Qui de iniquitate misericordiã facere putat, nihil est apud Deũ. Quid dicemus, fratres charissimi, de illis diuitibus qui congregant & ignorant cui congregãt ea, acquirunt terrena, & perdunt cælestia, lucrantur pecunias, & perdunt animas, attendunt quid acquirunt, & non perpendunt quid amittunt. Multi sunt qui in luce ambulare se putant, & foris claros existere se exilitimant, cũm peccatorum luto pleni, intus tenebrosi persistant. O cæca cupiditas quæ à Christo animas separas, vt ille diues qui quotidie epulabatur splendidè, ante cuius ianuam Lazarus iacebat mendicus. Mortuus autẽ diues in inferno lapsus, Lazarus verò in sinũ Abrahę legitur allatus. Quare misері diuites non expauescitis, qui terrenas diuitias concupiscitis, & cælestes thesauros perdere non curatis? Qui tale exemplum

Saluatoris iam dictum non timet, bene cęcus ambulat: Iacobus enim apostolus dicit, Eia nũc diuites ploratę & vlulare in miseriis vestris, quæ veniũt ad vos. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimẽta vestra à tineis corrosa sunt. Aurum & argentum vestrũ eruginauit, & ærugo eorum vobis in testimoniũ erit. Væ illis qui tales sunt. Aurarus misericordiã non habet, cupidus similis est inferno. Infernus quantumcunque plus deuorat, tanto magis cupit & desiderat: sic & auarus nunquam satiabitur. Crescit vana potentia, crescit & pœna. Potẽtes potentiora tormenta patientur. Quãto maior honor datur, tãto maius periculũ cõparatur. Isti tales sunt elati, superbi, vanitate pleni, luxuriosi, gulosi & hominibus magis placentes quàm Deo. Hi sunt seipsos amãtes, gulæ seruiẽtes magis quàm spiritalibus intendentes, corpus ornantes, & animam fœdantes, carnalibus consentientes, spiritalia negligentes. Foris ornati, intus tabefacti. Se sapientes æstimantes, veros se esse stultos non considerantes, cùm sapiẽtia huius mundi apud Deum stultitia est. Colligentes amicitias sęculares, perdentes ęternales: dicit namque Apostolus, Quicunque voluerit esse amicus huius sęculi, inimicus cõstituitur Dei. Superbus Deum negligit, diabolo seruit, verba diuina despicit, vana & inutilia diligit, falsas suggestiones amat, institutiones diuinas recusat. Dum terrena sequitur, fugiunt ab eo cęlestia. Dum trãsitoria concupiscit, æterna amittit. Vanitates concupiscẽs diabolicas, perpetuas incurrit pœnas. Vę illis quos in talibus rapuerit infernus, qui dũ tempus habẽt, & in sua sunt potestate, & non corrigunt se, nec emendant, cùm mors venerit, potentia illorũ vbi remanebit? Et sola anima misera nónne in infernũ ibit? O fratres charissimi, quid dicemus de illis qui voluerunt, & non impleuerunt. Melius est non vouere, quàm post vota promissa ipsa non tenere. Multò & melius est, nõ promittere, quam fidem promissam nõ adimplere. Peius insuper fuerit, si non reddideris quod promisisti, quam si votum nunquam emisisses: dicit namque Propheta, Vouete & reddite Deo vestro: & in Sapiẽtia dicitur, Os quod mentitur, occidit animam: & Psalmista, Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & alibi, Ex verbis tuis aut iustificaberis, aut cõdemnaberis. Multi enim, quod peius est, Dei promissa dimittũt, diabolica fraude deceptibalis se operibus malis implicãtes quæ sectantur. Considerate ergo, fratres charissimi, vos metipsos, cogitate vbi sint reges, vbi potentes, vbi amici, vbi parentes. Ecce quomodo de tanta porẽtia vel lætitia tanta prouenit miseria & angustia, de tantis diuitiis tot inopiæ, de tantis satietatibus tanta fames, de tam breui delectatione tam longa tristitia, de tam breui vita tam longa mors, de tam exigua sanitate tam longa infirmitas, de tam breui luce tam longæ tenebræ, de tam parua suauitate odoris vel luxuriæ, tantos recipiẽtes dolores & fœtores damnationis perpetuæ, & de vestimentorum nostrorum abundantia, ex qua largiri debuimus eleemosynã pauperibus, tantam nuditatem habẽtibus. Rogo vos fratres charissimi, dum vobis Dominus dat intellectum spiritalẽ, ne non ametis omne moriturum & transitorium plus quàm oporter, ne vos confundentes in futurum profundatis: Date parum, accipientes multum, Qui enim reliquerit omnia quæ possidet propter Christum, centuplũ accipiet, & vitam æternam possidebit. Et quia licet pauci sint, heu, hanc salutis viam arripere volentes, eo quòd multi sint vocati, pauci verò electi: melius est tamen cum paucis ingredi ad vitam æternam, quàm cum multis perduci ad gehennam. Exinde est melius modicum iusto super diuitias peccatorum multas: auxiliante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Iacobi 5.

Sapiens. 6.

1. Cor. 3.

Iacobi 4.

Psal. 75. Sup. 1. Iesai. 5.

De die iudicij & pœnis inferni. SERMO LXIIII.

O FRATRES charissimi, quàm metuenda est illa dies, in qua Dominus noster Iesus Christus cũ flãma ignis aduenire proposuit, qui in circuitu inimicos suos inflãmabit, & omnes qui operantur iniquitatẽ! In illa die plangẽ se omnes tribus terræ, & videbunt filiũ Dei venientẽ in nubibus cæli virtute magna & maiestate excelsa. Cõmouebitur ante eum terra, & peccatores peribunt. Cælũ plicabitur, & siccabitur mare, & montes sicut cera ardebunt, & terra vsque ad inferos. Sol cõuertetur in tenebras, & luna nõ dabit lumen suũ: stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorũ commouebuntur. Tunc apparebit signum filij hominis in cælo, quod est crux Christi. In cuius lumine omniũ manifestabuntur abscondita cordium. Tunc sancti obuiam venient Christo in aëra, & semper cum Domino erunt: peccatores autẽ peribunt & confundẽtur. Et tunc fiet iudicium, & veniet Dominus Iesus Christus, & mitter angelos suos ad quatuor angulos terræ, & congregabunt electos eius à summo cęli vsque ad summũ eius: separabitque Dominus sanctos suos de peccatoribus, & mittet eos in caminum ignis ardentis, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ibi erit fletus & stridor dentium. Væ illis qui ibidem suam habebunt mansionem: hic tumus tormentorum ascẽdet in secula seculorum: Ibi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur: ibi nulla vox nisi gemitus: nulla requies, sed ardor cõtinuus: ibi nullũ in flãma refrigeriũ, sed ignis perpetui cõtinuum incẽdium. Ibi lux nunquã videbitur, ibi tenebris nunquã carebitur: ibi nulla est in bono eorum memoria, sed oblituio Dei ipsorum æterna. Quorum cibus eorum cruciatus, quorũ mansio non Abrahæ, sed satanæ: suus. Ibi nulla amicorum vel parẽtum visitatio, sed incessabilis peccatorum tormẽtatio. Pensa igitur ô humana natura, quę regnum Dei possidere desideras, cur tanta mala cõmisisti, & tot bona omisisti. Emẽda dum potes; ad Deum clama dum tẽpus habes, dũ spatiũ datur luge, dũ licentia tribuitur, pœnitere non protrahe. Festina dum potes, fac bonum quod vales, dũ anima tua versatur in corpore, dum adhuc viuis, futurum tibi acquire remedium. Priusquã dies mortis te præueniat, ipsum operibus bonis præuenire non tarda. Et priusquam te profundus absorbeat pelagus, priusquam te malignus rapiat infernus, vnde nulla datur indulgẽtia, vbi nullus amplius regreditur ad veniam, lachrymis pœnitentiæ eruere te accelera, vt sic æternã euadas pœnam: de qua & nos pius ac misericors Deus eripere dignetur: qui cum patre & spiritu sancto viuit ac regnat in secula seculorum, Amen.

A

B

C

D

De exhortatione ad sacerdotes, vt doceant quid populum Christianum scire & obseruare oporteat. SERMO LXIIII.

AVDITE filioli mei, & intelligite quomodo Scriptura sancta admonet nos ẽuitare ad regna cælorũ, & ostẽdit viam quomodo mala istius mũdi euadere possimus, & ad vitã peruenire ęternam Christo adiuũte. Clamat enim Dominus per Prophetam ad sacerdotes qui populo præsunt, vt doceant eũ & admoneãt, & viã veritatis sibi annuciẽt: dicit enim, Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo scelera eorum: & iterum, Quòd si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requirã. In his igitur grandis necessitas est omnibus sacerdotibus, vt viam salutis populo demonstrent, per quam vitam ęternam acquirere possint. In primis ipsis explicando quod omnis Christianus scire & in corde suo simiter tenere debet, quòd primum est mandatũ Domino dicẽte, Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex tota mẽte tua: deinde proximum sicut teipsum. Si ista, id est, amorẽ Dei, & timorem, ac proximi dilictionem in corde tuo posueris, & hæc præcepta cum summa reuerentia susciepre volueris, tunc ad aliam voluntatem bonam, Deo largiente, faciliùs poteris peruenire. Promisit enim his qui diligũt eũ, resurrectionẽ post mortẽ, paradisi delicias, angelorum cõsortium, & vitam sempiternã. Vnde post hæc nec ãduersa te molestant, nec infirmitas grauat, nec senectus occupat, nec mors occurrit, sed pax & securitas perpetua, sanitas animarũ & corporum gratissima, iuuẽtus venustissima, & regni cælestis vita æterna. Et hæc promissa sunt bona faciẽtibus & de malis se continentibus. Cogitet ergo vnusquisque, qualiter ad illam bonitatẽ peruenire possit. Sit beneuolus, pius, benignus, misericors, sobrius, castus, ad omne opus bonum prõptus, ad mala tardus. Otia virtutum fugiat, & omni virtutũ exercitio Deo placere studeat. Nõ sit detractor, non fornicator, non rapax vel auarus, non ebrius, non gulosus, vel in scurrilitate, quæ ad rem nõ pertinet, cõstitutus, sed & illa & in ipsis positos quasi serpentẽ fugiat, ne vitiis & malis hui̇usmodi animam suã inquinet. Diligat iustitiã, pacẽ inquirat, amet parentes, dilectionem habeat ad proximum. Cum gaudio peregrinos suscipiat, infirmos visitet. Et in quantum valet, Deo adiuũte, ac sibi copiam bonorum temporalium ministrante, vt habeat vnde cum summa lætitia pauperibus tribuat, & cum summo gaudio necessitati eorum subueniat, credat sibi retributorem esse Deum, qui videt & cõsiderat vniuersa: pro quo & dixit, Quicquid feceritis vni de minoribus istis, mihi fecistis. Et, filioli mei, semper cũ gaudio & læto animo pauperibus manũ porrigite, in quantũ prqualetis. Et si aliquis est laborator qui terrã colat, de fructibus suis & ex eis omnibus quę Dominus ei donat in decima ecclesiã non defraudet, & de particula sua pauperibus dare non negligat. Si negotiator est, & in hoc laborat, & ipse Deo non seruit de suo labore, vel decimam reddere noluerit, & de sua particula pauperibus ministrare nõ curauerit, ad nihilũ ipse vnã cũ pecunia sua redigetur. Et quacũque arte Dominus alicui personæ ingenium lucrãdi donauerit, vnde se & suos nutrire ac vestire potuerit, & cum hauserit lucrari aliqua post decimã, ex ipsa sua particula quæ sibi remanet, pro redẽptione animæ suæ ac suorũ pauperibus hilariter donet. In his autẽ omnib⁹ castè, sobriè & piè viuẽdum est, vt opus bonum quod facitis, Deo acceptabile fiat. Seculares ad ecclesiam libenter cõuenite, confessiones vestras humili & puro corde sacerdotibus facite, & illos rogate quòd pro peccatis vestris Deũ, vt vobis indulgeat, orare dignẽtur. Oblationes per dies Dominicos pro vobis & vestris secũdum status vestri possibilitatẽ Deo offerentes. Dignum namq. & acceptabile sacrificium Deo est, vt Christiani quod negligẽter egerint, per sacras oblationes & eleemosynarum largitionem placare festinẽt, & per veram, vt præmittitur, confessionẽ, cordis contritione, ac omnimodam satisfactionem, per orationẽ puram, per ieiunium & abstinentiam peccata sua abluere velint. Et vos similiter agentes in omnibus, vosmetipsos considerate, propter quid in hac valle miserię, id est, in hoc mundo nati estis. Et cur, nisi vt nuduli primorum parentum peccato exigente, de paradiso in pæsens exilium relegati, bene faciendo ad patriã reuertamur. Si igitur per ignorantiã vel alias cõtra Deum quicquã peccando egistis, per opera vestra bona id emendare nõ tardetis. Hoc vobis ad memoriã solicitè reduco, vt si quis legitimatus sit, in domo sua trãquillè & pacificè, vt bonũ decet Christianum, viuat, parentibus honorẽ impendat, vxorẽ diligat, filios catholicam fidem & Dei legem cum summa disciplina instruat, & Deum diligere, timere & honorare sciant. Hoc enim beneplacitũ est apud Deũ. Super omnia turpiloquio abstinẽtes, charissimi, proximis vestris detrahere nolite, sed si alicus aliquid in aliquo displicet, illã Euangelicã sectantes doctrinã, arguite & monete in

Matthæ. 22.

Matth. 25.

Luc. 10.

in charitatẽ, & si illum lucrati fueritis, vosmetipsos saluabitis. In omnibus ebrietatem cauete. Hæc enim subuertũ magna est animæ. Sicut enim ignis facilè incendit stipulas, & leuiter siccas exurit paleas, sic ebrietas corpus corrumpit, & animam simul & corpus in graue peccatorum incẽdium deiicit, & præcipuè in iuuenibus. Vinum enim & iuuentus, duplex incendium. Propterea qui ab ebrietate non cauet, peccatã non euadet. Ad ecclesiam quando venitis, cum summa reuerentia & timore maximo intrare debetis: cõsiderantes quia ad Dominũ & dominatorẽ vniuersæ creaturæ vadiris, eidẽ ibidem pro negligentiis vestris veniã deprecaturi. Dũm etiã in ecclesia statuis, orationes Domino pro peccatis nostris fundentes, prius tamen operibus fidei, in quantum possibile est, iustificati oculos mentis ad Deum leuemus, semper intendentes qualiter de superonis à Deo consolationibis præbetur. Octili enim Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Ista si frequenter fecerris, & præocũlis Deum habueris, inimicus fugiet à te. Angelus enim Domini bonus adiutor tibi erit, si mentem tuam firmam in his existere perspexerit. Considera, quia pius & misericors est Deus, & puro corde se deprecantes misericorditer recipit, promissiones suas non elongat, & alleuat, ac sanat eos qui contriti sunt corde. Hoc etiam, charissimi, latere nos non debet, verbis Christi per Scripturam sacram nobis nunciantibus, quòd istius mũdi finis appropinquat, & per quotidiana signa quæ per Euangelium prædicta sunt, & quotidie fiunt, spero in proximo eius esse aduentum vt per ignem omnem iudicet mundum. Ecce enim Dominus veniet, & omnes angeli eius cum eo, & virtutes cælorum mouebuntur. Tunc sedebit redemptor noster rex omnium in sede maiestatis suæ, & congregabuntur antẽ eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis. Qui boni sunt, statuet eos ad dexteram suam, malos verò ad sinistram. Et his qui à dexteris eius erunt, dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Nudus eram, & operuistis me. In firmus eram, & in carcere, & visitastis me, &c. Tunc respondebunt iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem & sitientem, & nudum, & infirmum, vel in carcere, & ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Quanidiu vni de minimis meis fecistis, mihi fecistis. His verò qui à sinistris eius erunt, dicet: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, & sic de singulis. Et bunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Considerate igitur filioli, magnam Dei pietatẽ, quali nos in peccatis nostris suffert patientia. Pensemus iudicium illud futurum, vt peccata nostra nobis non improperet. Propterea, charissimi, hoc nobis in omnibus considerandum est, dum vnusquisque potest, dum tempus habet, dum pretium in mani bus tenet, & in quantum præualet redimat se vnusquisque, ne debitor peccatiac in seruitute diaboli persistat. Et exinde vos seculares post pœnitentiam & reconciliationem actam, secundum sacerdotis consilium communicate temporibus præcipuè ad hæc ab ecclesia ordinatis. Prius tamen ante plures dies à propriis etiam vxoribus abstinete, vt mundo corde & casto corpore sanctum sacrificium accipere possitis. Sacerdotibus vestris honorem impendite, & eis propter Deum obedite: ipse namque Dominus ad ipsos dicit, Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Filij honorẽt parentes, similiter & omnes Christiani inuicem vos honorate: scriptum namque est, Honore inuicem præuenientes. Esurientes pascite, sitientibus potũ porrigite, hospites & peregrinos præcipuè pauperes suscipite, humanitatem, quam potestis, illis impendite, pedes illorũ lauate, vestite nudos, in tribulatione positis subuenite, consolamini dolentes, infirmos visitate, mortuos sepelite, in carcere positos requirite, & de bonis vestris, quantum facultas vobis à Domino concessa suppetit, subuenite, ac eis ministrate: viduas & orphanos in tribulatione positos adiuuate, pauperes & oppressos à prauis hominibus vel inique iudicio, in quãtum vobis possibile est, adiuuate, seu adiutorium præstate: iudicium rectũ ac iustitiam seruate, misericordiam in omnibus facite, pacem in vobis metipsis habete, & eos qui discordes sunt, ad viam cõcordiæ reuocate. Symbolum & orationem Dominicam tenete, filios & filias vestras docete, vt & ipsi teneant. Filios quos in baptismo recepistis, in fide erudite, & scitote vos pro eis apud Deum fideiussores existere. Et ideo semper docete, indefinenter castigate, & corripite illos. Omnes verò subiectos vestros, vt tenemini, admonete, vt sobriè, castè piè & iustè viuant in hoc seculo. Veritatem corde & ore dicite, castitatem & continentiam seruate, sobrietatem & parcitatem cibi & potus habete, ieiunium seruate, seniores honorate, iuniores in Christi amore diligite, patientes estote ad omnes, benefacite his qui oderunt vos. Charitas & gaudiũ, patiẽtia, benignitas, bonitas, spes, fides, modestia, mansuetudo, continentia, castitas & dilectio sint in corde vestro iugiter. Et hęc in cogitationibus sanctis & eloquiis ac operibus piis conseruate. Humilitatem ante omnia custodite & tenete. Spem vestram totam in Domino ponite. Bonum cũm aliquod in vobis inueneritis, non vobis ad laudem vestram inanem, sed Deo ad sui gloriam, qui hoc vobis dedit, asseribite. Malum verò quod in vobis videritis, non Dei causa; sed vestra culpa & negligentiis vestris hoc factum fore sciãtis. Diem iudicij timete, gehennã expauescite, vitã æternã desiderate, cogitationes & opera simul & verba die noctiq. in bonum custodite. Transitũ vestrum de hoc mundo qui sit per appropinquat omni die sperate. Præcepta Dei adimplete, & in eius misericordia nunquam desperate. Quod sibi quis fieri non vult, alii non faciat. Et prout vultis vt faciant vobis homines bona, & vos facite illis similiter. Charitatem autem, quæ est dilectio Dei & proximi, in omnibus & ante omnia seruate. Nemo se circumueniat, fratres, quia omnis homo qui post baptismũ mortalia crimina cõmisit, seu homicidiũ, adulterium, fornicationẽ, furtum, falsum testimonium, periuriũ, & his similia peccata mortalia perpetratus fuerit, si pœnitentiam verã non egerit, eleemosynã iustam non fecerit, & in bonis operibus nõ permanserit, nunquam in regnum cælorũ intrabit, nec possi debit gloriam æternam, sed cum luctu in infernum descendet. Nam qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebit: proinde scriptũ est, Neq uaquã Deus delinquẽtibus parcet, quoniam peccator aut flagellum temporale habebit, aut purgationem in hoc seculo faciet, aut puniendus relinquitur æterno iudicio, aut quod malè admisit puniendũ, punit in hoc seculo: ac proinde est quòd delinquentibus non parcet Deus: & alibi scriptũ est, nulla peccata Deus permittet inulta, hoc est, sine vindicta: quia certè adinos hic vindicabimus peccata nostra per pœnitẽtiam, aut illa vindicabit Deus per seueritatem iudicii & iustitiam. Et illud scitote certissimè, & firmiter credite, quòd omnis homo quamuis seu quantumcunq. criminosus fuerit, seu peccator extiterit, si veram pœnitentiam egerit, ac iustas eleemosynas fecerit, & in bona deuotione cũ operibus iustis permanserit, mortẽ æternam nõ gustabit, nec vnquam in infernum descendet, sed ab angelis sanctis post vitam præsentem in cælum leuabitur, & gloriam possidebit æternam: vnde Deus dixit, Non iudicabitur homo bis in idipsum: & Apostolus ait, Si hic iudicaremus nos, nequaquam à Domino iudicaremur. Hoc est quod illi qui in hac vita præsenti per veram pœnitẽtiam iudicant, in iudicio extremo de his non iudicabuntur; quia sic eorum iudicium in hac vita terminatur. Vnde & alibi scriptum est, quòd si nos perfectè pœnitentiam egerimus, non solùm Deus culpas nostras remittit, sed post culpas etiam pręmia promittit. Ideóque, fratres charissimi, vitam nostrã in vita præsenti emendare festinemus, & quicquid mali contra præcepta Dei fecimus, defleamus, & vlteriùs peccare cessemus, ac in volũtate bona, cogitatione recta, & verbis ac operibus sanctis nos conseruemus, auxiliante ac gubernante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Tob. 4.

Luc. 6.

Gal. 6. Iob 8.

1. Cor. 9.

Matth. 25.

De exhortatione ad generalem hominum instructionem pro desiderio vitæ cælestis, & contemptu præsentis. SERMO LXV.

FRATRES charissimi, vnusquisq. peccata sua emendare debet, quantum præualet, Deo auxiliante. Omnis enim homo Christianus desiderare debet patrem cælestem, & Deum patrem omnipotentem, qui in cælis habitat, vt dicere mereatur, Pater noster, qui es in cælis: ibi videlicet vbi est pater de cælis, vbi est patria nostra cælestis, illuc desiderare debemus, vt peruenianmus: ibi peruenire speremus, vt & illic permaneamus. Ista namq. vita non est cælestis, sed terrena, non patria, sed exilium, nec perpetua, sed transitoria, quia quotidie ad finem prona. Illa verò patria cælestis, in qua Deus cum sanctis angelis & electis suis habitat, finem non habet. Verè igitur stultus est, qui ad talem patrem talẽ mq. patriam ac talem cælestiũ ciuium societatem peruenire non desiderat. Quis est ille qui in captiuitatem ductus vlrã ad patriam redire nollet? Quis in carcere tenebroso positus amplius exire nollet, & lucem videre? Quis vsq. ad mortem famem sustineret, si ei manducandi possibilitas affuerit, non manducaret? Quis sitiũ patiens, si facultas bibendi exteretur, non potaret? Nobis, charissimi, mundus sit verè non patria, sed captiuitas Babylonica est: quia multipliciter diuersorum inimicorum nostrorum laqueis irretiti, mundi videlicet, carnis, & generis humani inimici, vita etiam præsens non libertas, sed carcer peccatorũ nobis est. De hac igitur captiuitate, de hoc tenebrarũ carcere eripi laboremus, & non vt serui hunc cibũ & potum venitatis præsentis anxium & laboriosum appetamus, sed vt filii liberi cælestem desideremus cibum & potum, hunc videlicet qui plena satietas est ciuium supernorum. Pro hoc cibo, pro hac cælesti vita creatorem & gubernatorem nostrum rogare debemus & orare, vt in hac valle miseriæ, seu exilio præsenti nos custodite & gubernare dignetur, vt opitulante illo, ad portum salutis peruenire valeamus. Mundus enim iste similitudinem maris habet. Mare fœtet, similiter & mundus. Ex hoc fœtore, auxiliante Deo, extrahere nos debemus. Oportet namque cum humilitate maxima orare Deum creatorem nostrum sanctũ, vt suos precari, vt ex valle lachrymarum nos eruens, ipsorum ciuium supernorum consortes nos efficiat. Illuc enim summo studio properare debemus, vt sine interruptione manere speramus, vbi nullus timor de morte, nulla dubitatio de hoste. Ibi vita sine fine, iuuentus sine senectute: lux sine tenebris, gaudium sine tristitia, voluntas sine molestia, requies sine labore, claritas sine nube. Hæc autem vita horrenda est & laboriosa, fragilis & fastidiosa, caduca ac misera, deceptrix atque dolosa, & ærumnis ac scandalis plena. In luctu nascimur, in labore viuimus, & in dolore morimur. Et quod peius est, & super omnia magis dolendum, quidam peccatis suis exigentibus non confessi, nec contriti, de hac vita migrantes, non solùm temporali morte plectuntur, sed & in infernum deducti morte moriuntur perpetua. Viam etenim suam, sine omni pietate duxerunt, & ob hoc multa tormenta passiri, nunquam

nunquam vitam consequentur æternam. Dum enim tempus habuerunt, vitã suam emendare noluerũt, pluvgulam amantes quãm abstinentiam sectantes, plus luxuriam quãm castitatem, magis terrestria quãm cælestia, plus creaturam quãm creatorem diligentes. Abstinentia ducit ad castitatẽ, castitas perducit ad gloriam, & fornicatio demergit ad pœnam. Castitas ad cælum subleuat, & luxuria ad infernum profundat. Castitas sanctis angelis vnit, fornicatio autem dæmonibus iungit. Sobrietas cogitationes sanctas instituit, ebrietas verò etiã si audit verba sancta, in corde non suscipit. Oportet ergo vnumquemque verum animæ amatorem non solũm corpus nutriendo diligere, sed & animam nutriendo nutrire. Videmus naturaliter quòd si corpus esurit, cibũ quærit; si sitit, potũ appetit; si nudum est, vestimentum desiderat; requiem petit cum labore, somnium quærit, dum dormire insestat: & sic de cæteris corporis necessitatibus. Anima autem omnibus his indiget. Præceptũ Domini panis eius est, oratio sancta potus, vestis eius veritas & iustitia, requies, humilitas & obedientia. In hoc etiam conuiuio æternæ societatis multi sunt vocati, pauci verò electi. Alii accipiunt fructũ tricesimũ, alii sexagesimum, alii verò centesimum. O quãm beata est illa anima, cui Dominus Deus dignatus est cõcedere mansionẽ in æterna requie. Et qui hanc mansionem, regnum videlicet cælestẽ, ingredi voluerit, & non superbus neque auarus, non inuidus nec iracundus, non gulosus nec ebriosus, non cupidus nec luxuriosus, non periurus, non homicida, non fallator neque adulter, & sic de singulis. Quamuis autem infinita mala perpetrauerit, de Dei tamẽ misericordia desperate non debet, sed ipsem habere debet de Dei misericordia, & fiduciam recuperandi salutem, per vitæ suæ emendationem & bonorum operum exercitationem. Verba Dei libenter audire, & ad ecclesiam diligenter conuenire, facerdotibus sæpissimè cõsiteri, omnibus hominibus charitatem firmam tenere. Qui enim charitatem non habuerit, in vitam æternam introire non valebit. Parvo tempore homo viuit in hoc sæculo. Dum igitur tempus habemus, operemur bonum ad omnes, & vias Domini præparemus bonas. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Salus hominum Christus est. Si parentes nostros & amicos diligere debemus, quanto magis istum diligere tenemur, qui & nos & nostros fecit & creauit parentes? Hunc amemus qui vniuersæ dominatur creaturæ, scilicet Deum. Diligamus proximum, sicut & nos: quia de terra, sicut & nos proximi nostri sunt formati, vt per hoc vitam mereamur æternam, ipso adiuuante qui viuit & regnat, &c.

Matth. 10.
Matth. 13.
Galat. 6.
2. Cor. 6.

De agenda pœnitentia. SERMO LXVI.

PIVS & misericors Deus, fratres charissimi, ad compunctionem & pœnitentiam nos hortatur, dicens: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu; quia nolo mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: & iterum, Noli tardare, inquit Propheta, conuerti ad Dominum. Conuertimini ad me in toto corde vestro, id est, ad Dominum Deum vestrum. Et ne differatis dedie in diem: & iterum, Cùm conuersus ingemueris, saluus eris. Conuertimini igitur, charissimi, ad Dominum Deum nostrũ, tanquam boni serui ad fidelem Dominũ. Humiliemus nos in conspectu Dei, & ploremus aure Deũ qui fecit nos. Non dedignemur in hoc sæculo agere pœnitentiam, & peccatorũ nostrorum precari veniam, vt infernalem euadere possimus pœnam, ac ad æternam peruenire lætitiam. Emendemus ergo nos in ieiuniis & vigiliis & cæteris operibus piis, licentes quod cor contritum & humiliatum Deus non spernit: sic enim ait Apostolus, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Si pro carne nostra laboramus, laboremus etiam pro anima nostra, quæ dignior est. Et curam habemus pro satietate miseræ carnis nostræ, quam post paucos annos vermes deuorabunt in sepulchro: quanto magis despicere nõ debemus animam, quæ Deo & angelis eius præparatur in cælo? Cogitate, fratres charissimi, quia abundantia pabuli luxuriam administrat, cùm caro in tam copiosis deliciis saturatur, & mensalis mulcetur diuitiis, in pinguedine carnium pro iudicetur esca vermium. Iterum rogo vos, fratres, quotiens iuxta sepulturam diuitis transitis, vt diligenter inspiciatis vbi sint eorum diuitiæ vel ornamenta, vbi gloria, vbi vanitas, vbi luxuriæ, vbi voluptas, vel vbi eorum sunt spectacula. Considerate diligenter & videte & agnoscite, quia nihil aliud in eis est, nisi cinis & fætor & vermis. O homo, vide sepulchra mortuorum, & dic tibi tu ipse, & loquens tecum dicere potes, Ecce nunc ex illo misero qui hic depositus fuit, nihil ali ud nisi ossa & puluis euenit. Et vere homo si ipsa ossa audire voluerit, tibi prædicare poterunt & dicere: O miser, quantum pro cupiditate huius sæculi discurris, aut quid superbiæ vel luxuriæ infelicia colla submittis: vt quid te applicasti ad seruiendum crudelissimis dominis, vitiis videlicet & criminibus. Attende ad me, & intelligis, considera me, & vel sic tibi horreat luxuria tua vel auaritia tua. Hoc quod tu es, ego fui: & quod ego fuit modò, tu eris postea. Si in me permansit vanitas, te non consumat iniquitas: si me luxuria polluit, te exornet castitas: vide pulueres meum, & relinque desiderũ tuum malum, &c. Ideo quantum possumus, auxiliante Deo, laboremus vt aliorum vulnera nobis conferant medicamenta, & aliorum mors ad vitam nobis proficiat: & hoc optimè fieri potest, si plus erimus solliciti pro anima quãm pro corpore: vt cùm caro nostra fuerit in sepulchro posita, anima nostra bonis operibus in cælos eleuetur ornata. O anima, si nos deceperãt pulchritudo alienæ mulieris, aut concupiscentia carnis, quæ est ruina animæ, scito quòd corpus simul cum anima pœnas habebũt. Nã cùm caro nostra putruerit in sepulchro, anima nostra tortqendo mergetur in inferni barathro. Ecce quales prædicationes olla & emeres mortuorum quotidie proclamant ad Dominum. Verè dico, fratres charissimi, quicunque luxuriosus vel negligens ea quæ dico cùm magno timore suscipere voluerit, & cirò ad medicamẽta pœnitentiæ confugerit, & in pœnitentia exhac vita migrauerit, paradisi gaudia possidebit. Quam si non egerit & mors repentina eum præuenerit, sine vllo remedio æternæ pœnæ cruciatus habebit. Nos igitur, dilectissimi fratres, quantũ possumus cum Dei adiutorio contra carnales cõcupiscentias viriliter pugnemus, vt deuictis huius sæculi voluptatibus æternum præmium consequi mereamur per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Psal. 50.
1. Cor. 9.

De fuga vanitatis & virtutum adeptione. SERMO LXVII.

DILECTISSIMI fratres, oportet humilitatem nos habere, præcepta Dei custodire, charitatem tenere, veritatem sequi, & fugere vanitatem. Veritas enim mũdat, vanitas coinquinat. Veritas Christus est, sicut ipse dicit, Ego sum via, veritas & vita. Via recta, lux vera, & vita perpetua. Veraces filii Dei sunt, mendaces verò filii diaboli. Vnusquisq; enim cuius opera agit, eius filius appellatur. Qui sequuntur Deum, semper in luce tantùm ambulant, & lucem nunquam habebunt. O dilectissimi filii, quãm malum & quãm peruersum est, dimittere lucem, & sequi tenebras, fugere vitam, & appropinquare morti, dimittere veritatem, & sequi mendacium, delectari in vana gloria, & spernere sempiterna, iocũdari in præsenti dolore & pœna, & amittere lætitiam & quietẽ sempiternam? Scriptura enim dicit, Non quæras gloriam, & nõ confunderis, cùm gloriosus fueris. Beati illi qui oculos habent spirituales, & contemplantur cælestia, & respuunt terrena. Ex hac enim fragili, misera & breui vita festinant ad illam beatam requiem sanctorũ, quæ nunquam finietur, illuc festinant, vbi semper permanere sperant, vbi nõ est timor de morte, nec pauor de nocte. Ibi est vita sine morte, tuuentus sine senectutis expectatione, lux sine tenebris, gaudium absq; tristitia, voluntas absq. iniuria, regnũ sine commutatione, requies sine labore, satietas sine fastidio, claritas sine nube. Ibi est vita angelica semper læta. Lætitia huius sæculi licet sæpe gaudium esse videatur, sæpissè tamen in cristitiam vertitur. Regnum Dei non habet finem, vita huius sæculi horrenda est: illa verò amanda atque desideranda. Hæc enim præsens vita misera & caduca est, imò incerta, decepiix & instabilis. In pœna & luctu nascimur, in miseria & angustia nutrimur: in labore viuimus, in dolore morimur, & in fine, quod magis dolendũ est, si impœnitentes discedimus, perpetua tormẽta patiemur. Nam veniam possimodò non consequentur, qui dum tempus hic habuerint, & pœnitentiam condignam non egerint. Nam qui præcepta Christi non habent, vel etiam habentes non seruant, & promissa cælestia despiciunt, qui plus amant gulam quãm abstinentiã, magis luxuriam quãm castitatem sectantur, absq. dubio regnum Dei non possidebunt. Fornicatio vrget animam ad pœnam, castitas leuat mortalem ad gloriam. Castitas erigit iter ad cælum, luxuria facit ruere in infernum. Castitas iungit hominem moribundum sanctis & angelis perpetualibus, fornicatio sociat satanę & dæmonibus. Porcus crassus se voluit in voluabro: & si porco margaritas ante ipsum posueris, non aduertens conculcabit in luto. Sic & homo ebrietatis, vino repletus ac crapulosus, ferculis satiatus, diuersis in luxuriis se proruit, & in stercore vitiorum se voluũs, verba sanctę Scripturę nec ore profert, nec corde suscipit. Dulce illi est, fornicari, & continentiam seruare, amarum. Ille miser ambulat elatus & superbus, & cupit esse melior quãm egreri in hoc seculo, cùm tamen apud Deum deterior sit. Altiorem se cæteris existimat, etiam si omnium inferior existat. Et sic dum melius & firmius se stare putat, in præcipitium cadit, & in æternum barathrum vadit. Ex quo omnipotens Deus vos eripiat, qui sine fine viuit & regnat, Amen.

Gen. 3.
Matth. 18.

Quomodo per virtutes obtinuimus vitia: & de miseria infernali. SERMO LXVIII.

FRATRES, satis timere nos oportet propter tres causas, hoc est, gulam, cupiditatem, & superbiam: quia diabolus istis tribus circumuenit patrem nostrum Adam, dicens, In quacunque die comederitis ex hoc fructu, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii. Nos autem teneamus mente, & timeamus istas tres causas pessimas, ne vt Adam nudati expellamur de paradiso. Contra gulam & ingluiem veneris, abstinentiam, contra cupiditatem & auaritiã, paupertatem spiritus & eleemosynarum largitionem, contra superbiam & elationem, veram humilitatem & omnimodam subiectionem exercentes. Hæc scientes quia angelos Dei custodes habemus, sicut ipse Saluator ait, Amen dico vobis, angeli eorum semper videut faciem patris mei qui in cælis est. Quapropter certè credere possumus, quia omnia opera nostra quæ operamur die ac nocte, siue bona siue mala, ab ipsis in conspectu Dei nunciata erunt. Nam angelus bonus hortatur nos consilio boni, quia cùm aliquid boni agimus, ipsum à dextris nostris esse credamus. Cùm verò malum aliquid cogitamus, aut facimus, siue paruum, siue magnum, hoc nulli dubium quin malignum angelum hortatorem habeamus, qui super hoc nos gaudens irridet, cùm angelus sanctus tristatur & dolet. Et ideo cum verba otiosa dicimus, aut quicquam mali facimus, diabolicũ consiliũ est. Cũ autẽ ingemiscimus, & pro peccatis nostris suspira-

suspiramus, aut opera virtutum facimũs; tunc angelum Dei sanctũ administratorem & consiliatorẽ habemus. Nam de illis tribus causis quas superius diximus, & quas diabolus in Adam subministrauit per instinctionem mali consilii, sollerti custodia nos caueamus. Istę enim tres, gula videlicet, cupiditas & superbia, multa & infinita generant mala. Occasionantur namque hæ malę & principales vitiorum radices, sacrilegium, homicidium, fornicationem, furtum, auaritiam, luxuriam, falsum testimonium, iram, discordiam, periurium, & his similia. Nos igitur, fratres charissimi, ponamus contra superbiam & elationem veram humilitatem, contra gulam abstinentiam, contra cupiditatem eleemosynam, contra sacrilegium perfectam pœnitentiam, contra homicidium Dei & proximi dilectionem, contra furtum benignitatem, contra auaritiam charitatem, contra luxuriam castitatem, contra falsum testimonũ veritatem cordis & oris, contra iram pacem, cõtra discordiam, verã cõcordiam, & vinculum pacis firmum; contra periurium timorem Domini. Et super omnibus spem firmam, fidem rectam, charitatem perfectam. Faliter per virtutes vitiis obuiando, & contrariis contrariis curando, coram Deo & hominibus cum iustitia & æquitate viuamus. Ista enim sunt arma angelica, lorica & arcus virtutum, scutũ fidei firmissimum, & galea salutis. Qui hęc arma in fide non hæsitans secum portauerit, nullus ei cupiditas nocere poterit. O fratres charissimi, contra pessimum hostem, id est, inimitissimum generis humani inimicum tantum nos armare debemus, vt ipsum viriliter superare valeamus, qui semper paratus est velut latro ad furandum opera nostra bona, consilia mala subministrando. Certè multi audacia diabolica decipiuntur, & securitate propria, quam sibi fingũt, decipiuntur. Dicunt enim: Iuuenis sum, dum est mihi tempus, & interim quòd floret in me iuuentus fruar mundo: cùm ad senectutem venero, & amplius quæ volo exercere nequiuero, tunc pœnitentiam agens abstinebo. Et non cogitat ille miser, quòd non habet certum vnius horæ vel momenti spatium, seu etiam potestatem de vita sua. Ecce charissimi fratres, nõ vos decipiat aut seducat illa pessima securitas: quę non securitas, sed potius periculũ dici potest. Proinde diem mortis semper in memoria habeamus, vt ipsum timore Domini stantes, pœnitentiam agamus, quia transitus noster, vita videlicet huius sæculi, breuis est, & caduca ac fragilis ista misera præsentis mundi temporalis potentia. Die vbi imperatores & reges, vbi duces, principes aut barones, vbi aurum & argentum ac ornamenta eorum? Scriptum est, Potentes potenter tormenta patientur. Væ tam obscuræ mansioni, væ tam languidæ foueæ, væ tam tenebrosæ, væ tam profundæ & opacæ carinæ. Pensemus, charissimi, quomodo de tam parua consolatione, tam longa calamitas: de tam breui lætitia, tam longa tristitia: de tam modica luce, tam magnę tenebrę: de tam exiguo lucro, tam graue damnum: de tam vana securitate, tam forte periculum: de tam parua potentia huius temporis, tam longa tormenta sine fine mansura: de tam breui iocunditate, tam longæ & tamẽ amaræ lachrymę: de tam inani huius mundi pompa, dira gehennalis prouenit pœna, de qua non liberabit pater filium: nec pro patre filius fideiubebit, vbi non reperitur amicus qui redimat, nec frater qui succurrat. Vbi qui ibi sunt, mori quærũt, sed mortẽ impetrare nequeunt: Vbi amara pœnitentia tardè agitur, nec ob hoc sic pœnitens adiuuatur. Ibi nulla vita, sed mansio dura & mors æterna, ibi tenebrosus ignis & locus horribilis, ibi flamma gehennalis & inextinguibilis, ibi immensa tormẽta & suspiria valida, ibi luctuosi gemitus & languor longus, ibi miseri cum miseris, superbi cum superbis, homicidæ cum homicidis, adulteri cũ adulteris, auari cum auaris, fures cum iniquis, falsi prælati cum falsis subditis, dissoluti religiosi cum dissolutis sociis & sociabus fascinis, & sic de singulis. Qui omnes simul inenarrabiliter cruciabuntur, & infernali carcere sine fine torquentur. De quo nos vitiis emẽdatos omnipotens Deus eripere dignetur, qui viuit & regnat in sęcula sęculorum: Amen.

Sapient. 6.

De exhortatione ad orandum, cum exemplo cuiusdam defuncti in Ægypto. Et de miseria animæ. SERMO LXIX.

FRATRES dilectissimi, quando orare vulcis, aut peccata vestra plangere, claudite ostium super vos, & orate Dominum Deum vestrũ in toto corde. Tunc respiciẽs Dominus super vos propitius ac pius vobis erit, quasi pia mater filio suo, dum eum dolentem & plorantem reperit. Hęc, charissimi, in cordibus vestris scribite, & intelligite. Et qui non intelligunt, eos qui rationabiliter sapiunt, interrogent. Acquirite vobis, dilectissimi, thesaurum cælestem, mũdi huius postpositis vanitatibus: attendentes & valde timentes quoddam exemplum horribile, quod quidam homo sanctus in excessu mentis positus vidit, & audiuit de quadam anima de Ægypto exeunte: & contra corpus suum cõtendente. Erat enim homo iste, de cuius anima fit ad præsens mentio, corpore fœcundus valde, & temporalium stipatus plurimum: & in tali corporis & rerum prosperitate positus nihil aliud cogitabat, nisi cuncta quæ poterat perficere mala, nec quicquam de animæ suæ salute tractans, totus vixit in peccatis. Accidit vt infirmitate laborans, morti appropinquaret. Et ecce spiritus illius ad ostium corporis pulsans terrore ac mœrore permaximè concussus admodũ exire tardabat, quia diabolus ante se præparatos videbat, ac inter se mutsitare dicentes, Quomodo tardatur? Cur fit hoc? Quare facit tot moras? Festinemus, forsitan Michaël cum sociis suis opprimens nos, ac animam illam nobis tollens, quam per multos annos vinculis nostris constrinximus? Tunc vnus ex diabolis respondens dixit: Nolite timere, nostra est. Ego opera eius scio. Ego semper cum illo diebus ac noctibus fui. Hæc illa anima mistera audiens dixit: Heu mihi, quare vnquam nata fui aut creata! Væ mihi, quare vnquam in hoc corpus intrauit? Væ mihi, quòd vnquam in isto pessimo carcere carnis extitit? Væ tibi corpus miserum, quare alienas rapuisti pecunias? Tu facultates pauperum & substantias eorum in domum tuam congregasti. Tu cibarbis delicatis te nutriebaq, & ego saluiem nostram esuriebam: Tu vinum bibebas saporosum, & ego fontem vitæ sitiebam. Tu te pretiosis decoraisti vestibus, me nuda existente virtutibus. Tu quidẽm fœcundum eras, & ego macra. Tu rubicundũ, & ego pallida. Tu hilare, & ego mæsta. Tu ridebas, & ego flebam. Tu gaudebas, & ego dolebam. Tu semper mihi contraria egisti: modò es esca vermium & putredo ac puluis. Requiesces per modicum tempus in terra, & postea mecum in infernũm deduceris, tormenta sicut & ego passurum æterna. His dictis, corpus fudare cœpit, ac spiritum reddere. Tunc ille diabolus angelus satanæ, qui non in bono, sed in malo custos & instinctor eius persistit, eam apprehendens dixit: Nolite socii, nolite morã facere, sed tridentes acutissimos apprehendite, & cum dolore in oculos eius figite. Quicquid enim vidit sue pulchrũ sue turpe, totum concupiuit. Pungite os eius: quia omnia quæ desideraui sue in comedendo sue bibendo, vel etiam loquendo, iustis vel iniustis nunquam pepercit. Pungite & cor eius doloroſum & falsum, in quo nec pietas nec misericordia nec charitas nec bonitas fuit. Pungite etiã manus eius rapaces, quæ ad furtum, latrocinũ & rapinam promptæ, & ad opera pietatis tardæ fuerunt. Insuper & pedes eius, qui ad omnem viam malam veloces extiterunt. Tunc illam miseram animam de corpore eiectam sic mẽbratim punientes, leuauerint super alas suas nigras, tenebrosas & vespertilionicas, ad infernũm ipsam deducentes. Et dum ire in itinere esset, vidit anima illa claritatem magnam, & dixit: Vbi, vel quid est illa claritas? Responderũt dæmones dicentes: Non agnoscis patriam vnde exiuisti, quando in hanc peregrinationem venisti? Tu quondam renunciasti pompis nostris, & per baptismum ac signum crucis nos expulisti. Audisti Prophetas & Apostolos, audisti etiam sacerdotes & curatos tuos, qui non cessabant tibi viam vitæ prædicare, & nomen Saluatoris tui laudare. Cor autem tuum à doctrina eorum longè erat. Modò transis iuxta patriam illam vnde prima venisti, non tamẽn ibi ducetes, nec venies. Choros angelorum audis, non ad tuam consolationem; sed ad tuam perpetuam desolationem. Claritatem sanctorũ videbis, nec tamen ibi habitabis, quãdmodum & nos non fecimus, qui de paradiso eiecti sumus: & sicut vimus ac sumus in perditione, sic & tu nobiscum eris. Vsque modò fuisti in peregrinatione, nunc moraberis nobiscũ in damnatione, in qua multos habemus socios. Tunc cœpit illa misera anima cum dolore & fletu ac gemitu ingenti dicere: Heu me miseram, quòd vnquam creata fui ac nata, seu in hoc corpus maculatum posita! Heu mihi, quòd in ista damnatione posita claritatem æternam perdidi, ex qua olim sine macula exiui. Modò video spatiosam viam, quæ ducit ad patriam, non tamẽn peranbulabo eam. Tunc perduxerũt eam inimici sic flentem & gementem ad perditionis portas, vbi diabolus ad recipiendum eam præparatus erat in similitudine draconis, & aperiens fauces suas fœtidissimas, ac glutiens eam reuomuit in caliditsimũ locum igneum; vbi sui consimiles expectant iudiciũ. Hoc exemplo, dilectissimi, edocti ac admonicti, vt aliorum fera vulnera nobis sint medicamenta certa; vitam nostram hic dũ valemus in melius emendemus, carnalia abdicantes, spiritalia sectantes: vt sic latãter ex hoc corpusculo egredientes dicere possimus, Adhæsit anima mea post te: quia caro mea castigata pro te Deus meus. Ob hoc, mi Domine, me suscipiat dextera tua. Quod nobis concedere dignetur qui saluat omnes sperantes in se, ac viuit & regnat Deus in sęcula sęculorum, Amen.

Luc. 14.
Jacobi 4.
Psal. 137.
Matth. 11.
Prov. 11.
Eccl. 3.
Esa. 66.

De commendatione humilitatis, ac de compunctione cordis. SERMO LXX.

QVANTA sit veræ humilitatis virtus, fratres, facilè ex verbis Domini cognoscitur, qui, vt superbiam Pharisęorũ damnaret, dixit, Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Humilitatis passibus ad cæli culmina cõscendũtur, quia Deus excelsus non superbia, sed humilitate attingitur. De quo dictũ est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde in Psalmo dicitur, Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Alta posuit pro superbia. Humilia verò respicit, vt attollat alta, id est, superba cognoscit, vt deiiciat. Discamus humilitatem, per quam Deo propinquare poterimus, sicut ipse in Euangelio ait, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Per superbiam mirabilis angelorũ creatura cecidit de cælo: per humilitatẽ Dei fragilitas humanæ naturæ ascendit in cælum. Honesta est enim inter homines humilitatis consuetudo, sicut Salomon ait, Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem humilitas, ibi sapientia. Item alius Sapiens, Quanto magnus es, humiliare in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Item Dominus per prophetam, Ad quem respiciam, nisi ad humilem & quietum & trementem verba mea? Quicunque humilis & quietus nõ fuerit, non potest in eo habitare gratia Spiritus sancti. Deus humilis factus est nostræ salutis causa. Erubescat ergo homo superbus esse. Quanta humilitate inclinatur cor ad ima, tantũ proficit in excelso. Qui enim humilis fuerit,

fuerit, exaltabitur in gloria. Primus humilitatis gradus est, veritatis sermonem audire humiliter, memoriter retinere, voluntariè perficere, eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Quanto quis humilior fuerit de seipso, tanto maior erit in cõspectu Domini. Superbus verò quanto gloriosior apparet inter homines, tanto deiectior erit ante Deum. Qui sine humilitate bona opera agit, in vento puluerẽ portat. Quid superbit terra & cinis, dũ vento superbia dispergitur, quod ieiunitis vel eleemosynis cõgregare videtur? Noli, ô homo, in virtutibus gloriari tuis. Quia iteru habiturus es iudicẽ non teipsum, in cuius conspectu teipsum in corde tuo humiliare debes, quatenus ipse te exaltet in tempore retributionis. Descende, vt ascendas: humiliare, vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Qui enim sibi vilis est, ante Deũ pulcher est: & qui sibi displicent, Deo placent. Esto ergo parnus in oculis tuis, vt sis magnus in oculis Dei. Tanto enim eris apud Deum præcioſior, quanto fueris ante oculos tuos despectior. In summo honore summa sit tibi humilitas, honoris laus est humilitatis virtus. Compũctio cordis ex humilitatis virtute nascitur, de compunctione confessio peccatorum, de confessione pœnitentia, de pœnitentia verò proueniet delictorum indulgentia. Cumpunctio cordis est humilitas mentis, cum lachrymis & recordatione peccatorum & timore iudicii. Ex gemito fonte compunctionis solent profluere lachrymæ: vna, dũ mens operum suorũ mala considerat: altera, dum desiderio æternæ vitæ suspirat. Vade Propheta ait, Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quãdo veniam & apparebo ante eum? Item, Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Quatuor sunt qualitates affectionum, quibus cogitatio iusti tædio salubri compungitur: hoc est, memoria præteritorum sceleorum, recordatio futurarum pœnarum, consideratio peregrinationis suæ in huius vitæ miseria, & desiderium superniæ patriæ, quatenus ad eam quantocyus valeat peruenire. Quãdo ergo ista in corde hominis fiunt, signũ est, tunc esse Deum per gratiam præsentem. Vnde in Psalmo dicitur, Deus vitam meam nuncia tibi, posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo: sicut in promissione tua. Promissio indulgentiæ quam habemus à Deo, lachrymas pœnitentiæ excitat in corde nostro, thesaurum desiderabilem in corde hominis compunctionis dulcedo. Anima hominis, quæ in oratione compungitur, valde illi profic t ad salutem, cùm per orationem compunctio effunditur, Spiritus sancti præsentia cordibus nostris illustratur.

Eccl. 5.

Psal. 41. & 55.

Psal. 55.

De non tardando conuerti ad Dominum.

SERMO LXXI.

LEGITVR in literis diuinitus inspiratis dictum, Fili, ne tardes conuerti ad Dominum, quia nescis quid futura pariat dies. Qui tardat conuerti, periculum facit animæ suæ, quia mors non tardat: quæ si tardantem conuerti inueniet, ad tormẽta deducit eum. Dissoluta & paralytica cogitatio est, de crastina cogitare conuersione, & hodiernam negligere. Quid tu peccator conuerti dissimulas, & non metuis, ne mors repentina subripiat diem cõuersionis? Nónne homines subitò moriuntur? Si bonum est, peccata dimittere, & ad Deum se conuertere, citò fiat. Deus tibi promittit remissionẽ conuertendo à peccatis: securitatem tibi nõ promisit diu viuendi. Ideo conuertat se vnusquisq. citius ad Dominum, & derelinquat impius viam suam. Si subitò intrat dies extremus, perit dilatio, & restat damnatio. Perire non vis, redi ad Deum, & viues. Noli de venia peccatorũ, nec de vita longiore cõsidere. Conuertere ergo, & pœnitentiam age. Cras, inquis, me cõuertam. Quare non hodie? Quid malè dicam si eras dicam? Quid malè, si hodie? Fortè dicis, Longa erit vita mea. Dico, Si longa erit, bona sit: si breuis, & ipsa bona sit. Prandium & si longum, non tamen vis habere malum, & vitã longam vis habere malam? Villam emis, bonam desideras: vxorem vis ducere, bonam quæris: filios tibi nasci bonos optas. Et vt etiam de rebus vilissimis loquar, caligas emis, & non vis malas. Quid ergo vitam amas malam? si vitam vis malam, inter omnia bona tua eris malus. Ne tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem. Verba Domini sunt, non mea, non à me hæc audisti: sed ego tecum audio à Domino. Fortè respondes, Cras cras. O vox coruina, cortius non redire ad arcam, columba rediit. Si tunc vis pœnitentiam agere, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Satis alienus est à fide, qui ad agendam pœnitentiam tempus senectutis expectat. Metuendum est, ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium. Non enim tunc veniam inuenies, qui modò aptum veniæ tempus perdidit. Ibi à Deo non potest meteri quod petit, qui hic noluit audire quod iussit. Qui tempus pœnitentiæ datum negligit, frustra ante tribunal Christi preces effundit. Festinare debet ad Deum conuertendo, dum potest vnusquisque; ne si dũ potest noluerit, omnino cũm voluerit non possit.

De morte. SERMO LXXII.

MORS autem vera quam timent homines, est separatio animæ à Deo. Et plerunq. cùm timent homines mortem istam quę separat animã à corpore, incidũt in illam vbi anima separatur à Deo. Hæc est mors de qua dicitur, Et mors depascet eos. Cuius pastor est diabolus. Habemus autẽ multis locis in Scriptura, quia vita est Christus, mors autem diabolus: non quia ipse mors est, sed quia per ipsum mors introiuit in hunc mundum. Siue enim illa in qua lapsus est Adam ipsius persuasione homini propinata est, siue ista vbi anima separatur à corpore, ipsum habet authorem, qui primum per superbiam cadens inuidie stanti, & morte inuisibili deiecientem. Nos ergo qui de futurâ immortalitate cogitamus, non sine causa in fronte signum crucis portamus: & non habebimus pastorem nisi vitam. Fidelium enim pastor vita est, infidelium autem pastor mors est. Si ergo in inferno sunt oues, quibus pastor mors est, & in cælo sunt oues, quibus pastor vita est, quid igitur dicam? Iam in cælo sumus? In cælo secundum fidem. Si enim non in cælo, vbi sursum corda? Si non in cælo, vnde apostolus Paulus dicit, Nostra enim conuersatio in cęlis est? Corpore ambulemus in terra, corde habitemus in cælo. Habitamus ibi, si illuc aliquid mittamus quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde, nisi vnde cogitat. Inde autẽ cogitat vbi thesaurizat. Thesaurizauit in terra, cor ipsius à terra non recedit. Thesaurizauit in cælo, cor ipsius de cęlo non descendit, Domino apertè dicente, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Ipsi ergo quibus mors pastor est, videntur ad tempus florere, & iusti laborare. Sed quare? Quia nox est adhuc. Quid est, Nox est? Non apparent merita iustorum, & quasi nominatur felicitas impiorum. Tamdiu videtur herba lætior, quamdiu hyems est. Herba enim per hyemem viget, arbor autem per hyemem quasi arida est: tẽdũ sol exierit feruentior æstatis tempore, arbor quæ per hyemem arida videtur, explicat foliis, profert fructus: herba autem arescit: vt debis honorem arboris, herba autem arida est. Sic & modò iusti laborant antequam vestiat æstas, vita in radice est, nondum apparuit in ramis. Radix autem nostra charitas est. Et quid ait Apostolus, vt sursum habeamus cor, & vitam in radice, vt pastor noster sit Christus: quia habitatio nostra non debet recedere de cælo, & in hac terra debemus sicut mortui ambulare, vt sub vmbra viuentes infrà mortui simus, non vt suprà mortui infrà viuamus. Quia ergo non debet recedere vita nostra & cor nostrum desuper, quid ait Apostolus? Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ecce vbi est radix nostra. Quando apparebit honor noster, tanquam in foliis & fructibus, sequitur & dicit: Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Et erit manè. Nam modò non manè. Tumeant modò superbi, aut diuites huius seculi, impii bonis insultẽt, infideles fidelibus, & dicant, Quid vobis prodest quia creditis? Respondeant fideles, & dicant, si verè fideles sunt: Nox est, nondũ videtur quod renemus, non quiescant manus bonis operibus laborare. Vnde alibi dicitur, In die tribulationis meę Deum quæsui manibus meis, nocte corã eo, & non sum deceptus. Apparebit labor noster manè, & erit fructus manè, vt illi qui modò laborant, postea dominẽtur; & illi qui modò se iactant & superbi sunt, postea subiiciantur. Quid enim sequitur, Sicut oues in inferno positi sunt, mors pastor est eis, & dominabuntur eis recti manè. Puto iam planum esse illud verbum, quia præloquti sumus, Dominabuntur eis recti manè. Expecta manè, desidera manè, ne putes quia nox habet vitam, & manè non habet vitam. Ergo qui dormit, viuit: & qui surgit, non viuit? Nónne qui dormit, morte mortuus est? Et qui sunt qui dormiunt? Quos excitat apostolus Paulus, si tamen velint eungilare. Quibusdã enim dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, Qui ergo illuminantur à Christo, iam vigilant: sed nondum apparet fructus vigiliarum. Manè apparebit, id est, cùm seculi huius incerta transierint. Ipsa est enim nox, non videtur: videtur enim quasi renebræ. Facit aliquis malè, viuit, floret, terret, honoratur: facit autem aliquis bene, reprehenditur, blasphematur, accusatur, laborat, terretur, quasi tenebræ sunt. In radice autem vigor, fructus, opulentia, vita nondũ est in ramis. Sed radix nõ aruit, similis est quidem arescentisẽd tempus venit, vestitur honore suo, fructũ dabit fructibus suis. Tunc illi de quibus dictũ est, vt non eos zelemus: quid enim addet illis Psalmus? Quoniam sicut fœnũ citò arescente, & sicut olera prati citò cadent, cùm videritnad dexterã maiestatis, iustos, quibus laboranibus insultabant, stare, & dicent inter se pœnitentiam agentes: Hi sunt quos aliquando in risum habuimus, & in similitudinem improperii. Sed tunc iam pœnitentiam infructuosam agunt: dicentes enim, Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Quia cùm cœperit quis Deo viuere, mundum contemnere, iniurias nolle vlcisci, nolle hic diuitias, non hic quærere felicitatem terrenam, omnia contemnere, Deum solũ cogitare, viam Christi non deserere, non solùm ei à Paganis dicitur, insanit: sed quod magis dolendum est, quia & intus multi dormiunt, & euigilare nolunt, à suis Christianis audiunt, Quid patimini, fratres mei? Nomine inuenrus secundum viam Christi qui dicit, Quid paceris: putamus quid dicit? Horremus Iudæos qui dixerunt Domino Iesu Christo, Dæmonium habes. Et quando audimus recitari Euãgelium, tundimus pectora dicentes, Sceleratam rem dixerunt Iudęi Christo, Dæmonũ habes. Age tu Christiane, quando videris de corde hominis expulsum diabolum, & inhabitare in eo Christum, ne dicas, Quid pareris? Dictum est quidem & de ipso Domino quòd insaniret, quando loquebatur verba quæ illi nõ capiebant. Et tamẽ aliqui euigilabant à somno, dicentes, Non sunt ista verba dæmonium habẽtis. Sic & modò fratres mei, quãdiu ista verba audiunt & gentes, & qui habitant orbẽ, & terrigenæ filii hominum diues & pauper, id est, & qui pertinet ad Adam, & qui pertinet ad Christũ. Alii dicunt, Dæmonium habes. Alii dicunt, Non sunt ista verba dæmonium habentis. Alii enim vitam seculi, & ista ad tempus audiunt. Alii frusta audiunt, sed faciunt quod dictum est, Auribus percipite qui habitatis orbem. Et cùm agunt ista, incertus est fructus. Sed qui malè agũt, & viam seculi eligunt, mors pastor est eis. Qui autẽ eligunt viam Domini, vita pastor est eis. Venier ipsa vita iudicatura & damnatura cum pastore suo eos quibus dicitur, Ite in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Illis autem quibus insultatum est & qui irrisi sunt, quia credebãt, audient ab ipsa vita quẽ habent pastorem, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est ab origine mundi. Dominabuntur eis recti mane. Nemo dicat, quia sum Christianus, quare non imperem iniquis? Noli festinare, dominaberis: sed mane, quia auxilium illorũ veteraseet in inferno à gloria eorũ, auxilium de pecunia, auxilium de amicis, auxilium de virtute sua. Sed cùm mortuus homo fuerit, in illa die peribũt omnes cogitationes eius. Quantã visus est gloriam habere inter homines cùm viueret, tantam vetustatem & corruptionem suppliciorum habebit in inferno.

Psal. 43.

Psal. 41.

Psal. 76.

Psal. 90.

Ephes. 5.

Matth. 25.

Philip. 3.

Matth. 6.

Rom. 12.

Ioan. 7.

Ioan. 10.

De illo qui iram diu in pectore retinet, & non vult humiliari.

SERMO LXXIII.

OMNIS homo qui vult de inimico suo vindicari, prouocat in se vindictam Dei. Sed hoc facite fratres, quod dicit Apostolus, Nulli malum pro malo reddentes. Hoc est enim vinci de bono malum. Quando enim vindicari vis, sine dubio vincere vis: vide ne dum vis hominem vincere, ab ira vincaris. Quia læsit, vis & tu lædere: quia nocuit, vis & tu nocere: & vt tu vincas amplius magis quàm ille nocuit, quomodo vincis malum in malo? Non hoc dixit Apostolus, non hoc audistis: Ego nolo vinci à malo, audistis? Et forsitan respondebis, Hoc & ego volo. Sed nemo me vincit. Dixit enim Apostolus, Vince in bono malum. Hoc est enim, vt qui te læsit, sua iracũdia, tu illũ vince tua patientia. Qui te læsit sua auaritia, vince illum tua misericordia. Ecce qui te sua auaritia expoliauit, ecce eget, ecce esurit, ecce sitit, ecce mendicat, inimicus tuus est. Sed si esurit, cibã illum: sitit, potũ da illi. Hoc enim facies, carbones ignis congeres super caput eius. Si hoc cogitas quasi ad malitiam nos hortatus est, tanquam diceris vt plus ei nocẽas, vt carbones congeras super caput eius. Si hoc cogitas, in malo vis vincere malum, & ipsam eleemosynam vt facias, amore vindictæ vis facere. Sed dico quid est. Carbones ignis congeres super caput eius. Carbones ignis sunt, in quibus vritur vt pœniteat illum contra te inimicitias habuisse. Homo es, homo est: lædere voluit, lædere vis. Ecce duo mali estis. Quomodo ergo dicis, & ego audio malum, qui auges numerum malorum? Vis vincere inimicum tuum, attende intrinsecos tuos, ne ibi habeas quod vincere debeas. Et dum ista consideraueris, dicis tibi, Homo est qui me læsit. Rogem pro illo Dominum vt pœniteat eum, & si læsit, ex malo factus fuerit bonus. Nec defendi ante Dominum serui inuerecunda festinatione properemus, vt cùm dies ille vindictę adueneris, non cũ impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & Deum timentibus honoremur in secula seculorum, Amen.

Rom. 12.

De futura vita diligenter cogitanda.

SERMO LXXIIII.

FRATRES charissimi, quod audiuimus dici vt sursum cor habeamus, spe sic vt de illa futura vita cogitemus. Hic sic agamus, vt illic sęper viuamus. Ecce enim quãta dignatio Domini nostri qui fecit nos, ipse descendit ad nos. Si ergo descendit ad nos, leuauit nos iam in corpore suo leuauit nos. Caput nostrum ibi est, sequantur & membra. Ille est in cælo, nos in terra, quasi longè sic à nobis. Si interroges longè, charitatem interroga, & nobiscum est. Si enim ille non esset nobiscum, non clameret de cælo Saulo persequenti non ipsum, sed seruos eius, & vt familiarius dicam, membra eius, Saule Saule, quid me persequeris? Ecce ergo hic sum in cælo, & in terra persequeris me. Quare dixit Me, quia quasi de mẽbris suis dicebat. Nónne si aliquis calcet plantam tuam, non clamat lingua tua? Ille ergo per quem factum est cęlum & terra, propter eum quem fecit de terra, sine terra descendit in terram, & in cælo leuauit terram, id est, carnem quã propter nos dignatus est assumere. Deus factus est homo, vt homo possit esse quod Deus est: nam quæ promisit dabit nobis. Sęcuri enim sumus, quia cautionem nobis fecit, quam cautionem Euangelium scripsit, & ideo reddidit nobis. Quid putatis, fratres, non eum nobis red diturum vitam suam, qui pro nobis dedit mortem suam, humilitatem, iniurias, contumelias, passionem in terra suscepit pro nobis? Ergo regnum, felicitatem, æternitatem non dabit nobis qui propter nos mala pertulit? Ergo bona sua nobis negabit? Ad hanc spem, fratres, quia promissor verax est, securi ambulemus. Sed sic viuamus, vt semper viuamus, vt cùm ante ipsum venerimus, bona fronte dicamus: Redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti; & viuere cum illo valeamus in secula seculorum, Amen.

De diuite. SERMO LXXV.

AVDITE itaque qui estis in populo, & stulti aliquando sapite, accedite ad sepulturam mortuorum, & videte exempla viuentium. Iacent ossa, & perit caro, & tamen causa eius seruatur in iudicio Christi. Fuit & ipse similis nobis viuens in vanitate repletus diuitiis multis, multiplicauit agros, plantauit vineas, implens horrea in thecis multis, lætatus est in abundantia sua, & ecce subitò ablata sunt ab oculis eius. Plaudebatur sibi per schemata multa, pretiosis vestibus erat inductus, pompas & luxurias sibi adhibens, epularum diuitias exercebat, falationes & iocos in ebrietatibus exhibebat, prandia sua cum cœna miscebat, & lætitiæ suæ vix dabat finem, & ecce ablata sunt omnia ab oculis eius. Vbi ergo abierunt illa omnia? Vbi pompa, vbi schemata, vbi exquisita conuiuia? Vbi nam faue illi qui cum in foro longiùs ab omnibus conspiciebant? Vbi ornatus domorum, & vestis pretiosæ luxuria? Vbi gemmarum ambitio, & argenti pondus immensum? Vbi postremum ipsa cupiditas, quæ cùm omnia quotidie quæ agit nescit, quando rorum possit amittere? Vbi sapientia illa & foris excogitata disseritio? Vbi applausus laudum, & adulatio amicorum assidua? Vbi seruorum subditi greges, & lampadarum radiantia luminis? Vbi antecedentium turba clientum? Transierunt omnia ab oculis eius, & vltrà non erit memoria eius. Iacet in sepulchro redactus in puluerem, defluerunt carnes eius, quas deliciæ nutriebant: separati sunt nerui à compagnibus suis, sola remanserunt ossa quæ seruantur in exempla viuentium, vt cognoscantur reliquię mortuorum. Putatur requiescere corpus, abiit autem anima eius in infernum, & non videbit lumen. Circumdant enim eum tenebræ multæ, mæror & afflictio apprehendent eum, vermis & ignis consument eum, & fletus non desinit ab oculis eius, frẽdor dentiũ frequentat eo, eo quòd pessimi dolores perurgent eum, & non desinunt pœnæ ab anima eius. Tunc se pœnitet malè vixisse in seculo, & hæc sibimetipsi reputãs dicit se pietatem & misericordiam non fecisse, vt quærat eam, & non inueniat: multas diuitias se possedisse, non eas pauperibus erogasse: perdidisse se tempus pœnitentiæ, & non se correxisse ab omnibus malis: dies suos negligendo transisse, in quibus habuit spatium bene faciendi, vt non incideret in talibus pœnis. Expectat enim eum resurrectio magna, vt tradatur peiori iudicio secundum quæ vegessit. Ibi enim eum conturbant multitudo angelorum, qui super pœnas fuit constituti: & quòd taliter egerit, & eleemosynam non amauerit, ideo misericordia ei denegatur. Gehenna ardens eum expectat, quia pauperem & egenum non amauit: ventrem eius perpetuus penetrat vermis, qui esurientem pauperem non saturauit. O quantum valet apud Dominum misericordia, quę in hoc seculo exhibetur! Sicut Dominus noster Iesus Christus in Euangelio dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Fratres mei dilectissimi, exhibete misericordiam dum lucẽ huius vitę habetis, ne tenebrę mortis vos comprehendant. Eleemosyna enim emundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis Dominum: quia quod habemus, relinquimus: & quod pauperibus dedimus, ipsum integrè possidemus. Dies enim Domini festinus adueniet, & misericordes misericordiam consequentur à Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Psal. 10.

1. Cor. 4.

Rom. 7.

De cogitationibus. SERMO LXXVI.

PRIMVM quidem cogitationibus malis repugnandum est, vt cùm aliquid carnale aut sordidum susurrauerit aduersarius, priusquam fauciet mentem, fugitta deleatur, & executiatur. Solet enim tristitiam afferre, & dubitationes de proposito & desperationem bonorum aspirare, & varias cupiditates ingerere, & omnes omnino sagittas acuere, vt sicut in decimo Psalmo scriptũ est, Vt sagittent in obscuro rectos corde. Tu ergo mox cùm senseris ista, moliere geminato suspirio ad Dominum mente conuersa, ne permittas accedere consilium, quod sensum possit inquirere. Sicut enim vestimentum candidum si fuerit sanguine aspersum, si mox fuerit locum, candorem suum recipit: si autem insederit & inceuerit macula, vix lauatur: sic & mens humana, si surgentem cogitationem mox deleuerit, poterit suum retinere candorem: si autem diutius residere permiserit, vix cum magno labore purgatur. Hæc est autem prima victoria secreti certaminis nostri, quod Dominus expectat & angelus, cùm cogitationibus malignis mens humana fideliter occurrit, & bonis operibus malos superat cogitatus. Hinc laus nascitur, hinc crescit gloria, sicut Apostolus ait, Cum venerit, inquit, Dominus & illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordis, tunc laus erit vnicuique à Deo. Manifestum est enim apud fideliores, quia non solum de factis, sed etiam de cogitatis aut laus, aut vituperatio à Deo iudice tribuatur. Item quòd inuiti patimur cogitationes frequenter, non nos lateat fratres, quòd maligni frequenter cogitationes sustinemus: quando autem contingit, de Apostolo dicamus, Non quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio: & video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & capiuantem me in lege peccati: & reuera vnum proprium quę studiũ est satanæ, humanam mentem prauis graiuare consiliis. Sicuiam hanc iniuriam ab exordio sortiti sumus, vt nos serpentis caput obseruemus, ille autem nostrum calcaneum, vtique non nostrorum pedum calcaneum, sed mentis finem obseruat, vt si quomodo possit currentem ad cælestia animam motu suo ad terrestria retinere. Aduersus has ergo obscuritates malorum vt sinceris mentibus viuere possimus, cordis oculi bene curandi sunt. Et vt vincamus, arma nobis sunt valde necessaria. Arma, inquit, militię nostre non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, malorum consilia destruentes, Amen.

DE VITA, CONVERSATIONE

AC MORTE SANCTÆ MONICÆ,

MATRIS BEATI AVGVSTINI,

NARRATIO.

MONICA, mater sancti Augustini cuius historia trahitur ex sententia sancti Augustini ex IX. Confessionũ, & ex duabus epistolis, quas Augustinus scripsit suę sorori Perpetuæ virgini: Hortor te, inquit Augustinus, dilecta sposa Christi, vt Deo studeas in omnibus placere, sicut & charam matrem nouisti perfecisse. Nam dum esset puella, ad ecclesiã fugiebat diu in angulo permanens, & virginales orationes ad Christũ fundebat. Dũ autẋ domũ tardè rediret, ab auia sua verberabatur, eo quòd extra domum sine pedissequa recessisset, & totum ipsa puella patienter portabat. In tota autẋ pueritia sua nunquam cum puellis ludẋbus se miscuit, sed frequẋter in nocte adhuc in pueritia de lecto surgebat, & genibus flẋxis orationes quas à matre, nomine Facundia, didicerat, Domino offerebat. Ab infantia autẋ eũ ita creuit miseratio, & naturali affectione pauperes diligebat. Sæpe panem dẋ mẋsa in sinu collocabat, & de paterna domo fugiens pauperibus tribuebat, hospites & infirmos visitabat, vicinas litigãtes reprehẋdebat, pedes infirmorũ sæpe lauabat, & eis vt puella poterat, seruiebat. Cũm autem patrẋtes eius, more secularium, vestibus delicatis eã ornare voluissẋt, ipsa cõtristata respuebat. Et cũm esset annorũ tredecim, eã nobili patricio Carthaginẋnsi tradiderunt. Quãto autẋ timore & honestate, quanta etiam summa pulchritudine Dominus eam dotauerit, quãta etiã pudicitia eam Dominus magnificauerit, tertẋ in breui dici nullatenus posset. Matrimonium tamẋ optimẋ cõseruauit, filios in omni timore Domini sufficẋrẋ erudiuit, thorum immaculatum custodiuit, & maritum ferocissimũ cum magno labore in fine lucrata est. Cũm autem vixissẋt cum viro suo ferẋ annis duodecim, respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ, & exaudiuit lachrymas eius: nam in spiraui Dominus maritum, vt deinceps vxorẋ pudicam & castam seruaret. O mira res, quia cũm esset ferocissimus, quanto affectu carnali ab eo diuisus est, tanto magis matrimonio spiritali & per dilectionem coniunctus est. Cũm enim vir eius esset annorum septuaginta duorum, obiit in pace. Quantis autem salutatibus monitis & ieiuniis, quantisque lachrymis & orationibus illam viduam sanctam, castam, sobriam, & pium Dominus dotauit, mirum est. Omnia ramẋn post mortem viri contempsit, omne regnum mundi, & omnem ornatum eius respuit propter Deum: intantum vt non solũm matẋr pauperum vocaretur, sed ancilla. Et quia dum vir eius viuẋbat, potestatem proprij corporis non habebat, ideo eleemosynas non ita largiter tribuebat. Sed postea ita vixit, vt non solum eleemosynas largiter tribueret, sed etiam cicatrices pauperum leniret. Propter quod & Dominus centuplum reddidit, dum crucem eius in corde eius infixit & passionem. Dum autem quadam die præuenta & visitata à te Domine, beneficia tua quæ tu in carne humano generi clemens exhibuisti, ancilla tua consideraret, tantam gratiam tantãque lachrymarum copiam torculari tuæ crucis expressam in passione tua adimenit, quod vestigia eius per Ecclesiã lachrymæ, desuper paumentum defluentes ostendebant. Et quanto plus ab efluentia lachrymarum horcabatur desistere, tanto plus fluuius lachrymarum oriebatur. Tanta autem gratia ancilla Christi ieiunando alias præcellebat, quòd diebus quibus ad cœnam vocabatur, tanquam ad amaram medicinam accedebat. Erat autem ei timor castus in corde, tanquam fascia pectoralis, qua cogitationes constringerẋt, in ore tanquã frenum quo linguam reprimeret, in opere tãquã flagellum, ne pigritia corperet, in cunctis tanquã regula, ne modum excederẋt. Timor autem iste tanquam scopa purgabat cor viduæ ab omni duplicitate, os à falsitate, opera ab omni vanitate. Nunquam verbum seculare ab ore eius recordor me audiuisse, sed in omnibus verbis suis & factis semper Christum primò nominabat. Tantum timor Domini mentem eius occupauerat, quòd non solum ab omni specie mali sibi cauebat, sed spiritu pietatis ad omne bonum prona erat. Satagebat mirabiliter opera pietatis pro posse cordaliter implere, super omnia infirmis seruire, sepulturam mortuis præbere, orphanos custodire vt filios, viduas & maritatas consolari: quapropter audita de accusis cælestibus Domino reuelante percepit. Vnde tanta ebrẋtatẋ Spiritus sancti sæpe rapiebatur, quòd in ea ferẋ per totum diẋm quiescens, dum esset rex in accubitu suì cordis, neque vox, neque sensus in ea audiebatur. Neque mirum quia illa pax quæ exuperat omnem sensum, sepeliebat viduæ sensus corporales, intantum vt vix matronæ nostræ & etiam vicinæ eam pungentes cẋcitare valerent. In die autem beati Cypriani, dum hæc Christi ancilla mererẋtur accipere sacramenta, dum esset in domo, ferẋ à terra per cubitum eleuata fuit, clamando quæ quietissima esse consueuerat, dicens, Volemus ad cælum; volemus ad cælum, fideles. Quãm cũm pòst interrogaremus quid sibi accẋdẋrat, non respondebat, sed tanto gaudio replebatur, quòd omnẋs ad festum producẋbãt, cantantes cum Propheta, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Dum etiam in die Pentecostes esset refecta refectione illius panis qui de cęlo descendit, post sumptionem sacramenti tanta satiẋtatẋ repleta fuit, quòd per diẋm ac noctẋm absque corporali cibo perseuerauit. Cũm apud ostia Tyberina infirmaretur, & sacramentum à nobis fideliter peteret, nec dolore stomachi vexata valẋret retinẋrẋ, visibiliter infantulus nocte media ad lectum Dei famulæ venit, eámque in pectore amplectens anima illa sancta ad cęlum volauit: ergo die nona ægritudinis suæ, quinquagesimo sexto anno ætatis, tricesimo tertio anno ætatis meæ, anima illa pia & religiosa carne soluta est die quarta Maii. Flebam & effundebam tibi Domine preces pro illa famula tua, vt non intrarẋt cum ea in iudicium. Gratulabar tamen testimonio eius, quia appellabat me pium, & commemorabat grandem deuotionis affectum: commemorans nunquam se audissẋ ex ore meo verbum durum, aut contumeliosum sermonem. Illa famula tua, Domine, continuẋ satagebat virum suum lucrari tibi, quem amabilem & reuerentem faciebat tibi. Expectabat enim ipsam misericordiam tuam super eum, vt in te credens castigaretur. Erat enim iracundus: sed illa famula tua non tantũm facto, sed nec verbo viro tribulatò respondebat, sed quieto rationem facti reddebat, quem tibi Domine in extrema vita corporali lucrata est. Erat enim serua seruorum Domini, & omnes qui eam videbant, laudabant te Domine scientes & credentes præsentiam tuam esse in corde eius. Fuerat enim vnius viri vxor, & filios totiens parturiebat, quotiens à te Domine deuiare cernebat. Imminente autem die, quo ex hac vita erat exitura, nobis ignorantibus Domine, ipsa & ego soli stabamus incumbentes ad quandam fenestram, & terrena obliuiscentes, loquebamur soli valde dulciter, qualis esset sanctorum vita, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit: & inhiabamus ore cordis pariter in superna fluenta fontis vitæ, vilesceba̋que mundus iste inter verba cum de lectationibus suis. Tunc ait illa, Fili, vnum esset propter quod in hac vita aliquantulum morari cupiebam, vt te catholicum Christianum viderem, priusquam morerẋr: & ecce cumulatius mihi Deus præstitit, vt te, contempta etiam felicitate terrena, videam Dei seruum. Quid iam amodò hic faciam, nescio. Quid sibi tunc responderim, non satis recolo: sed post dies quinque decubuit febribus, & subtracta à præsentibus, cucurrimus, & post modicum reddita est sensui, & intuens nos ait: Ponetis hic matrem vestram. Ego flebam, sed fletum finiebam: frater autem meus lætus, quòd non peregre comporẋ, sed in patria cum viro sepelirẋ debebat. Quo audito, vultu turbato reuerberans cum oculis quòd talia dixissẋt, ait, Ponite hic corpus meum, nihilque cura eius vos conturbẋt. Rogo tamen vos vt ad altare Domini meminẋritis mẋi, vbi fuerẋtis. Dominus autem illud resuscitabit, vbicunque sepultum fuerit in nouissimo die.

ORATIO DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV *Christi, quam sanctus Augustinus seruorũ edidisse, pro qua diligentius dicenda, Bonifatius octauus spiritales indulgentias dedisse narratur.*

DEVS qui pro redemptione mũdi voluisti nasci, circumcidi à Iudæis improbari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, & sicut agnus innocens ad victimam duci, atque ad conspectus Annæ, Caiphæ, Pilati & Herodis indecẋrẋ offerri, à falsis testibus accusari, flagellis & opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, aũdime percuti, facie velari, vestibus spoliari, crucis clauis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lãcea vulnerari: tu Domine per has sacratissimas pœnas tuas quas ego ẋdignus recolo, & per sanctã crucẋ ac mortẋ tuã libera mẋ à pœnis inferni, & perducẋre me digneris quò perduxisti latronẽ tecũ crucifixum. Qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas Deus per omnia secula seculorum, Amen.

FINIS APPENDICIS.

HOMELIÆ VNDECIM, NVNC

PRIMVM IN LVCEM EDITÆ.

Hæ è Bibliotheca Carthusianæ maioris desumptæ sunt, quæ quidem sine vlla controuersia D. Aur. Augustino ab æquo quolibet lectore tribuentur, vt & codex Manuscriptus nomen ipsius præfert.

Sermo D. Aurel. Augustini, in natali Martyrum. I.

HODIERNO diẋ reddendi nostri debiti propicio Deo tempus illuxit Cũ ergo deuoti sint debitores, quare tumultuantur exactores? Si omnium mentes quietas habeamus, ad omnes potest peruenire quod reddimus, De passione & gloria sanctorum martyrum sermo debetur. Quoniã ergo illi gloriosissimè passi sunt, patientiã nobis indicunt. Pertulerunt ergo illi turbas sæuiẋtes, nos habeamus populos acquiẋscentes, quia vidimus credentes. Laudanda est martyrũ constantia, sed ei laudandæ, quæ sufficit eloquẋtia, quando impleò loquendo quod vestris cordibus factum est iam credendo? Vnde autem tantum donum patientiæ? Vnde nisi vnde omne datum optimum? Vnde datum optimum, nisi vnde donum perfectum? Sic enim & ibi scriptum est, Patientia autem opus perfectum habeat: Omne, inquit, datum optimum & omne donum perfectum est descendens à patre luminum, apũd quem non est transmutatio, nec momẋti obumbratio. Ad humanas mentes mutabiles de fonte immutabili descendit patiẋtia, quæ & ipsas faciat immutabiles. Vnde homini placere Deo nisi à Deo? Vnde homini bona vita nisi à fonte vitæ? vnde homini illuminatio nisi ab æterno lumine? Quoniam apud te est, inquit, fons vitæ, Apud te est, inquit, poteram dicere à me: sed si dixero à me, recedò à te, Apud te ergo fons vitæ, In lumine tuo non in nostro, In lumine tuo videbimus lumen, Ergo accedite ad eum, & illuminamini; fons est vitæ, accede, bibe, & viue. Lumen est, accede, cape, & vide. Si non influat ille, siccus oris. Hinc ergo martyres nostri, hinc biberunt, hinc ebriati nõ agnouerunt suos. quàm multos enim martyres sanctos putamus propinquante passione, blanditiis suorum fuisse tentatos conantium eos ad huius vitę tempus talem & vanam & fugitiuam dulcedinem reuocare? Sed illi qui de fonte, qui est apud Deum, sitientes bibebant, & inebriati erant Christo confitendo ructuabant suos carnales & vino erroris ebrios malè amantes, & suadendo à vitã reuocantes non attendebant, non agnoscebãt. Non ex illis erat Mariniani mater, nõ ex illis malè suadentibus carnaliter blandientibus, amando decipientibus. Non erat ex illis sancti Mariniani mater. Nomen non inane portabat. Non frustrà Maria vocabatur mulier quidem illa non virgo, non intacta, de spiritu sancto, sed tamen pudica de marito, tale pignus peperẋrat, quod ad gloriosissimam passionem suis potius exhortationibus deducebat, quàm inde suis malis blandiciis reuocabat; O sancta & tu Maria impar quidem merito sed par voto, felix & tu. Peperit illa martyrũ principem, peperisti tu principis martyrem peperit illa testium iudicem, peperisti tu iudicis testem: fœlix partus, fœlicior affectus. Quando peperisti gemuisti, quando amisisti exultasti. Quid est hoc quando peperisti, gemuisti, Exultasti, quãdo amisisti? Non frustrà, nisi quia nõ amisisti. Vbi dolor non erat, fides erat. Carnalem dolorem de corde, fides spiritalis excluserat, Videbas te filium non amittere sed præmittere.

A Totũ quod gaudebas, sequi volebas. Miramur ista, laudamus ista, amamus ista. O beati martyres, vnde vobis ista? Scio vobis corda humana. Vnde vobis ista diuina? Ego dico à Deo: quis est qui dicat vobis, quis est, qui vos malè laudando inuideat vobis? Nescio qui dicit à vobis hæc esse: Respõdete illi, In Domino laudabitur anima mea: Nescio qui dicat à vobis hæc esse, respondete illi, si Mites estis, respondete, in Domino laudabitur anima mea. Respondete & hoc in populo Dei, Audiant mites & iocundentur. Nescio quis dicit à vobis hæc esse. Respondete illi, Non potest homo accipere quicquã, nisi datum ei fuerit desuper, Nobis enim & vobis ait Dominus Iesus, Sine me nihil potestis facere, sine me, inquit, nihil potestis facere, & vobis hoc dictum est, agnoscite verba pastoris, Cauete adulationem deceptoris, superbia ista, impia, iniqua, ingrata. Scio quia displicet vobis. Martyres sancti passi estis pro Christo, sed vobis profuit quod passi estis, non Christo. Quid vobis * deesset, nisi vobis donatum esset, & repellite ab auribus vestris inimici venena serpẋtis. Lingua illa est, quæ dixit, Eritis sicut dij. Præcipitauit hominem, arbitrium liberũ, ingratum, * arbitriũ liberatũ. Dicamus Dño Patientia Israel Domine, quid infidelis superbis, laudas martyrum patiẋtiam, quasi à se ipsis possẋnt esse sapientes? Apostolum potiùs audi gentium doctorem, non infidelium deceptorem. Certẋ in martyribus patiẋtiam pro Christo laudas, & eam ipsis assignas, Audi potius apostolum martyres alloquentem, & corda humana sedantem. Audi, inquam, dicentem, quia vobis donatum est pro Christo, Audi pietatem exhortantem, non adulationem fallentem, Vobis, inquit, donatum est, donatum est, audi vobis donatum est pro Christo, Non solum vt credatis in eum, verum etiam vt patiamini pro eo. Vobis donatũ est, quid ad hanc sententiam addi potest? Vobis donatum est, agnosce donatum, ne perdas vsurpatum. Vobis, inquit, donatum est, pro Christo, quid pro Christo nisi pati? Sed non suspiceres audi sequentia, non solum vt credatis in eum, quia & hoc donatum est, sed non hoc solum donatum est, verum etiam vt patiamini pro eo, & hoc donatum est. Conuertat dorsum martyr ad infidelem & ingratum adulatorem. Conuertat faciem ad benignissimum largitorem, & ipsam passionem suam non imputet Deo, tanquam id suo hoc obtulerit Deo, sed potius dicat, In Domino laudabitur anima mea, audiant mites & iocundentur, & cùm ei dixeris, quid est quod in Domino laudabitur anima mea? In te ergo laudatur: Ille contra. Nónne Deo subdita erit anima mea? Ab ipso enim patiẋtia mea. Quare ergo mea, * Si non aperui, & libenter accepi ab ipso mea? & ab ipso, & mea, & quia ab ipso, ideo * totius Mea, mea est. Sed à me mihi * non vt haberem donum meum agnosco datorem Deum. Nam si non agnosco datorem Deum, tollet Deus bonum suum, & remanet malum meũ, per arbitrium meum, Ait fidelis scriptura. Fecit Deus hominem rectum & ipsi exquisierunt cogitationes multas. Fecit Deus, inquit, hominem rectum, & ipsi, vnde ipsi, nisi per liberum arbitrium, & ipsi exquisierunt cogitationes multas, rectum dixerat, factum, & ramẋ non ait, Et ipsi exquisierunt cogitatio-

Iacobi. Iacob. 1.

Psal. 33. Psal. 33. Psal. 33.

Psal. 33.

Psal. 33.

Psal. 62.

Locus mẋdosus.

Forte tutius mea est. For. nõ est.

Eccles. 7.

nes prauas, quia dixerat rectum: Aut cogitationes iniquas, sed dixit, multas. Ab ista multitudine corp' quod
Sap. 9. corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Liberet nos Deus ab ista multitudine cogitationum humanarum, & liberet nos ab vno vt simus in illo vnum ex multitudine.
For. Charitatis. Constet nos igne* beatitatis, vt vno corde sequamur vnum, ne in multa decidamus ex vno, & in multis dispergamur, relicto vno. De hoc enim vno Apostolus loquebatur cùm diceret, fratres, ego meipsum non arbitror apprehẽdisse: quid? vnum autem, quid vnum? ea quæ retrò sunt oblitus, in ea quæ antè sunt, extentus sequor vnum, sequor vnum, inquit, sequor, sed non me arbitror apprehendisse, quia deprimit corpus, quod corrumpitur, sensum multa cogitantem. Ecce coibant martyres, quãdo seruebat, multum strepitum non curabant, quia vnum amabant desiderium vitæ martyrum, vnam, inquit, petij à Domino, vnam petij, vale,
Psal. 26. inquit, facio multitudini seculari, vnam petij, vnã vtique beatitudinem, vnam fœlicitatem, vnam verã non multas falsas. Vnam, inquit, petij à Domino, hanc requiram, quæ est ista vna? vt inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ. Vt quid hoc? vt contempler delectationes Domini, Martyres sancti quando illam delectationẽ cogitabant, tunc illis mala omnia & acerba atque aspera vilescebant. Erat delectatio contra delectationem, Erat delectatio cõtra dolorem. Delectatio illa contra vtrumque pugnabat, & contra sæuientem mundum, & contra blandientem. Respondebat mundo quid blandiris? dulcius est quod amo, quàm id quod polliceris. Audio dicentem mihi Deum, immo
Psal. 30. scripturam sanctam, quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te? Ecce iterum bona multitudo, quia non dissentiens, sed in vno. Non ergo mirum est, fratres mei, scitis quo loco martyres recitentur? Non pro illis orat ecclesia. Nam meritò pro aliis defunctis dormientibus orat Ecclesia, pro martyribus non orat, sed eorum potius orationi- C bus se commendat. Certauerũt enim aduersus peccatum vsque ad sanguinem. Impleuerunt quod scriptum est, Certa pro veritate vsque ad mortẽ, Promissa mundi contempserunt, sed parum est, parum est enim lethũ contemnere, parum est aspera tolerare. Ibi vsque ad sanguinem certamen, ibi gloriosissima & plena victo-
Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. ria. Nam prima Domino nostro principi martyrum tentamenta sunt blandimẽta proposita. Dic lapidibus istis vt panes fiant, tibi dabo omnia regna ista. Videamus si suscipiunt te angeli, quia scriptum est, Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ista læta mundi sunt in pane concupiscentia carnis, in promissione regnorum, ambitio seculi, in curiositate tentationis, concupiscentia oculorũ. Hæc omnia de seculo sunt, sed blandiuntur non sæuiunt. Attendite martyrum ducẽ exemplorum certamina proponentem, & certantes misericorditer adiuuantem. Quare se permisit tentari nisi vt doceret resistere tentatori? Promisit mundus carnalem voluptatem, responde illi, delectabilior est Deus. Promisit mundus honores & sublimitates seculares, respõde illi, Altius est omnibus regnum Dei. Promisit mundus superfluas vel damnabiles curiositates, responde illi, sola non erat veritas Dei. Cum ista triplici tentatione Dominus fuisset tẽtatus, quia in omnibus illecebris mundi huius tria sunt, aut voluptas, aut curiositas, aut superbia. Quid ait Euangelista, postquam perfecit diabolus omnem tentationem, omnem sedat illece-
Forte, per mulcemẽ. bram* pertinentem. Restabat alia tentatio in asperis & duris, in sæuis, in atrocibus atque immitibus restabat alia tentatio. Hoc sciens Euangelista, quid peractum esset, quid restaret, ait. Postquam compleuit diabolus omnem tentationem, recessit ab eo ad tempus: discesLuc. 4. sit ab eo id est, insidians serpens, venturus est rugiens leo, sed vincit eum, qui conculcabit leonem & draconem. Reuertitur, introiit in Iudam faciet magistri* tra- For. vndi: toreiu ditionem. Adducet Iudæos non iam adulantes, sed sæuientes; vasa sua possidens clamabit linguis omniũ crucifige, crucifige. Ibi Christum victorẽ quid miramur? Deus omnipotens erat, propter nos pati voluit Christus. Ait apostolus Petrus, Pro vobis passus est, relin- 1. Pet. 2. quens vobis exemplum vt sequamur vestigia eius. Pati te docuit, & patiendo te docuit. Parum erat verbum, nisi adderetur exemplum, & quomodo docuit, fratres? Pendebat in cruce Iudæi sæuiebant, In asperis clauis pendebat, sed lenitatem non amittebat. Illi sæuiebant, illi circumlatrabant, Illi pendenti insultabãt, quasi vno summo medio in medio constituto, phrenetici circũ- quaque sæuiebant. Pendebat ille, & sanabat. Pater, in- Luc. 23. quit, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Petebat, & tamen pendebat, non descendebat, quia de sanguine suo medicamentum phreneticis faciebat. Denique * quid verba petentis Domini, eiusdemque misericor- For. vide diam exaudientis, quia patrem petit, & cũ patre exaudiuit, quia illa verba non potuerunt inaniter fundi, post resurrectionem suam sanabit, quos pendens insanissimos tolerauit. Ascendit in cœlo, misit spiritum sanctũ, nec se illis ostendit post resurrectionem, sed solis fidelibus discipulis suis, ne quasi insultare se occidentibus voluisse videretur. Plus enim erat, amicos docere humilitatem quàm inimicis exprobrare veritatem. Resurrexit, plus fecit quàm illi exigebant, non credendo sed insultando & dicendo, Si filius Dei est, descendat Matth. 27 de cruce: & qui de ligno descendere noluit, de sepulchro surrexit. Ascendit in cœlum, misit inde spiritum sanctum, Impleuit discipulos, correxit timentes, fecit fidentes. Petri trepidatio in fortitudinem prædicatoris repentè cõuersa est. Vnde hoc homini, quære Petrum præsumentem, inuenis Petrum negantem: Quære Deũ adiuuantem, Petrum inuenis prædicantem. Ad horam trepidauit infirmitas, vt præsumptio vinceretur, non vt pietas deleretur. Implet ille spiritu suo & facit prædicatorem fortissimum, cui præsumenti prædixerat ter me negabis. Præsumperat enim ille de viribus suis, non de Dei dono, sed de libero arbitrio. Dixerat enim, Tecũm Matth. 26. ibo vsque ad mortem. Dixerat in abundantia sua, non mouebor in æternum, sed qui in voluntate sua præsti- Marc. 14. terat decori eius virtutem, auertit faciem suam, & fa- Luc. 22. ctus est conturbatus, Auertit, inquit Dominus, faciem suam, ostendit Petro Petrum, sed posteà respexit & Pe- Matth. 16. trum firmauit in petra. Imitemur ergo fratres mei quãtum possumus, in Domino passionis exemplum, Implere poterimus, si ab illo poscamus adiumentum, non præueniendo sicut Petrus præsumens, sed sequendo & orando, sicut Petrus proficiens. Quando enim Petrus Marc. 14. D ter negauit, quid Euangelista dicit? attendit, & respexit eum Dominus, & recordatus est Petrus. Quid est, respexit eum? Nõ enim Dominus in facie corporali eum tanquam commemorando respexit. Non sic est, Euangelium legite. Dominus in interioribus domus iudicabatur, Petrus in atrio tentabatur. Ergo respexit eum, Dominus non corpore sed maiestate, non oculorum carnis intuitu, sed misericordia altissima. Ille quia auerterat faciem suam, respexit eum, & factus est liberatus ergo præsumptor periisset, nisi redemptor respexisset, & ecce lachrymis suis ablutus, correptus & ereptus prædicat Petrus. Prædicat qui negauerat. Credũt qui erraueranr. Valet in phreneticis medicina illa sanguinis Domini. Bibunt credentes quod fuerant sæuientes.

uientes. Sed multum est ad me, inquit, imitari Dominum ex gratia Domini. Imitari cõseruum, imitari Stephanum, imitari Marianum, & Iacobum, homines erant, conserui erant sicut tu nati, sed ab illo qui non sic natus est, coronati.

Sermo D. Augustini de Susanna.

DIVINÆ lectiones, & sancta oracula Dei, quæ insonuerunt auribus nostris, nidum faciant in mentibus nostris. Non volent & transeãt, aut
Psal. 83. sedeant, & discedant, sed aliquid pariãt. Nam si passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos suos, quãtò magis passer verbum Dei & turtur misericordia Dei? Audiuimus de Susanna lectionẽ: ædificetur pudicitia coniugalis, & tam firmo fundamento innitatur, muroque valletur, vt & insidiantes repellat, & falsos testes conuincat. Remanserat casta mulier moritura, nisi adesset qui videbat, quod iudicantes la- B tebat, Conscripta sunt verba eius, quæ habuit in paradiso, hoc est in viridario suo, quæ verba nullus hominum audiuit nisi soli duo, qui pudori vxoris alienę insidiabantur, & reluctanti falsum testimonium meditabantur. Illi soli audierunt, quod dictum est, Angustiæ
Daniel. 13. mihi vndique. Si enim hoc fecero, mors mihi est: si autem non fecero, non effugiam manus vestras, melius est mihi manus vestras non euadere quàm in conspectu Dei peccare. Contemnebat quod audiebat, quia timebat, quem non videbat, cuius tamen diuinis oculis erat ipsa conspicua. Neque enim, quomodo illa Deum non videbat, sic non videbatur à Deo. Videbat Deus, quod ædificabat, inspiciebat opus suum, habitabat templum suum, ibi erat ipse, insidiantibus respondebat. Nam si castitatis dator deseruisset, castitas interiisset. Ait ergo: Angustiæ mihi vndique, sed & expectabat eum, qui eam saluam faceret à pusillanimitate & tempestate falsorum testium, tanquam ventorum C malorum, In illis tamen vẽtis & fluctibus naufragium castitas non fecit, quia Dominus gubernauit. Clamatum est, ventum est, processum est. Peruenit causa ad iudicium: Domus Susannæ crediderat contra dominam senioribus falsis, & quamuis anteacta illæsa & immaculata vita idoneum videretur pudicitiæ testimonium perhibere illęsum, irreligiosum videbatur senioribus non credere. Nullus talis sermo vnquam sonuerat de Susanna. Illi ergo falsi testes, sed noti Deo. Aliud credebat domus, aliud videbat Dominus: Sed quod videbat Dominus, homines nesciebant, senioribus credi videbatur. Ergo moriendum erat: sed si caro moreretur, castitas coronaretur, Affuit Dominus precanti, exaudiuit, quam nouerat, nõ deseruit ne moreretur, cui subuenit ne adulteraretur. Excitauit Do-
Forte addẽ, nequitia, vel fraus, vel quid simile. minus Spiritum Sanctum Danieli adhuc nouello ætate, sed robusto pietate: quia ergo erat in eo, ppheticus D Spiritus, continuò* nequissimorum seniorum videndum erat quomodo cæteris mõstraretur. Falsi, inquit, testes sunt, redite in iudicium. Sed quod falsi essent, ille nouerat, cui propheticus Spiritus reuelauerat, docendi erant, qui nesciebant. Ergo si Iudices docendi, testes procul dubio conuincendi. Conuincens ergo eos intendens falsitatem testimonij, quam ipse iã nouerat, iussit eos ab inuicem separari. Interrogauit singulos, vnam enim concupiscentiam habere ambo potuerunt, sed vnum consilium meditari non potuerunt. Interrogatus est vnus sub quam arborem comprehẽdisset adulteros, respondit, sub lentisco. Interrogatus est alius, respondit, sub ilice, dissonantia testimoniorum patefecit veritatem, liberauit castitatem, & casti-

A tas quidem, fratres, sicut iam dixi, liberaretur & coronaretur, etiam si caro quandoque moritura, illo iudicio moreretur. Morituri enim sumus omnes. Nec agit quisquam qui cupit euadere, vt mortem auferat, sed
For. differat. vt* offerat debitum. Hoc omnis tenet, hoc omnes reddituri sumus, quod de Adam traximus, & quod
Scriptura vel videtur aduitere, Vt legatur. hui* debite Videtur de fiderari nõ mori nolumus ab exactore* eiusdem vitæ non securitas datur, sed dilatio postulatur. Susanna ergo religiosa mulier, & pudica coniux erat vtique quandoque moritura, & ipsum quandoque si tunc esset, pudicitiæ * obesset. Caro conderetur sepulchro, castitas redderetur Deo, coronaretur à Deo. Putatis enim fratres, tanquam ad magnum meritum pertinere, si falsi testes non præualeant aduersus innocentem? Non est magnum meritum, si non præualeat falsum testimonium aduersus innocentem. Magnum meritum esset, si aduersus Dominum non præualuisset. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus per linguas falsorum testium est crucifixus: Sed ipsi quidem falsi testes ad horam præualuerunt, resurrecturo quid nocuerunt? Exẽplo itaque suo Dominus Deus noster in carne sua, in infirmitate sua, & in forma serui, quam suscepit ad liberandum seruum, ad quęrendum fugitiuum, ad redimendum captiuum, soluendum vinctum faciendo de seruo fratrem, ad hoc veniens in forma serui demonstrauit seruo exemplum, ne falsos testes perhorrescat, & cùm creduntur, non timeant. Possunt enim facere malam famam, sed non possunt interficere conscien-
Daniel. 3. tiam puram. Liberati sunt tres viri de camino ignis ardentis, ad fuit Deus eorũ, deambulauerunt inter ignes innoxios, circum ardentes & non vrentes, & in ipsa deambulatione laudes dixerunt Deo, & illæsi sicut missi fuerant, euaserunt. Adfuit ergo Deus eorum. Nunquid defuit Deus Machabæorum? Illi euaserunt illi arserunt, vtrique tentati, hi carne cõsumpti, hi carne illæsi, vtrique coronati, vt euaderent flammas tres viri, Nabuchodonosor præstitum est, vt crederet in Deum eorum. Nam qui eos potuit in manifesto liberare, potuit & in occulto coronare. Sed si illos occultò coronasset, regem, qui sæuierat, non liberasset. Salus corporis illorum, salus animæ facta est illius. Illi Deum laudando euaserunt sed præsentes ignes. Ille credendo in Deum, euasit, sed æternas gehennas. Plus ergo illi quàm illis præstitum est. Antiochus autem 2. Mac. 9. non erat dignus, cui talia pręstarentur, à quo Macchabæi torquebantur, ideo illis igne, tormentisque consumptis, exultauit. Sed qui se exaltat, humiliabitur. Matth. 8. Qui ergo liberauit Susannam mulierem castam, coniugem fidam à falso testimonio seniorum, ipse liberauit virginem Mariam à falsa suspicione mariti sui. In- Matth. 1. uenta est ergo virgo illa pregnãs, ad quam vir non accesserat, vterus quidem fœtu intumuerat, sed virginalis integritas manserat, seminatorem fidei fidem conceperat, Deum in suum corpus assumpserat, qui corpus violari non permiserat, meritò tamen tanquam homini venit in suspicionem. Aliunde esse credebat, quod de se esse nesciebat, & ipsum aliũde adulterũ suspicabatur. Ab angelo corrigitur. Quare dignus fuit ab angelo corrigi? quia non in illo erat maliuola su- 1. Thim. 6. spicio. Quales apostolus dicit maliuolas suspiciones nasci inter fratres. Maliuolæ suspiciones sunt calumniantium; beniuolæ suspiciones sunt gubernantium licet de filio malè suspicari, sed de filio non licet calumniari: suspicaris malum, sed optas inuenire bonũ. Qui maliuolè non suspicatur, vinci cupit. Tunc enim benè lætatur, quando falsum inuentum fuerit, quod malè suspicabatur. Sic erat & Ioseph circa coniugem suam cui corpore non erat mixtus, sed tamen iam fide

fuerat copulatus. Venit ergo & virgo in falsam suspicionem, sed sicut pro Susanna adfuit in Daniele Dominus, sic pro Maria adfuit Ioseph angelus. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim de ea nascitur, de spiritu sancto est. Ablata suspicio est, quia inuenta redemptio est. Gaudebant paulò antè coniugatæ ad Susannam, gaudeant virgines ad Mariam. Vtræque teneant castitatem, ergo illæ coniugalem, illæ virginalem, Vtraque enim castitas habet apud Deum meritum, & si virginalis maior est, coniugalis minor, tamen vtraque grata est Deo, quia donum est Dei. Ad vitam æternam omnes perueniunt, sed in vitam æternam non omnes eundem honorem, eandem dignitatem, idem meritum comparant, sic erit vita æterna & regnum Dei, quomodo similitudinis causa quod dicimus cœlum in cœlo sunt omnia sydera. Sic & in regno Dei omnes erunt boni fideles. Vita æterna par erit omnibus. Non enim ibi alius plus viuit, alius minus, quando omnes sine fine victuri sumus. Ipse est denarius, quem accepturi sunt operarij, siue qui vineam laborauerunt, siue qui ad horam vndecimam venerunt. Denarius ille vita æterna est, quæ omnibus par est. Sed intuemini cœlum, recordamini apostolum, alia corpora cœlestia, & alia terrestria. Alia gloria solis, & alia gloria Lunæ, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria, Sic & resurrectio mortuorum. Ergo vnusquisque fratres mei, pro dono quod accepit, certet in hoc seculo vt gaudeat de futuro. Coniugatus es? inferior vita est, inferiùs præmium spera, æternum tamen regnum non desperatur. Præcepta tibi coniugalia retinenda sunt. Quid enim quia vxorem habes, non te debes agnoscere peregrinari in hoc mundo moriturum? non te debes cogitare exiturum de lecto voluptatis & vide quo vtcumque pergat, ad tormentum calamitatis an ad premium æternitatis. Cogita ergo, serua quod accepisti, perduc sarcinam tuam, quia leuis est, si diligis, grauis, si odisti. Non enim frustrà Dominus ait, aut verè cùm hoc ait, solis continentibus loquebatur. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, non carnibus vestris, sed animabus vestris: Iugum enim meum leue est, & sarcina mea leuis est, leuis amanti, grauis neganti. Iugum Domini ceruice sumpsisti, leue est, si benè conaris, asperum, si reluctaris. Circunstant tentationes coniugalem vitam, Nunquid enim ista Susanna ideo tentata est in ipsa pudicitia, quia marito erat coniuncta? Nunquid hæ solæ in hac parte tentantur, quæ viris copulantur? Ecce Susanna vxor aliena erat, maritum habebat, tamen tentata est, fluctuauit in tempestate. Angustiæ, inquit, mihi sunt vndique, falsis enim testibus timuit mori, sed à Deo iudice vero timuit penitus mori. A falsis enim testibus ad tempus moreretur, à iudice Deo in æternum puniretur, Appendit, elegit, prius timuit, & appendit, Appendit & elegit, elegit & vicit, Docuit fœminas coniugatas religiosas tentatori resistere, docuit pugnare, docuit laborare, docuit adiutorium implorare, docuit sed de fœmina tentata scriptura testis est. Nunquid viros deseruit? nunquid eis exemplum imitationis deesse permisit? Intuebamur Susannam tentatam à viris concupiscentibus eius corruptionem, intuebamur certantem. Lectio illa theatrum nostri cordis erat, athleram Dei pudicum spiritum expectabamus, certantem aduersarium videbamus, de victo cum victrice triumphemus, habent ædificium suum religiosæ coniuges, habent quod imitentur, Deo debeant, quod seruant non homini, tunc enim seruant, si Deo debeant, tunc seruant, si illi debeant, qui videt, quod seruant, quod etiam maritus non videt. Sæpè enim absens est maritus, semper est præsens Deus, & aliquando, quia homo est maritus, suspicatur falsum, tunc oret mulier pro marito suo suspicante falsum. Oret, vt ille saluetur, non vt ille damnetur. Falsa enim viri suspicio non claudit oculos Dei. Illius conscientia nuda est coram illo, qui creat eam, Ipse enim ad tempus oppressam liberat in æternum. Sed oret pro marito, & det operam non solum habere bonam vitam, sed etiam illæsam famam. Bonam enim vitam ipsa pudicitia liberat, ne damnetur bona verò fama alios liberat, ne falsum suspicando labantur, & fortè in peccatum decidant, dum quod non vident iudicant, sicuti Ecce isti ceciderunt, & Daniel sanctus, immò, per Danielem Dominus magis illos Iudices quàm Susannam ab interiore morte liberauit. Liberauit enim illam, ne ad tempus damnaretur, liberauit autem illos, ne malè iudicando & innocentem damnando in æternum supplicium caderent, eius iudicis, quem nemo potest corrũpere, à quo nemo potest se abscondere. Dicebam ergo de viris, quia nec ipsi sine exemplo, dimissi sunt, viri casti, viri timentes Deum, viri quibus sufficiant coniuges suæ, viri qui non violatis, quod vobis violari non vultis, viri qui fidem, quã exegistis, reddidistis. Expectato & vos mecum morantes quod expectabant vxores vestræ, lectore recitante. Nec vos sine exemplo scriptura diuina dimisit, Illæ Susannam audiebant, & in ea vincendo gaudebant. Vos Ioseph attendite, non illum Ioseph, cui desponsata fuerat virgo Maria, quæ peperit Christum, nam ille suspicione tentatus est, & ab angelo mox sanatus est. Alium Ioseph sancta scriptura testatur, quem tentauit impudica, amauit pulchrum non casta & peruersa mente, vbi oculos non habebat, vbi videretur spiritalis & inuisibilis pulchritudo: quem amabat pulchrum, nobilem castum. Amauit alienum, amauit seruum viri sui. Sed fidem seruantem Domino suo amauit. An putas amauit illum, an potius se nec illum? Si amabat, quare perdere volebat? Ecce probaui quia non amabat; veneno libidinis ardebat, non flamma caritatis lucebat. Sed ille nouerat videre, quod illa non nouerat. Pulchrior erat intus quàm foris, pulchrior in cordis luce, quàm in carnis cute, quo illius fœminæ oculi non penetrabant, ibi ipse sua pulchritudine fruebatur. Intuens ergo interiorem pulchritudinem castitatis, quando illum maculari, quando violari illius fœminæ tentatione permitteret? Amabat illa, sed amabat & ille, & plus erat quod amabat ille, quàm quod amabat illa, quia videbat ille, quod non videbat illa. Si vis videre quomodocunque spiritalem pulchritudinem pudicitiæ, si habes ad illam qualescunque oculos, exempli gratia aliquid tibi propono. Ipsam amas in coniugem tuam, noli odisse in alienam, quod amas in tuam. Quidnam amas in tuam? Castitatem: hanc odis in alienam, quem amas in tuam. Hoc odis in alienam, cum qua concumbendo eius vis perdere castitatem, Quod amas in tuam, hoc vis interficere in alienam? Quod amas in tuam, hoc vis perdere in alienam? Quomodo habebis * rationem pietatis, homicida castitatis? Serua ergo in alienam, quod seruari cupis in tuam, ipsam castitatem potius dilige. Sed fortè existimas te amatorem esse carnis vxoris tuæ, non castitatis.

Matth. 1.

Matth. 20.

1. Cor. 15.

Matth. 11.

Matth. 1.

Sordida

For. ratione nem.

Sordida quidem cogitatio, sed non te dimitto sine exemplo. Ego enim puto quod castitatem plus ames in coniugem tuam quàm carnem. Sed vt te absolutissimè ostendam amatorem castitatis, hanc amas in filiã. Quis hominum est, qui non filias suas castas velit? quis hominum, qui non filiarum suarum congaudeat castitati? Nunquid & ibi carnem amas, nunquid concupiscis corpus pulchrum, vbi exhorres incastum? Ecce probaui te amatorem castitatis. Si ergo amatorem castitatis ostendi te, quid te offendisti, vt non illam ames in te? Ecce habes compendium, ama in te, quod amas in filiam: ama hoc in vxorem alienam, quia & filia tua vxor erit aliena. Ama ergo & in te castitatem. Si vxorem alienam amaueris, non continuò habebis, si castitatem amaueris, mox habebis. Ama ergo castitatem vt habeas æternam fœlicitatem. Sed fortè tentaberis, amabit te mulier impudica, inueniet te in solitudinem, conabitur extorquere complexum, si renueris, minabitur infamando supplicium. Hoc seniores falsi Susannæ fecerunt, hoc vxor Domini sui fecit sancto Ioseph. sed attendite illum quem attendit & Susanna & Ioseph. Non quia nullus testis, est Deus ibi, non eius oculos voluit offendere Ioseph; oculos Domini sui præsentis. Noluit impudicæ mulieri ad concubitum illicitum consentire. Repulit concupiscentiam alienam, amplexus est pudicitiam suam, fecit tamen illa, quod minata est, mentita est viro, credita est à suo marito, adhuc patiens Deus, sed Ioseph in carcerem custoditur tanquam reus, à quo non est offensus Deus, sed nec ibi defuit Deus, quia ille non erat reus. Adfuit Dominus Ioseph patienter, quod non citò subuenit, ad maiora præmia distulit. Lætificauit meritò: quem exercuit supplicio. Debuit enim sanctus ipse Ioseph pro ipsa pudicitia aliquid etiam durum pati, hoc est, amarum. Si ipsam impudicam mulierem forsitan amaret, pro illa paratus esset, dura perpeti & illa amorem suum erga se non probaret, nisi propter illa talia molesta vel dura expectaret, & caritati, immo non caritati sed malæ cupiditati redderet vicem. Exardescereret illa in illum vicissim, quia videbat eum tanto amori suo inardescere, vt propterea non recusaret quæcunque supplicia tolerare. Si hoc pro impudica, quantò magis pro ipsa pudicitia? Benè ergo aliquando Deus differt adiutorium suum, vt probet hominem, vt exerceat hominem, vt ipse sibi homo innotescat. Nam Deum nihil latet. Hoc ergo monuerim caritatem vestram, fratres, vt ante omnia concupiscentiis carnalibus & gaudiis secularibus & vanæ pompæ & volaticæ, vaporique vitæ huius præsentis, præponatis decus & pulchritudinem sapientiæ, præponatis dulcedinem, suauitatemque sapientiæ, præponatis decus pudicitiæ, pulchritudinem castitatis. Hæc omnia abscondita sunt in thesauro cælesti, nudæ coram oculis Dei gemmæ sunt istæ prætiosæ: multum lucent, si oculos habetis, videtis. Diuersis ergo & illicitis delectationibus ista præponite, & si tentatio vsque accesserit, vt etiam molestiam patiamini fratres mei, quis non patiatur propter sacculum suum, quis non patiatur pro agro suo? pro vno lapide limitis agri sui? Si pro his rebus patiamini, quas non habetis in potestate, quandiu vultis retinere, & quibus vultis, dimittere, sed sæpè amittuntur, cùm viuimus, sæpè post mortem nostram ab eis, quos odimus, possidentur, si pro his bonis, (si tamen dicenda sunt bona, quæ non faciunt bonos) tanta mala homines æquo animo patiuntur, pro fide quare pigri sunt, pro thesauro cælesti quare timidi sunt? * pro illis diuitiis, quas nec naufragia nobis possunt auferre, (Iustus enim naufragus euadit diues & nudus) his diuitiis plenus erat sanctus Iob, omnia vno ictu perierant, nihil in domo eius remanserat, quibus paulò ante opulentus videbatur, subitò mendicus, in stercore à capite vsque ad pedes vermibus scatens. Quid ista miseria miserius? quid interiore fœlicitate fœlicius? perdiderat omnia illa, quæ dederat Deus, sed habebat ipsum, qui dederat omnia, Deum. Nudus, inquit, exiui de vtero matris meæ, nudus reuertar in terram, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Certè pauper est, certè nihil habet. Si nihil remanet, de quo thesauro gemmæ istæ laudes Dei proferebantur, posteà vsque ad carnem, tentator accessit, omnibus sublatis tentatricem mulierem reliquit. Euam dimisit, sed Adam ille non fuit, & ibi qualis inuentus est? Quomodo respondit vxori blasphemiam suggerenti? loquuta es, inquit, tanquam vna ea insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu Domini, mala cur non toleramus? O virum putrem & integrum! ô fœdum & pulchrum! ô vulneratum & sanum! ô in stercore sedentem, & in cœlo regnantem! Si amamus, imitemur, vt imitemur, laboremus, & si in labore subdeficimus, adiutorium imploremus. Adiuuat certantem qui certamen indixit. Non enim sic te Deus * expectat certantem, vt populus aurigam, clamare nouit, adiuuare non nouit. Non sicte Deus expectat certantem vt agonista expectat athletam, coronam fœneam parat, vires subministrare laboranti non nouit. Nec enim potest, homo enim est, non Deus, & fortè dum expectat plus laborat sedendo quàm ille luctando. Nam Deus quando expectat certatores suos aduocat eos inuocatus, nam cius athletæ vox est in psalmo. Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adiuuabat me. Non ergo simus pigri, fratres mei, petamus, quæramus, pulsemus. Omnis enim qui petit, accipit, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur.

Desit suspicasse quare non sunt fœlicitè vel similè quid piam. Iob. 1.

Iob. 2.

Sepe ita loquitur ex spectare pro spectare.

Psal. 95.

Matth. 7.

Sermo D. August. in illud Euang. Ioannis, Vsque nunc nihil petiisti in nomine meo. 3.

SANCTVM Euãgelium cùm legeretur, audiuimus quomodo verè debeat omnem intentam animam se mouere ad quærendum, non ad deficiendum. Qui enim non mouetur, nec mutatur. Sed est motus periculosus, de quo scriptum est, Ne des ad mouendum pedes meos, motus autem malus est, quærentis, pulsantis, petentis. Quod ergo lectum est omnes audiuimus. Sed puto quia non omnes intelleximus, Commemorat quod mecum quæratis, mecum petatis, pro quo accipiendo mecum pulsetis. Aderit enim, sicut speramus, gratia Domini, vt, cùm volo vobis ministrare & ego merear accipere. Quid est, obsecro vos, quod Dominum dixisse modò audiuimus discipulis suis? Vsque nunc nihil petistis in nomine meo. Nónne illis discipulis loquitur, quos cùm misisset, data potestate ad prædicandum Euangelium & magnalia facienda, reuersi gaudentes & dixerunt ei. Domine ecce in nomine tuo & dæmonia nobis subiecta sunt. Recognoscitis, recolitis, quod de Euangelio commemorauimus, omni loco & omnis sententia verè dico nusquam falso, nusquam fallente, quomodo ergo verum est, Vsque modò nihil petistis in nomine meo? Et, Domine ecce in nomine tuo, & dæmonia nobis subiecta sunt. Mouet certè animum, ad cogno-

Psal. 65.

Ioan. 14.

Matth. 7.

secundum quæstionis huius secretum. Ergo peta-
mus, quæramus, pulsemus. Hoc in nobis fidelis
pietas non carnis inquietudo sed animi subiectio vt
Matth. 7. ille vobis aperiat, qui vos videt pulsantes, quid er-
go det Dominus ministrandum vobis? Intenti, hoc
est, esurientes accipite quod cùm dixero, sine dubio
probabitis sanis faucibus cordis quod de cellario do-
minico vobis apponatur. Dominus Iesus sciebat vn-
de posset anima humana hoc est mens rationalis ad
imaginem Dei facta satiari, tanquam ipsa eo ipso sa-
tietur. Nouerat hoc, & illam ea plenitudine adhuc
carere sciebat, nouerat se apparere, nouerat se late-
re. Sciebat quid in illo demonstraretur, quid ab-
Psal. 30. sconderetur. Nouerat hoc. Quam multa, inquit
psalmus, multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam
abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus
in te: dulcedinem tuam & magnam & multam
abscondisti timentibus te. Si timentibus te abscondis,
quibus aperis? Perfecisti sperantibus in te; quæ-
stio gehenna nata est, sed alterutra soluitur ex alterna
alterum si quis inquirat, quid est hoc, abscondisti ti-
mentibus te? perfecisti sperantibus in te? Alij timent,
alij sperant, non ij ipsi sunt timentes Deum, sperantes
in Deum. Quis in eum sperat, qui non eum timet?
Quis eum piè timet? & in eum spem non habet? Er-
go prius ista soluatur. De sperantibus & timentibus
volo aliquid dicere, Lex timorem habet, gratia spem.
Quid autem interest inter legem & gratiam, quando-
quidem vnus dator & legis & gratiæ? Lex terret de
seipso præsumentem, gratia iuuat in Deum sperantem.
Lex, inquam, terret, & nolite contemnere,
quia breue est, appendite & magnum est, videte quid
dixerim, sumite quod ministramus, probate vnde su-
mamus. Lex terret de seipso præsumentem, gratia
adiuuat in Deo sperantem? quid dicit lex? multa, &
quis enumerat? vnum præceptum paruum & modi-
C cum inde commemoro quod memorauit apostolus,
valde paruum. Videamus qui supportat. Non con-
Exod. 20. cupisces. Quid est fratres? Audiuimus legem, si gra-
tia non sit, pœnam tuam audisti. Quid mihi iactas in-
quis audiens hoc de te præsumis? quid mihi iactas in-
nocentiam? quid tibi de illa blandiris? Potes dicere,
Non rapui res alienas, audio, credo, fortassis & video,
non rapis res alienas, non concupisces, audisti. Non
accedo ad vxorem alienam, & hoc audio, credo, vi-
deo. Non concupisces audisti. Quid te foris circum
inspicis, & non intus inspicis? Inspice & videbis aliam
Rom. 7. legem in membris tuis, intus inspice, quid transis te?
descende in te. Videbis aliam legem in membris tuis
repugnantem legi mentis tuæ, & captiuantem te in
lege peccati quæ est in membris tuis. Meritò tibi ab-
sconditur, dulcedo Dei. Captiuat te lex posita in mẽ-
bris tuis, repugnans legi mentis tuæ. Dulcedine illa
quæ tibi absconditur, sancti angeli bibunt, non po-
tes dulcedinem pati & gustare captiuus. Concupi-
scentiam nesciebas, nisi lex diceret, Non concupi-
Rom. 7. sces, Audisti, timuisti, tentasti pugnare, non potuisti su-
perare. Occasione enim accepta peccatum per man-
datum, operatum est mortem. Certè recognoscitis,
Apostoli verba sunt, Occasione accepta peccatum per
mandatum operatum est in te omnem concupiscen-
tiam. Quid te iactabas superbus? Ecce armis tuis te
vicit inimicus. Tu certè mandatum quærebas admo-
nitionem. Ecce per mandatum inuenit hostis intran-
di occasionem. Occasione enim accepta peccatum
per mandatum, fefellit, inquit, me & per eum occidit.
Rom. 7. Quid est quod dixi? armis tuis te vicit inimicus. Au-
di eundem apostolum sequentem & dicentem, Ita-

A que lex quidem sancta & mandatum sanctum & iu-
stum, & bonum. Iam respondes reprehẽsoribus legis,
apostoli auctoritatem. Respondè, mãdatum sanctum,
lex sancta, mandatum, iustum & bonum. Quod ergo
bonum est, mihi factum est mors, absit, sed peccatum
vt appareat, per bonum mihi operatum est mortem.
Quare hoc nisi quia mandato accepto timuisti? non
dilexisti, timuisti pœnam, non amasti iustitiam? Qui
timet pœnam, optat si fieri potest, facere quod libeat,
& non habere quod timeat. Prohibet Deus adulte- Exod. 20.
rium, concupisti vxorem alienam, non accedes, non
facis, occasio data est, habes tempus, patet locus, deest
conscius, tu tamen non facis, vnde? quia times pœ-
nam, sed, nullus sciet. Nunquid nec Deus? Ita planè
quia scit Deus, quod facturus es. Non facis sed &
ipsum Deum minantem tremis, non præcipientem
diligis. Quare non facis? quia si feceris, in gehennam
B mitteris, Ignem times. O si castitatem amares, non
faceres, & si omnimodo impunitus excederes, si ti-
bi Deus diceret Ecce fac non te damnabo in gehen-
nam, te non damnabo, sed faciem meam tibi nega-
bo. Si præpter hanc comminationem non faceres,
amores Dei non faceres timore iudicij, sed faceres,
fortè enim sic faceres. Non enim meum est iudicare.
Aut vacat gratia, quæ sanctos facit, si sic non facis,
quia horres contaminationem adulterij, quia diligis
præceptorem, vt exigas promissorem, non quia ti-
mes damnatorem. Iam gratiæ est, hoc tibi noli assu-
mere auribus tuis, noli tribuere, delectatione facis,
benè, caritate facis, bene, annuo, consentio. Cari-
tas de te operatur, quando volens facis. Iam gustas
dulcedinem, si speras in Dominum. Sed vnde tibi
ista caritas, si tamen est. Timeo enim ne adhuc ti-
mendo non facias, & magnus tibi videaris. Iam si
caritate non facis, verè magnus es, habes caritatem?
C habeo, inquis. Vnde? à me ipso. Longe es à dulce-
dine, si à te ipso habes? teipsum amabis, quia vnde
habes amabis. Sed conuinco non habes, quod enim
putas à te ipso habere rẽ tantam, inde non credo quod
habeas. Si enim haberes, scires vnde haberes. Carita-
tem à te habes, quasi leue aliquid, quasi breue aliquid. 1. Cor. 13.
Si linguis hominum loquereris & angelorum, carita-
tem autem non haberes, æramentum esse tinniens &
cymbalum concrepans. Si scires omnia sacramenta
& omnem haberes scientiam, omnem prophetiam
& omnem fidem, ita vt montes transferres, caritatem
autem non haberes, prodesse tibi ista non possent. Si
distribueres omnia tua pauperibus & traderes corpus
tuum vt arderes, caritatem autem non haberes, ni-
hil esses: Quanta est ista caritas, quæ si defuerit, nihil
prosunt omnia? Compara eam non fidei tuæ, non
scientiæ tuæ, non linguæ tuæ, minoribus rebus, oculo
D corporis tui, manui, pedi, ventri, alicui membro ex-
tremo compara caritatem, nunquid ex aliqua parte
ista minima caritati sunt comparanda? Ergo ocu-
lum & nasum à Deo habes, & caritatem à te habes.
Si caritatem, quæ superat omnia, tu tibi dedisti, vi-
lem tibi Deum fecisti, quid tibi plus potest dare Deus?
quicquid dederit, minus est. Omnia caritas vincit
quam tu tibi dedisti, sed si habes, non tibi dedisti,
1. Cor. 4. quid enim habes, quod non accepisti? quis mihi,
quis tibi dedit? Deus. Agnosce datorem, ne sentias
damnatorem. Credendo de scripturis Deus tibi de-
dit caritatem magnum bonum, caritatem omnia sup-
perantem, Deus tibi dedit, quia caritas Dei diffusa Rom. 5.
est in cordibus nostris, fortè à te absit, per Spiritum
Sanctum, qui datus est nobis. Redite mecum ad
captiuum illum, redite mecum ad propositionem

mecum. Lex terret de se præsumentem, gratia adiuuat
Rom. 7. in Deo sperantem. Vide enim illum captiuum. Videt A
aliam legem in membris suis repugnantem legi men-
tis suæ & captiuum se ducentem in lege peccati; qui
est in membris eius, Ecce vincitur, ecce trahitur, ec-
ce captiuatur, Ecce subiugatur. Quid ei profuit, non
concupisces? Audiuit, non concupisces, vt nos &
hostem, non vt vinceret. Concupiscentiam enim
Rom. 7. (id est hostem) suam nesciebat, nisi lex diceret; Non
concupisces. Iam vidisti hostem, pugna, libera te,
asserete in libertatem, prematur, iocunda suggestio,
perimatur illicita delectatio. Armare, habes legem,
procede, vince, si potes. Quid enim est quod ex ali-
quantula iam gratia Dei condelectaris? legi Dei se-
cundum interiorem hominem, sed vides aliam le-
gem in membris tuis repugnantem legi mentis tuæ,
non repugnantem & nihil valentem sed captiuum te
ducentem in lege peccati. Ecce vnde timenti tibi B
absconditur multitudo illa dulcedinis, absconditur
Psal. 30. timenti, quomodo perficitur speranti? Clama sub
hoste, quia habes oppugnatorem, habes & adiuto-
rem qui te expectat pugnantem, subleuat laboran-
tem, sed si inueniat sperantem, odiet enim superbien-
tem. Sub hoste ergo quid clamas? Miser ego homo.
Iam videtis quoniam clamastis. Sit iste clamor ve-
ster quando fortè sub hoste laboratis, dicite in inti-
mis præcordiis, dicite sana fide dicite, Miser ego ho-
mo, miser ego, ideo miser quia ego, Miser ego ho-
mo, & quia ego & quia homo. Vanè enim contur-
Psal. 38. batur. Quamuis enim in imaginem perambulet ho-
mo, miser ego homo, quis me liberabit de corpore
Rom. 7. mortis huius? Nunquid tu? Vbi sunt vires tuæ, vbi
est præsumptio tua? Certè aliqua taces, taces sed ta-
ces & extollendo non à Deo inuocando, tace & cla-
ma quia & ipse Deus tacet & clamat, tacet à iudicio,
non tacet à præcepto, sic & tu tace ab elatione, noli ab
inuocatione, ne dicat tibi Deus. Tacui, nunquid sem-
per tacebo? Exclama ergo. Miser ego homo. Aguosce
te victum, vires tuas confunde, & dic miser ego ho-
mo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Quid
dixeram? Lex terret de se præsumentem. Ecce homo
de se præsumebat, tentauit pugnare, non potuit supe-
rare, victus est, prostratus est, subiugatus est, captiua-
tus est. Didicit de Deo præsumere & quem lex terruit
de se præsumentem, restat vt gratia adiuuet in Deo
sperantem. Hoc confidens dicit. Quis me liberabit de
corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Chri-
stum Dominum nostrum. Iam vide dulcedinem, gu-
Psal. 33. sta, sapiat tibi, audi psalmum gustate & videte quo-
niam suauis est Dominus, factus est tibi suauis, quia
liberauit te, amarus tibi fuisti cum præsumeres in te.
Bibe dulcedinem, accipe pignus tanti horrei. Disci-
puli ergo Domini Iesu Christi adhuc sub lege mundi
D lectet imitari. Non enim & ipsi quod fortes extiterũt,
adhuc nutriendi, adhuc corrigendi, adhuc dirigen-
di. Adhuc enim concupiscebant, Cùm lex dicat, non
Exod. 20. concupisces, pace dixerim eorum sanctorum arie-
tum, ducum gregis, pace eorum dixerim, quia verum
Luc. 22. dico. Euangelium loquitur. Contendebant quis es-
set eorum maior, & adhuc in terra Domino consti-
tuto. Principatus dissensione fluctuabant? hoc vn-
de nisi ex fermento vetere? hoc vnde nisi ex lege in
membris, repugnante legi mentis? fastigium quæ-
rebant, Enimuero cupiebant, quis maior esset cogita-
Matth. 18. bant, ideo altitudo eorum de puero cõfunditur. Vo-
cat ad se Iesus humilem ætatem, vt domet timidam
cupiditatem. Meritò ergo & quando redierunt, & di-
xerunt. Domine ecce dæmonia subiecta sunt nobis
in nomine tuo, gaudebant de nihilo; quantum erat,

quid erat, ad illud quod Deus promittebat. Domi-
nus ergo magister bonus sedans timorem ædificans
firmitatẽ, ait illis. Nolite in hoc gaudere, quia dæmo-
nia vobis subiecta sunt, quare hoc? quia multi veniunt Matth. 7.
in nomine meo dicentes, Ecce in nomine tuo dæmo-
nia eiecimus, & dicam eis. Non noui vos. Nolite in
hoc gaudere, sed gaudete quia nomina vestra scripta Luc. 10.
sunt in cœlis, adhuc ibi esse non potestis, & tamen iam
ibi scripti estis gaudete ergo, Et illud, Adhuc nihil
potestis in nomine meo. Quod enim petistis ad quod Ioan. 14.
volo dare, nihil est. Quid enim petistis in nomine meo,
vt dæmonia vobis subiecta essent, In hoc, gaudere no-
lite, hoc est, nihil est quod petistis si enim aliquid esset,
gaudere iuberet. Ergo non omnino nihil erat, sed quia
ad illam magnitudinem præmiorum Dei exiguum
erat. Non enim verè Paulus apostolus, nõ erat aliquid
& tamen in comparatione Dei, Neque qui plantat est 1. Cor. 3.
aliquid, neque qui rigat, & vobis dicimus, & nobis di-
cimus, & nobis & vobis dicimus, quando petimus in
nomine Christi temporalia ista. Certè enim petistis.
Nam qui non petat? alius sanitatem petit, si ægrotat;
alius liberationem petit, si in carcere constitutus est,
alius portum rogat, si in naui turbatur, alius victoriam
rogat, si cum hoste confligit, & in nomine Christi to-
tum rogat, & nihil est quod rogat. Quid ergo rogan-
dum est? Petite in nomine meo, & non dixit quid, sed
in verbis intelligimus quid petere debeamus. Petite
& accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Petite Ioan. 14.
& accipietis in nomine meo sed quid? non nihil, quid
autem vt gaudium vestrum sit plenum, id est, hoc
petite quod vobis sufficiat. Nam quando petis nihil.
Qui bibet de hac aqua sitiet iterum. Mittit in puteum
hydram cupiditatis, leuat, vnde bibat, vt iterum si-
tiat. Petite vt gaudium vestrum sit plenum, id est vt
satiemini, non vt ad tempus delectemini, Petite quod
C vobis sufficiat, dicite vocem Philippi, Domine o- Ioan. 14.
stende nobis patrem, & sufficit nobis dicit vobis Do-
minus. Tanto tempore vobiscum sum, & non co-
gnouistis me. Philippe qui me videt, videt & patrem.
Ergo gratias agite Christo pro vobis infirmantibus
& fauces satiandas parate Christi diuinitati, conuer-
si ad Dominum.

Sermo D. August. in Natali S. Casti, & Æmylij Martyrum. 4.

SANCTORVM martyrum nõ magna solum Set. 4.
sed etiam pia virtus. Ipsa est enim vtilis vir-
tus, immo ipsa est vera & sola dicenda virtus,
quæ nõ militat typo sed Deo. Admonet nos
caritati vestrę loqui ea, quę admonere ita solẽnia mar- For. admo-
tyrum celebrare, vt vestigia martyrum sequendo dẽ- neant.
lectet imitari. Non enim & ipsi quod fortes extiterũt,
de suo habuerunt. Non vsque ad illos fons ille mana-
uit. Qui dedit ipsis, potens est dare & nobis, quoniam
vnum pretium datum est pro omnibus nobis. Illud
ergo præcipuè commonendi estis, quod assiduè com-
moneri, & semper cogitare debetis, quod marty-
rem Dei non facit pœna sed causa, Iustitia enim no-
stra, non cruciatibus delectatur Deus. Nec quæri-
tur in omnipotentis veracisque iudicio, quid quis-
que patiatur, sed quare patiatur, Vt cruce Domini-
ca nos signemus, non fecit hoc Domini pœna sed
causa: nam si pœna hoc fecisset, hoc & latronum si- Esaiæ 53.
milis pœna valuisset, vnus locus erat trium crucifixo- Marc. 15.
rum, in medio Dominus, qui inter iniquos deputa-
tus est, duos latrones & huic atque inde posue-
runt, sed causam similem non habuerunt, lateribus

pendentes adiungebantur, sed longè separabantur, illos facinora sua, illum crucifixerunt nostra. veruntamen etiam in vno illorum satis apparuit, quantum valeret, non cruciatus pendentis, sed pietas confitentis. Acquisiuit latro in dolore, quod Petrus perdiderat in timore, scelus admisit, crucem ascendit, causam mutauit, paradisum comparauit. Meritò omnino causam mutare, qui non contempsit in Christo similitudinem pœnæ. Iudæi contempserunt miracula facientem, ille credidit in pendentem. Consortem crucis Deum agnouit, & in regnum cœlorũ latro violentus credendo vim fecit. Tunc in Christo latro credidit, quando fides apostolica trepidauit. Meritò audire meruit. Hodiè mecum eris in paradiso, hoc quidẽ sibi ipse non promiserat, magnæ quidem se misericordiæ commendabat, sed & sua merita cogitabat. Domine, inquit, memento mei, dum veneris in regnum tuum: Quousque veniret Dominus in regnum suum, in pœnis se futurum sperabat, & saltem in eius aductum per misericordiã in se fieri flagitabat: proinde se latro sua merita cogitans differebat, sed Dominus latroni quod desperauerat, offerebat, tanquam diceret. Tu petis vt meminerim tui, cùm venero in regnum meum. Amen
Luc. 23. Amẽ dico tibi, Hodiè mecum eris in paradiso. Agnosce cui te commendas quem credis venturum, antequam veniam, vbique sum: Ideo quãuis in inferna descensurus, habeo te hodie in paradiso, non alteri commendatum sed mecum. Ad homines enim mortales & ad ipsos mortuos descendit humilitas mea, de paradiso autem nunquam discedit diuinitas mea. Ita factæ sunt tres cruces, tres causæ: vnus latronum Christo insultabat, alter sua mala confessus Christi se misericordiæ commendabat. Et Crux Christi in medium non fuit supplicium sed tribunal, insultantem damnauit, credentem liberauit. Timete insultantes, gaudete credentes, hoc faciet in claritate, quod fecit in humilitate. Munera diuina de profundo Dei iudicio veniunt,
Rom. 11. mirari ea possumus, vestigare nõ possumus. Quis enim cognouit sensum Domini, & quàm inscrutabilia sunt iudicia eius? Sequens per ossa vestigia. Christi Petrus,
Luc. 22. cõturbatur & negat, Respicitur & plorat: fletus tergit, quos timor infecerat, non fuit illa Petri desertio sed eruditio. Amare quippe Dominum interrogatus in corde suo præsumpserat se pro eo etiam moriturum, viribus suis hoc tribuerat, nisi paulisper à regente desereretur, & non sibi demonstraretur. Ausus est dicere, Animam meam pro te ponam. Animã suam pro Christo præsumpserat se posituru, & se iactabat, pro quo nõdum posuerat. Liberatur denique cum timore, turbatus sicut Dominus prædixerat, ter negat Deum, pro quo se promiserat moriturum sicut scriptũ est, Respexit illum Dominus. At ille amare fleuit. Amara erat negationis recordatio, vt dulcis esset gratia redẽptionis, nisi desertus non negaret, nisi respectus non fleret. Odit Deus præsumptores de viribus suis, & tumorem istum in eis, quos diligit, tanquam medicus secat, secãdo quidem infert dolorem. Sed firmant postea sanitatem. Itaque surgens Dominus commendat Petro oues suas illi negatori sed negatori, quia præsũptori, posteà pastori, quia amatori. Nam quare interrogat amãtem, nisi vt compungat ter negantem. Proinde perfecit posteà Petrus gratia Dei, quod primò non potuit, fiducia sui. Nam posteà quam illi oues nõ Petri sed suas commendauit, vt non pasceret sibi sed Domino, annunciauit ei passionem futuram, quam primò perdi-
Ioan. 21. derat, quoniam perproperè festinabat. Cùm senior, inquit, factus fueris, alter te cinget & feret quò non vis. Hoc autem dixit significans qua morte glorificaturus erat Dominũ, factum est, peruenit Petrus ad passionem, quam ei promiserat saluator non potuit auferre tentator. Tale aliquid factum esse arbitror etiam in his martyribus sanctis Casto & Æmylio, quorum diẽ hodiè celebramus, forrasse & ipsi de suis viribus anteà præsumpserunt, & ideo defecerunt. Ostendit eis qui essent ipsi, qui ipse. Repressit præsumentes, & vocauit credentes, adiuuit pugnantes, coronauit vincentes. Denique iam de illis gaudebat inimicus in prima congressione, quando cesserunt doloribus, in suis eos partibus computabat, iam exultabat, iam suos habebat, sed quantum eis concessum est, Domino miserante alij martyres diabolum vicerunt tentantem, isti etiam triumphantem. Itaque fratres mei meminerimus quorum celebritatem hodiè celebramus. Nec velimus imitari, quod victi sunt, sed potius quod vicerunt, Ideo magnorum casus non latuerunt, vt timeant, qui de se præsumpserunt, vbique nobis humilitas magistri boni diligentissimè commendatur. Quandoquidem & salus nostra in Christo, humilitas Christi est. Nulla enim nostra salus esset, nisi Christus humilis pro nobis fieri dignatus esset. Meminerimus de nobis ipsis non esse præfidendum, Deo commendemus quod habemus. Ab illo impleamus quod minus habemus. Martyrum perfecta iustitia est, quoniam in ipsa passione perfecti sunt. Ideo pro illis in Ecclesia non oratur. Pro aliis fidelibus defunctis oratur, pro martyribus non oratur, tam enim perfecti exierunt, vt non sint suscepti nostri sed aduocati. Neque hoc in se sed in illo cui capiti perfecta membra cohæserunt. Ille est enim verè aduocatus vnus, qui interpel-
1. Ioan. 1. lat pro nobis. Sedens ad dexteram patris, sed aduocatus vnus sicut & pastor vnus. Nam oportet, inquit, me & eas oues adducere, quæ non sunt de hoc ouili
Ioan. 10. vt Christus pastor, Petrus non pastor. Immo & Petrus pastor & cæteri tales sine vlla dubitatione pastores. Nam si non pastor quomodo ei dicitur, pasce oues meas? Sed tamen verus pastor, qui pascit oues suas, Petro enũ dictũ est. Nõ, pasce oues tuas sed meas. Petrus ergo non in se sed in corpore pastoris est pastor. Nam si oues suas pasceret continuò fierent hœdi, quos pasceret. Contra hos enim quod Petro dicitur, Pasce oues meas, dicitur in canticis canticorum. Nisi Ioan. 21. cognoueris temetipsam, ô pulchra inter mulieres, cui dicitur, vtique agnoscimus, & in illa nos etiã audimus. Ioan. 21. Ecclesia quippe hoc audit à Christo, spõsa audit à spõso. Nisi cognoueris temetipsam ô pulchra inter mulie- Cantic. 6. res, exi, tu, quàm mala vox exi, à nobis inquit, exierũt, sed nõ erant ex nobis, huic tristi voci quod est exi cõtraria est in bono, illa vox gratulabilis intra in gaudiũ Dñi tui. Ergo nisi cognoueris temetipsam ô pulchra
D inter mulieres, ô catholica pulchra inter hæreses, nisi cognoueris temetipsam, ô pulchra inter mulieres exi tu, non enim ego te eiicio sed exi tu. A nobis enĩ exierunt, qui segregãt semetipsos animales spiritũ non habẽtes. Non enim dictũ est, Eiecti sunt, sed, exierũt, hoc & in primis peccantibus iustitia diuina seruauit, Tanquam enim iã pronos proprio pondere, dimisit eos de paradiso nõ exclusit, Nisi ergo cognoueris temetipsã, ô pulchra inter mulieres exi tu, nõ ego te eiicio, exi tu. Ego te in corpore meo volo sanari, tu putredinem tuã appetis amputari: Hoc illis dictũ est, qui præuidebãtur exituri, vt possint se agnoscere & cauere mãsuri. Quare enim & illi exierunt, nisi quia se non agnouerunt? Si enĩ agnoscerent, ibi viderent non suum, sed Dei esse quod darent. Ego do, Meum est quod do, & ideo sanctum est, qui ego do. Non te agnouisti, meritò existi. Noluisti enĩ audire dicẽtẽ. Nisi cognoueris temetipsã ô pul-

ô pulchra inter mulieres, pulchra enim aliquãdo eras, quando sponsi tui membris inhærebas. Noluisti ergo audire & appendere quid sit, nisi cognoueris temetipsam quia vtique fœdam te inuenit, quia de fœda pulchrã fecit, quia de nigra dealbauit. Quid enim habes quod non accepisti? Non ergo aduertis quemadmodum dictum sit, Nisi cognoueris temetipsam, exi tu: & Ioan. 21. putasti te pascere debere oues tuas, non quomodo dictum est Petro, pasce oues meas, sed vide quid tibi adiunxerit, qui tibi ista prædixit: exi tu in vestigiis gregũ, non gregis sed gregum. Nam ibi pascuntur oues Christi, vbi est vnus grex, & vnus pastor. Exi ergo tu in vestigiis gregum, diuisibilis diuisa, conscissa, exi tu in vestigiis gregum, & pasce hædos tuos, non sicut Petrus oues meas. Sed hædos tuos in tabernaculis pastorum, non in tabernaculo pastoris. Petrus intrat caritate, tu exis animositate: quia Petrus cognouit semetipsum, ideo se fecit de se præsumẽtem, & inuenire meruit adiuuantem. Ideo exis tu, ille oues meas tu hædos tuos. Ille in tabernaculo pastoris tu in tabernaculis pastorum. Quid ergò iactas pœnam tuam malam, quæ non habes causam bonam? Martyres itaque intus honoremus in tabernaculo pastoris, in membris pastoris habentis gratiam, non audaciam, pietatem nõ temeritatem, constantiam non pertinaciam, collectionem non diuisionem. Proinde si vultis martyres veros imitari,
Psal. 42. causam vobis eligite vt dicatis Domino. Iudica me Domine, & discerne causam meam à gente non sancta, discerne non pœnam meam. Nam habet hanc & gens non sancta, sed causam meam, quam non habet nisi gens sancta. Causam ergo vobis eligite, causam bonam & iustam tenete & in adiutorio Domini nullam pœnam timete. Conuersi ad Dominum

Tractatus D. August. in vigiliis Pentecostes.

5.

Ser. 5. INTER alia diuina eloquia quæ, cùm psalmus cantaretur, audiuimus, placet adiuuante Domino istam potissimum discutere & pertractare sentẽtiam, * quia dictum
For. qua. est. Emẽdauit me iustus in misericordia & arguet me,
Psal. 140. oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Nonnulli enim crediderunt oleum peccatoris, oleum
Psal. 115. esse hominis, quia omnis homo mendax. Oleum autẽ Christi, quia nullum habuit omnino peccatum, & si per peccatorem ministretur, non est oleum peccatoris. Cùm tres considerandi animo occurrant, à quo datur, cui datur, per quem datur. Non timeamus oleũ peccatoris, quia non intercipit medium minister beneficium largitoris, Certè enim solennitatem modò
Act. 2. celebramus aduentus spiritus sancti, nam die Pente-
D costes, qui dies iam cœpit, erant vno in loco centum viginti animæ, in quibus apostoli & mater Domini & alij vtriusque sexus orantes & expectantes promissum Christi, hoc est aduentum spiritus sancti. Nõ erat inanis spes expectantis, quia non erat fallax pollicitatio promittentis, quod expectabatur aduenit, & vasa mũda, à quibus susciperetur, inuenit: Visæ sunt illis lin-
Act. 2. guæ diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnum quẽque eorum & cœperunt loqui linguis, sicut spiritus dabat eis pronunciare. Vnusquisque homo linguis omnibus loquebatur, quia futura Ecclesia in omnib⁹ linguis prænunciabatur. Vnus homo signum erat vnitatis: Omnes linguæ in vno homine, omnes gentes in vnitate: Qui pleni erant, loquebantur: & qui inanes erãt
For. quidã. mirabantur, & * quidem reprehensibilius mirabantur & calumniabantur. Dicebant enim, hi ebrij sunt & musto pleni. Quàm stulta & calumniosa reprehensio, homo ebrius non alienam linguã discit, sed suam perdit. Veruntamen per ignorantes & calumniantes veritas loquebatur. Iã quippe illi pleni erant vino nouo, quia facti erant vtres noui. Sed vtres nouos vtres veteres mirabantur, & calumniando nec innouabantur, nec implebantur, sed repressa tandem calumnia, mox vbi sermocinantibus, rationemque reddentibus, & Christi gratia prædicantibus aures apostolis præbuẽrunt, audiendo compuncti sunt, compunctione mutati sunt, mutati crediderunt, credẽtes hoc quod in aliis mirabantur, accipere meruerunt. Deinde cœpit spiritus sanctus dari per ministeriũ Apostolorum, Illi ma- Act. 8.
nus imponebant, & ille veniebat. Sed hoc nõ erat hominum non sibi arroget minister plus quam quod vt minister. Alius est donator, ali⁹ ministrator, hoc quippe testatus est spiritus, ne homines sibi arrogarẽt quod
B Dei erat. Huic enim voluit Simon instari, qui existi- Act. 8.
mans hoc hominibus esse tribuendũ, pecuniam promisit Apostolis, & vt ad ipsius manus iinpositionem veniret spiritus sanctus. Gratiam non nouerat. Nam si gratiam agnosceret, gratis haberet, ideo quia voluit tentare spiritum, non meruit redimi abs spiritu. Quid es homo, quod te inflare vis? Sufficit tibi vt implearis, nõ vt insteris. Qui impletur, diues est, qui inflatur, inanis est, sed per homines, inquiunt, dabatur. Nunquid ideo erat hominum quod dabatur? Sed non poterat dari, inquiunt, nisi per homines sanctos, Nunquid in ipsos per homines venerat? Apostoli manus imponebant, & Spiritus sanctus veniebat. Quando ad ipsos venit, ipsis quis manus imposuit? accipite & tenete diuina exempla, sed eloquia Dei sunt scripturæ authoritas, fides verborum, veritas exemplorum. Totum legimus totum credamus. Per manus impositionem A-
C postolorum datus est multis Spiritus sanctus, sed per quos dabatur, acceperant: quando acceperant? quando in vno conclaui centum viginti homines erant, vnusquisque eorum orabat, nullus manum imponebat, orantibus superuenit, orantes impleuit, impletos ministros fecit, & per ipsos suum dedit. Adhuc audite: Philippus Euangelista qui prædicauit Euangelium in Samaria, vnus erat de Septem diaconis, nam in mynisterij necessitate duodecim Apostolis septẽ diacones additi erant. Ex quib⁹ erat vnus, vt dixi, Philippus, qui propter promptum prædicationis eloquium, euangelista propriè meruit appellari. Quãuis omnes hoc agerent, iste vt dixi in Samaria Euãgelium prædicauit, crediderũt multi in Samaria, credentes baptizati sunt. Vt autem manus imponeret Philippus, & eis manus imponendo, impetraret Spiritum sanctum inuocantem. Simon admiratus tantam gratiam Apostolorum
D pecuniam dare voluit, quasi illud, quod inuocabatur venale proponeretur, sed repulsus est, & tanta gratia indignus inuentus est. Acceperunt ergo illi Spiritum sanctum per manus Apostolorum, tunc ergo quasi Simon ille hominum esse putauerat donũ Dei ne apud infirmos hæc suspicio firmaretur, Postea Eunuchus quidam Caudacæ reginæ veniebat de Hierusalẽ, quo ierat vt oraret & sedens in curru legebat Esaiam pro- Sed in Actibus apost. habetur, ad manus impositionem Apostolorum. non Philippi datũ esse spiritũ sanctũ. Act. 8.
pheram. Tunc Spiritus sanctus ait Philippo, vt accederet ad currum, Ille qui in Samaria baptizauerat, & nemini manum imposuerat, & Apostolis nunciauerat, vt per illorum aduentum & manus impositionem ab eo baptizati Spiritum sanctum accipere mererentur, accedit ad currum, interrogat Eunuchum vtrum intelligeret, quod legebat, Respondit ille, posse se intelligere si habeat expositorem: rogat Philippum, vt currum ascenderet, ascendit sedet cum illo, inuenit eum legẽ

Esaiæ.53. tem in Esaya propheta quod de Christo fuerat pronunciatum sicut ouis ad immolandum ductus est, & cætera, quæ sunt eiusdem circunstantia lectionis, tunc interrogans vtrum de seipso propheta diceret an de alio, aperta occasionis ianua euangelizauit Christum ianuam salutis. Cùm hæc in itinere aguntur, ventum est ad aquã, & ait Eunuchus Philippo. Ecce aqua, quis me prohibet baptizari? ait Philippus, Si credis fieri potest, & ille Credo filiũ Dei esse Iesum: Descenderunt in
Act. 8. aquam, baptizauit eum Philippus, posteaquam ascenderũt ab aqua, venit super Eunuchũ Spiritus sanctus. Ecce Philippus ibi erat, qui in Samaria baptizauerat, & ad eos baptizatos Apostolos duxerat, baptizauit, nec manus imposuit, sed vt ostenderet spiritum non verum suspicatum esse Simonem, quod esset spiritus Dei, in hominem venit liberaliter & liberum fecit. Venit vt Deus, & impleuit, venit vt Domin' & redemit. Fortè aliquis dicat de contentiosis, quia Philippus nõ erat diaconus qui baptizauerat in Samaria, sed Apostolus erat, quia & inter Apostolos Philippus nominatur, qui propriè Euangelista apellatus est vnus de diaconibus septem, Sed suspicentur quod volunt, citò soluo quæstionem, Apostolus fuerit an diaconus, quod lectio tacuit, sit hoc incertum. Illud tamen scriptũ est, quia mox vt ascẽderet de aqua venit Spiritus sanctus super spadonem. Nemo ibi commemorat manus impositionem. Fortè & hoc parum est, dicit enim illi aliquis prorsus imposuit illi manum, sed hoc tacuit scriptura, Ergo quid dicis? hoc inquit, dico, quia in primos illos centum viginti reuera quia tũc primum veniebat Spiritus sanctus, sine impositione manus aduenit, ex illo autem iam in neminẽ venit, nisi fuisset manus imposita. Oblitus es Cornelium cẽturionem, lege diligenter, & intellige prudenter. Cornelius centurio sicut in eodem libro actuum Apostolorum legitur vbi
Act.10. etiam aduentus Spiritus sancti prædicatur. Ad centurionem Cornelium Angelus missus est, Nunciauit illi acceptas eleemosynas eius, exauditas orationes. Proinde eum debere mittere ad Petrum, qui habitaret in Ioppe in domo Simonis coriarij cumque arcessendũ. Tunc autẽ magna quæstio inter Iudæos & gentes versabatur id est, inter eos, qui de Iudæis & eos, qui de gẽtibus crediderant vtrum Euangelium ministrandum esset incircuncisis. Erat inde magna cunctatio, cùm mittitur Cornelius, Interim admonetur Petrus, agitur negotium regni cælorum, & hic & ibi ab illo, qui vbique est. Cum enim hæc apud Cornelium aguntur, interim & Petrus in Ioppe esuriuit, ascendit orare cùm ei refectio pararetur, orantis mens alienata est. Sed ab infimis ad superna, nõ vt deuiaret sed vt videret. Venit illi discus de cælo submissus quasi esurienti cœleste ferculum. Erat autem discus iste quatuor lineis alligatus habens omnia genera animalium munda & immũda, & voce superna pulsatus esuriens. Petre surge, macta & manduca. Attendit ille vidit in disco immunda animalia, quæ non solet tangere, & respondit voci, Absit à me Domine. Nunquam commune & immũdum intrauit in os meum, & vox ad illum. Quæ Deus mundauit, tu immunda ne dixeris, non Petro carnalis cibus offerebatur, sed mũdatus Cornelius nũciabatur. Hoc autem factum est ter & receptũ est vas in cælum. Euidens mysterium. Discus est orbis terrarum, Quatuor lineæ discũ continentes, quatuor orbis cardines, quos
Spator. scriptura commemorat, dicens, Ab oriente & occidente & ab Aquilone & mari, animalia omnes gentes, ter submissus discus commendatio Trinitatis. Petrus, ecclesia, esuriens Petrus ecclesia desiderans fidem gẽtium, vox cælestis, sanctum Euangelium, macta & mã-

A duca, occide quod sum, fac quod est: Petro discrẽpãte de iussu, subitò nunciatum est, quod quidam milites missi à Cornelio vellent cum videre, & Spiritus sanctus Petro, Vade cum eis: ego eos misi. Pergit Petrus iã de visione non cunctabundus sed certus, & sicut legitur, nunciatur Cornelio, occurrit humiliter, prosternitur humiliter, Leuatur humilius. Peruenitur domũ, inueniuntur multi alij congregati. Narratur Petro quę causa fuerit mittendi ad eum & gratiæ aguntur quod venerit Petrus: Ergo aperto ore sancto Euangelizare cœpit gentibus incircuncisis, vnde illa magna quæstio versabatur. Gratia Domini Iesu Christi erant quidam cum Petro, qui ex Iudæis crediderãt, qui possent moueri, si baptizarẽtur in circũcisi, ibi planè Petrus ait, Vos scitis fratres, quemadmodum abominandum sit Iudæo accedere vel coniungi gentili, sed mihi Deus ostendit neminem communem aut immũdum hominem dicere, ille esuriens respexit ad discum. * Vbi sunt
B qui dicebant? Propterea enim totum narraui, propter quod volo dicere, Vbi sunt qui dicebant per hominis potestatem dari Spiritũ sanctum? Euangelizãte Petro, Cornelius & omnes qui cum illo erant gens hoc est gentiles, crediderunt, & subitò antequam baptizarentur impleti sunt Spiritu sancto? Quid hic respondit humana præsumptio? Non solum ante impositas manus sed ante ipsum baptismum venit Spiritus sanctus, de potestate non de necessitate. Venit ante baptismi ablutionem vt auferret controuersiam circuncisionis. Posset enim à calumniantibus vel non intelligentibus dici Petro. Malè fecisti dare Spiritum sanctum, Ecce impletum est, ecce demonstratum est, quod Dominus ait, Spiritus vbi vult inspirat. Ecce impletum est, ecce
Ioan. 3. monstratur quàm verũ Dominus dixerit, Spiritus vbi
C vult inspirat: & tamen arrogantiæ spiritum nondum hæreticus superbus expirat. Adhuc dicit. Meum est, noli ab illo accipere, sed à me respondes. Quare quod
Psal.140. Dei est, ille non legit: Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Ergo oleum tuũ est, si tuum est, nolo, si tuum est malum est. Si autem Dei est, & per te malum bonum est, cœnum non inquinat solis radium & tu inquinas Dei oleum, Ideo autẽ malo tuo habes, quia quod bonum est malus habes, quod Dei est, malus accepisti: quia separatus nõ collegisti, sed sparsisti,
1. Cor. 3. Qui manducant indignè, iudicium sibi manducant & bibunt, quia manducant indignè, non manducant? Indignã bucellam Christus Iudæ dedit & ille hanc ad iudicium accepit. Nunquid à malo accepit? Nunquid
Ioan. 13. malum accepit? Sed ideo reus est, quia à bono bonum malus accepit. Non est ergo oleum peccatoris, oleum salutaris. Benè accipiatur, & bonum est, & si malè ac-
D cipiatur, bonum est. Væ hominibus bonum malè accipientibus. Vide tamen scripturæ sensum ne fortè aliquid admoneat quod intelligentiæ pateat meliori. Cũ Dauid me, inquit, iustus in misericordia, * & sic edit, Desit Fort. arguo. amat, diligit obiurgator: decipit adulator, ille miseretur, ille circunuenit, Dura est virga cædentis, molle est oleum blandientis. Etenim omnes adulatores caput vngunt, non viscera sanant: Ama obiurgatorem caue adulatorem, si enim amas veridicum obiurgatorem, & caues fallacem adulatorem, potes dicere quod cantatum est, Emendauit me iustus in misericordia & arguet me, Oleum autem peccatoris, hoc est blandimẽtum adulatoris non impinguet caput meum. Pingue caput, grande caput est: grãde caput. Superbum caput est. Melius est cor sanum quàm grande caput, sed cor sanum facit virga obiurgantis: grande caput facit oleũ peccatoris, hoc est assentatio adulatoris. Si caput grãde fecisti, caue pondus capitis ne in præcipitium per-

ducaris. Hæc quantum existimo pro tempore de hac vna psalmi sententia sufficiẽter loquuti sumus, Domino adiuuante & corda vestra in secreto ædificante.

Sermo D. August. de lectione exodi de Rubo in quo flamma erat, & rubus non comburebatur.

6.

Legendum quod moysen famulũ dei intentissime fecerat. Exod. 3. Act. 7.

QVM diuinę lectionis legeretur magnũ miraculum * quod Moyses famulus Dei intentissimẽ fecerat, etiam nos corde expectauimus, intentique etiã ipsi facti sumus, quomodo in rubo apparebat ignis & rubus nõ cremabatur. Deinde aduertimus sanctam scripturam prius dixisse quod Angelus Domini apparuit Moysi in rubo. Deinde Moyses nõ iam quasi cum angelo sed tanquam cum Domino loquebatur. Tertiò aduertimus, vt, cùm Moyses nomen quæreret, vt haberet quod diceret filiis Israël interrogantibus, quod
B nomen esset Dei, qui illum ad eos misisset, Respondit. Ego sum, qui sum. Neque hoc transeunter sed repetitionem commendans adiecit dicens, Hoc dicis Filiis Israël, qui est, misit me ad vos. Postremò iam enunciato nomine suo, adhuc adiunxit, & ait, hæc eis dicens.
Exod. 3. Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham & Isaac & Deus Iacob misit me ad vos, hoc mihi nomen est in æternum. De his quod Dominus donat, audite, magna quidem sed tanquam volumina mysteriorum Dei. Quæ si congruenter & sufficienter conemur euoluere nec vires, nec tempus sufficiet: Quod ergo breuiter possumus dicere: non frustra non inaniter, non sine alicuius significatione secreti in rubo flamma erat & rubus nõ cremabatur. Rubus enim spinarum est quod-
Desit: Forte. significat. Genes. 3. dam genus, Nec in laudem aliquod * quod peccatori terra produxit. Nam primitus peccãti homini dictum est, terra spinas & tribulos pariet tibi. Neque id ipsum, quod rubus non cremabatur, id est, flamma non comprehendebatur, bonum aliquid putare debemus, Si C
Forte autẽ. Act. 2. * enim flamma significat aliquid boni, in quo Angelus apparuit vel Dominus (vnde etiam cùm venit Spiritus sanctus, visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis) comprehendi debemus hoc igne, non autem duritia. Nam rubus qui non cremabatur significat populũ, qui Domino reluctabatur. Spinosum igitur populum Iudæorũ significabat rubus, quò Moyses mittebatur, & ideo
Ioan. 19. rubus non cremabatur, quia duricia Iudæorum sicut dixi, legi Dei reluctabatur. Nam si ille populus spinosus non significaretur, non ab eo spinis Christus coronaretur, quod autem idem ipse qui loquebatur Moysi & Angelus Domini, & Dominus dicitur, magna quæstio est, ..ec temerarium debet habere affirmatorem. Duæ autem sunt sententiæ, quę hinc proferri possunt, quarumlibet vera sit, ambæ secũdum fidem sunt, quod dixi quęnam earum vera sit, hoc dixi, quidnam eorum senserit, qui scribit, Nam quando nos inquirentes scripturas, sentimus aliquid, quod scriptor non sentit, non tamen hoc sentire debemus, quod abhorreat à regula fidei, à regula veritatis, à regula pietatis. Ergo ambas sentẽtias propono, Sit fortassis & tertia, quæ me latet. Ex his autem duabus propositis, eligite quam volueritis. Aliqui dicunt, ideo Angelum Domini dictum esse
Esa. 9. Dominũ quia Christus erat, de quo apertè dicit prophęta, quod sit magni consilij Angelus. Angelus enim officij nomen est non naturæ. Nam Angelus græcè dicitur qui latinè nuncius appellatur. Quis neget Christum nunciasse nobis regnum cœlorum? Deinde Angelus, id est, nũcius mittitur ab eo, qui per eum aliquid
Ioan. 4. nunciet, Quis neget Christum missum, qui totiens dicit, Non veni facere voluntatem meam sed voluntatẽ eius, qui misit me patris. Ipse propriè missus. Nam & piscina illa piscina interpretatur missus, Ideo cui oculos luto inunxit, Deinde lauare faciem iussit, Nullius enim Ioan 9. oculus aperitur nisi eius, qui à Christo mũdatur. Ergo idem Angelus, idem Dominus, sed hic occurrit aliud præcauendum. Non enim desunt hæretici qui dicunt patris & filij distare & dissonare naturas, & nõ eos esse vnius, eiusdemque substantiæ. Catholica autem fides credit patrem & filium & Spiritum sanctum vnũ Deũ vnius substãtiæ Trinitatem, inseparabiliter, æqualiter, non permixtione confusa, non distinctione separata. Illi ergo, qui persuadere moliuntur filium nõ esse eiusdem substantiæ, cuius est pater argumentantur ex hoc Athanas. in symbol. quod filius visus est patribus, pater, inquiunt, visus non est, inuisibilis autem & visibilis diuersa natura est. Et ideo, inquiunt, de patre dictum est, quem nemo hominum vidit, nec videre potest, vt ille, qui visus est non 1. Thim. 6. solum Moysi, sed etiam Abrahæ non solum Abrahæ, sed etiam ipsi Adamo & cœteris patribus non Deus Pater, sed filius potius credatur aut intelligatur. Catholica non hoc dicit, si quidẽ dicit Deus pater, Deus filius, incommutabilis pater, incommutabilis filius, æternus pater, coëternus filius, inuisibilis pater, inuisibilis filius. Nam si patrem dixeris inuisibilem, filium visibilẽ, distinxisti, immo verò separasti substantias. Quomodo gratiam inuenisti, qui fidem perdidisti? Soluitur ergo ista quæstio, sic Deus pater & filius & Spirit' sanct' natura propria inuisibilis est, Apparuit autẽ, quãdo voluit, cui voluit non vt est, sed vt voluit, cui seruiunt oña. Si enĩ anima tua, cùm sit inuisibilis in corpore tuo, vt appareat profert vocem, & vox in qua apparet anima tua quod loqueris non est substantia animæ tuæ, aliud est illa, aliud est vox, & tamen apparet in care, quæ ipsa non est, sic & Deus si in igne apparuit, nõ est ignis si in fumo apparuit, non est fumus, si in sono apparuit, non est sonus. Non sunt hæc Deus, sed indicãt Deum, hoc retento, securè credimus potuisse dici filiũ apparuisse Moysi & Dominum & Angelum Domini. Qui verò existimãt verè eum Angelum Domini fuisse non Christum, sed Angelum missum, necesse est vt exigatur ab eis ratio, quare dictus sit Dominus. Quomodo enim ab eis, qui Christum fuisse dicunt, exigitur quare dictus sit Angelus, sic ab eis, qui Angelum dicunt, exigitur, quare dictus sit Dominus. Sed illi qui Christum fuisse dicũt, iam commemoraui, quomodo inde exeant, quare dictus sit Angelus, quia propheta apertè dixit, Dominum Christum magni consilij Angelum. Illi ergo, qui dicunt Angelum, respondere de- Esaiæ 9. bent, quare apellatus sit Dominus. Respondent & ipsi. Sicut in scripturis propheta loquitur & dicitur, quia Dominus loquitur nõ quia Dominus est propheta sed Ierem. 37. quia Dominus est in propheta. Sic & per Angelum dignatur Dominus loqui quomodo per Apostolũ quomodo per prophetam: Rectè dicitur & Angelus propter seipsum & Dominus propter habitantem Deum. Certè enim Paulus homo erat & Christus Deus, & iã 1. Cor. 13. tamen ipse Apostolus. An vultis experimentum accipere ei', qui in me loquitur, Christus? Dixit & propheta. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Loquitur in homine, loquitur & in angelo. Ideo apparuit Moysi Angelus Domini, & dicitur ei Domine, & dicit. Ego sum qui sum, habitatoris vox est nõ tẽpli. Nã Act. 7. si propterea Christus erat, eũ Angelus dictus sit, quia vnus erat, quid faciemus, quando Abrahæ tres apparuerunt, quid hic dicimus? tres apparuerunt & Abra- Genes. 18. ham tanquam ad vnum loquens, dicit, Domine, quid dicimus? quare tres? an ipsa trinitas erat? Quare ergo

Dominus? quia trinitas vnus Dominus, non sunt tres Domini, & trinitas vnus Deus, non tres Dij, vna substantia, tres personæ. Neque enim pater filius est, aut filius pater est, aut Spiritus sanctus vel pater vel filius est, sed pater non est, nisi filij, filius non est, nisi patris, spiritus & patris & filij, quamuis in illis tribus aliqui dicant, quod vnus * sibi excellebat: quem Dominũ appellabat Abraham, quando apparuerat cum duobus tãquam Christus cum Angelis suis. Sed quid agimus, quia cùm duo mitterentur ad Sodomam, apparẽt fratti Abrahę Loth, & ipse agnoscit in eis diuinitatem, & cùm duos videat, Dominum appellat, & ille in tribus Dominum, & * in duobus Dominum, Ne separemus ergo trinitatem & faciamus in Sodomam dualitatem, puto quia melius intelligimus, quia patres nostri Dominum in Angelis agnoscebant habitantem: in habitatione intelligebant, non portantibus sed insidienti gloriam dabant. Quam sententiam confirmat non solùm epistola, quæ scribitur ad Hebræos. vbi dicitur, Si ergo qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus. Loquebatur enim de veteri testamento. Commendauit quod ibi angeli loquebantur, sed Dominus in angelis suis honorabatur, & inter angelos interior habitator audiebatur: sed etiam in actibus Apostolorum Stephanus dicit, Arguens & increpans Iudæos dura ceruice, & non circuncisi corde & auribus, dura ceruice, spinæ non crematæ, vos semper restitistis Spiritui sancto. Ideo rubus non comburebatur, quia spiritus flammæ à spinis peccatorum resistebatur. Quam prophetarum non occiderunt patres vestri? & vnde agitur, quia accepistis legem in edictis angelorum & nõ custodistis. Si diceret angeli & nõ angelorum, nõ deerant illi, qui dicerent Christus est, quia dictus est magni consilij Angelus. Angelus Christus, nunquid Angeli Christus? Dicit & Apostolus Paulus, Quoniam semen Abrahę dispensatum est à veteri testamẽto vsque ad nouum, & quomodo dispensatum est. Dispositum, inquit, per angelos in manu mediatoris. Iam ergo Angelus, & in Angelo Dominus dicebat Moysi quærenti nomen suum, Ego sum, qui sum, hæc dices filiis Israël, qui est misit me ad vos. Esse nomẽ est incommutabilitatis. Omnia enim quæ mutantur desinunt esse, quod erant & incipiunt esse quod non erant. Esse est verum esse syncerum. Esse germanum, esse non habet, nisi qui non mutatur. Ille habet esse verum, cui dicitur, Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es. Quid est, ego sum qui sum, nisi æternus sum? Quid est, ego sum qui sum nisi qui mutari non possum? Nulla creatura non cœlum, non terra, non Angelus, non virtus, non sedes, non dominationes, nõ potestates. Ergo sit nomen æternitatis, plus est quod est dignatus habere nomen misericordiæ. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Illud in se, hoc ad nos, si enim hoc solum esset ille, quod est in se, quid essemus nos? Si intellexit, imò quia intellexit Moyses, cùm ei diceretur, Ego sum, qui sum. Qui est, misit me ad vos, multum hoc credidit esse ad homines, multũ hoc vidit distare ab hominibus. Qui enim hoc quod est, & verè est, dignè intellexerit, & qualicunque lumine veracissimæ sententiæ vel strictim sicut coruscatione afflatus fuerit, longè se infrà videt longè remotissimum, sicut ille ait. Ego dixi in extasi mea. Assumpta enim mente vidit nescio quid, quod plus ad illũ erat, & hoc erat quod verum erat. Dixi in extasi mea, quid? proiectus sum à facie oculorum tuorum. Cùm ergo ad id dicebatur non ad id quod videbatur, longè se imparẽ videret Moyses & quasi minus capacem, vnde inflammatus ipso desiderio videndi quod est, dicebat Deo,

Forte l. 1. Genes. 19.

Hebr. 10.

Act. 7.

Hebr. 2.

Galat. 3.

Psal. 1. 101.

Psalm 30.

A cũ quo loquebatur. Ostende mihi temetipsum. Quasi ergo ab illa essentia longè dissimilis desperaret erigit desperantem quoniam vidit timentem, tanquam diceret. Quoniam dixi, Ego sum qui sum, &, qui est, misit me. Intellexisti quid sit esse, & desperasti te capere, Erige spem, ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Iacob, sic sum quod sum. Sic sum ipsum esse, vt nolim hominibus deesse, si quo modo possimus Deum quærere & inuestigare eum, qui est quidem non longè positus ab vnoquoque nostrum. In illo enim viuimus & mouemur & sumus. Laudemus ergo ineffabiliter eius essentiam & amemus misericordiam.

Exod. 33.

Act. 17.

Sermo D. August. de verbo, & voce, & ieiunare & esurire.

7.

EX omnibus diuinis eloquiis hinc potius adiuuante Domino disseramus, quod vltimum audiuimus. Lætetur cor quærentiũ Dominum, opportunè namque etiam vẽtribus ieiunamus, Lætabitur cor nostrum si mentibus esuriamus, ieiuni sumus, cùm aliqua suauia apponuntur in epulis nostris, lætantur fauces quærentium cibũ, cum variè colorata blandeq́ue depicta apponuntur aspectibus nostris, lætantur oculi quærentium aliquid videre luminosum. Lætantur aures quærentium cantum. Lætatur olfactus quærentium odorem gratũ. Ergo lætetur cor quærentium Dominum. Proculdubiò singula, quæ exhibẽtur diuersis sensib⁹ nostris singulos sensus delectant. Neque enim vel sonus delectat aspectum, vel color auditum. Cordi autẽ nostro Domin⁹ & lux est & vox est & odor est & cibus est, & ideo omnia est quia nihil horum est, horum, quia horũ omnium creator est, est lũmen cordi nostro cui dicimus, Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiam. Est odor cordi nostro de quo dicitur Christi bonus odor sum⁹. Si autem cibum quæritis quia ieiunatis. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam de ipso autem Domino Iesu Christo dictum est, quia factus est nobis iustitia & sapientia. Ecce epulæ præparatæ sunt, iustitia Christus est, nusquam deest, nec de transmarinis partibus velut poma peregrina à negociatoribus adportantur, cibus est quem sentit omnis, qui sanas fauces habet, interioris hominis cibus est. Seipsum commendans ait. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Cibus est qui reficit, nec deficit, cibus est qui insumitur & non consumitur, Cibus est qui esurientes satiat & integer manet. Cùm hinc ad mensas vestras discesseritis, nihil tale manducabitis. Quia ergo ad istas epulas conuenistis benè comedite, sed cùm abieritis, benè digerite. Benè enim mãducat & malè digerit, qui audit verbum Dei & non facit, non enim ducit vtilem succum, sed crudũ ructat in digestione fastidiũ. Nec miremini quod corda nostra sic epulantur vt & ipsa reficiantur & nõ minuant vnde reficiantur. Corporalibus oculis nostris Deus talem cibum dedit, Nam lux ista cibus est oculorum, hac lumina nostra pascuntur, & si quis diutius in tenebris fuerit, tanquam ieiunando deficiunt. Perdiderunt enim homines oculos sedendo in tenebris, nec aliquid irruit oculis nec quispiam percussit, nec humor alienus influxit, nec puluis nec fumus producitur: homo post tenebras & non videt quod videbat, Oculi eius fame mortui sunt. Cibum suum hoc est, lucem non sumendo defecerũt. Videte ergo quod proposui, qualis sit cibus oculorũ nostrorum. Ista lux videtur ab omnibus, pascit omnium oculos, & aspectus videntis reficitur, & lux integra perseuerat, si duo videant, tanta permanet, si plures videant, cadẽ permanet, diues videas, pauper videat, æqualis est omnibus. Nullus in ea limites figit, impletur pauperis inopia, vacat diuitis

B

C

D

Psal. 103.

Psal. 30.

Matth. 5.

1. Cor. 1.

Luc. 16.

Ioan. 6.

cat diuitis attaritia. Nunquid enim qui plus habet, plus videt, aut prolato auro præoccupat pauperem & emit sibi quod videat, vt ille non habeat? Si ergo talis cibus est oculis nostris, quid est ipse Deus mentibus nostris? Et aurium quidã cibus sonus est, & ipse qualis est? De his enim sensibus corporis mentis intelligibilia coniciamus. Ecce loquor caritati vestræ, adsunt aures, adsunt mẽtes. Duo quidem nominaui, aures & mentem & in eo quod loquor duo quædam sunt sonus & intellectus, simul ferũtur simul ad aures perueniunt. Sonus remanet in aure, intellectus descendit in corde, sed de sono ipso prius aduertamus quantò excellẽtius intellectum amare debemus. Sonus est quasi corpus, intellectus est quasi animus. Sed sonus mox vt aurem percusserit, auremque tetigerit, transit, nec reuocatur, nec adhuc sonat, Ita enim syllaba præcundo & sequendo succedunt, vt secunda non sonet nisi prima transierit, veruntamẽ sic quomodo quoddam transitorium magnum habet miraculum. Ecce enim si vobis esurientibus panem apponerem, nõ peruenireat ad singulos, totum diuideretis vobis, tantò minus haberetis. Modò autem sermonem profero verbi inter vos syllabas nõ diuiditis, nec secatis sermonem meum, vt alius tollat istã partẽ, alius illam, & sic minutatim & particulatim ad singulos quosque quod dico perueniat. Sed totum audit vnus. Totum audiũt dico, totum audiunt plures & quotquot venerint totum audiunt, & omnibus sufficit & singulis integrum est, præparatur ad audiẽdum auris tua, nec eam fraudat vicina auris aliena. Si hoc sit de verbo sonante, quid fit de verbo omnipotẽti? quomodo enim vox ista nostra aurib⁹ omnium audientiũ singulis tota est & apud singulos tota est. Nec tot sunt meæ voces q̃ vestræ aures, sed vna vox multas aures implet, nõ diuisa sed omnibus tota, sic cogitate verbũ Dei totum in cœlis, totum in terris, totum in Angelis, totũ apud patrẽ, totũ apud virginẽ, totũ in æternitatẽ, totũ in carnẽ, totũ ad inferos, cũ visitaret totum, totũ in paradiso, quo latronem trãstulit. Hæc dixi de sono. Quid si de intellectu aliquid dicam? quantò minus est quàm verbum Dei? Ecce enim sonum nõ reuoco, sed si volo audiri, alterum sonum profero, & cum & ipse transierit, profero alterum, aut silentium consequetur. Intellectũ verò & profero ad te, & teneo apud me, & inuenis, quod audisti & non perdo q̃ dixi. Videte quã vera sint, & lætet cor quærentium Dominum. Dominus enim ipsa principalis veritas est. Intellectus ergo manens in corde meo migrat ad tuũ, nec deserit meũ, veruntamen cùm intellectus inest cordi meo, & volo vt insit etiam cordi tuo, quẽro qua ad te transeat quasi vehiculum sonum, assumpto quasi sono & impono intellectum & profero, & produco & doceo & non amitto, si potuit hoc facere intellectus meus de voce mea. Ecce enim verbum Dei Deus apud Deum, sapiẽtia Dei manens incõmutabiliter apud patrem vt produceret ad nos. Carnem quasi sonum quæsiuit, ei se inseruit & ad nos processit, & à patre nõ recessit. Intelligite, sapite hoc, quod audistis, quantum sit & quale cogitate, & de Deo maiora sentite. Vincit ille omnem lucem, vincit omnẽ sonum, vincit omnem intellectũ. Desiderandus est & ad eum caritate inhiandum est, vt lætetur cor quærentium Dominum.

A

B

C

D

Sermo D. Augustini in illud Ioannis: Ego non ascendo ad diem festum istum.

8.

PROPOSITVM est nobis in adiutorio Domini de hoc recentissimo Euangelij capitulo disputare, & * est parua quæstio, ne peri clitetur veritas, & falsitas gloriẽtur. Sed neque veritas perire potest, neque falsitas superare. Quid autẽ quæstionis habeat ista lectio, paruimper accipite, & facti intenti per propositam quæstionem orate vt sufficiamus ad solutionem. Dies festus erat Iudæorum scenopeia, hi dies sunt quantum videtur quos hodieque obseruant, quãdo casas vocant. Est enim illis ista solennitas de fabricatione tabernaculorum, quoniam tabernaculum scenæ dicitur, scenopegia est tabernaculi fabricatio, Hi dies festi apud Iudæos agebãtur, & appellabatur vnus dies festus, non quia vno die fiebat, Sed quia cõtinuata festiuitate peragebatur, sicut dies festus Paschæ, sicut dies festus azymorum, & tamen sicut manifestum est, ille festus dies agitur per aliquot dies. Erat ergo in Iudæa ista solennitas, Dominus Iesus in Galilæa erat, vbi & nutritus est, vbi & consanguineos atque cognatos habuit quos scriptura fratres appellat. Dixerunt ergo ei, sicut lectum audiuimus, fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo enim in occulto quid facit & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta te mũdo. Deinde subiungit euãgelista. Neque enim fratres eius credebant in eum. Si ergo non in eum credebant, inuidiosa verba subiiciebant. Respondit eis Iesus, Tempus meum nondum aduenit. Tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mũdus odisse vos, me autẽ odit, quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascẽdite in diem festũ hunc. Ego non ascendo ad diem festum istum, quia tempus meum nondum impletum est. Deinde sequitur Euangelista, hæc cùm dixisset, Et ipse mansit in Galilæa vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascẽdit ad diẽ festum, nõ manifestè sed quasi occultè. Hũc vsque extẽditur quæstio, cætera aperta sunt. Quid ergo quæritur? quid monet? quid in periculo est, ne Dominus, immò vt apertius dicam⁹, ne ipsa veritas credatur esse mentita. Si enim volumus mentitum putari, mentiẽdi auctoritatẽ infirmus accipiat. Audiuimus dicere mentitum esse. Qui enim putant esse mentitum hoc dicunt, Dixit se non ascensurum ad diem festum & ascendit. Primo ergo quantum in angusto tempore possumus, videamus vtrum mentiatur, qui dicit aliquid, & non facit. Verbi enim causa dixi amico, cras te videbo, occurrit maior necessitas, quæ retineret, Nõ ideo falsum dixi. Quando enim promisi hoc sentiebam quod dicebam. Quando autem aliud maius occurrit, quod impediuit fidem promissionis meæ, non mẽtiri volui, sed promissum implere non potui. Ecce quãtum arbitror, Non laboraui, vt persuaderem, sed tantummodo admonui prudentiam vestram nõ mentiri eum, qui promittit aliquid, & non facit, si vt nõ faciat, aliud occurrerit, quod eius impediat promissionẽ, non quod conuincat falsitatem. Sed, ait qui me audit, nunquid hoc potes de Christo dicere, quia vel non potuit implere quę volebat, vel futura nesciebat? Benè agis, benè suggeris, rectè cõmones, sed ô homo partire mecũ sollicitudinẽ: Quẽ non audemus dicere minus valentẽ, audemus dicere mẽtientẽ? Ego quidẽ, quãtum existimo, quantũ pro mea infirmitate iudicare possum, eligo vt homo in aliquo fallatur, quàm vt in aliquo mentiatur, falli enim pertinet ad infirmitatẽ, mentiri ad iniquitatem. Odisti, inquit, Domine, omnes, qui operantur iniquitatem & continuò, Perdes omnes qui loquuntur mendacium, Aut tantundem valet iniquitas & mẽdacium, aut plus est, perdes quam odisti. Neque enim qui odio habetur, cõtinuò perditione punitur. Verum sit illa quæstio, vtrum aliquando mentiri necesse sit. Non enim modò * discussio latebrosa est, multos simus habet. Non vacat omnes secare & ad viuum peruenire.

A

B

C

D

Forte add. non.

Psal. 5.

Psal. 5.

Add. forte vacat inquirere, aut quid simile.

Ergo eius curatio in tempus aliud differatur, fortassis enim sine sermone nostro diuina opitulatione sanabitur. Sed quia distuli quod * volo hodie tractare, intendite & distinguite an aliquando mentiẽdum sit, Hanc dixi difficilem & latebrosissimam quæstionem, hanc differo. Vtrum autem Christus mentitus sit, vtrum veritas aliquid falsum dixerit, hoc hodie suscepimus admoniti ex Euãgelica lectione. Quid autem intersit inter falli & mentiri, breuiter dico. Fallitur qui putat verum esse quod dicit, & quia verũ putat, ideo dicit, hoc autem quod dicit qui fallitur, si verum esset, non falleretur, si non solum verum esset, sed etiam verum esse sciret, non mentiretur. Fallitur ergo quia falsum est, & verum putat, dicit autem non nisi quia verum putat. Error est in humana infirmitate sed non est in conscientiæ sanitate. Quisquis autem falsum putat esse & pro vero asserit, ipse mentitur. Videte, fratres mei, distinguite nutriti in Ecclesia, eruditi in scripturis dñicis, nõ rudes, nõ rustici, nõ idiotæ. Sunt enim inter vos docti & eruditi viri & quibuscunque literis non mediocriter instructi, & qui illas literas quæ liberales vocantur, non didicistis. Plus est, quod in sermone Dei nutriti estis. Si laboro in explicãdo quod sentio, adiuuate me, & attentione audiendi & prudentia cogitandi. Nec adiuuabitis, nisi adiuuemini. Vnde inuicem pro nobis oremus, & commune adiutoriũ pariter expectemus. Fallitur, qui cùm sit falsum, verum putat esse, quod dicit, Mentitur autẽ, qui falsum esse aliquid putat, & pro vero dicit, siue illud verum sit, siue falsum. Intuemini quid addiderim, siue illud verum sit, siue falsum, tamẽ qui falsum putat, & verum asserit, mẽtitur: fallere affectat: quid enim ei prodest, quia verum est? Interim ipse hoc falsum putat, & dicit tanquam verum sit. Verũ est in se illud quod dicit, in se verũ est, apud illum falsum est, non hoc habet conscientia eius quod loquitur, aliud in se cogitat verũ esse, aliud foras profert pro veritate. Duplex cor est, non simplex: nõ quod ibi habet hoc, pfert. Duplex cor olĩ reprobatũ. Labia dolosa in corde & corde loquuti sunt mala. Sufficeret vt diceret. In corde loquuti sunt mala, vbi est labia dolosa? Quid est dolus? Cum aliud agitur, aliud obtenditur, labia dolosa non simplex cor, & quia non simplex cor, ideo in corde & corde, ideo bis corde, quia duplex cor. Dũm ergo Iesum Christũ quid existimam⁹, quia mẽtitus est falli quam mentiri? qui dicere nõ audemus falli, dicere audemus mẽtiri? Ille verò nec fallitur, nec mentitur, sed omnino sicut scriptũ est, de illo quippe intelligitur, de illo debet intelligi, Nihil falsum dicitur regi, & nihil falsum exiet de ore eius. Si regem quemlibet hominem dixit, regem Christũ regi homini præponamus. Si autem quod verius intelligitur, Christus est de quo dixit, ei quippe falsum nihil dicitur, quia nõ fallitur, ex eius ore nihil falsi procedit, quia non mentitur. Quæramus quomodo capitulum Euangelicum intelligamus, & non voraginem mendacij quasi cœlesti auctoritate construamus. Est autem absurdius quærere exponere veritatem & locum præparare mendacio. Quid me doces rogo te qui capitulum hoc exponis mihi, quid me vis docere? nescio vtrum audeas dicere falsitatem? Nam si ausus fueris hoc dicere, auertor autem, & obturo spinis * & si coarctare tẽtaueris etiam punctus abscedã atque ex posito euangelio. Dic mihi quid me velis docere & soluisti quæstionem. Dic oro te, Ecce adsum. Aures patent, cor paratum est, docet, Sed quæro quid? Non eo per multa. Quid docturus est quamcumque doctrinã in medio versaturus, quicquid neruorum indispositionẽ adhibiturus, hoc solum dic vnum de duobus interrogo, veritatem me docturus es an falsitatem? Quid putamus cum responsurum ne abscedat. Ne hiantẽ & verba exprimere conantẽ continuò deserã. Quid promissurus est nisi veritatẽ. Audio, sto, expecto, intẽtissimè expecto. Ecce ille, qui promittebat se docturum me veritatem de Christo, insinuat falsitatẽ. Quomodo igitur veritatẽ docturus, Christũ mendacẽ indicturus? Si Christus mẽtitur, sperãdũ est mihi quod tu mihi verum dicturus es. Vide aliud quid dicit, mentitus est Christus, vbi rogo te: vbi dixit non ascendo ad diem festum, & ascendit. Ego quidem perscrutari velim istum locũ, ne fortè nõ sit Christus mẽtitus. Immò quia non dubito Christum non esse mentitum, locum istum aut perscrutabor & intelligam, aut non intelligens differam. Christum tamen mentitum esse nõ dicam. Fac me nõ intellexisse discedã, nesciẽs. Melius est enim cum pietate nescire quàm cum insania iudicare. Tamẽ tentam⁹ discutere, ne fortè illo adiuuãte, qui veritas est, aliquid inueniam⁹ aliquid & inueniamur, & ipsũ aliquid nõ erit in veritate mẽdaciũ. Nã siquerẽdo mẽdaciũ inuenio nõ aliquid sed nihil inuenio. Ergo quæramus vbi dicis Christũ esse mẽtitum, quia dixit, inquit, non ascendo ad diem festum, & ascẽdit. Vnde scis eum dixisse? Quid si ego dicam, immo non ego sed aliquis, absit enim vt hoc ego dicam, quid si dicat alius, hoc Christus non dixit, vnde cõuincis, vnde probaturus est? codicem aperturus, lectionẽ inuenturus, homini demonstratutus, immo cum magna fiducia pectoris resistenti codicem impacturus, tene, attende, lege, Euangelium portas. Quid ergo rogo te, quid cõturbas paululum, noli vrgere, dic planius, trãquillius. Ecce Euangeliũ porto, & quid hinc ille, Euãgelium loquitur Christum dixisse quod negas, & ideo credes hoc dixisse Christũ, quia loquitur Euãgelium, ideo planè inquit, Ego multũ miror quomodo dicas mentiri Christum & non mentiri Euangelium, sed ne fortè cum dico Euãgelium, codicem attendas, membranã & atramentum cogites Euangelium, quid dicat vide græcum nomen, Euangelium est bonus nuncius, vel bona annunciatio. Nuncius ergo non mentitur, & qui eum misit, mentitur. Iste nuncius euangelista scilicet, vt nomen etiã dicamus, iste Ioannes qui hoc scripsit de Christo mẽtitus est, an verum dixit? Elige quod vis, ego ad vtrumque te audire paratus sum: si mentitus est, non est vnde probes Christum illa dixisse, verũ dixit, de fonte falsitatis veritatis nõ fuit. Quis est fons? Christus, riuulus sit Ioannes. Venit ad me riuulus & dicis mihi, bibe securus & cũ de ipso fonte me terreas cùm in fonte esse falsitatem dicas, dicis mihi bibe securus. Quid bibo, quid dixit Ioannes Christũ esse mẽtitum? Vnde venit Ioannes? à Christo. Vera mihi dicturus est qui ab illo venit, cùm mentiebatur ille, à quo venit. Legi planè in Euangelium, Ioannes super pectus Domini discumbebat: sed puto quia veritatem bibebat. Quid vidit super pectus Domini discumbẽs? Quid bibit? quid nisi quod ructauit? In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factũ est, In eo vita est, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, tamen lucet, & si ego fortè obscuritatis aliquid habeo, nec comprehendere ad perfectum valeam, illa lucet fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioãnes, hic venit vt testimonium perhiberet de lumine, vt oẽs crederent per ipsum. Non erat ille lumen, quis? Ioãnes quis? Ioannes baptista. De ipso enim dicit Ioannes Euangelista. Non erat ille lumẽ, de quo dicit Dominus Erat lucerna ardens & lucens, sed lucerna & accẽdi & extingui

For. nolo.

Iacob. 5.

Eccle. 1. Psal. 11.

Loquutendosus.

Matth. 2.

Matth. 10.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

extingui potest. Quid ergo? Vnde distinguis? De quo loco quæris? cui lucerna testimonium perhibebat erat lumen verum. Vbi addidit Ioannes verum, ibi tu quæris mendacium. Adhuc audi ipsum Ioannem Euangelistam ructãtem quod biberat, Et vidimus, inquit, gloriam eius, quid vidit? Quam gloriam vidit? gloriam tanquam vnigeniti à patre plenum gratia & veritate. Vide igitur, vide ne fortè debeamus disputationes infirmas vel temerarias cohibere & de veritate nihil falsi præsumere, dare Domino quod debetur, fonti gloriam demus vt securi impleamur. Deus autem verax, omnis autem homo mendax. Quid est hoc? Deus plenus est. Omnis homo inanis est, Si volt impleri, accedat ad plenum. Accedite ad eum & illuminamini. Porrò si homo inanis est, quia mendax est, & quærit impleri, & cum festinatione absque auiditate currit ad fontem, impleri vult, inanis est. Sed tu dicis, caue fontem, est ibi mendacium quid aliud dicis quàm est ibi venenum. Iam inquit, omnia dixisti, iam me cohibuisti, iam castigasti. Dic mihi quomodo non sit mentitus, qui dixit. Non ascendo, & ascendit, Dicam si potero, parum tibi non sit, quia etsi non te constitui in veritate, prohibui tamen à temeritate. Dicam tamen quod & tu iam si meministi verba quæ commendaui. Puto quia cognoscis, Ipsa verba soluunt quæstionem. Multis diebus agebatur ille dies festus. Ad istum vtique hodiernum diem, inquit, festum, istum vtique hodiernum quando illi sperabant non ascendit sed quando ipse disponebat. Denique attende quod sequitur. Hæc cum dixisset, mansit ipse in Galilæa. Ergo non ascendit ad istum diem festum, volebant enim fratres eius, vt ipse prior iret, ideo illi dixerant, Transi hinc in Iudæam. Non dixerant, trãseamus, quasi comites eius futuri, aut sequere nos in Iudæam, tanquam priores ituri, sed tanquam præmissuri. Hoc ille voluit, vt illi præcederent, hoc vitauit commendans hominis infirmitatem, occultãs diuinitatem, hoc vitauit, sicut cum in Ægyptum fugit, Non enim erat impotentiæ. Sed & hoc veritatis vt daret exemplum cauẽdi, ne quisquam seruus eius diceret. Non fugio quia turpe est, cùm fortè expediret vt fugeret. Dicturus fuis. Cum vos persequuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Hoc ipse exemplum præbuit, nam quando voluit prehensus est, quando voluit, natus est. Hoc ergo ne illi præuenirent & eum venturum esse nunciarent, & præpararentur insidiæ. Non ascendo, inquit, ad diem festum. Dixit, non ascendo vt occultaretur, addidit istum, ne mentiretur. Aliquid intulit, aliquid abstulit, aliquid distulit, nihil tamen falsi dixit, quia nihil falsi de eius ore procedit. Denique posteaquam hęc dixit, Vbi autẽ ascenderunt fratres eius, Euangelium loquitur, Attende, lege, quod mihi offerebas. Vide si non ipsa lectio soluit quæstionem, vide si aliunde sumpsi quod dicerem. Hoc ergo Dominus expectabat vt priores illi ascenderent, ne venturum prænunciarent, Posteaquam ascenderunt fratres eius, ascendit etiam ipse tunc ad diem festum, non euidenter, sed quasi occultè. Quid quasi occultè? Ibi facit quasi occultè, Quid quasi occultè? Quia nec hoc erat occultè. Non enim verè latere conabatur, qui in potestate habebat. Quando teneretur. Sed in illa, vt dixi, occultatione exemplum præbebat cauendi insidias inimicorum infirmis discipulis qui potentiam non habebant, quando nollent ne prehenderentur. Nam ille etiam palam ascendit postè & docebat eos in templo & dicebant nonnulli. Ecce hic est. Ecce docet, Certè dicebant nostri principes quia apprehendere eum volebant. Ecce palam loquitur & nemo in eum manum mittit. Iam verò si nos ipsos attendamus, si corpus eius cogitemus, quia & nos ipse est. Nam etsi nos ipse non essemus, non esset verum, Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Si nos ipse non essemus, non esset verum: Saule, Saule quid me persequeris? Ergo & nos ipse, quia nos membra eius, quia nos corpus eius, quia ipse caput nostrum, quia totus Christus caput & corpus. Fortè ergo nos præuidebat, quia dies festos Iudæorum non eramus acturi, & hoc est. Ego non ascendo ad diem festum istum. Ecce nec Christus mentitus est, * quorum duorum si alterum necesse est eligere, daret mihi veniam Euangelista, nullo modo veracem ipsi veritati præponerem. Missum ei à quo missus est, non præferrem. Sed Deo gratias quantum arbitror renudatum est, quod obscurum erat. Adiuuabit ad Deum pietas vestra. Ecce sicut potui, solui quæstionem, & in Christo & in Euangelista, Tene mecum amicè veritatem, amplectere sine contentione caritatem.

Ioan. 7.

Act. 9.

Epes. 2.

Forte desit nec euangelista.

Psal. 115. Psal. 33.

Ioan. 16.

Sermo D. August. de arbore, cui maledixit Dominus, & aruit, quia fructum in eanon inuenit. 9.

LECTIO recentissima sancti Euangelij admonuit, terruit nos, ne folia habeamus & fructum non habeamus. Hoc autem breuiter exponitur. Ne verba adsint, & facta desint. Magnus terror. Quis non timeat, cùm in ipsa lectione oculis cordis aridam arborem videt, & sic vt ei dicatur, Nunquã ex te fruct⁹ nascatur in æternum. Terror corrigat, correctio fructus proferat. Sine dubio enim Dominus Christus præuidebat arborem quandam meritò aridam fieri, quòd haberet folia, & fructus non haberet. Ea est synagoga non vocata, Sed reprobata. Nam & inde vocatus populus Dei qui veraciter & synceriter in prophetis expectabat salutare Dei Iesum Christum. Et quoniam fideliter expectabat, meruit cognoscere præsentem. Inde enim apostoli, inde tota turba præcedentium iumentũ Domini & dicentium, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Turba erat magna fidelium Iudæorum, ante fusum pro se sanguinem in Christo credentium magna turba erat Non enim fruſtrà Dominus ipse non venerat, nisi ad oues, quæ perierãt domus Israël. In aliis autem crucifixus, iam in cœlo exaltatus, inuenit pœnitentiæ fructum, Nec aridos fecit sed in agro excoluit, & verbo irrigauit. Inde erant illa quatuor millia Iudæorũ, qui crediderunt, posteaquam sancto spiritu impleti discipuli, & qui cum eis erant, linguis omnium gentium loquebantur, & per omnes gentes futuram Ecclesiam illa linguarum diuersitate quodammodo prænunciabant. Crediderunt & tunc, & ipsæ oues erant, quæ perierãt domus Israël, sed quia venerat filius hominis quærere & saluare quod perierat, etiam ipsos inuenit. Sed nescio vbi tanquam à lupis deprædati latebant in vepribus, & quia latebant in vepribus, ideo ad eos inueniendos non peruenit, nisi spinis passionis dilaceratus tamen peruenit, inuenit, redemit. Illi occiderant, nõ magis ipsum quàm se. Sui facti sunt per occisum pro se, Loquẽtibus enim apostolis compunctis qui pupugerant lancea, compunctis conscientia, compuncti autem concilium quæsierunt, datum receperunt, pœnitentiam egerunt, gratiam inuenerunt & credentes sanguinem biberunt quem seuientes fuderunt. Qui autem remanserant mala & sterili progenie vsque in hodiernum & vsque in finem & in illa arbore figurati sunt. Modo venis ad eos & inuenis apud eos omnia eloquia prophetarum. Sed ista folia sunt, Christus esurit, fructum quærit, sed ideo in eis

Genes. 49. Psal. 118.

Matth. 21.

Act. 2.

Luc. 19.

Ioh. 15.

fructum non inuenit, quia se in eis non inuenit. Non enim habet fructum, qui non habet Christum, Non autem habet Christum, qui Christi non tenet vnitatem, qui non habet caritatem. Ergo per hanc connexionem non habet fructum qui non habet caritatem, audi apostolum. Fructus autem spiritus caritas, commendaturus quasi botrum, hoc est, fructum. Fructus autem, inquit, spiritus, caritas, gaudium, pax, lònganimitas. Noli mirari sequentia vbi cœpit caritas. Ideo discipulis mirantibus arboris aridiatem, commendauit fidem & ait illis. Si habueritis fidem, & nihil discriminaueritis, id est in omnibus Deo credideritis, non dixeritis. Hoc potest Deus, hoc nõ potest. Sed de omnipotentis omnipotentia præsumpseritis, non solum hoc facietis, Sed & monti huic, si dixeritis Tollere & mittere in mare, fiet. Et quæcunque oraueritis credẽtes accipietis. Legimus miracula facta à discipulis, immo facta à Domino per discipulos, quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Potuit Dominus multa sine discipulis, nihil discipuli sine Domino. Qui potuit facere & ipsos discipulos, non vtique est adiutus ab ipsis vt faceret ipsos. Legimus apostolorum miracula, nusquam autem legimus arborem ab his arefactam, aut montem in mare translatum. Quæramus ergo vbi factum sit. Non enim verba Domini vacare potuerant. Si attẽdas ista vsitatas & notas arbores & istos mõtes, nõ est factũ. Si attẽdas arborẽ de qua dixit & mõtem ipsum Dñi de quo ppheta dixit. Erit in nouissimis diebus manifestus mõs Dñi, si hæc adtẽdas, si hæc intelligas & factũ est, & per ipsos factũ est. Arbor gens Iudæa, Sed iterũ dico, reprobata, non vocata arbor illa, quam cõmemorauimus, gẽs Iudęa. Mons sicut docuit propheticũ testimoniũ, ipse dominus, arida arbor, gẽs Iudæa sine honore Christi, mare seculũ hoc omnibus gẽtibus. Vide iam apostolos loquentes ad arborẽ arefaciẽdam, & mittentes montem in mare. Loquũtur in actibus apostolorũ ad Iudęos contradicentes & verbo veritatis resistentes, hoc est, folia habentes, & fructum non habentes, & dicunt illis. Vobis primum oportebat annunciare verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, prophetarum verba loquimini, & non agnoscitis quem prænunciarunt prophetæ, hoc est, folia habentes. Ecce conuertimus nos ad gentes. Hoc enim etiam per prophetam prædicatum est. Ecce posui te in lucem gentium, vt sit salus vsque in fines terræ. Ecce aruit arbor, & Christus ad gentes, mons translatus in mare. Quomodo enim arbor non aresceret positain vinea, de qua dictum erat, mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem? Hoc vt Dominus commẽdaret propheticè se fecisse de hac scilicet arbore non solum voluisse exhibere miraculum, sed futurum miraculum aliquid commendasse. Multa sunt quæ nos admonent nobisque persuadeant, immo ab inuitis extorqueant, Primo quid arbor peccauerat, quoniam fructus non habebat, quem si suo tempore, hoc est, illorum fructus non haberet, & nulla esset vtique ligni culpa, quia lignum sine sensu nõ habebat culpam, hoc accidit, quia sicut in alio Euangelista hoc ipsum narrante legitur, Tempus pomorum illorum non erat. Id enim tempus erat, quo ficus folia profert tenera quæ nouimus nasci ante fructus, hoc ideo probamus quia passionis Domini dies propinquabat, & scimus quo tempore passus sit, & si hoc nõ attenderemus, Euangelistæ vtique dicenti, Non erat tempus ficorum credere deberemus. Ergo si miraculum fuerat, tantummodo commendandum, & non aliquid propheticè figurandum. Multò clementius Dominus, & sua misericordia dignius si quam arborem aridam inueniret, viridem redderet, sicut languentes sanauit, sicut leprosos mundauit, sicut mortuos suscitauit. Tunc verò à contrario quasi aduersus regulam clementiæ suæ inuenit arborem virentem præter tempus, nondum fructum habentem, non tamen fructum agricolæ suo negantem, & aridam fecit: tanquam diceret homini, Non me ariditas huius arboris delectauit, sed tibi volui insinuare non sine causa hoc me facere voluisse, nisi quia tibi quòd plus attenderes volui commendare. Non istam arborem maledixi, non arbori, non sentienti pœnam inflixi, sed te terrui. Si quis aduertis, vt esurientem Christum non contemneres, vt fructu potius opimari quam foliis obumbrari diligeres? Hoc vnum est quod Dominus commẽdat se aliquid significare voluisse. Quid aliud? Esuriens accedit ad arborem & quærit poma. Nesciebat tempus nondum esse, quod cultor arboris sciebat, creator arboris nesciebat. Quærit ergo fructum in arbore, quem nondum habebat, Quærit an potius quærere se fingit? Nam si verè quæsiuit, errauit, sed abiit vt erraret. Ergo finxit, Timens ne fingat, confiteris erasse. Auersaris errorem, incurris in fictionem. Æstuamus in medio. Si æstuamus optemus pluuiam vt virescamus, ne aliquid indignum dicentes de Domino, potius arescamus. Euangelista quidem, Venit, inquit, ad arborem, & fructum in ea non inuenit. Vtique non inuenit. Non diceretur de illo, nisi qui vel videre quæsiuerat, vel quærere se finxerat, quem ibi non esse nouerat. Vnde non dubitamus, errãtem Christum nullo modo dicamus. Quid finxisse dicimus, an ne hoc dicimus? Quomodo hinc exibimus? Dicamus ne quid Euangelista dixerit de Domino alio loco, non auderemus dicere nos ex nobis ipsis, quod Euãgelista scripsit. Dicamus, & cùm dixerimus, intelligamus. Sed vt intelligamus, prius credamus. Nisi enim credideritis, non intelligetis, ait propheta. Post resurrectionem Dominus Christus ambulabat in via cum duobus discipulis suis, à quibus nõdum agnoscebatur, quibus velut viator tertius comitabatur. Ventum est ad locum, quò illi tendebant, & ait Euangelista, Ipse autem finxit se longius ire, illi autem tenebant eum more humanitatis dicentes, quòd iam vesperasceret, rogantes vt cum eis ibi maneret, susceptus hospitio, frangit panem, benedicto & fracto pane cognoscitur. Non ergo iam timeamus dicere finxit, sed quærere si finxit se longius ire. Sed alia quæstio oboritur, hesterna die diu commendauimus in apostolis veritatem, quomodo inuenimus in ipso Domino fictionem? Dicendum ergo fratres, & insinuandum vobis pro mediocribus viribus nostris, quas Dominus pro vobis donat nobis, & commendandum est vobis quod in omnibus scripturis regulariter teneatis. Omne quod dicitur siue fit aut per suam proprietatem cognoscitur, aut significat aliquid figuratè aut certè habet vtrumque & propriam cognitionem & figuratam significationem. Tria proposui, exempla danda sunt, & vnde nisi de sanctis scripturis, dictum quod propriè accipiamus, quia passus est Dominus, quia resurrexit, & ascendit in cœlum, quia resurrecturi sumus in fine seculi, quia cum illo in æternum, si eum non contemnimus, regnaturi. Hoc dictum propriè accipe, noli figuras inquirere, sicut est dictum, ita & est. Sic etiam facta. Ascendit Apostolus Hierosolymam videre Petrum, fecit hoc apostolus, factum est, ipsius proprium est. Narrat tibi rem gestam. Gestum ipsum secundum proprietatem. Per figuram, dictum, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Si lapidem propriè intelligamus, quem lapidem reprobauerunt ædificantes,

Galat. 5.

A

B

C

D

ficãtes, hic factus est in caput anguli. Si angulũ, ppriè accipiamus, in cuius anguli capite factus est lapis iste figuratè. Si figuratè dictum admittamus & capias, Lapis angularis Christus, caput anguli, caput ecclesię. Quare angulus ecclesia? quia hinc Iudæos, hinc gentes vocauit, & quasi duo parietes de diuerso venientes & in se conuenientes suæ pacis gratia colligauit. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Audistis dictum proprium, factum proprium, dictum figuratum, expectatis factum figuratum. Multa sunt, sed interim quod occurrit ex admonitione lapidis angularis quãdo vnxit lapidem Iacob, quem ad caput posuerat cum dormiret, in quo somno magnum somnium viderat, scalas à terra in cœlum surgentes & homines ascendentes & descendentes incumbente super scalas Domino, intellexit quid debuerit figurare, vnde nobis probaret ab illius visionis & reuelationis intellectu se alienum non fuisse lapidem pro Christo figurauit. Noli ergo mirari quòd vnxit, quia Christus ab vnctione nomen accepit. Dictus autem erat Iacob iste in scriptura homo sine dolo. Ipse Iacob, nostis, appellatus est Israël. Ideo Dominus in Euangelio quando vidit Nathanael, Ecce, inquit, verè Israëlita, in quo dolus non est? & ille Israëlita nesciens adhuc qui cum illo loqueretur, respondit, vnde me nosti? Et Dominus ad eum. Cùm esses sub arbore fici vidi te, tanquam diceret. Cùm esses in vmbra peccati, prædestinaui te. Et ille, quia meminerat se fuisse sub arbore fici, vbi Dominus non erat agnouit in illo diuinitatem, & respondit. Tu es filius Dei, tu es rex Israël. Ille sub arbore fici non factus est arida ficus, agnouit Christum, & Dominus ad illum, quia dixi, cùm esses sub arbore fici, vidi te, ideo credis, maiora horum videbis. Quæ sunt ista maiora? Amen dico vobis, quia Israëlita ille, in quo dolus non est, respice ad Iacob in quo dolus nõ est, & recole vnde loquitur lapidem ad caput, visionem in somno, scalas à terra in cœlum, descẽdentes & ascendentes, Et vide quid Dominus dicat, Israëlitæ sine dolo videbitis cœlum apertum, Audi Nathanael sine dolo quod vidit Iacob sine dolo, videbitis cœlum apertum & angelos ascendentes & descendentes, ad quem? ad filium hominis. Ergo ille vnctus erat ad caput filius hominis, quia caput mulieris vir, caput viri Christus. Nec tamen dixi ascendentes à filio hominis & descendentes ad filium hominis, quasi tantummodo sursum esset sed ascendentes & descendentes ad filium hominis. Audi sursum clamantem filium hominis, Saule Saule. Audi deorsum filium hominis, quid me persequeris? Audisti dictũ proprium, quia resurrecturi sumus, factum proprium, quia sicut dictum est, ascendit Paulus Hierosolymam videre Petrum. Dictum est figuratum, lapidem quem reprobauerunt ædificantes factum figuratum, vnctus lapis, qui fuit ad caput Iacob. Debetur expectationi vestræ quod ex vtroque sit, & propriè gestum est & significat figuratum. Nouimus Abraham duos filios habuisse, vnum ex ancilla, alium ex libera, propriè gestum non solum narratum sed & factum, figuratum ibi expectas. Hæc sunt duo testamẽta. Quod ergo figuratè dicitur, quodammodo fingitur. Sed quoniam debet exitum significationis, & ipsa significatio teneret fidem veritatis, vitat crimen falsitatis. Ecce exiit seminans seminare & seminando cecidit in via, cecidit super petrosa loca, cecidit inter spinas, cecidit in terram bonam. Quis exiit seminare, aut quando exiit, aut in quas spinas, aut in quos lapides, aut in quam viam aut in quem agrum. Si audis fictum, intelligis, significatiuè, fictum est. Si enim verè homo seminator exiret, & semina sicut audiuimus, per hæc diuersa iactaret, non erat fictum, sed nec mendacium. Nondum autem fictum sed non mendacium. Quare? quia significat aliquid; quod fictum est, non te decipit. Quærit intelligentem, non facit errantem. Hoc volens commendare Christus, poma quæsiuit, figuratam ibi non fallacem commendabat fictionem, ac per hoc laudabilem non criminosam fictionem, non qua discussa ea in facultatem sed perscrutata si inuenias veritatem. Video quòd dicturus sit, expone mihi hoc quod significabat quod finxit sellõgius ire. Si enim significabat, fallacia est, mendacium est. Expositionibus nostris & discretissimis regulis debemus hoc dicere quid significabat adfictio quædam longius eundi, finxit se longius ire, & tenetur, ne longius eat. Quantum igitur ad præsentiam corporalem absens putabatur Dominus Christus, absens putabatur, velut longius ibit. Tene fideliter, tene illum ad fractionem panis. Quid dicam, agnouistis? Si agnouistis, ibi Christum inuenistis. Diutius de sacramento loquendum non est Qui hoc sacramentum nosse differunt, longius ab eis Christus. Id teneant, non dimittant, inuitent ad hospitium & inuitantur ad cœlum.

Ephes. 4.

Genes. 28.

Luc. 24.

Ioan. 1.

1. Cor. 11.

Act. 9.

Gala. 1.

Psal. 117.

Galat. 4.

Matth. 13

A

B

C

D

10.

Sermo D. August. de Apostolo, nihil in hunc mundum intulimus, verum nec auferre aliquid possumus.

SERMONIS nostri propositio, Apostolica lectio. Nihil, inquit, intulimus in hunc mũdum, sed nec auferre aliquid possumus. Victum & tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum, & in desideria multa & noxia, quę mergunt homines in interitum & perditionem. Radix est omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes à fide pererrauerũt, & inseruerũt se doloribus multis. Digna res quæ intentos vos faciat ad audiendũ & nos promptos ad loquendum. His verbis constituitur antè oculos nostros auaritia, accusetur, nõ defendatur. Immo accusata damnetur, ne defensor eius cum illa damnetur. Nescio quo autem modo id agit auaritia in cordibus hominum, vt omnes vel vt verius & cautius dicam penè omnes verbis cum cõstituant eam & factis velint habere susceptam. Dixerunt in illam multi & multa & magna & grauia & vera & poëtæ & historici, & oratores & philosophi, & omne literarum & professionum genus multa dixit in auaritiam. Magnũ est autem, non illam habere, & multò plus est non eam habere quàm de vitiis eius non tacere. Quid autem interest inter philosophos verbi gratia accusantes auaritiã & Apostolos eãdem ipsam accusantes? Quid interest? Si aduertamus, discimus aliquid quod proprium non habet, nisi schola Christi, ecce quomodo commemorauit. Nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre aliquid possumus, habentes victum & tegumentum his contenti simus, multi dixerunt etiam hoc: Radix omnium malorũ auaritia, fuerunt qui dicerẽt. Illud quod sequitur, nemo dixit illorum. Tu autẽ homo Dei, hæc fuge, sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, cum his qui inuocant nomẽ Domini de corde puro. Talia nullus dixit illorum. Longè est acrepantibus buccis soliditas pietatis. Quapropter carissimi, quoniam sunt extra societatem nostram, qui & auaritiã accusauerunt & contempserunt, ne nobis magna videantur aut hominibus Dei, propterea, Tu autẽ homo Dei. Si vllo modo cõpararentur, primitus discernere & tenere debemus propter Deum nos facere quod facimus. Nam si

1. ad Thim. 6.

veri Dei cultus afferatur quilibet amator auaritiæ reprobatur. Veruntamẽ incutere nobis debet maiorem curam regula pietatis. Turpe est enim & nimis pudendum & dolẽdum si cultores idolorũ inuenti sunt auaritiæ domitores, cultor Dei vnius, ab auaritia subiugetur, & fiat auaritia mancipium: cuius sanguis fit pretiũ.

1. ad Thimoth, 6. Addidit Apostolus, & dicit Timotheo. Testificor corã Deo qui viuificat, oĩa & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato. Bonam confessionem: hoc ab illis quantum longè est, vide vt serues mandatum irreprehensibile vsq; in aduẽtũ Dñi nostri Iesu Christi, quẽ tẽporibus propriis ostendit beatus & solus potẽs, rex regũ & Dñs dominãtium, quisolus habet immortalitatẽ & in lucem habitat inaccessibilẽ, quem nemo

1. ad Thimoth, 6. hominũ vidit, nec videre potest, cui est honor & gloria in secula seculorũ. Huius familię facti sumus, in hui familiã adoptati sum', huius filij nõ nostris meritis sed

For. gratia. ipsius & *gratię sumus. Nimis graue est & nimis horribile vt auaritia nos* terreat in terris: cùm illi dicamus.

For. teneas Locus. mẽdosus. Pater noster, qui es in cœlis, cuius desiderio vilescunt

Matth. 6. omnia † nec nata nobis sunt inter quę nati sumus, quia propter illũ renati sumus: sint hęc ad necessitatis vsum non ad caritatis affectum, sint tanquam stabulum viatoris, non tanquam prædium possessoris. Refice & trãsi. Iter agis, attende ad quem venisti quia magnus est, qui ad te venit, discedẽdo de hac vita, locum facis venienti stabuli est ista conditio. Cedes vt alius accedat, sed si vis ad locum tutissimum peruenire, Deus à te nõ

Psal. 22. recedat, cui dicimus, Deduxisti me per semitas iustitiæ tuæ propter nomen tuum, non propter meritum meũ. Aliud est ergo iter mortalitatis, aliud iter pietatis. Iter mortalitatis commune est, illuç enim ambulãt omnes nati, illuc nõ nisi renati: ad illud pertinet nasci, crescere, senescere, mori. Propter hoc necessarius est victus & tegumentũ. Sufficientes sint huius itineris sumptus. Quare & grauas? Quare tãtum portas in via breui? Nõ vnde ad hanc viam finiẽdam iuueris, sed vnde potius ad hãc viam finiẽdam grauius oneteris. Nimiũ quippe mirabile est quod tibi vis vt cõtingat, oneras te, multũ portas, premit te in hac via pecunia, & per hãc viã premit te auaricia. Auaricia enim cordis est immunditia. Nihil tollis de hoc mundo, quẽ amasti, sed tollis viciũ q̃ amasti. Si perseuerãter amas mundũ, qui fecit mundum, non te inuenit mundum. Si ergo in vsum temporalem moderata pecunia sit viatici in eo fine constituto qui scriptus est. * Sine amore, inquit, pecuniæ,

Ad. Hebr. 7 ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος &c. modus sufficiẽs est præsentibus. Vide ante omnia quid præstruxit. Sine amore, inquit, ita manum mitte, vt cor inde soluas. Nã si pecuniæ per amorẽ cor alligare volueris, inferis te doloribus multis, & ibi erit. Tu autem homo Dei hæc fuge. Non enim ait, relinque recedere, sed fuge, quasi hostem. Quærebas fugere cum auro, fuge aurum: cor tuum fugiat, & seruus est vsus, cupiditas non sit, pietas tamen non desit, * quod facias de auro,

For. Quid facies, pro interrogationem. Si Dominus es auri non seruus. Si Dominus auri es facis de illo quod bonum est, si seruus, facit de te quod malum est. Si Dominus auri es, vestitus de te Dñm laudat, si seruus auri es, spoliatus de te blasphemat. Seruũ autem te fecit cupiditas, liberum caritas. Inde seruus, si non fugeris. Tu autem homo Dei hæc fuge. In hac causa si nõ vis esse seruus, esto fugitiuus. Audisti quod fugias, habes & quod sectẽris. Nõ enim inaniter fugis, aut sic relinquis vt non apprehẽdas. Sectare ergo iustitiam, fidem, pietatem, caritatem. Hæc te diuitem faciant, Ea diuitiæ intus sint, fur ad eas non accedit, nisi mala voluntas ei dederit locum. Muni arcam interiorem, hoc est, conscientiam. Has diuitias non tibi latro, non quilibet potentissimus inimicus, non irruens hostis aut barbarus, non denique naufragium poterit auferre, vnde si nudus exeas, plenus exis. Neque enim verè inanis erat, quamuis foris secus nihil habere videretur, qui dicebat. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, Sit nomẽ Domini benedictum: Laudabilis ista plenitudo, ingentes

Iob. 1. diuitiæ, inanis auro, plenus Deo; inanis omni transitoria facultate, plenus sui Domini voluntate. Quid quæritis aurum tantis laboribus, & peregrinationibus? Amate has diuitias, & modo implemini, fons earum nõ latet, si cor petet, aperit cor clauis fidei & aperit & mũdat vbi ponas. Noli tibi angustus videri. Diuitiæ tuæ, Deus tuus, quando intrauit ipse, dilatauit. Ergo sine amore pecuniæ modus sufficiens est præsentibus, quare præsentibus? quia nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre aliquid possumus, Ideo præsentibus non futuris. Sed quæ res decipit hominem ad auaritię *cõ- For. compotum, For. quid ad vitam datur? vnde vita?

potum? Quid si diu viuo? † Quid ad vitam? Datur vnde vita, detur, postremò sint reditus, quare quæritur & thesaurus? redit aliquid de negocio, redit aliquid de artificio, redit aliquid de pretio, sufficiat, non thesauri-

Matth. 6. zetur, ne vbi pones thesaurum tuum, ibi remaneat & cor tuum, & vt sursum sit, frustrà audias, falsumque respondeas. Quando enim respondes ad illud sacratissimum verbum & voce subscribis, ab ipso corde intus non accusaris, quamuis præsumet oppressum cor tuũ. Non tibi intus dicit, sub terra me ponis, quare mentiris? Ergone tibi non dicit, Nonne ibi sum, vbi thesaurus tuus? Ergo mẽtiris. An verò ille mẽtitur qui dixit, Vbi enim fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Tu dicis, non illic erit. Veritas dicit, illic erit. Sed non illic erit, quia non amo, factis proba, non amas sed diues es. Benè quidem attendis & discernis te ab eo qui diues est. Discernis eum, qui vult diues esse, & diuitem

C velle esse. Iusta discretio, negari non potest. Ibi facultas est, hic cupiditas. Nam & ipse Apostolus non ait. Qui diuites sunt, sed qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & laqueum & desideria multa & noxia volendo fieri non existẽdo ideo ait desideria, Desideriũ est enim in homine qui vult peruenire. Nam nemo 1. ad Thim. 6. desiderat quod habet. Insatiabilis est quidẽ auaritia; Eccles. 5. nec tamen in ipsis qui multũ habent, desideriũ dicẽdũ eius rei quã habent, Sed quam volunt addere. Habet istã villam, desiderat habere & illam, quã nõ habet sed cùm habuerit, aliam desiderauit nõ tamẽ desiderauit, quod habuit, sed quod non habuit. Volendo ergo diues esse, æstuat, sitit, & tanquã hydropisis morbo plus bibendo, plus sitit. Mira ista similitudo est in corporis morbo omnino auarus in corde hydrops est. Nam hydrops in carne, humore plenus est, humore pericli-

D tatur, & humore non satiatur, sic hydrops in corde quanto plus habet, tãto plus eget. Quando minus habebat, minora volebat, paucioribus gaudebat, exiguis bucellis exhilarabatur, quia verò impletus est distentus abundantissimus factus est hæreditatis. Quotidie bibit, venit & sitit, si hoc habebo illud potero, parum possum, quia parũ habebo. Cum & hoc habueris, plus habes velle, egestas aucta est, non potestas. Sed non amo, inquis, quod habeo, vt sursum cor habeam planè consentio, si nõ amas potest esse sursum cor tuũ. Quare enim non sit sursum cor liberum? Sed vide si nõ amas, ipse tibi fideliter renuncia, non à me accusatus sed à te interrogatus. Planè, inquis, nõ amo, diues quidẽ sum, sed quia iam sum, non autem volo esse, vt incidam in tentationem & laqueum, & desideria multa, & noxia quæ mergunt hominem in perditionem. Graue malũ, horrendum periculosum, exitiosum. Iam sum, iniquis, diues, non esse volo. Iam es diues, Iam inquis, non esse vis.

vis. Non inquis, si non esse noles, nolẽ, inquis. Iã ergo quia es, & verbũ Dei te foris diuitẽ inuenit, intus diuitem fecit. Accipe quę diuitibus dicta sunt. Hoc enimq̃ his dicebatur verbis, Nihil intulimus in hunc mũdum sed nec auferre aliquid possumus. Victũ & tegumentũ habentes, his contẽti simus. Nã qui volũt diuites fieri incidunt in tentationem, & contra. Qui volũt, inquit, diuites fieri, tanquam ad pauperes dicebantur. Hæc verba Apostoli pauperem te inuenerunt. Dic illa, & diues es, dic in corde ex corde. Nihil intuli in hunc mũdum, sed nec auferre nihil possum. Victum & tegumentum habens his cõtentus sum. Nam si voluero diues fieri, incidam in tentationem & laqueum. Dic & consiste, vbi inuentus es. Noli te inserere doloribus multis, ne cum voueris te exuere, lanieris, sed diues inuentus es. Sunt & alia verba, quæ recitemus, nõ existimet ad se nihil dictum. Diues inuentus es, eidem Timotheo dicit, eidem Apostolus dicit sed pauperi dicit Timotheo, Timotheus enim pauper erat sicut Paulus. Quid ergo Timotheo de hoc dicturus est homini pauperi, quod pertineat ad eos, qui inuenti sunt diuites. Audi quid, Præcipe, inquit, diuitibus huius mũdi, quia sint & diuites Dei & veri diuites. Non ait, Ego enim

1. ad Thim. 6. didici in quibus sum sufficiens esse, auaro autẽ non sufficit. Ergo, præcipe, inquit, diuitibus huius mũdi. Quid eis dicam? Nolite velle esse diuites. Iam diuites inuenti sunt audiant quod ad eos dictum est. Vbi caput est, nõ superbè sapere. Adhuc habentur diuitiæ multum quę amantur. Nidus colligitur superbiæ vbi nutriatur & crescat q̃ peius est, non volet, sed maneat. Ergo ante omnia non superbè sapere, vt intelligat sapiat, cogitet se mortalẽ & mortales pauperes sapere. Ambos enim terra nudos excepit, ambos expectat mors, ambos nõ timet febris. Habet eam pauper strato terreno, sed nec diues eam venientem lecto terret argenteo. Ergo præcipe huius mundi diuitibus, non superbè sapere. Agnoscant pauperes suos, pauperes homines sunt & homines dissimiles * vestis sed similes cutis, & si diues

For. veste cuti. mortuus, conditur aromatibus, nõ erit nulla putredo, sed serà: serus putrescit, nũquid non putrescit? Sed ponamus, non ambo putrescant, tamen non ambo non sentiunt? Præcipe diuitibus huius mundi non superbè sapere. Non superbè sapiant, & verè tales erunt quales videri esse nolũt, sine amore possidebunt, nõ possidebuntur, sed quæ sequãtur vide. Nõ superbè sapere neq; sperare in incerto diuitiarũ. Amas aurũ, fac si potes cer-

Colossi. 3. tũ vt nõ timeas amittere. Congregasti facultatẽ, da tibi, si potes, securitatem. Neque sperare in incerto diuitiarum, tolle, inde spem, vbi fixisti, sed in Deo viuo ibi figes spem, ibi anchoram cordis tui, vt tempestas seculi non te inde abrumpat, in Deo viuo qui præstat nobis omnia ad fruẽdum, si omnia, quantò magis se? & verè ad fruendum ipse nobis erit omnia. Nam non mihi videtur dictum, qui dedit nobis omnia abundanter ad fruendũ, nisi seipsum. Videtur enim aliud esse vti, aliud frui, vtimur enim pro necessitate, fruimur pro iocũditate. Ergo ista tẽporalia dedit ad vtendũ, se ad fruendum. Si ergo se, quare dictum est, oĩa, nisi quia scriptũ est, vt sit Deus oĩa in omnibus. Ergo ibi cor ad fruendũ vt sit sursum cor, solue te huic sed alliga ibi, periculosum est tibi in his tẽtationibus sine vinculo remanere. Non sperare in incerto diuitiarũ, non tamẽ nusquam, sed in Deo viuo, qui præstat nobis oĩa abundanter ad fruẽdum. Quid tam oĩa quã qui fecit oĩa? Nõ enim ab illo fierẽt hæc oĩa, nisi ea nosset, quis audeat dicere hoc fecit Deus, quod non nouerat, q̃ nouerat fecit. Habet ergo antequã fecit, sed habebat miris modis, non sicut fecit, vt fecit, tẽporalia & transeuntia, sed sicut facit artifex. Habet intus quod operatur foris. Ibi ergo sunt oĩa præcipua, immortalia, indeficientia permanentia, & ipse Deus oĩa in omnibus, sed sanctis suis ipse erit oĩa in omnibus. Ipse ergo sufficit solus, sufficit, de quo Ioan. 14. dictum est. Ostende nobis patrem, & sufficit nobis, sed tanto, inquit, tẽpore, vobiscũ sum, & non cognouistis me, qui me vidit, & patrẽ vidit. Omnia Deus pater & filius & Spiritus sanctus. Meritò solus sufficit. Si auari sumus, ipsum amemus. Si opes desideramus, solus nos satiare potest, de quo dictũ est. Qui satiat in bonis de-

Psal. 102. siderium tuũ. Hoc peccatori non sufficit. Hoc tantum tam magnũ bonum peccatori non sufficit? Volẽdo habere omnia, plus perdidit omnia, quia radix est omniũ malorũ auaritia. Meritò per prophetam increpat animæ peccatrici & à se fornicanti, & dicit, Existimasti si à me discedes aliquid te amplius habituram, sed quomodo ille filij minor, ecce porcos pauisti. Ecce omnia perdidisti. Ecce egenis remansisti, & serò fessus redisti. Iam intellige quia id quod tibi pater dabat, tutius ipse seruabat. Existimasti si à me recessisses, aliquid amplius habituru. O anima peccatrix & impleta fornicationibus facta turpis, facta decolor, facta immunda & sic amata. Redi ergo ad pulchram vt ad pulchritudinẽ redeas, Redi & dic illi, qui tibi solus sufficit perdidisti omnẽ, qui fornicatur abs te. Quid ergo sufficit, nisi q̃ sequitur. Mihi autẽ adhærere Deo bonũ est. Ergo sursum cor, non in terra, non in mendacissimo thesauro, non in loco putredinis. Radix est enim omniũ malorũ auaritia. Et in ipso Adam radix omniũ malorum auaritia fuit. Plus enim voluit quàm accepit, quia Deus illi

Psal. 75. nõ suffecit. Quid ergo sis facturus ex his quę habes, diues? Attende iam non superbè sapere. Rectè nõ speras in incerto diuitiarũ, sed spera in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundãter ad fruendũ laudabiliter. Noli ergo piger esse in his, quæ sequentur. Diuites sint in operibus bonis, hæc videamus, & quod non videmus, credamus. Dicebas aurum habeo sed non amo, sed nõ amare tuũ intus est? si quid de te mereor, ꝓba, & mihi quod non abscõdis Deo tuo proba & fratri tuo. Vnde inquis, probabo? Ex eo quod sequitur, diuites in operibus bonis, vt facilè tribuant, ad hoc diues esto vt facilè tribuas. Pauper enim vult tribuere, & non potest, apud illũ difficultas, apud te facilitas. Hoc tibi prosit, quod diues es, quia cùm volueris facere, statim facis, facilè tribuant, communicent nunquid perdunt? Thesaurizent sibi fundamentũ bonũ in futurũ. Et ne ipsum aurum & argentũ & prædia, & ea quæ pulchra videntur, in facultatibus hominum, etiam, ibi desideremus, cùm dicitur nobis, Illuc migrate, thesaurum vestrũ ibi ponite. Admonuit nos cõtra carnales cogitationes & subiecit, vt apprehendant veram vitã, nõ aurum, quod

D in terra remansit, non facultates putredinis, non bona transeuntia, sed veram vitam. Quomodo ergo migramus, quando hoc illuc transit. Neque hoc ibi habebimus quod hinc transferimus, quodãmodo Dominus Deus noster, mercatores nos vult esse, mutationẽ nobiscum facit, quod hic abundat, damus, quod ibi abũdat, accipimus, quemadmodum plerique traiectitias merces faciunt, aliud dant alibi, & quod venium aliud accipiunt. Verbi gratia, dicit amico suo. Accipe hic à me aurum, & da mihi in Africa oleum, & migrat & nõ migrat. Iã quod desiderat accepit. Talis est ista mutatio, qualis, fratres mei, nostra mercatio. Quid damus & quid accipimus? Hoc damus quod nobiscũ auferre nõ possumus, & si vellem'. Quare ergo perit? Id quod minus est, detur vt quod est maius, ibi inueniatur. Damus terram & accipimus cælum, damus tẽporalia, & accipimus æterna, damus putrescẽtia & accipimus immor

talia. Postremò damus quod dedit Deus & accipimus ipsum Deum. Non ergo sumus pigri in ista mutatione rerum, in ista mercatura optima & ineffabili: Prosit quia hic sumus. Prosit, quia nati sumus, prosit quia peregrinamur. Nõ inopes remaneamus. Non intret arcã cordis tinea, malę cogitationes: non dicatur, nõ dabo, ne cras non habeam. Noli multũ cogitare de futuris. Immo multum cogita de futuris: sed de longè futuris. Thesaurizent sibi fundamentum bonũ in futurum, vt apprehẽdant verã vitam. Hæc ita quemadmodũ dixit Apostolus, Vt aliis refectio, vobis autem angustia, sed ex eo * quisque habet tãtum. Noli amare seruare, thesaurizare, incubare reconditis, hoc est de incertis sperare. Quàm multi diuites dormierunt, pauperes surrexerũt. Propter istam enim cogitationem, cùm dixisset. Sine amore modus pecunię sufficiens est præsentibus. Propter malas cogitationes, quæ dicunt. Si thesaurum non habuero, quis mihi dabit, cùm egere cœpero? * deinde abũdat. Vnde viuam? sufficit mihi vnde viuã sed quid si impinguat mihi calũnia, vnde me redimã? Quid si mihi necesse sit litigare. vnde sumptus impendã? Quandiu omnia mala quæ possunt euenire generi humano narrare & computare nõ poteris, plerumque vna calamitas turbat computũ numerantis, & totum quod numerabatur, non solum perit, sed nec in digitis, remanebit? Ideo cõtra istum cogitationis vermiculũ, contra malignam tineam apposuit Deus in scriptura sua quomodo solent apponi vestibus odoramẽta quẽdam ne * timent. Quid? cogitabás-ne tibi calamitates? non timebas vnã grãdem? attẽde quod sequitur, sine amore modus pecuniæ sufficiens est præsentibus. Ipse enim dixit, Nonte derelinquam, non te deseram. Timebas mala nescio quæ propterea pecuniam seruabas? Te ne fideiussorẽ, hoc Deus tibi dicit, Non te derelinquam, non te deseram. Homo si promitteret, crederes, Deus pmittit & dubitas? Promisit, scripsit, cautionem fecit. Esto securus. Lege quod tenes, cautionẽ tenes, ipsum debitorem tenuisti, à quo tua debita relaxari petisti.

2. Cor. 2. aliis odor vitæ.
For. quodquisque habet. tantũ noli &c.
Aliquid forte de fuctis.
For. tincẽt.

S. Augustini sermo, in illud Pauli, Qui gloriatur, in Domino glorietur. II.

Psal. 30. ADMONITI ab Apostolo sumus, vt qui gloriatur in Domino glorietur, eique Domino cantabimus. In tua iustitia erue me, & exime me. Hoc est ergo in Domino gloriari non in sua sed in eius iustitia gloriari. Hæc autem iustitia latuit eos, qui de sua iustitia gloriantur. Et hoc maximè vitium apparuit in Iudæis nouum testamentum recusantibus & in veterem hominem remanẽtibus frustrà & infructuosè in suis codicibus legerant atque cãtauerant. In tua iustitia erue me. Ignorantes enim Dei iustitiam & suam volentes cõstituere, iustitię Dei non sunt subiecti. Nemo ergo tanquam de sua iustitia glorietur, etiam si iustus est. De sua quippe iustitia glorianti dictũ est. Quid enim habes quod nõ accepisti? Ergo qui gloriatur, in Domino glorietur. Quid enim securius quàm in illo gloriari, de quo non potest omnino cõfundi? Nam si gloriatus fueris in homine, potest inueniri aliquid in homine, immò multa inueniri possunt in homine, de quibus cõfundatur, qui in illo gloriatur. Cùm autem audis non esse in homine gloridãum, vtique nec in te. Non enim tu non homo. Si ergo gloriaris in te, in homine gloriaris & hoc est stultius & execrabilius, quia si gloriatus fueris in homine iusto aliquo vel alio sapiẽte, ille non in se gloriatur in quo tu gloriaris, tu autẽ si in te gloriaris, non sapiens, non iũstus es. Si autẽ non oportet in homine sapiente gloriari, multò minus oportet in insipiente gloriari. Qui autẽ gloriatur in se, insipienter gloriatur. Eò enim ipso insipiẽs cõuincitur, quia in seipso gloriatur. Ergo qui gloriatur in Dũo glorietur, nihil tutius, nihil securius. Si potes, habes quod apprẽhedas, in Domino gloriatus non confunderis. Non enim aliquid reprehensionis inueniri potest in illo, quo gloriaris. Ac per hoc & ille, qui nõ dicebat, In mea iustitia erue me, Sed in tua iustitia erue me. Hoc prius dixit. In te sperauí Domine, non confundar in æternum. Nũquid enim aliud est in quo errauerunt Iudæi, aut quo alio vitio ab Euangelica gratia extorres facti sunt, nisi vno illo de quo Apostolus nõ tacuit, quod paulò antè cõmemorauí. Testimonium, inquit, eis perhibeo, quia zelum Dei habent sed non secundũm scientiã vbi laudauit etiam reprehẽdit. Vnde ergo illi vitiosi? quia vtique quamuis zelum Dei habeant, non secundũ scientiam. Et quasi cõsideremus Apostolum & diceremus, quid est quod dixisti, non secundum scientiam? Quæ est ista scientia, quam illi non habent, qui tamen zelũ Dei habent? Quam scientiam non habent? vis audire? Attende quod sequitur. Ignorantes enim Dei iustitiã & suam volentes constituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Si ergo zelum Dei habes & vis habere secũdum scientiam & pertinere ad testamentũ nouum, ad quod Iudæi propterea pertinere nõ potuerũt, quia zelũ Dei non secundũ scientiã habuerunt. Agnosce Dei iustitiã & noli tuã velle constituere hanc ipsam si quã habes, si benè viuis, si præcepta Dei facis noli tuũ putare, hoc est enim velle suã iustitiam cõstituere. Agnosce à quo acceperis & habe quod accepisti, nõ enĩ habes, quod non accepisti. Si autẽ accepisti quid gloriaris quasi nõ acceperis? Cũ enim gloriaris quasi non acceperis, in te gloriaris, & vbi est, qui gloriatur, in Domino glorietur? Datum tene, sed datorem agnosce, Spiritum suum se daturũ cùm promitteret Dominus, si quis sitit, inquit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me flumina aquæ viuæ defluant de ventre eius. Vnde in te hoc flumen? Recordare tuam pristinam siccitatẽ, nisi enim siccus fuisses, non sitisses. Quid est, si nõ sitisses non bibisses, nisi tu te inanem inuenisses, in Christo nõ credidisses. Antequam diceret flumina aquæ viuæ fluant de ventre eius, prius dixit, si quis sitit, veniat & bibat. Ideo flumen habebis aquæ viuæ, quia bibis: non bibis, si nõ sitis. Si autem sitiebas, quare tanquam de tuo flumine gloriari volebas? Ergo qui gloriatur, in Domino glorietur. Et ego, inquit, fratres veniens ad vos veni non in elatione verbi aut sapientiæ, annuncians vobis mysterium Dei. Dicit etiam, Nunquid dixi me scire aliquid in vobis nisi Iesum Christum & hunc crucifixũ? & si hoc solũ sciebat, nihil est quod nesciebat. Magnũ est scire Christum crucifixum, sed ante oculos paruulorum tãquam inuolutum posuit thesaurum. Christũ, inquit, crucifixum. Quanta habet intus iste thesaurus? Deinde alio loco cùm metueret quibusdã, ne per philosophiam & inanem fallaciam seducerentur à Christo, thesaurum scientiæ & sapientiæ Dei promisit in Christo. Cauete, inquit, ne quis vos seducat per philosophiam & inanem seductionem, secundum elementa mundi, non secundum Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Christus crucifixus, thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Nolite ergo, inquit, nomine sapientiæ decipi. Ad hoc inuolucrum vos aduocate, hoc vobis vt euoluatur, ora te. Stulte huius mundi philosophe, quod quæris nihil est, quem non quæris, quid prodest? quia multum sitis & fontem calcando pertransis. Contemnis humilitatem,

1. Cor. 4.
Rom. 10.
Colocen. 2.
1. Cor. 2.

tem, quia nõ intelligis maiestatem. Si enim cognouissent, nunquam Dominũ gloriæ crucifixissent. Iesum Christum, inquit, crucifixum: Non dixi aliquid me in vobis scire, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Humilitatem eius quam irrident superbi vt fiat in eis. Increpasti superbos, Maledicti enim qui declinant à mandatis tuis, & quod est mandatum eius, nisi vt credamus in eum & diligamus inuicẽ? In quem credam? In Christum crucifixum quod non vult audire superbia, hoc audiat sapientia. Mandatum eius est, vt credamus in eum, In quem? in Christũ crucifixum. Hoc est mandatum eius vt credamus in Christum crucifixum. Hoc omnino, sed superbus iste, erecta ceruice, tumenti gutture, elata lingua, inflatis buccis irridet Christum crucifixum. Maledicti ergo qui declinant à mandatis tuis. Quare irrident, nisi quia vilem vesticulam forinsecus circundatam vident latentem intus thesaurum non vident. Videt carnẽ, videt hominem, videt crucẽ, videt mortem, ista cõtemnit. Mane, noli transire, noli spernere, noli insultare. Expecta, scrutare, fortè est aliquid intus quod te multum delectet. Si inuenias quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Videt oculus carnem, est infra carnem quod oculus non videt. Audit auris tua vocem, est ibi quod auris tua vocem: est ibi quod auris non audiuit. Ascẽdit in cor tuũ quasi de terrenis cogitationibus, Homo crucifixus & mortuus est, Illic quod in cor hominis non ascendit. Ascenderunt enim in cor nostrũ visitatæ cogitationes, Ascendit, inquit, in cor Moysi visitare fratres suos, humana est ista * cõditio, Et cùm discipuli de ipso Domino dubitarent & apud ipsum dicerent, cùm subitò resurrexisse conspicerent, ipse est, non est, caro est, Spiritus est. Hoc eis dicit. Quid cogitationes ascendũt in cor vestrum? Quæramus ergo si possumus non quod in cor nostrum possit ascẽdere, sed quo cor nostrum mereatur ascendere. Merebitur enim in regnante glorificari qui didicerit in crucifixo gloriari. Vnde videns ipse Apostolus non solum quo ascendat, sed etiam qua descendat. Multi enim viderũt quo nec viderunt, quo amauerunt celsitudinis patriã, sed ignorauerunt humilitatis viam. Sciens ergo Apostolus & cogitans & præmeditans non solum quò sed etiã quà, mihi, inquit, absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, Et verum dicere poterat, in maiestatẽ, & verum dicere poterat, in potestatem, sed dixit in crucem: vbi mundus philosophus erubuit, ibi thesaurum Apostolus reperit, non contemnẽdo vile inuolucrum, peruenit ad pretiosum obuolutum. Absit, inquit, mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, bonã sarcinam sustulisti, ibi totum est quod quæsisti, & quid ibi magnum lateret, ostendit. Quale adiutorium, per quem mihi, inquit, mundus crucifixus est & ego mundo. Quando tibi crucifigeretur mũdus, nisi pro te crucifigeretur per quem factus est mundus? Ergo qui gloriatur, in Domino glorietur, quo Domino? Christo crucifixo, vbi humilitas, ibi & maiestas, vbi infirmitas, ibi potestas, vbi mors, ibi vita. Si vis ad illam peruenire, noli ista contemnere. Audisti in Euãgelio filios Zebedæi. Quærebant altitudinẽ, dum vnus eorum vt sederet ad dexteram tanti patris familias, alter ad sinistram magnam planè illi celsitudinem requirebãt, magnam. Sed quem postponebant. Quã vocat eos Christus ab eo quò ire volebant ad illud, quà ire debebant. Quærentibus quippe tantã celsitudinem quid respondit? Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Quem calicem nisi humilitatis, nisi passionis? quem bibiturus & in se transformans infirmitatem nostram ait patri. Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Istos ipsos in se transformans, qui talem calicem bibere recusabant, & altitudinem quærebant, humilitatis viam negligebant. Potestis bibere inquit, calicẽ, quem ego bibiturus sum? Christum quæritis excelsum, redite ad crucifixum. Vultis regnare & gloriari in sedibus Christi? Prius discite dicere. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Hęc est doctrina Christiana, humilitatis præceptum, humilitatis commẽdatio, vt nõ gloriemur nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Nam non est magnum in Christi sapientia gloriari, magnum est in cruce Christi gloriari, vnde tibi insultat impius, ibi glorietur pius, vnde insultat superbus, inde glorietur Christianus. Noli erubescere de cruce Christi, ideo in frontem tanquam in sedem pudoris signum ipsum accepisti. Recole frõtem tuam ne linguã expauescas alienam. Signum veteris testamenti circũcisio in latenti carne, signum noui testamenti crux in libera fronte. Ibi enim occultatio est, hic reuelatio, illud est sub velamine, hoc in facie. Quandiu enim legitur Moyses, velamẽ super cor eorum positũ est, quare? quia non transierunt ad Christum, cùm enim trãsieritis ad Christum, aufertur velamen: vt qui habebas, in occulto circuncisionem, in frontem portes crucem. Nos enim reuelata facie gloriam Domini speculãtes, in eandem imaginem, inquit, transformamur, de gloria in gloriam tanquam à Domini spiritu. Ne tibi tribuas, ne hoc tuum putes, ne ignorans Dei iustitiam & tuam volens constituere, iustitiæ Dei nõ sis subiectus. Transi ergo ad Christũ, ô qui gloriaris de circuncisione. Inde enim vis gloriam habere quod verecundaris ostendere, & signum verum est, à Deo præceptum est, sed occultationis signum est. Nouum enim testamentum in veteri velabatur, vetus testamentum in nouo reuelatur, ideo signum ab occulto transeat in manifesto & incipiat esse in fronte quod latebat sub veste. Nã in eo signo Christum esse pronũciatum quis dubitet? Inde cultellus petrinus, petra autẽ erat Christus. Inde octauus dies circuncisionis & dominicus resurrectionis. Ideo Apostolus inde transiens inde veniens, transiens scilicet ad Christum, vt auferatur velamen, nouit vnde glorietur. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, quid enim prius dixerat? Neque enim qui circuncisi sunt, ij legem custodiunt, sed volunt vos circuncidi, vt in vestra carne glorientur. Tu quid Apostole? Transfer signum ad frontem. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Hic habeo, inquit, quod ignorabam.

Psal. 118.
Isaiæ 64.
Exod. 2.
For. cogitatio.
Luc. 24.
Galat. 6.
1. Chor. 2.
Matth. 20.
Matth. 26.
2. Cor. 2.
2. Cor. 3.
1. Cor. 10.

Sermo in Peruigilio in illud Exodi, quando in Ægypto agnus immolatus est, sed non videtur Augustini, eruditus tamen.

ODIE populus Israël & verè homo videns Deum, hoc quippe interpretatur Israël, egredi iubetur ex Ægypto. Hodie agnus Dei, qui tollit peccata mundi, pro omnium salute iugulatur. Hodie sanguine illius postes domorum, id est, frons nostra depingitur. Hodie percutiuntur Ægyptij, & de seruitute Pharaonis Dei populus liberatur. Hodie percutiuntur primitiua Ægyptiorum & Israëlitarum. Non solum liberi, sed etiam irrationabilia iumenta seruantur, homines & iumenta saluos faciet, Dominus. Prępare mur fratres Carissimi, ad immolationem agni, & apprehendamus illum non quando dubia lux est, & adhuc lunæ cornua non implentur, non quando crescere incipit vel decrescere, sed quarta decima Die, id est lumine consummato atque perfecto, quando tota eius lampas totius orbis

Ioan. 1.
Exod. 12.
Psal. 35.

impletur. Nec putemus agnum istum anniculum, vbi-
eumque posse comedi. Præcipitur nobis, vt in vna illũ
comedamus domo, id est in vna ecclesia, immolari
agnum putemus. Ex quo manifestum est quod Iudæi
& hæretici, & omnia conuenticula dogmatum peruer-
sorum qui agnum in Ecclesia non comedunt, non eos
agni carnes comedere sed draconis, qui datus est iuxta
psalterium in escam populis Æthiopibus. Quomodo
Genes. 7. enim in diluuio nõ saluatur nisi qui in arca fuerit Noë,
2. Petr. 2. & corruente Hiericho vna tantummodo Raab mere-
Iosue. 6. tricis, id est ecclesiæ credentis ex gentibus custoditur
domus, ita & in immolatione agni tunc verè agnus oc-
Exod. 12. ciditur, cùm in vna mactatur domo. Erit, inquit, vobis
agnus immaculatus. De agnis & de hædis sumetis eũ.
Præcipitur & in alio loco, vt qui in primo mẽse pascha
facere non potuerit, secundo faciat, iuxta quod & nũc
iubetur, vt qui non potest habere agnum, saltem hæ-
dum habeat. Christus enim in domo ecclesiæ duplici-
ter immolatur, si iusti sumus de agni carnibus vesci-
B mur, si peccatores & pœnitentiam agimus, nobis hœ-
dus occiditur, non quia Christus ex hædis sit. Sed pro
diuersitate meritorum, vnicuique aut agnus aut hædus
sit. Quæritur etiam quos à sinistris stare docuit, quare
non in die agnus iste immoletur, sed ad vesperã, & cau-
sa manifesta est. Dominus enim noster atque saluator
in consummatione seculorum passus est. Vnde & Ioan-
1. Ioan. 2. nes in epistola sua loquitur, Filioli nouissima hora est,
quando autẽ hora nouissima est, finito die noctis exor-
dium est. Sed & hoc intelligendum quod quandiu in
isto seculo sumus, id est versamur in Ægypto, non su-
mus in claritate lucis, sed in tenebris atque caligine. Et
licet ecclesia, id est Luna, quasi in nocte resplendeat, ta-
men veri Solis non valemus habere fulgorem. In vna,
inquit, domo carnes assas igni comedetis, & azyma cũ
Exod. 12. amaritudinibus manducabitis. Non comedetis de eis
Leuit. 23 crudum aut coctum in aqua, sed carnes assas igni. Iu-
1. Cor. 5. Marc. 8. betur nobis vt panes absque fermento veteri malitiæ
C & nequitiæ comedamus. De quo fermento & Domi-
nus in Euangelio discipulos monet dicens, Cauete vo-
bis à fermento Pharisæorum, & postcà interpretatur
fermentum peruersorum Pharisæorum esse doctrinã.
Et nos igitur si à doctrina huius seculi volumus esse ali-
eni, & quasi extraneos à mundi conuersatione nos fa-
cere, persequutionibus & pressuris subiecti simus, & se-
cundum apostolum comedamus azyma synceritatis.
1. Cor. 5. Vis ô auditor intelligere quod dico? Dic quod verum
est. Loquere quod syncerum est. Nullius personam ac-
cipias, non diuitis, non potentis, quamlibet sit potens,
quamlibet nobilis, qui peccauerit, corripe eum. Et co-
medisti azyma synceritatis & veritatis in amaritudine.
Galat. 16. Vnde & apostolus ait, Inimicus vobis factus sum, vera
dicens, & prouerbium seculi gẽtilis quoque poëta ex-
primens, Obsequium, inquit, amicos, veritas odium
D parit. Quod autem sequitur, vt non crudas carnes agni
neque elixas comedamus. Illud est, ne scripturas diui-
nas, quę verè carnes agni sunt, aut iuxta historiam tan-
tum intelligamus, sicut Iudæi, & crudas eas adsuma-
mus in cibo: Aut rursum secundum hæreticos, quibus-
dam allegoriis & nubilo interpretationis ad peruersa
quæque dogmata deriuemus, ac eneruemus eas, & fu-
ci veritate sublata vmbras quasdam & imagines offen-
damus. Sed intelligamus eas & iuxta historiam sicut
scriptæ sunt, nihilominus sancti Spiritus eas excoqua-
mus ardore, & quicquid in illis secundum literam, vi-
detur incõgruum esse. Vel clausum spiritali expositio-
Exod. 12. ne pandamus. Caput cum pedibus & intestinis come-
Ioan. 1. detis. Caput mihi videtur esse agni, illud quod in Euã-
gelio Ioannis scribitur. In principio erat verbum, &

A verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc
erat in principio apud Deum. Pedes autem homo, quẽ
pro nostra salute est dignatus assumere. Sed & aliter
sentiri potest. Caput intelligentia spiritalis, pedes verò
simplex iuxta historiam. Intestina autem quicquid in-
trinsecus in litera lucet, quicquid in superficie non vi-
detur, sed diligenti examinatione commolitum & ru-
minatum à doctoribus profertur in medium: & quod
putabatur esse fœdum & indecorũ, hoc reperitur esse
vitale. Verbi gratia quid turpius in scripturis dici po-
test, quàm si Oseæ meretricem habere iubeatur vxo-
Osee. 1. rem, & Iudas cum Thamar nuru sua concumbit, & Da-
Genes. 38. uid Bersabeæ adulterio sordidetur, & Sela filius Iudæ
2. Reg. 11. Genes. 38. semẽ piiciat in terrã, ne liberos generet? Hæc si secun-
dum literam intelligantur, nónne & à gentibus & ab
incredulis quibusque quasi scripturarum stercora con-
demnantur atque irridentur? Sed si illa excutias, si la-
ues, si spiritus sancti igne excoquas, vertũtur in cibum,
B & quod putabatur inutile, inuenietur esse mysterium.
Non relinquetis de eo in manè & os non conteretis Exodus
de eo, & quid reliquum fuerit de eo vsque in mane igni
comburetis illud. Nihil de carnibus agni in futurum
seculum reseruemus. Quantumcunque possumus, co-
medamus. Quod si qua in eo fortia sunt dogmata,
videlicet ecclesiastica, de trinitate, de resurrectione,
de anima, de angelis & de cæteris huiusmodi, hæc
non iuxta nostram opinionem prauis interpretatio-
nibus differamus & conteramus illa, sed ita vt sunt
fortia prædicemus. Si quid autem quasi homines præ-
terierit, & non potuerimus de carnibus agni comedę-
re, scire debemus quod in futuro seculo doctrina spiri-
tus sancti nobis aperienda sit & comedemus illum. Sic
autem comedetis illum: Sint lumbi vestri accincti &
calceamẽta vestra in pedibus vestris, & baculi in mani-
bus vestris, & comedetis illum cũ festinatione. Pascha Luc. 9.
est enim Domini Dei vestri. Huc vsque præceptũ est. Matth. 9. Marc.
Quales carnes agni comedere debeamus. Nunc iube-
tur, quo nobis habitu comedendæ sint. Sint lumbi, in-
quit, vestri accincti & lucernæ ardẽtes in manibus ve- 4. Reg. 4.
stris, Et apostolis dicitur. Sint lumbi vestri accincti. Et
Ioãnes. Zona pellicea cingitur, & Helias nihil in se ha-
bens molle atque muliebre sed totum virile & rigidũ,
(homo quippe hirsutus erat) cingulum habuisse descri-
bitur, Et nos ergo si volumus carnes agni comedere,
mortificemus lumbos nostros, mortificemus opera
carnis & hoc quod in Iob de diabolo dicitur. Virtus
eius in lumbis eius. Occiditur in nobis ne caro concu-
piscat aduersus spiritũ, sed si spiritu opera carnis morti-
ficabimus, purificati vescemur agni carnibus. Vt autẽ
sciatis, fratres carissimi, quoniam quicumque vxori
debitum reddit, non potest vacare orationi, nec de
carnibus agni comedere, Et Moysi præcipitur vt po-
pulum, qui ascensurus erat ad montem Oreb, ante tres
D dies purificet, & Dauid cùm venisset ad Achimelech
sacerdotem, interrogatur si mundi sunt pueri, ad quem
respondit purificatos eos esse ab heri & nudius tertius. Ioan. 6.
Si autem panes propositionis non poterant ab iis qui
vxores suas tetigerant comedi, quantò magis panis ille,
qui de cœlo descendit, non potest ab his qui coniu-
galibus paulo antè hæsere complexibus, violari atque
contingi? Non quo nuptias condemnemus, hoc dici-
mus, sed quo eo tempore, quo carnes agni manduca-
turi sumus, vacare à carnis operibus debeamus. Quod Exod. 32.
autem sequitur, & calceamenta in pedibus vestris, &
baculum in manibus vestris, hoc iubetur, vt quando in
heremo istius seculi gradimur calceati sim⁹ calceamẽ-
tis pacis, nec vbi in deserto scorpio & coluber obrepat,
nec vbi serpens plantam gradientis inuadat. Quod si
fortè

fortè aduersum nos consurrexerint, habeamus virgam
in manibus & percutiamus ea & dicamus. Virga tua &
baculus tuus ipsa me consolata sunt. Videte mysteriũ
scripturarum. Quandiu per solitudines ambulamus,
Ioan. 6. necesse est vt habeamus calceamenta, quibus nostri te-
gantur pedes. Quando verò terram repromissionis in-
tramus, dicitur nobis, ad Iesu Naue, Solue corrigiam
Exod. 12. calceamenti tui: Locus enim, in quo stas, sanctus est. Et
nos ergo quãdo intrauerimus in regna cœlorum, non
habeamus opus calceamentis, non his perfidiis, qui-
bus custodimur in seculo? Sed vt nouum dicã agnum
illum, qui pro nobis est occisus, sequimur. Et de nobis
dicit Ioannes. Isti sunt qui vestimenta sua non coin-
quinauerunt, virgines enim permanserũt, qui sequun-
tur agnum, quocunque vadit in Christo Iesu, cui est
gloria in secula seculorum. Amen.

Sermo in Psal. xlij. ad Neophytos. Non videtur esse Augustini, sed alicuius eruditi, qui aliqua ex Augustini expositione in luce desumpserit.

MNE psalterium sagaci mente perlustrans,
nusquam inuenio quod filij Chore, aliquid
triste cantauerint, semper in psalmis eorum
læta sunt & iocunda, semper terrenis humi-
libusque contemptis, cœlestia & æterna desiderant,
congruentes interpretationi nominis sui, si quidem
Chore interpretatur caluities. Quia ergo Dominus
Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. noster in loco Caluariæ crucifixus est & sepultus, qui-
cunque in cruce ipsius credunt & in resurrectione, si
Chore, id est, filij Caluariæ nominantur, super quam
Ioan. 19. caluitiem Dominus noster verus Helisæus post resur-
rectionem ad cœlorum regna conscendens, irridetur
à paruulis Iudæorum, sed vrsi comedunt irridentes.
Hoc de titulo strictim dixisse sufficiat, nunc ad psalmi
C
Psal. 41. principium reuertamur. Sicut desiderat cerus ad fon-
tes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Cer-
uorum natura est vt serpentum venena contemnant,
quin potius naribus suis eos extrahant de cauernis &
interficiant atque dilacerẽt, cumque venenum intrin-
secus cæperit æstuare quamuis eos non possit occide-
re, tamen sitis ardorem & incendium commouet. Tũc
illi fontes desiderant & purissimis aquis feruentia ve-
nena restinguunt. Quomodo itaque illi cerui desiderãt
Exod. 12. fontes aquarum, ita & nostri cerui, qui de Ægypto &
de seculo recedentes interfecerunt Pharaonẽ in acti-
bus suis & omnem eius exercitum in baptismo neca-
uerunt post interfectionem diaboli desiderant fontes
Ecclesiæ patrem & filium & spiritum sanctum, De pa-
Hier. 2. tre quod fons sit, scribitur in Hieremia, Me dimiserũt
fontem aquæ viuæ & foderunt sibi lacus contritos qui
D non possunt aquas continere. De filio verò in quodam
Ioan. 4. loco legimus. Dereliquerunt fontem sapientiæ. Porrò
de spiritu sancto. Qui biberit de aqua quam dedero ei,
orietur in eo fons aquæ salientis in vitam æternam,
quod statim exponitur, euangelista dicente quod de
Ioan. 7. spiritu sancto fuerit sermo saluatoris. Ex quibus mani-
festissimè comprobatur, tres Ecclesiæ fontes Trinita-
tis esse mysterium. Hoc desiderat anima credẽtis, hoc
Psal. 41. desiderat anima baptizati, & dicit. Sitiuit anima mea
ad Deum viuum: Non enim leuiter videre Deum sed
toto desiderauit ardore, toto sitiuit incendio. Ante-
quam baptismum consequerentur, loquebantur inter
se inuicem atque dicebant Quando veniam & appa-
rebo ante faciem Dei? Ecce fratres carissimi, impletum
est, quod petebant. Venerunt & steterunt & apparue-
runt ante faciem Dei, ante conspectum altaris, & ante
mysterium saluatoris, hoc non merentur videre nisi illi

A qui ex conscientia & ex imo proferunt corde, memo-
resenim illius testimonij fuerunt, fuerunt mihi lachry-
mæ meæ panis die ac nocte, per omnem enim qua-
dragesimam vacauerunt orationi atque ieiuniis, In
sacco & cinere dormierunt futuram vitam peccato-
rum suorum confessione quærentes, sed quia foderunt
lachrymas & fuerunt tristes, dicetur illis. Qui seui- Psal. 125.
nant in lachrymis, in gaudio metent. & Beati lugentes Matth. 5.
quoniam ipsi consolabuntur. Pro quibus vniuersis Luc. 6.
cùm illis diabolus insultaret & diceret, Vbi est Deus
tuus? Nunc ad corpus Christi admissi, & in vitali fonte
nati confidenter loquuntur, & dicunt, Transibo in lo-
cum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.
Domus Dei ecclesia est, hoc est admirabile taberna-
culum, in quo qui habitauerit, in eo vox exultationis
atque confessionis sonus epulantium. Gaudeant quip-
pe super fidem & consequutionem vitæ æternæ, quam
B fratres nostri non accipere meruerunt, angeli in cœlis,
omnesque virtutes. Si enim super vno agente pœni- Legendum
tentiam & in vna ouicula morbida, quæ à pastoris hu- est nunc.
meris est reuecta, gaudent angeli atque lętantur, quan- Luc. 15.
tò magis in tot fratribus vitali gurgite renatis atque
mundatis vniuersa exultant regna cœlorum videntia
homines veteri peccatorum labe purgatos in suo in-
colatu præparari? Dicite ergo nunc qui Christum in-
duistis & Dominum Christum filium Dei sequentes Galat. 3
quasi piscículi, homines ita sermone Dei de gurgite se-
culi istius subleuamini, * in nobis rerum naturam & ita Locus mieri-
est, pisces cum de mari extracti fuerint, moriuntur. dosus
Nos ideo apostoli de mundi istius mari extraxerunt
atque piscati sunt, vt viui ex mortuis fieremus, quan-
diu eramus in sęculo, oculi nostri in profundo, vita no-
stra versabatur in cœno, postquam de fluctibus eiecti
sumus, cœpimus solem, cœpimus lumen aspicere. Et
C
præ nimio gaudio conturbati ad animam nostram di-
cimus. Spera in Deum quoniam confitebor illi salutá-
re vultus mei, & deinceps. Propterea memor ero tui Psal. 41.
de terra Iordanis & Hermon à monte modico. Abys-
sus abyssum inuocat, & nos de terra Iordanis, id est de
flumine in quo baptizatus, est Dominus & Hermõ hoc
est de seculi istius maledictione, quoniam Hermon in-
terpretatur anathema, & montem modicum huius
mundi. Quamuis enim aliquis sanctus sit, dum in isto
certatur seculo, non est in monte grandi atque subli-
mi. Sed in monte est modico, id est, humili Clamemus
ad Dominum & profunda scripturarum ipsius, de aliis
scripturarum testimoniis interpretemur quicquid in
abysso veteris testamenti in voce cataractarũ est Dei, Psal. 45.
hoc est, prophetarum ipsius & apostolorum. Omnia
excelsa Domini, fluctus ipsius & imperus fluminis qui
D lætificat ciuitatem Dei super nos transierunt in Chri-
sto Iesu, cui gloria & imperiũ in secula seculorũ. Amẽ.

INCIPIT COMMONITORIVM BEATI Augustini ad vniuersam Ecclesiam destinatum, sub qua cautela Manichæi, si conuersi fuerint, suscipi debeant.

Mihi videtur potius Cælestini, aut Leonis aut diuersus Papæ qui suaui deos exterminent.

VM Manichæi, qui confitẽtur, & quos pœ-
niteat huius nefandissimi erroris, anathema-
tizauerint eandem hæresim secũdum for-
mam infrascriptam, libellumque dederiẽ
vnusquisque eorum confessionis, & pœnitẽtiæ suæ atque anathematis, potẽs in Ecclesia vel Catechumeni, vel Pœnitentis locum, si libellus eius placuerit, cum-

que attemptauerit, det ei epistolam cum Consule, & Die, vt neque de superiore tempore aliquam molestiã, vel publicis legibus, vel disciplina ecclesiastica patiatur, & post ipsum diem, si aliquid indicij apparuerit, sentiat iustitiæ seueritatem, quę talibus adhibenda est: id est, vt ab eius consortio, vel amicitia, vel quacũque societate Christiani se abstineant, secundum apostolicam autoritatem. Commendentur autem, qui Epistolas ab episcopo acceperint, religiosis catholicis vicinis, vel cohabitatoribus suis, siue clericis, siue laicis, per quorum erga se securam frequenter audiẽt iam sermonis Dei, & quorũ testimonio possint innotescere: nec facilè admittantur ad baptismum, si catechumeni sint, nec ad reconciliationem, si pœnitẽtiæ locum acceperunt, nisi periculo mortis vrgente, vel si quos aliquãto tempore probatos esse cognouerit episcopus, per eorum testimonium, quibus fuerint commendati. Tit. 3.

Forma ergo, secundum quam debent hanc hęresim, qui corriguntur, anathematizare, ista est.

I. Qvi credit duas esse naturas, diuersis principiis existentes, vnam bonam, quod est Deus, alteram malam, quam non creauit Deus, habentem principes suos, & mala sua, quæ non creauit Deus, anathema sit.

II. Qvi credit duas naturas bellum inter se gessisse, & partem naturæ Dei in eodem bello principibus tenebrarum, & omnibus gentibus ad malam naturam pertinentibus fuisse permixtam, & ab eis tenebris colligatam, oppressam, inquinatam, quod & credi facit naturã Dei esse mutabilẽ, & coinquinabilẽ anathema sit.

III. Qvi credit partem Dei ligatam, & inquinatam teneri in dæmonibus, & in omnibus animalibus, fructuumque generibus, vt per escas Manichæorum electorũ solui, atque purgari credatur pars Dei, pollutã teneri in cucumeribus, & melonibus, & radiculis, & porris, & quibusq; vilissimis herbis, & ei subueniri, cũ ab electis Manichæorũ ista comeduntur: anathema sit.

IIII. Qvi credit hominem primum, qui est appellatus Adam, non à Deo factum sed à principibus tenebrarũ genitum, vt pars Dei, quæ in eorum membris captiua tenebatur, copiosius, & abundãtius in terra teneretur, & isto modo creatum, cum masculi, & feminæ principes tenebrarum concubuisse, & fœtus suos maiori principi tenebrarũ dedissent, & ille omnes comedisset, & cum sua coniuge concubuisset, atque ita ex illa Adam generasset ligans in illo magnam partem Dei, quæ ligata fuerat in omnib⁹ fœtibus principum tenebrarum, quos ei manducãdos dederunt: anathema sit. Genes. 2.

V. Qvi credit principes tenebrarũ ligatos esse in cœlo habentes in se colligatam angustiis, atque angoribus vitalẽ substantiam, hoc est partem Dei, & eo modo liberari de membris eorum, cùm beatus pater, qui lucidas naues habet, diuersoria, & habitacula, id est, solem & lunã virtutes suas, transfigurat in feminas pulchras, quas opponit concupiscendas masculis principibus tenebrarum, & in masculos pulchros, quos opponit concupiscendos feminis principibus tenebrarum, vt per ipsam concupiscentiam soluatur ex eis vitalis substantia, id est pars Dei, & ex eorum membris liberata purgetur: anathema sit.

VI. Qvi credit partem Dei, quæ de commixtione gentis tenebrarum non potuerit liberari, atque purgari: damnari & in æternũ affigi horribili globo, vbi incladitur gens tenebrarum: anathema sit.

VII. Qvi credit legem, quæ data est per Moysen, nõ esse ab vno & vero Deo datam, nec spiritum Dei boni & veri locutum per prophetas, qui fuerunt in populo Israël, & in canone scripturarum diuinarũ habentur apud Catholicam Ecclesiam: anathema sit.

VIII. Qvi credit non habuisse veram carnem filium Dei Dominum Iesum Christum neque natum esse de virgine maria, neque veram mortẽ fuisse perpessum, & à mortuis resurrexisse, sed tantummodo spiritum fuisse, sic autem apparere voluisse vt caro putaretur, quæ nõ erat, atq; hoc modo contradicit Euãgelio, vbi legitur Dño ipso dicente, videte manus meas, & pedes meos, palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Qui ergo sic confitetur Christum Deum, vt verum, & integrum etiam hominem neget: anathema sit. Luc. 24.

IX. Qvi credit Manin, siue Manichæũ, qui suprascripta omnia, quæ anathemate, & damnatione sunt digna, prædicauit, & docuit, Spiritum sanctũ habuisse paracletum, cùm ea omnia docere nõ potuerit spiritus veritatis, sed spiritus falsitatis. anathema sit.

Et præcipuè ipse Manis, siue Manichęus, qui omnes spiritus impietatis, & alias sacrilegas, damnabilesque, fabulas docuit, & conscripsit, & credẽdas miseris persuasit, intendẽs spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum mendaciloquorum: anathema sit.

Item forma epistolæ, de quodã episcopo ipsius sectæ.

QVONIAM te Manichæorum audiẽtem pœnitet fuisse, sicut ipse confessus es, anathema dicẽs blasphemiis, & impiissimæ atque immũdissimæ hæresi eorum, ex qua te non nisi fides catholica saluum facit: habebis hanc Epistolam aduersus eos, qui tibi temporis prętariti errorem, quandam ad istam nefariam pertinet sectam, obiiciendum putauerunt, quæ scripta est Die illo, consule illo.

Electis vero eorum, qui se conuerti dicunt ad Catholicam fidem, si & ipsi secundum superiorem formam eandem hęresim anathematizauerint, non facilè dandæ sunt literæ, sed cum Dei seruis esse debebunt, siue clericis, siue in monasterio, vel xenodochio, donec appareat penitus ipsa superstitione caruisse, & tunc vel baptizentur, vel reconcilientur, si pœnitentiæ locum acceperint: nec acceptis citò literis, loca in quibus fuerant, commendati deserant.

Explicit.

Incipit collatio Trinitatis Beati Augustini episcopi, à seipso ad semetipsum, sed mihi non esse Augustini videtur, non inerudita tamen.

QVM me peruigil cura fecisset exsomnem, his me interrogationibus percunctaui & tali studio scholæ nostrę lumen accendi. Iudicet verò lector, an vtile sibi hoc sit: mihi tamẽ si neglexerit, nihil subtrahit. Interrogatio. Pater inquiunt, Deus est. Responsio. Nec prophanus ignorat. Inter. Filius Deus est. Resp. Apostolus testis est. Int. Quid enim ait? Resp. Quorum patres, ex quibus Christus secũdum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Interrog. Quid de spiritu sancto autumaris? Resp. Magna mihi breuitas dicendi, quòd Deus sit, suffragatur. Int. Quæ illa sit, volo scire. Resp. Quod ex patre procedat, probem solum, quod & peccata dimittat. Int. Vbi istud legis? Resp. In Ioãne, cùm sufflauit Dominus in faciẽ discipulorũ, & ait: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remissa erũt, & quorum detinuerieris detenta sunt. Int. Nihil fortius. Resp. Alia multa nescis? Int. Quæ? Resp. Quod Christum creat in viscere, quòd super Christum venit in flumine, quòd viuificat omnia, quòd baptismum consecrat, quòd Christum dirigit, quòd replet regit Rom. 9 Ioan. 20. Luc. 4. Luc. 3. Luc. 3. Matth. 13.

orbem, quòd Trinitati contaxatur, quòd nouit, capit, regit omnia, nec solùm terrestria, sed cælestia, quòd apostolos eligit ac destinat, quòd dona sua, & prophetias quibus velit impertiat: & plura quæ in scripturis sanctis posita, ad momentum non occurrunt. Et si istis non tangeris, mihi tamen solùm quod de patre est, ad documentum deitatis ipsius sufficiet. Sic illud inter cætera Petri, In veritate, inquit scio, quia non est Deus personarum acceptor, Cùm cogitanti spiritus sanctus dixerit, surge vade cum illis nihil dubitans, ego misi illos ad te. Nam Dauid sæpenumero cùm nuncupat spiritum rectum in quinquagesimo psalmo: Dominum appellat in nonagesimo primo, Quoniam rectus est, inquit, Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo; Et Dominꝰ super aquas multas, in Psal. xx viij. prodit, quibus exordio suo genesis spiritũ Dei superferri depromit. Licet illud manifestè nouerim, nunquam adnumerari Spiritum sanctum patri, vel etiam filio potuisse, cum dictum sit; Ite baptizate gentes in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: nisi socia deitate regnaret. Inter. Quid ergo tres Dei sunt? Resp. Absit, Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Int. An duo sunt? Resp. Nequaquã, quia nemo potest duobus Dominis seruire. Interrog. Vnus ne probari licet? Resp. Nullus Deus nisi vnus. Int. Istud lego sed qualiter id de tota Trinitate verũ sit: nosse volo. Responſ. Si mentem dictis infigas, pater est nomen appellatiuum, filius est nomen appellatiuum. Ita quoque Spiritus sanctus appellatiuum, naturale nomen. Licet pater ad filium & filius ad patrem dicatur, relatiua hæc nomina nuncupentur. Deus autem nomẽ est proprium patri & filio, & Spiritui sancto. Sicut scribitur in Psalmo, Nomẽ tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ. Ergo appellatiua nomina pater, filius, & Spiritus sanctus, proprium verò, Deus, Deus, Deus. Int. Ergo tres dij sunt? Resp. Recole denuò aliud, Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus Israël vnus est, Videsne quæso, in hoc dicto regalem quandam altitudinem sensus? Inter. Expone breuiter, audiamus, Resp. Dominus, inquit, Deus tuus, Dominus vnus est. Nisi Paulus hic trinam taxationem Dei vniuit, Dominus, inquit, & Deus tuus, & Dominus. Habes quid pater, quid filius, quid Spiritus sanctus sit, & mox intulit, Vnus est. O lumen vnitatis clarum. Int. Vbi est ego Trinitas? Resp. In gignente, genitoque & procedente, id est, in patre & filio & Spiritu sancto, in appellatiuis videlicet vel relatiuis nominibus. Inte. Quid, in propriis nominibus, id est Deus & Deus & Deus, triplicatio non admittitur? Resp. Non. Int. In quibus. Resp. In personarum videlicet & nominum discretionem, patris & filij & Spiritus sancti, vt Trinitatem doceret in relatiuis personarum nominibus, Dei autem nomen, quod non replicatur in singularitate monstraret. Int. Non ergo discurrunt propria cum appellatiuis? Resp. Discurrunt. Int. Ergo & connumerantur? Resp. Absit, quia si triplicauerimus, deorum inducimus pluralitatem, Int. Ergo non est pater Deus? Resp. Deus planè, Int. Ergo filius non est Deus? Resp. Deus omnino, Int. Ergo Spiritus sanctus non est Deus? Resp. Deus absque ambiguo. Int. Vides ergo, tres audes dicere Deos, sed vt video in relatiuis creditur vocabulis Trinitas. Resp. Et in naturalibus planè & personis, & nominibus relatiuis. Int. Quare Deus, & Deus & Deus. Resp. Naturalia nomina sunt. Naturale est singulis Deus, proprium. Nos enim non possumus dicere tres deos, sed dico Trinitatem in relatiuis naturæ vocabulis, & personis, id est, in patre & filio & Spiritu sancto. Dico autem vnitatem in Deo & Deo & Deo. Int. Non ergo dicis tres personas, Resp. Dico. Int. Et in singulis personis Deum & Deum, & Deum credis. Resp. Hoc sine palpatione credere manifestum est. Int. Ergo sicut dicis, tres personas dicis, & tres Deos, Resp. Absit. Int. Quare? Resp. Quia in personis est distinctio in deitate autem non est. Int. Quæ est ista distinctio? Resp. Quia pater, pater est, filius filius est, Spiritus sanctus Spiritus sanctus est. Int. Per diuersitatem te asseris colere Trinitatem? Resp. Personarũ & nominum, non naturæ quia vnus est. Int. Certè iam dudum & hæc nomina naturalia esse dixisti, & appellatiua, & quæ sunt propria reperi. Resp. Deus, & Deus, & Deus, hæc ergo triplicata distantiam non faciunt, Int. Cum appellatiuis ergo naturalibus, propria non replicantur. Resp. Nullo modo. Int. Non ergo sibi cõiunguntur, pater & Deus aut filius & Deus aut Spiritus sanctus & Deus. Resp. Coniunguntur planè, Et idem pater Deus est, & idem filius Deus est, & Spiritus sanctus deitati suæ absque dubio copulatur. Int. Triplicabitur deitas. Res. Sacrilegij nota est, quia sub Deo est numerus, nõ inter Deum. Int. Ergo nec pater apellatur Deus nec filius nec Spiritus sanctus. Resp. Et sic docemur, etiam credimus, vt nec patrem nec filium nec Spiritum sanctũ sua Deitate priuemus. Int. Quasi verò non id facis, cùm dicis, pater Deus, & filius Deus & Spiritus sanctus Deus, quo simul alter Deus esse nõ cludit. Resp. Ita ne hoc humanæ aures audiant, ad nos sputis omnes * liment. Verumtamen in vocabulis appellamus & in personis trinitatem accipio, deitatem nullo modo triplicari posse concedo, quia varietatem & discretionẽ in natura non inuenio. Int. Quot ergo noſa credis? Res. Relatiua in personis tria. Int. Propria quot? Resp. Iã te sæpius sustinui, pluraliter de proprio nomine conquirentẽ, sed propriũ diuinitatis vnũ est nomen. Int. Abstulisti grandi macharia, si dicas hoc nomen naturale est. Resp. Vtique. Int. Et relatiua quæ appellatiua taxas, naturalia sunt? Resp. Etiam sed per efficientiam generationis & processionis nõ per proprietatem indiuisæ deitatis. Int. Ergo filius nisi filius esset Dei Deus esse non possit? Resp. Quid dubitas? Int. Quia ergo Dei filius, ideo Deus. Resp. Assentio. Int. Et nisi esset efficientia generationis quæ conferret nomẽ appellatiuum, cùm filius nec haberet nomen propriũ deitatis, & non esset Deus. Resp. Vtique ex generatione filius & veri filij Dei proprium nomen Deus. Int. Quid Spiritus sanctus? Resp. Ipse quoque nisi quoque de patre procederet & substantiam eius haberet, Deus non esset. Int. Ergo processio ei cõtulit deitatẽ? Resp. In Spiritu sancto & nomen est & natura, sed quia de patre processit Deo nomen proprium deitatis obtinuit. Neque enim aliud de patre procedere potuit, quàm quod ipse est, nec tamen effectatus est aut diuisus. Vocabulum ergo appellatiuum naturale & personale Spiritus sanctus, proprium verò, Deus. Int. Nomen istud quod dicis proprium, quam continet rationem, vt tribus personis currat vnum idemque, nec tamen triplicetur. Sicut verbo tenus taxare possumus, Statius, aut Salustius aut Horatius. Resp. Enubilem ratione quam valeo, si intentus adsis. Int. Adsum Resp. Paulum legimus de Christo dicentem quod ipse sit pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Sed hoc inuictissimæ causæ nostræ suffragium valeat, quo facilius credatur, ideo Christum sub nomine pacis esse taxatum, quia nec discindi, nec distrahi potest, nec vllo modo duplicari. Iam verò qui fecit vtraque vnũ, multò magis ipse est cum patre & Spiritu sancto vnum, si non sit diuisus. Ergo & vnum cum patre & Spiritu sancto est

Sap. 1. 1. Ioan. 5. 2. Petr. 1. Act. Apost. 10. Psal. 50. Psal. 17. Genes. 1. Matth. 28. Matth. 6. Psal. 47. Deuter. 6. Ephes. 2.

vnus quia alius coniungit, diuisionem penitus non admittit. Int. Accipio istud firmissimum cõtra rebellem stylum sed quò ista propositio excurrat, nosse desidero, Pax sit & volumus vt nos prospero cursu ducat. Resp. Ita est, nunc perge. Int. Hæc igitur ipsa pax quot literis scribitur? Resp. Tribus. Int. Recipitne plurale nomen. Resp. Nõ. Int. Æstima ergo P. patrem dici, A. filium nũcupari, & hoc sine ratione subtilissima ne dictum putes, A. enim principiũ literarũ est, nec ante vllũ cognoscitur habere elementum, vt approbatum habeas ante filium nihil esse. Neque verò id absque testimonio diuino relinquam, ipse enim se principium Iudæis interrogãtibus indicauit. Hanc ergo literam nulla alia præcedit, quia omnis litera habet tempus: * ergo tempus debuit. Veruntamen ipsa Syllaba & longa est, & prima est, sed quod longa est, æternitatem filij Dei non temporalitatem insinuat. Quòd Syllaba, quia pater in filio & filius in patre est, & hoc vnũ est. Quòd verò prima est, quia filius secundus non est, Namque & in apocalypsi Ioannes propriè ipsam literam ponẽs ait, Ego sum α & ω, primus & nouissimus, initium & finis, sed eo nouissimum accipe quia dignatus est in fine temporum humiliter nasci & mori & indiciũ nouissimũ ipse suscipere. X. autẽ tertia est à fine literę vbi intelligas Spiritũ sanctũ non ad finẽ tendere, sed à superna semper maiestate procedere. Ideoque & Paulus Apostolus, quæ sursum sunt sapite, ait, Et sursum cor habeamus ad Deum, & vtique Dominus Spiritus est, Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Non itaque dubito, vt huius excellentissimam gloriam Apostolus inhabitans loqueretur, Vnum autem quæ retrò sunt, oblitus, in ea, quæ ante sunt, extentus, sequor secundũ intentionem ad palmam supernæ vocationis Dei, Vt fiat igitur pax ad p. coniungitur a, vocalis scilicet litera, ne p. muta remaneat, quia Deus pater voci & verbo suo semper adnectitur sed vt pax fit, additur x. quæ duplex ponitur pro consonantibus litera, vt hic consonantiam atque participium Spiritus sancti cum patre & filio, collegiumque eius in superna & perfecta trinitate cognoscas. Discrepantes vel literæ appellationibus & personis, quia illud p. hoc, a. istud, x. nuncupatur & scribitur, sed tamen vt sit pax, sibi cæ literæ inuicẽ coniunguntur. P. autem litera est substãtialiter, & à litera est substantialiter, & litera est substãtialiter x, sicut & pater Deus est naturaliter, & filius Deus est naturaliter, & Spiritus sanctus Deus est naturaliter. Illa autem discrepatio characterum, discrepationem facit appellationum & personarum, nõ naturæ quia totum litera est. Sicut in his tribus literis diuersis appellationibus vocatis pax scribitur, quæ plurali numero non tenetur ita quoque appellatio patris & filij & Spiritus sancti documentũ est Trinitatis. Sed quẽadmodũ pax, ita Deus singularẽ obtinet numerũ deitatis. In hac igitur copulatione literarũ, trium diuisio nõ admittitur, vt pax impleatur, Si enim vel vnam subtraxeris, nec Trinitas nec pax erit. Int. Repete quæso ista lucidius. Resp. Animaduerte animo, Et p. inquam, litera est, & a. litera est, & x. litera est, sicut & pater Deus, & filius Deus, & Spiritus sanctus Deus. Sed sicut diuersæ sunt appellationes & personæ, licet incorporalis patris & filij & Spiritus sancti. Veruntamen quidem, p. & a. & x. pax scilicet quæ pluralem in se numerum nõ admittit. O stultitia incredulorum, qui ante oculos suos posita non attendunt. Nam ideo vt existimo hoc impius minimè intelligit, quia in simplicitate cordis Dominum non quærit. Int. Verum est, verum est omnino, quod dicis. Nam quid isto exemplo propinquius?

Ioan. 8. Locus mendosus.

Apoc. 1.

Coloss. 3. Ioan. 4.

A Quid ista ratione clarius inuenitur. Resp. Sed repeto ista tibi, & verè libentius demonstrabo. Igitur vt tribus personis & vocabulis diuersis, harum literarum sit pax, sed hoc ad concordiam & societatem personarũ accipe, ostendit quoque vt & illa litera, & hæc litera & ista litera sit, sed pax singularis sit. Hoc ergo in Deo & Deo & Deo vnũ demonstratur. Aspice quamuis enim aliud nomẽ, & aliam personã habeat p. & aliud nomen & aliam personam habeat a. & aliud nomẽ, & aliã personã habeat x. Sic & aliud nomen & aliã personã habet pater, & aliud nomen & aliam personã habet filius, & aliud nomen & aliã personã habet Spiritus sanctus. Tamen & ista litera, & hæc litera & illa litera dicitur. Sicut & iste Deus, & hic Deus, & ille Deus absque ambiguo creditur, sed vnus Deus agnoscitur, quia pax plurali numero non tenetur. Si quid habes ad hæc responde. Int. Ergo ne quidem alios hic hæsitare vellem, ita mihi huius manifestationis lumen effulsit. Sed magis est vt intelligo ista deliciosius credere neque in his vllo modo palpitare, vt quod homines cæcati curis videre non possunt saltem fidei compendio nanciscantur.

B

Miscellaneæ sententiæ à quopiam collectæ, prout sese legenti obtulerant.

PRÆCIPIT Dominus in Euangelio vt simus simplices quasi columbæ, & astuti quasi serpentes, vt imitantes simplicitatem columbarum, & astutiam serpentis, nec alijs nocere possimus, nec ab aliis patiamur insidias, sed simplicitate & prudentia habeamus hominem temperatum: quia prudentia absque bonitate malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur. Aues cæteræ pullos suos etiam cum periculo vitæ suæ protegere festinant, & cùm ad nidum suum, accipitrem, colubrum, coruum, siue cornicem accedere viderint, huc illucque volitant, & se morsu & vnguibus lacerant, & dolorem parentis, querula voce testantur. Sola columba ablatos pullos non dolet, non queritur. [Differentia inter fures & latrones. Fures insidiantur, & occulta fraude decipiunt, latrones audacter aliena diripiunt [Qui sæpè nauigat, aliquando patitur tempestatem. Qui viam frequenter ingreditur, aut sustinet latronum impetus, aut certè metuit, Omnique in arte tam gloria quàm obtrectatio secundis aduersisque ventis oritur, dum aut amici plus merito laudant, aut inimici plus iusto detrahunt. [Idcirco Deus principes dedit, vt populum corrigerent delinquentem, & ad rectum iter retraherent delinquentem. [Primum peccatum est cogitasse quæ mala sunt, secundum, cogitationibus acquieuisse peruersis, tertium quod mente decreueris, opere complesse, quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, sed in suo sibi complacere delicto [Rubigo autem propriè descendere dicitur in rore nocturno, * Latentia inspicis frumenta maculare, colore, minij vel † Senopidi se congruere Ignosce [Obscuritas lectioni nascitur tribus modis, aut rerum difficultate, aut magistri imperitia, aut nimia tarditate discentis [Fornicaria est quæ cum pluribus copulatur, adultera quæ vnum virum deserens, alteri iungitur. [Legimus enim Achab regem Israël tantis fluxisse deliciis, vt domum sibi eburneam fecerit, [Senectus multa secum & bona affert & mala, bona, quia nos ab impotentissimis Dominis liberat voluptatibus, quia imponit modum libidinis, frangit impetus, auget sapientiam, dat maturiora consilia, &

Matth. 10.

C

D

al. lactentia

Nescio quid sibi velit.

3. Reg. 21.

frigescente corpore, dormit cum perpetua virginitate funamitis, luxuriam contemnens [Legi in quadam controuersia, Imbecillitas corporis, animæ quoque vires secum trahit [Vna enim veritate surgente, multa mendacia destruuntur. [Debemus enim scripturam sanctam primùm secundum literam intelligere, facientes in Ethica quæcunque præcepta sunt, secundò iuxta allegoriam, id est, intelligentiam spiritalem, tertiò secundum futurorum beatitudinem. [In porta autem ciuitatis iuxta veterem morẽ Iudaici populi fuisse iudicia, & sæpè legimus, & crebrò interpretati sumus, vt nec agricola ad causam veniens, frequentia ciuitatis & nouo terreretur aspectu, nec vrbis habitator longè ab vrbe properaret, & subuectionem quæreret iumentorum. [Grande peccatum est odisse corripientem, maximè si te non odio sed amore corripiat, Si solus ad solum, si assumpto fratre altero, si posteà præsente Ecclesia, vt non studio detrahendi sed emendationis tuæ videatur crimen ingerere. [Res enim sæculi, & omnia corpora per momenta fluunt. [Nihil est fugacius sæculo, rebusque sæculi, quas dum tenemus, amittimus, & per infantiam, pueritiam, iuuentutem, virilem & ingrauescentem ætatem, annosque vltimos senectutis mutamur & currimus, & nescientes ad mortis terminos peruenimus. [Præcipitur Ecclesiæ, vt non habeat tristitiam & sollicitudinem super rebus sæculi & damnis, quæ in hoc mundo euenire consueuerunt, & dicitur habitatoribus eius. O vos qui estis in Ecclesia Domini, semper gaudete, & quicquid vobis acciderit, de Dei iudiciis gratulamini, Nec hoc dico, quod flere non debeatis, beati quippe flentes, quoniam ipsi ridebunt: Sed illud admoneo, ne in his ploretis, quæ sæculi sunt, si quis mortuus fuerit propinquorum, si substantiam fiscus inuaserit, si corpus vel podagra vel alius quilibet morbus inuaserit, nolite flere, nolite fundere lachrymas, nec consideretis præsentia sed futura, quin potius illud cauete ne insultetis cadentibus, & alienam ruinam vestram ædificationem putetis [Quærit à nobis Dominus & quasi necessariam habens nostram salutem, poscit accipere quod danti prosit vt faciamus iudicium, id est, nihil absque consilio & ratione faciamus & antè mens iudicet quid factura sit, & posteà opere compleatur, & diligamus misericordiam & non quasi ex necessitate aut compulsi misericordes simus [Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, vbique insidiæ, vbique fraudulentia, innoxius sanguis effunditur, pro auaritia & libidine germanitas ignoratur, & non solum faciunt sed defendunt quoque mala & nominibus commutatis bonum dicunt esse, quod malum est. Ipsi principes, non ab offerentibus accipiunt munera, sed cogunt dare subiectos, & postulant, & iudex in * reddendo est sic alium iudicans, quomodo ipse ab alio iudicatur, vt præstent sceleribus suis mutuum fauorem, & in alterius crimine se defendant [Si habes amicum in tentatione posside eum legi in cuiusdam controuersia, Amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficilè seruatur. [Videtur mihi omnis anima Hierusalem, in qua ædificatum fuit templum Domini & visio pacis, & notitia scripturarum, & posteà superata peccatis, ducta est in captiuitatem, tormentisque tradita, dicere contra Babylonem, id est, confusionem huius mundi, & aduersum contrariam fortitudinem quæ huic mundo præsidet, Noli insultare mihi inimica mea, quia cecidi & resurgam. Dominus enim alleuat elisos, & loquitur per prophetam, Nunquid quid cadit, non resurget? &, Nolo

Deuter. 17. & 21.

Mich. 3.

Forte. Iuredicendo. Eccli. 6.

Psal. 145.

A mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat [Dominus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem recipit offerentium [De mercede meretricis Deus vota non suscipit [Grauis pœna est, quando in tempore messis & vindemiæ, speratæ fruges auferuntur, & vinum, & quodammodo tenentis tolluntur è manibus. Non est culpandus, qui meretricem conuertit ad pudicitiam, sed potius laudandus, quod ex mala bonam fecerit. Non qui bonus permanet, ipse polluitur, si societur malo, sed qui malus est, in bonum vertitur, si boni exempla sectetur. [Fornicatio & vinum & ebrietas aufert cor, Sicut enim vinum & ebrietas eum qui biberit mentis suæ impotem facit, ita fornicatio ac voluptas peruertit sensum, animumque debilitat, & de rationabili homine brutum efficit animal; vt gaineas & lupanaria & libidinum lustra sectetur. [Qui amatur à Domino, corripitur, qui negligitur suis peccatis dimittitur [Natura Leonum esse dicitur, vt, cùm infremuerint, & rugierint, omnia animantia contremescant, vt fixo gradu se monere non possint, tantus pauor est, tanta fortitudo [Naturale est, vt omnes artifices suæ artis loquantur exemplis, & vnusquisque in quo studio triuit ætatem, illius similitudines proferat, verbi gratia qui nauta est & gubernator, tristitiam suam comparat tempestati, damnum naufragium vocat, Inimicos suos ventos appellat contrarios. Rursum prosperitatem & lætitiam, auram placidissimam & secundos nominat vẽtos, tranquilla maria & æquora campis similia. è regione miles quicquid dixerit, scutum, gladium, loricam, galeam, lanceam, arcum & sagittas, mortem, vulnus & victoriam sonat. [Pestilente flagellato, non solum sapiens sed etiam stultus prudentior fiet.

Psal. 45. Ezech. 33. Deuter. 23. Mich. 1.

Prouerb. 3. Apoc. 3.

B

Prouer. 15. & 22.

Luc. 6. Matth. 5.

C *Tractatus de xii. lapidibus, de quibus in Apocalypsi, non admodum eruditi hominis.*

ASPIS qui primus in ordine ponitur viridis est coloris, & significat Christum, qui est resurrectio vel refectio sanctarum animarum, siue electos quorum fides nunquam marcessit. Sapphirus qui secundus in ordine ponitur aërei coloris, sanctos significat qui adhuc in terra positi cœlestia mente petunt, & cuncta terrena despiciunt quasi non sint in terra. Isti verò possunt dicere cum apostolo, nostra conuersatio in cœlis est. Calcedonius qui tertius in ordine ponitur, adeò fortissimæ naturæ est, vt sculpentium argumentis resistat, speciemque habens pallentis lucernæ significat fortes inter aduersa aliis exemplum fortitudinis præbentes, & sine ostentatione lumen scientiæ portantes. Smaragdus adeò est viridis & aërem etiam circunfusum, viridem reddat. Cuius multa sunt genera. Sed pretiosissimi in deserto scythi & scytiæ reperiuntur, quos gryphes ex parte leones, & ex parte aquilæ custodientes hominibus auferunt, cum quibus Ærimaspi homines vnum oculum habentes bellagerunt, ipsosque eis auferunt: Sic & Christus æternæ pascua refectionis suis daturus in cordibus à terrenis curis remotis habitat, quem gryphes, id est maligni spiritus tollere nituntur fidelibus, sed electi oculum mentis possidentes, cum gryphibus pugnant, sibique hunc pretiosum lapidem vendicant. Sardonius ex Sando & Onyce componitur, primum colorem habens nigrum, medium candidum, supernum rubeum, ostendit eos, qui licet despecti videantur, splendore tamen fidei irradiantur & caritatis igne semper

Apoc. 21.

Philip. 3.

D

rubescunt. Sardius terræ rubræ speciem habens significat sanctos qui quamuis sublimes sint meritis, tamen humanam fragilitatem considerantes se esse filios Adæ recognoscunt, qui rubra terra dicitur, Benè autem sexto loco ponitur, sicut ille sexto die factus est. Chrysolithus quasi aurum refulgens & quasi scintillas ex se mittens, significat eos, qui luce supernæ sapientiæ resplendent, suasque virtutes cum verbo prædicationis velut scintillas in proximos effundunt. Beryllus viridis & pallidus designat sanctos, contemplatione Dei virides, sed fraternæ administrationis actione quasi pallentes. Topazius omnium lapidum colorem habens significat sanctos omnibus refertos virtutibus. Chrysoprasus aureus & viridis designat sapientes resplendentes fide. Hyacinthus similis aquæ radio solis perfusæ, designat sanctos sapientia repletos perfusos radio veri solis. Ametistus in suo purpureo colore cœlestem in violaceo colore humilitatem cum bonæ operationis odore, in roseo caritatem sanctorum significat.

FINIS.